Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1.
Estante 4.
Plúteo 4.

394

CONCIL.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIOTECA DE LOYOLA
Sala 3ª Estante 7 Plúteo 7

DIVI CYRILLI

# ALEXANDRINI EPISCOPI THEOLOGI

PRÆSTANTISSIMI OPERA QVÆ HACTENVS HABERI POTVERE, IN TOMOS QVINQVE digesta: nam quintus hac editione accessit.

Cuiusuis Tomi elenchum, & quid quoq; libro doceatur sequentes paginæ indicabunt.

*Cum Indice totius operis rerum & uerborum.*

Esta conforme al expurgº del 1707
Por comission del Sº Offº
Ihs
Franco de Olague.



BIBLIOTECA SOCIETATIS JESU

BASILEAE.
Es del Collº Rl de Loyola en libreria
PER HAEREDES IOANNIS HERVAGII,
ET EVSEBIVM EPISCOPIVM.
ANNO M.D.LXVI.

Cum gratia & priuilegio Cæsareo ad quinquennium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

## AD LECTORES VETERIS THEOLOGIAE STVDIOSOS.



YRILLI uiri ſanctiſs. Theologíq; doctiſsimi, ſimul & copioſiſsimi, uaria diuinaq; monumenta quæcunque adhuc nanciſci potuimus ex Græcis fideliter atq; eleganter conuerſa uobis rerum theologicarum ſtudioſi Lectores iterum damus, ac tanquã nouam ſobolem ſubmittimus. Nam, quod Poeta in pecuarijs fieri oportere præcepit, id non minore cura nobis in bonorum librorum ſobole faciendum eſſe arbitramur. Sed cur optimi poetæ grauiſsimam ſententiam non adſcribo? Sic enim ille:

*Atq; aliam ex alia generando ſuffice prolem.*
*Optima quæq; dies miſeris mortalibus æui*
*Prima fugit: ſubeunt morbi, triſtiſq; ſenectus:*
*Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.*
*Semper erunt quorum mutari corpora malis.*
*Semper enim refice, ac, ne poſt amiſſa requiras,*
*Anteueni: & ſobolem armento ſortire quotannis.*

Sunt etiam, ſunt inquam ſuí & libris morbi, ſua ſenectus, ſuusq; interitus: id quod tum aliorũ innumerabilium, tum uel huius magni Theologi Cyrilli monumenta uix tandem, ac ne uix quidem ab ſenio atque interitu uindicata teſtantur. Etenim quantauis diligentia, labore, ſumptibus, nondum tamen quæ reliquit, atq; etiamnũ extare dicuntur, omnia nanciſci potuimus. Speramus tamen nos tanta tamq; accurata indagine uſuros, ut in noſtras manus ſint non pauca, eaq; præſtantiſsima peruentura. Quod ſi, quemadmodum Deo duce ſperamus, uoti compotes fieri contingat, ne qui huiuſce editionis Cyrillum ſibi comparauerint, nouos ſumptus deintegro facere cogantur, uno tomo ſeorſim edituros quicquid illud erit, recipimus. Vt autem quid hac editione ad ſuperiorem acceſſerit Lectores optimi intelligatis, ſcitis illam tomis tantum quatuor comprehenſam fuiſſe: iam uerò nunc quintus acceſsit tomus, isq; præſtantiſsimus, nimirum HESAIAE prophetæ commentarios quinque libris abſolutos continens, ex ea Cyrilli noſtri officina puriſsima copioſiſsimaq; profectos. His, ſi qua poſthac fiat acceſsio, ea in ſextum tomum conferetur: ut agnoſcatis, nos in hac re ut & in cæteris, ueſtris commodis inuigilare: id quod etiam in poſterum ſumus facturi, quo uos in talium autorum ſtudio & amore retineamus: id ſi obtinuerimus, quod uoluimus, præclarè, nos arbitrabimur eſſe conſecutos. Supereſt, ut cur quinti tomi indicem ab eo qui reliquis quatuor eſt accommodatus ſeiunxerimus, rationem afferamus: ſed nihil eſt opus. uos enim ipſi per uos, ueſtro & id commodo factum eſſe facilè perſpicietis. Hæc igitur ſunt Lectores benigni, quæ uobiſcum hoc tempore agere uoluimus: uos autem, quod uobis omnibus, totiq; Reipub. Chriſtianæ felix, fauſtum, & ſalutare Deus Opt. Max. eſſe uelit, Cyrillum diu expetitum læti accipite: & quod reliquum eſt, cum eo ipſo tranſigite, & ualete. Baſileæ anno Chriſti filij Dei & Seruatoris, M. D. LXVI. Cal. Sept.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EX IOANNE TRITTENHEIMIO ABBATE Spanheimensi, de Ecclesiasticis scriptoribus.

CYRILLVS episcopus Alexandrinus, natione Græcus, montis Carmeli quondam decus & cultor insignis, uir doctus & sanctus, iussu Cœlestini papæ, in Concilio ducentorum Patrum apud Ephesum præsedit: in quo Nestorium & Pelagium cum erroribus eorum cõdemnans, multas elegantes sententias dixit. Qui cum in scripturis sanctis esset eruditissimus, multa conscripsit opuscula, De quibus ista feruntur.

| | | |
|---|---|---|
| De fide contra hæreticos, | Liber | I. |
| Contra Nestorium, | Liber | I. |
| De defectu Synagogæ, | Liber | I. |
| De ortu & laude sanctæ Mariæ, | Liber | I. |
| De cycio paschali, annorum XCV. | Liber | I. |
| In Euangelium commentariorum. | Libri | IIII. |

Epistolas insuper, Homilias & sermones plures composuit, & alios diuersos tractatus, qui ad noticiam meam non uenerunt. Claruit in concilio Ephesino, præsidens sub Theodosio minore imperatore. Anno Domini CCCXXXII.

EX RAPHAELE VOLATERrano, Libri XIIII.

CYRILLVS Alexandrinus præsul, ædidit uariarum hypotheseon tractatus, Homilias plurimas, quibus utuntur Græci. Præterea aduersus Nestorium epistolas, quibus omnia occulta sua uenena retellit: Cõtra Iulianum principem ostra impugnantem, multaq; alia.

# OMNIVM DIVI CYRILLI ALEXANDRINAE ECCLESIAE EPIscopi operum Catalogus.

## PRIMVS TOMVS CONTINET

Diui Cyrilli Alexandrini, in Euangelium Ioannis commentariorum libros VIII. Quibus Iodocus Clithoueus adiecit quatuor inter medios.
In Leuiticũ libros XVI. ubi quicquid corporaliter, & ad literam obseruandũ statuitur, id omne ad spiritalem, uiuificantemq; intelligentiam transfertur.

## TOMVS SECVNDVS HABET

Opus insigne quod THESAVRVS inscribitur, de cõsubstantialitate filij & spiritus sancti cum Deo patre, aduersus hæreticos.
Dialogorum cum Hermia de Trinitate libri septem, cum appendice argumentorum, quod spiritus sanctus est Deus.
Quod consubstantialis & coæternus sit Deo, & patri filius. Lib. 1.
Quod coæternus deo & patri, et ex ipso secũdũ naturã genitus, sit filius. Lib. 2.
Quod Deus uerus sit filius, sicut & pater. Lib. 3.
Quod non creatura, neq; factura sit filius. Lib. 4.
Quod deitatis proprietates ac gloria naturaliter in filio sint, sicut & in patre. Lib. 5.
Quod humanitatis proprietatis, & quæ non ualde diuinè dicta de filio conueniant magis dispensationi cum carne, & non naturæ uerbi, secundum quod intelligitur, & est Deus. Lib. 6.
De spiritu sancto, quod & deus, & ex Deo sit, secundum naturam. Lib. 7.
De adoratione & cultu in spiritu & uerirate. Lib. 8.

OMNIVM CAPITVM HVIVS LIBRI, qui Thesaurus nuncupatur, Index.

### CAPITA PRIMI LIBRI.

QVomodo respondendum sit Arrianis, interrogãtibus utrũ unum sit ingenitũ, an duo. Cap. 1.
Quod melius atq; dignius est Deum, patrem uocari, quàm ingenitum. Cap. 2.
Quod ingenitum substantia non est, sed modi substantiæ significatiuum. Cap. 3.
Quod ingenitum substantia non est, sed solummodo Deum non esse genitum significat. Cap. 4.
Aduersus eos, qui dicũt, quod erat duratio, quando non erat filius: & testimonia scripturæ, unde colligitur uerbum Dei æternum esse. Cap. 5.
Quod nõ fuit pater ante filiũ, quãuis ingenitus sit, sed coæternus sibi semper fuit genitus filius. Ca. 6.
Quod indiuisibiliter, & absq; corruptione pater ex seipso filium generat. Cap. 7.
Ad eos, qui dicunt, utrum uolens an nolens pater genuit filium. Cap. 8.
Aduersus eos qui dicunt, non patri, sed uoluntati eius similem esse filium. Cap. 9.

### SECVNDI LIBRI.

Quod patri consubstantialis est filius. Cap. 1.
Filium patri consubstantialem esse, ex proposito textu: Vado ad patrem meum, & patrem uestrum: Deum meum, & Deum uestrum. Cap. 2.
De consubstantialitate patris & filij, illo textu proposito: Quod pater meus maior me est. Cap. 3.
Quod æqualis filius patri est, euangelico textu proposito: Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Cap. 4.

### TERTII LIBRI.

Refutatio expositionis hæreticæ, & expositio sensus ueri Euangelici textus: Ego in patre, & pater in me est. Cap. 1.
De similitudine filij ad patrem, & quod filius non est naturæ mutabilis, neq; deforis subsistens, sed ex ipsa substantia patris genitus, sicut uerè filius. Cap. 2.
Quod ex substantia patris filius est, nec extra productus, ut hæretici aiunt. Et quoniã non extra productus, ideo similis patri est. Cap. 3.
De similitudine patris & filij, similiter proposito textu: Nemo bonus, nisi solus Deus. Cap. 3.

### QVARTI LIBRI

Quod per participationem ad imaginem Dei formamur. Cap. 1.
Item, de similitudine patris & filij essentiali, euãgelico textu proposito: Sicut enim pater habet uitam

in ſeipſo, ſic dedit & filio uitam habere in ſeipſo.

QVINTI LIBRI.

Aduerſus Arianos, qui propoſito Prouerbiorum textu: Dominus creauit me, principium uiarũ ſuarum in opera ſua. Simpliciores ſeducebant, dicentes quod filius creatura eſſet. Cap.1.
Aduerſus cauſam, propter quam hæretici putant creaturam eſſe filium Dei. Cap.2.
Aduerſus obiecta hęreticorum, quibus docere conantur, quoniã filius, quamuis creatura ſit, creator tamen eſt, quod creaturarum proprium non eſt. Cap.3.
Quomodo intelligendum eſt: Dominus creauit me initium uiarum ſuarum. Cap.4.
Quod Dei uerbum creatura non ſit. Cap.5.
Quod ſcriptura uerbis abutitur nonnunquam. Cap.6.
De eodem Prouerbiorum textu: Dominus creauit me initium uiarum ſuarum, & ante omnes colles genuit me. Cap.7.
Quomodo intelligitur illud in textu Prouerbiorum: Ante ſecula fundauit me. Cap.8.

SEXTI LIBRI.

De æternitate filij, & quod inſeparabiliter ex ſubſtantia patris emanat. Cap.1.
De eodem, uidelicet quod filius creatura non eſt. Cap.2.
Quod non eſt idem in Deo, generare & creare. Cap.3.

SEPTIMI LIBRI.

Aduerſus eos qui dicunt, quod filius nõ eſt uerum patris uerbũ, ſed aliud natura quàm pater. Cap.1.
De eodem, alio modo. Cap.2.
Aduerſus aliam Eunomij obiectionem. Cap.3.
Quod uocabulum uerbi ſufficit ad ſignificandam ex patre filij generationem æternam. Cap.4.

OCTAVI LIBRI.

Eunomij obiectio ex textu apoſtoli: Ideo & Deus eum exaltauit, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. Cap.1.
Quod filius incõmutabilis ſecũdum naturã eſt, propoſito textu apoſtoli: Sedet in dextera magnitudinis in excelſis, tanto melior factus angelis, quãto differẽtius præ illis nomẽ hęreditauit. Cap.2.

NONI LIBRI.

Quod natum eſſe, & factum eſſe, indifferenter nonnunq; in ſacra ſcriptura inueniuntur. Cap.1.
De eodem, quod uidelicet filius creatura non ſit, propoſito textu apoſtoli: Conſiderate Apoſtolũ & pontificem confeſſionis noſtræ Ieſum Chriſtum, qui fidelis eſt ei qui fecit ipſum. Cap.2.
Quod filius non eſt creatura, propoſito textu Actuum: Sciat igitur omnis domus Iſrael, quia dominum ipſum & Chriſtum fecit Deus, hunc Ieſum, quem uos crucifixiſtis. Cap.3.
De eodem, propoſito textu: De die & hora illa nullus nouit, nec angeli cœlorum, neq; filius, niſi pater ſolus. Cap.4.

DECIMI LIBRI.

De eodem, id eſt, de conſubſtantialitate filij & patris, propoſito textu: quod pater diligit filiũ, & omnia dedit in manu eius. Et: Quod omnia mihi tradita ſunt à patre. Et: Quod non poſſum ego à me facere quicquam, ſed ſicut audio iudico. Cæterisq; huiuſmodi. Cap.1.
De eodem, propoſito textu: Data eſt mihi omnis poteſtas. Et: Glorifica filium tuum. Aut uniuerſalius de eo, quod filius glorificatur, & aliquid accipiat. Cap.2.
Aduerſus ea, quæ dicuntur ab hæreticis, quia Chriſtus fleuit. Et quia dixit: Nunc anima mea turbata eſt. Et: Tranſeat à me calix iſte. Et: Triſtis eſt anima mea. cæteraq; huiuſmodi. Cap.3.
De eodem, uidelicet quod filius non ſit creatura propoſito textu illo: Primogenitus totius creaturę. Cap. 4.
De textu euangelico: Sedere autem â dextris meis, aut ſiniſtris meis, non eſt meum dare. Cap.5.
De textu euangelico: Vt cognoſcant te ſolum Deum uerum, & quem miſiſti Chriſtum. Cap.6.
Filium patri æqualem eſſe, propoſito textu euangelico: Ieſus autem proficiebat ſapiẽtia, ætate, et gratia apud Deum & apud homines. Cap.7.
De eodem, propoſito textu apoſtoli: Quum uerò ſubiecta ſibi omnia fuerint, tunc & ipſe quoq; filius ſubijcietur ei, qui ſibi cuncta ſubiecit. Cap.8.
Rurſum de eodem, propoſito textu euangelij: Pater glorifica me illa gloria, quam habebam apud te, antequam mundus eſſet. Cap.9.

VNDECIMI LIBRI.

Aduerſus dicentes, quod Deus nihil plus ſciat de ſubſtantia ſua quàm nos ſciamus, et quicquid ipſe de ſeipſo, totum id homines quoq; ſcire poſſunt. Cap.1.

DVODECIMI LIBRI.

Autoritates oſtendentes, filium deum eſſe ſecundum naturam, non creaturam, ex epiſtola beati Pauli ad Romanos collectæ. Cap.1.
De eodem, ex epiſtola Pauli ad Corinthios prima. Cap.2.
Rurſum de eodem, ex epiſtola ad Corinthios ſecunda. Cap.3.

Iterum



Iterum de eodem, ex epiſtola Pauli ad Galatas. Cap.4.
Eiuſdem comprobatio ex epiſtola Pauli ad Epheſios. Cap.5.
Ex epiſtola beati Pauli ad Philippenſes, eiuſdem propoſiti oſtenſio. Cap.6.
Inſuper eiuſdem manifeſtatio, ex epiſtola Pauli ad Coloſſenſes. Cap.7.
De eodem propoſito, ex epiſtola Pauli ad Theſſalonicenſes. Cap.8.
Inſuper de eodem, ex epiſtola Pauli ad Hebræos. Cap.9.
Ex epiſtola Pauli ad Timotheum prima, eiuſdem declaratio. Cap.10.
Rurſus de eodem propoſito, ex epiſtola ad Timotheum ſecunda, & ex epiſtola ad Titum. Cap.11.
Oſtenſio diuinitatis filij Dei, ex actibus Apoſtolorum. Cap.12.
Declaratio eiuſdem, ex epiſtola Iacobi, Petri, Ioannis & Iudæ. Cap.13.
Eiuſdem quoq; comprobatio, ex euangelio ſecundum Matthæum. Cap.14.
Poſtremum eiuſdem oſtenſio, ex euangelio ſecundum Ioannem. Cap.15.

DECIMITERTII LIBRI.

Quod ſpiritus ſanctus deus uerus eſt, quod ex ſubſtantia patris & filij emanat, & quod per filiũ creaturis donatur. Cap.1.
Quod ſpiritus ſanctus deus eſt, & eandem operationẽ cum filio habens, nec eſt alienus à ſubſtantia filij: & ꝙd, quando dicit̃ deus habitare in nobis, ipſe ſpiritus ſanctus eſt qui in nobis habitat. Ca.2.
Spiritum ſanctum perfectum eſſe, nec quicquam in eo eſſe imperfectum. Cap.3.
Inſuper quod ſpiritus ſanctus non participatione Dei patris ſanctus eſt, ſed natura, quia eſſentialiter ex ipſo eſt. Cap.4.

DECIMIQVARTI LIBRI.

Autoritates ſcripturę, oſtendentes quod ſpiritus ſanctus natura deus eſt, & non creatura, ex epiſtola Pauli ad Romanos ſumptæ. Cap.1.
De eodem, ex epiſtola prima ad Corinthios. Cap.2.
Rurſum de eodem, ex epiſtola ad Corinthios ſecunda. Cap.3.
Iterum de eodem, ex epiſtola Pauli ad Galatas & Epheſios. Cap.4.
De eodem, quod uidelicet ſpiritus ſanctus Deus ſit, ueluti Deus uerus, de Deo uero, atq; ideò creatura eſſe non poſſit, ex epiſtolis Iacobi, Petri & Ioannis. Cap.5.
De eodem, ex euangelio ſecundum Matthæum & Ioannem. Cap.6.

## TERTIVS TOMVS HABET,

Contra Iulianum apoſtatam pro religione Chriſtiana, Libros 10.
De recta fide in Chriſtum ad Theodoſium, & ad Reginas, Libros 3.

EORVM QVAE IN TERTIO TOMO SVNT ELENCHVS.

QVAE IN PRIMO LIBRO.

THeodoſius laudatur, quod ueritatis amicos foueat, hoſtes perſequat, & Iuliani apoſtatę uita delibatur. Quod Gentiles ab Hebræis ſuam eruditionem receperint. Quibus temporibus clariſsimi quiq; uixerint. Trinitatem Abraham & Moſes cognorunt. Deus unus & trinus ut cognitus fuerit & ab Orpheo & Homero, Hermete, Pythagora, Platone, Sophocle, Porphyrio.

IN SECVNDO LIBRO.

Quod fabuloſa Gentiles tradant. Quare Chriſtiani à Gentilibus defecerint, & quanta bona doceãt. Quomodo philoſophi inter ſe diſſideant. Platonis & Moſe, item Heſiodi & Moſe comparatio in factura mundi. Quod creare ſit opus ſolius dei, & non angelorum. De Idæis Platonicis, de amicitia & lite Empedoclis. Quod Deus non ſit cœlum, & quid diſcendum ex aſtris.

IN LIBRO TERTIO.

De formatione Euæ & primi hominis. Quare deus homini dederit legem. Quod diabolus per ſerpentem loquutus. Quid ſit cognoſcere bonum & malum. Quod mors à Deo bene ordinata. Quod Moſes deum unum & trinum docuerit. Quod deus Iudæorum & Gentium. Quando cœperit idololatria.

IN LIBRO QVARTO.

De natura dæmonum, & quod homines cogere nequeant. Quare ſacrificia data ſint. Vnde quarundam gentium mores. Quare conſtructa turris Babylonis.

IN LIBRO QVINTO.

Decalogi explicatio. Quomodo Deus ſit zelotes, et iuret. De diuina prudentia in rebus omnibus. Quales apud Hebræos milites & ſapientes, & quanto præſtantiores Gentilibus.

IN LIBRO SEXTO.

Socratis, Cimonis, & Ariſtidis uitia, Moſiq; ac ſanctorum uirtutes.
Signum crucis quare apud Chriſtianos in precio. De picturis Chriſtianorum.
De ceſſatione prophetarum, & de Aeſculapio quis fuerit. Quomodo Chriſtiani martyres colant.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quod principes olim dij dicti. Qui ex obscuris clari euaserint apud Gētiles, ut Socrates & Plato.
Quare Christus uoluerit ex regina matre nasci.

IN LIBRO SEPTIMO.

De imperio Alexandri magni, & uictoria Christi. De officijs iudicum.
De lapsu Salomonis. Quare Christiani Gentilium libros legunt, & idolothyta non edunt. Quod linguæ donum Dei. Quod prophetæ non discordent à Mose. De ciborū delectu contra Pythagoram. De Sacramentorum uirtute. De baptismo.

IN LIBRO OCTAVO.

Quod Christus à Mose prædictus sit. Mosis cum Christo collatio. Quod regnum Iudæorum sub Herode defecerit. Quod una deitatis natura sit in patre & filio & spiritu sancto. Quod Trinitas à philosophis sit credita.
De sacramento incarnationis. Virginitas Mariæ probatur. Quantæ autoritatis Ioannes euangelista apud ethnicos.

IN LIBRO NONO.

Quod homines dij dicti, & quomodo filius Deus, dextra patris, uirtus Dei ac dominus. Quomodo intelligitur quod filij Dei uiderunt filias hominum.
Quædam hieroglyphica Aegyptiorum & Pythagoræ ænigmata exponuntur.
Quid sacrificia legis in Christo & nobis præfigurarint.
De ratione sacrificiorum multa. De cibis lege prohibitis, & quid uelint.
Quomodo Christus plenitudo legis. De feriis Christianorum, & quomodo lex non seruata etiam olim ad literam.
Quod Petrus non fuerit hypocrita.

IN LIBRO DECIMO.

Christum esse Deum, testimonia ex Euangelistis. Quod sanctorum memoriam iustè seruemus.
Quod insomnia & uisiones mortuorum Christiani non curent. Qualia sacrificia Christianorum. De circuncisione duplici.
Contra Astrologos nonnulla.

IN LIBRO DE RECTA IN CHRIstum fide ad Theodosiam.

Pietatem esse stabilimentum regni docet.
Quæ falsæ de incarnatione Christi opiniones.
Contra eos qui dicunt Christum phantasticum assumpsisse corpus.
Contra eos qui dicunt Verbum in carnem uersum.
Contra eos qui dicunt filium esse Verbum pronunciatum.
Contra Apollinaristas, qui negant in Christo fuisse animam humanam. *
Quod Apostolorum traditionibus credendum sit.
Quod filius Dei uerè animam & corpus assumpserit.
Quod anima Christi descenderit ad inferos.
De nomine Iesu, & Christum ut hominem non adorari.
Quomodo caro Christi uiuificet. De appropriatione idiomatum.

IN PRIMO LIBRO AD REGINAS.

Symbolum Patrum. Quod Maria sit Deipara. Hæreticorum doli.
Incarnatio Christi ad renouationem humanitatis.
Quod deus sit Christus unione cum Deo uerbo templi assumpti, & ad eius gloriam ascendentis. Quod uita uiuificans sit Christus.
Quod fides sit in Christum tanquam in Deum.
Quod uita & propitiatorium sit Christus.
Quod Christi mors mundo sit salutaris.

IN LIBRO SECVNDO.

Eadem argumenta tractantur cum explanatione obscurorum argumentorum.
De obedientia Christi.
De sacerdotio & sanctificatione Christi.
Quomodo Christus spiritum sanctum acceperit.
Quod Christus gloriam acceperit.
Quod Christus in uirtute patris resurrexerit.

Tomus

## TOMVS QVARTVS HABET,

1 Epistolas XXXIX.
2 Homilias X.
3 Apologiam ad Imperatorem Theodosium.
4 Declarationem XII. capitum, aliâs Anathematismorum.
5 Librum Apologeticum ad defensionem eorundem XII. capitum, contra Orientales.
6 Alium librum ad Euoptium pro defensione eorundem XII. capitum, contra reprehensiones Theodoreti episcopi Cyri.
7 Expositionem Symboli Nicæni.
8 Scholia de incarnatione unigeniti.
9 Synodales epistolas XII.
10 Dogmata Nestorij à Cyrillo primum impugnata: deinde ab Ephesina Synodo condemnata.

## TOMVS QVINTVS HABET,

Commentariorum in Hesaiam prophetam libros quinq; qui quid singuli contineant, lectio ipsa docebit.

COPERA

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

# CYRILLI PATRIARCHAE ALEXANDRINI, SVPER EVANGELIVM IOANNIS, GEORGIO TRAPEZONTIO INterprete, Liber primus.

## PROLOGVS CYRILLI.

EXQVISITA profecto est, diuinitusq; defluxa omnium Euangelistarum doctrina. Nam quum quasi ab alta specula cuncta circunspiciat, auditorum undiq; cõmodum ita diligenti studio colligit: ut qui ueritatem diuinorum sitiunt dogmatum (si recto animo scripturarum sensum inquirunt) facile quicquid eis conferat, in ea inueniãt. Non enim illis, qui temeraria inuestigatione, humanisq; potius rationibus, quàm autoritate scripturę gaudent, gratia spiritus (quippe quę in malignã animam nõ ingreditur, nec pretiosissimas gẽmas suas in pecorum inuolui pedib. patitur) sed simplicioribus ueritatem infundit mentibus: quæ cauillationibus nullis studentes, non parua cum ueneratione dexterum atque regium iter sequuntur. Confisus enim, ut est apud Solomonem graditur, qui simpliciter ambulat. Quum ergo mirabilis, excelsaq; sanctorum Euangelistarum doctrina sit (non enim ipsi, ut saluator dicit, sed spiritus patris in ipsis loquitur) Ioãnis Euangelium, si quis sublimitatem mentis atque acumen consideret, & quàm magnus sit sentẽtiarum in eo cumulus cogitet, longe omnium non iniuria pręstantissimum ducet. Nam etsi diuinorum dogmatum expositio æqualiter omnibus proposita sit, atque ad eundem quasi calcem curriculo diligenter omnes terantur: sic tamen diuersa eis oratio est, ut quamuis in unam urbem peruenerint, in magnificentiores tamen ædes, alius alio ingressus esse mihi uideatur. Nam quum cæteri exquisitissime genealogiam saluatoris, aut ab Abraham in Ioseph descendentes, aut ab Ioseph in Adam usque ascendentes conscripserint: solum Ioannem uidere licet nõ multum his laborasse, sed feruenti animo, ultra quàm homini possibile sit, uolare uoluisse, ac ineffabilem uerbi generationem uerbis exprimere ausum fuisse. Nec ignorabat gloriam Domini omnem orationem, omnemq; mentem humanam superare, uixq; posse humana uoce diuina significari. Verum quia necesse iam erat, quasi palmo cœlum metiri, ac humana humilitate in altissima prouehi, ne malignis doctoribus, si nulla discipulorum Domini uoce â prauitate sua coercerentur, latus in simpliciores sit aditus, uigilantissime ad diuinorum dogmatum fundamentum uolauit: In principio erat uerbum, magna exclamans uoce, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum: hoc erat in principio apud Deum. Verum quum æquum sit omnia, quæ ad ueritatem conferunt, libenter suscipere: ut more apis è multis atque uariis ad unum confluentibus, dulces sancti spiritus fauos conglutinemus, non erit ab re, quod à studiosissimis quibusdam accepimus, breuiter pręponere. Aiunt enim, post saluatoris nostri crucem, atque in cœlis ascensum, falsos quosdam pastores, doctoresq; pernicioso s, quasi truculentas feras, ex corde suo, non ex ore Domini loquentes, ut scriptum est, in gregem dominicum irruisse: qui non cordis sui solummodo, ut diximus, uerum etiam sui patris, diaboli uidelicet doctrinam, ecclesiæ tradere conabantur. Si enim nemo potest anathema Iesu dicere, nisi in Beelzebul: quomodo illi à doctrina diaboli alieni fuerunt, qui unigenitum Dei uerbum, in quo mouemur omnes, & sumus, tunc primum extitisse impie affirmabant, quum ab intemerata uirgine carnem assumpsit, & secundum scripturam, In terra uisus est, & cum hominibus conuersatus? Ad quos, cæterosq; omnes, qui æternam, ineffabilemq; generationem filij negare audent, iure illud propheticum dicetur: Vos autem accedite huc filij, inquit semen adulterorum & fornicariæ: super quem lusistis, & super quem dilatastis os, & eiecistis linguam? Non enim ex bono animo bona uerba proferunt, sed pernicioso uenenum sufflant serpentis, de quo Psalmista oratione ad Deum conuersa clamat: Tu confregisti capita draconis. Quoniam igitur non contemnenda inter fideles erat turbatio, simpliciorumq; animas pestis (multis à ueritate ad nugas illorum labentibus) contagione depopulabatur, qui firmiores erant, ad saluatoris discipulum Ioannem profecti, rem omnem, & imminens ecclesiæ periculum diligenter explicarunt, & periclitantibus manum porrigere rogarunt. Hac re commotus Ioannes, par esse putauit tam præsentibus quàm futuris, huius Euangelij conscriptione consulere. Itaq; quæcunq; ad carnem Domini pertinebant, alijs latius aut dicta aut dicenda prætermisit. Ipse uerò acerrime, quasi robustissimus iuuenis, in insaniam hæreticorum insultans exclamat.

*Baruch.3.*
*Esa.57.*
*Psal.73.*

Universidad de Deusto
Autoritate cō fitat hæreti cos.
Bibliotec



*Quod æternus, & ante secula unigenitus Dei filius.*

CAPVT I.

IN principio erat uerbū.) Quid igitur ad hæc, qui nouissimū nobis filium ita esse prædicāt, ut nec Deus quidem, esse creditur: quid inquā, dicere possunt? Non erit tibi deus recēs, scriptura clamat. Quomodo autem non erit recens, si nouissimis natus temporibus est? Quomodo etiam nō mentiebatur, dicens ad Iudæos: Amen dico uobis, antequam Abraham fieret, ego sum? Neminem enim fugit, multis seculis post Abraham, â sanctissima uirgine Christum natum fuisse. Si ergo in nouissimo unigenitus natus est seculo, quomodo in principio ipsum fuisse, ueritatem habebit? Sed nugas eorum etiam ex sequētibus refutabimus. Illud uero & subtilius enodetur, quod Euangelista dixit, In principio erat uerbum: principio nempe, siquidem definitionē principij retinet, nihil antiquius est. Nunquā enim principij principium poterit excogitari. Nam si aliud quiddā ante principium intelligitur, excidet profecto, nec erit uere principium. Præterea si ante uere principium aliud inueniri poterit, in infinitum nobis erit procedendum: aliud semper ante aliud quærētibus, nec in uno simpliciter principio consistentibus. Quare ne infinita quærentes inexplicabilis nobis fiat consideratio, quæ nunquam possit in exitum peruenire, nec principium principij dabimus, nec filium in tempore à patre genitū cōcedimus: sed æternaliter cum patre ipsum esse cōfitebimur. Si enim in principio erat, quæ mēs poterit unquā ultra illud erat, conuolare? Aut quando illud erat, mente ita tenebimus, ut cogitationes nostras nō antecedat? meritò igit̄ stupore perculsus clamat Esaias: Generationē autem eius quis enarrabit? quia sublata est â terra uita eius. Tollitur em̄ profecto à terra generationis unigeniti ratio: omnē enim mentem excedēs, omnemq; rationem humanā superans, ineffabilis est: quomodo igitur factū, creatumq; nonnulli asserunt? quum mēs nostra, ratione ac tempore creata omnia facile circunscribat, generationē uerò unigeniti nullo modo comprehendere queat: In principio, inquit, erat uerbū. Principiū sane tēporis nullo pacto possumus in unigenito dei filio intelligere. Qui em̄ ante cuncta secula est, eius æterna substātia est. Præterea, quū ad exitū peruenire diuina recusset natura (eodē enim semper modo se habet, iuxta illud: Tu autē idem ipse es, & anni tui nō deficient) à quo nam principio, temporis spacijs mensurato filius inciperet? ueluti natura deus, ac ideo uere clamans, Ego sum uita: peruenire in exitum non potest. Principium enim temporis quantitate significatum, nunquam in seipso sic esse potest, imò uero nec intelligi quidē, ut finem & exitum suum nō respiciat: quasi enim ad finē principiū dicimus, & finem rursus quasi ad principiū referētes nuncupamus. Quoniam igitur ante secula filius est, in tēpore genitus esse non potest: sed est semper in patre, quasi in fonte, sicuti ab ipso dictum est, Ego ex patre exiui ac ueni. Quasi enim fontem patrem intelligimus, in quo uerbū est, sapientia, uirtus, character, splendor, & imago eius existēs. Quare si nullum unquā erat tempus, quādo absque sapiētia, uirtute, charactere, splendore, ac denicq; imagine sua erat pater, fateri necesse est coæternum & esse filium, qui sapiētia, uirtus, & cætera, patris ęterni est. Quomodo em̄ character, aut quō imago exquisitissima patris est, nisi pulchritudinem illius perfecte consecutus sit, cuius imago est? Non est autem absurdū quod diximus in patre filium, tanquam in fonte intelligendū esse. Nihil enim aliud nomen fontis nobis significat, quàm ut ex quo: filio uerò in patre et ex patre est non profluēs foras, sed aut quasi à sole splendor, aut quasi ab igne insita sibi caliditas. In his em̄ exēplis unū ab uno produci, & ambo cōsempiterna sic esse cōspicimus, ut aliud absq; alio nec esse possit, nec naturę suæ rationem retinere. Quomodo em̄ erit sol, splēdore priuatus? uel quomodo erit splēdor, nisi sol sit à quo defluat? ignis uero quō erit calore carens? uel calor unde manebit, nisi ab igne, aut ab alio forsan non procul à substantiali qualitate ignis disiecto? Sicut igitur quæ ab istis profluūt, simul cū illis sunt unde profluunt, ac semper unde fluant ostendunt: sic unigenito intelligendum est. Ex patre enim esse intelligitur, sed in patre etiam esse creditur. Non alienus natura, neque post patrem natura secundus: sed in ipso patre semper, & cū ipso, & ex ipso secundum ineffabilis generationis modum. Dicitur autem filij principium pater à scriptura, nulla prorsus alia significatiōe, quàm ut ex quo: quod Psalmista de secundo saluatoris nostri aduentu, spiritus sancti gratia commotus ostendit, sic ad filium dicens: Tecum principiū in die uirtutis tuæ, in splendore sanctorum tuorum. Dies enim uirtutis filij illa est, in qua orbem terrarū iudicaturus, merita singulis secundū opera sua retribuet. Venturus autē sic est, ut & ipse in patre sit, et pater in ipso: ita ęternū ei principium pater est, sola (ut diximus) illa significatōe, ut ex quo: quoniā ex patre est, In principio, inquit, erat uerbum. Multa nobis atq; uaria undique ueritatem dogmatū indagātibus, principij significatio subijcit. recte nāq; saluator inquit: Scrutamini scripturas, quia in ipsis uos putatis uitā æternā habere: & ipsæ sunt quę testimoniū perhibent de me. Videtur igit̄ principij hic nomine, beatus euangelista patrē significare. Hoc enim modo super omnia natura diuina collocabit̄, si omne quod creatū est, sub pedibus eius intelligatur: ut quasi omnibus insidēs, quę creauit, omnia foueat atq; cōseruet. In hoc igitur ꝙ omniū principium est; quodq; super oīa est, in hoc inq̄ principio uerbum erat, non cū omnibus sub pedibus eius, sed absq; creatis uniuersis: quasi coæternus arboris fructus



fructus in ipso est naturaliter, locum (ut ita dixerim genitoris naturam possidens. Idcirco quum liber sit, libero patre genitus, omniū rerum principiū secum habet. Quod inde maxime approbatur, quia (ut diximus) tūc primum esse incepisse nōnulli Dei uerbum impie cōtendebant, quū ex intemerata uirgine templū hoc hominis propter salutem nostrā assumpsit. Quod si ita esset creatus, & eius esset naturæ, quam omnes res habēt, quæ à nihilo productæ sunt: nec dominii, sed serui uocabulū ei uere applicaretur. Nulla enim creaturarū, creatoris dei, ac domini seruitutem recusat, nihil omnino factū est, quod principio & potestati diuinæ nō subiacet: quam Salomon significans, dicebat, cum iustitia sedem principij præparari. Parata enim, ualdeq; ad iustitiā decora, principij omnium sedes est. Quænam uerò sedes illa est, de qua modo dicit, ipsum Deū dicentem audias: Cœlum mihi est sedes. Cœlū igitur, sancti uidelicet spiritus, quos & angelos appellare solemus, ad iustitiā, seruitutemq; paratissimi sunt. Quamobrem ne unà cū alijs creatutis subiectum deo patri filiū putes, ac quemadmodum alia in seruilem locum deducas, nuperrime ac in tempore natum existimans (sic enim necessario creatura esset) nō iniuria diuinus euangelista Iohannes uehemēnus huiusmodi cogitatiōes expellens, ab omni seruili cōditione filium uendicat, atque à libera, omniq; principante substantia emanere ostendit, & in ipsa eum naturaliter esse asserit, dicens: In principio erat uerbum.

Principij aūt uocabulo cōmodissime uerbū erat, connectit: ne solum decorus, uerum etiam ęternus, & ante secula filius intelligatur. In profundissimam enim, atque incomprehensibilem generationem, quæ cuncta superat tempora, erat illud, cogitantis sententiam adducit. Erat em̄ per se indeterminate prolatum, nullis unquam terminis circumscribetur, quum natum sit scrutantem semper intellectum præcedere: adeò ut quocunq; arbitreris, quasi ad ultimum exitum & quietem ipsum erat, iam peruenisse, inde superioris cursum initium statim factū esse uideatur. Erat igitur uerbū in principio, illo scilicet quod super omnia est, unde ipsum uerbum est domini eam naturaliter possidens maiestatē. Quod si ita est, sicuti certe est, quomodo factū aut creatus filius putabit̄? aut quomodo, si de uerbo, id est, de filio Dei unigenito uere ac absolute erat prędicatur, poterit unquam non erat prædicari?

*Quod patri consubstantialis filius quum sit, in propria tamen hypostasi est, similiter & pater.*

CAPVT II.

ET uerbum erat apud Deum.) Inanem iam, & procul à ueritate sentētiam illorum ostendit, qui ex nihilo productum filium arbitrantur. Quare quemadmodū optimus, solertissimusq; agricola, quū omnes ab horto eradicare uepres desideret, diligenter longis rastrorum dentibus radices euellit: sic beatissimus quoq; Ioānes acutissime ac solertissime germinaturas cōspiciens falsas hęreticorū opiniones, hoc Euangelio, quasi rastris eas euertit, ac in recta fide studiosum cōseruat lectorē. Nam quum mētis oculos diuina gratia illuminatos haberet, nō ignorabat uenturos homines quosdam, qui nunc ac eundē patrē & filiū esse, ac solis sanctissimam trinitatem nominibus, non hypostasibus proprijs distingui dicere auderēt. Vt igitur pater uere & nō filius, & filius rursum proprie filius & non pater intelligatur: quasi ad præsentem iam, quę futura erat hæreticorū prauitatem accinctus, ad id quod dictū est: In principio erat uerbū, in Deo scilicet patre, sicut iam diximus, statim adiunxit: Et uerbū erat apud Deum. Necessariò autē ubiq; ac exactissime erat, repetijt: ut ęternam uerbi generationem expressius designaret. Quum autē apud Deum uerbum esse prędicet, unum quidem esse filium, subsistentemq; in seipso, & unum rursus Deum patrem, apud quem uerbū est, apertissime ostendit. Quomodo enim quod unum numero est, ipsum apud seipsum esse intelliget̄? Sed non erit ab re, latius ac exquisitius falsitatem huius pernicioscę opinionis ostendere. Consubstantialis quidem filius patri, & pater filio recte creditur. Adeò enim summa in eis idētitas est, ut in filio pater, & in patre filius conspiciatur. Qui enim uidet me, saluator inquit, patrē meū uidet. Et rursus: Ego in patre, & pater in me est. Quod quū ita sit, non tamen idcirco aut filius in propria hypostasi, aut rursus pater per seipsum subsistere negabit̄: nec summa illa identitas, personas, id est, hypostases confundet: nec quoniā unū substātia sunt pater, & qui ex eo est filius, idcirco numero etiā unū erunt: sed natura quidē eadē in utroq;, proprie autem & uere uterq; subsistit. Ita em̄ pater uere pater, & filius uere filius erit: cōnumeratoq; sancto spiritu, plenitudinē sancta trinitas, maiestatemq; suam consequetur. Præterea, si qui est filius, ipse quoq; pater est: quæ ratio uarietatem nominum induxit? Si enim nullo modo genuit, quare pater uocatur? aut quomodo filius dicitur, si genitus à patre non est? Hanc enim nomina ipsa sententiam necessariò nobis declarant. Quare quoniam genitū â patre scriptura prędicat, & ueritas ita si habet quod necessario à generāte genitū re ipsa distinguit, tā filius per seipsum, quàm pater uere subsistit. Accedit quod beatus Paulus ad Philippenses in forma dei esse filium, nec rapina cōsequutū, ut sit equalis deo affirmat: nōnne igitur necesse est aliū eum esse, qui nō rapina æqualitatē dei cōsequutus est, aliū ipsum, in cuius forma esse cognoscitur? non sunt ergo idē numero pater & filio: sed subsistit uterq;, & alter in altero propter identitatē substantię inspicit: & est alter ex altero, filius à patre uidelicet. Saluator quoq; idipsum nobis aperiēs: Ego, inquit, & pater unū sumus. Nisi em̄ uterq; subsisteret, nō sumus, sed sum unum ego & pater, dixisset. Verum quoniam plurali numero, sumus unum, dixit: commodissime tam unitatē naturæ, quàm pluralitatem

Universidad de Deusto
Biblioteca



personarum ostendit. Nunquam enim de uno, A
sumus, etiam si disrumpantur hæretici, prædicari
Gen.1. poterit. Insuper uerba Dei scriptura recitat dicentis: Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinem nostram. Si ergo in unum numero trinitas sancta cõtrahitur, ut impij cõtendunt: quis est qui dicit, & ad quem dicit: Faciamus hominem ad imaginem nostram? Aut cur nostram, & non meam imaginem scriptum est? Faciamus igitur, plurali numero dictum, & imaginem nostram adiectũ ideo est, ut clara magnaq; hac uoce tu audire atq; intelligere queas trinũ esse personarum in sancta trinitate in una substantia nu
Hebr.1. merum. Adde, quod splendor patris, quasi lumen à lumine filius appellatus, quomodo alius, quàm pater nõ erit? Quod enim sicuti splendor emanat, ab alio, nõ à seipso necessario emanabit.
Ioan.16. Quum uerò ex patre exiisse de se dicat filius, atque uenisse, ac rursus ad patrẽ se proficisci ostendat, quomodo non alia quàm pater erit hypostasis? Nulla enim ratio patitur, ut quod ab alio effluxit, ab eo à quo effluxit, nõ distinguatur. Præterea in patrem & filium & spiritum sanctum credentes saluamur: idcirco ad discipulos Christus
Matth.28. inquit: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij, & spiritus sancti. Quod si una hypostasis atq; persona horũ nominũ diuersitate intelligit: quare nõ in unitatẽ, sed in trinitatẽ baptizari fideles uoluit? manifestũ igit est, in trinitatẽ nos ideo baptizari: quoniã ad eũ numerũ, personarũ ratio exit: quæ quidẽ personæ, quia identitate naturæ cognoscũtur, in unum deum credimus, & unum deum pie adora-
C
Gen.19. mus. Ad hæc, per iram dei Sodomitarum urbes
Psal.10. exustas fuisse scriptura narrat. Pluit, inqt, dominus à domino ignem ac sulphur. Hæc enim pars calcis eius, eis conseruatur qui talia committunt flagitia. Quis igitur dominus à domino ignẽ descẽdere fecit? Patet, quia pater per filium omnia peragit: brachiũ enim & uirtus patris filius quũ
Esa.53. sit, ipse in Sodomitas ignẽ immisit. Quod si dominus à domino ignem pluit, quõ alius à patre filius, & pater à filio non est? quum enim dicitur, dominus à domino, unus ex uno profecto significatur. Adde, quod prophetiæ commotus spiritu, quo futura præuidebat beatus ille Psalmista, quoniam non aliter humanum posset saluari genus, quàm per apparentiã filij dei, cognoscebat: D
idcirco mitti ad nos illum qui solus à seruitute in libertatẽ posset nos uendicare, orabat ad deum ac patrem, dicẽs: Emitte lucem tuam & ueritatẽ
Psal.42. tuam. Quæ nam uerò ista sit tam lux quàm ueri-
Ioan.8. tas, ipsum audi filiũ: Ego sum lux, inquit, & ego sum ueritas. Quod si lux & ueritas patris, unigenitus uidelicet filius, eius ab eo ad nos mittitur, quomodo alius, quàm pater nõ est? Et si id, quomodo ipse per se nõ subsistit? quamuis unũ cum patre sit identitate substãtiq. Quod si unus pater & filius numero esset, nonne orãs propheta: Ve
Ioan.14. ni ad nos lux atq; ueritas dixisset? Quũ uerò emitte dixerit, patet, quia diuinitus institutus aliũ mit

tere, aliũ mitti, missionisq; modũ, ut deum decet intelligebat. Postremo, p filiũ uniuersa uisibilia Coloss.1.
atq; inuisibilia, & scripturæ facta tastantur, & omnes credimus qui ueritati, pietatiq; diuinorũ dogmatũ adhæremus. Scrutemur ergo diligenter quid istauox, per filiũ, posit. Nonne illico alium esse qui facit, aliũ per quẽ facit, demonstrat? Ita quum per filium cuncta fieri scriptum sit, duę personę proculdubio designãtur. Quomodo enim unus numero propria atq; uere per filiũ cuncta creasse dicitur, si nulla prorsus alia persona intelligit? Nihil ad hęc arbitror aduersarios, si scripturam admittunt, respondere posse. Per filiũ sane à patre cũcta fieri, & scriptura prædicat, et nos Heb.1.
credimus. Quomodo igitur necesse non est, patrem per se, ac filium similiter subsistere? Non enim identitas substantię lęditur, si trinitatem personarum sancte atq; pie fatemur.

*Quod Deus filius nullo pacto minor, aut dissimilis patri est.*

CAP. III.

ET deus erat uerbũ.) Non ignorauit diuinus Euangelista uenturos posterioribus seculis nonnullos, qui deitatẽ filij negantes, non natura deum uerbum patris, sed quasi adulterinũ, ac no mine solummodo deum cõtenderẽt: qui filium deumq; appellatum quidem, nõ autem uerũ deum putarẽt. Quod præcipue Ariani, Iudaicã im Ariani.
pietatẽ in animo concipientes, passi mihi uidentur. A tenebroso enim eorũ corde, nõ uiuificans pietatis uerbũ, sed mortificãs diaboli doctrina profluit: dolosa omnino est lingua eorũ, & uerba oris eorũ quasi facula. Quemadmodũ igit si Quod si
hoc pacto aduersꝰ Euãgelistã cõtẽdissent, quan subst. cum
quam apud deum uerbũ sit (credimus enim hoc patri.
tibi dicenti (ac alius pater, alius persona filius sit: non sequitur tamẽ hinc eiusdem cũ patre ipsum esse substantiæ. Quare quum unũ deum prædi- Deut.6.
care scripturã inuenianus, patri solummodo id nomẽ uere attribuimus, apud quem erat uerbũ. Quasi ergo hæc dicturos audiens: Nõ modò, inquit, uerbum erat apud Deũ, uerumetiã deus erat. Sic quoniam apud patrem, inquit, est, per se ipsum subsistit: quoniã uerò deus est, & ex deo patre, cõsubstantialis patri & natura deus esse intelligitur. Quũ em una dei natura omnibus creditur, non potest profecto sanctissima trinitas identitate substantię nõ cõtineri. Deus igit erat uerbũ, non nuperrime, factum, sed ęternũ: quan quam qui deus est, is necessariò æternaliter est.

Quod enim in tempore factũ est, aut quod à nihilo productum reperitur, id natura deus esse non potest: dei autem uerbum, quoniam ęternũ est, & quoniam deus est, patri consubstãtiale omnino est. Quib. ergo supplicijs digni nõ sunt, qui minorẽ quodãmodo, aut dissimilẽ genitori unigenitũ arbitrãtur? qui eò impietatis profecti sunt, ut in mediũ hęc proferre nõ dubitent, parũ de reb. tã magnis attẽdẽtes. Nullo em modo minorẽ patre filiũ esse, rationib. multis atq; firmissimis à fonte scripturã scaturientibus discemus. Multis enim atque uarijs filium Dei nominibus nuncu-



numcupare solent. Virtus enim Dei & sapientia A
1.Cor.1. est, ut Paulus ostẽdit. Christus, inquit, dei uirtus est & sapientia. Veritas etiã, & lux, & iusticia est,
Psal.42. ut in Psalmis scribitur: Emitte lucem tuam & ueritatem tuã. Et rursus: In tua iusticia uiuifica me.
Psal.118. Pater enim in Christo fideles uiuificat. Cõsilium etiam dicitur, iuxta illud: Consilium autem Do-
Esa.23. mini in seculum manet. Quoniam igitur hæc omnia filius & dicitur & est, uirtus uidelicet, sapi-
Virtus, Sapientia, Lux, Veritas, Iusticia, Consilium. entia, lux, ueritas, iusticia, & consilium patris: dicant nobis Ariani, quomodo patre minor est? aut quomodo si minor est, perfecte sapiẽs pater,
Ariani. pfecte lux, perfecte ueritas, pfecte iustus est? Sed nec cõsilij qdẽ perfecti pater erit, si minor eo filio est: perfectus aũt pater & est & creditur: quia omnia quæ habet, perfecte habet. Perfectus etiam si B
lius, sapientia, uirtus, lux, ueritas, iusticia, & consilium patris. Quomodo igitur patre minor est, quo pater perfectus est? Præterea, si quum minor sit patre filius, à cæteris creaturis, & à nobis adorat, duos colere deos inueniemur. Nullo enim modo identitate naturę, imperfectus, id est, minor filius, cum perfecto patre contineri poterit. Magna uerò diuersitate à seipsis ea decidunt, quæ ratione naturæ diuersa disseparantur.
1.Cor.8 Fides autem nostra nullum deorum numerum suscipit: sed unus est deus pater, & ad eandem unitatem filius unà cum spiritu sancto cõscendit. Quomodo igitur minor, qui substãtia perfecto patri naturaliter, atq; absolute unitur? Ad hæc, plenitudo filius dicit. A plenitudine, inquit, eius
Ioan.1. omnes accepimus. Quomodo igit perfecto pa- C
tre minor, si ipse plenitudo est? Nõ enim possunt in eodem simul subiecto, quæ inter se contraria
Philip.2. sunt, inueniri. Insuper, si quum minor patre sit filius, uniuersa replet: ubi excellentior magnitudo patris locabitur? licet enim aduersus furẽtes quasi de corporibus loqui, quanquam non sumus nescij maius & minus longe aliter in rebus incorporeis, quàm in corporibus intelligi. Prętea, si super omne nomen deus est, cuius quum hæres filius sit, perfectus tamen non est, quia minor: nihil magni est super omnia esse, non erit igitur magnũ quiddam Deus. Quod quoniam plenum est insaniæ atq; furoris, necesse est filiũ, qui quum deus sit, super omne nomẽ est, perfectum
Ioan.3. eõsiteri. Accedit quod de filio Ioannes ait: Quia D
non ex mẽsura dignis hominibus spiritũ prębet. Immensus ergo filius est, in quo mensura nõ est. Quõ igit minor qui imensus est? Prętea si filio quidẽ minor est, pater aũt maior: nõ eadẽ profecto mẽsura, sed magis quidem pater cũ filius: minus uero filius cũ pater nos sanctificabit. Quare spiritus quoq;, in quo sanctificamur, simplex nõ erit: quippe qui minor in filio, maior uero in patre necessariò erit. Ita perfecti à patre, quàm à filio, sanctificabimur. Magna certe amẽtia his uer bis inest. Vnus enim spiritus sanctus est, una perfecta sanctificatio, quæ à patre per filium naturaliter prębetur. Non est igitur filius, qui eandem cum perfecto patre habet operationem, quique

genitoris spiritum, ut proprium bonum non aliter certe, quàm ipse genitor habet: non est, in-
Phil.2. quam, patre aliquo modo minor. Adde, quod in forma & æqualitate patris, secundum Paulum, filius est. Quomodo igit minor eo erit? Nequaquam enim hominis assumptio, propter quã se humiliasse filio dicitur, maiestate ac perfectione deitatis filium denudauit. Nam & humiliauit se factus homo, ueniet tamen in maiestate atq; gloria patris. Quomodo igitur in maiestate atq; gloria patris est, qui eo minor est? præsertim quum Deus magna uoce per prophetam iam dixerit:
Esa.48. Non dabo gloriam meam alij. Interrogãdi sunt ergo omnes, qui aduersus filium impij sunt, imo etiam aduersus patrem (qui enim filium non honorat, is nec patrem quidem honorat) utrũ quũ minor sit patre filius, ut ipsi credunt, consubstantialis patri est, an non? Nam si consubstantialis est, mẽte capti uidebuntur, qui minorem esse opinantur. Quæcunque enim eiusdem naturæ atque substantiæ sunt, quantum ad rationem substantiæ pertinet, nullo modo maius & minus suscipiunt: hoc autem est quod quærimus. Sin uero consubstantialem esse negabunt, quod eos facere consequens est, quia minorem dicunt, erit omnino à substantia patris alienus.

Quomodo igitur gloriã eius habebit? aut quomodo honor & regnum ipsi datũ est, ut Daniel
Dan.7. asserit? Vel ergo Deus pater mentitur, qui se gloriam suam alij daturum pernegat: aut si uerus est sicuti certe est, & gloriam suam filio suo dedit: necesse est eiusdem esse substantię filium, qui fructus, id est, genimẽ patris est. Quod si ita est, quo modo minor quàm pater erit, qui eiusdem naturæ cum eo est? Ad hæc, si quum pater omnipotens sit, filius quoque omnipotẽs est, quomodo minor est? Nunquam enim poterit perfecto imperfectus, secundum potentiam exæquari. Si etiam pater dominus est, & filius quoque similiter: nonne furor erit minorem appellare? Si enim minor est, libertas, dominationisq; dignitas minor sit in eo, quàm in patre necesse est. Quomodo ergo Dominus est, qui dominationis dignitatem plenam non habet? Pater prætera lux, & filius similiter: quare si minor est, perfecte lux non erit, & deprehendetur aliquo modo à tenebris:
D ac ita fallitatis uitium euangelio accommodabitur. Dicitur enim: Et tenebræ eum non comprehenderunt. Vita etiam filius, sicuti & pater est:
Ioan.1. quomodo ergo minor? aut quomodo fideles, quoniã Christus in interiore homine habitauit, uiuunt, si filius perfecta uita non est? Si enim nõ perfecta uita est quo uiuimus, nõ omnino uiui, sed mortui quodammodo sumus. Hæc absurda & inconuenientia toto animo fugientes, perfectum esse filium, & perfecto patri secundum substantiam æqualem confitemur. Accedit, si minor est filius quàm pater, & propterea non consubstãtialis, nec filiũ quidẽ eũ esse, nec omnino Deũ necesse est. Quomodo em uere filius erit, si ex patre genitus nõ est? aut quomodo deus erit,

Universidad de Deusto
Biblioteca



qui nõ est ex deo naturaliter? Credimus aũt om A illius naturę propria posſidẽs. Quomodo igitur
nes in filiũ. Erramus igitur omnes, nec uerũ deũ deus deo ea ratione, qua uterq; deus est, minor
adhuc cognouimus. Quod quoniã absurdũ est, erit? Dicite quæso, unde ad hoc peruenistis? aut
qui credunt in filiũ, illi etiã in patrem pie credũt, quomodo id ita esse credidistis? Nõ enim uideo
& in spiritum sanctum uidelicet. Non est ergo a- qua ratione minorem patre filiũ putatis: an tem-
lienus à patre filius, nec minor eo: sed unum cũ pore id dicitis? Sed ante secula filio est, & seculo-
eo, quoniã ex eo secundum naturã, ac ideo ęqua rum ipse est conditor: nec contineri tempore po
lis et atq; perfectus. Nam si ex deo patre unigeni test, qui in tempore natus non est. An quãtitate?
tus filius uere effulsit, etiã nolentes cõfiteri opor Sed incorporea natura nullã unq; suscipiet quã-
tet ex substantia, naturaq; patris ipsum esse. Id e- titatẽ. Quomodo igitur minor, si his minor non
nim filiatio uera significat. Quomodo ergo mi- est? Gloria forsan, uirtute & sapiẽtia, dicetis. Ex-
nor, qui ex ea substantia naturaliter profluit, in ponatis igitur nobis quãtus qualisq; (ut ita dixe
qua nihil minus aut maius, sed oĩa perfecta in rim) in istis est pater, ut ad illud mẽsurato à uobis
ueniũtur? Quod si ex substantia patris secundũ filius minor reperiat. Aut si incõprehẽsibilis, im
naturã nõ est, nec uere quidẽ filio erit: quare nec mẽsaq; gloria, uirtute & sapiẽtia patris est: qua uos
pater, uere pater. Si em̃ filius nõ est, propter quẽ B ratione mẽsi audetis minorẽ filiũ dicere, ac insita
pater pater est, quõ patrẽ esse intelligimus? sed naturaliq; sibi dignitate, quantũ in uobis est, eũ
Deus uerus pater est, id enim ubiq; diuina scrip priuare? minus em̃ mẽsuratiõe maioris, quę col-
tura clamitat: quare filius uere filio est, & à patre lectione minoris sit, cõprehẽdit. Quũ igitur im-
naturaliter: nõ est ergo minor patre qui ex eo est mẽsa sit dignitas patris, unde minorẽ esse filiũ di
& quia ex eo, idcirco ei omnino cõsubstantialis. dicistis? lure igit atq; uere de huiusmodi hæreti-
Præterea paternitatis nomẽ non à nobis in deũ, cis, q̃d uulgo fertur, possumus exclamare: Amen
sed à Deo in homines defluxit. Ab eo enim & in tes insaniq; aduersarij nostri. Quomodo em̃ non
cœlo & in terra omnis paternitas est, ut Paulus insaniunt? quũ neq; quid dicãt, nec de quibus di
Eph.3. ait. Cuius imitatiõe quadã atq; similitudine nos, sceptẽt, intelligãt. Hęc nos dicere illud cõmouit
qui ad imaginẽ eius facti sumus, patres appella- quod deum de deo filium ex patre natum consi-
mur. Dic igitur quæso, quare nos patres filiorũ tentes, minorem esse patre contendunt. Qua ex
nostrorum secundum naturã sumus, si exempla re multa nefaria, etiã auditu horribilia consequũ
ri cuius imitatione id habemus, hoc non inest? tur. Nam si filius quum natura deus sit, minus ali
Quomodo aũt paternitatis nomẽ à deo in alios quo modo suscipit, erit necessario aliquid maius
defluxit, si deus uere pater nõ est? Nam si ita est, C deo. Quod si ita est, pater etiã ipse, quoniã natu-
non à deo in nos, sed à nobis in deum paternita- ra deus sit, progredi posse ad maius intelligetur.
tis nomen ascendit: eritq; deus nõ re, sed ad simi Nam si tam pater quàm filius deus est, & ideo ali
litudinem nostram pater appellatus. Mẽtitur er quid maius intelligitur, patre quoque maius ali
go ueritatis testis, qui tam in cœlo, quàm in terra quid intelligetur. Quod si adhuc nõ suscepit, ta
omnem paternitatem à deo esse testatur: sed non mẽ susceptiuus est: quod per filiũ, Coloss.1
2.Cor.13 mentitur ille, in quo Christus loquebat. Paterni qui eius imago est, ita esse ostẽditur. Quõ aũt po
tatis ergo nomẽ à deo in nos defluxit: quare uer tẽtia huiusmodi erit in deo, q̃ in actũ adhuc non
bum patris, secundũ naturã ab eo est: genuit aũt exierit? Sed magna in his cogitationib. blasphe
nõ minorẽ, neq; dissimilẽ sibi: quoniã et nos qui mia inest. Nunq; enim maius aut minus pater su
patris nomẽ inde per incarnationẽ assequuti su- scipiet, quoniã natura deus est: quare nec filius,
mus, æquales nobis secundũ rationẽ naturæ, nõ quũ & ipse similiter deus sit. Adhæc, si quũ ex deo
inæquales filios edere possum⁹. Quas ob res nõ patre secundũ naturã filius sit, aut dignitate, aut
armẽtur cauillationibus aduersus ueritatẽ here- substantia, aut quouis modo minor est: nõ tantũ
tici, nec nudis uerbis filiũ dei fateãtur, nec ex sub ipse deprimit, quantũ substantia unde esse credi
stantia patris esse pernegent. Quõ enim uere D tur, dehonestatur. Nã quũ omnia quę generant,
filius qui filius natura non est? Aut ergo simula similia sibi, æqualiaq; ratiõe substãtiæ producãt.
tionis huius uelamina proijciant, ac nec deũ, nec sola diuina natura min⁹ seipsa generabit. Sed na
filiũ cõfitentes, nudo (ut dicitur) capite blasphe- tura patris nullius uitij est susceptiua: bona uerò,
ment: aut si autoritate scripturarum, & doctrina quæ in nobis sunt, multo pfectius in eo, ut in pri
sanctorum uicti, filium confiteantur, minorem mitiuo, à q̃ ad nos defluunt, quàm in nobis sunt.
patre non dicant. Nam si deus erat uerbum, qua Non ergo minorẽ se filiũ generabit, sed æqualẽ,
ratione minus suscipietur? Nam neque filius ho ac cõsubstãtialẽ: ne qui naturã humanã in infini
minis ea ratione qua homo est, minor patre est. tũ excedit, nõ parũ deficere ab eo bono, q̃d alijs
Nullo enim modo homo homine minor aut ma largitus est cõperiatur. Adde q̃d æqualẽ se deo
ior, in quantum homo, nec aliud quicquam mi patri Christus ostẽdẽs: Qui me uidet, ad discipu Ioan.14
nus aut maius eo esse potest, cuius substãtię atq; los ait, uidet & patrem meũ. Si ergo talis natura
naturæ rationem suscipit. Quare si filius uere fi est, ut qui cum intellexerit, patrẽ intellexerit, ut
lius est, necesse est à patris ipsium substantia con ipse asserit: quomodo minor? Si enim in seipso
fiteri: unde si pater natura Deus est, & qui ex eo patrem ostendit nullo subintellecto discrimine
genitus est filius, natura deus, necessario cuncta (uidetur enim in immutabili sua imagine pater)

minus



minus ipsum, quod filio inest secũdũ hæreticos, A *Aduersus eos qui audent dicere, aliud esse interius atq; insitũ naturaliter in Deo uerbum, & alium qui à scripturis filius Dei dicitur: quæ pernicioſa opinio Eunomianorum dicitur fuisse.* CAP. IIII.

patri etiam necessario inerit, quod omnino im-
possibile est: filius ergo, in quo ut per imaginem
pater conspicitur: sicuti pater omnino perfectus
est, alioqui nũquam uere dicere filius potuisset:
Ioã.16 et 17. Omnia quæ habet pater, mea sunt. Et rursus ad
ipsum patrẽ uersa oratione: Omnia mea, inquit,
tua sunt, & tua mea. Si ergo minor patre filio est,
& filio pater maior, ut hæretici sentiunt: quoniã
quæ filij sunt, patris sunt: & quæ patris, filij: mi-
nus ipsum quod in filio est, patri etiam inerit, &
è cõuerso, maius ipsum q̃d in patre est, filio quo
que necessario accõmodabitur. Nihil ergo pro-
hibebit patrem quoq; minorem filio credere, &
filium patre maiorẽ. Quæ omnia quũ absurdis-
sima sint, necesse est æqualem omnino patri fili-
um esse, quũ omnia quæ patris sunt, cõmunia si- B
bi cum filio sint. Quare si pater perfectus est, filius quoq; perfectus est. Sed dicant nobis qui æternum ignem in caput suum præparantes, diui-
norũq; dogmatũ euertẽtes ueritatem, uarias ad decipiẽdos simpliciores, cauillationes exagitãt: utrum quũ maior filio pater secũdum eos sit, melior quoq; est an nõ? Nam si nullo pacto melior est, neq; filius quidem minor eo erit: sin uerò melior, quod eos dicere cõsequens est, cuius rei gratia pater non æqualem sibi, sed minorem genuit filium? Nam quum melius erat æqualẽ sibi secũdum omnia generare, quid enim prohibuit? Prohibens enim illud quicquid fuit, maius patre necessario cõfitebunt. Quod si nihil pohibuit, sed C ipse pater, quamuis non ignorauerit melius esse æqualem sibi quàm minorem parere filium, minorem tamẽ genuit quàm uoluit: liuor eum detinuit, ne filio daret quam potuit æqualitatem: ita pater aut ui, aut inuidia minorẽ filium genuisse uidebitur: quæ quoniã procul ab immortali, diuinaq; absunt natura, fatendum est æqualẽ sibi,
Ioan.14. patrem in omnibus filium genuisse. Præterea ipse saluator dixit seipsum in patre, & patrem in ipso esse. Palàm autem omnibus est, non tanquam corpus in corpore, aut in uase, & in loco, alterũ in altero esse: sed identitate substantię immutabili, & similitudine ac unitate naturæ: quemadmodum si quispiam quũ formã suã in imagine aspiciat, & exquisitam imaginis similitudinem admiratus, clamet: Ego in hac sum, & ipsa in me. aut quemadmodum si dulcissima mellis qualitas de seipsa diceret: Ego in melle sum, & mel similiter D in me. Aut si calor ignis, qui ei naturaliter inest, diceret: Ego in igne sum, & ignis in me. Singula enim quę dicta sunt, unum ab uno sunt, & quamuis distinguantur, unum tamen natura sunt, & alterũ in altero est. Sic igitur, imò uerò in infinitum sublimius propter identitatem substãtiæ, & quoniam character & imago patris summã identitatem patris gerit, pater in filio est. Quomodo igitur audent dicere minorẽ esse filium? aut quomodo maior pater in minore filio erit? Necesse est enim si in eo est, ut æqualis in æquali, & perfectus in perfecto sit.

HOc erat in principio apud Deum.) Quum hoc erat in principio, dicit Euãgelista, breuissime sub hac demonstratione superiora repetere uidetur, quasi magna uoce clamans: Hoc dico uerbum quod in principio erat, hoc quod apud patrem erat, hoc quod erat deus ex deo: hoc inquam, & non aliud est, de quo librum istum conscribimus. Nam quoniam diuinitus futura prospiciens, non ignorauit, ut mihi quidem uidetur, & uere uidetur, ut arbitror, futuros nõnullos laqueos mortis, ad barathrũ inferi simplicio-
res detrudẽtes, qui ad damnationẽ suã aliud audeant dicere interius atq; insitũ deo patri uerbũ, alium filium, & uerbum dei, per quod cuncta deus creauit, interiori atq; insito similimũ, ut quasi uerbum uerbi, & imago imaginis, & splendor splendoris intelligatur. Tales, inquã hæreticos, qui hæc dicturi essent, futuros prospiciens: quũ iam determinauerint breuiter unum, solumq; esse uerum, & ex Deo, & in Deo, & apud Deum uerbum, miro quodammodo atq; diuino uelociter intulit: Hoc erat in principio apud Deum: sicut filius uidelicet apud patrem, sicut insitum atq; interius, sicut ex substantia patris, sicut unigenitum: hoc inquit, quia nullum aliud secundum est. Sed ut impietas ista pateat apertiꝰ, utq; facilius, quasi à uenenoso serpente omnes ab ea fugiant, ne latère possit, rationes suas perstringamus, ut liquidius refutatæ ueris scripturarum rationibus, quas sapientia Dei nobis concesserit, nullam perniciem ecclesiæ Dei afferant. Vnigenitus, inqt, Dei filiꝰ nõ est proprie ipsum dei uerbum, sed interius atq; insitum dei patris uerbum in ipso deo est semper: qui autẽ ex ipso genitus esse filius dicitur, is interius illud uerbum suscipiens, cuncta ab eo dicit, atque ideò ad similitudinem eius uerbum est, & etiam nuncupatur. *Impia Eunomij sententia.*

Hanc peruersam sententiam suam rationibus postea firmare conatur, ut catenis peccatorũ suorum (ut dicitur) miser constringatur. Si uerbum, inquit, naturale interius, atque insitum Deo patri ipse filius est, & est consubstantiale genitori: quid prohibebit ne pater uerbũ sit, & uocetur? Deinde, si uerbum filius Dei est, nec præter ipsum aliud est, quo uerbo, inquit, pater ad filiũ dixit: Filius meus es tu, ego hodie genui tẽ? Quũ Psal 2. enim omne quod dicitur, uerbo non aliter dicatur, patet non absq; uerbo ita patrẽ ad filiũ fuisse locutum. Ipse quoq; saluator, Scio patrem, ait, & uerbum eius seruo. Et rursus: Verbum quod auditis, non est meum, sed eius qui me misit. Quo- Ioã.8 & 14. niam igitur uerbo pater filium alloquitur, & ipse quoque filius fatetur modò, quia patris uerbum seruat: modò quia non suum, sed patris uerbum Iudæi audiebant: quomodo proculdubio nõ erit concedendum aliũ esse filium, quàm interius *Argumenta huius impietatis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



atq; insitum, id est in motu intelligendi uerbum: quo susceptο, & eo plenũ prolatum uerbum, & substantiæ patris expressiuum, uerbũ uocatur & Dei filius? Talia uecors ille mala sibi connectit, nec ueretur scripturis omnibus repugnare, ut illud in eo ueritatem habuisse uideatur: Quum in profundum malorum impius uenerit, tunc omnia despicit. In eum nanq; dei atq; hominum inimicus seipsum amentiæ fundum immersit, ut ueritatis rationes depellens, inanes suas cogitationes sequatur. Id eñ omnino est unigenitus Dei filius, & uerbum eius, quod à sequentibus facile potest cognosci: quamuis etiã ea quæ perspicua sunt, difficilia cognitu hæreticis sint. Quomodo enim in malignam animã sapientia ingredietur? Quid autẽ malignius istis unquã excogitari potest? qui ut scriptũ est, auditum suum à ueritate auertunt, & ad suarum cogitationum fabulas ita confluunt, ut iure illud scripturæ in eos dici possit: Væ qui prophetatis à corde uestro, & non ab ore domini. Quis enim ab ore dñi loquens, anathema dicit Iesu? quod nonnulli faciunt, aduersus pietatis dogmata insultantes (sicut quidam prophetа dicit) omnia recta peruertentes: sed ad illos quidem non iniuria dicemus: O qui deliquistis uias rectas, ut ambularetis in uia tenebrarum. Nos autem equum est ad cœlestem doctorem clamare: Conuerte oculos nostros, ne uideant uanitatem, uanitas enim & nugæ ueræ sunt, quæ ab imperitia eorum innouantur. Non enim quia uerbum aliud in seipso haberet, filius patris uerbum conseruare asserebat, nec quasi pædagogum quendam secum afferens ad nos, unà cũ eo uenisse unquã affirmauit. Sed sicut ille qui solus secundum naturam in patre est, quiq; similiter in seipso nulla re penitus intercedente patrem habet: Ego, inquit, in patre & pater in me est: nõ aliud quoddã uerbum interius, atq; insitum, sed ego ipse, inquit, in patre sum. Quomodo igitur, inquit, intelligendum est, quod ad Iudæos dixit: Ego patris uerbum seruo? Docebat saluator durissimum Iudæorum populum, & paulatim à legali obseruatione studens liberare, sæpenumero clamabat: ego sum ueritas. ac si diceret: Excutite legis ô Iudæi iugum, suscipite cultũ spiritalẽ, umbras atq; figuras procul abijcite, & ueritatẽ iam præsentem sequimini. Sic ueritas quidem clamabat. Illi autem parum credẽtes: si à Deo esset iste, dicebant, non solueret sabbata, ita eum criminabantur, qui peccatũ penitus ignorauit. Ad hæc igitur ille respõdens (ne si apertius longe se abesse à peccato dixisset, furore incitarentur, soli deo id conuenire dicentes) occultius, quoniã homo & sub lege factus est, uerbũ se patris conseruare asseruit: ut ostenderet, nulla in re quicq; se dicturum aut facturum, quod præter uoluntatem patris esset. Peccatum enim transgressione legis cõmittitur: ipse uerò quũ natura deus sit, longe ab omni delicto aberat. Quare nemo iure increpare poterat eum, qui quum secundum naturam legis autor sit, assumptiõe hominis sub lege factus est. Scire autem patrem se dicit, non simpliciter sicuti homines, quia deus est, sed quia ipse ex patre est, ipsam se patris naturam scire cõfirmat. ita quemadmodnm immutabilem esse patrem cognouit, sic se quoq; immutabilẽ esse insinuat, qui ex immutabili patre est: immutabilis autem cum sit, delinquere nullo pacto potest. Quare Iudæorum accusatio, qui aduersus deum patrẽ ipsum prædicare putabant, inanis omnino erat, & falsa. Seruat enim uerbum patris, & naturaliter longe à peccato abest, qui scit patrem similiter longe à delicto abesse, cui ut uerus filius consubstãtialis est. Sed age, iam ad illud ueniamus, quod pater ad filium dicere à scriptura introducitur. Exutero ante luciferum genui te. Non enim idcirco quia hęc ad filium pater loquitur, aliud innatum patri uerbum, & alium esse filium intelligere debemus: sed illud primo sciamus, nobiscumq; diligẽter uoluamus, quod mysteria nobis in spiritu prædicens propheta, personã induit filij, ac ita se audiuisse à patre asserit: Filius meus es tu, Nõ ergo quæ secundum humanum habitũ, ac potestatem oratio suscipitur, duo nos uerba intelligere cõpellet: sed nostris moribus dispensationẽ sermonis attribuentes, non iniuria imbecillitati humanæ naturæ huiusmodi loquutionis uerba accõmodabimus. Quippe qui nec uerbis exprimere, nec mente, diuina mysteria concipere possimus: superat enim diuina res & uerba, & ingenium nostrũ: unde fit ut multa nõ ut dicuntur, sed ut rebus conuenit intelligãtur. Hęc qui recte dicinegant, quum generare patrẽ ex utero audiãt, uterum & dolores partus intelligãt. Sed respondebunt, nihil aliud in Deo uterum significare, q̃ propriã filij ex eo generationem. Sic igitur pie illud etiam, si humano more conscriptum sit, intelligatur, & omnis præstigiosa cauillatio dissoluetur. Sed ad hoc iam satis dictum est: nunc ardentius in cætera insurgamus, ac sua ratione prępositа, fluentem hęresis magno impetu amnẽ retrudamus. Nisi aliud, inquit, insitũ, atq; interius dei uerbũ sit quàm filius unigenitus, qui eius imitatione uerbũ appellatur, erit necesse fateri patrẽ quoq; uerbum esse, uerbumq; uocari oportere, quia filio suo qui uerbum & est & nuncupatur, consubstantialis esse conceditur. Hæc ille. Nos uerò ad hæc dicimus, nullam esse rationem quæ cogat, quia pater uerbo suo consubstantialis sit, idcirco ipsum quoq; uerbum appellari: nõ enim quæ eiusdem naturæ sunt, in alterutrum mutari possunt, ut à multitudine, aut à dualitate in unitatem contrahantur. Nam & pater noster Adã filio suo consubstãtialis fuit, nec idcirco in filium ipse decidit, nec filius in locum patris ascẽdit: ita quum pater filio eiusdem substantiæ sit, proprietatem suam retinet, quẽadmodum & filius. Qui enim ex patre est, is filius esse intelligitur: ille uerò qui genuit, pater dicitur. Quod si consubstantialitas nullum esse inter consubstantialia discrimen uos cogit confiteri, quid induxit iudicem omnium non punire patrem pro filio, nec à filio

*Refutatio & increpatio hæreticorum.*

*Sap.1.*

*2.Tim.4.*

*Hier.23.*

*1.Cor.12.*

*Mich.3.*

*2.Pet.2.*

*Psal.118.*

*Ioan.14.*

*Primæ cauillationis dilutio.*

*Ioan.14.*

*Dilutio tertiæ Ioan.8 et 14.*

*Gal.4.*

*Dilutio secunda Psal.2.*

*Cauillatio*

*Dilutio riter cauillatio*



à filio supplicium pro patre sumere? Anima inquit, quæ peccauit, ipsa morietur: nec pater peccatum filij eius assumet. Vides quamuis consubstantialis pater filio suo sit, non tamen quæ alter peccauit, ex altero expostulari. Quur igitur putas, quoniam consubstantiale uerbum deo patri sit, deum quoq; patrem uerbum esse appellãdũ? Deus enim pater semper pater est, & uerbum eius: & quia uerbum, idcirco filius, semper filius: aliter in peiore esse statu diuina quàm nostra intelligerentur. Quia summa identitas inter patrem & filium secundum naturam est (imago enim ex quisitissima, & character personæ patris filius est) idcirco ad discipulos eius dicebat: Qui me uidet, uidet & patrẽ meũ. Si ergo, quia hęc ita se habeãt, nihil prohibebit patrem uerbum ac filium dicere, & intelligetur filius in patris locum ascendisse: attribuãtur sibi uerba illa, ut ipse ad patrem dicat: Ex utero ante luciferum genui te. Quo facto ita omnia confundentur, ut sanctissima consubstantialisq; trinitas, quæ semper trinitas est, ad unitatem contrahatur. Et sic, quod unicuiq; trium personarum proprie inest, consubstantialitatis ratione destruetur: naturęq; idẽtitas, personarum distinctionem cuertet: quod omnino absurdum est. Non ergo quia consubstantialis pater uerbo suo est, idcirco uerbum ipse erit: sed erit semper idipsum quod est, immutabiliter pater. Adhæc, si omne uerbum, alicuius uerbum est, eius uidelicet qui lingua loquit̃, aut eius qui corde cogitat: est autẽ pater uerbum, quoniam uerbo suo consubstantialis est, erit ipse uerbum suijpsius, aut potius nullius, & sic nec erit omnino aliquid: quomodo enim erit uerbum, nisi alicuius sit uerbum? quamuis ergo consubstantialis uerbo suo pater sit, nunquam tamẽ ipse in uerbum decidet: sed erit semper pater, sicut & uerbum suum semper filius est. Præterea longe ab omni mutatione ac alteratiõe semper diuina ab est natura, quomodo ergo pater in uerbũ mutabitur? Non enim erit ipse pater, nisi seruet quod erat. Quare si nepharium est mutationẽ diuinæ naturæ accommodare, nunquam pater in uerbũ mutabitur, sed erit immutabiliter semper pater.

Adhæc quũ se deum uerũ, & ex deo uero unigenitus dei filius uoluerit ostendere: Omnia, inquit, quę pater habet, mea sunt. Omnium enim, quæ patri naturaliter insunt, quoniã ex eo secundum naturã est, hæres est filius, pater solum modo esse nunquam poterit. Id enim unũ est, quod pater est. Erit autem filius omniũ quæ insunt patri, si hęres, ut nullo careat, etiamsi pater nunquã sit. Et quemadmodum ipse omnia patris possidet bona, eodem modo quæ filij sunt, omnia patri natura insunt, quamuis nunquam in uerbum & in filium patet mutari possit, sed maneat semper id quod est pater. Hoc eñ modo & pater & filius immutabilitatem habere intelligentur. Postremo non ignoramus à legis autore deo, nonnullos, quia inter sanctum & prophanum nõ distinguebant, accusatos fuisse. Magna enim inter hæc differẽtia, contrarietasq; omnibus qui recte iudicãt, esse uidetur. Sed si possibile omnino sit, ut consubstãtialiũ natura in seipsam confundatur, ut singularium & hypostasium propria ad alias hypostases eorũdem generum, aut specierũ transeant, quęnam ratio sanctum à prophano distinguere poterit? Si nulla singulorũ differentia, quæ hoc aut hoc cõstituat, propter identitatem substantię comperietur: erũt igituromniá (nobis singularium rerũ ablata cognitione) inter se confusa: ut Iudas proditor, Petrus aut Paulus sit: Petrusq; rursum uel Paulus, Iudas proditor: quoniam eiusdẽ cũ eo naturę sunt. Quod si omni furore furiosius dictu est, eiusdẽ generis aut speciei atq; naturæ singularia nõ amittẽt: quia eiusdem naturæ sunt, singulares propriasq; suas differẽtias, quibus hoc et hoc sunt. Quare nulla humana ratio tãtum unquã ualebit, ut cogere possit uerbum & esse & uocari deum patrẽ oportere, quoniam uerbo suo cõsubstantialis pie ac uere creditur. Manet enim semper pater, nunquam enim distinguẽtem proprietatem, qua hoc est, amittere potest. Nec propter identitatem substantiæ nihil proprium patri esse unquã cõcedemus: nec quoniam ita se res habet, plus quicquã quàm filius habebit. Qui cum ex eo proprie sit, immutabilitatem & æternitatẽ genitoris possidens, filiationem suam ita conseruat, ut in patrem mutari non possit, sicuti nec pater in filium. Sed non iure, inquient, quasi hæreticis nobis insultas, qui insitum atq; interius dei uerbum aliud pręter filium dicimus, quũ audias ipsum magna uoce clamare: Scio ego patrem, & uerbum eius seruo. Nã si necesse est aliũ esse qui seruat, aliud quod seruatur, nec ista conuenire unquã possunt: non poteris negare alium esse filium dei, & aliud uerbũ eius. Sed dicatis nobis, quæso, si ita sit, ut ipsi contẽditis, utrũ uerbum illud interius, quod ex imperitia Deo patri ineſſe fingitis, subsistat an nõ: nã si subsistit, quũ in propria esse intelligatur hypostasi, non unus, sed duo prorsus erunt filij. Sin uerò minime subsistit, quum nihil intersit inter filium & patrem, quod alterum ab altero disseparet: quomodo tertius erit à patre filius, & nõ immediate, ueluti filius patri connexus? Nã quũ insitum, atque interius uerbum ineſſe ideo patri contendant, quomodo uoluntatem patris, filius dicit? Nónne magna ex demẽtia insanire uidentur? Patris enim nomen ad filium ita refertur, ut nihil penitus inter esse patiatur. Quod si secundum eorum stultam sentẽtiam uerbũ quoddam interius paterni expositiuũ consilij inter patrem & filium est, & filiũ à patre, tanquã materia quedam disseparat: si quidẽ propria hypostasi consilium dei, & expositiuũ cõsilij uerbũ subsistere intelligantur, nec pater erit amplius, nec filius proprietatem filij retinebit. Sin uerò non subsistũt, inerit immediate filius patri: quò igitur abit uerbum illud interius? aut quemnam locũ dei consiliũ, si aliud est à filio, consequetur? Præterea cõsubstantialẽ esse sanctã, adorabilemq; trinitatẽ, te-

*Si pater, si ipse filius, pater nã quam sit.*

*Cauillatio.*

*Ioan.8.*

*Confutatio.*

*Ioan.15.*

*Exod.32.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



recte credimus, etiam si hæretici disrumpantur. A Quęcunq; aũt cõsubstantialia sunt, ratione naturę in omnibus ad unguẽ conueniunt. Si ergo, ut temeritas aliquorũ prædicat, aliud præter filiũ interius ineſt patri uerbum, filius quoq; aliud interius quoddam uerbum in seipso cõtinebit. Imago em̃ patris exquisitissima est, & character hypostaseos eius, ut scriptũ est. Sed spiritus quoq; sanctꝰ tale quid similiter interius uerbũ habebit. Heb.1. Ita nobis trinitas duplicabitur, & cõpositiõe diuina nõ creabit natura, quod longe absurdũ est, & cogitatu nefariũ: in simplici enim substãtia nihil aliud præter ipsam ineſſe potest. Sancta igit consubstãtialisq; trinitas, immediate nulla re intermediãte sibi cõiũgitur. Illud apprime tenẽdũ est, quod quãdo diuina scriptura nominibus, secundũ Græcę linguæ usum, articulos præponit, tunc & unum, & quod solum proprie atq; uere tale quid dicitur, significat: articulo autem non adiecto, generaliꝰ cuncta designat. ut uerbi causa: 1.Cor.8. Multi uocati sunt diĳ: sed quando, cum articulo Græca lingua deus dicit, tũc solus & proprie deus designatur: quum uerò absq; articulo deus profertur, qui ad hoc gratia uocatus est, intelligitur. Sic quum homo sine articulo dicitur, homo quispiam designatur: quãdo autem articulus accedit, unicum atque singularem hominem denotat. Ideò uidemus filium hominis, articulo adtrunq; nomen præpositio, saluatore nostro proferri, quando se solum ab infinita hominum multitudine uelit significare. Hæc quum ita se habeant, dicant quæso: quomodo intelligendum est, In principio erat uerbum: quum huic uocabulo, ἐν ἀρχῇ. uerbum, articulus sit adiectus? Nõ enim potest, nisi ad unum uerbum, quod proprie atq; uere in principio erat, articulata referri oratio. Quur igitur frustra extendunt, aliud nobis uerbũ adducẽtes, ut à dignitate, naturaq; patris filiũ depellãt? Præterea, si unigenitus dei filius idcirco uerbum est & uocatur, quoniam (ut ipsi dicunt) insitũ patris uerbum suscipiens, ad illud formatur: quur non dixit ad discipulos, ego & uerbum patris unum sumus: et, qui me uidet, is etiam uerbum patris uidet? Quoniam igitur non ita dixit, sed omnia prætergressus, ipsi soli patri identitate se confert, impiũ profecto est, aliũ, nescio quo uerbo, D quasi cõfirmari aut doceri, filiũ credere, qui absque ullo medio ipsi genitori cõsubstãtialitate cõiungitur. Sed alium, inquit, esse filium præter interius atque insitum uerbum, nõ rationibus nostris, sed scripturę autoritate persuasi credidimꝰ. Caullius. Quum enim filiũ sic patri dicere audiamus, Pater glorifica filium tuũ: ac patrem rursus respondere uideamus, & glorificaui, et iterum glorificabo: nónne fateri necesse est per uerbũ filio patrẽ respõdere? Quomodo igitur aliud, quàm filius uerbum non est, quo pater filio respondet? Non adeò mirãdum id mihi, quàm flendum uidetur. Plorandi enim certè sunt, qui hæc fingunt. Et illud propheticum super ipsis dicendũ: Nolite flere mortuum, nec plorate ipsum: flete, plorateq; il- Ioan.12. Hier.22.

los q talia de unigenitõ dicere audent. Quid em̃ illis miserius excogitari poterit? qui quũ oporteret eos nõ morib. nostris diuina subĳcere, sed altius atq; sublimius (quamuis humana cõsuetudine dicantur) intelligere, eam uocẽ, quam non saluator solus, sed multitudo etiam discipulorũ audiuit, uerbũ patris interius esse putarunt: corporea enim uox & sonus à labĳs, aut quõdam alio ictu in aerem profusus, auditũ mouere solet. Patris uerò consilium, quod ineffabili uoce in mentem ipsius uertitur, solus filius, qui in ipso patre naturaliter est, sicuti sapiẽtia eius cognouit. Voce autem, ictu aeris conformata deum uti, omnino credibile est. Nõ enim oportet ignorare, super omnẽ creaturã, creatoris esse naturam: quam B uis etiam ipse dominus & saluator noster, nõ dei patris uocẽ illam esse affirmauit, nec sibi ea opus fuisse asseruit: nõ enim uocem patris audisse, nec propter se, sed propter illos factã significans: nõ propter me, inquit, ista uox, sed propter uos facta est. Quod si oĩa per ipsum deus pater operatur, uocẽ quoq; illam per eum operatus est. Imò uerò ipse uox illa erat, qua non sibi uoluntatem genitoris, quam ueluti filius nouit, sed discipulis aperit, ut facilius in fidem adducãtur. Adhæc, si uerbo quodã filius insito indiget, ut per illud patris uoluntatẽ perdiscat: quid sibi uoluit dicens, Christus dei uirtus, et sapiẽtia? Quomodo enim filius sapientia patris erit, si sapientia ipse carens, ab alio, uel per aliud, quæ nesciat, discit? aut quo C modo necessariò non sequetur, sapiẽtiam patris in ipso patre perfectã nõ esse? Deinde, si filius patris sapientia est, quõ consilium patris aliud esse præter filium intelligunt, nisi forsan in sapientia consilium patris esse affirmare audeant? quę omnia impiè & dicuntur, et cogitantur. Nõ ergo ab alio, uel per aliud doctus, patris consiliũ nouit filius, sed quũ ipse sit uerbũ, sapientia & cõsilium, profunditatẽ etiã ipsam dei patris scrutatur, sicut de spiritu sancto scriptũ esse non ignoramus.

Præterea imaginem, characterem q; patris filium, scripturę uocitant: Et qui me uidet, patrem 1.Cor. etiam uidet, saluator ait. tantam ergo cum patrẽ Heb.1. identitatem habens, si quæ sunt patris, nõ per se- 1.Cor. ipsum scit, sed quasi alio narrante perdiscit, non erit incongruum, si quis patrem quoq; indigere expositore affirmauerit, ut ea sciat quæ in filio recondita sunt. Nam cum filio suo similis omnino sit, eadem ignoratia qua filius, detinebitur. Ita diuina natura ignorantię susceptibilis erit. Fugienda igitur, fugiẽda impia hæc hęresis omnibus uiribus est, præsertim quũ spiritꝰ omnia, profunditates etiam ipsas dei scrutari ab Apostolo scriba 1.Cor. tur. Sicut enim nemo hominũ, ait, quæ hominis sunt nouit, nisi spiritus hominis qui in eo est: sic & quę dei sunt, nullus nouit, nisi spiritus dei, qui in eo est. Quoniã ergo spiritus sanctus, qui profunda dei scrutat, nõ solũ patris est, uerũetiã filĳ: quõ filius, qui spiritum in seipso naturaliter habet, eorũ q̃ patris sunt aliq̃d ignorabit? nõ recte igit dicitur, ab alio uel per aliud uolũtatẽ patris filio



filio significari. Quid em̃ opus est aliud interius A confingere uerbũ, quũ ipse per se sapientia sit, & scrutantẽ omnia spiritũ cõmunẽ cũ patre habeat? Dicant nobis præterea, qui unigeniti substantiam idcirco deĳcere conant̃, quoniã uoluntatẽ ipse patris per se nesciat, ut aiũt: sed & uerbo (nescio quo) quasi magistro atq; doctore utat: utrũ illud uerbũ, quod interius appellãt (supponatur enim, per se subsistere) æqualitatẽ habeat cũ filio, an minus maiusue sit. Nã si minꝰ dicẽt, in ipsum patrẽ hæc impietas ascẽdet. Erit enim aliquid in eo, aliud ab eo, & minus eo. Sin uerò maius esse, quàm sit filius cõtendant, dupliciter in patrẽ peccabũt. Primũ em̃ minorẽ genuisse filium cõperietur, quàm ipse substantia sit: deinde ipse quoq; uerbo suo interiore minor uidebit̃, quũ filio suo B cõsubstãtialis sit, quę interiore uerbũ minorẽ dicunt. Hęc si fugiẽtes æquale substãtia insitũ illud uerbũ filio affirmauerint, omnia sibi cõtinuo delabent̃. Quomodo enim, si æquales natura sunt alter quasi natura nescius, ab altero, quasi natura sciente docetur? ita undiq; falsitas opinionis suę apparet. Impiũ igitur est inter patrẽ et filiũ quicq̃ quasi intermediũ intelligere: piũ autem, credere ipsum filium esse uerbum patris, quod in principio erat, in q̃ quidẽ uerbo Paulus ait, omnis cognitionis, atq; sapiẽtiæ thesauros esse recõditos. Coloſ.3. Quod si ita est (nõ em̃ mentitur Paulos) quomodo sibi opus est, ut ab alio doceat? aut in q̃ bonã perfectam cognitionem, atq; sapientiã esse dicemus, si qui sapiẽtia est, aliena doctrina sit sapiẽs? C uel quomodo sapientiæ ueræ ac proprię nomen sibi accommodabitur, si aliunde discit? nõ igitur nugis hominũ, sed spiritus sancti doctrinæ attendere oportet. Quare quoniã spiritus sanctus per Paulũ nos docuit, cognitiõis ac sapiẽtię thesauros in filio esse absconditos: credere oportet, nõ ab alio ipsum discere, sed quũ in patre sit, oĩa patris, tanq; perfecta eius sapiẽtia naturaliter scire.

### *Quod secundum naturam, & non ut minister unà cum patre creator filius est, quoniam ex substantia eius est.* CAP. V.

OMnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. ) Quũ uarias impiarum hæresium rationes breuiter euerterit beatus Euangelista, & exquisitam de unigenito nobis doctri- D nam tradiderit: ad dissoluendum iam alium diaboli laqueum accedit, qui à prisco errore ortus, multos decepit, ligauit, ac demum ad inferos deduxit. Quoniã igitur gentilitas sapientię huius mundi adhærens, & spiritum principis huius seculi possidẽs, ueritate cõtempta, inanimata ido- Eſa.44. Hiere.2. la coluit, & alius quidẽ ligno dicebat, deus meus es tu: alius uerò lapidi, tu produxisti me: et nõ nulli non meliores multitudine, quamuis ita uiderentur, deitatis gloriã cœlo ac elemẽtis tribuebant: necessario Ioãnes summus ueritatis Theologus, ut fraudes illorum retundat, & uiã attendentibus rectam aperiat, creatorem natura, magna uoce ostendendũ putauit, dicẽs, omnia per unigenitũ producta, & sine ipso nihil penitus factũ esse. Quũ aũt ab eo factas esse creaturas censeat, omnes liquido docet, aliũ præter naturas eũ esse, cuiꝰ ineffabili uirtute à nihilo simpliciter ad esse uniuersa producta sunt. Sic em̃ pulchritudine creaturarũ, opificẽ quo uniuersa facta sunt, & quo conseruantur, cognoscimus. Ita erga aduersus gentiles hanc ab Euãgelista uocẽ scriptã esse credimus. Verum quoniã hęreticorũ quoq; facile hinc falsa refutatur opinio, non est ab re nonnihil etiã aduersus eos cõscribere. Omnia, inquit, per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Deitatis enim maiestatem, etiam hęc uerba unigenito dei filio attribuũt, quũ omnia naturaliter ac uere ineſſe ipsi ostendãt, quę deo patri dicuntur ineſſe. Non em̃ deforis sicuti hominibus per gratiã hęc appellatio illi accedit, iuxta illud: Ego dixi, diĳ estis, & filĳ excelsi omnes. Si em̃ omnia Pſal.81. per ipsum facta sunt, non potest ille cũ omnibus simul enumerari. Quũenim omnia dicatur, nihil est quod in omnibus nõ contineatur. Sic certè e 1.Cor.15. tiam Paulus omnia intellexisse cõperitur. Nam quum sub pedibus saluatoris nostri subiecta esse omnia dixerit, illico intulit: In eo em̃, quod omnia ei subiecit, nihil dimisit nõ subiectũ ei: quare, quoniã per filiũ facta esse omnia credimꝰ, nullo pacto aliquid omniũ ipsum esse intelligimꝰ, sed ab omnium numero ipsum separantes, & à natura creaturarum longè seorsum ponẽtes, nihil aliud esse ipsum, quàm deũ ex deo naturaliter confitemur. Quid enim inter deum & creaturam inueniri potest, ut præter utrunque aliud intelligatur? aut in qua nam substantia filium collocabimus, si naturam creaturarum in infinitum, ut creator excedit? Omnia enim per ipsum facta sunt, Rom.11. ut per uirturem, ut per sapientiam dei patris, quę non quemadmodum in hominibus, quasi quædã qualitas deo ineſt, sed per seipsam uere subsistit, quamuis ineffabili generationis modo à patre prodeat. Sic enim sapiẽtia & uirtus patris, uere filius esse creditur. Nec tamẽ, quia omnia quę sunt, per ipsum facta dicũtur, quasi alienæ uoluntatis ministęr, aut quasi ab alio uires accipiat, quibus creare queat, credẽdus est: imò uerò quoniam uirtus ipse patris, sicuti unigenitus filius est, uniuersa cum patre simul & spiritu sancto creauit: cuncta enim ex patre per filium in sancto spiritu sunt. Nec unà cum patre in creãdo filium idcirco intelligimus, quia pater ad creandum impotens sit: sed quia propter incommutabilitatẽ, atq; substantiæ identitatem naturæ sibi coniunctus est. Quemadmodum si quis in olfactione odoris, qui ex flore quodam est, operationem odoris ab ipso flore, à quo naturaliter odor profunditur, nullo modo seiungat. Nec ignoro paruam exempli esse similitudinem: sed quum naturæ diuina cũcta superet, necesse est nobis, secũdũ uires nostras etiã minimarum rerũ similitudines nõ despicere. Quomodo em̃ aliter rectè illud in Ioan.3. tellĳgimus: Pater meus usq; modo operatur, &

ego

Universidad de Deusto
Biblioteca



ego operor? Non enim seorsum, atque per seip-
sum operari patrem, aut filium rursus, quasi quie
scente patre intelligendū est. Sic enim duo creato-
res, & non unus, pater & filius esse uiderētur.
Et ad hæc, non esset necesse in patre semper filiū
esse, & in filio patrem similiter, ac ita falsum
illud inueniretur: Ego in patre & pater in me. Ioan.14
Non enim secundum identitatem substantiæ so-
lum, quasi character, in patre filius est, aut rursus
pater in filio, quasi exemplar tantummodo: sed
etiam ex substantia patris effulgere filium, & in
ipsa, & ex ipsa, in propria hypostasi deum uerbū
subsistere confitemur, patrē quoq; similiter sicut
filio cōsubstantiali, natura quidē uniri, sola uerò
ea ratiōe distingui, qua pater est, intelligimus: pa-
ter enim pater est, quāuis naturaliter in filio sit si B
cut in splēdore solē esse cōcedimus, filius quoq;
similiter: quanq; in patre, sicut in sole splēdor sit
nō alia ratiōe, quā ea qua filius est, à patre distin-
guitur. Sic em̄ pater uerè pater est atq; intelligit̄,
et filius similiter uerè filius: Ita spiritu quoq; san-
cto cōmemorato, trinitatis numerus ad unā &
eandē deitatē colligitur. Quomodo enim aliter
unus esse deus intelligeretur, si singulę trinitatis
personę ad separatā omnino quandā ita proprie
tatē abibunt, ut integre, à naturali nexu, substan
tialiq; habitu disseparatæ, deus unaquæq; nomi
naretur? Secundū rationem igitur, qua per se sin
gulæ deitatis personę subsistunt, & patrē, & filiū
& spiritū subsistere intelligamus, non cōfunden
tes personarū, id est nominū distinctionem, sed C
cōseruantes unicuiq;, ut illud proprie & sit, & di
catur quod est: atq; ita credentes, in unā natura
liter deitatem contineri trinitatem cōfitebimur,
præter nominum, id est personarū, omnē aliā di-
stinctionem recusantes. uerbū enim, & sapientia
& splendor, et character, et uirtus patris, filius ap
pellatur. Verbum quidem ac sapiētia, quoniam Sapientia.
ex intellectu immediate, atque indiuisibiliter est
& propter istarum rerum (ut ita dixerim) recipro
cam immissionē: mēs enim et intellectus in uer-
bo, si sapientia est, et uerbū rursus, ac sapientia in
intellectu cōspiciuntur. Nec quicq; interest, aut
intermediat, quod alterum ab altero separet. Vir Virtus.
tus aūt quoniam indiuisibiliter inest ei, qui natu
raliter eam habet, nec quasi accidens absq; subie D
cti corruptione potest ab eo separari. Character Character.
uerò, quia semper naturaliter cōiungit̄, nec po-
test ab ea substantia separari, cuius character est.
Quas ob res, quoniā naturaliter, atq; necessariò
alter in altero est, quū pater operatur, tunc filius
quoq;, ut naturalis, substātialis, subsistensq; uir-
tus eius operatur. Similiter operante filio, pater
quoq; ut operātis uerbi fons, qui naturaliter suo
filio ineſt, uelut ignis suę caliditati, quę in eo est,
semper cooperatur. Quare patet falsas hæretico
rum esse cogitationes, qui filiū ab alio discere, &
ministri loco, quoniā per ipsum facta cūcta dicū
ur, creare impudenter cōtendunt. Ego autē nō
possum satis ipsorū impudētiā admirari, Nā quę
humilis quodāmodo de unigenito afferri à scri-
ptura uidētur, magno undiq; cūcta studio aucu
pātur, & undiq; perditioni suæ uenena colligūt.
quibus autem apertissime in gloria patris filius
collocatur, ea omnia miro quodam premunt si-
lentio, ut nihil aliud uideantur intendere, quām
maiestatem filij conculcare. Nam quum per ip-
sum uniuersa fieri audiant, ministrationis nomi-
ni callide inhærent, seruum pro libero, & cultō-
rem pro domino ipsum somniantes. Quum uerō
statim Euangelistam uideant intulisse: quia si
ne ipso factum est nihil, ad sublimiora extolli ne
queunt. Nam quoniam Deus pater aliter creare
non potest, quam per proprium filium, qui uir-
tus & sapiētia eius est: idcirco nihil prorsus sine
uerbo Euangelista factum asserit. Idcirco etiam
gloria patris & est, & dicitur unigenitus: glorifi-
catur enim creator pater per filium uniuersa ope
rans, & à non esse ad esse producens. Sed ad hoc
Euangelicum, quia sine ipso factum est nihil, il- Genesis
lud rectè potest afferri: Faciamus hominē ad ima-
ginem & similitudinem nostram. Non enim im-
perat, nec tanquam ad seruum ac ministrum di-
cit: fac hominem. Sed ut quum indiuisibiliter, &
secundum naturam coniuncto (dicam enim hu-
mano more) colloquitur, atq; deliberat: nō ante
cedens quidē, quum aliquid intelligat cognitī-
onem filij, sed sicuti mens indiuisibiliter impres
so, & insito uerbo semper manifestus. Sēper au-
tem superari à diuinis in infinitum, exempla atq;
similitudines istæ credendæ sunt. Cooperari au-
tem filio patrem dicimus, nō diuisim duos intel
ligētes, ne duos deos introducamus: nec in unū
duas personas contrahentes, ne aut pater in filiū,
aut in patrē filius compellatur: sed illo potiū
modo, quo splēdor lumini, à quo effulget, co
operatur. In hoc enim, & in similibus distinguī
quidē intelligitur, quod effulget ab eo, à quo in
diuisibiliter prodit. Vnum autem atq; idē utrun
que natura est, & alterum absq; altero esse nō po
test: excedit tamen creaturarū similitudines, qui
nullam in creaturis exquisitam habet similitudi
nem: atque ideo ad declarandū quod uolumus,
non ad imaginem trinitatis perfectam exemplis
utimur: quod si putant, quoniam per ipsum scri
ptum est, ad ministri locum à patre assumi filiū,
atq; ideo à naturali patris æqualitate decide
re, quid de ipso patre dicent: quū particula per,
ei quoque à scripturis accōmodetur? Fidelis e- 1. Cor.
nim, inquit, deus per quē uocati estis. Et rursus: Ephes.
Paulus apostolus Iesu Christi, per uolūtatē Dei.
Et alibi: itaq; non est seruus, sed filius. Paulus in-
quit: Si natura filius, & hæres per deum. Hæc e-
nim omnia ad personam patris referuntur, & ne
mo adeò insanit, ut propter particulam, per, ad
ministri locum patrem deducat: indifferenter e-
nim plerunque dictionibus abusionis modo di
uina scriptura ita utitur, ut proberes grandes,
quantum possibile homini est, uerbis significet.
His illud adiungēdum est, quod gloriā domini, Galat.
uerbum



uerbum obscurat: nulla nanq; fere uerborum uis A
tāta est, ut exquisitè ineffabilem dei gloriam pos-
sit exprimere: nō debemus igitur, uerborū humi-
litate turbari, cū sciamus, pieq; credamus, omne
mentis acumē in exponēda re diuina hebescere.

*Quod filius uita secundum naturam est, atq; ideo non creatus, sed ex substantia dei ac patris.*

CAP. VI.

QVod factum est, in ipso uita erat.) Adhuc
de uerbo Dei uerba exquisitissime facit Eu-
angelista: ut cum omnia quæ illi natura insunt,
diligenter explanet, & hæreticos deterreat, & re-
cte credentes, tiō humana sapientia, nec eloquen
tiæ uiribus, sed spiritus uirtute confirmet. Quum
igitur creatorem omnium modo ostēderit, quod
à non esse ad esse cuncta produxit, Et sine ipso B
factum est nihil: nunc quoniam creatura duran-
di nullam uirtutem in se per naturam cōtinet, sed
ipse cūctis quasi commixtus uita eorum fit, & in
propria naturæ cōditione conseruat, idcirco cla-
mat: quod factū est, in ipso uita erat. Non solū, in-
quit, per ipsum facta sunt uniuersa: sed quæcunq;
facta sunt, unigenitus Dei filius principiū, & sub
sistentia omnium, tam uisibilium quām inuisibi-
lium, in ipsis uita erat. Nam quum ipse sit per na-
turam uita, tam esse, quām uiuere, & moueri re-
bus benignissime, atq; uarie largitur, non diuisi-
biliter, aut commutabiliter in singula, quę natura
differūt, immissus: sed cū ipse uita una sit omniū,
omnia penetrans, à singulis prout fieri potest, ac
decet, recipitur. Ipsa uero creatura ineffabili sapi- C
entia, & uirtute creatoris in seipsa uariatur, atque
cōmutatur. Et quia, quod à nihilo productū est,
corruptibile est, omniaq; orta in exitum festinant
(sola enim diuina natura absq; principio, & fine
est) quasi arte quadam perpetuitatem rebus attri
buit. Successiones enim, & mutationes rerum in
alterutras adinuenit, quibus singulas rerum spe- Genesis 1.
cies perpetuas effecit: & hoc est etiā, ꝺd de plan-
tis scribitur: Cuius semen in semetipso sit super
terram, & ineffabili creatoris uolūtate fieri quot-
annis uidemus. Erat igitur in omnibus uita, ut di
citur. Sed quid ad hæc insania hæreticorum di
cet, cum spiritus sancti Euangelicā uocem audiat, D
quod in creatis omnibus uerbū dei, quod in prin
cipio est, uita erat? An etiam nūc non, ex substan-
tia dei, ac patris filium esse: sed factum, atq; crea- Per naturam uita increata.
tum affirmare audebit? Et quomodo non iniuria
imperitiæ crimine non condemnabitur? nam si
uerbum dei, ut per naturam uita, participatione
sui uiuere omnibus præbet: alius certe est, quàm
ea sunt, quæ præsentia sua uiuere creduntur. Qui
uerò alius, quàm creatura naturaliter est, quomo
do is, qui super omnia est, deus non erit? Si uerò
& creatum contendis, & uitam esse rerū non ne-
gas: quoniam creaturarū una per te est, uitam e-
tiam ipse, sui ipsius participatione habere intelli-
getur. Quod quoniam absurdum est, necesse est,
ut participabilis dei filius alius natura quàm par-
ticipantia sit. Non ergo creatus, sed ut per naturā
uita in creaturis est: quod ex sequentibus magis

patebit. Nam si ex substantia patris filius non
est, sed factus, ut illi dicunt, atq; creatus, quomo-
do uniuersa ipse uiuificat? aut quomodo id Pau-
lus, quasi præcipuum deo attribuit, quum uiui-
ficantem ipsum appellet? Nam si quum creatus
filius sit, omnia uiuificat, seipsam creatura uiui-
ficat, quare nihil præcipuum ultra creaturam in
deo erit. Creatura etiam deo ad uidendum ne-
quaquam egebit, quum nō minus sibi, quàm de-
us ipsa per se uitā afferat, sed indiget semper crea-
tura creatore. Non ergo collocandus in creaturis
filius dei, quum per se uita sit, atq; etiam intelliga
tur. Præterea diuinæ admiratus naturæ digni- Psal. 35.
tatem Psalmista canebat: Quoniam apud te fons
uitæ. Si ergo filius quū sit creatura, quę facta sunt
uiuificat, et ut uiuificans secundum naturam uita
est frustra, quasi præcipuum soli deo fontem uitæ
Psalmista attribuit. Siquidem filius etiam, qui se-
cundum ipsos creaturis connumeratur, fons uitę
erit, quia uiuificat. Sed fons uitæ solus deus est,
per naturam ergo filius uita est, ut deus ex deo, &
uita ex uita. Ad hæc, si quum uita secundū natu-
ram filius sit, non ex substantia dei ac patris, ut illi
blasphemant, sed creatura est, erit creaturarū na-
tura uita, & si non actu, attamen potētia. Nam &
si nondū omnis creatura uita est, quia tamē crea-
tura quædā uita est, non erit alienū à natura crea-
turæ, ut uita possit esse. Ita uitam esse, deo, & crea
turæ cōmune quoddam erit. Quur igitur frustra
se iactat filius dicēs: Ego sum uita? quum potius
dicendum esset: Ego & uos uita sumus. Sed quo Ioan.14
niam non ita, sed quasi proprium bonum, sibi usi-
tam attribuit, manifestum est, quia non creaturis
se connumerat, sed naturæ dei patris coniungit,
quæ sola naturaliter uita est. Accedit, quod par-
ticipans uita, ipsum uita esse proprie non potest:
aliud enim est à participāte id quod participatur.
Si ergo creaturę participabilis filius est, ut uita, e-
rit aliud à participantibus uita, participantia au-
tem creaturæ sunt: non ergo ipse creatus, nec ab
alio uita indigens: deus ergo uiuificans, & cōsub
stantialis patri concedetur. Hoc enim modo unū
adorabimus deū, nec alium colemus quàm eum
qui est. Præterea quum rerum omniū diligen- D
ter naturam consideramus, deum & creaturam,
& nihil ultra hæc aliud cōspicimus: quicquid em̄
natura deus non est, id certe creatū est: ac rursus
quicquid creatura esse negatur, id certe deus est.
Quoniā igitur optime ista partiti sumus, respon-
deant quæsō, quomodo ut uita uiuificare poterit
filius, quum id naturæ diuinæ solummodo pro-
prium sit? Si uerò quum creatus sit, uita esse po-
test, prædicabitur etiā de altero partitionis mem-
bro uita, & erunt omnia secundum naturam uita.
Quid opus est ergo participatiōe filij, aut quid
magis hac participatione creatura possidebit, si
per suam naturam uita est? eget autem necessariò
participatione uitæ, quæ filius est, omnis creatu-
ra. Nihil ergo creatum, sed solus filius secundum
naturam uita est, & pater consubstantialis simili-
ter. Præterea quum filius uita sit, aut creatura

est, aut non creatura, sed deus uerus. Si primũ, fal A
Ioan.6. so illud sibi dicitur: ego sum panis uitæ, qui de cœ
lo descendo, & mundo uitã præbeo. Habet enim
per se creatura uitã, nec participare uita opus est
ei quæ uita est. Sin uerò creatura non est, propriũ
id præter creaturas bonum habebit, ut sit secun-
dum naturam uita. Creaturæ autem proprium, ui
ta indigere, cuius participatione uiuificetur. Ad
hæc, si quum secundum naturã uita filius sit, crea-
turis connumeratur, quare Psalmista quasi uesti-
Psal. 101. mentum ueterascere cœlos asserit? quum de filio
dicat: Tu autem idem ipse es, & anni tui non de-
ficient. Nam aut etiam ipse, quemadmodũ & nos
deficiet, & corrũpetur, & ita uita ipse non est: aut
si creatura, ut ipse uita est, perpetua & incorrupti-
bilis erit. Sed ipse quidem eodẽ se modo semper
habet, creatura uerò deficit: non est ergo creatus, B
sed quum uita secundum naturam sit, quæ uita
indigent, cuncta uiuificat. Accedit, quod nihil
seipso participat, creatura uerò omnis filio, ut uí-
ta participat: nec ergo filius creatura, nec creatu-
ra uita est. Postremò aliud est uiuificare, aliud
uiuificari, sicut agere atq; pati: uiuificat autem fi-
lius, creatura autem uiuificatur. Aliud ergo filius
est quàm creatura: quoniã & quod facit, & quod
fit, idem esse non potest.

*Quod lux secundum naturam est filius: & ideo non creatus ex substantia Dei ac patris.*

CAP. VII.

ET uita erat lux hominum, & lux in tenebris
lucet, & tenebræ eam non cõprehenderunt. C
Fuit homo missus à deo, cui nomẽ erat Ioannes.
Hic uenit in testimonium, ut testimonium perhi-
beret de lumine, ut omnes crederent per illum.
Non erat ille lux, sed ut testimoniũ perhiberet de
lumine.) Deũ naturaliter, & bonorũ patris sub-
stantialiũ hæredẽ, nobis etiam per hęc filium Eu-
angelista demonstrat. Dixit enim iam natura ip-
sum uitã esse, & omnia quæ creata sunt, ab ipso ui
uificari & conseruari: quum in ipso quicquid fa-
ctum est, uerbum erat uita. Verum quoniam ho-
mo in terris rationale animal est, mentis & disci-
plinæ capax, & sapientia dei participans: necessa
riò rationis, ac sapientiæ humanæ largitorem fili-
um, his uerbis ostendit, ut facilius deus pater om
nia in omnibus per filium esse intelligatur. Vita
quidem in ijs quæ uita indigent: Lux uerò rursus D
ac uita, in ijs quę uita & luce indigent. ac ideo ma
gna prædicat uoce: & uita erat lux hominum. Ita
qui uniuersa uiuificat Dei filius, qui in omnibus
uita est: hic ipse ratiõale quoq; illuminat animal.
Et intelligendi uirium capacibus, intellectum lar
gitur, ut undiq; uerũ esse uideatur, quod de crea-
tura dicitur: quid enim habes, quod nõ accepisti?
1.Cor.4. nihil em̃ est, quod à seipsa creatura possideat: sed
tam esse, quàm essendi modũ quendã largitione
dei cõsequitur. Probe aũt rursus erat, de uita scri-
bitur: ut undiq; uerbi æternitas, falsas hæreticorũ
cogitationes, qui scripturis omnibus aperte repu
gnantes, ex nihilo filiũ dei productũ cõfingunt,
quasi acuta incidat securis. Sed de uerbi æternita



muniter lux prædicari poterit. Verũ hoc falsum A
esse nemo negabit: soli em̃ filio id attribuitur, ut
dei patris lux & sit & uocitetur: nõ est igitur crea-
tura filius, sed deus de deo, & lux de luce, quę per
ipsum creaturas illuminat. Præterea si & natu-
Ioan.1. ra lux, & creatura filius est, q̃modo lux est & uo-
catur? quum de Baptista scriptum sit, nõ erat ille
lux: atqui tã Baptista q̃ cæteræ creaturæ, natura
lux merito possent appellari: q̃d em̃ creaturæ ut
creatura cõuenit, omnibus creaturis cõmune sit,
necesse est: sed lucẽ fuisse Ioannẽ negatur. Filius
autem dei lux est, nequaquam ergo creaturis cõ-
numerabitur. Ad hæc, si quũ creatura filius sit,
lux est, omnis creatura lux esse poterit, etiãsi non-
Ioan.8. dum actu lux sit. Quod si lucem esse cõmune om
nibus est, quur se frustra iactat filius dicens, ego
sum lux: quũ potius dicendũ esset, ego & uos lux B
sumus? Verũ quoniã non sic, sed seipsum solum-
modo lucem appellat, id sibi quasi propriũ bonũ
attribuens: manifestũ est, quia se non creaturis eõ
numerat, sed naturę patris cõiungit, quæ sola lux
naturaliter est. Accedit quod aliud est participãs,
quàm participatũ. Quare quod lucẽ participat,
illud proprie lux esse non potest: participatur au-
tem filius à creaturis ut lux, non est ergo creatu-
ra, nec luce ut ipsa indiget: sed deus quo uniuer-
sa illuminantur, & de substantia patris non defo-
ris: hoc enim modo unum adorabimus deum, u-
nam naturam esse lucem, credentes. Præterea na-
tura rerum omnium considerantes, deũ & creatu
ram, & nihil ultra hæc aliud conspicimus.
Quum ergo hæc partitio rerum optima sit, dicãt
queso qui longe à natura patris filium depellunt, C
quomodo ipse ueluti lux illuminat, quum id soli
diuinæ naturæ conueniat? quod si filius creatura
& lux est, omnis creatura lux erit. Ita lux tam de
deo q̃ de creaturis æqualiter prædicabitur: quid
opus est ergo participatione filij aut lucis, ut qd
maius ex hac participatiõe creatura cõsequetur,
quũ & ipsa non aliter, quàm filius lux esse uideat?
sed indiget creatura luce, quũ à seipsa nõ habeat:
quare filius, qui natura lux est, & qui creaturas il-
luminat, deus uerus est, non creatura. Ad hæc, fi-
lius qui natura lux est, aut creatura secundum ra-
tionem substantię, ut ipsi contendunt, est, aut nõ.
Ioan.12. Si primum: falso illud sibi dictum est, Ego lux in
mundum ueni. Habet enim mundus lucem in se
tanquam creatura. Quod autem lux est, luce par- D
ticipare non potest: non enim erit lux quod luce
participat. Sin uerò filius creatura non est (lux e-
1.Cor.4. nim ipse est, creatura uerò luce secundum illud in
diget: quid enim habes quod non accepisti?) ne-
cessariò ipse deus est, & proprium hoc sibi bonũ
est, ut natura lux & sit & uocitetur. Creatura uerò
luce indiget, quũ in propria natura lucem non ha
beat. Ad hæc, nihil seipso participat, omnis autẽ
creatura filio ut luce participat, nec ergo filius cre
atura est, nec creatura lux. Postremò, aliud est illu
minare, aliud illuminari, sicut agere atq; pati: illu-
minat aũt filius, creatura uerò illuminat. Aliud er
go filius est q̃ creatura: q̃niã et q̃d facit, & quod
fit, idem esse non potest. Et lux in tenebris lucet,
& tenebræ eam non comprehenderunt. Non in-
iuria diuinus Euangelista, quoniam non putauit
illud ad confirmationem rectæ sententiæ omnib.
sufficere, quod uita erat lux hominum: latius mo
dò eandem rem multoq; latius exponit. Nam ne
quis lucem quidem esse uerbum dei putaret, sed
non omnibus, sed quibus uelit, quosq; dignos iu
dicaret lucem largiri: cætera uero uniuersa, uel à
seipsis sapere, ratiocinarique posse, uel quasi minus
id possit filius facere, à deo patre tantummodo in
telligendi uim rationalia consequi. Ne igitur hęc
aliaq; huiusmodi falso quispiã putaret: ac ut om-
nes clare uideant non horum aut illorum, sed om
nium simpliciter rationalium lucem, qua sapiunt
atq; intelligunt, filium dei esse, qui modo ineffa-
bili participationis, ut sapietia & intellectus, quã
lucem in rationalibus uocamus: ideo seipsum (ut
ita dicam) immiscet, ut mentem habere possint,
quæ mentis susceptibilia sunt: non enim id aliter
possent consequi. Propter hæc, inquã, omnia ne-
cessariò intulit, & lux in tenebris lucet, et tenebrę
ipsam non comprehenderũt. Ita quasi magna uo
ce clamat, uitam non ideo lucem hominũ esse di-
ctam, quia uiuendi quispiam disciplina lucem à
filio dei mereatur: sed ut omnes discant, quemad
modum in omni re creata uerbum uita est omnia
uiuificãs, quæ uitæ susceptibilia sunt: sic in omni
bus quæ rationis susceptibilia sunt, ipse lux est,
quæ rationis participantia, idipsum quod sunt, id
est rationalia facit: omnia enim in omnibus pater
per filium in spiritu est. Tenebras autem, naturã
quæ illuminatione indiget, appellauit, quæ uni-
uersaliter à nihilo ad esse producta est. Nam quo
niam uerbũ dei lucem appellauit, ut indigentem
eo naturam aliam esse ostendat, in contrariũ uer-
so sermone tenebras eã appellauit. Tenebræ nam
que uerę sunt, quę lucem non habent. Vnde mea
quidem sententia, creaturarum naturam nihil in
se penitus per seipsam habere docuit. Sed tam to
tum (ut ita dicam) esse, quàm totũ bene esse à crea
tore suscipiẽs, meritò potest audire, quid enim ha 1.Cor.
bes quod non accepisti? Quũ ergo lucẽ à deo cõ
sequatur, patet, quia ex seipsa non habet, quod a-
liunde accipit. Quod autem ex seipso lucem non
habet, id certe lucis contrarium est, & tenebrarũ
nomine non iniuria uocitatur: nec uerisimile so-
lum, uerumetiam necessarium est, ut creatura te-
nebræ, filius uerò dei qui in tenebris lucet, lux &
sit, & uideatur. Nam si natura creaturarũ filium
dei, ut lucẽ accipit: nõ est dubiũ quin & ipsa tanq;
tenebræ accipiat, & filius dei tanquã lux in tene-
bris in illa luceat, quamuis tenebræ filium dei nõ
cognouerunt. Hoc enim (ut puto) significat, & te
nebræ eam non comprehenderunt. Quanquam
enim omnia uerbum Dei illuminat, quæ naturã
habent lucis susceptibilem, ignoratur tamen à te-
nebris. Rationalis enim creatura, quæ in terris
est, creatore ignorato, qui est fons sapientiæ, in-
tellectus origo, prudentiæ radix, creaturas co-
luit; & tamen dei misericordia factum est, ut lu-



*Liber Cyrilli qui thesaurus dicitur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



cem ac intelligendi uim productioni suæ ad esse concurrentem, sibiq; insitam, non amiserit. Hinc etiam notandum diligentissime rursus est, nulla ratione filium Dei creatum, factumq; intelligi posse: sed longe à natura creaturæ semotum, aliud esse penitus quàm creaturam, tantumq; abesse, ut creatura sit, ut quemadmodum lux ad tenebras se habet (contraria enim tenebrarum est) sic ultra omnem comparationem naturam creaturę, filius Dei excedit. Fuit homo missus à Deo. Quũ multa iam de dei uerbo, quibus de natura dei patris filius ostenditur, nobis Euangelista exposuerit, nunc ad legentium fidem grauissimo teste utitur. Nam quoniam per Mosen dictum diuinitus est, in trium ore aut duorum omne uerbum stare: magnæ autoritatis sibi testem adiungit. Hoc em putauit oportere sibi soli mirabilia, ultraq; hominem narranti, fidem auditorum exigere, ac quasi debitam exposcere. Sed quum ipse testetur, quia in principio erat uerbum, & deus erat uerbum, & erat in principio apud deum: et quia omnia per ipsum facta sunt: & quia erat in rebus creatis ut uita: & quia uita lux erat hominum, quibus omnibus natura deum, filium esse ostendit: grauissimo Baptistæ quoque utitur testimonio, Præparate uiam domini, clamantis, rectas facite semitas dei nostri. Non enim potest deus non esse uerus, cui dominationis dignitas secundum naturam inest. Nam etsi multi gratia dij, si multi domini nuncupantur, unus tamen cum patre atque spiritu filius uere deus est, unus uere dominus. Nec præter eũ proprie atque uere deus quisquam, aut dominus est. unus enim, Paulus inquit, deus pater, & unus dominus Iesus Christus. Digna ergo sanctorum uirorum dualitas, quum propter autoritatem legis, tum propter sanctimoniam claritatemq; personarum, fide auditorum omnino est. Laudibus deinde suis silentio traditis, ne quis dicat: Tu de teipso loqueris, Baptistæ laudes non omisit: sed à deo ipsum iussum fuisse, nec ultro ad testandum accessisse, sed diuina uoluntati ministrasse affirmat. Fuit enim (inquit) homo missus à Deo. Aduertendum certe diligenter arbitror, quomodo idonea, secura, tutaq;, ac rerum naturæ accommodata utitur oratione. Nam quum de uerbo dei diceret, erat, consequenter subiunxit, ut & æternitatem eius ostenderet, & ultra omne temporis principium esse creatorem, non creaturam esse significaret. Quomodo enim quod semper est, ad esse ex nihilo productum intelliget? de beato uero Baptista, congrue nimium, ut de mortali homine atq; creato, fuit, exclamat. Nec isto solo contentus tutissime adiecit, homo, temeritatem non nullorum euertens. Iam enim rumores fuerunt non natura hominem, sed de numero sanctorum angelorum Baptistam fuisse, ac humano corpore usum prædicasse: quod inde affirmabant, quia dictum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. Ignorantes uidelicet nomen angeli, ministerium magis, quàm substantiam significare. Sic enim alium super alium ad beatum Iob angelos cucurrisse legimus, calamitates nouas sibi atq; inauditas nunciantes. Beatus etiam Paulus tale quid de sanctis angelis determinat. Nónne (inquit) omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiant salutis? Angelus igitur beatus Baptista nuncupatus est: non quia natura angelus esset, sed quia ad nũciandum, clamandumq; uenit, præparandam esse domini uiam. A Deo autem missus fuit, ne quid deo qui misit, alienum nunciasse illum existimes: uerùm enim est testimonium eius, qui quę à Deo didicit (id enim à Deo missum esse significat) ea prædicauit. Sic & Paulus per Iesum Christum se missum esse affirmans: non ab alio, sed Iesu Christo, qui misit reuelante, uirtutem se mysterij didicisse ostendit. Sequitur enim omnino, ut qui ad prædicandũ, nũciandũq; aliquid à deo missus est, is à deo ipso quæ dicenda sunt, didicerit. Erat aũt (inquit) homini nomẽ Ioãnes. Nomine ipso missum à deo nũcium, ut magnã sibi oratio fidem acquirat, notum facere uoluit. Sic enim angelus Gabriel, qui coram Deo (ut ipse dixit) assistit, filium Zachariæ annuncians, cæteris adiunxit: Ioannes, diceṇs, erit nomen eius: nec aliud scilicet quàm quod diuinitus accepit, nascituro nomen puero indidit. Quanto igitur honore dignum, quanta pollere autoritate illum arbitramur, qui uel antequam in utero cõciperetur, nomen à deo consequutus est. His de causis, nominis modo necessariò meminit. Verùm quoniam in testimonium missum fuisse affirmauit, ac ut omnes per ipsum crederent, adiecit: illò temeritatis nonnulli proruperunt, ut obijcere non dubitarent: quur ergo uniuersi diuinitus misso non crediderunt? aut quomodo Dei nuncius omnibus non persuasit? non culpa Ioannis, sed audientium duritie id factum est. Nam quoniam suæ potestatis est unusquisque, prauitate animi multi qui Ioannem audierunt, non crediderunt. de quibus illud propheticum dicendum est: Qui audit, audiat: & qui non credit, non credat. Hic uenit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine. Singularem atq; præcipuam uirtutem ista dictio, hic, lignificare mihi uidetur. Hic enim, inquit, qui missus à deo fuit, qui excellentia suæ uirtutis commouit ludæam, qui prophetarum uoce uenturus scribebatur, de quo Esaias, uox clamantis in deserto, prædixit. Quem Psalmista lucernam Christo præparatam nominauit. Hic inquã, in testimonium uenit, ut testimonium perhiberet de lumine, de uerbo uidelicet ac filio Dei: unum enim uerbum Dei, & ipsum solummodo secundum naturam lumen esse ostendit. Quomodo igitur si ipsum proprie lumen est, luminis autẽ particeps omnis creatura, creatura erit? aut quomodo si omnẽ creaturam excedit, in actu lumen omnes illuminans, de lumine, id est de Deo patre genitus non est? quod si de Deo genitus non factus est, sicuti certe est, quomodo uerè Deus, & patri consubstantialis non est? Non erat ille lux

Deut. 19.
Esa. 40.
1. Cor. 8.
Malach. 3.
Iob 1.
Hebr. 1
Ezech. 1
Esa. 40.
Psal. 131.



lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine.) Vrbes contempsit, & eremum habitare uoluit diuinus ille Baptista, tantoq; uirtutum excelluit numero, ut quum ad summam iam humanæ iusticię peruenisset, maximam de se admirationem non iniuria hominibus cõcitauerit. Vnde factum est, ut nonnulli Christũ fuisse putauerint, ac ideo interrogatus etiã fuisse scribitur, an esset Christus. Quod Euangelista nequaquam ignorans, ut & hunc errorem radicitus euellat, & autoritatem eius quanta esset, ostendat, necessario subiunxit: non erat ille lux. Quomodo em̃ magnus ille non fuit, aut quomodo autoritati eius credendum nõ erat, qui tanto cumulo uirtutis præfulsit, ut lux ipsa à nonnullis esse crederetur? Non erat igitur (inquit) ille lux, sed ad testimonium luminis missus: luminis autem, lucisq; nomen idcirco adiectione semper articuli protulit, ut unam esse naturam ueram lucẽ ostendat. Nam quamuis & beatus ille Baptista, & uiri sancti oẽs, lux esse à scriptura dicuntur (Vos enim lux mundi estis, saluator inquit: & de Baptista rursus scribitur, Parauit lucernam Christo meo. &: Ille erat lucerna ardens & lucens) nõ ignoramus tamẽ unde gratiã, largitionemq; luminis consequuti sunt. Non em̃ propria sancti luce illuminãtur, nec proprium lucerna possidet lumen: sed illuminatione ueritatis splendentes, quasi luminaria mundi sunt uitę uerba retinentes. Vita uerò cuius uerba retinentes lux efficiuntur, nulla profectò alia est quàm ille qui dicit: Ego sum uita. Vita igitur uere lux est, cuius participatione non consequutione naturę, cætera lux esse profecto uidentur.

Lucæ 3.
Ioan. 1.
Matth. 2.
Pſal. 131.
Ioan. 5.
Ioan. 14.

*Quod lux uera filius est, creatura uerò non lux, sed lucis particeps.*

CAP. VIII.

ERat lux uera.) Apertius modo ueram lucem, à creaturis quæ lux non sunt, Euangelista disseparat. Illa enim natura lux est, istæ per gratiam: istæ participant, illa participatur. Indigent istæ luce, illa indigentibus seipsam largitur. Nihil ergo præter illam uera lux est, nec quicquã aliud propria uirtute atq; natura fructũ luminis edere potest. Sed quemadmodum ex nihilo producta sunt, sic à tenebris splẽdore ueri luminis accepto, & participatione illius illustrata, imitatione quadam in lucem transeunt: ita Dei quidem uerbum substantialiter, non participatione quæ per gratiam fit, nec per accidens lux est. Creatura uerò non sic, sed accipit quod non habet. Illuminatur ut tenebræ deforis gratiam acquirit, largitoris misericordia huiusmodi dignitatẽ cõsequitur. Quare filius quidem dei, lux uera est: creatura uerò eius illuminatione per gratiam lux est. Quum igitur tanta inter lucem et lucem differentia sit, quomodo non insanire uidebuntur, qui parũ, ut mihi uidetur, attẽdentes impie creatorem creaturis connumerant? præsertim quum undiq; diligenter cõsideranti, pietatis ueritas emergat, nullo uidelicet pacto creaturis filium dei posse connumerari, quod ex sequentibus latius patet. Nam si filius, quia glorię dei patris splendor est, idcirco uera lux est, non erit profectò creatura: nam aliter creatura quoque gloria Dei patris erit, poteritque illud esse secundum naturam, quod Dei filius est. Præterea si creatura, uera potest lux esse: quamobrem id de solo filio dicitur, quum ęqualiter sicut filius uera lux creatura possit appellari? sed proprie atq; uere substantia filij lux est, creatura uerò minime: quomodo igitur creatura filius erit? Ad hæc, permultũ interesse necesse est inter ueram lucem & non ueram. Aliud ergo est filius dei, qui uera lux est, aliud creatura. Accedit, qd non possit reddi ratio, quare filius Dei illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, si creatura quoque lux uera est. Frustra enim illuminari per filium diceretur, si per se substantialiter lucem haberet. Sed filius quidem Dei nos illuminat, nos autem ab eo illuminamur: nõ sunt ergo secundum substantiã affinia filius dei et creatura, quemadmodum nec participans & participatum. Adde, quod si uera lux etiam creatura sit, inanis quidem esset Psalmista, dicẽs: Accedite ad eũ, & illuminamini. Quod enim uera lux est, nunquam participatione alterius lux fiet: quum splendore alterius nõ illustretur, sed perfectè sua natura luceat. Videmus autẽ falsum hoc esse: nõ enim dubitamus luce humanũ genus egere, nec Psalmistam mentiri putamus, quum ad uerbum dei magna clamitet uoce: Quoniam tu illuminas lucernam meam domine, deus meus illumina tenebras meas. Nõ ergo sumus nos uera lux, sed alieni naturaliter à uera luce, qui filius dei est, participatione illustramur. Quod si lucerna mens humana nuncupata est, quum dicitur: Quoniam tu illuminas lucernam meã domine, quomodo erimus uera nos lux? deforis enim lucernæ lumẽ cõceditur: si etiam tenebras nostras solus illustrat unigenitus, quomodo non solus uera lux est, nos uero tenebræ? quod si ita est, sicuti certe est, quomodo uerbum dei qui creaturas tãtum excedit, creatura erit? Ad hæc, si creatura uera lux esset, ac homo etiam qui creaturæ non cõtemnenda pars est: quibusnã deus pater promisit, dicens: Et orietur uobis timentibus nomen meum sol iusticiæ? Non enim illustrante sole uera lux indiget, sed ut uere indigentibus deus pater solem nobis, ut pollicitus est, dedit quo illuminati sumus. Aliud ergo natura uera lux est, quæ indigentes luce illustrat: aliud creatura, quæ illustratur. Præterea si creatura & nos, ut creati lux uera sumus: quur ad deũ magna uoce sancti cõclamant: Emitte lucem tuã, & ueritatẽ tuam? Nam si non indiget illuminante creatura, ut uera lux: quur frustra uocabant nullo ad hoc indigentes? sed non fuerunt amentes sanctissimi illi uiri, qui illuminari petebant, quibusq; rursus ipse deus pater luce indigẽtibus filiũ misit: non est igitur creatura filius. Accedit, quod aperte uidemus creaturã luce indigere: nõ est ergo ipsa lux uera, sed unigenitus filius, qui eã illuminat, quæ per seipsam accedere ad lucem nõ potest. Ad hæc, quum uerè ac naturaliter lux mi-

Pſal. 33.
Pſal. 17.
Malach. 4.
Pſal. 42.

Universidad de Deusto
Biblioteca



nime obtenebretur, si creatura etiam uera lux est: quamobrem de filio scribitur: Et tenebræ ipsum non comprehenderunt. De hominibus autem apud Paulum dicitur: In quibus Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium. quibus ipse quoq; saluator ait: Donec lucem habetis, ambulate in luce, ne tenebræ uos comprehendant. Hæc dicta non essent, nisi tenebris humanum genus esset involutum. Quomodo igitur affinia sunt natura unigenitus & creatura, quum unigenitus immutabilis sit, creatura uerò mutabilis? Non enim natura insitum habet lumen creatura, quum possit à tenebris comprehendi. Præterea quomodo si lux uera hominibus natura ineſt, ad deum clamamus: In lumine tuo uidebimus lumen? Lumen enim ipsum uerum, alio lumine illuminari non potest. Non sumus ergo natura & substantia filio Dei coniuncti. Insuper hoc est iudicium in Euangelio, inquit saluator: quia lux uenit in hunc mundum, & homines dilexerũt magis tenebras quàm lucem, quod dicitur, quia perperam operantur. Omnis enim qui praua facit, odit lucem. Quomodo igitur, si creatura etiam lux uera est, ad illuminandum eam uenit filius dei, quę lucem odit? aut quomodo, si lux uera est, ad lucem uenire negatur? quum quæ natura insunt, unà cum natura durent: quæ uerò uoluntate adhibentur, facillime (mutata uoluntate) commutentur: rationalis enim homo non uoluntate, sed natura est. Quare dum homo sit, id sibi necessario inerit: prauus autem, aut probus electione atq; iudicio est: ac ideo potestatis eius æqualiter est, utrum uelit præponere. Si ergo creatura uere, id est naturaliter atque substantialiter lux est, quomodo ad lucem non uenit, aut quomodo tenebras nõ odit? Manifestum igitur est, quia uerè ac naturaliter ipsa lux non est, sed potestate libertatis suæ, modò meliora, modò peiora persequitur. Aut igitur supernaturalia bona ineſſe naturaliter filio apertius negent, ut tanquam maioris impietatis rei ab omnibus audiant: Disperdat Dominus uniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam: aut si firmiter credunt substantialiter filio supernaturalia bona ineſſe, nolint ei creaturam secundum naturam coniungere. Ad hæc, si creatura etiam uera lux est, quomodo saluator inquit: Ego sum lux mundi? aut quomodo patiuntur, quasi ueram hanc uocem saluatoris audire? Sed ueritas est saluator noster, & falsa dicere non potest. Dicit autem mundi se lucem esse, quare habitudine quadam ad ipsum, creatura & est, & dicitur lux: non ergo eiusdem est cum ipso naturæ. Præterea, si quum lux uera filius sit, etiam creatura similiter est: quid respondebimus Petro nobis scribenti: Vos autem estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut uirtutes eius annuncietis, qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen suum? Si enim lux ipsi naturaliter ac uere sumus, quomodo uocati quasi à tenebris ad lucem sumus, qui nunquam in tenebris fuimus? Sumus autem uocati ad lucem: proprie igitur atque uerè lux filius est, qui ad se uocat: creatura uerò luce participans, substantialiter illi nullo modo coniungitur. Insuper quum Psalmista dicat: Signatum est super nos lumen uultus tui Domine: quem nam uultum Dei patris intelligit, cuius lumen super nos signatum est? An patet omnibus, quia unigenitus Dei filius, uultus patris appellatur, incommutabilis illa imago, qui de se dicit: Qui uidet me, uidet patrem: is in nobis signatus est. Nam conformes sibi nos faciens, & illuminationem sui spiritus, quasi diuinam imaginem in credentibus imprimens, deos, deiq; filios per gratiam reddit: quomodo igitur in nobis signata lux est, si uera etiam nos lux sumus? Non enim in lumine lumen, sed in tenebris lucet. Ad hæc, lumen esse ortum iusto, apud Psalmistam canitur. Si ergo habenti atque non indigenti oritur, frustra id fit: sin autem ut non habenti, quod necessario reliquum est, solus unigenitus lux erit. Quæ uerò luce participat creatura, id circo quia participat, consubstantialis esse filio Dei non potest. Præterea apud eundem Psalmistam canitur: Non enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluabit eos: sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio uultus tui. illuminationem certe uultus Dei patris, hic rursus nominat reuelationem filij per spiritum, & ductionem quasi manu ad singulas res factam. Sic enim ab auaricia Aegyptiorum Iudæos liberauit. Cur ergo si lux, natura creaturæ insita est, propria luce liberati non sunt: sed quasi carentes lumine, non necessario illuminantur? sed negari non potest, indigentibus Dei filius illuxisse. Ipse igitur uera lux est, & per gratiam ab eo creatura lucem consequitur, quare illi consubstantialis non est. Item Psalmista: Beatus (ait) populus, qui scit iubilationem, in lumine uultus tui ambulabunt. Quur ergo in sua luce non ambulant, aut quur ab alio lumen quærentes, uix salutem consequuntur? sed neminem dubitaturum puto, filium dei creaturis illuminationem largiri, quam quum acceperint, saluantur: quomodo ergo eiusdem erit substãtiæ unigenitus, & quæ ab eo facta sunt? Misit præterea in tenebris lumen rectis, ait. Quomodo autem rectus homo in tenebris est, si, quemadmodũ filius, ita etiam lux creatura uera est? Si uerò rectis lumen, quasi non habentibus mittitur: quid opus nobis pluribus uerbis est? cùm ipsa rerum natura, magna clamitet uoce, nec perfectum & imperfectum secundum naturam, nec indigens atq; propter plenitudinẽ suam largiens, eiusdem esse substantiæ. Illuminare (inquit) illuminare Hierusalem: uenit enim lux tua, & gloria Domini super te orta est. Sed si creaturarum natura per seipsam, id est, natura sui, ut unigenitus, lux uera est, quid opus est, ut lumen accedat, quo Hierusalem illuminetur? sed illuminatur per gratiã. Qui ergo eam illuminat, is solus lux uera est, atq; ideo super eam est natura atq; substãtia. Ecce dedi te (inquit) in testamentum generis, in lucẽ gentiũ.

Quomodo



Quomodo igitur rationalis hæc & mortalis natura, si ipsa uera lux est, lumine ita indiguit, ut nunc tanquam non habenti, suum deus filium ei præbuerit? Et nunc, inquit: domus Iacob, uenite ambulemus in lumine domini. Quare suo lumine domini non ambulant, sed unigeniti luce tanquam lumine carentes proficiscuntur? Ego sum lux mundi, saluator inquit, Qui me sequitur non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Quur etiam creatura, si ipsa quoque uere lux est, huiusmodi uocem emittere non potest? ipsa ergo, quoniam dicere similia horreat, nullam aliam præter filium ueram esse lucem aptissime clamitat. Quousque lucem habetis, saluator inquit, credite in lucem, ut filij lucis sitis. An futurum erat, si non crederent, ut natura insitam lucem amitterent? Et quo nam pacto id fieri unquam posset? Priuationes enim ex desidia in ijs rebus fieri nequeunt, quæ ita substantialiter insunt, ut abesse non possint absque subiecti corruptione: sed in ijs quæ uoluntate acquiruntur, & quæ corrupta substantiam non corrumpunt, ut uerbi causa: Rationalis homo natura est electione gubernator, æger per accidens. Irrationalis igitur nullo fieri casu unquam poterit: gubernandi autem peritiam desidia facile amittet, & ægrotationis accidens curatione depellet: ita quæ substantialiter radices in natura egerunt, absque subiecti corruptione nõ corrumpuntur. Quomodo igitur, qui credere in lucem recusant, lucem amittunt, si lux ipsi uere, id est substantialiter sunt? Aut quomodo lucis filij sunt credentes? Nam si ipsi lux sunt, suũ ipsorum filij afficientur. Quid erit ergo præmium fidei? nullum profecto. Sui enim ipsorum filij, etiam fidem recusantes, poterunt esse. Solum ergo dei uerbum lucem ueram dicemus, creaturam uerò longe alterius naturæ confitebimur. Similiter ex illo Euangelico ratiocinari licet: Adhuc modico tempore lumen in uobis est, ambulate dum lucem habetis, ut non tenebræ uos comprehendant: lux enim uera & naturaliter nunquam à tenebris comprehendetur. Et ex illo apud Ioannem in epistola, qui dicit se esse in lumine, si fratrem suum oderit, adhuc in tenebris est. Electione igitur luci adhæremus, & uoluntate magis quàm substantia, lumen rationalis accipit creatura. Quod ita esse ostenditur: quia fratrem odio persequeris, adhuc in tenebris es: unigenitus autem non electione, sed secundum substantiam lux dicitur: quare super omnem creaturam esse demonstratur. Postremo, qui fratrem diligit suum, is in luce (inquit) manet: ita charitas lucem creaturę accommodat, lux autem unigenitus est. Quare longe aliud est, quàm ea in quibus propter charitatem inhabitat.

*Quod non ante corpus anima hominis, nec propter præcedentia peccata in corpus delabitur, ut nonnulli falso prædicant.* CAPVT IX.

QVæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. In mundo erat.) Rectissime atq; tutissime beatus Euangelista nõ solum ipsam ueram lucem unigenitum nobis esse declarauit, sed statim demonstrationem quoq; adiunxit: illam (clamans) ueram lucem affirmo, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Nonne igitur dicet quispiam, qui scripturarum peritiam habeat, etiam angeli mentem humanam illuminant? Per quem ergo Cornelius didicit baptizari se oportere, si salutem uellet acquirere? Manue uero ille, nonne uoce angeli futura docebatur? Sed Zacharias quoque propheta non cælauit id, dicens: Et dixit angelus qui loquitur in me, ego hæc tibi ostendam. Deinde cognitionem rerum occultarum ab angelis in animum suum infundi ostendens: Ecce (inquit) angelus, qui loquebatur in me, stabat, & alius angelus ingrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Curre, & loquere ad puerum istum, dicens: Absque muro habitabitur Hierusalem, præ multitudine hominum & iumentorum. Similiter etiam Daniel ab angelo uisionum significationes discebat, dicit enim: Et factum est quum uiderem ego Daniel uisionem, & quærerem intelligentiam: ecce stetit in conspectu meo quasi species uiri, & audiui uocem uiri interrogantis, & uocauit & dixit: Gabriel fac intelligere istum uisionem. Nec solum angeli, uerum etiam homo hominẽ illuminat. Probus enim eunuchus ille, prophetiam de domino non intelligens à Philippo didicit. Et doctores tam fidei, quàm disciplinæ uitę, innumeri pene fuerunt, quibus orbis terrarum institutus est. Sed quur hæc tam multa nobis conferuntur, quum diuina possit hoc autoritate cõprobari? Vos enim, ait saluator apostolis dicens, Lux mundi estis. Adhæc respondentes dicimus, nihil esse in creaturis, quod simplex sit atq; incompositum, sed omnia compositione certe constare. Quemadmodum igitur creatura, quæ doctiorem sapientioremq; alium reddit, non est ipsa sapientia, sed sapientiæ quæ ineſt sibi ministra: in sapientia enim sapiens sapit. Et qui alios docet, non est ipsa doctrina, sed doctrinæ minister per quam doctus est. Sic qui alios illuminat, non est ipse proprie lux, sed luminis quod in eo est minister, in alios per doctrinam ipsum diffundens, communeq; faciens quod acceperat bonum: id circo ad apostolos dictum est, Gratis accepistis, gratis date. Quicquid enim habuerunt, diuinitus illud consequuti fuerunt. Nulla enim creatura proprio quodam bono gloriari potest, nec sanctorum quidem angelorum natura: sed omnia à deo à non esse ad esse uocata, non aliunde quoq; quàm à deo naturam qua bene sunt consequuntur: quum nihil in creatura substantialiter sit, quod à creatore dono non defluat, quodq; in creatoris gratia radicem non habeat. Quum igitur in compositione omnis creatura inueniatur, nulla lux in ea est proprie atque simpliciter, id est, sine aliqua compositione: sed participatione lucem habet, non aliter quàm alia bona etiam lucem à deo accipiens. Lux autem uera est, quæ



Pſal. 35. Ioan. 8. Ioan. 3. 1. Cor. 4. Ioan. 12. Pſal. 4. Ioan. 14. Pſal. 88. Pſal. 42. Eſa. 60. Eſa. 42. Ioan. 8. Pſal. 11. 1. Pet. 2. Eſa. 1. Ioan. 8. Ioan. 12. Ioan. 2. Ibidem. Ibidem. Cauillatio. Act. 10. Iudic. 13. Zach. 1. Zach. 2. Dan. 8. Act. 8. Malach. 5. Diluuio. Math. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca



illuminat non illuminata. Ea unigenitus est dei filius, qui natura simplex est, id est longe ab omni cōpositione ut deus cōstitutus. Sed obiiciet quispiam: Si sancti non sunt lux secundum naturam, quamobrē nō luminis participes, sed lumē saluator eos appellauit? Aut quomodo nō eiusdē nature, cū eo est creatura, si lux quemadmodū ipse nūcupatur? Vos enim (inquit) estis lux mundi. Sed nonnident, qui hæc aduersus seipsos excogitāt, quod etiam dij & filij dei apud scripturas, omnes appellantur, secundum illud: Ego dixi, dij estis & filij excelsi omnes. Negabimus ne igitur propter hæc uerba id quod sumus? & deos, & filios dei, ita nos putauimus, ut uerbo & uere filio dei à deitate coniunctionecq; patris depulso, loco illius patri assidere uelimus, & gratiā qua honorati sumus in filios adoptati, in materiam impietatis uertemus? Procul absit à nobis hæc cogitatio: filium enim dei uere deum colimus, & nos ita cognoscimus, ut adoptione filios & deos, non natura, sed gratia factos non ignoremus. Sic igitur etiam lucem esse sanctos fatemur: & illud addimus quod rationalis quidē creatura omnis illuminata illuminat, traditioneq; à mente sua in mentē alterius doctrinam transfundit. Quam quidem illuminationem, discendi uim potius, quàm reuelationem nominamus, Dei autem uerbum omnem hominem uenientem in hunc mundum, non docendo ut homines, aut forsan angeli, sed potius creando ut deus, unicuique semen sapientiæ, id est, pietatis atque intelligendi radices inserit. Et hoc modo rationalem efficit creaturam, naturæ suæ partitionem faciens, & ineffabilis sui splendoris, quasi lucidos uapores eo modo quem solus nouit, in mentem hominis immittens: propterea noster pater Adam non tempore (quemadmodum nos) prudentiam didicit: sed statim à sui creatione perfecte sapiens fuit, datum sibi diuinitus lumen adhuc conseruans, naturæq; dignitatem integram retinens. Filius igitur dei, creatiue (ut ita dicam) illuminat: lux enim ipse uere est, creatura uerò participatione luminis splendet, atque ideò etiam ipse lux appellatur, super naturā suam glorificantis dei gratia, & uarijs donorum honoribus coronantis ascendens: ita ut in medium prodire, tanquam summis coronati honoribus magnifice possimus. Quare magna uoce gratias agentes, illud dicamus: Benedic anima mea dominum, & noli obliuisci omnes retributiones eius, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu uitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus, qui replet in bonis desiderium tuum. Misericors enim uere dominus est, qui creaturā paruam atq; abiectam secundum naturam, magnam atq; mirabilem sua efficit bonitate: qui etiam nos bonis abūde atq; cumulose suis decorauit, adeò ut etiam deos & lucem nominet. Deinde quoniam dixit: Quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum: quoniam uocabulum hoc, uenientē, tam homini, quàm

*Obiectio.*

*Mat. 5.*

*Solutio.*

*Psal. 81.*

luci, Græcæ linguæ consuetudine accommodari potest, ne ambiguum fieret, utrum uenientem hominem in mundum illuminet, accuratissime, quasi sua exponens uerba, de luce subijcit: Quia ipsa in mundo erat: ita uenientē in hunc mūdum, non lucem, sed hominem intelligamus, qui à nihilo ad esse producitur. Locus enim quasi quidā creaturarum confingitur ipsum nihil, à quo modo quodam profectæ, locum (ut ita dicam) essendi acquirunt. Accommodatius ergo, atq; decentius de natura hominis dici potest, quod à primo statim creationis tempore illuminata, unà cum esse uim etiam intelligendi ab unigenita luce, quæ in mundo est adipiscitur, quæ ineffabili dignitatis uirtute omnia replet: cum angelis est in cœlo, non derelinquit terrestres, inferis adest, nihil penitus sui unquam uacuum deserit. Cuius rei miraculo commotus Psalmista, non dubitauit clamare: Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tu fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illuc es: si descendero ad infernum, ades: si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Omnia enim loca, & omnem creaturam diuina profecto manus tenet, continēs conseruansque in esse quæ facta sunt, uitā infundens ijs quæ uita indigent, & intellectualem lucem susceptibilibus immittens, nec in loco est, nec transeundi, transgrediendiq; motū patitur. Corporum enim hæc proprietas est, deus autē omnia (ut diximus) replet. Sed quid dicis, quispiam obiiciet, quum ipse saluator dixisse inueniatur: Ego lux in mundum ueni, quum etiam Psalmista orat, dicens: Emitte lucem tuam & ueritatem tuam: manifestenanq; uenisse in hunc se mundum filius dicit: quare nō erat in hoc mundo antequam uenisset: mitti etiam orat propheta, non eum qui aderat, sed eum profecto, qui aberat. Nos autem idonco hic usum uerbo, & commode loquutum Euangelistam asserimus, quum filium dei naturaliter uitā substantialiter lucem, non circumscriptibilem loco, non mensurabilem spacijs, nulla quantitate retentum, non transeuntem de loco in locum, sed ubiq; semper præsentē in mundo esse affirmauerit. Venisse igitur in mundū, quamuis in eo præsens semp sit, dicitur incarnatiōis mysterio. uisus eē est in terra, & ueluti homo cū hominibus conuersatus est, manifestiorē nobis præsentiā suā in mundo efficiens. Nam qui olim solo intellectu adesse uidebatur, ipsis postea corporeis oculis cernebatur, rudiorem (ut sic dixerim) pietatis cognitionem sensibiliter nobis immittens, & signis atque miraculis cognitus: & hoc modo ipsum ad illuminandum mundum emitti propheta orabat. Ad hæc illud etiam dicendum censeo, quod multo uelocior mens quàm oratio est, & ingenij motus lingua multo acutior. Quare quantum humanis uiribus licet, ingenij acumine sublimitatem diuinarum rerum speculemur: loquamur autem oratione hominum, quoniam aliter quæ cogitamus, nullo modo efferre possumus: ac quoniam

*Obiect. Ioan. 8. Psal. 4.*

*Solutio Rom. 7.*

*Baruch. Hieremiæ 23.*

*Confutatio dictæ impietatis*



niam lingua longe abest ad exprimendam ueritatem, Paulum imitemur, qui quum fuerit mysteriorum saluatoris receptaculum, uerbum à deo petebat in apertione oris sui. Nihil ergo dignitati unigeniti detrahit nostræ orationis angustia: sed intelliguntur quidem omnia, quæ de ipso dicuntur, decenter: uerbis autem tam ab ipso saluatore ad nos, quàm à sanctis de ipso iuxta humanæ naturæ mensuram humilius proferuntur. Verum, quoniam non lucem uenire in mundum, sed hominem intelligendum esse asseruimus, non grauabimur friuolas cordis hominum cogitationes refutare. Hac enim autoritate scripturæ non nulli non ab ore domini, sed à corde suo eructantes, sic abutuntur, ut ante corpora humana in beata uita fuisse animas in cœlo contendant: & has, quamuis perfectiore bono fruebantur, tamen saturitate melioris status, turpi cogitatione alterius uitæ cupiditate ad peiora esse delapsas. Depulit enim eas, id ipsum moleste ferens creator, & corporibus quasi in quadam spelunca uel carcere inclusit, ut inflammatæ cupiditates earum extinguerentur: uoluit enim (aiunt) creator, ut periculo animæ discerent, quàm amarum sit, quā tiqúe doloris plenum, bonum contemnere, ac ad peiora declinare. Hæc partim hinc (ut diximus) confirmare conantur: quia omnem hominem uenientem in hunc mundum illuminari dictum est. Partim alios quoque locos scripturarum male intelligentes adducunt, ac maxime illum: Priusquam humiliarer, ego deliqui. Ecce, inquiunt, antequam humiliatus sit, id est, antequam corpori animus connexus fuerit, deliquisse fatetur, atque ideò iure humiliatum fuisse mortali corpori coniunctum. Mortale nanque corpus est, imò uerò mors ipsa, ut Paulus ostendit, dicens: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Si ergo, inquiunt, deprimitur anima, humiliorq; fit in mundum ueniens, quia deliquit antequam deprimeretur, & corpori coniungeretur, patet ipsam ante corpus profectò esse. Præterea si in mundum hunc aliunde uenit, fuit ergo antequam corpori connecteretur. Hæc aduersus uera ecclesiæ dogmata dicentes, ac simplicio res huiusmodi nugis decipiētes, uere ita increpabuntur: Væ qui prophetatis à corde uestro. Prodigia enim quædam, quasi prophetias à corde suo fingentes, diuinæ spiritalicq; apponunt doctrinæ, non animaduertentes ad quantam ij sui conatus impietatem erumpunt. Cuius opinionis falsitatem modo redarguere tempus est. Si ergo ante corpora hominum animæ fuerunt, & quadā inclinatione ad malum (ut ipsi dicunt) loco supplicij corporibus connectuntur: quomodo uenientes in hunc mundum illuminari dicuntur? Illuminatio enim maiorem afferre gratiam uidetur, & honoris certè, non supplicij est: non punitur autem qui honoratur, nec cruciatibus uexatur qui lumine diuino participat. Quare certum est non puniri connexu corporis animam, quæ in ipso corpore honoratur. Accedit, quod fal-

*Coloss. 4.*

*Impietas hæreticorum.*

*Psal. 138.*

*Psal. 118.*

sum omnino esset, illuminari animā in hunc mundum uenientem, siquidem mens atq; integer intellectus antea fuit. Si enim, dum in corpus uenit, illuminatur, necesse est antequam ueniat, lumine carere. Quomodo ergo intellectus integer ac purus erit, si tunc tandem illuminari cœpit, quando in hunc mundum, & in molem carnis descendit? Præterea, si ante corpus anima fuit, & sicuti mens pura, & intellectus integer, ipsi bono cōiunctior erat, sed prauitate, cupiditateq; peiorum ad terrena depressa est: quomodo non magna sibi iniuria fit, quæ modò in hoc corpore depressa, recte uiuere, ac non peccare iubetur? quū tunc potius oportuisset, quando nondum corpori alligata, longius ab omni aberat perturbatione. Non potuerunt profecto dicere aut opportunitatem admonendæ animæ ignotam deo fuisse, aut iniurioſe ab eo tractatam, qui peccare non potest. Opportune igitur atq; iuste non peccare in hac carne iubemur: quoniam eo cœpimus esse tē pore, quo unà cum corpore in hunc mundum uenimus, ac quasi à loco quodam à nihilo ad esse peruenimus. Præterea libenter ab eis quærerem, quam ueri similitudinem oratio habeat, quum dicant, propter delicta, quæ prius anima commiserat, in corpus eam intrudi, ut rerum experientia, cupiditatis suæ turpitudinem discat. Quomodo non erubescunt hæc dicere? liberanda enim potius à prauis cogitationibus fuisse uidetur, quàm in profundum turpissimarum uoluptatum detrudēda. Nō enim hic, sed ille modus curare eam potuisset. Quod si ut corporis uoluptatibus frueretur, ac eo modo magis ægrotaret, in corpus detrusa est: tam ignorantiæ, quàm iniuriæ crimine medicus iure accusari poterit, qui ea ratione sanari ægram posse putauit, si in maiora, pluraq; delicta per iniuriam ab eo depelleretur. Sin autem ut delinquendi finem faceret, quomodo ab ultima profunditate miseriæ, ac cupiditatis emersuram potius putauit, quàm in ipso malorū principio, quando peccati fomite, id est, corpore carebat, parua castigatione suum statum retenturam? Ad hæc, si ante corpus deliquit anima, & ut pœnas lueret corpori coniuncta est: oporteret certè credentes, qui fide à peccatis liberati sunt, à supplicio statim, id est, à corpore liberari. Quomodo enim, dic quæso, remissionem peccatorum penitus consecuta esse anima intelligeretur, quum adhuc propter peccatum in corpore inclusa teneatur? Videmus autem multo secus fieri: non modo enim illico fideles à corporibus nō euolant, uerum etiam resurrectionis professione, ac fide immortaliter se uicturas cum corporibus credunt. Non ergo ad cruciatum corpus animo cōiungitur, præsertim quū ita diuinitus honoratū sit, ut & saluatoris reuicturū omnipotentiæ attestetur, & uitā sit immortalem habiturū. Adde quod morte maiora delicta secundum legem plectuntur, quum qui leuius peccarūt, uiuere permittantur: qui autē omnino innocentes uidētur, præmijs etiam, quasi quibusdam ad uiuendum inuitamentis

*Leuit. 20.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



uitamentis afficiantur. Oportebat autem, si ut cõ A
missorum pœnas lucret, corpori anima coniuncta est, scelestos homines ad uiuendũ potius inuitari, ut magis mole corporis uexarentur: innocentes uero contra citius ab hoc corpore, id est, à supplicio liberari. Sed iure lex homicidam, ceteroscq; huiusmodi morti iussit, iustos autem honoribus decorari. Falso ergo dicitur, supplicij causa corporibus animas annecti. Insuper dicant, quæso, si ad supplicium corpus animę connectitur: quid boni nobis, destructa morte, ac immortalitate corpori per resurrectionem donata, saluator contulit? Corruptioni potius perpetuæ corporis, termi num supplicio imponenti, quàm domino nostro Iesu Christo (quem credimus corporibus resurrectionem donasse) gratias agere deberemus: non B
autem ita ecclesia facit, sed Christo gratias agit, saluatorem re ipsa existimans, quia nos à morte liberauit: non ergo ad supplicium animis corpora data sunt. Nam si sic esset, maiora nobis inferret mala resurrectio, perpetuò miseras corporibus animas includens, & unde per mortem euaserunt, eo repellens: nihil autem mali, sed ad renouationem naturæ à Christo pro singulari dono data est: non ergo ad pœnam animis corpora data sunt. Præterea singulare nobis quidam propheta gaudiũ
Esa.26. annuncians: Resurgent, clamabat, mortui, & suscitabuntur, qui sunt in monumentis, & omnes qui in terra sunt, exultabunt. Magna potius afficientur mœstitia dicendum erat, rursus in corpora redeuntes. Aut si uera humanum genus afficere lętitia uolebat, non resurrecturos mortuos, sed C
perpetuæ naturam carnis datam esse corruptioni affirmasset. Quũ uerò diuino inflatus spiritu, carnis resurrectionem ad gaudium annunciet, non sumus ad supplicium corpori annexi, cuius immortalitate lætari, exultarique iubemur. Accedit, quod
Gen.15. deus, quum beatum Abraham benediceret, quasi stellas cœli innumerabiles suos fore pollicetur. Quare si ad corpus, ceu ad supplicium anima introducitur, damnatarum diuinitus animarum turbã, & quasi fugitiuarum, à bono, malignitatisq; seruum ac maledictionis potius, quàm benedictionis semen pollicetur: sed re ipsa benedictus à deo Abraham fuit. Omni ergo culpa, corporis atq; animi caret coniunctio. Similiter diuinus ille uir
D
Moses, quum non iniuria multitudinem Iudæo-
Deut.1. rum admiratus esset: Ecce, nanq; inquit, multitudine, uelut iste cœli hodie estis: adiecit orãs, Dominus deus patrũ uestrorũ addat ad hunc numerũ multa millia, quæ res si animę lapsæ in corpore puniuntur, non optanda, sed repellẽda potius oratione, intercessioneq; Mosi ad deũ fuit, sed fuit optãda: non em inanẽ quendã hominẽ fuisse Mosen dicimus. Falso igitur & à seipsis, non à scriptu
tis, nequam homines, huiusmodi falsitates excogitant. Præterea non ignoramus, nihil concedi à
Iaco.4. deo male petentibus. Petitis enim (inquit) & non
1.Reg.1. accipitis, quia male petitis. Si ergo animæ (ut illi dicerent) incarnatio ad luendas pœnas datur: nõ parum Anna Phanuelis filia peccauit, longa ora-

tione à deo filiũ postulans. Animæ nanq; lapsum primò, deinde punitionem poscebat, & si mulier quasi homo errauit, quomodo deũ exorauit? Nõ enim poterat fœmina in utero concipere, nisi anima in cœlis deliquisset, ut propter delictũ uterũ mulieris ingressa, corpus assumeret. Sed exoratus fuerat deus, quia bene illa petijt: nõ ergo carni cõ
iunguntur, quia peccauerimus antea, quippe qui ante corpus nõ fuimus. Adhæc, si gratia supplicij
4.Reg. corpori connectimur, quur Ezechias uir sanctus atq; probus prorogationem huius uitę petijt? aut quomodo deus quindecim annos, pietate & lachrymis illius commotus, beneficij loco illi adiecit? Calamitatem enim potius & cruciatũ, quàm donum & gratiam, si aliquid ueritatis istæ nugæ
B
habent, illi contulisse uidetur. Sed donũ certe fuit ac gratia, prorogatio uitæ: non ergo ad supplicium animis corpora dãtur. Præterea, si corpus animæ ad pœnam datum est, inanem gratiam deus ei retribuit, qui Hieremiã à lacu eduxit, quẽq; à Chal-
Hier. dæorum impetu euasurum, longiusq; uicturum pollicetur: quum potius debuisset, si honorare ipsum uolebat, quam primum à uexatione corporis liberare. Nec præterea tribus illis adolescẽtibus,
Dan. quos à Babylonica flamma seruauit, nec Danieli, quem à feritate leonum eripuit boni quicq; impartitus est. Falsum aũt hoc omnino est: laudatur enim, gratiæq; sibi agũtur: quia præcipuũ eis contulit beneficium: falsum igitur etiã illud est, unde hoc sequitur. Adde, quod pro tribunali domini-
co opera quęq; nostra patebunt, ut ait Paulus: Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal
2.Cor. Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis, prout gesserit, siue bonũ siue malũ. Si ergo pro operibus, quæ perperã, aut cõtra, cum corpore gessimus, retributio fiet: nec ulla erit mẽtio eorũ, quæ ante corpus probe uel contra fecerimus: quomodo ante corpus fuisse animam audent dicere, si ea
Gen.7. solummodo quærũtur, quæ cum corpore gessit? Deinde quomodo idẽ Paulus ait: Exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, deo placentẽ? Nam si ad supplicium animis corpora data sunt, quomodo in odorem suauitatis id deo offerimus, per quod punimur? aut quomodo uirtutẽ possidebit, quod natum ad puniendũ magnas in peccato egit radices? Ad hæc propter trãsgressionem primi hominis, corruptio genus nostrum inuasit, ut ait Paulus: sed regnauit mors ab Adam usq; ad Mosen, & in eos qui non peccauerunt, in
Rom. similitudinem præuaricationis Adæ: quomodo igitur uel super eos qui nõ peccauerunt, regnare mortẽ affirmat, si priscorũ gratia delictorũ mortale nobis corpus annectitur? aut quomodo non peccauerunt, si propter peccata in corpus decide
runt? Præterea de quodam ab utero matris cæco saluatorem discipuli interrogarunt, dicẽtes: Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, ut cæcus nasceretur? nam quoniam in propheticis scribitur libris, quod peccata parentum filijs deus retri-
Ioannis buit: hac de causa cæcũ fuisse natũ hominẽ illũ apostoli arbitrabãtur. Quid igit Christus? Nec iste
Exod. (inquit)



(inquit) peccauit, nec parentes eius: sed ut manifestentur opera Dei in illo. Quomodo autem nõ peccasse asserit eos, qui quum homines fuerint, non errasse proculdubio non potuerunt? Manifestum igitur atq; conspicuum est, quia uerba domini, tempus quod natiuitatem illorum præcesserat, respicit, quo tempore nec fuerunt, nec peccare potuerũt. Hoc enim modo ueritatis integritas in uerbis ueritatis, id est Christi conspicietur. Ac-
Esa.45. cedit, quod Esaias quam ob causam terra facta sit ostendens: non frustra (inquit) creata est, sed ut habitetur: non autẽ à nudis spiritibus, nec incorporeis animis, sed animatis corporibus congruẽter habitari potest. Qua ex re sequitur: si præfuisse animas, & delinquẽtes in corpa delabi dabimus, uoluntate ipsas dei delinquere, ut homines scilicet essent, quibus terrarum orbis habitaretur: sed hoc falsum omnino est, uerum igitur alterũ. Adde, quod omnium artifex sapientia in libro parabolarum, huiusmodi de se uerba dicere introducitur: Ego eram, inquit, quo gaudebat uniuersorũ
Prouer.8. scilicet creator. Quotidie lętabar cora eo in omni tempore, quando consummato terrarum orbe gaudebat, & lætabatur super filios hominum. Si ergo creato deus homine gaudebat: quomodo insaniũt, qui peccatis ad corpora intrudi animas opinantur? Si enim gaudet, quia pœnas per corpora dant, non erit bonus, qui aliorum supplicio triumphat. Sed bonus est ipse natura, & bonarũ creaturarum productor: nõ igitur instrumẽtum puniendi corpora sunt, ut multi falso prædicant. Præterea, si quę ante corpora deliquerunt animę, corporibus annexæ puniuntur: quamobrem aduersus impios diluuium immissum est, & Noe iu
Gen.7. stus in retributione fidei saluatur? contra nanq; fieri oportuit, ut iusti scilicet citius à corpore soluerentur, improbi uerò longiore tempore mole corporis cruciarentur: sed iustus dominus morte puniuit impios, & longioribus huius uitæ spacijs iustũ honorauit. Falsa igitur opinio, abijciendaq; penitus ex animis nostris est. Adhæc, quare salua
Ioan.11. tor Lazarum, quem amabat, suscitauit, & liberatum à supplicijs amicũ in supplicia reduxit? Sed
Rom.5. suscitauit, honorans quem diligebat. Aduersus ergo ueritatem dicuntur animæ ante corpora deliquisse. Adde, quod si ita esset, rationale hoc animal homo, naturaq; hominis per peccatum producta uideretur: sed per peccatum rursus ingressa in mũdum mors est, quare repugnare sibijpsi pec
Lucæ. catum uideretur, quum priora posterioribus dissoluat: satanas quoq; in seipso diuisus esset, quomodo ergo staret regnũ eius? Sed hæc falsa sunt: uera igitur, quæ eis opponuntur. Postremo mor-
Sap.2. tem à deo ecclesia negat productã. Inuidia enim diaboli uenisse in mundũ eã scriptura confirmat. Quod si ad puniendã animã corpus ei coniungitur, quare diabolus inculpatur, qui morte supplicium animę dissoluit? Quare autem saluatori gratias agimus, per resurrectionẽ rursus corpora nobis restituenti? Sed merito & agimus & debemus gratias saluatori, qui nos à corruptiõe, q̃ inuidia

A diaboli nobis intulit, suo sanguine liberauit: non ergo instrumentum supplicij corpora sunt, nec animæ ante corpora, quando non fuerunt, peccare potuerunt.

CAP. X.

ET mundus per ipsum factus est.) Per unigenitum dei, per lucem ueram, factum esse mundum, necessario Euangelista significat. Nam etsi omnia per ipsum facta superius dixerit, tamen ne quis erroris locus relinquatur, creatorem rursus ipsum esse prædicat. Nam quoniã de luce dixit, quia in mundo erat: ne quis unam de partibus mundi hanc lucem esse suspicari posit, sicut sol, luna, & stellæ in mundo sunt, & mundi partes ueluti unius corporis esse membra creduntur, necesB
sario totius mundi artificem hanc lucem esse confirmat: ita nos iterum ab unigenito dei factum esse mundum, instruxit. Quis enim adeò rudis atq; agrestis est, qui non uideat alium esse à mundo eum, per quem mundus factus est? aut quis hæc audiens, creatorem à creatura secũdum naturam non separabit? Aliud enim natura est, quod facit & creat, aliud quod creatur, alioquin idẽ crearet & crearetur. quod si ita est, nec est ulla secundum substantiæ rationem differẽtia: creatura profecto in creatoris naturam conscẽdet, & creator in creaturarũ naturam descẽdet: nec solus creabit deus, sed inerit etiam creaturis creandi uis, saltem potẽtia, si ullo modo deo substantię ratione uniuntur: ita creatura quoque creator erit. Et nudis solumC
modo uerbis creandi autoritatẽ ac dignitatem unigenito Euangelista attribuit, dicens: In mundo erat, & mundus per ipsum factus est. sed non nudis uerbis id dixit, scitit enim unum esse naturam omnium creatorem. Non est ergo, nec intelligi à pijs potest creatura & creator, idẽ natura: sed creatura quidem, naturæ suæ terminum non ignorãs, seruituti se subijciet. Regnabit autẽ super ipsam filius, qui solus unà cum patre atq; spiritu, quæ penitus nihil sunt, ea quasi entia potest uocare: & quod nihil prorsus est, ineffabili uirtute ad esse producere. Verum quoniam natura deũ nec creaturam esse filium dei, latius in libro de trinitate demonstrabimus, longiores modo nõ erimus. Illud tamen prætermittendum non est: quia quum per filium factum esse mũdum affirmet, ad patris nos
D
facile reducit memoriam. Quum enim per quem dicitur, ex quo etiam intelligitur: uniuersa enim Rom.11.
ex patre per filium in sancto spiritu sunt.

CAP. XI.

ET mundus ipsum non cognouit.) Summa solertia, summaq; uigilia inanes hominum cogitationes præuenire, atq; anteuertere conatur. Mirabilis nanque est hic rerum sublimium ordo, & obiectionum euersio: lucem modo ueram uocabat filium, à qua illuminari omnem hominem uenientem in hunc mundum subiungebat: & ad hæc, quia etiam in mundo erat, & mundus per ipsum factus est, asserebat. Facile igitur opponere quispiã posset, si uerbum dei lux est, si hæc lux corda hominum illuminat, ac pietatem uidelicet, &

rerum

Universidad de Deusto
Biblioteca



rerum intelligentiam humano generi congruen
tem ingerit, si præterea semper erat in mundo, &
ipsa opifex mundi est, quomodo tam longis tem
porũ spacijs ignorata est? Sequitur enim potius,
quoniam ignorata est, nec ab ipsa mundum illu
minari, nec ipsam penitus lucẽ esse. Hoc ne quis
obijcere possit, diuinitus intulit: Et mundus ip
sum non cognouit. Non uerbum Dei, ait, &æter
nam hanc lucem, sed imbecillitatem suam mun
dus accuset. Illuminat enim filius, repellit autem
gratiam creatura, quæ intelligẽdi acumine, ut na
tura Deum cognosceret, sibi dato abusa est, & ut
prodiga ad creaturas uim inspiciendi conuertit.
Neglexit ulterius currere, suffodit illuminationẽ
ex desidia, & contempsit hanc gratiam: quod ne
1. Timoth. 4. patiatur discipulus Pauli, uigilare diligenter mo
netur: non ergo redundabit iure ad lucem, illumi
natorum nequitia. Nam quemadmodum, quam
uis uniuersis sol oritur, nihil tamen inde cæcus u
tilitatis consequitur: nec propterea merito quispi
am splendorem solis accusabit, sed non uidendi
culpam cæcitati attribuet: sic, ut arbitror, de uni
genito etiam intelligendum est. Lux enim uera il
2. Cor. 4. le profecto est, & splẽdorem suum ad omnes emit
tit: sed huius seculi deus (ut ait Paulus) mentes in
fidelium hominum obcæcauit, ne illuminatio co
gnitionis dei in ipsis fulgeat. Cæcitatem autem
aduenisse homini dicimus, non quia penitus lu
ce priuatus sit: conseruat enim natura semper in
telligendi uim diuinitus sibi conceſſam: uerum
quia peiore habitu homo hebetat, & ad peiora di
uertens languefacit quodam modo gratiæ men
suram. Quapropter quando huiusmodi subit ho
Psal. 118. minem, Psalmista tunc iure illuminari orat, cla
mans ad deum: Reuela oculos meos, & cõsidera
bo mirabilia de lege tua. Lex ẽm data est, ut per
eam lux quæ in nobis est accendatur, lippitudine
oculorũ mentis detersa, & depulsis tenebris quæ
prisca ignorantia nos occuparunt. Quasi ergo in
gratus atq; insensatus his uerbis mundus accusa
tur, qui suum authorem ignorauit, qui fructũ illu
minationis nõ probũ ædidit: ut iam de omnibus
uere dici posse uideatur, quod de Iudeis propheti
Esa. 5. ca uoce prædicatur: Expectaui ut faceret uuam,
& fecit uepres. Probus enim illuminationis fru
ctus unigeniti fuit cognitio, quasi uua ex palmite
fertili, humana mente dependens. Temeritas aũ
tem quum ad errorem multitudinis trahat deo
rum, quasi acuti uepres suborti, mentem hominis
mortaliter uulnerant.

CAPVT XII.

IN propria uenit, & sui eum non receperunt.) Explanatius modo Euangelista culpam ignorantiæ in mundum reijcit, qui ab unigenito illuminatus unigenitum ignorauit, & ab errore Iudæorum, gentium etiam peccatum ostendit, & quasi ante oculos ignorantiam atq; duritiam mũ di ponit. Miro autem modo in incarnationis oratione & expositionem huius mysterij, quod propter nos factũ est, à summa illa theologia descendit. Non enim mirum est, inquit, si mundus filium dei non cognouit, quũ à recta intelligendi uia diuerterit, nec se in honore factum meminerit, sed pecoribus (ut Psalmista dicebat) similem se fecerit, quũ etiam ipse populus, quem sibi peculiarem deus elegit, carne præsentem, & ad salutem omnium uenientem recipere noluit, quamuis regnum eis cœlorum pro fide retribueret. Animad uertendum autem est, quàm tutissime sermo con textus est. Mundus enim nullo modo cognouisse accusatur, & uenia quædam hinc sibi præparata, ad cognitionis eum gratiã adducere uidetur. De Iudæis autem, quos ut populum peculiarem elegit, non receperunt adiecit. Non enim omnino uere de ipsis ignorãtia dici potest, quũ lex primo prædicauerit, deinde prophetæ prædixerint. Iusto igitur & illi iudicio absconduntur, & gentes ueniam consequuntur. Mundus enim, id est gentes, nequitiæ incursu à coniunctione dei repulsus, illuminatorem penitus ignorauit: illi autem legis cognitione locupletati, & ad placẽtem deo uitam reuocati, proteruitate animi, cognitũ iam in scriptura, & in propria uenientem filium dei non receperunt. Proprius autem ac suus dei est ratione creationis, uniuersus mundus: ex eo enim & per eum factus est. Sed multo cõgruentius proprius, atq; suus propter sanctorum patrum electionem, Israel appellatur. Atq; ideò primogenitus inter filios dei uocitatur, quem præcipue suũ nominabat, ad Pharaonem tyrannum Aegypti uerba faciens. Emitte nãq;, inquit, populum meum. Quod Moses etiam confirmat, dicens: Quando diuidebat altissimus gentes, quando seperabat filios Adam, cõstituit terminos gentium iuxta numeros angelorũ dei. Et facta est pars domini populus Iacob, funiculus hæreditatis eius Israel. Ad hos igitur tanquam ad suos uenit, propterea dicit: Non sum missus, nisi ad oues quæ perierant domus Israel, à quibus minimè receptus, ad gentes gratiam transtulit. Ita mundus quidem fide ac pœnitudine illuminatur, qui uerbum dei prius ignorauit: Iudæorum autem populus ad tenebras unde educti fuerant, reuertuntur, propterea etiã saluator dicebat: In iudicium ego in mundũ hunc uenì, ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant.

CAPVT XIII.

QVotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius.) Aequo certe iudicio, deoq; digno, primogenitus ejicitur Israel. Non enim uoluit in affinitate dei permanere, non recepit filiũ dei ad sua uenientem, nobilitatis largitorem reprobauit, autorem gratiæ repulit, quem gentes fide receperunt. Quare iure huius temeritatis colligit fructum, flebitq; detrimentum huiusmodi, quo ab adoptione filiorum dei depellitur: fruentur autem gentes bonis fidei, præmia obedientiæ non parua inuenient, ad locum illorum transplãtabuntur, ab oleastro secũdum naturam abscisi, & fœcundæ naturæ oliuæ inserti. Et Israel audeit: Ve gens peccatrix, populus peccatorum plenus, semen



semẽ prauũ, iniqui filij, dereliquistis dominum, & sanctum Israel irritastis. Gentes autem longe aliter illud ab apostolis, aut eorũ aliquo audiẽt:
1. Pet. 2. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut uirtutem eius annuncietis, qui uos à tenebris ad lucem su am inuitauit. Nam quoniam gentes filium per fi dem receperunt, potestatem etiam accipiunt, ut filij dei fiant. Accipiunt autẽ à filio, cui soli naturaliter hoc ineſt, atq; ideo potest in cõmune hoc proponere, in signum misericordiæ suę atq; charitatis. Non ẽm erat possibile aliter terrestris imaginem hominis, corruptionem scilicet, quã peccato induimus, effugere, nisi cœlestis hominis imago & pulchritudo eius, uocatiõe adoptionis nobis impressa esset. Participes enim ipsius facti per spiritũ, & suo signati sigillo, ad similitudinẽ
Gen. 1. eius, & in primitiuam imaginis figurã conscendimus, ad quã fuisse creatos diuina scriptura testatur. Sic enim tandem priscam naturæ pulchritudinem recuperantes, & ad diuinam illam natu ram conformati, ea mala superabimus, quę maxima transgressionis uitio nobis accidẽrũt. Ascendamus igitur ad supernaturalem dignitatẽ per Christum: non tamen ut proprie, sicut ille, sed ut similitudine illius per gratiam filij dei simus. Ve rus enim ille filius dei patris est, nos uerò miseri
Psal. 81. cordia eius adoptati per gratiam, audimus: Ego dixi, dij estis. Creatura autem quum serua sit, nutu solũ & uoluntate patris ad supernaturalia uocatur: filius autem & deus & dominus, non solũ quia pater uoluit, deus filius ac dominus est: sed quum ab ipsa substantia patris effulserit, propriũ eius bonum secundam naturam cõtraxit: quem uerum esse filium, comparatiõe quoq; nostri cognoscimus. Alia enim naturæ ratio, alia adoptionis: & alia ueri filij, alia adoptati, qui similitudine atq; imitatione filij, filius dicitur. Sumus autem nos filij dei adoptione. Vere igitur ac naturaliter ille filius est, per quem nos in filiationẽ adoptati, filiationis uocabulo cõtra distinguimur. Filius ẽm, aut natura, ut ipse est, aut adoptione, ut nos, gratię bonũ pro naturali dignitatẽ consequuti.

CAP. XIIII.

QVi non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex deo nati.) Qui fide Christi in adoptionem, inquit, filiorũ uocati sunt, humilitatem naturæ suæ deposuerunt, & honorantis Christi gratia, quasi splendida induti purpura, ad supernaturalem dignitatem ascendunt: nõ enim carnis, sed dei filij adoptiõe facti sunt: sed aduerte quàm tutissime loquitur. Quoniam enim ex deo natos esse fideles dicturus erat, ne quis putaret aut ipsos ex dei patris substantia prodire, & incommutabiliter unigenito similes fieri, aut similiter abusiõis mo
Psal. 109. do quodam de unigenito illud dici: Ex utero an
Potestatẽ ipsis tam enodauerit Euangelium quam pau te luciferum genui te: & sic ad naturam creaturarum, filium dei adiungeret, necessariò ista premisit. Ita quum potestatem ipsis datã, ac seruitutem naturam filio enodauerit, & adoptionem ac gratiam per potestatẽ hanc intellexerit, tutissime postea intulit: Ex deo nati sunt. Vt magnitudinem gratiæ ostendat, quæ alienos à deo coniungit, & dei filios facit, & seruis nobilitatem domini ex chari tate largitur. Sed quid mai (dicet quispiã) Christi fideles, quàm Israel cõsequuti sunt: Ex deo enim etiam ludæi nati esse dicuntur. Filios enim, inquit, enutriui, & exaltaui, ipsi autẽ spreuerunt me. Primum illud patet, quia futurorum bonorum umbram lex continebat, propterea non secundum ueritatem, sed figurate ascribebantur, usq; ad gratiæ tempus, quo emersuri erant, qui decentius atq; uerius propter inhabitantem unigeniti spiritum, deum patrem appellarent: spiritum enim seruitutis in formidinem illi habuerunt, fideles autem, adoptiõis filiorum spiritum in libertatem, in quo clamamus: Abba pater. Populus ergo hic, qui fide Christi adoptatus est, in illo, quali in umbra depingebatur: quemadmodum circuncisio etiam, quæ in spiritu fit, in carne illorum signabatur, cæteraq; omnia (ut breuiter dicam) quæ in nobis expressa sunt, adumbrata in illis fuerunt. Deinde illud etiã addimus, uocatum in adoptionem Israelem quoq; fuisse, mediatore Mose: propterea in ipsum (ut ait Paulus) in nebula & mari baptizabãtur, & sic ad seruitutis legem à cultu idolorũ reparabantur ministerio angelorum mandata cõsequentes. Qui uerò fide Christi à deo adoptantur non in creaturã aliquã, sed in ipsam trinitatẽ Christo mediatore baptizãtur, qui & humana sibi assumptione hominis coniungit, & patri natura coniunctus est. Et hoc modo natura seruiens in filiationẽ ascendit, participatione uere filij ad dignitatem naturalẽ eius uocata. Quas ob res filij dei & appellamur & sumus, qui fide regenerationẽ spiritu factam suscipimus. De quo quidem spiritu sancto, quoniam nonnulli etiam ipsum creaturis connumerare audent: tum ad nostrum, tum ad legentium fructum, non alienum est modò pauca dicere.

Si ẽm natura deus spiritus nõ est, nec substantialiter deo ineſt, sed in creaturarũ numero collocatur: quomodo qui per eum regenerati sumus, ex deo nati esse dicimur? Aut enim mẽtiri Euangelistã dicetis, aut si uerax est, sicuti profecto est, deus natura ex deo spiritus sanctus est. Quo per fidem Christi participantes, diuinam participamus naturam, & filij dei efficimur, & dij sumus: non solùm quia gratia ad supernaturalẽ gloriam euolamus, uerumetiam quia deũ inhabitantem possidemus, ut scriptum est: Viuificabit & mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis. Alioqui dicant quæso, quomodo templa dei secũdum Paulum sumus, quia habitantem in nobis spiritum habemus, nisi deus natura spiritus sit? Nam si creatura est, quam obrem destruit nos deus, tanquam templum dei destruentes, quando corpus nostrum inquinamus, in quo spiritus habitat, qui naturales proprietates patris & filij omnes possidet. Quod ni ita esset, quomodo uera saluatoris esset, quo-

*lò ante dixit: Dedit eis potestatẽ filios dei fieri Enodauit item in Euangelio naturam serui filio dantam, quum dicit: Et uerbum caro factũ est.*

*Macedoniano rũ cõfutatio.*

Rom. 8.

1. Cor. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ioan.14. modo uera saluatoris esset oratio? Si quis dili- A
git me(inquit)sermonem meum seruabit, & pa-
ter meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & a-
pud eum mansionem faciemus. Et certe spiritus
est, qui in nobis habitat, per quem simul patrem
etiam, ac filium habere credimus, ut hic ipse Io-
annes in epistolis dicit: In hoc cognoscimꝰ, quo-
niam in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam
de spiritu suo dedit nobis.

Quomodo autem uere spiritus Dei uocabi-
tur, nisi ex ipso & in ipso natura sit?

Quod si creatura est, quur cæteræ creaturæ
spiritus Dei non appellantur? Plura dicere non
grauaremur: sed quoniã in libro de trinitate suf-
ficienter (ut arbitror) hoc dictum est, breuiores
nunc esse conuenit. B

CAP. XV.

ET uerbum caro factum est.) Sermonem in-
carnationis iam manifeste ingressus, homi-
nem factum fuisse unigenitũ dei filium, apertis-
sime narrat. Quum enim dicat: Et uerbum caro
factum est, nihil aliud dicit, præter quàm quod fi
lius dei & deus natura homo factus est: nec noui
quicquam profertur, quũ sæpe diuina scriptura
solo carnis uocabulo, integrum (ut ita dicam) &
Iohel.2. totum hominem significet. Effundam (Iohel in-
quit) à spiritu meo super omnem carnem. Vbi ni
si ex parte una totũ hominẽ intelligas, ridículo
se inanimatę carni spiritus dari uidebitur. Quod
autem rectius ita quàm aliter dicat, ratio nobis
reddenda est. Rationale igitur animal homo ex
anima & mortali hac carne compositus est, sed à C
deo ad esse productus: quoniã sua natura incor-
ruptibilis atq; perpetua esse nõ potuit (soli enim
deo substãtialiter hoc inest) spiritu uitæ signatus
habitudine ad eum, immortalitatis bonum, & su
Gen.2. per naturã suam consequutus est. Sufflauit eñ,
inquit, in faciem eius spiraculũ uitæ, & factus est
homo in animam uiuentem. Verum quoniam
propter transgressionem, terram se esse, & in ter-
ram reuersurum iure audiuit, gratia denudatus,
spiraculum uitæ secundum carnem amisit, spiri-
Gen.3. tum uidelicet eius, qui dicit: Ego sum uita. Ita ho
Ioan.14. mo in mortem ex parte carnis solummodo inci-
dit, immortalitate animæ conseruata. Ad solam
Gen.3. enim carnem dictum fuit: Terra es, & in terram
reuerteris. Quare oportuit, quod ex homine cor D
rumpitur, coniunctione rursus naturalis uitæ ad
immortalitatem reuocari. Non aliter enim hoc
malum dissoluí poterat, nisi uis illius dicti: Terra
es, & in terram reuerteris, assumptione ineffabili
destrueretur, hominis carne mortali, à uiuifican-
te omnia uerbo assumpta: ut quum caro eius fie-
ret, qui uere immortalis est, immortalitate illius
participaret. Indecẽs enim omnino esset, si ignis
quidem qualitatem suam cõiunctæ sibi materiæ
immittere possit, ac eo modo in se materiã trans-
mutare: uerbũ autem dei proprium sibi, natura-
leq; bonum, id est uitam, cõiunctę sibi carni non
posset infundere. Hac igitẽ maxime de causa scri-
ptum esse ab Euangelista arbitror: & uerbum ca
ro factum est: quod ex parte maxime corrupta,
& unione uerbi uiuificata, totius reparationem
significare uoluerit. Sic enim facilꝰ & magnitu-
do uulneris & remedij uis conspicitur: sic ægro-
tans & medicus: sic quod lapsum in mortem est,
& qui à morte in uitam suscitat: sic quod corrup
tum est, & corruptionis expulsor: sic quod mors
superauit, & qui mortem uicit: sic quod uita pri-
uatum est, & qui uitam largitur, quasi oculis cer
nitur. Non dixit autem in carnem filium dei ue-
nisse, sed carnem factum fuisse: ne quis habitudi
ne, sicut in prophetas & in cæteros sanctos, uenis
se ipsum, sed uere carnem, id est, hominẽ factum
esse arbitretur: propterea etiam deus est secundũ
naturam in carne, & cum carne. Propriam enim
illam sibi fecit, & tamen aliud præter ipsam intel
ligitur, & in ipsa, & cum ipsa (ut Esaias dicit) ado Esa.40
ratur. Viri sublimes, inquit, ad te transibunt, &
tui erunt serui, & post te sequentur uincti manicis, te adorabunt, teq; deprecabuntur: quoniam
tantum in te deus est, & non est Deus præter te.
Ecce Deum, inquit, esse in ipso, non dissiparans
à Deo carnem, id est, hominem. Et rursus nõ esse
alium deum præter ipsum confirmat, coniungẽs
uerbo templũ de uirgine assumptũ, ut eius pro-
prium. unus enim ex ambobus Christus est.

CAP. XVI.

ET habitauit in nobis.) Aperti⁹ modò quod
dixerat Euãgelista exponit. Nanq; quoniã
carnem esse factũ uerbũ dei significauit, ne quis
ex imperitia in carnem, diuinam naturam peni-
tus immutatã existimet: quod omnino impossi-
bile est (procul enim abest ab omni mutatione
substantia Dei) tutissime illico intulit: Et habita
uit in nobis. Vt quum duo necessariò intelligas,
habitantem scilicet, & in quo habitat: non putes
in carnem diuinam naturam cõmutatam fuisse:
habitasse autem magis in carne, & templo quod
à sancta assumpsit uirgine, ut proprio usam fuis-
se. In ipso enim habitauit tota deitatis plenitudo
corporaliter, ut ait Paulus: in nobis uero habitat Colos.
se cõfirmat, sublime quoddã reuelans mysteriũ. 1.Cor.
Sumus enim omnes in Christo, & cõmunis hu-
manæ naturæ persona in Christo reuixit. Propte
rea & Adam nominatur, quòd per naturæ no-
stræ cõmunitatẽ gloria & immortalitate omnes
ita locupletat: sicut contrà, morte & uituperatio
ne omnes Adam primus mulctauit. In omnibus
igitur uerbum per assumptionẽ unius habitauit:
& quum unus filius dei in uirtute secundum spi
ritum sanctificationis definiatur, ad uniuersum
genus humanũ hæc dignitas funditur. Et sic per
unum generis nostri, ad nos quoq; illud perue-
uit: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Qua Psal.81
re in Christo quidem seruiẽs natura nostra, uere
liberata est, ad unionem ascẽdens mystica eius, Hebr.2.
qui serui formã induit: in nobis autem, propter
affinitatem carnis, qua illi coniungimur. Nulla
enim alia de causa nõ angelos apprehendit, sed
semen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per 2.Cor.8
omnia fratribus assimilari, fratribus per omnia
similis



2.Cor.8. similis, & uere homo factus: ita ut in seruientem A
naturam descendens, ipse quidem nihil acquire
ret, & seipsum nobis dono afferret: ut per pau-
pertatem suã nos ditaret, qui similitudine illius
ad præcipuum bonum suum conscendimus, dq;
ac Dei filij per fidem constituti. Habitauit enim
Rom.8. in nobis, qui natura est Dei filius, propterea in
spiritu clamamus: Abba pater. Habitauit autem
in nobis Dei uerbum in templo uno, quod pro-
pter nos, & de nobis sibi condidit, ut omnes in
Ephes.1. seipso habens, in uno corpore patri (ut Paulus
ait) reconciliaret.

CAP. XVII.

ET uidimus gloriam eius, gloriam quasi uni-
geniti à patre, plenum gratiæ & ueritatis.)
Quanquam uerbum Dei carnem, id est, homi- B
nem factum esse asseruerit, conseruare tamen eti
am sic integram deitatis dignitatem patris, non
minus quàm antea plenum bonis ostẽdit: firma
enim atq; immutabilis supernaturalis illa natura
est, eodẽq; modo semper se habẽs, proprijs sem-
per dignitatibus æqualiter abundat. Quãuis er-
go uerbum caro factum sit, inquit, nec tamen in-
firmitate carnis superatũ est, nec de prisca maie-
state atq; omnipotẽtia decidit, quoniam homo
factum est. Vidimus enim, inquit, gloriam Chri
sti à Deo sublimiorẽ creaturarum gloria: ut men
tis quisq; compos, nulli alij quàm unigenito dei
filio conuenire illam fateretur. Plenus enim erat
ueritate ac gratia. Nam si quis sanctorum multi-
tudinem consideret, & singulorum mirifice ge- C
Ioan.3. sta diligenter enumeret, non negabit gloria illos
dei plenos fuisse. Gloriam tamen & gratiam filij
longe absque comparatione sublimiorem uide-
bit: nõ enim mensura sibi datur ut cæteris, nec de
foris accedit: sed ut in perfecto perfecta substan-
tialiter inest, à patre naturaliter habita. Accedit,
quod sancti ueluti uernæ in domo sunt, filius au
tem in domo sua uersatur. nam de unigenito qui
Psal.117. dem scribitur: Benedictus qui uenit in nomine
Hier.7. domini. De sanctis uero deꝰ pater ait: Et misi ad
uos seruos meos prophetas. Præterea sancti nõ
sua, sed superiore uirtute signa operabãtur: Chri
stus uero ut uirtutum omnium dominus: Si non
facio, inquit, opera patris mei, nolite mihi crede
re: sin autem facio, & si mihi non creditis, tamen D
Ioan.10. operibus meis credite. Si tantæ igitur sunt uires
unigeniti, quantę patris, ut operibus demonstra
tur, æquali cũ patre glorificabitur gloria, qui æ-
Heb.2. qualiter operatur. Quare quamuis homo factus
sit, tãto tamẽ uocatis fratribus superior est, quan
to deus uere, & naturaliter hominibus præstat:
quantũ adoptione filios uere filius excedit. Sed
si plena est, inquies, gloria eiꝰ gratiæ & ueritatis,
quomodo sapientia, ætate & gratia profecisse a-
Lucæ 2. pud Lucam scribitur? aut quid accedere potest
ad plenum, ultra quod nihil est? Sed non ut uer-
bum & Deus profecisse intelligitur, uerum quia
magis eum indies homines admirabãtur, illorũ
potius defectui opinio, quàm illiꝰ perfecta cresce-
bat gratia: ut magis indies cognoscentes, magis



illum procedere, ac gratia crescere arbitrarẽtur.

CAP. XVIII.

IOannes testimonium perhibet de ipso, & cla
mat dicens.) More suo beatus Euangelista,
quoniam gloriam uerbi, ut unigeniti gloriam ui
dimus, dictum est, ac uni personæ uidimus recte
non accommodatur: tam nomine quàm pietate
similem sibi Baptistam citat: nec solum attestari
sibi Ioannẽ dixit, sed optime addidit, quia etiam
clamat. Nõ enim ignorabat de ipso scriptum es-
se: Vox clamantis in deserto. Clamare aũt ipsum Esa.40.
adiecit, ne quis dicere posset, quãdo Baptista un
quam Christo testimonium perhibuit, aut qui-
bus, quum unquã de Christo colloquutus est?
Clamat igit, inquit: id est nõ in occulto, nec de-
missa, balbutienti q; uoce, sed tuba sonantius clã
mat. Quem nõ ipse solus audiui, ait, sed late per
oẽs sparsus est clamor eius. Prædicator eñ splen
didus fuit, nõ ignobilis, sed insignis & maxim⁹.

CAP. XIX.

HIc erat quẽ dixi, qui post me uẽturus est, an
te me factꝰ est, quia prior me erat.) Quũ nõ
mine testẽ citauerit, & clamore illũ ingenti ad mi
nisteriũ prędicationis usum ostẽderit, modũ etiã
ipsius testimonij nũc explanat. In hoc certe tota
quæstio uertitur. Quid igitẽ clamabat? Qui post
me uẽturꝰ est, ante me factus est. Alte hic sermo
tegitur, & diligẽti nimiũ indiget cõsideratione,
paratus tamẽ, tritusq; sensus hic est. Præcessit sal
uatoris incarnationẽ Baptistæ natiuitas: sex eñ Lucæ 1.
integris mẽsibus (ut ab Euangelio Lucę percipi
tur.) Emanuel posterior fuit. Id ergo significari
hic putant: quia secundũ ætatem, qui post me ue
nit, ante me factus est. Sed si quis ad altiora men
tem extollit, primũ lõge à proposito ad alienos
sensus oratio trahitur. Testis enim Baptista cita-
tus est, nõ ut natiuitatis tempore modo posterio
rem, modò priorem Christũ affirmaret: uerum ut
ille, qui quomodo Euãgelista, sic etiam ipse uni-
geniti à patre gloriã uiderit, gratię plenã ac uerí-
tatis. Nullo igitur spacio temporis oratio hæc ac
cõmodari potest. Nam etsi nõ negamus post Ba
ptistam natũ esse dominũ secũdum carnem, præ
cedẽtibus tamẽ hic sensus nequaq; (ut diximus)
accõmodatus, inconsequẽter nimiũ dicitur. De
inde, quod posterius re aliqua tempore inuenit-
tur, eandem præcessisse tempore nõ potest. Ma-
gis igitur nobis placet, ad rerum spiritualiũ cõdi
tionem, ab imagine ac similitudine rerum huma
narum sermone capto, huius contextus sensum
accõmodare. Solet eñ uulgo, qui præcedit, po-
sterioribus glorioſior semper uideri: sicut qui fa
brilem quãdam artem, aut quãuis aliam absolu-
te tenuit, præcedit aut glorioſior eo est, qui ad-
huc discens, magistrum sequitur, & ad ulteriora
continue graditur. Qui tamẽ quum magistrum
suum cognitione artificij uicerit, nõ iniuria à su-
perato poterit audire magistro: Qui post me uẽ-
turus est, prior me factus est. Hac igitur imagine
sensum huius orationis saluatori, & Baptistæ at-
tribuens, recte mea quidem sententia intelliges:

Universidad de Deusto
Biblioteca



Mirabantur enim omnes Ioannem, multos ille A uncticq; discipulos colligebat, magna turba hominum, qui baptizari ab eo uolebāt, quotidie confluebat. Christus uero illo præstantior ignorabatur, latebat ueře ipsum deū esse. Et quia ignorabatur, multo posterior, ac minor cq; Baptista uidebatur. Maiorem enim honorem atq; gloriam ab hominib. Baptista capiebat: sed qui post uenturus erat, prior factus est, maior atq; præstantior indies reputatus. Ab operibus enim ipsis Deus esse reuelabatur, quū Ioānes hominis terminos non excedens, in posterioribus relictus sit. Aenigmatice igitur beatus Baptista, qui post me uēturus est, inquit, prior me factus est: & qui honore me inferior erat, gloriosior factus est, & incōparabili præstantia idoneam mihi mensuram gloriæ B superat. Hic certe sensus nō frustra nec extra propositum sumitur, sed ad superiora congrue, consequēterq; dicitur. Testis enim unigeniti gloriæ citato, quia magna erat hominū de ipso opinio, quum maiorē se Christum esse testetur, quid aliud quàm præcipuā ei gloriā attestatur? Quūq; prius factum esse dixerit, necessariò adiecit, quia prior me erat, priscam & uetustissimā ei attribuens gloriam, quia prior omnibus non tempore, sed natura ut deus est. Prior eīn, inquit, me erat, hoc est semper me superior, semper gloriosior erat: hanc autem comparationem ad unā creaturarum, id est ad Ioannem factam, ad omnē creaturam factam intellige. Nam unigeniti gloriam, non Ioannis solum, sed omnium simpliciter glo C ria præstantiorem putamus.

CAP. XX.

ET de plenitudine eius nos omnes accepimus.) Approbare his uerbis uerum esse Ioannis testimoniū Euangelista uidetur: clare nanque demonstrat, nō Baptista solū, sed omni creatura substantialiter superiorē, tam gloria, de qua modo sermo est, quàm aliorū bonorū numero. Rectissime, inquit, de unigenito à Ioanne dictū est: qa prior me erat, id est, multo sublimior atq; gloriosior. Nam & omnes nos, qui sanctorū locū possidemus, propriis ipsius bonis locupletati sumus, & natura humana illius bonis magis q; suis gaudet. De plenitudine nāq; filij quasi iugi fonte, gratiarum donum scaturiens, in singulas D animas, quæ dignæ sunt, defluit. Si ergo quasi à naturali plenitudine filius dona largit, creatura uero est cui largitur, quomodo nō dissimilē alijs gloriā possidebit? eam uidelicet, quæ unigenitū dei filiū decet, qui naturæ propriæ fructū habet omnē dignitatem atq; præstantiā, quā pater habere intelligitur. Hac de re sapientissimū quoq; Paulū cōmotum, ad creaturam dixisse arbitror:
2.Cor.4. Quid enim habes quod nō accepisti? Nō enim esse solū, sed etiā bene esse, & sic aut sic esse, à deo creaturis conceditur, quæ quū nihil à seipsis habeāt, sola libertate largientis ditantur. Illud etiā nō prætermittendū, quia plenū, id est perfectū in omnibus filiū esse affirmans, tantū abesse, ne cuius rei egeat ostendit: ut omnibus unq; ipse deficiens abunde largiatur, & tamen plenitudinem suam eandem atq; immutatam semper cōseruet.

CAP. XXI.

ET gratiā pro gratia: quia lex per Mosen data est, gratia & ueritas per Iesum Christū facta est.) Quoniam gloria omnium hominū præstantiorem esse filij gloriam dixit, nūc comparatione illorum, qui magnitudine sanctitatis cæteros homines uicerūt, id demonstratione proposuit. Nam de Ioāne quidem ipse saluator ait: Amen amen dico uobis, nō surrexit in natis mulierum maior Ioanne Baptista. Sed hunc ipsum ita Matth. magnum atq; sublimem clamantem introduxit, qui post me uēturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Ioanne igitur Christo cedente, necesse est neminem sanctorum ad mensuram eius gloriæ Christi posse ascēdere, quæ splēdore operum cōspicitur. Sed sancti quidem, qui aduētus temporibus fuerunt, quoniam uirtuti Ioānis cedūt, nec ad uirtutē illius peruenire possunt, unā cum eo palmam saluatori cōcedunt. Siquidem eorum omnium excellentissimus Ioannes, non aliorum uoce, sed predicatione sua Christum, ut solum uere sanctū præposuit. Necessariò igitur ut uetustis etiā sanctis longe maior Emanuel uideretur, Mosi meminit, ad quem à deo dictū est: Exod. Noui te præter omnes: & gratiā inueniſti apud me. Notiorem autem deo præter cæteros fuisse, hinc scire possumus. Si quis propheta fuerit inter Num. uos, dicit dns, in uisione apparebo ei, & per somnium loquar ad illum. At non talis sicut seruus meus Moses, qui in tota domo mea fidelissimus est: ore enim ad os loquor ei, & palàm, non per ænigmata & figuras dominum uidet. Quum igitur Moses antiquioribus sanctis multo præcelluerit, superiorem eo unigenitum idcirco ostendit, ut omnium primus uideatur: & gratiam, inquit, pro gratia, quia lex per Mosen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Huiusmodi nanq; est mea sententia quod dicit. Verū, inquit, certe Ioānis de unigenito testimoniū est, quum dicat: Qui post me uēturus est, ante me factus est, qa prior me est: ex plenitudine eīn ipsius nos oēs accipimus. Nec ullus putet Ioanni quidem & cæteris sanctis, qui tēpore aduentus fuerunt, Christū excellere, antiquiorū autem gloria superari, quum uidere possit multo Christo inferiorem esse Mosen, qui priscis omnibus sanctitate præcelluit, qui cognitus à deo præ cæteris fuit. Sed Ioannes quidem uoce sua seipsum postposuit, ac ita nihil in hac re ambiguitatis reliquit. Vnde autem minorem esse Mosen Christo dicemus? Examines, inquit, diligēter, & conferas Euangelicam per saluatorē nobis datā gratiam legali gratiæ, quā nobis cōtulisse Moses uidetur. Nam quū lex per Mosen data sit, gratia uero & ueritas p Iesum Christū facta sit: quāta doctrina Christi legali præstat disciplinæ, quanto legalib. mandatis gratia & ueritas Christi, tanto excellentiorem esse Christum quàm Mosen confiteri necesse est. Quantum autem interest inter legem





gem & gratiā Christi, quamuis alterius propositi sit, pauca tamen ex multis dicenda sunt: credimus enim infinita penè dici posse. Primum igitur lex quod mundū damnauit (conclusit enim
Rom.11. deus per ipsam omnia sub peccato, ut Paulus ait) supplicio nos iure subiectos monstrabat, liberaIoan.3. uit uerò saluator: non enim uenit ut iudicaret mundū, sed ut saluaret. Deindè, quamuis etiam lex gratiam daret, in cognitionē dei ueri à cultu idolorum reuocās, & bonum à malo discernere docens, non tamen id perfectè, sed pædagogice ac utiliter faciebat: unigeniti uero ueritas atque gratia, non figuris nèq; umbris, sed aperte atq; liquidè bona nobis largitur, doctrinaq; sua ad perfectam cognitionē fidei ducit. Præterea lex seruitutis spiritū ad formidinem dabat, Christus ue
Rom.8. rò spiritum adoptionis in libertatē. Lex circuncisionē carnis, quæ nihil est (ut Paulus ait) intro
1.Cor.7. duxit. Dominus circūcisionem spiritus atq; cordis per fidem. Lex aqua inquinatos baptizat: sal
Matth.3. uator in spiritu sancto & igne. Lex in tabernaculum ducebat, quod uerarum rerum erat figura: saluator in ipsum cœlum adduxit nos, & in tabernaculum uerum, quod non homo, sed dominus condidit. Non est opus plura modo coaceruare, sed illud opportune dicere, quia beatus Paulus le
Hebr.9. gem cum gratia saluatoris cōferens, paucissimis hanc quæstionem dissoluit. Nam si ministerio da
2.Cor.3. mnationis gloria, inquit, multo magis ministeriū iustitiæ gloria superabundabit. Ministeriū enim C damnationis, mandata legis appellauit: iustitiæ uerò ministerium, gratiam saluatoris nuncupat, cui superabundantiam gratiæ attribuit, recte de natura rerum, ut homo diuinus iudicās. Si ergo lex condemnans per Mosen data est, gratia uero iustificans per unigenitum facta, quomodo non gloriosior cōtulit? Veraciter igitur Psalmistia in spiritu, fulgentissimę sanctorū multitudini Chri
Psal.88. stum præesse clamat, dicens: Quis in nubibus æquabit domino, aut quis similis erit domino in filijs dei? Nubes enim intellectuales prophetæ sunt, qui omnes Christo cedūt, nullo modo ipsi exæquari contendentes: quū non ignorent Mosen, qui præter cæteros a deo cognitus fuerat, primas ei partes concessisse: filij autē dei, qui aduen D tus tempore rutilarunt, non erunt omnino similes filio, nec hoc sibi attribuent: sed mensurā suā non ignorabunt, audiētes Baptistam (de quo dictum est: non surrexit maior in natis mulierum) dicentem, quod posterior Christo sit. Veraciter
Matthæi. igitur Euangelista gloriā Christi uidisse ait, quasi gloriam unigeniti à patre, huiusmodi scilicet, qualē unigenito dei patris filio, nō ijs qui ad fra
Rom.8. ternitatem eius uocati sunt (quorū est primogenitus) conuenire omnes faterentur.

*Quod solus secundum naturam filius ex patre unigenitus est, sicut ex ipso & in ipso.*

CAP. XXII.

DEum nemo uidit unquā. Vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit.) Animaduerte rursus diuini Euāgelistæ diuinū acumen. Non ignorauit nonnullos dicturos: Gloriā unigeniti à patre nobis enarras, nec quicquā magnum atq; sublime affers: sed quasi aliter uideri gloria sua nō posset, quoniā præstantior Ioanne atq; Mose fuit uiris singularissimis (non eīn negamus) quasi unigeniti à patre gloriā eius appellasti. At nō ita beatus Esaias: Vidi enim, inquit, Esa.6. dominum sedentem super soliū excelsum & eleuatum, & plena domus à maiestate eius: & seraphin stabant circa ipsum, sex alæ uni, & sex alę alteri, & uel abāt duabus faciem, duabus pedes, & duabus uolabant, & exclamabāt alter ad alterū, & dicebāt: sanctus sanctus sanctus dominus sabbaoth, plena est omnis terra gloria eius. Ezechiel Ezech.1. autē: Ecce, inquit, uox facta est super firmamentum quod erat super caput eorū, & super firmamentum quod erat imminens capiti eorū: quasi aspectus lapidis saphiri similitudo throni, & super similitudinem throni similitudo quasi aspectus hominis desuper: & uidi quasi speciem electri à lumbis eius desuper, & à lumbis eius usq; ad deorsum uidi quasi speciem ignis splēdentis in circuitu, uelut aspectum arcus quum fuerit in nube in die pluuiæ: hic erat aspectus splendoris per gyrum. Hæc uisio similitudinis gloriæ domini. Quum talia igitur impietate atq; imperitia dicturos aliquos nō ignoraret, necessariò conatus eorum multo ante repressit, dicens: deum nemo uidit unquā. Ipse nāq;, inquit, unigenitus Deus, qui in dei patris sinu est, hoc nobis enarrauit. Ille ad Mosen clare dixit: quia nemo uidebit faciem Exod.33. suam, & uiuet. Ille quoq; discipulos docuit: quia Ioan.6. patrē nemo uidit, nisi qui ex parte est. Soli enim consubstātiali filio patre uisibilis est, & nulli præter eum alij: uisionem autem in his deo conuenientem semper intelligas: non tamen prophetarū oratio falsa est, quū clamant uisum à se fuisse dominum sabbaoth. Nō enim ipsum quod natura dei substantialiter est uidisse contendūt: sed aperte quomodo uiderunt exponunt, hæc dicentes: est uisio similitudinis gloriæ domini. Ā rebus ergo corporeis ænigmatice, quasi figura diuinæ glorię formabatur: q̄ similitudo quasi depicta in tabula symbolice diuinæ gloriæ præstantiam, ultra mentem & orationem hominis esse ostendebat. Optime igitur sublimis Euāgelista, quum se uidisse gloriā eius quasi unigeniti à patre gloriā affirmauerit, à præstantia, qua omnes Christus superauit, uere se dicere confirmat. Nam quemad- Sapien.13. modum per creaturarum pulchritudinem, creatoris uirtutem cōspicimus: quum cœli absq; uoce gloriam dei enarrent, & opera manuū eius annuncient firmamentum: sic ab operibus præstantior in gloria unigenitus cæteris demonstratur. Sed aciem oculorū hominis tanquam deus effugiens, quia omnē superat creaturam, idcirco in creatus, id est deus esse & intelligitur & glorificatur. Hic sensus propositi textus meo iudico est.

Sed animaduertendū rursus, quia unigenitum filium appellauit, & in sinu patris esse affirmauit, ut ab omni creatura eū dissepararet, & ex patre

Universidad de Deusto
Biblioteca



propriam substantiam habere, & in patre esse ostenderet. Si enim uere deus est unigenitus, quomodo non erit alius natura, quàm illi qui gratia & adoptione dij atq; filij sunt? Si enim unigenitus est, nõ inter fratres esse intelligitur, sed solus
1.Cor.8. ex patre. Nam quoniam secundũ Paulũ, quamuis multi appellentur in cœlo & in terra dij, unigenitus tamẽ deus separatus ab alijs fratribus est, qui per gratiã dij sunt: nobis autem, inquit, unus deus pater est, ex quo omnia, & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia. Quum enim unum sit secundum naturam deus ac pater, non erit extra naturam dei uerbum, quod ex eo & in eo, quodq; genitoris naturalib. bonis prefulgẽs ad æqualem dignitatem substantialiter conscendit, quum sit deus secundũ naturam. Propterea B & in sinu patris esse ipsum asserit, ut etiã hinc intelligas in ipso & ex ipso, & ut in Psalmis scribi-
Psal.109. tur: Ex utero ante luciferũ genui te. Nam quem admodũ hic, ut ex eo proprie significaret, à similitudine hominũ ex utero posuit: ex uentre nãq; prodeunt, qui à nobis generantur. Sic quum in patris sinu dicat, in patris certe utero intellexit, à quo ineffabili generatione, deumq; decente nascitur filius. Quasi corpus decisum est à genitore genimẽ suum, sed filius in patre est, & patrem in seipso habet: propria eñ bona substantiæ patris, naturaliter in filiũ defluentia, in ipso esse patrem ostendunt. Habet aũt rursus pater in seipso filiũ, id est, identitate incõmutabili substãtiæ firmatũ, atq; (ut ita dicam) radicatum, & ex eo germinan- C tem nõ decisione ulla nec diuisione, sed ita ut & insit, & simul sit. Sic enim pie in sinu patris filiũ esse intelligimus, nõ ut nõnulli deo repugnãtes, & recta omnia (ut propheta dicit) puertẽtes, simpliciores fratres, pro quib. Christus mortuus est
Mich.3. seducere conãtur. Non enim recte inquiũt, quo-
Rom.14. niã in sinu patris filius esse dicitur, ex patre &
Cauillatio. patre recte ipsum esse intelligitis, & à substantia eius ut eiusdẽ naturæ genitũ prædicatis. An non audistis, inquiũt, de diuite atq; Lazaro qd Christus dicat? Lazarũ eñ post mortem in sinu Abrahæ delatum fuisse dicit: nec quoniã in sinu Abra-
Lucæ 16. hæ Lazarus postea fuit, idcirco ex ipso & in ipso naturaliter est: sed uocabulo, sinus, scriptura, inquiunt, charitatẽ intelligit. In sinu ergo patris fi- D lius est, id est in dilectiõe atq; amore, ut ipse dicit pater diligit filiũ. Sed dicant, queso, si dilectionẽ atq; amorem sinus apud scripturas significat, an
Confutatio Ioan.3. quia deus iuxta saluatoris uocẽ mundũ dilexit,
Psal.124. aut quia dominus diligit portas Sion? secure dice-
Exod.4. re possumus, & mundum & portas Sion in sinu dei patris esse? Quum præterea immittere Mosi manũ in sinum suũ iubebat, diligeréne manum suam iubebat, an potius in sinu suo eam cælare? Ridiculosi profecto erimus ista dicentes. Imò uerò etiã in patrem ipsum impie faciemus, si uniuersa (cuncta enim diligit) in sinu eius esse opinãtes, quod filio suo attribuitur, creaturis quoque cõcedemus, ut nihil maius nec dignius aliquid cõ creaturę filius possideat. Quare his omissis, quan-

do in sinu patris filius esse dicitur, nihil aliud quã ex ipso & in ipso filium esse intelligimus. Quod omnibus apertissimum erit, qui Euangelistę uerba diligentius considerant. Vnigenitus enim, inquit, deus, qui est in sinu patris. Deũ & unigenitũ primò dixit, deinde illico adiecit, Qui est in sinu patris: ut filius ex patre naturaliter atq; substãtialiter intelligatur, sinum pro substãtia per similitudinem corporum, quę rebus intelligibilibus manifestiora sunt, posuit. Capiuntur eñ plerũq; rerum sublimium imagines à corporibus, quamuis etiam historice, ut exposita sunt, multa intelligantur, quale illud Mosi est: quod manum suam in sinum emiserit. Quod uero de Lazaro dicũt, Exod. non modo nobis non refragatur, uerum etiã suf- Lucæ fragatur. Nam hac uita defunctus Lazarus, in sinum Abahę fuit deductus, id est cum Abrahę filijs collocatus est: patrem enim multarum gentium deus ipsum constituit. Gen.17

CAP. XXIII.

ET hoc est testimonium Ioannis, quando mi- Ego p serunt Iudæi à Hierosolymis sacerdotes & le co, Ioã uitas ad eum, ut interrogarent eum: Tu quis es? ptista, Et confessus est, & non negauit: & confessus est, uero, quia non sum ego Christus.) Expressius modo Euangel. Euangelista quasi res agatur, modum testimonij Ioannis ponit, quod interrogatus dixit. Quum enim, inquit, Iudæorum secundũ leges præfecti, leuitas & sacerdotes interrogatũ miserũt, quem se ipse diceret. Tunc palàm ueritatem confessus
C est, dicẽs: Quia ego nõ sum Christus. Quare nec ego, inquit, quũ de ipso scripserim, nõ fuisse illũ lucẽ, sed ut testimoniũ de luce perhiberet, mentitus sum.

CAP. XXIIII.

ET interrogauerunt eũ: Quid ergo? Helias es tu? & dixit, Non sum. Propheta es tu? & respondit, Non. Dixerunt ergo ei: Quis es? ut responsum demus ijs qui miserũt nos. Quid dicis de teipso? ait: Ego uox clamantis in deserto, dirigite uiam domini, sicut dicit Esaias propheta.) Minutim singula narrat Euangelista, ut & cõfessionis modus pręoculis ponatur, & imperitia Iudæorũ denudetur, qui sapientes se esse dicentes, infatuati sunt: legis enim exquisitã cognitionem ostentãtes, & prophetarũ sensum tenere credentes, his interrogationibus imperitiam suam detegunt. Moses nanq; ille, quasi prophetã dominũ Deut. significans uenturũ, Iudæis prędicebat, quia prophetam uobis de medio fratrum uestrorum simi lem mei dominus deus suscitabit, ipsum audietis. Esaias autem præcursorẽ nobis significãs: Vox, Esa.40 inquit, clamãtis in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas dei nostri. Tertius accedit Malachias, qui de Thesbite ait, quod conuertet Malach. cor patrũ ad filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, ne forte ueniam & percutiam terram. Quum igitur tres sint, qui expectabãtur, plures illi uenturos putãtes, uerè audient: Erratis, nescientes scripturas. Quũ enim an Christus esset quę- Matth. siuissent, respõsumq; sibi esset, quia ipse non erat Christus: quid ergo inquiũt, Helias es tu? Illo autem



tem negante, reliquum iam erat, ut de præcurso- A re quærerent. Sed imperite ad ipsum Christũ rursus deuoluti, male Mosen intelligentes, interrogant: Propheta es tu? quod propter præiacẽtem articulum, ad unicũ prophetam, & prophetarũ omnium dominũ pertinet, quem se non esse Baptista iterũ affirmauit. Dixerũt ergo ei: Quis es? ut responsum demus ijs, qui miserunt nos, quid
Esa.40. dicis de teipso? ait: Ego uox clamãtis in deserto, dirigite uiam domini, sicut dixit Esaias propheta, tanq; ignaros scripturarum acriter arguit, autoritate prophetica ministerium sibi cõmissum exponens. Venio enim (inquit) dicturus, in ianuis ipsum iam esse qui expectatur, ut parati sitis proficisci quocũq; iubebit: ambulastis hactenus in uia Mosi, modo uiam Christi suscipite, quam B
Esa.2. prophetæ omnes uobis prędixerũt. Esaias enim hortatur uos, dicens: Venite, ascẽdamus in montem domini, & in domum dei Iacob, et annũciabit nobis uiam suam, & ambulabimus in ipsa. &
Esa.35 rursus: Erit ibi uia munda, & uia sancta uocabitur: non erit ibi leo, nec parua illuc ascendet bestia: & qui dissipati sunt, ambulabũt in ea. Et rur-
Esa.64. Hiere.6. sus: Principium dabo Sion, & hortabor Hierusalem ad uiam. Hieremias quoq; similiter: State (inquit) in uia, & quærite semitas domini sempiternas, & uidete quæ sit uia bona, & ambulate in ipsa, & inuenietis purificationem animarum uestrarum. Quæ nam igitur est uia bona, quæ ambulantes in ipsa purificat? ipse Christus clamat,
Ioan.14. Ego sum uia. C

CAP. XXV.

ET qui missi fuerant, erant ex Pharisæis. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neq; Helias, neq; propheta? Vide quanta in Baptistã utuntur temeritate: cur enim (aiunt) baptizas, si non es Christus, nec Helias, nec propheta ille? Nõ enim putant dignũ in eorũ numerũ ipsum haberi, qui expectabatur: sed ex insita eis arrogantia, quãuis audierint, Ego uox clamantis in deserto, parate uiam domini: parum tamen attendentes, & Baptistæ dignitatem negligẽtes, aperte increpant, dicẽtes: Quid ergo baptizas? Cur tantam rem, quũ dignus non sis, aggredi ausus es? Consueuerant enim semper ex proteruitate pharisæi D præsentes nimium contemnere, & uentutum simulato afficere honore, & ut ipsi magni apud Iudæos essent, & diuitias ingentes sibi accumularent, neminem præter se honorari patiebantur.
Matth.22. Propterea ipsum quoq; interfecerunt hæredem, dicẽtes: Venite, occidamus eum, & retinebimus hæreditatem eius.

CAP. XXVI.

RESpondit eis Ioannes, dicẽs: Ego baptizo in aqua: medius aũt uestrũ stetit, quem uos nescitis. Ipse est, qui post me uenturus est, qui ante me factus est, cuius ego nõ sum dignus, ut soluã eius corrigiam calciamenti. Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans.) Nullas cõtumeliæ uices beatus Baptista

reddidit, sed benigne ualde propter salutẽ eorũ respõdet, ac inuitos docet, in ianuis iam, imò uerò etiam intra ianuas esse Christũ. Ego enim, inquit, præparãdo, aqua inquinatos peccatis lauo ad initium pœnitẽtiæ, & hoc pacto ab his minoribus ad sublimiora uos præparabo. Ad hoc eñ missus sum, & hoc tam re baptizans, quàm uerbis facio, prædicãs præparare uiam domini. Maiorum autem rerum, & summæ perfectionis largitor, medius uestrũm stetit, quẽ adhuc, quia carne indutus est, non cognouistis: qui tantũ me superat, ut dignus ipse nõ sim, quasi seruus ad filiũ domini cõparari. Hoc enim, ut arbitror significat nõ esse dignũ, qui corrigiã calciamẽti ei⁹ soluat: ita & ueritatẽ dicit, & exẽplo sui pharisæos ab arrogãtia in humilitatẽ traducere conat. Hæc in Bathania facta sunt trans Iordanẽ, ubi erat Ioannes baptizans. Diligẽtiæ sue, magnitudinisq; rerũ hoc signũ est. Solent enim certe homines loca etiam singula, ubi res magnę gestæ, aut expositæ sunt, memoria diligentius commendare.

*Primi libri finis*

## COMMENTARIORVM CYRILLI IN *Ioannem liber secundus.*

CAP. I.



ALtera die uidit Ioannes Iesum uenientem ad se, & ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi.) Breui admodum tempore propheta simul & apostolus, Baptista effectus est. Quem enim uenturũ prędicãbat, hũc iam monstrat præsentem: propterea prophetarũ mensuram excessit, ut saluator de ipso ad Iudęos
Matth.11. dicebat: Quid exiuistis in desertũ uidere prophetam? etiã dico uobis plusquàm prophetã. Nam prophetæ uenturum Christum prędixerunt, hic uerò uenturũ prędicans, præsentem quoq; monstrauit. Altera enim die, inquit, uidit Iesum uenientem ad se, & ait: Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi. nõ ait iam, Præparate uiam eius, ut prius: sed quum præsens oculis cerneretur is, propter quem præparatio faciunda erat: nõ illo modo prędicandum, sed apertius explanandũ erat, quis iste præsens esset, & quamobrem à cœlo ad nos descẽderit. Ecce igitur, inquit, agnus dei, ille scilicet de quo Esaias dicebat: Tãq; ouis ad occi-
Esa.53. sionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se obmutuit. Quem uniuersa Mosi lex figuris significabat, qui temporib. legis non ita, neq; ad omnes misericordiam suã diffudit: figuris enim & umbris lex inuoluta est. At nunc qui ænigmatice prædicabatur integerrimus agnus, immaculata hostia, ut peccata omniũ pellat, ut hostẽ orbis euertat, ut mortuus mortẽ destruat, ut maledictionẽ hominibus datã dissoluat, ne illud, Terra es, & in terrã reuerteris, humanum semper subigat genus, sponte ad occisionem ducitur. Secundus hic Adam est nõ à terra, sed à cœlo, omnium bonorum initium, & ipsius exitium interitus, æ- 1.Cor.15. ternæ uitæ largitor, causa reformationis, qua

Universidad de Deusto
Biblioteca



reformamur ad Deum, pietatis & iusticiæ funda A mentum, ad regnum cœlorũ uia: unus enim pro omnibus agnus occiditur, ut omne genus humanum deo patri offerat: unus pro omnibus, ut omnes luciſiat, ut omnes nõ ulteriꝰ ſibiipſis, ſed Chriſto (qui pro omnibus mortuus eſt, & pro omnibus reſurrexit) uiuant. Nam quoniã in peccato eramus, atq; idcirco morti atq; interitui debebamur, filium ſuum pater in redemptionẽ pro nobis dedit, unum pro omnibus: quoniã & omnes ſunt in ipſo, & omnibus ipſe melior eſt: unus pro omnib. moritur, ut omnes in ipſo uiuamus. Quum enim pro omnibus occiſum agnũ mors inſorbuerit, retinere non potuit, ſed in ipſo, & cũ ipſo cæteros omnes euomuit. Nam ſi omnes ſumus in Chriſto, qui mortuꝰ eſt, & reſurrexit pro B nobis peccato deſtructo: quomodo etiã mors, quæ fructus peccati eſt, nõ deſtruetur? & radice iam euulſa, quomodo rami germinabunt? Aut qua nam de cauſa morti ulteriꝰ debebimur, peccato deſtructo, quod mortis cauſa fuit? quare in occiſione agni dei magna exultãtes uoce ſolenniter clamamus: Vbi iã eſt uictoria tua ô mors? Vbi ſti mulus tuus inferne? Omnis enim iniquitas (ut Pſalmiſta canebat) os ſuũ obſtruxit, quũ nõ poſſit amplius debilitata peccatores accuſare: deus em̃ eſt, qui nos iuſtificat. Chriſtꝰ redemit nos ex maledictiõe legis, ipſe maledictio factus pro nobis, ut maledictionẽ peccati noſ fugiamꝰ.

1. Cor. 5.
1 Cor. 15.
Pſal. 106.
Gal. 3.

CAP. II.

HIc eſt, de quo dixi: Poſt me uenit uir, qui an C te me factus eſt, qui prior me erat, & ego neſciebam eum: ſed ut manifeſtetur in Iſrael, propterea ueni ego in aqua baptizans.) In memoriã reducit Baptiſta, quæ dixerat, & gloriæ Chriſti ultro & ſponte cedit: nec ex charitate magis, q̃ ex ueritate etiam neceſsitate id facit. Subiicitur enim, etiã ſi nolit, creatura creatori, ſeruus domino, largitori quod donatur. Quõ autem poſt Ioannem Chriſtus ueniebat, qui prior erat Ioanne, ſatis in ſuperioribus dictũ eſt. Et ego neſciebam eum, ſed ut manifeſtetur in Iſrael, propterea ego Luc. 1. ueni baptizãs in aqua. Qui dominũ in utero uirginis cognoſcens exultabat, qui ante partũ prophetauit, qui à matris uẽtre diſcipulus fuit, neſcire ſaluatorẽ fatetur, nec illo modo mentitur. Om D nia enim à ſeipſo abſq; alicuius doctrina deus ſolũmodo ſcit: creatura uerò omnis nõ à ſe, ſed ab alterius diſcit doctrina, & ſpiritus in ſanctis hominibus habitãs, replet quod natura nõ poteſt, & bonũ ſuũ humanę naturæ largiꝰ: & ita illuminata, futura & occulta cognoſcit myſteria. Quũ igitur neſciuiſſe dñm dicat, ſecundum humani generis & creaturæ menſurã, ueriſsime dicit, ualde aũt utiliter: quamuis neſcire ſaluatorẽ aſſeruerit, idcirco tamẽ uenisſe fatetur, ut Iudaico populo manifeſtet, ne ſcilicet ſpõte ad teſtimoniũ præcurrere uideatur, qui nõ uoluntatis ſuæ, ſed diuinæ diſpẽſationis ac uolũtatis miniſter fuit. Quę ſibi animo reuelauit, à quo peccata mũdi tollentur. Facilius ergo credere Iudæi teſtimonio eius debebãt, quę intelligebant à ſe quidẽ neſciuiſſe ſaluatorẽ, ſed deo reuelante cognouiſſe. Poterãt etiã dignitate ac magnitudine ſeruí, quãtus eſſet dominus, cõſpicere. Aperte nanq; quũ ut ipſum in Iſrael manifeſtet, uenisſe fateat: aperte inquã ſeruum ſe, illum uerò dominum eſſe oſtendit.

*Quod non participatione, nec deforis ut in ſanctos ſpiritus in filium influit: ſed ſubſtantialiter, & ſecundum naturam in ipſo eſt. Cap. III.*

ET teſtimonium perhibuit Ioannes, dicens: Quia uidi ſpiritum deſcẽdentem, quaſi columbam de cœlo, & manentem ſuper eum, & ego neſciebam eum: ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris ſpiritum deſcendentem & manẽtem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto.) Quoniã eum neſciuiſſe in ſuperioribus dixerat, idcirco nunc latius diuinum illud denudat myſterium. Nam & modum quo didicit, quod ignorauerat, & docentem Deum patrẽ oſtendit: ita uariis multisq; uiis auditorum animum ad ueritatem inducit. Quum enim à Deo patre didiciſſe ſe myſterium ait, refragari deo uniuerſos oſtendit, qui magno conſilio patris ſe opponentes, paruam prædicationi ſuæ fidem adhibeant. Ita manifeſte ac commode ad ſuſcipiendum ſaluatorẽ omnibus perſuadere conatur: præſertim cum ſpiritum etiam ſe uidiſſe teſtetur in columbę ſigno deſcendiſſe, & mãſiſſe in Chriſto. Ad hęc ſeipſum audiſſe affirmat ab eo, à quo miſſus ad baptizãdũ in aqua fuit, illũ eſſe qui ſpiritu baptizat, in quẽ deſcendet, & in quo manebit ſpiritus ſanctus. Dignus certe fide teſtis hic eſt, nouũ atq; inauditũ ſignũ. & his qui hæc dixit atq; oſtendit Baptiſtæ, pater & deus omniũ eſt. Sed hæc quidẽ hactenus. Inſultabit autem forſan iterum atq; iterum contentionis cupida turba hæreticorum, atq; illudẽs dicet: Nihil nos habere, niſi cauillari uelimus, quòd hinc refugere poſsimus. Ecce nanq; (inquit) ſpiritus ad filiũ deſcendit, ecce ungitur à deo patre filius: quod non habet uidelicet accipiens. Pſalmiſta etiam atteſtante, dicenteq; ad filiũ: Propterea unxit te deus deus tuus oleo lęticię, præ participibus tuis. Quõ ergo perfecto patri nõ perfectus filius, ac ideò perunctus, conſubſtantialis eſſe poterit? Ad huiuſmodi homines, qui ueritatem Chriſtiani dogmatis, & ſcripturarũ ſenſus peruertũt, opportune illud dicere poſſumus: Expergiſcimini ebriꝰ e uino ueſtro: ut fulgẽtiſsimã ueritatis lucẽ uidentes, nobiſcum ad filium clament: Vere filius Dei tu es. Si em̃ credis deũ eſſe ipſum natura, quomodo imperfectus erit? aut quomodo hęc impietas in ipſum etiam patrẽ nõ perueniet? Vnde nanq; pater perfectionẽ habebit, ſi filius imperfectus eſt? aut quomodo ad iminutionẽ filij, qui ſecundum uos imperfectus eſt, pater etiã ipſe non depelletur, ſi ſemel diuina ſubſtantia imperfectionẽ in filio ſuſceperit? Nõ enim (ut arbitror) audebitis in diuerſas rationes ſubſtantiæ diuinã immortalẽq; naturã ita incidere, ut in altero perfecta, in altero imperfecta eſſe uideatur:

Cauillatio. Solutio. Cauillatio. Diſſolutio. Ioan. 1.



uideaſ: præſertim quũ uideatis humanæ naturæ A rationẽ unã ac eandẽ in omnib. eſſe: nec minus aliquid, aut maius hominẽ homine, inquantum homo eſt, poſsidere: nec angelus ab angelo ea ratione, qua uterq; angelus eſt, qua uidelicet ad unã ſpeciẽ atq; naturã omnes cõcluduntur, differre unq; poterit. Quomodo igiẽ natura deitatis, quæ ſuper hæc omnia incõparabiliter eſt, minora bona poſsidebit q̃ creaturæ? Quomodo inæqualitatem eã ſuſcipiet natura incorruptibilis, cuius corruptibilia ſuſceptiua non ſunt? Quomodo ſimplex, atq; incõpoſita erit, ſi pfectũ atq; imperfectũ in ea ineſt? Diſsimilia enim hęc ſunt, ex quibus eam cõſtare falſo arbitramini. Si enim ſimilia eſſent, nec inter ſe differrent perfectũ atq; imperfectum: omne perfectũ imperfectũ eſſet, et B contrà. Quare nec filius imperfectior patre, nec pater perfectior filio, quamuis ita uerbis à uobis dicatur. Sin uerò per multum intereſt inter perfectum & imperfectum, & utriuſq; deitatis natura ſuſceptiua eſt, nõ ſimplex, ſed cõpoſita erit. Sed dicet fortaſsis quiſpiam, nõ ſimul in eodem eſſe poſſe ſubiecto, quę cõtraria ſunt: ſed ſeorſum, ac per ſucceſsionẽ, ut in corpore color modò albꝰ, modò niger. Probe tu quidẽ ô amice, ac citò cõuerſus, pro nobis pugnaſti. Nam ſi una deitatis natura eſt, nec altera præter eã excogitari poteſt, quomodo contrariorum eſt ſuſceptiua: uel quo modo uni eidẽq; ſubiecto, quæ inter ſe cotraria ſunt, ſimul accident? Pater enim natura deus eſt, & filiꝰ ſimiliter natura deus. Nulla ergo differen C tia perfecti, & imperfecti inter patrem & filiũ eſt, qui ex perfectiſsima ſubſtantia patris emanauit. An non eſt neceſsę perfectum eſſe genimen perfectiſsimi genitoris? quod & incõmutabilis imago, & character ſuæ hypoſtaſeos eſt: ita prorſus omnes aſſenſuros eſſe arbitror. Quomodo enim aliter perfecti patris character, incõmutabilis filius erit, ſi natura perfectus non eſt? ut quidã temere dicunt. Nam quoniam character atq; imago eſt, nõ aliter, certe atq; ille perfectus eſt, cuius imago eſt. Sed Ioannes uidit de cœlo ad filiũ ſpiritũ deſcendere, inquit, Quare pater deforis filiũ ſanctificauit, in quem quaſi, non habentẽ ſancti ficator ſpiritus deſcendit. Aduertis, quàm manifeſte filiũ dei, creaturam eſſe prędicas, uix magni D aliquid ei attribuens, quum ſimiliter atq; cæterę creaturæ perfici, atq; ſanctificari honorum largitiõe forinſeca ipſum arbitreris. Et quomodo nõ falſus erit Euãgeliſta, dicẽs, à plenitudine ipſius nos omnes accepiſſe? Quomodo em̃ ſuapte natura plenus erit, ſi ab alio accipit? Aut quomodo deus uerè pater erit, ſi unigenitus creatura eſt, & nõ filius? Verbo nãq; ſolũmodo, nõ re ipſa pater: & ſimiliter unigenitus uocabulo tantũmodo filius, nõ uere filius erit. Si autem deus uere pater eſt, habebit ſimiliter eum cuius eſt filius, à ſeipſo naturaliter natum. Præterea, quomodo pater ſecundum naturã ſanctus, ſanctitate nudum filiũ generabit, & genimen ędet à naturalibus ſuis bonis alienum? Nam ſi forinſecus ſanctificationem acquirit, ut illi nugantur, uel nolentes, fateri neceſse eſt, non ſemper ſanctum fuiſſe, ſed tunc ſanctificatũ, quãdo ſpiritus (ut Ioannes) ad ſeipſum deſcendit. Quomodo igitur etiam ante incarna Eſaiæ 6. tionem, Seraphim ordine à primo, ſanctus tertio dicentes, ut ſanctum eum glorificabant? Si ergo ſanctꝰ & ante incarnationẽ erat, imò uerò ſi ſemper eſt ſanctus, ſicut & pater: quomodo in nouiſſimis ſeculis homo factus, ſanctificãte indiguit? Sed non poſſum non mirari, quur illud, quũ ſtudioſiſsimi eſſe uideantur, eos latuit. Nã neceſse eſt, ſi nõ ineſt ſubſtãtialiter filio ſanctificatio, ſed extrinſecus ei aduenit, ut rationali cuidã creaturæ, quod poſsit etiam aliquando à ſeipſo eam excutere: qui aũt ſanctificationẽ à ſeipſo excuſsit, eiecitq;, is profecto peccati uinculo preſſꝰ ad peiora iam ruit, non conſeruans, neq; retinens in ſe illud, quod ſuperiorẽ peccato eum faciebat. Nõ erit ergo immutabilis filius. Pſalmiſta quoq; mẽtietur, clamãs ad ipſum: Tu autem idem ipſe es. Pſal. 101. Ad hæc, illud etiam ſuperioribus ſimile non prętermittam, quod participatur, aliud eſſe à participante ſecundũ naturam, omnes ratione inducti fatebuntur. Aliter enim idem erit participans & participatum, q̃d intellectu impoſsibile eſt: quomodo enim aliquid ſeipſo participabit? ſi igitur participans & participatum diuerſa natura ſunt, conſiderent qui participatione ſpiritum filio ineſſe contendunt, in quam magnam impietatem lapſi non ſentiunt. Nam ſi ipſius ſpiritus particeps filius eſt, eſt autem ſpiritus natura ſanctus, non erit ſanctus natura filius, ſed ex alterius participatione ad meliora ex peioribus per gratiam reformatus. Qua ex re multa ſequẽtur abſurda. Primum enim (ut diximus) mutationis erit ſuſceptiuus, imò uerò iam mutatus (profecit enim in melius, ut uos dicitis) non modò minor patre non eſt, ſed quodammodo etiã maior eſt factus. Scribit enim Paulus de ipſo: Hoc ſentite in uobis, quod & in Chriſto Ieſu: qui quum in formà Philip. 2. dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſeruí accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuẽtus ut homo, humiliauit ſeipſum, factus obediens. Quoniam ergo ante incarnationem, in forma, & in æqualitate patris erat conſtitutus: incarnatus autem, ſuſcepto de cœlo ſpiritu, ſanctificatus ſecundum uos eſt, melior iam atq; maior ſeipſo uidebitur: quare patre quoque cui prius erat æqualis, maior effectus eſt. Quod ſi ita eſt, & ſuſcepto ſpiritu patrem exceſsit, ſpiritus etiam per quem filius hoc cõſequutus eſt, maior patre atq; melior erit. Hæc auditu etiam horribilia, periculiq; plena ipſe iudico: ſed non poſſumus aliter detrimentum, quod per impietatem illorum eccleſia patitur, depellere. Quare proſequendum nobis eſſe cenſeo, ſi homo factus unigenitus dei filius, tunc demum à ſpiritu ſanctificatur, quaſi ante incarnationem ſanctus non eſſet: erat autem in æqualitate, & forma patris ſecundum illos: ſequitur deum patrẽ naturà

ſanctum

Universidad de Deusto
Biblioteca



sanctum non esse, siquidem cõformis æqualisq; A
sibi filius, sanctus nõ erat. Quod si fortasse quis
dicat, quomodo non sanctificamur à spiritu, &
quomodo non participat, quũ inquiat prophe-
Psal. 44. ta: unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ parti-
cipibus tuis? Meminerit secundum formam ser-
ui, qua patre maior est, & à patre, & à spiritu san-
Ioan. 17. cto, & à seipso, qui uerbum & filius est, esse san-
ctificatum: sicut ipse dicit, Pro eis ego sanctifico
meipsum. Simili modo & fatebuntur participan-
tem: sed de hoc ipso nõ est quæstio, sed de uerbo
& filio simpliciter. Deinde si uerbum dei susce-
pto spiritu natura sanctificatur, dicant quæso, u-
trũ maius, aut minus seipso factum est, an in eo-
dem statu omnino permansit? Nam si nihil à spi-
ritu sibi ablatũ est, sed permãsit idem quod fuit, B
nõ turberis, quũ in ipsum descendisse spiritũ au-
dias. Sin uero minus factũ est, tunc & uerbũ dei
passibile ac mutabile dicere necesse erit, & sub-
stãtia spiritu tanq; iniqua necessario accusabit, q̃
susceptа non par uam filio iniuriam intulit. Si au
tem melius susceptо spiritu factũ est, erat autem
in æqualitate ac forma patris, antequàm in altio
ra (ut uos dicitis) ascenderit: non erit suprema
gloria patris, qui eam mensuram sui conseruet,
in qua prius filius etiam erat. Opportune igitur
Hier. 5. super istos clamare possumus: ecce populus ex-
2. Cor. 4. cors ac fatuus, oculi sunt ipsis & non uident: ex-
cæcauit enim profecto huius seculi deus, infide
lium mentes, ne illuminatio Euangelij gloriæ
Christi eis illuceat. Quibus ego, quoniã nõ sen- C
tiant quę dicunt, cõdolendum potius quàm ira-
scendum esse iudico. Recte autem me iudicare,
quamuis à superioribus iam appareat, tamen ex
eo potissimum erit conspicuum, quod à Paulo
Philip. 2. scriptum paulò ante proposuimus: Hoc sentite
in uobis, quod & in Christo Iesu: qui quũ in for-
ma dei esset, non rapinam arbitratus est se esse e-
qualẽ deo, sed semetipsum exinaniuit, formam
serui accipiẽs, in similitudinem hominũ factus,
& habitu inuẽtus ut homo, humiliauit seipsum.
Vide quàm uehemẽter gloriam filij admiratur,
sicut ęqualis natura nõ rapina deo patri, atq; cõ-
formis. Is causa hominum, forma serui assumpta
humiliatus, exinaniuit seipsum, inquit, propter
carnẽ. Si ergo assumpto spiritu postea quàm ho- D
mo factus est, melior efficitur sanctificatus: quo-
modo seipsum exinaniuit, humiliauitq;, qui ma-
ior seipso factus est? Quę porrò est exinanitio ista
qua plenus spiritu factus est? Quomodo propter
nos humiliatus dicitur, qui tam multũ factus ho
mo sibi profecit? Quomodo pauper propter
nos q hoie assumpto locupletatus est? Aut quo-
modo ante incarnationem consequutus est bo-
Eccle. 2. num? Obstupuit cœlum, ut scribitur, obstupuit
& horruit ualde, dicit dominus. Duo enim magna
& praua hęreticorum populus cõmisit. Nam
nec quæ dicat intelligit, nec de quibus dicat per
pendit, & de maximis rebus tanq; de ludicris di
cere, parui existimat. Nam si magnũ inde immi-
nere periculum putarẽt, largo lachrymarum ef-



largitor ipsius spiritus est, uerum ut tanq; homo A
acceptum spiritum nobis cõseruet, utq; radices
in nobis gratia, quã amisimus, faciat per eũ qui
peccatum penitus ignorauit. Hac de causa (ut ar
bitror) uidisse ait spiritum Baptista descendisse
de cœlo, & mansisse in ipso. Spiritus enim qui à
nobis propter peccatum deuolauit, quum nullũ
peccatum in eo inuenerit, mansit in ipso. Nobis
igitur in seipso spiritum accepit, & prisca nobis
renouat bona: hoc pacto pauper etiã factus esse
2. Cor. 8. propter nos dicitur. Nam quum sit deus, nullius
indigens rei, homo factus est omnium egenus,
2. Cor. 4 de quo recte scribitur: Quid autem habes quod
nõ accepisti? Quemadmodum igitur, quamuis
secundum naturam uita sit, mortuus tamen ut
homo propter nos est, ut deuicta morte totã se- B
cum nostram suscitaret naturam: omnes enim su
mus in eo, in quantum homo est: sic & spiritum
propter nos recipit, ut totam naturam sanctifi-
cet. Non enim propter seipsum homo factus est,
sed ut cœlestium bonorum una nobis & ianua
fiat. Nisi enim tanquam homo spiritum accipe-
re uisus esset, nisi etiã ut homo passus esset, quo-
modo quispiam humiliatum esse posset ostende
re? aut quomodo natura serui recte recuperari
posset, nisi etiã aliqua de ipso quasi de seruo ue-
re scriberentur? Nemo ergo sapientissimam di-
Ephe. 3 spensationis rationẽ irrideat, quam diuinus ille
Paulus admiratus clamabat: Vt innotescat prin
cipibus & potestatibus in cœlestibus per eccle-
siam multiformis sapientia dei, secundum prę- C
finitionem seculorum, quam fecit in Christo Iesu
domino nostro. Sapientia enim certe deo con-
gruens, incarnationis sublime mysteriũ est. Hoc
modo, ut arbitror, descendisse in Christum spíri-
tus pie credendus est. Nunq; enim ad tantam te
meritatẽ descendemus, ut participatione in filio
spiritum esse credamus, quem confitemur sub-
stantialiter (quemadmodum certe ipse etiam pa
tri) filio ineſſe. Sic enim legimus apud scripturas
Act. 16. filij esse spiritum, quemadmodum etiam patris:
Quum uenissent, inquit, in Mysiam, tentabãt i-
re in Bythiniam, & non dimisit eos spiritus Iesu.
Si uerò quispiam participatiõe in filio spiritum
esse adhuc contendere audet, aut nunc primum
in ipso aduenisse, quando à Ioanne fuit baptiza D
Matth. 11. tus: consideret quæso rursus, quàm multa eũ se-
Ioan. 1. quantur impia. Primum enim uidemus Ioannẽ,
Luce 1. quo maior inter natos mulierũ non surrexit, qui
ad uirtutis ipsum peruenit apicẽ, Christo quasi
deo accedere. Non enim, inquit, sum dignus ut
corrigiam calciamenti sui soluam. Quomodo
igitur impium non est, quum Ioannes ab utero
matris spiritu sancto repletus fuerit (sic enim de
ipso scriptũ est) Ioannis atq; omnium dominum
credere, tunc primum spiritum accepisse, quãdo
Ibidem. baptizabatur? At certe ad sanctam uirginẽ Ga-
briel dixit: Spiritus sanctus superueniet in te, &
uirtus altissimi obumbrabit tibi: ideoq; quod ex
te nascetur sanctum, uocabitur filius dei. Atten-
de, quęso, quàm altũ hic sermo continet sensum.

Nam quum de Ioanne scribatur, quia spiritu san
cto replebitur (dono enim & deforis nõ substan
tialiter insitum habuit Ioannes spiritum) de sal- Ibidem.
uatore probe admodũ, non replebitur scriptum
est: sed quia quod nascetur ex te sanctũ. Nec fo-
re addidit. quoniã semper, ut natura deus: sanctus
est, sed uocabitur. Verum quoniam undiq; con-
ferẽtia colligenda sunt, age, proposita quoq; an-
gelі uerba cõsideremus. Spiritus, inquit, sanctus
superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit
tibi: ideoq; quod nascetur ex te sanctum, uocabi
tur filius dei. Dicant, quæso, ecclesiæ aduersarij
utrum uerbum dei ante incarnationem filius dei
erat, aut falso uocabulo, quasi adulterinus adora
batur? Nam si filium fuisse negabũt, patrẽ quoq;
fuisse negabũt. Cuius enim erat pater, si filius nõ B
erat? patrẽ aũt atq; filium fuisse, omnis scriptura
clamitat: sin uero etiam ante incarnationẽ filiũ
fuisse fatenť, quomodo angelus quod à uirgine
nascitũrũ erat, filiũ dei uocatũ iri annunciat, quũ
id ab æterno naturaliter esset? Quemadmodum
igitur, quamuis æternaliter cũ patre filius sit, ta-
men quasi principio temporis ab incarnatione
capto, filius dei uocatur: quoniã tunc in mundo
ut homo cũ hominibus cõuersatus est. Sic quã- Baruch 3.
uis subsũtialiter propriũ in seipso spiritũ habeat
accipere tamen ut homo scribitur, idoneã homi
ni dignitatem conseruans, & naturæ nostrę pro-
prietates propter nos sibi attribuens. Quomodo
aũt absq; proprio spiritu uerbũ intelligi potest?
an non esset absurdũ, si quis eum ab homine spí-
ritũ, qui est in ipso, separaret, rationem tamen na
turæ, & integrũ animum conseruari putaret? ita
prorsus arbitror. Quomodo igitur à filio spiritũ
separabimus, qui sic innatus ei est, ita subsũtialí
liter coniunctus, & per eum prodiens, in ipso ita
naturaliter est, ut propter identitatem naturæ a-
liud esse prẽter ipsum intelligi nequeat? Si diligi
tis me (saluator ad discipulos ait) mandata mea
seruate, & ego rogabo patrem, & alium paracle-
tum dabit uobis, spiritũ ueritatis, quẽ mundus
nõ potest capere. Ecce apertissime spiritum ueri
tatis, spiritum sanctum appellauit. Nõ est autem
alia ueritas prẽter filium. Ego sum, inquit, ueri- Ioan. 14.
tas, quam quidẽ ad ueritatẽ, uide quantam iden
titatem habeat spiritus. Scribit enim in epistolis
hic ipse Ioannes de saluatore: Hic est, qui uenit 1. Ioan. 5.
per aquam, & sanguinem, & spiritum, Iesus Chri
stus, non in aqua solum, sed in aqua & sanguine:
& spiritus est qui testatur, quia Christus ueritas
est. Propterea quũ in interiore homine spiritus
habitauerit, ipse Christus habitare dicitur. Et cer
te ita res se naturaliter habet: quod apertissime
Paulus docuit: Vos, inquit, nõ estis in carne, sed Rom. 8.
spíritu, siquidem spiritus dei habitat in uobis. Si
quis aũt spíritũ Christi nõ habet, hic nõ est eius.
Si uerò Christus in uobis, corpus quidem mor-
tuum propter peccatum, spiritus autem uita pro
pter iusticiam. Si uerò Christus in uobis, statim
subiecit, ut identitatem filij ad spíritum, qui pro-
prius eius est, cuique ex eo secundum naturam

pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca



profunditur, ostenderet. Idcirco & spiritus adoptionis dicitur, in quo clamamꝰ: abba pater. Et ut in epistolis Ioānes scribit: Ex hoc cognoscimus quia in nobis est, quia de spiritu suo dedit nobis. Sufficere ista puto ad repellenda hæreticorū iacula. Si quis aūt à filio dediscere impietatem nō uult, sed tūc primum acceptum à filio spiritū sanctum contēdit, quando incarnatus fuit: ostēdat nobis à scripturis, non fuisse prius factum dei filium, & tacebimus. Mirari autem oportet, quod tam diligēter ubiq; diuinæ naturæ cōgrua consequenter Euangelista cōseruet. Nam quum in superioribus Deum nemini uisum asseruerit, & nunc spiritum à Baptista uisum cōfirmet, nō fuit oblitus confestim adijcere, nō natura sua, sed immitissimi animalis specie uisum fuisse: ita etiā ex hoc rursus naturaliter filio coniungi uidetur. Discitē nāq; ait, à me, quia mitis sum & humilis corde. Non ergo decidit à natura dei spiritus, qui ut immutabilis nunq; uisus est, præterquam signo & figura columbæ propter discentis utilitatem: loco enim signi hoc sibi datum, ultro Baptista fatetur, quum testificās dixerit: Qui me misit in aqua baptizare, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritum descēdentem, hic est qui baptizat in spiritu sancto, unde & temeraria hereticorum opinio explodenda est, qui quod loco signi factū est, ad ueritatem rerū traducunt, quamuis etiam per dispensationem ad utilitatem generis nostri sic factum sit, ut superius diximus.

1. Ioan. 4.

Matth. 11.

Ioan. 1.

CAP. IIII.

EGo uidi, & testimonium perhibui, quia est filius Dei.) Verū est testimonium grauissimi testis, qui non ignorās scriptum esse: quæ oculi tui uiderūt, illa dicito: quod uidit, id loquitur. Videē enim, inquit, datum mihi signum, & intellexi ipsum esse qui significabatur, testimoniumq; perhibeo quia hic est filiꝰ dei, qui legis Mosaicæ figuris describitur, qui prophetarum scriptis prædicatur: filius autem dei tutissime adiectiōe articuli dicitur, ut ille solus secundum naturam, omnium genitōris bonorum hæres ostenderetur: ad quem etiam nos per adoptionem confirmamur, à Dhuiusmodi dignitatem per gratiam eius inuitati. Quemadmodum enim omnis in cœlo & in terra paternitas ex patre est, quoniā ipse proprie primum, & uere solus pater est: sic omnis quoq; filiatio ex filio est, quoniam ipse proprie primū, ac uere solus filius est, nō adulterinus: neq; falso ita uocatus, sed ex ipsa substantia dei patris: non per decisionem, aut fluxū, aut partitionē, quum natura deitatis nullam penitus passionē, nullam immutationem recipiat, sed ut ex uno unus, qui semper simul est cum genitore, cœternus sibi, et insitus. In ipso enim est, & ex ipso prodit indiuisibiliter & inseparabiliter. Non enim corpus deitatis natura est, nec loco circunscribitur, nec per locorum spacia trāsgreditur: sed quemadmodum insita igni caliditas, ita ex eo prodit, & in eō est: ut quamuis aliud esse uideatur, nō tamen separetur ab eo, sed tota in toto igne seruet, sic de filio

Prou. 25.

Ephe. 3.

A Dei ad sublimiora similitudine coaptata intelligētes, subsistere quidem in propria hypostasi eū credemus: sed nec extra unam, ineffabilemq; deitatem collocabimus, nec alterius quām patris sit substantiæ confitebimur. Aliter enim non erit ut re uereq; filius: & recens nobis deus cōperietur, si aliud quid præter unum, & solum deum esse ipsum putabimus. Nam si patri deo consubstantialis non est, quomodo à uera dei appellatione nō decidet? Sed quū habeamꝰ Baptistā testē grauissimū, qui testimoniū perhibet, quia hic est filius dei: non ambigemus deum uerū, & ex substātia patris filium prædicare. Nihil enim aliud præter hoc ueræ filiationis nomen significare potest.

B

CAP. V.

ALtera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo, & respiciens Iesum ambulantē dicit: Ecce agnus dei, qui tollit peccata mūdi.) Ostendit iampridem cum, & filium dei uere ac proprie adiectione articuli appellauit: nunc quoq; iterum discipulis suis ipsum mōstrat, & agnum dei nominans, eum esse affirmat, qui tollit peccata mundi: ad memoriam eos illius prophetici reuocans: Ego ego, inquā, sum, qui deleo iniquitates tuas. Ita eadem sæpius de saluatore prædicās, optimi doctoris officio fungitur. Opus enim certe docentis est: quod adhuc non recte intellexerunt auditores, diligēter repetere. Propterea beatus quoq; Paulus scribit: Eadem uobis discere, tum mihi molestū nō est, tum uobis tutum.

Ioan. 1.

Philip. 3.

C

CAP. VI.

ET audierunt eum duo discipuli loquētem, & sequuti sunt eum.) Vides quām cito à doctrina Baptistę fructus sequutus est: uides quām magnum auditoribus emolumētum iteratio sermonis attulit. Discat igitur ex istis, cui docēdi opus creditum est, non laudari silentium in pastore, nec talentum domini, sicut infœcundæ terræ taciturnitati cōmendandum: sed nummulariis esse dispartiēdum, ut inde cum fœnore saluator illud exigat, quasi fertile semen in terra fœcunda uiuificans. Horum omnium cōfirmationem, Baptistæ didicisti exemplo: quē non piguit iterum atq; iterum ostēdere dominum, qui hac iteratione doctrinæ tantū discipulis suis contulit, ut quibusdam iam persuaserit: sequuti enim duo discipuli eius illico Dominum sunt.

Matth. 13.

Psal. 7.

CAP. VII.

COnuersus autē Iesus, & uidēs eos sequentes sē, dicit eis: Quid queritis?) Conuersus opportune ad sequentes eum dominus, & ut reipsa uerū esse discas, quod canimus: Quęsiui dominum, & exaudiuit me. Donec enim nec fide recta, nec probis moribus dominū quęrimus, post eum quodammodo esse cōperimur: quum uerō diuina eius mādata scientes, præcipuam iusticiæ uiam scrutamur, statim cōuersus uisitat clamās: Cōuertimini ad me, & conuertar ad uos. Interrogauit autem quid quærerent: non quia ignoraret, qui uniuersa nouit, ut Deus, sed ut colloquendi principium interrogatio fieret.

CAP.



CAP. VIII.

QVi dixerunt ei: Rabbi (quod dicitur interpretatum magister (ubi habitas?) Docte ad interrogata respondentes, primò magistrum eū appellauerūt, à quo discere cupiebant: deinde ubi habitet rogant, quasi opportunius domi reliqua dicturi, non em ubiq; res grādes oportere dicere arbitrabantur: quod factum suum quasi perutili nobis in exemplo semper propositum sit.

A

CAP. IX.

DIcit eis: Venite & uidete.) Non docuit ubi habitaret, quamuis hoc ipsum ab eo petere tur, sed illico illo ire ipsos hortatur. Primū ut doceret, nullam esse in quærendis bonis moram laudādam, quum utilitatis retardatio detrimentum afferat semper: deinde ut ostenderet non sufficere, si quis ubi Christi domus, id est ecclesia fundata sit, didicerit: sed si per fidem in eam uenerit, & quę mystice in ipsa peragūtur, feruenti animo uiderit.

B

CAP. X.

VEnerunt & uiderunt ubi maneret, & manserunt apud eū die illo: hora aūt erat quasi decima.) Diuinorum discipuli mysteriorū cognitionē, cōgrue nimium docebātur. Non enim conuenit, ut citò satiati, à diuina doctrina recedamus: sed per totum uitæ tempus integrum habere seruorē oportet. Id enim designari arbitror, quando dicitur: quia manserūt apud eum die illo. Horam autem dicit quasi decimam fuisse, ut nos moneret, non incipiētibus seculis, sed post magnū iam eorū progressum, saluatoris nostri mysteriū factū fuisse. In nouissimis enim diebus (ut scriptum est) dociles dei omnes effecti sumus. Et ad hæc, decima hora diuertisse, & mansisse apud deū illos ait: ut discant qui Christo per fidē adhærent, nec peccato, nec incredulitate ab eo alienari oportere.

Hiere. 31.

Ioan. 6.

C

CAP. XI.

ERat autem Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus, qui audierunt à Ioanne, & sequuti sunt eum. Inuenit hic primum fratrem suū Simonem, & dicit: Inuenimus Messiam, quod est interpretatū Christus, & adduxit eum ad Iesum.) Quum accepissent discipuli Ioannis talētum, statim multiplicatum illud domino reddunt. Huiusmodi certe attentus, docilisq; animus est: ut non longa egeat oratione, nec post multos annos, aut mensēs fructum doctrinę pareat: sed simul quum audiuerit, & sibi profuit, & alijs utilis esse conatur. Sapienti enim da causam, inquit, & erit sapiētior: doce iustum, & proficiet. Fratrem igitur Petrum Andreas breuiter, atque in summa tanta re significata seruauit: inuenimus enim, inquit, Messiam: ut reconditum in agro thesaurum, uel maximi gemmam precij, iuxta ipsius Euangelij parabolas.

Prouer. 9.

D

CAP. XII.

INtuitus autem eum Iesus, dixit: Tu es Simō filius Iona, tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.) Respicit, ut deum decet, qui corda & renes scrutatur: uidetq; qui nihil ignorat, ad quantam & fidem, et uirtutem discipulus peruenturus sit: & antea quām aliquid de eo quęsiuisset, tam ipsum quām patrem eius nomine appellat: & hac re discipulum instruit, eum sē esse qui cuncta etiam antequām fiant nouit: nec Simon fore iā nomen sibi, sed Petrus prædicit: uocabulo ipso cōmode significās, quod in eo, tanq; in petra lapide firmissimo suam esset ædificaturus ecclesiā.

Matth. 16.

CAP. XIII.

INcrastinum autem uoluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum, & dicit ei: Sequere me, erat autem Philippus à Bethsaida ciuitate Andreæ ac Petri.) Probi (ut superiores) Philippus etiam fuerat animi, & ualde ad sequendum Christum propensus: cuius futuram fidem atq; uirtutem non ignorans, unico uerbo illū uocauit: quo quidem uerbo quanta in eo fuit gratia, significatur. uita enim profecto illius probatur, qui ad sequendum Christum iubetur. non enim elegisset eum, nisi probus fuisset.

CAP. XIIII.

INuenit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quē scripsit Moses in lege & prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth.) Velociter nimium, ut superiorum affinis Philippus etiam fructum reddidit. Nathanael enim non casu reperit, sed multo quæsitum studio inuenit. Studiosissimum enim scripturarū uirum, diligentissimumque cognouerat, atque ideo illum tanquam legis, & omnis prophetiæ peritum alloquitur, dicens inuenisse iam se Christum, qui ab omni scriptura uenturus prædicatur. Erat autem opinio de saluatore nostro apud Iudæos, quod Nazarenus esset, quamuis scriptura ipsum Bethleemitam appellet, dicens: Et tu Bethleem domus Euphrata, nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exibit dux, qui reget populum meū Israel, & egressus eius de diebus eternitatis. In Nazareth enim enutritum fuisse scriptura testatur. Et uenerunt, inquit Euangelista, in Nazareth, ubi nutritus fuit. Vulgarem igitur opinionem Philippus est sequutus: inuenimus, inquit, eum qui scripturis prænunciatus expectabatur, filium Ioseph à Nazareth.

Mich. 3.

Lucæ 4.

CAP. XV.

DIcit ei Nathanael, à Nazareth potest aliquid boni esse? Non potest facile sentire Nathanael, magnum quid atq; præcipuum esse, quod à Nazareth ortum habeat. Id legis & totius prophetiæ perito fidem non faciebat, quum (ut diximus) non à Nazareth, sed à Bethleem uenturum prophetæ Christum prædixerunt. Si uideris solum modo dicit, si sermonem cum eo conferas, facillime mihi assenties, ipsum proculdubio esse, qui expectatur. Credere autem nos oportet inefabilem quandam gratiam in sermone, ac uerbis Christi fuisse, quibus auditorum animi magna iocunditate allicerentur. Scribitur enim, quia omnes admirabantur de uerbis gratiæ, quæ exibant de ore eius. Nam quemadmodum ad faciendā signa, diuina uerbis suis inerat uirtus, sic etiam ad persuadendum magnas uires habebat.

Lucæ 4.

d Cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca



CAP. XVI.

VIdit Iesus Nathanael uenientem ad se, & ait: Ecce uere Israelita, in quo dolus non est.) Antequam signorum miraculo ad fidem homines traheret, alio quodammodo, nec minus mirabili, natura se deum esse ostendit, qui humana forma propter salutem hominum uenerit. Quis uero ille modus fuit? occultarū rerum cognitio, quę soli deo attribuitur. Non ergo adulationculis Nathanaeli blanditur, sed ea quorum ille conscius erat exponēs, corda se hominum (quod solius dei est) cognoscere confirmat.

CAP. XVII.

DIcit ei Nathanael: Vnde me nosti.) Miratur Nathanael, & ad fidem motus discere quærit, unde ipsum Christus nouerat. Studiosus eīn, B priusq; animus exactam exquisitamq; rerū doctrinam desiderat. Suspicatus autem forsan fuerat, à Philippo ista domino prænarrata fuisse.

CAP. XVIII.

REspondit Iesus & dixit ei: Priusquam te Philippus uocaret, quū esses sub ficu, nouī te.) Omnem eius suspicionem saluator excusit, quū antequā de se cum illo Philippus colloqueretur, sub ficu ipsum uidisse asserat, quāuis corpore longe abesset. Vtiliter autem ualde per ficum certius ipse locus describitur: ut qui conscius sibi fuerat, grauis apud seipsum testis ueritatis, ad firmiorem iam fidem inuitetur.

CAP. XIX.

REspondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es filius Dei: tu es rex Israel.) Nouerat probe Nathanael, soli deo corda hominum patēre, ac illud Psalmistæ infixum animo tenebat: Scrutans corda, & renes deus. Nulli nāq; alij, sed diuinæ summodo naturæ hoc propheta attribuit. Id quū inesse domino perspexisset, & magistrum & filium dei, & regem Israel profitetur. *Psal.7.*

CAP. XX.

REspōdit Iesus, & dixit ei: Quia dixi tibi, uidi te sub ficu, credis: maius his uidebis.) Feruētior ad fidem futurus es, inquit, quum maiora his uideris. Nam si uno signo inductus ad fidem es, quomodo non eris melior, quando mirabiliora conspicies?

CAP. XXI.

ET dixit eis: Amen amen dico uobis, uidebitis cœlū apertū, & angelos dei ascēdentes & descendētes supra filiū hominis.) Aspice, Nathanaelis fide posita, ad omnes cōmuniter uertit sermonem: angelos autē sursum atq; deorsum ad filium hominis uenturos annunciat, mandatis uidelicet suis ad salutem credentium ministrantes, quādo maxime filius dei esse (nam meritō) credetur. Non enim alterutris, sed deo uirtutes cœlorū seruiunt. Nam etsi alij alijs ordine quodam subijciuntur, non est tamen huiusmodi subiectio seruitus. De filio autem dei scribitur: quia uenerunt angeli, & administrabant ei. *Matth.4.*

CAP. XXII.

ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater Iesu ibi: uocatus est autem Iesus & discipuli eius ad nuptias, & deficiente uino, dixit mater Iesu ad eum: Vinum non habēt.) Opportune iam ad signorum initiū accedit. Nā honeste celebratis nuptijs tam mater quām ipse cum discipulis inuitatus adest, miraculi potius quod acturus erat, quām conuiuij gratia profectus: & ad hæc, ut natiuitatis nostræ principium, quantum ad carnem attinet, sanctificaret. Oportebat certe, quoniam totam naturam hominis ad melius restaurabat, non solum natis iam hominibus benedicere, uerum etiam nascituris gratiam præparare, & aditum illorum ad hāc uitam autoritate miraculi & præsentia sua sanctum efficere. Præterea in doloribus parere filios, ad mulierem propter peccatum dictum fuit. Quomodo igitur aliter hæc depellenda maledictio erat, ne cōdemnata nuptiarum sanctimonia uideretur, quām saluatoris præsentia? qui quum sit uerum gaudium, priscum nuptiarum mœrorem præsentia sui depulit. Noua enim omnis creatura in Christo est: præteriēreq; uetera, ut Paulus ait, & omnia facta sunt noua. Discipuli quoq; affuerunt, ut miraculo fidem suam confirmarent. Vino autē deficiente, mater eius, quę uniuersa illi possibilia esse non ignorabat, hortatur ut solita sua bonitate, atq; misericordia uteretur. Vinum enim, ait, non habent. *Gen.1.* *2.Cor.*

CAP. XXIII.

DIxit ei Iesus: Quid mihi & tibi mulier? nondum uenit hora mea.) Non à se, neq; non rogatus, ad actionem miraculorum dominus solet peruenire: necessitati enim, atq; usui hominum gratiam suam præbere solet, quamuis gratiora etiam sunt quæ petuntur, si aliquantulum differuntur. Adhæc, quātus honor parentibus debeatur, facile ostendit, quum statim ad actū propter matrem accedat: quem quantum in eo erat, parūper distulisset.

CAP. XXIIII.

DIcit mater eius ministris: Quodcunq; dixerit uobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hydryæ sex positæ secundum purificationem Iudęorum, capiētes singulæ metretas binas aut ternas.) Magnam certe autoritatem dignitatemq; deferri sibi à domino mater non ignorabat: quæ persuaso, ut par erat, filio ministros præparat, hortaturq; ut omnia faciant quæ ipse imperabit.

CAP. XXV.

DIcit eis Iesus: Implete hydrias aqua, & impleuerunt eas usq; ad summum, & dixit eis Iesus: Haurite nunc, & ferte architriclino & tulerunt. Vt autem gustauit architriclinus aquam uinum factum, & non sciebat unde esset, ministri autem sciebant qui hauserant aquam, uocat sponsum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primum, bonū uinum ponit, & quum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est: tu autē seruasti bonum uinum usq; adhuc.) Faciunt autem ministri sicut iubentur: aqua uero ineffabili Christi uirtute in uinum transmutatur. Quid enim omnipotenti deo difficile? Aut quomodo qui à nihilo ad esse res omnes prouocat, non multo facilius unū ad aliud



ad aliud permutabit atq; traducet? Miratur autē A uini qualitatem architriclinus quasi præcipuam: nec aliter nisi optimū esse poterat, quod factū miraculose à Christo fuit. Sponsum etiāquām cōmode, ut mihi uidetur, incusat, quod peracto fere cō uiuio, nec ante, optimum uinum obtulerat.

CAP. XXVI.

HOc fecit initium signorum suorum Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriā suam, & crediderunt in eum discipuli eius. Posthæc descendit in Capernaum ipse, & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius, & ibi manserunt non multis diebus, & prope erat pascha Iudæorum, et ascendit Hierosolymam Iesus.) Multa & magna eodem signo peragebantur: sanctificabantur nuptiæ: maledictio mulierum, initio nostri ortus benedictio, destruebatur. Gloria saluatoris, quasi solis radius effulgebat, discipulorum deniq; fides roborabatur. Sed historicæ quidem expositionis nūc finis sit, altiorē autē sensum occultius hinc significatū, ut arbitror, modò explicemus. Descendit igitur dei de cœlo filius, utquasi sponsus (sicut ipse ait) naturam hominis amplexus, spiritalis, ueræq; sapientiæ fœtum faceret parere. Spōsa igitur humanæ uitæ natura, ista ratione uocatur. Sponsus autem ipse saluator est, à rebus nostris ad sublimiora, iuxta scripturę morem, similitudine non improbe accommodata. Tertia uero die nuptiæ celebrantur: quia in ultimis seculi huius temporibus saluator apparuit. Nempe numerus iste initium, medium & finem significat, qua quidem re uniuersum tēpus mensuratur. Sed illud propheticum recte potest accommodari: Percutiet, & curabit, uiuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & uiuemus in cōspectu eius, sciemus sequemurq; ut cognoscamus dominū. Percussit enim nos propter Adæ præuaricationē dicens: Terra es, & in terram reuerteris. Corruptione autem, morteq; percussos, tertio die rursus ipse curauit, id est nō primis, neq; mediis, sed nouissimis temporibus, quando propter nos factus homo, totam naturam in seipso suscitauit, atq; sanauit: idcirco primitias mortuorū Paulus eū appellauit. Nouissima igitur tempora, tertiæ diei appellatione significantur. In Cana uero Galilææ, nō Hierosolymis nuptiæ celebrantur: extra Iudæā conuiuium, quasi apud gentium regiones præparetur. Gentiū em Galilæa solet à prophetis appellari. Illud sanè perspicuū est, repulsum à Iudęis spōsum, ab ecclesia gentiū libenter susceptū fuisse. Venit aūt inuitatus ad nuptias, qui multorū uocibus sanctorū uocabatur. Vinū cōuiuas defecit: quia sicut insita, naturalisq; ratio seruare hominē nequiuit: sic etiā lex non integra nobis lætícia fuit, nec Mosaica scriptura hominibus satisfecit. Quare uere tam de nobis quām de lege, uinū non habēt, dici potest. Deus aūt gratiarū largitor, non patitur bonorū carentia naturā hominū deprimi: sed multo melius nobis, quāmprius uinū producit. Occidit em litera, spiritus uiuificat: & lex quidē nullā perfectionē bonorum affert, euangelica uero doctri- *Matth.9.* *Osee 6.* *Gen.1.* *2.Cor.3.* *Coloss.2.*

na pleniſsimā benedictionē adducit. Miratur aūt tā optimum uinū architriclinus, quia pontificum quisq;, quibus saluatoris domus cōmittitur, huius mysterij ratione stupescit, cui primū uinū afferri Christus imperauit: quia (ut ait Paulus) laboran tē agricolam oportet primum fruges degustare. Hoc autem unusquisq; per seipsum intelligat. *2.Tim.2.*

CAP. XXVII.

ET inuenit in templo uendentes & ementes oues & columbas, & numularios sedentes.) Reprehenduntur etiā hinc Iudæi, quasi nullā legum habeant curam, & auaricię magnopere studeant. Nam quū multis, uarijsq; modis purificari secundum legem illos oporteret, qui templum ingressuri essent, argentarij cæteriq; huiusmodi homines, qui lucro, fœnori, & omnino pecuniæ student, templum impleuerāt, adeò ut qui hæc prohibere debebant ne fierent, imperare ut fierent uiderētur: ita uere de ipsis scriptura loquuta est: Pastores multi demoliti sunt uineam meam, conculcauerunt partem meam, dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis, posuerunt eam in dissipationem. Corrupta enim certe fuit Domini uinea: quæ auaricia præsulum inculta, conculcare pietatem didicit. *Hiere.12.*

CAP. XXVIII.

ET quum fecisset flagellum quasi de funibus, omnes eiecit de templo, oues & boues: & nummulariorum effudit æs, & mensas subuertit, & ijs qui columbas uendebant, dixit.) Iure contemptu, auariciaq; Iudæorum saluator mouetur: non enim negociationis locus, sed orationis (ut scriptum est) templum erat. Nec uerbis solum molestę se tulisse ostēdit, uerumetiam uerberibus, tā quam iniquos seruos meritò cædens è templo eiecit. Serui certe fuerunt, & in ea conditione permanserunt, qui liberatorem dei filium, per fidem susciperе recusarunt: ita quasi in tabula apostolicum illud depingebatur: Si quis tēplum dei uiolauerit, disperdet eum deus. *Matth.21.* *1.Cor.3.*

CAP. XXIX.

AVferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negociationis.) Sicut dominus imperat, & sicut doctor ad æquum & iustum hortatur, peccataq; illorum exponit, ut pudore uicti, iure se de templo extrudi cognoscant. Aduertendum est autem diligenter, quia ut solus secundam naturam filius dei, sui solius patrem deum appellat. Nā si eo modo quo creatura per gratiam ut nos filius esset, cuius rei gratia cōmunem omnibus dignitatem rapiebat nō domum patris nostri dicens, sed domum patris mei? Ita enim congrue magis dixisset, si adoptione, non natura filius esset. Qui enim aduenticia quadam dignitate filij sumus, orantes dicimus: pater noster. Vnigenitus aūt non gratia filius, sed ex substantia patris genitus, uere & proprie solus patrem suum, deum appellat. Sed perspice quæso altius, quomodo futurus rerum habitus, duobus his proximis Christi actibus designatur: à Galilæis enim qui Chanā habitabant, inuitatus ad nuptias, atq; *Matth.6.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



honoratus, & miraculo profuit, & uini lætícia repleuit, ac in eadẽ cũ eis mensa & conuiuio fuit, sic ab initio statim doctrinæ Christi, per Galilæos, uniuersę gentes fidem Christi susceptura monstrabantur, quæ per fidem in cœlestem thalamũ peruenturæ, spiritali conuiuio una cum sanctis apostolis, & ipso Christo æternaliter perfruentur, nullo priuati gaudio. Lætícia enim æterna (inquit) super caput eorum, quod expressius à domino alibi dicitur: Multi enim, ait, uenient ab oriente ac occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob: incredulos uero Iudæos, à sanctorum cõuersatione retrudet, ac supplicijs peccatorum suorũ catenis deuinctos tradet, nullo modo iniquè factis sacrificijs suis placatus. Auferte nãq; inquit, ista hinc. Hæc Esaias prædixisse mihi uidetur: Holocausta arietũ, & adipem pinguiũ & sanguinem uitulorum & agnorum & hircorũ noluit: quũ ueniretis ante conspectũ meũ, quis quæsiuit hęc de manibus uestris? non ambulabitis in atrijs meis, ne offeratis ultra sacrificium frustra. Incensum abominatio mihi: neomeniam & sabbatum, & festiuitates alias non feram: ieiunium & solennitates uestras odiuit anima mea, facti mihi estis in fastidium. Id optime flagellum à funibus factũ (supplicij nanq; instrumentum est) quasi figura quædam obumbrat.

Esa.35. Matth.8. Esa.1.

CAP. XXX.

REcordati enim sunt discipuli eius, quia scriptum est: Zelus domus tuæ comedit me.) Indies undiq; rebus singulis scripturam discipuli cõferentes, ad maius fidei robur progrediuntur.

Psal.68.

CAP. XXXI.

REsponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis quod hæc facis? Respondit Iesus & dixit eis.) Miratur de potestate Christi Iudæorum multitudo, molestęq; ferunt omnes, qui sedentes in templo emolumenta (quibus nunc meritò priuantur) sibi conquirebant. Et negare quidem nequeunt non oportere templum Dei negociationis domum fieri: sed ut moribus suis utantur, illò confugiunt, ut non esse sibi credendum, ueluti filio dei contendant, nisi hoc ita esse signo demonstrauerit.

CAP. XXXII.

SOluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.) Quemadmodum omnibus qui bene petũt, facile deus cuncta largitur: sic ijs qui tentantes postulant, non modo nihil præstat, uerumetiam quasi malignos aspernatur. Sic alio loco pharisæos, quum signum peterent, acrius carpsit dicens: Maligna & adultera generatio signũ quærit, nec dabitur sibi, nisi signum Ionæ prophetæ. Sicuti enim Ionas tribus diebus & tribus noctibus fuit in uentre ceti: sic filius quoq; hominis erit in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Idipsum in istis etiam nunc alio exemplo similiter tentantibus respondet. Quod quidem signum, nisi propter salutem omnium futurum omnino esset, nunquam tentantibus illis dedisset: hoc ipsum est, quod male ab eis intellectũ falso accusantes, postea dicebant: iste dixit, possum dissoluere templũ dei. Quæ quidẽ falsa eorum testimonia prophetæ prædixerunt: Surgentes testes iniqui, quę ignorabam interrogabant me. Et rursus: Insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Non impellit autem eos ad cædem suam, cùm dicat: Soluite templum hoc, sed quod facturos sciebat, ad utilitatem eorum potius, si quid sensus habuissent, subaperit.

Lucæ 11. Matth. 16. Ionæ 2. Matth. Matth.14. Psal.34. Psal.26. 1.Cor.6. Matth.24.

CAP. XXXIII.

DIxerunt ei Iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Profunditatem mysterij non intelligẽtes, ut temerarij signo illudunt. Difficultatemq; rei proponẽtes, causam inuenisse putant, ne illi pareant: cui si quid etiam facilius dixisset, nequaquam obtemperassent, ita scripturæ ueritas iam emergebat: Obscurẽtur oculi eorum ne uideant, & dorsum eorum semper incurua. Quasi enim inclinati propter nepharia eorum delicta, ac sola terrena respicientes, iure patrocinio Dei ab eis ablato, sublimia Christi dogmata speculari nõ possunt. Contemnunt enim, tãquam insani, Christi doctrinam, aduersus salutem suã irruentes. Dominus enim noster, proprium sui patrem appellabat, dicens: Nolite facere domũ patris mei domũ negociationis. Illi autẽ hæc uerba sua contẽnentes, quasi homo esset nudus, magnitudinẽ tẽporis, quo tẽplum ædificabatur, obijciunt. Sed ô mẽte capti ex superbia homines, iure quispiã dixerit, si dei tẽplum illud uestrũ esse credebatis, quomodo non intellexistis natura illum dei filiũ esse, qui absq; ulla trepidatione, nulloq; periculo, magna uoce clamare cõfidebat: Nolite facere domũ patris mei domum negociationis. Nã si hoc in mente uobis uenisset, nõ ambigui essetis, in tribus illũ diebus unã posse domũ restaurare, qui septẽ diebus spacio, à nihilo uniuersa produxit: nec tamẽ indiget spacio temporis, cuius nutui omnia parent.

Psal.68. 1.Cor.15. Thessal.4. Iudæorum crepundia. Gene.1.

CAP. XXXIIII.

ILle autẽ dicebat de tẽplo corporis sui. Quum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli, quia hoc dicebat de corpore suo, & crediderunt scripturæ & sermoni quem Iesus dixit.) Sicut sapiens facile sapientiæ uerba retinet, sic in discipulis Christi, tanquam in molliore cera sermo saluatoris impressus conseruabatur. Probi ergo uiri, ut contentiosi non sunt, ita ueræ doctrinæ tenaces. Duræ autem ceruicis homines, non iniuria maligni nuncupantur: ut ergo probi facilisq; animi discipuli diligẽter scripturarum ruminant uerba, ad maiorem pietatis cognitionẽ quotidie conscendẽtes. Verũ, quoniã corpus Christi templum appellatũ est, quomodo nõ erit natura deus unigenitus dei filius, qui in eo habitat? Non enim dicitur, qui deus non est, in templo habitare: nec de corpore nudi hominis dictum id in scriptura quispiam unquã inueniet. Quis maior beato illo Baptista? qui ad apicem uirtutis peruenit, qui nulli fuit pietate secũdus, qui pro lege diuina tyrannico furori caput suũ obiecit: nũc tamen ita de cor-



de corpore illius scriptura loquitur: Sed uenientes, inquit, discipuli eius, Ioannis uidelicet, tulerunt cadauer eius. Si ergo de Ioannis corpore cadauer dictum est, quomodo tẽplum cuiusuis hominis, corpus appellabitur? Nec ignoro templũ dei fideles appellari: sed hoc quoniam propter habitantem in nobis spiritũ dicitur: dei templa, non nostra sumus. Sed obijciet forsan quispiam, quomodo igitur ipse saluator cadauer corpus suum nominauit: Eo enim, inquit, aquilæ conuenient, ubi cadauer est. Sed hoc non de corpore suo, uerum ut similitudine futurum sanctorum ad sese cursum significaret, quando in maiestate patris de cœlo apparebit, ita prolatum est. Quemadmodum enim, ait, rapacissimarum auium greges uelocí ad cadauera uolatu deferuntur, sic & uos ad me conuolabitis. Quod Paulus enodans, ait: Sonabit buccina, & mortui suscitabuntur. Et alibi: In nubibus rapiemur obuiã domino, in aerẽ, et sic semper cum domino erimus. Nihil ergo ueritati obest, quod per imaginem atq; similitudinem dictum, aliam quandam rem ante oculos posuit.

CAP. XXXV.

QVum autẽ esset Hierosolymis in pascha, in die festo, multi crediderũt in nomine eius, uidentes signa quæ faciebat.) Non desinit Christus alios uerbis atq; doctrina, alios miraculorum ueritate ad fidem pertrahere: sic dictis eius sapientiores miraculis, multi persuasi, Deum esse credebant, qui talia & dicere, & facere poterat.

CAP. XXXVI.

IPse autem Iesus nõ credebat semetipsum eis.) Non est stabilis fides eorum, qui nuper crediderunt: nec mens firma inest in fide recentibus, quum adhuc pietate firmati non sint, quare nec Christus huiusmodi se hominibus credidit: quãuis etiam hinc nobis ostendat, non repente, sed longa meditatione bonorum habitum roborari. Discant igitur omnes, quibus saluatoris mysteria credita sunt, non nimium citò ad diuinam mensam neophytos accipere, nec antequam firmiores catechumeni sint, Christum eis priusquam oporteat baptismi mysterio commendare. Habemus enim, quemadmodum & in alijs omnibus, Christi exemplar nobis propositum, qui recipit quidem credentes, nondum autem penitus seipsum illis tradidisse uidetur: ut tu non dubites, non paruo tempore in catechumenorum statu, nuper uenientes in fidem, esse retinendos. Sic enim uix longa exercitatione in nostris firmati, tutius possunt recipi.

Matth. Matth.14. Psal.32.

CAP. XXXVII.

EO quod ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat, ut quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.) Vero deo solummodo, nec ulli creaturarum hæc dignitas attribuitur. Vnde Psalmista quoque dicit: Qui finxit sigillatim corda eorum, qui omnia opera eorum intelligit. Si ergo solus Deus, quæ sunt in cordibus nostris intelligit, quomodo non erit uerus Deus saluator, qui profunda et abdita cordium nouit? Quis enim hominum sciuit, quæ hominis sunt, nisi hominis spiritus qui in ipso est? Quum igitur nullus sciat, solus deus non ignorat, quoniam cum cæteris omnibus non connumeratur: de quibus iuré, nullus, adijcitur. Est enim extra numerum omnium Deus, nec quicquam eorum ignorat, quæ sub pedibus eius posita sunt. Viuus est enim sermo Dei, & efficax (ut ait Paulus) & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque & medullarum, & discretor cogitationum cordis. Et non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius, omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Audit quippe omnia qui plantauit aurem, & considerat cuncta qui finxit oculum. Vnde ad Iob ipse dicit: Quis est qui cælat me consilium, continens autem uerba in corde putat me cælare? Vt igitur natura Deum, unigenitum esse credamus, diligenter ab Euangelista scriptum est, non esse illi opus, ut quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

1.Cor.2. Hebr.4. Psal.93. Iob 42.

CAP. XXXVIII.

ERat autem homo ex pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. Hic uenit nocte ad Iesum, & dixit ei.) Propensus ad fidem Nicodemus fuisse uidetur, sed pudore improbo uictus, & gloria hominum superatus palam accedere non audet: ita ambigua quadam sententia, & claudicante iudicio, utrisq; (ut dicitur) poplitibus laborat. Nam cõscientia quidem stimulis suis miraculorum magnitudine ad fidem eum pellebat: principatus autem gentis suę (princeps enim Iudæorum erat) ne palam Christo adhæreret, facile illi persuadebat: qui principatus detrimentũ, calamitatem non paruam existimabant. Vtrunque igitur & fidem scilicet, & gloriam hominum retinere cupiens, tenebris se commisit: quæ duplicitatem animi eius aperte accusant.

Cap. Ioan. tertium.

CAP. XXXIX.

RAbbi, scimus quia à deo uenisti magister: nemo enim potest facere hæc signa quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo. Respondit Iesus, & dixit ei.) Putauit his uerbis, Iesu beneuolentiam ac pietatem in eum consequi posse, satisq; ad salutem esse, si tantummodo admiratione digna miraretur. Propterea nihil aliud quęrit, sed magistrũ à deo uenisse Christum confirmat, quem adhuc quasi hominem nudum alloquitur.

CAP. XL.

AMen amen dico tibi, nisi quis natus fuerit desuper, non potest uidere regnum Dei. Dixit ei Nicodemus.) Non ita ut putas (inquit) Nicodeme, pietatem ac fidem consequeris, nec nudis uerbis adipisci iusticiam poteris. Nõ enim quicunq; mihi dicit, Domine, domine: sed qui uoluntatem patris mei facit, regnum cœlorum possidebit. Voluntas autem patris est, ut spiritum sanctum homo suscipiat, & inaudito, nouóque modo regeneratus, cœlorum ciuis efficiatur. Quum

Matthæi 7. Ioan.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca



uero desuper regenerationem istam, quæ per spiritum est, fieri asserat, aperte ex substantia dei patris spiritum esse demonstrat. Ita certe de se quoq; ipse alibi dicit: Ego desursum sum: & Euangelista, Ioan.3 Qui desursum uenit, super omnes est. de quo latius tempore suo dicemus.

CAP. XLI.

QVomodo potest homo nasci, quum sit senex? nūquid potest in uentrē matris suæ iterato introire, & renasci? ) Quū animalis adhuc homo mysteria spiritus minime intelligēs Nicodemus esset, fatuitatem potius q̄ sublime aliquid putat quod dicitur. Natiuitatē enim spiritualem nō capiens, nec ultra res humanas quicq̄ cogitās corporalē quendā uentrē, & reditū hominis rursus ad partū fingere cogitur: ita magnitudine rerum depressus, in his inferioribus uoluitur. Nam quē admodum proiecti lapides duriore obice repercussi, resiliunt: sic mens imbecillior sublimiori bus, quàm ferre possit reb. cōfusa, refugit: quod Iudæorū princeps passus, & terrenis inhærēs, diuinam & spiritalem regenerationē non suscepit.

CAP. XLII.

AMen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Quoniam non intellexit Nicodemus qd renasci desuper significet, apertius totum mysterium & breuiter sibi exponit. Regenerationem enim, quæ per spiritum sanctum fit, nasci desuper dominus appellauit: ut etiam ex hoc discēremus, idcirco dei nos fieri participes, quoniam spiritum qui substātialiter ex deo procedit, per baptismum acquirimus, quo in pristinam pulchritudinem reformati, & ad nouam uitam renati, à deo in filios adoptamur. Hoc autem quod dixit, desuper, quum non potuerit assequi Nicodemus, iterum ab utero renasci suspicatus est, ac ideo impossibilem rem putans reluctatur. Quapropter reiectis uelaminibus, ut imbecilliori saluator loquitur: Nisi enim quis (inquit) ex aqua & spiritu natus fuerit, non potest in dei regnum introire. Nam quum non simplex, sed compositus ex corpore sensibili & intellectuali anima homo sit, duplici quodam ad generationem indiget modo, qui duplicitate sua ad utrunq̄ possit accommodari: spiritu enim sancto spiritus hominis, aqua uerò corpus sanctificatur. Quemadmodum enim utribus ignis intensius aqua calefacta, non aliter quàm ignis urit: sic spiritus sancti operatione ad diuinam aquæ reformantur uirtutem, qua baptizati corpus abstergunt.

CAP. XLIII.

QVod natū est ex carne, caro est: & q̄d natū ex spiritu, spiritus est. ) Alio nunc modo ad cognoscēda sublimiora Nicodemum inducit, ne quum spiritalem audiat generationem, in corpora mente deuoluatur. Sicut enim necesse est (inquit) carnem esse quod ex carne natum est, similiter quod ex spiritu natum est, spiritus est. Vniuersa uerò quorū essendi ratio diuersa est, generationis quoq; modū habet diuersum. Natū aūt ex spiritu, spiritū hominis dicimus: nō quia ex eo secundum naturā est, id enim omnino absurdū est, sed una quidē, priscaq; ratione: quoniā per spiritum à nihilo ad esse productus est: altera uerò quam dispensatoriā appellamus, quoniā per ipsum ad deū reformati, ac proprio eius charactere inligniti, ad suam (ut sic dixerim) qualitatē animo trāsformamur. Hoc pacto illud etiam Pauli recte (ut arbitror) intelligi potest. Filioli quos iterū parturio, Gala. donec formetur in uobis Christus. & rursus: In Christo enim Iesu per Euangeliū ego uos genui. 1.Cor.

CAP. XLIIII.

NOn mireris, quia dixi tibi: Oportet uos nasci desuper: spiritus ubi uult spirat, & uocē eius audis, sed nescis unde ueniat, & quò uadat, sic est omnis, qui natus est ex spiritu. ) Singularis docentis uirtus est, ut multis ac uarijs auditorum animos modis attrectet. Sic enim sensim difficultas rerum tandē aperitur. Exemplis ergo & figura in cognitionē Nicodemus deducitur. Spiritus enim hic, ait, aereus, per uniuersum, ut uides, orbē quotidie perflat, & quouis decurrens, solo adesse sono cognoscitur: nec cernitur ulli, sed tenuissima quadam aura humana corpora tangens, operationis suæ imprimit sensum. Sic igitur à paruis, quasi manu ad maiora ductus, spiritalem intelligere generationem: sicut in imagine quadam in dicta rei sensibilis similitudine, sensibilis insensibilia collige.

CAP. XLV.

REspondit Nicodemus, & dixit: Quomodo possunt hæc fieri? ) Nihil longa Christi oratione consequutus est Nicodemus. Prudenter igitur Ecclesiastæ Solomone scriptum est: In aure audientium Prouerb. loquere: nec tamen ulla non persuadēti magistro culpa danda est. Fungi enim debet probe (quamuis etiam parum profit) docentis officio, qui hoc in gradu cōstitutus est: quamuis hinc etiam discimus, quia cæcitas facta est ex parte in Israel. audiētes enim non intelligunt.

CAP. XLVI.

REspondit Iesus, & dixit ei: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? ) Ab hoc uno Iudæi omnes, qui multo se doctiores cæteris gentibus putabant, quasi nudo doctrinæ pietatisq̄ nomine, nec quicquam florentes à Christo redarguuntur, tanquam tanta imperitia prædit, ut non modo docere cæteros, uerumetiā intelligere ipsi nequeant. Nam si Nicodemus, qui apud eos doctor erat, rudior inuenitur: quales fuisse discipulos eorum putamus? quum non excedat discipulus magistri mensurā, ut saluator ait: Nō est discipulus supra magistrū suum. Iure igitur tā indoctos atq̄ agrestes homines sepulchris dealbatis dominus cōtulit. Paulus quoq; ad Iudæorum præsulem urbaniter dixit: Percutiat te deus paries dealbate.

CAP. XLVII.

AMen amē dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod uidimus testamur. ) Quum reipsa rudior, quàm ut posset diuina dogmata capere, longa iam cōsumpta oratione Nicodemus uideretur, omissa exquisitiore inuestigādi diligētia, simpliciore fide (quod intelligere non poterat) recipiendum ei esse consulit. Testatur autem certe se scire quod dicit, autoritate sua cōtradicēdi iter illi obstruens. Recordari enim debebat, quod nuper dixerat, non ignorare se à Deo Christum uenisse magistrum. Deo autem, aut nuncio eius contradicere, quomodo periculosum non erat, quū nihil periculosius sit, quàm deo repugnare? Attendamus nos, oro, qui docendi potestatē accepimus, melius esse ut simpliciter fidē, quàm profundiore ratione diligētius expositā, neophy 1.Cor.3. tis tradamus. Nam & Paulus lacte nonnullos se nutrisse dicit, qui scilicet nōdum solidiores cibos digerere poterāt. Et gregis tui animas cognoscē- Prou.27. das tibi esse prudenter: idcirco Solomon consuluit, ut moneret singulorum ingenijs, proportionabiliter doctrinam esse accommodandam.

CAP. XLVIII.

ET testimonium nostrū non accipitis.) Quoniam patrem ac spiritum in seipso saluator naturaliter habet, plurali numero personas testantium protulit. Vt quodammodo secundum Mo- Deut.17. seos legem: In ore duorum uel trium, omne uerbum firmetur. Iudæi autē quasi salutem omnino respuētes, inconsiderato impetu ad profundum perditionis barathrum deferuntur. Nam si nec intelligere propter imperitiam altiora possunt, nec fide prædicationem Christi suscipere uolūt: quis nam alius salutis eorum modus inuenietur? Meri- Matth.23. to igitur inexcusabilem futuram Hierusalem, q̄d sponte in præcipitia rueret, saluator dicebat: Hierusalē Hierusalem (em̄ ait) quæ occidis prophetas, quæ lapidibus petis eos qui mittuntur ad te: quoties uolui cōgregare filios tuos, quemadmodum sub alas gallina pullos congregat suos? ecce dimittitur uobis domus uestra deserta.

CAP. XLIX.

SIterrena dixi uobis, & nō creditis, quomodo si dixero uobis cœlestia, credetis? Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis, qui est in cœlo.) Si congruentē, inquit, doctrinam hominibus, quæ sensibilia ista uix excedat, ex multa imperitia non suscipitis, quomodo uobis diuiniora explicabo? Si res humanas non intelligitis, quomodo sapientes in supernaturalibus eritis? Si minora ferre non potestis, quomodo maiora sustinebitis? Si dicenti mihi non creditis, sed multos in singulis testes poscitis: quia cœlestia uidit mysteria, quem possim in testem uobis adducere? Nemo enim ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit filius hominis. Quum autem dei uerbum de cœlo descenderit, filium hominis descendisse ait, in duas post incarnationem diuidi personas recusans. Nec alicui permittens, ut templum quod à uirgine sumptum fuit, alium filium, & alium dei uerbum prædicet: quamuis quæ utrique naturaliter insunt, decentem distinctionem suscipiant. Vt enim ex deo uerbum est, sic homo ex muliere. Vnus igitur ex utrisque Christus filiatione indiuisibilis &



maiestate diuina. Quomodo enim aliter, quæ soli uerbo dei conueniunt, uirginis filio accommodari poterunt? Quomodo autem econuerso, quæ soli carni conueniunt, uerbo Dei attribuentur? Nunc enim de cœlo filium hominis descendisse ait, passionis uerò tempore, ipse dei, tāquam ipse Matth.14. patiens, quæ humanitati suæ solummodo congrua sunt, timuisse scribitur.

CAP. L.

ET sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat uitam æternam.) Quum causam attulerit quare ad sublimiora sermo sibi non exit, ad ea descendit, quæ obumbrate à Mose facta fuerunt. Non enim ignorabat potius eum figuris quàm spiritali doctrina ad ueritatis uix posse cognitionē deuenire. Oportere autem omnino seipsum asserit modo Masaici serpentis exaltari: ita historię inquisitionem, latentesq̄ in ea figuras rimari hortatur, ac illud quasi rursus inculcat: Scrutamini scripturas, quia ipsæ sunt, quæ testimoniū perhibent de me. Serpentes enim in Iudæos olim in deserto in- Ioan.8. siliebant. Quumq̄ more spicarū tempore messis caderent, diuinam opem supplices requirebant, Num.21. Misericors aūt dominus, serpentem ex ære Mosi exaltare iussit, ut ea in re discerent fide salutem sperare. Morsu enim serpentis laborantibus, unicum erat remedium, exaltatum cum fide serpētē aspicere. Hæc quidem historia est, in qua uelut in tabula, totū figurate incarnationis mysterium obumbratur. Serpens enim peccatum, quod humanum genus pascebatur significat, quodq̄ uarijs morsibus uenenū hominib. infundit, quod effugere nullo alio pacto natura humana poterat, nisi auxilio atq̄ ope diuina. Verbum igitur dei factū in similitudine carnis peccati, in carne sua pecca- Rom.8. tum damnauit, ut scribitur. Respicientibusq̄ in eū fide syncera, æternæ salutis largitor ostēditur. Quod aūt in sublime serpens exaltatus fuit, in eā cognitionem passionē Christi peruenturā denotabat: ut sicut ipse quoq; prædixerat, nemo sit qui Matth.20. in cruce passum fuisse ipsum ignoret.

CAP. LI.

SIc enim dilexit deus mūdum, ut filium suum unigenitū daret: ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat uitam æternā.) Planè his uerbis deum se natura esse significat. Siquidē necesse est filiū dei unigenitum, patris similem, deū esse, qui non deforis filiationis (ut nos) habeat dignitatem, sed illud ipsum uere sit quod dicitur. Charitatis autem erga homines dei patris, mentionem opportune fecit, ut Nicodemi durities, aut molliatur, aut apertius pateat. Quid enim aliud est deo prædicanti non credere, quàm ueritatem mendacij crimine accusare? Præterea quum se datum pro uita mundi affirmet, magna supplicia impendere monet omnib. qui arrogantia sua tantam dei patris gratiā negligunt. Sic enim deus dilexit mundū, ut filiū suū unigenitū daret. Audiāt hæc, quæso, rursus omnes qui Christo aduersanē

Universidad de Deusto
Biblioteca



nobisq; petentibus explicent, quid magni dei patris habeat secũdum ipsos dilectio, aut quomodo ipsam merito admirabimur? Respondebunt (ut puto) mirandam esse Dei patris erga nos charitatem: quia filium suum pro nobis tradidit, & filiũ unigenitum. Vt ergo mirabilis sit hæc dei patris charitas, filius datus non creatura esse credatur. Filium autem eum dico, qui quum ex substantia patris sit, genitori est cõsubstantialis, et uerus pro fecto deus. Nam si, ut uos dicitis, ex substãtia dei patris non est, nõ poterit secundũ naturam filius dei esse. Ita mirabilis illa charitas patris, nulla esse uidebitur. Creaturam em̃ pro creaturis, non uere filium dedit. Et ad hæc frustra nos Apostolus terret, cum dicat: Si qui duobus aut tribus testibus legem Mosaicam spernit, morte puniatur, quãto peiore putatis dignum supplicio eum, qui filium dei cõculcauit? Conculcat enim qui spernit. Cur igitur si filius uerus non est, sed Mosis conseruus (cognata enim est creaturæ creatura, creationis ratione, etiamsi quadam præstantia dignitatem alterius superare uideatur) maiora supplicia luet, qui eum spernit, quàm qui legem Mosæs contempsit? quia uidelicet non in creaturam, neq; in Mosis conseruum peccauit. Ingens igitur atq; ad mirabilis charitas Dei patris est, qui filium suum (qui ex substantia eius est) pro mundi uita misericorditer tradidit.

Hebr. 10.

CAP. LII.

NOn enim misit deus filium suũ in mundum ut iudicet mundum, sed ut saluetur mũdus per ipsum.) Quoniã filium dei se liquido nuncupauit: idcirco à qualitate magnitudineq; rerum, quasi firmissimo quodam testimonio id comprobat. Non enim, inquit, missus sum, ut lege orbem terrarum, quemadmodum Moses, damnem, nec ut mandata in redargutionem peccatorũ tradã: nec ut seruili ministerio fungar: uerũ ut per misericordiam deo conueniẽtẽ, tanq; filius ac hæres patris à seruitute homines uendicem, damnante lege in iustificantem gratiã cõmutata, & sic à peccatorum uinculis genus humanum eripiam. Ad saluandum ergo, non ad damnandum ueni. Nam ut decens erat, inquit, dãnantis legis Mosen (qui seruus erat) ministrum fuisse: sic me decet (quum sim filius dei) à maledictione legis orbem liberare, & misericordiæ cumulo ægritudinẽ mundi curare. Quod si iustificans gratia, damnante mandato legis præstantior est: quomodo non intelliget consequenter seruilem is conditionẽ omnino excedere, qui potestate diuina ut deus à peccatorum uinculis hominẽ liberat? Et hæc quidẽ una horũ Euangelij uerborũ ratio est: altera superioribus affinis atq; coniuncta, perspiciebat Nicodemũ saluator Mosaicis nimiũ inhærere mandatis, & regenerationẽ spiritalẽ horrescere, ac euangelicam uiuendi disciplinã ideò aspernari: quia difficiliorem mandatis legalibus futurã putaret. Hæc ueluti deus nequaquam ignorans, hominis imperiti formidinẽ unica ratione dissoluit: onerosam nimium legem esse ostendens, quæ mundum nõ liberet, sed damnet, se uerò gratiæ ac misericordiæ largitorẽ. Nõ em̃, inquit, deus filiũ suum misit in mundũ, ut iudicet mundũ, sed ut saluetur mũdus per ipsum.

2. Cor. 3.

CAP. LIII.

QVi credit in filiũ, non iudicatur: qui aũt nõ credit, iam iudicatus est, quia nõ credit in nomine unigeniti filij dei.) Quum rebus ipsis filium se dei esse approbasset, sublimioremq; gratiam mundo præberi à se dixerit, quàm Mosaica lex cõtulerit (melius enim atq; altius est gratia iustificari, quàm lege condemnari) mirabilẽ quandam aliã, ut deus, uiam cõperit, qua ad suscipiendam salutẽ homines impellit. Credenti enim singulare diuinumq; proposuit præmiũ, minime ipsum in iudiciũ peruenturũ affirmans: non credenti aũt certa imminere supplicia dicit: ad unã eandemq; uiam utrosq; compellens. Illos enim cupiditate laudabili gratiæ, istos terrore cruciatus ad fidem misericorditer conuocat. Magnum autem crimen esse incredulitatis ostendit, quoniam unigenitus ipse sit dei filius. Nam quanto præstantius est quod cõtemnitur, tanto maiorib. qui spernit, supplicijs subiacebit: iudicatum uerò iam ait esse incredulum, quod ipse in seipsum (quoniam largitorem indemnationis non suscepit) condemnationis intulit sententiam.

CAP. LIIII.

HOc autem est iudiciũ, quia lux uenit in mũdum, & dilexerũt homines magis tenebras quàm lucem.) Causas condemnationis incredulorum attulit, ostenditq; probe admodum in Pro uerbijs dici: Non iniuria uolucribus retia tenduntur. Si enim quum ad lucem uenire poterant, in tenebris iacere maluerunt: quomodo non sunt ipsi condemnandi, qui prauo sibi iudicio cruciatus ascisc unt, peiora melioribus, & tenebras luci anteferẽtes? Liberum etiam iudiciũ hominis, his uerbis ostendit, qui ad alterutrũ secundum animi sui iudicium potest proficisci. Sic enim iuste laudem, si bene agimus: & contrarium, si mala committimus, inueniemus. Hoc per prophetam etiã quendam dixit: Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis: quod si noluerit is, neq; audieritis me, gladius uos deuorabit.

Prou. 1.

Esa. 1.

CAP. LV.

OMnis enim qui male agit, odit lucem, nec uenit ad lucem, ut non arguantur opera eius.) Latius exponit quod dixerat, ostendens idcirco segnicie homines impediri, ne bona consequantur, quoniam praua diligant. Segniciei autem radices sunt, quod discere ac perpendere illa nolint, quibus bonus quisq; ac sapiens fieret. Recusat enim, inquit, omnis qui male agit, lucis illuminationem: non quia malorum eum pudeat, pigeatq; (saluaretur enim, si id esset) sed quia ignorare meliora mauult, ne conscientiæ stimulis quotidie peccans exagitetur: & quoniam putat maiora sese supplicia subiturum, si quũ exquisitiorem bonorum cognitionem teneat, uoluntatem dei agere nolit.

Cap.



CAP. LVI.

QVi autem facit ueritatem, uenit ad lucem, ut manifestentur eius opera, quia in Deo sunt facta.) Qui ueritatẽ facit, spiritalem illuminationẽ non spernit: per ipsam maxime ad eã cognitionem perductus, ut intelligere possit, an omnia secundũ diuina peregerit præcepta, nec uoluntatẽ dei transgressus sit. Certissimum igitur in effrenatæ libidinis signũ est, si quis ea recuset discere, quibus possit ad meliora reuocari: uirtutis aũt atq; pietatis, si quis eam uitam deo placere arbitretur, quæ secundum præcepta eius peragitur: quod ita se haberi non ignorat Psalmista, quũ dicat: Lex domini immaculata cõuertens animas,

Psal. 18.

Psal. 8.

testimonium domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Iustitiæq; Dñi recte lætificantes corda, præceptum domini lucidum illuminans oculos.

CAP. LVII.

POst hæc uenit Iesus & discipuli eius in terrã Iudææam, & illic morabatur cũ eis, & baptizabat. Erat aũt & Ioãnes baptizans in Aenon iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & ueniebant & baptizabantur. Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem.) Absoluta Nicodemi colloquutione, aliud iam utilissimũ Euangelista enarrat. Videbat enim spiritus gratia illuminatus quàm necessarium esset ea narrare, quibus quantum Christi baptismus, Ioannis baptismo præstaret, aperiretur: perspexit non multo pòst aliquos futuros, qui aut nullam inter baptismũ, & baptismum differentiam facerent, sed pari laude utrunque coronarent, aut ob imperitiam & lapsum hominũ meliorem esse baptismum Ioannis putarẽt. Nullum enim est tam turpe facinus, quod imperitia nõ audeat aggredi. Nulla blasphemia tam magna, ut aduersus sacratissima ecclesiæ dogmata non dicatur libenter ab ijs, qui omnia (ut scriptũ

Mich. 3.

est) recta peruertunt. Ne igitur temerarij homines aquam Ioannis, qua in pœnitentiam baptizabat, spiritali baptismo Christi anteferre auderent, causas tam turpis temeritatis euertens, ipsum Baptistã exponit huius quæstionis fragilẽ nodũ dubitantibus suis discipulis dissoluisse. Baptizabat em̃ Christus per discipulos suos. Ioãnes quoq; ipse nõ per alios, sed manib. suis: nec in eisdẽ fontibus, in quib. Christus hęc faciebat, sed iuxta Salim, & in fonte quodam certo atq; uicino: ut etiã hac fontis determinatiõe subobscure ac ænigmatice subaperiret, baptismum suum, quum esset imperfectus, introductoriũ ad perfectionem fuisse. Nam ueluti lex Mosaica, futurarũ rerum & spiritalis cultus præparatio quædã fuit, occultam ueritatẽ parturiens: sic baptismus Ioãnis ad baptismũ Christi collatus, præparationis uim obtinebat.

CAP. LVIII.

FActa igitur est quæstio ex discipulis Ioannis cũ Iudæis de purificatione: & uenerunt ad Ioannem, & dixerunt ei.) Quũ non possent legales

Num. 19.

aspersiones suas Iudæi defendere, ac purificationes animaliũ cinere factas, Ioannis baptismo meliores ostendere: ut turbẽt discipulos, qui sublimiores iam, quàm Pharisæi uidebantur, baptismum magistri legali purificationi præponentes, baptismũ Christi laudibus ad depressionẽ Ioannis esse runt: nõ ex animo id facientes, nec quia ita sentirent, sed ut depressis confusisq; Baptistæ discipulis, uictores ipsi uiderẽtur. Nec aut ratione aliqua aut autoritate scripturæ, Christi baptismũ præferunt (unde nanq; talia imperiti homines excogitare potuissent?) sed illud solũmodo afferunt, quòd oppidò pauci ad Ioannẽ, multi uerò quasi gregatim ad Christum cõfluerẽt. Sic em̃ putarunt, discipulis Baptistæ superatis, non paruã de illis uictoriã se reportaturos. Euaserunt igit quasi uictores q multo magis uicti prostratiq; fuere, cũ laudib. Dñm, quẽ nõ suscipiebãt, uel nolẽtes decorarẽt.

CAP. LIX.

RAbbi, qui erat tecum trãs Iordanem, cui testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum.) Molestę hanc offensionem uictoriæ, discipuli Ioannis tulerunt: præsertim quia rerũ illarum statum considerantes, redarguere Pharisæos non poterant. Turbabãtur igitur minoris fieri magistrũ uidentes, ac pudore admirationi mixto uerecunde petunt, cuius rei gratia, cui testimoniũ ipse perhibuerit, gloria magis crescit, & præuenit tantam baptizans multitudinem. Hanc ego quæstionẽ diuina dispensatione factam contenderim. Hinc enim incitatus ad longum & exquisitum de Christo sermonem Baptista, quanta sit inter baptismum & baptismum differentia, planè ostendit.

CAP. LX.

REspondit Ioannes, & dixit: Non potest homo accipere quicq;, nisi fuerit ei datũ de cœlo.) Nihil, inquit, in hominibus bonũ est, quod à deo non datum sit. Quid enim habet creatura, quod non acceperit? Quare hominem decet con

1. Cor. 4.

cessa sibi de cœlo mensura honoris esse cõtentũ, nec maiora quàm ferre possit flagitare, ne ingrato animo datam desuper sententia spernere, & diuino iudicio refragari uideatur. Non enim debet pudore turbari, si perfectiores diuinitùs præferũtur: sed ea potius magnificare, quibus misericorditer decoratus à deo est. Non ferat igitur grauiter hoc meorum quisquam discipulorum. Meam ipse mensuram conseruo, maiorem minimè ignoro, hominem me esse non sum nescius.

CAP. LXI.

IPsi uos mihi testimonium perhibetis, quod dixerim: Non sum ego Christus, sed quoniam missus sum ante illum.) Ea modò ad discipulorum memoriam uerba reducit, quæ sæpius ab eo audierunt: tum ut quasi segnes ad res præclaras arguat, tum ut eis persuadeat à scriptura diligentius quærere, quantum futurũ prædicet Christum, & quantum præcursorem eius Baptistam. Sic enim certiore habita rerũ cognitione, nõ turbabũtur, idonea utriq; fieri uidentes: nec alijs mihi modò testibus opus est, inquit, quum uos ipsi iam pridem hęc eadem à me audieritis. Ego enim me seruum esse profiteor, qui missus sum ad prædican-

Prædicet, scriptura scilicet.

Universidad de Deusto
Biblioteca



dicandũ: quia ego nõ sum Christus, sed ille. Supe A
ret ergo, & teneat omnia gloria eius, qui Dñs ac
Deus est. CAP. LXII.

QVi habet sponsam, sponsus est: amicus aũt sponsi qui stat & audit eũ, gaudio gaudet propter uocẽ sponsi. Hoc ergo gaudiũ meum impletum est.) Similitudine rursus rerum humanarum ratio tracta, in cognitionẽ diuinarũ inducit. Figuræ namque intellectualium hæc corporalia sunt: quæ quum sentiantur, clariora plerunq; faciunt ea, quæ aliter uix intelligere possumus. Spõsus igitur, celebritatisq; princeps (inquit) Christus est: minister aũt conuiuij ego sum. Illaq; mea dignitas est, ut inter amicos numeratus uocem sponsi audiam: & ego quidẽ quod optabam, con
sequutus iam sum. Non enim tantum prædicaui, B
quia Christus ueniet: sed præsentem uideo, & uo
cem eius auribus percipio. Vos aũt quum huma
num genus atq; naturam, quam Christi sponsam
nomino (quæ prius ab eo refugiebat) spiritaliter
sponso suo per spiritalem baptismũ coniungi ui-
deatis: nõ molestę feratis, quia nõ ad me magis q̃
ad spiritalẽ sponsum (ut par est) undiq; confluũt.
Sponsus enim est, qui sponsam habet. Nolite, in-
quit, in me sponsi coronam quærere. Non enim
propter me sponsam propheta hortatur, dicens:
Psal. 44. Audi filia & uide, & inclina aurem tuã, & obliui-
Cant. 1. scere populum tuum, & domũ patris tui. Nec tha
lamum meũ sponsa quærit, quũ dicit: Indica mihi
quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in
meridie. Cœlestis est sponsus suus, ego uerò uni-
geniti gaudio triumpho, quia serui cõditione de C
posita, tam nomine quàm re amicitiæ fruor.

CAP. LXIII.

ILlum oportet crescere, me autem minui.) Gra-
uius modò ut pro re parua turbatos arguit, præ
sertim quoniam anteq; scirẽt quis Emanuel esset,
etiam commoti sunt. Non enim hac re solũ, quia
plures ab ipso baptizantur, gloriam meam super-
rat ille ait: sed eò ascẽdet, ut quemadmodum de-
us est, ita etiam hominib. uideatur: Crescit enim
quotidie, orbemq; splendor suus illustrabit: ego
uerò minuar, nec datam mihi mensuram excedã,
sed in eisdem permanens, tanto minui uidebor,
quanto ad maiora ille præcurret. Hæc sanctus il-
le Baptista nobis prædixit. Nos autem etiam ex-
emplis, quod dicitur, præ oculis ponamus. Certe
igitur cuiusdam magnitudinis lignũ uidere finga D
mus, iuxtaq; ipsum magnæ futuræ arboris plan-
tam nunc primum è terra prodire imaginemur.
Num igitur si uocem lignũ assumeret, ac diceret:
hanc plantam crescere oportet, me uerò minui:
detrimentũ quoddam ligno futurum intelligere
mus? Minime arbitror. Sed ideo minui dicemus,
quia dum ad plantam cõfertur, minus atq; minus
quotidie reperitur. Commode stellarum quoque
clarissima de sole dixerit: Illum oportet crescere,
me uerò minui. Nam quousq; profunditas aeris
nocturnis tenebris obscuratur, aureo fulgore,
gloriaq; integra splendere luciferum magna om-
nes prædicant admiratione. Quum autem ad or-
tum sol festinare uideatur, cumq; lux eius nostrũ
hunc orbem aliquantum illuminauerit, cedit sen
sim maiori lucifer, & Ioannis uerba nõ iniuria di-
ci possunt: Illum oportet crescere, me aũt minui.

*Quod filius non est de numero creaturarum, sed super omnia.* CAP. LXIIII.

QVi desursum uenit, super omnes est.) Non est magnum (inquit) neq; mirabile, si humanam gloriã Christus excedit. Nõ enim in hoc gloria eius terminatur qui deus est, sed omnẽ superat creaturam. Super omnes creaturas (inquit) est: non ut inter omnes connumeratus, sed ut ab omnibus separatus, & tamẽ omnibus præsens, ut deũ decet: cuius rei causam proposuit, ut pudore aduersariorũ linguas deprimeret. Qui em̃ desursum uenit, ait, id est qui à superiore germinauit ra
dice, is paternam conseruans naturam, super om-
nia esse uerè profecto credetur. Impossibile nãq;
est non esse talem natura filiũ, qualis genitor eius
est. Quomodo autem qui eadẽ natura pollet, qui
fulgor patris atq; character est, minoris erit quàm
pater gloriæ? Nam si patris propria bona filio nõ
dabimus, sed eius characterem despicere uoluerí
mus, ipsum quoq; patrem contemnemus. Scribi-
tur enim, ut omnes honorent filium, sicut honora-
rant patrem: ita qui filium nõ honorat, is patrem
etiam paruifacit. Qui autem non alió quàm pater
honore glorificatur, quoniam ex ipso secundum
naturam est, quomodo creaturarum omniũ sub-
stantiam non excedit? hoc enim significatur, quũ
dicitur: Super omnes est. Non me fugit, magna C
uoce hinc aduersarios clamaturos atq; dicturos,
quẽnam ratio quum desursum scriptum sit, ex pa
tris potius substãtia filium esse, propter illud de-
sursum intelligere coget, quàm aut de cœlo, aut
ab innata sibi excellentia deuenisse, propter quã
& supra cæteras creaturas esse prædicatur? Ad-
uersus hęc non dubitabimus ita respondere: Nõ
rationibus uestris inanibus atq; friuolis nos scrip
turæ sensum inuestigamus: sed sacras sequẽtes li-
teras altius uniuersa scrutamur. Quærendũ igitur
est hoc, quod desursum aut desuper dicitur, quo-
modo soleat accipere scriptura. Omne datũ (san-
ctorũ quidã spiritu plenus ait) & omne donũ per
fectum desursum est, descendẽs ex patre luminũ.
Ecce desursum hoc, nihil aliud quã ex patre signi
ficare potest, nec iniurię. Quid enim super creatu
ras, præter ineffabilem dei naturam est, cui desur-
sum ac desuper (quod Græci ἄνωθεν dicunt) accõ
modari proprie possit? Cætera enim omnia seruí
tutis iugo premuntur, solus autem deus naturali-
ter regnat. Quare ipse solus uere super omnia est:
quam dignitatem filio etiam ueluti deo, et ex deo
secundum naturam pie attribuimus. Quod si de-
sursum nihil aliud, quàm de cœlo significat: quur
de omni angelo & rationali uirtute non dicitur?
ueniunt enim ad nos de cœlo, & ascendunt & de
scendunt, ait, in filium hominis. Quid igitur coe-
gít Baptistam, quod multis commune cum filio
est, tanquam præcipuũ filio soli attribuere, & qua
si de unico dixisse; ille qui desursum uenit? quũ di
cendum



cendũ potius esset, qui desursum ueniũt, super o- A
mnes sunt, ut multis hæc dignitas communis pa-
teret esse: nõ ignorauit certe illi solummodo uer-
bũ huiusmodi deberí, quia superiore pullulauit
radice. Non ergo de cœlo, sed q̃d diximus pie ac
uere ipsa dictio ἀνωθεν nobis ostẽdit. Quomodo
autem & super omnia erit uere, si non ex patre,
sed de cęlo desuper significare putabimus? Sic e-
nim angelorũ quisq;, quũ uere de cœlo uenire di-
catur, uerè super omnia erit. Quũq; nõ cõnume-
retur cũ omnibus quod super omnia est, quas nã
creaturas super omnia collocabimus? aut q̃mo-
do integre syncereq;, quoniam desuper uenit, su-
per omnia est? quũ tam ingens angelorũ multitu
do in omnibus (quia etiã ipsi de cœlo similiter ue
niant) nequaq; cõprehenderentur. Nõ enim pos- B
sumus omnia intelligere, si quicq; omniũ non cõ
prehendí putabimus. Verbum aũt quod ex Deo
patre effulsit, quod desursum proprie natum est:
quod à fonte substantię patris profluit, non collo
catur in omnibus, quum pars eorum minime sit:
sed ut aliud præter omnia, genitoris naturaliter
bonis perfulgens, super omnia erit profecto. Sed
si non de cœlo, desursum illud significare putas,
attamen inquiens, negare non poteris ab innata
filio excellentia significare. Inspiciatis rogo dili-
gentius, quò hæc uobis peruentura tandem ra-
tio sit. Primum enim imperite uidetur sane dici,
à dignitate innata sibi filium uenire, & quasi ab a-
liquo loco, aut quasi ex uno unus ueniens, super
omnes ascendat. Deinde libenter etiam eos inter
rogauerim, utrum excellentiam hanc, qua super C
omnia esse filius scribitur, substantialem atq; inse
parabilem inesse filio dicunt, an aduentitiam, ex-
trinsecusq; quasi accidens comparatam? Nam si
aduentitia illi adest excellentia, & extrinseca di-
gnitate uerbum dei ornatur, non potuerint effu-
gere, ne confiteantur posse aliquãdo illum huius
excellentiæ facere iacturam. Accidens enim om-
ne quod substantiæ est, abesse à subiecto posse
intelligitur. Erit igitur mutabilis filius Dei: & ua-
nis Psalmista illũ uerbis glorificat, quũ petituros
cœlos canendo prædicat, ipsum autem in æternũ
permansurum. Et omnes, inquit, ut uestimentum
ueterascẽt, & sicut opertorium complicabis eos,
& mutabuntur, tu uerò idem ipse es, & anni tui
non deficient. Quomodo igitur idem, qui sicut D
creatura mutabilis secundum uos est, & mutabi-
lis ad peiora? falso aũt & ipse de seipso dicit: Vide
te uidete, quia ego sum, & nõ est deus præter me.
Quomodo aũt hæc mutabilitas filij patrẽ quoq;
nõ attinget? Siquidẽ filius imago & character ei-
us mutabilis est: erit igit etiã Deus pater mutabi-
lis, & erit super omnia per excellentiã quandã ex
trinsecam: taceo quod sequitur. Non em̃ poterũt
negare, imaginis omnia exemplari etiã esse insi-
ta. Sin aũt propter hęc inconuenientia, nõ aduen
titia illũ splendere dignitate fatebuntur, sed sub-
stantiali atq; inseparabili: nonne etiam inuiti se-
cundum naturã deũ esse concedent filiũ, ac ideò
super omnia esse, & ex sola substãtia patris uenire?
nam si nihil creatum est, quod in omnibus non
contineatur, est aũt filius super omnia, aliud uide
licet est præter omnia, & substãtiali super omnia
excellentia uiget. Quũ aũt non idẽ natura cũ crea
tura sit, quomodo deus uerus nõ erit? Cũq; natu-
ram creaturarũ effugiat, quid nam aliud erit nisi
deus? Nihil enim secundũ substantiæ rationẽ in-
ter creatum & increatum quasi medium inuenitur: sed creatura quidem sub regno creãtis est, re-
gnat aũt super ipsum deus. Si ergo deus secundũ
naturam filius est, natusq; ineffabiliter ex deo est:
desursum hoc, nihil aliud profectò quàm genito-
ris naturã significat: propterea etiã super omnia
unigenitus est, quia ex ipsa profectus est.

CAP. LXV.

QVi est de terra, de terra est, & de terra lo-
quitur. Non æqualiter, inquit, persuadere
hominibus poterit, qui de terra est, quemadmo-
dum deus, qui super omnia est. Nam qui de terra
est, quum homo sit, consiliarij locũ obtinebit, to-
tamq; credendi potestatẽ auditorí necessariò cõ-
mittet. Qui uerò desuper uenit, tãquam deus uir
tute sua in animis audientiũ uerba immittit: quã-
toq; natura præstantior est, tanto efficacius atq;
citius operatur. Vtiliter aũt ualde suis hæc disci-
pulis Baptista inculcat: qui quoniã gloria saluato
ris obscurarí illum uidebant, non parũ turbaban-
tur, atq; ideò accedentes dicebant: Rabbi, qui e-
rat tecum trans Iordanem, cui tu testimoniũ per-
hibuisti, ecce ille baptizat, & omnes ueniunt ad
eum. Quoniam, inquam, turbabantur, necessariò
motionem animi eorum abijcere uolens, rectam
de tantis rebus eis doctrinam tradidit: ita saluato
ris super omnia præstantiam ostendit, & causam
affert, quamobrem ad illum omnes concurrant.
Ad superiorem enim, qui spiritu baptizat, non in
iuria omnes, inquit, confluunt.

CAP. LXVI.

QVi de cœlo uenit, super omnes est.) Hoc
inquit, signum est, in infinitum ab ijs, qui
de terra sunt, eum qui de cœlo, id est desursum de
scendit, filiũ dei distare: quia nec ego docere suf-
ficiens sum, nec uerba mea possunt uobis satisfa-
cere: ipse quoq; filius incomprehensibilem hanc
esse differentiam docens, ad ludęos dicebat: Vos
deorsum estis, ego desursum sum. Infra enim atq;
deorsum, creaturarũ naturã significat, quæ sic ap-
pellatur: quoniã deo qui eã ad esse uocauit, seruæ
subiectaq; est. Sursum uerò, diuina, ineffabilis &
dominatrix natura uocatur: quia uniuersa, quæ
ab ea creata sunt, potestatis suæ iugo subijciun-
tur. Hæc non frustra superioribus adiecit Bapti-
sta. Nam ne forte fingi hæc discipuli eius idcirco
putarent, quod pudore motus nollet ab homine
superatus uideri: ne mirum uideretur hominem
à deo uinci, ipsius quoq; saluatoris hoc ipsum uer
bis comprobandum putauit, ut nõ falso hæc, sed
uere ab ipso narrata crederent.

CAP. LXVII.

ET quod uidit & audiuit, hoc testatur.)
Duo sensus hominibus sunt, uisus uidelicet
atq;

atq; auditus, quibus maxime nati sumus ultrò ac cito de ueritate rerum certiores fieri. Nam cum ipsi audiuimus & uidimus, nihil ambigentes ꝙd uidimus & audiuimus loquimur. Vt igitur ad fidem Christi citius eos cõpelleret: quod (inquit) optime nouit, quia uidit & audiuit, illud testatur. Vidisse autem audisseq; filium dei, à similitudine hominum, ut Deum decet, intelligemus.

CAP. LXVIII.

ET testimonium eius nemo accepit.) Non quia nemo accipit testimonium, quod scilicet deus natura sit, & desursum, ac de cœlo, id est ex patre profectus super omnia sit, idcirco ista dicuntur: multi enim testimonium eius acceperũt, & ante omnes Petrus, qui dixit: Tu es Christus filius dei uiui: sed quia multo melius atq; citius cęteris dignitatem ipse Christi comprehendit, concutiens quasi caput, & pedes manibus cędens, incredulitatem hominum magnam admiratur.

*Matth.16.*

*Quod deus & ex deo naturaliter filius est.*

CAP. LXIX.

QVi autem accipit eius testimonium, signauit quia deus uerax est.) Non aliter incredulorum impietatem præ oculis ponere potuisset, nisi credentium uirtutem ostenderet. Facile nanq; bonorum oppositione, malorum fœditas cernitur, cognitioneq; melioris turpia statim arguũtur. Qui ergo (inquit) uerba eius accipit, qui desursum uenit, hic sapientia sua quasi cõclusum quoddam & certum signauit, non posse diuinam mentiri naturam. Hinc oppositum emergit: Qui enim fidem Christi recusant, hi falso testãtur, quia deus uerax non est. Animaduertendum autem, quomodo his iterum uerbis à consubstantialitate creaturarum filium remoueat, & deum esse uerum ostendat. Nam si qui doctrinam eius & testimonium suum de ipso accipit, hic signauit probe atq; discreuit, quia deus uerax est: quomodo non erit Christus natura deus, quum uerax esse confirmatur? Vel si hoc negant, respondeant quæso, quomodo deitatis natura ut uerax honoratur, si saluatoris testimonium non accipitur? Si enim secundum naturã deus non est, qui ei ut ueraci credit, non pius erga Deum, sed erga pulcherrimam quandam inuenitur creaturam: sed quoniam ueritatis huius sententia si Christus quasi uerax creditur, non creaturam, sed Deum demonstrat, patet quia non nudo uocabulo, sed reipsa deus quũ sit consentientiũ atq; credentium laudibus decoratur. Sed ridebit fortasse magnus ueritatis quispiam inimicus, deumq; natura filium nolens cõfiteri, magna uoce clamabit: Quid huiusmodi cauillationibus, peruersisq; rationibus simplicem, atq; rectum scripturæ sensum obtenebras? Nam quoniam de cœlo filius Dei descendit, quoniam aperte de se prædicat, dicens: Non loquor à me, sed qui me misit pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicã, & quid loquar. & rursus: Omnia quæ audiui à patre, nuncio uobis. Quem enim misit Deus, dei uerba loquit. idcirco modò dicit: Qui accipit testimonium eius, signauit quia Deus uerax est. Verax enim sanè deus pater est, tu autem id quod patri debetur, in filiũ reducere conaris. Nos uero ad hæc: An igitur cum prophetis uos unigenitum collocabitis, prophetæq; illum officio functum, dicentes, nihil aliud ei attribuetis? Cui enim nõ apertissime patet, dei ad nos uoces, prophetarum ministerio fuisse allatas? Et quid præcipuum dabitis filio, si ipsum solummodo fecit? Quomodo autem super omnia est, si prophetis connumeratus, in serui mensuram cognoscitur? quomodo præterea tanquam gloria illis præstãtior, ipse de se dicit? Si illos dicit deos, ad quos sermo dei factus est: & non potest solui scriptura: quem pater sanctificauit & misit in mũdum, uos dicitis quia blasphemo, quia dixi filius Dei sum. Seipsum enim filium dei aperte in his appellans, à grege prophetarũ se remouet: & deos illos quidem nominatos fuisse, quoniam Dei uerbum ad eos peruenit, se autem filiũ dei affirmat, nec iniuria. Prophetis enim particularis quædam per spiritum gratia collata est, sed in Christo saluatore tota deitatis plenitudo habitare corporaliter, apud Paulũ scribitur. Quapropter à plenitudine ipsius nos omnes accepisse Ioannes asseruit. Quomodo ergo æqualis est accipiẽtibus qui largitur? Aut quomodo cum ministris locabitur deitatis plenitudo? Considerent igitur (oro) in quantam impietatem eorum incidit oratio. Quomodo autem illud intelligendum est: ego à meipso non loquor, sed qui me misit pater mandatum mihi dedit quid dicã, aut quid loquar: loco suo latius dicemus: nunc satis est, si pietatis dogmata his suis rationibus corroborari fateamur. Mandata igitur accipere à patre filium & nihil à seipso loqui contendunt: sed quæ audiuit, ea dicere. Hæc nos cõcedentes, nihil quantum ad rationem substantię pertinet, ueritati catholicę obesse affirmamus. Quando igitur dicentem ipsum audiunt, ego & pater unum sumus: &, qui me uidet, uidet & patrem: &, ego in patre, & pater in me: accipiãt hoc testimonium eius & signent, quia deus pater uerax est, quodq; ueracissime scit, id filio loqui persuadet. Non discrepant ergo uerbis domini, qui patris mentem hominibus explicat.

*Calumnia per fidorum & ob lateratio uana illi solutio. Act. 8. Num.11.*

*Ioan.12. Ioan.15. Ioan. Ioan.*

CAP. LXX.

QVi enim à Deo missus est, uerba dei loquitur.) Scit ergo pater natura in se filium suũ esse. Hoc enim arbitror, & non aliud illud significat, Ego & pater unum sumus. Scit filium esse nõ creaturam: filium autem dico, non nudo filiationis uocabulo decoratum, sed ex substantia genitoris prodeuntem. Scit incõmutabilem esse imaginem suæ naturæ, in qua perfecte ipse uidetur, quum in ipso patre, qui ex eo secundum naturam ineffabiliter effulsit (ut ita dicam) depingitur. Habet enim in seipso filium pater, & ipse rursus propter identitatem substantiæ in filio est. Hæc si cõfiteri uolueritis, & uos à pestifera hæresis ægritudine incolumes euadetis, & nos ab hac multitudine uerborum liberabimur.

Quem



CAP. LXXI.

QVem enim misit Deus, uerba Dei loquitur.) Hoc si, ut iacet, rursus tantummodo intelligitis, quid magni erit in filio? Vtrum prophetarũ quisq; à deo missus nõ est, an uerba dei nõ loquebatur? At qui ad Mosen dicitur: Et nũc mitto te in Aegyptum, & dices ad Pharaõnem, Hæc dicit dominus. Et ad Hieremiam: Non dic, quia iunior ego sum: quia ibis ad quoscũq; ego te mittam, & quæ tibi mandabo, loquêris. Quid igit magis in filio est à deo misso, & uerba dei loquenti? Non enim maius prophetico ministerio aliquid fecisse uidebit. Quare missio in istis, aut secundum incarnationis rationem, quia in hunc mundum cum carne uenit, aut altius atq; sublimius, & ut deum decet, intelligetur. Ex natura enim patris ut splendor lucis secundum ineffabilem diuinę generatiõis modum effulsit: quod ipse ostendit, dicẽs: Ego ex deo processi, et ueni. Procedit enim ex patre in propriam substãtiam filius, quamuis in ipso secundũ naturã sit. Quod igitur ibi procedere, idipsum hic rursus mitti significat. Verbum igitur, quod ex patre effulsit, quia deus ex deo est, deo congruentibus uerbis utetur. Congruunt porrò illa deo uerba, quę uera sunt, & nulla mendacij turpitudine maculantur. Qui ergo saluatoris testimonium accipit, is quasi quodã sigillo firmiter signauit, quia deus uerax est. Filius enim uere secundum naturam deus est.

*Exod.3. Hier.1.*

*Esa.48.*

*Ioan.8.*

CAP. LXXII.

NOn enim ad mensuram dat deus spiritũ.) Attentissimas modo aures prębeas, ut rursus mirabilem Baptistę doctrinam nobiscum admireris. Nam quum à deo missum esse filium dixerit, deiq; uerba loqui Christum asseruerit: quoniam uerba hæc propheticæ quoq; dignitati accommodari possent: per ea quæ modò dicit, longe à prophetis filiũ separat. Et uno hoc signo, immensam esse differentiã inter homines & filium ostẽdit. Impossibile nanq; inquit est, ut qui mensura spiritum acceperunt, aliis etiam illum largiantur: nunquã enim sanctus uir alteri sancto spiritus fuit largitor, sed omnibus ex amplitudine sua filius largitur. Non ergo ad mensurã dat, nec ut illi, mensura & participatione spiritum habet. Quoniam igitur largitor spiritus est, nemo ambiget quin substãtialiter in seipso spiritũ possideat. Qui ergo tãta præstãtia prophetas excedit, nõ ut illi uerba dei loquet, sed ut deus ex deo decentia deum prædicabit. Sed apostolorũ quoq; manibus datum spiritum nõ ignoramus, quis piam obijciet. Orabãt illi spiritum ô amice, qui quum exoratus ueniret, manibus eorũ pręberi dictus est. Nõ enim ipse beatus Moses à spiritu qui erat in eo, accipere uidebatur, ac alijs prębere: sed soli diuinæ hoc seruatum est potestati: solus enim deus hæc sublimia deoq; digna efficere potest.

*Quod patris bona, non participatione, sed natura & substantialiter in filio sunt.*

CAP. LXXIII.

PAter dilígit filium, & omnia dedit in manũ eius.) Dixit iam idcirco, quia ex deo deus filius est, non alijs ipsum uerbis uti posse, quàm ueris & quibus pater utatur. Qui enim à deo missus est, uerba dei loquitur. Hoc ipsum modò latius aperiens ait: Pater dilígit filium. Non offendimus, inquit, deum patrem, si ęqualem filio suo referemus honorem, decenti deum gloria filium coronantes, qui substantialiter bonorum patris heres esse cognoscitur. Nam quoniam pater dilígit filium, æquali eius gloria gaudet, & cõtrario semper offenditur. Nec istã solùmodo dignitatẽ proprio hæredi dedit, sed omnia dedit in manũ eius: omnia dico simpliciter, quę substantialiter insunt patri, filio quoq; insunt. manũ autẽ hic uirtutẽ nominat, ut alibi dicitur: Manus mea cœlos firmauit. Omnia uerò patris propria substãtialiter bona, nõ participatiõe data filio sunt. Sic etiã dei tas filij aduẽticia nõ naturalis inueniretur: sed ita ut caliditati quæ ab igne procedit, proprietas ignis dari naturaliter dicitur: qui dãdi modus quẽ admodum nullum danti potest afferre detrimentum (quum ea quę dari uidentur, nullam diuisionem patiantur) sic capienti nullo dedecori sunt. Hæc enim omnia nihil aliud, nisi ex quo significant: naturalis enim (ut ita dixerim) qualitas producẽtium, producta esse uidentur, substantiam producentis (quæ nam sit) ostendentia, & naturalem sui fontis actionẽ decorantia. Sed hæc de eis dicimus, quæ loco exempli sumũtur, deus autẽ super hęc omnia est. Quo circa humana mens atq; oratio, si corporeis ad explicandũ exemplis utitur, accusanda nõ est: gloria enim domini obscurat orationem, ut scribitur. Nam quũ per specula, & per ænigmata, & ex parte intelligamus, necesse est ut multo minus lingua exprimere possimus. Aut ergo, ut diximus, intelliges, aut ad Christum ut hominem ista referes, ut magna uoce dicere uideatur: Non dedigneturquispiam, quum rerum omnium dominum atq; creatorem hominem esse uideat, nec recusetur ut deo ei credere, quia ipsum cũ carne uideat: sed accipiat libenti animo testimoniũ eius, & signet quia deus uerax est: hoc enim modo poterit patrẽ non offendere, qui suum filium dilígit: cuius dilectionis signum est, quia omniũ ei rerum tradidit potestatem. Omnia, enim ipse ait, tradita mihi sunt à patre meo. & rursus: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Nec qa data sibi potestas est, idcirco dãte patre minor uidebitur. Accepit em ut homo, quando humiliauit seipsum, aliter quo modò ab æqualitate dei patris descendisse huiusmodi liatus diceretur? An non uides in istis patrẽ quidem ut deum dare, filium autẽ, ut hominem accipere illa, quę ut deus habebat: Nõ ergo ita dat pater, ut initiũ potestatis filio præbeat, sed ita ut cum carne filius ad potestatem, quam absq; carne semper naturaliter habet, recurrat. Non enim quãdo factus est homo, hæc sibi potestas primũ est. Ad quam enim diceretur humilitatẽ descendisse, si factus homo potestatẽ in omnibus accepit? Aut quomodo seruí formã accepisse credetur,

*Prouerb.25.*

*Matth.11. Matth.28.*

*1.Cor.13.*

*Phil.2.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



retur, qui quum acceperit, tunc demũ factus dominus est? Abijciamus hæc impia ex animo nostro: factꝰ enim homo, ut homo incipit dominari, qui nunquam conuenientem deo dignitatem amisit, sed cũ carne ad id quod semper est, factus homo ascendit. Quod autem hęc ita se habeant,
Ioan.17. ipse ostendit, dicẽs: Pater glorifica me illa gloria, quam habebam apud te antequã mundus esset. Perpendis, quia non initium gloriæ petit, sed renouationem, ut ita dicam: non quod amittere timeat, sed qa ut homo regnare incipit. Quod autem propter carnem domini dicantur, quamuis multis probari possit, optime tamen ex illa horri
Dan.7. bili Danielis uisione monstratur, in qua uidisse ait, antiquũ dierum in sede, & mille millia ac centies cẽtena millia ministrari illi atq; assistere. quibus adiecit: Et ecce cũ nubibus cœli, quasi filius hominis ueniebat, & usq; ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerũt eum, & dedit ei potestatem, & honorem & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ ei seruiẽt. Vides quomodo filius regnũ à patre, ut filius hominis
Philip.2. accipit: humiliauit enim seipsum, ut scribitur, habitu propter nos inuentus ut homo: ut quum primus ad regnum redierit, initium & uia æternę uitæ, regalisq; gloriæ nobis proponatur: & ueluti quamuis ipse naturaliter uita sit, descendit tamẽ propter nos, ut homo ad mortem, ut hoc modo uere in omnibus nature nostræ (ut dicam) permixtus, & ab interitu nos liberaret, & æternæ uitæ nos participes faceret. Sic quãuis deus sit, dedecora tamẽ nostra sumpsit, ut ad regium naturam
8.Cor.1. hominis reduceret honorẽ. Primus enim (ut Paulus dicit) factꝰ omnibus & uia & ianua, & origo bonorum nostrorum, à morte ad uitam, à corruptione ad immortalitatẽ, ab imbecillitate ad uirtutem, à seruitute in adoptionem filiorum dei, à dedecore & infamia in honorem & gloriam nos restituit. Quãre quãdo ut homo accipere illa uidetur quæ habuit, & semper habet ut deus, non conturbemur: sed dispensationis memores, absque detrimento integram mentem nostram conseruemus.

CAP. LXXIIII.

QVi credit in filium, habet uitam æternam: qui autem incredulus est filio, nõ uidebit uitam.) Non absq; ratione credentibus in Christum, uitam reseruari testatur, sed ab ipsis rebus tantæ rei demonstrationem adducit. Vita enim
Act.17. secundũ naturã, unigenitus dei filius est: in ipso enim uiuimus & mouemur, & sumꝰ. Ingreditur enim ad nos per fidem, & per spiritum sanctum inhabitat, quod in epistolis hic ipse testatur Euãgelista. In hoc enim, ait, cognoscimus, quia in no
1.Ioan.4. bis est, quia ex spiritu eius dedit nobis. Viuificat igitur Christus credentes in se, quia quum secundum naturam uita sit, in fidelibus habitat. Quod autem per fidem hoc fit, Paulus oste
Ephes.3. dit dicens: Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur, ut det nobis bonitatis suę uirtutem, corroborari per spiritum eius, habitare Christum per fidẽ in cordibus uestris. Quoniam igitur ipse filius uita substantialiter est, & per fidem in credentibus habitat: quomodo nõ ueraciter dicitur, Qui credit in filium, habet uitam æternam: qui autẽ incredulus est filio, nõ uidebit uitam? Num igitur, dicet aliquis, eam opinionem nobis Baptista imprime re uoluit, quia resurrectionis mysteriũ imminuitur? Vitam enim habituros æternam fideles comprobat, incredulos autem non uisuros uitam ait: ita non omnes, sed fideles reuiuent, ut Baptistæ oratio significare uidetur. Sed quo illud abibit, Sole simpliciter de omnibus dictũ, resurgent mortui? Quid autẽ & Paulus sibi uoluit, dicẽs: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut 2.Co recipiat unusquisq; propria corporis, prout gessit siue bonũ, siue malum? Non possum non laudare ambigentes, si credentes discendi gratia dubitant. Proposita nanq; orationis hic sensus est: Credenti, ait, uita æterna proposita est. De incredulo uerò aliud quiddam uerba subostendunt. Non enim dixit non habituros uitã incredulos, quippe qui cõmuni resurrectiõis lege suscitabũtur: sed uitã, inquit, non uidebũt. id est, nec quantum ad uisum quidem pertinet nudum, ad uitã sanctorum peruenire poterunt, non attingent illam beatitudinẽ, non gustabunt illa gaudia, non uidebunt ueram illam uitã. Supplicijs enim cruciabuntur, q̃d omni morte tristius est, in solo sensu dolorum animam in corpore retenturi. Hanc uitę distinctionem Paulus quoq; prędicat: audi, q̃so, qualia scribit ad mortuos peccato propter Col
Christũ: Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cũ Christo in deo. quãdo enim Christus apparuerit uita uestra, tũc & uos apparebitis cũ ipso in gloria. Aspicis quõ uitã sanctorum eam appellat manifestationẽ in gloria cum Christo? Quid porro, quãdo Psalmista canit: Quis est ho Psa
mo, qui uult uitã, diligẽs dies uidere bonos? Prohibe linguã tuã à malo. Nonne dicemus sanctorum uitã istis uerbis significari? conspicuũ, ut arbitror, est. Nõ enim à malis abstinere hortatur, ut carne reuiuiscant (resurgẽt enim etiam qui male operãtur) sed ad illam inuitat uitã, in qua uidere quis potest dies bonos, in beatitudine atq; gloria æternaliter uiuens.

CAP. LXXV.

SEd ira dei manebit super ipsum.) Apertissime modò hac adiectiõe, quod dixim⁹ explicauit: inspiciat hęc diligẽtius, oro, qui discere gliscit. Qui filio incredulus est, ait, nõ uidebit uitã, sed ira dei manebit super ipsum. Si enim non resurrecturos incredulos uerum esset, non intulisset statim: Sed ira dei manebit super ipsum. Verum quoniam iram dei nominauit, manifeste uidetur à iocunda sanctorum uita acerbum impiorum cruciatum distinguere: & uitam quidẽ, gloriam cũ Christo, quæ uere uita est, supplicia uerò impiorũ, iram dei appellare: solet enim scriptura iram pro supplicio plerũq; accipere. Testes sunt Paulus



Paulus & Ioãnes, quorum alter ad conuersos ex
Ephes.2. gentibus dixit: Eratis iræ filij natura, ut reliqui.
Luce 3. Alter ad pharisæos & scribas: Genimina uiperarum, quis ostendit uobis fugere à uentura ira?

CAP. LXXVI.

VT ergo cognouit Iesus, quia audierũt pharisæi, quia Iesus plures discipulos facit & baptizat, quam Ioannes: quanquam, Iesus non baptizaret, sed discipuli eius, reliquit Iudæam, & abijt iterum in Galilæam.) Caput Iohannis iiij.
Vnde hic sermo ad hoc processit, aut à quonã rerum initio narratione orta cognouisse dominus dicitur, quod pharisęi audiuerint, operępretium est exponere. Quũ enim dicitur, Vt ergo cognouit Iesus, præterita quędam res manifeste monstratur. Vniuersa quidẽ absq; nuncio, sicut deus, uel antequam fiãt cognoscit. Expectat autem uniuscuiusq; rei opportunitatẽ, rerumq; ordinem potius quàm cognitionẽ suam in plerisq; mirabiliter dispẽsans sequitur. Quæstione igitur inter Ioãnis discipulos & Iudęos de purificatione facta, ut dictum est, magna uterq; suã contentione opinionem defendebat. Nam alij Ioannis glorię studentes, legali aspersione, omniq; purificatione Iudęorum sublimiorem esse baptismum eius affirmabant. Cuius rei signum uerisimiliter, ut puto, afferebant: quia multi prisca cõsuetudine spreta, ad Ioannẽ proficiscebantur. Alijquum non possent flumẽ orationis illorum deprimere (ingens eñ ueritatis uis est) inuiti ad Christi baptismum propter confusionẽ aduersariorũ confugiebant. Et eadem ratione, quia multo plures ad Christum, quàm ad Ioannem aperte confluerent, meliorem esse baptismum Christi cõtendebant: unde, ut arbitror, magno ardore discipuli Ioannis incẽsi, ad magistrum accesserunt, dicentes: Rabbi, qui erat tecum trãs Iordanem, cui tu testimoniũ perhibuisti, ecce ipse baptizat, & omnes ueniunt ad ipsum. Rationem enim Iudæorum, figura dicẽdi mutata, modo interrogatiõis proferunt. Hinc ergo cognouisse dominus dicitur, quia audissent pharisæi plures se quàm Ioannem discipulos facere: atq; ideo æstuantem eorũ uitans inuidiam, & tempore opportuno passionem reseruans, à regione Iudæorum in Galilæam rursus abijt.

CAP. LXXVII.

OPortebat autem eum transire per mediam Samariam. Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sychar, iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo.) O prudentiam admirabilem, ô aciem mentis. Inauditã narrationem incipiens, quæ paulò post quispiã quærere posset, statim incipiẽdo dissoluit. Dubitare certe possemus, quamnam ob rem dominus noster Iesus Christus Samaritanos ante tempus illuminauit: & qui ad Tyriam illam mulierem, quũ filiæ supplex salutem petetet: non est bonũ, dixit, ut filio
Matth.15. rum panem canib. immittamus: qui antequam Israel eum pelleret, non esse prius præseruatã Iudęis gratiam, gentibus dandam significans: non esse dicebat se missum, nisi ad oues perditas domus Israel. Quomodo nũc Samaritanos, antecq; omnino Israel salutẽ suã abiecisset, docebat? Ad hæc igitur omnia reprimẽda, per Samariam ipsi transeundũ fuisse premisit. Nõ enim, inquit, huius gratia ut alienigenas doceret, ac uniuersam penitus Hebræorũ benedictionẽ transferret, in Samariam abijt: sed quoniã illã transeundũ erat, sapientię opus etiã ibi necessariò fecit. Nã quem admodũ naturalem urendi uim ignis nunquam amittet: sic omnino impossibile est opus sapiẽtię à sapientia non proficisci. Vt igitur quãuis filiorum panẽ canibus nõ esse dandã dicebat, lachrymanti tamen, constanterq; inhęrenti mulierculę gratiam misericorditer præbuit: sic Samaritanos quoq; susciebat, nõ ab alio cõmodam nũc dari occasionẽ discens: sed ipse unà cũ patre ac spiritu, ueluti deus ac dominus determinãtes: ineffabilem ergo suæ potestatis uirtutẽ ostendens, uniuersam transiens regionẽ illuminabat, quamuis etiam cædem eius iam meditãtes Iudęos premonere uideatur. Hac enim in alienigenas transitio ne minari quasi pellẽtibus uidetur, in alios se ab eis, nisi resipiscant, gratiam trãslaturum: ita hoc per Samariam iter futurorũ quędam erat figura.

CAP LXXVIII.

ERat autẽ ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat.) Quũ à terminis Iudæorum exijsset, alienigenarũ regionem ingressus super fontẽ Iacob sedebat: ut ænigmatice significaret, quamuis Iudęorũ genere relicto, in gentes abitura sit ueritas, non tamen honor & dignitas patrum decidet, sed crescet potius, quasi iugibus aquis Christi irrigata. Sedit autem fatigatus ex itinere: ita pellentiũ impietas maior uidetur, qui cum honoribus eũ afficere deberẽt, sudore laboreq; persequẽtes fatigant. Quæ res per Psal
mistam prædicta erat: Retribuebãt, inquit, mihi Psal.37.
mala pro bonis. Verum Iudæorũ quidem in his superbia facile intelligitur. Quid autem rursus In Arianos increpatio. Ezech.16.
nobis Ariani? aduersus quos meritò dicere possumꝰ: Sodoma iustificata est à uobis, q Iudæorũ insaniam excesserunt. Ab illis enim Christus crucifixꝰ est: ab istis ineffabilis natura uerbi blasphematur. Quid inquã dicent? fatigatus ex itinere sedit. Vtrum ergo propter hæc uerba, uirtutum omnium dominum imbecillem atq; infirmũ putabitis? Laboremq; itinerisunigenito patris filio accõmodabitis, ut passibilis iuxta uos inueniat quí pati minimè potest? an hæc quidem tãquam impia recusabitis, & naturæ humanæ quã assumpsit, atq; corpori recte facientes, hęc attribuetis? Nam quoniã in unã personam duę naturę conuenerũt, idcirco nec in duos filios unus Christus scinditur, & omnia posse ut deus dicitur. Quũq; impassibilis sit, hominis tamen sibi dolores attribuit, quos nõ ut deus, sed ut homo perpessus est. Caueamus igitur, ne quando artificio quodã, ac acie mentis ad consequendã pietatem nobis maxime opus sit, tũc quasi rudes atq; agrestes rationem incarnationis assumptionẽq; hominis lon-

ge abijciamus, & maiora quàm ferre possumus onera humeris nostris imponamus. Si enim homo factus non esset, si serui formam non accepisset, cõturbari iure posse tis, quãdo seruile aliquid de ipso dicitur: sin uerò firmiter credimus, quia uerbum caro factum est, & habitauit in nobis: quum ea dixisse, aut perpessus fuisse dicitur, quę naturæ nostræ conueniunt, humanitati hęc eius Ioan.1. attribuas. Non enim poteramus aliter uerbũ dei hominem factum esse cognoscere, nisi & loquutus, & perpessus aliqua ut homo fuisset.

CAP. LXXIX.

HOra autem erat quasi sexta.) Causam attulit, qua iuxta fontẽ meritò Iesus sedere uoluit. Quum enim ad laborem intensior etiam æstus diei accesserit, non uoluptate fontis captus, sed calore laboreq; ut homo fatigato quiescit: horam uerò nõ certe sextam, sed quasi sextam fuisse scribit: ut etiam nos discamus, uel in minimis non paruam ueritatis curam habere.

CAP. LXXX.

VEnit mulier de Samaria haurire aquam, dicit ei Iesus: Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem, ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier Samaritana.) Non ignorauit, ut deus, mulieris aduẽtũ dominus, sed quia uenturam ad aquas sciebat, doctrinæ illi tetendit retia, ab ipsa requã mulier faciebat, facto colloquu
Leuit.5. tionis initio. Quoniã igitur ab omni re immunda cauẽdum esse Iudæis lex iubebat, nec cum alienigenis aut incircuncisis conuersari (unde ad maius illi proficiscentes, ac uana potius superstitione, quàm exquisita uoluntate legis commoti nec tangere quidẽ alienigenæ corpus, aut simul comedere bibereq; patiebantur: immundosque se putabant, si quippiã in re cũ Samaritanis conuenirent) ut ergo hac nouitate rei commota mulier, quis esset, & unde, & quur cum Iudæo habitu uideret, à Samaritana potum quæreret, & sic sermo posset ulterius progredi: aquam sitiẽs postulans, dicit: Da mihi bibere. Illa uerò respõdit:

CAP. LXXXI.

QVomodo tu quũ Iudæus sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? non enim coutuntur Iudæi Samaritanis.) Initium disciplinæ quæstio est: & dubitatio prudens, radix D cognoscendi, quæ ignorantur solet fieri. Hanc colloquutionis originẽ, quũ mores Iudęorũ contemnere uideretur, nactus prudẽter saluator est.

CAP. LXXXII.

SI scires donũ dei, & quis est qui dicit tibi: da mihi bibere, tu petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuam.) Diuinam ignorans mulier unigeniti naturam, & dei uerbum factum esse hominem nescíens, Iudæum nominabat. Christus uerò ad hoc quidẽ nihil, sed ad altiora mulieris erigens mẽtem, nescire ipsam ait quis est, qui ab eo potum petit, & quantam habeant gratiam quæ deus largitur. Nam si scires, inquit, tu prius aquã uiuã à me posceres. His uerbis eam impellit, ut harum rerum disciplinam quæreret diligenter.

A Animaduertendum autem uigilantius est quomodo absq; arrogantia ulla, deũ se esse ostendit. Nam primum tardæ ad intelligendũ mulieri admirari oportere dei gratiã suggerit, deinde eius se gratiæ largitorem profitetur. Si enim scires dona, inquit, dei, & quis est qui abs te potũ poscit, tu ab eo profecto peteres. Nemo autẽ potest dona dei largiri, nisi deus natura sit. Aquam porrò uiuam, uiuificantem spiritus gratiã appellat, per quam humana natura ab ariditate, infœcunditateq;, qua diaboli artibus infecta fuerat, depulsa, ad pristinam pulchritudinem ac uiriditatem irrigata recurrit, magno uirtutum numero florens, & charitate erga deũ suauissimos fructus produ
Esa.1. cens: quod per Esaiam ita futurũ deus prædixit,
B Glorificabũt me bestię agri, dracones & struthiones, quia dedi in deserto aquas & flumina in terra inuosa: ut darem potum populo meo, quem
Esa.43. mihi formaui, ut laudes meas enarret. Iusti quoq; animam, quasi in fructuosissimam arborẽ secus aquarum fluenta positam, quidam alius fore narrauit. Multa prætereo scripturæ testimonia, quibus uocabulo aquę spiritus sanctus intelligitur. Altissimũ enim mihi, magnumq; pelagus adhuc nauigandum relinquitur.

CAP. LXXXIII.

DIcit ei mulier: Domine, neque in q̃ haurias habes, & puteus altus est: unde igitur habes aquam uiuam?) Nihil præter communia dictu mulier intelligit, atq; ideo putabat repẽte ipsum
C sine aliquo instrumento (artibus ut nonnulli faciunt magicis) ab ipsis fontibus putei aquã haurturum: uiuam enim communi pacto, quæ modò à fontibus hausta sit, aquã appellari putauit.

CAP. LXXXIIII.

NVunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteũ hunc, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius?) Citò seipsam non pie de Christo suspicatam, quia decantator quidam esset, mulier intellexit. Non enim poterat (nec iniuria) per gratiam eius, cuius uerba attente audiebat. Quasi ergo non magus, sed propheta esset, qui aquam sine instrumento uiuam, uel ab eo, uel ab alio fonte repẽte posset afferre: ad honestiora mutat sermonẽ, & quasi sanctum
D sancto cõparans, dicit: Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis hunc puteum? Ita iam non de difficultate hauriendi, sed de qualitate aquæ loquitur. Samaritani autẽ, quamuis à Babylone in coloniam missi fuissent, tamẽ aut 4.Reg.
quia uicini Iudęi erant, aut quia nõnulla religionis Hebraicæ probauerant, maiores Iudæorum patres suos appellare non erubescebãt: licet multi eorum à Iacob originem traherẽt. Hieroboam enim Nabath filius, tempore quo Salomonis fi- 3.Reg.
lius Roboam regnabat, decem tribus & mediã tribus, Effrem partem secũ contraxit, & à Iudæa profectus, Samariam habitauit.

CAP. LXXXV.

RESpondit Iesus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autẽ biberit ex aquæ



ex aqua, quam ego dabo ei, nõ sitiet in ęternum: A sed aqua quam dabo ego, fiet ei fons aquę saliens in uitam æternã.) Nunquid tu maior es patre nostro Iacob? quasi confutatu impossibilem orationem mulier protulit. Saluator autem, uerbis quidẽ sibi (ne arrogans uideretur) id aperte non attribuit, rebus autẽ hoc ipsum persuadet. Infinitũ ergo differre has sensibiles aquas atq; terrenas ab intelligibilib. ostendit: omnis qui bibit ex hac aqua, sitiet iterum: qui uerò, inquit, biberit ex aqua quam ego præbeo, non modò nunq; sitiet, sed illum in seipso fontem continebit, qui posit ad uitam eum æternã deducere. Qui ergo maiora largit, illo maior est qui uix minora præbere potest. Aquam autem, rursus gratiam spiritus appellauit: quã qui adeptus est, diuinę scien- B
tiæ scaturientem fontem sic adeptus est, ut præceptis hominum non indigeat: sed facile possit ad potum uerbi cœlestis etiam cęteros hortari, quales olim erant prophetę atque apostoli, & modò qui ministerij illorũ sunt successores, de quibus
Esa.12. scribitur: Hauriatis aquam cum gaudio de fontibus saluatoris.

CAP. LXXXVI.

DIcit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, ut nõ sitiam, neq; ueniam huc haurire.) Terrena rursus mulier cogitat, nec sublime quiddam intellígit: sed totam saluatoris liberalitatẽ id efficere posse credit, ut sitiẽs à magnis hauriendi aquæ laboribus liberetur.

CAP. LXXXVII.

DIxit ei Iesus: Vade & uoca uirum tuum, & ueni huc.) Probe atq; ueraciter dici potest, fœmineam esse fœminarum omnium mentem. Mollis enim ac tardus earũ est intellectus: docilior autem natura uirorũ atq; callidior: & hac de causa, ut arbitror, uirum uocare suum mulier iubetur: ita & quasi rudis mulier increpatur, & ad ea quę sequuntur, mirabiliter oratio præparatur.

CAP. LXXXVIII.

RESpondit mulier: Non habeo uirum. Dicit ei Iesus: bene dixisti, quia nõ habeo uirum: quinq; enim uiros habuisti, & nũc quem habes, non est uir tuus: hoc uerè dixisti.) Quũ iam perspicuum est, nõ ignorasse saluatorem nulli tunc legitime ipsam cohabitare: uirũ tamen illius quę
D fisse, ut occasio ad manifestãda occulta mulieris daretur, ut saltem hac re super hominem aliquid de ipso sentire posset. Probat autem responsum eius, quod dixerit uirum se non habere, quę tam multis adhæsit. Non enim qui ex uoluptate conuenerunt, sed qui secundum legem ex charitate consenserũt, sanctis cohabitare nuptijs dicũtur.

CAP. LXXXIX.

DIcit ei mulier: Domine, uideo quia prophęta es tu.) Vix non perfecte, sed aliquantulum mulier resipuit: prophetam enim dominum prophetarum esse opinatur: melior tamẽ sensim facta est, nullo modo reprehensionẽ molestę ferens, & à signo magnam utilitatem colligens. A tarditate nãq;, & fœmineo ingenio paulatim ad uirile conscendit, animi oculos ad altiora iã erigens. Qua in re domini patiẽtia, & peragens uirtus uehementer miranda est, qui uel agrestes homínum mentes facillime, momentoq; penè temporis ad sublimiora conscendere facit.

CAP. XC.

PAtres nostri in monte hoc adorauerunt: & uos dicitis, quia in Hierosolymis est locus, ubi adorare oportet.) Quamuis prophetã Christum putauerit, quia tamen Iudæũ ex habitu esse uidebat, Samaritanorum adorandi more gloriatur, & Iudæorum arrogantiã despicit. Iudęi enim non rectam de natura dei sententiã habentes, in Sion tantũmodo, quę Hierosolymis erat, adorãdum esse deum cõtendebant, quasi manu facto deus templo concluderetur. Vnde uoce prophe
Esa.66. tarum hoc modo ad ipsos loquitur: Cœlũ mihi sedes est, terra uerò scabellũ pedum meorum. Et quam mihi domũ ędificastis, dicit dominus, aut quis est locus quietis meę? Samaritani etiam rursus tam regione, quàm imperitia Iudęis uicini, in monte Garizin nominato, solum adorare deum oportere opinãtur. Quæ ridiculosa religio inde
Deut.27. orta est, quia in mõte Garizin (ut in Deuteronomio legitur) data benedictio est. Hanc igitur Samaritanorũ, Iudæorumq; in adorando differentiam, tanquam inexplicabilẽ Christo proposuit, dicens: Patres nostri in monte hoc adorauerunt.

CAP. XCI.

C DIcit ei Iesus: Mulier crede mihi, quia uenit hora, quando neq; in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis patrem.) Arrogãtiam & imperitiam utrorumq; condemnat, adorandi modum ad sublimius atq; uerius trãsferendum ostendens. Nõ emẽ quęreretur locus ubi deus habitet, inquit: sed tanquã omnia replens atq; conseruans, ubiq; adorabitur, ut quidã prophetarũ
Malach.1. prædixit. Horam aũt, atq; tempus istius translationis, tempus conuersationis suę cũ hominibus nemo fuisse ambigit. Animaduertendũ autem arbitror, quomodo mirabiliter, ut de filio dei aliquid cogitet, oratiõe saluatoris mulier inuitatur. Patrem enim Deũ appellauit: pater porrò nisi filius ei sit, intelligi nequaquam potest.

*Quod non est de numero adorantiũ filius ea ratione, quâ Deus est, sed unà cum patre ac spiritu adoratur.*

CAP. XCII.

VOs adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudęis est.) Rursus quia ita dispensandum erat, quasi Iudæus loquitur, & Iudæorũ religione plus aliquid cognitionis attribuit. Samaritani enim non legis, uel prophetarum doctrina ut Iudęi, sed rudiore quadam ratione deum adorabant: idcirco nescire illos, Iudęos autem quodammodo scire affirmat, à quibus omnium & Samaritanorũ ipsorum salus est: ex semine nanq; Dauid, qui de tribu Iu-
Rom.1. da fuit, Christus secundũ carnem natus est. Adorantibus autem seipsum cõnumerat, qui cum patre ac spiritu sancto, tã ab angelis quàm à nobis adoratur. Quum enim serui formã assumpserit,

Universidad de Deusto Biblioteca

ſertro conueniens miniſterium ſuſcepit: nec ami A
ſit, ne ut deus ac dominus adorabilis ſit, idē ipſe
eſt etiā factus homo, ubiq; utriuſq; naturę ratio-
nem cōſeruans. Quam inauditam humilitatem
quum audiueris, mirari ac imitari debes, non ac-
cuſare. Tales enim etiā Paulus eſſe nos hortatur,
Phil.2. dicens: Hoc ſentite in uobis fratres, quod & in
Chriſto Ieſu: qui quum in forma dei eſſet, non ra
pinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem deo, ſed ſe-
metipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in
ſimilitudine hominū factus, & habitu inuentus
ut homo humiliauit ſeipſum. Vides quomodo
humiliatus exemplar ipſe nobis factus eſt, qui
quum ſit deo patri æqualis, ultrò ad humilitatē
ultimam propter nos deſcēdit. Quomodo enim
obedientię aut humilitatis habitus aliter cogno B
ſci poterat, quàm rebus & uerbis humilimis, mul
toq; minoribus quàm uerbo ac filio dei, ſi homo
non factus eſſet, conuenirent? Quomodo enim
deſcendiſſe eum dicemus, niſi quicquā ſibi dei-
tate indignū attribuemus? Quomodo in ſimili-
tudine hominum factus eſt (ut Paulus ait) ſi con
gruentia hominibus nō aſſumpſit? Cōuenit au-
tem maxime hominibus, tanquam debitam deo
adorationē offerre. Adorat igitur etiā Chriſtus,
poſtquàm factus eſt homo ut homo. Adoratur au
tem ſemper cum patre & ſpiritu, quoniam deus
Erroris cō- uerus ſecundum naturam eſt. Non ignoro, quia
futatio. hæc uerba contemnent Chriſti aduerſarij, ado-
rariq; patrem à filio dicent: non ut à nobis, aut
angelis, ſed alia quadam adoratiōe ſublimiore. C
Quibus nos dicere nō ambigemus. O quàm pre
cipuam unigenito ſerui dignitatem attribuitis.
Deſinite oro huiuſmodi honore filium offende
re, ſi patrē glorificare uultis. Qui enim non ho-
norat filium, is nec patrem quidem honorat, ut
Ioan.5. ſcribitur. Quis enim honor unigenito redditur,
ſi ſublimius cæteris patrē adorat? Nempe ſi ado
rantibus connumeratur, ſeruus erit, etiamſi ado
rator precipuus ſit: nec à creaturis, ut creatura dif-
ferret, ſed quadā alia præſtantia excellentior erit:
ueluti angeli hominibus præſtātiores eſſe cogno
ſcuntur, qui ſubſtātialiter aut ratione ſanctitatis,
aut quodā cumulo gloriæ, ut opifici deo uiſum
eſt, hominibus præſtant: in eo autem quod crea-
turæ ſunt, & ſecundum rationem, qua uerè ex ni D
hilo producti ſunt, cum cæteris creaturis conue
niunt. Quare ſi nullo modo adorare filius patrē,
ut deus dicitur, nō effugiet, ne creatus eſſe creda
tur. Quomodo igitur filius, ſi creatus? aut quo-
modo dominus, ſi adorator ac ſeruus? Nū mea
quidem ſententia, regalis atque dominica digni
tas, in eo quod quis adoratur, perſpicitur? Subie
cta uerò atque ſeruilis conditio, in eo quod quiſ
que adorat, definitur. Quapropter uniuerſam
Deut.6. creaturam Moſes hortatur, dicens: Dominum
Deum tuum adorabis, & ipſi ſoli ſeruies. Qui
ergo natura ſeruus eſt, & iugo deitatis ſubijcit:
huic colere, adorareq; deum neceſſe eſt. Quum
enim dicitur: Dominū adorabis, ad ſeruum hu-
iuſmodi mandatum refertur: quum uerò, deum,

ad creaturam. Vt enim ſimul cum natura domi-
no, natura ſeruus cointelligitur: ſic cum deitate
creante, quod ex nihilo productum eſt, cointelli
gitur. Filius autem, quum æternaliter in patre ſit,
quumq; dominus natura ſit, quia deus & creator,
quomodo adorandi ei conditio conueniet? ego
quidem non uideo. Illa autem nugantur dicen- Calu
tes: Quia nec ut ſeruus, nec ut creatura, ſed ut fi- nia
lius patrem adorabit. Erit ergo neceſſe, in ipſa fi-
liationis ratione hanc adorationē ineſſe, & opor
tebit filium adorare, quia in hoc natus eſt. Velu-
ti etiam nos rationales mortalesq; ſumus animā
tes, mentis & diſciplinę capaces: non quia ita uo
lumus, ſed quia in hoc nati ſumus. Si ergo inna-
tum filio naturaliter eſt, ut patrem adoret, & ſic
intelligunt atque prędicant: quomodo in ipſum
patrem impij eſſe non uidebuntur? Talis enim
etiā ipſe natura neceſſariò erit, qualis imago &
character & filius eius eſt. Incōmutabiliter enim
quę patri natura inſunt, ea etiam filio inſunt: Sin
uerò ſponte ſua filius patrē adorat, & id eſt quod
ſentiunt, coniecturis magis mouentur quàm ra-
tionibus ueris. Et quid prohibebit pietatis ſimu
latores dicere, quia etiā pater ſponte ſua filium
adoret? Sed par, inquiunt, atque æquum eſt, non
patrem filio, ſed filium patri adorationis munus
offerre. Iràne rurſus nobis, ô uos quaſi ab adytis, Hier
tripodeq; ac lauro Apollinis uaticinamini, ſecū-
dum Elamitem Samiam à corde, uon ab ore do-
mini uerba eructantes? ita bonum & æquum in
hac re dicere non erubeſcitis? An æquum & bo-
num non eſt, ut dei ueri filius, deus uerus ſit? &
is quem creatura omnis adorat, non adorantis,
ſed natura adorabilis filij pater & ſit, & uocetur.
Non inconcinna ſapientibus hæc futura puto.
Quomodo autem par eſſe dicemus, patrem à fi-
lio ſuo adorari? quum utrique detrimentum id
afferat. Primum enim in commutabilem naturę
imaginem, qui adorat, non retinebit. Quippe
qui ut minor adorat, & minor non quantitate,
aut accidenti aliquo (hæc enim omnia inde ab-
ſunt) ſed ratione qua uniuſcuiuſque ſubſtantia
definitur. Etiam quomodo uerè dicere poterit:
Qui me uidet, uidet & patrem meum? Quomo Ioā
do præterea non minus ſe, quàm patrem hono-
randum dicit, quum ratione adorationis eādem
gloriā non habeat? Deinde ipſe quoq; pater de-
trimentum, ut diximus, patietur. Magna enim
ei gloria eſt, talem natura filium genuiſſe, qua-
lis ipſe eſt. Sicut contrà non paruum dedecus, ſi
alterius naturæ filium ædidit: quod nec ipſa crea
turæ natura patitur. Omnia enim quę uim gene- Ecc
randi nutu creatoris poſsident, ſimilia ſibi ſecun
dum naturam pariunt. Educat, inquit, herbam
fœni terra, & lignum pomiferum habens ſemen
ſecundum genus & ſimilitudinem. Erit ergo,
quantum ad hanc rem, deitatis natura creaturis
inferior. Quodq; probe creaturæ largitus eſt, eo
ipſe ſolus carebit. Quis igitur pati poterit has nu
gas eorum, qui dicunt patrem à filio adorari o-
portere? Verum, quoniam ſponte id fieri à filio

dicebant,



dicebant, necalia re magis, quàm æquo & bono A
id confirmari opinabātur: age rurſus à ſacris lite
ris, unde maxime iſta ſumēda ſunt, ueritatē ſcru-
Exod 30. temur. Lex igitur à ſingulis Iudęorum medieta-
tem didrachmi, quaſi tributi loco, deo offerri iu-
bebat: non quoniam pecuniā deo colligere uel-
let, ſed quod per figuras maiora doceret. Primū
quia nemo ſui capitis dominus eſt, ſed unū om-
nes habemus Dominum, quē tributi depoſitio-
Prouer.3. ne profitemur: deinde in re corporali ſpiritale tri
butum deſcribebat. Honora, inquit, dñm ex tuis
iuſtis laboribus, & primitias ei offeras à tuis fru-
ctibus iuſticiæ: quod iam euangelica doctrina,
cultu legali ceſſante effectum eſt. Non enim cor
ruptibili materia, & exteriore colendū eſſe Deū
arbitramur, didrachmum attribuētes: ſed ut ueri B
adoratores in ſpiritu & ueritate adoramus, hunc
ſenſum in lege illa latuiſſe putandum eſt. Quum
igitur in Hieroſolymis eſſet dominus, ab exacto
ribus didrachmi dictū fuiſſe Petro ſcribitur: Ma
Matth.17. giſter ueſter nō ſoluit didrachmum. Ieſus autem
antequàm à Petro quicquam audiſſet, præuenit
eum, dicens: A quibus reges terræ capiunt cen-
ſum? à filijs? ne eorū, an ab alienis? Quumq; ab
alienis Petrus reſpondiſſet, liberi ergo ſunt filij:
Ieſus ſubiecit, Sed ne ſcādalizemus eos, accipe,
inquit, hamum, & uade in mare, & primum qui
aſcenderit piſcem tolle, & aperiens os eius, inue
nies ſtatērem, quem da pro me & te. Vides ſub
tributo nolle filium fieri: uides ipſum non pati,
ut ſub iugo ſeruitutis ut cæteri eſſe credat. Quū C
enim liberam naturæ ſuę dignitatem eſſe cogno
ſcat, nihil ſe deo patri debere ſeruile affirmat. Li-
beri enim, inquit, ſunt filij. Qui ergo uel figuram
rei abiecit, quomodo rem ipſam ſpōte facere, ut
dicitis, patietur? An non uidetur uobis quaſi ſpi
ritale quoddā tributum, ſed ſeruitutis quædam
profeſſio, adoratio eſſe? Et cuius rei cauſa lex ado
Deut.6. rationem ſeruituti cōiunxit, dicens: Dominum
Deum tuū adorabis, & ipſi ſoli ſeruies? Ianua e-
nim quaſi quędā, & uia ad ſeruitutis opera, ado-
ratio eſt: quū initium ſeruitutis, qua Deo ſeruire
Pſal.49. profitemur, exiſtat. Ideò Pſalmiſta adhortatur o-
mnes, dicens: Venite adoremus, & procidamus
ante eum, & ploremus coram domino qui fecit
nos. Vides adorationē procidentiæ cōiunctam D
eſſe: hac re nihil magis, ſi quis recte conditiones
rerum intelligit, ſeruitutis habitū ſignificari pu-
to. Quod ſi noſtri adhuc contendere audent ad-
uerſarij, & friuolas accumulare rationes nō eru-
beſcunt: oſtendant nobis omni ſancta ſcriptura
reuoluta, ubi uerbo & filio dei carne nudo ado-
ratio attribuit? Nā ut homo iure adorat, ſic ante-
quàm homo fieret nunquam à ſacris literis id ab
Matth.21. eo factum eſſe oſtenditur. Cōiecturis autem fal-
ſis utentes, meritò audiēt: Erratis, neſcientes ſcri
pturas, & uirtutem Dei, unigenitiq; gloriam ig-
norantes. Nam quia ea ratione qua uerbum dei
eſt, nō adorat, ſed factus homo propter nos, pro
pter carnē id ſuſcepit, nō aliunde melius quàm
à uerbis ſuis cognoſcemus. Vos em, ait, adora-

tis quod neſcitis, nos adoramus quod ſcimus.
Nonne igitur quū plurali numero utatur, & ſer-
uis ſeipſum connumeret, perſpicuum eſt, hęc ut
à ſeruitutis homine dicit? Quid enim eum prohi
buit ſingulari numero (ſi adorator patris prædi-
cari uellet) orationem protuliſſe ac dixiſſe: Ego
adoro quod ſcio, uos adoratis quod neſcitis: ut
cæteris non connumeratis ſibi hoc attribueret?
Nunc uerò, quum nos dicat, propter incarnatio
nem, quia homo propter nos factus eſt, adoran-
tibus ſe Iudæis propter regionem connumerat.

CAP. XCIII.

SEd uenit hora, & nūc eſt, quando ueri adora
tores adorabūt patrem in ſpiritu & ueritate.
Nam & pater tales quærit, qui adorent eum. Spi
ritus eſt deus, & eos qui adorant eū, in ſpiritu &
ueritate oportet adorare.) Præſens aduētus ſui,
tēpus ſignificat, in quo figuras legis in ueritatē
& umbrā, in cultum ſpiritalem, & placentē Deo
patri uiuendi normā per euangelicam doctrinā
tranſmutari inſinuat. Veros adoratores, ſpirita-
les uidelicet homines futuros aſſerit, ut ad eum
planiore currāt itinere. Spiritus enim Deus quā
do corporibus confertur, eſſe intelligitur: & ſpi-
ritalis adorator ſibi gratus eſt, qui non forma &
figuris Iudaicis ad pietatem obumbratur, ſed e-
uangelica uirtute refulgens, recta dogmatum di
ſciplina ueram peragit adorationem.

CAP. XCIIII.

DIcit ei mulier: Scio quia Meſſias uenit, qui
dicitur Chriſtus: quū ergo uenerit ille, no-
bis annunciabit omnia.) Quum tempus iā uen-
turum, imò uerò adeſſe dominus dixerit, in quo
adoratores ueri ſpiritalem cultum deo patri offe
rent: illico uel ſupra ingenium ſuū mulier ad me
moriam Meſsiæ, qui tunc uulgo à Iudæis expe-
ctabatur, reducta, uenturum eſſe Chriſtum con-
fitetur, & quamuis uoluptatibus carnis data eſ-
ſet, non tamen omnino ignorauit ſublimioris
Chriſtum doctrinæ fore magiſtrum.

CAP. XCV.

DIcit ei Ieſus: Ego ſum, qui loquor tecum.)
Non rudibus, neq; cōtentioſis, ſed illis ſo-
let ſe dominus hominib. reuelare, qui ad diſcen-
dum propēſiores, & credēdi radices ſimplici ſet
mone parturiētes, ad perfectiorem illuminati fa
cilius cognitionem aſcendunt, qualis & Samari
tana fuiſſe uidetur: quę quāuis agreſtius atq; rū-
diùs altiora conſideraret, nō tamen bona uoluri
tas ei defuit, nec ab intelligendo procul omnino
erat remota. Primum enim potum petenti Chri-
ſto non dedit, ſed Iudæorum ſpernentem con-
ſuetudines uidens, tranſgreſsionis huius ratio-
nem quærebat: deinde in progreſſu ſermonis
prophetam confeſſa (tantum ſibi ad ſalutem re-
dargutio profuit) maiora diligenter queſiuit. Pa
tres enim, ait, noſtri hic adorarunt, uos autem di
citis, quia in Hieroſolymis adorare oportet. Et
ſic didicit iā adeſſe tempus, quum ueri adorato-
res, determinata locorum adoratione relicta, ſpi
ritaliter patrem colerent. Cuius rei cognitio-

Universidad de Deusto
Biblioteca



nem ſoli Chriſto illa conferēs: Non ignoramus, inquit, Meſſiam uenturum, qui Chriſtus dicitur: qui cū uenerit, uniuerſa hæc nobis explicabit. Vides qua ſermonis ſerie ad fidem mulier præparata eſt, & quaſi per gradus aſcendens, ex paruis interrogatiunculis in ſublimiorem habitū proſiluit: Non erat igitur alienū totam ei rem unico uerbo declarare, ac dicere: Ego ſum qui loquor tecū. Hoc nos moniti exemplo, qui docendi gradum in eccleſia dei poſſidemus, à minorib. incipere debemus, quæ quum neophyti ruminauerint, tunc à paruis ad maiora ſic adducendi ſunt, ut Ieſum Chriſtum iam uideāt. Qui autem teneros in fide in interiora ſanctorum introducētes, acillotis (ut dicitur) manibus agnum dei cōmittentes, ſacerdotali dignitate nondum bene catechumenos ornantes, ſciant ſe non paruam huius rei in die iudicij rationem reddituros.

CAP. CXVI.

ET contínuò uenerūt diſcipuli eius.) Preſentia diſcipulorum colloquutionis cū muliere attulit finem. Scintilla enim fidei animo mulieris iam hæſit, quæ magnā fauore Chriſti flammam inferre poterat. Sic enim intelligēdum puto, quod ab eo dictum eſt: Ignem ueni in terram mittere. Lucæ 12.

CAP. XCVII

ET mirabātur, quia cū muliere loquebatur.) Stupent diſcipuli tātam ſaluatoris humanitatem: non enim (ut nonnulli ſimulatione ſanctitatis) colloquutiones cum mulieribus euitabat, ſed miſericordiam ſuam omnibus præbebat, reipſa non uiris ſolummodo, ſed etiam fœminis uitam per fidē attribuens. Non repellant ergo mulierculas, qui paſtoris uicefungūtur, nec uoluntati ſuæ, ſed utilitati ſeruiant prædicationis.

CAP. XCVIII.

NEmo tamen dixit, quid queris, aut quid loqueris cum ea.) Probi officiū diſcipuli eſt, tanta doctorem reuerentia colere, ut nihil temere interrogare audeat, nec in turpes exeat cogitationes, ſi cum muliere magiſter colloquatur: ſed pudore potius atq; timore linguā ſub ſepe dentium teneat, expectetq; ut à magiſtro expoſitio iſtius rei afferatur. Mirari ergo debemus humanitatem Chriſti, qui cū muliere loquebatur: diſcipulorum quoque prudentiam, qui nihil hac de re dicendum eſſe non ignorarunt.

CAP. XCIX.

RElíquit ergo hydríam ſuam mulier, & abíit in ciuitatem.) Superior iam huius ſeculi curis, uoluptuoſa paulò ante mulier facta eſt, nullamq; ſitis aut aquæ habens rationem, ad ſublimiorem habitum per fidem inſtituebatur: & charitatis, quæ uirtutum optima eſt, uiribus accēſa, bonū quod ei contigit, cæteris quoq; curſu prębere ſtudebat: nec mirum. Occultius enim Chriſtus ſecum loquebatur, dicēs: Gratis accepiſtis, gratis date. Non ergo imitandus ille ſeruus, qui talentum obruit, ſed multiplicāda ſunt quę accepimus: quod probe nobilis illa mulier fecit, quæ Matth. 10 et 25.

A Samaritanis omnibus, quod accepit propoſuit: quę non aquam à terreſtri hauſit fonte, nec terreſtrem hydriam domū reportauit: ſed cœleſti ſaluatoris gratia & doctrina plena, ad docēdos alios continuò fuit profecta. Vnde diſcimus, maiora meliora q; à Deo nos conſequuturos, ſi parua hæc & temporalia neglexerimus.

CAP. C.

ET dixit illis hominibus: uenite & uidete hominem, qui dixit mihi omnia quæcūq; feci, nónne ipſe eſt Chriſtus?) O mirabilem mulieris prudentiam, ô ineffabilem uirtutem Chriſti: artificioſe iam loquitur, quæ paulò ante nihil intelligens, audiuit: Vade uoca uirū tuum, & ueni huc. Operæ certe preciū eſt inſpicere quàm artificioſe loquatur: non enim inueniſſe ſe Chriſtū dicit, nec ſtatim incipiēs, narrationem de ſaluatore texit, ne à Samaritanis qui mores eiꝰ cognouerāt, tanq; deſipiens, & quaſi maiora quàm intelligere poſſet dicēs, derideret. Miraculi ergo narratione prępoſita, præparauit auditores ad fidem. Venite, inquit, & uidete. Sufficiet enim ſolus uiſus ad fidem: faciet uos ille multis, ingentibusq; miraculis certiores. Nam qui cordium nouit ſecreta, & hāc diuinam poſſidet dignitatem, quomodo cuncta non efficiet, quæ uoluerit?

CAP. CI.

EXierunt ergo de ciuitate, & ueniebant ad eū.) Duritíes Iudęorum à Samaritana facili tate arguitur, & crudelitas illorū, horū humanitate reprehenditur: conſidera enim animos utrorūq;, ut multo magis Ieſum poſſis admirari, quia à Iudæis receſſit, & alienigenis ſeipſum largitus eſt. Iudæi em̄, quibus Chriſtus lege Moſaica uenturus prędicabatur, quibus prophetarum multitudo iā in ianuis penè ipſum oſtendebat, dicēs: Ecce dominus Deus noſter, ecce dominus: quibus nouiſſime magnꝰ inter natos mulierū Ioannes præſentē monſtrabat, dicēs: Ecce agnus dei, qui tollit peccata mūdi: quibus quod maius ac mirabilius erat, mirabili poteſtate ſignorum ſeipſum ſaluator reuelabat. Iudæi, inquam, omnibus iſtis inſtituti, cædem meditātur iniuſtam, inſidiantur impię, refrenare furorē inuidiæ nequeūt: pellunt à ſe uitam, lucē, ſaluatorē omniū, uiā & ianuā regni cœlorū, peccatorum remiſſionem, adoptionis filiorum dei largitorē. Meritò igitur Chriſtus dicebat: Hieruſalē Hieruſalē, quę occidis prophetas, quæ lapidibus petis oēs qui ad te mittuntur: quoties uolui cōgregare filios tuos ſicut gallina cōgregat pullos ſuos ſub alis? ecce dimittitur domus ueſtra. Samaritani uerò lōge meliores, innatā ſibi cupiditatē felicitate morū & obedientia ſuperātes, quum unicum narrare miraculum audierint, ex urbe ad Chriſtū effunduntur: nō prophetarū uoce præmoniti, nō Moſaica lege inſtituti, non Ioānis doctrina firmati: ſed unica muliere, & illa peccatrice ac uili narrāte, curſim ad Chriſtum contendunt: quare nos quoq; ſaluatoris ſententiam admirantes, clamemus: Iuſtus es Domine, & recta iudicia tua. Esa. 9 Ioan. 1 Matth. Psal.

CAP.



CAP. CII.

INterea rogabant eum diſcipuli eius, dicētes: Rabbi, māduca. Ille autem dixit eis.) Nihil ita paruum in ſacris ſcripturis inuenitur, quod magnam nobis utilitatem nō pariat: omnia enim ad noſtram à ſanctis uiris ſcripta doctrinam ſunt. Inſpiciamus igitur quæſo, & præcipuę modò rei exemplar doctoribus eccleſiæ Dominus ponitur. Nam quum citò uenturos ad ſalutem Samaritanos non ignoraret: ſic inde pendet, ut quamuis ex itinere fatigatus eſſet, nullam tamē corporis haberet rationē: ita exemplo ſui, ſaluti hominum potius, quàm proprio corpori ſtudere, paſtoribus eccleſiæ perſuadet, ne illud propheticum audiamus: Væ qui opus domini facitis negligenter. Vt igitur non ignoremus in huiuſmodi maximè temporibus ieiunaſſe dominum, non prætermiſit quomodo à diſcipulis rogabatur, ut manducaret. Hierem. 48.

CAP. CIII.

EGo cíbum habeo manducare, quem uos ne ſcitis.) A rebus quæ iam inſtabat, reſponſio texitur, occultius q; ſignificatur: quod ſi diſcipuli ſcirent de Samaritanorum cōuerſione iam agi, de illo cíbo magis cogitare, quàm de corporali conſulerent. Hinc etiam diſcimus, quanta ſit erga homines Dei charitas: quaſi em̄ cibum ſuū putat, perditorum hominum conuerſionem.

CAP. CIIII.

DIcebāt ergo diſcipuli ad inuicem: Nūquid aliquis attulit ei manducare?) Nō intellexerūt diſcipuli uerba dñi, atq; ideò ab aliquo meliorem forſan illi allatū fuiſſe cibum cogitabant.

CAP. CV.

DIcit eis Ieſus: Meus cíbus eſt, ut faciam uoluntatē eius qui miſit me, & perficiā opus eius.) Omni uelamine orationis reiecto, rem eis apertiſsime dicit. Nam quoniā orbis futuri erāt magiſtri, exemplo ſui eos docet, multo maiorem ſalutis hominum, quàm proprij corporis curam eſſe habendam. Quumq; ſuauiſsimū ſibi cíbum eſſe dicat, ut uoluntatem patris faciat, & opus eius perficiat, apoſtolici miniſterij conditionem breuiſſime deſcribit. Itaq; illos affectos eſſe oportere oſtendit, ut à ſola docendi cura pendeāt: & quæ corpori neceſſaria ſunt, nō ad uoluptatem, ſed ad conſeruandam uitam ſolummodo accipiant. Sed hæc quidem ad diſciplinā uitæ apoſtolicę pertinentia ſic breuiter dicta ſint, nunc dogmatice uerba Euangeliſtæ conſideremus. Miſſum igitur ſe à Deo patre aſſerit: uel ratione carnis, quia homo uoluntate patris factus in hunc mundum uenit: uel ut uerbum à generante intellectum prodiens, & uoluntatem patris perficiens: non quaſi alienæ uoluntatis miniſter, ſed quia ipſe eſt uerbum uiuens, & uoluntas patris exquiſitiſſima, qua qui perierunt, ſaluātur, idcirco paterni operis perfectorem ſe appellat. Omnia enim per patrem in filio ſunt. Sed quamuis & uerbum, & conſilium, & uoluntas, & uirtus patris filius eſt, idq; omnibus, ut puto, pateat: non erit tamē ab re, autoritate ſcripturæ hoc confirmare. Verbum igitur ibi aperte dicitur: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Conſilium autem Pſalmiſta oratione ad patrem conuerſa nominauit dicens: In conſilio tuo deduxiſti me. Voluntatem ſimiliter dicens: Domine in uoluntate tua pręſtitiſti decori meo uirtutem. Nerui enim, ut ita dicam, pulchritudinis ſanctorum, totiusq; uirtutis habitus à uiua & ſubſiſtente patris uoluntate, id eſt, à filio roborantur. Virtus autem ibi dicitur: Māda deus uirtuti tuæ, cōfirma hoc deus quod operatus es in nobis. Vides aperte bona uoluntate Dei patris, uirtutem eius, id eſt filium carnē aſſumpſiſſe, ut hoc quod in nobis fabricatus eſt corpus, robuſtius redderet. Niſi enim habitaſſet in nobis, nullo modo natura carnis noſtrę ab interitu poſſet liberari. Quum igitur ipſe filius uoluntas patris ſit, opus eius perficit, ijs qui credūt in eum ſalutem largiens. Obijciet aūt quiſpiam, ſi ipſe filius uoluntas patris eſt, quam uoluntatem patris perficere miſſus eſt? Alius em̄ eſt qui perficit, aliud quod perficitur. Nos autem dicimus, quia etſi horū nominū poteſtas diuerſa certa requirat ſignificata, ſæpe tamen in deo pro eodem accipiuntur. Exactam enim nominū poteſtatem deitatis natura recuſat: de qua quicquid dicimus, nō ut ſe habet exquiſite ac abſolute dicimus, ſed ut lingua humana proferre, & aure percipere poſſumus. neceſſe eſt enim, ut qui inænigmate uidet, in ænigmate quoq; loquatur. Nónne uides, quia ſimpliciſsima illa natura, ui orationis plerūq;, ſi uerba quis ſequitur, duplex uidebitur? Ducebant, inquit, filios eorum per ignem, quod nō mandaui eis, neq; aſcendit in cor meū. An igitur neceſſe non eſt, aliud eſſe cor, alium illum cuius cor eſt? Quomodo igitur ſimplex eſt deus? Sed patet, quia humano more dictum eſt, non enim poſſumus aliter de Deo loqui: intelligere autem omnia ita debemus, ut deo congruant, & ſic linguæ noſtrę imbecillitas detrimento nobis non erit. Quare ſi filius quoq; de uoluntate patris, quaſi de alio quàm de ſe loquí nonnunquam uideatur, ſermonis humani ratio ueniat tibi in mentem, quo nec dicere, nec audire aliter poſſemus. Hæc igitur dicta ſint, ut uoluntatem patris filium plerunq; appellari nō ignoremus: quamuis in hoc loco neceſſe non ſit ita intelligere, quum uideatur conuenientius bonam uoluntatem, qua qui perierunt, in ſalutem reuocantur, uoluntatem patris hic appellari. Ioan. 1. Obiectionis ſolutio. Psal. 72 & 29. Psal. 67. Ezech. 19.

CAP. CVI.

NOnne uos dicitis, q̄d adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis uenit?) Rebus rurſum ſenſibilibus, occaſionecq; temporis ſpiritalia prę oculis ponit: initium enim ueris tunc uerā fuiſſe uidetur, & ſata uix adhuc herbeſcentem uiriditatem emiſerant, quæ poſt quatuor menſes, ut matura ſeges, metentium manum poterant deſiderare. Nónne uos homines dicitis, quod adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis uenit?

CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca



CAP. CVII.

ECce dico uobis: leuate oculos uestros, & uidete regiones, quia albę sunt iã ad messẽm.) Si aliquantulum, ait, mentis oculos â rebus terrenis in altius leuabitis, ac spiritalia fata considerabitis, messem iã adesse uidebitis. Tota uerò hæc res similitudine quadam aspicitur. Sata enim intellectualia, & spicę spirituales sunt, qui prophetarum uoce culti ad fidem Christi peruenĩũt: quæ seges albescit tunc, quũ iam maturus, id est prõptus ad suscipiendam fidem Christi, & uerã religionem animꝰ est. Messoria uerò falx, est Apostolorum splendida prædicatio, quæ â legalibus figuris auditores abscindens, ad aream, id est ad ecclesiam Dei trãsponit: ubi labore uirtutis contriti, fulgens in triticum, ac diuino dignum horreo efficiuntur.

CAP. CVIII.

ET qui metit, mercedem accipit, & cõgregat fructum in uitam æternã, ut & qui seminat simul gaudeat & qui metit.) Prædicationis, inquit, iam tempus est, quæ in fidem cõuocet, à legalibus auocet, & finem totius prophetiæ aduenisse iam doceat. Nam lex quidẽ umbris atq; figuris uenturum Christum significabat: prophetæ uerò post legem sancti spiritus uerbis iamiam affuturum prædicabant. At Apostolorum prædicatio, non uenturũ, sed præsentem mõstrabat: & ita messuit â legali cultu seruientes homines legi, & nudis uocibus inhærẽtes, & quasi manipulos in euangelicã disciplinam ueri filij dei transposuit: ac, ut breuiter dicam, terrenis affixos hominẽs, ad uitam angelorum per fidem Christi transtulit: & hæc, inquit, messorum efficiet prædicatio, quę sine mercede futura nõ est. Colliget enim fructum qui possit æternaliter uiuentem nutrire, nec soli hac mercede lætabuntur messores, sed quia labore prophetarũ seminata colligent, in una celebritate cum illis triumphabunt. Hoc puto Paulum etiã, qui futura prope didicit, de sanctis patribus & prophetis dixisse, quũ asserat illos omnes fide consummatos, non accepisse repromissionem, Deo aliquid pro nobis melius prouidente, ne sine nobis consummarentur. Simul enim saluator uoluit messores cum seminatoribus gaudere.

Heb. 11.

CAP. CIX.

INhoc enim uerum est uerbum: quia alius est qui seminat, & alius qui metit. Ego misi uos metere quod uos non laborastis: alij laborauerunt, & uos in labores eorum introistis.) Multo apertius iam totam rem ante oculos ponit, & ut prophetarum atq; apostolorũ amicus, nec labores illorum â laborib. apostolorum separat, nec totam prædicationis gloriam, qua mundus conuerteretur, apostolis solum attribuit: sed utriusq; operam in unum commiscens: unum, inquit, futurum prædicationis per fidem fructum ex utrorumq; laboribus, quamuis præparatã multis sudoribus, & maturam iam segetem apostoli susceperint. Ita non dimittit priscorum gloriæ insulta ri, sed honorandos illos suadet, partim quia labore, partim quia tempore præcesserunt. Hoc & nobis profuturum est, si ut regulam in similibus rebus obseruabimus.

CAP. CX.

EX ciuitate autem illa multi Samaritanorũ crediderunt in eum propter uerbum mulieris.) Accusatur certe his uerbis Israel, & Samaritanorũ ad credendum facilitate, imperitiæ simul & credulitatis crimine condẽnatur. Quasi enim mirari Euangelista uidetur, quod multi propter uerbum & testimonium unius mulierculę in eũ crediderunt: quũ qui & lege, & prophetis ad agnitionem eius deducerentur, omnia hæc recusauerint, unde iure â gratia & spe (quam in Christo habemus) decidit Israel: multitudo autem gentium, locum eorum obtinuit.

CAP. CXI.

QVum uenissent ergo ad illũ Samaritani, rogauerunt eum ut ibi maneret, & mãsit ibi duos dies.) Paucis atque simplicibus uerbis, quod factum fuit exponit: unde rursus alia quadam ratione ostẽdit iure decidisse Iudęos, & alienigenas in locum eorũ esse transplantatos. Iudęi enim multa & uaria miracula uidentes, non erubescebant saluatorem suũ persequi, ut ei uel â patria sua fugere opus esset. Samaritani uerò unius mulierculę uerbo cõmoti, cursim ad ipsum contendunt, summopereq; rogant, ut apud eos urbem suam ingressus, manere uelit, ac salutarem eis doctrinam prædicare. Quę ambo Christus libenter eõcessit: quia sciebat non paruum fructũ inde sequuturum: plures enim crediderunt propter sermonẽ eius. Hinc intelligere infideles oportet, quia Christus longe ab offendentib. eum recedit, habitat autem in ijs qui humili obedientia, & syncera fide sibi coniunguntur.

CAP. CXII.

ET mulieri dicebãt, quia iam nõ propter tuã loquelam credimus: ipsi enim audiuimꝰ & scimus, quia hic est uere saluator mũdi Christꝰ.) A maioribus rebus, Samaritanorũ fides iam crescit: non enim aliorum uerbis, sed ipsius Christi doctrina persuasi, Christum admirantur, cognoscereq; asunt, quia hic est saluator mũdi: ita quũ in eo spem salutis habere profiteantur, præcipuum fidei suæ testimonium, ac (ut ita dicam) pignus afferunt.

CAP. CXIII.

POst duos autẽ dies exĳt inde, & abĳt in Galilęã. Ipse enim Iesus testimoniũ perhibuit, quia propheta in patria sua honorẽ non habet.) Salutari uerbo in urbe illa iam seminato, & fide in animis hominum posita, non ut silentio quæ audierunt & uiderunt traderent, sed ut absentia eius maiore arderent desiderio, & hoc modo ad maius peruenirent, urbem illorũ post duos dies reliquit. Verum quum Nazareth, ubi enutritus fuit, in Galilæam descendenti primum occurrebat, tamẽ in eam non diuertit: eiusq; rei causam attulit, dicens ipsum Iesum testatum fuisse, quia propheta



propheta in patria sua honorem nõ habet. Solemus enim quod tritũ est, atq; quotidianũ, etiam si magnum sit, paruipendere. Præterijt ergo patriam, non quia inanis esset gloriæ cupidus: sed quia optime sciebat prędicationẽ fidei fructũ ibi facere non posse, ubi prædicator cõtemneretur. Prætergreditur ergo, nõ parũ illis gratię faciens, qui quũ neglecturi sermonẽ eius essent, huius cõceptus supplicia effugerũt, quæ daturos omnes scimus, qui prædicationẽ ueritatis paruifaciunt.

CAP. CXIIII.

QVum ergo uenisset in Galilæam, acceperunt eum Galilæi: quum omnia uidissent quæ fecit Hierosolymis in die festo. Ipsi enim uenerant ad diem festum.) Non temere à Galilæis suscipitur: uiderunt enim quàm multa magnaq; Hierosolymis signa fecisset, & ita etiam ipsi religione ac pietate sua Iudæorum condemnant superbiam, quum legis imperiti multo meliores, quàm docti Iudæi comperiantur.

CAP. CXV.

VEnit ergo iterum in Cana Galilęę, ubi fecit aquam uinũ.) Libentius cum gratis hominibus, & cum ijs qui beneficiorũ sensum aliquẽ capiunt Christus cõuersatur, maioraq; largiri paratus est: petit igitur Cana, iterum miracula æditurus, ubi omnia eum posse opinio quodammodo aliqua, hominum animis inhæserat.

CAP. CXVI.

ET erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur in Capernaum. Hic quũ audisset, quia Iesus à Iudæa in Galilæam ueniret, abijt, & rogabat eum, ut ascẽderet, & sanaret filium eius: incipiebat enim mori.) Quamuis ignoraret naturam deum Christum esse regulus, ut hominẽ tamẽ adijt, qui filium eius ab imminenti periculo mortis posset liberare. Quanq; ergo dominũ appellet, ueræ tamen dominationis dignitatem ei nõ concedit. Si enim uerum illum esse dominũ cognouisset, non rogasset ut ad ægrotantem adolescentulum ascẽderet, sed ut uerbo uexantẽ morbum expelleret. Quî enim necesse erat rogare, ut ad infirmum ascẽderet, si credidisset sola eius uoluntate posse sanari? Valde autem imperite liberare quidẽ à morte posse arbitratur: deum autem, qui talia efficere possit, non arbitratur.

CAP. CXVII.

DIxit ergo Iesus ad eum: Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis.) Quum duritiã mentis eorũ saluator uideret nõ posse ad fidem oratione reduci, signis atq; prodigijs opꝰ esse illis affirmat, ut natura se deũ possint cognoscere.

CAP. CXVIII.

DIcit ad eũ regulus: Domine, descẽde priusquàm moriatur filius meus.) Parum certe uidebat regulus, qui in petẽda gratia quasi puer delirat. Nam si non modò præsentem, uerum etiam absentem posse Christum credidisset, non indignam opinionem de ipso habuisset. Nũc autem id quidem ab eo petit quod omnipotentis est, nec tamen putat ubiq; ipsum esse, nec morte omnino esse superiorem, quamuis mortuo iam fere posse ipsum opitulari speraret: incipiebat enim (ut scribitur) mori adolescens.

CAP. CXIX.

DIcit ei Iesus: Vade filius tuus uiuit.) Non imperitiam in omnibus nostram Christus respicit, sed ut deus etiam peccantibus auxilium affert. Docet igit hominẽ, quod per ignorantiã nõ fecit, et quæ optauerat ei largitur. Nam in eo quod ait, uade: fides est: in eo uerò quod dicit, filius tuus uiuit, rei optatæ cõsummatio, magna cũ potestate perspicitur.

CAP. CXX.

CRedidit homo sermoni, quẽ dixit Iesus, & ibat. Iam autem eo descẽdente serui occurrerunt ei, & nunciauerũt dicentes, quia filius eius uiueret.) Duos eisdẽ saluator uerbis curauit. Nam & reguli animũ ad fidem induxit, & à corporis morbo adolescentẽ eripuit. Hęc ambo eodem ita tempore fecit, ut difficile dictu sit quem nam prius curasset. Simul autẽ ego utrunq; unâ cum uerbis saluatoris, alterum animo, alterũ corpore curatum fuisse arbitror. Serui autem occurrerunt, uelocitatem & uim uerborum Christi annunciantes domino sic dispensante, ut ab euentu rerum reguli fides confirmaretur.

CAP. CXXI.

INterrogabat ergo horã ab eis, in qua melius habuerit: & dixerũt ei, quia heri hora septima reliquit eũ febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus: filius tuus uiuit: & credidit ipse, & domus eius tota. Hoc iterũ secũdum signum fecit Iesus, quũ uenisset à Iudæa in Galilæam.) Certior fieri de hora studet, in qua filius eius conualuit: ut uideat si tempori cõgruit, in quo à saluatore sibi gratia fuit cõcessa. Quũq; ita esse didicisset, Christo totam rem attribuens, cum uniuersa domo saluatur, feruentiorem iam fidem agendarum gratiarum afferens loco.

CAP. CXXII.

POst hæc erat dies festus Iudęorum: & ascendit Iesus Hierosolymam. Est autem Hierosolymis probatica piscina, quæ cognominatur hebraicè Bethseida, quinq; porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentiũ, cęcorum, claudorũ, aridorũ, expectantiũ aquę motũ. Angelus autem domini secundum tempus descendebat in piscinã, & mouebat aquã. Et qui prior descendebat in piscinam, post motionẽ âquæ sanus fiebat, à quacunq; detinebatur infirmitate.) Non absq; causa reditum domini in Hierosolymam superioribus Euangelista conjunxit: sed ut â collatione rerum ostenderet quãto alienigenę tam moribus, quàm facilitate credẽdi Iudęis præstarẽt. Hinc enim nõ aliunde discere possumus, iustissimo Dei iudicio Iudęos à gratia decidisse, & locum eorum gentes occupasse. Sed non est abre, collationem rerum breuiter ante oculos ponere. Vniuersam igitur Samaritanorum ciuitatem, unius mulierculæ testimonio conuersam fuisse ostendit: Regulum & totam domum eius uno miraculo credidisse affirmauit: ita facilitate

Caput Ioannis v.

gentium

Universidad de Deusto
Biblioteca



gentium demonstrata, in Hierosolymam rursus A saluatorem reduxit, ubi longo confectum hominem morbo liberauit. Regulus igitur cum uniuersa familia credidit. Iudæi autem quum mirari amarent, & deberēt, impie benefactorem suū, quasi perditum hominē persequuntur, factis suis multo se peiores alienigenis ostēdētes, & multo post terga eorum relicti. Hoc est certe, quod in Psalmis ad dñm Iesum dicitur: Quoniam pones eos Psal. 10.
dorsum. Nam qui primi omnium propter uirtutes patrum erant, post uocationem omniū gentium saluabuntur. Quum enim plenitudo gentiū Rom. 11.
ingressa fuerit, tunc uniuersus saluabitur Israel. Hic sensus sola compositione ac ordine rerum emergit, nunc cætera consideremus.

CAP. CXXIII.

ERat autē quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate. Hunc quū uidisset Iesus iacentē, & cognouisset quia iam multum tempus haberet, dicit ei.) Tempore paschę, die festo azymorū, ac occisionis agni celebrato, pharisæorū morositate depulsa à Hierosolymis, ad Samariam dñs decessit. Pentecostes uero tēpore (hic enim dies festus post illum deinceps sequitur) Hierosolymā reuersus, hominem à morbo liberauit diuturno: triginta enim & octo annis iacuit, & duo solummodo anni ei deerant à quadraginta: qui annorum numerus secundum legem perfectus definit. Sed hæc historia modo prætermittatur, & in spiritalem à rerū figura contemplationem ascendamus. Post paschа igitur, quādo agnus occidebatur, inuidia Iudęorū pulC sus, Samaritanis & Galilęis salutē præbuit. Qua ex re post cædem in cruce suam relicturus Iudęorum gentem, & gentibus se daturus significabatur. Sic enim discipulis postę resurrexit, dictum Matth. 28.
iri mandauit, quia in Galilæam eos præcederet. Quod aūt in fine septem hebdomadum pentecostes die reuersus in Hierosolymā est, ænigmatice Iudæorum conuersio significatur: quæ in ultimis huius seculi tēporibus misericordia saluatoris fiet. Quod autē anteę determinatum lege spaciū tēporis absolueretur, à dissolutione membrorum eger ille liberatur, dissolutionem et morbum Iudaicæ gentis longum significat. Non tamen omnino omnes perdētur, sed saluatoris uirtute, obedientia & fide in piscina tandem saluabuntur. Quod autem quadragenarius numerus secundum diuinam legem perfectus est, omnibus puto esse perspicuum, qui scripturarū peritiam habent.

CAP. CXXIIII.

VIs saluus fieri?) Magnū misericordię Christi est argumentum, non expectare semper laborantium preces, sed sua misericordia præuenire. Præcurrit enim, ut uides: uenit ad iacētem, misericordia flectitur etiam anteę ei supplicet. Interrogat autem si sanari uellet. Non quia id alicui dubiū esset, sed ut cupiditate ualetudinis adpetendum incenderet. Præterea interrogatio huiusmodi, si uellet rem optatam cōsequi, ad illud occultius intelligendū reducit, quod ipse facile id præstare posset. Ad hæc, paratiorem ipsum fieri ad suscipiendum hanc gratiam, interrogando hortatur.

CAP. CXXV.

REspondit ei ęgrotus: Domine, hominem non habeo, ut quū conturbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dū enim uenio ego, alius ante me descēdit.) Die pentecostes angeli de cœlo descendētes, piscinę illius aquam mouebant, & huius motionis sonus, adesse ipsos ad sanctificādum aquam significabat. Ad quā qui primus post huiusmodi factam turbationem descendebat, ab omni ægritudine curabatur. Hæc curatio nis uirtus in uno terminabat homine: quod signum erat utilitatē legis in solo Iudæorum genere terminatam, nec ad alios unq; transgressam fuisse. Mandata enim legis per angelos in monte Sinai monstrata, die pentecostes postea cōstitutæ ministrata, à Dan usq; ad Bersabee solummodo dilatata fuerunt. Quapropter aqua etiā illius piscinæ, angelorum aduentum significans, non alio quàm pētecostes tempore mouebatur. Sed æger iste iam dolores suos, quàm solitudinē detestabat, dicēs: Domine, hominem non habeo, qui me in piscinam mittat. Ad hoc enim profuturum sibi Christum sperauit.

CAP. CXXVI.

DIcit ei Iesus: Surge & tolle grabatū tuum, & ambula. Et statim sanus factus est homo, & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatū in illa die.) Non est hominis tanta potestas, & uirtus: solius enim dei est propriū, Hier.
ut sic imperare possit. Non enim orat, ut homo curetur, ne de prophetarum numero aliquis uideatur: sed ut uirtutum omnium dominus, fieri quod uult imperat, grabatum etiam in humeris ferre iubet, ut qui uidebant, quanta domini uirtus esset inde colligerēt. Facit autem illico æger quod audierat, obedictia & fide, quod longis temporibus optauerat, consequutus. In sabbato autem sanauit. Quumq; sanasset, cōfestim ad solUendas legis obseruationes hortatur. Grabatū enim tollere iubet, quum aperte deus per quendam prophetarum clamet: Nō exportabitis die sabbati onera ex domibus uestris, nec tamen ad D contemnēda Christus mandata legis hominem impellebat, sed quia ultima hebdomadę dies sabbatum est ultimis, Iudæos temporibus integritatem fidei susceptures significabat, & in nouam uiuendi reformatos disciplinam, umbras & figuras legis deposituros. Hinc beatus Paulus, ut arbitror, recurrentibus ad legem scribit: quia si circumciderentur, nihil Christus eis prodesset. & rursus: Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Gala.

CAP. CXXVII.

DIcebāt ergo Iudæi illi qui sanus factus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuū.) Probe, ut puto, de illis dici poterat: Hier.
Ecce populus stultus ac uecors, oculos habent, &



& non uident. Quid enim istis insanius, qui quū A admirari tantam Christi uim debuissent, non modo id non faciunt, uerum etiam increpant atque reprehendunt, & transgressionis crimine hominem accusant, qui uix post lōga tempora morbū effugit: & iacere imperite persuadēt, quasi sabbatum ægrotatione quoq; hominum honoraretur.

CAP. CXXVIII.

REspondit eis: Qui me fecit sanum, ille mihi dixit: tolle grabatum tuum, & ambula.) Prudentissime atque breuissime Iudæorum crimina tiones repellit. Nam quoniam ut transgressorem accusabant, non licere dicentes in sabbato hęc onera ferentem ambulare, ad illum totam rem transfert, qui sanitatem ei largitus est: & magna quasi uoce dicere uidetur, illum potius quàm sabbatum esse honorandum, cui tantæ uires, cui tanta gratia inest, ut diuturnū hunc morbum uerbo fugauerit. Non enim homo, sed deus solummodo rem huiusmodi facere potest. Quomodo em gratus deo non est, qui mirabili, diuinaq; potestate utitur? Ita significantius, atq; acerbius in eos oratio fertur.

CAP. CXXIX.

INterrogauerunt ergo eum: Quis est homo ille qui dixit tibi, tolle grabatum tuum, et ambula? Is autem qui sanus fuerat factus, nesciebat quis esset. Iesus enim declinauit à turba constituta in loco. Feruet cupiditate cædis animus Iudæorum, & eum qui tollere grabatum imperauit, diligenter inquirunt: ille autem sanuas quidem mortis effugit, & medicum non cognouit, non absque C dispensatione in multitudine hominum occultatum, ut ira Iudæorum aliquantulum deferuesceret: nō quia ipse timeret, ne quid irati possent aduersus eum antequā uellet facere, sed ut exēplo eius declinandum esse ab iratis discamus.

CAP. CXXX.

POstea inuenit eum Iesus in templo, & dixit ei: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.) Vt dispensando latuit, ita rursus dispensando apparet, temporum in omni re opportunitate seruata: nec poterat certe ab eo quippiā fieri qui peccare nescit, quod ratione factum non sit. Occasionē autem loquendi admonitio præbuit, qua homo docetur, iam non peccare, ne in peiora incidat. Hinc docemur, non solum ad futurum iudicium peccatoribus D supplicia reseruari, uerum etiam multis ac uarijs modis in hac uita plerūq; ipsos puniri. Quod ita fieri etiam Paulus testatur clamās: Ideo inter uos 1. Cor. 11.
multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi: quod si nosmetipsos dijudicaremus, non utiq; dijudicaremur: dum iudicamur autē, à domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.

CAP. CXXXI.

ABijt ille homo, & nunciauit Iudæis, quia Iesus esset, qui fecit ipsum sanum.) Nunciat manifestátque Iudæis medicum, non ut mali quicquam in eum cogitantes, impietatis se crimine coinquinent; sed ut nō ignorarent medicum, A si quis etiam eorum curari desideraret. Nō enim quasi accusans dixit, quia Iesus esset, qui tollere grabatum, ac ambulare in sabbato imperasset, sed qui fecit eum sanū. Quare patet, nihil aliud eum facere uoluisse, quàm medicum eis ostendere.

CAP. CXXXII.

PRopterea persequebantur Iudei Iesum, quia hæc faciebat in sabbato.) Non simpliciter quia eum persequerentur, narratio hæc ostendit: sed ut impudentia Hebræorum non lateat, causa etiam additur, quia ista faciebat in sabbato. Quasi enim nō liceret in sabbato benefacere, quasi eo die misereri alicuius lex prohiberet, quasi nihil ex charitate fieri iuberet, & humanitatis laudem atq; gratiā in illo die exterminaret. Ita Iesum persequuntur, ut non solum impij, uerum etiam imperitissimi fuisse uideātur: multis enim atque uarijs rationibus uoluntatem legis ignorasse arguuntur. Nam, ut ipse Christus dixit, boues oues q; Luc. 13.
suas die sabbati potum ducebant: circuncidebantur etiam in sabbato, deinde turbantur, quum à Ioan. 7.
longa ægrotatione in sanitatē eo die homo reductus sit. Tanta enim iniquitate tenebantur, ut hominē qui ad imaginem Dei factus est, pecoribus non præponerent. Sed illa quidem absque culpa, à fame ac siti posse liberare credebant: omnibus uero supplicijs cruciandum putabant, si quis proximo prodesset in sabbato. Iure igitur de illis scriptum est: Erratis nescientes scripturas, à quibus fi Matth. 22.
gurate Iesus describitur indifferens de sabbato futurus fuisse. Mose nanque uita perfuncto, ac in C superiores translato mansiones, iudicio ac sententia Dei Iosue gubernationem populi sortitus Iosuæ 6.
fuit. Qui quum innumeris militibus Hierico urbem circunde disset, arcam dei integris sex diebus per leuitas circunduxit: in septima uero, id est in sabbato uniuersam multitudinem summos clamores ad clangorem tubarum ædere iussit, & sic mœnia concussa deciderunt, & ingressi Iudæi urbem ceperunt. Nec propter legem, quæ de sabbato est, uictoriam amiserunt, nec ductoris sui Iesu Naue imperia recusarunt: sed principatum eius omni laude semper prosequuti sunt. hæc quidem figura fuit. Venit deinde ueritas, id est Christus, aduersus naturam hominis fabricata à diabolo, mœnia depositurus. Quumq; aduersus morbos nostros in sabbato militet, iam diu per figuram (ut diximus) soluto, ferre imperiti non possunt. Ita quoniam Iesum sanantē homines persequuntur, ipsam etiam naturam, quæ id plerunque facit in sabbato, accusare uidentur.

CAP. CXXXIII.

IEsus autem respondit eis: Pater meus usque modò operatur, & ego operor.) Hæc uerba Christus die sabbati loquutus est. Hoc enim quū dicat, usq; modò, intelligere omnino debemus. nam aliter nulla huius orationis uis est. Quum igitur propter imperitiam Iudæi naturam unigeniti penitus ignorarent, ac soli deo patri Mosaicam legem attribuerent, cui omnino parendum censebant, hac oratione breuissime atque aper-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tissime docentur, in omnibus se patri cooperari. A Nam quoniam eiusdem naturæ cum patre est, nec aliud præter illum, quantum ad identitatem substantiæ pertinet: idcirco alia, quàm pater uelit, uelle non potest: idcirco ipse uiuens cõsilium, atque uirtus patris subsistens est, ac ideo uniuersa operatur eum patre. Vt igitur iratos sibi propter sabbatum reconciliari: pater meus, inquit, usq; modo operatur, et ego operor. Si creditis, inquit, nutu & uoluntate opificis dei sabbati quoque die omnia gubernari, ac solem quidem oriri, fontes fluere, plantas è terris prorumpere, ignem usui hominum etiam die sabbati seruire: quur temere atque imperite accusatis eum, per quem omnia pater operatur? Omnia enim deus pater non aliter quàm per uirtutem et sapientiam suam, qui filius eius est, peragit: propterea, in- B quit, & ego operor. Refrenare igitur, atq; retundere iram eorum studet: quum non tantum sibi, quantum patri cui legem attribuebant, ostendat repugnare: & ut filium patris natura se esse significet, singulari quodammodo articulo prępositio, patrem suum deum appellat, ut ad hanc uerissimam religionem mentes auditorum impellat.

CAP. CXXXIIII.

PRopterea ergo magis quærebant Iudęi eum interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, æqualem se faciens deo.) Ad maiorem incitatur crudelitatem animus Iudæorum: et quum oportet eos uerbis Christi ad melius cõmutatos fuisse, in cædem C eius incenduntur, qui rebus magis, quàm uerbis nihil in deum commissum esse docebat, si hominis salutem suam in sabbato largitus est. Et ut maioribus impietatis seipsos uinculis stringant, non possunt ferre singulari quodam modo patrẽ Christi deum appellari. Non enim intelligebant uerbum dei, uitam ex patre fluentem, unigenitũ scilicet eius filium, per quem proprie atq; uere deus & dicitur, & est pater, hominem propter nos esse factum. Non est enim proprie atq; uere pater noster, sed adoptione: non natura ad illã nos dignitatem, propter Christum qui in nobis per spiritũ sanctum habitat, ascendimus. Hominem igitur esse uidentes, & habitantem in eo deum non cognoscentes, ferre non poterant, singulari, ut diximus, modo deum ab eo patrem appellari. Recte D nanq; id solũ intelligebãt: quia cuius uere ac proprie deus pater est, is secundum naturã deo æqualis est. Quod in maiorem eos insaniam incitabat.

*Quod neq; secundum uirtutem, neq; secundum operationem patre filius minor est, sed æqualiter omnipotens, ut ab eo prodiens secundum naturam.*

CAP. CXXXV.

REspondit Iesus, & dixit eis: Amen amen dico uobis, non potest filius à seipso quicquã facere, nisi quod uiderit patrem facientem. Quæcũq; enim ille fecerit, hæc et filius similiter facit.) Quod iam prævenientes diximus, id nunc alio modo latius exponit, undique ad ueritatem auditores inducẽs: & quod imbecillitate temporis intelligere non potuerunt, uaria oratione pertractans. Opus certe diligẽtis magistri est, nõ transcurrere, neque altiora prius menti auditorum ingerere, quàm priora cognouerint. Diuinis igitur humana commiscens, et dignitatem unigeniti eo modo subticens, ut & naturam hominis quasi dominus excedat, & seruis connumerari percipiatur, ait: Non potest filius quicquam à seipso facere, nisi quod uiderit patrem facientem. Quæcunque enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit. In eo enim quod omnia potest similiter sicut Deus pater facere, identitas substantiæ confirmatur. Similiter enim operantur, quæ omnino eiusdem naturæ sunt. Quæ autem diuersas essendi habent rationes, in ijs idem operationis modus esse non potest. Sicut igitur Deus uerus ex Deo uero, eadem patri similiter facere potest. Verum, ut non solummodo æqualis in omnipotentia patri esse uideatur, sed etiam eiusdem omnino uoluntatis, nihil posse à se filium facere dicit, nisi quod uiderit patrem facientem. Ita quasi magna uoce ad inuidentes, & persequutores dicere uidetur: Non honorari à me sabbatum putatis, quia hominem eo die curauí? Sed ego nunquam id fecissem, nisi hæc à patre quoque fieri uiderem, qui per me mundum etiam die sabbati gubernat. Impossibile, inquit, est, quum filius eius, & ex eo naturali ter sim, me aliud uelle aut aliud facere, quàm q̃d pater & uelit, & faciat: non quia quasi exemplo quodam didicerim, aut quia uoluntate imitandũ esse patrem iudicauerim: sed quia naturæ legibus ad eandem operationem atq; consilium conscendo. Id certe significari puto, quum dicitur nõ posse à seipso filius quicquam facere, & sic pie omnis sensus ad obsequium Christi capietur. Sed insultabit iterum forsan his uerbis, quasi pabulo enutritus, ueritatis inimicus, dicens: Si æqualis patri filius esset, nec minor ullo modo secundum naturam, cur apertissime nihil posse à seipso facere, nisi quod uiderit patrem facientem affirmat? Clare nanque his uerbis nihil à seipso posse facere dicit: quod nõ diceret, nisi superiorẽ semetipso patrem cognosceret. Sed oportebat te ô homo diligenter prius horum uerborum potestatem rimari, quàm ita temere nobis insultare. Qua enim ratione ab æqualitate patris filium detrudis? quum dictum non sit, ideo nõ posse à seipso quicquam facere, qa nihil possit, nisi pater ei concesserit: sed potius nisi quod uiderit patrem facientem? Illud enim imbecillitatem eius ostenderet: hoc æqualis esse uirtutis atq; potentiæ comprobatur. Videdi em̃ sensus non maiores uires immittere solet, sed ad perspicientiam rerum prouocat. Quum igitur patris opera uidere se filius dicat, non ostendit se imbecillem, sed perspectorem (ut ita dicam) operum patris: quod paulo pòst latius enodabimus. Quod autem identitate operationis, omnipotentiæ identitas declaratur, à uerbis suis liquidò colligitur. Ipse nanq; subiecit: Quæcunq; enim ille fecerit, hæc et filius similiter facit. Quomodo igitur minor est, qui eadẽ operatur: aut quomodo ignis aliud,



aliud, quàm ignis operabitur? Sed hæc de propo A sito textu dicta sufficiant. Consideremus autẽ rursum uirtutis & potẽtiæ nobis ratione proposita, non cõuenienter dici secundum esse natura filiũ à patre. Vtrum igitur deum uerum ex deo natura liter, & ex substantia patris filium posit profiteri tur, aut deum quidem esse concedunt, sed non ex substantia patris esse contendunt. Nam si non est ex substantia patris, nec secundum naturam deus erit, nec deus uerus. Quomodo em̃ natura deus esse intelligetur, nisi ex deo naturaliter sit? Aut quomodo filius uere, nisi ex substantia patris natus sit? Aliter enim adulterinum quendam, & recentem introducunt deum. Si autem erubescent id dicere, & deũ natura, ac uere unigenitũ patris filium non negabunt: quomodo minor, quàm pater erit? Aut quomodo, si minus ipse in aliquo, B quàm pater posit, imbecillitatis crimine ipsa etiã substantia patris non accusabitur? Nam si quũ natura deus filius sit, imbecillis est, qd prohibet patrem quoq; eiusdem naturæ deum, imbecillem in aliquo uideri? Et ita secũdum opinionem istorũ, nõ erit natura deitatis immutabilis, & firmæ beatitudinis. Proh dolor, quis patietur hæc audiens? Psal. 23. Quis non stupebit, cum imbecillis filius ab istis dicatur, quem scriptura prædicat dominum esse uirtutum? quod proprie atque uere soli filio cum Digressio & reiectio. patre, ac spiritui sancto inest. Sed pater, dicent, primus in operando est: quia & uirtutis & scientiæ in eo perfectio est. Filius autem primò uidet, deinde imitatione patris habita, operatur, & ita similitudine operandi deus appellatur. Quod ipse C nos docuit dicens, nihil posse à seipso facere, nisi quod uiderit patrem facientem. Quid dicis, ô omnium hominum audacissime? tu figuras quasdam operationis paternæ colligere filium credis, & hoc modo deũ appellari putas? Doctrina quadam ergo, & non natura deus esse uidebitur, & scientia quadam, & arte more humano patrẽ imitabitur. Hunc ergo qui solo artificio Dei nomen Deut. 6. consequitur, in cœlis adorant angeli, & nos absque culpa adoramus: quib. à scriptura dictũ est, ne ullum alium præter uerum deum adoremus. Sed non sentiunt qui ista dicunt, quò impietatis deueniunt. Primũ enim mutatio in filio inspicietur, qui à minoribus ad maiora imitationis studio Malach. 3. proficiet. Atqui is ipse filius de se per prophetam Psal. 101. dicit: Videte uidete, quia ego sum, & non mutor. D Psalmista quoq; ad eum clamat in spiritu: Tu aũt idem ipse es. Nam si facientem, quasi magistrũ patrem speculatur, ut opera eius posit imitari: quo modo ab ignoratione ad cognitionem proficere, & à peioribus ad meliora immutari nõ credetur? quum nemo sit qui cognitionem ignorantia meliorem non putet. Deinde dicãt nobis, queso, qui magistrũ magis, quàm patrẽ deũ appellant, utrũ opera patris ignorans filius facientem uidet ut discat, an quamuis optime sciat, nihil tamen facit nisi à patre doceatur? Nam si hoc ultimum dabunt, ridiculosissimi profecto erunt, qui & filio tanquam ignoranti, considerandi quæ sciat, & patri docendi frustra laborem imponunt. Sin uerò alterum dicent, ac ut ignorantem, ut discat facientem patrem uidere contendant, quomodo uniuersa scire dicitur antequàm generẽtur: aut quomodo uerè de seipso dicet: Deus appropinquans Hierem. 23. ego sum, & non deus de longe, non occultabitur quicq; à me? Præterea quomodo stultũ nõ est credere, quod omnia spiritus scrutetur, etiã profunditates dei, quũ largitori spiritus paternorũ ope- 1. Cor. 2. rum ignorantiam attribuatis, & minorem ei cognitionẽ quàm spiritui suo accommodetis? An etiam sapientia non erit filius? Quippe secundũ uos, si discendo proficit, non erit sapientia ipse secundum naturã, sed sapientiæ potius capax. Sapientia enim est, quæ sapientes facit, non quod sapiens fit: sicut & lumen quod illuminat, non quod illuminatur. Erit igitur aliud ipse, aliud sapientia quæ in ipso est. Quare nec simplex, sed à diuersis rebus compositus: nec igitur deus natura, & substantialiter. Discere nanq; ab alio, & duplicem esse, atque compositum alienum penitus à deitatis natura est, cui summa simplicitas, & summa perfectio inest: quod si filius natura deus nõ est, quo modo ea operatur, quæ solus deus potest operari? An sufficere ad tantam uirtutem ei putabunt, ut solummodo patrem uideat facientem, & confestim omnia possit facere, quæ pater ei ostenderit, & sic dignitatem dei consequatur? Quid igitur prohibebit, si alijs quoq; operũ suorum uiam hanc, rationemq; pater uoluerit ostendere? nónne multi nobis emergent dij, & ita paternæ substantiæ dignitas ad discendi studium tota conferetur? Sed certe non doctrina (ut ipsi nugantur) in dignitatem naturæ patris ascendit filius, sed natura: ut ipse dicit, Ego & pater unum sumus: qui Ioan. 10. me uidet, uidet patrem meum. Considerent igi- Ioan. 14. tur quæso quanta impietas è uerbis suis erumpit, & rectam de filio dei sententiam capiant, qui non consideratione operum patris, nec quia quasi doctorem imitetur, creator, & mirabilium operum operator, & filius est: sed naturalis quædam lex in identitate patris eum continet, & hoc à perfecta operum similitudine demonstratur. Sed propositio rursus textu, sensum diligentius perscrutemur, & quomodo pie intelligatur consideremus. Non potest, inquit, filius facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem. Quæcunque enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Perspicis, ut operum identitate æqualem se patri ostendit, ac substantiæ patris hæredem. Hæc enim dicit, ut necessariò natura deus intelligatur, quum eadem cum deo patre operetur. Nemo autẽ turbetur, quoniam nihil se facere posse ait, nisi quod uiderit patrem faciẽtem. Nam quia serui formam assumpsit, propterea dispensando ita loquitur, ut deum & hominem simul deceat: & hæc quidem ratio uera est, illa uerò etiã acutior. Quũ em̃ dicitur, non posse filium quicquam à se facere, non imbecillitatem aliquam filius sibi attestatur: ut si quis dixerit, non posse decem se millia pondo humeris ferre. Sed est alia quoque istius uerbi

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Filius uerbi scilicet posse est alia potestas, uis alia ac significatio.*

potestas: stabilē enim operationē naturæ, quæ aliter se habere non potest, nō nunquam significat. ut si rationalis quidem homo, & ex homine secūdum naturam rationali natus, non posse diceret, quasi proprium quicquam à seipso se naturaliter facere, quod naturę patris ineſſe non uideat. Hoc igitur modo nihil à seipso facere filius potest, nisi quod uiderit patrem facientem. Nolite igitur opera filij carpere, qui non aliud facere potest, quàm id quod substātia patris similiter facit. uerbi gratia: Si misericors est natura patris, filius ąque, qui ex eo est, misericors naturaliter est, nec potest aliter se habere quàm pater se habeat. Nā quemadmodum à patre substantiā habet, sic substantiæ quoq; bona simpliciter, & procul ab omni compositione, ut deus habet. Quod autem hic sensus integerrimus est, ipse declarauit, quum statim subiecerit: Quæcūq; enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Verùm si causam etiam quare à Christo hæc dicta sint, consideraueris, à sensu huius loci uero non aberrabis. Nam quoniam in ægrotum hominem die sabbati misericors fuit, ac propterea Iudæi, ut iniquum persequebantur, reconciliare illos his uerbis uoluit, & ita deum patrem etiam in sabbato misericorditer facere affirmat. Nuniquam enim quæ ad salutem nostram faciunt, prætermisit. Quare dicebat: Pater meus usque modò operatur, & ego operor. Quibus ne magis mouerētur, adiecit: Non potest filius facere à seipso quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem. Quæcunq; enim ille fecerit, hæc et filius similiter facit. Quoniam enim, inquit, semper, & in sabbato quoq; similiter, misericordem esse patrem uideo, idcirco etiā ego in sabbato misericorditer facio. Non enim possum substantiam patris commutare, quum unum atque idem cum patre secundum naturam sim: quare, ut ab ipso sum, ita omnia quæ ipse peragit, facio. Qui autem dicunt patrem primo facere, deinde filium operā illius imitari, magna imperitia laborant. Quomodo enim seorsum (ut ita dicam) ac solus absq; filio pater unq; operabitur? quum uirtus eius, qua operatur, sit filius, qui æternaliter ineſt, & uoluntatis eius, motio nisq; (ut ita dixerim) in agēdo expressiuus. Quod si contendunt expectari à filio patris operationem, ut eam imitari possit: ostendant nobis, absq; filio à patre unquam aliquid esse factū, aut quod ad rem pertinet, aliquem dissolutū mēbris à patre absq; filio curatum afferāt, ut possint per imitationem patris à filio hunc hominem curatum fuisse nobis persuadere.

CAP. CXXXVI.

PAter enim diligit filium.) Fruſtra exacerbatos propter sabbatum arguit, quum se diligi asserat à patre. Non enim offendentem, sed potius gaudio se afficientem pater diligit: fruſtra igitur persequuntur eum qui operibus suis gaudiū patri afferat: & ipsi Deo patre manifeste repugnant, quum odio persequantur quem ipse diligit. Patet autem non esse illum dilectum patri filium, qui genitoris uoluntatem contemnens, sua consilia sequitur. Verùm, quoniam filium diligit pater: patet quia etiam in solutione sabbati ei cōsentit. Patet etiam nihil hāc rem habere, quo deus legis dominus iure offendi possit.

CAP. CXXXVII.

ET omnia demonstrat ei, quæ ipse facit.) Necessariò hæc superioribus addidit. Fatres eīm humano more, naturali quodam filiorum amore etiam inobedientes filios ferunt ac patiuntur, ui quadā naturæ ad hoc impulsi: sed non ita, inquit, deus pater diligit filium. Nihil enim facere potest filius, quod pater non faciat. Nam quū una patris & filij substantia sit: naturali quadam (ut ita dicā) lege in unam uirtutem, & uoluntatem conducuntur. Nihil ergo præter uoluntatem patris filius facit, sed quæ ipsum facere uidet, ea peragit, quum propter identitatem substātiæ à uoluntate patris excidere nequeat. Expers enim omnino mutationis est: idem autem semper manet, ut Psalmista cecinit. Pater etiam rursus filio demonstrat quę ipse facit, non quasi depicta in tabulis, nec quasi ignorantem doctrina iuuans (omnia enim filius ueluti deus nouit) sed totum seipsum in natura filij sic pingens, ut quæcunq; in se habeat, in filio demōstret. Ita ut ex quibus quæ nam sit natura patris cognoscitur, ex illis etiam natura filij demonstratur: idcirco dictum est, quod nullus cognoscit filium, nisi pater, nec patrē nouit aliquis, nisi filius: est autem in utroq;, non per doctrinam, sed naturaliter utriusq; cognitio: & pater quidem in seipso filium uidet, filius autem patrem in seipso rursus uidet, propterea dicit: Ego in patre, et pater in me est. Videre autem & uideri, non humano more, sed deo conuenienter intelligatur.

CAP. CXXXVIII.

ET maiora his demonstrabit ei opera, ut uos miremini.) Dictum est in superioribus propter sabbatum, & quia singulari quodam pacto patrem suū deum esse dicebat, æqualem seipsum deo faciens, commotos Iudæos quæsiuisse Iesum occidere. Primum igitur accusationem de sabbato reiecit, quum ipsum etiam patrem similiter operari in sabbato demonstrauerit. Nunc quamuis homo propter nos factus sit, æqualem tamen se patri esse ostēdit. Hoc enim post illud sequebatur, propterea dicit: & maiora his demonstrabit ei opera, ut uos miremini. Sanatus est, inquit, homo, qui triginta & octo annis morbo uexabatur: & hæc res diuinam uirtutem eius qui gessit, & potestatem patefecit. Quem ita mirabiliter, & cum tanta potestate facientem, nullus iure carpere potest, si Deum se esse dicat, & filium Dei patri æqualem in omnibus. Verùm quoniam, inquit, propter hoc opus commoti, credere nō uultis, multo maiora uidebitis, & mirabimini in me tantam sitam esse potestatem, ut mortuos etiam possim suscitare: quæ uirtus & gloria deo solummodo congruit, quem iniquitatis crimine modò uos accusatis, et persequimini quia me filium dei dixi. Quomodo autem deus pater opera filio demonstret, in superioribus expositum est.

Cap.



CAP. CXXXIX.

SIcut enim pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat.) Aspice rursus in his æqualitatem maxime demonstrari. Qui enim non aliter quàm pater mortuos suscitat, quomodo minor eo erit? aut quomodo non eiusdem cum eo erit substantiæ, qui eiusdem naturæ habet proprietates? Proprium enim esse supremæ substantiæ, ut mortuos possit uiuificare, quod æqualiter patri atq; filio ineſt. Non autem aliàs pater, aliàs filius, aut seorsum alter ab altero uiuificat: omnia enim agit filius, cum patrem in se habeat, & omnia similiter pater per filium operatur. Quoniam igitur utrique naturaliter ineſt ut possit uiuificare mortuos, idcirco etiam utriq; diuisa oratione id accommodatur.

CAP. CXL.

NOn enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio.) Aliud quoddam diuinum atq; præcipuum affert argumentū, quo se natura & uerè deum ostendit. Cui enim orbem terrarum iudicare alij conuenit, quàm soli Deo? quem solum ad iudicandum diuina scriptura uocat, dicens: Exurge deus iudica terram. & rursus: Quoniam deus iudex est: aliū humiliat, & alium exaltat. Datum autem sibi à patre ait iudiciū, non quia potestatē hanc ipse natura non habeat: sed per dispensationem, ut homo, in diuina potestate sita esse docet uniuersa. Quare inquantū quidem uerbum dei, & deus est, hanc potestatem naturali ter habet: inquantū autem homo factus est (quoniam ad hominē dicitur: Quid enim habes quod non accepisti?) accepisse hanc se potestatem aperte profitetur. Sed dicent rursus aduersarij: Ecce ipse filius à patre accepisse iudicium se docet: accepit autem quod nō habet: quomodo igitur maior natura non erit qui abundat, & dat ei qui indiget atq; accipit? Nos autem accommodate, ut arbitror, atq; decenter propter incarnationis dispensationē, qua se humiliauit in similitudinem hominū factus, id ita esse dictum affirmauimus. Verum, quoniam tu hæc simpliciora ecclesiæ dogmata negligis, & altiora curiose quærens, rationibus tuis respondere acutius cogis: primum istud dicimus, non necessariò, neque semper non habēti datur, nec maior est semper qui dat, quàm qui accipit. Quid enim respōdebis, si Psalmistam audiueris dicentem: Date gloriam Deo? Gloriane carere deū putabis, aut maiores creatore creatos homines arbitraberis, quia gloriam deo afferre iubeantur? Plena gloriæ deitas est, etiam si nihil à nobis acceperit. Quod autem à se habet, si id loco honoris accipit, non est minor propterea eo qui obtulit. Quare nec pater maior proprio filio est, quia ei totum iudicium dederit. Deinde cōsiderādum diligentius est, quia iudicare actus quidam potius est quàm substantia. nam si non actus, sed substantia esset, cum quis iudicare cessaret, confestim etiam ab esse cessaret: quod manifeste falsum est. Nil ergo aliud iudicare est, quàm quidam actus atque operatio. Quid igitur pater filio suo dedit, si totum ei iudicium præstitit: nihil aliud profectò quàm actum quēdam super eos qui iudicantur. Quomodo igitur maior natura quàm filius, aut quid præbuit filio quod non habebat? Non ne ipse liquidò dicit: Omnia quæ habet pater, mea sunt? Quomodo igitur inquies, datum sibi esse iudicium intelligimus? Audi quæso atque attende. Nam quemadmodum quum deus pater creare omnia possit, per filium tamen ut per uirtutem suam id facit: sic cum iudicare orbem queat, per filium ut per iusticiam suam id peragit. Veluti si quis diceret, ignem naturali suo calori cremandi potestatem dedisse, nō longe aberraret à ueritate: qa cremandi actus hoc modo perficitur. Sic datum esse iudicium filio intelligentes, à diaboli laqueis non capiemur. Si uerò impudenter contendunt, dicentes honorem filio accessisse, cùm factus sit iudex, ostendant nobis quomodo dominus erat omniū, qui hac laude nouissimis temporibus coronatur.

*Quod omnes deitatis dignitates in filio sunt, non participatione, aut de foris, sed naturaliter.*

CAP. CXLI.

VT omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum.) Causa quędam modo redditur eorum quę dicta sunt: sed ut uniuersam orationis potestatem absolutius comprehendamus, paulò altius superiora repetamus. Singulari quodam modo patrem suum esse deum dicebat, ac se deo parem faciebat. Similiter quoq; omnipotentem, se non aliter quàm pater ostendebat, dicens: Quæcunque enim ille fecit, & filius similiter facit. Vitam etiam se, & uiuificantem secundum naturam ueluti et patrem declarabat. Sicut enim pater mortuos suscitat & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Iudicem quoque assensu patris se affirmabat. Pater enim neminem iudicat, sed totum iudicium dedit filio. Qua igitur de causa hæc omnia dicta sunt? Vt omnes (inquit) honorent filium, sicut honorant patrē. Nam si omnia ipse est quæ pater est, quantum ad deitatis maiestatem pertinet: quomodo par non erit, æqualiter illum patri honorari, cui ad identitatem substantiæ nihil prorsus deest? Sed quid ad hæc nobis obijciunt, qui omnia recta, ut Micheas dicit, peruertunt? Si quoniam, inquiunt, scriptum est, ut omnes honorent filium, sicut honorant patrem, idcirco æqualiter patrem & filium honoratis, longe à ueritate aberratis. Sicut, enim similitudinis dictio est, & similitudinem quandam non æqualitatem rerum significat. Sic enim saluator consulit, dicens: Sitis misericordes, sicut & pater uester misericors est. Num igitur ad æqualitatem misericordiæ patris ascendere homines hortatur? nequaquam. Et rursus ad patrem de discipulis suis: Et dilexisti eos, ait, sicut dilexisti me. An ergo æqualiter discipuli, & filius à patre dilecti sunt? minime. Quur ergo dictionis similitudinis decepti, quæ nullam ad hanc rem affert necessitatem, æqualiter fi-



Obiectio impiorum.

Psal. 81.
Psal. 74.
Psal. 97.
Mich. 3.
Luce 6.
Ioan. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ter filium patri honorandum putatis? Acerbis, inquam, ô uos aduersus ueritatem rationib. illatratis. Sed prodeant foras canes, ut Paulus ait, foras omnes mali operarij exeãt. Veritatis eñ nos filij sumus, et genimina lucis. Propterea unà cũ patre filiũ ueluti deũ ex deo, ueluti lucẽ ex luce, ueluti uitã ex uita, æquali honore atq; gloria glorificamus. Scrutari aũt altius quod fide susceptũ est, nõ esse omnino tutũ putamus: sed tamẽ ne nobis illudatis, dictionis huius quã similitudinis esse dicitis, potestatẽ inuestigare non grauabimur. Quando igitur de rebus dicitur diuersis ac natura differentibus, tũc non æqualitatẽ, sed similitudinẽ (ut etiam uos dicitis) significat. Quando aũt de ijs dicitur, quæ eiusdẽ naturæ sunt, tunc ultimam similitudinem, imò identitatẽ & æqualitatẽ ostendit. Nam si quis candorẽ argenti miratus, sicut solem splendere argentũ quispiã dixerit: quoniã diuersa hæc natura sunt, non æqualiter soli splẽdere argentum intelligemus: sed similitudinẽ quandam splendoris propter dictionem illam, sicut, ostẽdi concedemus: sin uerò de Petro & Paulo natura hominib. ac discipulis Christi, aliquis dixerit honorari oportere Paulũ, sicuti & Petrũ, nemo ambiget quin æqualẽ uelit utriq; honorẽ contribui. Quare quum honorandũ esse filium, sicuti & patrẽ audimus, æqualem utriq; honorẽ, eundemq; offerre iubemur. Futura enim, ut Deus prospiciens, & liuorem imperitiæ tuæ non ignorans, non statim sicuti & patrem honorari se oportere asseruit: sed quum affirmauerit deum se esse naturaquum singulari modo patrem suum deum appellauerit, quum uitam se mortuorũ esse ostenderit, quum uniuersa se posse facere q̃ pater facit cõprobauerit: tũc tandẽ intulit, ut omnes honorẽt filiũ sicut honorãt patrẽ. Quid igitur prohibet, si omnia quæ pater habet, ipse quoq; habeat, si cũcta facere potest quæ pater facit: quid inquã prohibet, ne ei eosdem quos patri honores offeramus? Filium enim honorantes, ipsam naturam patris in filio fulgentem honorabimus. Ideò enim subiecit: Qui non honorat filium, non honorat patrẽ qui misit illum. Non enim in alium quàm in patrem cõtemptus filij ascendit. Qui ex natura sua quasi quodam ex fonte filium ita ædidit, ut æternaliter cum ipso, & in ipso à scriptura esse asseratur. Sed esto (inquit) ascendat contemptus filij non in alium quàm in ipsum patrem (molestè enim ferret filium suum contemni) sed non ideo quia in filio natura eius contemnatur, ut uos dicitis, sed quia imago eius & character est optime ad deitatis naturã formatus, idcirco ad ipsum profecto contemptus ascendit. Par enim est, ut qui characterem diuinum contempsit, ipsum primitiuum contempsisse uideatur. Veluti etiam qui regis alicuius terreni statuas euerterit, non aliter quàm si regem ipsum contempsisset, punitur.

*Confutatio.* *Phil.3.* *Aduersariorũ cauillatio.*

Simile quoddam à Deo nobis dictum inueniemus. Qui enim sanguinem hominis (inquit) effuderit, suus etiam effundetur: quia in imagine Dei creauit hominem. Vides, inquiunt, imagine Dei contempta, quamuis non natura ipsius Deitatis contempta sit, in Deum tamen patrem ascendere iniuriam. Hoc modo ergo etiam à Christo dictum est: Qui non honorat filium, non honorat patrem. Num igitur nobis (quum cuncta peruertitis) longe à substantia patris filius depelletur? Quomodo ergo erit natura Deus, si non est eiusdem cum patre naturæ? Impie uerò nos facere uidebimur, qui trinitatem eiusdem esse naturæ confitemur, quos uidelicet oportebat patrem, ut Deum adorare: filio autem atque spiritui aliam quandam gloriam, ut diuersis quibusdam à Deo naturis accommodare, aliam rationem naturæ unicuique attribuentes. Sed unum scripturæ prædicant Deum, & filium cum patre simul atque spiritu hoc nomine comprehendunt: ita per substantialem identitatem in unam Deitatis rationem sancta trinitas cogitur. Non ergo à natura patris alienus est unigenitus, qui nec filius uerè intelligeretur, nisi à substantia patris prodiret. Huiusmodi enim in omnibus profecto est modus, & definitio filiationis. Si autem filius uere non est, nec pater erit uerè. Quomodo igitur uerax erit Paulus dicens: Ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur? Si enim nõ genuit filium ex se, ut deum decet: quomodo paternitatis principium in ipso est, & ab eo per imitationem in cæteris tam in cœlo quàm in terra? Sed uerè deus pater est, unigenitus ergo secundum naturam filius est, & deitatis integre rationem possidet. Deus enim ex deo nascitur, sicuti etiam homo ex homine: nec ita uana erit Dei ac patris natura ut dissimilem sui fructum producat. Verùm quoniam non naturam Dei patris in filio, sed aliud quiddam ut imaginem regis uel statuam contemni arbitrantur, & hac re Deum lædi cõtendunt: interrogandi sunt, quomodo patris imaginem esse, ac dici filium putant. Imò uerò nos ipsi genera imaginis prius distinguamus, ut huius quæstionis ueritas clarior reddi possit. Primum igitur imago naturalem identitatem omni substantiæ proprietate seruata significat: hoc modo Abel imago Adæ dicitur. Deinde imago dicitur, quæ sola imago similitudinẽ continet: ueluti quę in tabulis diligenter pinguntur aut alio quodam modo designantur. Præterea disciplinã uiuendi, et mores probos aut improbos solet hoc nomen plerũq; ostendere: ut si probum uirum Pauli, improbũ Simonis imaginem diceres. Similitudo enim uitæ nõ inepte nomen imaginis accipit. Ad hæc dignitas, honor & gloria, omnisq; præstantia posterior, quũ præcedentẽ imitetur: hoc nomine nõnunq; appellatur: ut si quis in principatu successor, imago eius dicatur cui succesit, & cuius maiestatem præ se ferat. Postremò, ut cũcta perstringamus, aut qualitate, aut quãtitate, aut habitu atq; proportiõe dicitur. Quũ igitur hæc ita se habeãt, respondeãt quæso, utrũ naturalis similitudo atq; identitas, imaginis nomine in diuinis intelligitur: ut patris imago unigenitus ideo sit, quia ex eo est, sicut & Abel ex Adam,

*Gen.9.* *Luc.6.* *1.Cor.4.* *Ephe.*



Adam, totam in seipso naturã patris conseruans? An hoc ideò absurdum putant, ne scilicet deũ ex deo secundum naturam fateri compellantur? sed ueritati repugnantes, sola figuræ similitudine dici contendunt? Non arbitror ita stolidos esse, ut hoc dicere audeant. Nulla enim quantitate, nulla figura, nullo deus loco circũscribitur, nec has proprietates corporũ patitur. Quare nec ille modus capiendæ imaginis, quã secundo posuimus, de ipso dici potest. Num igitur quia mores & uirtutẽ patris sequatur, sic appellari putant? sed quomodo natura deus dicitur, si cum sola uoluntatis ad bonũ inclinatione deo similis sit, aliud quiddam quàm deus est? Non enim negabũt uerbũ dei subsistere. Sed quid maius quàm creatura possidebit si ita est? Nam & angelos credimus, quũ aliud natura quàm deus sint, uoluntatis tamẽ inclinatione, quantum natura eorum patitur, dei bonitatẽ imitari: imò uerò nos quoq; id facere iubemur. Si tis, inquit, misericordes, sicut & pater uester misericors est. Paulus quoq; imitator Christi fuit. Sed his omnibus, ut arbitror, quasi ad maius atq; dignius, ad illud tandem peruenient, clamabuntq; imaginẽ dei esse unigenitũ dignitate, gloria, efficiendi uirtute, miraculorum operatione, regnandi omniũ potestate. Et quia (dicent) quum iudex sit constitutus, ab hominibus & angelis, & ab omni creatura simpliciter adoratur: quibus omnibus nobis patrem ostendit, ac ideò his omnibus non per substantiam, neq; naturam character eius appellatur. Ergo ut modo dicebamus, nihil eorum quæ dixistis secundum naturam habet filius, nec deus uerus, nec filius, nec rex, nec dominus, nec creator, nec iudex, nec bonus natura est: sed nudus secundum substantiã his omnibus, nõ iure adoratur. Et quemadmodum in tabulis sola uarietate picturæ similitudo effulget, nihil rei ueræ possidens: sic dignitates paternæ nudis nomi nibus in filio esse uidebũtur, quasi coloribus quibusdam figura rerũ ex parte naturam depingẽtes diuinam. Quomodo igitur non adeò manifesti scripturæ hostes eritis, ut iure de uobis dici possit: Durę ceruicis, incircũcisi aures atq; corda semper ueluti patres uestri spiritui sancto repugnatis? Vbi enim non uerus deus, filius dicitur? aut ubi non ex substantia paterna emanare scribitur? Quis autem sanctorum unquam dixit, non esse natura creatorem regem omnipotentem, ac deni que adorabilẽ? Nónne Psalmista clamat ad eum: Sedes tua deus in seculum seculi? Nónne Thomas probus Christi discipulus, & deum, & dominum suum appellauit? Nónne omnipotens & creator à scriptura uocatur? Nec aduenticias & quasi acquisitas, sed naturales habet has dignitates. Propterea & à nobis & ab angelis adoratur, quũ certè nihil adorare scriptura præter solum dominum deum iubeat. Si ergo deforis sibi aduenisse has dignitates credunt, & tamen adorandum esse putant: non creatorem, sed creaturam adorant, recentem quendam deum ex imperitia fingentes. Si uerò non consubstantialem patri filium dicunt, & tamen uerum deum, & uerum filium, uterum quoque dominum, regem & creatorem fatentur, & hæc illi substantialiter inesse arbitrantur: attendant quæso quò impietatis ceciderunt. Nihil enim firmum ac stabile, nihil perpetuum soli deo attribuetur, si creatura quoque ea substãtialiter, & per naturam suscipere poterit, quæ in deo substantialiter sunt. Et quis non perhorresceret tantam ueritatis dogmatum perturbationẽ audiens? Omnia enim sursum atque deorsum euertuntur, deitatis natura ad creaturam deducitur, & creaturarum substantia per insaniam ad supremæ naturæ locum scandere creditur. Hos ergo fluctus, hãc tempestatẽ impietatis relinquentes, ad tutũ pietatis portũ enatare studeamus. Imaginem itaq; dei patris filium, nõ acquisita atq; aduenticia dignitate, sed substãtiæ identitate pie fateamur. Omnia enim naturaliter est quę pater est: deus uerò ex deo uero, omnipotẽs, dominus, creator, bonus, adorabilis, & omnia secundum naturam. Ita enim solummodo uerum erit, non honorari patrem ab eo, à quo filius non honoratur.

*Act.7.* *Psal.44.* *Ioan.20.*

## CAP. CXLII.

AMen amen dico uobis: quia qui uerbũ meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam: & in iudicium non uenit, sed transit à morte in uitam.) Quum iam per superiora nõ solum in filiũ, uerumetiam in patrem peccare omnes affirmauerit, qui doctrinæ suæ atq; operibus iniquitatis maculam inesse opinabantur, ac eo terrore temeritatem ludæorum, quantum pertinet ad officium doctoris oppresserit, futurorum modò spe ad obediendum ei hortatur. Mirabili autem orationis artificio utitur. Nam quoniam non recte sentire de se Iudæos sciebat, fidem rursus ad personam retulit patris. Honoficatur enim etiam ipse propter identitatem substantiæ, quum ipse pater uere honorificatur. Credentes autem, non uitæ tantummodo participes affirmat futuros, sed iudicij quoq; periculum asserit euasuros: ita iustificatum iri eos comprobat, & formidinẽ spei commiscet. Sic enim significãtior ac expressior oratio exitur.

*Ioan.5.*

## CAP. CXLIII.

AMen amen dico uobis: quia uenit hora, & nunc est, quando mortui audient uocem filij dei: & qui audierint, uiuent.) A morte ad uitam transituros in superioribus fideles dixit, modò seipsum huius rei esse autorem affirmat: occulte significans mirabilem quandam fuisse rem, quod omnibus membris antiquo dissolutis morbo æger, uerbo eius sanatus sit: sed maiora se uerbo solummodo facturum, non ægrotationes corporum, sed ipsam mortem depellendo, & ab interitu in uitam humanum genus reducendo: hoc ipsum illis uerbis significabatur: Pater diligit filiũ, & omnia demonstrat ei quæ ipse faciat, & maiora his ei demonstrabit opera, ut uos miremini. Maior enim admiratio illa in suscitatione mortuorũ fieri uidetur. Occulte aũt non paruũ eis terrorem

Universidad de Deusto
Biblioteca



incutit, suscitaturum se mortuos ostendens, & in iudicium deducturū: ut audiētes se reddituros illi omnium harum rerum rationem, tardiores hac formidine ad persequendum facti, quietio re animo doctrinā eius audiant. Credimus igitur omnes fideles tempus aliquando fore, in quo suscitantis uocem omnes mortui audient. Sed nunc etiam tale adest tempus, aut quia (ut cōmuniter dicitur) saluatoris uocem Lazarus audiuit: aut quia fideles mortui erant, antequam saluatoris doctrinam reciperent. Hæc uerisimiliora nobis magis uidētur, quàm exquisita: quare eisdem iterū propositis uerbis cōuenientiorē sensum scrutemur. Venit, inquit, hora, & nunc est, quando mortui audient uocem filij dei: & qui audierint, uiuent. Quum igitur uocem filij dei audituros mortuos dicat, tempus ille significat, quo ad reddendam huius uitæ rationem, uoce, uoluntate & potestate sua omnes resurgent: sic (ueluti iam diximus) hac formidine, ut ad rectam uiam conuertantur, impellit. Quum autem subijcitur: Et qui audierint uiuent: tempus in eum credendi iam adesse ostendit, & huius obedientiæ mercedem, æternā uitam fore promittit. Ita illud quasi clamans testatur: Venietis omnino in iudicium, resurrectionis tempore: ubi si condemnari amarum ducitis, si æternas mihi dare pœnas formidatis: nolite idoneum istud credendi tempus omittere, sed præsentem iam doctrinam meam complectimini, si ad ęternam uultis uitam peruenire.

Ioan. 11.

CAP. CXLIIII.

SIcut enim pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio uitam habere in semetipso: & potestatem dedit ei iudiciū facere, quia filius hominis est.) Vide rursus, uide inquā, horum dispensationē uerborum, & huius orationis habitum miratus, imperitorū cogitationes effugies, & extremam perditionē uitabis. Homo enim unigenitus dei filius factus, & in terris uisus, ut scribitur: ac multis uarijsq; modis ad salutem Iudæos inducens, duas res magnas, ac deo dignas sibi accommodauit. Nam & suscitaturum se mortuos, & pro tribunali suo ad iudicium deducturum non obscure dicebat. Turbabantur ergo hæc illi audientes, ac uarijs ad persequutionem cogitationibus mouebantur: quia & suum esse patrem deum dicebat, & æqualem se illi faciebat. Quare potestati splendoriq; deitatis, humanitatis orationē coniungens, quum summissius de seipso loquatur, iram eorum mitigat. Sicut enim pater (inquit) habet uitam in semetipso, sic dedit & filio uitam habere in semetipso. Nolite, inquit, mirari, si quum me hominem esse uideatis, suscitaturū tamē mortuos me pollicear, & in iudicium deducturū miniter. Dedit enim mihi uiuificandi uirtutem pater, dedit iudicandi potestatem: sed ut lubricam Iudæorum mentem his retinere studuit, sic aliorum quoq; curam non paruam habuit. Quapropter causam quare hæc sibi data à patre dixerit, illico subiecit, dicēs: Quia filius hominis est. Vt intelligamus omnia sibi data fuisse, ut homini: qui

Baruch 3.

quum creatura sit, nihil habet à seipso. Vnigenitus uerò filius, non uitæ particeps, sed uita naturaliter ut pater est: quod latius illud exponentes, quod factum in ipso uita erat, ostendimus.

CAP. CXLV.

NOlite mirari hoc, quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audiēt uocem filij dei: & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ: qui uerò mala egerunt, in resurrectionē iudicij.) His uerbis, resurrectionis omnium tempus significatur. Quando (ut diuinus Paulus scribit) ipse dominus in iussione, in uoce archangeli, in tuba dei, ad iudicandum in iustitia orbem de cœlo descendet, redditurus unicuiq; secundū merita eius. Repetitur aūt hoc paulo quoque ante dictū, ut tarda Hebræorum mens, maiora facturum possit intelligere, quàm unius ægroti curatio sit. Propterea nolite, inquit, mirari, hoc quod unus longo morbo dissolutus, uerbo corroboratus, grabbatū etiam tulit & abijt: quū mortē omnino destructurus sim, & orbem terrarū iudicaturus. Non debemus tamen putare, splendorē illius miraculi à Christo ipso diminui. Non enim prohibet ne hoc mirentur, sed paruum hoc esse ostendit cæteris comparatum. Credere itaq; illos hortabatur, non à morbo solū, sed etiam à morte posse ipsum liberare: ideo maiora hæc narrat. Quia uenit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filij dei. Nam qui à nihilo cuncta produxit, quomodo non poterit quæ semel producta sunt, ab interitu ad uitam rursus reuocare? Eiusdem certe utrunq; ac immensæ potestatis est. Processuros autem utilissime de monumētis subiecit, peccatores quidē in supplicia sempiterna, istos uerò contra in uitā æternā. Sic harum rerum omnium iudicem moderatoremq; se futurum demonstrat: & partim à uitio terrore deterret, partim ad uirtutem magnitudine præmiorum inuitat.

*Quod deus ex deo secundum naturam filius est, & imago genitoris exquisitissima: propterea æqualiter patri honorificatur & glorificatur.*

CAP. CXLVI.

NOn possum ego à meipso facere quicquā: sed sicut audio, iudico, ac udicium meū iustum est: quia non quæro uoluntatem meam, sed uoluntatē eius qui misit me.) Attende rursus diligētер, ut uerborum potestatem inspicias. Nam quum profundum incarnationis mysteriū Iudæi penitus ignorarent, & in templo de uirgine assumpto uerbum dei habitare nescirēt, temerario & nō secundū cognitionem zelo (ut Paulus ait) ita mouebantur, ut lapidibus obruere ipsum meditarentur: quia deum se faciebat, & quia patrem esse suum deum affirmabat, æqualem se faciens deo. Sic igitur perperam & sentientibus, & prædicantibus de ipso, magna dispensatione saluator utitur, quū nec conuenientem deo sermonem omnino prætermittat, nec penitus à conuenientibus humanę naturę uerbis recedat: sed digna deo, de se



de se locutus, illico iram auditorum mitigans, humanum quippiam adijcit. Et rursus ad eā quæ humano more dicta sunt, nonnihil afferre solet, quo se natura deum esse ostendit: hunc dicendi modum etiam hic seruat. Dictum enim iam est:

Ioan. 5.

Quia sicut pater mortuos suscitat, & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat: & quod omnes qui in monumentis sunt, audient uocem eius, & subituri iudicium, retributionem operationum accipient. Quæ utraque potestate solummodo dei, quæ immensa est effici possunt. Turbabantur ergo, qui hominem nudum esse credebant: præsertim quum non ignorarent, in sacris literis enutriti, deo solummodo iudicium orbis

Psal. 81.

attribui. Canebatur enim apud eos illud Psalmi-

Psal. 74.

stæ: Exurge deus, iudica terram. & rursus: Quia deus iudex est. Molestе igitur ferentes, ab ira reuocat humiliora de se dicens: Non enim possum (inquit) à meipso facere: sicut audio, iudico. Quantum igitur ad primam uerborum faciem, ludæorum tarditatem irridere uidetur, quasi enim ironice imbecillitatem hac sibi ratione attribuit. Sed non ita res habet. Quum enim æqualis patri filius sit, eandem operationem ac potestatem naturaliter habet. Dicit autem nihil se posse à seipso facere, iudiciumq; non aliter quàm audit exercere: alio quodam modo idem uelle, & idem se posse, quod & deus pater, ostendens.

Ioan. 1.

Nam nec pater absque filio (qui uirtus eius est) aliquid unquam operabitur (Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil) nec

Ioan. 14.

filius absque patre quicquam effecit, propterea nihil à seipso facere se dicit: sed pater ait, qui in me manet, ipse facit opera. Nec adeo hebetes aut fatui erimus, ut uires quasdam à patre donari filio putemus. Non enim esse natura deus, si deitatis pulchritudo atque potestas forinsecus sibi accederet: sed ipse quidem pater perfectiones deitatis possideret, quum per characterem naturæ suæ, ut per uirtutem propriam cuncta operetur. Nam qui ita credit, alium quendam ei quærere necesse est, qui tam imagini quàm primitiuo ista largiatur. Et sic in infinitum oratio progrediens, in profundum impietatis pelagus submergetur. Verum, quoniam ex patris substantia filius est, ac omnes genitoris perfectiones naturaliter possidens, una cum ipso identitate naturæ continetur: propterea ipse in patre est, & habet in se patrem, ac ideo suorum operum uirtutem irreprehensibiliter atq; uere patri attribuit: non quia ipse minus possit hoc faciens, sed quia uni deitatis actioni uniuersa sunt accommodanda. Idcirco una deitas in patre, & filio, & sancto spiritu est: nec uirtute, aut operatione, aut alia quadam re, patre minor filius est, sed in omnibus æqualiter omnipotens: ut latius tunc demonstrauimus, quando illud exponebamus: Nō potest quicquam filius à seipso facere, nisi uiderit patrem facientem. Quæcunque enim ille facit, hæc & filius similiter facit. Verum, quoniam nulla fegnicies, ne dogmata ecclesiæ iterum atque iterum confirmentur, impedimento nobis esse debet, age rursus diligenter eadem rumine-

A

mus. Non igitur naturam suam filius imbecillem ostendit, quum dicat, nihil à seipso facere posse, sed ludæorum superbiam arguit, Mosaicam ab eis contemni legem ostendens. Nam quum, non possum ego quicquam à meipso facere, dixerit: sicut audio, iudico, statim intulit. Quo aperte ostendit non imbecillitate se non posse, sed quia non aliter agere uult, quàm pater uelit. Nam si propter imbecillitatem non posset, non subiunxisset, Sicut audio iudico: sed uires agendi à patre se accipere affirmasset. Nunc autem non posse quicquam facere à seipso, ideo dicit, quia sicut audit, iudicat. Quare manifestum

B

est, non propter imbecillitatem ita dictum esse, sed quia non est possibile, ut aliud pater, aliud ipse uelit: unius enim deitatis una eademq; uoluntas est. Nec dissentire unquam filium à patre pius quisq; crediderit, sed uoluntatem patris, filij quoque, atque spiritus uoluntatem esse prædicabit. Necessariò igitur filius ad cōsentientem (ut ita dixerim) patrem omnia referens, nihil se posse ait, quod præter uoluntatem patris sit. Id enim significatur, quum à seipso, dicitur. Et quemadmodum nemo imbecillitatis crimine ipsum accusaret, si non posse peccare affirmaret, sed miraretur magis tantam deitatis perfectionem (per hoc enim significatur, immutabilem ipsum esse) sic quando nihil à seipso posse facere fatetur, mirari

C

magis debemus, naturæ immutabilem fructum uidentes, quàm imbecillitatis ullam excogitare rationem. Hæc superioribus similiter dicta sufficiant. Nunc alio quoque modo exponere non grauabimur, si parum humiliore de unigenito utentes ratione, & hunc sensum ad dispensationem incarnationis transferentes, coniuncta cognataq; superioribus hæc ostendamus. Quoniam ergo omnes qui sunt in monumētis uocem suam audituros, ac ad subeundum iudicium processuros dixit, facta semel iudicij mentione, non in illo se tempore solum, in quo mortui resurgēt, uerumetiam in hac uita recte iudicare ostendit. Quæ autē iudicatio erat, & de quibus fiebat, audi modò, atque attende. Natus est propter nos ex

D

muliere. Non enim angelos apprehendit, ut Paulus ait, sed semen Abrahæ. Vnde in omnibus debebat fratribus similis fieri: factus autem homo, & in forma serui cognitus, etiam sub lege, legum & conditor, & deus & dominus factus est. Quare nonnunq; ut ille loquitur, qui sub lege est, nonnunq; ut ille qui super omnem legem est, potestq; utrunque sine aliqua reprehensionē facere. Nunc autem ut homo legem custodiens, ut ille qui manda patris transgredi nequeat, ut ille qui nihil à uoluntate sua faciat, quod legi diuinæ non congruat, ad Iudæos loquitur, idcirco ait: Non possum ego facere à me quicquam: sicut audio, iudico. Nihil facere se posse ostendens quod lex prohibeat, sed id iudicium sequi quod legi uideatur: ita frenū legis excussisse ipsos occultius denotat,

Hebr. 2.

quum

Universidad de Deusto
Biblioteca



quũ dícat se non posse quicq̃ facere à seipso. Vos enim, inquit, data uobis mandata trãsgredimini: uos à uobisipsis omnia facere audetis: uos ita de reb. omnib. iudicatis, ut iudicijs uestris diuina legis mandata negligere studeatis: uos doctrinã & præcepta hominum sequimini, & legem ex uolũtate uestra feeistis. Ita iuste seipsum iudicare, illos autem iniuste affirmat. Et quomodo iterum dicamus: Curauit hominẽ in sabbato, misertus est eius, qui lõgis uexabatur temporibus, recte de ipso iudicans. Non enim debebat propter sabbatũ misericordiam suam retinere. Nam & pater etiam in sabbato creaturas omnes gubernat, nec per alium id facit, quàm per ipsum filium. Quare ipse quoq̃ filius hominem curauit in sabbato. Non enim ignorabat dominũ esse filiũ hominis, etiam sabbati: & non propter sabbatum homines, sed sabbatum propter homines esse factũ. Quare saluatoris iudicium rectũ fuit: fons enim bonitatis natura deitatis est: nec minus in sabbato, quàm in alijs diebus bona inde permanãt. Iudæorum aũt iudiciũ, qui commoti hac re temere in cædẽ ruebãt, diuinæ legi aduersabatur. Scribitur enim: Innocentem & iustum non occides. Ex credulitate igitur sua, non ex uoluntate legis mouebatur. Acriter igitur ad uituperantes suum iudiciũ, ad homines qui quod sibi uidebatur, id legẽ faciebant, respondet dicens: Nõ possum ego quicq̃ à meipso facere: id est, legem Mosis non aspernor, sed sequor, & sicut audio, iudico. Quid enim lex uultr' Non accipies personã in iudiciũ, quoniã iudiciũ deiest. Quur ergo, inquit, mihi sic irascimini, quia hominem in sabbato curaui, quũ Mosen non reprehendatis, qui circũcidi pueros in sabbato iussit? Nolite iudicare secundũ faciem, sed iustũ iudicium iudicate. Quur enim si circuncidítur homo in sabbato, ne lex Mosæ contemnatur, totũ hominem in sabbato curari pati nõ uultis? Quare ip se quidẽ iuste iudicaui. Nihil enim possum à meipso facere, sed sicut audio, iudico, & iudiciũ meum iustũ est: non enim uoluntatẽ meam, ut uos facio, sed uoluntatem patris qui misit me: uos autem à uobisipsis omnia facitis, ac ideo inique iudicatis. Quomodo aũt missio in diuinis intelligitur, in superioribus dictũ est. Illud summopere obseruãdũ iudico, quod uolũtatẽ dei patris legẽ appellauit.

Marc.2.
Exodi 23.
Deut.1.
Ioan.7.

CAP. CXLVII.

SI ego perhibeo testimonium de meipso, testimonium meũ nõ est uerum: alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quia uerũ est testimonium eius, quod perhibet de me.) Quum omnia sapientissimus ille Solomõ colligeret, quibus meliores quisq̃ suos mores facere posset, atq̃ omnibus ea proponeret inter alia: Iustus, inquit, suipsius in sermone accusator est. & rursus: Laudet te proximus tuus, & non os tuum: alienus, & non labia tua. Molestum enim certe auditoribus est, propria non aliena uoce, suarum rerum maximarum uelle testimonium perhibere. Nati enim ita natura sumus, ut minus eis credamus, qui præcipuum sibi decus attribuunt. Quoniam igitur dominus noster Iesus Christus nihil posse à se facere, ac iustum se iudicem esse affirmabat, uoluntatem dei quasi regulam in omnibus sequens: quamuis hoc uerissime diceret, tamẽ quod ignorãtes pharisæi natura deum esse, poterant dicere, idipsum anteuertit: Scio, inquit, dicturos uos, tu de teipso testimonium perhibes, ac ideo testimonium tuum uerum non est. Nec molestè fero hæc uerba, quæ per ignorantiam funditis: neque uolo propter testimonium meum uos mihi credere, alius est qui de me testimonium perhibet. Significat autem deum patrem, qui iam multis modis substantiæ identitatem unigenito filio suo testificatus est: Cuius testimonium scire dicit uerum esse atque integrum. Ita rursus testimonium suum addidit, ne quis ex impietate, falso quicquã ipsum de seipso dixisse arbitretur, & sic multarum hæresum prauis hominibus ansa præbeatur. Sicut igitur aliquid consuetudini hominum concessit, qua minus ea probantur, quæ de seipso à quopiam dicuntur: sic ut deus ad cõuenientem ei dignitatem recurrit, & patris testimonium scire ipse testatur uerissimũ esse. Scio igitur, inquit, meipsum, scio quia nihil falsi pater de me dicit. Ea est natura mea, ut mẽtiri nõ possim. Primũ igitur cõsuetudine aliquid dedit, deinde magna cũ dignitate scientiam sibi attribuit. Hinc etiam illud discimus, alium esse personaliter patrem, alium filium. Alius enim (inquit) est, qui de me testimonium perhibet.

Prouer.18.
Prouer.27.

CAP. CXLVIII.

VOs misistis ad Ioannem, & testimoniũ perhibuit ueritati.) Vt turpe est suas aliquem uirtutes laudibus efferre, etiamsi uera de seipso prædicet: sic ultro ac non uocatum ad testificandum accedere, improbari solet. Qui enim sponte ad perhibendum testimonium ruunt, uideri plerunq̃ solent, non ueritatem rerum, sed uoluntatẽ animi sui persequi. Recte igitur saluator noster, ne id pharisæi obijcerent, præuenit. Vos misistis, inquit, ad Ioannem, non ultro ille ad uos accessit: interrogatũ misistis, & ille libere atq̃ integrè testimonium ueritati perhibuit. Interrogatus enim à nuncijs uestris, si ipse esset Christus: confessus est, quia ipse Christus non esset, sed missus ante Christum. Testificatus est igitur ueritati, ueritas autem ipse Christus est.

CAP. CXLIX.

EGo aũt nõ ab homine testimonium accipio, sed hoc dico, ut salui sitis.) Non quasi deiectã Ioannis uocem negligit, nec testimoniũ illius tanquã inutile repellit (turpe enim esset, si eũ ipse repelleret, quem ad clamandum misit: Præparate uiam domini (sed quia Iudæorum inobedientiæ se opponit, ad maiora necessario dignioraq̃ scandit. Ita ostendit nullius hominis testimonio sibi opus necessario esse, quum à splendore signorum ac gloria, natura deus demonstretur. Testimonium namque hominis, etiam sancti, reprehendere quispiam aliquo modo posset. Quod multi aduersus prophetas fecerũt, dicẽtes:



Aliena nobis loquimini, & errorem nobis alium nunciatis. Azariam quoq̃ Oseæ filium, & Ioanã filiũ Cariæ legimus in Aegyptũ fugisse, aduersus Hieremiam multa tractantes, atq̃ dicentes: Mentiris, non misit te dominus ut diceres, nolite Aegyptum ingredi. Demonstratio aũt quæ per miracula fit, quum dei patris testimonio roboretur, quomodo refutari, aut quid aduersus eam cogitari poterit (Nam etiam Nicodemus, qui & magister & princeps apud eos erat, miraculorum testimonium firmissimum putauit, dicens: Rabbi, scimus quia magister à deo uenisti. Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi ex deo sit. Testimonium igitur, inquit, interrogatus Ioãnes de me perhibuit. Verum, quia de omnibus uos suspicari soletis, gratia uestri, Ioannis quoq̃ testimonium transeo, habeo testimoniũ patris desuper. Hæc autem dico, inquit, & undique ueritatem affirmo, ut saluari uos possitis.

Esa.30.
Hieremie 43.
Ioan.3.

SECVNDI LIBRI FINIS.

COMMENTARIORVM CYRILLI IN IOANNEM

Liber tertius.

PROLOGVS.

VIx nuper in secundi uoluminis absolutione in portũ delati, aliud non minus nauigandũ nobis pelagus conspicimus. Verum, quoniã & res ipsa digna est, & probi laboris (ut dicitur) gloriosa sunt præmia, libenter uela uentis committemus, misericordiæ dei rem totã tribuentes. Mentis ergo nostræ latitudinem, ut uelorum sinus explicantes, gratiæ spiritus aura precibus suscepta, profunditatem quæstionum non horrescamus. Christus enim est, qui uias in mari ostendit, & rectas semitas præparat in aquis.

Sap.3.
Psal.76.

*Quare non modo lucerna, sed etiam ardens, Baptista dicitur.*

CAP. I.

ILle erat lucerna ardens, & lucens, uos autem uoluistis exultare ad horam in luce eius.) Lucerna beatissimus appellatur Baptista, quoniam prout mensura hominis capax est, ante manifestationem Christi non suo lumine, sed alieno præfulsit. Non enim propriam, neq̃ rationalem lucerna lucem, sed adiectam atque forinsecus aduenientem possidet: quemadmodum in omnibus sanctis à Christo in spiritu sancto illuminatio procedit, quod ut gratissimi homines prædicant, dicentes: Ex plenitudine ipsius omnes accepimus. Lux enim naturaliter unigenitus est, qui ex luce, id est ex substãtia patris effulsit. Creatura uerò rationalis, quicquid sapere atq̃ intelligere uidetur, luce uera participans sapit atq̃ intelligit, inde tota intelligendi ui deriuata. Hoc igitur modo lucerna fuit Baptista: Parauí lucernã Christo meo. Hæc aũt necessariò adiecta sunt ad superiora. Nam quoniam ut omnem incredulitatis causam excuteret, & undiq̃ ad fidem impelleret, hominis se testimonium non accipere dixit, ne parui à se fieri Baptista putaretur, nihil modo ipse de illo dicere uidetur, sed uoce patris lucernam appellari monet. Sic enim contradicentes, aut formidine dei patris placari, aut impudentius illum quoque contemnere uideri poterant. Ille, inquit, erat lucerna, uos autem uoluistis exultare ad horam in luce eius. Ita non solum à pietate ac fide alienos, uerumetiam si quid boni saltem uerbis gustauerint, citò propter inconstantiam fastidio affici solere Pharisæos ostendit: hoc enim significat, ut arbitror, quod ad horam in luce Ioannis exultare uoluerint. Mirati nanq̃ ab initio illũ, ut uirtutis & pietatis exemplum, quum audissent dicentẽ: Parate uiã domini, rectas facite semitas dei nostri, repente fastidierũt. Sed trita huius textus expositio hæc est. Verum quoniam ad altiora nos erigit saluator, non lucernã simpliciter, sed ardentem & lucentem Baptistã appellans: ad sublimiora nobis acies mentis acuenda est. Ille, inquit, erat lucerna: sufficiebat hoc, si prophetiæ solummodo de Baptista admonere uoluisset. Canebat enim Psalmista de illo, dicens: Parauí lucernam Christo meo. Verum quoniam adiecit, ardens ac lucens: non in prophetiam solum auditores remittit, sed etiam in legalem quandam figuram, quæ Ioannis lucem in umbra denotauit: ita in Mosaica illos lege nutritos, uideri magis scripturę peritos, quàm esse ostendit. Et hic quidem huius orationis sensus est: sed oportet, loco scripturæ qui ad rem pertinet huc translato, ardentem atq̃ lucentem lucernam Baptistam fuisse latius ostendere. Sacro igitur diuinitus tabernaculo constituto, ac domini ferijs statutis, dixit ad Mosen: Præcipe filijs Israel ut afferant tibi oleum purissimum ac lucidum ad concinnandam lucernam iugiter extra uelum testimonij in tabernaculo fœderis, ponetq̃ eam Aaron & filij eius à uespere usque ad mane coram domino, cultu rituq̃ perpetuo in generationibus uestris. Oleum ab omni fece remotum atque mundissimum, spiritussancti naturam significare mihi uidetur. Quæ ineffabiliter quasi oleum in animas ingressa nostras, nutrit, conseruat, auget (quasi oleum in lucerna positum) illuminationem nobis concessam. Sic igitur beati quoque Baptistæ lucem exarsisse credimus. Non enim aliunde uim illuminandi habuit, quàm ab intellectuali hoc oleo, quo diuino huius illuminationis ignis in nobis accenditur. Quem alibi ænigmatice saluator significabat, dicens: Ignem ueni mittere in terram: quid uolo, si accensus est? Lucerna igitur ardens ac lucens semper in tabernaculo testimonij beatus Baptista fuit. Quod enim in tabernaculo testimonij luceret, non ei ab ecclesia illuminationem eius, sed suscipi, ac gratam esse significat: quod uero extra uelum ardebat lucerna, non aliud denotabat (ut puto) quam simpliciorem, atque introductoriam eius fore illuminationem: Pœnitentiam agite, dicentis, quoniam cœlorum regnum appropinquauit, nihil enim interius atque occultum mysterium

Esa.30.
Psal.131.
Luce 12.
Matth.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſtarium ſaluatoris demonſtrauit. Nō enim in par- A
ticipationem ſancti ſpiritus baptizauit, nec intra
uelum lumē illius aliquem introduxit. Et ponet
eam Aaron, inquit, & filij eius à ueſpere uſque ad
manè coram domino. Aaron & filij eius, eccleſia-
rum paſtores & doctores ſignificant, qui lucer-
nam intellectualem, id eſt Ioannem ſemper arden
tem conſeruare iubentur. Hoc enim eſt: & ponet
eam à ueſpere uſque ad mane. Totum enim tem-
pus quo lucernæ lumine indigemus, nocturna
ſpacia ſunt, quibus ſeculum præſens ſignificatur:
futurum nanq; ſeculum, lucem eſſe intelligimus.
Seruatur igitur ardēs in hoc ſeculo lucerna, quæ
gratiam credentibus lucem præbeat. Prædicatur
enim à paſtoribus eccleſiæ, uerum de Chriſto te-
ſtimonium perhibuiſſe. Quod autem ſaluatoris B
præcurſor per lucernā illam figurabatur, quodq;
ſic intelligenda ſunt quæ diximus: inde maxime
probatur, quod ſtatim ſacerdotum delectum ſub
iecit. Sed rurſum totum huius loci ſublimiorem
ſenſum ruminantes, ad conſcribentem (ut arbi-
tror) ſpiritalem ſenſum perueniemus. In fine ta-
bernaculi lucernæ locatio ponitur, poſtquam ſa-
cerdotum acceſſus & uſus deſcribitur: quoniā in
fine legis & prophetarum, uox clamantis in tuba
ſonuit in deſerto: Parate uiam domini, dicens: re-
ctas facite ſemitas dei noſtri: poſtq; apoſtolorum
ordinatio & prædicatio ſplenduit. Sed uerba ſal-
uatoris iterum repetamus: Ille erat lucerna ardēs
& lucens, uos autem uoluiſtis exultare ad horam
in luce eius. Pertinaciam & imperitiam Phariſæ- C
orum rurſus arguit, qui quæ ſcire profitebantur,
minime intelligebant: ſed longe à uero ſenſu ſcri-
pturæ aberrantes, inani ſe oſtentabant doctrina.
Quum enim lucernam ardentem atq; lucentē Io-
annē appellauerit, nondū illos intellexiſſe oſten-
dit umbras & ænigmata legis. Quum aūt adiece-
rit, Vos uerò uoluiſtis exultare ad horam in luce
eius, uoluntatem ab eis diuinam negligi ſubape-
rit. Quum enim legis conditor iuſſerit ſemper ar-
dere, lucereq; oportere lucernā: Vos, inquit, uo-
luiſtiſ, ne ſemper, ſed ad horam atq; breuiſſimū
temporis ſpacium luceret. Mirati enim Ioannem
in principio, lucē eius hoc modo accendiſtis. Sed
poſtea nec ipſi ab eo baptizati, & baptizari cæte-
ros prohibentes, ad hoc uſq; inſaniæ delapſi eſtis, D
ut dei nuncium increparetis. Miſiſtis enim ad eū
Ioannis 1. qui dicerent: Quid igitur baptizas? id eſt, cur in
pœnitentiam & cognitionē Chriſti, lumine tuo
populum ducis? Ita ignorātiæ atq; iniquitatis cri
mine breuiter à ſaluatore accuſari uidentur. Quo
Luce 7. rum ignorantiam Lucas etiam oſtendit, dicens:
Et totus populus audiēs uerba, uidelicet ſaluato-
ris iuſtificauerunt deum à Ioanne baptizati: Pha-
riſæi uerò & legis doctores, dei uoluntatem in ſe-
ipſis ſpreuerunt, non baptizati ab eo.

*Ad conſcribentem ſcilicet legislatorē, qui uel. minibus quibuſdam ſenſum ſpiritalem circumſcribit.*

CAP. II.

EGo autem habeo teſtimonium maius Ioan-
ne: opera enim quæ dedit pater ut perficiam
ea, ipſa opera quæ facio teſtimonium perhibent
de me, quia pater me miſit.) Quanq; lucerna fuit
Baptiſta, quanq; figuris denotatus legis, quāquā
prophetarum uoce uenturus prædicabatur ad pa- E
randam uiam domini, & ſemitas dei noſtri: tamē
quoniam, inquit, non dignus fide uobis uidetur,
nec tanti uiri propter arrogantiam ueſtram teſti-
monium à uobis ſuſcipitur: maiorem coactus te-
ſtem uobis offero, cuius ſplendor mentis ueſtræ
oculos ita perſtringet, ut nihil omnino dicere poſ
ſitis. Non enim uerbis, neq; autoritate hominum
rem meam approbo, ſed miraculorum ſplendo-
re ac gloria ex deo me natum, & natura deū oſten
do: nec cuiq; ullam iniuriam infero, ſi leges, quas
ipſe tuli, ſic moderor, ut à literali ruditate, quæ di-
cta ſunt ænigmatice, ad ſpiritualem intelligentiā
transferam. Aperte igitur his uerbis docet, nemi-
ni poſſe congruentem deo uirtutem atq; opera-
tionem ineſſe, niſi natura deus ſit. Certum enim at-
que neceſſarium teſtimoniū opera ſunt. Si enim
dei patris opera efficit, & quæ nullus præter deū
facere poteſt, ea ſuo iuſſu peragit: quomodo non
erit palām quod eandem naturam cum deo patre
poſſideat, & deitatis perfectionibus reſplendeat?
Acceptiſſe autem à patre opera hæc affirmat, aut
humilius propter diſpenſationem carnis de ſe lo-
quens, aut conſenſum patris in faciundis miracu
lis, dationis nomine appellās: hoc enim modo e-
tiam miſſus eſſe dicitur, quia humiliauit ſeipſum
propter nos. Humiliaſſe uerò ſeipſum, non aliter
quàm propter aſſumptionem hominis intelligi-
tur, qua factum eſt ut plerunque ut homo loqua-
tur. Vnde Pſalmiſta quoq; humilius de ipſo, ut Pſ.
de homine ſic cecinit: Ego autem cōſtitutus ſum
rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, præ-
dicans præceptum eius. Nam qui cum deo patre
ſemper regnat, regem ſe cōſtitutum fatetur. Ho-
mo enim factus, cui regnare naturaliter non eſt,
regnum accipere dicitur, quod naturaliter ut de-
us ſemper habet.

CAP. III.

NEq; uocem eius unquam audiſtis, neq; ſpe-
ciem eius uidiſtis, & uerbum eius non habe
tis in uobis manēs: quia quem ille miſit, huic uos
non creditis.) Hæc uerba rurſus non ſimplicem
continent ſenſum, ſed uariȷ ſublimesq; intelle-
ctus in eis cælantur. Obȷciet enim fortaſsis quiſ-
piam: quamobrem, quum patris ſe teſtimoniū
habere dixerit, ad hæc quæ nihil ad ſuperiora pertinere uidentur, illico delapſus eſt?
Quid enim ad teſtimonium patris attinet, ſi dei
patris uocem nunquam Phariſæi audierunt, nec
unquam ſpeciem eius uiderūt? Hæc iure quis ob
ȷcere poteſt. Nos autem gratia ſpiritus opitulante, dicemus conſuetudinem fuiſſe Chriſto, maxi-
me quando ad imperitos Phariſæos loquebatur,
corda illorum aſpicere, cogitationisq; motus ut
deus examinare, ac ad ea quæ illi mente uerſabā
orationem nōnunquam accommodare. Ac ideo
non ſerie à ſuperioribus quandoq; ſibi ſermo pro
cedit, quum ad ea quæ illi ſecum uerterent acuti
ſime oratio componatur: quare maxime natura
ſe deum eſſe oſtendebat. Nullus enim præter deū
cordium



2. Paral. 6. cordium occulta ſcrutatur. Hæc res ab Euangeli A
ſtis aperte probatur. Scribitur em (phariſæis, do-
Marc. 2. ctoribusq; legis audientibus atq; uidentibus) ę-
grotum membris omnibus diſſolutū, à duobus
uiris portatū fuiſſe. Quumq; propter multitudi-
nem per oſtium intrare ad Ieſum non poſſent, à
tecto (remotis tegulis) eum demiſiſſe. Ieſum au-
tem ad illū dixiſſe: Dimittuntur tibi peccata tua.
Et tunc phariſæos ac ſcribas turbatos hęc ſecum
uertiſſe: Quis eſt iſte, qui blaſphemat? Ieſum aūt
cogitationes eorum ſciētem, reſpondiſſe: Quur
cogitatis mala in cordib. ueſtris? Quid eſt facili-
us dicere, Dimittuntur tibi peccata tua: uel, Sur
ge, ac ambula? Vides quomodo non expectauit
uerba eorum, ſed cogitationibus ut deus reſpon
dit. Simile quid apud Lucā inuenies. Alio quo- B
Luc. 6. dam (inquit) ſabbato in ſynagoga docebat. Et e-
rat ibi homo, cuius manus dextera erat arida. Ob
ſeruabant igitur ipſum ſcribæ atq; phariſęi, ſi cu-
rabat in ſabbato, ut occaſionē de ipſo inuenirēt.
Ipſe uerò quum ſciret cogitationes eorum, dixit
homini qui manum aridam habebat: Surge, &
ſta in medio. Et ſurrexit, & ſtetit. Et Ieſus tunc di
xit ad illos: Interrogabo uos, ſi licet in ſabbato
benefacere, aut malefacere? Perſpicis rurſum a-
perte ad cogitatiōes eorū uerba Chriſti accōmo
dari. Tale quid in hoc loco factū fuiſſe intelligi-
mus, quod facile uidebitur, ſi altius cuncta repe-
tem⁹. Longior ad illos oratio Chriſti de homine
curato in ſabbato facta eſt, ac multis uariȷſq; ar-
gumentis cōprobauit licere miſereri hominis in
ſabbato, omnibus quoq; benefacere licere: ſeq;
miſſum à deo patre confirmabat, teſtimoniumq;
patris habere: unde cōſenſu patris omnia fieri ap
probabat. Aduerſus hęc phariſæi doctores q; le-
gis, ut & naturæ rei ueriſimile fit, & ab his quę ſe
quūtur probari poteſt, illud maxime ſecum uol-
uebant: quis eſt hic ſermo? Quomodo aūtē con
ſentiet iſti deus pater, legē ſoluenti? Quādo au-
tem teſtimonium perhibuit de ipſo, aut quando
uocem eius de iſto audiuimus? Deum quidē de
ſcendiſſe in montem Sinai, per Moſaicā ſcriptu-
Exo. 20. rā cognouimus & tunc ſpecies eius patribus no
ſtris uiſa fuit. Vox eius audita, tōtiq; ſynagogæ
loquutus, diē ſabbati colere iuſſit. Recordare di
cens ſabbati, & ſanctifica diē illum. Sex dies o- D
peraberis, & facies opera tua: ſeptima uerò dies
ſabbati erit ſancta domino deo tuo, nullū opus
in ipſa facies. Nec ab alio hęc audierūt, ſed uocē
ipſius dei perceperunt. Præterea in nobis eſt uer
bum dei, hic autē quis eſt? Talia cogitantes acer
bius arguit, dicens: Nec uocē ei⁹ audiſtis, nec ip
ſum quidem uidiſtis, & uerbum eius nō habetis
manens in uobis: quia quem ille miſit, huic uos
non creditis. Quæ nāq; per id temporis figurate
facta fuerunt, & quare in montē Sinai deſcendiſ
ſe deum ſcribitur ignorantes: non intellectualiū
rerum imagines priſca illa fuiſſe credebāt, ſed ip
ſam naturam dei corporalibus oculis perſpectā
fuiſſe phariſæi putabāt, & uocē ipſis dei proprie
auditam arbitrabātur. Quod autem uerax ſalua
tor noſter eſt, nec uocem dei patris unquam (ita
ut putabant) audierunt, nec oculis ſpeciem eius Exo. 33.
uiderunt, nec uerbū eius perceperunt: ut ad quę
renda ſpiritalia incitentur, operæpretium duco
ab ipſa ſcriptura demonſtrare. Quumq; eduxiſ-
ſet eos Moſes in occurſum dei de loco caſtrorū
ſteterunt ad radices mōtis: totus autem mons Si
nai fumabat, eo quod deſcēdiſſet deus ſuper eū
in igne. Et aſcendebat fumus ex eo quaſi de for-
nace, & territus fuit tot⁹ populus ualde, & ſonitus
tubæ paulatim creſcebat in maius, & prolixius
tendebatur. Moſes loquebatur, & dominus re-
ſpondebat ei uoce. Hęc quidem uerba ſcripturę
ſunt. Verum, quoniam etiam nunc hæc ridiculo
ſa opinio ludęos detinet, ipſam dei ſpeciem ocu
lis uiſam, & ab ipſo deo prolatā uocem auribus
auditam putantes, gratia ſaluatoris freti expona
mus, & legis rudes figuras in ſpiritalem atq; ſub-
limem ſenſum traducamus. Sic enim uerum eſſe
demonſtrabitur: nec uocem dei unquā audiſſe,
nec ſpeciem eius Hebræos uidiſſe. Educitur igi-
tur per Moſen populus obuiam Deo, aperteq;
ſatis (ut in ęnigmate licet) ſignificatur hominem
non poſſe abſque cognitione & introductione
(ut ita dicam) pædagogica, peruenire ad Deum:
ſed lege ad cognitionem introductum, quod de
ſiderat conſequi. Moſes nanque pro legę accipi Luc. 16.
ſolet: habent (inquit) Moſen & prophetas. Aſ-
ſiſtentia uerò ſub monte populi, quum iam De-
us deſcendiſſet & eſſet in eo, paratum mentis at-
C que animi uocatorum ſtudium ad ſeruiendum
Deo ſuo oſtendit. Difficiliora enim tolerare ſo-
lent quàm natura ferre poſsit, quum Deus adſit.
Tales ſunt omnes ſaluatoris diſcipuli, atq; ideò
magno animi robore clamant: Quis poterit nos Rom. 8.
à charitate Chriſti ſeparare? tribulatio, anguſtia,
perſequutio, fames, nuditas, periculum, gladi-
us? Omnia enim fideles propter charitatē Chri-
ſti perferunt, etiam ſi quaſi monſtri tribulatio eriga
tur: nec unquam mouentur, nec à charitate deſi-
ſtunt. Deſcendiſſe autem non in ualles, ſed in ca
cumina montis Deus dicit: ut tu intelligas, quā-
uis ad imbecillitatem mētis noſtræ deitatis natu
ra cōſcendat, & ſeipſam nobis intelligendā quo
dam modo præbeat, altiorem tamen eſſe quàm
non poſſumus intelligere. Sublimitas igitur do D
gmatum, per montem intelligitur, qui totus a-
ter fumo efficiebatur. Acutæ nanque ſunt nimi-
um rationes, quæ de Deo à nobis habētur, & o-
culos mentis more fumi perturbant. Propterea 1. Cor. 13.
etiam Paulus in ſpeculo & ęnigmate uidere nos
ait, & tenebras in occultationē eius poſitas eſſe
Pſalmiſta cecinit, tenebrarū nomine incompre- Pſal. 17.
henſibilitatem eius ſignificās, quam per fumum
hic intelligimus. In figura uerò ignis per id tem-
poris congrue nimium deus deſcendit. Oporte
bat enim Deum, qui per legem ad cognitionem
& ſeruitutem ſuam Iudaicam populum inuita-
bat, ut illuminatorem uideri, ac punitorem: quæ
ambo in igne ſunt. Tubæ autē ſonitus paulatim
creſcebat in maius, ut intelligas prolatā quidem

Universidad de Deusto
Biblioteca



legẽ diuinitꝰ esse uoce ab initio submissa, & propter hominum imbecillitatem tenui, nec totum tibicinis flatũ capiente, ideò tardus lingua Moses fuit. Progredientibus autẽ seculis, literali umbra (in spiritualem cultũ hominibus à Christo reductis) multo uehementior diuinę tubæ sonitus effectus, euãgelicam prædicationem per totum orbẽ expandit. Non enim ut lex tenuitate uocis in ludæa solũmodo exauditus est, nec tantũmodo à Dan usq; ab Bersabee, sed in omnẽ terram exiuit sonus eorũ, ut scribitur. His additur, quia Moses loquebatur, & deus ei uoce respõdebat. Attende diligẽtius: uoce nanq; (inquit) deus respondebat, sed non addidit, propria, sed simpliciter uoce dixit, quæ uerborũ sono, humano more miraculose in audientium auribus insonabat. Quid enim efficere deus nõ potest? Sed hęc quidem figuræ sunt, modò ueritatem perspiciamꝰ. Legimus igitur in sacratissimis euãgelijs dixisse dominum, Pater, clarifica filium tuũ: & patrem respondisse, Clarificaui, & iterũ clarificabo. Non fuisse autem dei patris uere uocẽ saluator ostendit, dicens ad eos qui aderant: Non propter me uox ista facta est, sed propter uos. Vides quod factam esse uocem ait. Non est enim cõgruum, ut uoce hac sonora, quæ ictu aeris fit, diuinã uti naturam putemus, etiamsi ad utilitatem nostrã, & per dispensationẽ humano more loquutus esse dicat. Hæc dicta nobis sunt, ut uerborũ saluatoris ueritas appareat: quia nec uocem patris unq; audierunt, nec speciẽ eius homines uiderũt, nec uerbũ eius manẽs in ipsis pharisęi habebãt: quia quem ille misit, huic nõ credebãt. Quod autem per arrogantiã diuinũ habere uerbũ prędicabãt, & propterea sapiẽtes se per imperitiã opinabantur, ipse Christi spiritus per Hieremiam testatur dicens: Quomodo dicitis, sapientes nos sumus, & uerbum domini nobiscũ est? uerè mẽdacium operatus est stilus mendax scribarũ, confusi sunt sapientes, perterriti & capti sunt, & sapientia nulla est in eis: uerbum enim Domini proiecerunt. Quomodo enim uiuum, subsistens q; dei uerbũ repulisse nõ uidebũtur, qui credere in ipsum noluerunt? qui patris characterem (quantũ in eis situm erat) dedecore affecerũt, & uerissimam speciem patris, per potestatem & uirtutem deo soli conuenientẽ aspicere noluerunt? Non enim aliter, quàm per ea quę operatur, ineffabilis natura deitatis cõprehẽdi à nobis potest. Quapropter à magnitudine ac pulchritudine creaturarũ, ad creatoris cognitionẽ Paulus nos inducit: quod saluator quoq; ipse facit, quũ dicat: Si patris mei opera non facio, nolite credere mihi: sin uerò facio, quãuis mihi nõ credatis, operibus tamẽ credite. Et Philippũ reprehẽdisse uidetur: quia posse se ad cognitionẽ dei patris aliter peruenire putauit, quàm à potestate operũ. Vnde poterat æternam eius imaginem cognoscere, quę in seipsa genitorẽ ostendit: propterea dicebat: Tãto tempore uobiscum sum, & nõ cognouistis me? Philippe, qui uidet me, ille patrem etiam uidet.

Exod. 4.
Psal. 18.
Ioan. 12.
Rom. 1.
Ioã. 14.

CAP. IIII.

SCrutamini scripturas, quia uos putatis in ipsis uitã æternã habere: & illę sunt, quæ testimoniũ perhibent de me, & non uultis uenire ad me, ut uitam habeatis.) Communis & trita huius textus expositio: cum imperio quodam excitari à saluatore ad inuestigãdas scripturas pharisęos affirmat, ut testimonia inde posint de Christo colligere. Verũ quoniam illud copulauit, & nõ uultis uenire ad me: & causam inuestigatiõis adiecit, quia uos in ipsis putatis uitam æternam habere: nullo pacto hęc oratio cum imperio, sed cum iudicio proferẽda est. Nam si cum imperio legitur, cum similiter propter copulam totus sermo ita proferendus esset, scrutamini dixisset, & uenite ad me. Nunc autem non ita, sed non uultis, inquit, uenire ad me, huiusmodi ergo sensus est. Nã quoniã uidebat à Mosi libris multa eos diligenter quidem, sed imperite aduersus eũ colligere, idcirco inutilem eis ostẽdit hanc diligentiam esse. Quæ nãq; inquit, utilitas est, si scripturas quidem scrutamini, putantes ad uitam æternam per ipsas peruenire? Quum autem eas testimonium mihi perhibẽtes inueniatis, in quibus ego uita sum appellatus, nõ uultis ad me uenire, ut uitam habeatis. Quare sequitur inde maxima uos animarum uestrarum detrimenta colligere, unde salutem consequi putatis. Ad cõtradicendum enim solum, scripturã legitis: quæ uerò ad uitam æternam conducunt, ne in mentem quidem ueniũt uestram. Quod autem & in lege, & in prophetis de unigenito qui naturaliter uita est, magna fit mẽtio, nemínem qui sacros libros attente perlegerit, ignorare puto.

CAP. V.

CLaritatẽ ab hominibus nõ accipio, sed cognoui uos, quia dilectionem dei non habetis in uobis.) Sentit, imò uerò uidit ut deus commotos uehemẽter pharisæos fuisse: non quia nõ recte illos scrutari scripturas dixit, sed quia subiecit, Non uultis uenire ad me. Qua eñ ęgritudine animi laborabant, eadem saluatorem, quoq; laborare credebant. Quoniam ergo non uultis uenire ad me, dixit, inanis cupiditate glorię cõmotũ ad se uocare omnes, ex imperitia crediderunt. Ita dirumpebantur, quum uiderent ab hærede fructum uineæ repeti: ac ut in parabolis Euangelij dicitur, Venite, secum dicebãt, interficiamus ipsum, & possidebimus hęreditatem suam. Has suspiciones eorum refutans, & inuidiam aliuorem, euertens, claritatẽ & gloriam, ait, ab homine nõ accipio. Non enim uoco uos ad me, ut à uobis uel ab alijs gloriam acquiram, qui glorię à meipso plenꝰ sum: sed dixi nolle uos ad me uenire, ut clare cognoscatis dilectionẽ Dei uos nõ habere: qua priuati, quomodo poteritis ad unigenitum filium Dei accedere?

CAP. VI.

EGo ueni in nomine patris mei, & non accepistis me: si alius uenerit in nomine suo, illũ accipietis.) Ne pharisæi putarẽt iniuria sibi à domino dictum esse, quod dilectionẽ dei nõ haberẽt in ipsis: idcirco breuiter & uerè hoc cõfirmatur. Ego eñ, ait, in nomine patris mei ueni (cuncta enim ad gloriã dei patris facere uos hortor) uos autem me repellitis: accipietis autem (scio enim ut deus futura) eum, qui nõ deo patri gloriã referet, sed ad se transferre conabitur, & nõmini suo cuncta tribuet. Hinc arbitror beatum quoq; Paulũ illud de Iudæis & de iniquitatis filio dixisse: Quoniam dilectionẽ ueritatis ad salutem suã non receperunt: idcirco mittet eis deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui nõ crediderunt ueritati, sed consenserũt iniquitati. Hęc ratio à saluatore dicta prophetice, tempore suo re ipsa ueritatem habebit.

2. Thess. 2.

CAP. VII.

QVomodo potestis uos credere, qui gloriã ab inuicem accipitis, & gloriam quę à solo deo est non quæritis?) Glorię hominũ ac principatꝰ cupidos esse arguit, occultiusq; monet improbe illos facere, quum affectus & ęgritudines animi sui, ei q; super omnia est, attribuant. Et hac inanis gloriæ cupiditate, optimæ rei fidei uidelicet in eum iacturam illos facere ostendit. Hoc & Paulus apertissime dicit: Si enim hominibus placerẽ, inquit, Christi seruus non essem. Quasi enim natura, necessarioq; accidit omnib. qui gloriam hominũ uenantur, ut gloriam dei amittant, & à solo deo decidãt. Solum autem deum dixit, nõ quia se aut spiritũ ab huiuscemodi solius Dei honore seperet, sed quia dęgentium ad hoc non ascendunt. Sanctæ nanq;, consubstãtialisq; trinitatis plenitudo, unam gloriam, unam naturã (ut sæpius dictum est) possidet.

Gal. 1.

CAP. VIII.

NOlite putare, quia ego accusaturꝰ sum uos apud patrẽ: est qui accusat uos Moses, in quo uos speratis.) Ad gloriam magis, quàm ad pietatẽ uiuere pharisæos dixit, propterea ne putarẽt accusatorem se illorũ futurum, est (ait) Moses in quo uos iactatis: quippe qui quum cæcus dixisset, An & uos uultis discipuli eius fieri? magna uoce clamarunt: Tu illius discipulus sis, nos autẽ Mosis sumus discipuli. Accusabit ergo, ait, uos Moses etiã ille, in quo maxime speratis, contẽptus spretusq; à uobis propter arrogantiã uestrã. Nec quia dixit: Nolite putare quod ego accusabo uos apud patrem, nullam delationem Iudæorum nominis à Christo futuram arbitrari oportet. ipsum enim audimus dicẽtem: Quicunque confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego ipsum coram patre meo: & quicunq; negabit me corã hominibus, negabo & ego eũ coram patre meo. Patet igitur accusatum iri omnes apud patrem per Christum, qui eum non susceperunt. Non erũt igitur Iudæi, qui pertinacia sua Christũ negarũt aut negãt, ab hac accusatione liberi: sed cõmodissime ad utilitatem eorum & acutissime oratio texitur. Nam quoniã doctrinam eius paruipendebant, & Mosę se discipli nam seruare cõtendebãt, clamãtes: Nos scimus quia Mosi loquutus est deus, hũc autẽ nescimus unde est. Necessariò nunc Mosen quoq; ipsum in quo iactabant, sperni ab eis affirmat, nec opus esse alio accusatore: sed etiã cæteris omnibus silentibus, solã Mosis legem ad cõdemnationem non credentium in se Iudęorum sufficere asserit.

Ioan. 8.
Matth. 10.

CAP. IX.

SI eñ crederetis Mosi, crederetis utiq; mihi, de me enim ille scripsit.) Apertissime superioribus hęc addidit: Si enim, ait, meis uerbis nõ creditis, feram & patiar hanc iniuria à uobis affectus. Sed quur Mosen uestrũ nõ suscipitis? quur quem summopere admiramini, ei non creditis? Date uestri animi aures illi, & cognoscetis, quẽ nescientes uituperatis: considerate figuras, quę ueritatem parturiũt. Ego in libris eis obumbratus sum, sed si scriptis illius nõ creditis, ille quoque uos meritò accusabit. Deberemꝰ forsitã euãgelij sensum exponẽtes ad ulteriora progredi, alijs figurarũ scripturæ interpretatione cõmendata. Pleni eñ sunt libri Mosaici figurarũ huiusmodi: quæ ita latẽt, ut sine magno labore ac studio, addam etiam gratia saluatoris, interpretari recte non possint. Verum ne laborẽ fugere uideamur, unum aliquid ad utilitatem legentiũ, & ut ueritas illorũ uerborũ appareat, Si crederetis Mosi, crederetis utiq; mihi: de me eñ ille scripsit. Vnũ inquã, aliquid exponamus, dño freti, qui dabit uerbũ euãgelizantibus uirtute multa. Prophetã de gente tua, de fratribus tuis, sicut me suscitabit dñs deus tuus. Ipsum audies ut petisti à domino deo tuo in Choreb, quando concio congregata est, atq; dixisti: Nõ audiam ultra uocem dei mei, & ignem hunc maximũ non uidebo ne moriar. Et ait mihi dñs: Bene omnia sunt loquuti. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponã uerba mea in ore eius, loquetur q; ad eos omnia quę præcepero illi. Qui autẽ uerba eius, quæ loquetur in nomine meo, nõ audierit, ego ultor existam. Ecce rursus absq; magno uelamine incarnationis mysteriũ scribitur, à similitudine Mosis subtilissime ac artificiosissime figuratũ. Prophetam enim, inquit, suscitabit tibi dominus deus tuus de fratrib. tuis, sicut me. Quam rem latius exponẽs, statim intulit: Vt petisti à domino Deo tuo in monte Sinai, ac in die concionis, dicens: Non audiam ultra uocem domini Dei mei, nec hũc ignem uidebo ne moriar. Nam quoniã prudenter maiora illa uidere ac audire populus recusabat, quæ magnitudine uisionis intolerabilia illi fuerunt: meditatio Moseæs, cuius ministerio diuina præcepta populo deferebantur, tũc intercesit. Quę res figurabat mediatorẽ dei atq; hominũ Christũ, qui natus ex mulie re propter nos, Dei patris uoluntatem notã ei ut filio, & ut sapiẽtiæ dei, uoce humana, ut uerè homo nobis patefecit. Nã quũ corporis oculis deitatis gloriã cernere nequeamus (nemo enim uidebit faciem meã, inquit, & uiuet) necessariò unigenitus dei filius imbecillitatẽ nostram assumpsit, humana carne indutus, & sic uoluntatem patris

Exod. 20.
Psal. 67.
Deut. 18.
Exod. 33.
Ioan. 15.

tris nobis annunciauit. Omnia, inquit, quæ audi A
Ioan.12. tui à patre nunciaui uobis. Et rursus: Ego â meipso loquutus non sum, sed qui misit me pater, ipse
mihi mãdatũ dedit quid dicam, & quid loquar.
Mediatio Moſi. Mediatio igitur Mosis inter deum, & ludęorum
populum, mediationis Christi figura erat: sed illa quidem ministri modo adhibita, seruilis fuit, li
bera uerò hæc Christi & mystica: mediator enim
hominum atque dei factus, uere utranque natu
ram attingit. Nã qui deus natura est, ut unigenitus dei filius non separatus â substãtia patris, sed
ex ipsa & in ipsa: is homo etiam factus est, ut lon
Deut.18. ge à deo separata natura hominũ, per ipsum deo
coniungatur. Quod igitur dicit Moses: Prophe
tam uobis suscitabit Dominus sicut me: non ali
ter, quàm ut diximus, intelligẽdum est. Sic enim B
Act.3. etiam ipse deus affirmauit, dicẽs: Recte loquuti
sunt. Prophetam suscitabo eis similem tui, & po
nam uerba mea in ore eius, loquetuŕq; ad eos o
mnia quę præcepero illi. Omnia enim fert uerbo
Heb.1. uirtutis suæ filius, ut Paulus ait. Et patris uocem
nobis intonat, ut ab ipso mediator constitutus, si
Psal.2. cut de persona ipsius Christi Psalmista cecinit: E
go aũt cõstitutus sum rex ab eo super Sion mon
tem sanctum eius, prædicans præceptũ eius. Po
terit autem quispiam propter illud, Similem tui,
Mat.h.5. quoniam legis minister Moses fuit, illud in medi
um afferre: Audistis quoniam dictum est anti
quis: Non mœchaberis: ego autem dico uobis,
Non concupisces: poterit etiam doctorem Chri
stum intelligere, quo in cœlum & ad uitam eter
C nã ascẽdimus, ut & Moses priscis ductor fuit ad
promissionis terram: unde sæpius dicit: Et intro
Deut.18. ducet te dominus deus tuus in terrã, quam iurauit
patribus tuis: & serua præcepta hęc, ut longo tẽ
pore uiuas. Verum quoniam scribitur: Qui autẽ
uerba eius audire noluerit, ego ultor existã. Au
diant, oro, ludæi & intelligant, quomodo per im
peritiã & arrogãtiã suam, æternã in seipsos ultio
nem cõuocarunt: quomodo torquentur æternis
supplicijs, omni spe honorũ priuati, quia nõ cre
diderunt Mosi: cui si credidissent, & Christo cer
te, de quo ille scripsit, credidissent.

CAP. X.

SI autem illius literis non creditis, quomodo
uerbis meis credetis?) Magnas hic sermo te D
nebras offundere uidetur. Poterit enim hinc cer
te quispiam eò falsitatis deuenire, ut scripta Mo
sis maioris, quàm saluatoris uerba putet dignita
tis: habitus enim ipse orationis atque figura, uer
bis saluatoris multo digniora scripta Mosis, uide
tur ostendere: sed ipsa natura rerũ, longe falsum,
ac omnis plenum insaniæ hunc sensum esse per
suadet. Quomodo enim maiora, dignioráq; illa
erunt, quæ nihil aliud, quàm figuræ atq; umbræ
fuerunt? Quomodo inquam maiora erũt quàm
ueritas, quæ ab illis figurabatur? Non erat diffici
le propter copiam rerũ longam hac de re oratio
nem conscribere. Verum, quoniam ita patet ut à
seipsa luceat, superuacaneus esset labor. Quare i
ter nostrum agamus, huiusmodi ergo huius loci



sensus est: Si legem, inquit, Mosis scriptã tenen
tes, ac quotidie studiose legentes, tamẽ paruifa
citis ac transgredimini, quasi eorum oblíti quæ
quotidie legitis, quomodo uerbis meis recte affe
cti eritis? aut quomodo uerbis meis credetis, q̃
uix semel & negligenter audistis, quũ Mosi non
credatis, quẽ magistrum professi quotidie legi
tis? Aut igitur hoc pacto intelligemus, aut (utilis
enim est pia in his uarietas) Mosaicam dicemus Gal.
scripturam figuris & umbris (ut pædagogus so
let) ad Christi mysteria conducere, & quę ibi scri
buntur, quasi elementa esse quędam euangelicę
scripturæ asseremus. Disciplinæ nanque legalis
Christus est finis, ut scribitur: Impletio legis & Rom.
prophetarum Christus. Qui ergo, ait, elementa
doctrinæ meę nõ suscipitis, & legem quæ ad me
ducit, spernitis: quomodo altiora hæc poteritis
cognoscere? aut quomodo maiora ferre ualetis,
qui parua ferre indignum putatis?

CAP. XI.

POst hęc abijt Iesus trãs mare Galilęæ, quod C
est Tiberiadis.) Primum illud dictu peruti- Ioan.
le puto, quod à Hierosolymis non absq; cogente
causa, dominus semper abire uidetur: ubique au
tem tanquam in tabulis uaria nobis secundum
rerum conditionem mysteria depingit. Sed quæ
nam sit huius recessus causa, & quid inde signifi
catur, tempore suo dicemus: nũc quod primum
occurrit, primum quoque declarãdum est. Post
hæc, inquit, abijt Iesus. Quærendũ diligenter est,
C quænam ista sunt, de quib. dixit, Post hæc: mira
bilis igitur medicus dominus in Hierosolymis ui
sus est, qui triginta & octo annorum ægrotum,
nulla medicina, nullo remedio, sed solo uerbo,
ut deus, potestate, nutu atq; imperio suo curauit.
Surge nanq;, dixit, & tolle lectulum tuum, & ua- Ioan.
de in domum tuam. Verum quoniam sabbatum
erat, moleste tulerũt ludæi, qui ruditati nimium
literali hærebant, qui magis peccati, quàm ęgro
tus ille morbi uinculis stringebãtur, qui semper
sabbatum, id est bonorum priuationem habent,
qui mẽtem & animum dissoluti sunt, ad quos re
cte dici potest: Confortate manus dissolutas, ge
nua debilia roborate. Moleste autem ferũt, quo- Heb.
niam debitus honor sabbato, etiã à legis condi
tore nõ redditur. Condemnãt Christũ ut trans
gressorem, scriptum illud contemnentes ipsius
qui dicit regi: legem transgrederis. Ad hęc, mul
ta dicta sunt à saluatore, & sermo longior habi
tus est, quo demonstrabatur sabbatismum, ociumq; Matth.
illius diei priscis figurate per legẽ datũ fuisse, &
quod dominus est etiã sabbati filius hominis. Sed
qui nihil boni poterant intelligere, qui ad omne
malum parati etant, insurgebant in doctorem:
cædem eius meditabantur, qui ad sapiẽtiam eos
reuocabat, mala ei pro bonis (ut scribitur) retri- Psal.
buentes. Post hæc omnia igitur gesta simul ac di
cta, necessariò à Hierosolymis abijt. Et quoniam
festus dies ludæorũ prope erat, ut paulò post le
gitur, in quo lex Mosaica omnes undique ut ta
bernaculorum solennitatem peragerent, ad Hie
rosolymam



rosolymam Iudæos proficisci iubebat: festum di A
Palus Tiberiadis mare. em dominus declinãs, paludem Tiberiadis, ma
re propter magnitudinem â Iudęis uocatam, na
uigauit. Per hunc festum scenopegiæ diem, san
ctorum ad Christum congregationem spiritua
liter intelligimus: quando ab uniuerso terrarum
orbe, post resurrectionem mortuorum ad cœle
stem Hierusalem uerę scenopegię solennitatem
perpetuò acturi congregabuntur, gratias agen
tes domino de resurrectione corporum suorum,
& interitu mortis. Historice autem infinitam pe
nè multitudinẽ ad diẽ illum festũ solitos fuisse in
Hierusalem ascendere dicitur. Quo quidem in
tempore, multum necessario pharisæi poterant.
Nam quum propugnare legi uidebantur, facile
in tãta tãq; imperita multitudine aduersus trans- B
gressores, aut quos illi transgressores putabant,
clamantes, turbas incitabant: quæ solent fluctus
more, aut etiam ignis, ingentem materiam na
cti, quasi uentis principum uerbis, huc atque il
luc uehementius exagitari. Hæc non ignorans
Dominus, clàm inde cum discipulis abijt, & ul
trà mare Tiberiadis cum discipulis se traiecit.
Quod autẽ cędem suam cupientes Iudęos decli
nat, ipse nobis euangelista declarat, dicens: Post
Ioan.7. hæc ambulabat Iesus in Galilæa. Non enim uo
lebat ambulare in Iudæa, quia Iudæi quærebant
eum interficere. Sed hæc ita esse non inficior, di
ceret quispiam: quod autem diem festum etiam
declinaret, id discere cupio. Eos igit̃, qui fratres
eius putabãtur, audias, qui Christo in Galilęa di C
cebant: Ascende hinc in Iudęã, ut discipuli tui ui
deãt signa quę facis. Ad quos dñs: Ascẽdite uos,
ego non ascendo in solennitatem hãc, quoniam
tempus meum nondum adest. Perspicuum er
go est, à Hierosolymis illũ abijsse, scelere Iudæo
rum & persequentium crudelitate coactum, ac
inuidiæ tela artificiose sola sui depellẽs absentia:
nõ quia pati aliquid poterat nolens, sed ut exem
plum nobis, non timiditatis, sed charitatis proxi
morum seipsum poneret. Hinc enim discimus
persequentes inimicos, etiamsi nihil officere pos
sunt, declinãdos tamen esse, ut hoc modo ira &
impetus eorum deferuescat, & sic multo magis
illis quàm nobis conferamus. Non enim nostra
tantum, uerumetiam aliorũ quærere debemus. D
Opus quippe charitatis est, non insurgere in ma
leuolos, nec uiribus nostris uti, ne impotentia il
lorum redarguta, maiore concitetur odio. Chari
2.Cor.13. tas enim (ut Paulus ait) non quærit ea quæ sua
sunt. Verum si iterum atque iterum euangelica
uerba consideres, mirabilem dispensationem in
saluatoris ab Hierosolymorum urbe recessibus
facile inuenies. Nam quum crudelitate Iudęorũ
sæpius ad alienigenas abierit: quoniã apud hos
& tutari seipsum uidebatur, & honorifice tracta
batur: gentium ecclesię iure datam palmam re
ipsa ostendebat, & impietatem Iudæorum pieta
te alienigenarum præ oculis ponebat, ac crudeli
tatem illorum horum mansuetudine in medium
trahebat. Ita undique meritò à repromissione pa



trum expulsi sunt. Propterea recedens ab Hiero
solymis, non ad finitima castella diuertit, sed trãs
mare Tiberiados abijt: ut reipsa Iudæis intima
retur tã longe se propter impietatem eorum ab
eis migraturum, ut inaccessibilis ad eũ uia futu
ra sit: non enim est possibile pedibus hominum
maria transiri. Quod & uerbis minatus est pau- Ioan.8.
lò post, dicens: Quæretis me, & non inuenietis:
& quo ego uado, uos non potestis uenire. Fací
lis enim & plana uia iusticiæ omnibus est, qui
per fidem ad eum proficiscuntur: aspera uerò at
que ardua, imò autem omnino inaccessibilis ijs,
qui sua incredulitate dominũ irritant, iuxta pro
pheticum illud: Rectæ sunt uiæ domini, & iusti Osee 2.
ambulabunt in ipsis, impij uerò infirmabuntur
in ipsis. Interiectum igitur maris spacium, difficí
lem, imò uerò impossibilem Iudæis uiam propter crudelitatem eorum atque impietatem, futu
ram significat. Sic impiæ animæ uiam uallo ac
fossa prohibiturum se deus apud quendam pro
phetam minatur: Ideò (inquit) ego sepio uiam Osee 14.
eius uallo, & non inueniet semitam eius. Quod
igitur ibi uallum facit, idipsum hic mare peragit,
sanctum à sceleratis disseparans. Ita Hebręorum
populus, qui ab Aegyptia seruitute liberatus, re
promissionis loca petebat, quem Aegyptiorum
rex in seruitutem iterum redacturus persequeba
tur, qui per medium mare tutus transiuit, & ho
stem uidit eodem mari submersum, eum à quo
saluatus fuit, maria modò trãsire coegit. Surgat
igitur Moses, atque ista non equo animo ferens, Deut.32
repetat quæ prædixit: Generatio praua & adul
tera, hæc domino retribuitis? nõ erubescitis trãs
maria illum pellere, qui per medios fluctus à ser
uitute uos reduxit? Meritò igitur submergimi
ni: qui enim persequuntur, non qui fugiunt, iu- Psal.68.
re illud patiuntur. Propterea Dauid etiam cane
bat, dicens: Non me demergat tempestas aquæ.
Naufragium enim hoc Iudęorum significãs, de
precabat, ne cũ illis in profundo impietatis sub
mergeretur. Sed Aegyptij quidem corpore peri
clitati sunt. Iudęi uerò animarum iacturam fece
runt: ita iure de utrisq; ultio facta est. Tiberiada
uerò paludẽ, aut qa magna est, mare (ut dixim9, Gen.1.
quod uulgo factitatum est) appellauit: aut scrip
turam sequutus est, apud quam congregationes
aquarum maria nuncupantur.

CAP. XII.

ET sequebatur eum multitudo magna, quia
uidebant signa, quæ super ijs qui infirmabã
tur, faciebat. Subijt ergo in montem Iesus, & ibi
sedebat cum discipulis suis.) Quum ab Hieroso
lymis abierit Domin9, ut apud prophetas dictũ Eicrem.1
est: Dereliqui hæreditatem meam: quum ab in
frenato Iudęorum populo ad alienigenas perue
nit, tunc magna sequitur eum turba. Ipse uerò in
montem ascendit, ut re ostẽdat quod dixit: Si e- Ioan.12.
xaltatus fuero, omnia ad meipsum contraham.
Exaltatus enim fuit de terra, quando in crucem
pro nobis ascendit. Exaltatus uerò aliter est, quũ
in altum quasi montem, in honorem & gloriam

Universidad de Deusto
Biblioteca



deitatis ascenderit. Non enim ut Hebraicus populus, quasi hominē nos nudum cōtemnimus: sed ut Deum & saluatorem & dominum adoramus. Illi enim quasi abiectum quendam etiā Samaritanū appellare non erubescebāt, & qui modestius de ipso loquebātur, fabri filiū uocitabāt. Ioan. 8. Matth. 13. Apud fideles aūt, ut uere Deus (quod signis apparuit) glorificatur. Audis etiā eos, qui sequuti fuisse modò scribuntur, signis cōmotos, quæ super ijs faciebat qui infirmabātur, magno studio id fecisse, à miraculis ad cognitionē eius progredientes, & à potestate qua ut Deus utebatur, diuinos ei honores conferēdos esse intelligentes. Hac certe uia saluator ad uitam omnes inducit: Ipsa enim opera, inquit, quæ facio, testimonium de me perhibēt. & rursus: Si nō facio patris mei opera, nolite mihi credere: sin uerò facio, & si mihi nō creditis, operibus meis credite. Nam quēadmodum à magnitudine, pulchritudineq; creaturarum, creator Deus cognoscitur: sic à signis deitatis potestas percipitur, & sequentium fides iure laudatur. Ego autem arbitror acutiorem etiam sensum in his uerbis latēre. Non enim propter signa simpliciter Christum mirabantur: sed additur, propter signa quæ in infirmis ægrotisq; faciebat. Contrarius igitur animus istorū, Iudæorum (ut puto) animo demonstratur. Illi propter curationem ægroti uehementius turbabantur: isti non solum talia signa mirantur, uerumetiam propter hæc quasi Deum sequuntur. Fugiamus igitur, oro, qui Christum Deum atque Dominum profitemur, turpem Iudæorum imperitiam: adhæreamus Christo per patientiam: imitemur patientissimos illos discipulos, qui nunquam ab illo recedebāt, qui re ipsa, quod postea Paulus uerbis explicuit, cōclamabāt: Quis nos Rom. 8. à charitate Christi separabit? Sequamur etiā ipsum fugientem, ut & in montem ascendamus, & ibi cum eo sedeamus: id est, ad sublimem gloriam ueniamus, & cum eo simul regnemus. Ipse Luce 22. enim iam nobis pollicitus est, quod uos qui me sequuti estis in tentationibus meis, quando in regeneratione in sede maiestatis suæ filius hominis sedebit, etiam uos in duodecim thronis sedebitis, iudicantes duodecim tribus Israel. Hæc enim puto hinc significari, quod ad montē cū salD uatore discipuli cōscēderēt, ac ibi cū eo sederēt.

CAP. XIII.

QVum subleuasset ergo Iesus oculos, & uidisset quia multitudo magna uenit ad eū, dicit ad Philippū: Vnde ememus panes ut manducent hi? Hoc autem dicebat, tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus.) Optimā disciplinam, & sacris consentaneam uiris, suis modo discipulis Christus proposuit. Nam etiam in montibus & deserto paratos esse docuit oportere ad hospitalitatis uirtutem: qua quidem re, quid homini, qui Dei charitatem assequi uelit, maius excogitari potest? Quum enim quasi aquarum fluenta innumeri homines ad eum confluerent, ad sustētandos illos cibo discipulis iussit. Cuius rei, cum propter multitudinem hominum, tum propter locorum solitudinem, magnitudine atque difficultate, quis diues non fuisset perterritus? sed omnem huiuscemodi formidinem spe gratiæ suæ abijciendam monet. Sed historice quidem facilis sic uerborum est sensus. Spiritualiter uerò dicimus, quasi ex alto monte præscientiæ suæ à Deo omnes qui feruenti fide illum exquirunt præuideri, sicut apud Paulum dicit: Quos præscíuit, hos & prædestinauit conRom. formes imaginis filij eius, hos etiā uocauit. Sub-Luce 19. leuatis igitur oculis Christus eos uidet, qui uisitari ab eo (quoniam ipsum quærant ac diligant) digni sunt: ueluti etiam benedictionis modo ad Israel dictum est: Conuertat dominus faciem suam ad te, & det tibi pacem. Verum nō in uisitatione sola, gratia terminatur, sed alimēta & dapes quoq; præparantur, ut uerum illud quod in parabolis dicitur esse cognoscas: Non occidet dominus fame animam iustā. Seipsum enim, ut panem de cœlo apponet, & fidelium, animas nutriet, omnia uitæ necessaria ipsis præparans, ut in Psalmis dicitur: Parasti escam eorum, & quia sic Psa. paratio tua. Et ipse Christus in euangelio ait: Amen amen dico uobis, qui ad me uenit, nunquā Ioā. famescet. Dabit enim (ut diximus) cœlestem escam, & uariam spiritus copiosamq; gratiam, præparabitq; antequàm quicquam ab eo petatur. Nescimus enim orare ac petere ut decet. Quare ipse nobis porrigit, quæ ad salutem æternā conC ducunt. Dixit enim ad Philippum: Vnde ememus panes? Non est alienum considerare, quare ad Philippum. Libenter Philippus discebat, quærebatq; sæpius: sed non erat adeò acutus, ut altiora posset intelligere. Quod inde patet, quia magno tempore saluatorem sequutus, & uaria Deitatis eius signa indies aspiciens, & tam rebus quàm uerbis ad cognitionem attractus, quasi nihil adhuc didicerit in ultimo ferè dispensationis tempore dicit ad Iesum: Domine, ostende Ioā. nobis patrem, & sufficit nobis. Et quoniam absque malitia interrogabat, probe docebatur. Tanto enim tempore, ait uobiscum sum, & non cognouisti me Philippe? Vt ergo rudiorem ad sublimiora ingenio consequenda, & ad fidem uocans & roborans, rogat. Hoc significauit Euāgelista, quum tentatum à domino illū fuisse dixerit. Ipse enim, inquit, sciebat, quid esset facturus. Vnde aūt ememus panes, dixit, ut paupertatē discipulorum ostenderet, qui iam pridem colligēdi æris abiecto studio, unde emerētnon habebant. Illud etiam artificiosissime facit. Vnde nanque istud non frustra dictum est: sed quia omnem uiam colligendæ pecuniæ illis concluſit, ad illud erumpere interrogando cogit: si uoluerit multitudinem alere, quum nihil esse discipulis sciat, oportebit ipsum ineffabili uirtute ac potestate, ut dominum alimēta producere. Hoc enim solum reliquū erat, & ad hoc illos prouocabat, ut gentium poetæ dicunt: ferro ulceri opus esset.

CAP. XIIII.

Ducen-



DVcētorū denariorū panes nō sufficiūt eis, A ut unusquisq; modicū accipiat.) Subiecte Philippus ualde atq; humiliter respondet. Nā cū unde illud audiuisset, nō uirtutis, omnipotentię quę Christi sibi uenit in mētem: sed trepidus ad solā pecuniarū uiā refugit, nullo alio modo hāc rem peragi posse existimans, nisi cōmuni, tritoq; pecuniarū medio. Quare quantū ad paupertatē discipulorū attinebat, quātū etiā ad Philippi sententiā, nondū perfecte de saluatore sentiētis, ad impossibile iam liberalitas nutriendæ multitudinis deducta erat. Sed quod impossibile est apud homines, possibile est apud deū: & naturę ipsius terminis, deitatis natura superior est: oīa facile peragens, etiam quæ mentem nostrā excedunt.

CAP. XV.

DIcit unus ex discipulis suis, Andreas frater Simonis Petri: Est puer hic qui habet quinque panes ordeaceos, & duos pisces: sed hęc qd sunt inter tantos? ) Similiter Philippo imbecillā de Christo fidem Andreas quoq; habere arguitur. Nō enim etiam ipse ab alijs signis, quæ uiderat, omnia Iesum posse intelligere potuit: propterea significauit quidem nonnulla inueniri apud quendam adolescentulum: sed hęc, ait, quid fáci unt in tā multos? Oportuisset certe, si firmior apud eos fides fuisset, non magnum sibi uideri cibaria, tunc illi multitudini præparari posse ab eo, qui cūcta produxit ex nihilo: inerat tamē in uerbis eorum quædam utilitas. Nam quum clare dixerint: alter, quia ducentorū denariorum panes eis non sufficiunt: alter, sed quid hęc sunt in tam multos? extollunt quodāmodo his uerbis miraculū, ac faciunt ut maiores Christi uires uideantur, cuius uirtute mox tanta multitudo ad saturitatē erat peruentura: ita incredulitatis illa uis incertius conuersa testimonium fuit. Nam qui ultro fatebantur grandem ad suscipiendos illos pecuniam nō sufficere, illijpsi ineffabilē Christi uirtutem hac sua incredulitate esse demōstrant. Hu-Num. 11 iusmodi fidē apud Moſen quoq; fuisse in deserto cōperimus. Fiebāt em̄ Hebræi Aegyptię memores copiæ, & diuinorū obliti bonorū, in Mosen ductorem suum insultabant. Deus uerò non ignorabat cupiditate carnium illos exagitari, & daturū se illis carnes ad saturitatē promisit. Quæ D res quum impossibilis factu in deserto uideretur accessit clamās Moses: Sexcenta millia hominū hic sunt, & tu dixisti: Dabo eis mense uno carnes ad saturitatem. Quid igitur ad hęc deus? An, ait, manus domini non sufficiet? Quid enim non poterit deus? Hæc ad Philippum atq; Andream dicere possumus: Nónne manus domini non sufficiet? His nos exemplis commoniti, extremū omnium malorum incredulitatem putemus. Et quū deus fecisse aliquid, aut facturo esse dicitur, simplici fide, omni temeraria cura longe remota facile illud deo esse credamus, nec imbecillitate nostra diuinas uires metiamur. Modesti enim prudentisq; uiri est credere, quemadmodū oculis non tātum cernimus quantum uolumus, sed quantū uidendi acies ferre potest (nam quæ ualde remota sunt, discernere non possumus) sic & humanam mentem, etiamsi munda sit, ad certos usq; terminos protendi. Nihil enim supernaturalium comprehēdere certius possumus, sed credimus, nulla tenentes principia unde illa colligere queamus. Credendo igitur, non quærendo ista comprehenduntur: & ut laudatur qui credit, ita culpa nō caret qui dubitat, quod saluator ipse testatur, dicens: Qui credit in filium, nō iudicatur: Ioan. 3. qui autem nō credit, iam iudicatus est. Quod ad utilitatem legentium etiam sacris literis ita comprobemus, ut uel in hac uita sequutam animaduersionem ostendamus. Iubebatur olim, magna populo siti laborante, Moses, ut unà cum fratre B Aaron, lapide uirga percusso, fontes aquarum e-Num. 20. duceret. Sed quum non omnino dicenti deo crediſſet, fluctuanti animo ut homo: Audite me, inquit, increduli, an ex hoc lapide aquam uobis educemus? & percusso lapide effluxit aqua multa, & dixit dominus ad Mosen & Aaron: Quoniā non credidistis sanctificare me corā filijs Israel, propterea non introducetis uos hanc synagogam in terrā, quā dedi eis. Hinc uidere quisq; facile potest, pessimos esse fructus incredulitatis. Exod. 33. Nam si Mosi nō parcitur, illi de quo dictum est: Noui te præter omnes, & gratiam inueniſti apud Rom. 2. me, quis indignationē eius effugere poterit qui personarum conditiones nullo suscipit modo?

CAP. XVI.

FAcite homines discumbere. Erat autē fœnū multum in loco. Discubuerunt ergo uiri, numero quasi quinq; millia.) Innata sibi mansuetudine nō increpat, nec ullo modo reprehendit discipulos tanta pusillanimitate affectos, sed rebus ipsis ad fidem inducit. Quod enim dicit, Facite homines discūbere: illud quasi significare uidetur, O tardi ad intelligendas uires meas, & percipiendum quis uobiscū loquitur, facite homines discūbere, ut uideatis quo illos miraculo saturabo, quibus ducenti denarij nō sufficient: ut uideatis cuncta uiribus meis ex nihilo esse producta. Nónne poterit, qui uiduæ uasculum uacuari oleo non permisit, & hydriam effecit non carere farina, hos etiā quinque panes multiplicare aut 3. Reg. 17. ex nihilo, quasi à fonte magnam ciborum copiam producere? Hæc aliaque huiusmodi ex illa significatione uerborum sic emphatice dicta: Facite homines discumbere, intelligere decet. Fœnum autem ea de causa dicitur fuisse, ut locus ad discumbendum aptus cognoscatur. Animaduertendum autem diligenter, nō mulieres, nec pueros, qui uiris permixti erāt, enumeratos fuisse. Sequutus est (ut puto) Euangelista scripturæ consuetudinē, in qua, quū à deo ad Mosen dictū sit, ut synagogā filiorū Israel secūdū cognati- Num. 1. ones ex noīe numeraret, ut unusquisq; ultra uigesimū annū præcepta faceret, nec fœmina, nec puer aliquis numeraret: ita ueritas atq; cōstātia, quę nullā habet puerilē ac muliebrē in bonis leuitatem, in libro dei conscribitur: ita & scripturę

Universidad de Deusto
Biblioteca



consuetudinẽ seruat, & spirituale quiddam nos docuit. Nonne iure dicem⁹, ad uniuersam huius miraculi spiritalitatẽ respicentes, arrogantẽ contumeliatorem q̃ Iudæorũ populum iure à Christo depellit: laute aũt recipi, & cœlestibus alimẽtis nutriri, pane cœlesti (qui cor hominis confirmat) concessõ, omnes qui ad Christũ cõueniũt? Suscipiũtur aũt hilare, & cũ quadam uoluptate licenti. Id enim nobis fœnũ in quo discubuerũt ostendit, ut meritõ qui tali gratia sunt dignati, illud Psalmistæ dicere possint: Dominꝰ regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Magna certe uoluptate ac copia donorũ spiritualiũ sanctorũ mens connutritur, ut in Cãticis dicit: Comedite & bibite, & inebriamini qui prope estis. Mulieribus aũt & pueris confuse discumbentibus, de uiris solum mentionẽ fecit: ænigmatice monens, omnibus qui uiriliter probitatem ac fidem amplectuntur, non imbecillibus aut mollibus cœlestem à saluatore cibum præberi. Nam qui muliebri animo aut puerili sunt, nihil magni cognoscere possunt.

Psal.103.
Psal.22.
Can.5.

CAP. XVII.

ACcepit ergo Iesus panes: & quũ gratias egisset, distribuit discipulis, discipuli autem discumbentibus: similiter & ex piscibus quantũ uolebant.) Gratias agit, partim ut exemplo se nobis præbeat, partim ut naturę deitatis uirtutẽ miraculi sicut homo attribuat. Et fuit iste modꝰ sibi usitatissimus, ratione dispensationis ante passionis tempora dignitatem suæ deitatis occultanti, & simul seculi huius principem omnia ista celanti. Quapropter etiam in alijs, quũ ut homo locutus sit, celeriter ad confirmandam mentem audi torum aliquid remedij attulit: Gratias, inquit, ago tibi pater, quoniam audisti me. Hoc ut homo loquutus, quod simpliciores turbare poterat, cõfestim illud subiecit: Ego autem sciebã, quia semper me audis. Cuius igitur rei gratia patris auxilium inuocare uidetur? Propter circũfusam, inquit turbã, ut credat quia misisti me. Nonne igitur perspicuum est, quia multis modis ad utilitatem nostram seipsum manifestans, humilius nõ nunquam, & ut uere homo loquitur? Nõ debemus autem ignorare, quia Matthæus non egisse gratias Iesum, sed benedixisse scripsit. Sed nulla propter uarietatem uerborũ, rerum uarietas inuenitur: unum enim uerbis denotari utriusq; Paulus ostendit, dicens bonum esse omnem cibum, & nihil reiciendum: sanctificatur enim uerbo & appellatione dei. Nõ autem ignoramus benedici omne quod sanctificatur, ea oratione, quã in mensa facere solemus. Verum, quoniã nobis omnia conquirenda sunt, quæ conferunt, age de quinq; etiã panibus & duobus piscibus, qui apud adolescentem illum erãt, aliquid dicamus. Parturiunt enim mysticam hæc quandam rationem. Quur enim studiosus quispiam dicet, alius quidam numerus utriusq; rei non fuit? Aut cur non simpliciter à paucissimis minimisq; tantam fuisse saturatã multitudinẽ scripsit, sed numerũ quoq; addidit? Quare diligens omniũ rerũ & ipsius numeri descriptio aliquid parturire uidet, quod quærendum est. Quinq; nanq; panes fuisse ait, & illos ordeaceos, duos uerò pisces, quibus diligentes se Christus saturauit. Puto igitur ipse (quãuis meliora studiosos quærere hortor) quinque Mosaicos libros quinq; ordeaceis panib. significari. Tota enim lex, quæ in illis continetur, literalem ac historicum cibum, atq; ideò duriorẽ & quasi ordeaceum affert. Duobus autem piscibus, piscatorum libros, quibus delicatiora hominibus alimẽta deferunt, significari arbitror. Duo autẽ pisces sunt, quia & prædicatio Christi, quæ per apostolos effulsit, euãgelica et apostolica scriptura resplendet. Ita saluator & disciplina legis spiritalis, & noui testamenti, mirabili doctrina fidelium animas ad uitam alit æternam. Quod autem discipuli domini piscatores fuerunt, perspicuũ omnibus est. Si enim forsan nõ omnes huiusmodi (ne contendamus) sed quoniam principales eorum piscatores fuerunt, non erit aliena nostra hæc à ueritate oratio.

Ioan.11.
Matth.14.
1.Timoth.4.

CAP. XVIII.

VT autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum.) Videbitur forsan alicui Christus quadã parsimonia iussisse discipulis, ut fragmẽta colligerẽt: sed ad hoc opus pusillanimitatis, nõ dico Christus, sed nemo aliorum paulo liberior descendisset. Magna igitur factum est dispẽsatione, & miraculi nouitas maiorem auditoribus infert stuporem. Tanta enim potestas Christi ex hac re apparuit, ut ex quinq; ordeaceis panibus & duobus piscibus, non solũ ingens multitudo saturata sit, sed etiam duodecim corbium fragmenta superfuerint: quamuis suspicionem quoq; illam, fragmentorum copia depulerit: non enim falsõ, neq; per phantasmata quinque panibus impleti ita multi uidentur, quum tot superfuisse, & qui comederũt uidebãt & qui ministrabant, colligendo & portando sentiunt. Sed maximum atq; utilissimum illud est. Liberalitas enim nobis hoc miraculo cõmendatur, & quasi magna uoce dicitur: quãto plura dabis liberaliter atq; misericorditer, tanto tibi plura largius confluent. Fac igitur libẽter quod scribitur: Frange esurienti panem tuum. Nam & discipulos uidemus tardiores in hac re à principio fuisse: quibus sic affectis, copiosissimã fragmentorum multitudinem saluator largitus est. Ita docemur, propter minima, quæ ad gloriam Dei consumimus, ditissima nobis à Christo esse parata. Non simus ergo tardi ad suscipiendos fratres ex charitate, sed prompti ac liberales, omni propter spem ac fidem abiecta formidine. Nã si firmiter credemus multiplicata hæc fuisse diuinitꝰ, facile, ut iubemur, uiscera misericordiæ indigentib. aperiemus. Quando emim misericors eris, si tenax in hac uita fueris? Quãdo præceptũ hoc complecteris, occasionem faciẽdi quotidie præter-



Psal.6. prætermittens? recordare. Psalmi: Quia nõ est in morte qui memor sit tui, in inferno aũt quis confitebitur tibi? Quis enim erit fructꝰ post mortẽ? aut quomodo dei quispiã recordabitur, uel quomodo præcepta faciet, qui descendit ad inferos? Concluſit emim deus + in eo ut scribitur. Idcirco & Paulus docet, dicens: Donec tẽpus habemus, operemur bonũ. Hãc nobis historia ipsa parit utilitatem. Verũ quoniã spiritualiter (oportet enim hoc in scriptura facere) per quinq; quidẽ ordeaceos panes, Mosaicos libros: per duos uerò pisces, apostolorũ euãgelistarũq; scripta significari dicebamus. Age de collectione quoq; fragmentorũ, consentaneũ quid dã superioribus spiritale feramus. Discubuerũt ergo domini iussu turbæ, quib. benedicti panes & pisces, discipulorũ ministerio appositi sunt: omnibusq; iã saturis, duodecim cophini ex fragmẽtis implentur, unus unicuiq; discipulorũ. Quid igit hic intelligimus? conuiuij princeps fideliũ Christus est, & cœlestibus atq; diuinis disciplinis, præceptisq; tam legalibus & propheticis, quam euãgelicis & apostolicis conuiuas accipit suos: idq; nõ per seipsum, sed ministerio apostolorũ gratiã eius nobis ministrantiũ facit. Non enim ipsi loquuntur, ut scribitur, sed spiritus patris est, qui in ipsis loquit. Nec sine mercede laborẽ hunc apostoli sufferunt: sed quũ saluatoris dapes ministerio suo nobis apposuerint, plenissima eis gratia retribuetur diuinitus. Hoc enim & nõ aliud, mea quidẽ sententia inde significat, quod post laborẽ & ministrationẽ cõuiuij, iussu Christi cophinũ unusquisq; fragmẽtorũ plenũ reportauerit: hoc ipsum ad præsit les sanctarũ ecclesiarum successione trãlisse nõ. dubita.

In eo qui mortuus est.
Gal.6.
Matt.10.

CAP. XIX.

ILli homines ergo quũ uidissent quod fecerat signũ, dicebãt: quia hic est uere ille propheta, qui uenturus est in mundũ.) Mirantur nouitatẽ signi, qui hęc congruẽtia deo putabãt, quicq; rationi potiꝰ humanæ, quãm pecudum temeritate, ut impij Hierosolymitani mouebantur. Illi quũ recto de miraculis iudicio iuuari poterãt, lapidare potius Iesum cogitabãt: quoniã multa miracu lose ac ultra naturę uires quotidie peragebat: isti non paulo meliores, adeò excellẽtia huius inauditi signi affecti sunt, ut firmiter & credãt, & prędicent hunc illũ esse, qui loco prophetæ in mundũ uẽturus scribitur. Sed maior adhuc inter Iudæos & alienigenas hinc differẽtia uidet. Iudæi enim quãuis multa uiderint admiratione dignissima, non solum duri agrestesq; sunt, uerumetiã saluatorẽ suũ occidere meditantur. Hi uerò qui longe ab Hierusalem habitabãt, atq; ideò alienigenas eos appellamus, uno signo sic afficiuntur, unde iure seipsum Israel condemnauit, & gentes similiter susceptæ diuinitus sunt.

Ioan.8.

CAP. XX.

IEsus ergo quũ cognouisset, quia uẽturi essent ut raperent eum, & facerent regem, fugit iterũ in montem ipse solus.) Laudabilis sane sententia fuit illorũ, qui quod apud homines summi honoris est, in Christo digne cõferri posse arbitrati fuerunt. Nihil emim aliud hæc regni oblatio, quãm hanc animi sui de Christo sentẽtiã significat: sed cõtemptus gloriæ, regnũ fugiẽs Christus, nobis exemplũ est: doceat emim nos seipsa parua esse, quę maxima in hac uita putantur. Nã honor atq; gloria mundi fugienda ijs est, qui uolunt gloriã dei consequi: stultũ emim omnino est, si æterna regna desideras, regna huius mũdi appetere. Caducã igitur gloriã, quę superbiæ ac flatui cõiuncta est, quasi acerbũ hostẽ fugiamus, & humilitatis decorem amplectamur, alter alteri cedentes, ut beatus Paulus monet, dicens: Hoc sentite in uobis, quod & in Christo Iesu: qui cũ in forma dei esset, nõ rapinã arbitratus est se esse æqualẽ deo: sed seipsum exinaniuit, formã serui accipiens, in similitudine hominũ factus, & habitu inuentus ut homo: humiliauit seipsum, factus obediens usq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis: propter quod & deus illum exaltauit, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Perspicis quomodo uoluntaria hæc humilitas fulgẽtissimũ affert finẽ. Vides quomodo radix multorũ existit bonorũ, sensus nequaq; elatus: unigenitus emim patris filius humiliauit seipsum propter nos, & ab hac humilitate carnis cũ ipsa carne in dignitatẽ & gloriã dei redijt. Hoc modo in nobis quoq; intelligendũ est. Quũ enim in hac uita humiles propter Christũ fuerimus, supernã gloriã consequuti, dij per gratiam futuri sumus, filij dei adoptione nuncupati. Ipsum igitur etiã supremum regni honorẽ, si offertur, recusemus, si cœlestia potius quãm terrena sapimus. Sed repetamus breuiter quæ facta sunt, ut spiritalia facilius uideamus, quæ quodã modo Euangelista subaperiens, ac quærenda necessario proponens: Solus, inquit, Iesus in montem iterũ decesit. Crudelitatem igitur Iudæorũ aspernatus, ab Hierosolymis abijt. Reliquit domum suam, dimisit hereditatẽ suam, ut scribitur, & trans mare Tiberiados longe ab illis factus, cũ discipulis in montem conscendit: quod significare diximus inaccessibilẽ morositate sua factam esse Iudęis uiam in Christum, usq; ad conuenientia tempora: & ad hæc, quia Christus cũ discipulis suis à Iudęis ad gentes uersus, gratia sua in eas translata cõspicuus erit atq; illustris. A mõte autem quũ subleuasset oculos, multitudinem q; uidisset, ad nutriendam ipsam se cinxit: quod dicebamus enigmatice uisitationem dei sanctis debitã subostendere, iuxta illud: Oculi domini super iustos. Adhæc, miraculose multitudo illa quinq; panibus & duob. piscibus ad saturitatẽ fuit accepta: quare uetera & noua scripturæ mãdata, fidelibus per apostolos apposita intelligebam⁹, cuius ministerij plenã et apostoli & eorũ in ecclesijs successores gratiã possidebũt. Postremo mirati signũ spectatores, rapere ad regnũ saluatorẽ cogitabãt: q̃d ille nõ ignorãs, solꝰ decesit in montẽ. Cũ emim à gentib. ut miraculorũ effector, ut Deus admiratione habitus sit, cũ in regẽ et dñm suũ omnes ipsum acceperint: tũ solus (nemine omnino

Psal.6.
Hier.22.
Psal.33.

sequente

Universidad de Deusto
Biblioteca



sequente)in cœlum ascendit. Hic est ille mõs de
Psal.23. quo Psalmista dicit: Quis ascendet in montẽ do
mini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocẽs
manibus & mundo corde. Huiusmodi enim ho
1.Cor.15. mo, tempore suo Christũ sequetur, & intellectua
lem montem ascendet, ad eum peruenturus, qui
quum sit primitię mortuorum, solus in montem
magnum & uerũ ascẽdit. Decessit aũt in montẽ,
id est, ascendit in cœlum, nõ quia regnare in fide
libus nolit, sed regnandi expressiora signa ad fu
turum seculum differens. Nã quando in maiesta
te patris descendet, nõ signorum, ut antea, ratio
cinatione: sed gloria congrua deo, ab omni dubi
tatione procul, rex omnium uere, ac natura deus
cognoscetur. Quando igitur à Iudeis, iniquitate
illorum abijt, deus à gentibus cognitus, tum om
nes ipsum regem accipiunt: solus autem in cœlũ
ascendit, opportuno tempore multis expressius
regnandi demonstrationem conseruans.

CAP. XXI.

VT autem sero factũ est, descenderunt discipuli eius ad mare, & quum ascendissent na
uim, ueniebant trans mare in Capernaũ.) Ita mi
raculose uno signo confecto, decessio in montẽ
saluatoris, initium per dispensationem signi alte
rius inuenitur, & procedit (ut scriptum est) à uir-
Psal. 83. tute in uirtutẽ dominus noster Iesus Christus: in
omnibus enim modis uolebat mentẽ apostolo
rum in fide roborare. Nam quoniã doctores or
bis futuri erãt, & quasi luminaria mundi, ut Pau-
Philip.2. lus ait, necessariò illos undiq; cõfirmat, quorum
doctrina ad ueritatem cęteri confirmandi erant.
Sed ambiget forsan aliquis, quamobrẽ post mul
tiplicationem panum & piscium, maris quoq; se
dominum ostendit: huius rei causa uerisimillima
illa est. Nam quoniam non posse ipsum tantam
multitudinem enutrire Philippus & Andeas su
spicati sunt: alter uix grandem pecuniã sufficetu
ram, respondens: alter nihil esse quinq; panes &
duos pisces in tot homines affirmans. Quib. uer
bis nihil ultra naturam posse ipsum putare neces
sariò uidebãtur. Vt ab hac opinione illos libera
ret, & labantem mentem eorum confirmaret, si
se omnia posse nulla rerũ natura prohibente o
stenderet, sub pedibus humidam aquarum natu
ram subiecit, quæ humanis corporibus subesse
natura non potest. Sero igitur facto, & quæren
tium diligentia, tẽporis obscuritate retusa in ma
re discipuli descenderunt, & nauigio inde, magi
stro & domino parentes, abire studebant.

CAP. XXII.

ET tenebræ iam factæ erant, & nõ uenerat ad
eos Iesus: mare aũt magno facto uento exur
gebat.) Quãm utilissima dispensatione ad idem
omnia cõcurrunt, quibus cõpelluntur discipuli
ardentius saluatorẽ inuocare. Cõturbat tenebra
rũ multitudo, qua fiebat, ne in tanta nauiculæ ia
ctatione, ubi essent, aut quo tenderet possent co
gnoscere. Et conturbat nimia uis uentorũ, & im
petus: quo funditus euerti mare, & fluctꝰ in mõ
tes erigi uidebantur, & quod plus timoris infere
bat, Christus nõ aderat. Necesse est enim procel
lis exagitari omnes, qui diuinorũ præceptorũ cõ
temptu atq; delictis, à Christo decisi sunt. Quare
si graue durũq; est intellectualibus tenebris deti
neri, & in profundo uoluptatũ submergi, recipia
mꝰ ex toto animo Iesum: is enim solũ à periculis
& à peccato mortali nos liberabit: & quę tunc fa
cta in discipulis fuerũt. in nobis q̃q; spiritaliter
aduẽtu dñi efficiẽtur. CAP. XXIII.

QVũ remigassent ergo stadia quasi uiginti
quinq; aut trigínta, uident Iesum ambulã
tem super mare, & proximum naui fieri: & timu
erunt. ille autem dixit: Ego sum, nolite timere.)
Quando longius iam à littore aberant, & certior
mors mari undiq; circundatis imminebat, tunc
desideratus apparet Christus, tantoq; gratiorem
eis salutem donauit, quanto magis uitã desespera
rant. Stupescunt autẽ, per media maria, & super
aquas ambulantem dominum uidentes, & stu
por formidini non parũ adijcit: sed cõfestim sal
uator eos liberat, dicẽs: Ego sum, nolite timere.
Cedit em̃ omnis turbatio, cunctaq; pericula de
sinunt, quum Christus adsit. Hinc discimus pru
denter patienterq; ferendas esse tentationes spe,
quam habemus in Christo, etiã si undiq; pericu
lorum fluctus inundarent, saluari non dubitan
tes. Operæ nanq; precium est obseruare, non sta
tim, neq; in principio periculorum, sed quando
iam longe à terra remigauerant, Christum disci
pulis apparuisse. Non enim incipientibus aduer
lis gratia Christi confestim nos saluat: sed postea
quam terror increuerit, & certũ uideatur immi
nere periculum, tũc è medijs fluctibus eripit, ti
morem abijcit, & ab omni periculo liberãs, ine
fabili uirtute in summam tranquillitatem pericu
lorum fluctus transponit.

CAP. XXIIII.

VOluerunt ergo eum accipere in nauí: & sta
tim nauis fuit in terra, ad quam ibãt.) Non
à periculis nauigãtes solummodo, uerum etiam
ab omni labore & sudore liberauit, ineffabili sua
uirtute, ad quem ibant locum, nauí temporis mo
mento deducta: tot multa miracula eodem penè
tempore confecit. Nõ dubitemus igitur, absq; la
bore multo maiora quãm sperauimus, præstanti
oraq; Christi presentia nos bona cõsequuturos:
& quí absente ipso laboramus, præsente eo sine
opera nostra quiescemus: sic enim omnium peri
culorum Christus solutio est, ut omnium uirtu
tum, bonorumq; omnium, quæ uires nostras ex
cedunt, basis ac fundamẽtum. Sed idoneum præ
cedentibus spiritalem sensum modò connectã
mus. Quãdo igitur in cœlũ Iesus post resurrecti
onem, ut in altum quendã montem solus ascen
dit, tunc relicti ad prædicandum apostoli, quasi
maris procellis, huius uitæ periculis exagitan
tur, multis uariijsq; tentationibus aduersus eos
insurgentibus. Nam undique ueritatis Euange
licę aduersarij illos aggrediebantur: sed tam ipsi,
quam successores eorum à periculis, & ab omni
labore liberabũtur, quãdo rursus eis in maiestate



deitatis (uniuerso sub pedib. orbe subacto (Chri
stus apparebit. Id em̃ arbitror significare ambu
lationem illam marinam. Capitur enim plerunq;
Psal.103. apud scripturã mare pro mundo. Hoc mare ma
gnum (ut ait Psalmista) & spaciosum. Quum igi
tur in gloria patris uenerit Christus, tunc aposto
lorum nauicula, & qui nauigant per eam, ec cle
sia scilicet, & qui fide ac charitate dei super res
mundanas atque fluxas feruntur, absque labore
aliquo, quò tendebant perueníent. Erat autem
eis summus ardor, atque cupiditas acrior in tutis
simum regni cœlorum portum applicare. Hunc
Ioan.16. sensum ipse saluator cõfirmat, ad discipulos mo
do dicens: Modicum, & non uidebitis me: & ite
rum modicum, & uidebitis me. In mundo pres
suram habebitis, sed cõfidite, ego uici mundum.
Descendit autem noctu à monte, & uigilanti
bus apparuit discipulis: neque id absque ingen
ti metu illorum: ut hinc intelligas, uelut in nocte
Marc.13. dormiente quasi uniuerso terrarum orbe, & som
no peccatorum sopito de cœlo descensurum, un
de hortatur nos, dicens: Vigilate, quia nescitis
horam qua dominus uester uenturus est. Quod
Matth.25. non minus ex decem uirginum etiam parabola
discimus. Omnes enim tardante, inquit, sponso
obdormierũt, & media nocte clamor factus est:
Ecce sponsus, exite in occursum eius. Perspicis
Thessal.4. intempesta nocte sponsum dici uenturum. Cla
morem autem illum, & occursus modũ Paulus
declarat, modò dicẽs: Quia ipse dominus in iuſ
sione, & uoce archãgeli, & in buccina dei descen
det de cœlo: modò, Quia nos uiui qui resíduí su
mus, simul rapiemur in nubibus obuiam domi
no in aerem, & sic semper cum domino erimus.
Timore autem (quamuis dominum uenire uide
ant) non paruo discipuli afficiuntur: quia terribi
lis aduentus ille domini omnibus fore hinc signi
ficatur. Ad terram autem illico nauis deducitur:
quia nõ ut ad uirtutem impellat: sed, ut laborum
præmia reddat, apparebit.

CAP. XXV.

ALtera die turba quæ stabat trãs mare, uidit
quia nauicula non erat, nisi una: & quia nõ
introisset cum discipulis suis in nauẽ, sed soli di
scipuli eius abijssent: aliæ uerò superuenerũt na
ues à Tiberiade, iuxta locum ubi manducauerãt
panem, gratias agentes domino. Quum ergo ui
disset turba, quia Iesus non esset ibi, neq; discipu
li eius, ascenderunt in nauículas, & uenerunt Ca
pernaum quærentes Iesum.) Quanquam in no
cte, & in tenebris, & clam omnibus super mare
Iesus ambulauerit, nullo tamẽ pacto id latére po
tuit. Turba enim, quæ diligenter ipsum sequeba
tur, quum uigilatissime obseruasset, nec cum di
scipulis suis eum nauigasse, nec alio transire po
tuisse nauigio (sola enim apostolorum nauicula
ibi erat) rem omnem miraculo factam intellexit.
Nihil ergo recte actum latére potest, & uerum es
se discimus quod fertur, nihil esse occultũ quod
nõ fiat apertum. Quare oportet, si uestigia Chri
sti (ut homini possibile est) sequi uolumus, illum
nobis exemplar proponere, nec ad ostentationẽ
uirtutis properare, etiamsi mirabilem quandam
atq; singularem uiuendi disciplinã quispiam ele
gerit: à solo enim deo conspici satis est, qui quod
occulte gestum est, in mediũ opportuno tempo
re protrahet. Secuti autem turba illa miraculorũ
æditorem diligentius sunt: non quia multum in
de ad fidem inuarentur, sed quia retributionem
quandam hoc modo laudis referri aliquando si
bi ab illo arbitrabantur. Non parua uerò mentis
& animi egritudo est, non spiritalibus bonis, sed
caducis atq; inanibus inhiare: nec cœlestia lucra,
sed terrenum quęstum diligẽtius quęrere: quod
illos tunc fecisse paulo post liquidò patebit.

CAP. XXVI.

ET quum inuenissent eum trans mare, dixe
runt ei: Rabbi, quando huc ueníst.) Etsi af
fectum amoris oratio hæc significet, tamẽ stulte
penitus, ac pueriliter habetur. Non enim oporte
bat uanum quicquam aut inutile ab illo petere,
cuius diuinas uirtutes uidebant. Quod enim ab
hac interrogatione poterant assequi emolumen
tũ? Sapienter igitur sapientes interrogandi sunt, Coloss.4.
& imperito sermone taciturnitas præstátior est:
unde sale sermonem cõdire nostrum à discipulo
Christi iubemur. Et qdẽ sapiẽs dicit: Si sermó cũ Eccl.5.
intelligentia tibi ô fili est, responde: sin uerò non
est, manꝰ tua sit in ore tuo. Sed linguæ loquacita
tem dãnari, inde quoq; cognoscimꝰ. Si quis em̃,
inquit, fideiꝰ in uobis uidetur, qui nõ frenat lin Iacob.1
guã suã, sed decipit cor suũ, huiꝰ fides inanis est.

CAP. XXVII.

RESpondit eis Iesus, & dixit: Amen amen di
co uobis: quæretis me, nõ quia uidistis sig
num, sed quia manducastis ex panibus, & satura
tí estis.) Cõmune illud, & tritũ modò dicere alie
num non est. Solent quasi natura duce, acerbius
in eos magni doctores inuehi, qui magna quędã
& inutilia quærunt: nec id arrogãtia faciunt, sed
interrogantium imperitiam retrudere conãtur:
quod de nudis hominibus apte atq; cõmode di
ctum esse arbitror. Sed saluator noster ardentius
illos imperite loquentes arguit. Non enim quo
modo probi uiri fierent, quæritabant: sed corpo
rali, ac tentiissima mercede persuasi, Christum se
quebãtur. Quid enim abiectius, quàm tenue at
que quotidianum alimentum? Religionẽ ergo
Christi, atq; charitatem amplectamur, non ut ali
quid corporalium rerum assequamur, sed ut æter
nam inueniamus salutem: nec bonis uerbis erga
dominũ utamur, sicut illi, rabbi appellãtes, ut ca
ducarũ rerũ aliquid nobis concedat. Nã qui hac
re sic abutitur, eius occultã malitiã acerbe domi
nus arguet. Mirabilis autem etiam in acrimonia
huius sermonis dispensatio inest: nam quoniam
graui (ut diximus) egritudine animi laborabant,
quasi optimus medicus duplex illis remedium,
signi ac reprehensionis imponit. Non enim par
uum signum est, quod nequaquam cogitatiões
illorum ignorare ostenderit. Reprehensionis au
tem uiribus reprimuntur, quum non religione,

sed

Universidad de Deusto
Biblioteca



sed uentris uitio sequi arguantur. Dupliciter igi A
tur illis prodesse uidetur: tū quia monet nō paruam esse insaniam, si quis suauitate uerborum, prauitatem animi cælans, diuinum se putet oculum effugisse: & hoc pacto à tanto eos delicto remouet: magna enim certè impietas est, hāc habere de Deo opinionē: tum quia opportuna reprehēsio cursum peccādi facile detinet, qui magno impetu fert, quū nihil prohibeat: nihil sanè prohibere uidetur quū latēre putamus. Nā suspecti statim retrahimur. Ira etiam his uerbis dominus, quib. obducta exulcerare uidetur, magnā affert utilitatem. Hinc ecclesiæ præsides discāt, nō decipi suauitate uerborū, & assentatiunculis, quibus plerunq; utuntur omnes, qui non recte de fi B
de Christi sentiunt. Nō enim oportet silentium de ignorātia sua, tanquam in mercedem laudis, qua ab illis afficimur, sibi retribuere. Arguendi enim sunt, ut & ipsi se ad meliustrāsferant, & alij
1. Tim. 5. exemplo eorum firmentur, ut est apud Paulum: Peccantes, inquit, in conspectu omnium argue, ut etiam reliqui timeāt. Sed de historia satis, modo spiritualia consequenter contemplemur. De sensus à monte domini, secūdum (ut diximus) aduentum eius de cœlo denotat, quum uigilātibus adhuc, laborātibusq; suis sic apparebit, ut et ab omni formidine liberet, & in salutis portum deducat. Sed obserua modo post descēsum eius à monte, tarde quosdam ad eum peruenisse. Venerunt enim altera die: non enim frustra id ab E- C
uangelista positū est: quumq; uenissent, blandis uerbis utuntur, sed increpat Christus, acerbeq; arguit, ut recordemur inutile uirtutis studiū fore hominibus post descensum illum de cœlo domini: non enim datur tempus ulterius, in quo Christum per fidem sequentes, salutem possimus adipisci: sed si qui blandis uerbis consisi,
Matth. 7. quicquam uoluerint miti Christo insinuare, acerbe repellentur. Audias, oro, ipsum dicentem: Multi mihi dicent in illa die, iudicij scilicet: Domine domine, nōnne in tuo nomine dæmonia eiecimus? Tum, inquit, confitebor eis: Amen dico uobis, nūquam uos cognoui. Non enim, inquit, probe me quæsistis, nec sanctimonia splendere uoluistis: sed mercaturæ modo religionem D
ostentastis, propterea uos non cognoui. Quod igitur in illis uerbis uult, Domine domine, id ipsum in hoc uerbo Rabbi significat. Si cui ergo suppliciorum fuga curæ est, is nulla se cor-
Prou. 24. rumpat ignauia, misericordiam Dei considerās, sed præparet (ut scriptum est) opus suum in exi-
Matth. 13. tum suū: præparet se, donec in agro, id est, quousque in hoc mundo est: sic enim agrum Dominus ipse interpretatus est: præparet autem se, ut cum sanctitate atque iustitia pro tribunali iudicis possit consistere. Non est enim tunc misericordiæ opportunitas: nec erit tunc misericors, qui ad salutem modo cōuocās omnes, immensa utitur misericordia. Quæramus igitur eam, si
uolumus obliuioni delicta nostra
tradere sempiternæ.

## CAP. XXVIII.

OPeramini, nō cibum qui perit, sed qui permanet in uitam æternam.) Tale quid sanè quamuis generalius, Paulus nos etiam monet: Gal.
Qui seminat in carnem, inquit, corruptionē metet ex carne: qui uerò seminat in spiritum, uitam Ro.
æternam ex spiritu metet. In carnē enim seminat, qui uoluptatibus corporis dediti, nihil inter utile atq; inutile discernunt, nec præcepta uiuendi considerāt, sed præcipites iocundo sensuum motu feruntur. In spiritum autem seminat, qui à spiritu sancti præceptis toto animo pendent: tātoq; studio hunc mentis suæ cultum aggrediūt, ut nisi natura cogeret, necessaria etiam uitæ alimenta negligerent. Nulla igitur carnis cura nobis habenda est: sed necessarijs ac æternis inuigilandū. Non enim differt à bestijs, qui corporis uoluptates cōsectantur, sed qui uirtutibus inhæret, & spiritali uitam peragit lege, illisq; qui omnino dediti sunt, quę nobis diuinitus concessa iter ad supe
ros præparāt, is mihi uidetur seipsum cognouisse, nec ignorasse se rationale animal ad imaginē creatoris esse productum. Nō simus ergo solici- Ro.
ti (ut saluator ait) quid māducemus, aut quid bibamus, aut quid induamur: sed considerātes præstantiorem esse animam quām alimentū, & corpus quām indumentum, præstantioribus magis studeamus. Nulla em̄ ex delicijs corporis ad mi
seram animā utilitas, imò contra detrimentum intolerabile transit. Siquidem in ignem æternū, Ro.
qui bene non uixerunt, peruenturi sunt. Qui autem recta ratione appetitum domarunt, & spiritus sancti præceptis subiacuerūt, ij tam corpus, quām animam in salutem ducent. Stultissimum igitur est, carnem & carni iocunda sic amplecti, ut nullam, aut uix æqualem de anima, quæ multo corpori præstat, curam habere uideamur. Cui
tanto studere quisq; magis iubetur, quanto cęteris præstantior est: sic enim sapienter & iudicabimus, & operabimur. Operemur igit (ut saluator ait) non eum cibum qui lapsus in uētrem, & brui nos uoluptate afficiens, per alium tandem emissus perit: sed cibū spiritalem, qui corda confirmat, & in uitam æternam perducit, quē largiturum se pollicetur dicens: hunc cibū uobis filius hominis dabit. Ita cōiunxit humana diuinis, & totum incarnationis mysteriū tetigit. Occultius enim spiritalem cibum ostendit, quo animā simul & corpus sanctificati in Christo uiuimus: sed apertiꝰ hoc mox dicturus est: quare nos quoque conuenientem huic loco expositionem ibi latius conscribemus.

*Quod character hypostaseos dei patris unigenitus est, nec præter eum alius aut est, aut intelligitur character esse.*

## CAP. XXIX.

QVem filius hominis dabit uobis, hūc enim pater signauit deus.) Non ignorauit, sed prænidit ut deus, quę crimina Iudęi ex imperitia essent allaturi, qui hominē esse considerātes, nec uerbum dei in eo homine esse intelligētes, dicturi erant: Quis iste, qui diuinam sibi potestatem
assumit?



assumit? Quis enim permanentem ad uitam æter A
nam cibum præbere potest? Nemo profecto mortalis: sed solus deus, qui omnia & creauit, & gubernat. Anteuenit ergo saluator, & huiusmodi loquacitatem compescuit, à filio dicens hominis hunc cibum, qui ad uitam nutrit æternam, datum iri: & statim subiecit, à deo patre seipsum esse signatum. Signari autē, aut pro ungi posuit (signabatur enim qui ungebatur) aut naturaliter ad formam patris (ut ita dicam) se esse formatum, signationis nomine denotauit: utdicere uideretur, Nō est mihi difficile permanentem cibum uobis largiri, quo ad æternæ uitæ inauditas delicias deducemini. Nam etsi homo sum, ut unus uestrūm, unctus tamen à deo patre, signatusq; sum ad incom
Ioan. 14. mutabilem eius identitatem. Nam & ego in pa- B
tre & pater in me naturaliter cernimur. Quare quamuis propter uos per ineffabilem dispensationis rationem homo ex muliere factus sim, eam tamen uirtutem habeo, qua possim omnia, ut deus efficere, nec ullo modo minor uirtus mea, quām patris est. Vnde si spiritualem cibum ac ad uitam æternam conducentem pater uobis præstare potest, potest etiam similiter & filius: qui quam uis carnem assumpserit, imago tamen incommutabilis eius est: quæ summa identitas, non lineamentis corporis, nec ulla corporali figura, sed substantia, gloria potestateq; regia deitatis aspicitur. Illud apprime rursus obseruandum, quia quum filium hominis diuinum hunc cibum daturum, & ad imaginem dei patris signatum dixerit: nullam C
separationem patitur, quæ posset templum assumptum ex uirgine à uero filio dei seiungere; sed unū se intelligi uult, sicuti est. unus enim uerè Christus est, totum hominem, ex anima uidelicet atq; corpore cōpositum, sicut regia stragula indutus. Vnus ergo ex duabus naturis Christus. Sed clamabit magnus Christi aduersarius, cauillationibusq; quò nolumus falsò huius loci explicationē trahi contendet. Clare nanq; dicet per hæc uerba non esse à substantia patris filium ostēdi, sed similitudinem quandam substantiæ illius. Nam quē- admodum sigillum, inquit, quo signamus, ceræ aut alij materiæ quæ signari apta sit impressum, solam similitudinem imprimit sui, nec quicquam aliud agere aut pati conspicitur: sic filius à patre signatus, similitudinem quidem illius exquisitam D
suscepit, substātia uerò patris ei communicata nō est, sicut nec sigilli substantia in rem signatam trās fertur. Audiat quæso, atq; attendat quicunq; studiosus Christi est, quomodo etiam nunc iniquitas, ut uenenosus coluber in altum se erigens nobis insultat. Sed qui capita fregit draconum, frangetet, certè scio, etiā huius: dabitq; nobis uires, quibus pernicios issimum effugiemus uenenū. Dicat enim nobis, utrum sigillum omne, atq; signaculum ex ferro, aut auro, uel quauis alia materia factum, charactere quodam signat, propter quem sigillum atque signaculum esse intelligitur: an etiam absque charactere sigillum dicitur? Nemi-
nem esse arbitror, qui rebus ipsis compulsus, non
concedat, charactere sigillū signare, & absq; charactere signare nō posse. Quoniam igitur diuina scriptura testatur characterem hypostaseos dei patris filiū esse, quia in ipsa, & ex ipsa est naturaliter: quo alio charactere pater filium suū signauit? aut ipse pater quo charactere signatus est, ut filium signare possit? Nullus enim dicet patrē non esse in forma deitatis, filius autē forma genitoris est: quē si quis intellectualiter uiderit, ipsum patrem omnino uiderit. Quapropter etiā in ipso se esse naturaliter ait, quamuis ex eo etiam sit, quoniam subsistit: sicuti forsan splendor in re, & ex re quæ splēdet. Alius enim esse ratione intelligitur, et alia res ipsa quæ splendet: sed non aliud, si ad naturam utriusq; aspexeris, quoniā ex re splendente splendor est, & in ipsa rursus inest: nec quoniam idem natura sunt, à seipso etiam esse quicquam credetur. Prodeunt enim, quæ sic ex alio sunt, ita ut intelligantur propria subsistere, quamuis non separata, neq; decisa. Signatur ergo à patre, qui ex substantia eius est filius: non ad similitudinem nudā, nec absq; carne, sed potius in carne, ut per eum, qui ad similitudinē dei per gratiam cōscendunt, signentur. Hoc enim modo illud etiam intelligimus: Signatum est super nos lumen uultus tui do
mine. Vultum enim dei patris, filium appellat, id Psal. 4.
est patris characterem: lumen uerò illius, gratiam spiritus, quæ ad omnes penetrat creaturas, per quam ad deum fide conformamur, tanquam sigillo quodam ad filium conformati, qui patris imago est. Et sic recte in nobis seruatur, id scilicet ad similitudinē & imaginem esse creatos: quoniam igitur uultus dei patris filius est, ipse quoq; character erit, in quo deus signat. Sint hæc, aduersarius Christi dicet: credimus enim per spiritum san- Noua obiectio
ctos à deo signari, sed nihil hoc omnino ad propositam quæstionem. Nam ueluti sigillum, ut diximus, ferreum, aut aureum similitudinem suam in alia materia imprimit, nec ullū patitur detrimentum, sed sola impressione similitudinem in apta reliquit materia: sic à patre signatus filius, nihil habet de substantia eius: sed quum aliud quicquam deus pater sit, exquisitā solummodo illius (ut imago primitiui) similitudinem possidet. O furorem Increpatio ad
immensum, ô præcipitantem se ad pericula men- uersariorum.
tem, quam cito oblita est omnium quæ modò dicebantur: characterem enim patris filium esse asseruimus, & in eo non seipsum (nihil enim sui ipsius character est) sed aliud signari intelleximus. Tu autem hac ratione nō recte retrusa, solam impressionis similitudinem dicere nō erubescis. In solis enim impressionis figuris filius, secundum uos, deus est, natura uerò minime, sed sola forma quadam, atq; figura, qua genitori similis est, qui forsan nec omnino genuit. Hac enim opinione uestra supernam quoq; illam generationem omnino negare uidemini: sed quod natus sit ex patre filius, multa iam diximus, & aliās forsan plura dicemus. Nunc inani resistētes loquacitati, libenter interrogabimus: utrum quod datur, quodq; forinsecus aduenit, auferri remouerique posse con-
h ceditis?

Universidad de Deusto
Biblioteca



cedítis? an etiam si natura insitum non sit, remo- A
uieri tamen posse negatis? Sed patet etiã uobis ta-
centibus, quod auferri possent quæ natura non
insunt: poterit ergo hac similitudine filius priua-
ri. Siquidem ut uos sentitis, non naturaliter, sed
impressione quasi signaculi patri similis est, quũ
alius quidem natura præter genitorem sit, & lon-
ge à substantia eius seiunctus. Clare nanq; tuto q;
dixistis, nihil præter similitudinẽ à patre filio da-
tum esse: ne scilicet detrimentũ aliquod, aut pas-
sio subsistantiam patris perturbasse uideatur. Sed
ignoratis sic deum patrem longe ab omni passio
ne filium generare, quemadmodum etiam abs q;
passione omnia producit. igne nanq; multo me-
lior est, quem uidemus (cogimur enim etiam ex-
emplis rudioribus uti) quem inquã uidemus nõ B
passione nec decisione aliqua, uel separatione,
quæ in corporibus inuenitur, calorem à seipso ge
nerare. Attendite igitur omnes, oro, qui uirtutem
potius quàm uitium putatis, ita incaute de diui-
nis rebus disputare: attendite inquam: quia si so
la huiusmodi similitudine patri filius coniungi-
tur, nullum sibi bonum immobile futurũ est, po-
teritq; uideri deus natura non esse: præterea mu-
Ezech.28. tatiõis in peiora susceptibilis erit. Legimus enim
ad Tyriorum principem dictum esse diuinitus,
quod necessaria quadam ratione diabolo accom
modare persuademur, tu es impressio similitudi-
nis: inuenitur autem ab hac similitudine, quicun-
que tandem ille fuit, decidisse, à quibus uidere li-
cet filium quoq; posse similitudinem illam abijce C
re. Non enim sufficit ad immobilem æternitatem
bonorum probe ad creatoris naturam signatum
esse: decidunt enim etiam intellectuales substan-
tiæ, turpis alicuius rei electione. Quare si identi-
tate naturæ patri filius similis non est, sed aduen-
ticia tantummodo quadam similitudine, quam
probe uoluntatis laude conseruat, mutari quoq;
poterit: & si non mutabitur uoluntate, id non na-
turali, ut Deus, immutabile possidebit, non-
erit ergo uerus deus. Et quur adoramus eum?
quur etiam cum patre conglorificatur? aut quur
Esa.6. à superioribus uirtutibus colitur? An Seraphin
quoque illa beata longe aberrare opinamini,
quum non natura deum glorificent, & sabba-
oth dominum appellent? non enim negabitis su- D
pernas omnes illas uirtutes, potestates, domi-
nationes, quantum sibi possibile est, ad dei con-
formitatem comparandam studere. Nam si ho-
mo, paruum quoddam animal, si illis comparatur,
tali dignitati creatoris gratia honoratur:
quis negabit non esse præstantiora illis diuini-
tus dona collata? Quomodo ergo dominum sa-
baoth nuncupantes, quasi satellitum, ut regi re-
rum omnium, ministerium reddũt? cuius autem
Hebr.1. rei gratia ad dexteram ipsius dei patris scribitur
sedere? Seruus enim cum domino, & creatura se-
det cum creatore? Patet igitur undiq; non creatu
ram, sed substantialiter ac naturaliter deum im-
mutabilem natura, atq; impassibilem filium esse.
Quomodo igitur qui hæc dicunt, ferendi sunt?

aut quomodo iure dici de ipsis non potest: Væ Esa.5.
qui estis ebrij absq; uino? Verum nõ erubescunt
adhuc, sed signatum esse à patre filium inexquisi- Exod.30.
tam à deo similitudinem attulerunt: ut quamuis ex
patre non sit natura, tamen immutabilis sit. Quo-
modo, dic quæso, qui ex deo secundum naturam
non est, proprietatem deitatis natura possidebit?
Quis negabit, non posse creaturam increatæ na-
turæ proprietate potiri? Quis non fatebitur, nun-
quam posse, quæ naturaliter deitati insunt, eodẽ
modo in alio præter deum posse inueniri? Immu-
tabilitas inest deo naturaliter, sic creaturis inesse
non potest: sed quodam studio, uigilantia, cura,
per gratiam dei, quæ facit ne ad turpia rationales
creaturæ labantur, ad immutabilitatem diuinam,
quantum suscipere possunt, cõformantur. Quod
si ullo modo deitatis quædã proprietas, siue per-
fectio, alij præter ipsum similiter (ut ipsi dicunt)
inerit: quid prohibet omnia illi naturæ insita cæ-
teris quoq; omnibus inesse. Si enim unà immuta-
bilitas sic transire ad aliud cognoscitur, & cætera
sic transire, fateri necesse est, & ita nobis omnia
confusa erunt, & deus nihil omnino à creaturis
differet, & creaturæ ad naturam deitatis conscen
dent. Nam quoniam omnia bona deus creatu-
ris, absq; ulla inuidia proposuit, quę suscipere pos
sunt: non erit dubium quin multi nobis euadent
in deos secũdum naturam, terram, cœlum, aliaq;
huiusmodi ex nihilo creare potentes. Considera- Matth.19.
te igitur, quæso quanta uis blasphemiarũ ex hac
positione uestra scaturiat: Deus ergo suam natu-
ram cõseruat, & creatura ad immutabilitatem il-
lius minime secundum naturam ascendit, sed cõ-
iunctione quadam spiritali participes immutabi-
litatis efficitur. filius autem, qui natura immutabi
lis est, natura quoq; deus est, necessario igitur ex
patre: nulla enim dignitas, nulla perfectio, nulla
proprietas deitatis est, quæ filio naturaliter insit.
Verũ quoniam illã, quasi firmã nobis incutiunt
rationem, alium esse filium dicentes, alium patrẽ:
quoniam aliud imago, aliud primitiuum: & hinc
diuersitatem substantiæ patris & hŭj demonstra-
ri arbitrantur: friuola se atq; inania nugari dicẽt,
si omni contentione deposita, probe ista conside
rare uoluerint. Quid enim frustra contenduntꝰ Matth.10.
aut quur à proprietatibus subsistendi, ac persona-
libus diuersitatem substantiæ arguunt? Nõ enim
quia in propria subsistentia & persona filius est,
idcirco à natura patris seiungitur. Ex patre enim
uere est, quia ex substantia patris: & in patre est,
quia in ipso secundum naturam. Ego, inquit, ex
deo processi, & ueni. & rursus: Ego in patre, &
pater in me. Nõ enim separatus à patre est, quum
totius trinitatis una deitas sit, quumq; in patre sit
ratione ac habitudine consubstantialitatis, ex eo
etiam per emanationem effulgentem, ut splẽdor
prodire ineffabiliter creditur: lux enim est ex lu-
ce. Quare & in patre & ex parte indiuisibiliter,
simul atq; seorsum: sicut enim character indiui-
sibiliter inest, sic uera imago ad primitiuum rela-
ta, propriam substantiam habet. Cuius rei ex-

emplum



emplum non alienum est ad confusionem hære- A
ticorum, à legis sumere autoritatẽ: ad redemptio-
nem sui capitis unusquisq; secundum legem de-
debat didrachmi medietatem conferre. Didrach
mi autem quantitas in uno erat statere. His um-
braculis legis, Christus, qui se ad redemptionem
omnium deo patri obtulit, depingebatur: in una
enim drachma intelligebatur, quæ ab altera sepa-
rata non erat. Erat enim in uno (ut diximus) mi-
nimo drachmæ duæ. Sic pater ad filium, & filius
ad patrem se habent in una quidem natura: sed
tum diuisim, quoniam uterq; subsistit: tum con-
iunctim, quia alter sine altero non est. Et quem-
admodum duæ drachmæ in uno erant minimo,
nulla quantitatis mensura differentes, sic pater &
filius in una substantia sunt, nulla naturæ ratione B
differentes. Hanc ueritatem si sequeris, integre
cuncta quæ de filio scribuntur, intelliges.

CAP. XXX.

DIxerunt ergo ad eum: Quid faciemus, ut o-
peremur opus dei? Respondit Iesus, & di-
xit eis.) Non ex bono animo, nec ex discendi cu-
piditate, sed ex arrogantia potius hæc interro-
gatio prodijt: quasi enim omnia scirent, ac nihil
sibi discendum restaret, ita rogarunt. Satis no-
bis, inquiunt, præcepta Mosis sunt, non minus
scimus, quàm oporteat illos scire, qui dei opus fa
cere uolunt: quid igitur nouum ipse, aut inaudi-
tum docere nos potest, quod in scriptura dictum
non sit? Tale quid etiam apud Matthæum habes:
Adolescens enim quispiam magno diuitiarum
cumulo circunfusus, quærebat quomodo uitam
æternam posset adipisci. Ad quem dominus: Be-
ne, inquit, nosti mandata, non occides, non mœ-
chaberis, non peierabis, & quæ istis cõiucta sunt.
Sed hæc ille inferiora cognitione sua putans, hæc
omnia, dixit, à iuuentute custodiui, quid adhuc
mihi deest? Quod igitur ille ex imperitia super-
biaq; intulit, quid adhuc mihi deest: id etiam isti
ex arrogantia faciunt, dicentes: Quid faciemus
ut operemur opus dei? Proba igitur res humilitas
est, & animi nobilis signum doctoribus credere,
ac illis ueluti doctioribus cedere, quando præcipi
endo nos ad meliora traducere student: quomo-
do enim doctoris dignitatẽ habebũt, nisi melius
quæ conferant perspicere possit? Non est discipu D
lus, inquit, super magistrum suum.

CAP. XXXI.

HOc est opus dei, ut credatis in eum quẽ mi-
sit ille.) Quamuis aliquantulum occulte,
magna tamen eum increpatione arrogantiæ se il-
lorum opponit. Putabit autem quispiam nihil a-
liud hic Iesum præcipere, quàm ut in seipsum au-
ditores crederent: sed si quis diligentius conside-
rat, latiorem ampliorem q; sensum in his uerbis
latere uidebit. Nam quum illi doctrinam saluato-
ris impie spernẽtes, satisq; sibi ad sciendum opus
dei legem Mosẽs esse putãtes, dicerent: quid fa-
ciemus, ut operemur opus dei? commode longe
à uero cultu dei esse ipsos subaperit, nihilq; scire
ipsos docet: quia literæ inhærentes, figurarũ atq;

umbrarum, non ueritatis plenissimi sint: ita signi- A
ficanter fidei fructum à legali cultu disseparãs, di-
cit: Hoc est opus dei, ut credatis in eum, quem mi
sit ille. Hoc est, inquit, opus dei, non illud quod
uos putatis, umbras solum modo legis atq; figu-
ras respicientes: discite quamuis nolẽtes, nunquã
autorem legis bouum aut ouium cædem expetij-
se. Quid autem thus est, etiamsi suaui odore cir- Psal.49.
cũfusum aerem repleat? Hircus porrò quid iuua-
re poterit, aut cinamomi oblatio? num carnes tau
rorum deus manducabit? num hircorum sangui- Esa.1.
nem bibet? nouit omnia uolatilia cœli, & pulchri
tudo agri cum eo est: odit ac repulit solennitates
uestras, nec aliquid solennitatum uestrarum olfa-
ciet, ut ipse dicit, nec ad patres uestros deholocau
stis, & hostiarum cæde loquutus est. Non est igi- Hiere.7.
tur hoc opus dei, sed illud, ut credatis in eum, quẽ
misit ille. Fides enim salutem affert, & gratia iusti-
ficat, mandata uerò legis condemnant magis. O-
pus igitur dei, fides in Christum est: quare doctri-
næ suæ nõ umbraculis legis inhærẽdum est. Illud
mirari omnino decet. Nã quum solitus esset Chri
stus nullam de ijs facere curam, qui per tentatio-
nem interrogabãt: impræsentiarum tamen, quã-
uis nullam consequuturos utilitatem illos uide-
ret, in condemnationem eorum respondet, quod
ipse alibi dixit: Si non uenissem, & loquutus fuis- Ioan.15.
sem eis, peccatum non haberent: nunc autem ex-
cusationem non habent de peccato suo.

CAP. XXXII.

DIxerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signum C
ut uideamus, & credamus tibi? quid opera-
ris? patres nostri manna manducauerunt in deser
to, sicut scriptum est: Panem de cœlo dedit eis
manducare.) Reuelatur paulatim animus Iudæ-
orum. Nam etsi ex arrogantia dixerunt, quid faci
emus, ut operemur opus dei? putantes (ut dixi- Psal.77.
mus) sufficere legem Mosaicam ad omnem præ-
standam scientiam, qua opus dei possent cogno-
scere: latebat tamen hæc sua sententia: nunc uerò
denudata, in medium prodit. Quod enim aiunt,
quod signum tu facis? honoratur, inquiunt, meri-
to beatus Moses ille. Fuit enim susceptus à deo
mediator inter deum & homines, dedit huius rei
signum præcipuum, comederunt in deserto man
na quicunq; cum eo erant. Tu uerò quum maio-
ra petere uidearis, quàm Moses, quum præcepta
illius mutare studeas, quibus id signis corrobo-
ras, aut quo miraculo ad nouam nos doctrinam
reducere niteris? Hinc uere dixisse saluator osten
ditur. Arguuntur enim, non ut miracula uideãt,
Christum sequi: sed quoniam manducarunt, satu
ratiq; sunt. signum enim non quodcunq; petunt,
sed quod putabant Mosen fecisse, quum non an-
ti spacio, sed quadraginta integris annis Hebræo Exod.16.
rum populum mannæ cibo in deserto deus aluis-
set. Ita nihil uidentur penitus intelligere. Quippe
qui non diuinæ potestati, sed Mosi, signum illud
mannæ stultissime accommodant. Tale igitur
etiam à Christo flagitant signum, parumq; pu-
tantes quod in uno die miraculose nutriti sunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca



longi temporis ociosa petunt alimenta. Sic enim A
ailensuros se doctrinæ illius polliceri uidentur.
Apertum igitur iam factū est quod latebat: quia
non tantum de signis curāt, quantum mirari lau-
dateq; Christum simulāt, propter impuram uen-
tris & ociosam uoraginem.

CAP. XXXIII.

DIxit ergo eis Iesus: Amen amen dico uobis:
nō Moses dedit uobis panem de cœlo.) Ac-
riter etiam nūc, nec legem quidem Mosis nosse
illos arguit: non oportuit enim ipsos ignorare mi
nistrum dei ad populum, ac rursus populi ad deū,
nullius autem miraculi Mosen autorem fuisse. Re
prehendit ergo eos: quia quæ dei solius sunt, stul
tum simul atque impium est hominibus attribue
re. Manifestum igitur est, quum miraculorum po B
testatem à Mose abstulerit, sibi eam, ac patri con-
cedere: quamuis propter auditorum ineptias, a-
perte id non dixerit, ne instabiles uanosq; homi
nes commoueret, qui nec dignitatem loquentis
cognoscebant, nec de ueritate multum curabant:
sed solum Mose autore inflati, nonnunquam ma
iorem, quàm oporteret honorem ei conferebant,
diuina opera illi accommodantes. Hinc ergo di-
scimus, quo animo sancti patres colendi sunt.
Rom.13. Reddere nanq; debemus (ut scribitur) timorem
cui timor, honorem cui honos debetur. Tunc e-
nim iure omnia faciemus, quum unicuiq; suum
recta proportione reddemus. Nam & prophetа-
1.Cor.14. rum spiritus prophetis subijciuntur: sed quum de
Psal.88. saluatore nostro sermo habetur, tunc clamare ne- C
cesse est: Quis in nubibus æquabitur domino?
aut quis similis erit domino in filijs dei?

*De manna, quod figura erat Christi, & spiritalium eius gratiarum.* CAP. XXXIIII.

SEd pater meus dat uobis panem de cœlo ue-
rum. Panis enim uerus est qui de cœlo descē-
dit, & dat uitam mundo.) Non solum à falsa opi-
nione, qua non ministrum, sed autorem miracu-
lorum Mosen fuisse putabant, illos remouet, ue-
rum etiam miraculum illud Mosaicum paruum,
ac uerè nullum comparatione fuisse affirmat: uo-
ceq; ita quasi clamitat magna: In paruis illis, ac
tenuissimis, ô uos maiora latere non cogitantes,
liberalitatē, largitatemq; domini parua nimium
mensura definitis. Panem enim cœlestem, man-
na ex imperitia nuncupatis: quo (quamuis in nu- D
meraē penè gentes in orbe sint) solum tamen Iu-
dæorum genus & breui tempore fuit enutritum:
sic contractam misericordiam dei, ac exilem esse
putatis, ut uni solūmodo Iudæorum populo cœ-
lestem panē largitus sit. Manna uerò figura quæ-
dam erat uniuersalis dei liberalitatis, loco arræ ho
minibus concessa. Nūc uerò quum figurarū iam
exactum sit tempus, & ueritas in ianuis adsit, pa-
ter meus cœlestem uobis panem largitur, qui per
māna priscis temporibus obumbrabatur. Nemi-
*uestrum nem enim * uirum errare uolo: non erat panis ille
cœlestis, sed hic est qui uniuersum terrarū orbem
potest nutrire, et toti mūdo uitam dono præbere.
Accusat ergo ualde Iudæos, quia ueritatem sper-

nentes, figuris affixi sunt. Non enim illud uerum
manna & uerus cœlestis panis fuit: sed ipse unige
nitus filius, uerus panis est, qui quū sit ex subsian
tia patris, naturaliter uita est cuncta uiuificās. Vt
enim panis hic terrestris facit, imbecillitatē carnis
nostræ sustinēs atq; conseruās: ita & ipse per spiri-
tū sanctū, spiritū nostrū uiuificat, & corpus ipsum
à corruptione liberat. Verū quoniā mentionē de
manna fecimus, non erit ab re, si locū de ipso scri-
pturæ hic transcribamus, ac pauca & breuiter ad
perfectam huius loci expositionem altius explice
mus. Sic enim planè uidebitur, quod uerū māna
Christus est, qui per figuram mannæ priscis illis à
deo patre dabatur. Quintodecimo, inquit, die
mensis secundi, postq; egressi sunt de terra Aegy B
pti, murmurauit omnis congregatio filiorū Israel
cōtra Mosen & Aaron in solitudine, dixeruntq;
ad eos filij Israel: Vtinam mortui essemus per ma
nū domini in terra Aegypti, quando sedebamus
super ollas carnium, & comedebamus panem in
saturitate. Quur eduxistis nos in desertum istud,
ut occideretis omnem multitudinē fame? Hæc hi
storice ita patent, ut nulla explicatione indigeāt,
quare spiritalem sensum rimemur. Quum adhuc
in Aegypto Hebræi habitarent, iussu dei solenni-
tatem Christi celebrarūt. Cibo enim agni, duram
tyrannidē, intolerabileq; seruitutis illius iugū ex-
cusserant. Rubrum deinde mare miraculose tran-
sierunt, fameq; in deserto oppressi querebātur de
Mose: & dei munerū obliti, carnes Aegyptias, ali
osq; cibos miro modo cupiebāt. Aegyptus igitur
tenebrosa quædam regio interpretatur, & pro cō
ditione præsentis seculi, atq; statu (in quo magna
profecto premimur seruitute) spiritaliter capitur.
Non enim deo dediti sumus, sed immani tyrāno,
principi huius seculi seruimus, & quasi fœtulen-
tum lutū uoluptates carnis peruoluimus. Vnde
nulla merces labori, sed supplicia & labores retri-
buuntur. Sed si quando dei præceptorū nobis in
menten recordatio uenerit, & huius seruitutis a-
maritudinem intellexerimus, tūc exitus cupidita-
te capti, ad Christū libertatis initiū atq; sanuam ue
nimus. Huius sanguine atq; gratia tuti, turbatio-
nes huius seculi quasi fluctus maris effugimus, &
integram uidendi amplexi disciplinā, in deserto
inaniū cogitationū summa tranquillitate quiesci-
mus: quam tamen nonnunq; tentationes pertur- D
bant, & memoria uoluptatis exagitat: & sic cupi-
ditate uicti, non iure cōquerimur, nec parta liber-
tate contenti sumus. Nam quū in fame quadā pri
marum deliciarū & uoluptatū uersemur, & labo-
res continentiæ horrescamus, priorem uitam rur-
sus concupiscimus. Magnas enim profectò uires
huius carnis uoluptas possidet, quibus facile ab
omni probitate mētes hominū deijcit. Dixit autē
dominus ad Mosen: Ecce ego pluam uobis panē
de cœlo. Hoc est etiā quod in Psalmista: Panē de
cœlo dedit eis, panem angelorū manducauit ho-
mo. Sed perspicuū esse arbitror, nō alium panem
neq; aliud alimentū, præter filiū dei, rationalibus
intellectualibusq; substantijs propositū esse. Ipse

igitur



igitur est manna uerum, ipse inquam est panis de A
cœlo qui omni rationali creaturæ à deo patre præ
betur. Ita gratia & misericordia dei, uel à cupidi-
tate caducarum rerum, uarijs multisq; modis hu
manam solet reuocare naturā. Nam quum ut ma-
gni pōderis lapis ad hæc instabilia carnis premat
appetitus, & tyrannice ad imperium suū redigat,
quasi freno ad desiderijū rerum meliorū Christus
nos circūducit, & sanitate mētis donatos in habi-
tu uirtutis cōfirmat. Vides em etiā illos nunc cor
porali cibo, & ociosa captos uita, ad desideriū cœ
lestis panis, ad spiritale manna, ad spiritus sancti
consolationē, Christi doctrina reuocari. Propte-
rea omni nos patientia muniamur, nec imbecilli-
tate animi, quæ non licent appetamus, ut intelle-
ctuale māna Christus dominus noster in sua nos B
pietate confirmet. Verum quoniam non ab re ali
quantulū à proposito exisse uidemur, totum hūc
locum (perutilis enim est) non grauauimur latius
tractare. Quæret igitur quispiam: Cuius rei gra-
tia misericors deus non prius quàm peterent, illis
prouidit, sed quū famescentes uideret, tardus ad
patrocinium fuit? aut quare sic conquestos non
puniuit, quos tamen postea, quando similiter æ-
grotantes, panes, carnes, aliosq; cibos desidera-
bant, Aegyptios supplicio persequutus est? Vn-
Num.11. de, ut in Numeris scribitur, Monumentum cupi-
ditatis, locus ille fuit appellatus, ubi hac cupidita
te superatos sepelierunt. Ad primum igitur dici-
mus, conuenienter petitionem, clamoremq; illo-
rum expectatum fuisse. Tunc em gratissimum so C
let uideri beneficium, quando magno ardore pe-
titur, & imminente periculo, necessario expecta-
tur: aliter animus hominis beneficij magnitudi-
nem non cognoscit. Sed non petitionē illam, cla-
morē potius, murmurationēq; aciurgia fuisse cō-
tendes. Verū modesta per orationē petitio perfe-
ctorū est, cui exequatur imbecillitū, ac infirmorū
obiurgatio & murmuratio. Nec molestе ullo mo
do saluator tulit. Nā quēadmodū ploratu neces-
saria sibi alimenta infantes flagitant, & hoc modo
mater ad fouendos filios suos prouocatur: sic cō-
questuosus obiurgationisq; plenus clamor ad de
um, petitionis (si ab infirmis adhuc, & infantibus
in habitu uirtutis sit) locū retinet. Quod autem,
quamuis terrenis uiderit cupiditatibus superatos
non puniuit tamen statim in initio, hæc (ut mihi D
quidem uidetur) causa est. Nam quoniam nuper
Psal.103. ab Aegypto effugerint, panemq; cœlestem, qui
cor hominis corroborat, adhuc nō receperint, fa-
cilius poterant in cupiditates carnis incidere: pro
pterea & uenia digni uisi sunt. Postea uerò quàm
domino fruebantur, ut scribitur, tunc iure, quo-
Exod.16. niam corporalia spiritualib. præposuerūt, acerba
dederunt supplicia & ad supplicia insignē calami
tatis memoriam reliquerūt. Egrediatur populus,
et colligat quæ sufficiūt per singulos dies. Sensibi
le illud manna, intelligibile hoc figurabat. Est aūt
intelligibile manna ipse Christus: sensibile uerò
rudior legis disciplina. Ad dies autem singulos
colligebant, & in crastinum reseruare uetaban-

tur: quia saluatoris aduentu figuræ legis cessarūt:
& colligere inde alimenta non possumus, ipsa ue
ritate nobis, & pane cœlesti ad fruitionem propo
sito. Die autem sexto parent quod inferant, & sit
duplū quàm colligere solebant per singulos dies.
Considera diligenter, quia septima die sensibile
māna colligi noluit, sed pridie collecto uti iussit.
Septima enim dies, saluatoris tempora significat,
in quibus sanctificati sabbatismum peccatorum
agere debemus, alimenta fidei ab ante collecta
quoq; legis cognitione accipientes: non tamen
necessario modo colligimus, qui uerū cibum ha-
bemus, & panem de cœlo retinemus: duplici au-
tem mensura ante septimam manna colligitur,
quia tempore legis exacto, & septima, id est Chri
sti aduentu incipiente, duplici quadam gratia, le-
gali scilicet & Euangelica, in fide homines robo-
rantur: quod per parabolam dominus docuit. O- Matth.13.
mnis scriba, inquit, regni cœlorū discipulus effe-
ctus, diuiti homini similis est, qui ex thesauro suo
noua & uetera producit. Vetera enim legalia
sunt, noua uerò Christi. Dixerūtq; Moses & Aa-
ron ad omnes filios Israel: Vespere scietis quod Exod.16.
dominus eduxit uos de terra Aegypti, & mane
uidebitis gloriā domini: dabit enim dominus uo
bis uespere carnes edere, & mane panes in satura-
tate. Attende, distingueq; diligentius singula. Nā
coturnix legem quodam modo denotabat: nun-
quam enim effertur uolatu, sed prope terram sem
per hæc auis uolat. Nam & disciplina legis, terre-
stris quodammodo est, animalium oblationes &
purificationes Iudaicas continens, quibus illi nō
multum è terra leuabantur. Vespere autem tradi
tur, uel quia magna obscuritate figuræ legis in-
uoluuntur, uel quia mundus tenebrarum offusi-
one tenebatur, luce uera carens, quæ est Christus.
Ego, inquit, lux in hunc mundum ueni. Cognitu Ioan.12.
ros autem ait, quod dominus eduxit eos ab Ae-
gypto: quia uniuersalis quędam, atque confusior
in Mosaicis libris salutis cognitio solummodo
est. Nondum enim aderat gratia, quod ipse si-
gnificauit, dicens: Mane uidebitis gloriam do-
mini, dum det uobis panes in saturitate. Solu-
tis enim nocturnis legis iam tenebris, & sole no-
bis intelligibili orto, præsentis domini gloriam
intuentes, copiosissime panem cœlestem ipsum
rursus Christum assequimur. Factum est ergo ue- Exod.16.
spere, & ascendens coturnix operuit castra: ma-
ne quoq; ros iacuit per circuitū castrorū: quumq;
operuisset superficiem terræ, apparuit in solitudi-
ne album ac minutum quasi coriandrum. Consi-
dera rursus spiritalium ordinem sensuum. Nam
de coturnice quidem dicitur, quòd castra operue
rit: de māna uerò, quia cessante rore mane de cœ-
lo descendit, per circuitum castrorum in facie de-
serti. Legalis enim disciplina, quam per coturni-
cem intelleximus, figuris atq; umbris Iudæorum
populum contegit. Latet enim (ut Paulus ait) ue- 2.Cor.3.
lum in corde ipsorum, & cæcitas ex parte: sed po-
steaquam mane factum est, oriente iam sole uero,
Euangelica doctrina fulgente, quum etiam ros,

id est rudis, & pruinosa mandatorum legis obser-
Ioan.10. uatio iaceat, atq; desinat (finis enim legis & pro-
phetarum, Christus) tunc uerum de cœlo descen-
dit manna, tunc Euangelica doctrina rutilauit,
non in Hebræorum congregatione atq; synago-
ga, sed per circuitum castrorum in facie deserti ac
solitudinis, in omnibus uidelicet gentibus, in ec-
Esaie.54. clesia gentium, de qua dictum est: Quia multo
plures sunt filij desertæ, quàm eius quæ habet ui-
rum. In omnem enim terram intellectualis mānæ
gratia fusa est, quæ coriandro comparatur: & mi-
nuta dicitur, quia tenuis profecto est & frigidior
diuini sermonis uirtus, passionum ardores frigi-
ditate sua extinguens: frigidissima enim dicitur
esse uis coriandri. Quod cum uidissent filij Israel,
Exod.16. dixerunt ad inuicem: Quid est hoc? quum huius
rei nullum haberent periculum, nouitate rei per-
culsi, alter ab altero quid illud esset, petebat. &
hinc nomen rei factum est. Manna enim Syro-
rum lingua, quid est hoc, significat. Vnde, iudicio
meo, denotabatur, ut re ipsa modò uidemus, non
cognituros Christum Iudæos. Dixitq; Moses ad
eos: Nullus relinquat ex eo in mane. Qui non
audierunt eum, sed dimiserūt quidam ex eis usq;
mane, & scatere cœpit uermibus, & computruit:
& iratus est contra eos Moses. Mane rursus in
his splendidissima saluatoris aduentus tempora
significat: quando umbra legis depulsa, & tene-
bris gentium illuminatis, unigenita lux spiritua-
le nobis diluculum eluxit. Iusit autem Moses
manna illud nullo modo ad mane usq; relinque-
re: quia orto sole umbracula legis euanescunt, &
ueritatis præsentia, figuræ omnino desinūt. Qua-
Philip.3. re Paulus quoq; iusticiam legis rutilante Christo,
inutilem ostendit, dicens de seipso: Per quem om
nium iacturam feci, omnium, inquit, quibus lex
plurimum iactabat. Duco enim, ait, omnia esse
stercora, dummodo Christum lucrer, & inueniar
in eo non habens iusticiam legis, sed eam quæ est
per fidem Iesu Christi. Nihil igitur Paulus ut sapi-
ens, ad mane usq; conseruauit: qui autem tunc
sensibile illud manna conseruauerunt, hi Iudæo-
rum incredulitatem figurabant: quibus non op-
portuna legis conseruatio putredinē sanè ac uer-
mes pariet: unde mœrore quoq; affectum, & ira
concitatum Mosen legimus. Dixitq; Moses ad
Exod.18. Aaron: Sume aureum uas unum, mitte ibi man-
na, quantum potest capere gomor, & repone co-
ram domino ad seruandum illud. Ex admiratio-
ne iam exclamauerim: O profunditatem diuitia-
rum sapientiæ, ac cognitionis dei. Incomprehen
sibilis nempe in scripturis sapientia latet, & ma-
gna profunditatis altitudo in ipsis inuenitur. Cō-
sidera, oro, diligentius, quid in hac ultima parti-
cula reconditum est. Nam quoniam uerum man-
na illo sensibili figuratus est Christus, necessariò
nunc docet, qua gloria & uirtute plenus est, qui
Christū in seipso recondit, qui Iesum in corde per
ueritatem ac fidē rectā fixū firmiter gerit. Audis
enim quomodo uas aureum per Aaron impletur
manna: & coram deo ad perpetuā conseruationē
reponitur: pia enim, sanctaq; anima, quæ Christi
fidē concepit, quæ totū in se ipsa cœlestem thesau
rum condidit, pretiosum atq; aureum uas est, & à
pontifice omnium deo patri offeretur, seruabi-
turq; in conspectu eius in æternum. Meritò igi-
tur inflatos Mosis doctrina Iudæos, putantesq;
ab eo manna datum priscis fuisse, nec aliquid ul-
tra figuram intelligentes, Christus redarguit, di-
cens: Amen dico uobis, non Moses dedit uobis
mānа. Oportebat enim omnino illos ministrum
solummodo fuisse Mosen nō ignorare: res enim
ipsa non potuit hominis opus esse, dei ergo fue-
rat munus, quo cœlestis panis non unius gentis,
sed totius mundi uita significabatur.

CAP. XXXV.

Dixerūt ergo ad eum: Domine da nobis sem-
per panem hunc.) Denudatur iam penitus
(quamuis latere studuisset) animus Iudæorum:
patet etiam non posse Christum mentiri: non e-
nim quia signa uiderunt, sequuntur, sed quia usq;
ad saturitatem comederūt. de quorum igno-
rantia opportune dixerim: Ecce populus fatuus
atque uecors, oculi sunt ipsis, & non uident: aures
sunt ipsis, & non audiunt. Nam etsi multis uerbis
à carnali eos sensu saluator remoueret, etsi ad
spiritalem mirabili sua doctrina contemplatio-
nem illos reuocaret, nihil tamen proficiunt, neq;
à carnalibus ullo modo recedunt: quippe panem
audientes, quo uita mundo datur, terrestrem in-
telligebant. Ventri ergo quasi deo seruientes, me
ritò audient: Quorū gloria in confusione ipsorū.
Similes enim sunt Samaritanæ illi mulieri, quæ
quū lōgā de intelligibili aqua Christi orationem
audisset, aperte dicentis: Qui bibit ex hac aqua,
iterum sitiet: quicūq; autem bibet ex aqua quam
ego dabo, fiet in ipso fons salientis in uitam æter-
nam. nihil tamen intelligens, ad sensibiliū memo-
riam aquarum labebatur, dicēs: Da mihi domine
hanc aquā ne sitiam, & ne ueniā huc haurire. Sed
illa & Samaritana, & mulier, quare non mirum si
tardior fuit: isti uerò, & Iudæi & uiri, nihil uirilis
prudentiæ habent, sed uentris effœminantur cu-
piditate, uere de se dictum esse ostendentes: Stul-
tus stulte loquetur, & cor eius uana intelliget.

CAP. XXXVI.

Dixit autem eius Iesus: Ego sum panis uitæ.)
Quanquam solitus fuerit Christus ænigma
tice quodammodo, nec aperte nimium mysteria
exponere, ne res diuinæ scelestis etiā hominibus
in derisionem paterent: nōnunquam tamen pro-
pter audientiū imperitiam, quum nihil eos intelli
gere uideat, omni ambiguitate sermonis remo-
ta, dilucide ac breuiter totam mysterij uim expli-
cat, ut nulla excusatio non credentibus relinqua-
tur. Quod autem obumbrato quodam, ac subob
scuro plerunq; sermone uteretur, ipse docet in
Psalmis, dicens: Aperiam in parabolis os meum.
Esaias quoq; hoc ipsum demonstrat, clamans: Ec
ce rex tuus iustus regnabit, & principes cum iudi
cio principabūtur, & erit homo occultans sermo
nes suos. Illū enim regnaturū prænunciabat, qui
dicit:



dicit: Ego autem constitutus sum rex ab eo super
Psal.2. Sion montem sanctū eius, prædicans præceptum
domini. Iudicio aūt, id est rectitudine, principes,
id est sancti discipuli omnia gubernaturi fuisse
scribuntur, qui ad saluatorem sermones suos cæ-
lantem, accedebāt sæpius, atq; dicebant: Expone
Luce. nobis parabolam hanc. Ipse quoq; causam adie-
cisse inuenitur: ut uidentes non uideant, & audi-
entes non audiant, neq; intelligant. Non enim e-
rant digni, ac ideò iusta Dei sententia electi sunt.
Multis igitur uerbis ultro citroq; habitis, postq;
illos nihil intellígere uidebat, apertissime iā, ego,
inquit, sum panis uitę. O sola imperitia excellētes
homines, quum de cœlo daturū se Deus panem
uobis dixerit, & tantam hanc rem pollicitus sit,
non erubescitis de sensibili manna ita hoc intelli-
gere, ut ulterius progredi nolitis? Non sentitis,
quia breue illud & paruū tam uobis erat qui acce
pistis, quàm Deo qui largitus est? Nolite igitur cre-
dere illum fuisse panē de cœlo: ego enim sum pa-
nis uitæ qui olim uobis figura solūmodo datus,
nunc adsum omnem adimplens figurā. Sum aūt
panis uitæ, nō corporalis, qui fami solum corpo-
reæ remedium præstat: sed qui totum animal ad
uitam æternam reformem, & morte superius effi-
ciam. His autem uerbis subostēdit sanctissimi sui
corporis uitam & gratiam, qua in nobis unigeni-
ti proprietas, id est uita, & ingreditur, & perma-
Exod.16. net. Illud etiam scire oportet, quod quadraginta
integris annis (Mose adhuc uiuēte) manna illud
sensibile Iudæis largiebaē à deo. Sed postq; Mo-
Iosue 5. ses diem suū obijt, & ductor populi Iosue factus
est, Iordanem; traiecto, lapideis circuncisi gladijs,
pane nutriri sunt, nō amplius manna pluēte deo.
Hinc significatur, quia quum Moses naturæ con
cesserit, id est, quando legalis cultus figuræ ad e-
Matth.11. xitum uenerint: Christus uerus Iesus atque salua
tor nobis apparuit, qui saluū fecit populū suū de
Zach.9. peccatis eorum. Et tunc nos Iordanem transgres-
si, spiritalem circuncisionem doctrina duodecim
lapidum, id est discipulorum Christi accepimus.
De quibus scriptum est, quod lapides sancti uol
uuntur in terra: omnē enim orbem terratum per-
agrarunt illi, qui nos circuncisione, non manu fa-
cta, sed spiritali per spiritum sanctum circuncide-
runt. Quando igitur ad regnum cœlorum per
Christum uocati sumus (non enim aliud signifi-
cat Iudæorū in repromissionis terram ingressus)
tunc & manna sensibile desijt. Non enim literali
amplius legis sensu, sed cœlesti pane, id est Chri-
sto, ad uitam æternam nutritur: & morte destru-
cta, Dei participes, gratia sancti spiritus, & com-
municatione corporis domini efficimur.

CAP. XXXVII.

Qui uenit ad me, non esuriet: & qui credit
in me, non sitiet unquam.) Nonnihil his
uerbis latēre mihi uidetur, quod enodare necesse
est. Solebat Christus sanctorum uirorū gloriam
non modo non deprimere, sed etiam confirmare.
Verum quum nonnullorū inscitia excellentiam
Christi nō cognosceret, ac ideò plus illis attribue
Ioan. 4. ret, commodissimè ac subocculte ab ipsarum re-
rum collatione in infinitum se illis præstare mo-
destissimè ostendit. Loquebatur olim ad Samari
tanam, & ei se uiuentem aquam dare pollicebā-
tur: quod illa minimè intelligens, An tu maior es,
dicebat, patre nostro Iacob, qui dedit nobis hunc
puteū? Ab hac ergo uolens eam saluator opinio-
ne remouere, ac se absq; comparatione maiorem
ostendere, ad aquarum differentiam uenit. Qui-
cūq; enim, ait, ex hac aqua bibit, sitiet rursus: qui-
cunq; autem biberit ex aqua, quā ego dabo, fiet
in ipso fons aquæ salientis ad uitā æternā. Quid
igitur hinc sequitur? Illud, pfecto, superiorē esse
multo eum, qui multo maiora tradere potest. Ta-
le quid etiam nunc facit: nam quoniam superbire
Iudæi uidebantur, Mosen semper anteponentes
& Mosaicam, ut consueuerant, sequi doctrinam
magis quàm Christi uolentes, mannæ copiam &
aquarum è lapide fluxum animo uoluebāt, & sic
illum Christo maiorem putabant: necessario ad
consuetum sibi modum delatus, aperte quidem
maiorem se Mose non dicit, ne in iram infrenis
illorum audacia incideret, sed rem quam admira-
bantur ita ponit, ut ex comparatione minimam
ostendat. Non enim esuriet (inquit) qui uenit ad
me: & qui credit in me, nunquam sitiet. Dederit
ergo inquit (ut hoc uobis concedatur) Moses
manna, sed qui comederunt, rursus esurierunt.
Produxerit copiosa ex lapide flumina, sed qui bi-
bebant, rursus sitiebant. Qui uerò ad me uenit,
nunq; esuriet: et qui in me credit, nunquam sitiet.
Quid igitur Christus pollicetur? quid credētibus
affert? Corruptibile certe nullum, sed benedictio
nem, quam cōmunicatione corporis atq; sanguī-
nis Christi assequimur: unde ad eam incorruptio
nem integre reducemur, ut cibo & potu corpo-
rali non indigeamus: uiuificat enim corpus Chri-
sti, & ad incorruptionem sua participatione redu
cit. Non enim alterius cuiusdam, sed ipsius uitæ
corpus est, uirtutem incarnati uerbi retinens, &
plenum potestate illius, quo uniuersa & uiuunt,
& sunt. Quæ quum ita se habeant, sciāt baptizati
homines, et diuinę gratię participes facti, si rarius
in ecclesiam proficiscantur, & longo temporum
spacio propter simulatam religionem mystice cō
municare Christo recusent, ab æterna se uita pro-
cul depellere: quippe recusatio huiusmodi, quam
uis ex religione proficisci uideatur, & scandalum
facit, & laqueos instruit: quare oportet omnibus
uiribus à peccato mūdari, et recte uiuendi iactis
fundamentis, magna cum fiducia ad sumendam
uitam concurrere. Sed uariæ sunt diaboli, multi-
plices q; ad decipiendum insidiæ. Nam primum
ad uiuendum turpiter inducit, deinde quum ma-
lis onerati fuerint, tunc abhorrere à Christi glo-
ria persuadet, qua possent à turpitudine uolupta-
tis, quasi ab ebrietate reuocari. Quare demus o-
peram, oro, ut uinculis eius abruptis, & iugo ser-
uitutis peccatorū excusso, in timore domino ser-
uiamus. Et ut carnis uoluptate per continentiam
supata, ad cœlestē gratiā accedamus, corporisq;

Universidad de Deusto
Biblioteca



Christi participes efficiamur. Sic enim, sic inquã diabolũ fugabimus, & diuinæ naturæ participes, ad uitam & incorruptibilitatem ascendemus.

CAP. XXXVIII.

SEd dixi uobis, quia & uidistis me, & non credidistis.) Multis eos inducit rationib. & omni modo ad fidẽ & salutem impellit. Et (ut Deus) non ignorat, quanta incredulitate teneãtur: ut ergo sciant non ignorare ipsum quales sunt, futuricq; sunt, intelligantq; ira diuina perditum iri omnes qui tales sunt, idcirco intulit: Sed dixi uobis, quia & uidistis me, & non creditis. Sed ubi, dicet quispiam, tale quid Christus dixit? Esaiam quæso audi: Vade, & dic huic populo, audite audientes & nolite intelligere, & uidete uisionem & nolite cognoscere: excæcatum enim est cor populi huius. An non uera hæc oratio rebus ipsis demonstratur? Viderunt tunc deum esse naturaliter dominum, quando quinque hordeaceis panibus, & duobus piscibus multitudinem eorum saturauit: uiderunt, & tamen non credunt: quia peccatorum uinculis coartati, nec liberatorem quidem suum cognoscere uolunt: ideò ira dei digne ipsos excęcauit, & rudius factum est cor eorum. Quod autem signi miraculo Deum esse aut uiderunt, aut uidisse potuerunt, inde maxime conspicies, quod ex admiratione nimia rapere ipsum uolebant, & regem facere. Nullus igitur eis excusationis locus relinquitur, qui admirantes signa, & ab eis ad cognoscendas uires eius inducti, abhorrẽt tamen à fide, & à bonis moribus in profundũ perditionis desiliunt.

Esaiæ 6.

CAP. XXXIX.

OMne quod dat mihi pater, ad me ueniet.) Nõ simpliciter dicitur Christus, Quia & uidistis me, & non creditis: sed causam quoq; excitatis uecessariò subiecit, ut discant in diuinam se iram occurrisse. Quare optimus medicus causam eis subaperuit: non ut in morbo semper morentur, sed ut citius atq; facilius ab eo resiliant, omni modo deum placantes, quem peccatis suis irritarunt. Venire autem saluator etiam ait ad se, quod pater sibi dederit: non quia ipse non possit quoscũq; uelit adducere (quomodo enim? cui omnia subiecta sunt, ut Paulus scribit) sed quia nemini

1. Cor. 1.

hoc, nisi soli diuinæ naturæ conceditur, ut ignorantiæ tenebris inuolutos illuminet, sicut homo patri hanc rem attribuit, quod esse solitum facere multotiens diximus. Quum autẽ ad se uenturum omne quod pater dederit dicat, iam iam uẽturas gentes significat. Ita cõmodissime minari uidetur iacturam gratię, quam facturi erant, allatis à Deo patre ad uiuificantem & natura filiũ uniuersis misericorditer gentibus, ut benedictionis eius ac diuinæ naturæ participes, ad uitam & incorruptibilitatem reducantur, in priscum naturæ habitũ reformatæ. Quemadmodum igitur quispiam ægrotum medico affert, ut ei medeatur: sic à deo patre illos qui digni salute sunt, filio adduci dicimus: pernicioſa enim res omnino est, cordis duricies.

Hierem. 4.

Ideò prophetico sermõe Iudęis imperatur, ut duricią cordis circũcidantur: quod illi quidẽ recusarũt, nos aũt, quos pater filio dedit, suscepimus, & spiritu sancto circuncisi, occultius ac mystica circuncisione ludæi sumus. Par igitur est duritiem illorum abhorrere, & facilitate animi ad pietatem ac fidem, imminentem illis perniciem effugere.

CAP. XL.

ET eum qui uenit ad me, non eiȝciam foras.) Non erit, ait, inutilis eis qui ad me ueniunt, si dei pietas. Et certe oportebat gloriosam atq; utilissimam eis qui afferuntur, patris adductionem ostendere. Aderunt ergo (inquit) omnia bona ijs qui superiore gratia uocati ad me ueniunt: non enim eiȝcio foras uenięntem, nec quasi uas futile repellam, ut à quodam propheta dicitur: Vituperatus est Hieconias, sicut uas cuius nullus est usus, & proiectus in terrã quam ignorauit. Terra terra, audi sermonem domini, ſcribe uirum istum hominem abdicatũ. Non ergo abdicabitur (inquit) nec ut inglorius eiȝcietur, qui uenit ad me, nec erit expers meæ benignitatis: sed recõdetur in horreum, & in cœlestes mansiones diuertet, ingredieturq; quò mens hominũ nequaq; cogitauit. Oculus enim non uidit, & auris nõ audiuit, nec in cor hominis ascenderunt eã, quæ deus diligentibus se præparauit. Quumq; autẽ dicitur, Non eiȝciam foras uenientem: illud profecto dicitur, non tradam iudicio fidelẽ, qui diuina gratia munitus est. Foras enim hoc, tale quid significare comperies, ut in illa apud Matthęum parabola: Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti: quam (quũ impleta esset) educentes & secus littus sedentes, elegerunt bonos in uasa sua, malos autem foras miserunt. Nam quod collecta sint bona, & in uasis deposita, id probos atq; pios in cœlestibus atrijs semper uicturos significat: quod autẽ inutilia foras eiecta dicũtur, id omniũ bonorũ iacturã facturos, & in iudicium casuros impios denotat. Quũ igitur dicit Christus, Quia eum qui uenit ad me, non eiȝciam foras: euasurum ab æternis supplicijs integra uenientem fide populum demonstrat. Ita remotis à pietate minari mihi uidetur, nisi uere syncereq; credant, procul à se omnes proiȝciendos, nolentesq; ab eo recessuros. Qua enim ratione non eiecturum se foras uenientes pollicetur, eadem sanè nõ uenientes eiecturum minatur.

*Tertij libri finis.*

COMMENTARIORVM CYRILLI IN IOANNEM LIBER QVARTVS.

*Quod quum à deo patre naturaliter filius sit, nulla in re minor ipso est, etiamsi dicatur à quibusdam illi subiectus esse.*

CAPVT PRIMVM.

QVia descendi de cœlo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui me misit patris: ut omne quod dedit mihi pater, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die.) Videbitur certe, si quis superficiem (ut ita dicam) solam uerborum consideret, difficilis nimium hic sermo,



sermo, adeò ut multa hinc aduersus rectam fidem ueritatis inimici habituri argumenta uideantur.

Prou. 8.

Sed nihil hic arduũ est. Facilia enim omnia sunt intelligentibus, & recta his qui cognitionem inueniunt, id est illis qui pie scripturarum mysteria intelligere consueuerunt. Rationẽ ergo quodam modo ut certiores simus, Christus sic affert, quare non eiȝciatur foras quicunq; ad se uenit. Hac enim (inquit) de causa descendi de cœlo: id est, uoluntate patris homo factus, quasi etiam inuoluntarias res non recusaui, modò æternam uitam, resurrectionemq; à mortuis (morte destructa) credentibus præbeam. Quid autem erat quod uoluntarium & non uoluntarium Christo fuisse dicimus? Iudæorum in illum iniuriæ, flagella, sputa, calumniæ, mors ipsa: hæc enim propter nos passus est Christus. Nam si potuissemus nos saluari (quod illi studio erat) absq; passione omnino sua, noluisset certe opprobria illa pati. Verum, quoniam libera uoluntatis potestate usi Iudæi, omnino censuerũt tot tantaq; ipsi facere, admittit passionem propter nos, & facit uoluntariũ sibi quod per se erat inuoluntarium, propter humani generis utilitatem patre assentiente, ac comprobante. Hinc enim maxime immensam diuinæ naturæ bonitatem inspicimus, quod etiam id propter salutem nostram non recusauerit, quod per se erat abiȝciendũ. Quod aũt non uoluntariũ quodam modo Christo erat crucis patibulũ, uoluntariũ autem propter uoluntatẽ patris, & propter salutem nostram, inde facile disces. Quũ enim ad passionem accessurus esset, patrẽ in orationis habitu alloquebatur, dicens: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste: ueruntamen non ut ego uolo, sed ut tu. Ea enim ratione qua uerbũ Dei Deus est, & ipsa naturaliter uita, nemo ambiget quod nullo modo mortẽ formidauit: caro aũt factus, permittit carni ut sua patiatur: & ideò ut uerè homo præsentem iam in ianuis mortem timescit, ac dicit: Si possibile pater est, transeat à me calix iste: uerum quoniam aliter fieri non potest, fiat nõ ut ego uolo, sed ut tu. Vides quẽadmodũ natura humana etiam in ipso Christo sua patitur & formidat? sed à coniuncto sibi uerbo ad conuenientem deo fortitudinem & robor reducitur, doceturq; ne quod sibi uidetur, sed diuinam uolũtatem sequatur: & illò semper tendat, quò uolũtas dei perducit. Hęc ipsa ueritas ita se habere confirmat. Spiritus enim (inquit) promptus, caro aũt infirma. Non enim ignorauit Christus non parũ à dignitate abesse diuina, quod mors timenda uideatur: propterea imbecillem quidẽ naturaliter carnẽ esse dixit, promptum aũt spiritũ, qui sciebat nihil esse mali calumniȝs iniuriantium uexari. Perspicis non fuisse propter carnẽ uoluntariam Christo mortem: fuit tamen uolũtaria, quoniam propter eam secundum uoluntatem patris salus & uita hominibus donata est. Idipsum etiam hic significare uidetur, quũ dicat eam esse uoluntatem patris, ut nullũ eorum qui sibi afferuntur perdat, sed exuscitet eum in nouissimo die. Nam (ut iam diximus) Christo sicuti uitæ ac saluatori, fidei, salutisq; indigentes, misericordia patris adducit. Sentio me inconcinna, ueritatis inimico dicere. Non enim cõsentiet, sed magna uoce clamabit: Quò nos his tuis excogitationib. seducis? quò à ueritate orationẽ diuertis? Erubescis uidelicet uel nolẽtem subiȝci patri filium confiteri. An hinc tibi conspicuũ non fit, non esse principem filium huius dispensationis, sed uoluntati patris subiectum? Non enim ignorat ita se patri subiȝci, ut modo quodam cogatur etiam quæ nolit facere, & sic facere ut nolens faceре uideatur. Non enim quæ ipse uult, sed quæ pater uelit, facere se ait. Nec mihi dicas (inquit) ut soles, ut hominem eum subiȝci. Quũ enim adhuc uerbum homine nudum esset, descẽdit de cœlo: ita uel anteq; seruí formam assumeret, patri ut maiori atq; præstantiori subiȝciebatur. Acerrimis (ut putas) ô generose tu uerbis in nos excurris, non tamen recte, sed extra regiam tritamq; semitam curris. Recta enim uia omissa, ad præcipitia & rupes acutas teipsum immittis. Nos autem nõ dissidentem inter se, neq; dissentientẽ trinitatem esse firmiter credimus: nec aliud unq; patrẽ, aliud filium, aliud spiritum sanctum, sed unum et idem semper uelle, ac unam & eandem esse uoluntatẽ, sicut unam & eandem naturã trinitatis fatemur. Cesset igitur omnis longa oratio, absit omnis cõtentio, absint uerba frustra uobis excogitata. Verum quoniam impię tam sentire quàm loqui didicistis, & quoniam quum uoluntatem patris filius sequatur, necessario subiectum esse patri putatis, pauca uobis hac de re dicenda uidentur. Nam si ex simplicitate subiȝci patri filiũ diceretis, nec nos fortasis diligentius in controuersia hęc uerba oporteret discutere: quũ uerò malitiose insidiemini, necessariò uirtute ac gratia sancti spiritus freti, magno animo insurgemus, non absolute neq; in omnibus, sed de re quadam determinata, propter uestras (ut mihi uidetur) friuolas rationes. Prouidebat enim nobis ut deus: non suam, sed patris uoluntatem sequi filius asseruit: ita inuoluntariũ ad uoluntarium reddidit, passionem dico crucis, de qua, una uoluntate tota trinitas consensit, ut diximus: quod licet à uerbis ipsius aperte percipere. Hæc enim est (inquit) uoluntas patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitẽ illud in nouissimo die. Quamuis aũt uoluntariam, & non uoluntariã quodam modo passionem crucis fuisse paulò ante diximus: latius tamẽ ad utilitatem legentiũ repetere placuit, si prius de subiectione, quam nobis incutitis, nonnihil disserimus. Est aũt nobis præsuppositũ semper, & ab ecclesia sine ulla dubitatione susciꝑitur, unius & eiusdem trinitatem esse uoluntatis atq; sententiæ. Respondeant igitur nobis queso, utrum ipsum esse filij aliud quàm subiectio sit, ita ut natura eius subiectio sit, ut humanitas hominis: an est ipse quidem per prius existens, deinde quasi conditione quadam propria patri subiȝcitur, ut de angelis & de homine rationali dicimus? Creatura enim per prius existens, subiectionis modum per

Hæretica deliratio.

Defensio.

Matth. 26.

Matth. 26.

posteritis

Universidad de Deusto
Biblioteca



posterius habet. Nam si primũ uere dici putatis, nõ filius profecto, sed subiectio dei uerbũ erit. Et quomodo nõ erunt hæc furoris plena? Subiectio enim ipsa, ut subiectio, quomodo subsistere intelligetur? Talia enim omnia necessariò subiecta requirunt quibus accidere solent, & substantijs potius accidunt, quàm per seipsa subsistere uideantur. Et quemadmodum cupiditas, qua quæ cupiunt ad expetibile feruntur, nunq̃ per seipsam subsistit, sed susceptibili solet inesse: eodẽ certe pacto subiectio, quum uoluntatis inclinationem ad parendum alicui ostendat, non separata quadam natura subsistit, sed sicut passio aut uoluntas, aut cupiditas alicui eorum ineſt quæ sunt. Præterea tam res subiectionis, quàm nomen ipsum, si solũ profertur, uix certe intelligitur: nec utrum bonũ an B malum sit cognoscitur, nisi cuius rei subiectio sit addatur. Nam tum deo, diabolo subijci quispiam dicitur: & quemadmodum calliditatis nomẽ medium est (callidi enim multi sunt ad malefaciendum, & callidi rursus ad effugienda incommoda, cõmodaq̃ quærenda) sic subiectio mediũ quoddam est, & incertũ, quouscq̃ scias cuius subiectio est. Quare si filius natura, quod subiectio sit dicere non possumus. Ipsa enim subiectio secundum uos filius est, incerta igitur quædam & dubia natura filij erit. Sed nullo modo subiectionẽ per se subsistere intelligemus, si ad creaturas reuersi hoc ipsum cõsiderabimus: Nam si hominem nil aliud esse quàm subiectionẽ fingemus, non erit homo, de quo dici possit quod subiectio nõ sit. Quomodo ergo si homo natura in subiectione reperitur, C
Psal. 36. dicitur à Psalmista: Subijciaris domino, & supplices ei? Hoc enim ad eum dicitur, qui non modò natura subiectio non sit, uerumetiã cui subiectio nõ accesserit. Vides igitur quàm inane, quàm falsum sit, addam etiã iniquũ, si quis subiectionem subsistere per se credat. Erit ergo necesse in sua natura per prius subsistere filium, deinde subijci patri confiteri. Quid igitur nos coget, eum qui natura genitus est à patre, qui sigillum est, à substantia
Calumnia impiorum. patris remouere? Sed nos quidẽ recte & sentientes, & prædicantes, consubstantialem genitori filium, & æqualem in omnibus credimus. Tu uerò uideas quomodo ab æqualitate patris, propter hãc, quam dicis subiectionẽ filium deturbas, qui eisdem omnibus propter identitatem substantiæ D naturaliter bonis pollet. Sed hoc ipsum, inquiũt, sententiam roborat nostram, quod non uoluntatem suam, sed patris facere filius fateatur. Nam quũ obtemperare se illi omninò dicat, ut præstantiori scilicet atq̃ maiori obtemperat. Hoc ipsum ego etiam inquam nullũ ueritatis fructum in uerbis tuis esse ostendit. Etenim si quis nã præstantior & maior in gloria sit, in quæstione uersaretur, uideretur fortasis quandam (quamuis etiam tũc infirmam) subiectionis nomẽ rationem habere. Quũ uerò utrũ consubstantiales sint, pater & filius quæratur, ac consubstantiales esse non inficiemur: quomodo non est insanum, maiorẽ filio patrem putare? maius enim & minus, & huiuscemodi cætera non sunt per se subsistentia, ut de subiectione quoq̃ modo dicebamus, sed deforis sunt, & de substantijs dicuntur. Quod enim existit per se, id collatione alterius maius aut minus appellari solet. Quum uerò nullum subiectum sit, quum nihil existat de quo talia dici possint: quomodo erũt ista per se, quæ ut accidentia & intelliguntur & definiuntur? Quum igitur maius & minus in trinitate dicitis, nec unigeniti, nec patris substantiam tangitis: sed solum exteriori quadam excellentia uel offensione, alterũ honorabitis, alterum deprimetis. Nec pudebit uos id facere, clamantem ipsum audientes? Qui non honorat filium, is ne patrem quidem honorat. & rursus: Vt omnes honorent filium, sicuti honorant patrem. Eadem enim gloria quæ sunt eiusdem substantiæ, glorificari oportere, Christus his uerbis docet: nec ab hominib. de se id testimoniũ habuit, sed ut rebus omnibus fidelior testis, ipse de se testimoniũ perhibuit, uereq̃ perhibuit qui secundum naturam ueritas est: quod rebus ipsis cognoscere possumus. Homo enim homine, ut homo est, nunquã maior aut minor erit: eadem enim in omnibus naturæ ratio est, ideo de omni natura eodem modo uere dici potest. Quare omnibus æqualiter ratione naturæ insunt, quæ naturaliter insunt: maius uerò ac minus, & huiusmodi non insunt, sed accidunt. Quomodo igitur tam pater quàm filius natura deus est, si maior aut minor alter altero inuenietur: id enim, quoniam ex patre filius natus est, cogit etiam nolentes uos consubstantialitatẽ cõfiteri. Hoc igitur nobis præsuppositò quæramus, si uidetur, utrum æqualem filio gloriam sicuti patri reddemus, an contrà minore glorificantes filium honore, uituperabimus? Id enim uerius, ut ego arbitror, dicitur. Gloria enim patris est, si talis à seipso filius emanauit, qualis ipse natura sit. Totum uerò cõtrarium accidit (sed propitius nobis sit deus) si non eandem naturam filius conseruauerit, si minor erit aut gloria, aut quapiam re alia earum quibus perfecte ac uere deus esse intelligitur. Quũ igitur hæc natura filij sit? quid rides ô homo, q̃d caput quassas, si patrẽ honorat? quũ admirari deberes potius glorificareq̃ ipsum, q̃a genitorem suum & diligit, & honorat. Omnis e- Matth. 26.
nim uirtutis numerus ab illa radice pullulat, & ab illa substantia, quæ suprema omnium est, quasi à fonte manat. Omnia enim bona inde ad nos (qui ad imaginem dei facti sumus) profecto defluunt: propterea lex patrem & matrem colere iussit, & præmia facientibus magna uidemus proposita esse, longi temporis uita huiusmodi filios donatos audimus. Sicuti igitur nos subiecti parentib. non mutamus naturã, quia illis paremus: sed quũ non minus homines simus quàm parentes nostri sint, ac eandem naturæ rationem conseruemus, eis propter uirtutem eximiam obtemperamus. Simili modo de patre atq̃ filio intelligẽdum est. Filius enim est, qui est ex deo deus, perfectus ex perfecto, incõmutabilis character substantiæ genitoris. Quare nihil aliud ipse cogitabit, q̃m ille cuius



cuius & consilium & uerbũ est: uolet autẽ eadem A
quæ pater, eiusdem enim substãtiæ (ut ita dicam) legibus ad eandem uolũtatem compellitur. Non conturberis igitur ô homo, quum dicentem audias: Descendi de cœlo, non ut faciam uolũtatem meã, sed uoluntatẽ patris mei qui misit me. Nam ut incipientes diximus, determinata quadam de re Christus ita loquutus est. Cùm em̃ docere uellet uoluntariam sibi esse mortem deitatis uolunta te, non aũt uoluntariam, quia crucis tormenta & mortem ipsam natura perhorresçat humana, his uerbis usus est. Quod aũt inuolũtaria passio Christi ut homini fuit, etiam ab ipsa natura rerũ consequenter perspiciemus. Dicimus ergo Iudaici furoris opus fuisse, ut omnino Christus crucifigeretur: & hoc omnino facturi erant, exercitati ad cædem sanguine prophetarũ, ad omnemq̃ audaciã B
nutriti. Verũ quoniam nõ poterat aliter humanũ genus ex morte, in quam cecidit, ad uitam resurgere, nisi filius dei homo factus esset: imminebat aũt propter crudelitatem Iudæorũ mors acerbissima: idcircò quod per se nõ uoluntarium homini fuit, uoluntariũ fecit: id enim natura diuina ex misericordia sua uolebat. Nam opifex omniũ sapi-
um opi- entia, id est filius dei, quod diaboli malitia præpa
pientia, filius. rauerat (crudelem dico eius in carne mortem) id salutis uiam, id uitæ ianuam effecit. Ita in cõtrariũ spes diaboli uersa est, ut uix post hæc cognouerit durum sibi fuisse aduersus deum pugnare. Quod
Psal. 9. mihi uidetur Psalmista subaperuisse, quũ de Christo & de diabolo dicat: In laqueo suo humiliabit eum. Nam mortẽ quasi laqueũ, Christo diabolus C
præparauerat, sed in ipso laqueo suo humiliatus est. Mors enim in morte Christi destructa est, & tyrannus cecidit, qui se id passurum non formidabat. Plura de his dicere difficile nõ est, sed ad propositũ rursus redeamus. Si non proprie atq̃ uere uoluntatis ac immanitatis Iudaicæ fructum fuisse mortem Christi dicamus, sed iudicio (ut nonnulli putant) diuino ad tantam crudelitatem depulsos putabimus, uix poterimus effugere, ne concedamus, quę homines faciũt, ea diuino impulsu coactos facere. Deinde quomodo, dic quæso, qui diuinæ obtẽperarunt uoluntati, puniuntur? Quomodo aũt in melioribus esset ille miser, per quem Christus traditus est, si natus unquam nõ esset homo ille? Ex his igitur, cæterisq̃ quàmplurimis patet de cœlo descendisse filium dei, passumq̃ fuisse D
pro humano genere uolentem simul atq̃ nolentẽ, ut nouissimo die omnes suscitet, & hoc ita patri etiam propter nos uisum fuisse. Diuersæ uerò naturæ filium esse, aut ulla in re patre minorẽ, his uerbis ne suspicari quidẽ possumus. Quare subrubescere aduersarios Christi credo, qui talia dicere ausi sunt. Si uerò contentionis adhuc potius quàm ueritatis cupidi non erubescant, illud addam: Si descendit de cœlo filius, non ut suam faceret uoluntatem, sed patris, ut ipse ait. Si quę tibi diximus, super hoc minimè placent: nónne fateberis necessariò nõ unam, sed duas & diuersas patris ac filij esse uoluntates? Nam si nihil inter patris & filij uoluntatem interest, una eademq̃ in ipsis uoluntas est: sin uerò alia est filij, qua tamẽ pretermissa, patris sequitur uoluntatẽ, quomodo diuersa nõ erit ab illa? Sed uideamus quid pater uelit, ut etiam uoluntatem filij cognoscamus. Patris igitur uoluntas est, ut saluator ait, ut omne quod dedit ei, non perdat ex eo, sed suscitet illud in nouissimo die. Bona hæc, & misericordiæ plena uoluntas est, non repugno. Si ergo diuersa filij uoluntas ab ista est atq̃ cõtraria, nec misericors erit, nec omnino bonus qui patri contraria uelit, nec saluare, nec à morte suscitare studeat: quomodo ergo bonus est pastor? quomodo magnę suæ charitatis erga nos signũ dabat, quod animam suam
pro nobis traderet? Nam si de cœlo descendit, ut Ioan. 10.
id ultrò faceret: quomodo, quum quæ adducuntur à patre, non perdit, sed in nouissimo die suscitat, sua id inquies uoluntate non facit? Sin uerò non sponte id facit, sed ut uoluntati patris ministret, saluat perditos, & suscitat mortuos: quomodo non uere nec bonus, nec misericors appellabitur? Quiescant igitur obsecro, Christi aduersarij, nec ulterius in nos latrent, cùm undiq̃ ad impietatem hæc sibi concludatur oratio.

## CAP. II.

HAec enim est uoluntas patris mei, qui misit me, ut omnis qui uidet filiũ, & credit in eũ, habeat uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.) Etsi bonam patris uoluntatẽ iam definierit, latius tamẽ modo dilucidat, aperte adductionis modum, & eius profectum explicans. Filio ergo qui uiuificare potest, quæcũq̃ uita indigent, pater tradit. Traditio autem hæc est, ut filium cognoscant, syncereq̃ intelligant, atq̃ credant uerum esse Deum, qui ex Deo uero est. Qui enim sic affectus est, & istis contemplationibus præditus, is ad sublimia illa fidei præmia, id est ad uitam æternam conscendet. Ita pater quidem per cognitionem et fidẽ ad filium eos adducit, quos hac gratia dignos iudicauerit: filius autem accipiens, quasi ignis scintillas, uiuificantis spiritus uirtutem, ac suæ naturæ bonum sic in eis immittit, ut ad immortalitatem totum hominem transformet. Tu uerò quum hic rursus audias adductionem quidem à patre fieri, uitam autem adductis à filio præberi: caue ne cogites aliam patris, aliam filij potestatem ac operationem esse, quasi alius ad alia faciunda naturaliter aptus esse uideatur. Sed crede omnia à patre per filium in spiritu fieri, & totius (ut ita dixerim) trinitatis nostram salutem opus esse, id est naturæ nostræ ad uitam reditum. Nec dubita patris, & filij, & spiritus sancti unam eandemq̃ in omnibus rebus uirtutem esse ac potestatem. Illud etiam animaduerte, præcipuam in fide filij rem inueniri. Vita enim æterna, huius rei præmium est: quod si in filio Deus ipse natura cognoscatur, quis feret eos qui non consubstantialem patri dicere audent? eo etiã quod à morte liberare mortales, & in uitam æternam reducere potest, eiusdem se esse naturæ cum genitore ostendit: uiuificare enim proprium uitæ est.

Quare

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quare cùm pater naturaliter uita sit, & qui ab eo secundum naturam natus est filius, uita similiter sit (ego inquit resuscitabo) identitas substantiæ, nisi quis deliret, negari non potest.

CAP. III.

MVrmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset: ego sum panis qui de cœlo descendi, & dicebant.) Moleste ferunt rursus nihil intelligentes. Solet enim quodam modo animus imperitorum in istis certius cognosci. Quũ enim rem non intelligat, qua posset ad melius cõuerti, ex impotẽtia in molestiam deducitur: quod illis accidisse uidemus. Qua enim alia ratione ad murmurationes depulsi sunt: Oportebat certe magis, si quicquã intellexissent, ab ipsis rebus & à signis ab eo patratis rimari utrum mentiretur Christus quum se panem appellet, qui de cœlo descendit, an uere id diceret: sic enim recto iudicio ad inuentionem ueritatis deduci potuissent. Nunc uerò nihil quærentes, frustra solummodo murmurant: præsertim quum panem se uitæ, & quidem uerum Christus modò demonstrauerit. Qui enim uenit ad me (inquit) nõ esuriet unquam. Nam qui fide ad illum ueniunt, non similiter ut illi qui sensibile manna comederunt, breuem corporalemq; habebunt refectionem, sed perpetuos uitæ fructus adipiscentur. Falluntur ergo ualde Iudæi, terrena tantummodo respicientes: & hoc erat quod de ipsis & canebatur, & canitur: Obscurentur oculi eorum ne uideant, & dorsum eorum semper incurua: ut propter arrogantiam ac inobedientiã suam nullo modo ad cognitionem mysteriorum dei animum erigentes, mali male perdantur. Ego uerò quæ apud Mosen scripta sunt, mente sæpe reuoluens, quasi paternam hæreditatem, murmurationem de rebus bonis ad Iudæos descendisse cõperio, quam semper in pernicioſum exitum deuenisse re ipsa cognoscere licet. Murmurabant illi aduersus deum ex ingratitudine in deserto: murmurant & isti de Christo, & saluatorem suũ inobedientia sua uituperãt: sed draco uenenosus eos mordebit: semper eñ in pernicie inobedientia solet exire.

CAP. IIII.

NOn´ne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrẽ & matrem: quomodo ergo dicit, quia de cœlo descendit?) O animum temulentia imperitiaq; depressum, rudius effectũ est (ut scribitur) cor populi huius. Nihil enim uidet eorum quæ oculis cernit, sed risu digna & sentit, & loquitur: quem oportebat tum à scriptura Mosaica, tum à prædicatione prophetarum intelligere, non abscq; carne ad nos Christum fuisse uenturum, quippe qui prædicabatur in habitu & forma hominis ad nos fuisse uenturus. Cõcepturam enim uirginem, & filium ædituram propheticus sermo exclamat. Et iurasse dominus Dauid scribitur ueritatem, quam nullo modo neglecturum pollicitus est. Et uirga ex radice Iesse germinatura nunciabatur. Illi autem in tantam temeritatem delapsi sunt, ut quia prænunciati Christi matrem cognouerunt, propterea de cœlo ipsum descendisse credendum esse non ducunt. Nam etsi corpore id factum non est, erat tamen in corpore ut in templo uerbum dei, quod ex patre propter salutem omnium in terram descendit, & semen Abrahæ apprehendit: ut in omnibus fratribus similis factus, & deus uere simul ac homo inuentus, ad filiorum Dei adoptionem humanũ genus adueheret. Quam dispensationem saluatoris ignorantes Iudæi, quoniam matrẽ eius cognouerant & patrem, qui tamen pater non erat, non erubescunt negare, imò etiam indignantur, quia de cœlo se descendisse dixerit. Hinc nobis perutilis disciplina proficiscitur: discimus enim non esse parum detrimentũ, à corporis prauitate, diuina sancta cõsiderare, cùm debeamus oculis animi uirtutem sanctorũ inspicere, & reconditam in eis gloriã contemplari. Sic enim de sanctis apud prophetas scribitur: Benedictus uir, qui confidit de domino, & erit dominus fiducia eius, & erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorẽ mittit radices suas, & non timebit quum uenerit æstus, & in tẽpore siccitatis non erit solicitum, nec aliquando desinet facere fructũ. Cum igitur nos à deo cognitũ hominẽ & uirturibus rutilantẽ, in solam carnem respicientes, ex arrogantia plerunq; paruifaciamus, quomodo regi omniũ contrarij non erimus, quomodo acerbas pœnas nõ dabimus, sublimia quantũ est in nobis deprimentes, & lucem tenebras, & dulce amarũ nominantes: Consideranda igitur est in sanctis gloria sua. Considerandi enim sunt, non carne, sed intrinseca gloria. Verùm plurimi nostrũm humilem in hoc mundo uirũ, etiamsi uirtutibus excellat, in solam tamen caducam diuitiarum gloriam iniquis oculis respicientes, non recte iudicant: quos Christi discipulus non iniuria reprehendit, dicens: Si introierit in conuentu uestro uir aureũ annulum habens, in ueste cãdida, introierit autẽ & pauper in sordido habitu: & intendatis in eum qui indutus est ueste præclara, & dixeritis ei, tu sede hic bene: pauperi autem dicatis, tu sta illic, aut sede sub scabello pedum nostrorum: non´ ne malam discretionem habuistis apud uosmetipsos? Sed à rebus etiam ipsis cognoscere possumus, quàm amentes atq; insani sint, qui exteriori habitu, non ut intrinsecis bonis hominem admirãtur. Diuitiarum enim omnis splendor aduenticiam atq; caducam hominibus gloriã affert. Virtutis autem & interioris hominis fulgor, proprias atq; naturales adducit diuitias, quæ non simul cum ista carne cadere solent, sed animo insunt, & illæ cum ipso euolãt, quò creator omnium constituit. Multæ nanq; sunt mansiones apud patrem. Non ergo diuitijs claros, nec terrestri gloria quasi flosculos rutilãtes, sed eos quos splendore operum ad extinguibilem gloriã currere cognoscimus, in quibus interior pulchritudo omni uirtutis numero lucet, honorare debemus.

CAP. V.

REspondit ergo Iesus, & dixit eis: Nolite murmurare inuicẽ. Nemo potest uenire ad me, nisi



nisi pater qui misit me traxerit eum, & ego eum resuscitabo in nouissimo die.) Paruifaciunt Iudæi Iesum, cœlestem eius patrem ignorantes, & terrestrem matrem solumodo, & Ioseph qui pater uidebatur, cognoscẽtes: propterea illis acrius respondit, & statim ad rem quæ solius dei est insistit. Nam quum inter se illi de ipso murmurarẽt, patefecit Iesus animum suum, ut ipsi se intelligãt procul à ueritate excedere. Nã qui corda hominum nouit, & animorum consilia non ignorat, quomodo tantũ hominibus nõ præstabit, quantũ terrestribus natura deus excellit? Hac de causa mentẽ eorum aperiens, primo ait: Nolite murmurare inuicẽ. Deinde gratia dei cognitionem sui haberi ostendit, quum dicat, neminẽ ad se uenire posse, qui patris monitionibus nõ trahatur. Ita eis persuadet, pœnitentia & lachrymis ueniã de ijs quę fecerunt, & dixerũt, à deo patre postulare, ut per fidem in seipsum, consilio patris atq; auxilio, meliore itinere facto, quod ipsi peccãdo exasperauerant, ad salutem reuocentur. Suscitaturum autem à mortuisse credentes affirmat, dei tatem suam hinc iterum ostendens. Deus enim solummodo potest, quod morte corruptum est, ad uitam reducere. Nam qui naturaliter uita est, non qui ab alio uiuendi gratiam cõsequitur, effi cere illud potest.

CAP. VI.

SCriptum est in prophetis: Et erũt omnes docibiles dei.) Arrogantiam Iudæorum non ignorãs ut deus, testimonio prophetarum firmauit quod dixerat, ita & ignorantiam eorum denudat, & ora obstruit: non enim poterant etiam uocibus prophetarum se opponere, qui prædixerunt à deo patre dignis hominibus ineffabili doctrina filium reuelatum iri. Non enim quum dicat neminẽ posse ad se uenire, nisi pater traxerit eum, ui quadã cogi, trahiq; credẽtes putãdũ est, sed monitione, doctrina, reuelatiõe ineffabiliter facta: ut ille solus nouit, q̃ dignos cognouit. Vn de intulit.

CAP VII.

OMnis q̃ audiuit à patre, & didicit, uenit ad me.) Vbi enim auditus, disciplina doctrinaq; adest, ibi fides nõ ui, sed persuasione oritur: patrocinio igitur dei patris, quod ex charitate dignis præstatur, nõ ui, Christũ fideles agnoscunt. Non enim possumus secundum ecclesię, ueritatisq; dogmata, liberam potestatẽ hominis (quod liberum arbitrium appellamus) ullo modo negare. Ita iusti quidem premijs propter iusticiam afficiuntur: qui uerò male uixerunt, non iniuria puniuntur. Scire autem oportet, quãdo Christi mysteriũ pater dignis reuelare affirmatur, non abscq; filio, sed per filium, ut per sapientiã eius id ab eo fieri. Absurdum enim est, abscq; sapientia cognitionem aliquam factam esse putare: patris autem sapientia, filius est. Quare per filium huiusmodi reuelationem dignis in hominibus pater efficit: &, ut simpliciter & uere dicam, omnia quæ deus pater uelle aut facere dicitur, filius quoq; ac spiritussanctus similiter patri & uelle & facere profecto dicẽtur. Idcirco quum deus pater reuelare fidelibus suum filiũ scribatur, ipse quoq; filius & spiritussanctus id facere scribuntur. Petro enim constantissime confitenti, Qui tu es Christus filius dei: Beatus, inquit, es tu, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Paulus autem: Non ab homine hoc ego accepi ministerium, inquit, sed per reuelationem Iesu Christi. Sed spiritus quoq; sanctus non minus id facit. Ioannes enim in epistola scribit: Et uos unctionem quã accepistis ab eo, maneat in uobis: & nõ necesse habetis, ut aliquis doceat uos, sed sicut unctio eis docet uos de omnib. Ipse quoq; saluator de spiritu dicit: Adhuc multa habeo uobis dicere, sed nõ potestis portare modò. Quum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Non enim loquetur à semetipso, sed quæcunq; audiet, loquetur. & quę uentura sunt, annunciabit uobis: ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annũciabit uobis. Quũ enim spiritus ueritatis sit, non poterit non deducere ad ueritatẽ omnes, ad quos peruenerit. Hęc dicimus, non scindẽtes aut diuidentes patrem à filio, aut spiritũ à filio atq; patre: sed definientes, quia una deitas est, ideo omne consilium & operationem, quamuis uni personæ accõmodetur, æqualiter tamen toti (ut sic dicam) trinitati necessariò attribui. Nõ enim diuisim operatur natura diuina, quamuis propriè unaquęq; trinitatis persona subsistere uere credatur. Pater eñ idipsum quod dicit pater est, & filius similiter ac spiritussanctus. Ad hæc illud mihi dicendũ uidetur, quę quodãmodo ad aliquid se habeant, hęc ita se habent, ut alterũ ab altero cognoscatur. Quare necesse est, ut à patre filius, & à filio pater reueletur. Nam si quis deum ut patrem natura intelligat, is & filium eius ex deo natum necessariò intelligat. Et si quis filium confiteatur, is patrem ignorare non potest, propterea Saluator ait: Manifestaui nomen tuum hominibus. Nam quia filius dei esse cognitus est, patris hinc uere nomen cognitum esse asserit. Cognitionẽ autem sui filij, non sono, aut uoce pater nobis immittit: sed illuminatione mentis, qua recte diuinas scripturas percipimus: quæ illustratio animi à filio quoq; fit ri dicitur. Scribit eñ, quia tũc adaperuit oculos eorũ, ut scripturæ inuolucra possent intelligere.

CAP. VIII.

NOn quia patrem uidit quisquã, nisi is qui à deo est, hic uidit patrem.) Quũ ut Deus præuiderit non recepturos illos doctrinam spiritus, nec de superna illustratione quicquam cogitaturos, credentes ex imperitia nõ posse à deo se doceri, nisi deum oculis cernant, auribusq; audiant, ut temporibus Mosis factum fuisse putabãt, quasi freno quodã cõnectit, hortaturq; ne adeò rudes sint, ut oculis posse unquam cerni naturã deitatis arbitrẽtur. Nullus enim, inquit, patrem unquam uidit. Videtur autẽ occulte de Mose dicere, quem Iudæi putabãt, quoniam in montem ascẽdit, & in tenebras ingressus fuit, ipsam ineffabilem

Universidad de Deusto
Biblioteca



bilem dei naturã oculis suis uidisse, uerum ne tur A
barentur, non de ipso determinate, sed de omnibus uniuersaliter dixit, non quia patrẽ uidit quis quam, Nolite, inquit, quæ naturã excedunt, po scere: uel quòd omni creaturę impossibile est, ad illud furiosa cogitatione delabi: nullus enim deũ uidit præter filium, qui ultra omnia est. Quomodo igitur, si quum nullus patrem uidit, & nihil id penitus posse præter filium intelligimus, nõ erit ultra omnem creaturam filius? Quomodo, si õm
1.Cor.8. nia sint ex deo (ut ait Paulus) nec quicquam præter filium patrem uideat, nõ erit ipse quodã alio modo ex deo, quàm creaturę, id est ex substantia ipsius patris? Si enim ita nõ est, quamnã ob rem, quum omnia sint ex deo, ipse solus idcirco, quia B
ex deo est, patrem uidet? Patet igitur per creatio nem cætera, filium autem altiore quodam & ue riore modo ex deo esse: quia ex Deo naturaliter. Propterea cæteris non connumeratur, quia creatura non est, sed tanquã patri cõsubstantialis, uidebit profecto eũ ex quo est. Quomodo aũt aut ipse patrem uidet, aut pater eum, lingua hominũ dici non potest: intelligere tamẽ id debemus, ut deitatem decet.

CAP. IX.

AMen amen dico uobis, qui credit in me, ha bet uitã æternam.) Audi audi inquam, atq; attende. Ianua & uia in uitã fides est, & recursus quidam atq; reductio à corruptione in immorta litatem. Mirari autem decet dispẽsationem, qua C
in his uerbis utitur. Nam quoniã insensatos omnino esse uidet, & prophetarum etiam uerbis pa rum ex imperitia credentes, imbecillitatẽ eorum ad fidẽ, quasi iureiurando erigit, præmia credentibus præcipua, quibus ad se trahat, proponens. Ita nolentes firma præmij spe ad fidem impellit. Quid enim melius aut suauius mortem & corruptionem timentibus, quàm uita æterna? Quum autem ipse sit uita, & uita æterna, seipsum creden tibus daturũ pollicetur, quod est ut in cordibus nostris per fidem inhabitet.

CAP. X.

EGo sum panis uitæ. Patres uestri manduca uerunt mãna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cœlo descendens, ut si quis ex ipso D
manducauerit, nõ moriatur.) Liquidò in istis ui
Esa.55. dere licet, quod ab Esaía prędictum est: Apparui nõ quærẽtibus me, inuẽtus sum à nõ inuestigan tibus me. Dixi: ecce ecce ego ad gẽtem, quæ nõ inuocabat nomen meum: expandi manus meas tota die ad populum incredulum, & cõtradicen tẽ. Omnibus enim orationis uelaminibus remo tis, aperte seipsum ostendit, dicens: Ego sum panis uitę, ut discerent, si mortem effugere uellent, necesse esse illo pane participare, qui mortem so lus & interitum potest destruere. Id enim opus proprium uitæ est. Verum quoniam manna de cœlo patribus suis pluisse contendentes, panem uerum qui de cœlo descẽdit, id est filium dei nõ suscipiebant, necessariò figuræ ad ueritatẽ collationem subiecit: ut hinc discant nõ illũ, sed eum

esse panem de cœlo, quem periculo rerum ita iu re & esse, & appellari percepimus. Nã uestri maiores, ait, quamuis mãna comedissent, naturę ta men concesserunt, breue corporaleq; alimẽtum inde consequẽtes, quo nil aliud fiebat, nisi ne fame morerentur: quod certum argumentum est, nequaquam in immortalitatem trãsformatos fu isse, qui mãna comederunt: contrà uerò idipsum uestigiũ est, quod panis uitæ uere filius est: quia qui eo participãt, à uinculis mortis omnino libe rantur. Imaginem autẽ atq; umbram panis ueri mãna fuisse, & nobis in superioribus dictum est latius. Et Psalmista in spiritu clamat: Panem de cœlo dedit eis, panem angelorũ manducauit ho mo. Videtur enim hęc de maioribus suis dixisse: uere autem nõ de illis, sed de nobis potius dicit: furoris enim penitus plenũ est, angelos (qui naturaincorporei sunt) rudiore uti alimẽto putare, patrocinioq; indigere cibi, quẽadmodũ anima ta hæc & terrestria corpora. Patet eĩ, quia spiritus sunt, naturaq; intellectus, spiritali quoq; illos ac intellectuali frui alimento. Quomodo igitur maiores Iudæorum panem hunc angelorũ spiritalem cõmederunt? Cõspicuum igitur est, quo niam Christi, qui uniuersa continet atq; nutrit, si gura quædam erat mãna sensibile. Idcirco quod umbra ueritatis erat, ueritatis nomine in spiritu appellauit: & eo quod angeli terrestri participare cibo nequeũt, uel nolẽtes ad ueritatẽ à figura impellit auditores, & ad Christũ, qui etiã ipsorũ angelorum panis est, ænigmatica oratione redu cit. Mortui ergo sunt, inquit, qui mãna manduca uerunt: quia nullam inde uitæ perpetuæ uirtutẽ acceperunt. Nõ enim uiuificabat, sed famem so lummodo corporalẽ remouebat, & figura erat ueritatis: qui uerò panem uitę suscipiũt, immortalitatem consequentur, & omnia interitus mala effugiẽt, cum Christo æternaliter uiuẽtes. Nihil autem uerbis nostris officit, nec idcirco mentiri uidebimur, qa fideles qui Christo participarũt, corpore moriuntur. Nam etsi hac communi omnium morte cadere uideantur, uiuunt tamen Deo, ut Paulus ait.

CAP. XI.

EGo sum panis uiuus, qui de cœlo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in ę ternum.) Eadẽ ad uos dicere, Paulo ait, & uobis tutum, & mihi non molestum: ab ipsis, ut puto, Christi uerbis ita perdoctus. Nã quemadmodũ cruditati uulnerum, nõ unum, sed uaria uicissim remedia conferuntur: neq; semel, sed frequẽter appositis remedijs molliũtur: sic duro animo uaria quædam & frequens accommodanda doctri na est, ut si prima parum profecerit, secunda saltẽ aut tertia uel eisdẽ uerbis allata, permulcere atq; attrahere possit. Quapropter saluator uaria oratiõe, modò ænigmatice atq; obscure, modò dilucide atq; aperte eãdem rem ludæis proposuit, ut excusari nequeãt si resilierint: sed mali male perdentur, tanq; manu propria in animã suam gladium immittẽtes, Iterũ igitur planè clamat: Ego sum



sum panis, qui de cœlo descendi. Illa figura ima- A
go, umbraq; solummodo fuit. Audiatis hoc dilu cidè dictum: Ego sum panis uiuus: si quis mãdu cauerit ex hoc pane, uiuet in æternũ. Non obdu rescamus igitur, totiẽs à Christo ueritatem audi entes. Non est enim ambigendum, quin summa
Ioan.15. supplicia subituri sint, qui ępiõ hęc à Christo ite rata nõ capiũt, propterea etiam de Iudęis dicit: Si nõ uenissem, loquutusq; ipsis essem, peccatũ non haberent: nunc autem non habẽt excusatio nem de peccato eorũ. Nam qui nihil audierunt, mitiorem forsan inuenient iudicem, nihil se audisse contendentes: quamuis quoniam nõ quę siuerũt, relaturi rationem sint: qui autem sæpius eadem doctrina monẽtur, qui seipsos spõte obdurant, maiore cruciatu uexabũtur, nihil haben B
tes quo iudex placari possit.

*Quod Christi corpus uiuificat.* CAP. XII.

ET panis quem ego dabo, caro mea est, quã ego dabo pro mundi uita.) Morior, inquit, pro õmnibus, ut per meipsum omnes uiuificem, & caro mea omniũ redẽptio fiat: morietur enim mors morte mea, & simul mecum natura homi num resurget. Factꝰ enim homo sum ex semine Abrahã ut in omnib. fratribus similis sim. Quod quum recte intellexerit beatus ille Paulus, ait: Quia ergo pueri cõmunicauerũt carni & sangui
Heb.2. ni, & similiter ille participauit eisdẽ, ut per mor tem destrueret eũ, qui habebat mortis imperiũ, id est diabolum. Nõ enim poterat mors aliter de strui, & mortis princeps deponi, nisi Christus se- C
ipsum in redemptionẽ pro nobis tradidisset. Pro
Psal.39. pterea in psalmis, immaculatã quasi hostiã patri se offerẽs ait: Sacrificiũ & oblationẽ noluisti, au res aũt perfecisti mihi: holocausta & pro peccato tibi nõ placuerũt, tũc dixi, ecce uenio. In capite libri scriptum est de me, ut facerem uoluntatẽ tuam Deus meus, uolui. Nam quoniam taurorũ hircorumq; sanguis, & iuuencarũ cinis ad pecca tórum ablutionem non sufficiebat, nec brutorũ unq; animaliũ cædes mortẽ potuit deijcere, ipse
2.Pet.2. Christus, ipse inquam unus pœnas pro omnib. luit. Liuore nanq; ipsius sanati sumus, & delicta nostra ipse corpore suo in lignũ tulit: crucifixus aũtem pro omnibus, ut morte unius in ipso om nes uiuamus: non enim fuit amplius possibile à D
morte atq; interitu uitam nostrã detineri. Quod
Ioan.17. autem pro uita mundi carnem suam obtulit, uer bis suis cognoscemus. Pater, inquit, sancte, cõser ua eos. et rursus: Pro eis ego sanctifico meipsum. Sanctificare aũt seipsum dicit, nõ quia mundior ipse animo fieret ut nos: nec quia spiritu sancto participaret, quippe in quo spiritus naturaliter est, atq; ideo sanctus semper est: sed quia se offert quasi hostiam immaculatam in odorem suauita tis, sanctificare seipsum dicit. Sanctificabatur e nim, id est sanctum secundũ legem appellabat, quod ad altare adducebatur. Dedit igitur pro ui ta omniũ corpus suum dominus, & per illud rur sus uitã in nobis immittit: & quomodo, dicam breuiter pro uiribus meis. Nam quum uiuificãs

Dei filius in carne habitauerit, ad suum bonum eam, id est ad uitam reformauit, & totus (ut ita di cam) toti, ineffabili modo unionis cõiunctus, ui uificantẽ ipsam effecit, quia natura uiuificãs est, propterea participãtes hæc caro uiuificat: eijcit enim mortem ab eis, & interitum penitus expel lit. Sed obijciet fortasse quispiam, ad dormientium excusitationem mentis oculum dirigens: *Obiectio.* Nõnne qui Christi etiam fidem non susceperũt, ac ipsius corporis participes facti non sunt, resurrectionis tẽpore reuiuiscent? Nõnne uniuersum humanum genus, quod in mortẽ cecidit, ad uitam recurret? Omnino ita futurum respondebimus: resurgent enim mortui, propheta dixit: & *Responsio.* ad omnem naturam humanam resurrectionis *Esaiæ 26.* Christi mysteriũ peruenire credimus, & in ipso primo totum humanũ genus ab interitu liberatum dicimus. Omnes enim resurgẽt propter eũ, qui primus resurrexit: & omnes ut homo in seip so continebat: & sicut in primo homine omnes mortui sumus, sic rursus in eo, qui primogenitus propter nos & mortuus est, omnes reuiuiscent. Sed qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ, *Ioan.5.* ut scribitur: qui uerò mala egerũt, in resurrectionem iudicij: morte autem ipsa ego puto acerbius ad cruciatus æternos resurgere. Vitam igitur proprie illã, quæ in Christo est, intelligere debemus, quæ beatitudine continetur æterna, quam Euangelista recte cognouit, dicẽs: Qui credit in *Ioan.3.* filium, habet uitam æternam: qui autem incredu lus est filio, non uidebit uitã, sed ira dei manebit C
super ipsum. Ecce enim, ecce in quãnon uisuros uitam incredulos affirmat, quamuis per resurrectionem omnes reuiuemus: quare patet prepara tam sanctis gloriosissimam uitam, sic à saluatore appellatam fuisse, ad quam per participationẽ uiuificantis carnis certe perueniemus. Verum quoniam sæpius se Christus panem appellauit, consideremus si hoc uocabulo usṕiam à scriptu ra nominetur. Scriptũ est ergo in Numeris: Lo- *Num.15.* quutus est dominus ad Moſen, dicẽs: Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Quũ ueneritis in terram, quã ego dabo uobis, & comederitis de panibus regionis illius, separabitis primitias domi no de pinsendis panibus uestris, sicut de area pri mitias separabitis, ita & de pulmẽtis dabitis primitiua domino. Aenigmatice atq; obscure nimi um per figuram ista fiebant, quibus uelut de cœ lo panis, id est Christus obumbrabat. Recordari enim oportet, quod homo propter nos factus, & ad similitudinem nostram, quasi primitiæ quę *Coloss.1.* dam, ac separatio nostræ massæ (ut scribitur) deõ *1.Cor.15.* patri oblatus est, primogenitus ex mortuis facto & primitiæ resurrectionis hominum ad cœlum usq; ascendẽtes. Cepit enim à nobis hominem, ut scribitur: quia semen Abrahæ apprehendit: *Ascẽdens primitiæ scilicet.* oblatusq; est unus ex omnibus, ut omnes uiuifi caret: sicut ex area primus manipulus deo patri offerri solebat, & quemadmodum, quum ipse sit uera lux, hanc rem discipulis quoq; gratia attri buit. Vos enim, inquit, estis lux mũdi: sic quum *Matth.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



ipse sit panis uius, qui omnia uiuificat, cõtinetq; A
ut sint, similitudine atq; umbra legali per duode
cim panes sacrum apostolorũ prefigurauit con-
Leuit.24. sortium. Legitur enim in Leutico: Et loquutus
est dominus ad Mosen, dicens: Præcipe filijs Is-
rael, ut offerant tibi oleum de oliuis purum ac lu
cidũ, ad concinnandas lucernas iugiter extra ue
lum testimonij in tabernaculo fœderis. Accipie
tis etiã similam, & coquetis ex ea duodecim pa-
nes, qui singuli habebunt duas decimas: quorũ
senos altrinsecus super mensam purissimam co-
ram deo statuetis, & ponetis super eos thus luci-
dissimum & salem, ut sint panes in monimen-
tum oblationis Domini. Lucernam igitur, quæ
in sancto tabernaculo, & extra uelum posita lo-
cum illuminabat, beatum esse Baptistam, in su- B
perioribus diximus. Oleo autem purissimo ar-
Esa.40. dere dicitur, illuminatiõe scilicet spiritus sancti.
Extra uelum autem lucebat, quoniam doctrina
eius præparabat, non perficiebat: Præparate, in-
quit, uiam domini, & rectas facite semitas dei no
stri. Non enim quæ intra uelum erant, id est, re-
conditum Christi mysterium, aperte denudauit.
Matth.3. Ego, inquit, baptizo uos ad pœnitentiam in a-
qua: qui uerò post me uenit, fortior quàm ego
est, cuius ego calciamenta nequeo portare: ipse
uos baptizabit in spiritu & igne. Vides quomo-
do simpliciore doctrina lucet, ad pœnitentiã uo
cans, & interiora uelaminis denudanda illi relin
Ioan.5. quens, qui spiritu & igne baptizat? Sed hæc la-
tius tunc diximus, quando ille propositus locus C
erat: Ille erat lucerna ardens & lucens. Nunc ue-
rò tetigimus, ut ordine à Ioanne ad apostolos de
Leuit.14. scenderemus. Hac enim (ut ego arbitror) de cau
sa, quum de lucerna scriptura dixerit, duodecim
nobis contemplationes panum tradidit: Facie-
tis, inquit, panes duodecim, qui singuli habebũt
duas decimas. Solet scriptura denariũ numerũ,
quasi plenum semper accipere: numerorum em
omnium deinceps ordo, anfractum quẽdam, &
reuolutionem denarij numeri continet. Duabus
igitur dicimis unum quemq; panem constare iu
bet, ut perfectionem duabus rebus eorum consi
deres, in actiua scilicet uirtute atq; contẽplatiua.
Altrinsecus autẽ ponere bipartitos iussit, ut sta-
tionem ipsam ostenderet: cõsueuisse nanq; disci D
pulos credendum est in medio sui semper Chri-
stum habere, & quasi ad doctorẽ semper circun-
fundi. Vt autem discamus Christi eos odorem sa
2.Cor.2. ctos, ac deo patri oblatos, ut Paulus ait, thus im-
Matth.5. poni super panes imperauit, sale aũt spargi, quia
ipsi sunt sal terræ. Die quoque sabbati hęc offerri
lex uoluit, quia ultimis seculis apparuerũt. Vlti-
mus enim dies hebdomadæ, sabbatum est. Neq;
id solum, uerum etiam quia saluatoris aduentu
spiritaliter sabbatizamus, ocium peccandi agen
tes, quo tẽpore sancti ad nos apostoli missi sunt,
quorum diuina scriptura ad uitam & sanctifica-
tionem nos alunt: idcirco die sabbati duodecim
illos panes, in altari, id est, in ecclesia Christi po-
nere lex iubebat. Significatur enim sæpe à parte
totum: ut panis igitur in lege saluator figurabatur, panes autem rursus etiã discipuli similitudine ipsius dicũtur. Panis enim uerus Christus est: similitudine autem ipsius, per gratiam etiam in discipulos, ac in discipulorum successores appellatio ista transit.

## CAP. XIII.

LItigabant ergo Iudæi adinuicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnẽ suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Iesus.) Om Matth.19.
nia plana & recta illis sunt, qui cognitionem (ut
scribitur) inuenerunt: fatuis uerò etiam facilima
obscura uidentur. Probus enim auditor ac sapi-
ens, quæ intellexit, nulla intelligẽtia remoratus,
mentis ea thesauro statim cõmendauit: si qua ue
rò ardua uidentur, sæpe ac multum inuestigans
atq; interrogans, tandem assequitur: uenatrices
apprime canes imitato, quæ huc atq; illuc percur
runt feras quærẽtes. Sic affectum esse sapientem,
propheticus quoq; sermo denotat, dicẽs: Cõqui
rens quære, & apud me habita. Quærendum em
ita semper est, ut apud eum habitemus, & ad alie
nas sententias non deferamur. Sed non ita facit
animus malignus. Nam quæcunq; nõ intelligit,
statim tanquam friuola falsaq; per arrogantiam
ejicit, nulli cedẽs, nec aliquid supra ipsum esse ex
istimans: quales Iudęos fuisse cõperiemus. Nam
quum oporteret eos, qui diuinam uirtutẽ salua-
uatoris ac potestatẽ, signorũ miraculo percepe-
runt, sermonem eius libenter suscipere: & si qua
difficilia uidebantur, eorum solutionem quære-
re: contra omnino faciunt: Et quomodo potest
hic carnem suam nobis dare? De deo nõ sine ma
gna impietate conclamant, nec in mentem uenit
nihil esse impossibile apud deum. Nam quũ ani
males essent (ut ait Paulus) spiritalia intelligere
non poterant. Sed fatuitas quædã tam magnum
sibi uidetur mysterium: sed nos magnum quæso
à peccatis aliorum profectũ faciamus, & firmam
fidem mysterijs adhibẽtes, nunquam in tam sub
limibus rebus, illud quomodo, aut cogitemus,
aut proferamus. Iudaicum enim hoc uerbum est,
& extremi supplicij causa. Ideò Nicodemus etiã
quũ diceret: Quomodo hæc fieri possunt? meri
to audiuit: Tu es magister in Israel, & hæc igno-
ras? Aliorum igitur, ut diximus, culpa perdocti,
quum deus operetur, nõ quæramus quomodo,
sed operis sui uiam atq; scientiã illi soli conceda
mus. Nam quemadmodum, quamuis nullus no
uit quidnam secundum naturam deus sit, iustifi-
catur tamen per fidẽ, quum credat præmia illum
redditurum, quærẽtibus eum: sic etsi operũ eius
rationem ignorat, quum tamẽ fide omnia illum
posse non dubitet, nõ contemnenda probitatis
huius præmia consequetur. Ita profecto nos affi
ci per prophetã Esaiam dominus ipse hortatur.
Non enim sunt cõsilia mea, inquit, ut cõsilia ue-
stra, nec sicut uiæ uestræ, uiæ meæ sunt, dicit do-
minus: sed sicut exaltatur cœlum à terra, sic exal-
tatæ sunt uiæ meæ à uijs uestris, & cogitationes
meæ à cogitationibus uestris. Qui autem sapien
tia à uir-



tia à uirtute & deo excellit, quomodo nõ opera- A
bitur ita miraculose, ut operum suorũ ratio men
tem nostram effugiat? Nonne uides qd sæpenu-
mero mechanici faciũt? Incredibilia uidentur no-
bis nõnunquam enarrare: sed tamen quia simi-
lia ipsos fecisse uidimus, posse peragi ab ipsis fa-
cile credimus. Quomodo igit summis cruciati-
bus digni non erunt, qui rerum omnium opificẽ
deum ita contemnunt, ut quomodo, in operib.
suis dicere audeant: quem totius sapientiæ largi
torem esse non ignorant: quem omnia posse scri
ptura nos docuit. Si uerò tu ô Iudæe, quomodo,
etiam nunc clamas: hanc tuam imperitiam ego
quoq; sequutus, libenter quomodo ex Ægypto
exiuisti rogabo: quomodo in serpentem Mosai-
ca fuit uirga cõuersa? quomodo lepra manus af- B
fecta, uno momẽto temporis in pristinũ statum
restituta iterum fuit? quomodo in naturã sangui
nis aquæ transierũt? quomodo patres tui per me
dia maria, ut per aridam effugerunt? quõ per li-
gnum amaritudo aquarum in dulcedinem reci-
dit? quomodo è lapide fontes aquarũ fluebant?
quomodo stetit Iordanis? quomodo solo clamo
re inexpugnabilis Hiericò cecidit? innumerabi-
lia sunt, in quib. si quomodo quæris uniuersam
euertere tibi scripturã necesse erit, prophetarum
doctrinam & ipsius Mosis scripta contemnenti.
Quare credidisse Christo potius uos oportuit, &
si quid arduũ uidebatur, ab eo humiliter petere,
quàm ueluti temulentos exclamare: Quomodo
potest hic nobis suam carnẽ dare? Nonne uide- C
tis, quia quum hæc dicatis, statim quum ista uo
ce arrogantia magna significatur?

## CAP. XIIII.

AMen amen dico uobis, nisi manducaueri-
tis carnẽ filij hominis, & biberitis eius san-
guinem, non habebitis uitam in uobis.) Miseri-
cors certè ac mitis Christus est, ut à rebus ipsis ui
dere licet. Nõ enim aspere ad crudelitatẽ eorum
respondit, nec ullo modo cõtendit: sed uiuifican
tem huius mysterij cognitionem iterum atq; ite
rum in mentibus eorũ imprimere studet: & quo
modo quidem carnẽ suam dabit ad manducan-
dum, non docet: quia intelligere illi non potue-
runt: quàm magna uerò bona, si cũ fide manducabunt, adipiscentur: id iterum atq; iterum aperit, D
ut æternæ desiderio uitæ ad fidem cõpellantur,
per quam etiam doceri facilius poterint. Sic em
Esaiæ 7. Esaias dixit: Si enim, inquit, nõ crediderit is, nec
intelligetis. Oportebat igit fidei primũ radices
in animo iacere, deinde illa quærere quę homini
quærenda sunt. Illi uerò, antequã crederẽt, impor-
tune quærebant. Hac igitur de causa Dominus,
quomodo id fieri possit nõ enodauit, sed fide id
quærendum hortatur: sic credentibus discipulis
Matth.26. fragmẽta panis dedit, dicens: Accipite & mãdu
cate, hoc est corpus meum. Calicem etiam simili
ter circũtulit, dicẽs: Bibite ex hoc omnes, hic est
calix sanguinis mei, qui pro multis effundetur in
remissionem peccatorũ. Perspicis, quia sine fide
quærentibus, mysterij dum nequaq; explanauit,
credentibus autem etiam non quærẽtibus expo
suit. Audiant hæc, qui ex arrogantia nondũ Chri
sti fidem susc ipere uolunt: Nisi manducaueritis,
inquit, carnem filij hominis, & biberitis eius san
guinem, nõ habebitis uitam in uobis. Nõ enim
possunt cum sanctificatione beatæ uitæ fidei par
ticipes, qui per mysticam benedictionem Iesum
non susceperunt. Vita enim secundum naturam
ille est, qui ex uiuo patre genitus est: sed non mi-
nus corpus quoq; suũ uiuificat. Cõiunctum em
ineffabiliter est filio dei, à quo uniuersa uiuifican
tur. Idcirco corpus suum dicitur, & unus cum eo
est. Nempe post incarnationẽ unus est, & unus Cum eo, cũ corpo re.
manet ab isq; diuisione ulla, præterq; quod dei pa
tris uerbum, & templũ à uirgine sumptum, idem
natura non sunt. Non enim est eiusdem substan- B
tiæ uerbo dei homo assumptus: unus tamẽ cum
illo est coniunctione ineffabili. Quoniam igitur
saluatoris caro uerbo Dei, quod naturaliter uita
est, coniuncta, uiuifica effecta est, quãdo eam co
medimus, tunc uitam habemus in nobis, illi con
iuncti, quæ uita effecta est. Hac de causa in exu-
scitandis mortuis non solũmodo uerbo atq; im-
perio, ut deo utebatur: uerũ etiam carnẽ suã qua-
si cooperatricẽ nõnunq; adhibebat: ut re ipsa o-
stenderet, carnẽ quoq; suam, quoniã sibi coniun
cta est, uiuificam esse, atq; fideles doceret suũ, nõ
alterius corpus esse. Nã quando synagoge prin- Matth.9.
cipis filiolam suscitabat, manũ eius apprehẽ it,
ut scribitur, & erexit dicens: Puella, surge: ita ut
deus & uerbo & carnis suæ tactu eam excitauit,
unam ab uno se Christo, deo uidelicet atq; hon i
ne operationẽ producẽs. Quando etiam in ciui Luc.7.
tatem Nain uocatam, ingrediebatur, & offereba
tur unigenitus matris filius iam mortuus, tetigit
corpus eius, dicens: Adolescens tibi dico, surge.
Nõ ergo uerbo solũ semper (ut diximus) uerum-
etiam tactu mortuos excitabat, ut ostẽderet cor-
pus quoq; suum uiuificare posse. quod si solo ta
ctu suo corrupta redintegrantur: quomodo nõ
uiuemus, qui carnẽ illam & gustamus & mandu
camus? reformabit em omnino ad immortalita-
tem suã participes sui. Nec uelis iudaicè quomo
do quærere, sed recordare, quamuis naturaliter
aqua frigidior sit, aduẽtu tamẽ ignis, frigiditatis
suæ oblita æstuat. Hoc sanè modo etiã nos, quã
uis propter naturam carnis corruptibiles simus,
participatione tamẽ uitæ ab imbecillitate nostra
reuocati, ad proprietatẽ illius ad uitam reforma
mur. Oportuit enim certè, ut nõ solũ anima per
spiritum sanctũ in beatã uitã ascenderet: uerum
etiam ut rude atq; terrestre hoc corpus cognato
sibi gustu, tactu, & cibo ad immortalitatem redu
ceretur. Nec putet ex tarditate mẽtis suæ Iudęus
inaudita nobis excogitata esse mysteria: uidebit
enim, si attentius quærit, hoc ipsum à Mosis tem
poribus per figurã semper factitatũ fuisse. Quid
enim maiores eorũ ab ira Ægyptiorũ liberauit, Exod.12.
quãdo mors in primogenita Ægypti sæuiebat?
nonne omnib. palàm est, quia diuina institutio-
ne perdocti, agni carnes manducarũt, & postes

Universidad de Deusto
Biblioteca



ac superliminaria sanguine perunxerũt, propterea mortem ab eis diuertisse & pernicies nancp̃, id est carnis huius mors, aduersus genus humanũ propter primi hominis trãsgressionem furebat. Terra enim es, & in terrã reuerteris, propter pec Gene.3. catum audiuimus. Verũ quoniã per carnẽ suam Christus atrocẽ hunc euersurus erat tyrannũ, propterea id mysteriũ apud priscos obumbrabatur, & ouinis carnibusatq; sanguine sanctificati (deo ita uolente) perniciem effugiebãt. Quur igitur ô Iudææ turbaris, præfiguratam ueritatem iam uidens & quur inquam turbaris, si Christus dicit: Ni si manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis sanguinẽ eius, nõ habebitis uitã in uobis, quũ oporteret Mosaicis te legibus institutum, & priscis umbris ad credendum perdoctum, ad intelli genda hæc mysteria paratissimum esse?

CAP. XV.

QVi manducat carnem meã, & bibit sanguinem meum, habet uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.) Mire sta Ioan.1. tim incipiens Euangelista clamabit: & uerbũ caro factũ est. Non enim in carnem ipsum uenisse, sed ut mirabilem unionem ostenderet, carnẽ factum esse dicere non dubitauit. Nec tamen quoniam ita dictum est, aut uerbum dei in naturã carnis mutatum, aut hominem in naturã uerbi transformatum esse credimus. Manet enim inuiolata utraq; natura, & unus ex utrisq; Christus est. Sed ineffabiliter & ultra quàm possit mẽs humana intelligere, uerbum humanitati cõiunctum, totam in seipsum ita reduxit, ut indigẽtia uitæ posset uiuificare: sic interitũ à natura humana expulit, & mortem quæ peccato plurimum poterat, destruxit. Quare qui carnem Christi manducat, uitam habet æternã. Habet enim hæc caro dei uerbum, quod naturaliter uita est, propterea dicit: Quia ego resuscitabo eũ in nouissimo die. Ego enim dixit (id est corpus meũ, quod comedetur) resuscitabo eum. Non enim alius ipse est quàm caro sua: non id dico, quia natura nõ sit alius, sed quia post incarnationẽ in duos se diuidi filios minime patit. Ego, igit, inquit, qui homo factus sum, per meam carnem, in nouissimo die comedẽtes resuscitabo. Nẽpe impossibile omnino est, ne interitus & mors ab eo, q naturaliter uita est superetur: propterea quãuis mors, quæ propter peccatum nostrum in naturam nostram inuilit, corpus humanum ad corruptionẽ impellat, tamen quia filius dei homo factus est, omnes profecto resurgemus. Non enim potest natura nostra uitæ coniuncta non uiuificari. Et quemadmodum si quis scintillã ignis in fœno aut palea occultauerit, totum inde ignitum necessariò fiet: sic uerbum dei tanquã scintilla in naturam nostram immissum, totam inde inflammauit, atq; ad uitã interitu penitus destructo, reduxit.

CAP. XVI.

CAro em̃ mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus.) Distinguit rursus inter mysticam benedictionem & manna, & aquarum fluẽta ex lapide & calicis sancti cõmunicationẽ. Ita iterum eadem repetit, ne magis mannæ miraculũ admirentur: sed ipsum potius suscipiãt, qui cœlestis panis est, & æternæ uitæ largitor. Patres enim, inquit, uestri manducauerũt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis q de cœlo descendit, ut aliquis ex ipso comedat & non moriatur. Mannæ nancp̃ alimentũ non æternam uitam, sed breue famis remediũ afferebat. Nõ ergo erat cibus uerus, id est panis de cœlo. Sanctum uero Christi corpus, ad immortalitatem & uitam æternam nutriens cibus est: ita inquit, Sed aquam illi ex petra biberunt. Quid igitur inde lucrati sunt, qui mortui fuerunt? non erat igitur potus ille uerus, sed uerus potꝰ est sanguis Christi, quo radicitus mors euertitur atq; destruitur. Non enim hominis simpliciter sanguis est, sed eiꝰ qui naturali uitæ cõiunctus, uita effectꝰ est. Propterea corpus & membra Christi sumus: quia per hanc benedictionem mysterij, ipsum filium dei suscipimus.

CAP. XVII.

QVi manducat meam carnẽ, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.) Quoniam res ardua est, & fide magis, quàm alio modo recipitur: ideo multis atque uariis modis mirabilem eius utilitatem exponit, fundamentũ & basim fidem esse confirmans. Qui manducat, inquit, carnẽ meam, & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in illo. Sicuti enim, si quis liquefactæ ceræ aliã ceram infuderit, alteram cum altera per totum cõmisceat: necesse est, si quis carnem & sanguinẽ domini recipit, cũ ipso ita coiungatur, ut Christus in ipso, & ipse in Christo in Luce 1. ueniatur. Simile quodãmodo apud Matthæũ cõperies: Simile est, inquit, regnũ cœlorũ fermẽto, quod acceptũ abscondit mulier in farinæ satis tribus. Quid igit fœmina sit, & quæ satorũ trinitas, aut omnino satũ quid sit, loco suo dicet: nũc aũt de fermento solũ dicamus. Sicut parũ (ut Paulus ait) fermẽti totã massam fermẽtat: sic paruula benedictio totũ hominẽ in seipsum attrahit, & sua gratia replet: & hoc modo in nobis Christus manet & nos in Christo. Verè em̃ totũ fermẽtũ in totam massam pertransit. Sed sensus quidẽ loci huius hic est: Nos uerò, si uitã æternã cõsequi uolumus, si largitorẽ immortalitatis habere in nobis desideramꝰ, ad recipiendã benedictionẽ libẽter cõcurramꝰ caueamusq; ne loco laquei dãnosam religionẽ diabolꝰ nobis prætẽdat. Recte inquit, dicis: scriptũ tamen esse non ignoramus, iudicium sibi comedere atq; bibere illũ, qui de pane comedit, & de calice bibit indigne. Ego igitur probo meipsum, & indignum inuenio, quando igitur quicunq; tu es qui ista dicis, dignus eris? quãdo Christo te ipsum offeres? Nã si peccãdo indignꝰ es, & peccare non desinis. Quis enim delicta intelligit (secũdum Psalmistã) expers omnino eris uiuificæ huius sanctificationis. Quare pias quæso cogitatiões susciпias, studiose sanctecq; uiuas, & benedictione participes, quæ mihi (crede) nõ mortem solum, uerum etiam morbos omnes depellit.



pellit. Sedat enim, quũ in nobis maneat Christꝰ, A
sæuientem membrorũ nostrorũ legem, pietatem
corroborat, perturbationes animi extinguit: nec
in quibus sumus peccatis considerat: sed ægrotos curat, collisos redintegrat: & sicut pastor bonus, qui animam suam pro ouibus posuit, ab omni nos erigit casu.

*Quod alienæ uitæ filius particeps non est, sed ipse secundum naturam uita est.* CAP. XVIII.

SIcut misit me uiuẽs pater, & ego uiuo propter patrem: & qui mãducat me, & ipse uiuet propter me.) Latet sensus horũ uerborum, nec ita facile quærentibus apparet: qui tamen cũ fide quærunt, facile ipsum inuenient. Quum igitur missum se esse filius dicit, tunc incarnatũ se esse, & nihil præter hoc aliud denotat. Incarnatũ au- B
tem uerbum Dei quum dicimus, totum se hominem assumpsisse intelligimus: quẽadmodum igitur (inquit) homo factus sum uoluntate patris, qui è naturali uita emanaui, & homo factꝰ uiuo, corpusq; meũ uita repleui: nõ aliter qui carnem meam manducat, propter me uiuet. Mortalem em̃ carnẽ assumpsit: sed quia naturaliter uita existens, habito in ipsa, totam ad uitam meam reformauit: non enim sum uictus interitu carnis, sed ut deus, omnem interitũ & mortẽ ipse superaui. Vt igitur (nõ enim grauabor iterũ dicere) quamuis me pater misit, id est homo factus sum, uiuo tamen propter patrem, id est genitoris naturam ad unguem conseruo: sic qui manducatione carnis meæ me recipiet, uiuet profecto totus ad me reformatus, qui uiuificare possum, quoniã ex uiuo patre sum, à patre autẽ se carnẽ factum esse affirmat, cũ scriptũ sit: spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obũbrabit tibi. Vt rursus intelligas, qa una patris & filij & spiritussancti natura sit, ideo nõ esse diuisas operatiões: sed quod ab una persona factũ dicitur, id opus trinitatis totius est. Quũ em̃ consubstantialitate unũ sit trinitas, una profecto est uirtus eius atq; potẽtia: omnia enim ex patre per filiũ in spiritu sunt. Sed dicamus rursum, quod sæpius diximus (Nã etsi aures auditorũ eadẽ dicentes obtundimꝰ, tutius tamen esse nõ sumꝰ nescij) cõsueuit Christus, quæ uim humanam excedũt, ea patri attribuere. Humiliauit enim seipsum factus homo: & ideò cõ- D
uenientẽ homini mensurã non recusat: Pater, inquit, qui in me manet, ipse facit opera. Patri ergo etiã incarnationis operationẽ, quoniã uirtutẽ excedit humanam, ut solet, accommodat. Sed clamabũt rursus aduersarij Christi, ac dicẽt: Et quomodo aliter naturam suam filius, aut quomodo magis aperte maiorem esse patrem posset ostendere, quàm si diceret propter patrem se uiuere? Nam si pater filio uitam largitur: quis adeò mente captus est, ut non uideat non esse idem natura uitam, & quod uita participat? Hæc illi. Nos aũt stulta dici à stultis dicimus, & cor eorũ inania intelligere, & seductionem ac errorẽ in uerbis suis habitare non ambigimus. Quomodo enim hæc ultima seductio nõ est, qua à uiuificante Christo alienare multos nõ erubescunt, uitæ participem ipsum prædicantes, sicut & creaturas? an etiã animal dicent esse filium? quoniam omne animal nõ ipsum uita, sed uitæ particeps est. Aliud enim animal est, aliud uita quę in ipso est. Nam si idem esset animal, & uita: omne animal profecto uita diceretur, quod nemo mentis cõpos unq; cogitauit. Vnigenitus ergo animal nõ est, sed uita se- Ioan.1.4
cundum naturam: aliter uerũ illud nõ esset. Ego sum resurrectio & uita. Vita porrò illud est, qd uiuificat, non quod ab alio uiuificatur: sicut & sapientia, quod sapientem facit, non quod sapiens fit: uita autem Christus est. Ego, inquit, sum uita. Ioan.14.
& Psalmista de ipso ad patrẽ dicit: Quia fons uitæ apud te. Et Ioannes in epistolis: Quod erat ab Psal.35.
initio, quod audiuimus, quod uidimꝰ oculis nostris, & manus nostræ palparũt de uerbo uitæ, & uita manifestata est, & uidimꝰ & testimoniũ perhibemus. & annuncio uobis uitam æternã, quæ apud patrem erat, & manifestata est. Vides latiꝰ hic illud Psalmistę exponi. Quoniã apud te fons uitę. Erat enim & est fons uitæ filius apud patrẽ. Sed ipsum Ioãnem rursus audiamus: Et scimus, 1.Ioan.5.
ait, quia filius dei uenit, & dedit nobis mentẽ ut cognoscamus uerum, & simus in uero filio eius Iesu Christo: hic est uerus Deus & uita æterna. Quis igitur patietur has nugas? Quis meritò istos impios nõ appellabit, qui cum scriptura clamet, uerũ deũ & fontem uitæ, & uitam æternam filium esse, uitę Christum participem audeãt dicere? Quomodo aũt erit uerus deꝰ aut fons uitę, C
qui uita indigens ab alio eam cõsequitur? Sed ui- Cauilli reiectio.
tam, inquiunt, dicimus filium, quia quũ patrem, qui uita est, in se habeat, ipse quoq; uiuificare potest. Maligni animi hęc oratio est: quum enim id circo uitam appellari filium dicitis, quoniã quũ in se patrẽ habeat, potest indigẽtia uitæ uiuificare: quomodo non immensam hic sermo parturit maliciam? An ignoratis quid secundũ naturã sit, quid ex eo quod sit secundũ naturã, & quasi cõpositũ: ueluti calidũ naturaignẽ putamus, calida uerò etiã alia sunt, ex igne ita facta, utputa ferrũ aut lignum, nõ tamẽ quia ignita sunt, propterea ignis erunt: alienam enim, non naturalem calidi tatem retinent. Et Grammatica uel Geometria, scientia quędã est: qui uerò scit, non est Grãmatica, sed ab ea Grammaticus uel Geometricꝰ denominat. Eodem modo & uita secundũ naturã aliud profecto est, quàm ea quę ad ipsam trãsformant. Quũ igit in filio patrẽ, qui naturaliter uita est esse alleratis, atq; ideò uiuificare filiũ posse cõtendatis: nõ recte affirmatis, filiũ esse uitã, quũ uitę magis particeps sit: si quidẽ in eo uita, ut in materia, secundũ uos est: et sic habitudine quadam, nõ substantialiter ad dignitatẽ uiuificãtis patris ascendit: & quemadmodũ nullus recte, quãuis ab ignito ferro calescat, ab igne se calescere dicet nemoq; non insanus, quia Geometras docendo quispiam facit, Geometriam eum appellabit. Eo dẽ certe pacto, si filius naturaliter uita nõ sit, sed propter inhabitãtem patrem, nõ recte, quoniam

Universidad de Deusto
Biblioteca



alios uiuificat, uita poterit appellari. Propterea A quid prohibebit unũ de hominũ numero, corruptibilis q̃ filiũ naturæ, opinari, si propter patrem uiuit, id est ab eo uita donat, ut iusti sentiũt? Corrumperetur enim, nisi uiuentem patrẽ in ipso haberet. Et si uerax ipse est, sicuti certe est, sicut ipse in se patrẽ habet, qui naturaliter uita est: sic ipse quoq; in patre est, qui substantialiter secundum uos uita non est: Ego enim, inquit, in patre, & pater in me est, & tacebo impietatem quę sequitur, imò dicã in redargutionẽ ipsius impietatis. Erit enim pater uita priuatus, quũ in se habeat naturã corruptibilẽ. Hęc nos & cogitare & scribere peruicacia uestra cogimur: impellimur enim ex quisitius ad utilitatem legentiũ ista scribere. Nam si uitam secundum naturam, patrẽ esse cõcedetis, B probe id quidem: sed uita etiam secundum naturam filius est, id enim ex uerbis etiam uestris sequitur. Quid enim in filio, quũ in ipso sit, pater operabitur? An suam uitam tanq̃ indigenti, nec à se habẽti ei donabit? & quomodo nõ erit absq; uita naturaliter filius? Quod aũt à seipso uitã nõ habet, quomodo corruptibile nõ erit? sed nõ largitur uitã filio pater, uitã enim genuit, atq; ideò ipse filius uita per seipsum est. Quomodo igitur ideò uita erit, quia patrem in seipso habet? Nam si absq; patre uiuere intelligit, non uiuit propter patrẽ, id est nõ habet uitã participatione. Quod si propter patrem ita uiuit, ut ipsi intelligunt: nõ habebit ipse propriam uitam, sed mutuo ab alio accipit: & ut dicebamus, corruptibilis potius est C naturæ, & animal magis quàm uita. Quomodo igitur seipsum uitam appellat? an tibi quoq; licebit dicere: ego sum uita? Quod si nõ licebit, sicuti certe creaturę nõ licet, filio certe qui hoc de se uere dicit, nouit se uitã naturaliter esse: aliterquõ erit character hypostaseos genitoris? Quomo-
Ioan.14. do imago, figura & similitudo exquisita? Quomodo nõ recte dicebat Philippus: Ostende, nobis patrem, & sufficit nobis? Sicuti enim uos dicitis, poterit aliquis uidisse filium, qui patrem nõ uidit. Siquidem pater secundum uos substantialiter uita est, filius autem uitæ particeps. Nemo enim unquam in uiuificato uiuificantem conspiciet, nec per indigentem non indigentẽ recte intelligit: ita falso illud dixerit necesse est, Qui me D uidet, uidet & patrem. Qui ergo immaculata ecclesiæ dogmata sequitur, fugiat ab istis, & ad simplicem ueritatis pulchritudinẽ uias dirigat suas: & sicuti patrem uitam esse naturaliter credit, sic filium quoq; uitam esse substantialiter non dubitet. Vt enim lumen de lumine est, sic & uita de uita. Et quemadmodum quæ luce indigent, per filium pater illuminat, & sapiẽtes per eum facit: sic quæ uita egent, per filium ut per uitam suam, quę ex ipso emanat, uiuificat. Quãdo igitur ipse dicit, uiuo propter patrem, noli cogitare ideo ipsum uiuere: quoniam à patre uitam recipiat: sed quoniã ex uiuo naturaliter patre natus est. Propterea se quoq; uiuere, naturaliter uidelicet cõfirmat. Non enim potest nõ uiuere, qui ex uiuo uere natus est patre, ut si quidam diceret rationalẽ se hominẽ esse, quia ex rationali natus est. Sic & unigenitus dei filius: Viuo, inquit, propter patrem. Nam quoniam uita secundum naturam genitor meus est, & quia ego naturaliter eius filius sum, hanc naturæ suæ proprietatem, id est uitam naturaliter mecum habeo. Quum igitur unus ex uno intelligatur (ex patre enim filius est) uere ac proprie perfectionibus patris glorificatur.

CAP. XIX.

HIc est panis q̃ de cœlo descendit. Non sicut manducauerũt patres uestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum.) Magna certe sunt, quę à magnis agunt: ideò quæ à deo nobis præbentur, digna profecto diuina magnificentia sunt. Si eũ credis de cœlo panem descendisse, quod quidẽ quàm maximum est: quur non credis æternã ab eo uitam credentibus immitti? Hic enim effect, profecto demonstrabit, de cœlo, id est ex deo esse hũc panem: decet eũ æterna esse, quę ab æterno donantur. Non enim prudenter, quæ ad breue tempus sufficiunt, hoc nomine appellabũtur. Nec panis erat ex deo, quem maiores Iudæorũ cõmederũt, & mortui sunt. Nam si de cœlo & ex deo fuisset, liberasset à morte participantes. Cõtrà uerò corpus Christi, panis de cœlo est, quia æternã comedentibus uitam largitur. Magnum certe signum deitatis in hoc corpore naturã habitare: quoniã illa hinc donãtur, quæ certam omnem naturam excedunt, atq; ideò à rudioribus minus creduntur: sed ditissima illa natura summas largitur diuitias, quas Paulus quoq; admiratus clamat: Non uidit oculus, non audiuit auris, nõ ascenderunt in cor hominis, quæ deus diligẽtibus se præparauit. Sed lex ista ut magna in paruis figurabat: umbram enim atq; imaginem futurorũ bonorum, non ipsarum rerum ueritatem habebat, ita in alimento mannæ benedictio hęc Christi figurabatur, & futura denotabatur.

CAP. XX.

HAec dixit in synagoga, docens in Capernaum.) Ipsius Christi autoritate, à quo hęc prædicta sunt, aduersarios terret. Claritas eñ docentis, paratiorem ad credendũ facit auditorem. Probe aũt non obticuit, quia in synagoga hæc dicta sunt, ne paucos hæc audisse existimes. Ipse q̃q; per Esaiam prædixit: Nõ sum loquutus in occulto, nec in recondito loco terrarum. Palàm autem hæc uerba fecit, omnẽ Iudæis atq; incredulis excusationem auferens, & maioris criminis reos faciens. Si enim se nihil audisse dicere possent, nõ dubito quin mitiorẽ in eos sententiã iudex proferret: quum uerò sæpius audierint, & tamen resilierint, quomodo non absq; misericordia puniẽt? ipsum audi saluatorẽ: Si enim nõ uenissem, inquit, & loquutus essem eis, peccatũ non haberent: nunc autẽ non habent excusationẽ de peccato suo. Non obaudiamus ergo, quæso, Christi uerba, sed fidem ipsi docẽti firmam præbeamus. Sic enim cum incredulis nequaquã uexabimur. Ja



In Capernaũ etiam hęc dicta fuisse asserit: ut quũ A tibi omnia diligenter exponat, & locum, quia in synagoga: & urbẽ, quia in Capernaũ nihil prorsus de ueritate narrationis possis dubitare.

CAP. XXI.

MVlti ergo audiẽtes ex discipulis eius, dixerunt: Durus est hic sermo: quis potest eũ audire?) Fatuis sanè consuetudo hæc est: semper enim sublimiori doctrinæ, quàm ipsi non intelligunt, detrahere solent. Quumq; attẽdere magis deberent, & subtilitate rerum eleuari, cõtrà dejciuntur, & durum appellant sermonem, quẽ admirari debebant. Non aliter igitur faciunt, quàm edentuli soleant. molliora enim eligunt alimẽta, etiãsi peiora sint: solidiora uerò ac meliora edulia magnopere uituperant, ægrotationem suam B ęgrare studentes. Mentis quoq; acumine priuati scientiam abhorrere solent: quæ magno studio, multaq; opera esset conquirẽda. Sed spiritualis quidem uir, ut in delicijs in doctrina domini uersatus, iugiter canit: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Animalis uerò Iudęus, spiritale hoc mysterium fatuitatis plenũ arbitratur: quumq; domini uerbis ad sublimiorem intelligentiam rerũ concitetur, tamen ad insitam sibi dementiam omnino delabitur: & quod prauum est, bonũ appellat: proba uerò improba ducit, ut scribitur. Ita maiores suos penitus imitat, qui manna cum benedictione recipientes, diuinum Dei donũ aspernati, Ægypti carnes desiderabant: hi uerò quum uiuificãtis spiritus gratiã, C & panẽ uerũ, qui ex patre ad homines uenit, accipere rogent, uoluptatis se potius quàm dei amicos ostendentes, in errorem deferuntur consuetum: & quẽadmodum illi ipsum mãna etiã aspernabantur, dicentes: Exaruit anima nostra in hoc mãna: sic isti uerũ panẽ nõ erubescunt abijcere, dicẽtes: Durus est hic sermo. Demus igitur operã, qui dei mysteria discere gliscimus, ut quasi optimi nummularij nummũ cognoscamus, aut in side accipienda ratione doceri uelimus, aut quę ratione probari possunt, temeraria crudelitate approbemus: sed alterutris, ut decet, attẽdentes, ac periter regium in neutram partẽ declinantes ambulemus. Regia certe uia omnibus facienda est, qui rectitudinem fidei Christi sequi desiderant. D

CAP. XXII.

SCiens aũt Iesus apud semetipsum, quia murmurarẽt de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc uos scãdalizat? Si ergo uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius.) Ex imperitia multi qui Christum sequebantur, uerba ipsius non capientes, perturbabantur. nam quũ audissent: Amen amẽ dico uobis, nisi comederitis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Ad immanes ferarũ mores uocari se à Christo arbitrabãtur, incitariq; ut uelent crudas hominis carnes mãducare, & sanguinem bibere: quę uel auditu horribilia sunt. Non dum enim mysterij huius formam & dispẽsationem pulcherrimam cognouerãt. Illud etiam ad hæc cogitabant, quomodo caro huius hominis æternam nobis uitã largietur? aut quomodo ad immortalitatem adducere poterit? Quæ quũ in- Heb.4.
telligeret is cuius oculis omnia nuda sunt, atq; aperta, alia eos re mirabili ad fidem impellit. Frustra, inquit, ô uos propter uerba mea conturbamini. Quod si credere non uultis uitam uobis à meo corpore dari: quid facietis, quando in cœlũ uolare me conspicietis? Non enim ascensurũ me solummodo in cœlum profiteor, ne rursus quomodo id fieri possit, queratis: sed oculis etiam ita fieri uestris cernetis. Quid igitur hoc uidẽtes, dicetis? An non erit hoc magnum demẽtiæ uestræ argumẽtum? si enim putatis carnem meã uitam uobis afferre nõ posse, quomodo tanq̃ uolucris in cœlũ ascẽdet? quomodo per aera uolabit? hoc enim similiter generi humano impossibile est. Quod si præter naturam caro mea in cœlum cõscẽdet: quid prohibet, ne similiter præter naturã uiuificet? Nã qui terrestre hoc corpus, cœleste cõfecit, is etiã uiuificum reddidit, quamuis natura sui corruptibile fuerit. Sed animaduerte rursus unum esse Christũ, non duos, ut nõnulli temerè asserũt. Animaduerte inquã, quia ubiq; post incarnationem, indiuisibilem se esse ostendit. Filiũ enim hominis, inquit, ascẽdere illò uidebitis, ubi prius erat. Et certe corpus Christi in cœlo prius non fuit, quod nec fuit quidem ante incarnationem. Verbum autem dei ęternaliter cũ patre est. Probe igitur Paulus: Vnus, inquit, dominus Ie- 2.Cor.8.
sus Christus: unus enim & ante incarnationem, & post incarnationem filius est: non est ergo alienum à uerbo corpus suum: idcirco filiũ hominis appellat uerbũ dei, q̃d de cœlo descẽdit, quodq; secundum Euangelistam caro factum est, non in carnem mutatum: immutabilis enim natura est. Sed quia reuera homo factus, in templo, quod à uirgine assumpsit, habitare uoluit. Dicit autem se ascẽsurum illò, ubi prius erat: ut audientes intelligant, de cœlo quoq; ipsum descendisse: & sic non ut homini, sed ut Deo attendentes, uiuificam carnem suam esse facilius credatur.

CAP. XXIII.

SPiritus est qui uiuificat, caro nõ, ꝑdest quisquam.) Non imperite, inquit, omnino uiuificam carnẽ esse negatis. Nam si sola intelligitur, nihil prorsus uiuificare potest, quippe quę uiuificãte indigeat: quum uerò incarnationis mysteriũ laudabili cura scrutati fueritis, & habitãtẽ in carne cognoueritis: quamuis nihil penitus caro per seipsam posit, uiuificam tamen esse factã credetis, nisi etiam spiritum sanctũ non posse uiuificare contendatis. Nam quoniam cum uiuificãte uerbo caro cõiuncta est, tota esse effecta uiuifica. Nõ eñ ad corruptibilem suam naturam iunctũ dei uerbũ detraxit, sed ipsa ad melioris uirtutem eleuata est: quamuis ergo natura carnis, ut caro est, uiuificare nequeat, facit tamẽ hoc, quia totã uerbi operationẽ suscepit. Corpus enim est, non cuiusuis hominis, cuius caro prodesse quicq; potest (non enim Pauli, aut Petri, aut cæterorum) sed

*Detraxit: non deorsum ad inferiorem dignitatem caro diuerbũ traxit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



sed ipsius uitę & saluatoris nostri Iesu Christi cor A pus, in quo deitatis plenitudo corporaliter habitat, facere hoc potest. Nam si mel, quū naturaliter dulce sit, ea dulcia facit quibus immiscetur: nonne stultum erit uiuificam uerbi naturam putare nō dedisse homini, in quo habitat, uiuificandi uirtutem? Quas ob res caro quidē cęterorum omnium quicquā uere non prodest: caro autem Christi, quia in ipsa unigenitus dei filius habitat, sola uiuificare potest. Spiritum uerò seipsum appellat, quoniā deus spiritus est: & ut ait Paulus, Dominus spiritus est. Nec ista dicimus, quia spiritum sanctum in propria persona subsistere non putemus, sed quia sicut factus homo filium se hominis appellat, sic à se proprio spiritu spiritū nominat. Non est enim alienus ab eo spiritus suus. B

Coloss.2.
Ioan.4.
2.Cor.3.

CAP. XXIIII.

VErba quæ ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt.) Totū corpus suū uiuificat spiritus uirtute plenum esse ostendit. Spiritum enim hic ipsam carnem nuncupauit: nō quia naturam carnis amiserit, & in spiritum mutata sit, sed quia summe cum eo cōiuncta, totam uiuificandi uim hausit, nec turbari propter hoc decet: nā qui domino conglutinatur, unus cū eo spiritus est: quomodo igitur caro sua, unā cum eo non appellabitur? Huiusmodi ergo est quod dicitur: Putatis, inquit, me dixisse, uiuificum natura sui terrestre hoc esse corpus. Ego uerò de spiritu, & de uita ęterna loquutus sum: nō enim natura carnis uiuificū reddit spiritū, sed spiritus uirtus uiuificā carnem efficit. Verba ergo quę uobis loquutus sum, spiritus, id est, spiritalia, & de spiritu et uita, id est, de uiuifica & naturali uita sunt. Sed quod modò diximus, id iterum repetere non erit inutile. Natura carnis ipsa per se uiuificare non potest: quid enim maius natura deitatis haberet? Nec sola in Christo esse intelligitur, sed habet filium dei sibi coniunctū, qui cōsubstantialiter uita est: quādo igitur uiuificam Christus ipsam appellat, non ita illi, ut sibi, siue proprio spiritui uim uiuificādi attribuit. Nā propter seipsum spiritus uiuificat, ad cuius uirtutem per coniunctionē caro conscendit: quōmodo autem id fiat, nec mente intellige re, nec lingua dicere possumus: sed silētio, atq; firma fide id susципimus. Spiritum aūt filiū quoq; D à scripturis nominari, manifestū est. Scribit enim Ioannes de Christo: Hic est qui uenit per aquam & spiritum Iesus Christus: nō in aqua solum, sed in aqua & spiritu. Spiritus enim est, qui testimonium perhibet, quia spiritus est ueritas. Ecce spiritus ueritas nuncupatur, quū Christus aperte dicat: Ego sum ueritas. Paulus quoq; inquit: Vos non estis in carne, sed in spiritu dei: siquidem spiritus dei habitat in uobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si uerò Christus in nobis, corpus quidem mortuum propter peccatum, spiritus autē uita propter iusticiam. Ecce rursus, quum spiritū dei habitare in nobis dixerit, ipsum Christum in nobis esse affirmauit. Non enim separat à filio spiritus eius, cuius substantialis est, quamuis propria hypostasi subsiste re uere credatur. Idcircò indifferenter modo spiritum, modo seipsum nominat.

1.Ioan.5.
Ioan.14.
Rom.8.

CAP. XXV.

SEd sunt quidam ex uobis qui non credunt. Sciebat em̄ ab initio Iesus credentes, & quis traditurus esset eū: & dicebat, Propterea dixi uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo.) Etiā hic uidere aperte licet prophetica iam adimpleta uerba: Audite audiētes, & nolite intelligere: & uidete uisionem, & nolite cognoscere: excæcatum est enim cor populi huiusmodi: aures eius aggrauate, oculi eius clausi, ne forte uideāt oculis suis, & auribus suis audiant, & corde suo intelligant, & conuertantur, & sanem eos. Nam quū ipsius saluatoris doctrinam non à quoquam sanctorum, sed ab eo ipso audirent, & oculis cū cernerēt, dementia sua rudiores facti, & solem iusticiæ aspernati, oculis animi clausis illuminationem euangelicam non receperunt: improbi enim homines erant, & innumeris penè delictis opprimebātur: propterea & cæcitas ex parte in Israel facta est, ut Paulo ait. E Et quoniam diuini ingenij est, posse Deū humana in forma latentem cognoscere: neminem ait ad idem peruenturum, qui à deo patre cognitionem non acceperit: nec id iniuria. Si enim omne F datum optimum, & omne donum perfectū desursum est, descendens ex patre luminum: quomodo cognitio Christi, dexteræ patris munus nō erit? aut quomodo ueritatis perceptio, summa gratiarum omniū non erit? suprema uerò quum sit, deitatis solummodo est: quam non impuris, nec incredulis pater largitur. Nec enim in sordido uasculo preciosissima immittūtur unguenta. G Idcircò propheta quoq; Esaias mūdari primo iubet eos, qui Christo per fidem uolunt adhærere, clamans: Querite deum, dum inueniri potest: in uocate ipsum, dū prope est. Derelinquat impius uiam suā, & uir iniquus cogitationes suas, & conuertatur ad dominum, & miserebitur eius: quia multus est ad ignoscendum. Vides quomodo à peccatis, & à prœuia iniqtatis uia nos remouet, ut delictorum remissionem per fidē Christi consequi possimus. Iustificamur enim non ex operibus legis, sed gratia Christi, quę desursum nobis per misericordiam dei concessa est. Sed dicet quispiam: Quid ergo prohibuit eadē misericordia Iudæorum quoq; peccata fuisse dimissa, præsertim quum perfecte hoc pacto bonus uideretur? quomodo etiam uerum illud uidebitur: Nō ueni uocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam? Nos autem dicimus, solis & primis domini gratiam Iudæis seruatam fuisse. Missus enim fuit, ut ipse ait, ad solas perditas oues domus Israel. Recurrissent ergo facile, si uoluissent, ad uitā æternam. Et certe qui bonis morib. apud eos uiuebant, quiq; ueritatis amatores erant, gratia dei opitulāte salutē per fidē adepti sunt. Arrogātes aūt pharisęi, & durę ceruicis pōtifices seniores q; populi, quamuis Mosis & prophetarū scripturis docti

Ioan.14.
Psal.94.



docti fuissent, credere tamē noluerūt: sed malignis eorum cōsilijs indigni æterna uita comperti, dei patris illuminationem nō receperunt. Cuius rei figura in Mosaicis libris legitur. Nam quemadmodum omnibus, qui deo nō crediderunt in deserto, repromissionis terra cōcessa non fuit: sic incredulis in Christo in regnū cœlorum, quod repromissionis terra figurabat, uenire non datur: nec ideò iniustus est deus iram suā istis reseruās, imò ut natura iustus omnia recte, ac suæ naturæ conuenienter determinat, quamuis dispensationis suæ uiam nos ignoremus. Cognouit autem omnes Iesus fideles, simul atq; incredulos, & ipsum impietatis ministrum. Nec mirum: omnia enim deus uel antequam producātur, cognouit.

Num.14.
Eccl.23.

CAP. XXVI.

EX hoc multi discipulorū eius abierūt retro, & iam non ambulabant cum eo.) Dura uidentur insipientibus quę sapienter dicūtur: nam quemadmodū ęgrotis oculis lux solaris officere solet, tenebrosa uerò loca prodesse uidentur: sic ægrotantes animo perfectiorem aspernātur disciplinam, & plenam bonis orationem abijciūt: friuola uerò ac inutilia, quasi plena iocunditatis amplectuntur. Hac igitur ratione Iudæi, quū magna eis mysteria Christus exponeret, & uaria oratione cognitionē suā eis immittere uellet, & uelum templi iam ita retraheret, ut interius taberna culum reuelaret: tantā rem, tamq; mirabilem doctrinam abominantur & respuunt, & in dementiam suam delapsi, retro abeunt, neq; cū ipso ambulāt. Hoc enim profecto est retro abire: idcircò Hieremias ad contentiosam Hierusalē, quę perUier.8. uicaces homines nutriebat, dicit: Auersa es à me, dicit dominus, & retro abibis. Nā certe qui à bonis auertitur, hūc retro cadere necesse est: Deo autem est ipsum bonū. Abierunt igitur retro, neq; cum saluatore miseri ambulabant, ad aspera deiectorū suorū itinera diuertentes. Huius quoq; rei Num.14. figuram apud Mosen habes. Nam posteaq; dura itinera peregerūt Iudęi, posteaq; uastas solitudines exierunt, posteaq; propè repromissionis terram iam erant, tunc Iosue cū quibusdam alijs explorata repromissionis terra, enarrabāt populo: Alij quidem, quod gigantū filios ibi uidissent, cæteraq; horroris plena, quibus audientes terrebant. Iosue autem solus summis regionem laudibus efferens, magno animo esse hortabatur, quoniā dominus facile illuc eos deducere posset. Sed qui tunc fuerunt Hebrei, lapidibus obruendum esse Iosue cōclamabāt: & quasi nihil posset deus qui eos ducebat, sedētes plorabant, ut scribitur. Psal.94. Iracredulitate illorum dominus irritatus, ut indignos repromissionis terra priuauit: Iurauí, ait, in ira mea, si ingredientur in requiem meam. Retro enim redire iussit, dicens ad Mosen: Conuertimini ad uiam maris rubri. Nec id iniuria, quoniam enim ire quò uocabantur, noluerūt, redire meritò iubebantur. Quod igit illi perpessi sunt, hoc & istis uolentibus accidit. Nam quum æternæ sibi uitæ uia proponeretur, qua in regnū cœlorum peruenire possent, incredulitate sua rem totam contemnunt, retro abeunt, & ambulare cum domino sua morositate recusant.

CAP. XXVII.

DIxit ergo Iesus ad duodecim: Nunquid & uos uultis abire?) Nō hortatur ut abeant, sed non absq; detrimento id fore ostendit: & minatur cōmode potius, nisi se meliores illis ostendant, retro casuros, nec secū ambulaturos, sed in perditionem abituros. Nō enim quicumq; adorant, qui plurimi sunt, deo accepti sunt: sed qui recta fide id faciunt, qui pauci sunt. Idcircò multos esse uocatos, paucos uerò electos scriptura testatur. Num, inquit, etiam uos abire uultis? id est, si Matth.20. oratione nostra estis persuasi, si in fide indubitabili quæ à me dicuntur mysteria suscipitis, si nullam accusationē uerbis meis affertis, si more aliorum non dicitis, quomodo hic potest nobis carnem suam dare manducandum? libenter uos uideo, & uobiscum suauiter uiuam, ac ut proprios amplectar amicos: sin uerò eadem quæ illi qui retro abierunt cogitatis, nō modo abire uos uolo, uerumetiam nō iniuria cōpellam: seuerus enim sum aduersus incredulos, mitis uerò erga fideles, si probitatē cōseruent. Non aliter etiā ipsi abscin- Rom.11. dent, ut ait Paulus: Qui em̄ naturalib. ramis non pepercit, nec insertis parcet. Audiat hęc & attendat, qui ex demētia claudus est in fide. Nā nisi fi- Matth.8. nē huius claudicatiōis uoluerit facere, retro abibit, duce amisso, qui ad ęternā uitā deduxit, ad in C feros hoc amente cōsilio delabet: ubi est fletus et stridor dētiū. Nū, inquit, & uos abire uultis? Ne putentur duodecim discipuli Iudęorū imperitia detineri, aut cū illis murmurare, qui etsi quasi discipuli sequerentur, tamen Christi doctrinam, ut duram accusare non uerebantur: utilissime interrogauit, an cū illis uellent abire: ut hac interrogatiuncula ad cōfessionem rectę fidei prouocaret.

*Quod tabernaculum & arca, quæ in eo erat, & candelabrum figura Christi erat: similiter etiam mensa & altaria tam incensi quàm holocausti.*

CAP. XXVIII.

RĒspondit ergo Simon Petrus: Domine, ad quē ibimus? uerba uitę æternæ habes.) Per unum qui præerat, omnes respondent, sanctam profecto, sanctisq; cōgruentem disciplinam optime conseruantes, & posterioribus prudentiæ, atq; modestiæ laudabilia præbentes exempla. Decet enim non omnes cōfuse, nec prosilientes imprudēter, quasi rapta uti oratione: sed cedere ijs, qui & consilio & ordine præpositi sunt. Propterea Paulus quoq; ait: Prophetæ duo aut tres, 1.Cor.14. & uicissim loquētur. Opus igitur erat diuinitus comprobatæ prudentię, soli responsionem committere illi, qui ordine maior erat. Ad quem igitur ibimus, inquit: id est, quis nos docere similia poterit? uel, apud quem meliora inueniemus? quum tu non dura, ut illi dicunt, uerba, sed æternæ uitæ habeas, id est, quæ conducere credentes possunt ad uitam incorruptibilem. Hinc etiā dicimus, unū solummodo Christum sequendum esse

Universidad de Deusto
Biblioteca



esse magistrum, illi soli inhærendum, qui ad uitam æternã deducere potest. Sic enim in primogenitorum ecclesiã ingressi, ultima beatitudine perfruemur. Quod autem solus Christus sequendus sit, quodq; hinc solummodo salus habeatur, quamuis ipsa rerũ natura pateat, non erit tamen ab re, prisca etiam scriptura id cõfirmare. Quum Aegyptum fugiẽtes, ad repromissionis Hebræi terrã festinarent, nõ quocunq; uolebant, ne confusione absq; duce progredientes errarent, ire iubẽtur. Sic em in Numeris scribitur: Qua igitur die erectum est tabernaculum, operuit illud nubes: à uespere autem super tentorium erat quasi species ignis usq; mane: sic fiebat iugiter, per diẽ operiebat illud nubes, & per noctem quasi species ignis. Quumq; præcederet nubes quæ tabernaculum protegebat, tunc proficiscebantur filij Israel: & in loco ubi stetisset nubes, ibi castrametabantur. Ad imperium domini proficiscebantur, & ad imperium illius figebãt tabernaculum. Vides quomodo castrametari nube stante, & abeunte sequi eam iubentur: Salutare nanq; ualde est, ducenti semper obtemperare. Quare tunc populus Israel, nunc autem nos Christo conglutinari iubemur. Ipse enim est & tabernaculum, & nubes, & ignis: quod ut omnibus pateat, totam ad spiritalius historiam traducamus. Quando igitur sapientia domum sibi (ut Solomon dicit) ædificauit, & uerius sibi tabernaculum templum illud cõstituit, quod à uirgine assumpsit, in quod ineffabiliter ex sinu patris descẽdit, factus homo: tunc iam illuminatis, & iuxta Paulum in die ambulantibus nubes factus, æstum peccatorum extinguit. Errantibus uerò adhuc, & quasi nocturnis in tenebris degentibus illuminans ignis constitutus, in ardorem spiritus eos transformat. feruere nãq; spiritu bonos atq; fideles credimus: nec aliud quam quod diximus, nubis in die super tabernaculũ, ignis uerò in nocte uisam speciem significasse putamus. Stare autem & sequi ad nubis motum & statum iubebantur, ut illud intelligas, quod à Christo dictũ est: Qui mihi ministrat, me sequatur, & ubi ego sum, ibi sit & minister meus. Fixũ enim esse ac indiuisibiliter hærere Christo fidelẽ oportet, quod ex ambulandi cũ eo uoluntate ac opere significatur. Non enim corporis itinere id intelligitur, sed uirtute atq; animo perficitur: unde sapiẽtissimi discipuli, quoniam toto animo infixi Christo erant, & retro cũ incredulis abire perniciosum arbitrabantur: ad quem, inquiunt, abire possumus? id est tecũ semper erimus, tua mandata sequemur, sermonẽ tuũ audiemus, nec ut imperiti accusantes, dura uerba tua putamus, sed illud potius dicimus: Quàm dulcia faucib. meis eloquia tua, super mel ori meo. Sed propositi quidem loci huiusmodi sensus est. Quod autem tabernaculum in figura Christi prisca tributum fuerat, optime cognoscimus, si attentius quæ ad Mosen diuinitus uerba dicuntur examinabimus, nec digressio nobis timenda est: non enim oportet exactam in scripturis diligentiam accusantes formidare, sed scripturæ uerba primo ponamus. Loquutus est (inquit) dominus ad Mosen, dicens: Mense primo in neomenia mensis uno die eriges tabernaculum. Quamobrem uniuersi dominus in uno die, nec in pluribus, & in neomenia, non cuiusuis mensis, sed primi, tabernaculum erigere Mosi iussit: Omnia enim hæc nõ absq; causa dicuntur, quum nihil temere dictũ in scriptura inueniatur. Dicimus igitur tabernaculũ illud, quod tũc erigebat, sanctissimũ Christi corpus, & (ut ita dicam) totius carnis eius soliditatẽ, in qua plenitudo deitatis corporaliter habitauit, significasse. Vno uerò igit die, ut per hunc diem tempus intelligas in q̃ carnem assumpsit. Neomenia uerò nihil aliud denotat, quàm saluatoris aduentũ, quo renouamur, quo translatis iam prisc̃is omnia noua facta uidem⁹. Nouũ enim uere tempus in Christo nobis apparuit, antiquitatẽ cultu iam terminans, & in nouam uitã euangelica doctrina reformans, & peccatis inueteratos in iuuentam iusticiæ redigens, & corruptionis uires destruẽs, ac incorruptibilitatis fulgore omnes, qui ad eum concurrunt, mirũ in modũ exornans: noua enim creatura efficitur, quisquis in Christo est, ut scribitur. Mense autẽ primo tabernaculum erectũ est, quãdo mitigata hyemis sæuitia, uerni temporis pulchritudo resplendet: quando solis radij & clarius fulgent, & tẽperantius calefaciunt, quãdo floribus terra decoratur, & uirescentibus herbis prata uestiuntur, quę omnia spiritaliter intelligenda sunt. Hyemis enim tẽpestas, id est atrocissima diaboli tyrannis & uires eius, tempore Christi ceciderunt. Sol autẽ nobis fulgentior Christo ipse apparuit, de quo deus pater dicit: Et orietur uobis sol iusticiæ. Delictorum frigiditate corruptos, spiritus ardore ad iusticiam reficiens. Flores autem & uirescẽtes herbas, meritò sanctos dicemus, feruẽti erga deum pietate uarios uirtutis fructus ædentes. Et qui olim regnante peccato, ut in hyeme nullum producentes fructum uersabamur, fidei fructum, spirituum largitori quasi bono agricolæ afferimus. Hoc ipsum quasi ex persona Christi prophetarum quidã nos docuit: Ipse, qui loquor adsum, inquit, ut uer super montes. Quid enim in montibus uer efficiat, & nos tetigimus, & omnes intelligunt. In uno igitur die tabernaculum (quod Christi figura erat) erigere Moses iussus fuit, ut intelligas semel Christum præsenti hoc tempore mortuum fuisse, nec amplius moriturum. Nã semel homo factus, semelq; mortuus, semel etiam surrexit. Sequitur enim post mortem resurrectio, quæ corporis rursum cum anima coniunctio est. Neomenia uerò, quia nouum in Christo seculum est, quia noua creatura in eo. Primus autem mensis, à morte ad uitam, ab interitu ad corruptionem, à sterilitate ad uirtutis fertilem usum, humanæ naturæ reditum atq; transgressionem denotabat. Alio deinde modo Christũ nobis figurauit, dicens: Et pones in eo arcam testimonij, & teges eam uelo. In superioribus totus





nobis Christus integritate tabernaculi notabat. Aedes enim dei est sanctissimum Christi corpus, in quo propter nos habitare uoluit. In his uerò per arcam quæ in tabernaculo erat, idem rursus nobis quasi per partes ostenditur. Cõstituta enim fuit ex lignis quæ putredinem non patiuntur, ut incorruptibile corpus Christi esse perdiscas. Auro etiã puro intra & extra fuit deaurata: quia preciosa, regaliaq; omnia in ipso sunt: nõ solum quæ deitati, uerumetiam quę humanitati eius attribuuntur. In omnibus enim primus est (ait Paulus) & aurum honoris atq; præstantiæ loco super omnes accipitur. Hoc modo cõstituta deaurataq; arca, diuinam legem in ea repositam continebat. Quæ quoniam uerbum Dei est non subsistens, sed mandatum, Dei uerbum subsistenti carni cõiunctum significabat: uelo autem tabernaculum tegitur, quia in carne Deus latebat, & quasi uelamine corporis tectus ignorabatur. Vnde multi deitatis potestatem, quæ in ipso miraculis fulgebat, percipere propter carnẽ nolentes: modò criminabantur, quia deum se faceret, quum esset homo: modò sine rubore clamabant, Nonne hic est filius Ioseph, cuius noscimus patrem & matrem? quomodo nunc dicit, quia de cœlo descendi? Eo igitur uelo quo tabernaculum tegebatur, non cognitum iri à pluribus Iudæorum Iesum denotabatur. Præcedebat autem populum suum in desertо, quia ipsius Dei locum tenebat, qui populũ suum (ut Psalmista quoque testatur) solus ducebat: Deus quum egrederis in conspectu populi tui, quum pertransires in deserto, terra mota est: etenim cœli distillauerunt. Vides Christi figurã fuisse arcam. Quum enim arca præcederet, deus præcessisse aperte dicitur, quod inde liquidius demõstratur. Nam quum per Mosen deus in montem Seir, ad expugnandum Amorrhæum Iudæos ascendere iuberet: tunc illi timore perculsi, nec dei uirtutem, sed uires suas cõsiderantes sedebant in radicibus montis plorantes, ut scribitur. Moses autem irritatus, non deducturum se illos in repromissionis terrã minitabatur. Ita cõmoti raptis armis abscq; iussu ductoris ascendebant, Deus uerò per Mosen sibi futurum euentum cecinit: Non ascẽdatis, ne cadatis in conspectu hostium nostrorum, non sum enim uobiscum. At illi ex inobedientia non attendentes, ascendebant, arca uerò nõ ascendit quum eis, sed stetit fixa in castris. Audisti dicẽtem, Nõ sum uobiscũ, uides non conscendisse cum illis arcam: nonne igitur clare hic intelligis dicẽtis dei locum eam tenuisse? Per Hierico etiam sacerdotum manu circunducta, non machinis, nec arietibus, aut uineis, sed tubarum clangore alta deiecit mœnia. Ipse nanq; Christus per sanctos uiros modò ubiq; circunductos, non armis aut machinis, sed buccinarũ clangore, sed euangelica apostolicaq; doctrina uniuersas diaboli uires euertit, quũ omniũ penè gentiũ cõsensus fide dominũ suum susciperet. Quod & in glorificationibus in ecclesia publice fieri uidemus, põtificali buccina respõsionẽ populi præcedente. Põtificis enim uocem quasi buccinam quandam intelligimus, & hoc pacto aduersarios fundimus atq; fugamus. Non em corporea sunt arma nostra (ut ait Paulus) sed spiritalia, & diuinæ uirtutis plena. Quod aũt per sanctos uiros circunuehatur Christus, tum Habacuc propheta docet, dicens: Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ salua tio. Tum maxime ipse saluator de Paulo ad Ananiam dicens: Vade, quoniam uas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum corã omnibus gentibus. Ad hæc, allata (inquit) mensa pones super eam, quæ rite præcepta sunt: candelabrum stabit cum lucernis suis. Quibus ambobus Christus significatur. Christus enim mensa est, in qua panes depositi sunt, quibus omnes participatione corporis sui ad uitam æternam aluntur. Ego enim, ait, sum panis, qui descendi de cœlo, & uitam æternam do mundo. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi uita. Mensæ igitur propositio, id est panes, sanctissimum Christi corpus (quo ad uitam æternam omnes aluntur) prorsus significat. Verum quoniam Dauid cum suis quum esurient, propositionis panes comedisse scribũtur, uideamus quid hac ex re mysticum notabatur. Non licebat de panibus propositionis, nisi sacerdoti comedere: quod tamen Dauid & sui, quamuis extribu sacerdotali non essent, esurientes fecerunt. Figurabatur igitur hinc gentiũ fides, & Hebræorum ex parte. Iudæis enim & uiris sacris propter maiores suos & legem Christus debebatur: sed multitudo gentium, quamuis prophana idolorum cultu fuisset, cucurrit tamen ad panẽm uitæ: Dauid etiam rege præsente ac locum eorum per figuram tenente, qui ex Israel ad salutem uenerunt, quos Esaias appellat reliquias. Multi enim etiam ex Iudæis Christo crediderunt. Candelabrum etiam uniuersum terrarum orbem illuminans, Christus est. Ego (inquit) sum lux mundi. Septem uerò lucernæ in candelabro sunt, quia multis ac uarijs modis per gratias sancti spiritus credentium animas Christus illuminat: quæ omnia ex auro fiunt purissimo, quia nihil (ut diximus) preciosius Christo. Solidum uerò hastile fit, quoniam nihil concauum, nihil leue in Christo est. Lilia etiam fiunt propter sanctificationis odorem. Ego (inquit) sum flos prati, & lilium uallis. Duos autem ramos in candelabro uideri Zacharias propheta dicit: ut duorum intelligas populorum Deum misertũ fuisse, quos & filios appellauit. Vnde clare patet Christum candelabro figuratum fuisse, qui obedientia & fide Iudæorũ, gentiumq; populos asistere sibi fecit. Multifariam deinceps Christum scriptura significauit, dicens: Et pones altare aureũ, in quo adoleatur incensum coram arca testimonij. Tentorium in introitu tabernaculi pones, & ante illud altare holocausti: & circumpones tabernaculum, & sanctificabis omnia. Considera quàm diligenter utrisq; altaribus Christus nobis describitur. Corã enim

Universidad de Deusto
Biblioteca



arca aureum altare, in quo incensum adolebatur positum erat: & in introitu tabernaculi tentoriũ extendebatur, ne quid de interioribus uulgo cerneretur: holocausti uerò altare iuxta portas tabernaculi extra tentorium constitutum erat. Ita per altare quidem incensi, ut suauitatis odor ascenditse ad deum patrẽ intelligitur: per holocausti uerò altare, ut hostia pro nobis ad cædem acta. Celabatur uerò primum, quia occulta atq; recondita est gloria Christi. Alterũ autem uulgo patebat, quia mors eius omnibus patet. Sed coram etiam arca altare aureum erat constitutum, ut in conspectu dei patris miram admodum atque pretiosam filij gloriam esse ænigmatice subostenderet, iuxta illud: Nullus cognoscit filium, nisi pater. In introitu uerò tabernaculi altare holocausti stabat, qd mortem Christi quã pro omnibus tulit, significabat, ut diximus: ut intelligamus nullo nos posse modo ad deum patrẽ accedere, nisi per sacrificiũ Christi. Ego (inquit) sum porta, & nemo ad patrem accedit, nisi per me. Tendebatur autem tabernaculum, omniaq; continebat, ut unum omnia non multa esse uiderentur. Vnus enim, quãuis multifariam in nobis intelligatur, Christus est tabernaculum quidem, propter carnis tegmentum. Arca uerò legem habens reconditam, ut dei patris uerbum. Mensa, ut cibus & uita. Candelabrũ, ut lux spiritalis. Altare incensi, ut odor suauitatis in sanctificatiõe. Altare holocausti, ut hostia pro totius mundi uita ad crucẽ acta. Omnia uerò hæc sanctificantur: quia quocunq; modo Christũ intelligas, totus sanctus est. Tabernaculo igitur præcedente Hebræi sequebãtur, stante castrametabantur: ut nos discamus nullum aliũ datum nobis esse ducem ad salutẽ, quàm uerbum dei hominem factum. Et hoc modo conemur sua seruãtes præcepta, uitam æternam cõsequi: quod illi non fecerunt, qui doctrinam Christi spernentes, retro abierunt, & non ambulabant cum eo. Petrus autem, & omnes duodecim rectè ut sancti uidebãt, non posse aliunde se uitã acquirere, quàm à Christo, ideò illi firmiter inhærebant.

Matth. 11.

Ioan. 10.

Ioan. 14.

CAP. XXIX.

ET nos credimus, & cognoscimus, quia tu es Christus filius dei.) Mirabilis fuit apostolorum fides, feruentissimus iste cõfessionis modus, eximia & singularis prudentia: non enim ut rudes retro abierunt, nec ut leues absq; re aliqua inducti sunt ad credendũ: sed multis signis facti certiores, quod uerborũ uitæ plenus esset Christus, quia cœlestem prædicaret doctrinam, uere crediderũt. Sane quando non ita firmata est fides, quoniam radicem non habet, cito ex animo solet euolare, semini illi similis quod in lapidem cecidit, & quia radices iacere non potuit, facile fuit exiccatum. Lapidem enim hic ænigmatice, duram mentem, quam dei doctrina usq; ad interiora non penetrat, appellauit: qualem & habuerũt & habent Iudæi, ac ideò per prophetam eis dicitur: Dirumpite corda uestra, & non uestimenta uestra. Nam quemadmodum aratro proscindẽdos esse agros prius agriculturæ legibus docemur, quàm semina eis credantur: sic arbitror antequàm fides nobis credatur, corda nostra desiderio eius comminuenda sunt. Cognouisse igitur firmiter discipuli dicunt, quia ipse sit Christus filius Dei. Sapienter uerò nimium & credere & cognoscere ad uiuum hæc duo uerba conducenter dixerunt. Non enim quia credimus, rationem omnino contemnimus: sed conamur potius aliquam, ut in speculo, & ænigmatice cognitionem habere. Optime aũt fidẽ cognitioni præposuerunt. Præcedit nanq; fides, cognitio sequitur, iuxta illud: Si nõ credideritis, non intelligetis. Nisi enim absq; ulla dubitatione, fidei eieceris fundamenta, non poteris pau latim cognitionem, quæ in Christo est superædificare, ac ita in uirum spiritalem euadere. Ecce, inquit, ego immittam in fundamentis Sion lapidem erectum, angularem, ac pretiosum. Initium enim & fundamentum in sanctificationem atque iusticiam Christus est, per fidem scilicet, & non aliter: hoc enim modo in nobis habitat. Illud etiam diligenter considera, quod ubique præcipue cum præpositione articuli, Tu es ipse Christus, dicunt, ipse dei uiui filius, ab aliis filijs Dei qui uocati per gratiam adoptati sunt, uere ac naturaliter filium separantes, cui nos coniuncti per similitudinem filij dicimur. Christum autem ipsum dicunt, quia unus & idem est Christus, & filius dei. Christus uerò non idcirco uocatur, quia substantialiter idem sit Christus & filius dei: sed unus quidem Christus præcipuo quodam est modo. Nemo enim est Christus ut ipse, Christus autem similitudine nostra nuncupatur. Nam quum proprie ac singulariter tam nomine, quàm re uere Dei filius sit, commune sibi nobiscum Christi nomen est. Vnctus enim est inquantum homo est, & idcirco Christus est, quoniam ergo ungi humano generi attribuitur, similitudine (ut diximus) nostra, non ut filius Dei Christus esse intelligitur, unus tamen est singulariter atque præcipue, & ante carnem, & post carnem Christus: non duo, ut nonnulli asserunt, mysterij profunditatem ignorantes. Non enim ut in hominem quendam (licut in prophetas gratia spiritus) uerbum Dei descendit: sed uere caro, id est, homo factum est, ut scribitur. Non ergo in duas post incarnationem personas scinditur, quamuis aliud secundum naturam esse uerbum Dei, & aliud humanitatem eius omnino credendum est. Hanc enim fidem ipsi nos apostoli docent, qui cognouisse aiunt ipsum esse Christum filium Dei. Quare qui aliter dicere audent, suscipiendi non sunt.

Lucæ 8.

Ioel. 2.

CAP. XXX.

RESpondit ei Iesus: Non ne ego uos duodecim elegi, & unus ex uobis diabolus est? Dicebat autem de Iuda Simonis Iscariota. Hic enim traditurus erat eum, quũ esset unus ex duodecim.) Acrioribus eos confirmat uerbis, diligentiores´ que facit, periculo ante oculos posito, sic enim dicere uidetur: Magna uobis ô discipuli uigilantia, magnoq; studio ad salutem opus est.





Lubrica enim admodum perditionis est uia: non imbecillam solummodo distrahens mentem, uerumetiam firmos nonnunquam animos uoluptate decipiens: quod autem ita sit, non eorum qui retro abierunt, sed uestri exemplo confirmatur. Ego enim uos ut bonos elegi, non ignorabam, sed cognoscebam ut deus corda uestra: sed rapuit unum uestrum auaricia deceptum diabolus. Liberum enim homo animal est, & potest, siue dextrum, siue sinistrum uelit iter (uirtutem dico, aut uitium) eligere. Vigilantiores ergo facit omnes, quia quis traditurus sit, clare non dicit: sed uniuersaliter tantæ impietatis onus imminere affirmans, solicitos omnes reddit, & horrore ad maiorem uigilantiam erigit. Illud etiam ad hoc facit: nam quum illi credere atq; cognoscere filium dei esse illum asseruerint, hanc confessionẽ suam prædictione futurorum ueram esse demõstrat. Vnus enim solummodo deus futura nouit. Diabolum uerò diaboli ministrũ appellauit. Nam sicut qui domino coniungitur, unus cum eo spiritus est: sic contrà quoq; fieri non est negandum.

A

B

1. Cor. 6.

CAP. XXXI.

POst hæc ambulabat Iesus in Galilæam. Non enim uolebat in Iudæã ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere.) Post hæc, inquit, quæ facta dictaq; sunt (ut in superioribus patuit) ambulabat, id est, conuersabatur in Galilea: quod non ultro nec libenter, sed necessariò factum, adiecta causa ostendit. Idcirco enim, inquit, in Galilæa cum alienigenis longo tempore fuit: quia Iudæi quærebant ipsum ut interficerent. Magna profecto hæc rursus Iudæorum accusatio est, quorum crudelitate fiebat, ut apud alienigenas degeret. Quod futurum Hieremias prædixit: Dereliqui enim, inquit, domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi animã meam dilectam in manus inimicorum eius. Gentes enim, quoniam creatore neglecto creaturas colebant, inimici dei erant. Qui enim, inquit, mecum non est, contra me est.' Ante uerò Christi tempora deum uerum gentes ignorasse, nemo unquam dubitabit. Erãt ergo contra deum, & in inimicorum loco constitutæ. Magna igitur illorum fuit crudelitas, qua fiebat ut conuersari cum inimicis, quàm cum suis uiuere mallet, qui saltem quoniam carne coniunctus secum erat, diligere ipsum debebant. Iure igitur ad gentes se postea transtulit, quod se facturum iam re ipsa minabatur: magna quasi uoce clamans, nisi persequendi finem faciant, omnino se ad gentes abiturum. Quod autem modò re ipsa minari uidetur, id priscis temporibus figura quadam subostendebat, occulte per ænigmata relecturum se Hierusalem significans. Nam quando de sacrificijs leges ferebat, ut in Leuitico scribit. Vitulum domino munus in figura Christi ad holocaustum primo iussit offerri. Deinde, si uerò de pecorib. oblatio est, inquit, de agnis & hœdis ad holocaustum masculum, & absque macula offeret, ponetq; manus super caput hostiæ, & immolabit ad latus altaris, quod respicit ad Aquilonem coram domino. His uerbis ad gentes mysterium Christi translatum iri significabat: quod facile patebit, si templi situm prius atq; altaris dispositionem declarabimus. Sic enim apertũ fiet, quid sibi uoluerit, quod non recte, sed ad latus atque ad Aquilonem oblatum pecus respiceret. Iudeorum igitur regio in australib. sita partibus est: templum autem quod Hierosolymis fuit, orientem ita respiciebat, ut orientis solis radios statim admitteret. Altare quoque ipsum rectè ingredienti faciem offerebat: unde alterũ latus ad aquilonem, alterum ad austrum respiciebat. Hæc nõ alio modo se habuisse, spiritali Ezechielis uisione comprobantur. Et uidebam, inquit, & ecce uiri sex antiquinque uiri, quorum terga ad domini templum, & isti adorabant orientem solem. Nempe qui orientem solem adorat, faciem adorat: faciem ad ortum uertit, cuius terga si facies templi respicit, necesse est faciem & portas templi ad orientem solem respicere. Hoc positionis modo altare quoq; constitutum erat: quare tam templi quàm altaris facies ad ortum, latera uerò alterum ad austrum, alterum ad aquilonem, posterior pars ad occasum respiciebat. Hæc quum ita se habuerint, Galilea, id est, gentium regio (ita enim de ipsa scribitur) ab aquilone Iudææ coniungitur. Quoniam igitur post passionem saluator noster à Iudæa in Galilæam, id est, ad ecclesiam gentium transiturus erat, idcirco in latere altaris, quod aquilonem & Galilæam respiciebat, immolabatur. Quod etiam Psalmista cecinit: Oculi enim eius, inquit, ad gentes respiciunt. Declinabat igitur Iudæam Dominus, non quasi formidolosus, sed quoniã congruum crucis tempus non aderat.

C

Ioan. 7. optimum.

Leuit. 1.

Lucæ 11.

Psal. 65.

CAP. XXXII.

ERat autem in proximo dies festus Iudæorũ scenophegia. Dixerunt autem ad eum fratres eius: Transi hinc, & uade in Iudæam, ut & discipuli tui uideant opera tua quæ tu facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit, & quærit ipse in palãm esse. Si hæc facis, manifesta te mũdo: neque enim fratres eius credebant in eum.)

Nondum uerbũ dei, qui saluatoris fratres putabantur, inhabitare in eo cognoscẽtes, communi opinione ferebantur, putãtes â Ioseph ipsum natum fuisse. Miracula uerò uidentes occultius ab eo in Galilæa fieri, ad inanem gloriam hortantur: quasi ad hoc ille signa faceret, ut laudẽ ab hominibus consequeretur.' Ascendere autem in Iudæam ei consulunt, ac ibi signa facere: non ut credãt in eum discipuli eius, sed ut miraculosa opera uideant: nam si uis cognosci dicunt, noli hæc clàm facere, sed in Iudea, ut plures in regione frequenti discipulos facias. Addidit autem necessariò, nondum etiam illos in Iesum credidisse, ne tam friuola delectaq; uerba credẽtes dicere uiderentur: posti quàm tamen crediderunt, eò pietatis conscenderunt, ut inter apostolos numerati sunt. Hoc ipsum Hieremias sermone ad Christũ uerso, sic prædixit: Fratres (inquit) etiam tui, & domus

D

Ezechiel. 8.

Hierem. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca



mus patris tui spreuerunt te, & ipsi clamauerunt post te: Noli credere, quia loquentur ad te bona. Qui enim, antequàm firmiter crederent, ita leuiter sequebantur, quasi aduersus eum clamantes, congregati postea per fidem ad ipsum, bene de ipso loquuti sunt, salutare cæteris Euangelium prædicantes. Diuinitus autem quum fratres prophetа dixerit, statim subiecit: Et domus patris tui: ne filij uirginis fratres eius putarentur.

*Hic uidetur uelle filios fuisse Ioseph.*

CAP. XXXIII.

Dixit eius Iesus: Tempus meum nondum aduenit, tempus autē uestrum semper est paratum.) Latet ut plurimum sensus sermonis eius. Scriptū est enim, quod erit homo occultans sermones eius, quod ad utilitatē audientium factū fuisse nemo non insanus negabit. Nondum igitur, inquit, palàm faciendi omnia tempus adest. Quum ludęorum animus sine ira doctrinam meam ferre aut pati nequeat: nec etiam tempus adest, ut gentibus hæc omnino tradantur, quum nondum penitus à gratia ludæi resilierint. Mæ igitur (inquit) manifestationis tempus nondum adest, uestrum autem adest, paratumq; est: nihil enim prohibet, ne ad meliora positis accedere. Præterea quæcunque maiori dispensationi res subiacent, non omni tempore commode aguntur, quales Christi res erāt: res autem eorum qui maiora negligunt, & humiliora sequuntur, quouis tempore suscipi possunt. Quas ob res meum quidem nondum, uestrum autem tempus semper paratum est.

*Eccl. 30.*

CAP. XXXIIII.

NOn potest mūdus odisse uos: me autem odit, quia ego testimoniū perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt.) Commode his uerbis & illos terrestribus rebus non nihil adhuc inhiantes arguit, & alterā artificiosissime affert responsionem: quia ostendit adhuc eos ignorare quis ipse sit, ac ideò longe ab eo disiectos esse, ut qui huius mundi magis quàm uirtutis uitam admirantur. Fuit autem saluatori nostro consuetudo, parua causa data, multa utiliter audiētibus dicere. Semper igitur, inquit, simile sibi quisque amare solet, & morum similitudo mirifice ad amorem conglutinat. Videtis quia mundus nō odit uos: sentitis enim ut ipse: me autē odit, quia perperam operantem accuso: quare uos absque periculo in solennitatē istam proficisci potestis, ego autem minime. Loquar enim omnino si uenero, quæ illi conducunt. Sed ueritas odium parit, & iram uoluptuosi animi incendit, quum nolit delitiosam uitam contemnere. Hinc dicimus, non incōsiderate arguendum esse, neque coram hominibus increpandum. Non argue, inquit, malos, ne te odio habeant. Non enim absque detrimento esse odium potest: quare dicendum potius est ad audientium aures: pronus enim ad peccandum mundus est, peccata uerò redargutione relinquuntur, quorum uel nominatio sola, redargutio quædam est. Nam qui prauitatem ipsam uituperat, illos reprehendere uidetur qui prauí sunt. Quādo igitur ad arguendum necessariò doctor uocatur, quū aliter curatio haberi posse non uideatur, tunc quia molestè fert qui redarguitur, multa ex odio mala nascuntur. Propterea Christus ait odio se haberi à mundo: quia mundus monitionē, quæ increpationis aliquid semper habet, ferre non potest. Animus enim uoluptati deditus, grauiter fert, si à uoluptate reuocatur. Hæc dixit saluator, non quia nullo se modo in solennitatem ascensurum ostendere uelit, nec quia ab utili redargutione animum remouerit: sed quia opportuno tempore cuncta erat facturus. Simile quid etiam discipulis dicit. Cum enim eos consolaretur propter futuras aduersus eos in prædicatione ueritatis tentationes: Si è mundo, inquit, fuissetis, mundus quod suum erat diligeret: quoniam uerò de mundo nō estis, propterea mundus uos odit. Mundum uerò in his omnibus nō uisibiles creaturas appellat, sed eos qui res caducas atque instabiles toto animo amplectūtur, qui uirtutis amicos quasi hostes oderunt. Diligunt autē omnes qui cum simili turpitudine teneantur, uirtutes inimici sunt.

*Amos 5.*

CAP. XXXV.

VOs ascendite ad diem festum: ego autem non ascendo ad diem festum istum, quia tempus meum nondum impletum est.) Apertissime modò nolle se unà cum ludæis festum agere diem, & umbras cum illis sequi dominus affirmat. Nam quod ad paucos & ad fratres dictū est, ad totum genus Hebręorum pertransit. Non enim societatem fratrum spreuit, quippe qui cū eis in Galilæa uersabatur, nec dubito quin propter opinionem cognationis etiam conuiueret. Sed per fratres, totum ludæorum genus intelligit: quibus quum solennem, festumq; diem per umbras negat se celebraturū, ut prophetica quo quo uoce prędixit: Odi ac repuli festiuitates uestras: etsi obtuleritis mihi holocausta & sacrificia, non accipiam. Remoue à me sonum cantuū tuórum, & psalmos organorum tuorum non audiam: spíritus enim Deus est, & adorantes eum, in spíritu & ueritate adorare oportet. Spíritus ergo Deus quum sit, spíritali honore gaudet. Legales etiam boum atque pecudum cædes, thuris, similæ, uini, oleíque oblationes, uarios spiritualis uirtutis numeros figurate significabant. Vos igitur, inquit, qui umbris adhuc inhæretis, qui ludaicè affecti estis, ascendite in hunc festum diem per umbras celebraturi. Ego uerò cui umbræ iam cordi non sunt, nō ascendo: quia per figuras celebrare iucundum non est. Expecto autem ueræ solennitatis tēpus, quod nondum impletum est. Tunc enim in splendore sanctorum cum eis conuiuam in gloria patris, quæ super omnia fulget. Suum uerò tempus appellat: sua enim solennitas est, ipse magister eius est, ipsi prophetica uoce attribuitur. Dicit enim ad impíos & male uiuentes diuinus ille Oseas: Quid facietis in die solennitatis Dñi, & in die festo eius? id est, quomodo qui labores uirtutis aspernati

*Iatth. 22. Zach. 14.*



spernati estis, qui Dei charitatē neglexistis, ad cœlestē solennitatem ingredi poteritis? aut quomodo cœnę illius dominus atq; magister, non ejiciet uos, dicens: Quomodo intrastis huc absq; ueste nuptiali? Cognata his Zacharias quoq; propheta scripsit: Omnes, inquit, qui de uniuersis gentibus reliqui fuerint, quæ uenerunt contra Hierusalē, ascendent de anno in annum, ut adorent regem dominum exercituum, & celebrent festiuitatem tabernaculorum. Ascensuros enim resíduos ait, & ad adorationem magni regis, & ad diem festū scenophegię. Nam quamuis multi per gratiā uocati sunt, pauci tamen admodum in supernā Hierusalem ascendunt: pauci enim electi sunt, ut ait saluator. Adorabunt autem non angeli, sed spirituali adoratione, uerè scenophegiæ diem festum agentes, & illud summa cum iucūditate canentes: Benedictus dominus, qui exaudiuit uocē deprecationis meæ: in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum, & refloruit caro mea. Reflorebit enim rursus atque reuiuet, neq; id absque Christo: ipse enim nobis resurrectionis initium, & uerè scenophegiæ ianua factus est, quod certe prophetica uoce sic dicitur: Et erigam tabernaculum Dauid quod cecidit. Tabernaculum enim, caro q; Christi à sanguine Dauid sumpta, prima ad immortalitatem uirtute dei patris excitata est, ut etiam per quendam apostolorum dicitur: Hunc definito consilio, & præscientia dei traditum per manus iniquorum affligētes interemistis, quem deus suscitauit, solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. & rursus: Hunc Iesum suscitauit deus, cuius omnes nos testes sumus. Quod autem scriptura soleat humanitatem Christi, quæ à semine Dauid sumpta fuit, Dauid appellare, omnibus patēre arbitror.

*Matth. 20. Amos 9. Actor. 2.*

CAP. XXXVI.

HAec quum dixisset, ipse mansit in Galilæa: ut autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum: non manifeste, sed quasi in occulto.) Diu manet in Galilæa, longius à regione Iudæorum semotus: ut quamuis propter errorem idolorum imperitissima gentilitas esset, nobilior tamen Iudæis conuersationi Christi efficiatur. Licet hinc (ut diximus) etiam ostendatur meritò se gentes diligere, & Hebręos odisse. Quomodo enim qui omnia nouit antequàm producantur, ecclesiam gentium, quæ sic facile fidem amplexura erat, non amasset, & ingratos Iudæos aspernatus non esset: præsertim quum illius pulchritudinem uel ante aduentus tempora concupisse scribatur, hanc uerò Iudæorum dico synagogam, fornicatricem, & adulteram, & duræ ceruicis appellet: Audi fornicatrix, Ezechiel inquit, domini uerbum. Hieremias autem ut adulteram accusat, clamans: Sicut spernit mulier cohabitantem suum, sic me spernit domus Israel, dicit dominus. Hæc igitur ueluti deus præsciens, & pulchritudinem gentilis ecclesiæ iam prospiciēs, & Iudæorum peruersos non ignorans mores, illā sicuti sponsam amplectitur, & hanc quasi adul-

*Ecel. 23. Ezech. 16. Hieremi. 13.*

teram odit, utrūq; tamen tempori opportuno reseruauit. Nam nec omnino synagogam ante crucem eiecit: nec Galilææ, id est, gentibus omnino se dedit, antequàm illam eiecerit. Quanquam igitur dixerit non ascensurum se in illum diem festū, quoniam tempus suum nondum impletum erat: fratribus q; permiserit, ut si uellent ascenderent: ascendit tamen post eos, nec aliter dixit, nec aliter fecit. Quomodo enim, cuius in ore mendaciū inuentum non est: sed non ascendit festum diem acturus, sed admoniturus potius, & ad uitam æternam doctrina illos sua reuocaturus. Nam quod iste suorum sensus uerborum sit, inde apertissime patet: quia non ascendit simul cum fratribus, sed latētius, illis omnino dissimilis, qui ad festū diem hilari animo pergebant. Quando autē ad salutarem ibat passionem, tūc non occulte, sed pullo inuectus asinæ, in figura populi noui, magna adolescentulorum multitudine præcedente, per quos uenturi populi multitudo significabatur, ascendebat. Clamabant autem, qui præcedebant: Benedictus qui uenit in nomine Domini, Hosanna in excelsis. Quoniam ergo latenter ascendit, non ad diem festum, sed ad docendum se Hierosolymam petisse ostendit: nondum enim (ut diximus) Hebręos omnino reliquit. Dixisse uerò ipsum, quod non ascendet, & tamen ascendisse, in libro Exodi priscis temporibus figura significatum inuenies. Nam quum Moses in cacumine montis diutius moraretur, legem à deo expectans, quumq; uitulum (dei pietate neglecta) Hebræi colerent, nequitia hominum irritatus, perdere genus eorū minatus fuit. Et tandem dixit ad Mosen: Vade, et ascende hinc tu & populus tuus, quem eduxisti de terra Aegypti, ad terram quam iurauí Abrahæ dicens: Semini tuo dabo ipsam, & mittam ante faciem tuam angelum meum. Respondit Moses: Nisi tu nobiscum uenias, non educes me hinc. Et q̄modo cognosci poterit inuenisse me, ac populum tuum apud te gratiam, nisi nobiscum uenerís? Tunc dicit dominus ad Mosen: Et hoc uerbū quod dixisti faciam: inuenisti enim gratiam apud me. Vides prius dictum esse à deo propter populi peccatum non ascensurum se cum illis, sed angelum quendam missurū: postea uerò propter Mosen & patrum memoriam uenia data, cum illis se ipsum præsentem fore promittit. Similiter igitur etiam hic, quum propter incredulitatem Iudæorum iturum se negauerit, tamen propter sanctos paucos, & solicitationes suas ascendit: non ut ad festum diem, sed ut salutarem illis doctrinam proponeret: nec angelo ad hoc ministeriū utitur, sed ipse salutaris doctrinæ minister fit.

*Exod. 25. Exod. 33. Esaiæ 65.*

CAP. XXXVII.

IVdæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant: Vbi est ille? Quærunt Iudæi Iesum, non ut credāt in eū, obtulisset enim hoc modo se illis, ut scribitur: Apparui non quærētibus me, inuentus sum à nō inuestigantibus me, sed ex multa uanitate animi in gentiū mores delapsi, diuinæ gratiæ splendore non illuminabant. Sapientes enim

Universidad de Deusto
Biblioteca



gentiũ,longos reuoluẽtes sermones,& aranearũ telas texentes.q̃d uerè bonũ aut iustũ secundũ naturã est,diligẽter quærere simulãt,quũ umbrã solũmodo sequanť:et uirtute uera uacui, ac superiore sapiẽtia omnino carentes,ad nullã plerunq; utilitatẽ multa cõscribunt.Iudæi quoq; illos imitati, & ignorantiã illorũ admirati,lesum quærunt: nõ ut credant,quod reipsa patuit, sed ut dicacitatem suam in eum exerceãt,& hoc modo inextinguibilem super capita sua flammam incendant. Præterea inde quoq; patet, non bono animo illos Iesum quęsiuisse:quia quur non adest,solummodo quærunt: affuisse nanque oportere opinabantur festum diem illis agentibus tantorum autorẽ miraculorum. Ita iucũditatem potius ex admiratione signorum, quàm utilitatẽ uenari uidebantur, & peritiam habere legis iactantes,& prophetarũ dicta non ignorare,non recordantur scriptũ esse:

Esaiæ 55. Quærite deũ,dum inueniri potest:inuocate eum, dum propè est. Derelinquat impius uiam suam, & uir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum,et miserebitur eius.Animaduertis, q̃d non sufficit ad salutem,si solum quæris,sed oportet quum inueneris,obediẽtia & fide ad illum reuerti. Sed quoniã nec in mẽtem quidem hæc sibi ueniebant,merito audiant,quomodo dicetis: Sapientes nos sumus,& uerbum domini nobiscum est:r uerè mendacium operatus est stilus mendax

Hierem. 8. scribarum.Confusi sunt sapientes, perterriti & capti sunt,& sapiẽtia nulla est in eis. Verbum enim domini proiecerunt:quomodo enim non reprobarunt, quem non susceperunt? aut quomodo non contemnebãt, sic imperite de ipso dicentes: Vbi est ille? Arrogantium enim hoc dictum est: nam quamuis propter miracula magnam de ipso debuissent opinionẽ habere,nondum tamen magnum quid de ipso dicere uidentur.

CAP. XXXVIII.

ET murmur multus erat de eo in turba. Quidam enim dicebant,quia bonus est:alij,non: sed seducit turbas.) Difficile semper inuentu bonum est, & ueritatis pulchritudo plurimos latet: non enim possunt indoctiores, qui quodcunq; sibi usum fuerit, absq; diligenti examinatione sequuntur, ueritatem rerum recte intelligere: nec

1. Thess. 5. dicentem Paulum audiunt:Sitis probi nummularij:omnia enim probanda noueris,ut certius ueritatem consequi possis.Audiant quæso atq; attendant, quicunq; Iesum ex arrogantia nõ admirantur. Gustate & uidete, quia suauis est dominus.

Psal. 33. Nam quemadmodum, qui gustu præcipuã mellis qualitatem probant ex minima quam gustauerunt particula totum cognouerunt: sic qui uel parum saluatoris uerba intellexerunt, bonum esse ipsum cognoscent, & cognoscentes admirabũ

Ioan. 3. tur. Prudentiores igitur Iudæorum Christo adsunt, & penè rectam de illo sententiam efferunt: non posse putantes opera dei quenquam facere, nisi aut Deus ipse natura sit, aut Dei particeps & gratiæ plenus,& idcirco bonus. Longe autem à ueritate oberrant, qui non erubescunt seductorẽ appellare:qui meritò audiẽt, Væ qui dicitis malũ bonũ,& bonũ malũ: qui putatis tenebras lucẽ, & lucẽ tenebras. In codẽ enim loco constitutus est, qui probitatem accusat, & qui adest improbitati: qui turpia quasi plena pulchritudinis admiratur, & pulchris sordes imponere conatur. Sed hęc opprobria Iudæorũ prædicta iam à prophetis erant. Væ (inquit) eis,qui resilierunt à me: redemi eos, ipsi autem aduersus me falsa loquuti sunt.

Exod. 40.

CAP. XXXIX.

NEmo tamen palàm loquebatur de illo,propter metũ Iudæorũ.) Quũ ipsi Iudæi murmurẽt, Iudæorũ tamen (inquit) timore, nemo de illo palàm loquebaťsed præcipuè hic Iudæos,Iudæorũ principes appellauit.Indignũ eim̃ (ut mihi uidetur) iudicauit homines adeò à pietate remotos, sacerdotes aut seniores populi appellare: q̃s per prophetã ut spiritalis uineæ corruptores deus accusat,dicẽs:Pastores multi demoliti sunt uineã meã,cõculcauerunt partẽ meã, dederunt portionem meã desiderabilẽ in desertũ solitudinis,posuerũt eam in dissipationẽ. Quomodo enim dominicã uineã ipsi iniquitate sua non deuastarũt, qui non modò nihil ad cultũ ipsius cõducunt: uerũetiã studio & opera faciũt,ut populus timore pressus, nõ pareat recte docenti? Argumentũ aũt est, nimiũ illis plebẽ subiectã fuisse: quia nec laudare quidẽ, quod laudandũ putant, palàm audebant. Quemadmodũ igitur gubernator, sic quum ipse gubernandi rationem habeat, cęteriq; omnes qui in eadem sunt naui, sibi apprime obtemperent,ipse solus culpam habebit,si nauẽ in cautes & scopulos illiserit: aut auriga si agens in inuia currus fregerit:ita certe ludęorum principes,quia subiectam parentẽq; plebem habeant,non iniuria perditionis omniũ rationes relaturi sunt. Quod autem ipsi perditionis populi causa fuerint, Hieremias etiam testatur,dicẽs:Stulte pastores egerũt, & dominum non quæsierunt:propterea nõ intellexerunt omnis grex,& dispersi sunt.

Psa. 20. Osee 1.

CAP. XL.

IAm autem solennitate mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat.) Sacerdotio digna saluatoris doctrina,quare ibi etiam pręcipue adhibetur,ubi deus habitare credebatur. Nam et si omnia deus repleat,quia circunscriptibilis loco non est, nec secundum naturam suam in loco esse intelligatur, decentius tamen in sacris eum locis habitare dicimus. Nam quod figuris significauerat, id modò in ueritate traducit. Dicit enim ad Mosen: Et impones propiciatorium super arcam, & loquar ad te desuper ab altari inter duo Cherubim, quæ sunt in arca testimonij. Dominus igitur noster Iesus Christus mediante iam solẽnitate in dedicata Deo loca ingressus,ibi turbas alloquitur. Ascendit aũt occultius, quemadmodum in tabernaculũ propiciatorij ita clàm ascendebat,ut tunc solum ibi esse uideretur, quãdo loquebatur: & ut ad Mosen illis temporibus solum Deus uerba faciebat, sic modò Christus unum adhuc Iudæorum genus instituere studet, nondum

Ezech. 4



nondum effusa ad omnes gentes liberius gratia. Non autem ingressum ait fuisse in templum, sed ascendisse. Ardua sanè res est, atque sublimis, loca ingredi sancta, & docendi munus recte suscipere.Rei autem umbra Christum significabat. Moses enim, qui figura Christi erat, quum sanctificari potius homo à locis sanctis soleat, contra ipse tabernaculum ungens oleo sanctificabat: quia non figuræ, sed ueritatis gratia hæc fiebant, quod & in prophetis aspicere licet. Alius enim fornicanti mulieri, uel nolens cohabitare iubebatur. Alius nudus ambulare, alius super dexterum latus non paruo dierum numero iacere: quæ omnia non propter seipsa, sed propter ea quæque significabantur fiebant. Ita igitur etiam Moses, quamuis à tabernaculo ipse sanctificandus erat, sanctificare tamen illud uidebatur, ut Christum intelligas, à quo templum suum sanctificatum est. Conuersatur autem carne cum Iudæis, & in carne illos alloquitur, ut olim in propiciatorio deus.

CAP. XLI.

MIrabantur enim Iudæi,dicentes: Quomodo hic scit literas,quũ non didicerit.)Non iniuria mirabantur, orationis & prudentiæ inauditam in eo uim uidentes, qui literas non didicerit. Capax enim sapientiæ mens est humana: & quamuis nihil adhuc consequuta sit, naturali tamen ad prudentiam & scientiam aptitudine pollet.Quæ ut quasi manna est in non exercitatis,ita in ijs qui plurimum in discendo laborarunt, multa commodissime parare ac ædere solet. Stupent ergo Iudæi hominẽ nudũ Christum esse putãtes: quia & sapiẽtia,& literis inexercitatus exercitatis lõge præstabat.Stulte igitur etiam modo loquuntur, non uidentes ex tam multis signis opificem omnium sapientiam, ut hominem eos alloquentem. Quomodo aũt in superioribus, quasi non aliunde quàm à signis Christum cognoscentes, ne quis aut unde esset scientes,ubi est ille, clamabãt: nunc uerò ita exacte cognouisse uidentur,ut magna uoce audiant dicere,quum literas nõ didicerit? sed alterum ab ijs qui eum sola nouerãt fama, quasi per contemptum dicebatur: alterum ab ijs qui eum cognouerant,qui & maiora (ut mihi uidetur)luent supplicia.Nam ut ignorantibus para

Psa. 7. ta est deprecatio, sic cognoscentibus acerbior impendet punitio: propterea uulgo fertur, melior esse ignorantiam. In sciendo enim cruciatus maior,quando uoluptatis illecebris seducti,ueritatem negligimus.Iesus igitur,ut Iudęi dicebant, Act. 7. literas non didicit. Moses autem uniuersa Aegyptiorum sapientia fuit perdoctus, & tamen quasi nihil penitus sciens,ad meliorem diuinitus cognitionem erudiebatur. Ita humana omnis sapientia imbecilla & fragilis est, ad diuinã comparata, per quam Christi mysteria discimus. Christus igitur est perfectum bonum in omnibus: qui sapientiam cognitionemq; rerum, non per doctrinã, sed per naturam habet insitam, atq; innatam. Quo-

Esa. 7. circa Esaias etiam dicit de ipso:Anteq; cognoscat puer bonum aut malum,eliget bonum.Nec sic errimus amentes, ut rationis atq; prudentiæ opere bonum ab illo electum esse putemus. Sed quemadmodum si quis de igne diceret, non suscipi ab eo frigidum,sed calidum semper retineri:non uoluntatis,sed stabilem naturę inclinationem intelligeremus: sic & in Christo. Natura enim insunt in deo omnia bona, quare nõ forinsecus etiam sapientia in eo est, imò uerò ipse est fons sapientiæ, ipse propriè atq; singulariter sapientia est, cuius participatione quęuis rationalis creatura sapiens dicitur.

CAP. XLII.

REspondit eis Iesus, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.) Verè Sapien. 2. illud dictum esse à sapientibus inuenimus. Spiritus domini repleuit orbem,& auris auditionis auditcuncta. Ad eos etiam qui stulte simul atq; impie putant posse quicquam dici, quod deum lateat, Psalmista clamat, dicens: Intelligite insipientes in populo,& stulti aliquando sapite:qui plantauit aurem, non audiet? Quomodo enim fieri Psal. 93. potest, ut qui omnia fecit, qui sensum audiendi auribus dedit, non audiat uniuersa? Ex hoc igitur intellige natura illum esse deum, qui quod turbæ clàm murmurabant, non ignorauit. Omnia enim uidet, auditq; ut deus, etiam si propter metum Iudæorum nihil palàm de ipso loquantur. Verum, quoniam stupentes multi cogitabant,aut etiam inuicem clàm loquebantur: Quo modo hic literas scit,quum non didicerit? deo patri,quem omnes nihil didicisse credunt,in quo naturaliter cognitionis thesauros recõditos putãt, æqualem se esse ostendit. Et poterat quidem hoc etiam ab operibus suis demonstrare. Quæ enim Ioan. 5. pater facit,hæc & filius similiter facit. Sed opportune modò quum illi scire literas ipsum secum admirentur,quas nõ didicerit,ita hoc inesse sibi demonstrat quẽadmodũ patri. Quis igitur huius demõstrationis modus? ex eo uidelicet, quia eandẽ cum patre docendi sapientiam habeat:ipse nanq; sapientia ex deo patre est, cui similis in omnibus, nõ alio quàm ille potest docere.Nam aut quia eadem est patris & filij doctrina,aut quia ipse sapiẽtia patris est, per quam loquitur uniuersa & sanxit pater, suam esse patris doctrinam asserit. Adhæc illud etiam ad audientium salutem commode dixit. Nam quoniam hominem uidentes,doctrinam eius mirabilẽ quidem, sed propter humanam carnem,diuinam non putabant: deo patri eam attribuit, simul & rem ut se habet exponens, & formidine auditores ad suscipienda uerba sua impellens, ne deo patri repugnare uideantur. Missum autem se dicens à patre,nõ minore se patrem ostendit. Non enim seruilis hæc missio est, quamuis meritò ita dici possit, quia formã serui accepit: sed mittitur etiam ut uerbum ex mente, ut splendor solis ex sole, ac generaliter fulgor ex re fulgẽte.Hæc enim omnia, & in ea quibus sunt, quoniam foras progredi uidentur, modo quodam ostendunt, & insunt naturaliter atq; indiui-

Universidad de Deusto
Biblioteca



sibiliter in illis. Nō quia uerbū ex mēte, aut quia ex sole splēdor emanauit, idcirco mentē uerbo, aut solē splendore suo carere ullus unq̄ putabit. Sed hæc in illis, & illa in istis ineſſe uidemus. Nū quā enim mēs ſine uerbo eſt, nec uerbū abſq̄ cō cipiente, formanteq̄ mente intelligi poteſt, quod de aliꝭ quoque proportionaliter dici poteſt.

CAP. XLIII.

SI quis uoluerit uolūtatem eius facere, cognoſcet de doctrina utrum ex deo ſit, an ego à me ipſo loquar.) Quanquam ſimpliciter propter miracula, ueritatis uerba ſuſcipere debebant, nō poſſe aliter rem ſe habere credentes, quàm ſecundum doctrinam eius, tamen propter incredulitatem eorum firma quadam utitur ratione: quæ autem ratio ſit, iterum dicemus: quoniam propter curatum hominem in ſabbato, interimere ipſum quærerēt. Propterea occultius nunc arguit, quod uoluntatem eorum potius, quàm diuinam legem eius ſequantur. Tunc enim cognoſcetis (inquit) ex deo patre doctrinam eſſe meam, quando uolueritis uoluntatem illius potius, quàm ueſtram amplecti. Eſt autem uoluntas dei qui legem ſanxit, non interimere hominem. Tunc, inquit, nullo præoccupati odio, facile cognoſcere poteritis, utrum ex deo doctrina mea ſit, an ego à meipſo loquar. Ita utiliter arguit, & iure accuſat, quia immeritò doctrinam eius reprehendant, quam pater comprobauit, uel quod uerius eſt, quam unà cum filio exponit, atque interpretatur. A me ipſo autem, id eſt ſeparatim atque diuiſim: patris enim ſunt quæ filius loquitur. Nam pater ut per uerbum & ſapientiam ſuam, ita per filium loquitur: nec imaginari poſſimus aliter ipſum loqui quam uelit.

Exod.20.

CAP. XLIIII.

QVi à ſeipſo loquitur, gloriam propriam quærit.) Argumentum hoc affert, quod ſibi gloriam docendo non quærit: quia non contraria, neque aliena à lege doctrina utitur: hoc enim eſt à ſeipſo loqui. ſequi enim ſcripturam (ſola inutili umbra remota) ſpiritualiter eis perſuadet. Hoc & apud Matthæum dicit: Non uenì ſoluere legem, ſed adimplere, hoc etiam hic occultius tetigit. Solam enim trāsformationē literæ in contemplationem ſpiritalem, Euangelica continet doctrina. Nam ſi Moſaicas figuras ad decentius transformabis, facile ſpiritualis cultus cognitionem habebis. Non ergo à ſeipſo loquitur Chriſtus, id eſt, non alienum atque contrarium quicquam affert. Non enim doctrinam legis improbat: ſed obumbrata in lege, fulgenti colore perficit. Optime autem Iudæorum etiam beneuolentiam, deo patri gloriam referens, captat: à quo ſolummodo uerbum eius ignorantes datam fuiſſe legem putabant: qua conſeruata, honorari: neglecta uerò, contemni patrem arbitrabantur. Quamuis ergo eadem ſit patris & filij gloria, quā uis ad Moſen per filium deus pater loquutus ſit, diſpenſando tamen (nihil enim nocebat ueritati, ſed opinioni illorum) patris ſe gloriam quærere docendo dicit, nihil à ſeipſo loquens, ſed legiſlatoris dei doctrinam exponens. Adhæc illud etiam dicendum. Occulte adhuc illos reprehendit, & ſuam potius, quàm dei gloriam quærere ſolitos, in ea incidere crimina ſubaperit, quibus alios accuſent. Legis enim mandata contemnentes, ad uoluntatem ſuam deferebantur: præcepta hominum docentes, ut ſcribitur. Vnde commode arguuntur aduerſus ipſum legiſlatorem delinquere, nō præcepta illius auditoribus, ſed ſua præponentes. Quum igitur abſolute atque in genere dicatur, Qui à ſeipſo loquitur gloriam propriā quærit: phariſæorum arrogantiæ morbus manifeſtatur, qui ſua ideò potius, quàm diuina præcepta plebi proponebant, ut debitam deo gloriam in ſe traducerent.

Matth.5.

CAP. XLV.

QVi autem quærit gloriam eius, qui miſit illum, hic uerax eſt, & iniuſticia in illo non eſt.) Nam qui dei gloriā non quærit, ſed ſuam, is & mēdax ſimul, & iniuſtiſſimus eſt. Mendax quidem, quia ſimulatione legis ſeruandæ ſuam uolūtatē audiri proponit. Iniuſtiſſimus uerò, quia legiſlatoris dignitate neglecta, dominicis præceptis ſua præferre audet. Iuſtus ergo & uerax Chriſtus, in quo nihil horum criminum inuenitur.

Eccl.5.

CAP. XLVI.

NOn ne & Moſes dedit uobis legē, & nemo ex uobis facit legem? quid mequeritis interficere?) Multis ac uariꝭ ſaluatoris oratio inuentis, ad unā intentionē concluditur. Nam quū occultius phariſæos reprehenderit, quia non diuina mandata, ſed ſua prædicarent: nec dei gloriam, ſed ſuam quærerent: omnibus modò inuolucris orationis procul remotis apertiſsime illos arguit. Inique igitur quod ſabbatum non obſeruaret accuſatus, non unum aut alterum, ſed totum Iudæorum genus Moſaicam legem paruifacere oſtendit. Dicite nanq̄ ait, qui miſericorditer agentem in ſabbato accuſatis, qui crudelem in benefactore proferre ſententiam non dubitatis, qui atrocitatē impudenter laudatis: nònne per Moſen quē admiramini, data uobis diuinitus lex eſt: ne hominem occidatis? nō audiſtis dicentē: Innocentē & iuſtum non interimes? Quur igitur etiam Moſen ueſtrum tam facile paruipenditis? non enim dicere poteſtis, nolle uos id facere, quum me iniuſte interficere quæratis. Acerrime igitur temerario impetu, quia hominem in ſabbato curauerit, in cædem atrociſsimam peccatorū omniū lapſos oſtendit. Magna igitur uoce clamare uidetur: Ego in die ſabbati ab incurabili morbo miſericorditer hominem liberaui, & his meis meritis uos incitati turpiter me perſequimini, & uita priuare uultis: quę igitur ſupplicia ſcelere ueſtro cōdigna inueniantur? Ecce uos etiā legem tranſgredimini: nec præuaricatio iſta ueſtra illi conferenda eſt, quam iniuria mihi attribuitis. Non enim beneficium (ut ego) uos facitis: ſed ſola prauitate animi in ſanguinē hominis ruitis. Vbi ergo uobis eſt Moſes, qui à me paruipendi non uere dicitis? nònne ipſe uobis legem

Matth.23.



bis legem de cęde dedit? Quur legem eius, quam plurimi facere falſo dicitis, tranſgredimini? hæc Chriſtus iure dicere uidetur. Quumq̄ ipſe legem tulerit, ſoli hoc patri modò id attribuit, ut ſaltem hoc pacto Iudæos reprimeret. Moſen etiā nominauit, quem Chriſto maiorem putabant, incarnationis myſterium non cognoſcentes.

CAP. XLVII.

REſpondit turba, & dixit: Dæmoniū habes, quis te quærit interficere? Reſpondit Ieſus, & dixit eis.) Senſerunt illata manifeſte crimina, quumq̄ ad negationem refugiant, ſummopere ſtudent ne mandata legis præterire uideātur. Videri enim ſolummodo phariſæi uolebant: quapropter ſepulchra illos dealbata dominus appellabat: quæ artificio forinſecus ſplendent, quum intus ſordibus fœtulentis abundent. Ego uerò præterea etiam puto ita dictum à phariſæis fuiſſe, quo timore illius (ut putabant) ſedato, facilius inſidiarentur, ac fiducia in maiorem loquendi libertatem illum trahentes, ne formidine preſſus occultius degeret. Non enim putabant difficile ſibi eſſe, quandocunque uellent eum opprimere, dum id eos cogitare neſciret. Malignitatis ergo hæc negatio fuit, & alius quidam modus impietatis. Nam quum quaſi mendacem appellent, iniquitatem iniquitati, ut ſcribitur, adiiciunt.

CAP. XLVIII.

VNum opus feci, & omnes miramini.) Interrogationis ſpiritu hic locus proferendus eſt, cuius ſenſum diligentius, oro, conſideretis. Mirabilem enim Iudæis rem quam in ſabbato fecerat narrans non dixit, curauì hominem: ne temeraria multitudinis ira inflammaretur. Sed ſubmiſsius quid protulit, dicens: Vnum opus feci. Fertur enim impetu multitudo, & abſq̄ iudicio conſpiratione ſubito facta, initio dato ad ſcelus ruit. Humili ergo nimium, mitiq̄ ſermone utitur, dicens: Vnū opus feci, & omnes miramini. Vna inquit, hac re ad ſalutem hominis facta ſabbati, ſolummodo reſpicientes honorem, miraculi magnitudine nō commoti, benefactorē damnatis. Cumq̄ laudare potius tantam rem deberetis, miramini, quia ſalus homini in die ſabbati reſtituta eſt. Ruditas enim Iudæorum hinc apparet: quia motum animi magnarum rerum ſtupore ſolitum fieri, ad rem friuolā tranſtulerunt. Occulte autem, ac quaſi per figuram tale quid ſuboſtendit. Vno enim, inquit, crimine (ut uos putatis) à me commiſſo, miramini de animo meo, quia Moſaicam nolim legem ſeruare: quantum igitur æſtimatis aduerſus uos Deum eſſe irritatum, cuius legem non ſemel, neque in minimis, ſed in omnibus, & ſemper tranſgredimini?

CAP. XLIX.

PRopterea Moſes dedit uobis circunciſionē: non quia ex Moſe eſt, ſed quia ex patribus: & in ſabbato circunciditis hominem.) Latet altior in hoc loco ſenſus, & difficilis, tam intellectu, quàm dictu eſt: ſed gratia ſaluatoris illuminante, in medium protrahetur. Quum igitur ab importuna Iudæos ira propter ſabbatum commotos multis rationibus reuocauerit, quia nihil adhuc propter eorum peruicatiam actum eſt, ad aliud tranſit, ac ipſum Moſen legis miniſtrum propter circunciſionem, quam ex conſuetudine patrum traditam accepit legem de ſabbato diſſoluiſſe oſtendit: ut hac ratione, ipſe quoque iure uideatur, paternam conſuetudinem ſabbato anteponere. Et quoniam in ſabbato deus operatur, idcirco ſe quoque qui idem ſemper cum patre uelit, in die ſabbati iure operari aſſerit, propterea dicebat: Pater meus uſque modo operatur & ego operor. Ne igitur, inquit, mirū uobis uideretur, quod die ſabbati operater, præuenit Moſes, ac circūciſionis lege firmata, legē de ſabbato diſſoluit. Qua porro de cauſa id fecit? non putauit conſuetudinem patrum, inquit, propter honorē ſabbati contemnendam, idcirco etiam in ſabbato circunciditur homo. Quid ſi conſuetudinem patrum, ſabbati honori Moſes antepoſuit? quur truſtra de me turbamini, & quaſi contemptorem legis perſequimini, quia patrem in omnibus ſequor? ut quoniam ipſe operetur in ſabbato, ego quieſcere non poſsim: datam uerò à Moſe, ait, circunciſionem, quæ tamē à patribus tradita eſt, quibus ut circunciderentur, mandatum fuit diuinitus, quia exquiſitius quæcunq̄ ad ipſam pertinent, ſcriptis Moſes explanauit. Circūciſus enim & Abraham fuit: ſed non octo dierum, nec columbarum, aut turturum par ſecundum poſterio rem Moſis præceptionem obtulit.

Ioan.5.

Geneſ.17.

CAP. L.

SI circunciſionem accipit homo in ſabbato, ut non ſoluatur lex Moſis: mihi indignamini, quia totum hominē ſanum feci in ſabbato.) Quoniam diſtinctione quadā indiget textus: idcirco ut facilius intelligatur, membra tranſponemus. Si circunciſionem, inquit, accipit homo in ſabbato: mihi indignamini, quia totum hominem ſanum feci in ſabbato, ut non ſoluatur lex Moſis. Non enim idcirco circunciditur homo in ſabbato, ut non ſoluatur lex Moſis: ſoluitur enim omnino propter circunciſionem, quæ in eo die peragitur. Circunciſio enim non à Moſe, ſed à patribus eſt, propter quam lex Moſis de ſabbato ſoluitur. Membrum igitur illud, ut non ſoluatur lex Moſis: non antecedentibus, ſed conſequentibus coniungendum eſt. Nunc totius loci, quamuis alte latentem ſenſum conſideremus. Superat, inquit, circunciſio, & curatio huiuſcemodi uulneris, Moſis conſtitutionem de ſabbato. Neceſſe enim eſt, ut medicinalis cura eodem die de circunciſo habeatur. Quomodo igitur prohibere uos uultis, ne totum quis corpus hominis die ſabbati curet, quum ipſe Moſes in parua quadam particula id cōceſſerit? Circunciditur enim curaturq̄ circunciſus abſq̄ ulla culpa in ſabbato. Fruſtra ergo indignati, præuaricatorem me putatis, qui totum hominem ſanum feci in ſabbato. Ita huius rei quaſi figura uidetur fuiſſe quod Moſes ſtatuit: cui uos, ut putatis, inhærentes, uel

Universidad de Deusto
Biblioteca



ursi atrocem susc̃ipere cædem legis illius contemnentes, conamini.

*Quid otium sabbati significabat, & de circuncisione.*

CAP. LI.

Deut.1. NOlite iudicare secũdum faciem: sed iustum iudiciũ iudicate.) Lex, inquit, quam defendere uidemini, aperte clamat, non esse considerandam personam iudicio, quia iudicium dei est. Vos ergo, qui me propter sabbatum incusatis, & hac de re mihi irascimini, nolite negligere legem, nolite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicate, & cum Moseñ, qui propter circuncisionem à patribus traditam, legem de sabbato dissoluit, præuaricatorem (recte facientes) non putatis: filium quoq; unigenitum (qui quæ pater facere solet, eadem natura facit) ab omni absolui-
B te crimine. Si uerò solũ filium condemnatis, Mosen, quamuis simile omnino fecerit, absoluentes: nonne secũdum faciem lege spreta inique iudicatis, mandatis meliorem diuinis Mosen facientes? Ita de sabbato legem soluere solam falso accusatus, multas illos transgredi leges ipsa re arguit, illud quasi euangelicum clamans: Festucam in o-
Lucæ 6. culo fratris tui uides, & trabem quæ in tuo est sentire nõ potes? Pessima profecto res est, iudicium efferre de alijs. Nam in quo alium quis iudicat, in
Rom.2. eo semetipsum condemnat, ut scribitur. Propterea etiam à saluatore dicebatur: Nolite iudicare, &
Lucæ 6. non iudicabimini: non condemnate alios, si condemnatum iri non uultis. Verum saluator noster non modo propter ea quæ diximus transgressor
C minime fuit, uerumetiam & quia tempus constitutum iam uenerat, in quo quas priscis dederat umbras, ad ueritatem & spiritalem sensum transponeret. Sed quoniam de sabbato, & circuncisione mentio facta est, non erit inutile studiosis, si
Sabbatismus. diligenter considerabimus, quid sabbatismus, & quid circuncisio in octaua die data, significabat: & quam non ob rem etiam in ipso sabbato circũcisio fiebat. Ordine igitur procedentes, legem de sabbato primo positam inspiciamus. Quum igitur ab Aegyptiorum seruitute, per Mosen in
Exodi.12. priscam libertatem Hebræorum genus deus uendicaret, per media traductum maria in terram repromissionis proficisci iussit: & ad continentiam probitatemq; animi illos exercens, in montem Sinai concione uocata in ignis specie descen-
D Exod.20. dit, & salutaria dabat mandata, dicens: Ego sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, à domo seruitutis. Non habebis deos alienos coram me: non facies tibi sculptile in omnem similitudinem, quæ est in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra, non adorabis ea, neque coles: ego enim sum dominus deus tuus fortis, & zelotes. Oportebat profecto hinc incipere, ac cognitionem dei hominibus ijs imprimere, qui seipsos in obsequium dei dedicarunt. Omnium enim utilitatum dei cognitio fundamentum, radixq; est: fides porrò, rectæ pietatis firmissima basis est. falsis ergo deis abiectis, spretisq; sculptilibus, A punitionem transgressoribus imposuit, clamans: Non assumes nomen domini dei tui in uanum, id est, non adijcies horribile nomen dei sculptilibus: nec enim insontem habebit dominus eum, qui assumpserit nomen eius in uanum. His itaq; pro conditione atque statu hominum, qui quum molliores adhuc essent, maiora non susciperent, imperatis, alteram intulit legem: Memento, inquit, ut diem sabbati sanctifices: sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua: septima autem die, sabbata domini dei tui, non facies in ea omne opus. Subiecit deinde de imitatione dei hoc esse facturos: Sex enim, inquit, diebus fecit deus cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requieuit die septimo: idcirco bene
B dixit dominus diei septimo, & sanctificauit eum. Quid igitur hoc significat, quispiam dicet? aut cur statim postquam transgressoribus primæ legis minatus est, secundo loco hãc collocauit? Dicimus ergo non solum terrore ac minis ad colendum uerũ deum Hebræos impelli, uerum etiam præmijs inflammari. Quæ quidem præmia in figura illis tradidit: umbram enim futurorum bonorum lex continet, ut scribitur, exercitationes autem quædam ueritatis quamuis tenuiter propter umbras in ea inueniũtur: cessare nanq; ab omni opere, septimo, id est ultimo die iubet: futuram sanctorum requiem hinc significans, quãdo laboribus huius uitæ liberati, sudore corporũ detersо, beatam cum Christo (ut à quodam prophe-
C ta dicitur) & iocundissimã uitam agent: Obliuiscentur, inquit, tribulationis primæ, nec ascendet in cor eorum, sed æterna lætitia super caput suũ, laus & gaudium apprehendet eos, effugiet inde dolor, tristitia, gemitus. Ita qui creatoris imitatione in septimo die quieuit, à sudoribus uitæ huius ereptus, ad beatitudinẽ ascendet, quæ in fine seculorum à Christo dabitur. Animaduertẽdum autẽ est diligẽter, negatiue dictum esse, Non adorabis deos alienos. At de sabbato non sic: sed memento ut diem sabbati sanctifices. Quamobrẽ quoniam iam nõ adorandi dei alieni tempus aderat, idcirco ad actum statim ipsos impellit. Memẽto autem dicit de sabbato: quia quę umbris depingebãtur, ut futura speculari debebant. Adhæc mirabili certè ordine, posteaq; ad ueri dei cultũ induxit,
D futuræ statim repromissionis memoriam collocauit. Alias deinde leges sanxit: Honora patrem & matrem, non occidas, & cætera. Ita ne iustificari opere putemus, ne gratiã dei meritis nostris, sed fide assuturam nobis speremus: idcirco prius quã leges & disciplinam uiuendi poneret, statim cum fide futurorum bonorum gratiam posuit. Laudabile igitur sabbati otium, sanctorum uitam in requie, atq; sanctificatione tunc futuram ostendit, quando omni huius uitæ cura deposita, bonis æternis fruentur. Beatus quoq; Paulus sabbatismi modum inquirens, ait: Quibus aũt iurauit nõ introire in requiẽ suã, nisi increduli? uidemus eñ eos ingredi non potuisse. requietis enim terra illa etiam reputata erit, ad quã ab Aegypto proficisci Hebræi



Hebræi iubebantur, in figura illius acceptam, A
Psal.136. quam uiuentium terrã Dauid appellauit: quamq; uiri sancti Iosue, id est domini nostri sortitiõe adipiscentur. Quod autem figura hæc significabat, ut diximus, aperte Paulus demonstrat, dicens: Quoniam primi propter incredulitatem ingressi non sunt: idcirco post multa tempora per Psalmistam diem certum determinat. Ait enim: Hodie
Psal.64. si uocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Si enim Iosue illos in requiem reduxisset, non de alio die multo postea locutus esset. Vides quàm citò latentem obiectionem dissoluit. nam ne diceres deductum in repromissionis terram populum fuisse, requieuisseq; in ea, aliud Psalmista requietis tempus post multa tempora determinat. Vnde sapienter totam illam rem gestam, ima B ginem futurorum ostendẽs Paulus, occultam usque ad tempora sua hominibus sabbatismi rationem subaperuit, concludens. Relinquitur ergo sabbatismus populo dei: qui enim requietẽ suam ingressus est, ab omnibus uitæ huius operibus
Esa.35. profecto requieuit. Illam igitur uitam sabbatismus significat, in qua omnibus bonis cũ Christo uiuentes fruemur, peccato radicitus extirpato, se cundum illud: Non erit ibi leo, nec praua bestia il
Num.15. luc ascendet: sed erit ibi uia pura, & uia sancta uocabitur. Omnia enim bona in uisione dei mens sanctorum adipiscitur: ideo qui ligna in sabbato colligebat, lapidibus obruebatur, quoniam ueritatem in figura uiolauit. Qui enim ad illam quie-
Exod.16. tem peruenìet, nunquã inde amplius exibit. Hac C dè causa iubebatur Iudæus à suo tabernaculo die sabbati non recedere. Nam nutricem & matrem ignis, peccatum dico, ibi nemo colliget, ut nec Iudæus ligna: non intelligens ex amentia quò obumbrata illa tendebant: atq; ideo inanimis lapidibus tanquam insensatis obruebatur, ut in supplicio suo morum quasi qualitatem ostenderet. Peccatum igitur ibi nullum erit, sed nec bonum aliquod sudore acquiretur: quod etiam ænigmatice in scriptis Mosaicis perspicere licet. Roris enim modo manna Iudæis deus præbebat, & lege de eo sanxit, dicens: Sex diebus colligetis, septima uerò die sabbati non colligetis. Vnde significabat ita nobis hac in uita, quę ad æternam illam cõ ducunt, esse colligenda: quemadmodum illi tunc
D per uastas solitudines transcurrẽtes, undiq; manna congregabant. In septimo autem, atq; ultimo die, id est in fine seculorum nulla conferrentium erit collectio: sed acquisitis fruemur, ut scribitur:
Psal.127. Labores fructuum tuorum comedes. Deus igitur, non quia umbris gaudebat, sed quia per eas ad ueritatem omes inducere uoluit, quiescere in
Exod.16. sabbato iussit: unde per Mosen increpando dicebat: Quousque non uultis audire mandata mea, & legem meam cognoscere? Ideo dominus dedit uobis in sexta die duorum dierum panem, ut domi uestræ sedeatis, nullus uestrũm exeat de domo sua die septima. Intelligis ab omni labore liberam uitam præfigurari: nihil agere in sabbato præcipit, colligere quicquã non permittit, in suo

quemq; loco morari iubet: quibus omnibus quid nos doceat dicemus, si Hieremiæ consimilẽ locũ repetemus. Hæc dicit dominus: Custodite animas uestras, & nolite portare pondera in die sab- Hiere.17.
bati, nec inferatis per portas Hierusalem, & nolite ejicere onera de domibus uestris in die sabbati, & omne opus nõ facietis. Sanctificate diẽ sabbati, sicut præcepi patribus uestris. Non permittit aliquem onere deprimi, quia nemo tunc delictorũ pondere agitabitur: nec egredi à Hierusalem iubet, quia sanctorũ multitudo cœlestẽ Hierusalem ingressa, nunq; inde amplius exibit, nec illis bonis unq; priuabitur. Vocatio enim & gratia dei firma est, ut Paulus ait. Iterũ aũt eandem repetisse Rom.11.
rem uidetur, dicens: Non exibitis è loco uestro. Subostendẽs multas esse apud patrẽ mansiones, Ioan.14.
Cuius rei figuram uarietate sua tabernaculũ obtinebat: dabitur enim unicuiq; mansio secundum merita sua: & qui tabernacula illa possidebunt, nunq; horum munerũ diuinitus sibi donatorũ iacturam facient. Cui rei etiam Esaias attestatur, di- Esa.33.
cens: Oculi tui uidebunt Hierusalẽ ciuitatem, diuitem, tabernacula quæ nõ quatientur, nec mouebuntur in seculũ. Immobilẽ enim, atq; stabilem illam uitã fore ostendit. Sancta eñ omnino ex Christo dedicata erit. Hæc etiam alijs scripturæ locis simili quodã modo dicuntur. Scribitur eñ in Exo- Exod.23.
do: Sex annos seres agros tuos, & colliges fructus eius: in septimo uerò incultos dimittes ipsos. et in Leuitico: Cũ ingrediemini in terram, quã ego da Leuit.25.
bo uobis, requiescet terra quã ego do uobis, sabbata domino. Sex annos seres agros tuos, & sex annos putabis uites tuas: in septimo uerò requies erit agrorũ, sabbata domino. Non enim insensatos agros præcipue quiescere uoluit, sed à labore propter futurorũ figuram illos remouebat: multis modis solennitatem Christi significãs, in qua perfectã libertatẽ in sanctificatione per gratiã sancti spiritus dipiscemur. Quod mandatis etiam quibusdam Moses significauit, dicens: Si frater tuus, aut soror tua, id est Hebræus, aut Hebræa ti- Exod.21.
bi uẽdetur, sex annis seruiet tibi, septimo uerò anno dimittes. Nam qui peccato seruiuimus, & illecebris uoluptatis diabolo nos uẽdidimus, iustificati per fidem Christi, ad uerum & sanctum perueniemus sabbatismum, libertatem gratiæ induti, & bonis diuinitus resplendentes. Verum, quo niam satis pro uiribus nostris de sabbato dictum Circuncisio
est, de circuncisione modò dicamus: omnẽ laborem pro cognitione harum rerum libenter ferentes. Scrutemur igitur diligenter, gratia illius precibus inuocata, qui tenebras illuminat, quid circuncisionis figura priscis hominibus data spiritaliter significat, nec uos pudebit (quamuis non ignoremus parua hæc esse, multaq; perfectiora ædi possе ab illis, qui se lõge à peccato remouerũt) humilia hæc nostra legenti proponere. Prima igitur de circũcisione à deo hæc lex Abrahæ illi data fuit: Genes.17.
Seruabis, ait, testamentum meũ tu, & semen tuũ post te in generationes suas: circuncidetur omne masculũ, & circuncidemini carnẽ præputij uestri.

Infans

Universidad de Deusto
Biblioteca



Infans octo dierum circuncidetur, omne masculum. Hanc figurã mysterij necessariam ostendēs, pœnam transgressoribus infert, dicens: Et erit testamentum meum super carnem uestram in testamentum æternum: & masculus qui non circuncidetur carnem sui præputij in die octauo, disperdetur anima illa è genere suo: quia testamētũ meum non seruauit. Diuinus quidem Paulus in signum fidei, quam in præputio habuit Abraham, ei circuncisionem datam asseruit. Voluit enim, ut mihi uidetur, & res ipsa clamat, uocationem & iustitiam fidei omni legali mandato priorem, & superiorem ostendere. Vt facilius persuaderet Hebræis, ne iustitiam fidei præuaricationē legis putarent, sed reditum quendã, atq; recursum in priorem hominis statum. Sed alium etiam quendam modum circuncisionis tradere inuenitur. Iudæis enim consulens ne in carne se iactent: Non est inquit, in manifesto Iudæus, neq; quæ in manifesto in carne circuncisio: sed qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu, non in litera: cuius laus non ex hominibus, sed ex deo. Hinc aperte ostendit non in signum circuncisionē solummodo datam fuisse, sed maius præterea quiddam ac spiritale significare. Altius igitur consideremus quænam sit spiritalis circuncisio, cuius figura erat quæ in carne fiebat. Scrutemur etiam quamobrem nõ quouis, sed octauo solummodo die adhibebatur. Illud igitur perspicuum est, propterea omni nos præparari modo oportere, atq; mundari, ut per fidē Christo coniungi possimus. Quoniam omnis intentio nostra est, per Christi meditationem deo connecti. Cuius rei habes imaginem, quod à deo ad Mosen dicitur: Vade ad populum, & sanctifica illos hodie & cras, lauētq; uestimenta sua, & sint parati in diem tertium: in die enim tertio descendet dominus coram omni plebe super montem Sinai. Probitatem enim morum studiose acquirendam significat. Lotione autem indumentorum, corporis puritatem ostēdit. Indumentum enim animæ quodam modo corpus est. Quoniam ergo præparari præmundariq; omnes oportet, qui deo coniungi student (sancti ait, sitis, quia ego sanctus sum) propterea purificationis signum circuncisione carnis priscis hominibus datũ fuit. Quod quidē facile intelligemus, si conditionem considerabimus nostram. Voluptas quædam ante omne peccatum præcurrit, & feruens cupiditas ad delicta solet illicere: quæ ante peccandi actum insidet, & mentis consensum arripit, persuadens facile hac uia ueniendum nobis esse quò gliscimus. Quod uerum Christi discipulus ostēdit, dicens: Nemo qui tentatur, dicat à deo se tentari. Neminem enim deus tentat, sed unusquisq; à sua cupiditate distractus atq; seductus tẽtatur. Cupiditas deinde postquã cõceperit parit peccatum: porrò consummatio mortem generat. Vides quomodo ex cupiditate improbitas ortum ducit. Vides quomodo ex uoluptatis semine delicta producuntur. Hac de causa iussit deus illam corporis particulam, in qua, & per quã uoluptatis fontes scaturiunt, ferro circũcidi. Vt hoc ænigmate perdiscamus, nullo nos pacto mũdos unquã futuros, nisi diuini uerbi actum in corde quasi acutam spiritus bipennem retinentes, omnem turpem ex animo cupiditatem, eiſciamus: nec quę uoluptas expetit carnis, quamuis iocundissime uideantur, sed sola quæ deo placent facta mus. Hæc quum uera circuncisio sit: merito ad eos dicimus, qui carnis circuncisione gloriantur. Circuncidimini deo, & circuncidimini duritiam cordis uestri omnes qui habitatis Hierusalem. Nihil enim facit qui carne circunciditur, nisi quod in carne circuncisus est. Qui autē in spiritu hoc peragit, in octauo (id est in resurrectione saluatoris) die, uiuet in Christo, ut ait Paulus: Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in deo: quum autem apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria. Vere nanque dicere possumus, mortuos esse omnes mũdo, qui uoluptates mundi propter deum contemnũt, qui cum Paulo dicere possunt: Non gloriamur nisi in cruce Christi, per quem nobis mũdus crucifixus est, & nos mundo. Participes enim illius per spiritum facti, qui absq; manu nostram radicirus immunditiam circuncidit, mortui mundo sumus, ui uimus autem deo. In octauo igitur die circuncisio fiebat, neq; ante octauum, quoniam resurrectionis erat figura. Non enim est datus ante resurrectionem Christi, sed post illam spiritus, quando in discipulos sufflans dixit: Accipite spiritum sanctum. Sed Iudæis quidem, qui sub lege adhuc ac serui erant, circuncisio carnis ferro facta conueniebat: accipitur enim à lege ferrum in punitionē. Nobis autem qui liberi, spiritalesq; sumus, spiritalis circuncisio atq; purificatio congruit, quæ omnes animi sordes exterminat, & perfectionē pietatem fidei adducit. Quod aũt spiritali hac circuncisione, quę per pietatem perficitur, gloria nostra impletur: si diligentius considerabimus, quæ de Abrahã scripta sunt, facile cognoscemus. Nonagintanouem ergo annorum fuisse Abraham scribitur, quando ei deus circũcisionem tradidit. Qua re aperte ostenditur, quod ianua quædã ad perfectionem circuncisio sit, nec posse quenquã ullo perfici pacto, nisi obumbratam purificationem circũcisione possideat. Perfectionis enim signum denarius in se reuolutus numerus est. Ante perfectionem ergo circuncisio datur, quæ nos ad perfectionem facile deducit. Hæc autem spiritalis circuncisio, solis per Christum liberis hominibus debetur. Nemo enim liber est nisi in Christo peccati iugum, & diaboli seruitutem exculierit, & uinculis delictorũ diruptis, iustitiæ gloria redimitus sit: eius inquã iustitię quæ in fide Christi habetur. Quod aũt liberis, nõ seruis in octauo circuncidi die conuenit, ipsa nos scriptura docebit. Ismael enim Abrahæ filius de serua natus, nõ in octauo die, sed in rertiodecimo anno fuit circũcisus. Ita seruientis Hierusalem filiũ, id est Iudaicum populum, & ab octauo die & à duodecimo excidisse ostendit. Nam ab octauo quidē excidit, quia

Rom.4. B

Rom.2. C

Exod.19. D

Leuit.19.

Iacob.1.



quia resurrectionem Christi salutarem factam in octauo nequaquam suscepit: euangelicam enim Christi doctrinã repulit, cui si credidisset, spiritaliter etiam circũcidi potuisset. A duodecimo uerò excidit, quia sanctorum apostolorum consortium recusauit, nec ullo pacto uoluit prædicationem illorum gustare. Sed nõ ita liber Abrahę filius ex libera natus. In octauo enim circũciditur, quia supernæ Hierusalem filij octauum diem, resurrectionem Christi suscipientes, & in libertatẽ uendicati, spiritali circũcisione locupletati sunt. Nam à peccato & morte, quæ per peccatũ, & ex peccato est, liberati, in Christi uitã reformati sunt. Quod autem mors soluatur, & interitus per spiritalem hanc circuncisionem euertatur, nõ difficile ab Exodo cognoscemus, ubi scribitur: Moses ad Aegyptiorũ tyrannũ diuinitus missus, quum esset in itinere in diuersorio, angelo occurrisse, qui uolebat eũ occidere: sed cepit illico, inquit, Sephora petram acutissimam, & circũcidit præputium filij sui, dicẽs: Stetit sanguis circuncisionis filij mei. Attende, examinaq; ista diligentius oro. Nam nisi mystica quędã ratio nobis, hac de re traderetur, non uideo qua de causa circũcisione pueri Moses saluaretur. Ridiculũ enim uideretur, nisi altius quicq; in historia lateret angelũ, qui ut atrox bestia in Mosen insurgebat, circũcisionis sanguine placatũ illico recessisse. Nõ sufficit igitur Mosi circũcisio, quam habebat: non enim depellere potest mortem uirtus circũcisionis legalis, cum prauis similiter ac bonis præbeatur. Spiritalis autem circũcisio, quæ per Sephoram, id est per ecclesiam optime celebrat: terret exterminatorẽ, fugatq; à nouo nuperq; nato populo etiã nolentẽ. Sed quomodo, dicet aliquis, nõ solum nouus populus spiritaliter circũcisus, uerũetiam omnes qui spiritalis circũcisionis expertes sunt, à morte resurgent? Sed non dubito, quin in quantum noluerunt Hebręi resurrectionem Christi suscipere: regnatura perpetuo mors fuisset. Verũ quoniam multi crediderũt, per eos in omne genus humanũ resurrectionis gratia penetrauit. Ita per spiritalem credentiũ circũcisionem, omnib. simpliciter resurrectio donata est, quamuis multum inter resurrectionem & resurrectionem interesse uideatur. Alteri enim in iudicium & cõdemnationẽ resurgẽt, quia uitæ largitorem non susceperũt: alteri ad uitã æternam, qui resurrectionẽ Christi admirati, spiritualiter se circuncideruntt. Quãuis ergo credentibus sola resurrectionis gratia debeatur: transfundit tamen in omnes per eum, qui tõtam naturam restituere uoluit. unde Paulus ait: Sicut eñ aliquã do & uos non credidistis deo, nũc autem misericordiam consequuti estis propter illorũ incredulitatem: ita & isti non crediderunt nunc in uestrã misericordiam, ut & ipsi misericordiã cõsequantur. Transmittit eñ etiam ad eos Christus resurrectionis suæ bonum per fidem uestram. Bonitate nanq; sua, quod credẽtibus debetur, uniuersæ naturæ largitur, quale Paulus resurrectionis breuiter aperiens mysterium, primitias eius Christo attribuit. Primus eñ resurrexit, deinde fide Christo coniunctos, ante alios resurrecturos dicit, debitam huic eis resurrectionem ostendens. Nã & si tota natura id habebit, misericordia tamẽ hoc fit eius, qui mortẽ omnino uoluit destruere. Animaduertendũ etiam, nõ ferro circundidi â Sephora puerum (in punitionis enim signum accipi ferrum solet, & legi subditis idoneum est) sed acutissimo lapide, quem in figuram Christi adhiberi, â scriptura nõ ignoramus. Soliđ nanq; ac firmũ, quod nullo pacto frãgi potest, natura uniti hoc modo significatur. Quamobrem adamas etiã à deo patre per prophetas Christus appellatur: Ecce, inquit, ego excolabo adamãta in medio populi Israel. per figurã enim adamantis, nullo modo uinci, superariq; posse ab aduersariis ineffabilẽ uerbi naturã significat: sic post Mosen Iosue Iudæos purificabat, & circũcisione aduersus durissimos hostes armabat, nõ aliter inuictum populum fore uidẽs, nisi circũcisionis bono. sic enim de ipso scribitur: Et ait eo tẽpore domino ad Iosue: Fac tibi cultros lapideos ex lapide acuto, & circũcide filios Israel. Lapis igitur (ut diximus) stabilem atq; infringibilem naturã uerbi denotat: acuties uero penetratiuã uirtutem, atq; actionem eius significat. Ideò Paulus etiam ipse diuinus, uiuum, efficax, & penetrabilius omni gladio ancipiti uerbũ dei appellat, penetrareq; ipsum ait usq; ad diuisionẽ animę & spiritũ. Hoc igitur Dei uerbum ita subtile atq; incisiuũ, quum ad corda nostra per spiritũ sanctum penetrauerit, ab omni peccatorum sorde nos liberat, & circũcisos spiritu suo immaculatos & sanctos efficit. Vide igitur, quæso, perspicuam ueritatis imaginẽ. Iosue circuncidebat, et nouus populus circuncidebatur. nã qui ab Aegypto recesserũt, propter duritiam suam ira Dei perierũt in deserto, nec uiderunt terram, quam iurauit dominus patribus eorũ: qui uerò post illos sub Iosuè fuerunt, nouí populi figurã tenebant, qui per Christum Iesum spiritaliter circũcisus est. Vetus autem Israel perfidia sua perijt. Circũcisi autem fuerant posteaquàm Iordanem traiecerũt: quia spiritalis hæc circuncisio nisi quis mysticum Iordanem, & sanctas tranauerit aquas, in corde suscipi nullo pacto potest. Sed utilitatem quoq; circũcisionis uide. Scribitur enim, statim postquam circuncisi fuerunt: quia hodierno die opprobrium Aegypti abstuli à uobis, q̃d porrò est hoc opprobrium: seruitus profecto, & rapiendi ex imbecillitate cupiditas, labor præterea in luto & latere, spiritalis etiam circũcisionis uirtus, à diaboli potestate liberat homines, & à tyrãnide peccati eripit, & luto ac lateribus facit superiores. Non eñ patitur in sordida corporis uoluptate, aut in terrenis, caducisq; reb. nos uolutari, à morte quoq; ac interitu redimit, & demum naturę nos diuinę facit participatione saluatoris participes. Scribitur enim consequenter: Et fecerunt filij Israel pascha quarto decimo die mensis, & comederũt ex

Exod.4. B

Esa.28.

Hebr.4.

Ioan.5. D

Rom.11.

Ioſ.5.

Ioſ.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca



frumento terrę panes azymos atq; recentes. Nō enim possum⁹ aliter ueri agni, qui tollit peccata mundi, fieri participes, nec azymum euāgelij, & recens consequi nutrimentum, nisi prius mysticum transgressi Iordanem à iuuentute uerbo circuncidamur, ac Aegypti opprobriū, inhærentes dico delicti maculas penit⁹ abijciam⁹. Quod enim incircūcisos, quasi sordibus plenos deus nō propter carnē, quam ipse creauit, sed propter uoluptatē aspernatur, facile cognoscem⁹, si ad Mosen atq; Aaron diuinitus dici audiamus: Hæc est lex paschę: Omnis alienigena nō comedat ex eo: & omnem seruum, & emptum argento circunci des prius, & tunc comedet ex eo. Primo enim hominem alienigenam, id est alienū propter incredulitatē à Christo, à comedendo prohibet: deinde peccati seruos, & mercede uoluptatis à diabolo emptos, circūcisos purificatosq; prius, ad edē dū postea opportune admittit. Puri enim ac mūdi, puro & sancto Christo participabimus, ut in ecclesijs clamari audimus, sancta sanctis: æquū enim uere ac iustum est, quum nō legali, sed propria sanguinis aspersiōe nos Christus saluauerit, ut nos quoq; propriam uitam iure iam debitā illi attribuamus: ac illi uiuam⁹, sanctificationē nostrarum animarum ei penitus dedicātes. Quod autem sanguis, & mors Christi ab omni nos malo liberauerit, & spiritalē attulerit circuncisionē, qua Deo coniungimur, inde rursus uidebimus. Scribitur enim in libro Iosue: Et post hæc mortuus est Iosue filius Nun, seruus domini centum & decem annorū: sepelieruntq; eum in finibus possessionis suæ, & in sepulchro eius posuerunt cultros lapideos, quibus circūcidit filios Israel. Nō enim absq; causa cultri eodē cum illo in loco positi sunt: uerū, ut nos discamus circuncisionis spiritalis gratiam (quæ bonorum cœlestium nobis est pronuba) saluatoris morti esse affixam. Nihil ergo Iudaicum per circuncisionē in die octauo, sed spiritalem purificationem in fide resurrectionis Christi intelligamus: hæc circuncisio, omnis peccati deiectio est, mortis atq; interitus destructio, sanctificationis initiū. Hęc nos Christo coniungit, ianuam aperit, & uiam ad Deū præparat. His ita de sabbato, & circūcisione dictis: reliquū est, ut breuiter dicam⁹ quamobrem spiritalis circuncisio, sabbati honorem non respicit. Suscipitur enim etiam in sabbato, sabbatismi legem nō perhorrescens. Quum igitur sabbatism⁹ requiē significet, ut diximus, & delicti omnis abiectionem, quūq; spiritalis circūcisio nihil aliud quàm hoc, quamuis aliomodo denotet: nō soluit, etiā si uideatur, legem quæ de sabbato est, imò roborat, & ad eandem intentionem currit. Ita idem est circuncidi spiritu, & in sabbato quiescere. Nō enim rudiori historicæq; figuræ inhęrebimus, sed spiritualiter uerba spiritus intelligemus. Non ergo erat culpa etiā in sabbato circūcidi: nec enim (ut saluator ait) iure accusari poterāt sacerdotes sacra peragentes in sabbato, ac in tęplo quę quotidie consueuerunt, facientes. Nullo enim tępore à boni operatione cessandū est: nec pia studia unquam relinquenda sunt. Sabbatismus ergo à detestabili peccato solūmodo prohibet: rectè autem agere etiā hortatur, quod per circuncisionē quoq; discimus. Quū enim sordida uoluptas amputatur, tunc peccandi oritur sabbatismus, & spiritalis cultus fundatur. Parua tamen inter hæc latere differentia mihi uidet. Nam quū nō in septimo, nec in octauo utraq;, sed alterū in septimo, alterū in octauo celebrare iuberētur: paruā, ppter ppinquitatem dierū inesse differētiā significare mihi uidetur. Non est enim omnino idem cessatio ab aliqua re, ut peccato, atq; abiectio. In cessatione nanq; à peccato, turbationes animi, quamuis ratione quasi freno sedātur, ui quadā ad quietem reductæ, & exercitatione atq; labore uirtutis superatæ, non tamen penitus ab animo extirpantur. Abiectio uerò turbationum maius quidem est, ad quam peruenire non possumus, nisi prius ab actione peccandi cessauerimus, & inde gradum facientes, ad hoc maius facilius cōscendamus. Sed cessatio quidē à delinquendo in nobis quoq; esse uidetur: desinemus enim à malo, si toto animo probitatē complectemur. Abiectio uerò turbatiōis omnis, atq; cessatio nullo pacto in nobis est: sed Christi, qui pro nobis passus est, ut omnes ad nouam uitam reformaret, opus est propriū. Propterea iure octauū circuncisio diem retinet, diem resurrectionis, qua renouamur, nobis adducens. Cessatio uerò proximam illi septimam diem obtinet. Inferior enim (ut tetigimus) cessatio à peccando gradus est, unde ad abiectionem turbationum perpetuam, per gratiam Christi ascendimus.

Exod. 12.

Ios. 24.

Quarti libri commentariorum diui Cyrilli super Ioannem,
FINIS.

IN



# IN EVANGELIVM IOANNIS LIBER QVINTVS, ADIectus explanationi Cyrilli per Iudocum Clichtoueū Neoportuensem, doctorem Theologum.

## CAP. I.

DICEBANT ergo quidam ex Hierosolymis: Nonne hic est, quem quærunt interficere? Ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid uerè cognouerunt principes, quia hic est Christus?)

Qui ex Hierosolymis erant, melius quàm externi, improbos principum, & pharisæorum conatus ad mortem Christo inferēdam nouerunt: ut qui cum eis uersabantur, & studia eorum atq; consilia habuerunt plus cęteris explorata. Idcirco uidētes Christum tanta constantia propalàm eis loquentem, in admirationē ducti sunt, quod tanta diligentia ante quæsitus fuerit, & nūc quū coràm adest, à persequentibus minimè detineatur. Siquidem ignorabant qua potentia id effectum fuerit, quod nō teneretur: nesciebant diuinæ id opus esse uirtutis, & à domino factum esse, qui sæuitiam eorum ad præsens compescuit, ut magna cum libertate loquenti, nullus ne uerbo quidem obsisteret. Et quoniam uera eos facti causa latuit, aliam ipsi sub dubitātes suspicantur, scilicet principes sacerdotū suam de Christo mutasse sententiam: & quem prius Christum esse fuerant insiciati, nunc demum cognouisse eum reuera esse Christum, & eam ob rem à persecutione eius animo in contrarium mutato destitisse. Proinde cum admiratione scisciantur apud se: Nunquid uere cognouerunt principes quia hic est Christus?

*In quatuor intermedios libros commentariorum Diui Cyrilli in Ioannem, sparsim adiecta.*

Cęterum non desunt etiam sacri euangeliorū interpretes, qui hanc particulam, ex Hierosolymis, in præsenti loco adiectam cōsulto ab Euangelista arbitrantur: ut ostenderet quod qui multa & magna uidebant miracula, ij miserabiliores erant: qui maximum diuinitatis signum acceperant, perditorum principū iudicium sequebantur. Maximum certe id diuinę in Christo uirtutis fuit argumentum, insanientium homicidarum, & insidiantium, & quærentium se interimere, & iam comprehēdentium furorem sedare. Non enim humanæ fuit facultatis, id præstare, aut tam facile tantam extinguere insaniam: illo tamē conspecto signo, & compluribus alijs diuinā Christi potestatē attestātibus, ij qui ex Hierosolymis erāt, & idcirco frequētius cęteris procul distantibus cōspicere illa poterāt, et cōspiciebāt, nō sunt ad credendum inducti, nec ad ueram fidem cōuersi. Quod sane ad maiorem illis accedit cumulum damnationis, & peccatum ipsorum reddidit multo grauius, quū de ipsis & similibus eorum dixerit Christus discipulis suis: Si nō uenissem, & loquutus eis non fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem nō habent de peccato suo. & rursum: Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem & uiderunt, & oderunt & me, & patrem meum. Alio præterea in loco legitur dominus exprobrasse ciuitatibus, in quib. factæ sunt plurimæ uirtutes eius, quia nō egissent pœnitentiam, his uerbis: Væ tibi Chorazin, uæ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factę essent uirtutes, quę factę sunt in uobis, olim in cilicio et cinere pœnitentiam egissent: uerumtamen dico uobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, quàm uobis. Et tu Capernaum, nunquid usq; in cœlum exaltaberis? usq; in infernum descendes: qa si in Sodomis factę fuissent uirtutes, quæ factę sunt in te, forte mansissent usq; in diē hanc: uerūtamen dico uobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij, quàm tibi. Sed nōnne & nobis, qui Christianorū nomen habemus, utinā & rem ipsam, uenit Christus, & loquutus est per sacra eloquia, euāgelicumq; sermonem: ut longe uerius in nobisipsis quàm Iudęis cōpletum sit illud Psalmi uerbum: Qui annunciat uerbum suū Iacob, iustitias & iudicia sua Israel: nō fecit taliter omni nationi, & iudicia sua nō manifestauit eis. Nonne & signa in nobis fecit Christus? non quidem per operum præsentiam, sed fidei efficaciā, qua incōcussę credimus ipsum uere fuisse eorū (quæ in euangelijs legimus) signorum autorem. Si igitur digne secūdum nostram uocationem, professionemq; nō uixerimus, magnopere formidandum est, ne grauior inde nobis immineat damnatio: ne & id meritò nobis exprobretur, Quod si Turcis, Saracenis, Iudæis nostræ tempestatis, & quibusuis alijs populis à Christo alienis, prædicata esset Christi lex & promulgatum euangelium, sicut & nobis: exactius illius, quàm nos instituta seruarēt: rectius in uia mandatorum dei ambularēt, maiorq; solicitudine salutē suam cum tremore, quàm nosipsi operarentur: & exinde mitius cum eis in districto iudicij examine, quàm nobiscum ageretur, qui legis agnitæ sumus præuaricatores, & uerborum Dei contemptores, fideiq; datæ uiolatores.

Ioan. 15.

Matth. 11.

Psal. 147.

## CAP. II.

SEd hunc scimus unde sit: Christus autē quū uenerit, nemo scit unde sit.) Verba hæc Hierosolymitarum planè indicant ipsos haud rectè de Christo sentire, neque syncęræ fidei firma adhuc iecisse fundamenta. Postquam enim admirati sunt ipsum in medio cōspectu aduersariorum consistentem à nemine quidem comprehendi, aut uerbo lacessi, ratiq; sunt Pharisæos fortasse in hanc inductos esse existimationem, quod ipse esset Christus, nūc suam erroris tenebris inuolutam, & pestiferæ pharisæorum sectæ consentaneam depromunt sententiam, utpote suo ipsorum iudicio ipsum nequaquam esse Christum,

Universidad de Deusto
Biblioteca



quam sanè improbam opinionem ratione quoque fulcire annituntur. Hunc, inquiunt, scimus unde sit. Nouerant ipsi ex quibus secundum uulgatam hominum existimationem natus esset parentibus, filium Ioseph, ut putabatur, & Mariæ eum esse autumantes. Nouerant itidem locum educationis eius, & quod in Nazareth nutritus Luce 4. fuerat, ut inquit Euangelista: hinc se scire profitentur, unde ipse ducat originem. De Christo uerò neminem sciturum, inquiunt unde sit, Esaiæ testimonio forsitan innixi, de Christo dicen Esa.53. tis: Generationem eius quis enarrabit? & ex his colligunt Dominum nostrum nequaquam, ut Christum esse recipiendum: non satis attendentes in eo duplicem esse substantiam atque naturam, humanam scilicet, secundum quam utique in parte nouerant unde esset, non tamen omnino, quia & Ioseph eius patrem natura putabant, & uirginis partum ignorabant: & diuinâ, quam neque in eo perspectam habebant, neq; unde ipsam sortitus erat, agnoscebant. Porrò propheta de diuina, & æterna eius à patre generatione pro Psal.109. locutus est: quę non modo hominum, sed & angelorũ linguis est inenarrabilis. Quomodo em̃ ex utero ante luciferum pater filium genuerit, nec lingua satis eloqui, nec mens ulla ualet comprehendere. Arbitrati autem sunt hi, qui defecerunt scrutantes scrutinio, prophetam de tempo- Psal.63. ranea, & humana Christi generatione duntaxat uerba fecisse. Et idcirco insipiens factum est cor C eorum, & credentes se esse sapientes (ut Paulus Rom.1. ait) stulti facti sunt. Porrò quamuis id Esaiæ oraculum modò adductum, de æterna Christi à patre generatione secundum diuinitatem rectè accipiatur, nihilominus & de generatiõe eiusdem secundum carnem etiam ueritatem habet, & à propheta quoque in eo loco de humana Christi natura, natiuitate & passione loquente, secundum hunc etiam sensum ibi adducitur. Quis enim satis eloquetur quomodo uirgo spiritu sancto fœcunda, Deum & hominem felici partu, & uirginali seruata integritate mundo protulerit? Itaque de utraque Christi natiuitate prophetico ille sermo uerus est. Et potuerunt quidem ex illo occasionem sumere, qui hęc cauillabantur, asserendi quod Christus quum uenerit, nemo scit D Esa.45. unde sit, aut ex illo uerbo Esaiæ: Vere tu es deus absconditus, saluator Israel, aut alio quouis scripturæ loco. Verum id nihil refert, quoniam id uerbum Hierosolymitarum non tam secundum ueritatem, quàm eorum opinione dictum est. Siquidem euoluenti scripturas attentius, perspectum erit prænunciatum à prophetis esse, & multo ante significatum, unde Christus etiam secundum utramq; naturã habiturus esset originem. Secundum diuinã quidẽ, quod à deo patre pro- Psal.2. dierit, attestatur Psalmus quum dicit: Dominus dixit ad me, filio meus es tu, ego hodie genui te. Quod manifeste de Christo domini in principio psalmi expresso, intelligendum designatur. Quod itidẽ à deo patre in mũdũ esset mittẽdus, A insinauit Esaias quũ ait: Et nunc Dominus misit me, & spiritus eius. Secundum humanam uerò naturã, quod ex semine Dauid sumpturus erat originem, prædixerat Esaias, dicens: Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini. Quod etiam ex matre uirgine nasci deberet, præsignauerat illud Esaiæ oraculum: Ecce uirgo cõcipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel. Denique locum natiuitatis eius, quod scilicet in Bethleem ędendus esset in lucem, designauerat hæc Micheæ prophetia: Et tu Bethleẽ terra Iuda, nequaquã minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populũ meum Israel. Vides igitur, quo pacto ex diligẽti scripturarum indagine potuisset id exploratũ haberi unde Christus esset. Qua ergo fronte, qua fiducia, qua denicq; ratione audebunt inimici id proloqui & asserere, quod Christus quũ uenerit, nemo scit unde sit? Verum quia scripturas nõ sunt scrutati, quę testimoniũ perhibẽt de Christo: quę ipsi ex sua ignauia ignorabãt, putauerũt & ab alijs sciri non posse, & à nemine cognosci debere.

## CAP. III.

CLamabat ergo Iesus in tẽplo docens, & dicens: Et me scitis, & unde sim scitis, & à me ipso non ueni, sed est uerus qui misit me, quem uos nescitis.) Insusurrabant illi ex Hierosolymis alter alterius auribus, quæ modò dicta sunt de Christo sensisse, & demissa uoce hæc apud se musitabant. Christus autem, cui omnis etiã cogitatus loquitur, & cor omne patet, eorum uerbis tacite prolatis libera & alta uoce respondit, hoc uno signo deũ se esse cõtestans, qui solus nouit abscondita cordis. Nõ itaq; immurmurabat aliorũ auribus submissiore uoce Christus, quod eis responderet, sed clamabat in templo, quo sua uox ad plures deferretur. Recte dicitis, inquit, quod me ipsum, & unde sum cognoscatis: nam secundum humanæ conditionem naturæ, & meum genus, & locum natalem, uultusq; effigiem probe dinoscitis. Veruntamen aliquid in me reliquum est quod uos nescitis, diuinæ scilicet naturæ ueritas, quam à meipso non habeo, sed à patre, à quo mihi tradita sunt omnia. Quum igitur hanc mihi inesse ignoratis, profecto & me nescitis, & unde sim nescitis. Et quo magis apertum sit uobis altioris huius naturæ mysterium, non mea solius autoritate aut sententia ueni in hunc mundum, per assumptionem carnis, & unionem eius ad deitatem: sed pater ipse cœlestis me misit in mundum, ut saluem eum. Pater inquam uerus: quia quod longis ante temporibus promiserat per prophetas, se uidelicet missurum saluatorem & redemptorem, id ipsum nunc exhibuit, & promissionem suam opere compleuit. Quod si uerus est pater, qui misit, cõsequens est & uerum esse filium qui missus est, quin imò & ueritatem ipsam, ut de se dicit: Ego sum ueritas. Et in Psalmo orauit Dauid patrem: Emitte lucem tuam & ueritatem tuam. Et Ioannes in epistola:



stola: Christus est ueritas. Nõ igitur obsurdescere debent homines, aut incredula mẽte resistere uerbis filij, qui uerus est perinde atq; pater: nam impietas in filium, & contumelia etiã in patrem ascẽdit. Ecce quomodo his uerbis eos ad fidem impellit, ostendens eos qui sibi repugnant, & patri quoque mittenti dura ceruice obluctari. Verum tantę ignorantię, quam de Christo Iudei habent, causam subnectit: dicens eam præcipuam esse, quod nesciant patrem. Nõ em̃ compertum habebant, patrem ex sua diuina substãtia filium dei genuisse: neque eum qui ipsos alloquebatur credebant ex patre ante secula genitum esse, aut ab ipso ad huius mundi salutẽ esse missum in carnem: quare consequens erat eos & patrẽ itidem 1.Ioan.2. ignorare. Omnis enim (ut ait Ioannes in epistola) qui negat filium, nec patrem habet: & qui cõfitetur filium, & patrem habet. Porrò hoc uerbo, sed est uerus qui misit me: subinsinuat Christo se nõ ab homine, sed à deo missum esse: quãdoquidem nullus absolute & simpliciter uerus dicitur, nisi solus deus: ut neq; bonus, et inter dei nomẽclaturas, propriasq; denominationes, uerus siue Rom.3. uerax, sicut & bonus reponitur. Dicit em̃ beatus Ioan.17. Paulus: Est autem deus uerax, omnis aũt homo mendax. Et Christus coram discipulis patrem orans ait: Hæc est autẽ uita æterna, ut cognoscant solum te deum uerũ, & quem misisti Iesum Christum. Sed & pluribus alijs euãgelij locis se à deo missum esse, aperte Iudæis cõtestatur, præsertim in eo, qui paulò post apud hũc Euangelistam sequitur. Si deus (inquit Christus Iudæis, pater uester esset, diligeretis utique me: ego enim ex deo Ioan.8. processi, & ueni. Neq; enim à meipso ueni, sed ille me misit. Et idipsum dominus noster sępius inculcat auribus Iudęorũ, ut ob eam, quam deo debent reuerentiam & ueneration em eum recipiant, quem deus illis misit salutis nũcium & autorem: ne ipsum qui à deo missus est cõtemnentes, conuincantur & deum aspernari, redundetq; & retorqueatur huiusmodi ipsorum cõtemptus in Luc.10. deum mittentem: quum dixisse perhibeatur dominus discipulis suis: Qui me spernit, spernit eũ qui misit me. Itaq; grauis admodũ cognoscitur esse Iudæorũ culpa, obstinato animo Christum à deo quidem missum indigne recipientiũ: quod D hæc contemptio & reiectio, non solum illi, sed et 3.Reg.12. deo à quo missus erat irrigata dinoscatur. Qui enim legatum regis inhonorat & afficit cõtumelia, regiã quoque maiestatem ea lædit iniuria, & grauiter offendit. Quemadmodum Anõ rex filiorum Ammon, pestifera suorum principum delatiõe inductus: quoniam nuncios Dauid ad se officij & beneuolentiæ gratia missos ludibrio habuit, & ipsum Dauid regem ad indignationẽ commouit, cõcitauitq; ad arma in ultionem tanti facinoris, à quo tandem post multas clades, & 2.Reg.12. regno exutus est, & uita priuatus. Haud aliter & Iudæi in uindictam tanti sceleris quo Christum, & in Christo deũ patrẽ spreuerũt, à Romanis de mũ exterminati, & miserabili excidio deleti sunt.

## CAP. IIII.

EGo scio eum: & si dixero quia nescio eum, ero similis uobis mendax. Sed scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit.) Quanto discrimine & interuallo ab ipsis ludæis separetur Dominus noster, dilucide hic ostẽdit. Quia quum eos patrem nescire asseruisset, illico subiunxit se patrem scire, quod & aliâs quoq; testatus est, ut apud Matthæum: Nemo nouit filium nisi pater, Matth.11 & nemo nouit patrem nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Et alio loco: Deum nemo uidit unquam, unigenitus qui est in sinu patris, ipse enarrauit. & rursum: Non quia patrem uidit quisquã, Ioan.1.& 6. nisi is qui est à Deo, hic uidit patrem. Quod si filius diceret sese patrem nescire (quod tamen nequaquam fieri potest) similis esset Iudęis, & mendacij iniquitate conformis, atque mendax, sicut & ipsi erant mendaces. Sed quemadmodum effici neutiquàm potest summam ueritatem mendacij labe inquinari, aut supremam bonitatem peccatoribus uitiorũ contagio assimilari (quæ enim 2.Cor.6. participatio iusticiæ cum iniquitate, aut quæ societas luci ad tenebras?) ita quoque neq; filium patrem nescire. Quocirca nõ sunt audiendi hoc loco Ariani, Iudęis impietate persimiles, aut etiam deteriores: qui oblatrant filiũ ipsis patris noticiam non habere, neque uidere patrem, sed eũ nescire, quod sit pater prorsus incognoscibilis cuiquam. Quam quidem uesaniam corroborare contendunt per illum euangelij locum: Deum nemo uidit unquam, ex quo id cõsequio trahere annituntur, quod neq; patrem unquam nouerit filius: non animaduertentes, ibi de creaturis, quinimò de hominibus solum haberi sermonem. Filius autem dei in creaturarum uniuersitate non comprehenditur, neque omnium continetur ambitu: sed super omnia eminenter collocatur, & ab omnibus est excellenter exceptus. Omnia enim per ipsum facta sunt. Verum ipse in eorum, quæ facta sunt, numero non continetur: quia supra omnia, & extra omnia est. Contestatur siquidem filius in euangelio: Sicut no- Ioan.10. uit me pater, & ego agnosco patrem. Ex quo protinus absurdum esse id dinoscitur, quod filius ignoret & nesciat patrem. Quomodo enim fieri possit, ut eum nesciat cuius uiua est & uera ima- Heb.1. go, splendor gloriæ & figura substantiæ eius? Quomodo nesciret ipsum, ex cuius substãtia prodijt, eandem naturæ conditionem proprietatem que habens? qui uirtus est & sapientia patris. Recte igitur se patrem scire Christus contestatur: tũ quia ab ipso est ante secula ex eius substãtia genitus, tum quia à patre missus est in mundũ, dicẽte Gal.4. Paulo: Quũ uenit plenitudo tẽporis, misit deus filium suum, factum ex muliere, natum sub lege ut eos qui sub lege erant, redimeret. Sed percontabere forsan, quur Dominus hoc loco Iudæos mẽdaces appellat? Meritò quidem id facit, quoniam iactabant se scire unde esset dominus, & tamen idipsum ignorabãt: quemadmodũ sequenti loco profitentur: Hunc autem nescimus unde Ioan.9.

Universidad de Deusto
Biblioteca



sit. Nónne hęc sunt mendacium, & minime cum A
ueritate constantium uerba: Hunc scimus unde
sit, & hũc nescimus unde sit, omnino inter se pu-
gnantia? Et dominus ipse paulò post contestatu-
rus est ipsis, quod ipsum nescirent: ut aperte co-
gnoscamus eos hic falsò dixisse: Hunc autem sci-
mus unde sit. Dicit enim ipsis inferius: Nec̃ me
Ioan. 9. scitis, nec̃ patrem meum scitis. Si me sciretis, for-
sitan & patrem meum sciretis. Quinimò & hoc
loco ostẽdit ipsos ignorare suam originẽ, quum
dicit: Sed est uerus qui misit me, quem uos nesci-
tis. Nempe si patrem nesciunt, à quo ipsi filio na-
turalis est origo, & filium qui à patre sumit origi-
nem, nesciant necesse est. Verum obijcies Chri-
stum paulò ante approbasse Iudæorũ uerba, qui
bus dixerant: Hunc autẽ scimus unde sit, quum B
ad illa subiungeret: Et me scitis, & unde sim sci-
tis. Quomodo igitur illa, quę à domino probata
sunt uerba, mẽdacia sunt? Quonam etiam pacto
hæc dñi uerba: Et me scitis, & unde sim scitis, co
hærẽt in ueritate cum istis, aut multo post dictis:
Neque me scitis, neque patrem meum scitis? aut
qua ratione non est in istis domini uerbis contra
dictio: Me scitis & neque me scitis? Non desunt
utique qui putant hęc uerba Christi hic prolata:
Et me scitis, & unde sim scitis: non assertorie esse
dicta, sed reprehensorie cum quadam interroga
tione aspera, quæ faciat ut oppositum insinuent
sensum. Ac si diceret, repetens eorum dicta cum
significatione negationis: Et me scitis, & unde C
sim scitis? Velitq; ex proferendi modo innuere,
quod neque ipsum scirẽt, neque unde sit cogno
scerent. Sed esto, hæc domini uerba: Et me scitis,
& unde sim scitis, affirmatiuè hic prolata sint, ut
plerique sentiunt: nihilominus mendaces depre
hendũtur adhuc Iudæi, qui suis uerbis omnino,
& integre noscere se gloriabãtur, exacteq; & pe
nitus compertũ habere unde esset dominus no-
ster quum tamen aliquantulum, & exiguam so-
lum cognitionis partem de illius origine secun-
dum humanam formam, haberent: quam utiq;
dominus suis uerbis respõsorijs eis cõcedit: plu
ra autem, & potiora de natiuitate ipsius secundũ
carnem, eos latebãt: de ipsius uero diuinitate ni-
hil omnino unde prodijt nouerunt. Siquidem
quod Mariæ filius esset secundum carnem, sciue D
runt quidem, & quod ex Nazareth ratione ma-
ternæ originis esset oriundus, quod etiam ibidẽ
educatus, & à puero diuersatus fuerat: ignorauе
runt tamen sacramentum maternæ uirginitatis,
quodq; de spiritu sancto conceptus, & ex matre
uirgine natus fuerit. Quandoquidem ipsum pu
tabant esse filium Ioseph ex nuptiali societate na
tum, dicẽtes per improperium: Nónne hic est fi
Matth. 13. lius Ioseph & fabri filius? Rursum ignorauerunt
Bethleemiticam ciuitatẽ esse locum natiuitatis
Ioan. 6. eius, rati ipsum (ut indicant eorum uerba) in Na-
zareth fuisse natum. Deniq; ęternã eius à deo pa
tre generationem secundum diuinam substãtiã
prorsus ignorarunt: existimantes ipsum blaspheE
mũ, quod filiũ dei seipsum Christus dixerit, secũ



de cœlo descẽdisse attestatus fuerit. Quocirca si
ad amussim, & ad unguem singula trutinare, exa
minareq; uoluerimus, deprehendemus eos parũ
admodũ de Christo unde esset nouisse, plurima
uero, & potissima ignorasse. Rectè igitur menda
ces eos nũcupat, qui sibi perfectam arrogabant
originis Christi agnitionẽ, cuius uix bene mini-
mam partem callebant. Præterea cõplura Iudæo
rum alia mendacia in Christũ, ex euangelica nar
ratione passim occurrent, atq; ad manum prom
pta erũt: ut de ipsis meritò in Psalmis dixerit do- Psal.
minus noster: Filij alieni mẽtiti sunt mihi, filij alie-
ni inueterati sunt, & claudicauerũt à semitis suis.

*Quod Christi opera, quinimò quorumuis hominum, fato & dispositioni siderum non sunt subiecta.* Obiectiones diuersariorum, & dilutiones.

CAP. V.

QVærebant ergo eũ apprehendere, & ne-
mo misit in illũ manus, quia nondũ uene-
rat hora eius. ) Diligentibus deũ (inquit apos-
tolus) omnia cooperãtur in bonũ: ediuerso aũt, de-
um odientibus, omnia, quantumlibet bona, cõ-
uertuntur per ipsorum prauitatem in malum.
Attestatur illud Ecclesiasticus, dicens: Initiũ ne-
cessariæ rei uitæ hominũ, aqua, ignis, ferrum, sal,
lac, & panis similagineus, & mel, & botrus uuæ,
& oleum, & uestimentum: hæc omnia sanctis in
bona, sic & impijs & peccatoribus in mala cõuer
tentur. Nam quę presertim ad uitę emendationẽ
his adhibentur, in suã detorquẽt pernicíem: per
inde atq; rei uenenatę quicquid applicueris, pro
tinus exitium contrahit uenení, & funesta inficiE
tur tabe. Id suo produnt exemplo Iudæi, quibus
quũ ad sanandos animi languores, salutariũ uer-
borum medicinã Christus admouisset, ipsi medi
cum simul & medicamenta aspernati, eo agũtur
furore, ut sceleratas in medicum manus inijcere
tentẽt, freneticis perlimiles, qui in eos insiliunt
uiolenter, quos uident ad medendum ipsis acce
dere. Verum hunc impium eorum conatum, in-
uisibili uirtute suæ diuinitatis refrenauit Domi-
nus, nec̃ permisit quempiã nefarias in se manus
tunc inijcere: quia nondum uenerat hora, quam
suę destinauerat atque prędordinauerat passiõ,
nondum tempus illud completũ erat, quo decre
uerat sponte sese patri offerre pro nostra redemp
tione. Non itaque tentus est, quia noluit: qui tũc
solum teneri potuit, quũ uoluit. Sue enim uolun
tatis fuit, quod nunc detentus nõ est: sicut & suę
fuerat uolũtatis, quod postea à Iudæis captus est.
Oblatus est, inquit Esaias, quia ipse uoluit. Cæ-
terum genethliaci, & qui nostram uoluntatẽ dei
dono liberam, fato, sideribusq; subijciunt, cõten
dunt ex hoc loco etiã Christum dispositionibus
astrorum subiacuisse: & ideo nunc non esse detẽ
tum ab æmulis, quia nondũ uenerat hora illa fa-
talis, quã astra designauerant suę morti. Sed non
ferenda est hęc impietas, qua linguas suas in deũ
quoq; exacuunt, & os suum in cœlum ponunt.
Quis enim æquo animo ferat, ipsis cœli & stella-
rũ cõditorẽ, suę factureę legib. quasi uinculis alli
gari, & ipsum cui data est potestas in cœlo & in
terra,



terra, operis sui præscriptionibus sic astringi, ut
non quum uelit, sed quum iubeãt astra, mortem
perferat? quum ipse tamen libera uoce procla-
met: Potestatem habeo ponẽdi animam meam,
& iterum sumendi eam. Nemo tollet eam à me:
sed ego pono eam, iterum sumam eam. Quod si
astra certã illi determinauerint horam, qua mor-
tem tolleret uel inuitus, non igitur ipsi agendæ
sunt gratiæ, quod nos morte sua à potestate te-
nebrarum eripuerit: sed astris potius, quæ ipsum
ad id adegerint. Debemus autem, & agimus illi
optimo iure quàm maximas gratias, quod suo
nos precioso sanguine redemerit, & traduxerit
in admirabile lumen suum. Non igitur id astris
est ascribendum, aut fato. Atqui obijciunt ad-
uersarij, in natiuitate eius stellam Magis appa- B
ruisse, quæ sui exortus præstaret indiciũ, & hanc
ei fatalem, natalíciamq; fuisse confingunt, quæ
certis collocata sedibus, ortui eius iamprimdem
esset destinata. Verum quum cœlestia dimetiri
contendunt, & cuiq; operi Christi sua assignare
astra, ea quæ longe inferiora sunt & terrena, non
satis prospíciunt: neque attendunt stellam illam
non in Dominum Christi effulsisse, sed in obse-
quium recẽs productam esse, ut Magos ad Chri
sti incunabula perduceret, illoque expleto offi-
cio, prorsus euanuisse atq; disparuisse. Nõ enim
fuit ea stella de numero earum, quas cœlo infi-
xas cernimus: sed per aeris tractum ferebatur, di
uerso à cœlestib. astris motu. Nempe hęc ab oc-
cidente proprio motu in orientem tendunt, illa C
ab oriente occidentem uersus delata est. Hæc i-
tem interdiu uix unquam aut rarenter admodũ
spectantur, illustriori solis iubare conspiciantur,
occultata: illa uerò medio etiam die sese specta-
bilem præbuit, & conspícuam. Hæc rursum irre-
quiero motu semper agũtur: illa uerò interdum
Matth. 2. quiescere uisa, ut cum staret supra domum, ubi
erat puer. Demum hæc humanis obtutibus non
se subtrahunt, nisi minorem eorum splendorem
maius solis lumen exterminet: illa uerò nunc se-
se exhibuit uidendam Magis, ut quum diuersa-
rentur in oriente: nunc se negauit eorum oculis,
quum scilicet Hierosolymam uenirent interro-
gaturi de rege Iudæorum nato: nunc uerò se rur
sum eis reddidit contuendam, quum Bethleem D
Psal. 111. uersus dimissa Hierosolyma tenderent. Vnde fa
cile intelligimus diuino nutu illã ad rempus for
matam esse stellam, quæ exortum in tenebris lu-
men rectis corde ostenderet, & primitias genti-
Psal. 4. um ad nati saluatoris crepundia perducens, ei fa
mulatum præberet. Sed nec̃ his contenti abeũt,
aut à sua resipiscunt insania, diligentes uanitatẽ,
& quærentes mendacium: sed aliud insuper affe
runt, ex euangelio, quod suæ credunt impietati
adstipulari: utpote quod sacratissimę matri suæ
Ioan. 3. in nuptijs interpellanti filium, quod uinum non
haberent conuiuæ, respondisse legitur: Quid mi
hi & tibi est mulier? nondum uenit hora mea. Ex
quo uerbo contendunt horam à stellarum posi-
tione præscriptam fuisse, qua Christus diuinita-



tis suæ potentiam per miracula manifestare inci
peret: quæ quoniam necdum uenerat, nõ potuit
petitioni suæ matris tunc acquiescere. Verum
hæc superiorem longe exuperat blasphemiam:
quia non creaturam, sed & rerum omnium con-
ditorem in operibus à deitate procedentibus, al
ligat necessitati siderũ, ut non possit Deus (qui Ipsal. 135.
facit mirabilia magna solus) quicquam naturæ
insolitum operari, nisi id à cœlo sibi permissum
fuerit. Sed quid, obsecro, indignius de Deo dici
possit, quàm eum qui numerat multitudinẽ stel
larum, & omnib. eius nomina uocat: qui cœlos Psal. 146 et 8.
fecit opera digitorum suorum, lunamq; & stellas Baruch 3.
fundauit: qui emittit lumen, & uadit, & uocauit
illud, & obedit illi in tremore: cui stellæ dederũt
lumen in custodijs suis, & lætaræ sunt, uocatæ B
sunt, & dixerunt, Assumus: & luxerunt ei cum io
cunditate, qui fecit illas: eum, inquam, ita astrin-
gi legibus astrorũ & fati, ut ex ipsis pendeat de-
terminatum tẽpus, quo immensa uirtute sua mi-
racula operetur? Ita enim opificem suo subdunt
opificio, & artificem suo operi, Deumq; negant
omnipotentem, ut qui nulla possit operari, nisi
consentientibus astris: maioremq; uim stellis q̃
deo ascríbunt, quæ illi tempus & horam mira o-
stendendi diuinitatis opera præscribant atq; de-
finiant. Non itaq; hic uerborum domini, quibus
suæ sacratissimæ matri respondit, sensus est, quẽ
ipsi confingunt. Sed quoniam illa accõmodum
miraculo tempus præuenire, atque anticipare ui
C sa est, respõdit Christus, nondum opportunum
aduentasse tempus, & horam tempestiuã ostẽ-
dendi miraculum: sed tãtisper differendum esse
quod petisset, quoad opportunitas commodi-
or adesset: qua quidem oblata dulcissimæ suæ
matri obsequutus est. Cæterum, quid conten-
dimus Christum ab astrorum fatali necessitate li Nemo fatali
berum uindicare, quum illi ne minimus quidem necessitati
hominum subiectus sit, ut eius opera ex liberta- subiectus.
te uoluntatis prodeũtia à cœlo dependeant? Si
enim id dederis, nulla laus recte agentibus debe
tur, nec præmium: ut qui à cœlo ad bene beateq;
uiuendũ impellantur: quinimò nec̃ exhortatio
nes, aut consilia adhibenda sunt, quibus recte ui
uatur. Quandoquidẽ adigentib. ad bonũ astris
nullo pacto reluctari quis possit. Frustra igitur
regni cœlorũ repromissio ns fit, qui mãdata dei
seruauerint, & ad uitam ingredi uolentib. man- Matth. 19.
data Dei seruanda proponuntur. Rursum prа-
uę agẽtibus nulla debebitur uituperatio aut pœ
na, si operationes omnes humanæ ex fato proue
niant. Nam cũ ad male agendũ homines cœlum
impellat, nõ possunt ipsi id malum deuitare. Ne
mo autẽ recte culpatur ob id, quod in sua nõ est
situm potestate. Frustra igitur ęternæ pœnæ cõ-
minationes in scripturis cõtinentur, ad deterren
dum à malo: & nequicq̃ fiunt dissuasiones à pra
uo opere, in uanum prophetæ & euangelia nos
à uitijs reuocare cõnãtur: quandoquidẽ id in no
bis constitutum non est, ut à malis operib. tem-
peremus. Sed & aliud lõge grauius sequitur in-

Universidad de Deusto
Biblioteca



cõmodum, Deum scilicet optimũ rerum autorẽ meritò incusandum, & inculpãdum esse, qui cælum fecerit omnium malorum causam, quæ ab hominibus perpetrantur. Quũ enim furta & homicidia meritò damnentur, iure & illud damnandum est, unde tanta mala ad homines emanant, scilicet cœlum. Quare ualentiori ratione & deus accusabitur, qui cœlo indiderit uim illã impulsiuam hominũ ad mala. Videte obsecro, quonam pacto hæc impia absurditas in dei redundat iniuriam & cõtumeliam: eumq; qui in suis operibus omnibus laudandus est, ostendit ob sua opera reprehensioni obnoxium. Ad hæc, non recte propheta cœlos ad dei laudem inuitasset, dicẽs:

*Psal.142.* Laudate eum cœli cœlorum. quum ob cœlos, à quibus omnis scelerum eluuies secundum fatorum positores profluit, non laudandus esset deus, sed uel maxime reprehendendus. Falsum enim esset quod proponit Genesis: quod uidit deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Nempe in principio creauit deus cœlum & terram, & opera manuum suarum sunt cœli. Porrò non essent cœli in numero bonorum habendi, ut à quibus mala cuncta defluerẽt in homines. Nũquid enim potest suapte natura bonum, alios in mala pertrahere: aut si quid alios ad praua pepetranda inducit, nónne protinus illud est malum? At qui omnia à deo cõdita, bona esse perspicuũ est: non igitur cœli autores sunt, ut fiat homo deterior, aut illorum influxu perpellatur ad facinus.

*Gen.1.*

*Psal.101.*

Quod si quispertinacius asseruerare contendat, protinus tollit humanę uoluntatis libertatẽ, qua sola cęteris animantibus præstamus. Quomodo enim liber is fuerit, qui boni quicquã agere non potest, nisi suo influxu eidem astra aspirauerint ad id opus? Quonam etiam pacto liber ille censendus est, qui refugere imminens malum non potest, quoniam astrorum positio illi tale prauũ opus destinauit? Sublata autem libertate hominis, tota illi sustollitur dignitas suæ conditionis: & ipse qui inter creaturas corporales primatum tenet, anima rationali mirifice dotatus, indigna seruitute cœlo subijcietur: corpori quidem inanimo, & uitæ experti. Sed quis hanc modeste naturæ feret in deteriora mutatã sortẽ? Exurgant homines, & generoso animo natiuã suam nobilitatem tutentur: non patiantur, oro, se in tantum indignitatis gradum deprimi. Præterea Ecclesiasticus hominis naturam explicans, inquit: Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui, adiecit mandata & præcepta sua. Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod uolueris, porrige manum tuam. Ante hominem uita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi. Si autem à cœlo pendeat bonum aut malũ hominis, ut fatidici, imò fallidici astruunt, quomodo relictus est homo in manu consilij sui, ut ad quod uoluerit porrigat manum suã? non enim tunc quod placuerit ei, dabitur illi, sed quod cœlo placuerit. Insuper Osee propheta humani mali causam explanãs: Perditio inquit, tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum. Quod si cœlum ad perditos & peruersos mores animos humanos inflectit: non ex nobis est perditio nostra, sed ex cœlo, cui ad praua deflectere contra niti non possumus aut resistere. Denique inuenietur & deus iniustus, qui omnibus præcepit per prophetã, declinare à malo, & facere bonum, cohibere linguã à malo, & labia ne loquãtur dolum. Id autem plerisque erit impossibile, ut ijs qui ex astrorum aspectu, & situ cœli à bono redduntur alieni, ad malũ adacti, ad dolos, fraudesq; concinnãdas impulsi. Atqui nihil impossibile factu præceptum nobis est, quia (ut ait Ioannes) mandata dei grauia nõ sunt: Tollite (inquit saluator noster) iugum meum super uos. iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Non igitur ponenda sunt hominum fata.

*Ecclesi.15.*

*Osee 13.*

*Matth.11.*

CAP. VI.

DE turba autem multi crediderũt in eum, & dicebant: Christus quum uenerit, nũquid plura signa faciet, quàm quæ hic facit? Dominus noster in spiritu exultãs (ut ait Matthæus) inquit: Confiteor tibi pater cœli & terræ, quoniam abscondisti hęc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ecce paruulis spiritu & humilib. reuelata sunt diuinitatis Christi mysteria, quoniam de turba, simplicioq;, & uulgari plebe multi crediderunt in eum. Vt igitur per Esaiam prædixerat: Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & trementem sermones meos? Nunc ad pauperculos oculo benignitatis respexit, quum eis syncerum uerę fidei lumen infudit. Ne autem imbecillem & infirmam eos fidem in Christũ habuisse credas: rationem afferunt, qua ad credendum quod ipse reuera sit Christus, non inaniter persuasi sunt. Signum, inquiunt, Christi in lege promissi, & à prophetis prænunciati, id inter cætera constitutum est, quod multa debeat signa facere, & miraculorum splendore claresce re. Dicit enim de illo Esaias: Deus ipse uenit, & saluabit nos: tunc aperientur oculi cęcorum, & aures surdorum patebunt: tunc saliet sicut ceruus, claudus: & aperta erit lingua mutorum. Iste autem mira uirtute tanta operatur signa, ut nõ facile sit creditu quę piam postea futurũ, qui tanta potestate, solo uerbi imperio, tot & tanta sit miracula operaturus. Quum enim uenerit Christus, quẽ Pharisæi prędicant futurum (quia in uulgus certatim dissemi nant hunc nõ esse Christum, sed alium nescimus quem, expectandum) an putas plura faciet signa quàm hic nostris corã oculis quotidie facit? Nõ est id reuera satis credibile, aut à quoquã recipiendum. Hic igitur uerus est Christus: neque præter eum alius in posterum expectandus est.

*Matth.28.*

CAP. VII.

AVdierunt pharisæi turbam murmurantem de illo hæc, & miserũt principes & pharisęi ministros, ut apprehenderẽt eum.) Nihil magis animum torquet inuidũ, quàm audita illius laus, & præconia, in quem stimulatur inuidia. Nã quũ in illum maligno afficiatur animo, & ipsum perditum iri summopere affectet, si cõtra audiat eũ laudibus extolli, id uenenatũ excruciat animũ, & acrioribus dolorum stimulis perurget. Hoc morbo graui laborabant pharisæi, ægre ferentes turbam tacitis etiam uerbis, & presis fere labijs sub silentio id de Christo testificari, quod eorum repugnaret sententiæ. Hinc grauius solito sæuientes, ministros miserunt, qui comprehenderent Iesum. Sed in uanum laborauerunt, nescientes dei uirtutem, quam toties experti fuerant, quoties comprehendere eum fuerant annixi: sed ab improbo suo conatu ui quadã occulta repressi. Debuerãt itaq; cogitare, quod à ministris cõprehendi non posset, nisi uellet, qui sępius eos impedierat, ne manus in eum, quũ nollet, mitterent. Miserunt autem ministros pharisæi, ut si aliquis suboriretur in populo tumultus cõtra uolentes comprehendere Iesum, ministri quidem essent illi periculo obnoxij, ipsi autẽ exempti, & à discrimine tuti. Sic sapiẽtia humana alios obiecit periculo, quod ipsi subire non sunt ausi.

*Esa.35.*

CAP. VIII.

DIxit ergo eis Iesus: Adhuc modicũ tempus uobiscum sum, & uado ad eum, qui me misit: quæretis me, & nõ inuenietis: & ubi ego sum, uos non potestis uenire.) Missi quidem sunt ministri ad apprehendendum Iesum, sed ipse salutaria eis uerba profundit, quibus ediuerso capiantur. Missi sunt ad eum ligandum: sed ipse contrà felicibus suæ doctrina uinculis eos astringit, prędicit eis quod modicum adhuc tempus cũ ipsis futurus sit, scilicet usq; ad horam suæ passionis, & consummationem mysterij redemptionis humanæ: quo peracto, se rediturum dicit ad patrẽ per ascensionem, à quo missus est. Ne autem negligentes sint ad eum quęrendum, quum adhuc sese eis exhibet præsentem, sequanturq; Esaiæ monitum, dicentis: Quærite Deum, dum inueniri potest: inuocate eum, quum prope est. prænunciat eis, quod quum abierit, magno quidem desiderio quærent eum, petentes uidere unum diem filij hominis, sed non inuenient. Sanè post ascensionem quæsiuerunt eum illi pio affectu, qui Petro prædicante compuncti sunt corde, dicentes: Quid faciemus uiri fratres? non tamen corpore præsentem inuenerunt, quamuis secundum diuinitatis præsentiã eis non defuit: secundum quam nobiscum est omnibus diebus, usq; ad consummationem seculi. In miserabili etiam exterminio urbis Solymæ facto à Romanis paulò post Christi passionem, Iudæi qui tũc superstites erant, & miracula Christi uiderant, ubi eis in mentem uenit præclaræ suæ uirtutis & signorũ: optabant quidem Christum habere tum præsentem ad sui liberationem ab imminenti excidio: quod satis animo coniectabãt sibi immitti ob iniustam mortem Christo illatam. Non tamẽ eum propugnatorem aut auxiliatorem inuenerunt: quia iam derelicta eis fuerat domus sua deserta.

*Act.2.*

*Matth.23.*

Denique ne nudum ipsum esse hominem existimarent: humilibus alta suo more permiscens, diuinitatis suæ naturam, qua est immutabilis cum patre, subinsinuat dicens: Et ubi ego sum, uos non potestis uenire. Non, ubi ero, dixit: quia id ad humanam duntaxat conditionem attinuisset, qua iturus erat ad patrem: sed ubi sum, secundum deitatis substãtiã, qua semper in patre & cũ patre est, neque à patris gloria discedit unquam. Quemadmodũ prius apud hunc Euangelistam dixit: Vnigenitus, qui est in sinu patris, ipse enarrauit: & filius hominis, qui est in cœlo. Ad hanc ergo gloriam, in qua Christus inseparabiliter est cum patre, non potuerunt Iudæi peruenire. Aut tunc cum eis loqueretur, si qui forte ex eis erant crediturí, & postea illuc peruenturi, quia nondum erat aperta ianua cœli: aut nunquam, propter incredulitatem eorum, qui ad finem usque in suo peccato erant perseueraturi. Non enim potuerũt hi peruenire ad gloriam cęlestem, quia noluerunt pœnitentiã agere de malis suis: quorum grauitate uiam sibi cœli præcluserunt, obstaculumq; posuerunt propria sponte, ne ad uitam ingrederentur.

*Ioan.8.*

*Ioan.3.*

CAP. IX.

DIxerũt ergo Iudæi ad semetipsos: Quò hic iturus est, quia non inueniemus eũ? Nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? Quis est hic sermo, quem dixit: quæretis me: & non inuenietis, & ubi sum ego, uos non potestis uenire?) Apostolus ad Corinthios scribens, inquit: Carnalis homo non percipit ea quę dei sunt. Nam quia carnaliter affectus est, secundum carnem quoque omnia dijudicat. Ita Iudæi more suo carnaliter dei uerba intelligentes, neque capientes eum de reditu ad cœlestia regna, unde ad nos descenderat, sermonem agere: ad terrenum labuntur sensum, à uera intelligentia longe abhorrentem. Sciscitantur enim (quia eos latuit ueritas) an uerbis illis significare uelit Iesus, se in dispersionem gentium iturum, & docturum gentes: cum cõtumelia quadam, & contemptu gentium, tacitaq; sui gloriatione id proloquuti. Gloriabantur enim apud seipsos, se eodẽ collectos solo certas habitare sedes, & separatos à Gentibus certis concludi finibus. Gentes uerò passim dispersas, & sparsim diuersa incolentes loca, per totum mũdi ambitum uagas esse designabant, secq; eo ipso illis præferebant. Verum nunc mutatus est rerum ordo, & utriusq; populi conditio in oppositum cõuersa. Gentes ẽm quia oblatam fidei gratiam prompte & auide susceperunt, à dispersione diuersi cultus, rituumq; & superstitionum, adductæ sunt ad fidei unitatẽ & in unũ Christi ueri pastoris ouile collectæ: Iudæi uerò, quia non cognouerunt tempus uisitationis suæ, & bonum pastorem (qui se uenisse professus est ad oues, quę perierunt domus Israel) à se repulerunt, in direptionem, dissipationem & dispersionem dati sunt iusto dei iudicio. Id planè Iudæis futurum prædixerat Dominus noster,

*2.Cor.2.*

*Luc.21.*

*Matth.15.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Luce 21. noſter, quum de euerſione Hieruſalem loqueretur. Et captiui, inquit, ducẽtur in omnes gentes, quę quidem dura eorũ captiuitas in hodiernum uſq; diem durat: ut uere in eis completum cernatur, quod dixit propheta: Quod multos dies ſedebant filij Iſrael ſine rege, ſine ſacrificio, & ſine
Oſee 3. altari. Quinimò & rerum futurarum ignari Iudæi, hic uidentur prænunciaſſe, quod poſtea rei exitus comprobauit: utpote dominum noſtrum per apoſtolos ſuos in diſperſionem gẽtium eſſe iturum, & docturum gentes. Quod quum alij, tũ
Act. 10. beatus Paulus ſe Dei præcepto factitare docuit, ad Iudæos, dicens: Vobis oportebat primũ prædicare regnum dei: ſed quoniam repulliſtis illud, & indignos uos feciſtis æternę uitæ, ecce conuertimur ad gentes: ſic enim nobis præcepit Dominus. Verũ id in conueniens cenſeri non debet: ſi dixerimus Iudæos ipſos, quum in hæc proruperunt uerba de Chriſto: Nunquid in diſperſionẽ gentium iturus eſt, aut docturus gentes, neſciuiſſe quidem quid dicerent: ſed quia deus uoluit ipſos prophetaſſe, diuinoq; quodam inſtinctu prędixiſſe quod futurum erat. Quemadmodum & Caipham pontificem omnino ignarum myſterij paſſionis dominicæ, & quantus ex illa pen-
Ioan. 11. deret humanæ ſalutis fructus, Euangeliſta prophetaſſe ſcribit, quod Ieſus moriturus erat pro gente, quum hæc protulit uerba: Expedit uobis, ut unus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Siquidem iturus erat Dominus ad gentes, non preſentia corporis ſui, ſed diſcipulorum ſuorum pedibus, in quibus & ipſe iuit, &
Marci 16. docuit gentes, quũ dicat Euangeliſta de diſcipulis: Illi autem profecti, prędicauerunt ubiq; domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequẽtibus ſignis. Ecce cooperatus eſt Dominus ſuorum præconum uerbis, quorum greſſibus (ut ita dixerim) & ipſe ad gentes eſt profectus, & quorum lingua ipſe quoq; gentes edocuit. Et tũc impletum eſt, quod longe antea prædixerat in Pſal-
Pſal. 17. mo propheta: Populus quem nõ cognoui, ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. At quomodo in auditu auris obediuit Chriſto populus gentium, niſi quoniã præcones eius audiens, ipſum quoq; in eis loquentem audiſſe dicatur? Idẽ quoq; propheta in ſpiritu prenũciauit & alio loco, id beneficiũ uiſitationis gentiũ à domino eſſe præſtandũ, quũ ait in Pſalmo: In Idumæã extenPſal. 59. 107. dam calceamentũ meũ, mihi alienigenę ſubditi ſunt. Nempe Idumæa (quæ terrena ſiue ſanguinea interpretatẽ) populũ gentilẽ ſignificat, terrenis tunc actibus deditũ, & ſanguine hoſtiarũ ſuis idolis immolatarũ aſperſum, quinimò & multis peccatis, quæ ſanguinũ nomine appellantur, obnoxiũ. Calciamentũ uerò domini, euangelium dicitur: quod ita affectus noſtros munit à noxijs huius mũdi curis & cupiditatibus, quę ſpinarũ more pungũt: ſicut calcei muniũt pedes corporis, et protegunt à uepribus, & ſentibus acuminatis: et quemadmodũ à pedibus noſtris carnalibus munimenta calceorum, quaſcunque moleſtias atq;

A læſiones repellunt, ut ſine offendiculo uias quaſcunque peragremus, haud ſecus euãgelica inſtitutio uitam noſtram & mores recte dirigit: ut tali præſidio circumſulti, peregrinationem huius mundi ſine aliqua læſione pertranſeamus. Hinc
Eſa. 52. ſcriptũ legimus in propheta: Quàm pulchri pedes euangelizantium pacem, annunciantiũ bona. Et à Paulo dictum etiam comperimus: Calciati pedes in præparationem euangelij. Itaque in Idumæam extẽdit dominus calceamentũ ſuum, quando euangelij ſui prædicationem uſq; ad homines terrenos extendens, omnes gentium regiones euãgelica annunciatione compleuit: ut apoſtolorum miniſterio dinoſcatur completum, quod longo ante tempore fuerat prænũciatum.
B Alienigenarum autem, ſiue allophylorum nomine, in prædicto Pſalmi loco ſignantur etiam gentiles, ante promulgationem nouæ legis à deo penitus alieni. Et hi prædicatione diſcipulorum adminiculãte facti ſunt Chriſto ſubditi, quãdo exIoan. 4. diuerſis gentib. diuina miſeratiõe collecti populi, Chriſtianam fidem prompte & feruenter ſunt amplexi, euangelicisq; præceptis ſpõte colla ſua ſubmiſerũt. Quod hi huiuſce profectionis Chriſti ad gentes, & ſubiectionis earum per doctrinã euangelicam ad fidẽ figura expoſcitur, in ſecundo Regnorum libro admodũ apta occurrit, oſferturq; legentibus: ubi Dauid in regno Iſrael &
2. Reg. 8. Iuda ſtabilitus, regionem Moab, Palæſtinos, &
C uniuerſam Idumæam legitur ſubegiſſe ſibi, atq; in ſeruitutem redegiſſe. Quod plane inſinuabat Chriſtũ (qui uerus eſt Dauid, & manu fortis, uultuq; deſiderabilis) poſt annunciatum per totã Iudæã euangelium, acceptũq; ſpirituale regnũ, tranſiſſe ad gentes, ut filios dei, qui erant diſperſi, cõgregaret in unũ: & illas itidem miniſterio apoſtolorum ſuo regno adieciſſe, quãdo abiectis idolis Chriſtum confeſſæ ſunt, & eius fidem receperũt.

CAP. X.

IN nouiſſimo autẽ die magno feſtiuitatis, ſtabat Ieſus & clamabat, dicens: Si quis ſitit, ueniat ad me, & bibat. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erãt credentes in eum. Nondũ enim erat ſpiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus.) Recte
D dicit Eccleſiaſtes: Omnia tempus habent, & ſuis ſpacijs tranſeunt uniuerſa ſub cœlo. Tempus enim tacendi, & tempus loquendi. Quam temporis opportunitatẽ commode hic ſeruauit dominus. Nempe primus dies ſolennitatis paucos adhuc habuit præſentes exteros, & infrequens auditorium. Medij dies feſti, uoluptatibus & mundi negotijs potius, quàm dei cultui adhibebantur. Nouiſſimus autem dies, & maiorem habuit præſentem auditorũ numerum, & delicijs finem impoſuerat, quum iam de reditu foret cogitãdum. Itaq; eo die tanq; cæteris commodiore, ipſe fons uitę exuberantiſsimus, omnes uerã ſitientes doctrinam, & dei cognitionem habere deſiderãtes, dulciter inuitat ut ad ſe ueniãt, & bibant potum illum



illum ſalutarem, qui animam reficiat, & omnem A uitæ præmia. Quũ uerò per reſurrectionẽ Chriæſtum cupiditatũ huius mundi reſtinguat. Neq; modica, breuiq; menſura ſe illis quod bibãt præſtiturũ pollicetur: ſed in tanta affluẽtia, ut de uentre eius, intimoq; cordis arcano, flumina aquę uiuæ, uaria ſcilicet ſancti ſpiritus dona, & gratiarũ chariſmata in alios profluant. Eenimuero argumentum abũdantiæ interioris, eſt copioſa in exteriora deriuatio. Namq; quum fontẽ uidemus uicinos agros ſuis irrigantem fluentis, illum fœcundum & aquis exundantem, eo ſigno cognoſcimus. Quum itaq; tanta futura ſit aquę uiuę in credẽtibus in Chriſtum copia, ut inſtar fluminũ emanet & defluat in alios: quãta putandũ eſt largitate, quanta ubertate, aquã illam ſpiritualẽ & myſticam in intimis credentiũ uiſceribus ſcaturi B & exaltationem ad dextram patris, nõ eſt datus rer. Nomine autem aquę uiuæ, domin⁹ hoc loco (ut exponit Euãgeliſta) ſpiritus ſancti dona, gratiamq; ſignificat, ſicut ipſe alio loco ad Samaritanã dicit: Si qs biberit ex aqua, quã ego dabo, nõ ſitiet iterũ, ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in uitam æternã. Et Eccleſiaſticus: Cibabit illum pane uitæ & intellectus, & aqua ſapientię ſalutaris potabit illũ. Salutaris nimirũ aqua, quę noxiam huius mundi ſitim, & uitiorum ardorem prorſus extinguit, ſordes omnes peccatorũ eluit, animæ noſtræ terram cœleſti imbre irrorat atq; fœcundat: & ad ſolum deũ anhelo ſpiritu mentẽ humana ſitientem reddit. Hac aqua largiter potatus fuit propheta, quũ totus ad deum ſuſpirãs, dixit:
Pſal. 41 et 62. Quemadmodũ deſiderat ceruus ad fontes aqua C rũ, ita deſiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuum, quãdo ueniam, & apparebo ante faciẽ dei? & rurſum: Sitiuit in te anima mea. Qui hanc aquã paruifacit, neq; curat haurire, arido relinquitur, & omni uirtutis
Hiere. 2. fructu priuatur, ut populus Iſraelicitus, de quo per Hieremiã conqueritur dominus: Duo mala fecit populus meus: me dereliquerũt fontẽ aquæ uiuæ, & foderũt ſibi ciſternas diſſipatas, quę cõtinere non ualent aquas. Porrò quod credentes in dominum accepturi erant ſpiritum, & nondũ acceperant, rationem reddit Euangeliſta, dicẽs: nondum ſpiritum ſanctum in credẽtes eſſe effuſum, quia Ieſus nondum per aſcenſionem in cœlum, & reditum ad patrem erat glorificatus. Ve- D rum percontabitur quiſpiam, quare tempus glorificationis Chriſti expectandũ erat, ut mitteretur ſpiritus in mũdum? Potuiſſetne mitti, anteq; reſurrectione ſua, & regreſſu in cœlum Ieſus erat glorificatus? At non æquè cõmodum fuit & tẽpeſtiuum, ſpiritũ ante Chriſti glorificationẽ dari: tum quod unus aderat carne præſens cõſolator & illuminator, cuius doctrina & lux tum ſufficiebat ad hominũ illuſtrationẽ: tum quod ſpiritus ſanctus potiſsimũ miſſus eſt, ut hominũ corda ab amore præſentis uitæ, ad futuræ uitę bona traduceret: & contemptis uiſibilibus, inuiſibiliũ affectum induceret. Id aũt non uſq; adeò opportune factum fuiſſet, quum homines nullo adhuc fuiſſent exẽplo edocti quæ ſperanda ſint futuræ

Ioan. 7. 39.

Ioan. 20.

Luce 24.

2. Pet. 1.

Luce 1.

aut

Universidad de Deusto
Biblioteca



aut medio,sed ceteros omes ut dominꝰ prophe- A
tarum excellẽs:& unicus ille,de quo Moses præ
Deut.18. dixerat: Prophetam de medio fratrum uestrorũ
suscitabit uobis dominꝰ deus uester,ipsum sicut
Matth.13. me audietis. Et ipse seipsum prophetã, & esse &
Lucæ 13. nuncupari innuit,quum dixit: Nemo propheta
Act.10. sine honore est,nisi in patria sua.& rursum: Non
capit prophetam perire extra Hierusalem. Chri-
Psal.44. stus itidem est dominus noster. Nam, ut inquit
Petrus,eum unxit pater spiritu sancto.Quam un
ctionem mysticã propheta quoq; nõ tacuit,quũ
ait:Propterea unxit te deus,deus tuus oleo lætic
iæ præ consortibus tuis.Et nobis suę unctionis
participationem benignissime elargitus est, pa-
riter & nominis, ut ab eo Christiani denomine-
mur & simus. At uerò alij de turba contra sense- B
runt eum non esse Christum ,rationeq; ad suam
comprobandam sententiam sunt usi : quod se-
cundum scripturarum testimonia non erat ex
Matth.2. Galilæa uenturus Christus, sed de semine Da-
uid, & ex Bethleem castello Iudææ. Et hi qui-
dem neque recte scripturas scrutati sunt, quæ te-
stimonium de Christo perhibent: neque locum
natiuitatis domini satis attente indagauerunt. Si
enim scripturas diligentius inuestigassent,inue-
nissent utique de eo dictum: quoniam Nazaræ-
Esa.11. us uocabitur(quum apud Esaiam legatur: Egre
dietur uirga de radice Iesse, & Nazareus de radi
ce eius ascendet)quoniam parentes eius de Na-
zareth ciuitate Galilææ erant oriundi,& ipse(si-
Lucæ 4. cut Lucas testatur) in Nazareth erat enutritus, C
& etiam conceptus. Insuper de semine Dauid
Christum nasciturum prædixerant prophetæ,ut
Hier.23. Hieremias:Ecce dies ueniunt,dicit dominus,&
suscitabo Dauid germẽ iustum, & regnabit rex,
& sapiens erit, & faciet iudicium & iusticiam.In
Bethleem itidem eũdem nasci debere, scripturę
Miche.5. meminerunt,ut Micheas:Et ut Bethleem terra
Matth.2. Ephrata, paruula es in millibus Iuda : ex te enim
mihi egredietur,qui sit dux in Israel. Quem qui-
dem scripturæ locum, scribæ & pharisæi ab He-
rode rege interrogati ubi Christꝰ nasceretur,ad-
duxerunt. Verum hæc omnia in domino nostro
completa sunt:nam ex semine Dauid secundum
carnem natus est, & in Bethleem castello Iudæę
ciuitate Dauid:ut euangelica apud Lucam nar- D
ratio satis fidem facit. Itaque hallucinati sunt isti
Lucæ 2. ratiocinatores, quod crediderint dominum in
Galilæa,non in Bethleem natum esse, neq; nutri
tionis & conuersationis inter homines locum,â
loco natiuitatis Christi discernere studuerũt. De
mum alijnõ tantum credere recusant,ut priores,
sed & persequi eum annituntur, & comprehen-
dere ipsum pro animi sui malignitate uolebant.
Sed nemo misit super ipsum manus : quoniã nõ
dum ipse apprehendi uoluit. At uerò hoc loco
percontari quispiã non ab re posset: quur Natha
naelẽ in superioribus dicẽti Philippo, A Naza-
Ioan.1. reth potest aliquid boni esse cõmendauit Chri-
stus ut uere Israelitam,in quo dolus non est. Istis
añt disceptãtibus inter se, & dicentib. Nunquid



à Galilæa uenit Christus?nihil hoc loco respon- 10
det,nihil exponit:quum tamen unam eandemq;
sententiam & ille prius protulerit, & hi nũc pro-
ferant.Prompta est responsio, nõ eodem animo
atq; affectu &hos et illum locutũ esse. Siquidem
Nathanael audiens à Philippo Christum de Na
zareth esse oriundum, atque prodijsse, interro-
gauit an à Nazareth tantum & tam præcipuum
bonum posset enasci:desiderio tantum ueritatis
agnoscendæ, & ex diligenti ueterum scriptura-
rum (quas optime callebat) indagine.Idcirco &
à Domino laudatus est, & sacramentum diuini-
tatis Christi plenius edoctus. Isti uerò non di-
scendi gratia quærebant,nunquid à Galilæa ue-
nit Christus: sed ut Christi gloriam penitus euer 11
terent,atq; extinguerent,uolentes his interroga
tionibus alios in eam adducere sententiam,quod
non esset ipse Christus : & conceptam ab alijs o-
pinionem de domino nostro quod esset Christꝰ,
omnino mentibus illorum euellere & extirpare
per astutas suas & callidas interrogationes. Qui
enim sibijpsis contraria loquebantur,& nunc ne 12
minem unde Christus ueniret,scire:nunc autem
eum ex Bethleem esse asserebant. Constat etiam
si didicissent, eos esse contradicturos ueritati. I-
deo non exposuit ipsis Dominus rem ipsam quã
interrogabant,neque latius aperuit.Quod si di-
noscendæ ueritatis cupiditate tenebantur, quare
Christum syncero affectu non interrogarunt,
dicentes: Quũ alia quidem omnia in te admire- 13
mur,iubes autem tibi secundum scripturas cre-
di:dic nobis,quomodo id fieri debeat. Scriptu-
ræ enim dicunt ex Bethleem ipsum uenturum,
tu autem ex Galilæa uenisti.Et tunc digni habiti
fuissent,quib. ueritas ipsa aperiri,declarariq; de-
buisset. Verum nullis huiusmodi uerbis usi sunt,
sed omnia uersute & peruerse loquebãtur:dein-
que quod nihil uellent discere, statim significat
Euangelista subiungens , quod quidam ex ipsis
uolebant illum comprehendere, sed nemo misit
super illum manꝰ : quod diuina essent uirtute ab
improbo illo conatu occulte repressi:quod cer-
te eos,etsi nihil aliud,saltẽ cõpungere debuisset.
Verum non sunt compuncti, ut inquit prophe- 14
ta:Dissipati sunt, & non sunt compuncti. Eius-
modi enim cõditiõis malitia est,nulli uult cede-
re,ad unum tantum respicit, ut eum cui insidia-
tur perdat. Sed meminisse debuerunt quid dicit 15
scriptura: Qui fodit foueam proximo,in eam in-
cidit,quod certe ipsis tũc usu uenit. Ipsi enim uo
lebant Christum interimere,ut eius prædicatio-
nem tollerent:sed contra euenit.Siquidem præ-
dicationis Christi gratia floruit, illorum uerò do
ctrina extincta perijt:patriã,libertatẽ,dominatũ
& cultum ueterem perdiderunt,& omni priuati
sunt fecilicitate,in seruitutẽ &miseram captiuita
tem abducti.

## CAP. XII.

VEnerunt ergo ministri ad pontifices & pha
risæos,& dixerũt eis illi: Quare nõ adduxi
stis eum?Respõderunt ministri:Nunq; sic locu-
tus est homo,sicut hic loquit. Respõderũt ergo

eis pha-



eis pharisæi: Nunquid & uos seducti estis?Nun- A
quid ex principibus aliquis credidit in eum, aut
ex pharisæis? Sed turba hęc,quę nõ nouit legem,
maledicti sunt.) Magna est ministrorum ad cre-
dendum facilitas & promptitudo : magna quoq;
ad perhibendum Christo testimonium coram æ-
mulis cõstantia. Vnum tantum sermonem Chri-
sti audierunt , nullis uisis signis , & in eum cre-
dunt.Pharisæi autem toties audito Christo,toties
conspectis eius signis, credere renuunt,& indies
magis ac magis corde obdurescunt. Deinde capt
ti uerbis Christi ministri, non dubitant ad eos re-
dire à quibus missi fuerant; neque trepidant illo-
rum conspectui sese rursum offerre . Reuersi &
interrogati non causantur nimiam turbam,aut ti-
morem tumultus,ob quem capere eum non pos- B
sent:neque sese excusant,quod ob multitudinem
populi non potuerint ipsum apprehendere: sed
reiecta omni formidine & tergiuersatione, præ-
cones efficiũtur admirandæ Christi doctrinæ, di-
centes : Nunquam sic locutus est homo, sicut hic
loquitur.Si uerba eius (inquiunt) arrectis audis-
setis auribus, haud secus ac nos censeretis ipsum
non aliorum hominum more, sed supra hominẽ
loqui,esseq; in eo diuinum aliquid,quod aliorum
hominem naturam excedat. Nempe uerba eius
animos uigore suo penetrant, feriũntque intima
cordis: & uel inuitos ad sublimia & alta de eo co-
gitanda pertrahunt. Sensimus animos nostros,
fatemur (nescimus quomodo) præter solitum &
in aliud mutatos,raptos insueto more, & sermo- C
nibus eius mirum in modum delectatos. Non i-
gitur interrogate, quare eum non adduxerimus:
sed graue nefas credite à nobis fuisse perpetratũ,
si tali doctrina, uerboq; cœlesti præditum uirum
alligare tentassemus. Cæterum pharisæis his mini
strorum uerbis non mitigantur animo, sed acce
duntur in iram , & grauius in eos commouentur:
improperãtes cum acerba interrogatione, quod
& ipsi ministri seducti essent, qui tam facile & le-
uiter Christo credidissent. Quod suo ipsorum ex-
emplo comprobant,in medium adducẽtes quod
nullus principum aut Pharisæorum, qui legem
Mosi callent , & scripturarum habent peritiam,
in ipsum crediderunt. Et inde colligunt minime
in Christum esse credendum , sed ipsum ut sedu-
ctorem populi habendum . Verum id falso di- D
cunt, nullum principum in Christum credidisse.
Nam & Nicodemus unus ex eorum numero ue-
Ioan.3. re credidit,& ut posterius dicit Euangelista: Mul
Ioan.12. ti principes Iudæorum crediderunt in eum : sed
non palam confessi sunt suam fidem , ne de syna-
goga ejicerentur. Deinceps ubi res ita sese habe-
ret, quod nullus principum in Christum credidis
set,non protinus consequens est, alios in ipsum
nequaquam credere debere. Nempe si primatũ
tenentes in populo, & rerum moderantes habe-
nas, mandata dei non seruant, non æquo animo
ferunt iniuriam, non reddunt alienum , non tri-
buunt cuique quod suum est ; quis sanæ mentis
hinc duxerit argumentum ea à subiectis & infe-

rioribus non esse facienda,utpote non obseruan-
da dei mandata, neque remittendam iniuriam?
Nemo apud se (si sapiat) hac utatur ratiocinatio-
ne: Qui nobis præsunt, hæc non faciunt, neque
igitur nobis eadem factitanda sunt. Non enim
quid non faciant attendendum est, sed quid face
re non debeant. Sicut neque ediuerso,si qui ma-
iore sunt autoritate in populo, ea perpetrant quæ
dei lege prohibita sunt, si uoluptariam agunt ui-
tam, si congerendis inhiant pecunijs, si honores
ambiunt, non continuò persuadere debemus ea-
dem & licita esse,& nobis quoq; imitanda, quod
non tam quid agãt, quam quid agere debeamus,
solicite pẽsandum nobis est. De talibus enim ma-
li committendi exemplo scandalum alijs inferen
tibus,dicit dominus: Cæci sunt, & duces cæcorũ: Matth.15.
cæcus autem si cæco ducatum præbeat, ambo in
foueam cadunt. Si enim nullus se precipitem age
re uellet in fluuium,aut in puteum decidere, quia
alium oculis captum uidet sese demergentem in
flumen : cur maiorũ exemplo inducimur ad ma-
la impudenter agenda? cum de ijs qui præsident,
in euangelio dictum meminerimus : Super ca- Matth.23.
thedram Mosi sederunt Scribæ & Pharisæi : quæ
dicunt, facite : quæ autem faciunt , nolite face-
re . dicunt enim, & non faciunt. Itaque nullus
ab ijs,qui in altiore sunt dignitatis gradu cõstitu-
ti, peccandi sumat patrocinium: quoniam non præ-
stabunt illi,quos perperam imitati sunt, suis secta
toribus grauium pœnarum refrigerium aut leua-
men. Solus nobis constitutus sit uitæ dux, mo-
rumq; magister Iesus Christus, quem unũ sequa-
mur: cuius mandata & animo, & opere tenentes,
nusquam aberrabimus: sed uia incedentes regia,
neque ad dexteram , neque sinistram declinabi-
mus. Demum Pharisæi alto supercilio alios om-
nes contemptui habentes,& sese cæteris suo mo-
re præferentes, cum stomacho ministros aspernã
tur & reijciunt. Nimirũ (inquiunt) si leui credu-
litate à recto ueritatis tramite abducti estis, quo-
niam non nouistis legem. Quicunque autem le-
gem non nouerunt, & stolida sua simplicitate fa-
cile in deuios trahũtur errores, maledictioni sunt
obnoxij. Vides quanto uerborũ tumore , quàm
inflata bucca sibi legis noticiam arrogant, & alijs
eam deesse asperius exprobrant. Cæterum qui le-
gem nouerunt , neque eam seruare curauerunt,
neque legis autorem recipere , ut de eis meritò di
ctum putetur illud diuiniloqui Pauli : Si autem Rom.2.
tu Iudæus cõgnominaris , & requiescis in lege &
gloriaris in deo,& nosti uoluntatem eius, & pro-
bas utiliora,instructus per legem: qui in lege glo-
riaris , per præuaricationem legis deum inhono-
ras . Turbã autem quæ legem non nouit, & inte
grius eam & exactius seruauit : & eum qui non
uenit soluere legem, sed implere, credendo recep-
pit . Propterea hæc facta est particeps salutis per
Christum annũciatæ,à qua sua incredulitate Pha-
risæi exciderunt, quemadmodum eis prædixerat Matthæi 21.
dominus:Publicani(inquit)& meretrices præce-
dunt uos in regno dei. Neque solum hoc in loco,

Universidad de Deusto
Biblioteca



sed & alijs pleriſq; euãgelicis lectionibus compe A
riuntur Phariſæi & legiſperti Chriſto infenſi atque aduerſi: turba uero in illum propenſa & bene affecta. Nempe dicunt Phariſæi de Chriſto: In
Luc. 11. Marci 1. Ioan. 10. Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Turba uerò: Quidnam eſt hoc? quia in potestate imperat ſpiritibus immũdis, & obediunt ei.
Luc. 4. Phariſæi rurſum blaterant de Chriſto: Dæmoniũ habet & inſanit, quid eum uultis audire? Turbæ uero mirabantur in uerbis gratiæ, quæ procedebant de ore eius, & ſtupebant in doctrina ipſius.
Ioan. 7. Ioan. 6. Inſuper Phariſæi impingunt Chriſto, quod ieducit turbas: eumq; ſeductorem & malefactorẽ appellant. Turbæ uerò profitentur, quod hic eſt uere propheta qui uenturus eſt in mũdum. Deniq;
Matth. 11. oblatrant Phariſæi in dominum, quod ſit homo B
uorax, potator uini, peccatorum & publicanorũ
Luc. 7. amicus. Turbæ autem cum admiratione & ſyncero affectu cõfitentur, quod propheta magnus ſurrexit in nobis: & quia deus uiſitauit plebẽ ſuam.
Et hoc pacto ſi totam narrationem euangelicam percurras, facile inuenies ex oppoſito fere conſtitutos Phariſæos, & populum ipſum, & contrario modo in Chriſtum affectos: hunc quidem recte de ipſo ſentientem, & glorificantem eius opera: illos uerò cum æmulatione calumniantes ipſum, & probris afficientes. Verum ſummopere formidandum nobis eſt, qui legis cognitionem diuino munere accepimus, ne Phariſæorum ſequamur conditionem, & præuaricatores legis inueniamur, longe grauius quàm plebeij & uulgares, C
qui hanc diuinæ legis agnitionem nõ uſqueadeò exacte tenẽt, & tamen regnum dei præripiunt, oc
cupantq; illud bonorum operum fructu ante alios, plura quidem ſcientes, ſed minus recte operãtes. Quàm timendum eſt nobis, ne incidamus in illud iudicium, quod phariſæis interminatur Dominus, quod tulerimus ſcilicet clauem ſcientiæ, et
Matth. 23. neque introimus in regnum cœlorum, neque alios introire ſinimus. Quem non meritò terreant
Auguſtinus. hæc Auguſtini uerba? Idiotæ & ſimplices cœlum rapiunt, nos autem docti cum ſcientijs noſtris ad inferna demergimur: cum ſcilicet nos inflant, &
non ædificant: nimirum acerbior eos manet poſt mortem damnatio, qui legem nouerunt, & ſecun
dum illam non operantur, quàm aliorum qui ex D
legis ignorantia delinquunt: cum dominus noLuc. 12. ſter apud Lucam perhibeat, quod ſeruus ille qui cognouit uoluntatem eius, uapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, uapulabit paucis. Et rationẽ continuò ſubnectit: quoniam omnis cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. cum enim creſcũt dona, (ut ait
Gregorius. Gregorius) creſcunt & rationes donorum. Acce-
Iacob. 4. dit eodem & Iacobus, dicens: Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi. Beatus i-
2. Pet. 2. tem Petrus, inquit, de cognoſcentibus diuinam legem, non tamen ipſam obſeruantibus: quod melius erat illis non cognoſcere uiam iuſticiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum conuerti ab eo (quod illis traditum eſt) ſancto mandato. Grauiter itidem increpat huiuſmodi tranſgreſſores legis agnitæ Dominus, per prophetam in Pſalmis, ſic dicens: Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iuſticias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu uerò odiſti diſciplinam, & proieciſti ſermones meos retrorſum. Si uidebas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Deinde ſequitur horrenda comminatio: Exiſtimaſti iniquè quod ero tui ſimilis: arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam. Et demum ſalutaris admonitio: Intelligite hæc, qui obliuiſcemini Deum, ne quando rapiat, & non ſit qui eripiat. Quam quidem triſtem iudicij ſententiam, ut Deo adiutore euadamus, ſtudeamus enixius agnitionem legis ad opus bonum accommodare, eamq; ad noſtram, & aliorum utilitatem pro uiribus conuertere: ut ad iuſticiam erudiamus multos, cùm uerbo, tum opere, & demum fulgeamus quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates, aſcripti illorum numero, de quibus dicitur: Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi
Dan. 12. ſplendor firmamenti.

## CAP. XIII.

DIxit Nicodemus ad eos, ille qui uenit ad eum nocte, qui unus erat ex ipſis: Nunquid lex noſtra iudicat hominem, niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit quod faciat? Reſponderunt & dixerunt ei: Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare ſcripturas & uide, quia à Galilæa propheta non ſurgit. Et reuerſi ſunt unuſquiſque in domum ſuam. Ne putetur nullus principum credidiſſe in Ieſum, hic unus ex eis, non criminis conſortio, non prauæ uoluntatis conſenſu, ſed ordinis dignitate & numero inducitur: qui uerè in Chriſtum crediderit, quiq́ue cœleſti eius magiſterio imbui deſiderans, ob diſcendi auiditatem intempeſtæ noctis ſilentio ipſum adierat, & alta ſacræ fidei myſteria ab ipſo (ut ante oſtenſum eſt) audierat. Is itaque infenſos Chriſto uidens principes, nititur eos ratione & legis autoritate ſedare, & à fæuo mentis furore ad lenitatem reducere. Magni (inquit) facimus legem, & pro ea zelo mouemur: atqui lex noſtra iubet neminem iudicari aut condemnari debere, niſi audita prius fuerit eius cauſa, & diligentius examinata: niſi certo conſtent eius crimina, teſtibus approbata: niſi conceſſa illi ſe defendendi, & pro ſe dicendi facultate, conuictus fuerit de ijs quorum accuſatur & manifeſte cognita ipſius opera condemnatione digna. Nihil autem tale in iudicando iſto homine hactenus ſeruatum eſt. Non eſt in ueſtro conſeſſu auditus aut interrogatus. Audiuerunt eum miniſtri ueſtri, & ipſius admiratione capti ſunt: audite & uos eum, forſitan probabitis eius uerba, quæ nunc tantopere improbatis. Non eſt quippiam in eo cognitum per examen iudicij, quod damnationem mereatur. Quid ita præcipites in eius necem ruitis? Diſquirite prius ipſius opera, & tunc demum ferte iudicium, ne ſecundum legem ſedentes ad





iudicandum, contra legem iudicetis. Cæterum A
non ſunt his uerbis mitiores redditi phariſæi, aut ſedatiores: ſed protinus in contumeliam erumpunt, Nicodemum uocantes per ignominiã Galilæum, tanquam à Galilæo ſeductum, aut Galilæi diſcipulum. Ita enim dominum noſtrum per irriſionem nuncupabant, & contemptum, quod à Galilæa parentes ſui traxiſſent originem. Objiciũntque deinde Nicodemo, ex ſcripturarum ſcrutinio nequaquam compertum haberi, prophetam à Galilæa ſurgere debere: quod tamen paulò ante falſum eſſe monſtratum eſt. Itaque diſſidentes ab inuicem, neque in unam conuenientes ſententiam, reuerſi ſunt unuſquiſque in domum ſuam.

## CAP. XIIII.

ap. Ioan. ſtauum. B
IEſus autem perrexit in montem Oliueti, & diluculo iterum uenit in templum, & omnis populus uenit ad eum, & ſedens docebat eos. Adducũt autem Scribæ & Phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam, & ſtatuerunt eam in medio, & dixerunt ei. ) Poſt ſalutarem doctrinam turbæ communicatam, Ieſus ſeceſſit in montem Oliueti, ut ſecretus à tumultu populi orationi uacaret: nobis in hoc relinquens exemplum, quod poſt proximorum inſtructionem ad orationem confugere debeamus, ſine importuno cogitationum ſtrepitu Deo in abſcondito effundendam, & poſt orationem rurſum proximorum ſaluti uacare & intendere, ut prædicationi oratio, & orationi ſuccedat prædicatio. Itaque locus à conſortio turbæ ſemotus, in quem Dominus oraturus ſe contulit, animum deſignat orationi intentum, à cogitatibus mundi huius ſeparatum eſſe debere, & abſtractum, ut Matthæus nos
Matth. 6. admonet: Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito: & pater tuus qui uidet in abſcondito, reddet tibi. Mons autem quem Dominus conſcendit, ſublimitatem animi inſinuat in cœleſtia per orationem erigendi, & non infimis terrenisq; negocijs immergendi. Cum enim oratio ſit mentis in Deum pia eleuatio: quis hunc dixerit orare, qui labia quidem ad uerborum prolationem mouet, mentem uerò curis mundi de-
Eſa. 29. preſſam, nequaquam ad Deum erigit? Conqueritur ſane de huiuſmodi orantibus per Eſaiam dominus: Populus hic (inquit) labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. Mons uerò oliueti, altitudinem & copiam diuinæ ſignificat miſericordiæ, per filij Dei in carnem aduentum nobis affluenter oſtenſæ. Nempe olei nomine in ſcripturis, Dei miſericordia ſæpius exprimitur: quod illius natura, huius conditioni congruat. Superfertur enim oleum cæteris liquoribus atq; ſupernatat: ita miſericordia omnibus ſuperemi-
Iacob. 2. net Dei operibus, & plus cæteris in homines eluceſcit. Miſericordia enim ſuperexaltat iudicium: & miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Inſuper oleum dolores uulnerum mitigat, & ſanat tumores ac ulcera: Dei uerò miſericordia plagas animæ noſtræ curat, omnemque depellit languorem peccati, ut canit propheta: Qui propitiatur
Pſal. 144. omnibus iniquitatibus tuis, qui ſanat omnes infirmitates tuas: qui replet in bonis deſiderium
Pſal. 102. tuum, qui coronat te in miſericordia & miſerationibus. Demum qui palæſtram ſubire debebãt, aut luctam, oleo deliburi prodibant in medium, quo eorũ corpora ad id genus certaminis eſſent accommodatiora. Sic in acie contra aerias poteſtates certaturis ſuam Deus miſericordiam elargitur: ea nos præuenit, ſuggeritq; uires, quibus in tam difficili prælio ope ſua muniti, tandem uictores euadamus. In te (dicit propheta) eripiar
Pſal. 17. à tentatione, et in Deo meo tranſgrediar murum.
Et iterum: Dominus illuminatio mea & ſalus
Pſal. 26. mea: quem timebo? Dominus protector uitæ
Pſal. 58. meæ: à quo trepidabo? Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum. Si exurgat ad-
Pſal. 111. uerſum me prælium, in hoc ego ſperabo. Demum alio loco: Fortitudinem meam ad te cuſtodiam, quia Deus ſuſceptor meus es: Deus meus, miſericordia eius præueniet me. Porrò diluculum, quo Chriſtus uenit in templum, exortum nouæ gratiæ deſignat, per aſſumptionem carnis mundo exhibitum. Tunc enim depulſa
Eſa. 9. nocte & caligine errorum atque uitiorum, exortum eſt in tenebris lumen rectis corde: ambulantibuſque in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis. Solet enim ſcriptura, diei nomine, euangelicæ gratiæ tẽpus deſignare: ut Paulus ad Romanos,
Rom. 13. Nox præceſſit, dies autem appropinquauit, ſic ut in die honeſte ambulemus. Quàm diuerſa uerò ſint ſtudia populi & Phariſæorum, cum exalijs locis, tum ex hoc maxime licet perpendere.
Enimuerò populo ſuauitate doctrinæ Chriſti prius deguſtatæ allectus, certatim confluit ad eum, ut eodem ſpirituali cibo: iterum paſcatur ac reficiatur: ut qui ſemel mel dulce delibauerit, illius dulcedine captus, iterum atque iterum deguſtare mel ardentius optat, aut nectareum bibere poculum. Neque hunc populi ardorem pius dominus ſuo fraudauit deſiderio, aut irritum eſſe paſſus eſt: ſed ſedens docebat eos, & eſurientibus pabula uitæ miniſtrauit. Scribæ uerò & Pha-
D riſæi inſidias ſtruunt, & moliuntur domino laqueos quibus irretiatur: machinãtur apud ſe qua ratione deprehendant in eo uel aliquam accuſationis cauſam: quam ut nanciſcantur, mulierem in adulterio deprehenſam adducunt ad eum, qua ſi ſciſciturus eius ſententiam, & parati ſtare eius iudicio. Itaque eam in medio conſtituunt, & uenenato animo, fictoque ore hæc illi uerba proponunt.

## CAP. XV.

MAgiſter, hæc mulier modò deprehenſa eſt in adulterio: in lege autem Moſes mandauit nos huiuſmodi lapidare: tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant, tentantes eum, ut poſſent accuſare eum.) Propheta diſſimulatis, & duplici
Pſal. 61.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Psal.54. Psal.2.7. corde hominibus, dixit: Ore suo benedicebant, A & corde suo maledicebant. Et iterum: Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Demum alio loco: Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Tales profecto erant Pharisæi, subdolæ fraudis & malignitatis pleni, quam uerbis reuerentiam præferentibus, & uenerationem occultabant. Magister, inquiunt, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. Magistrum uocant, cuius discipuli omnino esse recusant. Cæco enim à nati-

Ioan.9. uitate, Christi uirtute illuminato, & interroganti eos, nunquid Christi discipuli uellent fieri, maledixerunt, & dixerunt: Tu illius discipulus sis, nos Mosi discipuli sumus. Magistrum uocant, cuius cœlestem irrident doctrinam: ut apud B

Lucæ 16. Lucam legimus, Audiebant autem omnia hæc Pharisæi, qui erant auari, & deridebant eum. Imò totum eorum erat studium, calumniari uerba Christi, ea reprehendere, illis ut fallis, manibus pedibusq; repugnare. Denique magistrum uocant, quem improbis uocibus populi seductorem esse delatrant. Nanque nonnullis dicentibus de domino, quod bonus esset: Pharisæi cum suis sectatoribus dixerunt: Non, sed seducit tur-

Ioan.7. bas. Cæterum qui alios enecare ueneno student, illud melle circumlitum & temperatum porrigunt, ut lurida uenení lues, mellis permixta dulcedini, lateat magis: facilius ingrediatur ignota, & maiorem inferat perniciem non præuisa. Ita his uerborum blanditijs & palpatione adulato- C ria, Pharisæi suæ malitiæ uirus abscondere satagunt, ut suarum fraudum laqueis dominum facilius implicent, & incautum inuoluant. Proponunt quidem in adulterio deprehensam mulierem: Mosi legem adducunt, qua in Leuitico san

Leuit.20. citum est à Deo, adulteros & adulteras lapidibus obruendos esse: ut si eam à pœna legis absoluat, impunitamq; sinat abire, protinus ut præuaricatorem legis iuste accusare uideantur & persequi: sin uerò eam pro legis sententia dicat saxis oppri mendam, continuò eum ludibrio habeant, quod misericordiam in proximum exhibendam magnopere uerbis prædicet, quam tamen opere non comprobet, seruata legis seueritate: reddantq; exinde eum odiosum & inuisum populo: cui gratissimum ipsum esse compertum habebant, quod cum uerbis, tum exemplo misericordiæ dulcedinem in primis commendabat, accedentes ad se publicanos & peccatores cum incredibili benignitate in suum admittens consortium, & cum eis manducans. Itaque hoc callido (ut putabant) consilio, se rationem inuenisse arbitrati sunt, & uiam qua utrumuis faceret Dominus, in paratos incideret laqueos. Id non subticuit Euangelista, fraudulentam eorum conspirationem nobis aperiens, cum subdit: Hoc autem dicebant, tentantes eum, ut possent accusare eum.

## CAP. XVI.

IEsus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terram: cum autem perseuerarent interrogantes, erexit se, & dixit eis: Qui sine peccato est uestrûm, primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans, scribebat in terram.)

Recte sapiens in Prouerbijs inquit: Non est Pro sapientia, non est prudentia, non est consilium Bon contra Dominum. Sapientia huius mundi (quæ stultitia est apud Deum) putabat undique se concluisse Dominum suis retibus, ut non esset euadendi locus. Sed Dei sapientia mediam inuenit iusticia misericordiâque temperatam uiam: qua captiosos eorum nodos dissolueret facile, & disrumperet. Antequàm autem hanc aperiret sententiã, inclinauit se & digito scribebat in terram: B quo nobis ostendat, quod antequàm iudicium feramus de proximo, ad ueritatis inuestigationẽ condescendere, & animum inclinare debemus, & discretionis digito singula ad rem propositam attinentia prius discutere: alioqui recte iudicare non possumus, si prætermissa indagatione ueritatis, & examine diligenti, præcipiti & inconsiderato animo proximum in publico iudicio, aut absoluimus, aut damnamus. Id faciendum scriptura nobis insinuat, cum describit in Genesi, post diluuium uolentes ædificare excelsam turrim ad sui nominis celebrationem, cuius culmen cœlos contingeret, & deinde subdit: Descendit Gen autem Dominus, ut uideret ciuitatem & turrim, quam ædificabant filij Adam. Nunquid descensu indiguit Dominus ad uidendam turrim, cui omnia antequàm fiant, sunt agnita, & qui cœlum atque terram implet? An non ideò descendisse scribitur, ut nobis significet examinandam prius esse causam criminis, quàm feratur sententia? Et eodem libro, cum nefanda Sodomitarum flagitia uindice ira esset puniturus, dixit ad Abra- Gen ham: Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis: descendam & uidebo utrum clamorem, qui uenit ad me, opere compleuerint, an non est ita, ut sciam. Cognouit utique Deus Sodomitas et Gomorrhæos tanti criminis esse reos, cuius oculis absconditum est nihil. Descensu- D rum tamen se, & uisurum rei ueritatem dixit: quo nobis ostendat exacta trutina prius discutiẽdam esse causam, quàm feratur sententia in aliquem. Idem quoque Mosaica lege cauerí, accuratam scilicet inquisitionem de obiecto crimine præcedere debere iudicium, & damnationem in reum ferendam, innuit paulò superius Nicodemus, uir prudens & maturus, cum in Pharisæorum consilio atque consessu dixit: Nunquid lex uestra iu- Ioã dicat hominem, nisi prius audiuerit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Quinimò & apud Romanos, iusticiam Dei ignorantes, illum etiam morem seruari, quod in nullum ferri debeat sententia damnationis, nisi prius discussa fuerit exactius causa illius, ostendit Portius Festus, præses Iudeæ



deæ à Romanis constitutus, cum principibus sa- A cerdotum, & senioribus Iudæorum postulantibus aduersus beatum Paulum damnationem, re-

Act.25. spondit: Quod non est Romanis consuetudo, dõnare aliquem hominem (id est, aliorum uoluntati permittere ad sumendum de ipso supplicium, inferendámque punitionem) priusquam is qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina, quæ ei obijciuntur. Diuina uerò lege idem præ-

Psal.57. cipi manifestius est, quàm ut probatione egeat, cum dicat Propheta in Psalmo: Recte iudicate

Ioan.7. filij hominum. Et dominus in Euangelio: Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Quomodo autem recte iudicauerit quispiam, aut iustum tulerit iudicium, si indicta B causa, si nulla obiectorum criminum facta discussione, damnauerit eum qui accusatur? Nunquid ad uitam reuocari poterit is, qui morte affectus est, si post sumptum de illo ultimum supplicium perspecta fuerit, & cognita eius innocentia, cum iam amplius nullum adhiberi queat uitæ eius remedium? Cum autem importunis instarent interrogationibus Pharisæi, quid sentiret Dominus in hac perplexa & ancipiti quæstione factitandum: pulsatus improbis eorum uocibus erexit se, & dixit: Qui sine peccato est uestrûm, primus in illam lapidem mittat. Iussit, inquit, Moses adulteras lapidari secundum legem: sed ab ijs duntaxat, qui sunt obseruatores legis, non præuaricatores. Non enim fas est, neque iura sinunt, C transgressionem legis ab eiusdem transgressoribus uindicari. Qui itaque ex uobis sibi conscius est, quod legem non uiolauerit, quod nihil contra legem admiserit unquam, primum in eam iaciat lapidem. Non prohibeo lapidari mœcham,

Psal.25. sed nolim id ab ijs fieri, qui non minus quàm ipsa, aut grauius legem conculcauerint. Hac admirabili sententia, obstruxit os loquentium iniqua. Nam legem Mosi seruandum quidem dictauit: uerum eam apposuit conditionem, quam nullus accusatorum sibi ascribere ausus est, aut adesse conspexit, quisque sibi malorum conscius, & hac sententia animum percussus. Qua quidem data, iterum inclinans dominus digito scribebat in terram, ex more uultum alió uertens, ut illi liberiorem haberent exeundi fiduciam, quos D præuidebat citius exituros, quàm plura interrogaturos. Quid autem primo se inclinans dominus scripserit in terra, & quid secundo, non explanat Euangelista, neque promptum est cuiquã id definire. Quamuis non desint qui affirment dominum hac secunda inclinatione notas quasdam terræ inscripsisse, quibus quisque accusantium sua oculis coràm conspiciebat peccata, & menti obiecta cernebat. Vnde rubore suffusi, & pudore affecti, facile cognoscebant se non peccati immunem uitam agere, & ad discendum potius, quàm ad acrius inquirendum ex hoc incitatos esse. Cæterum docet hac secunda inclinatio-

ne sua & inscriptione dominus nos, antequã peccantem fratrem corripiamus, & posteaquam corripuerimus, ad intima nostri cordis inclinari debere, & attentius ibidem inuestigare, an simili uitio, quod in alio corripimus, aut fortasse grauiore laboremus: quod si deprehenderimus, id humiliter in nobis primum castigare debemus, & tunc demum cum mansuetudine proximum corripere. Non enim recte aliena reprehendimus peccata, si eisdem aut maioribus grauemur: cum de tali bus dicat Paulus: In quo alterum iudicas, teipsum Rom.2. condemnas. Eadem enim agis, quæ iudicas: qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis nõ mœchandum, mœcharis: qui abominaris idola, sacrilegium facis. Rectam uerò correptionis legem Paulus ad Galatas nos edocet. Fratres, inquit, & Galat.6. si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spiritales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, cõsiderans teipsum ne & tu tẽteris. Cum enim diligenti examine propriam discutimus uitam, nostræ fragilitatis cõscij, facilius ignoscimus alienæ: & cum nostram emendauerimus culpam, pio inducimur affectu, ut alienam quoq; benigniter abstergamus.

*Quod post lapsum non est deneganda pœnitentia, ut ponunt Nouatiani, quotiescunque etiam quis relapsus fuerit in culpam.*

## CAP. XVII.

AVdientes autem hæc, unus post unum exibant, incipientes à senioribus: & remansit Iesus solus, & mulier in medio stans. Erigens autem se Iesus, dixit ei: Mulier, ubi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit? Quæ dixit: Nemo domine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condemnabo. Vade, & iam amplius noli peccare.) Goliath Philistæus (ut Regum meminit historia) Dauidica funda, lapideq; percussus, humi prostra- 1.Reg.17. tus est semianimis, & destitutus uiribus obtruncatur: ita Pharisæi gladio uerbi dei percussi, animo consternati sunt. Nempe hæc domini sententia, ut lapis frontem duram animi eorum percussit, & quenque suæ culpæ conscium reddidit. Idcirco ea audita, non amplius ibi morandum rati, tacito pudore offusi, unus post alium exibant, seruato ætatis ordine: ut maiores natu, & grandiores exierint primi, & deinde alij consecuti sint. Crediderim facile seniores grauiorum sibi malo- D rum conscios fuisse, & reos, impletumq; in eis illud scripturæ: Quod à senibus egressa est iniqui- Dan.13. tas, & propterea uehementiore affectos uerecundia, primum egressos fuisse, quos tanquam duces & primores cæteri minores ætate comitati sunt: relictusq; est eliminatis aduersarijs, Iesus solus, & mulier adulterij crimine accusata, in quam dominus totius bonitatis fons & origo magna usus est misericordia. Siquidem percontatus est ubi erãt, qui modo eam accusauerant: non quod ignorauerit eos discessisse, sed ut exemplum ostenderet ijs, qui in iudicio quenquam absoluturi sunt ab obiecto crimine, ipsos liberum debere cõcedere

Universidad de Deusto
Biblioteca



accusantibus audiendis locum, & quenq; ad legi A
timam accusationem adducendã admittere: nullo enim accusantium secluso, dilucidius constabit eius qui in iudicio liberatur, innocentia & integritas. Itaque ubi respondit mulier se à nemine cõdemnatam esse, illico neque se eam condemnaturum promisit, & benignitatis suæ dulcedine absolutam abire iussit, id solum ei iniungens, quod amodo sibi à peccato caueret, & ne in priora relaberetur mala, summo studio uigilaret. Nam incassum sumitur medicina, si post instauratam sanitatem, per uitæ incontinentiam, qui conualuit, in pristinum incidit morbum: quinimò relapsus in ægritudinẽ periculosior esse solet, & exitio propior, quàm prior ille languor: & quos prima ualetudo aduersa non extinxit, sæpius itera- B
ta post redditam incolumitatem ægrotatio sustulit è uita. Haud secus frustra pœnitentiæ medicamentum sumitur, si post eam peractam ad præ-
teritæ uitæ sordes redit. Hæc enim secunda admodum periculosa est animæ febricitatio. Proinde dominus noster languido, qui octo & triginta annos decubuerat infirmus, iam sanato, & iusso tollere grabatum suum, atque ambulare, deinde dixisse legitur: Ecce sanus factus es, iam amplius noli peccare, ne deterius tibi contingat. quibus sanè uerbis significauit, per peccati iterationem hominem in deteriora prolabi mala. Quid prodest, obsecro, studiose uestes abluere, & lotas rursum luto inquinare? quid lauare manus, et ablutas iterum contaminare sordibus? Sicut sus C
lota (dicit Sapiens) in uolutabro luti: ita stultus qui iterat stulticiam suam, est enim ut canis, qui reuertitur ad uomitum suum. Audi Ecclesiasticum, hanc peccatorum iterationem grauiter damnantem: Vnus ædificans, & unus destruens: quid prodest illis nisi labor? Vnus orans, & unus maledicens: cuius uocem exaudiet Deus? Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio illius? Sic homo qui ieiunat in peccatis suis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? Vxor Lot conuersa retro ad Sodomam, à qua discesserat, in statuam salis mutata est, & inde sumendum esse nobis exemplum, ne ad deploratas reuertamur peccatorum illecebras admonuit Dominus: Memores (in- D
quit) estote uxoris Lot. Semei cum primæ offensionis in Dauid impetrasset ueniam, & iussus esset muros urbis Hierusalem nõ excedere: quia secundo deprehensus est deliquisse, & mãdatum regis neglexisse, morte mulctatus est. Quid aliud nobis hic Semei casus innuit, nisi timendam esse, & grauiter formidandam dei iram, si iterum atq; iterum eadem perpetramus flagitia? Eiectus immundus spiritus ab homine, non inuẽta alibi requie, dixit: Reuertar in domum meam unde exiui, & inueniens eam dei præsidio non munitam, assumpsit alios septem spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Filij Israel in deserto

*Cauẽdum esse recidiuationẽ in peccata.*

*Ioan.5.*

*Prouerb.26.*

*Eccl.34.*

*Gen.19.*

*Lucæ17.*

*2.Reg.19.*

*3.Reg.2.*

*Lucæ11.*

*Num.11.*

suspirantes post ollas carnium Aegypti, & panem in saturitate manducatum, quibus in mentem uenerunt pepones, cepe, & allia, prostrati sunt ab ira Dei. Qui dixerunt, Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum: profligati sunt ab hostibus, illorum gerentes typum qui uirtutis iter ingressi, ad præteritæ uitæ tenebras pedem retro ferre laborant. Nemo enim mit- *Ephes.4.*
tens manum ad aratrum, et aspiciens retro, aptus *Lu.*
est regno Dei. Cæterum nonnulli adeo seuere relapsum in peccata & rigide damnare sunt annixi, ut post salutarem in fonte baptismi peccatorum ablutionem incidentibus in uitia, pœnitentiam denegent, aut ueniam dandam. Si quis item post susceptam pœnitentiam rursum eadem commiserit peccata, huic denuo beneficiũ absolutionis & remissionis peccatorum concedendum recusant. Esset enim (inquiunt) hæc facilis ueniæ datio, quotiescunque quis deliquerit, promptæ oblata, incentiuum quoddam, & occasio ad audentius atque licentius peccandum. Nempe facilitas ueniæ incitat animum suapte natura ad mala propensum, ut fidentius peccet, cum post admissum scelus parata sit ad ueniam uia, & aperta, quæ culpam diluat. Verum hi diuinæ misericordiæ fontem uberrima suæ gratiæ fluenta nobis largissimæ communicantem inuidere uidentur hominibus, et immensum certis uelle concludere limitibus, & finibus constringere, ut non nisi prima deleat peccata, alijs uero delendis aut non sufficiat, aut non admoueatur. Neque satis perspicium, si constituta sit corpori humano medicina adeo efficax, et salutaris, ut quotiescunque in morbum quis inciderit, ea sumpta protinus sanetur: si quis sponte morbum incurrit, ductus spe recuperandæ per medicinam sanitatis, quæ facit ut minus ille sibi à morbo caueat: huius frequentis in morbum recidentiæ causa non est medicina, ut quæ ordinata sit duntaxat ad morbi expulsionem, sed negligentia & prauitas hominis, eo quod bonum est ad malum abutentis, præter rei illius ordinem & naturam. Quod si quis contendat medicinam illam secundo ægrotanti minime adhibendam esse, quin potius sustollendam, ne anfam dare uideatur hominibus licentius uiuendi: quis hunc sana mente esse dixerit, aut æquo tulerit animo? quis item hoc pacto rectè sanitati humanæ consultum iuerit? Non aliter pœnitentia ad deletionis criminum præparationẽ à deo ordinata est: si quis autem frequentem eius susceptionem materiam fecerit liberius peccãdi, id sua duntaxat improbitate facit, ex bono mali sumens occasionem, & non ex ipsius pœnitentiæ natura aut ordinatione: instituta enim est ad abolenda peccata commissa, non ad futura perpetranda. Porrò hi sacræ scripturæ testimonijs hanc suam assertionẽ fulcire annitũtur, & illud Pauli assumũt ad Hebræos scribentis: Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donũ cœleste, & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerunt

*Num.11.*

*Num.14.*

*Num.16.*

*Num.12.*

*Exod.32.*

*Iudic.2.*



uerunt nihilominus bonũ Dei uerbũ, uirtutes q; A
seculi uenturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam. Ecce, inquiunt, Apostolus dicit eos qui post acceptam dei gratiam prolapsi sunt, ad pœnitentiam renouari nõ posse. Sed nõ intelligunt Paulum ibidem uerba facere duntaxat de peccatorum remissione, & pœnitentia, quæ per baptismum habetur: qui quoniam cuiq; homini unicus est, nec iterari debet (Vnus, inquit, dominus, una fides, unum baptisma) pœnitẽtia quoq; cum baptismo susceptа, unica est & semel recipienda: at uerò post susceptum fidei lauacrum, quoties in peccatum prolapsi fuerimus, si reuertimur ad dominũ, pœnitentia concedenda est, & dispẽsanda remissionis peccatorum gratia. Non itaq; his Pauli uerbis exclusa est pœnitentia, sed reuo- B
catio per lauacrum regenerationis. Est quidem *Hebr.10.*
alia pœnitentia, sed baptisma aliud non est. Obiectant & illud, quod à deifero Paulo ad Hebræos alio loco scribitur: Voluntarie peccãtibus nobis post acceptam noticiam ueritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia. Si non supereſt (inquiunt) hostia placationis pro peccatis, in quæ post agnitam ueritatẽ collapsi sumus, non est pœnitẽtiæ dandus locus pro peccatis, qua placetur deus. Esset enim illa pœnitentia, ut hostia propitiationis, quam dicit Paulus non relinqui. Verum Paulus inibi non peccatorum secundam aut tertiam aufert remissionem (non enim ita est inimicus salutis nostræ) sed hostiam, quæ Christus est, iterum in cruce offerendam pro nobis negat. Semel enim oblatus est Christus, neque amplius unquã C
offerendus: quandoquidem resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Non enim dixit Paulus: Nõ est ultra pœ- *Rom.6.*
nitentia: neq; dixit, non est ultra remissio. sed, hostia, inquit, ultra non est, hoc est crux secunda ultra non est, hostiam quippe hanc uocat. Vna nan
que hostia perficit in perpetuũ eos, qui sanctificãtur. Enimuerò locus præsens nunc exigit, ut scripturæ cum uerbis, tum exemplis ostendatur, Dei misericordiam indulta hominibus quoties expetitur remissio. Peccauerant filij Israel in uituli conflatilis adoratione. Orauit Moyses Dominum, & præuaricationis huius ueniam obtinuit. Flagrauit enim desiderio carniũ populus, & obmurmurauit in dominũ, qui rursum deprecante Mo- D
se placatus est. Attonitus exploratorum narratio ne idẽ populus, de domino conquestus est: quod eum in terram illam ducturus esset, ubi hostili caderet gladio. Iterum Moyses oratione sua placabilem dominũ reddidit. Omitto concitationem populi Israelitici in seditione Chore factã, & murmurationem ad aquas contradictionis, immissio nemq; serpentũ ignitorum in populũ, ob domesticas sibi, & quotidianas contra deum obmurmurationes. In quibus omnibus offensionibus insexus Mosi precibus dominus, dedit remissionem populo nõ semel, neque bis. Si quis aũt euoluat libros Iudicum, quoties comperiet peculiarẽ domino populum deseruisse uiã Domini, & ad idolorũ cultũ declinasse? Sed clamantibus illis in tribulatione, misit deus propitius nunc hos, nunc illos liberatores, qui eos de graui hostiũ manu, iugoq; eriperent. Deinceps offenderat Dauid gra- *2.Reg.12.*
uiter dominum adulterio, & innocentis Vriæ oc- *2.Reg.24.*
cisione, ueniãq; supplex illius criminis obtinuit. Deinde in numeratione populi ambitu regni sui cõtenti, uehementer sese peccasse ultrò confessus est, & huius quoq; peccati ueniã obtinuit. Vides ne igitur iteratã ipsi Dauid indultã fuisse peccati remissionẽ? Quid memorẽ Manassem regẽ Iu- *2.Par.33.*
da post effusum sanguinẽ prophetarũ, & sordidũ idolorum cultum, cum esset captiuitate cõclusus clamasse ad dominũ, & obtenta uenia, regnoq; recepto uitã in melius cõmutasse? Quis igitur rectè pœnitentiã abstulerit, quam nouimus tantum homini fructum afferre, ut eum Deo reconciliet, in gratiamq; reducat? Propterea clamat Dauid in Psalmis: Nunquid qui dormit, non adijciet ut re- *Psal.40.*
surgat? eos que qui à uirtute exciderint, & graui somno peccati sunt oppressi, resurgere posse contestatur. Erigit enim elisos dominus, & propitia- *Psal.145.*
tur omnibus iniquitatibus nostris, sanatq; omnes *Psal.102.*
infirmitates nostras. Per Esaiã enim nos aduo- *Esaiæ 43.*
cat: Ego, inqt, sum qui deleo iniquitates uestras: & dic tu iniquitates tuas ut iustificeris. Operosum sanè foret omnia per prophetarũ testimonia, quibus ad pœnitentiã nos prouocat deus, & reducentibus ad se ueniã promittit, adducere: non semel tantũ, neq; secundo, sed quoties ad implorandam eius misericordiam cõuerti uoluerimus. Quacun
que enim hora ingemuerit peccator, omniũ peccatorũ eius non recordabitur dominus, ut inquit Ezechiel. nam non uult mortẽ peccatoris, sed ut *Ezech.18.*
magis cõuertatur & uiuat. Demum, ut est apud Sapientem, septies in die cadit iustus, & resurgit: *Prouerb.24.*
non aũt resurgit à lapsu, nisi per pœnitentiã. quis igitur nõ uiderit pœnitentiã sæpius iterari posse, & post lapsum nulli ab errore resipiscenti denegandam esse? Sed age ex nouo testamenti autoritate idem ostendatur. Beato Petro interroganti, quoties peccanti fratri esset dimissurus, an usq; septies? respondit dominus: Non dico tibi septies, sed usq; septuagies septies. Ecce abyssũ diuinę mi- *Matth.18.*
serationis, & fontem misericordiæ in immensum profluentem: cuius uenas obturare contendunt, qui huius aquæ fluxum in nos deriuari nolunt. Et diuinus Apostolus ad Galatas: Filioli, quos *Gal.4.*
iterum parturio, donec formetur in uobis Christus. Receperant Galatæ regulam fidei à Paulo: sed rursum ad infidelitatem sunt relapsi: secundo eos reuocat Paulus ad ueritatis rectitudinem, & pœnitentiam. Insuper iubetur Joãnes ecclesiæ *Apoc.2.*
Ephesi scribere: Habeo aduersum te pauca, quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor igitur esto unde exciderís, & age pœnitentiam, & prima opera tua fac. Ecce dominus hortatur post lapsum eos ad pœnitentiam, qui à recto calle oberrarunt. Præterea filius prodigus post dissipa- *Lucæ15.*
tam suam substantiã, ad osculum patris recipitur, & primam recipit stolam. Quis aberrans à gre-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ge, pij pastoris humeris ad caulam reuecta est. A
Drachma decima multo quæsita est labore, ut inueniretur, & inuenta toti uiciniæ gaudium attulit. Adhæc, publicanus cum se peccatorem confitetur, iustificatus in domum suam reuertitur. Qui ab Hierusalem in Hierico descendens, inciderat in latrones, expoliatus, & saucius benigne à Samaritano fouetur: alligatoq; uulnere in domum ecclesiæ reducitur. Postremo hæc mulier adulterij rea à condemnatione liberatur, & ne amplius peccet, solicite admonetur: ut nobis exemplo sit, salutare pœnitentiæ medicamentum nulli unquã subtrahendum esse.

Lucæ 18.
Lucæ 10.
Ioan. 8.

CAP. XVIII.

ITerum ergo locutus est eis Iesus: Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ.) Quum paralyticum per summa tecti sibi oblatum sanaturus esset Dominus, & diceret: Fili dimittuntur tibi peccata tua: scribæ & Pharisæi dixerunt intra se: Hic blasphemat: quis potest peccata dimittere nisi solus Deus? Dominus autem cognoscens cogitationes eorum, respondit filium hominis etiam in terra habere potestatem dimittendi peccata. Similiter & hoc loco, quia mulierem à peccatis absoluit, & liberam abire permisit: ne quispiam ipsum blasphemare oblatret, aut quod solius Dei est, sibi impudenter uendicaret, diuinitatis suæ sacramentum hic aperit, ostendens qua uirtute, qua autoritate, qua potestate ream à peccato absoluerit. Ego, inquit, sum lux mundi. Non quidem lux corporea, quæ mutationi & corruptioni est obnoxia, aut mortales illustrat oculos: sed lux spiritualis, nullis offusa tenebris, nulla caligine obumbrata, mentem humanam cœlesti splendore perfundens. Est enim lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Non lux alternationẽ noctis sustinens, aut luminis interpolationem, uel succedentes habẽs uicissim tenebras: sed perpetuò radiãs, & intima cordis noua, semperq; fulgẽti claritate perlustrãs. Non itidem lux certis constricta finibus, neq; Galilææ conclusa limitibus (quia me Galilæum nuncupatis, & de Galilæa oriũdum iactatis) sed totius mundi spacium meo lumine replens. Non enim ueni, ut Iudæa solum meo illustretur aduentu, aut Galilæa: sed omnis mũdi regio tanti sit particeps fulgoris. Hanc lucem, si sapitis, non paruipendite, in eius radijs gressus uestros dirigite: quoniã qui sequitur me, doctrinam meam amplectendo, & mandata obseruando, non ambulat in tenebris ignorantiæ aut uitiorum: sed habebit lumen uitæ, in præsenti quidem seculo animum interius illuminans, & in futuro totum hominem glorificans. His autem uerbis suam diuinitatem intelligi uoluit, secundũ quam lux est unigenita patris, & lumen de lumine, atq; splendor paternę gloriæ. Quis enim homo, aut quæ creatura, etiã angelica, se lucem mundi appellare audeat? quocirca hoc dicto se uerum esse Deum subostendit. Necq; quispiam obijciat, Apostolis apud Matthæum dictum esse à domino: Vos estis lux mundi. B
Quoniam unusquisque illorum lux quidem erat per participationem gratiæ, & spiritualis splendoris communicationem: Christus uerò substantialiter, & sua natura lux est uera & immensa: ut primo libro in explanatione huius loci, Non erat ille lux, abunde dictum est. Sanè in Euangelio dictum meminimus, quòd si cæcus cæco ducatũ præbeat, ambo in foueam cadunt. Ex opposito autem, si lucida teda, si fax clarissima etiam noctu iter tentanti ductum præstat, gressus illius sine offendiculo dirigit: à præcipitio, fouea, & lapsu pedes ipsius præseruat, & tenebroso quidem tempore, ne in tenebris ambulet, eum lumine claro circunfundit, ut habeat ille continuum fulgorem itineris sui ducem. Atqui in hac uia præsentis uitæ difficili, salebrosa & aspera, mille occurrunt periculæ, discrimina mille, quæ impedimento pleruncque sunt nobis, ne optatam nostri callis contingamus metam: sed aliò nos diuertunt, & deducunt in perditionem. Nunc prærupta iter hoc agentibus occurrunt præcipitia: tunc senticosa, & spinis obsepta loca. Interdum densis obducimur tenebris, & opaca nocte in hac ualle mundi umbrosa: interdum uerò luto hæremus, & in lubrico cœno uix bene pedem sistimus. Omitto diuerticula, in qua facile ferimur, à uia plana, & regia declinantes ad dextram aut sinistram. Prætereo latronum insidias, obsidentium omnes uiæ nostræ partes, & in exitium nostrũ toto annixu conspirantiũ. Itaq; summopere opus est nobis adperagrandã huius nostræ peregrinationis semitã recto duce & bono, q et uię nõ sit ignarus, & libens uelit nos omnibus his exemptos periculis, incolumes ad constitutam nobis ciuitatem perducere. Verùm quod multis optandum nobis esset uotis, & ingenti labore perquirendum, ultrò nobis offertur. Ecce Christus se nobis ducem promptè & alacriter exhibet, utq; ipsum sequamur, cluciter inuitat: quinimò quanta ipsum sequentibus ducem proueniant commoda, declarat dicens: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. De malis quidem & peruersis dictum est in Psalmo: Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant, ignorantiæ uidelicet & uitiorum. Et quanti hoc sit periculi atque detrimenti, in Euangelio Christus nobis restatur, cum ait: Qui ambulat in tenebris, nescit quò uadat. Et si quis ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. Tantũ autẽ incommodum euitat, quisquis Christũ sibi ducẽ cõstituit: nam qui illum sequitur, non ambulat in tenebris, sed habet mandata ipsius, tanquam ardentem faculam uiæ suæ indicem, & cum propheta Deo lætus concinit: Lucerna pedibus meis uerbum tuũ, & lumen semitis meis. Consequetur item ex assiduo Christi consectatu lumen uitæ, quod interius animam illuminans, perducet illum tandem ad lucidam uiuorum regionem. Et cum lumen uitæ promittit dominus habiturum illũ, qui ipsum secutus fuerit: nõ de lumine isto corporeis spectandoculis uerba facit, neq; de uita hac corporali: sed de spirituali solum lumine, & uita cœlesti atque perpetua loquitur: quinimò hisce uerbis seipsum pollicetur asseclis suis et sectatoribus qui est lumen uitæ, sicut & fons uitæ, & panis uitæ, imò autor uitæ, & uitam suis largiens æternã. Sequamur igitur indefesse Christum ducem, ut tantis ab eo bonis locupletemur.

Matth. 9.
Psal. 35.
Ioan. 6.
Ioan. 1.
1. Cor. 1.
Ioan. 14.
2. Ioan. 1.



CAP. XIX.

DIxerunt ergo Pharisæi: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est uerum. Respondit Iesus & dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, uerum est testimonium meum: quia scio unde ueni, & quò uado, uos autem nescitis unde uenio, aut quò uado.) Pharisæi non ad discendum, sed calumniandum se admodum propensos ubique declarant. Student enim semper Christi uerbis contradicere, illis repugnare, ipsis ut falsis obuiare, atque cauillationem obijcere. Nam quum Dominus se lucem mundi appellasset, ipsi obdurata mente huic luci, ne eorum mentibus illuceat, obluctantur: persimiles ijs, qui, ne oblatum solis lumen intueantur, oculos palpebris obuelant, aut uultum auertunt. Et quia ipsum nudum existimant hominem, nube carnis obductam, sed splendore signorum se prodentem Deitatem in eo non attendunt. Hominis quidem de seipso testimonium inualidum esse solet, & nequaquam fide dignum: minus enim creditur ei, qui se, suâque facta prædicat, aut propria opera uerbis extollit. Propterea Pharisæi Domino in faciem objiciunt, quod de seipso testimonium perhibeat: non considerantes, quod ante promiserit præcones, Mosen, Dauid, Esaiam, & cæteros præclaros prophetas, qui celeberrimo præconio testimonium de ipso, antequàm aduentaret, perhibuerunt. Illam deinde blasphemiæ plenam euomunt uocem: Testimonium tuum non est uerum. qua Christum Dei uirtutem & sapientiam mendacij nota perstringunt, eumq; qui summa est ueritas, falsum dicere testimonium impio ore obgarriunt. Sed animaduertite quid eis Dominus respõderit. Sanè ad id quod posteriore impingunt loco, responsionem adhibet in primis: quod tametsi de ipso perhibeat testimonium, nihilominus illud uerum est, quia Deus uerus est, in quem mendacium aut falsitas cadere non potest. Ipse itidem lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ: lux autem suapte natura suijpsius est manifestatiua. & quamuis nulla re externa clarescat, aut adhibita facula, admotaue teda collustretur, nihilosecius seipsam mortalium oculis uere insinuat. Sic & Christus lux spiritualis, licet aliorum testimonio non fuisset declaratus: suum tamen quod de se dixit testimonium non minus extitisset ueritati consentaneum. Verum autem esse testimonium, quod de seipso perhibet Christus, astruit: quia scio, inquit, unde ueni, & quò uado. Venit enim à patre in mundum ad consummandum humanæ redemptionis mysterium, & beneplacito uoluntate patris, nostræ carnis substantiã assumpsit, & peracto nostræ salutis sacramento rursum ad patrem uadit, & ad gloriã patris triumphator egregius & uictor reuertitur. Pharisæi autem neq; ipsum ut dei filium à patre missum receperunt, neq; redituru ad paternę maiestatis gloriam credidere unt. Neq; igitur unde uenit, aut quo uadat ipsos tenere, apte contestatur.

CAP. XX.

VOs secundum carnem iudicatis: ego non iudico quenquam. Etsi iudico ego, iudicium meum uerum est: quia solus non sum, sed ego & qui me misit pater. Et in lege uestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium uerum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me pater.) Qui oculos habent corporis, lippitudine, aut hebetudine imbecilles, non recte de coloribus dijudicant, quinimò aliter quàm res sese habeat, ob insitam infirmitatem ferunt iudicium, de candido quod nigrum, & de nigro quod sit candidum dictitantes. Ita uidentur affecti Pharisæi: ob grauem enim animi morbum, zelum, inuidiam, odium quo in Christum concitabantur, aciem mentis obtusam & obnubilatam habuerunt: neque ad cognoscendum in carne delitentem diuinitatem, sese tamen multiphariis signis liquidò prodentem, penetrare ualuerunt. Et hærentes duntaxat in eo quod in Christo exterius contuebantur, affixi que soli eius figuræ corporeæ, nudum ipsum hominem esse rati sunt: propterea dixit Christus eos secundum carnem iudicare: quia ultra carnis, humanam que naturam nihil in eo reliquum esse putarunt. Christus autem hoc pacto secundum carnem & faciem se quenquam iudicare negat: quia intima etiam cordis perscrutatur, & scit quid est in homine. Aut se quenquam modò, præsenti que suo aduentu iudicare denegat. Non enim uenit, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. In secundo uerò suo aduentu iudicabit omnes per discussionem, examinationemq; operum, prius in uita gestorum. de quo quidem uenturo in consummatione seculi iudicio subiũgit: Et si iudico ego, iudicium meum uerum est. Aut de præsenti iudicio discretionis, hoc secundo loco facit sermonem, quo bonos à malis examine occultæ suæ cognitionis secernit, & fideles ab improbis internoscit, quemadmodum inquit Paulus ad Timotheum: Nouit dominus qui sunt eius. Utrunque autem iudicium Christi, & discussionis operum, quod in finem mundi differtur: & discretionis meritorum, quod præsenti tempore semper exercetur, uerum est: quia à summa ueritate & æquissima lance iustitiæ profectum. Qui enim fieri possit, ut suprema ueritas non recte occulta cuiusq; merita dinoscat, aut prima iustitia à recta iudicij lege exorbitet? Porrò causam ueritatis iudicij sui affert: Quia, inquit, non sum ego solus, sed ego & qui me misit pater. Nolite, inquit, arbitrari me iudicij mei ratione à tramite ueritatis aberrare:

Ioan. 2.
Ioan. 3.
2. Tim. 2.
Ioan. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca



aberrare: quia solus non sum qui fero iudicium. A
Ioan.10. Non enim à patre separari unquam possum, cum ipse in me manens faciat opera, & ipse in me, & ego in patre sim. Itaque qui me misit pater, mecum est: & non relinquit me solum, cum ab eius substantia diuelli non possim, aut quicquam ei contrarium sentire uel iudicare. Eadem enim utriusque nostrum cognitio, idem prorsus iudicium. Hisce autem uerbis manifeste se alium à patre filius asserit, ut catholica faretur ecclesia, quum de duobus loquens, se missum & patrem mittentem nominet. Neque tamen Spiritum sanctum ab utriusque consortio seiungendum putemus, sed adiungendum potius, & nominatis patre atque filio simul intelligendum, quemadmodum eos unà connectit beatus Ioannes, dicens:
Ioan.5. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, B uerbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Quoniam uerò Pharisæi legem semper adducunt, illius que seruandæ zelo in Dominum persequutionem se mouere iactitant: ipsius legis (quam tanti faciunt) authoritate comprobatum testimonium ab eis minime reiiciendum esse, sed recto iure recipiendum. In lege, inquit, uestra, & uobis per Mosen lata, scriptum est: quia duorum hominum testimonium uerum est:
Deut.17. cum in Deuteronomio legatur, In ore duorum
Deut.19. aut trium testium stabit omne uerbum. Homines autem affectu aut odio à ueritate decidere facile possunt, & communi in prauum consensu, falsum perinde atque uerum fore testificari.
3.Reg.21 Non ne qui contra Naboth dixerunt testimo- C nium, quod benedixerit Deum & regem, fallaciter illud ementiti sunt? Non ne qui castam
Dan.13. Susannam in adulterio deprehensam in iudicio contestati sunt, concupiscentia excæcati, contra ueritatem tulerunt testimonium? Quanto magis igitur duorum testimonium, qui à ueritate deflecti non possunt, neque oberrare, firmum haberi debet. Atqui ipse de meipso testimonium perhibeo, haud aliter atque lumen seipsum demonstrat, & alia: & testimonium etiam perhibet de me pater, quum uoce cœlo delapsa con-
Matth.3 et 17. testatus: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, cum identidem in me manens opera facit: quæ me ab ipso prodijsse, genitum que esse liquidò produnt. Cur igitur D dura ceruice, huic utriusque nostrûm testimonio renitimini? Quare non cessatis inferre calumniam ueritati, excæcata mente obiectantes, testimonium tuum non est uerum? Resipiscite tandem ab hac insania, & uel patris cœlestis de me testimonium admittite. Nec quum meum de meipso testimonium reiiciatis, & suum quoque aspernari radarguamini. Præterea ut præter eum de quo perhibetur testimonium, dinoscantur esse duo testificantes de illo, quemadmodum uerba legis insinuant, etiam duo sunt, qui de Christo testimonium perhibent: pater, inquam,
Esaiæ 48. & Spiritus sanctus, quemadmodum per Esaiam Dominus noster attestatur, dicens; Et nunc Dominus misit me, & spiritus eius. De patre quidem quod testificatus fuerit Christum in baptismo, & transfiguratione, iam dictum est: de Spiritu sancto uerò idem constat, quia super Christum baptizatum in specie columbę descendit, & in trãsfiguratione, ut nubes lucida ipsum cum discipulis obumbrauit.

CAP. XXI.

DIcebant ergo ei: Vbi est pater tuus? Respondit Iesus: Neque me scitis, neque patrem meum. Si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. Hæc uerba locutus est Iesus in gazophylacio docens in templo, & nemo apprehendit eum, quia nondum uenerat hora eius.)

Quia dixerat modo Dominus, se non solum esse, sed & patrem suum esse cum eo: id carnali sensu accipientes, utpote qui nihil in Christo nisi humanum, & quod in aperto oculis omnium patuit, esse crediderunt, suo more confestim objiciunt: Dicis tecum patrem tuum esse, quum tamen te solum uideamus. Ostende igitur nobis patrem tuum, & ubi nam sit indica: quo te uera dixisse comprobemus. Porrò alij id Iudæorum uerbum, per contumeliam, & contemptum in Christum, dictum fuisse astruunt. Quid frequenter, inquiunt, patrem tuum nobis inducis, qui ignotus est & ignobilis? Quid crebra illius interpellatione aures nostras obtundis, & quasi magnæ authoritatis uirum affers in medium, qui Galilæus est, & faber? Existimabant enim ipsum de patre secundum carnem hactenus protraxisse sermonem. Sed quid Dominus eis responderit, audiamus. Neque me scitis, inquit, neque patrem meum. Non credebant in Christo plenitudinem diuinitatis habitare corporaliter, & propterea ipsum reuera nesciuerunt. Quia tamen genus, & parentes eius secundum hominem & locum originis perspectum habuerũt, prius à Christo audiuerant: Et me scitis, & unde sum scitis. Quum autem nescire filium Iudæi conuicti sunt, consequens est eos quoque patrem nescire. Siquidem ea relatiuorum, & quæ reciproce mutuóque referuntur, natura est & conditio, ut cognito uno, eorum protinus cognoscatur & reliquum: & ignorato uno, ignoretur & alterum. Quod si filium cognoscerent in forma Dei esse, & æqualem D Deo, atque ex patre genitum: & patrem utique agnoscerent eiusdem secum naturæ filium, atque substantiæ genuisse. Magnam itaq; iacturam incurrunt, qui filio nõ credunt: cum ex hac incredulitate, patris quoq; notícia illis sustollatur. Quæ quanti sit facienda, paucis aperit dominus sequenti loco. Hæc, inquit, est uita æterna, ut cognoscant te uerum, & solum deum, & quem misisti Iesum Christum. Quod si patrem cœlestem cognoscere & filium eius, uita æterna est: profecto ignorare patrem itidem & filium, interitus est æternus, & mors perpetua. Demum curauit Euangelista locum annotare, quo hæc alta suę diuinitatis mysteria Christus aperuit, ut non clanculum, aut in abscondito dicta esse cognoscantur, quemadmodum



dum improba hæreticorum dogmata, sed in pu- A
blico, ubi frequens est populi ad audiendum concursus, scilicet in gazophylacio: qui locus est sacræ pecuniæ ad oblationes, & usum templi custodiendæ designatus. Ex audientium autem numero conceperant nonnulli manus in eum mittere uiolentas, diuina tamen uirtute repressi, id non tentarunt, quia nondum uenerat hora eius: non qua ex conuersionibus astrorum cogeretur mori, sed qua sua sponte dignaretur occidi. At uerò id scrupum cuiquam mouere posset, cur interrogatus hic Dominus, ubi nam sit pater suus, non respondit è directo propositæ quæstioni: neque cœlestem se patrem habere patefacit, quod tamen ipse locus præsens uidebatur exigere. Vnde relinquebantur ipsi Iudæi animo suspensi, & B
Ioan.8. Ioan.14. super ea re ancipites ac ambigui, quemadmodũ paulo post sequentia Euangelistæ uerba testantur. Et non cognouerunt, inquit, quia patrem eius dicebat deum. Philippo uerò Apostolo interroganti Dominum post expletam ultimam cœnam: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis, cum mira benignitate & facilitate respondit: Philippe, qui uidet me, uidet patrem meum. Non credis quia ego in patre, & pater in me est? Verùm magna est affectuum & animorum diuersitas in Philippo, ostendi sibi patrem rogante, & Iudæis hic simile quiddam interrogantibus, quæ propositam facile dissoluit quæstionem. Siquidem ea uerba dixit Philippus pio animo, & ardenti desiderio uidendi patrem cœlestem. Idcirco dignus fuit, cui amplius aperiretur immanC sionis Christi in patre, & inseparabilitatis ab eo arcanum. Scribæ uerò, Pharisæi, & principes sacerdotum, maligno animo id, quod dictum est interrogarunt, ut aliquod ex ore Christi uerbum arriperent, unde eum possent accusare. Enimuerò id præcipuum fuit eorum studium, Domino nostro calumniam struere, cauillari in omnia eius uerba, & tentare ex illis ansam accipere ipsis contradicendi, ea improbandi, deridendi aut contemnendi. Hæc itaque malignitas animi eorum, & prauitas affectus nullo modo digna fuit
Eccl.32. apertione cœlestis mysterij & referatione diuinæ originis, quod non essent ipsi tam augusti & sublimis arcani idonei auditores. Ecclesiastico autem autore dictum est: Vbi non est auditus, non
Matth.7. effundas sermonem. Et Dominus ipse in Euan- D gelio nos edocuit: Nolite sanctum dare canibus: neq; mittatis margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis: & canes conuersi dirumpant uos. Quo quidem uerbo admonemur altissima diuinæ ueritatis sacramenta, & sublimia mysteria non esse proponenda impugnatoribus ueritatis, aut contemptoribus, ne aut irrideant ea, aut acrius improbent. Neque Iudæi, quibus hoc loco Dominus non aperuit diuinæ generationis sacramentum, ex eo relinquebantur dubij quid nam super ea re credere deberent, aut ignorantiæ nubilo inuoluti: quoniam ex prius auditis frequenter Domini uerbis satis perspectum habent, quod se filium Dei esse cõfiteretur, & patrem suum diceret esse Deum: cum superius dixerit Euangelista post hęc domini uerba: Pater meus usque modo operatur, & ego o- Ioan.5. peror. Propterea ergo, inquit, magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Et in sequentibus locis, Ioan.10. lapidibus impetere Christum sunt aggressi: quod homo cum esset, faceret, inquisit, seipsum Deum. Demum coram Pilato conclamarunt, secundum Ioan.19. legem suam Christum mori debere, quod filium Dei se fecerit.

CAP. XXII.

DIxit ergo iterũ eis Iesus: Ego uado, & quæretis me, & in peccato uestro moriemini. Quò ego uado, uos non potestis uenire.) Solicitus de ægroto curando medicus, omnem tentat uiam inuaurandæ sanitatis ei, quem exitiali & lethifero morbo nouit ægrotare. Et ubi perspicit leuiora blandiora que remedia non prodesse, studet acriora admouere medicamina, sectionem, cauterium, ustulationem, quibus noxius expellatur morbus. Hoc non minus obseruasse cernitur Dominus noster optimus humanæ infirmitatis medicus, ut duritiem cordis Iudæorum & impietatem sanaret. Adhibuit admiranda signa, quibus ad fidem adducerentur, adhibuit & salutarem cum suauitate doctrinam. Quæ omnia ubi nihil eis conducere conspicit, aut salutem afferre: nunc asperam eis comminationem infert, & æternam interminatur mortem, ut hac saltem ratione ad saniorem reuocentur mentem. Vado, inquit, ad eum, qui me misit, & ad cœlestem reuertor gloriam, cum deuicta morte immortalis uitę dignitatem assumpsero. Quod etsi adhuc futurum erat, more tamen suo ad designandam rei certitudinem, id ut præsens enunciat. Postquàm autem per reditum ad patrem à uobis abiero, quæretis me, non credendi desiderio, sed persequendi studio: & quem amplius in proprio corpore persequi (ut prius) non poteritis, in membris acerrime infestabitis, & pro uiribus excruciabitis. Sed horrendus uos manet ex hac persequendi sæuitia exitus: nam in peccato uestro moriemini, & perpetuis addicti pœnis, æternæ uitæ exortes, semper secundam mortem acerbissime feretis. Itaque quò ego uado, uos non potestis uenire: ad uitam enim propero sempiternam, uos autem ad æternam mortis horrorem, quia oblatam uitam uestra perui-cacia reiicitis. Ego ad gloriam uado patris, uos autem ad confusionem perpetuam, sponte uestra ruitis. Ipse ad cœlestem transeo requiem, ad quam peruenire non potestis: quia uiam, qua illuc itur, tenere contemnitis. Quum igitur me nunc sequi renuitis, ad uirtutis laborem, non poteritis me etiam sequi ad præmium. Non ob negatam bene agendi facultatem, sed ob propriam animi uestri malignitatem uiam salutis amplecti recusantem. Quod si durũ est æterna carere uita: si triste,

Universidad de Deusto
Biblioteca



si triſte, interitum perferre perpetuum: ſi graue, A interminum perpeti ſupplicium: reſipiſcite dum datur hora, à prauis ſtudijs ueſtris, abijcite ponderа peccatorum ueſtrorum, ne in illis moriamini.
Pſal. 113. Quia non mortui laudabunt dominum, neq; omnes qui deſcendũt in infernum. Ecce quibus eos minis exterret, q̃ mala ipſis imminẽtia prædicit, ut uel illorum horrore ipſos à malo reuocet.

CAP. XXIII.

DIcebant ergo Iudæi: Nunquid interficiet ſemetipſum (quia dicit, quò ego uado, uos non poteſtis uenire. Et dicebat eis: Vos de deorſum eſtis, ego de ſuperius ſum. Vos de mundo hoc eſtis, ego non ſum de hoc mundo. Dixi ergo uobis, quia in peccatis ueſtris moriemini. Si enim non crediderit is, quia ego ſum, moriemini in peccato ueſtro.) Ex fonte dulci manans aqua ſuam refert originem, & dulcis eſt: ex fonte uerò amaro & turbido, non poteſt unda ſuauis profluere, ſed amaricata & horrida guſtu. Atqui animus hominis ut fons eſt, quæ intra ſe concipit iugiter ſcaturiens: qui ſi beneuolus fuerit, & ſyncero affectus amore, talia etiam ſenſa & cogitata expromet: ſin uerò maleuolentiæ ueneno labefactus, aut inuidiæ tabe fuerit corruptus, nihil rectum, nihil amicum, nihil denique benignum meditabitur: ſed obliqua, ſiniſtráque cogitatione quęcunque audita interpretabitur. Id nunc Iudæi factitare conſpiciuntur, qui uerba domini nequaquam intelligentes, protinus in abſurdam & horrendam auditu exeunt cogitationem, uerbis' que eam expromunt, C ſciſcitantes nunquid ſeipſum eſſet interfecturus: quia dixerit: quo iturus eſſet, alios peruenire non poſſe. Sed unde hæc tanta exoritur intelligendi abſurditas? Profecto ex ſola animi eorum nequitia: qui, quoniam uirulentus eſt, & horrore odij contaminatus, quicquid intra ſe receptat, conſimili tabe commaculat: quemadmodum uas illitum uepeno, quicquid impoſitum ſibi receperit, reddit uenenatum & mortiferum. Cæterum neque ueriſimilitudinem habet hæc improba eorum inquiſitio. Non enim, ſi ſeipſum interfecturus eſſet, colligere recte potuiſſent, eam obrem quò ipſe iturus eſſet, alios peruenire nõ poſſe. Nam & ipſi ſeipſos interficere potuiſſent, ſibiq; ultrò mortem conſciſcere: & hac uia ueniſ- D ſent quidem, quo Chriſtum abijſſe autumaſſent. Hanc autem (quam etiam cogitare pius horreſcit animus) de Chriſto impietatem, ipſe manſuete ferens, oſtendit eis cum admiranda benignitate, quonam pacto ſua fuerant uerba accipienda, ſimul & ſuæ naturæ eminentiam ſupra cæteros homines declarat. Vos, inquit, de deorſum eſtis, & creaturarum ſortiri conditionem, quæ deo creatori ſubiectæ ſunt, & longo infra ipſum ſubſident, atque ſubſiſtunt interuallo: ego uerò de ſuperius ſum, & diuinam habens naturam, quæ rebus creatis omnibus in immenſum ſupereminet. Ex patris enim ſubſtantia genitus, eiq; in omnibus æqualis creaturarum naturam, longe tranſcendo. Nempe deorſum, hoc loco creaturarum proprietatem, ſortemque designat, ratione creationis Deo ſubiectam, atque ſubiacentem. Superius uerò diuinam nominat naturam, omnia ſuperegredientem, & ab omnibus eminenter exceptam: quemadmodum diffuſius eſt diſcuſſum prius, cum hic locus occurreret explanandus: Qui de terra eſt, terra eſt, & de terra loquitur: qui deſurſum uenit, ſuper omnes eſt. Altero deinde diſcrimine ſe ab eis diſſentire atque diſtare demonſtrat, quia ſcilicet de mundo ſunt, ipſe uerò non erat de mundo. De mundo erant ſcribæ & Phariſæi, ſi affectum (ut debes) attendas: nam toto animo rebus huius mundi inhiabunt. Primatum & honores ardentiſſime ambiebant, eligentes primas cathedras in ſynagogis, & primos diſcubitus in menſa: ſuaq; opera omnia facientes, ut uiderentur ab hominibus. Opes itidem & pecuniam nimia cupiditate proſequebantur, deuorantes domos uiduarum, & pecuniæ quæſtum in ipſo quoque templi ueſtibulo aucupantes. Chriſtus uerò hoc modo non erat de mundo: quia affectum animi fluxis huius mundi, caducis que rebus non habuit implicatum aut intentum. Non enim propriam quærebat gloriam, ſed ſolius patris. Sic etiam omnes abiecit opes, ut non haberet ubi caput reclinaret. Rurſum quod modo comminatus fuerat, iterum eorum auribus inculcat: ipſos ſcilicet in ſuo peccato morituros, & ad mortem uſq; in ſua iniquitate perſeueraturos abſque fructu pœnitẽtiæ. Vt quod prima exhortatione eorum mentibus non inheſerat, aut fuerat infixum, ſaltem ſecunda aut tertia affigeretur. Ita enim faciunt quæ duræ ceræ annituntur imprimere formam ſigilli, ſi primo conamine fruſtra tentarunt efformare illius effigiem, ſuperaddunt ſecundum aut tertium conatum: & improbo tandem labore alliquuntur quod expetunt: niſi uſqueadeò dura ſit, & primitiuæ formæ reluctans materia, ut omnino illius effigiationem non admittat. Qualis reuera erat Iudæorum animus, qui lapidis inſtar omnem refugiebat emollitionem, & ne terribili quidem hac interminatione inflectebatur ad pœnitentiam. Idcirco tertio idipſum repetit, ut medicus de ægroti ſalute deſperans, & imminentem ſæpius ei prædicens interitum, niſi ea quæ reparandæ ſanitati apprime neceſſaria ſunt obſeruet. Sed nunc uiam aperit, qua tantum poſsint euadere diſcrimen, ſcilicet mori in ſuo peccato: utpote, ſi credere noluerint quia ipſe eſt: quam quidem ſi amplecti neglexerint, de ſalute eorum actum eſſe declarat. Si enim non crediderit is, inquit, quia ego ſum, moriemini in peccato ueſtro. Vbi quamuis ſupprimat quisnam ipſe ſit, hanc tamen ſignificat ſententiam his uerbis, ſe Chriſtum eſſe in lege & prophetis promiſſum: ut eorum uerborum hæc ſit intelligentia, Niſi crediderit is quod ego ſum, ſcilicet Chriſtus uobis ante promiſſus, & nunc exhibitus, moriemini in peccato ueſtro. Nempe de hac re inter uos agitur contro-



controuerſia & diſceptatio. Aut ſi altiorem uolu A mus ſenſum attẽdere, utitur hic dominus noſter ad eos uerbo illo eſſentiam deſignãte abſolute, et ſine cuiuſquã adiectione ſumpto, quo diuinitatem ſuam illis apertiꝰ ſignificaret, cum eò de ſe uerbo loquatur, quod ſoli deo cõperere dinoſcitur, & prius ad Moſen de Deo dictum eſt. Cum enim Moſes ad liberandum ex Ægypti ſeruitute populum Iſraeliticum mittẽdus, interrogaret
Exod. 3. de nomine mittentis: reſpondit Dominus, Ego ſum qui ſum. & rurſum: Sic dices ad filios Iſrael: Qui eſt, miſit me ad uos. Hoc igitur uerbo reuocat eos in memoriã, ſeipſum eſſe, qui priꝰ ad Moſen hoc ſe nomine uocari conteſtatus eſt. Quod ſi rerum omnium naturam penſiculatius indaga uerimus, ſoli deo eſſe, in primis conuenire com- B periemus, ut qui ab alio minime ſubſiſtat: ſed
Rom. 11. fons primarius eſt exiſtentiæ rerum omnium, ex quo, per quem, & in quo ſunt omnia. Neq; quippiam aliorum ad perfectionem diuinæ eſſentiæ pertingere ualet: ſed citra proportionẽ omnem ab ea deficit, & quodãmodo ad non eſſe decumbit. In comparatione ſiquidem eius, qui uerè eſt, qui incommutabilis eſt, & exordium nõ habet, nec aliunde accipit eſſe, ſed à ſe habet, quaſi non ſunt quæ mutabilia ſunt, quę principium ſui eſſe habẽt, & idipſum ab alio ſortiuntur. Quod enim dicitur, fuit, nõ eſt: & quod dicitur, erit, nondum eſt. Deus autem tantum eſt, qui non nouit fuiſſe, uel futurum eſſe. Cęterum non ſolis putemus ludęis hanc à domino cõminationem eſſe factam: C quod ſi in eum nõ crediderint, morientur in peccatis ſuis: ſed & nobis. Eadẽ enim nos quoq; manet damnatio, ſi in Chriſtũ fide per dilectionem operante non crediderimus. Idem omnino exitium, idemq; interitus, ſi obdurauerimus corda noſtra per impœnitentiam, & phariſæis perſimiles in incredulitate fuerimꝰ: ſi denicꝰ aſſidue uocantem nos deum ad pœnitentiã, ſurdis auribus
Rom. 2. præterierimus. Audiamus itaq; tubam euangelicã Paulum Apoſtolum, terribili uerborũ clangore auribus noſtris intonãtem. An diuitias bonitatis dei, & patiẽtiæ, & longanimitatis eius cõtemnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiã te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitẽs cor theſaurizas tibi iram in D die iræ, & reuelatiõis iuſti iudicij dei, qui reddet unicuiq; ſecundum opera eius. Fugiamus, oro, adiutore deo, pro uiribus peccatum ad mortem,
1. Ioan. 5. quod tam graue & horrendum eſt, ut pro illo nõ
Prou. 19 & 21. dicat Ioannes eſſe orandum. Illud uerò impœnitentia eſt, & cõtinua in peccato ex animi electione perſeuerantia. Et quoniam in prouerbijs ait Sapiẽs, quod peſtilente flagellato, ſtultus ſapiẽtior erit, & rurſum alio loco: Mulctato peſtilente, ſapientior erit paruulus. Ex incredulitate Iudæorum & iudicio, in quod propter eam incidерunt, capiamus exemplum effugiendi tam graue malũ, noſtramq; inde ſalutem operemur. Dum
Gal. 6. tempus habemus, operemur bonum, ut monet Apoſtolus: & nos ipſos in Chriſtum uerè crede re oſtendamus: non tantum uerbo & lingua, ſed etiã opere. Enimuero obduratus corde & incredulis, neq; cognoſcẽtibus uias eius iurauit in ira ſua, quod non introibunt in requiem ſuam. Feſti Pſal. 94. nemus illã ingredi: & ne in idipſum incidamus incredulitatis exemplum, in quod uidemus prolapſos eſſe Iudæos, quia ad aſsiduam domini uocationem auribus grauiter audierunt, & priuſus Hebr. 4. obſurduerunt, ipſe nos quotidie commoneſacit ſimul & exterret his uerbis, quæ apud Lucam dixiſſe legitur ſemel atq; iterum: Niſi pœnitẽtiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis. Caueamus Lucæ 13. itaq; ſummopere, ne in numero illorum habeamur, de quib. in Prouerbijs loquitur dominus: Quia uocaui, & renuiſtis: extendi manũ meam, Prou. 1. & non fuit qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. Ego quoq; in interitu ueſtro ridebo, & ludſanna bo, cum uobis id quod timebatis acciderit. Tũc inuocabunt me, & non exaudiam: mane conſurgent, & non inuenient me: eo quod exoſam habuerint diſciplinam, & timorem domini non ſuſceperint, nec acquieuerint cõſilio meo, & detraxerint uniuerſæ correptiõi meæ. Nec minus prophetico pręconio per Eſaiam idem exprobrat et Eſa. 61. comminatur dominus, cum ait: Pro eo quod uocaui, & non reſpondiſtis, locutus ſum & non audiſtis, & faciebatis malum in oculis meis, & quę noluí elegiſtis: propter hoc hæc dicit dominus deus: Ecce ſeruí mei comedent, & uos eſurietis: ecce ſeruí mei bibẽt, & uos ſitietis: ecce ſeruí mei lętabuntur, & uos cõfundemini. Deniq; per Hieremiam prophetam idẽ conqueritur dominus, quod dura ceruice cõtemſerint ipſum, quos ad ſe uocauit: prænunciatq; ſe illos dei contemptores proſecturum à ſe, & deſerturum: cum inquit: Et nũc quia feciſtis omnia opera hęc, dicit domi Hier. 7. nus: & locutus ſum ad uos mane conſurgens & loquens, & non audiſtis, & uocaui uos & non reſpondiſtis: faciam domui huic (in qua inuocatũ eſt nomen meum, & in qua habetis fiduciam) & loco quẽ dedi uobis, & patribus ueſtris, ſicut feci Sylo. Et proijciam uos à facie mea, ſicut proieci omnes fratres ueſtros, uniuerſum ſemen Effraim. Non ergo ſimus ex duritia cordis ſurdaſtri ad uocantem nos dominum: Quoniam cor durum (ut ait Sapiens) male habebit in nouiſsimo. Et Eccl. 3. rurſum alio loco: Qui uerò mentis eſt duræ, cor- Prou. 28. ruet in malum.

CAP. XXIIII.

DIcebãt ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Ieſus: Principium qui & loquor uobis. Multa habeo de uobis loqui & iudicare: ſed qui me miſit, uerax eſt: & ego quæ audiui ab eo, hęc loquor in mundo. Et non cognouerunt, quia patrem eius dicebat deum. Ad oſtenſionem ſuę deitatis modo dixerat Chriſtꝰ Iudæis, Ego ſum: nec; adiecerat quidnã eſſet: ut ex ipſa loquẽdi ratione ſe deũ eſſe declararet, cui ſoli conuenit ſimpliciter eſſe. Hinc Iudæi materiã interrogãdi ſumunt quiſnã ipſe eſſet: ut determinatiore cõtractioreq; ſermo

Universidad de Deusto
Biblioteca



ne de se loqueret. Quia, inquiũt, dixisti, ego sum, A Certè si scripturas accurate fuerimus perscruta-
& non addidisti quidnam es: nunc ergo dic quis ti, comperiemus & id nomen deo patri attribui,
es: ut credamus. Quibus hoc pacto interroganti ut cũ in sui euangelij initio Ioannes dicit: In prin-
bus eam adhibuit dominus responsionem, quæ cipio erat uerbum, significans eo dicto, quod fi-
& diuinam in eo naturam pariter & humanam lius dei ab æterno erat in patre, neq; tẽporali na-
Ioan.1. designaret. Sum, inquit, principium omnium re tiuitate suæ existentiæ habuit exordium, ut obla-
Hebr.1. rum, ex quo omnia suum sumpserũt exordium, tarunt hæretici. Similiter & cum propheta in
& per quod omnia constant. Principium, per Psalmo inducit patrem ita ad filium loquentem:
Gen.1. quod facta sunt omnia, per quod deus creauit se Tecum principium in die uirtutis tuæ. Ac si pla-
cula, in quo deus creauit cœlum & terram. Ne- ne dicat: Tecum ò fili est pater in coeternitate di
cesse est autem rerum omnium autorem deum uinitatis, quo intelligamus, non extitisse patrem
esse: quare nuncupatione principij, se deum es- ante filium dei, quemadmodũ Ariani impuden-
se, perspicue designauit. Cum autem subnectit, ter obgarriunt, sed cum filio & apud filium sem-
qui & loquor uobis: se hominem pro nobis fa- per fuisse patrem, in eo Psalmi loco principij no-
ctum insinuat, qui præsens uerba, quæ à patre ac mine signatum. Ipsum uerò dei filium, etiã prin-
cepit, hominibus nunciauit, patris q; uolũtatem B cipium dici, præsens euangelij locus apertissime
explicauit. Verum quia nec his uerbis erant cre- testatur. Non tamen idcirco duo contendas esse
diturí, sed in sua permansuri infidelitate: præcidit principia, patrem & filium: sed unum & unicum
eis graue iudicium, ob peccatorum suorum mul principium, quemadmodum & pater est deus, &
titudinem futurũ: Multa, inquit, sunt quæ de uo filius est deus: nõ tamẽ duo dij, sed unus est deus.
bis discutere & examinare debeo: non quidem Nihilosecius aliqua inuenitur discriminis ratio
hoc tempore, sed cum cuiq; homini iuxta opera Malach.1. inter nuncupationem illam, ut patri congruit, &
sua fiet retributio. cum enim accepero tempus, ut attribuitur filio, quod pater principium est si-
Psal.74. ego iusticias iudicabo: & statuam id potissimum ne principio, quoniam à nullo suę deitatis habet
contra faciem uestram, quod in me credere pro originem. Filius uerò principium est de princi-
teruia uestra respuitis. Ob quam tamen nihil re pio, quoniam ex substantia patris ante secula est
rum fidei, nihil ipsi detrahitur ueritati: quia qui genitus. Sed nónne & spiritui sancto eadem ada
me misit pater, uerax est: à quo sicut esse mihi da ptari poterit denominatio, ut & ipse dicatur prin
Matth.11. tum est, ita & sapere & cognoscere. Omnia enim cipium? Quid ni poterit? cum & ipse autor sit &
mihi tradita sunt à patre meo. Nõ itaq; à meipso causa effectrix rerum omniũ haud minus quàm
loquor, quæq; meo arbitrio sint excogitata: sed C pater & filius: quinimo pater & filius, & spiritus
quæ audiui à patre meo, hæc loquor in mundo. sanctus unum sunt omnium principium: attamẽ
Atqui nõ potest à uerace quicquam, nisi uerum ea deprehenditur esse differẽtia inter illam deno
proficisci. Veritatem itaq;, quam à patre accepi, minationem, patri & filio attributam, & spiritui
& audiui, mundo manifesto. Cęterum cæcis ocu sancto accõmodatam, quod tam pater quàm fili
lis obiecta lux, non prębet suam claritatem, neq; us ratione diuinæ emanationis, productionisq;
perspicua est: neque excæcatis Iudæorũ animis intimę principium dicitur: itidem & ratione cõ-
oblata ueritas, eos ad uerę cognitionis lumẽ pro ditionis, creationisq; rerum exterarum. Este-
uehere potest. Nam cum tãta dominus de patre nim pater principium filij, & spiritus sancti: filius
suo eis mysteria declarasset: illi oculos suos in itidem principium spiritus sancti: insuper pater
terram declinantes, nõ cognouerunt quia patrẽ & filius principium sunt rerum omnium pro-
eius dicebat deum. Ipsum enim nudũ existiman ductiuum. At uerò spiritus sanctus, ratione emana
tes hominem, quæcunq; de patre disseruit, de di tionis diuinæ, & originis intimæ, nõ dicitur prin
uino & cœlesti patre (ut intelligenda erant) acci cipium, quod nulli diuinarum hypostaseõn præ-
pientes, falsa simul & blasphema putabũt, ac ho stet sequẽti ordine originem: quoniam nulla est
nori ipsius dei non parum derogantia, quemad- D reliqua, cuius esse possit hoc modo principium.
modum inquit Ioannes quinto cap. Propterea Ratione tamen productionis rerũ conditarum,
magis quærebant eum Iudæi interficere: quia nõ spiritus sanctus æque principium dicitur atq; pa
solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum di ter & filius. Itaq; absoluta principij ratio, maxime
cebat deum, æqualem se faciens deo. Et cũ decimo patri conuenit, quoniã primario loco: deinde fi-
Ioannis cap. dominus dixisset Iudęis: Ego et lio eadem competit, & postremo spiritui sancto,
pater unũ sumus, & ob hoc ipsum lapidare ten- qui (ut filius) principium est de principio, sed ge
tassent: interroganti domino, propter quod bo mino, principium, inquã, duntaxat creaturarũ.

num opus ostensum ipsis ab eo, uellent eũ lapi- CAP. XXV.
dare, responderunt: De bono opere non lapida-
mus te, sed de blasphemia: & quia tu homo cum DIxit ergo eis Iesus: Cum exaltaueritis filiũ
sis, facis teipsum deum. Cæterum quonam in hominis, tũc cognoscetis quia ego sum: &
præsenti loco Christus seipsum appellat principi à meipso facio nihil, sed sicut docuit me pat, hæc
um: paulò altius id repetendum est, quo pacto loquor. Et qui me misit, mecum est, & non reli-
ea denominatio illi conueniat: indagãdumq; di quit me solũ: quia ego quæ placita sunt ei, facio
ligentius, an ipsi soli sit propria atq; peculiaris. semper. (Hæc illo loquente, multi crediderunt in
eum.) Videbat Dominus (cui omnia, antequam



euenìant, cognita sunt) nonnullos in turba Iu- A uoluntatis utriusq; concordia est & cõsensus,
dæorum, quam alloquebatur, esse, qui uisis hora ut ne in minimo quidem filius à beneplacito pa-
mortis eius signis, essent in eũ credituri. De qui- tris discedat aut discordet: sed quæ patri placita
Luc.23. bus Lucas inquit: Et omnis turba eorum qui si- sunt, faciat semper. Voluntas etenim præcipua
mul aderant ad spectaculum istud, & uidebant patris fuit, ut pro salute mundi filius mortem pa
quę fiebant, percutiẽtes pectora sua reuertebat teretur. Sic enim dilexit deus mũdum, ut filium
tur. Aliquos etiam post reditum eius in cœlum, suum unigenitum daret. Non enim misit deus Ioan.3.
Act.2. ad Apostolorum prædicationem cõuertendos: filium suum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur
de quibus meminit in Actis apostolorum Lu- mundus per ipsum, & hanc optimam patris uo-
cas, quod his auditis, quę à Petro dicta sunt, com luntatem filius studiose adimpleuit. At uerò
puncti sunt corde, dicentes: Quid faciemus ui quamuis magna fuerit Iudæorum incredulitas,
ri fratres? Ideo futuram eorum conuersionem ea tamen non omnium animos occupauit, quia
prænunciat, simul & suæ mortis genus explicat, ex audientibus multi crediderunt in eum. Ecce Lucæ 8.
quod in cruce pro mundi salute moriturus sit: semen uerbi dei iactum in terram bonam, quod
Cum, inquit, exaltaueritis filium hominis, & in exortum fecit copiosum fructum in ijs qui credi
aërem erexeritis crucí affixum, tunc cognosce- B derunt. Quod autem in spinas peccatorum, aut
tis quia ego sum: non mutabilitati obnoxius & supra petram duri pectoris Iudæorum decidit,
instabilitati, ut post non esse habeam esse, more nullam fidei aut bonorum operum attulit fru-
creaturarum: aut post esse decidam ad non esse, gem: quia spinarum aculeis, aut ariditate lapidis
quemadmodũ ea quæ corruptionem sustinent: emortuum est.
sed diuinæ naturę incõmutabilitatem in me con
stantissime seruans. Ego enim dominus, & non Libri quinti finis.
Malach.3. mutor. Nunc quidem obsistitis uerbis meis, &
doctrinæ meæ pro uiribus repugnatis. Cum au- COMMENTARIORVM CYRILLO
tem morte me affeceritis, tũc meam cognoscetis SVPER IOANNEM ADIECTO-
diuinitatem, & in me credetis. Quod si crudeles RVM LIBER VI.
manus Christo inferentes, ueniæ locum & pœni
tentiæ erant habituri: quis, quantiscunque pres- CAP. I.
sus sceleribus, de misericordia dei desperauerit?
aut ad eum reuerti, ut remissionem peccatorum DIcebat ergo Iesus ad eos qui
accipiat, trepidus recusauerit? Vt uero de Deo C crediderunt in ipsum: Si per-
patre loqui se patefaceret, & non de alio quouis manseritis in sermone meo, ue
secundum carnem parente: ut etiam se non esse re discipuli mei eritis, & cogno
repugnantem, aut aduersum Deo ostenderet, scetis ueritatem, & ueritas libe
quemadmodum uulgo Iudæi iactitabant: a ipso, rabit uos.) Cum constructum
proprioq; arbitrio, aut sententia se nihil age- fuerit fundamentum, & iacta
re protestatur: sed eodem cum patre consensu atq; ædificij prima exordia, laborat artifex industri-
concordia ea loqui, quę ab ipso patre accepit at- us reliquũ opus absoluere: neq; absistit à labore,
que didicit. Docuit autẽ pater filium, non quia i priusquã extremã rei manũ imposuerit. Cogno-
gnorantem, & prius diuinę scientię expertem e uit quidem Dominus iacta in nonnullorũ cordi
rudierit, aut in cognitionem adduxerit: sed quia bus ex uerbis suis ueræ fidei fundamẽta: idcirco
scientem ante secula genuit, gignendoq; ipli fi ad consummationẽ spiritualis ędificij sola perse-
lio sapientiam, sicut & essentiam diuinam con uerantia consequendã, hac exhortatione annitit-
tulit. Non itaq; prius ignarus, postea sapiens sa ur, inquiens: Si manseritis in sermone meo, ue-
ctus est filius: sed ab æterno sapiens, suam scien re discipuli mei eritis. Parum est, inquit, sermo-
tiam in patrem refert autorem, eamq́ue ab ipso D nem meum auribus hausisse, & ad tẽpus seruas-
se habere confitetur. Demum eadem repetit, se, neque ullus ex eo prouenire potest fructus.
quæ superius commemorata sunt: utpote, qui Nempe multi uerba mea audiuerunt, & conuer
me misit, mecum est, & non reliquit me solum, si sunt retrò, dicentes: Durus est hic sermo, & Ioan.6.
ne illa quæ arduum continent suæ diuinitatis, quis potest eum audire? Quid prodest obsecro,
& inseparabilitatis à patre sacramentum, negli durum subijsse certamen, si quis animo fracto
genter audita sine fructu prætereant: sed iterum tandem hosti manus dat uictas? Quid nauem de
atque iterum repetita, tenacius audientium ani duxisse in pelagus, & salum sulcasse profundum,
mis infigantur. Itaque secum esse patrem suum, si tandem antequam portum contingat, nauis Matth.10.
à quo missus est, perhibet: quia ipse in patre, & procellis & fluctibus acta fatiscat? Quid incho-
pater in eo indimobiliter, indigressibiliter est, asse domus structuram, si quis non consumma-
neq; reliquit eum pater solũ, ut qui inseparabili uerit? Non incipientibus, sed perseuerantibus
ter, & identitate naturæ unum sit cum patre, & usque in finem, salus æterna promittitur. Me-
semper in sinu patris. Cum hac autem arctissi mores estote uxoris Lot, quæ conuersa retrò, in Lucæ 17.
ma substantiæ patris & filij connexione, etiam statuam salis est mutata. Nemo itidem mittens
manum ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est

Universidad de Deusto
Biblioteca



Luc. 13. regno Dei. Itaq; nolite uobis blandiri, quod ser- A monem meum audieritis, aut receperitis: initiũ id salutis est: sed nisi manseritis in sermone meo, nequaquam id uobis profuturum est. Si autem ad finem usque in eo perstiteritis, uere discipuli mei eritis, & non solo nomine. Nonnulli enim se meos dicunt esse discipulos, & tamen à discipulatu meo longe sunt alieni: nomen tenent, rem non habent. Sed ne quis existimet parui esse momẽti ad discipulatũ domini ascisci, quis inde fructus sequatur audiam». Duplex em̃ hic exprimi

Ioan. 14. tur. Primũ cognoscetis ueritatem, me scilicet, qui sum ueritas. Ego em̃ sum uia, ueritas & uita. Aut remoto uelamine umbrarum legis Mosaicę quo hactenus obducti fuistis, ueritatem luce euange

Ioan. 1. licæ perspicue cernetis, sine figuris dilucidam. B

1. Cor. 10. Nempe lex per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Antiquis siquidem patribus omnia in figura contigerunt, & umbrã futurorum bonorum lex habuit: nunc uerò reiecta nube, & nocte figurarum, succesit claritas

Heb. 10. splendoris euangelici, quem interioribus oculis animi cernetis, si in eo quem recepistis sermone permanseritis. Secundum ex hoc sequens emolumentũ est, quod ueritas cognita liberabit uos, id est liberos uos reddet à seruitute peccati, ac amore mundi, restituetq; in libertatem iusticiæ. Sanè liberare, secundum Latinæ linguæ consuetudinẽ designat eripere, aut aliquo periculo eximere. Hic uerò (ut sequens indicat sermo, & Iudæorum cauillatio) non in eo accipitur significatu, sed liberum efficere, in libertatem asserere denotat. C

CAP. II.

REsponderunt ei: Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus unquã. Quomodo tu dicis, liberi eritis? Respõdit eis Iesus: Amen amẽ dico uobis, quia omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati. Seruus aũt nõ manet in domo in æternum: filius aũt manet in æternum.) In turba eorũ qui crediderãt (ad quos prędes habitus est sermo) nonnulli erant qui nondũ crediderunt, neq; fidei dono illuminati sunt, qui hanc cauillationẽ uerbis domini obiecerũt. Neq; enim existimandum est, eos qui in Christum crediderant, usque adeò ad calumniandũ eius uerba, & falsò redar- D guendum animatos fuisse. Magistri enim uerbis reuerentia à discipulis solet exhiberi, non calumnia. Quia igitur Dominus eos, qui in suo permanserint sermone, promisit per ueritatem liberandos, futurosq; liberos: illis offensi uerbis Iudæi, qui duntaxat ad reprehẽdenda Christi uerba intenti erant, intelligebant significari se aliqua prius seruitute pressos, à qua essent per ueritatem liberandi. Id autẽ indigno ferentes animo, de generis sui nobilitate gloriãtur, quod ex Abraham patriarcha duxerint originẽ iactitantes, & quod nemini seruiuerint unquam, uane attestãtur, de seruitute corporali uerba domini solum intelligentes: de qua tamen quod se asseuerant, falsum esse liquidò constat. Ioseph enim unus ex patri- Gen. bus eorum & progenitoribus seruiuit in Aegy- 39. pto: quemadmodum Psalmus dicit de eo: In ser- Psal. uum uenũdatus est Ioseph. Et ipsi quoq; in Ae- 104. gypto duram seruierunt seruitutẽ sub iugo Pharaonis in luto, latere & paleis: propterea Dominus sæpius eis cõmemorans beneficium liberationis eorum ex Aegypto, adducit quod eripuerit ipsos de domo seruitutis, & fornace ferrea Ae- De gypti. Quid? nõne in Babylonica captiuitate A- iub Nabuchodonosor durã pertulerũt seruitutis Le cõditionẽ? Nõne tandem Romanorum imperio subiecti, eis tributa pẽdebãt? Quid ergo gloriantur se nunquam seruisse cuiquam? Sed usq; adeò præceps est & uehemens cõtradicendi studium, ut quid uerum sit nec ne, nequaquã attendat. Cæterum Dominus de corporali seruitute cum eis cõtendere recusat: alteram autem longe duriorem affert seruitutem, qua clanculũ innuit eos grauiter esse oppressos, utpote seruitutẽ peccati. Nam qui facit peccatum, seruus est peccati. A quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Trahitur quis cupiditate sua ad congerendã pecuniam, ad rapienda aliena, ad furtum, nõne auaritię seruus est? alius crapulę, ebrietatiq; deditus, ad obscœnas corporis uoluptates præceps rapitur: quis hũc gulæ & libidinis seruũ negauerit? Denicq; alius ad honores aspirat, dominatum concupiscit, principatũ affectat: hic superbiæ durissimo iugo sua colla subigit. Verum hæc seruitus eo deterior est, quàm corporalis subiectio, quod corporalem, ut duram & acerbã detestantur omnes & auersantur: quàm aspera sit cognoscunt, & pro uiribus refugiũt. Peccati uerò seruitus, neq; satis cognoscit̃, neq; displicet. Applaudimus ei, & colludimus spõte nostra, atq; indies augemus eam. Habet enim asseclam sibi & sociã blandam uoluptatẽ: cuius fuco & mendacio inescat animos hominũ, & libertatis præ se fert speciem. Præterea serui hominum, inhumanos, & immites plerunq; fugiũt dominos, & corripiendo fugam, à dura liberãtur seruitute. Seruus uerò peccati, quò fugiat non habet. Sequitur enim illum semper uindex conscientia, & grauissimis (qui ex peccatorum recordatione surgũt) stimulis torquere nõ cessat, neq; placidam ei quietem concedit. Præterea corporalis seruitus plerunq; citra culpam eius, qui in conditionẽ trahitur seruilem, inducitur, & ipso quidem retinente acinuito. Quid enim peccauerat Ioseph, ut in seruũ à fratribus uenundaretur? quid item admiserunt Ezechiel, Daniel, & socij eius, in captiuitatẽ Babylonicam adacti? Seruitus uerò peccati, sponte nostra semper cõtrahitur, cum peccatum omne sit uoluntarium, & eius assuefactio spontanea & culpę rationem habet assiduè annexã: quoniam ex ipsa, & frequẽti eius perpetratione potissimũ nascitur. Rursum humana seruitus, qua in alterius ditionem amissa libertatis cõditione quispiã redigitur, saltem ipsa finitur morte, quantumuis in præ



sentis uitæ incolatu fuerit diuturna, immi- A tis & aspera, peccati aũt seruitus nequaquam in ipsa terminatẽ morte, sed hic inchoata, perpetuò durat post mortem, sine ulla consequendæ libertatis spe. Qui enim peccati iugum à senõ excussérit, cum præsentem agit uitam, haud quaquam illud abiicere poterit post hanc uitam: quod tũc nec pœnitẽtię nec uenię locus ullus relinquitur ijs, qui hic obdurata fronte, animoq; obstinato grauibus peccatis se obstrinxerũt. Adde quod libertas iustitiæ, q̃ præstant uirtutis opera, & mens sibi conscia recti, admittit secum seruitutem corporalem, seruilemq; inter homines cõditionem: quod una alteri haudquaquã repugnet aut aduersetur. Fuit sanè Ioseph domino suo Ægyptio seruiliter subiectus, si corporis attẽdas conditio B nem: animo tamen maxime liber, quod concupiscẽtiæ carnis manus uictas nõ dederit, quod integram domino suo fidem in administrãda illius domo, sine dolo & fraude seruauerit. Ex opposito itidem corporalis libertas, & cõditio uiuendi inter homines libera, seruituti peccati sæpenumero inuenitur cõiuncta in ijs, qui libertatẽ quidem habent corporis, qua nemini subiiciuntur, animum tamen habent uariis subactũ cupiditatibus. Achab planè rex Israel liberam habuit uitę conditionẽ, qua & regio fuit sceptro insignis, 3. Reg. 21. & multis populis late imperitabat: animo uerò maxime seruus fuit, quod sordido idolorum cultui, crudelitati, iniusticiæ, & alienæ rei uendicandę cupiditati se totum submiserat, sponteq; addixerat. Sed nunc quanta maneãt dispendia illum qui seruus est peccati, attentius audiamus. Miserabilis plane cõditio eius qui seruus est peccati, quinimo & diaboli seruus, qui primus est autor peccati, & tristi tãdẽ claudit exitu hæc seruilis subiectio. Nam seruus non manet in domo in ęternum: filius autem manet in æternum. Domus

Psal. 25. dei in hoc p̃senti seculo, ecclesia est, de qua Psalmus: Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. In altero uerò seculo, domꝰ dei uita est, & gloria æterna, de qua alio

Psal. 83. loco Psalmus: Beati qui habitãt in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Et domi-

Ioan. 14. nus ad Apostolos: In domo patris mei mansiones multæ sunt. In neutra autẽ domo seruus peccati manere comprobatur. Non in priore quidẽ: quia etsi secundum loci qualitatem, & oculos hominum in ecclesia diuersetur, in oculis tamẽ Dei ab ecclesia cœtuq; fidelium segregatus est, & ut membrum putridum à corpore mystico resecatus. Neq; in posteriore: quia in supernam illam Apoc. 21. Hierusalem nõ intrabit aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium. Porrò nõ existimet quisquam seruum peccati hominem appellari, quia peccet (non enim est homo 3. Reg. 8. qui non peccet: & septies in die cadit iustus) sed Prou. 24. quia permanet in peccato, & ex inueterata peccandi cõsuetudine funibus peccatorum suorum constringitur, quibus ad finem usque uitæ perseuerat irretitus. Filius uerò & à peccati seruitute exemptus manet in domo in æternũ. Filius iste, dominus noster est, à iugo peccati uere liber. Nã peccatũ non fecit, neq; inuentus est dolus in ore eius. Et ipse in domo manet in æternum: nam ca- Esa. 52. put est corporis ecclesię, & in gloria dei patris se Ephes. 5. dens ad dexteram maiestatis. Sed quemadmodũ filiationis suæ participationẽ alijs pro inenarrabili benignitate sua communicat, & adoptionẽ filiorum dei elargitur: ita & libertatis à peccato gratiam illis præstat, & manẽdi in domo dei prærogatiuam. Quicunq; igitur per gratiam Christi qui uerus est dei filius, effecti etiã fuerint filij dei per adoptionem, atq; cohęredes Christi, illi quoque liberi fiẽt à peccato, & in utraque dei domo manebunt in æternum. Si ergo filius uos libera- Herb. 1. uerit, liberos q; reddiderit, uere liberi eritis. Non enim potest qui seruituti peccati subiacet, seipsum pro arbitratu suo ab eo iugo eripere, etsi spõte sua se coniecerit in miseram illam conditionem, ab alio liberetur oportet, ut potè à uero filio dei. Nulla tenetur alia libertatem recuperandi uia: quia per illum solum uera conceditur libertas à peccatis, ut hic peccatum non domine- Rom. 6. tur, neque regnet in nostro mortali corpore, & in futuro seculo, ut omnino peccatum locum non habeat.

CAP. III.

SCio quia filij Abrahę estis: sed quęritis me interficere, qa sermo meus non capit in uobis. Ego quod uidi apud patrem, loquor: & uos quę uidistis apud patrem uestrum, facitis.) Ostendit superiore sermone dominus noster Iudæos reuera seruos esse, & grauissimis obnoxios peccatis occulte significauit: nunc ad id quod de generis sui nobilitate, splendoreq; iactãter adduxerant, respondet. Scio, inqt, & admitto, quod filij estis Abrahæ secundum carnem, sed non estis secundum imitationem. Agnosco in uobis carnis originem, sed non Abrahæ fidem, neq; opera: quia quęritis me interficere. Inde degenerès estis, & à patris uestri bonitate exorbitantes. Id certè nunquam moliremini, si filij Abrahæ secundũ fidem essetis. Ipse autem stirpis originem paruifacio, si illi non respondet animi bonitas, & proauorũ recta imitatio. Grati sunt mihi Abrahę secundũ spiritũ filij: qualis Zacheus, qui meo ipsius testimo- Luc. 19. nio dictus est filius Abrahæ. Abrahã primus cir- Gen. 17. cunsionẽ secundũ carnem accepit: uos ut ueri sitis Abrahæ filij, circunsionem secundũ spiritum susципite, & circuncidite præputium cordis uestri. Abiicite odium quod in me concepistis: extirpate inuidiam qua excruciamini: expellite maleuolentiam, & perpetrandæ cædis cupiditatem qua agitamini: & tunc ueri eritis filij Abrahæ. Circuncidimini domino, & auferte præpu- Hier. 4. tium cordis uestri, ut ueram Abrahæ cognationem, quę secundũ spiritum est, referatis. Non enim in manifesto Iudæus est, neq; quæ in manifesto in carne est circunsisio, sed qui in absondito Rom. 2. Iudæus est, & circunsisio cordis in spiritu, non litera: cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo Matth. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca



est. Admouit uos Ioannes baptista, ut clarissima
Matth.3. tuba in deserto personans: Ne cœperitis dicere
intra uos, patrē habemus Abraham. Potens est
enim Deus, de lapidibus istis suscitare filios A-
brahæ. Quid aliud his uerbis significauit, quàm
solam carnis ex Abraham stirpem, nemini salu-
tem afferre, sed fidem, & bonorum operum imi-
tationem? quia Deus ex lapideis gentium cordi
bus (qui ex Abrahæ progenie non sunt exorti)
potest suscitare filios spirituales Abrahæ, fideiq;
& iusticiæ eius sectatores. Et multi ab occiden-
te, & oriente facti per gratiam Abrahæ filij, dese-
Lucæ 16. rentur cum Lazaro in Abrahæ patris eorum si-
num, recumbentq; cum Abraham, Isaac & Iacob
Matth.8. in regno cœlorum. Filij autem regni huius (qui
uano Abrahæ nomine tumescunt, & iusticiam
eius non sectantur) eijcientur in tenebras exteri
ores, ubi erit fletus & stridor dentium. Cęterum,
quid Iudæos in tantum nefas præcipitet, ut uitæ
autori necem inferre moliantur, deinde declara-
rat. Quia sermo, ait, meus non capit in uobis: id
est, non habet locum in cordibus uestris, neque
recipitur à uobis. Si enim caperetur à uobis, &
uos ediuerso caperet, atq; ad me adduceret, mo-
re hami, qui si à pisce apprehendit, ipsum etiā ap
prehendit, atq; ad piscantem alleuat. Sed nō po-
test effigies sigilli dure imprimi cerę, quia non re
cipit efformationē sigilli, sed rigida duritie pror-
sus à se reijcit. Et corda itidem uestra saxorum in
star obdurata, non admittunt uerborū meorum
sensum, neq; sinunt ea animi uestri penetralia su
bire. Quod uerò suorum uerborum monita non
capiant Iudæi, Christus ostendit à signo, quid in
ter ipsum & Iudæos intersit, explicans. Ego, in-
quit, quod uidi apud patrem meū, hoc loquor.
Veritatem Christus apud patrem suum uidit, se
ipsum utiq; uidit: quia ipse est uerbū quod erat
Ioā.1.& 14. in principio apud Deū. Deus pater uerax est, fi-
lius eius ueritas est, ut de seipso dicit Philippo:
Ego sum uia, ueritas & uita. Veritatem ergo ui-
dit apud patrem, ueritatem loquebatur in mun-
do, quia se & deum patrem annunciabat mūdo.
De Iudæis autem subiūgit dominus: Et uos quę
uidistis apud patrem uestrum, facitis. Quid face
rent, paulò ante eis dixerat: Quæritis, inquit, me
interficere. Id aūt apud patrem Abraham non ui
Gen.12. derunt, quem amicū dei fuisse scriptura testatur.
Proinde de illo secundum carnem patre hic non
loquit. De quo ergo patre hic dicat, quod ea fa-
ciant Iudæi, quæ uiderint apud suum patrem, in
sequentibus manifestius aperiet, cū dicturus est
expresse, eorum patrem esse diabolum: nō quod
ab eo geniti aut creati essent, ut nonnulli impie
confinxerūt: sed quia imitatione malitiæ eius, fi-
lij ipsius erant, quatenus mali erāt. Filij eius utiq;
erant per imitationē, non per creationem. Apud
hunc itaq; patrem uiderāt opera quæ faciebant,
odia, inuidiam, honorum emulationē, innocen-
tis interfectionem: quia imitatores diaboli facti
fuerant, cum non solum nollent filium dei susci-
pere, sed etiam meditarentur occidere.

## CAP. VIII.

RESponderunt & dixerunt ei: Pater noster
Abraham est. Dixit eis Iesus: Si filij Abra-
hæ estis, opera Abrahæ facite: nunc autem quæ-
ritis me interficere, hominem qui ueritatem lo-
cutus sum uobis, quam audiui à deo: hoc Abra-
ham non fecit. Vos facitis opera patris uestri.)
Iudæi quod eis Dominus ultra concesserit, & tri-
buit, iterum atque iterum replicant, & Abraham
suum esse patrem, illius genere intumentes: rur-
sum inculcant, quo dominum prouocent, ut ali-
quid diceret cōtra gloriam aut nomen Abrahæ,
& exinde possent in eum uindicare tanquam in
micum atq; aduersarium Abrahæ. Verum domi
nus insidias eorum, & molitiones non ignorās:
Abraham quidem, ut meritò commendandum,
laudat: ipsos uerò ut degeneres, & à moribus A-
brahæ alienos, cōdemnat. Ea, inquit, propria cō
ditio est filiorum, qui ingenua sunt & generosa
indole, egregios suorum parentum mores conse
ctari, neq; ab auita, pbitate quoquo pacto desci-
scere. Qui uerò à bonitate parentum degenerāt,
uecordes sunt & improbi filij. Dixi iam uobis
quod Abrahæ quidem filij estis secundū carnē:
sed id parui est ponderis, nisi simul cognatio mo
rum accesserit. Si itaque filij Abrahæ estis secun
dum operum assimilationē & affinitatem, ope-
ra Abrahæ facite. Cum promisit Abrahæ Deus,
quod multiplicaturus esset semē suum sicut stel-
las cœli: credidit Abraham deo, & reputatum est
ei ad iusticiā. Vos itaq; in me credite, ut ueri eius
filij esse probemini. Cum itidem accepit Abra-
ham mandatū de immolando filio suo Isaac: pro
tinus obtemperauit deo, neque detrectauit illud
ministerium. Hanc insignem obediendi prom-
pritudinē imitemini, obedite deo per me uos ad
fidem uocāti, & salutis doctrinam quotidie pro-
ponenti. Cæterum opera uestra ostendunt uos-
ipsos à moribus Abrahę prorsus alienos. Ille fide
lis erat, uos incredulis: ille deo obediēs, uos rebel
les & inobedientes: ille paratus ad filium suum
dei iussu sacrificandum, uos in mortem innocen
tis precipites ruitis, & quæritis me interficere, ho
minem qui ueritatem locutus sum uobis, quam
audiui à deo. Magna certè est in his uerbis prauì
tatis Iudæorum exaggeratio, & quibusdam gra
dibus accrescit cumulus iniquitatis eorū. Iuisit
deus hominem non occidi. Quicunq; enim, ait,
fuderit sanguinem humanum, fundetur sanguis
illius: ad imaginē quippe dei creatus est homo.
Vos autem hominem innocentem quidem, &
minime reum mortis, occidere laboratis: cum ta
men deus per Mosen præcipiat, Insontem & iu-
stum nō occides. Insuper ueritatem loquētibus
debetur merces, non pœna: illis ampla conferri
solent præmia, non parari supplicia. Vos autem
me ueritatem uobis annūciantem mori tradere
cogitatis, ex quo uos inimicos ueritatis esse li-
quidò monstratis. Demum si quis ueritatem ab
homine auditam aspernetur, tolerabile quidem
id est malum; à Deo uerò auditam ueritatem
loquenti



loquēti repugnare, graue est piaculum. Id enim
non est hominem spernere, sed Deum. Vos au-
tem me persequimini, & morti adiudicare toto
annixu elaboratis, loquentem non quamlibet,
sed quam à Deo audiui ueritatem. A quo enim
mihi est esse, ab eodem & noscere, & sapere. Id
quippe mihi est audire à patre, q̄d est esse ab eo-
dem. Nō igitur in hominem solum, sed & deum
hæc uestra ascendit impietas, qua mortē meam
meditamini. Hoc autem Abraham non fecit:
non interfecit innocentem, non à deo missum
nuncium ludibrio habuit aut contempsit, quin
potius omni cum reuerentia, & hospitalitate do-
Genesis 18. mo suscepit: cum sedens in conualle Mambre,
tres ad se uiros de uia uenientes conspexit. Quo
circa multo uerius cognoscuntur Christiani esse
filij Abrahæ, imitatores scilicet fidei, & operum
eius, quàm Iudæi, quorum caro ex illo erat, uita
autem nō erat. Quod nō subticuit diuinus Pau-
Gala.4. lus ad Galatas scribens: Non sumus ancillæ filij,
sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit.
Non de filijs secundum carnem ibi uerba facit
Paulus, sed spiritum, qui in Christo regenerati
sunt, & à uetusto peccati iugo liberi. Quos ex li-
bera uxore Sara descēdisse dicit, secundum my-
sticum sensum: quia Christi gratuito munere
sunt libertate donati. Demum quia operum con
formitate impios Iudæos non esse filios Abrahę
cōnuincit dominus: cuius opera exequantur, de-
inde declarat: Vos, inquit, facitis opera patris ue
stri, utpote diaboli, qui cum mortis sit princeps,
Hebr.2. & mortis habeat imperium (eius enim inuidia
Sap.2. mors intrauit in orbem terrarum) ipse uos insti-
mulat in meam mortem, & uosipsi prauis eius
suggestionibus toto animo acquiescitis. Verum
magnopere nobis formidandum est, ne simile
quiddam nobis iure obijciatur, quod à domino
Iudæis hinc obiectum legimus. Gloriamur enim
Christiano nomine, & secundum illius rationem
non uiuimus. Iactamus itidem nos Christi esse
filios, per spiritualem baptismalis lauacri regene
rationem: illius tamen optimos mores, & uesti-
gia non sequimur. Nónne igitur grauiter timere
debemus, ne nobis etiam meritò id in faciem ob
iecteturr: Si Christi estis filij, opera Christi facite.
Et quoniam opera Christi non facitis, ut res ip-
sa linguis tacentibus loquitur: conuincimini
nō ueri esse Christi filij per morum imitationem,
sed degeneres & adulterini, generatioq; praua
& adultera. Enimuerò ad ambiendos mundi ho
nores toto rapimur animo atque aspiramus ad
congerendas opes: insatiabili cupiditate ferimur
ad uoluptates, presentisq; uitę delicias perfruen
das, insanimus, & agimur præcipites: hoc autem
Christus non fecit, qui delatam sibi miro fauore
Ioan.6. regiam dignitatem fugiēdo declinauit, qui pau-
per semper uixit, non habens ubi caput reclinet:
qui denicq; acerbissimos in corpore suo p nobis
dolores pertulit. Quocirca in nobis id locum ha
Titum.1. bere uidetur, quod scribit Paulus ad Titū: Con-
fitentur (inquit) se nosse Deum, factis autem ne-
gant. Confitemur siquidem ore & exteriore cul-
tu atq; habitu nos Christum noscere, eius nomē
sumus in baptismo professi: & pręclara ipsius de
nominatione insigniti, appellamur Christiani.
Factis autem Christum negamus, quoniam quę
uetuit committimus: & quæ præcepit, omnino
negligimus. Nónne igitur cum horrore, ingen-
tiq; pauore debemus extimescere, ne demum no
bis iuste improperet, quod hoc loco deinceps Iu
Ioan.8. dæis exprobrauit: Vos ex patre diabolo estis, &
opera patris uestri uultis implere. Ex patre siqui
dem diabolo sumus, si maliciam eius, & peruersi
tatem nostris operibus imitamur, facti exinde
morum cognatione satanæ filij. Opera quoq; pa
tris illius, dæmonis inquam, implemus: si quæ-
cunq; suggerit mala perpetrantes, prauis mori-
bus similes illius efficimur. Ne ergo in tantam
prolabamur indignitatem, ut ex consortio filia-
tionis Christi, decidamus in affinitatem diaboli:
ne in numerum filiorum regni asciti, prorumpa
mus in miseriam filiorum perditionis ac gehennę: stu
deamus enixe dignitatem Christiani nominis in
nobis illabefactam, integramq; seruare. Enita-
mur idipsum esse quod dicimur, ut Christiano-
rum uera exhibere opera, sicut & nuncupatio-
nem sortimur. Tunc uere Christum patrem no-
strum nuncupabimus, cū illius sectabimur ope-
ra, hoc uno argumento, nos legitimos eius filios
haud dubie cōmonstrabimus. Tūc itidem Chri-
stum reuera nostrum legislatorem esse profitebi
mur: cum datam ab eo legem euangelicam siue
præuaricatione obseruabimus. Alioqui sicut Iu
Ioan.7. dęis id probro dedit ac impperauit: Nónne Mo
ses dedit uobis legem, & nemo ex uobis facit le-
gem: Ita & nobis haud iniuria id exprobrari po-
terit: Nónne Christus dedit uobis legem, & ne-
mo ex uobis facit legem? Quod ne fiat, studea-
mus totis uiribus ita constitutam nobis euange
licam legem tenere, ut in ipsius exacta obserua-
tione talem ac tātum legislatorem honoremus.

## CAP. V.

DIxerunt itaq; ei: Nos ex fornicatione nō su
mus nati: unum patrem habemus Deum.
Dixit ergo eis Iesus: Si deus pater uester esset, di
ligeretis utiq; me. Ego enim ex deo processi, &
ueni. Neq; enim à meipso ueni, sed ille me misit.
Quare loquelam meā nō cognoscitis? quia non
potestis audire sermonem meū.) Sæpius Iudæi,
Abrahæ stirpe se exortos gloriati, & semper à do
mino confutati sunt, atq; quod ueri non essent
Abrahæ filij conuicti. Ex quo tandem intellige-
re cœperunt, Dominum non de carnis origine,
sed uitæ similitudine, morumq; imitatione dice-
re, ac uerba facere. Quasi enim hoc pacto ad in-
uicem loquebantur: Quoties nominauerimus
Abraham, dicturus est nobis: Quare illum non
imitamini, de cuius genere gloriamini? Dica-
mus Deum patrem nostrum, & uideamus quid
nobis respondeat. propterea dicunt: Nos ex for
nicatione non sumus nati, unū patrem habemus

Universidad de Deusto
Biblioteca



Deum. Legerant utiq; in scripturis fornicationẽ spiritualem appellari idololatriam, per quam misera anima dæmonibus, quasi prostituta, subijcitur. Nempe Ezechiel propheta, nefandas idolatriæ superstitiones, quibus erat contaminata Hierusalem, commemorans, inquit: Et habes fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo, & exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, ut eius fieres. Et ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis. Ad omne caput uitæ ædificasti signum prostitutionis tuæ, & multiplicasti omnes fornicationes tuas. Idem quoq; propheta alio loco: Duę mulieres, filiæ matris unius fuerunt, & fornicatæ sunt in Aegypto. In adolescentia sua fornicatæ sunt. Itaq; nunc se iactant, quod ex ijs, qui idololatriæ dediti fuerint non descenderunt, sed uana & frivola est eorum iactantia. Nam & patres eorum in deserto adorauerunt uitulum conflatilem: & cum à iudicibus regerentur, sæpius abierũt post deos alienos, & traditi sunt in manus persequentium. Deniq; cum regũ principatu gubernarentur, frequẽter admodum prolapsi sunt in cultum idolorum, tãdem Babylonicam perpessi captiuitatem in scelerum suorum pœnam. Si non fuerit unquam in progenitoribus eorum ista fornicatiõis abominatio: quare igitur Hieremias propheta, imò dominus per Hieremiam, ludęam de fornicatione increpat, atq; ut ab illa desistat, clementissime commonet, dicens: Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit dominus, & ego suscipiam te. Itaque hoc uerbo occultè gentib. se præferunt idola colentibus & pluris sese faciũt, quod unius dei cultum obseruant, idcircò subijciunt: Vnũ patrem habemus deum. Hunc patrem suum uocant, nõ solum quia eos creauerit (id enim ipsis cum gentibus est commune. Nam omnibus hominibus ratione conditionis naturæ, unus est pater: siquidem ipse fecit nos, & nõ ipsi nos) sed etiam quia peculiariter eum colant, & legem eius seruent, tanq; electi ab eo filij: quandoquidẽ deus populum Israeliticum, filium suum primogenitum uocauerit, cum in Exodo dixit ad Mosen: Filius meus primogenitus Israel. Sed quàm negligenter Deum coluerint, quàm irreuerenter ipsum contempserint, quinimò quàm impudẽter eum, quẽ patrem se habere iactabãt, neglexerint, eis Moses in Deuter. imporperat, dicẽs: Generatio prauа atq; peruersa, hæccinne reddis domino populo stulte & insipiens? Nunquid nõ ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit & creauit ter Deum qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui. Et ut crebriori repetitione, impietatis Israeliticі populi magnitudinem exaggeret, idem rursum obiectat: Dereliquit Deum factorem suum, & recessit à deo salutari suo. Prouocauerũt eum in dijs alienis, & in abominationibus ad iracundiam cõcitauerunt. Immolauerunt dæmonijs, & non deo, dijs quos ignorabant. Cæterum hanc tumidam eorum iactantiam repressit dominus, ostenditq; ne deum quidẽ esse patrem eorum, ratione cultus & uenerationis eorum in ipsum. Si, inquit, deus esset pater uester, ob singularem uestram in eum reuerẽtiam, diligeretis utiq; me. Ego enim ex deo processi & ueni. Processi quidem generatione æterna & ineffabili secundum diuinitatem, qua deus ex deo, omnipotens de omnipotente, ęternus de ęterno genitus sum. Veni autem secundum assumptam humanitatem in hunc mundum. Non enim à meipso ueni, sed ille me misit. quæ missio, utiq; incarnatio (ut & in alijs locis) intelligenda est. Itaq; procedere ex patre, diuinitatis est: uenire uerò, humanitatis. Acri deinde interrogatione incredulitatem eorum exprobrat: Quare, inquit, loquelam meam non cognoscitis? Verba quidem mea auribus corporis hauritis: non tamen menti uestræ infixa insidẽt, neq; satis intelliguntur: quia neq; ea uera esse creditis, neq; opere studetis complere. Et tanti mali causa est, quia non potestis audire sermonem meum. Vsq; adeò cor uestrum liuore & inuidia intabuit, & in me graui odio exarsit: ut non possitis benignis auribus recipere sermonem meum, neq; ęquo animo illum ferre. Meminisse debetis Esaiam prophetam de uobis & uestri similibus dixisse: Quod auribus grauiter audierunt. Id in uobis completum cernitur, qui à recta doctrina aurem auertitis, & non potestis audire sermonem meum: quia non uultis ei credere, neq; fidem præstare.

*Quod diabolus à Deo creatus, est bonus: sed post creationem, à natiua bonitate sponte prolapsus malus factus est.*

CAPVT VI.

VOs ex patre diabolo estis: & desideria patris uestri uultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit, quia nõ est ueritas in eo. Cum loquitur mẽdacium, ex proprijs loquitur: quia mendax est, & pater eius.) Quod occultis insinuationibus, & uelato sermone prius dixerat dominus de patre Iudęorum, nũc tandem remota omni uerborum circuitione, flexu & ambage, aperte depromit de quo eorum patre locutus fuerit, paucis explicans, & diabolum eorum patrem esse declarãs. Nempe consuetudinis est sacræ scripturę, ex imitatione uel similitudine filios appellare: iuxta quã Ezechiel propheta loquitur ad Iudęam: Pater tuus Amorrhęus, & mater tua Cethæa. Quia enim Iudęi imitati fuerant impietates Amorrhæorum & Cethæorum, inde parentes eos habuisse dicuntur, de quib. perscelerum propaginẽ nascerẽtur, & cum quibus pro simili scelere damnarentur. Itaq; omnis homo, in quantum à Deo creatus est, bonus est: inquantum uerò per liberũ arbitrium peccando se subijcit diabolo, patrẽ habet diabolum, & filius illius est per operum imitationem. Quales erãt Iudæi quibus Dominus causam, quare ex patre essent diabolo, reddidit dicens: & desideria patris uestri uultis facere. Quæ erant illa desideria patris eorum, quæ facere uellent, superius explicauit,



uit, cum ait: quærítis me interficere. Hæc reuera erant desideria diaboli, qui mortis est princeps, mortis habens imperium: & uitæ exterminator, quia & ipse inuidit homini, & eum occidit. Nam Euam per serpentem seduxit, & per illam uirum decepit: sicq; occidit eum, quia ex iusto fecit peccatorem, ex immortali fecit mortalem: ex uiuente per gratiam, mortuũ per culpam. Porrò quod illa sint desideria diaboli, occidere hominem, & sanguinem innoxium fundere: sequẽtia domini uerba ostendũt. Ille, inquit, homicida erat ab initio. Diabolus contra primum hominem non ferro accinctus, sed mẽdacі & lethifera persuasione armatus uenit: nec eum gladio, sed uerbo necauit, cum illi suggessit: Nequaquam moriemini: sed eritis sicut dñ, scientes bonum & malum. Omnis ergo qui alicui homini malũ persuadet pestifera lingua, dum illum ad peccatum pertrahit occidit: non quidem secundum corpus, sed animam. De talibus dicit Psalmus: Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Si enim homo per malicíam occidit animam suam, ut inquit Sapiens, dum similis mali uenenum alterius animæ instillat: nónne eam enecat? Et si odium in fratrem, animæ mors est, ut ait Ioannes in epistola sua: Qui odit fratrem suum, homicida est: & scimus quia homicida non habet partem in regno dei: nónne consimili ratione auaritia, iracundia, & cætera id genus capitalia peccata exitiũ sunt animæ? & qui ad illa proximum pertrahit, crudeliter eum occidit: & tanto quidem immanius, quanto anima corpore præstantior est & dignior, atq; mors animæ quàm corporis pernicíosior. Ille etiam (qui dictus est Iudęorum pater) in ueritate non stetit, & ueritas non est in eo. In ueritate nõ stetit: quia prolapsus est à ueritate, nec uoluit manere in suę originis sanctitate. Factus enim fuerat ad imaginem & similitudinem dei. Sed superbiendo retinuit quidem imaginem, quia non perdidit naturam immortalitatis: amísit tamen ueritatem similitudinis: quia ex iusto & bono angelo, diabolus iniustus & malus factus est. De quo ad prędictorum ualentiorem comprobationem, adhuc subiungit dominus: Cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur: quia mendax est, & pater eius, scilicet mẽdacij. Diabolus planè à semetipso mendax fuit: quia à nemine prius audiuit, nec dicit mendacium, sed ipse suum genuit mendacium. A ueritate siquidem & deo, qui ueritas est, sponte sua se auertens, horrendas mendacij tenebras incurrit: nec aliunde illas, quàm à seipso accepit. Quemadmodum à splendore solis detorquens oculos, nõ ab alio tenebras & noctis horrorem habet, sed à se solo, quod sponte sua à fonte luminis discesserit. Eam ob rem cum loquitur mendacium diabolus, ex proprijs loquitur. Et quemadmodum deus uerax est, & pater ueritatis: ita quoq; diabolus mendax est, & pater mendacij. Homo uerò, quia non à se, sed docente & suggerente diabolo mendacium didicit: cum loquitur mendacium, nõ ex proprijs loquitur, sed ex alieno, & quod aliunde accepit: neq; mendacij pater est, sed patris mendacij filius, quem per peccatum à ueritate & deo declinando, malitiæ assimilatione imitatur. Porrò non incongruum fuerit hoc loco nonnullorum assertionẽ destruere, sentientium diabolo à Deo malum esse conditum, & in prauitate creatum fuisse. Cuius sententiæ astruendæ occasionem sumunt ex hoc loco, quo dicitur: Ille homicida erat ab initio. putãtes his uerbis significari, eum à principio suę productiõis, quinimò in ipso subijpsius exordio, malitiæ addictum fuisse. Verum hi non satis discutiunt domini uerba, neq; eorum sensum perspicaciter attendunt. Nõ enim dictum est quod in initio homicida fuerit, sed ab initio, peccati scilicet, ut ait Augustinus: quoniam ab ipso incepit peccatum & præuaricatio. Aut ab initio creationis humanæ, & productionis mundi corporei fuit homicida: quia tunc mortem humano generi intulit, nec unquam destitit postea, exitium & perniciem quibus potuit afferre. Atqui cũ mundus iste sensibilis productus est, & homo formatus: iam creata subsistit substãtia angelica, primo omnium (ut complurium est sententia) ad esse deducta. Fuit igitur angelus ipse in suæ conditione naturæ, antequàm prolaberetur & homicida fieret. Insuper adducunt illud Ioannis in epistola sua dictum: Qui facit peccatum, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. Si ab initio, inquiunt, ipse peccat, in peccato productus est & creatus malus: alioqui nõ ab initio peccasset, ex principio suæ constitutionis. Verum huic rationi eadem fermè adhibenda est dilutio, non propterea dictum esse, ab initio diabolum peccare, quia formatus fuerit à deo malus: sed quia ab ipsius peccatí exordio (quod ab eo cepit originẽ: nam ante illius lapsum non erat peccatum) præuaricatus est dei legem, prolapsusq; à natiua bonitate sua, & decidit in prauitatẽ, à qua nũquam destitit: sed in ea continue pstat, semper mala malis accumulans, & praua suggerens. Præterea in nituntur & huic sententię Psalmi: Draco iste quẽ fecisti ad illudendum ei. Et huic uerbo Iob: Ecce Behemoth, quem feci tecum. ubi nomine draconis & Behemoth intelligitur diabolus, ratione suæ malicíæ his nominibus nuncupatus. Dominus autem contestatur se illum fecisse, quo à bonis uiris tentationes eius, & machinamenta fraudum superantibus, ei illudatur. Consequens est igitur, inquiunt, ipsum à deo creatum esse malũ. Sed quí hæc in ueritatis impugnationem excogitant, non exactè substantiam diaboli ab aduersitia eius malicía dirimunt: quod si studiose facerent, hanc ab ipso angelo prolapso profectam dinoscerent, illam uerò à Deo processisse, & id solum scripturam significare uelle. In qua non semper causa rei subiectæ atque propositæ, sed interdum euentus insinuatur: ut cum alijs lo

*Obiectiones aduersariorũ & solutiones.*

Ezech. 10.
Idem 23.
Exo. 32.
Iudic. 2.
4. Reg. 24.
Hier 3.
Psal. 99.
Exo. 4.
Deut. 32.
Deut. 23.
Genesis 3.
Hebr. 2.
Genesis 3.
Psal. 56.
Sapien. 10.
1. Ioan. 3.
Rom. 3.
1. Ioan. 3.
Psal. 107.
Iob 40.

Universidad de Deusto
Biblioteca



cis plerunq;, tum hoc psalmi loco: quo non eam ob causam designatur formatus draco, ut à sanctis uiris astutias eius superãtibus ipsi illudatur: sed denotatur eius formationem & prolapsionẽ spontaneam, deinde sua culpa factam, id consecutum esse, quod ipsi ab hominibus suggestiones ipsius pestiferas conterentibus illudatur. Et ut paucis agam, quæcunq; scripturæ testimonia diabolum à Deo factum commemorant, intelligenda sunt secundum substantiam & naturam diabolum à deo esse, nõ secundum culpã: quam postquàm creatus est, sponte sua incurrit, & apostata factus, prolapsus est. Sed age ex sacrarum literarum testimonio comprobemus quod propositum est: utpote angelum lapsum in principio bonum fuisse, & à Deo in bonitate creatum. B
Psal.103. In primis diuinus Psaltes deo concinit: Quod omnia in sapientia fecit. Non est autem diuinæ sapientiæ consonum, quod à bono autore malum producatur. Siquidem boni est bona producere neq; potest à bono malum proficiscí: ut neq; à calido frigidum, aut à lucido tenebrosum. Bonum enim saluat & continet, malum uerò dissipat & disperdit. Atqui angelica natura, etiã ea quæ auersa est à suo principio, à Deo facta est: nõ enim seipsam produxit, aut alium quàm deum habuit conditorem: erat igitur illa in principio cũ crearetur, bona, & boni particeps. Si quis enim oppositum astruxerit, eam scilicet malam esse creatam: non erit igitur illa malicia ipsi angelo desertori imputanda, sed deo autori suo, qui talem ipsum creauerat: neq; iuste ei pœna pro illa desertione aut discessione infligeretur à Deo, ut quæ non sit in sua potestate constituta, sed natura insita. Pro ijs autem quæ natura nobis assunt, neq; laudem neque uituperium meremur: neq; præmiũ nobis aut pœna debetur. Sed grauis est impietas, deum malorum autorem dicere, aut illi in iusticiã ascribere, qua desertoribus spiritibus sine propria culpa pœnam infligeret. Iustus enim
Psal.10 et 91. dominus, & iusticias dilexit, æquitatẽ uidit uultus eius. Et rursum: Rectus Dominus noster, & non est iniquitas in eo. Præterea hoc loco dicit dominus de diabolo, quod in ueritate nõ stetit. Fuit igitur aliquãdo in ueritate & iusticia, sed in ea nõ permansit. Quippe nemo de illo, qui nun D quam in ueritate fuerit, dicet, quod in ueritate non steterit: sed quod in ea nunquam extiterit. Cum itaq; dicatur angelus lapsus, in ueritate nõ stetisse neq; perstitisse: significatur olim quidem in ueritate fuisse, sed in ea non perseuerasse. Insuper dominus apud Lucam dicit: Videbam sata-
Lucæ 10. nam tanquam fulgur de cœlo cadentem. Fuit igitur aliquando in cœlo, unde tanquam fulgur repente & subitò decidit. Qui enim nunquam in cœlo fuit, non recte dicetur cecidisse de cœlo.
Apoc.21. Atqui in cœlo malicia locum non habet: non enim intrabit in ciuitatem supernam quicquam coinquinatum, aut abominationem faciens & mãdacium. cum igitur in cœlo fuit, bonus utiq; fuit: & cum primum malus factus est, protinus excidit. Habuit ergo, priusquam caderet, bonitatis rectitudinem, in qua creatus est: & quã sponte deseruit, cum collapsus est. Ad hæc Esaias sub persona regis Babylonis, à membro caput significans, de angelo lapso dicit: Detracta est ad inferos superbia tua. Quomodo cecidisti lucifer, qui mane oriebaris? qui dicebas in corde tuo: In cœlum cõscendam, super astra dei exaltabo solium meum, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo: ueruntamen ad infernum detraheris in profundum laci. Vbi satanam dicit propheta mane exortum, quãdo præclaro lumine uirtutum & scientiæ exornatus, primum productus est in sublimitate decoris & splendoris spiritualis: cum tamen sese contra suum autorem in corde suo extulit, bonis illis omnib. extutus, proiectus est in infernum. Bonus igitur fuit diabolus, cum à deo crearetur: sed illam bonitatem non seruauit, neq; custodiuit indemutatam. Consimiliter Ezechiel propheta sub typo & nomine regis Tyri, qui membrum erat diaboli, dicit de eo: Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore, in delicijs paradisi dei fuisti. Omnis lapis preciosus, operimentũ tuum. Tu cherub extentus & protegens, & posui te in monte sancto dei. In medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in uijs tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te. Hic angelus qui decidit, magnã prius habuisse & naturæ donorum dei excellentiam in principio suę creationis liquido demonstratur: postquam uerò in uenta est in eo iniquitas, omnia hęc diuinę largitatis munera ei subtracta fuisse, & grauem exinde secutam eius ruinam. Quis itaq; non uidet, nisi prorsus cęcutiat, Prophetã diuino spiritu edoctum sensisse eum prius bonum fuisse, postea uerò spõtanea auersione ad iniquitatẽ declinasse, & malum factum? Demum beatus Ioannes, qui hoc nobis cõscripsit euangelium, in spiritu cognoscens & perspiciẽs, quonam modo factus est lapsus diaboli, inquit in Apocalypsi: Et factum est prelium magnum in cœlo. Michael & angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat & angeli eius, & nõ ualuerunt, neque locus inuentus est eorũ amplius in cœlo. Et proiectus est draco ille magnus, serpẽs antiquus, qui uocatur diabolus & sathanas, q seducit uniuersum orbem: & proiectus est in terram, & angeli eius cũ illo missi sunt. Quibus uerbis aperte significat draconem illum prius fuisse in cœlo, antequam cũ eo prelíaretur Michael archangelus: post cõmissum uerò prælium, ipsum de cœlo proiectũ fuisse. Fuit igitur ei innata bonitas: & quandiu illam seruauit, in cœlo mãsit: sed ubi primum eam deperdidit, cœlo delapsus est.

CAP. VII.

EGo autem si ueritatem dico, non creditis mihi. Quis ex uobis arguet me de peccato? si ueritatem dico, quare non creditis mihi? Qui ex deo



Deo est, uerba dei audit: propterea uos non audi- A
tis, quia ex Deo non estis. ) Medicus ubi ægroto morbum suum patefecerit, & grauitatem illius: toto deinde studio laborat eum ab eo morbo reuocare, ne tandem intereat, & uitæ patiatur dispẽdium. Optimus itidem medicus animarum, ubi latentem ludæorum aperuit languorem, quod scilicet filij essent diaboli, & eius desideria studerent explere: acrioribus interrogationibus eos nunc ad salutem reuocat, & ad ueritatem audiendam exhortatur, quasi aspera quædã medicamenta putrido uulneri admouens, quæ totam eius saniem & putredinem exedant. Et hi sce ad eos uerbis uti uidetur: Dixi uos à patre mendacij exortos esse, & diaboli filios. Si durum est illum habere patrem, & mendacio ludificari, B
cur mihi ueritatem dicenti nõ creditis? quare ad uerba mea obsurdescitis, neq; sinitis illa animos uestros subire? Non potestis à mendacio liberari, nisi per ueritatem: non potestis à iugo diaboli erui, nisi per filium dei. Offertur ultrò uobis ueritas, cur eam spernitis? quid illam conculcatis? Dixi me esse dei filium, dixi sæpius à patre me uenisse, & missum esse, idipsum quoq; operibus, & apertis signis demonstraui: quis uos fascinauit non credere ueritati? Cæterum solent aliquando docentium uerba, quantumuis uera & recta, ab audientibus cõtemni, ob improbam illorum uitam, à uerbis longe discordantem. Cum enim uerba uitæ dissonant, ob uitæ doctoris impuritatem, uerba quoque contemptui habentur. Id au C
tem in me locum habere minime comperietis: quia nihil in me, quod reprehensionem mereatur, aut peccati notam habeat deprehendetis.
Disquirite uitam meam, uerba & opera mea discutite: nihil omnino, quod iure redarguere possitis, occurret. Si igitur in uita mea est synceritas, et in uerbis sola ueritas: quid uos auertit à fide? qd uos distrahit, quo minus mihi credatis? Neq; putetur ea sententia, quæ in præsenti loco Christum ueritatem proloqui, & Iudæos illi minime credere significat, superuacue hic posita: quãuis repetita uideatur, & non multorum aliorum uerborum interstitio contextu, bis inculcata, atq; eodẽ fere loco ingeminata. Nam non eadem est illius D
in primo et secundo loco proferendi et signandi ratio, neq; modus. Siquidem priore loco, dicta sententia assertoria est, & serio enunciatiua hoc pacto: Ego autem si ueritatem dico, non creditis mihi. Neq; ulla ibi particula est inquisitiua, neq; apponi debet. Posteriore uerò loco, eadem sententia est interrogatoria, propter notam quæstionis ibi expressam, scisciturq; causam rei prius assertæ, hoc modo: Si ueritatem dico, quare non creditis mihi? Nõ est igitur illic inutilis eiusdem sententiæ replicatio, neq; repetitio: cum non sit illius eadem forma, neq; significandi ratio. In utraque autem earum, particula, si, conditionem non exprimit, aut aliquam eius quod proponitur cum hesitatione suspensionem, & posita quãdam hypothesi enunciationem: quemadmodum A
non egerit peccator, in æternum peribit: sed assertionem potius indicat, & eius cui adiacet certam affirmationem, tantundem ualens atq; quia, uel quoniam: ut & in hac propositione, Si iustus est dominus, cuique secundum opera sua mercedem retribuet. quo nihil aliud signatur, quàm quoniam iustus est Dominus, unicuiq; iuxta opera sua reddet mercedem: haud secus hic propositus domini sermo ad Iudæos, idem nobis significat, ac si diceret: Ego autem, quia ueritatem dico uobis, non creditis mihi. & rursum: Quoniam ueritatem dico uobis, quare non creditis mihi? Verum quia ueritatem annuncianti eis, domino fuerãt increduli, occluserunt uerbis ueritatis aures, & prorsus obsurduerunt: iusto dei iudicio dati sunt in reprobum sensum, & ad fabulas inanes conuersi, mendacijs & uanitatibus aures suas patefecerunt, & futilibus uerbis credu- B
li in uarios pertracti sunt errores: ut in eis iam cõpletum uideatur quod scribit Paulus ad Thes- 2. Thess. 2.
salonicenses: Eo quod charitatem ueritatis non receperunt, ut salui fierent, ideo mittet illis deus operationem erroris, ut credant mendacio: ut iudicentur omnes, qui non crediderunt ueritati, sed cõsenserunt iniquitati. Sed nunc reliqua domini uerba ad Iudęos audiamus, hoc modo illos subinde compellantis: Qui ex deo est, uerba dei audit. Sanè si rerum naturã attendimus, omnia ex deo sunt, quia ab eo ortum habent et existunt omnia. Si uero spiritualem generationem, qua filij dei gignuntur, & ex deo nascuntur: ij soli ex deo esse noscuntur, qui fidem habent in eum, & recte credunt. Et tales utiq; uerba audiunt: non solum auribus corporis, sed & mentis affectu, & executione operis. Siquidem audire uerba dei, est præceptis illius, quæ per scripturas loquitur obedire: qui autem duntaxat exteriorem sonum uerborum dei auribus percipiunt, sed ea neque menti infigunt, neque ad opus accommodant, uerba dei audire dicendi non sunt, neque fructum aliquem salutis suæ referunt. Quemadmodum semen, quod cecidit secus uiam, & con- Lucæ 8.
culcatũ est, aut à uolucribus cœli comestum, nullam attulit segetem aut frugem. Eam ob rem dominus cum uiam salutis nobis ostenderet, in- Lucæ 11.
quit: Beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud. Et deiloquus Paulus ad Romanos scri- Rom. 2.
bens: Nõ, inquit, auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Beatus quoque Iacobus in epistola sua: Estote, ait, fa- Iacobi 1.
ctores uerbi, & non auditores tantum, fallentes uosmetipsos. Quia si quis auditor est uerbi, & non factor, hic comparabitur uiro consideranti uultum natiuitatis suæ in speculo. consideraUit enim se, & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea: non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Quid enim prodest cibum corporis sumere, & uix bene receptum stomacho, per uomitum

Universidad de Deusto
Biblioteca



uomitum reijcere? Verbum dei cibus est animę, quod si mentem subierit, & continuò obliuione deleatur, aut non compleatur opere, nō affert animæ salutem, quinimò grauiorem illi & durioIacobi 4. rem parit damnationē. Nempe scienti bene age2. Pet. 2. re, & non facienti, peccatū est illi: multoq; melius Lucæ 12. erat ueritatem non agnoscere, quàm post ipsam agnitam retro conuerti. Quamobrem dominus terribiliter auribus nostris inclamat: Seruus non sciens uoluntatem domini sui, & non faciens, uapulabit paucis: sciens autem uoluntatē domini, & non faciens, ualupabit plagis multis. Et de Iudæis loquens quotidie uerba eius, sed inutiliter Ioan. 15. audientib. ait: Si non uenissem, & locutus eis nō fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Idcirco B & hoc loco ex aduerso præcedētis proloquij de Iudęis colligit: Propterea uos non auditis, qa ex deo non estis. Audierunt quidem Iudæi aure exteriori uerba domini: sed ea neq; mentis penetrabilibus infixerunt, neq; opere exercere cōtenderunt: & eam ob causam uerba dei non audire hic dicūtur, neq; ex deo esse per fidem et imitationē, licet ab eo sint per naturam. Hoc autē loco sicut & alijs plerisq;, audire uerba dei, esse ex deo, credere in deum, secundum perfectam & cōpletam rationem sunt accipienda, secundum quā hominibus cōpetere possunt. Atqui perfectissima audiendi uerbi dei ratio, est cōpletio operis: quandoquidē illa solis cōuenit bonis: perceptio uerò bonorum, quæ aure fit exteriori, etiam pessimo C cuiq; est communis. Itaq; esse ex deo secundum fidem & imitationem, duntaxat bonorū est munus: esse uerò ex deo secundum naturam & formationem, cuiuis homini cum cæteris creaturis conuenit. Deniq; credere in Deū cordis assensu, nō minus malis quàm bonis adest: credere uerò in ipsum fide per dilectionem operante, & fidem habere operibus coniunctā, atq; opera coniuncta fidei, solū bonis congruit: & ea perfectissima est credendi ratio, atq; maxime completa. Igitur audire uerba dei, esse ex deo, credere in deum, & siqua sunt similia, secundum absolutam illam, & consummatam rationem (quæ solis bonis cōpetere potest) hoc loco & alijs sunt accipiēda: quādoquidem quæ maxime talia sunt, cum in disci- D plinis humanis, tum in sacris literis potissimum curentur, atque definiantur.

CAP. VIII.

REsponderūt ergo Iudæi, & dixerūt ei: Nónne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Iracundi & præcipitis animi indicium est, correptionem māluete & leniter illatam non ferre, sed ilico in conuicia & contumelias erumpere: & cum uera non adsint quæ recte obijci possint, etiam falsa confingere, quę alteri impingat. Id profecto Iudæi suo exemplo nunc produnt: quos cum dominus longiori sermone ab iniquitate cōcepta uellet ad uirtutē reducere, illi in alteram omnino partem resilientes, & furore exagitati prorumpunt in iniurias, A & falsis eum probris lacessunt: quia uera quæ in eum possent ingerere nō inueniunt. Ipsum habere dæmonium dicūt: qui in potestate imperabat spiritibus immundis & exibant, quē contremuerunt dæmonia clamantia & dicētia: Quoniam tu es filius dei. Si dæmonium habet dominus, ô Iudæi, cur ergo rugiētes dæmones clamabant ei, Venisti ante tēpus torquere nos? Cur rogabant ne ab eo torquerentur, ut mitterentur in porcos, ne expelleret eos extra regionem, ne ipsos in abyssum mitteret? Procidūt dæmones supplices ad pedes eius, & horrendo clamore intonant: Quid nobis & tibi Iesu fili altissimi? scio quia sis sanctus deus. Et uos diabolo patre uestro duriores, negatis habere dæmonium habeat: qui alijs potestatē dedit eiciendi dæmonia: qui solo uerbi imperio eos expellit. Dæmones confitentur eum uel inuitum: erecta ceruice, & corde incredulo illi in faciē resistitis, discipuli uestro magistro deteriores. Samaritanum etiā eum uocant, quasi abiectū & despicabilem, quasi legis transgressorem inuisum ipsis & odiosum. Iudæi enim Samaritanis erant exosi, quemadmodū superius dixit Euāgelista, quod nō coutuntur Iudæi Samaritanis, ipsos q; ut nullius precij homines, & Mosaicæ legis praeuaricatores aspernabantur. Cum igitur aliquem quamuis genere Iudęum, contemptibilem significare uolebant, & eorum societate indignū, Samaritanum ipsum per contumeliam uocabant. C Sanè quarti libri Regnorū sacra refert historia, quod cum Salmanasar rex Assyriorum transtulisset totum populum regni Israel in Assyrios, assumpsit ex diuersis sui regni urbibus uiros, & misit eos in terrā Israel, ut habitarent in urbibus Samariæ, & terram illam colerent. Cumq; illi idolorum cultui prorsus diditi, & ueri dei omnino ignari, ab immissis diuina ultione leonibus interimerentur, ac grauitet infestarentur: audiens hoc rex Assyriorum, iussit illuc mitti unum ex sacerdotib. captiuis à Samaria abductis, qui doceret populum illum traductum in coloniam, legem & ceremonias colendi deum, & quo ritu illi sacrificare deberēt. Quod & si sacerdos ille sedulo faceret, nihilo secius populo ille cū deo Israel (quē secundum ostensas sibi cerimonias coluit) simul & dijs suis seruiuit, & idolis thura adoleuit: unaquæq; tamen gens secundū urbes suas idola sibi fabricauit, illis templa extruxit, erexit aras, & sacra litauit. Et hunc parētum suorum morem filij quoq; imitati sunt, & tota ipsorū posteritas, usq; ad tempus dominicæ prędicationis, & conuersionis in terra. Quoniam autem illi Samaritæ cū deo Israel simul colentes idola, neq; legem Moysi integre custodiebant, neq; sabbatum more Iudæorum obseruabant, sed gentilitios ritus cōmiscebant ceremonijs Mosaicę legis: hinc Iudęi cū aliquem insinuare uolebant non esse uerum dei cultorem, sed preuaricatorē legis & ritus Iudęorum transgressorem, contumelioso uerbo Samaritanum eū uocabant. Quo etiam ignominioso

nomine



nomine Christum hoc loco notabant: significare A uolentes ipsum esse uiolatorem Mosaicæ legis, conculcatorem sabbati, & more Samaritanorum Dei contemptorem.

CAP. IX.

REspondit Iesus: Ego dæmonium nō habeo, sed honorifico patrem meum, & uos inhonorastis me. Ego autem non quæro gloriam meam: est qui quærat & iudicet. Amen amen dico uobis, si quis sermonem meum seruauerit, mor2. Pet. 2. tem nō uidebit in æternū.) Beatus Petrus mansuetudinem domini nostri declarans, dicit de eo: quod cū malediceret, nō maledicebat. Quod cū aliās, tum hoc loco dilucide nobis est perspicuū. Accepit enim grauem ab æmulis iniuriam, & falso quidem illatam: quam si in eos retorquere uoluisset, uerè de eis dixisset, quod dæmonio erant B pleni. Ab illis tamen temperauit etiam ueris contumelijs, & mansuetè unum eis obiectum negauit, dicens: Ego dæmonium non habeo, hac dulci Prou. 15. uerborum mansuetudine eos ad lenitatem animi Eccl. 6. reducere curans. Vt enim testatur Sapiens: Responsio mollis frangit iram, durus autem sermo excitat furorē. Et idem alio in loco: Verbū dulce multiplicat amicos, et mitigat inimicos. Ad alterū uerò eidē obiectū minime respondit, & tacita cōfessiōe id uerū esse de se significauit, quod scilicet secundum spiritualem sensum Samaritanus Psal. 120. esset. Nempe Samaritanus tantundē ualet atq; cu Psal. 144. stos. Ipse autē dominus custodit nos ab omni ma Psal. 96. lo, & secundum Psalmi sententiam: Custodit do Psal. 125. minus omnes diligentes se: atq; custodit animas C Lucæ 10. sanctorum suorum. Nisi enim dominus custodi- Ioan. 8. erit ciuitatem, frustra uigilat qui custodit eam. Hinc in parabola descendentis ab Hierusalem in Hiericō, & incidentis in latrones, Dominus noster se Samaritano cōparat, exhibenti misericordiam saucio. At uerò scitari quispiam posset, cur in superiore loco, cum Iudæi se Abraham habere patrem dicerent, & gloriarētur etiam deum sibi patrem esse, grauiter in eos inuectus est dominus: & confutato utroque illorum dicto, ex patre diabolo illos esse respondit. Hic uerò cum longe maiorem contumeliam ab eis accepit, & dæmonium habere dictus est: non uehementem eis adhibuit responsionem, sed placida uoce, mansuetoq; ore id solū quod obiectum erat, negare con- D tentus fuit. Reddenda est responsio, quod ubi docere eos, & humilitatis admonere oportuit, ne quod Abrahæ semen essent se iactitarēt, Christus uehemens fuit: ubi autem contumeliæ ferendæ erant, mansuetudine utitur. Dicentibus enim illis, patrem Deū & Abraham habemus, in eos inuectus est uehementius. Cum uerò habere dæmonium insimulatur, leniſsimum se exhibet: ad nos erudiendum, ut quæ ad Deum pertinent, maiorem in modum defendamus: quæ ad nos, contēnamus. Si quidem in loco paulò ante expositio de Abraham & deo Iudæorum patre, docere eos oportebat, & superbiam cordis eorum contundere atq; reprimere. Idcirco asper illis erat, & acerbus respondendo. In hoc uerò loco illata est illi grauis exprobratio, & contumelia: quam ad dandum nobis patientiæ exemplum, sufferre eum decuit: ideo responsum Iudæis reddēs, mira usus est mansuetudine, utroque scilicet loco erudiens nos, quæ quidem ad Deum pertinent, uindicare nos cū multa diligentia debere: quæ uerò ad nos spectant probra, despicere. Vt autem in omnibus se patris gloriam quærere ostendat, subiungit: sed honorifico patrem meum, & uerbis & operibus omnia in gloriam eius referens: & uos inhonorastis me, conuicia grauia mihi ingerendo, quæ tamen pro nihilo duco, quia non quæro gloriam meam, gloriam scilicet huius mundi, & laudem humanam: & ergo maledicta & probra illata paruipendo. Solent quidem qui glorię sunt cupidi, & popularem auram aucupari contendunt, grauius offendi cum improperijs incessuntur: ego uerò qui propriam gloriam non quæro, Ioan. 5. uestras inhonorationes minime curo. Sed est alius, scilicet pater meus cœlestis, qui meam ipsius gloriam quærit: et ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem, desiderat, & is iudicabit atq; discernet gloriā meam à uestra: quia uos secundum seculum gloriamini, ego uerò minime: gloriam meam pater ipse ueram esse ostendet, uestram autem fucatam atq; mendacem. Ne- Ioan. 5. que hic de iudicio retributionis aut damnationis sermo agitur: quia illo iudicio pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio: sed de iudicio discretionis, quo pater gloriam filij, ut longe eminentiorem discernit à cuiusuis etiam creaturæ gloria. Vidimus enim gloriā eius, quasi Ioan. 1. gloriam unigeniti à patre. Cæterùm quoniam mansueti & patientis animi est, cum lætus fuerit & lacessitus iniuria, non reddere malum pro malo, sed uincere in bono malum: ut huiusmodi beneficiorum retributione, lędentium animi emolliantur, & redeant ad lenitatem, Dominus noster & dæmoniacus, & Samarites à Iudæis per contumeliam nuncupatus, ampliora salutaris doctrinæ beneficia dulciter eis impendit, id sapientis monitum seruans: Si esurierit inimicus tuus, Prou. 25. ciba illum: si sitierit, potum da illi: hoc enim fa- Rom. 12. ciens, carbones congeres super caput eius. Magnam itaque utilitatem uerba sua audientibus futuram, assertoria prædicatione confirmat, dicens: Amen amen dico uobis, si quis sermonē meum seruauerit, mortem non uidebit in æternum: mortem inquam animæ perpetuam, quæ sola uera est mors: & magnopere formidanda. est enim separatio intermina à fonte uitæ perennis, & ne unquam finiatur, semper recrudescens, mors secunda finis & exitus nescia. A qua nos sua benignitate eripiat, qui est credentibus resurrectio & uita.

CAP. X.

DIxerunt ergo ei Iudæi: Nunc cognouimus, quia dæmonium habes. Abraham mortuus est & prophetæ: & tu dicis, si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æter-

o) num.

Universidad de Deusto
Biblioteca



num. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? & prophetæ mortui sunt: quem teipsum facis? Sicut accepta contumelia bonus fit melior, ita malus de beneficio fit peior.
Rom.8. Neque id ab re: diligentibus enim Deum, omnia etiam mala, cooperantur in bonum. Odientes autem deum, omnia, etiam bona, conuertunt (ut ante dictum est) in malum. Ecce Iudæi non ueritatem audire aut discere student, sed aperta illi impugnatione resistere & contradicere. Locutus fuerat modò Dominus de morte, qua anima hic separatur à deo fonte uitæ per culpam, & in futuro per gehennam. Iudæi autem oculis mentis caligantes, & lucis splendorem non percipientes, quam ueritas illis exhibuit: de morte corporis locutum Dominum autumant: & inde calumniæ materiam sumunt, obijcientes & Abraham mortuum esse & prophetas, quos tamen constat uerbum Dei seruasse: colligere inde uolentes falsum id esse, quod antea Dominus dixerat: Abraham quidem secundum corpus emortuus est, & prophetæ: non tamen animæ mortem senserunt, sed secundum illam deo uiuunt. Siue enim uiuimus, domino uiuimus: siue morimur, Domino morimur: siue ergo uiuimus siue morimur, domini sumus. Et Deus ipse dicitur Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob: deus autem non mortuorum, sed uiuorum: omnes enim uiuunt ei. Sanè hoc loco tum ex Iudæorum, tum ex Domini nostri uerbis, duplex quidem mors: & una ab altera longe diuersa, nobis insinuata est. Vna scilicet corporis, quæ est ipsius animæ ab ergastulo carnis dissolutio. Et hęc non tam mors, quàm obdormitio, transitus & migratio ex hac uita, atque depositio sarcinæ corporis dici debet. Eadem quoque nequaquã habet annexam rationem culpæ, cum omnibus hominibus tam iustis, quàm iniustis sit communis naturæ lege, necessitate que inuitabili. Differri enim potest, ut serius quis moriatur: non tamen deuitari ut mortem corporis penitus quis effugiat, & non sentiat. Idcirco nequaquam formidanda est, quamuis plerique graui illius capiantur metu: cum & eos sit inuenire, qui ardentibus uotis illam exoptauerint, ut Propheta cum dolore exclamans: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Et beatus Paulus scribens ad Philippenses: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Altera uerò mors est animæ, quæ est ipsius per culpam à Deo separatio in hac uita, & per gehennam ab eius regno post uitæ præsentis decursum. Hæc autem à sola enascitur culpa, et grauí quidem atq; pestifera, cum dicat Sapiẽs: Homo per maliciam occidit animã suam. Quapropter & euitari potest adiutore Deo ab ijs, qui propriæ salutis solliciti sunt, & non incurij. Neque ulla necessitate, aut uiolentia irrogari cuiquã ualet: sed propria tantum sponte accersi & contrahi. Neque omnibus illa est communis, sed prauis duntaxat, & corruptæ uitæ hominibus est peculiaris, summopere tamen formidanda: quoniam non temporalis est aut momentanea, sed intermina & perpetua. Quod & Dominus in Euangelio salubriter admonuit: Nolite, inquit, timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perderem gehennam. At uerò quoniam in Christo Iudæi solam carnem attendebant, & nudum hominem ipsum putabant, longe inferioris eum dignitatis, quàm fuerit Abraham & prophetæ existimabant. Propterea quum stomacho & iracundia interrogant: Nunquid tu maior es patre nostro Abraham? rati magnum id nephas esse, si se illo maiorem diceret, qui & hominibus & angelis maior est. Et quoniam hæc omnia ab eo per arrogantiam dicta iudicabant, quum exprobratione & amaritudine percontantur: quem teipsum facis? quasi dicerent, non est ferenda æquo animo tua superbia, qua teipsum usqueadeò tumide effers.

Exod.3. Luc.20. Sap.16. Philip.1. Psal.119.

## CAP. XI.

RESpondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me: quem uos dicitis, quia deus noster est, & non cognouistis eum: ego autem noui eum. Et si dixero quia non scio eum, ero similis uobis mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo. Abraham pater uester exultauit, ut uideret diem meum: uidit, & gauisus est.) Quanto maiore peruicacia Iudæi obnituntur uerbis Christi: tanto maiore benignitate eos conatur Dominus ad uiam rectitudinis adducere. Ecce uidet eos aduersa, & aperta fronte ei resistere, & tamen non desinit uerba salutis eis communicare. Ostenditie propriam gloriam nequaquam quærere: quia insolenter obiecerãt, Quem teipsum facis? A Deo patre glorificari se dicit: quia in baptismo, transfiguratione, operibus miraculorum, filius à patre glorificatus est, declaratus & manifestatus. Neque idcirco locum habet calumnia hærentium, qui maiorem filio patrem cauillantur, quod filium glorificet. Nam & filius ipse sæpius dicit in scripturis se patrem glorificare: ex quo tamen non recte colligant, filium esse patre maiorem. Pater, inquit, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. quinimo & homines dicuntur in scriptura interdum glorificare deum: Sic luceat (inquit Dominus in monte ad discipulos suos) lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui est in cœlis. Quis autem, nisi mentis inops & amẽs, dicat homines deum glorificantes patre cœlesti, qui ab eis glorificantur, esse maiores? Nempe huiusmodi glorificatio non consistit in nouæ gloriæ adiectione ad eum qui glorificatur: sed in gloriæ iã habitæ manifestatione. Non igitur semper qui glorificat, eo qui glorificatur, maior est. Cæterum qa Iudęi peculiarẽ dei cognitionẽ sibi arrogarũt, seq; solos dei cultores gloriabantur: eius tamẽ legem & mandata non seruabant: de Deo (qui & pater erat) dixerunt quidem quod deus esset eorum: non tamen cognouerunt eum. Sanctij soli cogno-



cognoscere Deum dicuntur, qui uiam mandatorum eius perambulant, neque ab ea quaqua uersum declinant: ideo de filijs Heli peruersis, & ministerio sacerdotij indigne fungentibus, dicit scriptura: Porrò filij Heli, filij Belial, nescientes dominum. Et Paulus de transgressoribus mandatorum dei scribens ad Titum, dicit: Qui confitentur se nosse deum, factis autem negant. Itaque Iudæi quia Dei præcepta non obseruabant, in cædem saluatoris cæca mente ruentes, rectè dicuntur nõ cognouisse patrem. Quia uerò filius eiusdem est substantiæ & naturæ cum patre, & unigenitum patris uerbum, reuera scit patrem: neque quoquo pacto à sermone eius discedit, quia quæ placita sunt ei, facit semper. Itaque mendaces erant Iudæi, qui dicebãt se cognoscere Deũ, quem tamen non cognouerunt: se illum scire dictitabant, quem nescierunt, cuius repulerunt uerba, & repudiarunt mandata. Si igitur Christus dixisset se eũ nescire, quem reuera sciuit, fuisset Iudæis mendacij crimine similis. Sed longe abest à summa ueritate hæc impietas, & mendacij suspicio. Et quia dixerant Iudæi: nunquid tu maior es patre nostro Abraham: se longe maiorem illo ostendit. Qui enim beneficium largitur, maior est eo qui suscipit. Abraham uerò, inquit, à me id habuit beneficij, quod uiderit diem meum, cuius uidendi magno tenebatur desiderio: & quia se uisurum illum sperabat, non mediocri perfundebatur gaudio. Sanè uidit diem Domini Abraham, quando in spiritu cognouit Christum ex sua stirpe in carne nasciturum, quod significabat, quum seruo suo Eliezer, quem mittebat ad accipiẽdam filio suo Isaac uxorem, ait: Pone manum sub femore meo, & iura mihi per deum cœli. Ergo quæ fuit illa iuratio, & quare hoc modo facta, nisi quia significabatur de genere Abrahæ uenturus in carne deus cœli? Aut (ut alij non inepte sentiunt) tunc diem domini Abraham uidit, cum in figura summę trinitatis tres angelos hospitio recepit. Quibus profecto susceptis, sic tribus quasi uni locutus est: quia & si in personis numerus trinitatis est, in natura tamen unitas est diuinitatis. Vel diem suum dicit diem crucis, quem Abraham oblatiõe arietis, & Isaac præfigurauit: per hoc ostendens, quod non inuitus ad passionem uenit: & pariter demonstrãs eos esse alienos ab Abraham (quem uerbotenus tanti faciunt) si in quibus ipse exultauit, hi dolent. Verùm quia supra dicta, potius futura sub figurarum uelamine significabant mysteria, quàm in præsentia exhibita beneficia à Christo generi humano, quæ cognouerit Abraham. Et Domini uerba designare uidentur, Abraham uidisse præsentem illorũ cœlestium bonorum exhibitionem. Missa faciamus hæc tria superius adducta, dicẽtes Abraham uidisse diem Domini, quando iam in placida sanctorum patrum requie positus, cognouit filium Dei esse incarnatum. Erat enim ille dies domini, quo carnis nostræ substantiã pro nobis assumpsit. Et id quidem cognouit Abraham completum esse, per te-

Gen.24. 2.Reg.2. Titum 1. Gen.18. Gen.22.

stificationem iusti Symeonis, qui post dominum susceptum in ulnis requieuit in pace, & intimauit sanctis patribus eum natum. Aut per denunciationem angelorum sanctos patres uisitantium sæpius, & quæ cõsolationem eis afferent, spemq; propinquæ liberationis præstarent, benigniter ipsis significantiũ. Cum itaque æditus est in mundum uirgineo partu Dominus noster: quis addubitauerit angelos antiquis illis patribus annunciasse saluatoris ortum, sicut & in terris nunciauerunt pastoribus? & tunc sane Abraham uidit diem Domini, de quo dicit Psalmus: Hæc dies quã fecit dominus, exultemus & lætemur in ea, & gauisus est illum diem salutiferum tandem aduenisse, quem ut uideret, multis ante seculis & annis exultauerat: cum scilicet adhuc in carne positus, repromissionem accepit Christum ex se nasciturum esse, cuius cõplendę promissionis diem cum gaudio expectabat, sperabatq; uenturum.

Luc.2. Psal.117. Mich.5. Psal.109. Prouerb.8. Sapien.2. Eccl.24.

## CAP. XII.

DIxerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, et Abraham uidisti? Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico uobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides, ut iacerẽt in eum: Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.) Iudæis accommodandum uidetur quod dicit Psalmus: Oculos habẽt, & non uidebũt. Oculos quippe mentis habebãt, quibus Christi diuinitatem uel ex mirabilibus signis, & operibus miraculorum perpendere facile potuissent, si non obstitisset cæcitas mentis. Verùm ut de ipsis inquit sapiens, excæcauit eos malitia eorum. Idcirco diuinæ in eo naturæ maiestatem non attendentes, ad solam humanæ formæ figuram defigebant oculos, & illius ætatem annis humanæ durationis metiebantur: non aduerterũt dictum à Michea propheta fuisse: Et egressus eius à principio, à diebus æternitatis. Neque à patre ad filium ineffabilis emanationis expressum sacramentum: Ex utero ante luciferum genui te. Non itidem considerauerunt illa diuinæ sapientiæ (quæ Christus est) uerba à Salomone in Prouerbijs descripta: Dominus possedit me in initio uiarum suarũ: antequam quicquam faceret à principio: ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant, necdum montes grauí mole constiterant. Ante omnes colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. Demum non animaduerterant illa æternæ sapientiæ uerba ab Ecclesiastico deprompta: Ego ex ore altissimi prodiui, primogenita ante omnẽ creaturam. Ego feci, in cœlis ut oriretur lumen indeficiens, & sicut nebula texi omnem terram: ab initio & ante secula creata sum, & usq; ad futurũ seculum non desinam. Hæc igitur, & consimilia de æternitate filij Dei scripturæ testimonia negligentes, solum annorum ætatis humanæ curriculum in eo numerabant, obiectantes eidem quod quinquaginta annos nondum natus esset. Quo-

Universidad de Deusto
Biblioteca



modo igitur uidisset Abraham, qui duobus annorum millibus, aut amplius natiuitatem eius antecesserat? Cæterùm non cessat illuminator hominum conniuentibus eorum oculis, & syncerae ueritatis splendorem ferre non ualentibus, suae diuinitatis lucem ingerere: qua tandem percipiant ipsum supra Abraham, et omnem hominem eminēter existere, & praexistere. Itaq; respondit eis: Antequam Abraham fieret, ego sum. Sum quidem praesentis temporis habet rationem, fuit praeteriti, ero futuri. Praeteritū uerò & futurum diuinitas non habet, sed semper illi esse adest. Idcirco ad exprimendam suam diuinitatem non dicit: antequā Abraham fieret, ego fui: sed ego sum. Res siquidem corruptibiles sui ortus habent principium, & tandem decurso sui temporis spacio tendunt ad exitum: idcirco diuersorum temporum uicissim recipiunt denominationem. Diuinitas uerò semper eadem, & stabilis est, cuius nihil in praeteritum defluit, aut in futurum accedit: ideò solius uerbi praesentiam subsistendi exprimentis, denominationem admittit. Rursum quia Abraham creatura est, fieri dictus est. Filius autem dei, creaturae rationē omnino refugit, super omnem creaturam longe supereminens: proinde non fieri, sed esse asseritur. Porrò cum eo tempore Christus tres & triginta duntaxat annos haberet: quare ergo non dixerunt (quæret quispiam) quadraginta annos nondum habes, sed quinquaginta? Superuacua est huiusmodi quæstio: simpliciter enim, prout primū eis occurrit, dixerunt. Respondent tamen nonnulli, quod per quinquagesimū annum ex reuerentia Iubileum nominant, in quo & captiuos manumittebāt, & empticijs possessionibus cedebant. Ipsum igitur, necdum iubileum unum annorum complesse significabant. At uerò cum rationibus dominum cōuincere non potuerint, nec suis uerbis amplius obsistere: uelut amentes & furore concitati, ad lapides currunt, ipsumq; ut blasphemum, & sese Abrahae praeferentem, atq; Deum esse prædicantem, lapidibus obruere parant: neq; seruato recto ordine iudicij, neq; habita loci sacri ratione: cum tamen iubeatur lapidandus duci extra castra & ciuitatem. Et Ioiada pontifex Athaliam tyrannide regnum Iudæorum occupantē iusserit duci extra septa templi, & interfici. Dominus uerò eos tanquam correctionem non suscipientes deserit, & abscondit se: quia commendanda nobis erat eius patientia, non exercenda in rebelles potentia. Non autem abscondit se in angulo templi quasi timēs, aut in domunculam fugiens, uel post murum aut columnam diuertēs: sed cœlica potestate inuisibilem insidiātibus se cōstituens, quemadmodum cum sui de supercilio montis præcipitare eum uoluissent, ipse transiens per medium illorum ibat. Vnde nobis memorabile relinquit exemplū: ut etiā cum resistere possumus, iram superbientium humiliter declinemus. Vt enim subtractione ligni extinguitur ignis et diminuitur: ita absentia eius, in quem quispiam ira inflammatur, sedatur & mitigatur efferuentis iræ incendium, & ad lenitatem reuocatur ebulliēs animus. Sanè cū affectus iræ immoderatus suo ruat impetu in multa facinora, hominemq; cæcum trudat in grauia scelera, quorum deinde amara & sera ducitur pœnitudine: optimum est ad rectam uitæ institutionem documentum, ut hanc immanem belluam uinculis frenemus & catenis, ipsamq; effrenem intra rectę rationis metas atq; leges cohibeamus. Id nos studiose admonet Iacobus, dicēs: Sit aūt omnis homo uelox ad audiēdū, tardus aūt ad loquendū & tardus ad irā. Ira enim uiri, iustitiā dei non operatur. Et Paulus ad Ephesios scribēs, diuturniorē iręcōmotionē prohibet, inquiēs: Sol nō occidat super iracundiā uestrā. Quo uerò pacto uiolentiam iracūdiæ, & exæstuantē flāmam coerceamus, dominus præclara nobis documenta suo exēplo tradidit. In primis quidē, quod iniurijs etiā falsò illatis lacessiti à proximis, eorū etiā uera mala quę noscimus, taceamus, neq; pro cōtumelia reddamus cōtumeliā: ne concitatū iracundiæ in proximo æstū magis ac magis excitemus, atque nosipsos ulciscī reciproca illatiōe cōtumelię cōtendamus. Quod quidē apostolus ad Rom. scribēs præclare admonuit: Nulli malū pro malo reddentes, nec maledictū pro maledicto, nō uosmetipsos defendentes charissimi, sed date locū irę. Deinde iniuriantium nobis animos exhibitione beneficiorū frangere, atq; nobis beneuolētia deuincire annitamur. Cū enim iracūdus animus perspexerit nos pro maleuolentia & maledicto, referre beneficiū atq; officiū: nisi ferreus fuerit aut adamantinus, flectet ad lenitatem & mansuetudinē. Id quod beatus Paulus nos edocuit ad Romanos, dicēs: Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Noli uinci à malo, sed uince in bono malum. Demum cum perspectum habemus, nec mitia uerba cōmotos animos lenire posse (quę tamen magnā habere solēt sedandæ irę efficaciā, cū dicat Sapiens: Responsio mollis frangit iram, durus aūtem sermo suscitat furorē. & rursum: Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos) neq; beneficia pro contumelijs retributa, feruorem iræ temperare ualere, secedere ab fratris, & nostram submouere præsentiam debemus: ut saltem absentia nostri, æstuantis animi, & ebullientis paulatim resīdat indignatio. Nempe exemplo Domini nostri longe gloriosius est iram tacendo fugere, quàm loquendo superare. Et id fortis animi indicium est, si accepta cōtumelia nequaquā commoueatur. Melior enim est patiens (teste Sapiēte) uiro forti: & qui dominat animo suo, expugnatore urbium. Verùm quàm noxia sit & contraria saluti ira animi, aut ex ea progressa cōtumelia, dominus per Matthæum nos edocet. Qui iratus fuerit fratri suo, reus erit iudicio: qui aūt dixerit fratri suo, rhaca, reus erit consilio: qui uerò dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennę ignis. Nec minus exitiale est odium ob acceptam iniuriam in proximum cōceptum, atq; altè animo infixum:



fixum: quod nisi radicitus extirpemus, et prorsus euellamus, non speremus, aut orationes nostras deo gratas fore, aut accepta munera. Si non dimiseritis (ait dominus) hominibus peccata eorum, neq; pater uester cœlestis dimittet uobis peccata uestra. Dimittite, & dimittemini. Si ergo (dicit ipse qui mitis est, & humilis corde) offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, uade prius reconciliari fratri tuo, & postea ueniens offeres munus tuum. Idem quoq; Ecclesiasticus attestatur dicēs: Qui uindicari uult, à domino inuenietur uindictā, & peccata illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini reseruat irā, & à Deo quærit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Ipse cum caro sit, reseruat iram, et propitiatio nē querit à deo? Quis exorabit p delictis illius? Memorare timorem domini, & non irascaris proximo.

CAP. XIII.

ET præteriens Iesus, uidit hominem cæcum à natiuitate, & interrogauerunt eum discipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius ut cæcus nasceretur? Quia Iudæi sermonum Christi altitudinem non susceperant, exiens de templo curauit cæcum à natiuitate: sui absentia eorum furorem mitigans, & per operationem signi eorum duritiam molliens, atq; eorum quæ à se dicta sunt, per opera fidem faciens. Præteriens itaq; uidit cæcum: quia eius misertus est. Videre etenim Christi, est misereri: ut cōuersus dominus respexit Petrum. Hinc propheta miserationem à deo sibi præstari petens, orat: Domine Deus uirtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus. Et alio loco: Oculi domini super iustos. Vidit etiam, quia studiose eum respexit, qua si aliquid circa ipsum operaturus: & ea occasione intentæ defixionis oculorum Domini in cæcum, inducti sunt discipuli ad inquirendam causam illius cæcitatis. Sanè quia meminerūt, languido ad probaticam piscinam à diuturna ægritudine cura to dictum esse à Domino: Vade & amplius noli peccare, ne deterius tibi contingat, & paralytico facenti in grabato, qui in domo ei oblatus fuerat: Fili dimittuntur tibi peccata tua. Arbitrati sunt cæcitatem huic homini inflictam fuisse propter peccatum aut suum, aut suorum parentum. Itaq; percontantur à domino, an peccauerit ille cęcus: ut in suī peccati pœnam cęcitate percuteretur: an eius parētes quicquam admiserint, ob quod filio eorum sit inflicta cæcitas. Et planè perspicuum satis esse debet, ipsum hominem ut nasceretur cæcus, haudquaquam prius aliquod peccatū admisisse: in cuius iam ante commissi pœnam & punitionē, cæcitas in natiuitatis exordio ei foret à deo inflicta. Non enim ante natiuitatem suam peccauit: quoniam non sunt ponendæ animæ hominū ante coniunctionem cum corporibus, alteram in cœlo uitam degere, & ibidem cōmittere peccata, ob quorum punitionē demergantur in corpora, & afficiantur incōmodis pro qualitate suorū criminum: ut cæcitate, egestate, & cæteris id genus calamitatibus: quemadmodū primo libro diffuse ostensum est, cum occurreret hic locus exponendus: Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundū. De parentibus uerò, an ob eorum peccatum filius oculis sit orbatus: non usqueadeò dilucidū esse potuit: quando quidem ob iniquitates parentum, nonnunquam filij temporariam, & in hac uita subeunt pœnam. Enimuerò irriserat Cham Noe patrem suum: tulit autem maledictionem patri debitam Chanaan filius Cham, cui dictum est: Maledictus Chanaan seruus seruorū erit fratribus suis. Et dominus in monte Sina sermones legis explanans ad populū Israel: Ego sum, inquit, dominus deus tuus fortis, zelotes, uisitans iniquitatem patrū in filios in tertiam & quartam generationem. Dereliquerat Salomon dominum, adorans idola mulierum alienigenarum, quarum ardentissimo amore teneba tur: ob quod à Roboam filio eius ablatæ sunt decem tribus Israel, & datę Hieroboā filio Nabath. Demū offenderat Achab grauiter oculos Domini, quod interfecto crudeliter innocēte Naboth, uineam eius possedit: at quia se conuertit ad pœnitentiā, ieiunioq; & cilicio se afflixit, ad Heliam factus est sermo domini: Quia Achab humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius: sed in diebus filij sui inferā malū domui eius. Aeternam uerò pœnam, et ignem infernum non patiuntur unquam filij pro crimine suorū parentum, quemadmodū per Ezechielem dictum est: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatē patris, nec pater iniquitatem filij: sed unusquisq; in peccato suo morietur.

CAP. XIIII.

RESPŌDIT Iesus: Neq; hic peccauit, neq; parētes eius: sed ut manifestentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est: uenit nox, quādo nemo potest operari. Quandiu sum in mundo, lux sum mundi.) Ad interrogationē discipulorum respōdit Dominus: neq; ipsius cæci peccato, neq; suorum parentum factum esse, ut cæcus nasceretur: non tamen omnino negat hac responsione ipsum cęcum, aut parentes peccatum aliquod contraxisse. Habuerant enim labem originalis contagij, & uiuendo aliquid peccatorum superaddiderant. Quis enim uitam hic aget insons criminis? Sed non illo ipso illorum peccato factū est, ut à natiuitatis exordio uisu priuaretur, quin potius ut manifestētur opa dei in illo: ut scilicet p illius illuminationē declaretur gloria diuinitatis domini: & illius splendor, eorum qui nouerūt signum, oculos feriat. Enimuerò se in mundū uenisse cōtestatur Dominus, ut operetur opera patris, qui misit illum. Cum itaq; filius se operari opera patris asserat, sua & patris opera eadem prorsus esse demōstrauit: quæ sunt infirma saluare, debilia roborare, homines illuminare. Quomodo igitur non erubescunt, qui filiū à patris substantia separare nituntur, alienumq; ab

Universidad de Deusto
Biblioteca



eius natura astruere nõ uerentur? Nõne quorum A
eadem est operatio, illorum & eadem est natura? & quorum diuersa est natura, ipsorum quoq; diuersa est actio. Si igitur opera filij, ipsius etiam patris sunt opera, quemadmodum alio loco dicit: Si nõ facio opera patris mei, nolite credere mihi. & iterum: Pater in me manens, ipse facit opera, erit patris & filij eadem omnino substantia, eademq; natura. Quod si diuersam quis pertinacius astruxerit: erit filius creatura, & ad id uirtutis atque dignitatis creatura cõscẽdet, ut operetur opus dei, habeatq; idem opus cõmune cum deo. Et quum deus immẽsa uirtute sua ea operetur, quæ creaturæ uires & mensuram transcendãt (canit enim ei propheta: Tu es solus, qui facis mirabilia. & iterum: Qui facit mirabilia magna solus) ipsa quoq; B
creatura suis nixa uiribus ea aget, quæ suam transcendunt metã & legem. Sed facessant hæ nugæ: & filiũ, qui patris operatur opera, fateamur eiusdem esse cum patre substantiæ: ut ex operum consortio, naturæ quoq; identitas eluceat. Cum aũt dicit hoc loco Christus, hunc esse cæcum natum, ut manifestentur opera dei in illo: de seipso id dicit, nõ de patre, & seipsum eo uerbo insinuat esse Deũ. Iam eñ opera patris manifesta erãt in totius mũdi creatione, & sapiẽtissima dispositiõe, quinimo cõtinua illius administratione atq; gubernatione. Verũ de Christo humana forma induto, id adhuc nõ usq; adeò erat perspectũ, quod erat mũdi cõditor & rector: sed per hanc rei mirabilẽ illuminationem inducti sunt homines manuductione quadam ad illud credendũ. Et ita manifestauit C
Dei filius gloriam suam, ut ostenderet se autorem esse creationis. Siquidẽ ea quæ de re maiori est fides, etiam id quod minus est, et rei minoris fidem confirmat. In uniuersa autem creaturarũ sensibilium multitudine honorabilior est homo. Ex eo igitur, quod Christus se ostẽdit hominis esse creatorem, corroborat hanc in omnibus fidem, quod uniuersæ creaturæ sensibilis etiam sit factor. Eorũ etiã, quæ in nobis sunt membrorũ, honorabilissimum est oculus: quãdoquidẽ ipse totum corpus humanũ gubernat, & pedes dirigit: Lucerna, inquit, corporis tui, est oculus tuus. Idem quoq; faciẽ hominis exornat atq; decorat. Quod enim est sol in orbe terrarũ, hoc est oculus in corpore: unde & superiorem cæteris membris locũ sortitur, D
sicut in quodã regali fastigio collocatus. Itaq; cũ in hac cæci illuminatiõe, oculi se factorẽ atq; creatorem ostẽdat Christus (neq; enim lutum superpositum, neq; aqua fluenti quicquã habebant uirtutis ad oculi efformationem: sed sola Christi diuina uirtus illũ produxit) eo facto comprobat se & reliquorũ corporis membrorũ, imò totius hominis esse creatorẽ. Et quoniã ex eo quod hominis se cõmonstrat esse factorẽ, hanc omnib. etiam facit fidẽ, quod totius fabricæ mũdi sit productor, quemadmodũ iam ostensum est. Consequens est ipsum Christum per hanc cæci illuminationem, & nouam oculorum eius productionem, se liquidò prodere totius machinæ mundi conditorem,

Ioan.10.
Ioan.14.
Psal.72.
Psal.135.
Matth.6.

& ita gloriam suam manifestare: quod in principio erat propositum. At uerò scisciari hic quipiã posset: Nunquid iste cæcus iniusta passus est, quod cæcus fuerit natus sine culpa? Minime profectò, quin potius beneficiũ accepit per hãc cæcitatem. Nam & mirabilius uisum recepit, quam si
à principio natiuitatis accepisset: & ea occasione interioribus etiam oculis est illuminatus, atq; ad Christi fidem integrè perductus. Quid enim profuit Iudæis à uitæ exordio oculos corporis integros habuisse, cum animo prorsus cæcutirent? Nónne maius iste cęcus est beneficiũ assequutus, qui ad tẽpus usu corporis captus, postea & interius et exterius est uidẽdi facultate donatus? Nõ tamẽ desunt qui in hoc euangelij loco particulã Vt, dicunt nõ esse causatiuã, sed significare euentũ: sicut & in illo Pauli uerbo: Lex subintrauit, ut abundaret delictũ. Non enim lex ipsa, causa fuit abundãtiæ delicti effectrix, cum uetaret culpam: sed ad ipsius legis inductionem id consequutum est, quod abundauerit delictum. Sic & hoc consequutum est, ut dominus oculos clausos aperiens & alia naturalis infirmitatis nocumẽta corrigẽs, suam demonstrauerit uirtutem. Sed prior sententia uidetur huic loco congruentior. Neq; perfunctorie id prætereundum, quod dominus se operari debere dicat, donec dies est: quãdiu scilicet præsens hoc in mũdo fuerit. Ipse enim uerus est dies, post tenebras errorum & ignorantiæ exortus, de quo propheta dicit: Exortũ est in tenebris lumen rectis corde, misericors & miserator, & iustus dominus. Et Esaias: Populus gentium, qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam, ambulantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Et hoc in loco dominus de seipso: Quandiu sum in mundo, lux sum mundi. Perinde atque quandiu sol iste sensibilis nostrum super fertur hemisphærium, diurni temporis mora protenditur. Cæterum si per id solum temporis interuallum, inquies, extenditur Christi operatio, quo præsens huic mundo fuerit, cum iam diutius hinc ad patrem abierit: nõ igit amplius opera patris nũc operatur, neq; lux est mundi, quãdoquidẽ non est amplius in mũdo. Versamur ergo in illa nocte horrenda, in qua nemo potest operari. Sed diligẽter hic animaduertendũ, quod etsi corporis sui præsentiam hinc subduxerit, maiestate tamẽ diuinitatis semper adest: sicut ipse á discipulis abiturus pollicetur: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Itaque protrahitur dies iste spiritualis, in quo filius opera patris facit, & est in mundo ad diem usque extremi iudicij: nam toto eo tempore, & homines illuminat lumine suæ gratiæ filius, & ad fidem pœnitentiamq; uocat. Deinde uerò succedit nox terribilis & tremenda impiorum, post expletum iudicium & definitam omniũ retributionem, in qua nemo potest operari: quia tunc nullus pœnitentiæ superest locus, nulla emendandæ uitæ commoditas: sed duntaxat recipiendi quod quis operatus fuerit, & metendi quod seminauerit, horã.

De illa



De illa nocte dicitur: In inferno autem quis confitebitur tibi? Et ligatis manibus & pedibus, proijcite eum in tenebras exteriores. Denique discedite à me maledicti in ignem eternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Præter hunc autem diem & noctem generalem, & toti mundo cõmunem, cuiq; nostrum itidem suus est dies, & sua nox. Dies, inquam, totum uitæ nostræ quod hic uiuimus spacium, quo nobis datum est à deo operari ea quæ ad uitam æternam consequendam cõducunt. Nox uerò, tempus post mortẽ nostram corporalem futurum, in quo non licet cuiquam operari, neq; contractas prius mortiferas abstergere sordes. Operæprecium ergo est, quod beati Pauli consilium non segniter, neq; oscitantes audiamus, solicitè nos admonentis: Dum tempus habemus, operemur bonum. Neq; sapientis monita negligamus, id nostris auribus studiosè inculcantis: Ante obitum tuum operare iusticiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibum. Idem quoq; rursum: Ante mortem confitere, uiuus & sanus confiteberis. Demum de mortuis dicit spiritus, quod requiescant à laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos.

Psal.6. A
Matth.22.
Matth.25.
Gal.6. B
Eccle.14.
Eccle.17.
Apoc.14.

*Quod baptismi lauacrum multis ante figuris fuerat præsignatum, & prænunciatum, atq; in euangelica lege cum multa uirtute exhibitum.*

CAP. XV.

HAec cũ dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius, & dixit ei: Vade laua in natatoria Siloe, qd C
interpretatur missus. Abijt ergo & lauit, & uenit uidens.) Qui maiores subsitãtias de nihilo ad esse produxit, multomagis nouos in cęco oculos sine materia fecisset. Sed uoluit hac luti compositione et linitione super oculos, docere seipsum esse creatorem, qui in principio usus est luto, ad hominis formationem. Ideo autem non aqua utitur ad lutum faciendum, sed sputo, ut nihil ascribatur fonti: sed discas quoniam uirtus oris eius oculos aperuit cæci, & plasmauit. Et deinde ut non uideatur cuiquam ex uirtute terræ esse curatio, iussit oculos lauari: non tamen illicò, & in eo loco abluí eum uoluit, sed ad Siloe misit, ut cum multos contingeret exindè eum uidere euntem ad pisciD
nam, & lutum super oculos habentem, pluribus manifesta fieret eius illuminatio, et noua usus restitutio. Neq; ipsi fonti Siloe ascribenda erat hæc curationis gloria (multi enim lauantes ibi oculos, nullo tali beneficio sunt potiti) sed soli Christo, cuius quidem diuina & efficax uirtus aderat in fonte Siloe, quæ omnia operabatur. Et propter hoc interpretationem nominis Siloe Euangelista adiecit dicens, Quod interpretatur missus: ut doceat, quoniam & illic Christus (qui uere est Siloe spiritualis, & ad salutem hominum missus) eum curauerit. Sicut enim apostolus dicit, quod petra erat Christus: ita & Siloe spiritualis erat, rũ quod fons uberrimus, aquam salutis in totum mundum deriuans: tum quod missus à deo patre ad illuminandos eos, qui in tenebris & in umbra mortis sedebant. Cuius quidem testimonium perhibet Iacob, prophetico spiritu futura prænuncians, cum inquit: Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus est. ubi Hebraica litera habet dictionem Silo, Christum ibidem insinuans, qui peculiari quadam ratione, ut uerbum patris missus est ad nos. Demum quanta fuerit cæci fides, uel ex ipsa litera euangelij facile est contueri. Non enim contradixit uerbis domini, neque cogitauit apud seipsum: Lutum solet magis excæcare oculos: quid igitur lutum mihi superposuit? Sæpenumero laui oculos in Siloe, & in nullo sum adiutus: si quam ipse curandi uirtutem haberet, presens utique me curasset. Nõ hęc aut similia animo secum uolutauit: sed simpliciter obediuit, & beneficium curationis ex fidei firmitate, & obediendi promptitudine continuò consequutus est. Maior profectò & magis cõmendanda fuit hæc fidei syncerita in cæco, quàm tarditas in Naaman Syro: ad quem cum Helizeus mississet nuncium, quod lauaretur septies in Iordane, & mũdaretur à lepra, iratus Naaman recedebat dicẽs: Putabam quod egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen domini dei sui: & tangeret manu locum leprę, & curaret me. Nunquid non meliores sunt Abana, & Pharfar fluuij Damasci omnibus aquis Israel, ut lauer in eis, & munder? Abeuntem tamen cũ indignatione, serui admonuerunt, ut prophetæ uerbis obtemperaret: quorum dictu nõ aspernatus, sospitati redditus est, & septies in Iordane lotus, iuxta prophetæ uerbũ curatus est. At uerò, quia miracula nostri redemptoris ita iuxta literam facta creduntur, ut mystice considerata aliquid innuant nobis faciundum aut credẽdum: age quid hæc cæci curatio spiritualiter insinuet, altius inuestigemus. Sane per illuminationem huius cęci, significabatur illuminatio generis humani: quandoquidẽ cęcus iste genus humanũ designat, quod in primo parente excæcatũ est, quia ex illo traximus omnes non solũ originẽ mortis, sed etiã iniquitatis. Per unũ enim hominẽ mors, & per unũ Rom.5.
hominẽ peccatũ intrauit in mundũ: & per peccatum mors, quæ in omnes homines pertransijt. Et bene nõ solũ cæcus, sed etiã cæcus à natiuitate dicitur: quia omnes homines (excepto illo, qui de uirgine natus est, & sacratissima etiã uirgine, ex qua deus homo prodijt in mundum, exempta) cum peccato originali nascimur, & grauissima cæcitate depressi, in mundum uenimus: quam quidem cæcitatẽ de radice primi parentis contraximus. Qui bene uidens conditus fuerat, sed diabolicis persuasionibus obtemperando cæcitatẽ incurrerat, quam in omnes suos posteros transmisit. De peccati cæcitate loquitur propheta: Ecce eñ in iniquitatibus cõceptus sum, & in peccatis Psal.50.
cõcepit me mater mea. Et Paulus ad Rom. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei. Porrò Rom.3.
præteriens dñs uidit cæcũ, nõ enim stans, sed præteriẽs uidit: quia in similitudine carnis apparuit. Sed in uia peccatorum non stetit, quia peccatum Psal.1.

Lucæ 1.
Gen.49.
4.Reg.5.
1.Cor.10.
Quid cæcus iste à Christo illuminatus mystice designat.

Universidad de Deusto
Biblioteca



non fecit,nec inuentus est dolus in ore eius.Hinc A
est quod secundū alterius loci parabolam, Samaritanus secus saucium uenit. Quod enim ibi per
Luce 10. saucium,hoc significatur hic per cæcum.Et quod ibi dicitur,uenit:hic,præterijt. Venit ergo dominus secus saucium,& præteriens uidit cæcū: quia appropinquauit uiæ immortalitatis nostræ, non tamen fixit uestigium in uia peccatorum. Venit enim,ut cæcitatem peccatorum nostrorum tolleret,non ut eam susciperet. Hæc ergo opera patris se dicebat oportere operari: quia uenerat quærere perdita,restaurare corrupta.Sed nec ipsa sui no uitate stupenda,& mirabilis cæci curatio, magno uacare mysterio putanda est.Expuens quippe dominus in terram,fecit lutum,& oculos cæci inunxit.Sputum quidē quod à capite in os defluit, di- B
uinitatem Christi significat: quia caput Christi,
1.Cor.11. deus.Et æterna sapientia apud Ecclesiasticum loquitur: Ego ex ore altissimi prodiui, primogenita ante omnē creaturam.Et Solomon de ipsa: Va
Eccle.24. por est enim uirtutis dei, & emanatio quædā maiestatis eius syncera.Lutū uerò de terra, sacratissima Christi caro est, de sacrosancta uirgine sumpta,ut ait psalmus: Veritas de terra orta est. Simi-
Sap.7. liter Esaias: Et ascendet sicut uirgultū coram eo,
Psal.84. et sicut radix de terra sitienti. Expuens ergo in ter
Esa.53. ram, lutum fecit: quia uerbū caro factū est, & habitauit in nobis. Inunctus aūt cæcus nondum uidet,donec ueniat in natatoriam Siloe,quod interpretatē missus. Non caret (ut paulò ante diximus, & repetere non piget) mysterio, quod Euangelista huius nominis posuerit interpretationē,quod (inquiens) interpretatur missus. Quis enim præ-
Ioan.8. cipuè missus,nisi ille, qui sæpius dicit: Non ueni à meipso, sed à patre missus sum? Christus enim uere est missus,quia & ante,p missus,& post multos testes prius missos, tandem nobis exhibitus. Piscina ergo illa, baptismus est Christi. Lauit cæcus in piscina Siloe,quod interpretatur missus,& illuminatus est:quia in Christo baptizati, illuminantur omnes. Cum ergo inunctus est cæcus ille, quasi catechumenus factus est. Sed egebat lauari, id est baptizari,ut illuminaretur: catechumenus uerò inungitur,utdoceatur.Nam catechumenus græce,latine instructus dicitur. Baptizatur uerò ut uerū lumē agnoscat, & remissionem omnium
D peccatorum recipiat.Non itaq; exigua putetur lauacri baptismalis uirtus,quod dimotis animæ tenebris, lumē cœli infundit.Neq; recens credatur eius & arbitraria constitutio: quod & multis instrumenti ueteris figuris, & prophetarū testimo-
Gen.7. nijs est præsignatū. Aquis quippè diluuij, totius mundi expiata sunt peccata:& qui in arca reconditi erant, per aquam salui facti sunt. Id baptismi typū gessit, per quem sordes omnes peccatorum deponuntur, & uitæ uetustas tollitur. Audi Pe-
1.Pet.3. trum apostolum huius rei grauissimū testem: In diebus (inquit) Noe cū fabricaretur arca, in qua pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam, quod & nos nunc similis formę saluos facit baptisma: non carnis depositio sordium, sed
C conscientiæ bonæ interrogatio in deum. Insuper populus Israel duce Mose mare rubrū sicco pede
Exo.14. pertrāsit,submersis ibidem Aegyptijs: quod per baptismi susceptionem totam diabolicæ prauitatis cohortē à nobis dimoueri, & expelli insinuat, nosq; in Christo regeneratos,à durissima eius tyrannide,dei gratia liberari. Testem huius mysterij accipe diuiniloquum Paulum ad Corinthios scribentem:Nolo uos ignorare fratres, quoniam pa-
1.Cor.10. tres nostri omnes sub nube fuerūt, & omnes mare transierunt, & omnes in Mose baptizati sunt,
Exo.14. in nube, & in mari. Quid præterea populus Israeliticus Iosue ductu, Iordane traiecto (ubi etiā aquæ hinc atq; hinc immotæ constiterant, & medium præbuerant iter) in terrā promissionis per-
Iosue.3. ducti significant:nisi Christo autore,quicunq; baptismi lauacrum rite susceperint,in terram uiuentium tandem peruenturos? Quid Naaman Sy-
4.Reg.5. rus (cuius modò facta est mentio) septies in Jordane ablutus, & à lepra mundatus nobis innuit: nisi baptismo Christi lotos, ab omni prorsus animæ lepra, peccatoq; purgari? Quid deniq; aquæ
Leui.14. expiationis & lustrationis, secundum ueteris legis ritum tollens immundiciam, ex cōtactu mortuorum contractam denotat: nisi aquam baptismi,omnem penitus animi impuritatem abstergere? Hanc planè aquam dominus per Ezechie-
Matth.5. lem pollicitus est,dicens: Et effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris: & ab uniuersis idolis uestris mundabo uos.Hanc quoq; baptismi aquam
Exo.14. uidit propheta,cum ait: Vidi aquam egredientem de templo à latere dextro, & omnes ad quos per
Ezech.47. uenit aqua ista, salui facti sunt. Deniq; hanc effudit latus Christi, lancea militis in cruce transfixi, in remissionem peccatorum: qua sanctificata est ecclesia,à maculisq; suis emundata. Postremum hanc baptismi gratiam præsignauit probatica pi-
Ioan.5. scina, in quam post aquæ ab angelo motionem descendens,quacunq; tenebatur ægritudine languidus,illicò sanabatur. Volens enim deus homines propinquius adducere ad baptismi donum,
Luce 19. per hanc piscinam,quam per aquam lustrationis, non adhuc inquinamenta solum mundat, sed & corporis languores tollit, & ægritudines sanat: D
quo designetur baptismus omnem animi morbum depellere, & peccata detergere. Sicut enim ministri,qui prope regem sunt, ijs qui sunt à longe clariores sunt:ita & in figuris fit, ut quæ propinquior est ueritati, eam clarius & manifestius exprimat atq; referat. Non autem simpliciter sanabat aquarum piscinæ natura (semper enim hoc fieret) sed in angeli descensione. Sic & in baptizatis non simpliciter aqua operatur,sed eum spiritus sancti acceperit gratiam, tunc omnia soluit peccata. Angelus enim descendens turbabat aquam, & sanatiuam imponebat uirtutem: ut discant Iudæi, quoniam multò magis angelorum dominus, omnes ægritudines animæ per baptismum sanare potest. Sed tempore huius piscinæ, infirmitas, impedimentum uolenti curari, fiebat nam



nam impediebat,ne quis prius alijs in aquam descenderet,& curaretur.Nunc autem ad lauacrum baptismi unusquisq; accedere potest. non enim angelus est qui turbat aquam,sed angelorum dominus, qui omnia operatur. Et in hoc baptismi fonte non unus solum uno tempore curatur, ut in piscina:quinimò si uniuersus terrarū orbis ueniat, gratia non consumitur, sed similis manet. Sicut enim solares radij per unamquamq; illuminant diem,& non cōsumuntur: neq; à multa largitione minor fit solis lux: ita & multò amplius spiritus sancti actio in nullo minuitur, à multitudine eorum qui potiuntur ea. Hoc autem fiebat, scilicet ut unus tantum post motionem aquæ sanaretur: ut qui didicerant, quoniam in aqua ægritudines corporis sanabantur, in hoc per multum tempus exercitati facile crederent, quod & ægritudines animæ aqua sanare potest.

CAP. XV.

ITaq; uicini, & qui uiderant eum prius quia mendicus erat,dicebant: Nonne hic est qui sedebat,& mendicabat? Alij dicebant, quia hic est. Alij autem, nequaquam: sed similis est eius. Ille uerò dicebat, quia ego sum. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit ille & dixit: Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, & unxit oculos meos,& dixit mihi: Vade ad natatoriam Siloe, & laua. Et abij, & laui, & uideo. Et dixerunt ei:ubi est ille? Ait: nescio.) Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: neq; accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed supra candelabrum,ut luceat omnibus qui in domo sunt.Ita neq; claritas signorum Christi obscurari potuit,aut occultari. A uicinis enim & notis eius primum perspecta est, qui hunc illuminatum prius cæcum, & mendicum nouerant. Vbi animaduertendum nobis est, ad cuius sortis uiros mirabilis dei clementia se inclinabat. Eos qui mendicabant, cum multa miseratione curabat: & hinc Iudæorum os obstruens, quoniam non præclaros,non insignes, neq; principes, sed ignobiles sua dignos ducebat prouidentia: etenim pro salute omnium uenerat. Ita etiam descendens à Hierusalem in Hiericho,cæcum sedentem secus uiam, & mendicantem sanauit: uocatumq; ad se benigniter illuminauit. Et quia aperti eius oculi, uultum eius & speciem oris aliquan
D tulum mutauerant: nonnulli dicebant non illum eundem esse, qui cæcus fuerat, sed alium eius similem. Ipse uerò neq; uerecundatus est de priori cæcitate,neq; formidauit furorem plebis,neq; renuit seipsum ostendere, ut prædicet benefactorem.Interrogatus de modo susceptæ illuminatio nis,uerax omnino comprobatus est. Quod enim non nouerat,non dicit. Neq; enim sciuit, quoniā in terram expuit,idcirco neq; alijs illud expressit: quoniam autem superunxit, per sensum tactus didicit. Quod eum iusserit ire ad piscinam Siloe, ex auditu testatus est. Nomen benefactoris expressit: recognouit enim eius uocem ex disputatione cum discipulis, & ex præcedenti tempore

A nomen eius iamdiu audierat, per celebrem famam signorum eius, quæ aliorum relatione didicerat.Demum quærentes uicini,ubi est ille? conspirationem aduersus dominum meditari uidentur,ut accusarent eum apud Pharisæos, quemadmodum sequentia eorum facta ostendunt. Christus autem nō aderat huic, quem curauerat, neq; alijs qui ab eo curabantur: non enim quærebat gloriam suam,neq; se ostentare. Recedebat semper post præstitum curationis beneficium dominus:ut nos doceret ex benefactis nostris gloriam humanam quærere non debere, sed solum diuini nominis honorem meditari. Quod etiam dominus noster totius uirtutis institutor salubriter nos edocuit,in ieiunio, oratione & eleemosyna plau-
B sum popularem nos quærere non debere admonens,sed solius dei gloriam:ut nesciat sinistra nostra,quid faciat dextera,alioqui receperimus mer-
Matth.6. cedem nostram. Quod si in abscondito coram oculis dei curauerimus quod rectum est operari,et pater noster cœlestis qui uidet in abscōdito,retribuet nobis.Paulus quoq; eidem consentiens sententiæ,nos hortatur,ne inanis gloriæ cupidi, aut
Gala.6. per uanam gloriam quicquam faciamus: sed siue
1.Cor.10. comedamus, siue bibamus, siue aliud quid agamus, omnia in dei gloriam referamus: ad illam sola nostra uertatur intentio.

CAP. XVI.

ADducunt eum ad Pharisæos qui cæcus fuerat. Erat autem sabbatum quando lutum fe-
C cit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabāt eum Pharisæi, quomodo uidisset. Ille autem dixit eis: Lutū mihi posuit super oculos, & laui,& uideo.Dicebant ergo ex Pharisæis quidam:Non est hic homo à deo, qui sabbatum non custodit. Alij autem dicebant:Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos.Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit, quia propheta est.) Iudæi superius quærentes,ubi est ille? uolebant eum inuenire, ut dominum nostrum ducerunt ad Pharisæos: quia uerò non habuerunt eum,ducunt cæcum. Propterea autem Euangelista subdit diem sabbati fuisse, quando lutum fecit Iesus: ut scilicet eorum malam mentem, & iniquitatis plenam demon-
D straret,& causam propter quam eum quærebant, ut scilicet occasionem contra eum inuenirent, & ut detraherent miraculo per æstimatam legis præuaricationem: quod ex sequentibus eorum interrogationibus planius elucescit. Sed diligenter considerandum est, qualiter non turbatur cæcus. nam quandoquidem turbis dicebat sine periculo interrogatus, non ita magnum erat ueritatem dicere. Mirabile autem est nunc, quod in ampliori periculo constitutus, neque negat, neque contraria dicit prioribus, sed eadem succinctius constringit. Et hoc pacto contrarium passi sunt eius quod uolebant. Duxerunt enim eum, & interrogauerunt ut negaturum: sed ab eo certius ueritatem, & mirabilem domini

uirtutem

Universidad de Deusto
Biblioteca



uirtutem didicerunt. At uerò audito factæ illumi A nationis modo, diuersi de domino uaria senserunt. Hi quidem, quod non esset à deo missus, sed prævaricator legis, qui sabbatum nõ custodiret, qui in sabbato lutum fecerat, & oculos inunxerat. Verum hi magna tenebantur animi cæcitate. Cum enim ex hoc signo ad fidem induci debuissent, & tanti operis autorem prædicare, non ad id conuerterunt animum, quod laudandum, aut cõmendandum uideretur: sed quod reprehensioni patere censebatur, & obiectationi. protinus sabbati uiolationem obiectant, quod tamẽ secundũ literalem etiam legis sententiam dominus minime uiolauerat. Nam ea opera manuum exercitio & ministerio facta, quæ ad dei obsequiũ, aut manifestandam eius gloriã attinebant, minime pro- B hibita erant ne sabbato fierent: qualia erant circuncisio, hostiarum in templo præparatio & immolatio. Hæc autem cõpolitio luti, & inunctio, ad dei uirtutem ostendendam spectabat, & alijs
Ioan.7. diuulgandam. Si igitur sabbato circuncisionem accipit homo, ut non soluatur lex Mosi, & sacerdotes in templo sabbatum uiolãt, et sine crimine sunt: quis recte senserit ex luti commixtione, aut inunctione super oculos, uiolatum sabbatum, ex qua maxime dei gloria apudhomines eluxit? Alij uerò uel exiguo ueritatis splendore illuminati dixerunt, obstruere conantes os loquentiũ iniqua: Si non esset hic homo à deo, non posset hæc signa facere. Cum igitur cæco à natiuitate uisum reddiderit, signum id est eum non esse peccatorem. Ita C ab effectu rei sumentes argumentum, cõprobant eum à deo esse, quod tam stupendum ædiderit signum. Verum percontabitur quispiam, an ne malis conueniat interdum miracula agendi ministerium & officium, cum apud Matthæũ dominus
Matth.7. de reprobis dicat: Multi dicent mihi in illa die, Domine, nõnne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & prophetauimus, & signa multa fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nescio uos: Discedite à me operarij iniquitatis. Quo igitur pacto cõsequẽs est, ipsum domnium si peccator esset, hæc signa facere non posse? Sed hi non præcipui sunt autores signorum, qui uitę habent prauitatem, & tamen miraculorum agendorum potestatẽ: quo- D rum solum exercent ministerium, atq; ut instrumenta quædam funguntur illorum faciendorum officio. Vtitur enim plerunq; deus etiã malis ad
Ioan.10. mirabilia opera peragenda. Christus autem præcipuus erat autor signorum, & attestatus est illa esse opera patris, quæ non aliena, nec ab extrinseco aduẽticia uirtute peragebat: sed solo uerbi imperio aut opere, nil nisi primarium operatorem demonstrante. Non potuit igitur ipse hæc in nomine patris se facere contestans, & eadem opera patris nominans, peccator esse, alioqui ipsa dei patris opera ab homine peccatore fuissent perfecta, & illi deus fuisset cooperatus. Et quoniam non potuerunt Iudęi diuersa de domino sentientes in unam conuenire de eo sententiam, unoquoq; suas partes tutante schisma erat inter eos. Schisma græce, latine scissio. Scissi ergo erant, quia pars ueritati assentiebat, & pars fallitati applaudebat. Christus dies, inter lucem & tenebras diuisus est. Hęc autem discissio eo ipsobona erat, quod impedimẽto fuerit coadunatos Pharisæos uno animo conspirare in Christi damnationem & præiudicium, ostenderitq; plerosq; eorum adhuc modicum lumen habere, quo ueritatem oblatam contuerentur. Quamuis enim ferè semper, & ut plurimum bona sit concordia, & discordia mala, quod hæc dissipet omne bonum atq; disturbet, illa uerò promoueat, corroboret, & foueat: nihilo secius & bona interdum inuenitur discordia, & mala concordia: cum discrepantia animorum alicuius mali perpetrandi præstat obstaculum, & unanimitas, mutuusq; complurium consensus eos constringit et alligat, ualentioresq; reddit ad conceptum scelus perpetrãdum. Vnde ad impediendam malã concordiam, se dominus in hunc mundum uenisse contestatus est, cum ait: Non ueni mittere pacem in terram, sed gladium, id est separationem, ut sequentia eius uerba ostendunt. Et qui turrim Babel ædificabant, cõcordes erant in malo suo: inde etsi inuiti, ad bonum carnen dissenserunt per uarietatem linguarum illis immissam, qua separati sunt ab inuicem, & cœptum opus prætermiserunt. Et socij Chore in seditione contra Moysen & Aaron male conuenie- bant: ideò per immissam plagam bene diuisi sunt. Iudas idem traditor, cum Iudæis praue consensit, & dux fuit eorum qui comprehenderunt Iesum. Ecce malam concordiam. At Paulus à Iudæis in Hierusalem comprehensus, atque in concilio eorum cõsistens: quum haberet compertum, unam partem eorum qui aderant ad sui accusationem, esse Pharisæorum, & alteram Sadducæorum: exclamauit inter eos se Pharisęum esse, atq; de spe & resurrectione mortuorum iudicari. Qua uoce im- misit dissensionẽ inter Pharisæos, & Sadducæos, dissoluitq; totam illam multitudinẽ. Ecce bonam discordiam. Qui igitur recte de Christo senserũt, ipsius illuminati de suo illuminatore quærũt sententiam, & animo quidem (quantum uerba exprimũt) beneuolo. Non enim quod in calumniã uerti posset quærũt, quid scilicet dicat de illo qui sabbatum non custodit: sed quod Christi gloriam elucidet, & prædicet: Quid dicis (inquiunt) de illo, qui aperuit tibi oculos? Ille uero nõ modò cor- pore, sed etiã mente illuminatus, cõstanter & interrite exprimit quod sentit: quod uidelicet propheta est, non tamen quilibet de numero & cœtu prophetarum: sed propheta ille unicus & singularis, quẽ Moses prædixit à deo apud Iudæos esse suscitandum. CAP. XVII.

NOn crediderunt ergo Iudæi de illo quia cęcus fuisset, donec uocauerunt parẽtes eius qui uiderat, & interrogauerunt eos, dicẽtes: Hic est filius uester, quem uos dicitis quia cęcus natus est? quomodo ergo nunc uidet? Responderunt eis parentes eius, & dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, et quia cęcus natus est: quomodo autem nunc uideat, nescimus: aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus. Ipsum interrogate: ætatem habet, ipse de se loquatur. Hęc dixerunt parentes eius, quia timebant Iudæos. Iam enim conspiraue- rant Iudæi, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret: propterea parentes eius dixerunt: quia ætatem habet, ipsum interrogate.) Qui urbem expugnare nititur, ubi nam murorum partem, quam prosternere atq; euertere tentauit, conspicit adeò firmam esse atq; compactam, ut eam dissoluere atq; subruere nequeat: mox ad alteram partem, quæ imbecillior & inualidior apparet, suas transfert machinas, arietes & tormenta, ut ea parte oppugnatam urbem intercipiat. Itaq; quoq; Pharisæi, quia cæcum iam illuminatum attonitum reddere non ualuerunt: sed B uidebant eum sine animi trepidatione benefacto rem suum prædicantem, per parentes eius putabant Christi miraculũ obscurare. Sed hæc est ueritatis natura, quod per quę putatur insidias pati, per hæc fortior fit. Mendacium enim sibijpsi quidem obuiat: & per quę lædere ueritatem uidetur, per ea clariorem eam ostendit. Quod & nunc factum est. Vocati enim parentes, & interrogati de cæco illo an filius eorum esset, & cæcus natus: ut quicq; dicerẽt quod Christi gloriam diminueret, aut extenuaret, dum utriusq; indubitatum profe- runt testimonium, magis amplificant, atq; magnificant factum signum. Verũ imbecilliores erant parentes filio, qui testis aderat intrepidus ueritatis, illuminatos habens oculos intellectus à deo. C Nam ipse interrogatus, impauide modum quo sanatus fuerat explanauerat. Parẽtes uerò idipsum interrogati, se nescire dicebant quomodo uisum receperat: quum tamen ipso referente, illud certò cognoscere potuerint. Atqui non ex ignorantia dicebãt se nescire quomodo factus fuisset uidẽs: sed id solũ ex trepidatione, & formidine, metuq; offendendi Iudæos (si quicquam dicerent, quod nomẽ Christi celebrius redderet) respondebant. Iudæi enim ut deo repugnantes, & suæ saluti obstaculum obicemq; ponentes, sanxerant, eũ cum ignominia extra synagogam ejiciendum, qui cõfiteretur dominum nostrum esse Christum. Hac D formidine perculsi parentes cæci, non ausi sunt quod cognoscebant, palàm confiteri: sed id à filio interrogari debere responderunt, qui cum matu-
Exod.1. ra esset ætate, de se loqui facile posset. Sed quemadmodum filij Israel, quanto magis opprimebantur ab Aegyptijs, tanto magis multiplicabantur, & crescebant: ita nominis Christi gloria quo magis prohibebatur ab hominibus, eo amplius diffundebatur. CAP. XVIII.

VOcauerunt ergo rursum hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam deo. nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo eis ille: Si peccator est nescio: unum scio, quia cæcus cum essem, modò uideo. Dixerũt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis: Dixi uobis iam, & audistis: quid iterum uultis audire? nunquid & uos uultis discipuli eius fieri?) Cum in altera parte murorum, ad quam factus est oppugnationis transitus, non satis commoda perspicitur esse inuadendi urbem opportunitas: rursum ad priorem partem fieri solet regressus, & acriori insultu, nouisq; machinis instauratur ibidem oppugnatio. Quia ergo cæci nati parentes miserunt Pharisæos ad illũ, qui curatus est à cęcitate: rursus uocauerunt eum secundo. Neq; ei manifeste dicũt, nega quoniam Christus te curauit: sed sub prætextu religionis ad hoc eum inducere uolunt, dicentes: Da gloriam deo. quasi dicant, confitere quia hic nihil est operatus: nega quod accepisti. Hoc planè non est deo gloriam dare, sed deũ potius blasphemare. Sic autem uolebant illum dare gloriam deo, ut sicut & ipsi, B dicere Christum esse peccatorem. Verum ille, ut neq; pateret calumniæ, neq; ueritatem celaret: nõ dixit, scio eum iustum: sed sentẽtiam protulit eorum sententiæ ex opposito contradicentem. Dixerant enim: nos scimus, quia hic homo peccator est. Ipse uerò neq; dubitationem, neq; nescięntiam sua responsione expressit, sed oppositionem dicti eorũ. Dicitis, inquit, uos scire, quod peccator est: ego uerò ea in re nõ sentio uobiscum, sed eũ peccatorem esse nescio: quinimò bonum & iustũ esse ipsum ingenue fateor: quod & ipsa loquuntur opera. Id unum planè, quod manifeste noui, prædico: scilicet cum cæcus essem, suo beneficio nũc uisus munere fungor. Quia autem nequierunt euertere quod factũ est, ad priores redeunt sermones, rursum modum curationis inquirentes, sicut canes expetitam uenationem nunc hic nunc illic inuestigantes. Ille autem qui toties interrogatus, toties responderat: iam quasi quodam tædio afficeretur propter illorum duritiam & incredulitatem, cum quadam stomachatione respõdit: Non attenditis ad ea quæ dicuntur? Non amplius respondebo uobis inaniter interrogãtibus, & non uolentibus addiscere, sed cauillari quæ dicuntur. Nunquid & uos, sicut ego, uultis in eum credere, & discipulatui eius inhærere? Itaq; fortis quidem ueritas, & imbecille mendacium. Nã ueritas ipsa, & si despectos assumpserit, claros eos facit uel ostendit. Mendacium autem, & si cum fortibus fuerit, imbecilles eos mõstrat. Super omnia enim 3.Esdr.4. uincit ueritas, & inexpugnabilis eius arx atque D munitio. CAP. XIX.

MAledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis, nos autem Mosi discipuli sumus. Nos scimus, quia Mosi locutus est deus, hunc autẽ nescimus unde sit. Respõdit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est, quia uos nescitis unde sit, & aperuit oculos meos. Scimus autem, quia peccatores deus non audit: sed si quis dei cultor est, & uoluntatem eius facit, hunc exaudit. A seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. Nisi esset hic a deo, non posset facere quicq;.) Maledictum hoc, tu discipulus illius sis, ueniat super nos Christianos: quemadmodum Rebecca dixit filio suo Iacob timenti maledictionem sibi pro benedictione illatum



iri

Universidad de Deusto
Biblioteca



iri à patre suo Isaac, si deprehenderet simulationẽ illam qua fingeret se esse Esau: In me sit ista maledictio fili mi. Ita sanè & in nos sit hæc Pharisæorũ maledictio. Siquidem cor intuearis eorum, maledictum est: quia hoc maledicẽtis affectu protulerunt. Si uerba ipsa perpendas, exoptabilis est benedictio. quis enim non desideret discipulus esse Christi? Sed quemadmodum per prophetam dicit dominus de improbis, Maledicã benedictionibus uestris: ita ediuerso dicit, Benedicam maledictionibus uestris: & completur in eis quod alio loco dicitur: Maledicẽt illi, & tu benedices. Rursum more suo de Moysi discipulatu se uane iactant, dicentes: Nos Moysi discipuli sumus. Sed falluntur, semetipsos decipientes. Nam si ueri discipuli Moysis essent, crederent utiq; Moysi annuncianti Christum, & cognoscerẽt eum qui per Mosen prænunciatus est. Sic enim dominus illis ait: Si crederetis Mosi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit. Si autem illius literis nõ creditis, meis uerbis quomodo credetis? Nõn ne discipulorum est magistri doctrinam ad unguem seruare, & ab illius præceptis nequaquam exorbitare? Si igitur Moysi estis discipuli, ut uerbo protestamini, ô Pharisæi, cur illius dogmata nõ obseruatis? Prohibuit ille maledictionem inferri cuiquam: Non maledices (inquit) surdo, nec cæco pones offendiculum. Vos autem meledicitis homini, ueritatem constanter confitenti. Prohibuit insuper sanguinem innoxium fundi, & iustum occidi. Vos autem in cædem innocentis, & eius qui iusticiæ totius est autor, præcipites ferimini. Demum iusserit Moyses deum adorari, & eius gloriam in omnibus quæri: uos aũt signum istud in cæco calumniantes, dei uirtutem pro uiribus extenuatis & negatis. Id unum tamen uerum cõfitemini, uos scilicet scire quod Moysi locutus est deus. Et idipsum nos ingenue quoq; fatemur, per sacram scripturam edocti, dicẽtem: Loquebatur deus cum Moyse, sicut homo loqui solet ad amicũ suum. Et deus de Mose: Ore ad os loquor ei. Sed eo grauior est uestra damnatio & iniquitas, quod illius, cui deus locutus est, præcepta negligitis. Ea quæ à deo susceptt mandata conculcatis, & pro nihilo ducitis. Prophetam illum quem de medio uestrũm prædixit suscitandum & audiendum, nunc coram loquentem contemnitis, dicentes: Hunc autẽ nescimus unde sit. Sed nõnne locũ natiuitatis eius, & patriam nouistis: aut etiam genus secundum humanam genealogiam? nõnne superius dixistis: Hunc scimus unde sit? Sed hæc uerba uestra non ex ignorantia illius, sed cõtemptu prodeũt, quo illum paruifaciatis. Vos etenim miserandi dei filium cernentes, hominem prorsus contemptibilem & nouissimum iudicastis: hinc dicitis uos illum nescire unde sit, consuetomore hominum, qui quos abijciunt, nescire se dicunt. Tale quiddam & in libro Regũ legimus. Cum enim Dauid adolescens, Goliam uiris fortibus formidabilem strauisset, ait Saul ad Abner: Cuius est iste puer Abner? Certe armiger eius fuerat, citharam coram eo crebro percusserat, & nũc quis esset interrogabat. Quasi enim non cognoscebat, in quo ætatem adolescentis, & habitum pastoralem cõtemnebat. Sed quo magis eluceat, & innotescat cæcitas uestra, ea quæ per uisum cognoscitis, auditu minora æstimatis. Illa enim quæ nosse uos dicitis, utpote quod Moysi locutus fuerit deus, à progenitoribus audistis. Sed nõnne fide dignior est, qui certificauit quod à deo uenit per miracula, quæ nõ solum audistis, sed uidistis? Vnde meritò cæcus ipse, sed iam claritate mentis & corporis perfusus, dicta uestra confutat, à magnitudine signi in se perpetrati sumpto argumento. Non uidetur, inquit, id ueritati cõsentaneum, aut omnino cohærere uero, quod nescias unde iste sit, & tanquam ignobilem, aut obscuri nominis uirum despiciatis, qui tam præclarum signum & diuinæ uirtutis attestatiuum in me operatus. Nempe peccatores deus auersatur & odit, nec preces eorum gratæ sunt auribus eius. Sed si quis deum intentissimè coluerit, & mandata eius seruauerit, hunc benigniter exaudit. Oculi enim domini super iustos, ut dicit propheta, & aures eius in preces eorũ. Et rursum alio loco: Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Hunc aũt illuminatorem meum exaudiuit deus, qui talem ei potestatem contulerit, quod à matre ab incunabulis insitam & cõgenitam cæcitatem depulerit. Non est igitur ipse peccator, ut uos sentitis: sed à deo, cuius uirtute id admirabile opus egit. Neq; enim à mundi exordio auditum est cuiquam, quod quis aperuerit oculos cæci nati: quo circa nisi ille tanti signi autor esset à deo, non potuisset tale quicquam efficere. Sed quomodo, ut cer quispiam, deus peccatores nõ exaudit? Exaditus ne est publicanus, qui in templo dei à lõge stans, & oculos in terrã demittens, pectusq; pugnis percutiens, dicebat: Deus propitius esto mihi peccatori? Qua cõfessione sic exauditus est, ut iustificatus à templo rediret, qui iniustus uenerat ad templum. Insuper nõnne à domino nostro edocti, quotidiana oratione utimur ad deum: Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris? Quæ autem sunt debita nostra in deum, nisi peccata quibus eum offendimus, propter quę debitores mortis & damnationis rei apud diuinam maiestatẽ efficimur? Rursum beatus Ioannes in epistola sua: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Denicq; Sapiens: Quis potest dicere, mundum est cor meum, & purus ego sum à peccato? Si igitur nullus exors criminis hic degit uitam, & peccatoris orationes non suscipiuntur à deo: nullos igitur deus exaudit, sed omnium auersatur orationes. Quomodo ergo dicit Psalmus: Exaudiuit dominus uocem fletus mei, exaudiuit dominus deprecationem meam, dominus orationem meam suscepit? Cæterum exaudiuntur à deo peccatores, si respiscant à peccatis, si mala præterita lachrymis abluant, & ex corde abnegant se esse quod fuerant: translati enim per hoc

Malach.2.
Psal.108.
Ioan.5.
Leuit.19.
Exod.23.
Deut.6.
Exod.33.
Num.12.
Deut.18.
1.Reg.17.



hoc sunt à morte ad uitã, à sinistra in dexteram, ab iniusticia ad iusticiã. Eos uerò qui perseuerãt in malitia sua, & præteritis peccatis quotidie noua accumulãt, fiuntq; indies deteriores, deus minime exaudit, eorum preces abijcit & execratur, quemadmodum per Esaiam dicit: Cũ extenderitis manus uestras, auertã oculos meos à uobis: & cum multiplicaueritis orationem, nõ exaudiam: manus enim uestræ sanguine plenæ sunt. Et Hieremias ad dominũ: Nos inique egimus, & adiracundiã prouocauimus, idcirco tu inexorabilis es. Oppositisti nubem tibi ne transeat oratio. Enimuerò nubes illa, peccatorum nostrorum atra est densitas, obstaculum præbens, ne diuinas aures oratio nostra penetret.

Esa.1.
Hier.3.

CAP. XX.

RESponderunt & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerũt eũ foras. Audiuit Iesus, quia eiecerũt eum foras: & cum inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in filium dei? Respondit ille & dixit: Quis est domine, ut credam in eum? Et dixit ei Iesus: Et uidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait: Credo domine, & procidens adorauit eum.) His uerbis Pharisæi cæcitatem ei exprobrant, impreparantes, quod propter peccata aut sua, aut parentum factus esset cęcus, & dicẽtes: In peccatis natus es totus, id est, à prima ætate peccatis inuolutus es, & clausis oculis natus. Ecce pharisaico super cilio id enascitur, seipsum bonum existimare, & alios ut peccatores aspernari: temerario quoq; iudicio quę aliis aduersa cõtingunt, reputare ob peccatum illis esse inflicta, & deteriores uitę culpam. Eò tendit parabola domini nostri, quam dixit ad quosdam, qui in se confidebant tanquam essent iusti, & aspernabãtur cæteros: in qua Pharisæus ascendẽs in templum & orans benefacta sua commemorauit, prætulitq; se alijs, quos adulteros, fures, raptores, iniustosq; iudicauit: sed nõ meruit ille cum publicano gratiã iustificationis. Ita hoc in loco cęcum hunc despectui habentes, dicũt à prima ętate peccatis fuisse irretitum: existimantes se longè illo esse iustiores & meliores, cum tamen ediuerso hic esset iustificatus. nã qui oculos eius aperuit, totum saluauit: quiq; foris illuminauit, ipse cor illius ab omni iniquitatis nubilo purgauit. Ipse uerò grauissimis peccatis, & potissimum infidelitatis & crudelitatis erãt illaqueati. Cæcitatem quoq; eius ascribũt peccatis præteritę uitę, perperam de illo iudicantes: cum tamen dominus noster protestatus sit, eum neq; propter sua, neq; parentum peccata cęcum natũ esse. Ex quo perspicuum est, animũ qui grauí rapitur affectu odij aut liuoris, transuersum omnia agere, atq; cõtrario ueritati iudicio plerunq; præcipitem ferri. Aegro quoq; animo ferunt se ab illo doceri: quod nõ minus, quàm antecedẽtia ex tumore animi nascitur, dedignãtis ab alio doctrinam capessere: quia sibi excellentis scientiæ persuasionẽ induit, sciolusq; uidetur. Ipsi certe eum interrogauerũt, ipsi coegerũt ut diceret, quid de Christo suo illuminatore sentiret: & nũc uera cõfitentem arguũt, & de synagoga propellunt, donec expectabãt eum negaturum esse Christum, aut opus dei fide dignum esse putabant: sed cum uident eum in ueritatis cõfessione constantem, ignominiose eum ejiciũt. Ipsi illum magistrũ suũ fecerant, ipsi ut discerent toties interrogauerũt: & demũ ingrati, docentẽ reiecerũt cum indignatione, dicẽtes: Et tu doces nos? Solet enim maiorũ consuetudo à minoribus aliquid discere dedignari: quod nimirũ ex latente morbo superbiæ proficiscitur, quo sibi animus falsam scientię opinionem ascribit: & erubescit ab eis, qui inferiore gradu uitæ, aut dignitate sunt cõstituti quippiã percipere, ne ignorasse uideatur idipsum, aut minor illo in doctrina appareat à quo discit, cũ cupit omnibus supereminere. Sed si animus noster uera esset humilitate munitus, non erubesceret, etiam à quouis puerulo, quicquam quod ignoraret addiscere. A quocũq; enim percipi potest ueritas, amplectẽda est & capessenda. Exemplo nobis est dominus noster, uberrimus sapientiæ fons, qui duodecim annos natus (ut Lucas scribit) inuentus est in tẽplo inter legisperitos & doctores interrogãs, & audiens eos. Ipse qui dei uirtus est & sapientia, in quo oẽs thesauri scientiæ & sapientiæ sunt absconditi, non recusat interrogare homines, & audire illos: quid ergo nos talpę cęcutiẽtes, & noctuis persimiles renuemus, ab alijs, quantũlibet abiectis aut exiguis, ueritatem ediscere? Nõ dedignatus est dominus noster exímium ueræ humilitatis exemplũ à Ioanne Baptista ablui in Iordane & baptizari: quid igitur respuemus à proximis & fratrib. nostris doctrinæ munus, quantũuis existimatione hominũ habeamur eruditi, aut alij putẽtur ignari, suscipere? cũ si nos uera moueat & syncera ueritatis agnoscendæ cupiditas, non tã à quo doceamur attendere debeamus, quàm quid doceamur: & ueritatis munus à quocunq; accipiatur, preciosum esse. Cętera rum Pharisęi, sicut à cæco auditam salutarem doctrinam contẽpserunt, ita & idipsum doctorẽ habent ludibrio & spernunt, ejs cientes eũ cum grauí ignominia extra synagogam. Id reuera magnũ apud Iudęos opprobriũ ducebat, si quẽ de synagoga eiecissent. Sicut eñ nũc homicidę uel adulteri, uel cęteris capitalibus criminibus rei, ab ecclesia pellunt, ita tũc cõfessores Christi à synagoga Iudæorũ eliminabant. Pharisæi quidẽ illũ prius cæcũ ejiciebãt, sed Christus eum suscipiebat. Tũc magis meruit cognoscere Christũ, cum ejectus est de cõsortio inimicorũ Christi. Quandiu enim inter Pharisęos fuit, & ignominiã ab eis nõ est passus, nõ se illi denuò exhibuit: sed cũ primũ extra illorũ est contuberniũ expulsus, & ignominiæ nota pro Christo affectus, protinus se illi Christus præsentẽ ostẽdit. Quo quidem exemplo nobis dilucide declarauit, eos qui propter Christũ & iusticiã reprobantur ab hominibus, & ejiciũtur, cõtinuò à deo suscipi: & quãto grauiores cõtumeliæ cuiq; inferuntur propter deũ, tanto deũ illi

Doctrinã libẽter ab omnib. esse percipiendam.
Luc.2.
1.Cor.1.
Coloss.2.
Luc.18.

Universidad de Deusto
Biblioteca



propiorem & propinquiorem esse adiutorem. A
Matth.5. Beati, inquit, eritis cū maledixerint uobis homines, & exprobrauerint, & eiecerint nomē uestrū tanquam malum propter filium hominis: gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces uestra copiosa est in cœlis. Nēpe ut amicitia huius mundi inimica est deo, & qui uoluerit amicꝰ esse mūdi huius, inimicꝰ dei cōstituitur: ita ediuerso inimicitia huius mundi, amica est deo: & qui uoluerit esse inimicus huius mundi, amicus dei redditur. quos em̄ mūdus ut abortiuos eiȷcit, eos Christus ut filios charissimos suscipit. Cū quāta itaq; benignitate illum compellat, & inuentū ad consummatam fidei cōfessionem adducit, accuratius attende. Vt audiuit eum foras eiectum, quærit eum ut colligat in sinum suę pietatis, & ducat B
in suum ouile. Inuentumq; interrogat: Tu credis in filium dei? Interrogat autem nō ignorans, sed uolens sesipsum notum facere: & ostendens quoniam plurimi fecit eius fidem. quasi dicat: Iudęorum multitudo conuiciata est mihi in eo signo, quod operatus in te sum: sed nulla mihi est cura illorū. Vnius rei cura est, ut tu credas: melior enim est unus faciens uoluntatem Dei, quàm decies mille iniqui. Porrò id non perfunctorie hic animaduerte, quod si sola Christi, qualiscūq; cōfessio, fidei esset consummatio, dictum nūc fuisset illi: tu credis in Christum? Sed quia hæreticis penè omnibus hoc nomen in ore esset futurum, ut Christum confiterentur, & filium tamen Dei negarent, id quod propriū Christo est, ad fidem C
poscitur, id est, ut credatur in Dei filium. Credidisse autem in Dei filium, quid proficit si credatur in creaturam? cū à nobis fides in Christo, nō creaturæ Dei, sed filij Dei postuletur. Nō est igitur creatura Christus, ut Dei filius, quēadmodū oblatrant Ariani: sed uerus Deus. Nondum aūt cæcus Christum nouerat: cæcus enim erat antequàm ueniret ad Christum, & post curationē à Iudæis circūtrahebatur. Idcirco ille, qui eum tantum corporeis oculis uidebat, corde nōdum intelligebat, respondens: quis est domine, ut credā in eum? Quibus uerbis ostendit iādudum se paratum cor ad credēdum habuisse, sed in quē deberet credere, ignorasse. Desiderātis enim, & uale ingerentis animę est hoc uerbum, pro quo in D
tantū disputauit, hūc ignorat: ut discas in eo ueritatis amorem. Et ergo ipsa ueritas se ei aperte, & dimoto omni uelamine exhibet, dicēs: Et uidisti eum: & qui loquitur tecum, ipse est. Ecce mysterium suę diuinitatis abscondit Christus à sapien-
Matth.11. tibus & prudentibus, scilicet incredulis Iudæis: quib. nūquā tam aperto uerbo seipsum demonstrauit, quod maleuolo eum animo quęrerent & insectarentur. Illud autem paruulis & humilib reuelauit mysteriū, pio eum affectu prosequentibus. Neq; se difficilem ad credendum præstitit hic cæcus, iam plenè illuminatus: sed protinus uerbo protestatus est credere, & opere. Nā procidens adorauit eum: per hoc quodāmodo contestans Christum esse Deum se credere, quē pro



cōfortā dū illū perquisiuit, dixitq; ei: Ne timeas: A
neq; enim inueniet te manus Saul patris mei.

CAP. XXI.

ET dixit ei Iesus: In iudiciū ego in hunc mundum ueni, ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant. Et audierunt quidam ex Pharisæis qui cum ipso erant, & dixerūt ei: Nunquid & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus: Si cęci essetis, non haberetis peccatum: nūc uerò quoniam dicitis, quia uidemus, peccatum uestrum manet.) Longanimis expectator domini Symeon, & aduentum eius in carnem ardenter suspirans, cum accepisset ipsum quadragesimo post natiuitatē die inductū in templū, & cupidis ulnis fuisset amplexus, post diuinas laudes prophetico spiritu il-
Luc.2. lustratus, dixit: Ecce positus est hic in ruinā & in B
resurrectionē multorū, & in signū cui cōtradice-
Esa.8. tur. In ruinā quidem eorū, qui impegerūt in lapidem offensionis, & petrā scandali, & incredulitate mētis suę, & obstinati animi duritia credere in ipsum renuerunt. In resurrectionem uerò illorū, qui doctrinam eius amplexi sunt, & mandata seruarūt: per quæ ab imo barathro damnationis ad uirtutum culmen, & cœli demum celsitudinem subuecti sunt. Eandem quoq; sententiam hoc loco dominus asserit, dicens se in hunc mūdum uenisse in iudiciū, nō quidem condemnationis aut extremę retributionis, quæ ad cōsummationem usq; seculi reseruatur futura: sed discretionis bonorum ab improbis, & credentiū ab incredulis: C
ut qui non uident, uideant: id est, qui se non uidere putant, & quærunt ut uideant, interiore lumine illustrentur, & ad fidei, ueritatisq; perducantur cognitionem. Simplices enim & humiles, suam cōfitentes & agnoscentes ignorantiā, à Christo illuminati sunt. Et ut uidentes cæci fiant, id est, ut qui putant se uidere, & medicum non quę-
runt, qui ipsos illuminet, cum in magna cæcitate uersentur, permaneant in sua incredulitate, & te-
Esa.5. nebrositate errorū: quales erant superbi sapien-
Rom.1. tes, & Pharisæi, qui sapientes erant in oculis suis, & apud semetipsos prudētes. Sane ut Paulus ait dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt: euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est in sipiens cor eorum. Et hæc sane uerba Domini liquidò nobis ostendūt quanti momēti est ad uir-
D
tutem, & diuina munera promerenda, humiliter de seipso sentire, suam cognoscere fragilitatem,
Humilitatē infirmitatēq; fateri. Hæc planè humilis de se exad diuinæ stimatio, & propriæ indigentiæ confessio, diuigratiæ per næ gratiæ largitatem affatim consequitur, & cœoptionē esse lestis impetrat auxilium. Cōtrà uerò, qui grande cōuenien- aliquid, & sublime de se existimant, seq; super se ipsam. extollunt, arrogantq; maiora quàm sibi assumunt, diuino destituti præsidio aridi relinquūtur, & indi-
Psal.130. gi, bonorumq; omnium egeni. Id Propheta nos edocet, dicēs: Domine nō est exaltatum cor meum, neq; elati sunt oculi mei: neque ambulaui in magnis, neq; in mirabilib. super me. Si nō humili ter sentiebā, sed exaltaui animā meā. Sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima

mea. Et idē alio in loco: Quoniam tu populum Psal.17.
humilem saluum facies, & oculos superborū humiliabis. Verè itaque de se professus est: humilia Psal.114.
tus sum, & liberauit me: quoniam Deus super- Iacob.4.
bis resistit, & humilibus dat gratiam. Saul, cum 1.Reg.9.
paruulus esset in oculis suis, dux super Israel con- 1.Reg.15.
stitutus est: cum uerò in superbiam elatus est, à 2.Reg.6.
Deo abiectus & reprobatus. Cum Dauid ui- 2.Reg.24.
lis in oculis suis saltaret coram archa ludens cythara, mirum in modum Deo placuit: cum uerò tumore animi inflatus, populum iussit numerari, uindicem Dei manum sensit. Hinc per Esa- Esa.66.
iam Dominus inquit: Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & humilem, & trementem sermones meos? Quinimò ipse, qui uerè humilis
B est, exultans in spiritu sancto: Confiteor (inquit) tibi Domine pater cœli & terræ, quoniam abscō- Matth.11.
disti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Itaque uenit in hunc mundum, ut paruulos, & qui suæ sunt cæcitatis conscij illuminaret, illis in errorum caligine dimissis, qui sibi uidentes uidentur. Sed si in hunc mundum (dicet quispiam) Christus uenit ut uidentes cæci fiant: non est eis imputanda illa cęcitas, neque ipsorum culpæ ascribenda, quinimò ipsius exęcationis Christus uidebitur esse causa, qui propterea dicit se in mundum uenisse, ut uidentibus infligeretur cæcitas. Verum, non rationabiliter loquuntur, qui hæc Deo obiectant, ipsumq; C
autorem mali astruere non uerentur. Nempe sicut sol iste sensibilis, nostrum superfertur horizonta, ut omnibus suæ claritatis dona communicet, & in cunctorum oculos suæ lucis iaciat spicula: quod, si quis palpebras occludat, aut se sponte sua auertat à sole, beneficium luminis ipsius recusans: is non culpa solis, sed propria expers est illuminationis, & in tenebris manet. Haud secus uerus ipse sol qui uenit illuminare sedentes in tenebris, & umbra mortis, eam ob rem Luc.1.
terras inuisit, ut omnibus suæ cognitionis & gratiæ munus impartiatur, & omnium oculos interiores splendore spirituali illustret. Plerique uerò repudiarunt hoc munus cœlestis luminis ultrò eis exhibitum, & oculos mentis occluserunt, ne illucęret eis tam eximia lucis æternæ irradiatio. Non igitur ipsius ueri solis culpa effectum D
est, quod occæcati fuerint, sed sola ipsorum im- Sap.2.
probitate & duritia. Excæcauit enim eos (ut di- Iudic.9.
cit Sapiens) malitia eorum. Quod nobis haud adumbrate significatum est in Samsone capto à Philistæis, protinus in carcerē ab eis conjecto, & orbato oculis: qui quemuis hominem suarum cupiditatū catenis & uinculis grauiter astrictum designat, & ob suarum affectionum uehementiam mente occæcatum. Si quis enim honoris ambitione laborat, aut graui exęstuat opum cupidine, aut Aethneis uoluptatum ignibus effeuet: nimirū sibīpsi oculos eruit, & destitutus lumine mentis, in foueam iniquitatis agitur præceps. Proinde particula, ut secundo loco intellecta, non causam exprimere putanda est, sed euen-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tum. Quamuis enim præcipua causa aduentus Domini in mundum fuerit, ut non uidentes uideant, quia interioris illuminationis ipse primarius est fons & autor: non tamen idcirco uenisse putandus est, ut uidentes cæci fiant: cum ab eo non possit quoquo pacto proficisci obtenebratio, sed post aduentum suum id consecutum est, quod existimantes se uidere, amplius facti sunt cæci: non quidem occasione lucis suapte natura illuminantis, sed obdurationis cordis malorum. Ita peritissimus medicus, si ægrotis omnibus det præcepta, quibus pristinam sospitatem recuperent: quorum hi obtemperantes medico restituantur incolumitati: illi uerò recusantes morem gerere recte consulenti, ægrotēt amplius, & tandem extinguantur: tum medicus ille recte dixerit se uenisse, ut omnibus sanitatis beneficiū impendat: suo tamen aduentu effectum esse, quod plericp deterius se habuerint, & uitam cum morte commutauerint. Nullus tamen sanæ mentis interitum illorum medici culpæ ascripserit, sed ægrotorum incontinentiæ, qui suo indulgentes animo, salutaris illis præcepta neglexerint. Mos autem sacræ scripturæ admodum frequens est, ea quæ per euētum contigerunt, & ad aliud consecuta sunt, exprimere modo quodam causalitatis, tametsi nulla ibidem causæ ratio subsit. Vt hic Euangelista alio loco: Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum: ut sermo Esaiæ impleretur, quem dixit: Domine quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? Propterea non poterant credere, quia id prædixit Esaias. Rursum alio loco: Nunc autem & uiderunt, & oderunt me, & patrem meum: sed ut adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est: quia odio habuerūt me gratis. Non enim in his & consimilibus scripturæ locis, prædictio & prænunciatio facta per Prophetam, denotatur esse causa incredulitatis & odij Iudæorum: sed quia sponte sua excæcati sunt & indurati, hinc euenit testimonia prophetarum, hanc prædicentia excæcationem & obdurationem, esse completa in eis & consummata. Porrò nonnulli ex Pharisæis suspicati illa uerba Domini propter seipsos esse dicta, utpote & qui uident, cæci fiant: cum supercilio & indigna tione interrogarunt: Nunquid & nos cæci sumus? Indigne enim ferebant & moleste, seipsos illis uerbis etiam cæcitatis probro notatos esse: cum se existimarent acutius cæteris, & perspicatius animo uidere. Verū quid Dominus iactantibus se de perspicacitate mentis, & cæcitatem suam minime cognoscentibus responderit, audire operæpretium est: Si cæci essetis (inquit) non haberetis peccatum. id est, si uos cæcos diceretis, & ad medicum recurreretis, ut hanc depelleret cæcitatem, essetis immunes peccati, & digni à medico illuminari: nunc uerò quoniam dicitis, quia uidemus, peccatū uestrum manet: id est, quia existimatis uos uidere, & recusatis implorare opem medici, grauiori delicto estis astricti, & maiore laboratis onere peccatorum. Duplex siquidem in eis erat malum: quod scilicet grauissima tenebantur cæcitate, nō cognoscentes ueram lucem, quæ inter eos signorum splendore radiabat: & quod hanc tantam suam cæcitatem non perpenderunt, persuaseruntcp sibi, quod essent oculatissimi, & præter cæteros cognitionis gratia illustrati. Itaque perslimiles erant phreneticis, qui cum à grauissimo tentantur morbo, & plane delirant: non tamen suum cognoscunt morbum, sed se sana esse mente & corpore sibi persuadent, & uerbis apud alios astruunt. Non incongruum itidem fuerit, hæc postremo Domini uerba secundum aliam interpretari sententiam: scilicet, si cæci essetis, id est inscij scripturarum de meo aduentu & operibus aperte loquētium, nequaquam tam graue uobis peccatum incumberet, tanquam ignorantia peccantibus: & hanc ob causam quicquam excusationis habentibus. Nunc uerò quia prudentes uos atque legisperitos asseritis, per uosipsos cōdemnabiles estis, quia nulla uobis prætendi potest per ignorantiam excusatio. Sed & ijs, qui intelligentiæ scripturarum talentum à Domino acceperunt, magnopere formidandum est, ne ipsum indebite dispensatum, materiam grauioris ingerat peccati & damnationis: quoniam cui multū communicatum fuerit, multum requiretur ab eo: & tāto maioris est criminis reus, quanto plura susceperit dona quæ dispartiat, & perperam suo fungitur officio: aut quanto amplius norit quę agenda sunt, & agere negligit.

SEXTI LIBRI FINIS.

## IN CYRILLVM SVPER IOANN. LIB. septimus, per Iudocum Clichtoueum adiectus.

### CAP. I.

AMEN amen dico uobis, qui nō intrat per ōstium in ouile ouiū, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro: qui autē intrat per ostium, pastor est ouium: huic ostiarius aperit, & oues uocē eius audiunt.) Quia Pharisæi iactitabāt se uidere, quod quidē possent, si oues Christi essent: dominus contrà eorū arrogātiam de grege suo, & de ostio quo intratur in ouile, similitudinem proponit: ostēdens quod nec sapientia, nec obseruatio legis, nec bona uita quicqū ualet, nisi per eum, per quem solum datur aditus & accessus in salutem, quēadmodum alio loco dicit: Nemo uenit ad patrem, nisi per me. Itaque hoc in prouerbio quatuor potissimū proponit, ostium, ouile ouiū, furem, & pastorē. Per ostium, seipsum intelligi proponit, ut deinceps declarat. Per ouile ouiū, catholicā ecclesiam, cōsortiumcp fidelium designat: in quod nō nisi per Christum rectus patet ingressus. Per furē atcp latronē intelligēdus est, qui aut nō recte de Christo sentit, aut suam, & nō Dei gloriā quærit, & is pestifero dogmate aut perniciosis moribus oues infectat & labefactat. Denicp p pastorē accipiēdus est is, qui deo recte subditus, non propriū, sed ouiū quærit cōmodū, earumcp salutē procurat. Itacp alludēs moribus furis & pastoris, ea naturali ꝓponit exemplo, quæ & in re ita sese habere cōspiciunt, & sensum spiritualē habēt latentiorē. Siquidē furis conditio est, non intrare per ostiū in ouile, sed aliunde ascēdere: ut trāscendere maceriā, aut fractione parietis ingressum sibi parare, ut aliena rapiat. Cui similes sunt, quicunq; non per Christū, sed alia quauis uia in ecclesiā uolūt intrare: quales erāt Scribæ & Pharisæi, qui docebāt mādata & doctrinas hominū, & legē preuaricabant: quā doquidē prohibebāt pro uiribus turbā in Christū credere, dæmoniacū ipsum, & insanū uocantes. Qui uerò per ostiū intrat in ouile ouiū, id est, per Christū in cœtū & societatē fideliū, quos ad bonū dirigat, ille pastor est uerus ouiū, quę saluti cōducant earū solicite prouidens. Signū autē ꝗd is uerus sit pastor, duplex subnectitur. Primū, quod ostiarius illi ut noto, & iampridē cognito aperit ostium. Ostiarius recte intelligitur spiritus sanctus, qui dicitur spiritus ueritatis, & promittitur docturus apostolos omnem ueritatem. Christus autē est ueritas, ipso attestāte: Ego sum uia, ueritas, & uita. Ostiarius igitur aperit ostiū pastori, cū spiritus sanctus pię in Deum affectos Christū edocet, & rectā de Christo intelligentiā, ex sacrarum literarū promptuario præbet. Secundū uerò legitimi pastoris signū est, quod oues uocē eius audiunt, recipiēdo sanā ab eo doctrinā fidei, & præceptis ad uitā recte instituendā datis prōpte obediēdo. Nempe hic ouiū nomine, fideles intelliguntur animo simplices, & humiles: qui in ouili Christi, pabula uerbi eius, & mandatorum quotidie sumunt, & prępositis suis recte monentibus libenter obtemperant. Solet & huic literæ euāgelicæ alia à sacris autoribus adaptari expositio, sanam etiā & rectam prætendens intelligentiam: qua per intrantē in ouile ouiū intelligi uolunt eum, qui administrationē dominici gregis suscipit, illicq; moderādo præficitur per aliquā dignitatem ecclesiasticā: ut episcopatū, curā pastoralem, aut aliā quamuis, quā ex humana institutione assequitur, sibicq; uendicat. Per eū uerò, qui non per ostiū intrat in ouile ouium, sed ascendit aliunde, illum insinuari dicunt, qui nequaquam legitima, rectacq; uia cōsequit huiusmodi pastoralem eminētiam, sed detorta & obliqua, atcq; in concessa: ut qui sublimioris cathedræ appetens, cęca fertur ambitione præceps, ad cōparandam sibi ecclesiasticā dignitatem, quo honore saucupetur humanos: aut qui rapida exęstuans cupiditate lucri, aspirat ad præsidentiam ouilis domini ci, qua emolumentum pecuniarum largius colligat, & opes congerat abundantius: proinde aut ui & armis curat seipsum intrudi in sedem pasto



ralem, aut Simoniaca labe, pactocp precio laborat ad ouium dominicarum assumendū regimē, non attendens uerbum beati Pauli ad Hebręos scribentis: Quod nemo sumit sibi honorem, sed qui uocatur à deo tanquam Aaron. Non etiam deterritus uoce illa terribili beati Petri ad Simonem magum: Pecunia tua tecum sit in perditionē, quia existimasti pecunia donū Dei possideri. Quisquis autem non per ostium intrat, sed aliunde hoc pacto ascēdit in ouile ouium, fur est & latro: quoniam non quærit ipsarum ouium salutem, sed proprium duntaxat cōmodum, sinens commissum sibi gregem dispergi, atcp dissipari, fame contabescere, atque in precipitia uitiorum prolabi. At uerò per eum qui intrat per ostium in ouile ouium, putant eum intelligēdum, qui debita & licita ratione assumitur ad gregis Christi moderationem, canonica scilicet electione, & humana institutione, ad quā nec ambitione, nec auri cupiditate anhelauit: & is pastor est ouium, quoniam nō suam ipsius, sed ouium per quirit utilitatem, ab eis sęuam luporum arcēs rabiem, & quicquid ipsarum officit saluti. Huic autē uero & legitimo pastori ostiarius aperit: quoniam Deus illi prestat ingressum in sui gregis directionem, quam ille in nomine domini recte suscipit, & Dominus ipse autor est huius ꝓuectionis atcp promotionis ad culmen regiminis: cum contra de alijs, ambitu, fauore humano, aut precio ad fastigiū ecclesiasticæ sedis eleuatis, dicat Dominus p prophetā: Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterūt, & nō cognoui, quod perinde est atque non approbaui. Non enim ipsis Deus suę Ecclesię peruigil ostiarius aperit ianuam, ut ingrediātur ad ouilis gubernationem: sed ambitio, cupiditas, aut alia tetra animi labes, eos acrius concitat ad inuadendam sedem præsidentiæ, moribus ipsorum indebitam. Demū eiusdē boni pastoris, spiritus sancti ut ostiarij autoritate intromissi, uocem oues eius audiūt: quoniā subditi illius, cōscij bonitatis sui pastoris monita eius & uerba prædicationis libenter suscipiunt, atque opere complent. Cum autem compertum habēt suū pastorē non intrasse per ostium in ouile ouiū, sed aliunde ascendisse: necq; tam grātam habent eius ad bonum exhortationem, necq; tam obtēperanter, tantacq; prōptitudine illi quip piam iubenti morē gerunt: quoniam uiolēta illa in ouile irruptio, multum ipsi detrahit reuerētiæ & uenerationis, facitcq; ut minus ad ipsum afficiā tur oues, minorisq; illum existiment & faciant.

### CAP. II.

ET, ꝓprias oues uocat nominatim, & educit eas. Et cum proprias oues emiserit, ante eas uadit, & oues illum sequūtur, quia sciunt uocem eius. Alienum autem non sequuntur, sed effugiunt ab eo, quia non nouerūt uocem alienorum. Hoc prouerbium dixit eis Iesus. Illi autē non cognouerunt quid loqueretur eis.) Quamuis paulo ante Christus ostiū appellatus sit, ex ea quam sibi accōmodat nūcupatione: haud tamē à uero

Universidad de Deusto
Biblioteca



aberrauerit qui Christum etiam uocauerit pasto A
rem, quandoquidē postea seipsum quoq; eo no
mine insigniuerit. Neq; id obstare credatur huic
appellationi, quod fidelis quispiā domínico gre
gi prepositus, & uigilanter intētus moderationi
tuarum ouiū, pastor dictus sit. Nam Christus sibi
subiectos, ut gratiæ & donorum, ita quoq; & no
Ioan.1. minum suorum reddit participes. Siquidem cū
ipse sit lux, discipulis etiā suis lucis nuncupatio-
Matth.5. nem tradit, cum ait: Vos estis lux mūdi. Ita cum
ipse primus sit, & præcipuus pastor, suis mēbris
eiusdem nominis participiū & cōmunicationē
præstat. Itaq; Christus, ut uerus pastor, proprias
oues uocat nominatim: quia nouit nomina pre-
destinatorū & præordinatorū ad uitam: unde di
Lucæ 10. scipulis ait, Gaudete, quoniā nomina uestra scri B
pta sunt in cœlo. Et Paulus: Nouit dominus qui
2.Timot.2. sunt eius. Educit aūt eas & mittit, quando de te-
nebris ignorantiæ ad lucē ueritatis, & de uia ini-
quitatis ad rectitudinē iusticię eas dirigit. Vadit
ante eas: quia recte uiuendi exemplum, quasi ue
stigia pedum ipsorū oculis obijciēs, quid faciun
dum aut quid fugiēdū, opere docet. Et oues illū
sequuntur: quādo Christi humilitatē, mansuetu
dinem & patientiam, cęterasq; uirtutes studiose
1.Pet.2. imitantur. Christus enim passus est pro nobis, re
linquēs nobis exemplum ut sequamur uestigia
eius. Deniq; sciunt oues uocē Christi ueri pasto
ris: quia populus eius & oues pascuæ eius, quæ
docuit Christus, solida fide cōplectuntur: & quę
iussit agēda, opere complent, mandata eius eni- C
xe obseruantes. Alienū aūt non sequuntur oues
Christi: quia eum qui peregrina & abhorrentia à
doctrina Christi disseminat, non recipiūt: nec eū
identidē, qui alia docet seruāda præcepta, quàm
Christus docuerit, sed fugiūt ab eo, exitialē eius
doctrinā, & morū corruptelā execrātes. Neq; no
uerunt uocem alienorū, quia non accommodāt
aures, aut pestilenti eorū dogmati, aut traditioni
bus impietatis & peruersitatis morū. Possunt &
huius capitis uerba euāgelica, ad pastorē eccle-
siasticū non inconcinne adaptari: quemadmodū
& superioris capitis dicta in calce eius ad cōsimi
lem sensum sunt accōmodata: nempe bonus pa
stor diuina electione, & canonica institutiōe ad
gregē domini pascendū delectus, proprias oues
uocat nominatim: quoniam solicitam præstat cu D
ram ad eas cognoscendas, nō foris solum, sed &
intus, & in cute: ut ex hac peruigili solicitudine
eas propemodum noscat ex nomine, & propria
appellatione nūcupet: admonitus ad hāc haben
dam uigilanter omnium notionem à Sapiente
Prou.27. in Prouerbijs: Diligenter (inquit) agnosce uul-
tum pecoris tui, gregesq; tuos cōsidera. Educit
autem eas idem pastor, quādo ex quiete & ocio,
ad ambulandū in uia mādatorū dei, & boni ope
ris exercitiū ipsas euocat, admonitorioq; sermo-
ne incitat: illud Beati Pauli uerbū, illarū auribus
Eph.5. inclamās, Surge q dormis, & exurge à mortuis,
& illuminabit te Christus. Et illud eiusdē uerbū
Heb.12. ad Heb. Propter q̄d remissas manus, & soluta ge



per quod in uitam, & domum domini fiat introi A
Act.4. tus. Neq; enim aliud nomē est sub cœlo datū ho
minibus, in quo oporteat nos saluos fieri, quàm
nomen domini nostri, per quē solū salus, redem-
ptio, & ingressus in regnum cœlorum concedi-
tur. Quare quicunq; ante ipsum uenerunt pseu-
dochristi & pseudoprophetæ, non quidē à Deo
Act.5. missi, sed proprio arbitrio atq; animo incitati, fu
res fuerunt & latrones: ut Theudas magus, qui
multos de populo Israel subdolis uerbis suis de-
Iosue 3. cepit, dicēs se esse prophetā: & duxit eos usq; ad
Iordanem: promittens se illis sicco pede transitū
præstiturum, ut quondam patres eorum duce Io
sue trāsierant: sed à Romanis militibus ipse, & to
ta eius societas profligata est. Qualis etiā fuit Iu-
das Galilęus, qui tempore natiuitatis Christi pro B
hibebat populū Iudæorū profiteri Cæsarē domi
num, & eidem pendere tributa: quem multi secu
ti sunt, & rebellionem in populo excitarunt: sed
ipse itidē periit, & sectatores eius: ut Actus apo
stolorū cōmemorant. Cæterū nō est hoc domini
uerbum, quamuis uniuersalem præferat senten-
tiam, ad prophetas applicandum, quia tanē pre
cones ante eū uenerunt, sed nō præter eum: quia
à deo missi sunt, & ueritati (quæ Christus est) testi
monium perhibuerūt: quare ipsi ut ueraces, & ueri
tatis nuncij, per ostiū intrarūt in ouile. Dominus
aūt noster loquitur dūtaxat de ijs, qui uenerunt
quidē, sed nō per ipsum ut ostiū intrare uoluerūt
Hiere.23. sed aliunde ascendere: de quibus per prophetā
conquerītur. Ipsi currebant, & ego nō mittebam C
eos: dixerūt, hæc dicit dominus, & ego non sum
locutus. Et ut huiusmodi cognoscerētur nō esse
pastores ueri, non audierūt eos oues. Qui em̄ do
mini fuerunt, & ad gregē eius pertinentes, mini
me seductorib. illis crediderūt: nec abierūt post
eos, sed domino firmiter adhęserunt, qui iterum
de seipso testatur quod est ostiū: ut diligēter per
eum laboremus intrare in æternam requiem.

CAP. IIII.

PEr me si quis introierit, saluabitur: & ingre-
dietur & egredietur, & pascua inueniet. Fur
non uenit, nisi ut furetur, & mactet, & perdat. Ego
ueni, ut uitā habeant, & abūdantius habeāt.)
Quanta maneat eos utilitas qui per Christum in
troierint, quantus per hūc introitū bonorū cumu D
lus ipsis accedat, manifestius exprimit Christus
his uerbis: qui ut summe bonus cum nostri nō in
digeat, tamen pollicitationibus & promissis nō
desinit nos prouocare, ut suæ bonitatis ad eū ue-
nientes efficiamur participes & cōsortes. Quis-
1.Tim.1. quis itaq; introierit per Christū, saluabitur: quia
Matth.1. ipse fons est salutis in totū orbē diffusus, per quē
in omnes deriuatur uerę salutis gratia. Ipse uenit
in hūc mundū peccatores saluos facere, & ut sal-
uū faciat populū à peccatis eorū. Ille itidē ingre-
dietur per bonos & pulchros cogitatos, interiorē
cōponens hominē, & animi penetralia cum inti
ma pace & trāquillitate subiēs. Egredietur uerò,
per exteriorum bonorum operū exercitiū, quæ
alijs cedant in profectū & exemplum, & per ex-

terioris etiam hominis & membrorum, quę sunt A
super terram mortificationē. Pascua demum in-
ueniet æternæ felicitatis in futuro seculo: nō hy-
berno marcentia frigore, sed perpetua uiriditate
florentia, ubi copia rerum sine penuria, fertilitas
sine sterilitate, exuberantia bonorum omniū si-
ne indigentia: ubi canet cum propheta, Domi-
nus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuę, Psal.22.
ibi me collocauit. Super aquā refectionis educa
uit me, animam meam conuertit. Demum quan
ta sit uoluntatis & animorum discrepantia inter
furem & uerum pastorem, sequentia Christi uer
ba nobis perspicuè declarant, quandoquidē fur
non uenit nisi ut furetur, alienā rem sibi usurpan
do, non de præceptis Christi suos sectatores in-
struens: sed suis exemplis eos uiuēre suadens: & B
mactet, mala doctrina retrahēdo à fide, animāq;
uitijs occidendo: & perdat, in æterna damnatio-
ne quoscunque sibi adhærentes. Fur iste primus, Gen.3.
diabolus est, qui primis parētibus stolam immor
talitatis, & puritatem innocētiæ fraudulenter ab
stulit, & in eis totum genus humanum mactauit
& perdidit: de quo superius à domino dictū est,
Ille homicida erat ab initio. Deinde qui ipsum i-
mitati sunt dissipatores ouilis dñi, à morum simi Ioan.8.
litudine etiam fures nūcupati sunt: quorum una
fuit uoluntas & intentio furari, mactare & perde
re suos sectatores: qui non solū secundū animā,
sed & corpus interdū mactati & perditi legūtur,
occisis scilicet & perditis omnib. qui seditiosos
& pseudochristos sequebant. At uerò Christus se C
hūc in mundū uenisse contestat, ut oues suę uitā
habeāt in presenti seculo, stabiliti in fide per dile
ctionē operāte, quę animę uitā spiritualē imparit, quoniam ut ait Propheta: Iustus ex fide uiuit, Habac.2.
& abūdantius uitā habeāt, quādo ex hac uita emi
grāt, ad alterā longè prestantiorē & perfectiorē,
in terra illa uiuentium, ubi mors nunquā locum
est habitura, nec imperiū. Est enim ipse Christus
uera & æterna uita, & apud ipsum fons uitę afflu
entissimus, quā cōmunicat omnibus qui per ip-
sum in ouile domini introierint. Cęterū hęc euā-
gelica lectio quę auribus nostris in hoc capite in
sonuit, manifestū etiā discrimen ostēdit inter bo
num pastorē animarū in ecclesiastica administra D
tione, easdē sortitū, pprietates pro suo tenore &
modulo, q̄ Christo pastori summo supereminen
ter cōueniunt, & inter pastorē peruersum, dęmo
niacę prauitatis ęmulū, q hic nō absurde furis nō
mine signatur ac nūcupatur. Nępe ut Christus o-
stiū est primariū & primitiuū, per quod fideles ec
clesiæ sinū ingrediūtur: ita secundū Christum, &
sub ipso legitimi pastores salutis suorū subdito-
rum anxie solliciti, ostiū sunt secundarium atque
instrumentariū, cuius ministerio patet fidelibus
in ecclesiæ gremiū introitus. Itaque quisquis re-
cto huiusmodi pastorum ductu ipsius ecclesię se
pta fuerit intrgressus, saluabit, si modò fidem,
quam corde & ore professus fuerit, opere quoq;
teneat: quod planè ad perfectū ecclesiæ ingres-
sum exposcitur. Nam qui ore quidem faretur

Universidad de Deusto
Biblioteca



Titum 1. Christũ, & factis negat, corpore intra eccleſiam A
continetur, animo uero extra eam conſiſtit. Vbi
uerò nõ minus mente, quàm corpore quis eccle
ſiam ſubierit, ſalutis uiam iam ingreſſus: ſi in ea
perſtiterit, æternę ſalutis cõſequetur brauiũ. Rur
ſum boni paſtoris auſpicijs, & directiõe ingredi
etur fidelis quiſq; in penetralia ſuæ mẽtis intima
ad cõſiderandũ immẽſitatẽ diuinæ bonitatis cir
ca ſalutem humani generis: collectoq; animo re
uoluet ſecum, q̃ ſuauis eſt dñs, quàm magna eſt
Pſal.33. multitudo dulcedinis affluẽtiſsimæ, quã abſcon
Pſal.30. dit deus diligẽtib. ſe. Deinde egredieẽ extra con
templationis ſecretũ, ad exterius boni operis ex
ercitiũ, ad ſuccurrendũ proximo, & ſubleuandã
eius indigentiã: quippe bonꝰ paſtor ſuos docet
ſubditos, nunc per cõſiderationẽ diuinorũ bene B
ficiorũ ingredi penitiora mentis arcana, nunc ue
rò per iuſtitiæ opera egredi ad proximorũ ſuble
uationẽ. Et ita per ductũ boni paſtoris, ingreſſus
eccleſiæ adyta, inueniet paſcua ſpiritualis alimo
nię, quibus anima ſaginetur uerbũ ſcilicet dei, de
Deut.8. quo dicit ſcriptura: Nõ in ſolo pane uiuit homo,
ſed in omni uerbo, quod procedit de ore dei. Et
Eccl.15. Eccleſiaſtico teſte: Cibabit iuſtũ deꝰ pane uitę et
intellectus, & aqua ſapientię ſalutaris potabit il-
lum. Hęc certe ſunt læta paſcua, quę inueniet bo
ni paſtoris alumnꝰ, & eccleſiaſticis inſuper ſacra
mentis, tanq̃ fertili & felici pabulo impinguabi
Pſal.22. tur, in loco paſcuę à domino collocatus. At uerò
peruerſus paſtor, & ſub paſtoralis prętextu offi-
cij tyrannidẽ exercẽs, nõ uenit in ipſius gregis ſu C
ſcipiendã gubernationẽ, niſi ut furetur bona ſub
ditorũ expilãdo nouis exactionibus, & adinuen
tionibus inſuetis. Mores ſiquidẽ tyrãni ſibi uen
dicat in eccleſia, & aliena diripere nõ ueretur: ex
cogitat artes uarias, aſtus & fraudes, quibus ſuas
ad cutẽ uſq; oues immaniter attondeat. Nõ etiã
uenit in ouilis dominici curã huiuſmodi paſtor
improbus, niſi ut mactet & perdat, potiſsimũ ani
mas, quas prauæ ſuę uitę exemplo plerunq; occi
dit, aut incuria negligentiaq; corrigendi ſinit ire
in perditionẽ atq; deſtruit. Siquidẽ tot animas p
dere dicitur, quot ob inertiã, & deſidiã permittit
trahi in interitũ, & non eripit (ut poteſt & debet)
ab imminenti exitio. Ex oppoſito aũt paſtor bo
nus, conditionẽ Chriſto competentiũ propemo D
dum imitator & æmulꝰ, uenit in partẽ eccleſiaſti
cæ ſolicitudinis, ut ipſius oues uitã habeant ani
mæ in breui præſentis uitę curriculo, & eandẽ a-
bundãtius habeant poſt expletum mortalis uitę
curſum. Enimuerò totũ eius ſtudiũ eò tendit, ut
cõmiſſę illi oues uitã agant honeſtã, qua ſuas hic
uiuificent animas, & poſt exantlatos huius uitæ
labores uitam aſſequantur æternam.

CAP. V.

EGo ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animã
ſuam dat pro ouibus ſuis: mercenarius autẽ
& qui non eſt paſtor, cuius nõ ſunt oues proprię
uidet lupum uenientem, & dimittit oues, & fugit:
& lupus rapit, & diſpergit oues. Mercenarius au
tem fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet
ad eum de ouibus.) Superior Euangeliſtę ſermo
monſtrauit dominũ noſtrũ eſſe illud unicũ oſtiũ,
per quod acceſſus eſt ad æternã ſalutem: præ
ſens uerò, & qui nunc habetur in manibus, indi
cat eundem eſſe paſtorem, & bonum paſtorem.
Paſtor quidẽ eſt, quia oues ſuas, id eſt, fideles in
eum credentes, ſcientia paſcit & doctrina, & per
rectã ſalutis uiã ducit in æternę uitę paſcua. Quẽ
admodum dicit beatus Petrus: Eratis ſicut oues
errantes, ſed cõuerſi eſtis ad epiſcopum, & paſto
rem animarũ ueſtrarũ. Bonus uerò paſtor, quia
animam ſuã poſuit pro ouibus ſuis, quando pro
nobis uiuificandis, acerbam et ignominioſam ſu
biit mortẽ. Dilexit enim nos (ut ait ſacer Paulus)
& tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & p
hoſtiã deo in odorẽ ſuauitatis. Ergo eius exem-
plo, quicunq; bonus paſtor libẽter debet pro o-
uium ſalute animã ſuam ponere, & propriæ uitæ
pati diſpendium potius, quàm oues ſuę pereant.
Audite Ioannem in epiſtola nos id admonentẽ:
In hoc inquit, cognouimꝰ charitatẽ dei, quoniã
ille animam ſuam pro nobis poſuit: & nos debe-
mus pro fratribus animas ponere. Mercenarius
uerò dicit is qui nõ pro amore ſalutis earũ oues
dominicas, ſed ad temporalem mercedẽ paſcit:
& quia plus terrenã ſubſtantiam, quàm oues di-
ligit, meritò nomẽ paſtoris perdit. Vtrũ uerò pa-
ſtor ſit uel mercenarius, quiſpiam cognoſci uera
citer nõ poteſt, ſi occaſio neceſsitatis deeſt. Tran
quillitatis enim tẽpore plerunq; ad gregis cuſto
dia ſicut uerus paſtor, ſic etiã mercenarius ſtat: ſed
lupus ueniẽs indicat quo quiſq; animo ſuper gre
gis cuſtodiam ſtabat. Lupus aũt diabolus eſt, ani
mas hominũ ſtrangulans, & quærens quẽ deuo
ret: ſimiliter & quicunq; illum ſequuntur, de qui
bus dictũ eſt: quod ueniunt in ueſtimentis ouiũ,
intus autem ſunt lupi rapaces. Quare hæreticus
impietate nouorum dogmatũ, à ſynceritate fidei
ſeducere tẽtas animas, lupus quoq; dicẽdus eſt.
Iniuſtus itidem & raptor fideles quoſq; atq; hu-
miles ſua tyrannide opprimẽs, tanq̃ lupus ſuper
oues uenit. Sed mercenarius hos lupos irruẽtes
uidens, fugit: quia neq; diabolo ne ſuis tentatio
nibus ouẽ de ouili ſeparet reſiſtit, neq; hæreticæ
prauitati aut uiolentię opprimentiũ ſeſe murum
opponit. Et tunc lupus rapit, & diſpergit oues,
quia diabolus deſtitutas auxilio paſtoris, facile
per quælibet uitiorũ p̃cipitia impellit ac adigit.
Hæreticus itidẽ eas errorũ laqueis innectit, atq;
per deuia trahit errabundas. Demũ tyranno eas
diripit, & nullo ſuis obſtãte conatib. miſeras di-
laniat: à quo dum mercenarius ſibi periculũ me-
tuit, reſiſtere eius iniuſticiæ non præſumit. Fugit
aũt mercenarius, non mutando locũ, ſed ſubſtra
hendo ſolatium, neq; contra luporum rabiem ul
lo zelo feruoris accenditur: quia dũ ſolum exte-
riora commoda requirit, interiora gregis damna
negligẽter patitur, neq; ſtare in periculo ouium
poteſt, qui in eo quod ouibus præeſt, nõ oues di
ligit, ſed lucrum terrenum quærit: & ideò oppo-
nere ſe contra periculum trepidat, ne hoc quod



Vera impro os paſtores ſcripturæ te ſtimoniũ. Ezech.34

diligit amittat. Cõquiritur profectò grauiter de A
huiuſmodi propriam utilitatem quærentibus
mercenarijs, & ſolo nomine paſtoribus, per Eze
chielem dominus dicẽs: Lac comedebatis, & la-
nis operiebamini: & quod craſsũ erat occidebа-
tis, gregem autem meum nõ paſcebatis: quod in
firmum fuit, nõ conſolidaſtis: & quod ægrotum
non ſanaſtis: quod confractum eſt, nõ alligaſtis:
quod abiectum eſt, nõ reduxiſtis: quod perierat
nõ quæſiſtis. Et diſperſę ſunt oues meę, eo quòd
non eſt paſtor, & factæ ſunt in deuorationem o-
mnium beſtiarum agri, & diſperſæ ſunt. Errauе-
runt greges mei in cunctis montibus, & in uni-
uerſo colle excelſo: & ſuper omnem faciem terrę
diſperſi ſunt greges mei, & non erat qui require
ret. Quæ quidẽ prophetæ uerba, ſingulatim cla B
riori elucidatione ſunt exponenda. Lac quidem
comedunt paſtores ignaui, & lanis operiũtur, at
que quod craſſum eſt occidũt: cum ſubditorum
bona ad uictum ſuum rapiunt, multiplici ueſtiũ
Philip.2. uarietate induũtur ex ſuarum ouium exuuijs in
textarum, & optima quęq; ſuorum ſubiectorum
ſibi in proprium uſum uendicant. Nempe quæ
ſua ſunt (ut Paulus inquit) quærunt, non quę Ie-
ſu Chriſti. Quod infirmum eſt non conſolidant
paſtores, & quod ægrotum non ſanant, quando
propẽſos ad uitia uerbo exhortationis non cor-
roborant, neq; lapſos in ægritudinem animæ ad
ſanitatem per pœnitentiã reuocant. Quod con-
fractum eſt non alligant, quando lethali peccato
ab integritate uitæ dilapſos, correctione debita C
non redintegrant. Quod abiectũ eſt nõ reducũt,
quãdo graui errore, aut hæretica peſte à ueritate
fidei abductos, ad ſynceritatẽ doctrinæ non rur-
ſum conuertunt. Quod perierat non quærunt,
quando deſperatione à deo auerſos nõ reſtituũt
ad ſpem ſalutis, promittẽdo ex dei miſericordia
uenią. Diſperſę autem ſunt oues, eo quod nõ eſt
paſtor: quãdo per abrupta uitiorũ oberrant ſub
diti, propter defectum recti moderaminis, & do
ctrinæ prepoſitorũ. Factę autem ſunt oues in de
uorationem omnium beſtiarum agri, cum immun
dorũ ſpirituum iugo, & ſeruituti ſubijciũtur, qui
poteſtatem accipiunt in homines per uitiorũ de
uia palantes & diuagantes. Super omnẽ faciem D
terræ diſperſi ſunt greges, cum terrena, & nõ cœ
leſtia petũt bona, operib. & fluxis inhiãtes diui-
tijs, quia nõ admonentur quę ſurſum ſunt quę re
re. Non eſt qui requirit diſperſos greges: quia pa
ſtores qui proprias expetunt delicias aut cõmo-
ditates, dominici gregis damna nõ curant, neq;
aliquo afficiunt zelo, aut deſiderio ad ſalutẽ ani
marum ſuorũ ſubditorũ: parũ penſitantes quan-
1.Pet.1 to precio ſint emptæ: quoniam non corruptibili
bus auro aut argẽto, ſed precioſo ſanguine agni
immaculati redemptę ſunt. Per Hieremiã quoq;
Hiere.23. dominus huiuſmodi paſtoribus comminatur, di
cens: Væ paſtoribus qui diſpergunt, & dilacerãt
gregem paſcuæ meæ, dicit dominus. Ideò hęc di
cit dominus deus Iſrael ad paſtores, qui paſcunt
populum meum; Vos diſperſiſtis gregem meũ
& eieciſtis eos, & nõ uiſitaſtis eos: Ecce ego uiſi
tabo ſuper uos malicias ſtudiorum ueſtrorũ, ait
dominus. Denique per Ezechielem dominꝰ de Ezech.
mercenarijs maliſq; paſtoribꝰ inquit: Vę paſto-
ribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos. Propterea
paſtores audite uerbũ domini. Hæc dicit Domi-
nus deus: Ecce ego ipſe ſuper paſtores, requiram
gregem meũ de manu eorum, & ceſſare faciam,
ut ultra non paſcant gregem meum, nec paſcant
paſtores amplius ſemetipſos: & liberabo gregem
meũ de ore eorũ, & non erit ultra eis in eſcã. Ecce
ego ipſe requiram oues meas. Vbi æternam dam
nationẽ interminatur dominꝰ iſs qui in cuſtodi-
endo domini gregẽ negligentiores fuerint, ſeq;
exacturum rationem denunciat de iſs omnibus,
quæ incuria & ignauia paſtorum perierint: nam
animas earum de manibus inertium & ignauo-
rum paſtorum requiret.

CAP. VI.

EGo ſum paſtor bonꝰ, & cognoſco oues me-
as, & cognoſcũt me meæ. Sicut nouit me pa
ter, & ego agnoſco patrem: & animã meã pono
pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quæ non
ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, et
uocem meam audient: & fiet unum ouile, & u-
nus paſtor.) Se bonum paſtorem eſſe, dominus
duplici indicio argumentoq; demonſtrat. Primũ
quod cognoſcat oues ſuas, ad æternã uitam eas
eligens, & præuidens: quemadmodũ inquit A-
poſtolus: Nõ repellit dominꝰ plebem ſuam, quã Rom.8.
præſciuit. Sicut enim quos reprobat dominꝰ, ne
ſcire dicitur: ut fatuis uirginibus, inquit, Amẽ di Matth.25.
co uobis, neſcio uos: ita quos ad ſalutẽ prædeſti
nat & præordinat, cognoſcere recte cẽſeẽ. Et re-
ciproca mutuaq; agnitiõe oues Chriſti ipſum a-
gnoſcunt: quia diligunt eũ, & obſequuntur eius
mandatis. Nempe qui nõ credit in dominũ, aut
mandata eius cõtemnit, ignorare dominũ & ne-
ſcire dicitur. Quẽadmodũ obduratus Pharao re Exod.5
ſpondit Moſi: Neſcio dominũ, & Iſrael nõ dimit
tam. Conuerſa igitur, & retroacta locutione, qui
illa befactã eius fidem ſeruant, qui mãdata illius
cuſtodiũt, iure ipſum cognoſcere dicũt. Deinde
ut nõ æſtimes parẽ menſuram cognitionis Chri
ſti & ouium, conſequẽter ſubiungit: Sicut nouit
me pater, & ego agnoſco patrẽ: cognitiõe quidẽ
diuina, immenſa & inexplicabili hominibus fili
us patrẽ agnoſcit: quia ſapiẽtia patris eſt. Et eadẽ
omnino notione pater agnoſcit filiũ, ut ſplendo Heb.1.
rem ex ſe effulgentem, ut characterem & imagi-
ginem ſuæ ſubſtantiæ, ut uerbum ſibi coæternũ.
Eo aũt agnitionis genere oues Chriſtũ minime
cognoſcũt, neq; patrẽ eius: quia deum nemo ui-
dit unq̃, unigenitus aũt qui eſt in ſinu patris, ipſe Ioan.1.
enarrauit. Nemo etiã nouit filium niſi pater, ne-
que patrẽ quis nouit niſi filius, & cui uoluerit fili Matth.11.
us reuelare. Et quemadmodũ alio loco conteſta
tur: Non quia patrem uidit quiſquam niſi is, qui
eſt à deo, is uidit patrẽ. Cum itaq; ſimili omnino Ioan.3.
cognitione filius patrem agnoſcat, & pater filiũ
imperfe-

Universidad de Deusto
Biblioteca



imperfectiorem asseruerit, aut ad creaturarũ cõditionem detruserit: Nunquid creatura ad æquã cum deo cognitionem potest assurgere, aut diuinam substantiam sicuti est apprehẽdere? Incomprehensibilis enim deus & immensus, posuit tenebras latibulum suum, & omnem supergreditur atque superexcedit creatarum mentium captum, haud minus quàm infinita lux & splendoris immensi, omnem subterfugit oculorum obtutum. Est igitur filius omnino patri æqualis uirtute, æternitate, sapientia, cum patrem agnoscat, sicut eũ agnoscit pater, nulla prorsus interueniẽte dissimilitudine: ubi adiecta similitudinis particula, omnimoda denotatur assimulatio. Secundum uerò signum, quo dominꝰ se cõprobat bonum esse pastorẽ, explanatur: quia animam suã ponat pro ouibus suis, & sponte se morti tradidit pro ouium suarum salute. Omnes enim (ut ait Esaias) quasi oues erraũimus: unusquisq; in uiã suam declinauit. Ipse aũt animam suam tradidit in mortẽ pro nobis. Et quoniã ipse propiciatio est, non solũ pro peccatis Iudęorũ, sed etiam totius mundi: & mortuus est non solũ pro gente, sed ut filios dei, q̃ erãt dispersi cõgregaret in unum: quamuis secundũ exhibitionem præsentiæ suæ corporalis nõ fuerat missus, nisi ad oues quę perierunt domus Israel: tamẽ præuidẽs gentiũ multitudinem ministerio apostolorũ ad ouile suũ adducendam, dicit: Alias aũt oues habeo, quę non sunt ex hoc ouili, utpote gentilẽ populũ, qui nõ est de genere carnis Israel: & illas oportet me adducere ad fidẽ, per apostolorũ prędicationẽ & officium: & uocẽ meã audient, quia gentilis populus domini uocẽ per apostolos auditã prompte suscepit, fideq; & præcepta eius studiose custodiuit, quod per Prophetã prædictũ fuerat: Populꝰ quem nõ cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Ex huiusmodi aũt gentium adductione ad fidem, factũ est unũ ouile, scilicet ecclesia credentium, & unus pastor Christus. Nempe quasi ex duobus gregibus unũ ouile Christus efficit, quia Iudaicũ & gẽtilem populum in sua fide cõiunxit. Hinc dictꝰ est lapis angularis, duos parietes longe inter se diuersos, Iudæorum scilicet & gentium populum in unum connectens, colligansq; in unitatem fidei. De quo lapide meminit diuino spiritu illustratus Psalmographus: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Et beatus Paulus de Christo dicit: Ipse est pax nostra, qui fecit utraq; unum. Siquidẽ utraq; unũ fecit, quia Iudæos & gentes in unã fidei cõfessionẽ ouileq; cõnexuit.

Psal. 17.
Psal. 53.
1. Ioan. 2.
Ioan. 11.
Matth. 15.
Psal. 71.
Psal. 117.
Ephes. 2.

*Quod Christus non solum corpus humanũ, sed & animam assumpsit rationalem, tanquam alteram compositionis humanæ partem.* CAP. VII.

PRopterea me pater diligit, qa ego pono animam meam, & iterum sumam eam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eã à meipso. Potestatem habeo ponẽdi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eã. Hoc mandatum accepi à patre meo.) Quia superius dixerat Dominus se ponere animam suam pro ouibus suis, innuens se pro hominum salute moriturũ: hoc loco quod sponte gustauerit mortem, necꝺ inuitus ad passionem pertractꝰ fuerit, edocet. Oblatus est enim (ut ait Esaias) quia ipse uoluit. Pater meus, inquit, hanc ob causam me singulari amore complectitur, & syncerè diligit, quia pro mundi salute animam meã sponte mea pono, & à carne per mortem separo, ut iterum sumam eam, per resurrectionem tertia die futuram. Nemo enim me inuito tollet animã meam à carne mea, quantacunque fuerit in me inimicorum sæuitia, & grassandi crudelitas: sed sola mea uolũtate cum uoluero, eam à corpore seiũgam. Potestatem enim habeo separãdi animã meã à carne eo temporismomento, quo mihi libuerit, & rursum habeo potestatẽ sumendi eam per iteratã ad corpus unionẽ tempore resurrectiõis, quo rediuiuus exurgam. Vt aũt non æstiment Iudæi, cum Christum interfecerint, eum esse derelictum à patre, subiungit Christus: Hoc mãdatum accepi à patre meo, scilicet ponendi animam & sumendi. Ex quo non est intelligẽdum, quod prius expectauerit audire, & opus ei fuerit discere: sed uoluntariũ monstrauit processũ, & cõtrarietatis ad patrẽ suspicionẽ destruxit. Nihil eñ aliud mandatũ hic dicitur, quàm ea filij quę ad patrẽ est cõcordia: nempe beneplacito patris, filius mortẽ passus est. Sic enim deus dilexit mundum, ut filiũ suum unigenitũ daret. &: Proprio filio nõ perpercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Neq; ab extrinseco aut aduenticio filius nouum à patre mandatũ accepisse intelligẽdus est, quod prius nõ habuerit: sed in uerbo unigenito patris est omne mandatum. Cum aũt dicitur filius accipere quod substantialiter habet, non potestas minuitur, sed generatio eius ostenditur: pater enim filio, quẽ perfectum genuit, omnia gignẽdo dedit. Prædictus aũt uerbis dominus significat non solũ se sponte in manus inimicorũ traditurum ad mortẽ, sed etiam sua potestate, nõ necessitate animã à carne per mortem, cum uoluerit, separaturum. Sicut enim à Iudęis detentus est quãdo uoluit, ita in cruce suspẽsus emisit spiritum, quando uoluit: necq; confixiones clauorũ & dolores adegerunt tunc animam à corpore separari, quando est sciuncta. Nam si uoluisset, longiori adhuc tẽpore eã in corpore detinuisset, Itaq; potestatẽ habuit dominus ponendi animã suã: quia sua potestate, & uoluntate eam segregauit à carne, nulla ad hoc uiolentia impulsus. Id liquidò manifestat euãgeliũ, cũ dicit, dominũ magna uoce clamãtẽ emisisse spiritũ: quod homo propinqua mortis angustia pressus, efficere neutiq; posset. Proinde Centurio uidens eum cum ingenti clamore præter hominũ morẽ expirasse, glorificauit deũ, dicẽs: Vere hic homo filius dei erat iste. Et Pilatus cũ audisset à Ioseph mortuũ esse dominũ, mirabatur si iam obisset, accersitoq; Cẽturione ueritatem rei didicit. Credidit enim Pilatus eum diutius in cruce uicturum more aliorum: quod utiq; factum fuisset, si ipse à seipso

Ioan. 1.
Matth. 27
Luce 22.



seipso animam suam ante nõ posuisset, sed expectasset extremum naturæ in cruce exitum. Atuerò, quia hoc loco Christus animam suam nominat, apertè confutatur ipsius Apollinaris & suorum uesana impietas, asserentium Christum nõ habuisse animam humanã, & rationalem: sed corpus duntaxat humanum, cui cõiuncta diuinitas animæ locum obtinuit, ut cõfingunt: innitentes illi uerbo Euangelistæ, Et uerbum caro factũ est. & putantes ibidem carnem pro solo corpore sumi, cũ frequentissime in scripturis id nomen per synecdochẽ pro toto accipiatur homine. Quod si Christus (ut aiunt) animã non habuit, quomodo perfectus homo fuit? cum sine anima rationali nõ possit integre homo coalescere & compingi. Quomodo filius hominis erat, quo quidem nomine sæpissime se nuncupat, nisi anima rationalis eius compositionem subierit? Præterea totum Christus assumpsit hominẽ, ut omnino sauciũ totum sanaret: quod igitur ab ipso non est assumptum, neque reparatum est ad salutem, neque curatũ. Atqui anima hominis in primis parentibus & tota posteritate eorum grauiter fuit, & in primis uulnerata peccato. Si igitur non est à Christo assumpta anima rationalis, ipsa adhuc manet obnoxia ueteri peccato, neque particeps facta est redemptionis, sed solum corpus. Rursum percontari ab illis iubet, si Christus animæ fuit expers, quomodo animam suam (quam nõ habet) ponit pro ouibus suis? quomodo potestatem habet ponendi animam suam, & iterum sumendi eam? quo denique pacto uenit filius hominis non ministrari, sed ministrare, & dare animam suam in redemptionem pro multis? Si fuit immunis animæ, non dedit animam pro mundi redemptione. Nõ est igitur adhuc facta nostri redemptio secundum ueritatem, sed phantasiam solum, & opinionem: quare adhuc sumus astricti & obligati uinculis mortis & damnationis, ut ab initio fueramus. Postremum scisciatari ab eis non erit incongruum, quonam pacto ueritati cohærebit, quod Dominus imminente passionis hora ad apostolos dixit: Tristis est anima mea usque ad mortẽ? Nempe si animæ fuit exors, quomodo eam tam grauis afflictabat tristitia? aut quisnam spiritus est eius, quem in manus patris iam moriturus commendauit, nisi spiritus rationalis, & anima humana? Demum cum hic Dominus se animam suam ponere dicit, non id intelligas de separatione animæ â uerbo. Nã disparatis post mortem anima & corpore Christi, uerbum dei unigenitũ utrique seiuncto ab inuicem mansit inseparabiliter coniunctum: necꝺ ulla unquã facta est direptio uerbi, aut à sacratissimo tẽplo quod sumpsit de uirgine, aut ab anima sanctissima. Sed ea animæ positio, de separatiõe animæ â carne solum est accipienda. Caro enim Christi ponit animam suã, & iterum sumit eam: non tamẽ potestate sua, sed potestate inhabitantis eam, scilicet uerbi.

Ioan. 10.
Matth. 20.

*CAP. VIII.*

DIssensio iterum facta est inter Iudęos, propter sermones hos. Dicebant aũt multi ex ipsis: Dæmonium habet, & infanit: quid eum auditis? Alij dicebant: Hæc uerba nõ sunt dæmoniũ habentis. Nunquid dæmoniũ potest cæcorũ oculos aperire? Ecce uerba Christi maxime salutaria sunt quibusdã odor mortis in mortẽ (ut ait Apostolus) & nonnullis odor uitę in uitã. Varie enim circa illa affecti sunt auditores. Nempe qui dã canino, mordaciꝺ dente illis detrahunt, & alios ab eis audiẽdis quantũ possunt, auocãt. quia enim maiora erant, quàm secundũ hominem ea, quæ à Christo dicebantur: quæ non intelligẽbat ut futilia damnantes, dæmonium eum habere dicebant, & insanum esse, necꝺ dignum qui audiatur. Neq; hoc solum in loco, ipsum in quo requieuit septiformis spiritꝰ domini est, & cui à deo patre datus est spiritus, non ad mensuram: quisque solo uerbi imperio dæmonia à uexatis hominibus propulsabat, & qui principem huius mundi eiecit foras, dixerunt agitari dæmonio: sed & sæpius aliàs: ut cum respõdit ei turba: Dæmonium habes, quis te q̃rit interficere? Et rursum alio in loco leguntur ei respondisse Iudęi: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dęmonium habes? Et paulò post eodẽ loco: Nũc cognouimus, quia dæmonium habes. Cæterum quàm graue & inexpiabile sit hoc Iudæorũ scelus, quo Christum dæmonio percitum esse conclamarit, nõ subticuit ipse apud Marcum, his uerbis: Qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum, non habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti: quoniam dicebat, spiritũ immundum habet. Adijciũt & hi oblatratores hic aliud probrum, dicẽtes Christũ insanire, qui uirtus est & sapiẽtia patris, & in quo omnes thesauri scientiæ & sapientiæ sunt absconditi. Quia enim supra hominem loquebatur, necꝺ secundum communem consuetudinem ipsum furore & insania quasi mente captum agi, obtrectabant. Quo quidem errore & ij, qui Christi erant propinqui, aliquando etiam tenebantur. Nam scribit de ipsis Marcus: Et cum audissent sui, exierunt tenere eum: dicebant enim, quoniam in furorem uersus est. Sic Paulo in concione uerba faciente, & reddente rationem eorum, quæ docuerat & egerat, Festus præses magna uoce dixit: Insanis Paule, multæ te literæ ad insaniam conuertunt. Cui Paulus modeste respondit: Non insanio, optime Feste, sed ueritatis & sobrietatis uerba eloquor. Subijciũt demũ hi detractatores, edaci liuore instimulati, & aliud opprobriũ: quid eũ (inquiunt) auditis? quo insinuant eum nõ dignum esse qui audiatur, atq; cum stomacho indignantur ijs, qui aures uerbis illius arrigunt, quasi delirí & insipientes. Ecce qui uerba æternæ uitæ habet, & de cuius ore uerba gratiæ procedũt, ducentia turbã in admirationem, hic indignus cẽsetur qui debeat audiri, & tanquam delirio exagitatus putatur explodi ac deseri debere. Verũ percontabitur quispiã, cur hæc improperia indigne sibi obiecta;

Deut. 32.
Ioan. 3.
Marc. 1.
Ioan. 12.
Ioan. 7.
Ioannis 8.
Marci 3.
Esa. 11.
Act. 26
Ioan. 6.
Luc. 4.
2. Cor. 2.
1. Cor. 1.
Coloss. 2.
Marci 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca



obiecta, ipse Christus hoc loco nõ confutat, nec refellit? Reddenda est responsio: quoniam ex operibus ipsis satis superq; manifestauit se nec dæmonium habere, nec furore arreptũ esse. Iam eñ superius se dæmonium non habere responderat, cum etiam Samaritanum illum per contumeliam uocarent. Et apud Marcum cum obijcerent ipsum habere Beelzebul: quàm grauis esset illa blasphemia non conticuit. Nunc autem minime respondet illatæ eidem contumeliæ. Siquidem cum re ipsa ostendisset, qualis esset, signorumq; splendore, de cætero siluit. Neq; etiã digni erant quibus responderetur, qui dæmonium eum habere dicerẽt, ex ijs quibus ipsum admirari, & deum esse omnes credere debebãt. Sed quid opus erat, ut amplius à Christo arguerentur, cum inuicem ipsi dissiderẽt & se mutuo reprehenderẽt? Ideò nullum uerbũ fecit, & omnia æquo animo tulit. Neq; hac tantũ de causa in præsentia subticuit Christus, sed etiã ut nos erudiret mansuetudinem & patientiã, induceretq; ad suiipsius imitationem. Non enim solum hic Christus contcuit, nihil obiectis cõtumelijs respondens: uerũ etiam iterum illis ut à malo reuocentur, adest, & interrogatus respondet: & suam indicat eis prouidentiam, deitatisq; ueritatem, & dæmoniacus & insanus appellatus. Quibus item innumera contulerat beneficia, nõ semel aut iterũ, sed sæpe numerò, non modò non ultus est irrogatas iniurias, neq; remisit aut subtraxit beneficia: sed pro ijs animam suam posuit, & crucifixo patrem pro ipsis rogauit. Hæc nobis imitanda sunt, hoc pacto Christi erimus discipuli, si mansueti erimus, & mitis ingenij. Discite (inquit) à me, quia mitis sum & humilis corde. Sed ijs quasi per digressionem propositis, ad literam euangelicam reuertamur. Alij uerò, quorũ sanior erat mens, & à uerbis & ab operibus eius Christũ ab hac contumelia uindicabant. A uerbis quidem, quod mente capti, energumeni & dæmonio uexati, non possent tam alta & sublimia uerba depromere, qualia Christus edisserebat, neque talẽ profundere doctrinam. Ab operibus uerò, quod dæmones non possint cæco à natiuitate lumen oculorum reddere, ut Christo ante restituerat. Quamuis enim maligni spiritus præstigijs suis plerũq; intuentium oculos eludant, exhibẽtes coràm rei speciem, quæ tamen non adest, aut tempore à nobis haud dinoscibili, repente aliqua aliunde adducant subtalis imperceptibiliter quæ aderãt, tanquam illa ex his uideãtur producta, aut hæc in illa conuersa: ut in maleficijs magorum Pharaonis dæmones ipsis obsequentes, sustulerunt uirgas subito ex oculis astantium, & in earum locũ supposuerunt serpẽtes, magna celeritate alio ex loco illuc allatos, uiuos quidẽ & ueros: & astantes hęc dæmonum artificia ignorãtes, credebant uirgas in serpẽtes esse conuersas: & consimili elusione submiserunt dæmones ranas ad magorũ incantationem, miracula tamen quę naturę legẽ transcendunt, nequaq; ueraciter operari ualent.

Ioannis 8.
Marci 3.
Lucæ 23.
Matth. 11.
Exod. 7.

## CAP. IX.

FActa sunt autem encænia in Hierosolymis, & hyems erat. Et ambulabat Iesus in templo in porticu Solomonis. Circundederunt ergo eum Iudæi, & dicebãt ei: quousq; animam nostrã tollis? Si tu es Christus dic nobis palàm. Respondit eis Iesus: Loquor uobis, & non creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me.) Audiuimus patientiam Christi, & inter opprobria prædicationem salutis: sed ipsi obdurati magis eum captionibus suis tentare, quàm illi obedire uolebant: unde ipsi nouas fraudes & insidias moliuntur, eo potissimum tempore, quo diuinis officijs magis intenti esse deberent, scilicet die encæniorũ. Sunt autẽ encænia solennitas ipsa dedicationis templi. Græce enim καινὸν dicitur nouum: & quãdocunque nouum quid fuerit dedicatum, encænia uocantur. Atque encæniare Græce, innouare uel inchoare Latine dicit. Verũ tẽpus ipsum quo facta sunt encænia, Euangelista quoque expримere curauit, quod scilicet hyems erat. Per hoc quippe ostendit, quod non ad primam templi dedicationem, neque secundam: sed ad eam, quæ ultima fuit, hæc narratio pertinet. Tertio nanque templum ipsum Hierusalem fuisse dedicatum, in sanctis literis inueniemus. Prima quidem eius dedicatio, à Solomone cũ magna gloria, & totius regni pace, autumnali tẽpore facta est. Secunda à Zorobabel, & Iesu sacerdote magno, & reliquis filijs transmigrationis Babyloniæ, uerno tempore facta est. Tertia uerò à Iuda Machabæo & fratribus eius hyemis tẽpore peracta est, quando etiam specialiter constitutũ est, ut singulis annis hęc eadem dedicatio solennib. frequentaretur officijs. Quę planè cõstitutio usque ad tẽpus saluatoris seruata est: sicut præsens euangelij lectio declarat. Sanè Christus ut exemplo nobis esset, in solennitatibus magis frequentanda esse templa diuino cultui dedicata, & amplius ijs insistendum, quæ ad dei honorẽ & proximi salutem spectant, aderat huic encæniorũ solennitati: ut populo salutaris suæ doctrinę donа elargiret, & diuinitatis suę mysteria patefaceret. Et ambulabat in tẽplo in porticu Solomõis. Porticus Solomonis dicit, ubi rex ille potẽtissimus & sapiẽtissimus ad orãdũ stare cõsueuerat, & ideo ex eius nomine cognominabat. Solent aũt porticꝰ nominari ambulacra, uestibula, & atria, quibus templũ cingebatur. Circũdederũt ergo eũ Iudęi, nõ causa agnoscẽdæ ueritatis, sed gratia ingerẽdæ tẽtationis, & struẽdę calumniæ, ut inuenirẽt quomodo eũ accusarẽt. Completumq; est in eis, quod per prophetã dictũ est Psal. In eo dũ conuenirent simul aduersum me, accipere animã meã consiliati sunt. & rursum: Aduersum me lætati sunt & conuenerunt, tentauerũt me, subsannauerunt me subsannatiõe, frenduerũt super me dentib. suis. Sanè eorũ malignitas ex uerbis ipsis innotescit. Quousq;, aiũt, animã nostrã tollis? Cauſantur quod animos eorũ, incertos ac suspensos eos dimittendo, tolleret, anxiosq; & discrutiatos redderet, qui ad hoc uenerat, ut animas in se credentium saluaret. Si tu es Christus, inquiunt, dic nobis palàm. Iudæi Christum purum tantum hominem futurum, & regem more terrenorũ principum cæteris excelsiorem uenturum credebant: quod etiam posteri eorũ usq; in præsens tempus sibi falsò persuadent. Putarunt enim regnum à prophetis Christo promissum, solummodo temporariũ esse debere, & instar aliorum regnorum mundanũ, cum apud Hieremiã legerũt: Et regnabit rex, & sapiẽs erit, & faciet iudicium & iustitiam. & in Psalmo: Ego aũt cõstitutus sum rex ab eo super Syon montem sanctum eius, prædicans præceptum eius, cum tamen huiusmodi regnũ nõ sit in exteriore potẽtatu aut principatu mũdi, armatura, exercitus bellatorũ conscriptione, aut ministrorum stipatione: sed in spirituali potius dominatu debeat accipi, quo in mentibus fidelium regnat Christus per fidem & mandatorum obseruationem. Dixit enim Pilato: Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei, utiq; decertarent ut non traderer Iudæis: nunc autem regnum meum non est hinc. Et in Psalmo de se dicit: Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea. Deniq; in Zacharia: Noli timere filia Syon, ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum filium subiugalis, & ipse pauper. Cum igitur ab angelo ad beatam uirginem dicitur: Et dabit ei dominus deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis: regnum ei potius spirituale designatur, quo expulso mundi principe, in animis fidelium, per totum mundi ambitum erat regnaturus. Et quemadmodũ in Psalmo pater ad filium dicit: Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionẽ tuam terminos terræ. At uero Iudæi uelamen habentes ignorantiæ inductum cordibus eorum, carnaliter intelligebant, Christum armis, & militibus stipatum, more aliorum regum debere principari. Volebant ergo hac fraudulenta interrogatione, ut se dominus Christum esse diceret, quatenus possent eũ quasi Romano Cæsari repugnantem, & regnum sibi contra Romanorũ (quibus Iudæi erant tributarij) decreta usurpantem, præsidijs potestati tradere puniendum. Quapropter dominus ita prudenter ac temperate suam responsionem circuntulit, ut illis aditum calumniæ obstruere: & quod ipse Christus est, futuris fidelibus aperta uoce panderet. Respondit enim eis, dicens: Loquor uobis, & non creditis. Verba, inquit, mea aperte testificantur me esse à patre missum, & uerũ esse Christum: sed ob duritiam cordis uestri non adhibetis fidẽ uerbis meis. Opera præterea quæ facio in nomine patris mei, cæcos illuminans, paralyticos sanans, dæmoniacos curans, & mortuos ad uitam reuocans, illa te stimonium perhibent de me, quod uerus sum dei filius, & Christus à lege & prophetis promissus. In nomine aũt patris sc opera sua facere Christus

Hiere. 23.
Psal. 2.
Ioan. 19.
Psal. 87.
Zach. 9.
Lucæ 1.
Psal. 2.



contestans, omnem suorũ operum gloriam deo patri ascribit, eiusq; honorem in omnibus factis suis exquisiuit, quemadmodũ prius dixit Iudæis: Ego non quæro gloriam meam, sed honorifico patrem meum. Ioan. 8.

*Quod Christus ut dei filius, non solum uoluntatis consensione, sed & naturæ consubstantialitate per æternam generationem unum est cum patre.*

## CAP. X.

SEd uos non creditis, quia nõ estis ex ouibus meis. Oues meæ uocẽ meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me: & ego uitam æternam do eis, & non peribunt in æternũ, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est. Ego & pater unum sumus.) Causam quare non credant Iudæi uerbis & operibus eius, Christus subiũgit: quia non sunt ex ouibus suis, neq; de illorum numero, qui ad æternam uitam præuisi sunt, sed perpetuæ perditioni addicti. Et ne gratis aut præter rationem id dixisse uideatur, manifestum ponit signum, quo oues suæ ab ijs, qui ad se non pertinent discernanẽ. Oues, inquit, meę uocem meam audiunt, fidem scilicet synceram amplectentes, & mãdatis meis obtemperãtes: & ego agnosco eas, electione gratuita ad uitam æternam: & sequuntur me, imitatione scilicet bonorum operum & beatitudinis assequutione. Oues suas dominus fideles, & sibi obsequẽtes dicit, qui eum pastorem diligunt & sequuntur, atq; ad pascua æternę satietatis, boni pastoris imitantes uestigia, peruehiũt. Itaq; eos qui in se credere nolebant, dicebat non esse ex ouibus suis: quia uidebat iam eos æternæ perditioni præparatos, nec sui sanguinis precio ad uitam perpetuam comparandos. Suis autem ouibus dominus æternam uitam se dare affirmat, pascua scilicet uberrima, bonorum omniũ copia affluẽtia, ubi lux clarissima, pax secura, quies dulcissima, gloria perpetua. Et nõ peribũt in æternũ: quia pastor eorũ & saluator talis est, apud quẽ nihil omnino perire possit. Videbant quidẽ perire sancti martyres, cum hanc mortalẽ uitam per tormenta amittebant: sed nõ peribũt in æternũ, quia soluti uinculis carnis, debita sibi præmia à Christo percipiebant, quemadmodum dicit Sapiens: Visi sunt oculis insipientium mori, illi autẽ sunt in pace. Iustorum animæ in manu dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiæ: & non rapiet eas quisquam de manu mea, id est, potestate mea, dicit dominus. Eos enim, quos semel prædestinãdo Christus assumpserit, nulla uis diaboli cæ tentationis, non immanitas humanæ persecutionis, de sorte & latere eius potest auferre. Sed nónne Iudas (dicet quispiam) in æternum perijt, & surreptus est à satana de manu domini & multi uiam domini ambulant, à qua tandẽ decidunt. Verum ad finem usq; in bono perseuerãtes, duntaxat oues domini sunt & dicuntur. Qui igitur post perceptam gratiam, de numero ouium Christi pereunt, hi certè in dei oculis oues non sunt: quare nec Iudas nec alij retrò abeuntes, ad ouile

Sapien. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Christi pertinere dicendi sunt. Superioribus autem uerbis, illorum dominus redarguit temeritatem, qui sibi mortis laqueos tetenderant. Stultissimi enim de eius nece cogitabant, cum nõ solum in ipsum nihil possent agere, si nollet, uerumetiam neminem de suis ualerẽt auferre. Verum ne hæc dicendo suam uideretur gloriam quærere, totam hanc potentiam ad patrem refert, subiungẽs: Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est. Hoc plane est, quod deus pater mediatori dei & hominum dedit, ut sit eius unigenitus filius: deus de deo: nec natura dissimilis, nec uirtute inferior, nec duratione posterior. Et hoc gignendo dedit: quia deus uerus deum uerum genuit, lux æterna lucem coeternam, uita uitam. Hoc sane est quod maius omnibus est, quia omnem illud excedit & humanam, & angelicam creaturam. Et nemo id ipsum quod pater mihi dedit, potest rapere de manu patris mei: quia cum ipse uirtus sit immensa, non potest ei à quopiam irrogari uiolentia. Superius quidem dominus dixit, nõ rapiet quisquam de manu mea: hic uerò dicit, nemo potest rapere de manu patris mei: ut liquidò intelligeremus eãdem prorsus esse uirtutẽ suam & patris (est enim ipse manus & uirtus patris) atq; hunc ipsum esse Christum haud dubie crederemus, qui non, ut cæteri sancti gratiã acceperit ex tempore, sed uerus semper extiterit dei filius. Quod etiã subsequenti sententia ostendit, cũ dicit: Ego & pater unum sumus. Vnum, inquit, sumus: una essentia, una diuinitas, una æqualitas. Quibus quidẽ uerbis non solum ludæorum quæstionem, qui tentantes an ipse esset Christus, interrogabãt, absoluit: uerumetiam hæreticorum, quos futuros præuidit, insaniam, quam sit detestanda, monstrauit. Vtrunq; audi, & unum & sumus, & à Charybdi & Scylla liberaberis. Quod dixit unũ, liberat te ab Ario, separante filium à substantia patris. Quod dixit, sumus, liberat te à Sabellio, confundente personã patris & filij sine discretione. Si unum, non ergo diuersum: si sumus, ergo pater & filius. Sed utriusq; horum impietas, in exordio primi libri abunde confutata est. Verum quia hæretici hæc domini uerba negare non possunt, impietatis suæ mendacio & absurda expositione ea corrumpũt. Tentant enim id ad unanimitatis referre consensum: ut uoluntatis in patre & filio unitas sit, non naturæ: id est, ut non per id quod sunt, sed per id quod idem uolunt, unum sint. Sed per naturæ natiuitatem (dum nihil deus, ex se deum gignendo, degenerat) reuera unum sunt. Dumq; de manu filij non rapiuntur, nõ rapiuntur de manu patris: dum in operante filio operatur pater, dum ipse in patre & in eo pater est, hoc non præstat creatura, sed natiuitas: non efficit uoluntas, sed potestas: non loquitur unanimitas, sed natura. Non negamus igitur uolũtatis unanimitatem inter patrem & filium. Nam hoc solẽt hæretici mentiri, ut cum solam concordiam ad unitatem non respicimus, discordes eos à nobis affirmari loquantur. Sed audiant, quoniã à nobis unanimitas non negatur, sed præter eam unum sunt pater & filius, natura, honore, & uirtute: nec natura eadem, potest uelle diuersa. Sed rursum cauillationem mouent aduersarij ueritatis ex eo, quod Christus patrẽ pro discipulis rogans, inquit: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut et nos. Atqui nõ possunt discipuli esse unum, nisi uoluntatis conspiratione & concordia: non enim in unam numero, eãdemq; substantiam coincidere queunt: neq; igitur pater & filius unum sunt identitate substãtiæ & naturæ. Cæterũ cum calumniari magis quàm elucidare ueritatem quærunt, rectum scripturæ sensum omnino subuertunt. Nam falsum est discipulos nõ posse esse unũ cum deo, nisi uoluntatis concordia. Nam supra iam est unitas illorum cum deo perquandam deitatis conformitatem, & deiformitatem, qua participatione diuinitatis eis communicata, in deum (ut ita dixerim) transeunt atq; transferuntur, seruata suæ naturæ ueritate: perinde atq; ferrũ ignitum & candens, per ignis cõmunionem fit igniforme, uideturq; sublata ferri substantia omnino esse ignis. Et huiusmodi unione (quæ longe superior est & sublimior, quàm unio per amorem & concordiam uoluntatum) petit dominus nostri discipulos esse unum in deo, ut scilicet ei inseruantur, & intime coniungantur, per deitatis in se susceptionẽ atq; participationẽ. Hæc insuper unio proxime accedit ad summã illam ac ineffabilem unionem, qua pater & filius se inuicem immeantes, ac sibi intimè immanentes, unum sunt unitate naturæ: quæ quidem suprema est, & omnũ ueríssima: cuius assimilationem propinquam discipulis dari per insitionem cum deo Christus hic petit. Sed age, ex rerũ natura filiũ unius & eiusdem cũ patre substantiæ esse cõmonstremus. Videmus liquidem propriam & naturæ consentaneam generationem esse, cum gignens eiusdem naturæ prolem ex se ædat: ut homo hominẽ, lux lucem, calor calorẽ. Cum uerò in diuersitatẽ generis transit productũ, & alterius quàm producens fuerit naturæ, monstrosa generatio erit, & suæ naturæ proprietatem minime seruans: ut cũ asinus gignit mulam. Si itaq; alterius naturæ filium pater genuit, uera ibi & propria natiuitas non erit, quæ proprietatem substantiæ generantis seruare non potuit: sed manca & monstri simillima, qua degener filius ex patre prodibit, à dignitate & perfectione paterna descíscens. Sed quomodo illam perfectionẽ gignendi ex sua substantia suũ similem deus creaturis elargitus est, qua tamẽ careret? Inuenietur igitur in rebus inferioribus aliqua naturæ dignitas, utpote eiusdem generis prolẽ producendi: quæ tamen nequaq; in deo erit: quo certè nihil est absurdius. Præterea Paulus ad Ephesios scribens, dicit ex deo patre omnem paternitatem in cœlo & in terra nominari, & tanquam ex fonte ad inferiora deriuari. Si igitur in terra paternitas inuenitur inter homines, quia eiusdem sunt naturæ, gignens & quod gignitur ex alterius substantia, eadem & in deo patre primitus erit comperta,

*Obiectiones aduersariorũ, earumq; solutiones.*

*Ioan. 14.*



perta. Alioqui non ex deo ad creaturas emanaret paternitatis nominatio: sed potius ex creaturis ad deum transferretur, perfectiorq; & uerior esset in creaturis, quàm deo paternitas: quod recta ratio minime admittit. Rursum per Esaiam dominus eos increpans, qui putant ipsum fœcunditatis & genituræ expertẽ, inquit: Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariã? dicit dominus. Si ego qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero? At qui deus rebus à se creatis indidit, ut pariãt ex sua substantia fructum eiusdem naturæ: ut quercus quercum profert, et oliua oliuam. Idipsum igitur & ipse habet, uim scilicet ex se gignendi consubstantialem & eiusdẽ naturæ filium. Est igitur ipse cum filio unum substantia & natura. Quod si attentius considerare uoluerimus, uidebimus plane non eandem solum esse substantiam in rebus creatis: sed & magnitudinem, figuram, qualitatẽ: ut colorem, odorem, saporem, motum & agendi uirtutem gignentis & geniti. Cum enim rosa gignit rosam, uiola uiolam, & unaquæq; arbor suũ fructum: gignens non solum eandem cõmunicat substantiam genito, sed & consimilem molem & figuram, eundem in foliis & floribus colorẽ, eandem spirationem, & dulcedinem saporis. Quæcunq; itidem uirtus est in gignente plantula, eadẽ agendi efficacia in genito fœtu. Sed unde, quæso, hæc naturæ cõspiratio, cõuenientiaq; inter gignentem & genitum in natiuis & natura insitis proprietatibus? Quid aliud hæc uniuersa proclamant, nisi filium omnino eiusdem esse naturæ cũ patre, ex cuius substantia genitus effulgeat? ipsum itidem filium non minorem maiestate, sapientia aut uirtute: sed eandem prorsus cum patre magnitudinem habere, eidem coæternum esse, non minus sapientem aut potentem. Si hæc Ariani in libro naturæ conscripta, & in creaturis, ut uestigijs quibusdã impressa, oculatius perspexissent, nunquam filium à patris diremissent substantia, aut æquam illi uirtutem, sapientiam aut perfectionem cum patre ademissent. Verum hæc amplius in primo libro discussa sunt & determinata.

*Esa. 66.*

CAP. XI.

SVstulerunt ergo lapides Iudæi, ut lapidarent eum. Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostendi uobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? Responderũt ergo Iudæi: De bono opere nõ lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum.) Iudæi qui eatenus loquentem dominum quasi patienter audierant, cum dixisset, Ego & pater unum sumus, amplius uim uerborum ferre non ualentes, quia ipsi lapidea corda gestabant, ad lapides cucurrerunt, sine moderatione & legis disciplina eum ut blasphemũ lapidibus obruere tẽtantes. Verum quia dominus nec tunc uolebat pati, nec se ab illis lapidatum iri disposuerat: illa iamiam ferientia brachia suo nutu cohibuit atq; continuit, dulciq; allocutione exæstuantem illorum iram sedare laborauit, dicens: Multa bona opera ostendi uobis à patre meo, uidelicet in sanitatibus infirmorũ, in assidua exhibitione doctrinæ & miraculorum. Quæ uniuersa ex patre dicit ostendisse, ut se indicaret eius per omnia gloriam quærere: Propter quod, inquit, me lapidatis? Summæ quidẽ est fœuitiæ & ingratitudinis, mala pro bonis retribuere, & pro beneficio rependere supplicium. Verum Iudæi non de bono opere se dominum lapidare uelle dicunt: ubi quan quam inuiti & nolentes confitentur, nec possunt negare, multa beneficia & meritorum bona sibi à Christo impensa fuisse. Sed miseri, quod ille de sua & patris æqualitate, & unitate substantiæ dixerat, pro blasphemia deputabant: quod cum homo nudus esset, seipsum deum faceret, illi obiectantes. Ecce infideles Iudæi intellexerũt, quod Ariani adhuc intelligere negligũt. Id enim quod dominus dixerat, Ego & pater unum sumus: intellexerunt non posse dici, nisi ubi substantiæ & uirtutis esset æqualitas. Quod isti pro blasphemia idcirco receperant, quia eum tantum hominem esse credebant, deumq; nullatenus credere uolebant, & idcirco mortem illi intentabant: ut & alio loco dicit Euangelista: Propterea magis quærebant eum Iudæi interficere, quia nõ solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, æqualem se faciens deo. Porrò cum Iudæi uerba Christi diuinitatem & incõmutabilem substantiam testificantia, utpote, antequam Abraham fieret, ego sum: ferre non ualerent, alio loco leguntur sustulisse etiam lapides, ut iacerent in eum. Iesus autem tunc nullo ipsis communicato sermone, datóue responso, abscondit se, & exiuit de templo: ut per suam absentiam resideret & deferuesceret ebulliens ipsorum ira. Hoc uerò loco cum Iudæi eadem laborarent phrenesi ac insania, more peritissimi medici, aliud ipsis adhibuit medicamentum: ut nihil non tentatum relinqueret, quod eorum saluti conducere putaretur: & quos uno pharmaco prius ad mentis sanitatem reducere non potuit, aggreditur nunc alio curare antidoto, placida inquam interrogatione, & rectæ rationi innixa, qua ab eis quærit, cur præter omne ius & fas attentant mala pro bonis ipsi retribuere, & quamplurima ipsis præstita beneficia, tumultuaria lapidatione compensare atque rependere. Sicut enim aqua gelida efferuenti iniecta, continuò totum illius feruorem ac ebullitionem sedat, residentemq; reddit illam quæ prius rapido æstu intumuit: haud secus placida uerba ac mitia, iracundia concitatum animum mitigare solent, & ad mansuetudinẽ reducere. Quod nobis ipse Dauid suo prodit exemplo, cuius districtum mucronem in totius domus Nabal exterminium, ipsa Abigail uxor eius sua suauiloquentia & humanitate uagina recondidit, & à cruoris effusione immunem reddidit. Cumq; respondissent interrogationi factæ Iudæ, quod ob blasphemiam deo illatam lapidibus ipsum appeterent, rursum placida uoce Christus ostendit, adhibito scripturæ testimonio, quod se filium dei

*Ioan. 5.*

*Ioan. 8.*

*1. Reg. 25.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



(ut uerè erat) dicens, nequaquam blasphemiam A
in deum commiserit. At uerò ubi perspectum habuit implacabilem ipsorum animũ nequaquam uerbis suis mitigatum esse, nec sedari irrationabilem ipsorum furorem, tunc alterum adhibuit præcipiti ipsorũ iracundiæ remedium, quod & prius admouerat altero in loco: ut iam dictum est.
Ioan.10. Quum enim (ut paulò post narrat hic Euangelista) rationem reddidisset Christus suorum operũ & uerborum, ostendisset; se nequaquam in deũ esse blasphemũ, quod filium dei se diceret, quærebant eum Iudæi apprehendere, sed ipse exiuit de manibus eorum, & abijt in alium locum. Siquidẽ quum quicquam altum & magnum Christus Iudæis proloquutus esse comperitur, quamprimũ abire & hic & sæpe aliàs describitur, ut eorum furori det locum, absentiaq; sua sedetur & quiescat ipsorum indignatio. Et hæc secunda est medela, quam in præsentia Christus cõcitatis in se Iudæorum animis applicuit, nihil prætermittens eorum quæ ad ipsos sanandos conducant.

CAP. XII.

REspondit eis Iesus: Nónne scriptum est in lege uestra, quia ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, & nõ potest solui scriptura: quem pater sanctificauit & misit in mundum, uos dicitis, quia blasphemas, quia dixi filius dei sum. Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: si autem facio, & si mihi nõ uultis credere, operib. credite: ut cognoscatis & credatis, quia pater in me est, & ego in patre.) Christus quia uidit Iudæos tardos & inualidos nõ ferre splendorem ueritatis, temperauit eum in his, quib. de obiecta blasphemia se purgauit uerbis, ut qui imbecilles oculos cõspexerit tolerare non posse lucis apertæ iubar, uelamen interponat oculis, quo fulgoris aciem extenuet. In lege, inquit, uestra, id est, per Mosen uobis, patribusq; uestris
Psal.81. data, scriptum est: Ego dixi, dij estis. Hoc autem psalmographi testimonium, in lege scriptum esse dominus asserit: quia nimirum omnes ueteris instrumenti scripturæ, aliquando lex appellantur generali uocabulo. Nonnunquam distincte per se lex accipit, & à prophetis dirimitur. Sicut ipse
Matth.11. dominus alibi dicit: Lex & prophetæ usq; ad Io-
Luce 24. annem prophetauerunt. Plerunq; in tria membra sanctæ distribuuntur scripturæ, ut in illo loco: Oportet impleri omnia, quæ scripta sunt in lege, prophetis, & Psalmis de me. Quoniam autem in illo Psalmi testimonio, homines dicti sunt dij: noscere operæ precium est nomen dei trifariam in
Deut.6. scriptura dici. Primo natura: ut, Audi Israel, dominus deus tuus, deus unus est, & rex omnis terræ deus. Secundo adoptione, & participatione, quo qui in filios dei adoptant & participes fiunt diuinitatis, dij dicuntur, ut eo in loco: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat. &: Deus deorum dominus loquutus est. &
Psal.81. Psal.49. in præsenti etiam prophetæ dicto. Tertio falso & sola nuncupatione: quemadmodum dæmones, & idola, de quibus Psalmus: Quoniam omnes dij gentium dæmonia, dominus autem cœlos fecit. Et Paulus: Quoniam deus uenter est. Et alio in loco: In quibus deus huius seculi excęcauit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio euangelij gloriæ Christi. Si igitur, inquit dominus, idcirco homines dij appellati sunt, quia sermo dei ad ipsos factus est, & non potest scriptura falsitatis argui: ipsum uerbum dei quod erat in principio
Ioan. apud deum quomodo non est deus? Si illi dij uocari meruerunt, qui participes facti sunt sermonis dei: ipse sermo dei unde participant, cur non sit deus? Semper enim unde aliquid participatur, magis & uerius id habet quod participat, quàm ipsa participantia: ut sol, à quo lucis est participatio in subiecta corpora, magis lucidus est quam
B aer & aqua, luce participantia: & ignis, à quo tanquam fonte quodam calor in externa deriuatur corpora, uerius & uehementius habet calorem, quàm ea quæ ab eo calorem participãt. Verbum igitur dei, cuius participatione alij denominationem dei sortiuntur, uerius & sublimius deus est, quàm homines, aut angeli. nam hi gratia solum, adoptione & participatione dij sunt et dicuntur: ille uerò natura, origine, & substantia deus est. Porrò sanctificauit pater filium, non quod unquam ille sanctus non fuerit, sed quia sanctum illum genuit, atque ut sanctus esset, gignẽdo ei dedit. Sicut enim deus deum, immensus immensum, sic sanctus sanctum pater filium genuit: & misit in mundum, quia eum incarnari constituit
C pro salute hominũ. Aut sanctificauit secundũ hominẽ & humanã in eo naturã, id est cum sanctitate immunitateq; peccati, & syncera puritate eum incarnari constituit pro salute mundi, quemadmodum angelus dixit ad sacrosanctã uirginem: Et quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius
Luc. dei. Et beatus Paulus ad Romanos, qui prædestinatus est filius dei in uirtute, secundum spiritum sanctificationis. Aut demum sanctificauit eum, id est sanxit, & constituit ipsum sacrificari & oblationem offerri pro mundi salute. Nam id sanctificari, in scriptura plerunq; dicitur, quod templi usui designatũ deo offertur & consecratur: quemadmodum ibi: Sanctifica mihi omne primogenitum. Sanè qui hunc locum explanant autores, hi
Exo. primum sanctificationis modum hic astruunt, illi
D secundum, alij uerò tertium, ut eorum nullus intelligatur ab usu & recto sensu scripturæ esse alienus. Demum à uerbis ad operum contemplationem, quæ non nisi à uero deo fieri possunt, ipsos Iudęos transmittit. Siquidem unaquæque res, operum suorum functione, officioq;, quænam sit cognoscitur. Viuens enim à non uiuente operibus discernitur, ut si uiuentis exerceat opera, uiuens esse comprobatur: sic sanus ab ægroto, &
Mat. arbor fœcunda à sterili, fructuum productione internoscitur. A fructibus enim eorum cognoscetis eos. Si igitur operum exhibitione, inquit, me uerum esse deum & patris filium comprobo, quæuis morborum genera, & ipsam denicq; mortem potentifica uoce depellendo, uiuificam languidis



guidis & mortuis salutem inspirando, me uitæ & A
mortis dominum ostendendo: ex his, inquam, operibus credite, quia ego in patre, & pater in me est. Sanè nõ sic est pater in filio, aut filius in patre, quo modo deus esse dicitur in aliquo uiro sancto, & sanctus quicunq; in deo. Filius quippe in patre est, per æqualitatem unius, eiusdemq; substantiæ, & per indigresibilem unius in altero immansionem ob naturæ identitatem. Homo uerò in deo duntaxat est per gratiæ participationem, & habitudinem quandam, atq; gratuitam inhabitationem. Proinde uir sanctus dicere quidẽ potest, quia deus in me est: nõ autẽ ualebit unquam dicere, ego & deus unum sumus. Nec rursus: qui uidet me, uidet & deum. hoc enim unigenito fo-
li filiõ cõuenit, qui sic est in patre, ut sit æqualis pa-
Ioan.14. B tri & unum cum patre. Verum hæc diffusius in sequentibus, ubi rursum ab Euangelista cõmemorantur, innotescent. CAP. XIII.

QVærebant ergo eum apprehendere: et exiuit de manibus eorum. Et abijt iterũ trans Iordanem, in eum locum ubi erat Ioannes baptizans primum, & mansit illic. Et multi uenerunt ad eum, & dicebant: quia Ioannes quidem signũ fecit nullum. Omnia autem quæcunq; dixit Ioannes de hoc, uera erant. Et multi crediderũt in eũ.) Adhuc Iudæos in incepta dementia persistere ostendit Euangelista, quũ dicit eos inimico animo tentasse, ut apprehẽderent eum ad supplicium & cædem. Sed dominus ab eis recedit uelociter, ut sedetur eorum furor per absentiam suam. Crebrò
C autem legitur dominus eduxisse populos ad solitaria loca, de perfidorũ societate eripiens & mundi fluctibus, ac turbine, ut magis fructificẽt: sicut legem ueterem daturus, eduxit populũ in desertum. Mystice autem recedens à Hierosolymis dominus, hoc est à plebe Iudaica, ad loca fontes habentia se trãsfert, id est ad ecclesiam ex gentibus, quæ habet fontem baptismi, per quem multi ad Christum accedunt, quasi transeuntes Iordanem. Domino autem ibidem commorante, multi pio animi affectu, & passibus fidei uenerũt ad illum, duplex afferentes testimoniũ eius præcellentiæ supra Ioannem. Primum, quia Ioannes quidem nullum fecit signum, id est nullum miraculum ostendit, nõ cæcos illuminauit, nec languidos curauit.
D Splendor enim signorum domino nostro seruabatur, ut illius claritate & luce gloria diuinitatis
Matth.11. eius mundo innotesceret. Neq; tamẽ id in aliquo derogat sanctitati eius, quo inter natos mulierũ non surrexit, teste saluatore, maior. Nempe miracula operari, nihil adijcit sanctitatis homini, quũ malis & reprobis id competat, dicente domino
Matth.7. apud Matthæũ: Multi dicent mihi in illa die: Domine, nõne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & prophetauimus, & signa multa fecimus? Et tunc confitebor illis: nescio uos, discedite à me omnes operarij iniquitatis. Quare ediuerso nulla signorũ ostensio nihil detrahit homini sanctitatis. Atqui, inquiũt, hic multa signa fecit, et eorũ splẽdore magnopere effulget: est igitur maior huius q; Ioannis excellentia. Secundũ uerò testimoniũ eminentiæ Christi: quia de illo Ioãnes omnia ueraciter dixit, testimoniũ illi perhibens. Si igitur Ioanni credere oportebat, multo magis huic: quum illius testimonio etiam signorũ demonstrationem habenti. & hoc pacto isti per lucernam ueniebant, quia Ioannes lucerna erat, Christus dies, ad quem fulgore huius lucernæ adducti, crediderunt in eum.

CAP. XIIII.

ERat autem quidã languens Lazarus à Betha-
Cap. Ioannis xi. nia, de castello Marię et Marthæ sororũ eius. Maria autem erat quæ unxit dominum ungento, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes: Domine, ecce quem amas, infir-
B matur. Audiens autem Iesus, dixit eis: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria dei, ut glorificetur filius dei per eam. Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarũ.) Inter omnia miracula, quæ dei filius ut suam panderet diuinitatem operatus est, supereminet hoc, & quasi quendam obtinet principatum quod circa Lazarum fecit. Et quidem singula opera eius admiratione dignissima sunt. Quis enim non magnopere admiretur, quod Christi iussu & uirtute claudi rectis gressibus incesserũt, quod mutis linguarũ claustra soluta sunt, quod cæcorũ diu clausa lumina tactu sacræ manus eius reserata sunt? Quis hæc & plura alia considerans, non diuinam potentiam obstupescat? Sed hęc omnia, parua ad ingentem Christi maiestatem uidebãtur, nisi amicus eius Lazarus moreretur. Quem idcirco mori permisit, ut eum nouo & omnibus seculis admirando ordine suscitando, sese uitæ mortisq; dominũ declararet. Itaq; in primis languidi nomen, & locus atq; cognatio describitur, quod frater scilicet esset Mariæ & Marthæ sororũ. Et quoniam eo tempore complures erant mulieres illo nomine Mariæ nuncupatæ, ne erremus in nomine, ostenditur ex notissima actione. Ipsa enim erat, quemadmodum plerique sentiunt, & complurium est opinio, quæ (ut Lucas Euangelista refert) in ciuitate peccatrix, pedes domini lachrymis pœnitentię lauit, capillis extersit, & unguento perunxit, sicq; multorũ criminũ ueniam à domino promeruit.
D Id Ioannes hic narrans, attestatur Lucas, qui hoc in domo pharisæi cuiusdam Simonis factum esse cõmemoratuit. Iã itaq; hoc Maria fecerat. Quod
Ioan.12. aũt in Bethania rursus fecit, ut sequens Euangelistæ locus ostendit: aliud est quod ad Lucæ narrationem non pertinet, sed pariter narratur à tribus factum in Bethania post resuscitationem Lazari. Quod uerò Ioannes hic refert, longo ante Lazari suscitationem tempore factum est: quum scilicet ab ipsa Maria (ut Lucas & Marcus inquiunt) eiecit septem dæmonia. Vbi septem dæmoniorũ no-
Luce 8. Marc.16. mine (ut sentit Gregorius) accipere debemus septem uitia capitalia, & uniuersam uitiorum eluuiem, septenario numero designatam, quorum cum dæmones præcipui sint autores, ipsa uitia recte dæmoniorum nomine appellantur, effectus

Universidad de Deusto
Biblioteca



scilicet nomine causarum. Alij uerò autores non A ignobiles nec incelebres, arbitrantur ipsam Mariam sororem Marthæ non fuisse illam in ciuitate publicã peccatricem, cuius meminit Lucas in 7. cap. sed candidam semper fuisse uirginẽ, & syncera uirginalis pudoris puritate spectabilẽ, haud minus quàm Martha soror eius fuit. Cui, euangelico testimonio & attestante summa ueritate, ipsa Maria præfertur. Nempe peccatrix illa, inquiũt, quanũ ex euangelio cõiectare datur, Galilæa fuit origine, & in una ciuitate Galilææ ex diuturna prostitutæ pudicitiæ consuetudine, uulgò apprime nota: quandoquidem salutaris eius conuersio & resipiscentia à peccato, in una ciuitatũ Galileæ, ut Naim, aut alia quauis facta creditur, ut ex antecedentibus & sequentibus Lucæ narrationibus B haud difficile deprehendi posse putant. Maria uerò soror Marthæ, fuit origine Iudæa, & ex Bethania castello Iudææ oriunda, quæ (ut perhibet Ioãnes) erat Hierosolymis admodũ propinqua. Proinde autumant isti, Ioannẽ hoc loco nequaq; breuibus constringere idipsum, quod pluribus ipse Lucas retulerat de unctiõe exhibita domino à peccatrice in domo Simonis pharisæi: sed per anticipationẽ ipsum hic uerba facere de unctiõe pedum domini, & exterſione facta in cœna post resuscitationẽ Lazari paulò ante passionẽ dominicam: quam latius explicat Ioãnes cap. proxime sequente: quod ex ipso literæ tenore, hoc in loco colligi posse sic existimant. Non enim, aiunt, dicit hic Ioãnes, quod Maria erat quæ pedes domi- C Ioan.11. ni rigauit lachrymis, deinde perfusos amaro fletu exterſit, & demũ unxit unguẽto, quod peccatrix ipsa apud Lucam per ordinẽ factitasse legitur: sed solum hic memorat Ioannes, quod ipsa Maria soror Marthę unxit dominũ unguẽto, & exterſit pe- Ioan.12. des eius capillis suis, iam scilicet ungento delibutos: quæ quidem narratio omnino respondet suo ordine ei narrationi, quam diffusius facit Ioannes cap. 12. ut ex eodem utriusq; recitationis responso sumant ipsi argumentum, beatum Ioannem in utroq; loco (cap. scilicet undecimo & duodecimo) de eadẽ loqui unctione, ea uidelicet quę post suscitationem Lazari facta est in Bethania, circa passionem domini. Neq; enim hic lachrymarum meminit Ioannes, neq; osculorum quæ peccatrix D impendit pedibus domini: sicut neq; in duodecimo cap. Peccatrix aũt ipsa & lachrymas fudit, & pedes Christi est exosculata: quod non fuerat hic prætermittendum, si de unctione à peccatrice facta, & Lucæ cap. septimo descripta hic haberetur ab Euãgelista sermo. Neq; id haberi debet inconueniens secundum istorum sententiam, quod Ioannes hic breuibus perstringit eam historiam, an tequam secundũ rei gestæ seriem ipsa sit peracta, quam tamen postea amplius exprimit & memorat. Nam hoc pacto Euangelistæ interdũ præoccupant & anticipant rei gestæ tempus: paucisq; uno in loco perstringunt idipsum, quod postea suo in loco latius aperiũt. Vt Marcus tertio cap. inter cęteros apostolos nominãs Iudã Scarioth, continuò subiungit, qui & tradidit illum: cum tamen Iudas tunc necdũ tradiderat Iesum: sed quomodo eum tradiderit, prosequitur ipse Marcus cap. decimoquarto. Idem quoq; facit Lucas cap. sexto de Iuda dicens, qui fuit proditor: nondum enim quum fieret ipsa apostolorũ per Christum uocatio, Iudas proditionem conceperat nec perpetrarat: quinimò uicesimosecũdo capite Lucas eum apertius refert. Idem quoq; facit Matth. cap. decimo, dicens de Iuda, quod & Marcus: traditionis autem modum & causam, explicat planius capite uicesimo sexto. Præterea quod Lucas octauo cap. enarrat de Maria Magdalena, de qua exierant septem dæmonia: & Marcus de eadem capite decimo sexto, quod ab eadẽ eiecerit dominus septem dæmonia: nequaq; de Maria sorore Marthæ putant intelligi debere, sed de altera eiusdem nominis muliere, quæ à Galilæa fuit oriunda, & Magdalena cognominata, cũ ipsa referatur unà cum cæteris sanctis mulieribus suis comitibus sequuta fuisse dominum à Galilæa: quod de Maria sorore Marthę haudquaquam dici posse arbitrantur: ut quæ fuerit natione & origine Iudæa. Quũ autem prædicti duo Euangelistę scribunt, ab ipsa Maria, quæ Magdalene cognomen tulit, esse propulsata Christi miseratione septem dæmonia: de ueris dæmonijs secundum substantiam ibi sermonem haberi sentiunt, quibus illa mulier prius dire torquebatur, & à quorum uexatione diuina uirtute fuit liberata. Nam quoties Euangelistæ narrantes historiam, de eiectis loquuntur dæmonijs, dicunt illorum uerba ad literam intelligi debere de uera, & secundum rem ipsam facta dæmoniorum expulsione. Beatum autem Gregorium ponentem nomine septem dæmoniorum: accipi debere septem uitia capitalia, et uniuersam uitiorum congeriem, dicunt qui hanc sequuntur sententiam, sensum allegoricum rectè assignare, non autem literalem intelligentiã & historialem: quæ tamen in expositione historiæ ad literam primo loco debet exquiri atq; efflagitari. Ecce duplex assignata est huius loci, & aliorum in euangelio huic appendentium explanatio, & gemina autorũ sententia. Qui primam sequuntur, ritum ecclesiæ & usum pro se habent militantem, una cum Gregorij autoritate nequaquam aspernanda, neque paruifacienda. Qui uerò secundam, à uulgata hominum opinione magis discedunt & discrepant: non tamen irrationabiliter, nec multum difformiter ab euangelio loqui uidẽtur: nec omnino censeri debet improbabilis eorum positio. Sed his longius, quàm par fuit immorati, ad propositum regrediamur iter. Mittentes autem sorores ad dominum degentem trans Iordanem, non dixerunt, ueni ut languentẽ sanes. Non hoc certè ausæ sunt dicere, sufficiebat illis, si tantum cognosceret quod infirmaretur: sciebant enim, quod non desereret, quẽ amabat. Ecce, inquiunt, quem amas, infirmatur, tanquã dicerent: satis est quod hoc noueris domine, nec opus est ut ad nos ueniẽs fatigeris. Ibi præcipe, & hic quod iusseris, fiet.



fiet. Sufficit enim amico, indicare suam aut amici A necessitatem, & succurrẽti arbitrium omnino illius uolũtati permittere. At uerò quæret aliquis: quare dominus responderit illam Lazari infirmitatem nõ esse ad mortem, quũ ipse Lazarus haud dubie ex ea sit mortuus? Nouerat hoc quidẽ dominus, & ut sic fieret, ipse uoluerat: sed post mortem eum resuscitare decreuerat. Infirmitas igitur illa ad mortem non est, ut scilicet more aliorũ hominum in puluerem putredinemq; soluatur, & omnino morte decidat: non enim moritur, ut, sicut cæteri homines mortui, à morte teneatur, sed ut mirabiliter suscitetur iterum ad uitam. Sed ea infirmitas, inquiunt, est pro gloria dei, ut glorificẽt filius dei per eã. Ergo filius dei uerè est deus, sicut & filius hominis uerè est homo. Sunt enim B in omni producentium genere pater & filius, gignens & genitus, eiusdem consimilisq; secundum substantiam naturæ. Hoc contra hæreticorum impietatem dictum est, qui dixerunt Christum non esse natura deũ, sed gloria. Vnde quidam eorum suam euomens blasphemiam, dixit: Nõ inuideo Christo facto Deo, hoc & ego fieri posũ, si uolo. Quod sanè dictum à ueritate prorsus est alienũ: nam Christus natura, origine & substantia Deus est, non habitudine, gratia aut adoptione: quare nõ est factus deus, sed ex deo patre natus ante omnia secula. Nulli autem creaturæ id concedetur unq;, ut ad creatoris dignitatẽ, substantiamq; sublimetur & cõscendat. Porrò hæc glorificatio, qua per id resuscitationis post infirmitatem & mortem signum, filius dei glorificatus dicitur, non ip- C sum auxit, qui summè perfectus est, & proficere amplius non potuit: sed nobis profuit, ut per hoc tantum miraculum plures in eum firmius crederent, & æternam animæ mortẽ euaderent. Quod denicq; subiungit Euãgelista, dominum dilexisse Martham, Mariam & Lazarum, magnum probitatis, uirtutisq; ipsorum, & indubitatum est te- Ioan. 2. stimonium. Non enim dominus, qui nouit quid sit in homine, aliquo trahitur errore, ut amet indignos amari, uel mundano uanóque aliquem amore prosequatur. Quum igitur Iesus illos amare dicatur: designatur in ipsis ea fuisse probitas & honestas uitæ, quæ digna fuerit, ut eam dominus amore singulari complecteretur.

CAP. XV.

VT ergo audiuit Iesus, quia Lazarus infirma D batur: tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hæc dicit discipulis suis: Eamus in Iudæam iterũ. Dicunt ei discipuli: Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum uadis illuc? Respondit Iesus: Nónne duodecim sunt horę diei? Si quis ambulauerit in die, nõ offendit: quia lucẽ huius mundi uidet. Si quis aũt ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est, in eo.) Dominus nunciata infirmitate Lazari, quouisq; quatriduum post mortem eius compleretur, sanare distulit, ut mirabilius suscitaret. Permisit ut expiraret & sepeliretur, & dicerent quoniam fœtet: ut nullus posset dicere, quoniam nõ dum defunctũ eũ suscitauit, sed stupor fuit, & nõ mors. Deinde hortatur discipulos Dominus, ut secum in Iudæam redeant, prædixit quo iturus erat, ne repentino reditu animi eorũ cõsternati fatiscerent, sed præmeditatione & præ cogitatione contra ingruentia pericula animosius munirentur. Verũ territi sunt discipuli, de reditu in Iudæã dominũ loquentẽ audientes. Nouerant conspirationem immanissimã, qua illum Iudæi persequebantur: ac formidantes ne bonus magister à Iudæis cõprehenderetur, quasi consiliũ ei dare, & de incœpto reuocare uolebãt. Non adhuc perfecte intellexerunt dispensationẽ nostræ salutis, propter quã dominus uenerat. Ad hoc enim deus hominẽ induerat, ut pro salute hominũ moreretur. Sic & beatus Petrus quũ audisset dominũ de passione loquentẽ, quasi eũ uolens ab ea reuocare, dixit illi: Absit à te domine, non erit tibi hoc. Sed domi- Matth. 16. nus acriter illũ increpans, respondit: Vade post me satana, scandalũ es mihi: quia nõ sapis ea quæ dei sunt, sed ea quę hominũ. Ita hoc loco quũ apostoli domino cõsulere quodammodo uellent, redarguit eos dicens: Nónne duodecim sunt horæ diei? Si profecto dominus hic diẽ appellauit, qui est dies ex die, lumen de lumine: quicq; de se alibi dicit: Ego sum lux mundi, & ut se diem ostenderet, duodecim apostolos elegit, de quibus nũc dicit: nónne duodecim sunt horæ diei? ac si diceret: Vos qui estis horæ diei, quare sic cõsiliũ dare uul- Ioan. 8. tis? Horæ diẽ sequuntur, & die moderante peraguntur. Sed fortasse dicet quispiam: Iudas ex duodecim unus erat, nunquid & ipse hora diei erat, qui ipsum diem tradidit ad mortem? Sed quãdo hoc dominus dicebat, non ipsum Iudam attendebat, sed Matthiam in locũ illius subrogandũ. Denicq; Iuda in locũ sibi debitũ abeunte, electus est Matthias apostolus: & sic perfectus mãsit numerus apostolicus, atq; horarum diei duodenarius. Actor. 2. Christus ergo uerus dies est, & qui in hac die ambulauerit, eius uestigia & præcepta sequẽs, errare nõ poterit, quemadmodũ superius dixit: Qui sequitur me, nõ ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Qui aũt sine hac luce est, errare potest, recte ambulare non potest: nã in nocte errorũ & tenebris peccatorũ aberrans, grauiter offendit ad lapidẽ pedẽ suũ, & nescit quò uadit, qa uerę lucis expers est.

CAP. XVI.

HAec ait, & post hæc dicit eis: Lazarus amicus noster dormit: sed uado, ut à somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius: Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat autem Iesus de morte eius: illi autem putauerunt, quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo Iesus dixit eis manifestè: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter uos, ut credatis, quoniam nõ eram ibi. Sed eamus ad eum.) Dominus hoc loco aliquantulum discipulorum leuat metum, cum se non in Hierosolymam iturum dicit, ut formidabant, sed Bethaniam: non ut iterũ cũ Iudæis disceptet, unde illi ui debatur impędere periculũ: sed ut Lazarũ amicũ suũ suscitet. Mortuus quidem erat Lazarus, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca



Christo dormiebat. Nullus quippe tanta facilitate posset aliquem excitare à somno, quanta Christus Lazarum resuscitare ualebat à tumulo. Denique & omnes defuncti, si potentiam dei considerent, à quo in nouissimo die sunt resuscitandi, dormiêtes possunt uocari. Iuxta quod Apostolus dicit ad Thessalonicenses: Nolo uos ignorare fra- 1. Thess. 4.
tres de dormientibus. Et eodem loco: Nos qui uiuimus, qui residui sumus, non præueniemus eos qui dormierunt. Vt enim somnum consequitur experrectio & euigilatio, ita mortem hanc naturæ iterata in nouissimo die resuscitatio, secũdum illud: Multi qui dormiunt in puluere, euigilabũt. Dan. 12.
At uerò apostoli ad cõmunem, uulgatamq; dormitionis rationẽ solum attendentes, respondent: Domine, si dormit, saluus erit. Solet enim somnus in ægrotante uiro indicium esse salutis & reparandæ sospitatis. Sed dominus noster eis demũ aperte rem ipsam declarat, quod scilicet mortuus esset Lazarus, & discipulorum fidei congaudet: qui, quia uidebant ipsum etiam absentem certò illa cognoscere, quæ procul ab ipsis contigerunt, & humano ingenio nequaquam sciri poterant, ex eo deum ipsum esse certius credebant. Enimuerò Lazarus languens, nõ mortuus fuerat nunciatus. Sed quid latere posset eũ, cuius oculis omnia nuda & aperta sunt? Quomodo ignoraret mortem Lazari, qui ipsum Lazarum creauerat?
Eccl. 23. Hinc Ecclesiastico teste, uir improbus recte reprehẽditur, in tenebris scelera sua, ne cognoscantur, intrepidè perpetrans, & apud se dicens: quis me uidet? tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circunspicit me: quem uereor? delictorum meorum non memorabitur altissimus: & non intellexit quoniam omnia uidet oculus illius, quãdo expellit à se timorem dei huiusmodi hominis timor, & oculi hominũ timentes illum: & non cognouit quoniam oculi domini multo plus lucidiores sunt super solem, circũspicientes omnes uias hominum, & profundum abyssi, et hominum corda intuentes in abscondita partes. Domino enim deo, antequã crearentur, omnia sunt agnita: sic & post perfectum respicit omnia. Gaudebat igitur propter discipulos qui mirabantur sic eũ cuncta nosse: nam per hoc, uerum deum certius & manifestius eum esse credebant. Licet enim iam crederent, tamẽ talis erat illorũ fides, quæ adhuc proficeret, quæ miraculis ædificata cresceret. Nempe apud Lucã dixisse leguntur domino: Domine auge nobis fidẽ. Et eis Luc. 7. Matth. 8.
à dño dictum est: Quid timidi estis modicæ fidei?

CAP. XVII.

DIxit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos: Eamus & nos, & moriamur cũ eo. Venit itaq; Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Erat aũt Bethania iuxta Hierosolymam, quasi stadijs quindecim. Multi ergo ex Iudæis uenerant ad Martham & Mariam, ut cõsolarẽtur eas de fratre suo. Martha ergo ut audiuit quia Iesus uenit, occurrit illi. Maria autem domi sedebat.) Castigati discipuli superioribus Domini uerbis, non ausi sunt ultra contradicere. Sed Thomas præ omnibus socios hortatur, ut irent & morerentur cum eo. In quo magna eius, & magnopere prædicanda emicat cõstantia. Sic enim loquebatur, quasi facere posset quæ alios hortabatur, immemor suæ fragilitatis, sicut & Petrus. Et planè his uerbis uerum prodidit amantis affectum. Amabant quippe apostoli mirificè dominum, quia eorũ uita ex illius præsentia pendebat: adeò ut aut cũ eo uiuere, aut cer te cum eo mori iucũdum haberent. Quia, inquit, uidemus eum ad inimicos properare & ad mortem, neq; eum à tali consilio ualemus reuocare, eamus & nos, & cum eo moriamur, ne post eius necem & deserti, & incõsolati remaneamus. Sed nondum erant discipuli induti uirtute ex alto, ut contra mortis atrocitatem pugnare, aut dimicare possent. Prius erat superanda mortis uiolentia à domino autore uitæ, & ex eo deriuanda in homines aduersus minas mortis & terriculamenta, cõstantia. Sed non satis erant discipuli suæ imbecillitatis consci, non perspectam adhuc, nec rerum periculo exploratam habuerunt suam infirmitatem: quam prodidit, domino à Iudæis capto, omnium fuga atq; dispersio, trina Petri negatio, & tanquam diceret: Certa quidem sum, quia potes, scio potentiam in te esse indeficiẽtem: sed si uis, facis. Non ergo præsumo à te petere ut facias, quia neq; scio si uelis. At cum resurrecturum fratrem illius dominus assereret, illa respondit se quidem certò credere, quod resurrecturus sit in consummatione seculi: sed aliam à Christo fratris resuscitationem, & præsentaneam quidem, & absq; dilatione, sese expetere subinsinuat. Dominus quidẽ in præsenti fratris resurrectionem promittebat: sed Martha de ea resurrectione, qua omnes homines resurrecturi sunt, eum dixisse putabat. Viderat certe ipsa dominum mortuos suscitasse: sed tantum id erat, quantum nec ipsa fides ausa est tentare, aut expressius efflagitare. De illa itaq; resurrectione, secura erat: de hac autem, incerta manebat. Dominus uerò uim suam uiuificam & resuscitatiuã enucleatius ex, pmẽs, dixit: Ego sum resurrectio et uita. ac si diceret: Quare dubitas nũc fratrem posse resurgere, quum ego qui sum resurrectio & uita, illum resurrecturum promittam? Per quem resurget, quando resurrecturi sunt & cæteri homines, per eum potest & modò resurgere. Ipse ergo est resurrectio & uita: quia per eum etiam resurgimus à peccato, ut uiuamus iusticiæ, per eundem etiam resurrecturi sumus in consummatione seculi ad uitam immortalem, & perpetuò cum eo uicturi. De priori quidem resurrectione ante dictum est: Amen amen dico uobis, uenit hora & nunc est, quãdo mortui audient uocem filij dei, & qui audierint, uiuent. De altera uerò, eodem loco dicitur: Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient uocem filij dei: & procedent qui bona fecerũt, in resurrectionem uitæ: qui uerò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. De utraq; uero, eodem loco dicit Euangelista: Sicut pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult, uiuificat. Qui ergo credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet, hoc est, si Ioan. 5.



CAP. XVIII.

DIxit ergo Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus: sed & nunc scio, quia quæcunq; poposceris à deo, dabit tibi deus. Dicit illi Iesus: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dicit ei Iesus: Ego sum resurrectio & uita: qui credit in me, etiã si mortuus fuerit, uiuet: & omnis qui uiuit, & credit in me, non morietur in æternũ. Credis hoc? Ait illi: Vtiq; domine. Ego credidi, quia tu es Christus filius dei uiui, qui in hũc mundũ uenisti.) Credebat quidem Martha in Christũ, sed nõ omnino ut oportebat: Nondum enim cognoscere uidebatur, quia deus erat: & ideò dicebat, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus: quasi diffidens, quoniam etiam absens si uellet, posset prohibere mortẽ fratris sui. In petitione uerò sua ualde moderatis utitur uerbis, quæ tam acerbè dolet interitum fratris. Non enim dixit, rogo te ut suscites eum: sed suum animum temperando, duntaxat proponit, scio quia quæcunq; poposceris à deo, dabit tibi deus. Tanquam diceret: Certa quidem sum, quia potes, scio potentiam in te esse indeficiẽtem: sed si uis, facis. Non ergo præsumo à te petere ut facias, quia nescio si uelis. At cum resurrecturum fratrem illius credere, quod resurrecturus sit in consummatione seculi: sed aliam à Christo fratris resuscitationem, & præsentaneam quidem, & absq; dilatione, sese expetere subinsinuat. Dominus quidẽ in præsenti fratris resurrectionem promittebat: sed Martha de ea resurrectione, qua omnes homines resurrecturi sunt, eum dixisse putabat. Viderat certe ipsa dominum mortuos suscitasse: sed tantum id erat, quantum nec ipsa fides ausa est tentare, aut expressius efflagitare. De illa itaq; resurrectione, secura erat: de hac autem, incerta manebat. Dominus uerò uim suam uiuificam & resuscitatiuã enucleatius ex, pmẽs, dixit: Ego sum resurrectio et uita. ac si diceret: Quare dubitas nũc fratrem posse resurgere, quum ego qui sum resurrectio & uita, illum resurrecturum promittam? Per quem resurget, quando resurrecturi sunt & cæteri homines, per eum potest & modò resurgere. Ipse ergo est resurrectio & uita: quia per eum etiam resurgimus à peccato, ut uiuamus iusticiæ, per eundem etiam resurrecturi sumus in consummatione seculi ad uitam immortalem, & perpetuò cum eo uicturi. De priori quidem resurrectione ante dictum est: Amen amen dico uobis, uenit hora & nunc est, quãdo mortui audient uocem filij dei, & qui audierint, uiuent. De altera uerò, eodem loco dicitur: Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient uocem filij dei: & procedent qui bona fecerũt, in resurrectionem uitæ: qui uerò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. De utraq; uero, eodem loco dicit Euangelista: Sicut pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult, uiuificat. Qui ergo credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet, hoc est, si mortuus fuerit in carne, uiuet in spiritu: nõ enim est deus mortuorum, sed uiuentium spiritu, quan Matth. 22.
doquidem de morte corporis hic loquatur. Quicunq; enim in Christũ credit, & secundum fidem uiuit, etiam si carne moriatur, uniuersale cunctorum hominum debitũ persoluendo, uiuit tamen in anima, Christo (qui uita est animæ) inhærendo. Et omnis, inquit, qui uiuit (subaudiatur in carne) & credit in me, & si mortuus fuerit ad tempus morte corporis, non morietur in æternum, propter uitam spiritus, & ipsam immortalitatem resurrectionis. Demum Christus cõfessionem fidei eius requirit, interrogans, credis hoc? Sciebat quidem hoc, quem nil latere potest, quod crederet: sed confessionem qua saluaretur, quærebat. Corde enim creditur ad iusticiam, ore autem cõ- Rom. 10.
fessio fit ad salutem. Cum ergo Martha credidit eum esse filiũ dei, credidit eundem esse uitã & resurrectionem: quodq; omnis qui in eum credide rit, in æternum non morietur. Nam supra dominus utrum hoc crederet, interrogauerat. Porrò in ipso Marthæ occursu, & uerbis supradictis, magna animi eius constantia & prudentia nobis insinuatur. Viso enim Christo, non statim in planctus & lamentationes prorupit effusas, ut plerunque contingere solet, cum mœrore aliquo affecti; uel orbitate perculsi, à notis uisitantur. ubi enim primum eos conspiciunt, erumpere cõsueti sunt, in uberiores lachrymas: sed continuò ipsa magistrũ ueneratur & credit, licet non usq; adeò perfecte, ut decuit. Nondum enim norat (ut eius uerba monstrant) quod deus esset, cum dicit: Si fuisses hic, frater meus nõ fuisset mortuus: quasi presens eum potuisset à morte imminenti liberare, absens uerò illud præstare nõ quiuisset: cũ tamen diuina uirtus nullo circũscribatur loco, nullo limite clausa datur, omni efficax, in cuncta etiã corpore distantia, & præsens uniuersis. Persimilis certè fuit fides reguli, qui à domino petiturus filij sui salutẽ, rogauit eũ ut ueniret accederetq; filiũ eius, manum illi imponeret & sanaretur. Domine, inquit, descende, anteq; moriatur filius meus. & idcircò de imbecillitate fidei à domino redarguitur. At multò solidior erat, & firmior fides Centurionis, pro puero suo dominum rogantis, cum ait: Domine non Matth. 8.
sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dic uerbo, & sanabitur puer meus. Propterea ab ipso Christo mirificè fides eius est cõmendata, ut apud Matthæũ legimus. Videtur & ipsa Martha ex suis uerbis & id ignorasse, quod propria uirtute & autoritate Christus miracula facere posset, & quod ad ea faciẽda diuinã opem, more aliorum hominũ implorare deberet, cũ subiunxit: Sed & nunc scio, quia quæcunq; poposceris à deo, dabit tibi deus. ac si de bono quodam ac probato uiro loqueretur, atq; suggereret illi, qd quic quid à deo petiturus esset, facile idipsum impetraret: quasi oratione opus illi foret ad deũ, qua obtineret signorũ uirtutẽ ac efficaciam. Dominus autem humanæ fragilitatis cõscius, & nostrã cognoscẽs imperfectionẽ, nõ redarguit hãc sibi dilectã

hospitam

Universidad de Deusto
Biblioteca



hospitam de fidei suæ infirmitate: sed sua responsione tollit hanc debilitatẽ, & consolidat dubiamentem. Cum enim dicit illi, resurget frater tuus: hoc uerbo se uerum ostendit deum, potestatemq; se habere innuit, non solum fratrem absentem, si uoluisset, conseruandi á morte, sed & ipsum iam mortuum ad uitam resuscitandi: quod longe amplius est, et omnem creatã excedit uirtutẽ. Cum uerò subiícit, Ego sum resurrectio & uita: secundam ipsius Marthæ confutat opinionem, cõtestaturq; se propria uirtute atq; autoritate, non precario accepta, nec aliunde sumpto præsidio ad restituendã hominibus uitã niti. Et hac manuductione, corroborationeq; imbecillioris fidei, ex Christi uerbis accepta, ipsa in tantũ prouecta est fidei profectum, ut demũ professa sit et ipsum esse Christum, & Dei filium: quare & uerum deum, qui in hunc mundum uenerit ad saluandum genus humanum, secundum patris beneplacitum.

CAP. XIX.

ET cum hæc dixisset, abijt & uocauit Mariam sororem suã silentio, dicens: Magister adest & uocat te. Illa ut audiuit, surrexit cito, & uenit ad eum. Nondum enim uenerat Iesus in castellũ, sed erat adhuc in illo loco, ubi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam: cum uidissent Mariam, quia citò surrexit & exijt, secuti sunt eam, dicentes: quia uadit ad monumentum ut ploret ibi.) Martha ex præsentia Christi, & spe futuri boni, quod illi usquequaq; denegatum non fuerat, aliquanta consolatione accepta, noluit ipsius medici & optimi consolatoris presentiam sororem suam latere: sed eã huius boni participem efficere studuit, demissaq; uoce eam uocauit, ut Iudei ipsam ignorarent uocatã esse á Christo, & sola soror id sciret. Quia si audissent Iudæi eam uocatam fuisse á Iesu, non ipsam forte sequerentur, & ita non uiderent miraculum. Sed quia putauerũt eam ad sepulchrum fratris ituram, ponè secuti sunt. Proinde igitur illa occultè sororem uocat. Nempe si sciuissent Iudæi Christum aduenisse, ex maleuolentia recessissent illico, & nõ fuissent testes miraculi. Silentium autem hic Euãgelista suppressam uocem & submissam nuncupauit: nam quomodo omnino siluit, cũ dixerit sorori, magister adest & uocat te? Omnibus uerò assidentibus, Maria lugens & plangens, non expectauit ad se uenire magistrum, neque ob assistentes cunctata est, neq; á luctu graui illic detenta: sed surgens confestim se illi obuiam tulit, cuius tanto pere præsentiam expetiuerat, cuius tanto tenebatur amore. Quod autem tunc nondum Dominus in castellum uenerat, non abre Euangelista commemorat: ut significet dominum maturiore gressu aduenisse, & uacantius lentiusq; iuisse, ne uideatur inijcere seipsum miraculo, sed rogari ab alijs. Putantes autem Iudæi, qui ad ipsam consolandam conuenerant, quod ad fratris tumulum properaret lachrymis solatium quæsitura, & suo dolori fletibus satisfactura, secuti sunt eam, diuina id agente prouidentia: ut plures tam pręclarũ miraculum quatriduani mortui ad uitam reuocati cernerent, & sic in Christũ crederent.

CAP. XX.

MAria ergo cũ uenisset ubi erat Iesus, uidens eum, cecidit ad pedes eius, & dixit ei: Domine, si fuisses hic, nõ esset mortuus frater meus. Iesus ergo ut uidit eam plorantem, & Iudæos qui uenerant cum ea plorantes: infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit: Vbi posuistis eum? Dicunt ei: Domine, ueni & uide. & lachrymatus est Iesus.) Maria hic feruentior sorore sua describitur. Non enim turbam erubuit, nec suspicionem timuit, quam de Christo Iudæi habebant, cum aliqui inimicorum Christi interessent: sed omnia contempsit humana præsente magistro, & soli se dabat ei, qui ad magistrum spectabat, honorem. Maiorem itidem reuerentiã Christo quàm Martha (quantum litera deprimit) exhibuit: nam procidit ad pedes domini: quod soror eius non legitur factitasse. Tamen etiam diminutam, infirmam, & non omnino plenam uisa est fidem habuisse de domino, sicut & soror: cum non solidè credíderit Dominum uirtute sua diuina præseruare potuisse Lazarum à morte, ubi corpore fuit absens, quàm cum fuisset præsens. Verba tamen eius magnum exprimunt amoris sui affectum, ac si quæratur, dicens: Dum nobiscum præsens fuisti, non mors, non infirmitas aliqua nobis appropinquare ausa fuit, apud quos uitam hospitari nouerat: at ubi absciscisti, affuit mors quæ fratrem nostrum acerbo funere rapuit. Quod si tu affuisses, amicus tuus Lazarus mori non potuisset. Cæterùm Mariæ loquenti, nihil Christus loquitur, neq; ea dicit quæ sorori dixerat (turba enim aderat multa, & non erat tẽpus illorũ uerborum) sed condescendit & humiliatur humanam naturam denudans. Quia enim miraculum magnum erat futurum, & multos per id lucraturus, sua condescensione attrahit testes, & humanam monstrat naturã, infremendo & seipsum turbando. Porrò fremitus iste in Christo processit ex eius indignatione contra diabolum, cuius inuidia & suggestione mors intrauerat in orbem terrarum: quem breui erat debellaturus, & aculeum mortis sua morte destructurus. Infremuit igitur, quasi minas satanæ & morti intentans, quæ & ipsum Lazarum strauerat. Turbatus autem semetipsum, non infirmitate, sed potestate: quia nullus alius poterat eum conturbare. Turbatus est, quia ipse uoluit: esuriuit, quia uoluit. In illius enim potestate erat sic uel sic affici, sicut mortuus est quia uoluit, quia mortẽ ipse ad se uenire permisit. Huiusmodi autem innocuis passionibus sponte sua assumptis, ut turbatione, tristicia, pauore, horrore, interdum moueri uoluit, & humanam in se cõditionem, quod suum erat prosequi, quo se ostenderet non solũ humanã carnem uere assumpsisse, sed & humanæ naturæ proprietates naturales omnes, ex quibus nõ apparẽs aut phãtastica in eo carnis assumptio, sed uera esse prorsus cõprobet.

Deinde



Deinde inquirit ubi nam positus sit Lazarus, nõ quia ignoraret locum sepulturæ eius. Qui enim absens sciuit mortuũ, scit & ubi sit sepultus: neq; ignorabat ubi positus esset, quem resuscitare uolebat: sed quia non uult ipse se inijcere ad faciendum miraculum, quin potius omnia ab alijs discere, & rogatus facere, atq; edoctus de ijs quę in absentia sua sunt facta, ut ab omni suspicione eripiat signum. Vt igitur designet ipsum Lazarum sicut se absente mortuum, ita & in terra cõditum fuisse, locũ sepulturæ eius ab alijs scisciatur. Demum & lachrymatus est dominus, quia fons pietatis erat: sed illæ lachrymæ inexplicabile gaudiũ erant parituræ. Flebat enim eũ dominus pro parte humanitatis, quem resuscitaturus erat per potentiam diuinitatis. Erudijt etiam nos Dominus suis lachrymis, quonam modo charos nostros uita defunctos, moderatis & lege rationis temperatis lachrymis flere debeamus. Nam ex toto nec compati, nec mœrere, ferinum est et durũ: horum uerò exuberantia, muliebre. Quod & Ecclesiasticus nos admonet dicens: Supra mortuum plora, defecit enim lux eius. Modicum plora supra mortuum, quoniam requieuit: luctus mortui, septẽ dies. Et idem alio loco. Fili, in mortuũ produc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare. Vnde id scriptura diligenter annotatũ reliquit, quod postquã Aaron mortuus est in supercilio montis Hor, omnis multitudo populi Israel uidens occubuisse Aaron, fleuit super eo triginta diebus per cunctas familias suas. Cum etiam mortuus esset Moyses in campestribus Moab, fleuerunt eũ filij Israel triginta diebus. Deniq; cũ uitæ suæ cursum expleuisset Iudith spectatissima uidua, animosa Holofernis obtruncatrix, luxit illam omnis populus diebus septem. Verũ debet huiusmodi luctus moderatus esse, & recta rationis lege temperatus, nec uehemẽter æquo, ne in nobis argumentum esse uideatur infidelitatis, aut incredulitatis de immortalitate animæ, aut futura carnis resurrectione. Quum enim graui cõtabescimus luctu, ob ademptum morte nobis amicum, & solis indulgemus lachrymis, indolere uidemur aut animam eius simul interijsse cum corpore, nec post dissolutionem carnis manere superstitem, aut ipsam nunq; iterum coniungendam corpori in cõsummatione seculi: proinde tanq; perpetuam nostri ab amico dissiparationem deploramus, quasi eum deinceps nunq; uisuri. Sed impiam hanc cogitationẽ cõpescuit beatus Paulus, ita ad Thessalonicenses scribens: Nolumus uos ignorare de dormientibus, ut non contristemini, sicut & cæteri qui spem nõ habent. Præterea quomodo sincero animi affectu oramus deũ quotidie, Fiat uolũtas tua sicut in cœlo & in terra: si tractis eximo pectore suspirijs & largo lachrymarum flumine deplangimus amicum nobis ereptũ? Nónne deó contradicere quodammodo censẽbimur, & ínati, quasi corde illi obluctantes & aduersi? Quare formidandum omnino, ne diuinam cõtra nos

Ecclesiast. 22.

Ecclesiast. 38.

Num. 20.

Deut. 34.

Iudith 17.

1. Thess. 4.

Matth. 26.

irã prouocemus, adeò obnixe id refutãtes, quod ipse qui uitæ & mortis habet imperium, faciundũ constituit. Insuper non est uiri prudentis & maturi opus, assiduo luctu eum deplorare, qui lachrymis ad uitam reuocari non potest, nec fletibus sepulchro eruí: id siquidem uano est labore cõsumi ad id, quod recuperari non potest, nec emendari. Quod apud se prudenter attendens Dauid, cùm reciisset filium suum mortuum, pro quo adhuc uiuente, ieiunio & fletu grauiter se afflictauerat, depositò luctu iussit cibum sibi apponi, & epulatus est. Admirantibusq; rem ipsam seruis suis respondit: Propter infantem dum adhuc uiueret, ieiunaui & fleui. Dicebam enim: Quis scit, si forte donet eũ mihi dominus, & uiuat infans? Nunc autem quia mortuus est, quare ieiunem? Nunquid potero reuocare eum amplius? Ego uadam magis ad eum, ille uerò non reuertetur ad me. Hanc eximij regis Dauid prudentiam nobis imitandã proponere debemus, & luctum ipsum mediocritate definire.

2. Reg. 12.

CAP. XXI.

DIxerũt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum? Quidam autem ex ipsis dixerunt: Nõ poterat hic qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic non moreretur? Iesus ergo rursum fremens in semetipso, uenit ad monumẽtum. Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha, soror eius qui mortuus fuerat: Domine, iam fœtet, quatriduanus est enim. Dixit ei Iesus: Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, uidebis gloriam dei? Tulerunt ergo lapidem.) Consuetudo est hominibus mortuos lugere, quos prius charos habebant & amore coniunctos. Secundum hanc consuetudinẽ Iudæi dominum flere putabant, dicentes: Ecce quomodo amabat eum? Quum tamen potius humanam dominus miseriam deplorabat, duræ mortis seruituti subiectam: & tristem Lazari deflebat sortem, ad hanc uitam mortalem plenam miserię, & dolorum reuocandi. Alij autem Christo æmuli & inimici, ad detrahendũ & obloquendũ omnipotenti uirtuti ipsius illico cõuersi sunt: & ex quibus oportebat admirari eius uirtutẽ, ex his ei obtrectant, scilicet ex illuminatione cæci nati. Asserunt emi impotentiæ Christi, quod Lazarus mortuus fuerit, quasi eum non ualuerit à morte præseruare, cum hoc quidem potuerit Dominus: sed permisit ut Lazarus moreretur, quatenus maiore miraculo susciteretur. Quemadmodũ domino in crucẽ acto blasphemantes dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluũ facere. Si est filius dei, nunc descendat de cruce, & credemus in eũ. Sanè imbecillitati id adscribebant, quod seipsum non saluũ faceret, aut de cruce non descenderet, quũ idipsum potuisset quidẽ efficere, qui tertio die deuicta morte rediuiuus surrexit: sed nostræ redemptioni illud nequaquam expediuisset. Itaq; utrunq; horũ, & quod Lazarũ mori sit passus, & ipse in cruce permanserit, admirandæ eius quidẽtiæ, & diuinæ dispẽsationi est attribuendũ,

qua

Universidad de Deusto
Biblioteca



Qua illud effecit quod nostræ saluti conducentius erat, & utilius. In hoc etiam ostendunt hi obtrectatores se animi iudicio esse corruptos, quia nondum Christo aduenientead monumentum præassumunt accusationes, non expectantes rei finẽ, qui longe mirabilior est, quàm hominis ægroti à morte præseruatio. Maius enim est, mortuũ quatriduanum resuscitare, quàm languentem ne moriatur conseruare: qui ergo illud potuit, cur hoc non poterit? Fremuit aũt rursum Iesus in semetipso, indignationem animæ hoc secundo fremitu exprimens in Iudæorũ maleuolentiam & improbitatem, qui non desistebant assidue calumniari opera eius, et canino ea dente rodere ac mordere. Non tamen credat quispiam, hunc Christi fremitum, aut aliam quamuis passionem in ipso cum animi præcipitatione, aut effreni impetu fuisse, sed cum summa tranquillitate, et placida animi, recta ratione semper directi moderatione: fuit enim in eo uirium omniũ ordinatissima ratio. Neq; sicut in nobis passiones illæ præuenerunt in Christo suo motu rationẽ, aut eam anticiparũt, sed consequutæ sunt ipsam, & excitatæ à uolũtate & ratione. Proinde quando & quomodo uoluit, illis affectus est. Sane studiose Euangelista frequenter commemorat, quod infremuit, quod lachrymatus est: ut planius discas & apertius quod uere nostram induit naturam. Quia enim hic magis alijs Euãgelistis magna de eo loquitur, etiam in rebus corporalibus humiliora de eo dicit. Demum ut patentior oculis, & magis conspicua esset resuscitatio mortui, iussit Dominus lapidem tolli. Sed quare (dicet quispiam) non lapide iacente resuscitauit eũ? nonne poterat qui corpus mouit mortuum uoce, etiam multo magis lapidem mouere? Non autem hoc fecit, ut eos testes faciat miraculi, ut non dicant quod in cæco dixerant, Nõ est hic.
Ioan.9. Manus enim & accessus ad monumentum testabantur quod ipse est. Amotionem uerò lapidis Martha prohibere uoluit, dicens: Domine iam fœtet, quatriduanus est enim. Quod quidẽ quasi diffidẽs dicit, ueluti impossibile credẽs posse fratrem resuscitari ob dierũ diuturnitatem: aut ipsi Domino ex syncero animi affectu timebat, ne amoto lapide, graui cadauerís odore offenderet: idcirco lapide in suo loco dimisso, fratrẽ potius suscitari petebat, ne tetro sepulti odore astantes læderentur. Sed dominus eã, quasi oblitã eorũ quæ paulo antè ab eo audiuerat, quod resurrectio sit & uita, in fide corroborat: illa ad memoriã reuocãs & si firma crudelitas asit, eã dei gloriã insigni huius miraculi nouitate cõspecturã promittens.

CAP. XXII.

IEsus autem eleuatis sursum oculis dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autẽ sciebam, quia semper me audis: sed propter populum qui circunstat dixi, ut credant quia tu me misisti. Hæc cum dixisset, uoce magna clamauit: Lazare, ueni foras.) Oraturus Dominus noster eleuauit sursum oculos, quoniam intelligentiam humanam erexit, adducens illam per orationem ad excelsum patrem: & nos quoq; quum orare uolumus, mentem ad cœlum erigere debere docẽs. Necesse est igitur uolentem ad exemplar orationis Christi orare, eleuare oculos cordis sursum, ac erigere illos à rerum mundanarum cura, cogitatione que & uolutatione nimia. Et his quidem uerbis nihil aliud Christus, quàm gloriam dei patris, in hoc, ut in alijs operibus, requirebat. Nam quia per humanitatem minor erat patre, ab illo Lazari quærebat resuscitationem, atque ab eo se exauditum dicebat: & hoc propter circunstantem turbam, ut eum uel sic crederent Dei filium, & ab eo missum. Itaque in primis gratias agit de præteritis, quod eum audiuerit pater: erudiens nos & de acceptis à deo beneficijs enixè gratias agere debere, ut ad maiora postmodũ suscipienda beneficia efficiamur idonei. Sed quomodo (dicet quispiam) se semper à patre auditum hic perhibet dominus, qui in horto orauit calicẽ passionis à se transferri, & tamen non est exauditus? & in Psalmo ad patrem uerba faciens dicit: Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: nocte, & non ad insipientiam mihi. Cui reddenda est responsio, in ijs quæ absoluta uoluntate & simplici citra annexam conditionem uoluit Christus, & petiuit, semper ipsum esse exauditum: quandoquidem ea semper diuinæ uoluntati fuit concors ac conformis. Ego, inquit, quæ placita sunt ei, facio semper. Et si oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum: quanto magis in preces Christi, qui summa est iusticia? Et de huiusce generis petitionibus, hic uerba facit Christus. In ijs uerò quæ non absolutè nec simpliciter, sed annexa tantũ conditione Christus orauit, non est semper exauditus: ut cum calicem à se transferri postulauit, annectens: Non tamẽ sicut ego uolo, sed sicut tu uis. Et rursum: Veruntamen non mea uoluntas, sed tua fiat. Siquidem orationem illam in horto effudit Christus, non ut translationem calicis à se fieri impetraret, sed ut se uerũ esse hominem ostenderet, ipsius mortis deprecatione atq; recusatione: ut etiam uoluntatem nostram edoceret diuinæ uoluntati subijciendam, atque in cunctis operibus nostris conformandam. Et de his secũdi generis petitionibus intelligitur illud Psalmi uerbum, quo Christus se à patre non esse exaudiendum dicit. Veruntamen nulla est loci illius, ab hoc quod nunc proponitur Christi dicto discrepantia. Deinde quod oratione non indigeat, ipse nobis demõstrat. Ad hoc, inquit, quod fiat uoluntas mea, non egeo oratione, qua tibi quicquam suadeam (una est enim nostra uoluntas) sed orationem tamen nunc effundo ad salutem populi circunstantis, ut ex ea cognoscat me tibi nequaquam esse contrarium, aut repugnantem, quemadmodum uulgo dicunt Iudæi: sed omnino tibi consentientẽ, & tuo beneplacito humanæ carnis substantia indutũ. Quũ itaq; domino non proficeret deprecationis sermo, ad profectum tamen nostræ fidei loquebatur. Non inops ergo auxilij est, sed nos sumus inopes doctrinæ.

Non



Non precib. eguit, sed nobis orauit ne filius ignoraretur. Alta uerò saluatoris uox, quę Lazarũ suscitauit, in dicium est magnę tubæ, quæ personabit in communi resurrectione. Altius etiã clamauit, ut gẽtiliũ ora refrenet, fabulantiũ in tumulis esse animas defunctorũ: nã quasi foris manentem, eam aduocat per clamorẽ. Quũ autem clamaturus esset Dominus, iam inferi turbabantur, iam sub pedibus dñi reseratus patuit infernus. Omnes mortui expectabãt nomina sua uocari. Vno deniq; nominatim uocato, cæteri intercepti sunt. Ideo Lazari dicit nomen, ne oẽs mortui cogerentur exire. Demũ non dixit dominus, surge tu: sed ueni foras: ut uiuẽti loquẽs ei qui mortuus fuerat, non tanquam mortuũ, sed tanquã sanum, tanquã uiuum, tanquam audire paratũ, de
Luc.20. sepulchro uocans: quoniam Christo uiuunt omnia. Neq; item dixit Dominus, In nomine patris mei ueni foras: aut resuscita eum pater. Sed hæc omnia dimittẽs, postquã orantis formã accepe-
rat, per res autoritatem ostẽdit: quoniam & hoc sapientiæ sunę est, per uerba quidem cõdescensionem, per res uerò ostendere potestatem.

CAP. XXIII.

ET statim prodijt qui fuerat mortuus, ligatꝰ manus & pedes institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus: Soluite eũ, & sinite abire. Multi ergo ex Iudęis qui uenerãt ad Mariam & Martham, & uiderãt quæ fecit Iesus, credidẽrũt in eũ.) Sicut uniuersalis resurrectio mor-
1.Cor.15. tuorum in ictu oculi complebitur, dicente Apostolo: In momẽtò, in ictu oculi, in nouissima tuba, sic & hæc resurrectio singularis facta est: nam statim prodijt, & incunctanter qui fuerat mortuus, absq; tardatione & mora. exijt autem ligatus, ut nõ putaretur esse phãtasma. Sed & hoc quod exibat ligatus, non uidebatur minus esse miraculum, quàm eum resuscitare. Iussit aũt Dominus eum solui, ut uidelicet tangentes & ei appropinquantes uideant, quia uere est ille. Demũ iussit quod sinerent eum abire, propter humilitatẽ: nõ enim ducit eum, neq; iubet secum ambulare, ad sui demonstrationẽ: exẽplum nobis relinquẽs, quod ex bonis operib. non debemus nostrã gloPsal.113. riam quærere, aut ostentationem: sed solum Dei honorem, & cum propheta orare: Nõ nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Deniq; quis fructus ex hoc miraculo puenerit, cõmemorat Euãgelista, dicens multos Iudæorum, qui tum presentes erãt, hoc uiso signo credidisse in Christum. Quo quidem uerbo subostẽdit, & quosdam ibidem affuisse, qui tãto conspecto miraculo nõ crediderunt, propter duritiam cordis eorum. Verum hæc quæ literã euangelij concernunt iam expositam, missa facientes, ad allegoricam sententiã, Lazari mortem, sepulturam & resuscitationem accommodare satagamus. Quam quam enim secundum Euangelistæ historiam re
suscitatum Lazarum plena fide teneamus, id tamen in allegoria aliquid aliud significare nõ est
hæsitandũ: neq; enim quum res factæ per allego-

riam exponuntur, gestę rẽi fidem amittunt. Itaq; per Lazarum mortuũ intelligitur peccator, per iniquitatẽ à Deo, qui sons est uitę, dissęparatus. Quid Lazari quatriduani resuscitatio mystice dęst gnet. Omnis enim qui peccat, morit, ut dominus per Ezechielẽ dicit: Anima quę peccauerit, ipsa morietur. Et Sapiens: Homo per malitiã occidit animã suam, de quibus quidem mortuis loquitur Matth.8. Dominus in euangelio: Sinite mortuos sepelire mortuos suos. Sepulchro uerò conditus dicitur peccator, quum ingenti mole, & pondere malæ consuetudinis obrutus est, & faciẽdo quod malum est, etiã se mala cõsuetudine implicat: adeò ut ipsa mali consuetudo nõ permittat eum intelligere malum esse quod facit: & nonnunquã defendit malum quod agit, & deniq; irascitur quũ
B reprehenditur. De tali dicit Sapiens: Impius cũ Proverb.18. in profundum malorum uenerit, contemnet. Et Esaias: Væ illis qui dicunt malum bonũ, & bonum malum, ponẽtes tenebras lucem, & lucem Esa.5. tenebras. Rursum de eodem Sapiens: Nõ amat Proverb.15. pestilens eum qui se corripit. Peccator uerò qui iam mala peccãdi consuetudine & desperatione sepultus est, quatuor habet dies in monumento sui peccati, & sepulchro quo obrutus iacet: quia ad consuetudinẽ peccati, quadruplici quodam progressu peruenit. Primo enim est titillatio in
C corde & cogitatio annexa delectationi cum mora: & hic primus est dies mortis. Secũdo consensus est cordis in opus prauum, & hic secũdus est dies interitus. Tertio factũ & operis prauiperpetratio, & hic tertius est dies sepulturæ. Quarto uerò consuetudo est, & ex frequentia mali contracta assuefactio, & hic quartꝰ est dies. Nempe quidam quum illicita cogitatione pulsantur, ita eam à corde repellũt, ut penitus nulla mala delectatione moueantur: & hi nullam inde peccati contrahunt labem, neq; interitum animæ sustinent: sed materiã potius exercendę uirtutis eam sibi faciunt, atq; tentatione superiores euadunt. Quosdam delectant quædam mala cũ immoratione, & affixione animi ad ea, sed non adducuntur ut consentiant in opus. Accedit deinde consensus, & sic in opus erumpitur. Iam factũ in cõsuetudinẽ uertitur, & impletur illud mortis quatriduum, & quasi quædam fit desperatio, ut dicaD tur: Iam fœtet, quatriduanus enim est. Bene aũt de illo qui peccare cõsueuerat, dicitur, fœtet. Incipit enim habere pessimã famam tanquã odorẽ teterrimũ, & malitiæ suæ exempla ut grauissimũ halitum transmittit in alios, quibus eos inficiat, corrũpat & perdat. Lapis illi superpositus quũ in uitiorum suorum tumulo putidus iacet, obdurationem animi designat ex consuetudine peccandi inductam, qua deo & monitis hominum resistit, ne ex inueterato suo malo resipiscat, & redeat ad uitam, de quo dicit Sapiẽs: Cor durũ ma- Eccl.3.
le habebit in die nouissimo. Et Psalmꝰ: Hodie si Psal.94.
uocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Deinde facies illius peccatoris mole cõsuetudinis oppressi, sudario est ligata: ga mens eius tenebris est obnubilata & offuscata, ne percur-

r lum

Universidad de Deusto
Biblioteca



dum uideat in quo uersatur, aut malum quo gra-
uatur. Quemadmodum Sapiẽs de talibus dicit:
Sap.2 Excęcauit eos malicia eorũ. Demum huiusmodi
peccator ligatꝰ est in stitijs & uinculis: quia cõsue
tudine peccandi, tanquã grauibus catenis est cõ
strictus, & usq; adeo irretitus, ut nõ possit quo-
Prouerb.5. quo pacto sese explicare. Nempe dicit Sapiens:
Funibus peccatorum suorum constringitur pec
Psal.118. cator. Et prophera: Funes peccatorũ circũplexi
sunt me. Hãc sanè catenam abiũciendã esse mo-
Esa.58. net Esaias, dicẽs: Si abstuleris de medio tui cate-
nam, & desieris extendere digitũ, & loqui quod
non prodest. Ad hunc autem peccatorẽ suscitan
dum, duæ deuotæ sorores dominum obnixe de-
bent precari, id est, ecclesiæ preces assidue fieri
pro cõuersiõe malorũ, ut eos dignẽ lumine gra B
tiæ suæ illustrare, & dextera uirtutis suæ erigere.
Præcepit enim beatus Iacobus: Orate pro inuicẽ
Iacob 5. ut saluemini. Et domin⁹ animarum deuotarum
(quæ ut sorores lugẽt casum obdurati peccato-
ris) aut ecclesię precib. inflexus, uisitat eũ tãdem
benignitate suę misericordię, & uisitãs infremit,
lachrymatur, & turbat seipsum: quia difficile re-
surgit à peccati morte, quem moles prauæ cõsue
tudinis premit. Scisciatur etiã de illo dominus,
ubi posuistis eum: ut ostẽderet solũ ea se cogno-
scere, quæ sancta & sancta sunt. Peccatorem uerò
ignorat, quia reprobat. Vnde Adæ post pecca-
Gen.3. tum dicitur: Vbi es? Et reprobis in iudicio dictu
Matth.7. rus est: Nescio uos unde sitis. Quid est autem di
cere, nescio uos, nisi uos in luce iusticię nõ agno C
sco? Ad petitionem denique sororum uenit Iesus
& uidet, id est miseretur peccatoris. Videre nan
que eis, est misereri. Vnde orat Propheta in psal-
Psal.24. mo: Vide humilitatem meam & laborem meũ,
& dimitte uniuersa delicta mea. Demũ uoce ma
gna & alta dominus in huiusmodi peccatoris re
suscitatione utitur: ad magnam enim uocem do
mini surgit mortuus, quando magna Dei gratia
resipiscit peccator. Prodit de monumento, quan
do confitetur peccata sua: sed tamen adhuc liga
tus est, adhuc reus, suis uirib. absolui non potest.
Præcipit ergo D⁹ominus discipulis, ut eũ absol-
uant & abire sinant: quia ipsis & reliquis mini-
stris ecclesię successoribus eorum data est pote-
Ioan.20. stas dimittẽdi peccata. Ait enim: Quæcunq; sol D
ueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Si-
mul etiã cõmẽdata est hoc loco unitas Christi et
Ephes.5. ecclesiæ. Quia etenim Christꝰ caput est, & ecclesia
corpus eius. Christus suscitat, discipuli soluũt: ut
liquidò monstretur, neminẽ sine unitate fidei ca
tholicæ posse à peccatorum morte suscitari. Sed
ante prodijt rediuiuus Lazarus ex sepulchro, &
deinde ut solueretur à discipulis & sineretur abi
re à Domino iussum est: quia peccatorem etiam
consuetudine cõmittendi reatus grauatum, pri-
us dominus intrinsecꝰ per seipsum uiuificat, po-
stea uerò eundem per Sacerdotum ministerium
absoluit. Nullus quippe peccator absoluendus
est, antequam per dignam pœnitentiam correc-
tus, & intrinsecus appareat uiuificatus. Viui-

ficare autem interius peccatorem solius Dei mu Epł
nus est, qui per Prophetã dicit: Ego sum qui de-
leo iniquitates uestras. Et apud hũc Euangelistã Ioann
superius legimꝰ: Sicut pater suscitat mortuos &
uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Amẽ a-
men dico uobis, quia uenit hora & nunc est, quã
do omnes qui in monumentis sunt, audient uo-
cem filij Dei, & qui audierint uiuent: quod de ijs
quoq; qui sepulchris suorum peccatorum qua-
si mortui premuntur, & ad uitam gratiæ
per Christum reuocanturin-
telligi potest.

COMMENTARIORVM SVPER IOAN.
Liber octauus, per Iudocum Clichto-
ueum Cyrillo adiectus.
CAP. I.



Vidam autem ex ipsis abierũt
ad Phariseos, & dixerunt eis q̃
fecit Ieso. Collegerũt ergo pon
tifices & Pharisęi concilium, et
dicebant: Quid facimus? quia
hic hõ multa signa facit. Si di-
mittimus eũ sic, omnes credẽt
in eũ, & uenient Romani & tollẽt locũ nostrũ &
gentẽ.) Continet quid ambiguũ sermo præsens,
utrũ q̃ iuerũt ad Pharisæos fuerint ex illis multis
qui crediderãt, proponẽtes cõciliare Christo ho
stiliter se habentes ad ipsum, & pio studio Phari
sæos accesserint, ut & ipsi crederent: uel fuerint
alij à credẽtibus, irritare uolentes inuidum Pha-
risæorum zelũ in ipsum, accesserintq; gratia de-
ferendi, ut contra Christum acrius seuirent. Er ui
detur hoc secundũ magis Euangelista exprime-
re uelle: multos eẽ dixit fuisse, qui per hoc quod
uiderãt crediderunt, ueluti paucis existẽtibus a-
lijs: de quib. deinde subdit quod iuerint ad Pha-
risæos. Itaq; per istos qui annunciauerunt Phari
sæis hoc signum admirandũ, significantur non-
nulli, qui uidentes bona seruorum dei opera, illa
odijs insectantur & diffamare conantur, quæ ta-
men admirari, prædicare & imitari deberẽt: quo
quidẽ conatu, se uirtutis hostes & inimicos pro-
dunt, quam persequi pro uiribus & extinguere
student. Cæterũ his auditis, Pharisæi malitia sua
contenebrati, & quò se uerterent nesciẽtes (uide
bant enim se signorum euidentia & claritudine
superari) collegerunt concilijũ: non ut conuerte-
rentur et crederent, sed ut Christũ nefanda cõspi
ratione morti addicerẽt. Ineunt consiliũ, ut eum
perderent, non ut suæ saluti cõsulerent. Quid in
quiunt, faciemus? Miseri nõ dicebãt, credamus:
sed uelut exacuentes, & ad necẽ eius sese mutuò
adhortãtes, dicebãt: quid faciemus? quia hic ho
mo multa signa facit, hominẽ eũ adhuc per abie-
ctionem quandam uocant, qui tantã susceperãt
deitatis eius demonstrationem. Tamẽ, uelint no
lint, confitentur: quia ille quem quasi hominem
despiciebant, sicut deus signis & miraculis coru
scabat. Sed his uerbis latentẽ occultumq; animi
sui morbum quo uexabãtur detegebãt, liuorem
scilicet



scilicet atrum, quo gloriæ eius inuidebant. Nem A
pe ægro animo ferebant nomen Christi, & famã
indies magis ac magis increbrescere, quam ex-
tingui potiꝰ, ac deleri uoluissent, ut ipsi à populo
gloriam & nominis celebritatẽ amplius assequę
rentur. Idcirco in primis indignãtur quod tanta
faciat signa, per quæ splendor nominis eius clari
us eluceſcat. Hoc torquebat inuidum eorũ ani-
mũ, hoc male eos habebat, quod tot fulgeret mi
raculis, quib. splendor sui nominis magis ac ma
gis hominibus innotuit. Id solum in crimẽ addu
citur, quare captandum sit de morte eius cõsiliũ,
quia signa multa facit: & si hoc pacto dimittatur,
liberius agere quæ uoluerit sine cuiusquã obsta
culo, quod omnes credent in eum. O inuidiã, bo
nis semper operibus æmulam. O liuorem, nil nisi B
quod rectum & bonũ est, obliquo dente roden-
tem. Inuident soli, quod in plures suæ lucis distri
buit radios. Aemulãtur hominibus, quod à ueri
solis luce illustrentur, & ad fidem adducantur.
Quare? quia uellẽt suam doctrinam, & paternas
traditiones ab hominibus potius susciꝑi, atq; in
admiratione honoreq; haberi. Quicquid igitur
Christo credẽtium accesserit, sibi detractum pu-
tant: & tanto eorum gloriam magis labefactari,
quãto plures in Christum crediderint. Vides q̃d
id quam maxime timẽt ne omnes in Christũ cre-
dant, ne doctrina eorum neglecta pereat, & ipsi
tanquam inhonorati deserantur à populo, atque
in gloriꝰ degãt. Verum ut recta quadam ratione
uideantur moueri ad obsistẽdum Christi conati C
bus, dicunt Christum res nouas moliri uelle, re-
bellionem in Romanos excitare posse, & Iudęo
rum regnum sibi uendicare: ob quod, inquiunt,
imminet periculum loco & gẽti. Nam Romani
accepto nuncio, & cõperta rei fama, quod innoc-
uandis rebus ipse studuerit, & Iudęorum sibi uo
luerit usurpare imperium, collecto uenient exer
citu, & tollent locum nostrũ & gentem. His pro
fecto incommodis tempestiue, aiunt, occurren-
dum est, hic tantis malis mature est obuiandum,
dũ adhuc res in integro est. Sustollẽdus est e me
dio tanti autor incendij. Hoc quidẽ dicentes, po
pulum uolunt concutere, ut pericula subituru
hac occasione ex suspicione tyrannidis. quasi di-
cant: Si Romani uiderint eum turbas ducẽtem, D
suspicabuntur nos in tyrannidẽ uelle consurge-
re, & destruent nostram ciuitatem. Sed ficticia e-
rant & commentitia, quæ dicebantur. Quid eñ
dominus demõstrabat tale, unde huiusmodi de
eo posset haberi suspicio? an milites circumfere-
bãt, & equitaturas trahebat? nõne deserta per-
sequebatur? Sed ut non putentur ob passionem
suam inuidię, & prauum affectum hoc dicere, to
tam ciuitatem periclitari dicunt: & non modo ci
uitatem Hierusalem, sed & totam Iudęorũ gentẽ
periculo destructiõis subiectum iri dictitabant.
Quid enim aliud sibi his uerbis uolunt, quàm to
tum populum concitare, tanquam tyrannide pe
riclitaturum? Si uiderint, inquiunt, Romani tur
bam ipsum sequentem, sub tyrannide proprij q̃

regis principatu nos esse constitutos arbitrabun
tur, & diruẽt nostram ciuitatem ac populum. Et
quãnam gratia (dicant quæso) putabunt Roma-
ni Christum sibi Iudæorum regnum ac tyranni-
dem uendicare uellẽ? Nũquid seditionem doce-
bat Christus, aut discessionem à Romanis? Nun Ioan.6.
quid dissuadebat censum dari Cæsari, aut pendi Matth.8.
illi tributum? Nonne regem ipsum facere uolui
stis? & renuit. Nonne humilem & abiectam in
paupertate uixit uitam? Nonne & domo, & alijs
huiusmodi ad uitã necessarijs caruit? Hæc ergo
sine ratione ulla dicebant, sed inuidia tantum. E-
rant enim quæ faciebat Christus, minime formi-
danda, nec ullam tyrannidis suspicionem haben
tia. Qui enim ægrotos sanabat, qui optimam do
cebat uitã, qui principibus suis subditos parẽre
iubebat: non cõfirmabat, sed propulsabat tyran-
nidem. Illi sanè Pharisęi & Scribę seditionem do
cebant: dicentes populũ domini non debere per
soluere Romano principi: Christus uerò cõtrà,
seditionẽ dãnabat. Quid enim simile subosten-
debat, unde sumi posset argumentum affectatæ
ab ipso tyrannidis? Nũquid satellitibus armatis
stipabatur? Nunquid se muniebat armis aut pro
pugnaculis? Nũquid solitudines obsidebat, aut
dẽso militum agmine grassabatur in populum?
Sed ne affectu aliquo æmulationis hęc dicere ui
derentur pontifices & Pharisæi, in Christum, to-
tam periclitari ciuitatem, & se reipublicę consu-
lere, & de ultimo ipsorum periculo habẽdam ra-
tionem dicunt. Non Christi doctrina, conuersa-
tio in terris, miraculorum operatiõ, & credenti-
um in ipsum multitudo, uobis ô Iudæi captiuita
tis causa fuit: sed longe alia. Huius nanque capti 4.Reg.25.
uitatis à Romanis factæ, & ante, captiuitatis Ba- 1.Mach.1.
bylonicæ & Antiochenæ, quæ sub Antiocho fa
cta est, nõ fuit causa quod apud uos boni uiri di-
uersabantur, sed quod mali & iniusti, & Deum
prouocantes, inter uos habitabant: ob quorũ sce
lera uenit super uos Dei indignatio. Verũenim-
uerò inuidia nihil uidet, sed cæcat animam. Nõn
ne Iesus mansuetudinem docuit? Nonne alapis Matth.5.
cæsus non ulciscit? Nonne iniuria affectos tolera
re? Nonne ad perferendũ quàm ad inferendum
alijs malum, nos promptiores esse debere admo
nuit? hęc certe omnia non constituentis tyranni
dem, sed tollẽtis potius sunt opera atq; officia, et
ipsam penitus damnantis. Verum uide obsecro,
quàm inopes sint consilij, & quàm imprudenter
futura mentiantur & prospiciant. Proponunt ip
si, quod si Dominus sic dimitteretur, uenturi es-
sent Romani, & deleturi locum & gentem. Res
autem ipsa contrarium omnino, & oppositũ ha-
buit exitum. Nam quia non dimiserunt Domi-
num sic, sed tanquam malefactorem in crucem
crudeliter egerunt: uenerunt tandem Romani,
& sustulerunt locum & gentem. Nempe secun-
do & quadragesimo anno post eius passionem,
simulq; gloriosam ascẽsionẽ, uenientes Romani
sub Tito & Vespasiano principibus, locũ simul
regnum & gentem illis abstulerunt: illosq; tristi

Universidad de Deusto
Biblioteca



excidio, ferro, fame & captiuitate deleuerunt. Et A
qui in pascha Christi occiderāt, in eadē solennitate ab hostibus obsidione cincti sunt. Quicq; in-
iuria filij patrem offenderant, ipsi à patre & filio,
Matth.23. Vespasiano & Tito deleti sunt. Sicq; rei & miseri
ad æterna supplicia trāsierunt: iuxta quod domi-
nus alibi de eis dixerat: Ecce relinquetur domus
uestra deserta, & filij regni huius ejcientur in tene-
bras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentiū.

CAP. II.

VNus autem ex ipsis, Caiphas nomine, quū
esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos ne-
scitis quicquā, nec cogitatis, quia expedit uobis
ut unus moriatur homo pro populo, & non tota
gens pereat.) Quum cæteri Pharisæi quid faci-
undum esset hæsitarent, & suam sententiam in or- B
dine consilij proponerent: Caiphas cæteris impu-
dentius ac inuerecundius, & cum stomacho cla-
mauit, quasi insciti am & segniciem cæteris increpitans, quod non quid facto opus erat expedite
prospicerent, quemadmodum ipse usus est pro
spexisse. Cæterum suboritur hoc loco quæstio
non perfunctorie pretereunda, quomodo hic di-
catur Pontifex anni illius ipse Caiphas, quū do-
Exod.28. minus per legem præcepisset, ut unus duntaxat
esset summus Sacerdos, cui mortuo filius succe-
deret, & loco patris sacerdotium administraret.
Sed responsio adhibenda, quod eo tempore lex
illa Domini non obseruabatur apud eos, abro-
gata per ambitionem Iudæorum, & auaritiam
Romanorum, qui in annos singulos summū sa- C
cerdotium nūc pecunia uendirabant. Erat itaq;
illa tempestate pontificatus dūtaxat annuus, &
trāsacto anni curriculo uni succedebat alter, qui
pōtificalem dignitatem sibi pecunia comparas-
set. Nēpe de hoc Caiphā referunt probati histo-
rici, quod precio sibi unius anni sacerdotium re-
demerit ab Herode. Et hanc morum corrupte-
lam tum synagoge irrepsisse, haud difficile est ex
Macha.4. Machabęorum historia deprehendere, ubi non
nulli memorantur ad summum sacerdotium da-
ta grandi pecunia contendisse. Quum autem re-
fert Euangelista de Caipha, quod erat Pontifex
anni illius: magnitudinem impietatis, & grauita
tem sceleris eius perspicue demonstrat. Quia e-
nim cæteros dignitate pontificali prestabat & au-
toritate, debuisset maiori pietate & religione in
Deum effulgere, quo cæteris exemplo esset uir-
tutē colendi, & diuina mandata seruandi. Ipse ue
rò reliquis immanior, præcipitatior ad scelus, &
ad cædē paratior, alios quasi tardius agētes hor-
tatur ad facinus, dicens: Vos nescitis quicquam,
nec cogitatis, quia expedit unius hominis salutē
pro tota republica negligi: quando quidem bo-
num priuatum publico est posthabendum, &
commune bonum priuato atque particulari est
præferendum. Id autem praua dixit intentione:
uolens inducere totum illum consessum in eam
sententiam, quod expediret reipublicæ Iudæo-
rum Christo necem inferre: qua quidē illata, ro-
ta gēs à Romanorum timore aut incursu futura
esset libera, quasi si non occideretur ab eis Chri-
stus, immineret ipsis Iudæis excidium à Roma-
nis: si uerò occideretur, ut præconceperant, & a-
nimo secum constituerant, futura esset gens Iu-
dæorum libera ab interitu & exitio, quod à Ro-
manis impendere formidabāt. Verum longe se-
cus atq; cōsultauerant, res euenit. Nam ob mor-
tem Christo à Iudęis illatam, tota Iudæorum na-
tio miserabile passa est exterminiū, captiuitatē,
interitum & dispersionem. Quā eis prædixerat
dominus his uerbis: Et cadent in ore gladij, & ca- Luc.
ptiui ducentur in omnes gentes. Et cum super ci-
uitatē Hierusalem pijs obortis lachrymis fleret, Luc.
dixit: Quia circundabunt te inimici tui uallo, &
coangustabunt te undique, & ad terram proster-
nent te, & nō relinquent in te lapidem super lapi-
dem, eo quod non cognoueris tempus uisitatio
nis tuæ. Quæ omnia à domino prædicta, ipso rei
exitu iampridem comprobata sunt.

CAP. III.

HOc autem à semetipso non dixit: sed quum
esset Pontifex anni illius, prophetauit, quia
Iesus moriturus erat pro gente. Et non tantum
pro gente, sed ut filios Dei qui erāt dispersi, con-
gregaret in unum. Ab illo ergo die cogitauerūt,
ut interficerent eum.) In propositione Caiphæ,
superius posita, duplex continetur sensus: unus,
ipsius Caiphæ, qui modò explicatꝰ est, expedire
scilicet Christum mori per manus Iudæorum, ne
tota ipsorum gēs à Romanis pereat. Et hic fallus
est & impius, atque ex praua Caiphę intentione
emanans. nanq; ab ipso Caipha, non à spiritu san-
cto processit, qui nō potest adstipulari menda-
cio. Huius autē sententiæ oppositum, res ipsa (ut
iam dictum est) satis superq; comprobauit. Alter
uerò erat eiusdem propositionis sensus à spiritu
sancto intentus, expedire scilicet, unum Christū
mori pro populo totius mundi saluando, ut non
tota gens humani generis pereat interitu æterno
mortis. Et hunc neq; intellexit Caiphas, neq; in-
tendit. Suam tamen propositionem ita protulit,
ut posset & hunc spiritus sancti sensum apte atq;
accōmodate designare. Et huiusmodi expresio
propositionis atq; depromptio, quæ etiā senten-
tiæ ueritatis explicādæ erat adaptata: nō erat ab
ipso Caipha, sed à spiritu sancto, qui cor eius con-
taminatum non tetigit (nam prauum omnino e-
rat, neq; spiritus sancti sententiam capiebat) sed
lingua eius usus est ad ea uerba proferenda, quę
mortē Christi significarēt toti mūdo profuturā.
Tanta siquidem est spiritus sancti potētia, quod
à mala mente uerba prophetica, & admirationis
plena elicere potuerit. Quur autē ipse potius eę
alij prophetauerit, & uerba futurorū prenūcia di
xerit, assignat Euāgelista rationē, quia erat Pōti
fex anni illius. Magna plane est pōtificalis porcita
tis uirtus. Quū em Pontifex esset, licet indigne,
prophetauit: nescius tamen quid diceret, et os tan
tum gratia spiritus, non aūt scelestum cor attigit.
Idcirco nō simpliciter, sed quo ad hoc Prophęta
Caiphas dici posset, quum in altera prophetatis
dicatur, id



dicatur, id est uerbū protulisse propheticū: quan A
quam idipsum uerbū in prophetico sensu mini-
me intellexit. Non enim ad prophetæ rationē id
semper exigitur, & necessarium est, ut quę futura
Dan.10. denunciat, intelligat. Habuit enim Daniel com-
plures uisiones, & propheticas protulit denūcia
tiones, quas primo non intellexit, sed eorū intelli
gentiam postea ab angelo est edoctus, & tamen
prophetici nominis rationē simul & denomina-
tionē proinde nō deperdidit. Neq; idcirco quis
Rom.22. recte negauerit Caiphā fuisse hic prophetā, quia
prauus fuerit & iniquus. Nā & Balaam nepharis
erat, & tamen inter prophetas cōnumeratur. Et
Matth.7. dominus noster de extremi iudicij die loquēs, in
quit: Multi dicent mihi in illa die, Domine, nón
ne in nomine tuo prophetauimꝰ, & dæmonia e-
iecimus, & signa multa fecimus? & tunc confite
bor illis: quia nescio uos. Discedite á me omnes
operarij iniquitatis. Prophetauit aūt Caiphas in
prædicta sua propositiōe, quod dominus noster
moriturus erat pro gente Iudæorum, & non so-
lum pro illa, sed pro totius humani generis salu-
te: quatenus illos qui ante secula prædestinati e-
rant, ut essent filij Dei, in unū congregaret, & ex
credentibus Iudæis & gentibus unum gregem,
Ioan.10. & unum ouile perficeret: sicut dominus alibi di-
cit: Et alias oues habeo, quę non sunt ex hoc oui
li, & illas oportet me adducere, & uocem meam
audient, & fiet unum ouile & unus pastor. Non
enim tunc erant filij dei uel oues: sed ipse pro eis
patiēdo, eosq; precioso suo sanguine redimēdo
ex filijs diaboli fecit filios Dei, & ex nocentibus
lupis innocētes oues constituit. Quid demū ex
huiusmodi praua suggestione Caiphæ, & mali-
gna adhortatione sit consequutum, aperit Euan
gelista, dicēs: Ab illo ergo die cogitauerūt ut in-
terficerent eum. Non quod & antea iā id non co
gitassent, quum superius in eius necē conspiras-
se, & eum comprehendere sępius uoluisse legan
tur. Sed quia nūc firmiter & fixo animo se scelere
perficiēdæ, mortis eius cōstrinxerunt, & q̄ citis-
sime possent, iniqua sua cōsilia perpetrare decre
uerunt.

CAP. IIII.

IEsus ergo iam non palàm ambulabat apud Iu
dæos, sed abijt in regionem iuxta desertum, in
ciuitatem quæ dicitur Effrem, & ibi morabatur D
cum discipulis suis. Proximum autē erat pascha
Iudæorum, & ascenderūt multi in Hierosolymā
de regione ante pascha, ut sanctificarēt seipsos.)
Non utiq; ille qui est Dominus uirtutum, formi
dare poterat aut trepidare palàm inter Iudęos cō
uersari, nec eum suæ diuinitatis potestas deseru
rat, quasi uellet, poterat quidem & nihil mali ab
illis pati. Sed recedendo, ac sęuitiam inimicorū
declinando, nobis exemplum dare dignatus est,
ut si tempus persequutionis ingruerit, non dubi
temus refugij latebras quærere, & furorem scele
ratorum hominum latēdo declinare. Id plane &
Matth.10. discipulos admouerat dicens: Si uos persequuti
fuerint in una ciuitate, fugite in aliā. Sane quod
Dominus relictis Iudęis abijt in regionem iuxta
desertum: significat quod illos qui quōdā plebs
Dei & populus acquisitionis fuerant, propter su
am perfidiam & incredulitatem esset relicturus,
& ad gentes, quæ quondā desertæ fuerāt à Deo,
per apostolicam prędicationem trāsiturus. Nam
& ciuitatis huius uocabulum, in qua cum disci-
pulis dominus commoratus est, huic rei cōgruit
aptissime. Effrem nanq; fructificatio interpreta-
tur: nimirū sanctam ecclesiam prefignans ex gen
tibus, quę quondam sterilis & infœcunda, post-
quàm uerbū fidei Christi susscepit, spiritualibus
bonorum operum fructibus abundare studuit.
Hinc de illa dixit Esaias: Lætare sterilis quæ non Esa.54.
paris, erūpe & clama quę non parturis, quia mul
ti filij desertę magis quàm eius quę habet uirum.
Synagoga quidem uirum habuit Christum, sed B
eum repudiauit, atq; reiecit cū ignominia. Hinc
prius fœcūda, postea omnino sterilis effecta est.
Ecclesia uerò gentium prius deserta & infœcun
da, sed postea Christo inserta, multiplici suorum
filiorum fœtu exuberauit, ac longe fœcundior
quàm synagoga effecta est. Et quę aliquādo ter-
ra perusta & squalida, nihil uirens gignere noue
rat, modo arboribus fructiferis ornata, diuersorū
fructuum gratiam simul & usum late per totū or
bem propinat. Nec iam desertum, sed meliori no
mine hortus deliciarū & paradisus dei debet ap
pellari. Redēptor itaq; noster, quia sciebat insta-
re tēpus suę passionis, uoluit se à Iudæis aliquan
tisper subtrahere, expectans ut ueniente pascha, C
quod in proximo futurum erat, se illorum manī-
bus, sicut ante secula prædefinierat, comprehen
dendum traderet, & crucifigendū. Ascenderunt
autem multi ante pascha, ut purgarentur, & san-
ctificarentur ad illud celebrandum. Quoniā qui 2.Paral.30.
cunque peccauerāt inuiti, uel spontanei, pascha
non celebrabant, nisi prius expiarentur, ut mo-
ris erat, lotionibus, & ieiunijs ac rasura: quinetiā
quasdā deputatas oblationes offerrent secundū
legis cōstitutionem. Et de regione quidē in quā
Dominus erat, ascenderunt Hierosolymam mul
ti: quoniam mandatum erat in lege Iudęis, ut die
festio quo pascha erat, omnes undiq; cōuenirēt,
et illius diei celebratione sanctificarentur, quam
uis extra Hierusalem habitarēt. Siquidē in Exo- Exod.23.
do præcepisse legitur Dominus populo Israel: D
Ter in anno apparebit omne masculinum tuum
coram domino deo tuo, in tribus uidelicet preci
puis festis: pascha, pentecoste, & festo tabernacu
lorum, quæ in eodem loco paulò ante sic expli-
cat: Trib. uicibus per singulos annos mihi festa
celebrabitis. Solennitatē quoq; azymorum cu-
stodies, & solennitatem mēsis primitiuorum o-
peris tui, quæcunq; seminaueris in agro: solenni
tatem quoq; in exitu anni, quando congregaue
ris omnes fruges tuas de agro. At uerò quod ad
celebrandum rite festum paschę, debebant illud
celebraturi ante sanctificari, ut hic innuit litera
euāgelica: cōstat ex eo, quod scribitur in secūdo
Paralipomenō sub Ezechia rege Iuda esse factū. 2.Paral.30.
Quoniam enim sacerdotes sanctificati non fue-

Universidad de Deusto
Biblioteca



rant tempore opportuno, nec populos ipse congregatus in Hierusalē, nec legitime fuit sanctificatus, ut faceret phase domino in mense primo, secundum primariam legis constitutionem: consilio regis & principum eius decretum fuit, ut celebraretur pascha in mense secūdo, differreturq; in alterū mensem. Interea & Sacerdotes ipsi sanctificarentur ad explendū illius festi ministeriū, & populus ipse debito sanctificatiōis ritu prepararetur ad ipsius celebrationē. Rursum, ut eodē in loco narrat scriptura, magna pars populi de Ephraim & Manasse, & Isachar & Zabulō, q̄ sanctificata nō fuerat, comedit phase, non iuxta prescriptum & determinatum à lege ritum: et orauit pro eis Ezechias, dicens: Dominus bonus propitiabitur cunctis qui in toto corde requirūt dominum Deum patrum suorum, & non imputabit eis quod minus sanctificati sunt. Quem exaudiuit Dominus, & placatus est populo. Ex his manifeste liquet, aliquam sanctificatiōis rationem ac formam debuisse etiā populo precedere celebrationem paschæ, secundū Mosaicæ legis sanctionem, ut hic innuit litera.

CAP. V.

QVærebant ergo Iesum, & colloquebātur adinuicem in templo astantes: Quid putatis, quia non uenit ad diem festum istum? Dederant autem Pontifices & Pharisæi mandatum, ut si quis cognouerit ubi sit, indicet, ut apprehēdāt eum.) Abominabilis & deo ingrata est ista sanctificatio Iudæorum, Scribarum & Pharisæorū, cum iniqua uoluntate, cum cruenta mente, cum sanguinolentis manibus. Quærebant siquidem eum non ut discerent, sed ut comprehenderent. In pascha ei insidias tēdebant, & solennitatis diem in cædem conuertebant. O impietatem, quū magis uirtuti est incumbendum, magis à sceleribus abstinendū, tunc innocentem capere conantur. Sed proh dolor, quamplurimi inter Christianos hāc Iudæorum amentiam & improbitatem imitātur, qui diebus festis aut ludis illiberalibus, crapulæ, choreis, aut alijs mundi uanitatibus dediti, quum deo obsequium diligētius exhibere, quum templa Dei frequentare, orationibus insistere, atq; ecclesiastico intereſſe officio deberēt, tunc maxime deum suis dissolutissimis moribus irritant. Id ne est ô Christiani, celebrare diem festum, indulgere uentri, & inconcessis uoluptatibus habenas laxare? Si prohibet die festo opus, quod manu exerceatur ad uitæ necessitatem, ut integrius diuinis reb. uacare possitis: nonne potiori iure prohibita sunt ea, quę nō nisi cum peccato committi possunt, & graui offensione Dei? Diebus ad exercēda opera seruilia concessis unusquisq; suo intētus est operi, & abstinet à crapula, ludis & uanitatibus. Diebus aūt festis passim curritur ad cauponam, ad ludos, spectacula & choreas, in irrisionem diuini nominis, & diei preuaricationē: quum tamen eo grauius sit peccatum, quo sanctiori tēpore committatur. Resipiscāt igitur, & id zizanium, quod inimicus homo superseminauit in agro domini, prorsus extirpare, & à se euellere laborent. Postremum Pharisæi relinquentes mandatū dei, quod prohibet innocenti calumniam inferri aut iniuriam, tradunt mandatum istud humanum, ut quisquis sciuerit ubi latitet dominus, indicet ut comprehēdatur. In quo quidem mādato, & maxime iniusti apparent & ridiculi: nempe toties tentauerant inijcere in eum presentem manus, & diuina uirtute cohibiti, frustra id conati sunt. Tam frequēti igitur experimēto & periculo rerum edocti, cognoscere debuerunt, ipsum inuitum nequaquam ab eis comprehendi posse. Quur igitur nunc mandatū dant in absentem, ut significetur eis locus in quo degit & comprehendatur? Verum mens agitata furore patrandi sceleris, nunquā quiescit, donec illud opere expleuerit: licet quippiam sępius tentauerit frustra, idem tamen iterum atq; iterum aggredi annitītur, ut præceps ruat in facinus, quod apud se perficere constituit.

CAP. VI.

IEsus ergo ante sex dies paschæ uenit Bethani Cam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerūt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat. Lazarus uerò unus erat ex discūbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici pretiosi, & unxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis: & domus impleta est ex odore unguenti.) Appropinquante tempore, in quo Dominus pati disposuit, appropinquauit ipse loco, in quo eiusdem passiōis dispensationē perficere uoluit. Venit enim prius in Bethaniam, deinde Hierosolymam. In Hierosolymam quidem, ut ibi pateretur, quemadmodum discipulis sępius illum suæ passionis locū prædixerat: in Bethaniā uerò, ut resuscitatio Lazari memoriæ omnium arctius imprimeretur. Porrò decima die mensis primi, agnum Iudæi ea piūt immolandū in festo paschæ: ex eo enim tempore, celebritatis paschalis prelibāt solēnia. Qua propter in die præcedente, quæ est nona mensis primi, & præcedit sextū diē ante pascha, epulantur splendide, & exordiū festi hanc diē constituunt: quo fit, ut Iesus quoq; pergēs Bethaniā conuiuaretur. Per hoc aūt quod dixit Marthā ministrasse, insinuat quod in illius domo erat cōuiuiū. Sed attēdēda est mulieris fidelitas, & magna domino ad inseruiendū promptitudo: non enim famulabus imponit ociosa ministeriū, sed ipsamet suscepit. Insuper innuere uolens Euangelista uere resurrectionis Lazari signum, dicit, quod ipse unus erat ex discumbentibus. Viuebat Lazarus, loquebatur, epulabatur, ueritas ostendebatur, infidelitas Iudæorū confundebatur, neq; credi phantasma eius resuscitatio potuit, qui uere uiuentis officia, manducando, bibēdo & loquēdo deinceps exhibuit. Demum Maria non exercens cōmunem famulatū, sed ad solum dominū constituit honorē, ad quē nō ut ad hominē accedit, sed ut ad deū. Ipsius pedes unxit unguēto pretioso, extersit capillis, & domū suauissimo unguēti odore

*Contra indulgentes uoluptatibus diebus festis.*

Exod. 20.

Matth. 13.



odore compleuit. Quod autem pistico Euangelista uocat unguentum, locum aliquē credere debemus, unde sumptū erat hoc unguētū pretiosum: uel pistico dictum est, id est, syncerum, & fidele, nec extraneis speciebus adulteratū. Quū enim pistis apud Græcos fidē designet, rectè pistico uocatur, quod syncerum est, & rebus alterius generis minime permixtum aut confusum. Quod aūt Matthæus & Marcus in hac cœna in Bethania caput dñi unguento illo perfusum dicunt, Ioannes aūt hoc loco pedes: non solum caput, sed & pedes domini accipiamus perfudisse mulierem: quorum hoc Ioannes, illud uerò cęteri Euangelistæ commemorant, nullus tamen eorum à ueritate discedit. Nonnulli tamen autores antiqui, & eruditione præclari putarūt, scriptoq; reliquerūt, alteram esse mulierē, de qua Ioannes hic meminit: & alterā, de qua Matthæus & Marcus perhibent, quod super caput domini effuderit unguentum. Verū nō uidentur illi satis attendisse easdē hic & ibi ipsius unctionis circunstantias, ex quibus haud magno negocio deprehēdi tur eadem esse mulier ungens, & eadem itidē unctio. Nam quę hic à Ioanne describitur facta unctio, in Bethania est exhibita domino, & pauco ante passionē eius tempore: similiter & illa, quæ à Matthęo & Marco memoratur unctio, eodem loco & tempore legitur Christo impensa. Rursum, sicut apud Ioannē Iudas dicitur obmurmurasse propter effusionem illam ungenti: ita apud Matthæum & Marcum discipuli scribuntur ægro animo unctionem ipsam tulisse, & consimili bus ferè uerbis ipsam reprehēdisse. Demum sicut hic apud Ioannem dominus commēdauit ipsius mulieris ungentis opus, & obortam murmurationē compescuit, haud dissimiliter apud Matthæum & Marcum commēdatur à domino officiosa ipsius mulieris inūctio, & discipulorū murmur ijsdem ferè uerbis reprimitur. Neq; illud obstat rei propositæ, quod apud Ioannem mulier ungens nuncupatur Maria soror Lazari, apud Matthæum uerò & Marcum communi mulieris nomine ipsa signatur. Nam potest eadē prorsus mulier apud diuersos Euāgelistas diuerso quidē modo exprimi, apud hūc scilicet nomine ꝓprio, apud alios autem communi duntaxat appellatione. Siquidem Mariæ sorori Marthæ mulieris appellationem conuenire negauerit nemo, eam quę generali illo sexum exprimente uocabulo contineri. Neq; itidem defuerunt scriptores, qui hanc unctionem pedum domini à Ioanne hic recitatam, putant eandē esse cum illa, quam Lucas cap. septimo describit. Sed & hi nō satis pensicu late attenderūt diuersas huius et illius unctionis circunstantias atq; conditiones, ex quibus colligitur, latum ambarum discrimen atque discernículum. Siquidem quæ apud Lucam discribitur unctio, facta fuisse memoratur in medio prędicationis dominicę tēpore, & ferè biennio ante dominī pasionem: quę uerò hic apud Ioannē paucis ante diebus facta est, quàm Christus pateret,

Matth. 26. Marc. 14.

Luce 7.

rursum apud Lucam facta unctio, in Galilæa (ut ex euangelio haud difficile colligit) est exhibita Christo, & in domo Simonis Pharisęi. Quę uerò à Ioāne narratur in præsenti loco, in Bethania castello Iudææ fuit peracta, & in domo Simonis leprosi: quemadmodū testantur Matthęus & Marcus. Ad hæc apud Lucam unctrix pedū domini, primū lachrymis eos irrigauit, deinde extersit, & demum inunxit. Apud Ioannem uerò in præsenti loco nulla fit lachrymarū mentio, neq; irrigatiōis pedum Christi, quę fletibus peracta fuerit, aut extersionis post lachrymas sacris domini pedibus superfusas: sed sola refert unctio pedū, & eorum post unctionem facta capillis extersio. Demum in unctione, quam narrat Lucas, solus pharisæus apud se murmurauit, cui Christus proposito de duobus debitorib. paradigmate respōdit, & obsequium mulieris sibi impensum commendauit. In ea uerò unctione pedum domini, quam hic Ioānes describit, Iudas presertim indignatus fuisse dicitur, & effusionē illam ungenti tanquam superfluam, & ad luxum factam redarguisse. Cui dominus respondens, nō defuturos pauperes ijs, qui benefici in eos esse uellēt, dixit: & facti illius memoriam perpetuò celebrandam in ipsius mulieris, quæ unctionem illam fecerat, gloriam prænunciauit. Postremum, ei quę apud Lucam inunxit pedes domini, multa scribuntur dimissa fuisse peccata, quoniam dilexit multum: & fides eius eam fecisse saluā prædicatur, iussaq; est abire in pace. Apud Ioannem uerò in præsenti loco, nulla de peccatis ipsius mulieris, quæ unctionem impendit domino, habetur mentio, neque de salute per fidem eius parta, neq; de abitione in pace: sed neq; apud Matthæum & Marcū eandem describentes unctionē, quam hic Ioannes. Est igitur lōge diuersa unctio, quę apud Lucam legitur, & quæ hic apud Ioannem.

Luce 7.

CAP. VII.

DIxit ergo unus ex discipulis eius, Iudas Scariothis, qui erat eū traditurus: Quare hoc unguentū non uenditur trecentis denarijs, & datum est egenis? Dixit aūt hoc, non quia de egenis pertinebat ad eū: sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat. Dixit ergo Iesus: Sinite illam, ut in diem sepulturæ meæ seruet illud. Pauperes enim semper habebitis uobiscum, me autem non semper habebitis.) Ad apostoli uerba reuocādus est animus noster, qui dicit: Alijs sumus odor uitæ ad uitam, alijs odor mortis ad mortem: & audiemus de ungento isto quomodo erat alijs odor bonus in uitam, ut Mariæ: alijs odor malus in mortē utpote iudę, qui officiū domino prestitū sub pietatis obtentu reprehendit, & terrimū auaritiæ suæ crimen prætexit officio in pauperes exhibēdo. Cæterū ꝙd alij Euāgelistæ dicūt discipulos murmurasse de ungēti ꝑcioſi effusiōe, Ioānes aūt solū Iudā cōmemorat, putādū est discipulorū nomine Iudā significatū, plurali numero ꝓ singulari usurpato, ꝙ in scriptura sępenumero usu uenit. Possunt etiā intelligi

2. Cor. 2.

Matth. 26.

Universidad de Deusto
Biblioteca



alij discipuli aut sensisse hoc, aut dixisse, aut ipsis illud Iuda dicēte siue suggerēte persuasum esse, atq; omnium uoluntatem Matthæum & Marcum uerbis etiam expressisse: sed Iudas propterea dixit, quia fur erat, & cupiditatis suæ stimulis exagitatus, cæteri uerò propter pauperū curam simplici animo, & nihil mali suis uerbis obuelante. Ioannes autem de solo illo id commemorare uoluit, cuius ex hac occasione furandi consuetudinem credidit intimandam. Quum enim ei creditum esset ministeriū ea seruandi, quę pro Christi & apostolorum sustentatione erant erogata, ipse cæca ductus cupiditate, illorum aliquid furtim substrahebat, & sibi reponebat, in proprium accommodans usum ea, quæ in cōmunem fuerant contributa. Non itaque tunc primū perijt Iudas, quando accepit à Iudæis pecuniam ut dominum traderet. Iam antea fur erat, Dominum perditus sequebatur, non corde, sed corpore. Et hac ungenti effusione occasionem præcipuam uidetur sumpsisse, dominum Iudeis tradendi, ut pecuniam, quā existimabat se perdidisse, recuperaret: nempe si illa pecunia fuisset ei commissa, ut pauperibus erogaretur, aliquam illius partē, ut ex more habuit, sibi subduxisset, atq; sepositurus esset. Atqui quia in ungenti comparationē tota fuit exposita, se totum illud perdidisse arbitratus est, quod propter ungētum comparatū sibi uendicare non potuit: hinc anhelus & æstuans uersabat animo, quonam pacto damnū illud acceptum posset recuperare, & quam se perdidisse existimabat pecuniam, quouis medio recipere. Talia animo uoluēti, mali consilij seminator, & malitię omnis suggestor misit in cor ut traderet dominū, & amissam hoc pacto pecuniā reciperet. Obsecutus est ille praua suadenti, & tādem seipsum cum pecunia perdidit. Hinc nosipsi edocti, nunquam bonis aliorum operibus obloqui aut detrahere debemus, siue sinistra quadā interpretatione indignari, quin potius admirari ea & laudare, atq; imitari pro uiribus anniti. Nō enim ostendit sese ille uirtutis amatorē, qui uirtutis opus in altero reprehendit. Audiamus potius sapientem dicētem: Noli prohibere benefacere eū qui potest, si uales & ipse benefac. Cæterū dominus noster, ut omnium corda cognoscēs, & ad quod uitium quisq; propensior esset non ignorās, mira condescensione usus est, quū Iudæ pecuniarū cupido loculorum cōmendauit curā, quo ægritudinem eius hoc remedio curaret. Ideo enim ei furi existenti loculos cōmisit pauperum, ut omnem ei abscinderet furandi occasionē. Non em̄ habuit Iudas dicere, quoniam propter pecuniarum desiderium hoc feci: etenim sufficiētem habebat ex loculo concupiscentiæ mitigationem. Quidam uerò administrationem pecuniæ susceptisse Iudam arbitrantur, tanquam minimum omnium. Nam pecuniæ dispensatio, doctrinæ communicatione inferior est, quēadmodū dicūt apostoli in Actibus: Non est equū nos derelinquere uerbū dei, & ministrare mensis. At uerò Christus multa condescensione ad Iudā utens, non increpauit eum nummos surripientem, sed cōmunē omnibus intulit redargutionē, ut quum sermo plurali ratiōe ad totam dirigatur multitudinem, minus erubescat ille cuius causa fit reprehensio, & minus indignetur quod non sit singulari nota redargutiōis perstrictus. Quum uerò dominus noster dicit, Sinite illam, ut in diē sepulturæ meę seruet illud: significat se haud multo post moriturum, & ad sepeliendū aromatibus esse ungendum. Ideò Mariæ, cui ad unctionem mortui corporis multum desideranti peruenire nō liceret, donatū sit uiuenti adhuc impendere obsequiū, quod post mortem, celeri resurrectione præuenta, nequiret. deniq; quū de se dixit, Me autē nō semper habebitis, loquebatur dns de præsentia corporis sui. Nam secundum maiestatem suam, secundum prouidentiam, secundū ineffabilē & inuisibilem diuinitatis gratiam, impletur quod ab eo dictum est: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi.

Luc. 22.
Prouer. 3.
Act. 9.
Matth. 28.

## CAP. VIII.

COgnouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic est: & uenerunt, nō propter Iesum tantum, sed ut Lazarum uiderēt, quem suscitauit à mortuis. Cogitauerunt aūt principes sacerdotū, ut & Lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant ex Iudæis & credebant in Iesum.)

Dictum est in Psalmo: Valles abundabūt frumento, id est, simplices & humiles, fructum fidei & bonorum operum ubertim proferēt. A montibus autem & collibus defluētem uidemus imbrem, neq; in illis fruges aut segetes crescere cōspiciuntur: quia animo tumidi, & sui opinione inflati, neq; diuinæ gratię pluuiā percipiunt, neq; fœcunditatem afferunt bonę operatiōis. Id sane præsenti loco nobis declaratur: quoniam Iudęorum turba, quę suis maioribus subdita erat, bene de dño sensit: principes uerò agitantur insania. Excitata nouitate miraculi turba uenit Bethaniā & ut Iesum tanti signi autorem uideat, & Lazarum etiam resuscitatū cernat: ut quum oculus etiam testis fuerit eorum quæ auditu perceperūt, firmiores in eis radices fides agat, & indubitatior fiat. Principes aūt suis sceleribus in Christum non cōtenti, & iam Lazarum interimere cogitabant. Sed quid Lazarum possunt accusare, ut de eius cogitent interitu? Nunquid beneficiū accepere, crimini dandum est? Cōsidera quęso, quantum studebant cędi & occisioni. Porrò multa signa fecerat Iesus, sed nullum ita eos efferauit, nō paralyticus, non cæcus curati. Hoc enim natura admirabilius erat, & post multa factum & mirandum erat, mortuū quadriduanum ambulantem, & loquentem uidere. Idcirco quamplurimi, etiam omisso festo, Bethaniam ad ipsum uisendum cōcurrebant. Hoc eos angebat quod Lazari occasione multi Iudæorum discedebant ab eorum secta & traditionibus, & credebant in Christum. Inuidebāt em̄ glorię Christi, & nō mediocri dolore torquebātur, quod populus in eū credebat. Itaq;



Itaq; succidere uolentes, & sustollere materiā illam credendi in Christum, cogitarūt interficere & Lazarum: ut eo interempto, nō amplius ipsius occasione populus ad Christum conuerteret. O inuidiam omni fera crudeliorē, & ex tiū omnibus intentantem: quem autor uitæ r duxit ad uitam, ipsi liuore stimulati perdere uolunt: charitas enim uiuificat, & beneficia largit: at liuor edax perniciem infert & mortem, suiq; tabe uenēnat omnia cōmaculat, & enecat. Nonne illa nefarium Cain cōcitauit in cædem innocentis fratris Abel: cuius cruore imbuta terra, à Dño maledicta perhibetur. Sed quid eum in tam crudele impulit parricidium, ut innoxium & iustum fratrē tam diro fato sustolleret? Sola inuidia excrucias ipsius animū, quod munera fratris, suis oblationibus erant Dño acceptiora. Eadem quoq; fera pessima exasperauit fratres Ioseph in ipsū interitum grauiter ob id indignatos, q̄d à patre plus cęteris amaretur, & quod somniorū enarratione præsagire uideretur suum super eos principatū. Venite, inquiunt, occidamus eum, & uideamus quid prosint ei somnia. O leone sæuo & Hyrcana tigre crudelior inuidia. Non eos mouit reuerentia patris, non germanitas sanguinis, nō dena que forma & gratia optimi adolescentis, quin in eius consp̄irarent mortem, & consiliū de inferenda illi nece captarēt. Adde quod eadē truculenta belua perpulit Ioab principē militię Dauid, in subdolam fraudulentāq; cędē Amasæ, quē præfecerat etiā rex ipse suę militię, quod inuideret illum sibi designatū collegam in eodem magistratu, timeretq; ne tandem sibi præferretur Amasa, & solus militiæ regiæ præficeretur. Demū eadē infernis paludibus egressa furia, animauit Iudęorū pontifices, scribas & pharisæos in mortē Christi, qui secundū oracula prophetarū ad ipsos saluādos uenerat, & plurimis, ijsdēq; maximis eos beneficijs cumulauerat. Quorum omniū immemores & ingratissimi, in crucem egerūt saluatorem mundi. Neq; id subticuit Euāgelista dicens de Pilato: Sciebat enim, quod per inuidiā tradidissent eum. Sed quid multis moror? eadem immanis fera totum perdidit genus humanū, quū inuidia stimulatus dæmon primos parentes callida suggestione subuerit, atq; ad diuini mandati prævaricationem inductos, immortales gloria solidauit. Inuidia (inquit scriptura) diaboli, mors intrauit in orbem terrarum.

Gen. 4.
Gen. 37.
Matth. 27.
Gen. 3.

## CAP. IX.

IN crastinum autem turba multa, quæ cōuenerat ad diē festum, quū audissent quia uenit Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarū, & processerunt obuiam ei, & clamabāt: Hosanna, benedictus qui uenit in nomine domini rex Israel.) Præceptum legis erat, ut decima luna primi mensis agnus siue hœdus in domo occluderetur, usq; ad lunā decimamquartā eiusdē mensis, quando ad uesperum immolabatur. Vnde & uerus agnus ex omni grege sine macula electus pro populi sanctificatiōe immolādus, ante quin

2. Reg. 20.
Exod. 12

que dies, id est, decima luna Hierosolymā ascendit. Et appropinquāte hora passionis appropinquare uoluit & loco passionis: ut etiam per hoc clarescceret, quia non inuitus, sed sponte pro humani generis salute mortē pateretur. Ante quin que dies paschæ (ut ex hoc loco cōstat) Hierosolymam uenire uoluit: ut etiam per hoc ostenderet se esse agnum immaculatū, qui peccata tolleret mundi, & agni illius typici, qui in lege immolabatur, exemplar & ueritatem: quantus autem fructus apparuerit doctrinę eius atq; signorum, & quantus grex ouium ex ijs quæ perierant domus Israel, uocem pastoris audierat, intendendum est ex eo, quod dicitur: quod in crastinum prędictę cœnæ turba multa domino Hierosolymam uenienti, perquā honorifice processit obuiam cum ramis palmarum. Rami palmarū laudes sunt significantes uictoriam, qua erat dominus mortem moriendo superaturus, & tropheo crucis de diabolo mortis principe triūphaturus. Solēt enim uictores, palma uictrice coronari. Et in Apocalypsi, beati illi & sancti ciues supernæ Hierusalem, qui hoc in mundo legitime certauerunt cōtra multiformes hostes, palmas manibus tenere describuntur. Insuper spiritu sancto agitata turbæ mens, laudes Christo debitas concinebat dicens: Hosanna, benedictus qui uenit in nomine dñi, rex Israel. Hosanna uox est obsecrātis, magis affectum animi indicans, quām rem aliquam significans: sicut in lingua latina consimiles dictiones, quas interiectiones uocāt. Aut ut alij sentiunt, uocabulum est compositū ex corrupto & integro. Hosi enim salua significat. Anna, obsecrātis est interiectio. Hosi ergo corruptum est, quia abijcit postremam in compositione literam: Anna uerò, integrum, & significat Hosanna tantundē atq; salua obsecro. Protestatur item turba eum uenire in nomine Domini, id est, dei patris, à quo in hunc mundum missus est, quemadmodū alio loco dicit: Ego ueni in nomine patris mei, & non recepistis me. Et id quidem maxime animos turbę erigit, quod nō uenit deo contrarius aut repugnans, sed secundum beneplacitum uoluntatis eius, & promissionem à Deo factam hominibus per prophetas. Demū regem Israel eundem appellant, nō quidem ad exigendum tributum, uel ferro exercitum armandū humano more: sed quia mentes hominū suis legib. & oprimis institutis regat, & in regnum cœlorū erducat: quēadmodum ipse de se dicit in Psalmo, Ego aūt cōstitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicās præceptū eius.

Apoc. 7.
Ioan. 5.
Psal. 2.

## CAP. X.

ET inuenit Iesus asellum, & sedit super eum sicut scriptū est: Noli timere filia Sion, ecce rex tuus uenit sedēs super pullum asinæ. Hęc nō cognouerunt discipuli eius primum, sed quādo glorificatus est Iesus, tūc recordati sunt, quia hęc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei.) In asino uenire, & à turbis rex appellari & laudari uoluit Dominus: ut etiam per hoc eruditus quisq; cogno-

Universidad de Deusto
Biblioteca



cognóscerent ipsum esse Christũ, quẽ sic uenturũ A prophetia olim præmissa signauerat. Sed & magnæ suę mãsuetudinis atq; humilitatis hac aduẽtus sui in Hierosolymã specie nobis demonstrat exemplum. Non enim sedet in curru aureo, preciosa purpura fulgens, necq; ascendit super equũ feruidum, amatorẽ discordiæ et litis, qui iactãtia gloriæ pectus habet repletum, qui de lõginquo odoratur bellũ, & gaudet ad uocẽ tubæ, & quũ uiderit sanguineam pugnam, dicit in corde suo, bene factũ: sed sedet super asellum, tranquillitatis & pacis amicum, oneris patientíssimum & laboris. Delignat autem pullus asinæ populũ gentiũ, nullo prius onere legis pressum, sed sine freno & habenis quocũq; ferebat animo, sese agentem. Super hunc Dominus sedit, quoniam gen- B tilem populum sibi subiectum per apostolorum prędicationem reddidit, suisq; mandatis obtemperantem. Et recte alij Euangelistę de hoc pullo Marci 11. Luc. 19. asinæ dicunt, quod super eũ nemo adhuc hominum sederat: quoniã gentiles legem domini nõ acceperant, nec prophetarum oracula, quib. ad submittendũ colla sua iugo dominico inducerẽtur. Meminit autem & Matthæus asinam simul Matth. 21. cũ asello esse adductã dño, per quam intelligendus est Iudęorũ populus, non indomitus ut gentilis, sed iugo legis iampridem assuetus, & oneri legalium cæremoniarũ mancipatus. Super hanc quoq; dominus Hierosolymam ueniens sedísse scribitur: quoniam & ex Iudæis cõplures collegit sua prædicatione, & miraculorum ostensione, C qui in ipsum crediderunt, & frenum disciplinę eius, habenasq; mandatorum susceperunt, ut Christum tãquam insidentem cordibus suis pie & sedulò gustauerint. At nõ curauit Ioãnes hoc loco ipsius asinæ mentionem facere, necq; narrationem texere quomodo duorum discipulorum ministerio asina cum suo pullo fuerit Christo adducta: quoniam quum omniũ postremus suum scripserit euangelium, cognouit utiq; illa ab alijs euãgelistis effulsus esse narrata, nec opus esse ęd iterum à se conscriberentur. Adhibetur aũt huic facto dictum propheticum atq; testimonium, ut liquidò constet, quoniam maligni principes Iudæorum eum non intelligebant, in quo implebantur quæ legebant. Nempe in populo Iudæo D rum erat filia Sion, ipsa est Hierusalẽ quæ est Sion, cui dicitur, Noli timere: illum agnosce qui à Zach. 9. te expectatus est, qui nunc à te laudaẽ: ecce iam uenit insidens pullo asinæ, ut ex habitu uenientis cognoscas eum esse qui consummatio legis & prophetarum est, atq; mundi redemptio. Hęc aũt mysteria de Christo prędicta esse, & tunc expleta, nõ cognouerũt tũc discipuli domini, quia nondum aperuerat eis sensum ut intelligerent scripturas, hinc pleraque ignorabant: quoniam ipse nõdum eis reuelauerat, sed accepta spiritus sancti plenitudine, qui docuit eos omnẽ ueritatem, quum scilicet Christus per reditum ad gloriam patris esset glorificatus, in mentem eis uenit, hæc de ipso per prophetas esse prænunciata, & opere fuisse in ipso completa. Conferebant enim tunc testimonia prophetarũ ijs, quę à Christo uiderant fieri, & admirabilem uer. tatis consensum, atque responsum dictorum propheti- Ioã. cum ad opera Christi cõpererunt: quemadmodum quũ prius dixisset Dominus, Soluite templum hoc, & in triduo excitabo illud: nõ intellexerunt tunc discipuli illud uerbum ad mortem Christi & resurrectionẽ pertinere. Sed quũ resurrexisset à mortuis, recordati sunt uerborũ eius, & intellexerũt ex rei exhibitione illorum sensum.

CAP. XI.

TEstimoniũ ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quãdo Lazarũ uocauit de monumẽto, & suscitauit eum à mortuis. Propterea & obuia uenit ei turba, quia audierũt eum fecisse hoc signum. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus. Ecce mundus totus post eum abijt.) Tam honorificæ occursionis atq; obuiationis causam explicat hoc loco Euangelista, reddens rationẽ quare obuiã sese domino turba obtulerit, cum laudum prędonijs & celebritate, quum Hierosolymam aduentaret. Turba, inquit, quę præsens fuerat resuscitationi Lazari, alijs qui tum absentes erant, diuulgauerat hoc admirabile signum. Vnde tãti miraculi fama commota turba, quę acceperat ab alijs illius signi ueritatẽ, cum officio honoris, uenerationę & reuerentia illi occurrit, illius laudes prędicat: Pharisæi uerò tantum populi plausum in dominum ęgreferunt, diśrumpuntur inuidia, fer- Matt. 10. uent odio, & inter se conquerũtur, suos conatus speratum nõ habere successum. Laboramus, inquiũt, ut nomẽ huius abradaẽ è terra, quoniã cõtrarius est operib. nostris, sed totus noster labor irrit⁹ est, & frustra à nobis toties tẽtatus. Ecce uniuersa populi multitudo certatim illũ sequit, illũ tota turba suspicit, admiraẽ & colit: & quanto enixius laboram⁹ ad extinguendã illius gloriã, tanto maiore splẽdore clarescit. Sed maturandũ est quod proposuimus negocium, & antequam id malum latius serpat, totamq; occupet urbem, illi tempestiue occurrendum. Ita his uerbis & sui detegunt animi morbum, atq; molestiam de celebritate nominis Christi, atq; se mutuò hortant ad perpetrandum, quod iam cõsilio firmauerãt. Mundus autẽ hic pro mũdi creatura sumitur, & non pro uitiosis: non enim illi post dñm abeunt, & quum frequentius nunc hoc, nunc illo modo apud hunc Euangelistã sumatur, attendenda est sententia potíssimũ, ut ab ea elucescat uocabuli ratio, ne ex ipso detur ansa falsitati aut errori.

CAP. XII.

ERant autem quidã gentiles ex his qui ascenderãt ut adorarẽt in die festo: hi ergo accesserunt ad Philippũ, qui erat à Bethsaida Galilęę, & rogauerunt eum, dicẽtes: Domine uolumus Iesum uidere. Venit Philippus & dicit Andreæ, Andreas rursum & Philippus dixerũt Iesu.) Prius officioso turbæ in dñm studio & obsequio seoccursu, damnata est principũ & Pharisæorum impietas,



impietas, qui indigne ferebãt dominũ tanto affici honore: nunc gentilium, qui legis & propheta- A rum erãt ignari, deuotione & diligentia, cõdemnatur Pharisæorum malitia, qui scripturam sanctam edocti uenientem, in propria dominũ non receperunt, toties auditam eius doctrinã reiecerunt, toties uisa eius opera paruifecerunt. Gentiles eum uidere cupiunt, Iudęi occidere. Et hi plane gentiles præsignãt futuram gentium plenitudinem in ouile Christi intraturam, ac iugo fidei colla sua submissuram. Hic tanquã primitiæ conuersionis gentium, & prælibamenta quędam, ostendunt gentilem populum Christi fidem cupide amplexurũ, ac desiderio uidẽdi ipsum uehemẽtius inarsurũ. Quod si quis percontetur, quomodo gentiles à ritu Iudæorum alieni uenerunt B Hierosolymã, ut adorarẽt in die festo? Illi respondendum est, Templum domini in Hierosolymis sirum, adeò fuisse circunquaque nominatum & fama celebratum, ut diebus festis nõ solum uicini, sed etiã multæ ex longinquis regionibus gentes illuc aduenirẽt, sicut de Eunucho Candacis Act. 8. reginæ Aethiopum, Actus apostolorum declarat. Hac ergo consuetudine hi gentiles uenerãt adorare, quorum meminit Euangelista. Aut hi relicto gentilitio ritu, iam proposuerant Iudaísmum susc ipere, & propemodum disposíti erant Matt. 10. ut proselyti fierent. Itaque fama audita de Christo, flagrant desiderio ipsum uidendi, & Philippum adeunt, cuius directione & opera uoti compotes efficiantur. Audiuerat autem Philippus à C Domino: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed ite ad oues quæ perierunt domus Israel, idcirco ne dominum fortasse hoc facto offenderet, non adduxit gentiles statim ad Christũ: sed rem prius cum discipulo communicat, & unà cum eo, magistro eandem refert, submittens illius arbitrio negociũ, & cum debita reuerẽtia illi deferens: hoc enim pacto quasi explorat uolũtatem Domini, & rem totam illi committit.

CAP. XIII.

IEsus autem respondit dicens: Venit hora, ut clarificetur filius hominis. Amen amen dico uobis, nisi granũ frumenti cadens in terram mortuũ fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuũ D fuerit, multum fructum affer.) Quia per resurrectionem & ascensionem suam Dominus noster glorificandus erat, & gloria eius per totum mundi ambitum extendenda: quemadmodum prędixerat Propheta: Exaltare super cœlos deus, & su- Psal. 56. per omnem terram gloria tua, resurrectio autem & ascẽsio eius iam in ianuis erant: idcirco respõdit dominꝰ noster horam uenisse ut clarificetur, per apostolorum scilicet prædicationem, & gentium conuersionem. Vnde quum in litera Christus dicit, Venit hora: tempus iam imminere significat & suæ passionis & apostolicæ in omnes Luc. 19. gentes prædicatiõis. Dixerat quidem ipse prius discipulis suis: In uiam gẽtium ne abieritis: & ut omnẽ tolleret à Iudęis querelę & accusatiõis occasionẽ, suos à gẽtilibus cohibuit. Sed quum Iudæi in pertinacia perstarent, gẽtiles uerò studio se Christũ accederent, tempus iã passionis aduẽtare, & uocatiõis gentiũ ad fidem est cõtestatus. Non enim Christi prouidentia erat dignũ, ęd Iudæis cõtumacibus, atq; proteruis semper inhęreret, prædicationẽ discipulorũ illis solis cõmunicando, gẽtes aũt reijceret, prompto animo ac alacri uerba fidei suscipiẽtes. Itaq; quũ post passionem esset discipulos ad gentes missurus, iã dicit tempus ad perferendã in cruce mortẽ aduẽtare, quum gentiles illi tãta deuotione Christũ exquirerent, tam officioso illo studio significantes propediem in omnes gẽtes effundendã prędicationis salutiferæ gratiã, idq; & congruũ esse, & diui- B na miseratione dignũ. Nõ tamen Christus prior Iudæos dimisit, ut trãsiret ad gẽtes, quinimo diutius apud eos docẽdo, & miracula faciendo conuersatus est, ut esset in testimoniũ eis, palãq; contestaretur, quod ad ipsorũ procurandã salutẽ primũ uenerat. Enimuerò antequàm in Christũ impetũ facerent Iudæi, antequàm eũ crucifigerent, non dixit discipulis: Eũtes docete omnes gẽtes: Matth. 28. sed hoc eis dedit mãdatũ, In uiã gentiũ ne abieri- Lucæ 10. tis, & ipsis itidẽ dixit pro muliere Chananæa rogantibus: Nõ sum missus, nisi ad oues quę perie- Matth. 15. runt domus Israel. Et rursum: Nõ est bonũ sumere panẽ filiorũ, & dare canibus ad manducandũ. Quum autem odio à suis Christus haberetur, & tanto quidem, ut ab ipsis interficeretur: superfluum erat persequentibus inhærere, ac diutius immorari. Etenim recusarunt Iesum Iudæi, dicentes: Non habemus regem nisi Cæsarem, tunc sa- Ioan. 19. nè eos dimisit, quum prius dimissus esset ab eis. Ideo dicit: Quotiens uolui congregare filios tuos, Matth. 23. sicut gallina cõgregat pullos suos sub alas suas, & noluisti? Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Consimile quiddã Paulus & Barnabas Iudæis contradicentibus prædicationi fidei Christianę dixisse leguntur in Actis apostolicis: Act. 13. Vobis, inquiunt, oportebat primum loqui uerbum Dei: sed quoniã repellitis illud, et indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim nobis præcepit Dominus: Posui te in lucem gentium, ut sis in salutem usque Esa. 48. ad extremum terrę. Sed oportuit ut altitudinem glorificationis futuræ præcederet humilitas passionis. Ita enim beatus Paulus dicit, quod Chri- Phil. 2. stus humiliauit seipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autẽ crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Propterea passionem suam propediem futuram significans, de grano frumenti similitudinem proposuit, quod nisi corruptum & emortuum fuerit, fructum nullum affert: si uerò mortificatum fuerit in terra, largam profert segetem, & messem copiosam. Ipse planè dominus noster est frumentum, quo uiuere debet fidelis anima. Dicit enim alio in loco: Ioãn. 6. Et qui manducat me, ipse uiuet propter me. Ex frumento quidem panis conficitur, & ipse est

panis

Universidad de Deusto
Biblioteca



panis uiuus, qui de cœlo descendit: ut si quis ex eo manducauerit, non moriatur. Huius frumenti fructu saginãdam dixit propheta Hierusalem & Sion, id est animam fidelem, quũ ait: Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumẽti satiat te. Idẽ ipse dominus noster granum est, de quo spiritualis seges debet surgere, & solidæ fidei afferre fructum. Quumq; sint multa grana seminum, nulli se cõparat nisi frumento. Vnde mos cœpit ecclesiæ de hoc solo grano cõfici corpus Christi. Ipse enim dominus noster ex semine patriarcharũ in agro huius mũdi seminatus est, id est incarnatus ut moriẽdo cum multiplicatione resurgeret. Solus mortuus est, cũ multis surrexit. Quod si mortuus pro uita omniũ non fuisset Christus, non increuisset tãta fidei seges in gentibus, neq; in mũdo surrexisset fructus redemptionis humanæ in omni populo. Quia uerò id granũ in terram ceciderit per ascẽsionem & crucem, atq; mortificatum est per mortem & sepulturam, plurimum attulit fructum, scilicet salutem totius humani generis, & mundi reductionem ad fidem. Quod enim à solis ortu usq; ad occasum laudetur nomẽ domini: & in omni loco ei offeratur oblatio mũda: ex huius grani mortificatione processit.

Ioan.16.
Psal.147.
Psal.112.
Malach.1.

CAP. XIIII.

QVi amat animã suam, perdet eam. Et qui odit animã suam in hoc mundo, in uitã æternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur. Et ubi ego sum, illic & minister meus erit. Si qs mihi ministrauerit, honorificabit eũ pater meus.) Passionem suam dominus & fructum inde exoriturum per granum frumenti significauit. Sed quia nõ solus ipse erat passurus, quinimò imitatione eius quãplurimi pro confessione nominis Christi mortem erãt subituri, & tanquam serui dominũ secuturi: Omnes enim qui pie uoluerint uiuere, persecutionẽ pro Christo patiuntur: & oportet nos per magnas tribulationes intrare in regnum cœlorum. Idcirco docet hanc præsentem & momentaneam pro deo uitam contemnere, ut æternæ uitæ capiatur hereditas, dicẽs: Qui amat animam suam (subaudi in hoc mundo) perdet eam. Amat autem animam suam in hoc mundo, qui desideria eius diuinę legi repugnantia facit. Et his sanè perdet eam: quia post hanc uitam æternæ erit morti addictus. Vt qui de confessione fidei interrogatus, ne uitam corporis amittat, Christum negauerit, is animę suę grauę patietur in altero seculo detrimentum. At uerò odit animam suam in hoc mundo, qui non cedit, neque obsequitur ei noxia concupiscenti, & diuinis præceptis contraria. Quemadmodum enim eorum, quæ odio habẽtur, nec uocem audire sustinemus, nec uisum uidere delectabit: ita & animã quum contraria saluti suggerit, quæ Deo non placent, cum uehementia auertere oportet, & cumulatissimus inde præmiorum sequitur fructus, utpote quod in uitam æternam custodiatur. Quum ergo causæ articulus uenerit, ut hæc conditio proponatur, aut faciendum ekẽ

2.Tim.3.
Act.14.

A

contra dei præceptum, aut ab hac uita migrandũ comminante mortem persecutore: ibi oderis in hoc mundo animam tuam, intrepide mortẽ subeundo, ut in uitam eternam custodias eam. Cęterum quia multi se Christi ministros ore tantum profiteri possent, opere uerò longe ab eis ministerio discedere, opus sui ministri dominꝰ aperit dicens: Qui mihi ministrat, me sequatur, imitatione scilicet bonorum operũ à meis uestigiis non abberrans, & mortis etiam tolerationẽ à me nõ deuians: ut quemadmodũ me pro ouibus meis uiderit animam meam ponere, ita & ipse non dubitet pro salute fratrum suorum acerbam mortem subire. Quod quidem quum sit arduum & difficile, magnitudinẽ præmij & mercedis inde futuram declarat: quæ hoc loco duplex proponitur. Primum, quod ubi Christus est, scilicet in cœlis, à quibus per susceptionẽ carnis nunquam discesserat, illic & minister eius sit. Itaq; his uerbis promittit ministris suis eternam cum eo in cœlis habitationem, mansionemq; perpetuam: quemadmodũ alio loco dicit, Pater quos dedisti mihi uolo ut ubi sum ego, & illi sint mecum, Secũdũ, quod ministrum Christi honorificabit pater cœlestis, participem eum reddens bonorum supernę hereditatis. Magna reuera est ministri Christi dignitas, quod sit honorãdus à deo patre: quando quidem magnum ducunt homines, si à principe aut rege terreno honorificentur honore fuxo, & protinus euanido. Sed & maior longe dei patris est benignitas & humanitas, quod eũ uelit honorificare, licet longe infra suã maiestatem positum, qui Christum filiũ suum honorauerit. Ita alio loco de seruo uigilãte & fideli loquẽs dominus, dicit: Beati sunt serui illi, quos quum uenerit dominus, inuenerit uigilantes: amen dico uobis quod precinget se & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Itaque si optabile est, semper cũ Christo esse in cœlesti regno, si desiderabile honorificari à patre, enitendum summopere ut Christo ministremꝰ, ut eũ affectu mẽtis sequamur, quo tantis potiamur bonis.

B

C

D

Matth.26.

CAP. XV.

NVnc anima mea turbata est, & quid dicã? Pater saluifica me ex hac hora: sed propterea ueni in horam hanc. Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo uox de cœlo dicẽs: et clarificaui, & iterum clarificabo.) Quia dominus ad passionem discipulos exhortatus fuerat, ne dicãt æmuli quod ipse extra dolores existẽs humanos, facile de morte philosophatur, & nos admoneat propter hoc quod ipse est sine periculo: hic ostẽdit, quod & ipse in agonia sit, tamẽ propter utilitatẽ mortem non renuit. Itaq; animam suam turbatã protestatur, horrore imminentis passionis, nõ ex timen ab aliquo alio turbatus est: sed sicut de ipso supra dictũ est, turbauit seipsum. Dimisit enim naturam humanã in se pati, quod erat ei proprium, utpote exhorrescere mortẽ, & illam refugere. Nempe Christus appropinquãs acerbe mortẽ, quod humanum est in se ostendit, & naturam non



non uolentem mori, sed præsenti adhęrentem uitæ, eo declarans indicio: quoniam non extra humanas passiones erat. Sicut enim esurire non crimen est, ita neq; præsentem uitam appetere. Christus autem corpus à peccato mundum habebat, nõ à naturalibus passionibus erutum: hoc igitur quod turbatur, dispensationis est, non deitatis. In agonia quoq; constitutus, & turbatione ob infirmitatem carnis, quid dicat se non habere, cõtestatur: cum uideat fragilitatem humanæ cõditionis petere ereptionem ab hora passionis. Cui condescendens, petit à patre ut saluificetur, & liberetur ab hac hora mortis subeundæ: quemadmodũ in horto paulo ante quàm caperetur, orauit patrem dicẽs: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Sed quemadmodum humana cõditio tunc in eo diuina uirtute deinde cõfortata, subiecit seipsam prorsus diuinæ ordinationi, dicẽs: Veruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu uis: & non mea uoluntas, sed tua fiet: ita nunc imbecillitatem humanam subleuãs cœlesti robore, subiungit: Sed propterea ueni in hanc horam, ut scilicet mortem patiar secundum tuæ uoluntatis beneplacitũ, nempe ideo ad hanc deductus sum horam ut tibi obediam. Deinde efflagitat paterni nominis clarificationem, per passionem & resurrectionem filij futuram, dicens: Pater clarifica nomen tuum, id est, gloriam tuam toti mundo manifesta, quod sanè per meam mortem & resuscitationem facile efficies, ex qua cognoscet mundus quod me misisti, quod paterni nominis dignitas tibi recte competat & attribuatur. Porrò pater cœlestis nil nisi saluare petẽs, & homines ad fidem adducere, ne creditur Christus illi esse contrarius & alienus, uoce cœlo delapsa testimonium illi perhibet, & oratio ni factæ respondet. Illa quidem uox, patris dicta est, quia personam patris referebat, & à deo patre perhibente testimoniũ filio suo, modo nobis incognito & ineffabili est efformata, quemadmodum prius in baptismo & transfiguratione domini. Clarificauit autem pater nomen suum in filio, quum filius de uirgine natus est, quum miracula multa fecit, quum descendente spiritu sancto in specie columbæ demonstratus est. Clarificabit uero iterum pater nomen suum in filio, quũ Christus resurget à mortuis, quum exaltabitur super cœlos deus. Nempe hæc omnia gloriæ plena in filio, patris quoque gloriam, qui talem genuit filium, pandunt. Clarificasse autem se nomẽ suum, & iterum illud clarificaturũ, pater uoce cœlo delapsa hic denunciat: non quidem per nouæ claritatis adeptionẽ, & quia ipsum patris nomen claritudinem aduenticiam recipiat (est enim claritas paterni nominis, & excellentia eius ac gloria, immensa in se atq; infinita, neq; adcrementũ, neque imminutionem in se admittere ualens) sed huiusmodi glorificatio intelligenda est, quantum ad claritatis ac eminentiæ ipsius nominis sui ostensionem, declarationem ac manifestationem ad alios. Futurum enim illud significat ea uox paterna, quod nomen eius apud homines præclarum atq; excellens esse prædicetur, ac declaretur: quod etiam noticia & cognitio nominis eius ad omnes Iudæos & gentes dilatetur & amplietur. Siquidem ante aduentum Christi in carnem, notus tantũ erat in Iudæa deus, & in Israel magnum nomen eius. Apud gentes uerò dei nomen habebatur fere ludibrio, & in plura dissectum, idolis attribuebatur. Postquam uerò dei filius nomen patris manifestauit hominibus, ab ortu solis usq; ad occasum factum est ipsum patris nomen magnum in gentibus, suæq; claritatis radios diffudit in omnes mundi plagas, & in extremos terræ limites propagauit. Nonne in omnem terram exiuit sonus apostolorum, & in fines orbis terræ uerba eorum? Et quid aliud prædicabant, quàm Iesum Christum Dei filium in mundum uenisse ad redimendum genus humanum, & morte crucis hanc redemptionẽ consummasse: Deinde ipsum à mortuis resurrexisse, ascendisse ad cœlos, & sedere ad dexteram dei patris? In quibus omnibus reserandis mysterijs nomen patris innotuit gentibus, quibus ante fuit incognitum: & hoc pacto, deo patre cooperante, per apostolos in huiusmodi prædicatione clarificatum est nomen suum. Rursum, quum in nomine Iesu omne genu terrestrium flecti debere dicatur, & omnis lingua confiteri, quia dominus Iesus in gloria est dei patris: quum omnis terra Deum adorare debeat, & illi psallere, eiusq; nomini psalmum dicere, qui hoc fiat, nisi nomen dei patris toti mundo innotuerit, & omniquaq; clarificatum fuerit.

A

B

C

Malach.1.
Psal.75.
Psal.18.
Philip.2.
Psal.65.

CAP. XVI.

TVrba ergo q̃ stabat & audierat, dicebat tonitruum esse factum: alij autem dicebant, angelus ei loquutus est. Respondit Iesus, & dixit: Non propter me hæc uox uenit, sed propter uos. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi ejcietur foras.) Aperta quidem & perfecte significatiua erat uox patris respondentis filio: sed citò ab eis euolauit tãquam minus attendẽs. Et hi quidem sonitum tantum retinuerunt, qui auribus illorum illisus ferijt auditum, sed nihil significationis animo illorum ingesit. Et hi dicebant tonitruum factum esse, quod sonum absq; significatione cuiuspiam rei nobis affert. Alij uerò, quod articulata erat uox & significatiua, nouerant auditu: quid autẽ significauit, haud satis cõpertum habebant. Et hi dicebãt, angelus ei loquutus est: arbitrati angelum de cœlo hæc uerba deprompsisse, quemadmodũ antiquis patribus in lege plerunq; legimus angeli fuisse loquuti. Sed uerius dixissent, pater de cœlis ei locutus est: si altitudinẽ mysterij intellexissent. Dominus autem ostendit illa uoce se nõ indiguisse, ut indicaretur ei quippiã quod antea nescierat. Nempe sciebat Christus, qui dei uirtus est & sapientia, se iam esse clarificatum à patre, & adhuc clarificãdum antequam uox illa æderetur. Sed propter astantes uocem illam factam esse contestatur, & circunstantem turbam: ut per eam illis indicetur & ostendatur quod uere Dei filius est, patri per omnia consentiens,

D

1.Cor.1.

s

Universidad de Deusto
Biblioteca



sentiens, prius ab eo clarificatus, & demum amplius clarificandus. Deinde ostendit modum glorię, qua à patre adhuc clarificabitur: quoniã nunc iudicium est huius mundi. Non quidem iudicium damnationis malorum, aut retributionis præmiorum, pœnarúmque æternarum: sed iudicium discretionis fidelium et credentium ab incredulis atq; obstinatis per infidelitatem, & iudiciũ expulsionis diaboli ab ijs, qui per ipsum redempti sunt. Habuit quidem prius dæmon per tyrãnidem principatũ in totũ genus humanum, et dominatũ crudeliter exercuit in omnes. Atqui uirtute mortis Christi & sanguinis, confracta est illius potestas, & sublata potẽtia: & quos iniuste detinuit captiuos, iuste perdidit. Eiectus est ipse Christi uirtute, prostratus extra mundi regnum: quod subdola fraude, tanto tempore, quantum post Adæ prævaricationem effluxerat, ipse princeps tenebrarum & mortis habens imperium occupauerat. Id quoq; dominus apud Lucã his uerbis significauit: Quum fortis armatus custodit atrium suũ, in pace sunt omnia quæ possidet. Fortior autem illo superueniens, omnia arma, in quibus confidebat, aufert, & spolia illius distribuit. Luc. 11.

Absit autem, ut diabolum principem mundi, ita dictum existimemus, ut eum cœlo & terrę dominari posse credamus. nõ enim est ipse autor mundi aut gubernator, quemadmodum nonnulli falso existimant. Sed mundus hic pro prauis hominibus, qui secularia sectantur desideria, & suis indulgent cupiditatibus, sumitur. Horum princeps satanas est, quia eis pro suo arbitratu principatur, præcipites q; ad nutum in grauia scelera impellit atq; detrudit. Ille autem per Christi mortem foras eijciendus erat. Præuidebat enim dominus post passionem & glorificationem suam, per uniuersum orbem multos populos creditures: in quorum cordibus diabolus intus erat, cui quando ex fide renunciãt, eijcitur foras. Sed nunquid de cordibus ueterum iustorum non est eiectus foras? quomodo ergo dictum est, Nunc eijcietur foras, nisi quia quod tunc in hominibus paucissimis factum est, nunc in multis, magnisq; populis iam mox futurum esse, prædictum est. Quid ergo, ait quispiam, quia diabolus eijcitur foras, iam fidelium neminem tentat, imò tentare nõ cessat: sed aliud est intrinsecus regnare, aliud forinsecus oppugnare. Hostis enim mœnibus urbis exclusus non cessat arietibus & machinis quatere muros, quo sibi aditum perfringat, ingressumq; paret. Porrò huius eiectionis diaboli à fidelibus per Christi mortem factæ, typum gerit, quod alienigenæ populi, Amorrhæi, Pherezæi, & Hiebusæi, atq; cæteri id genus, à terra populo Israelitico repromissa, per Iosue filium Nun expulsi sunt & eliminari, quam longo ante tempore occupauerant. Non enim opere solum, sed & nomine Iesus filius Naue dominum et saluatorem nostrum referebat: id in uno populo faciens, quod Christus in toto mundo. Iosue 12.

*Quod uiuificæ crucis mysterium per multas ueteris Testamenti figuras fuit ante significatum.*

CAP. XVII.

ET ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum. Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.) Quomodo princeps mũdi huius foras sit eijciendus, nunc manifestat, designãs id morte sua quam in cruce patietur, complendum. Si exaltatus fuero, inquit, à terra, id est, quum exaltatus fuero: non enim dubitat futurum esse, quod uenit implere. Exaltationem autem suam dixit in cruce passionem, qua à terra in aerem subleuatus est, ut aereas debellaret potestates. Verùm quũ non omniũ sit fides, quomodo omnia se tracturum esse dicit ad seipsum? Atqui non hoc ad uniuersitatem hominum retulit, sed ad ipsius hominis integritatem, scilicet animam & corpus secundum quod intelligimus ut uiuimus: non enim animas nostras solum, sed & corpora reduxit ad immortalitatẽ, per passionis suæ uirtutem & resurrectionis gloriã. Aut si per omnia, ipsi homines intelligẽdi sunt, omnia prædestinata ad salutem possumus dicere. Aut certe omnia hominum genera, secundum innumerabiles differentias, quibus inter se præter sola peccata homines distant. Aut denique omnes homines, quantũ ad se attinet, trahit: nam uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Et ipse propitiatio est, non solum pro peccatis nostris, sed & totius mundi. Quod autem non omnes trahantur, eorum efficitur culpa, qui renituntur trahenti, neque eius tractum sequuntur. Fascibus enim peccatorum prægrauati se deprimunt, ponderęq; malorum pressi, domino ad salutem uocanti contra nituntur, ponentes obicem & obstaculũ, ne salui fiant. Et non ab re traham, dicit: quasi à tyrãno detentos, & per seipsos nequeũtes accedere, atq; sæuas illius manus effugere. Quum autẽ superius dixerat, nemo potest uenire ad me, nisi pater meus, qui misit me, traxerit eum: & hic omnia se tracturũ dicit ad seipsum: eandem designat & consentaneam patris atque suam operationem, scilicet tractionem hominũ ad fidem. Quo fit, ut eadem quoq; cognoscatur utriusq; substantia. Quorũ enim eadem est actio, & naturam eandem esse necesse est. Quemadmodum autem subiungit Euangelista, dominus per exaltationem sui à terra significauit qua morte esset moriturus, utpote quod in crucem erigendus, atque à terra sustollendus: sicut & prius dixit ad Nicodemum, Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita oportet exaltari filium hominis. At uerò quum per huiusmodi exaltationem in cruce eiectus sit princeps mundi foras, constat omnibus, per crucis uexillũ deuictas esse à Christo dæmoniacas cohortes, ut sicut per lignum uicerat serpens antiquus primum Adam, unde in omnes transiuit mors: ita quoq; per lignum idem uinceretur à secundo Adam, unde nobis profuxit uita omnis & gratia: hinc factum est, ut in laqueo suo cõprehẽsus sit peccator, & suis, ut ajũt, telis confossus. Sanè crux ipsa funda est, quia David Goliath horrendum armis, & formidabilem uisu prostrauit humi. Ipsa est signum Thau signatum in frontibus uirorum gementium: quo muniti, ab interitu erepti sunt, cæteris omnibus interfici iussis. Ipsa inquam signum, quo angelus Domini signauit seruos Dei in frontibus eorum, ne inferretur illis exitium aut pernicies. Duo ligna colligens mulier Sareptana, prophetã domo suscipit, atque sine olei, farinęq; suæ diminutione aliquandiu uictitauit. Cruce insignita mens, cœlesti alimonia et spiritussancti gratia affatim pasci tur. Ferrum fundo aquæ demersum Helisæus immisso ligno, ad supremam aquæ partem natans eduxit. Nos ad ima barathri depressos, crux sancta subuexit ad astra. Hęc enim est lignũ uitæ, quod in medio paradisi plantatum esse Scriptura commemorat: quia ab ipsa uiuifica nobis & uitalis medicina processit. Hæc est arca Noe, per quam saluamur à diluuio inundantis aquæ uitiorum, & incolumes seruamur. Hæc est scala Iacob à terra in cœlum porrecta, cui dominus innixus est, per quam nobis cœlestia regna conscendere datur. Hæc designata fuit per ligna, quę humeris suis tulit Isaac quum immolandus erat in holocaustum. nam Christi humeris crux baiulata, totius mundi in se tulit precium. Hæc postibus & superlimina ribus domorum Israelitarum figurata describitur: quæ sanguine agni delibuta, exterminatorẽ primogenitorum Aegypti ne ingrederetur propulerunt. Hæc est uirga Mosaica, quæ mare rubrum percutiens, diuisit aquas, & traducto Dei populo regem Aegyptiũ cum toto equitatu submersit. Hæc eadem bis silicem percutiens aquam largo fluxu eduxit. Ipsa itidem lignum est, quod fluuio Marath immissum, amaritudinem aquæ in dulcedinem conuertit. Ipsius figuram atque formam, manibus extentis referens Moyses, superbum Amalech pugnam cientem, atque in populum Dei ductantem exercitum, oratione ad deum facta, uicit. Denique ipsa lignum illud est, quo in deserto suspensus serpens æneus, omnibus ipsum conspicientibus sanitatem à morsu serpentum reddidit. Nam quisquis oculos animi in Christum crucí affixum conuerterit, ab omni uulnere peccati illico curabitur. Per ipsam denique crucem reddita est salus humano generi, facta est redemptio nostra & reconciliatio. Per ipsam allata est nostro medicina dolori, data est fortitudo et robur homini: ut hac lorica obtectus & galea, intrepidus ineat certamen cum hoste, quem dominus noster crucis salutiferę beneficio foras eiecit, profligauit omnino, & penitus attriuit. Exod. 17. Ezech. 9. Apoc. 7. 3. Reg. 17. 4. Reg. 6. Gen. 2. Gen. 7. Gen. 28. Gen. 22. Exod. 12. Exod. 14. Exod. 17. Numm. 20. Exod. 17. Numm. 21.

CAP. XVIII.

RESpondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hominis? (Quum intellexissent Iudæi, quod Dominus de sua morte futura loqueus, dixisset se exaltandum à terra, proponunt ei quæstionem, quomodo se diceret moriturum,



quum scriptura dicat Christum in æternum manere debere. Nomine quidem legis, nonnunquã uetus Testamentum totum à Iudæis accipitur, ut ante dictum est, & non solum quinq; libri Mosi: ita in prophetis mentio fit de æternitate Christi, ut apud Esaiam: Et uocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, pater futuri seculi, deus, fortis, princeps pacis, multiplicabitur eius imperiũ, & pacis eius non erit finis. Et apud Danielem: Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius non corrumpetur. Demum apud Micheam: Et tu Bethleem Effrata, parvula es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Talis autem permanentia perpetua, uidetur contrariari morti atq; passioni. Sed non attendit turba diuinam in Christo naturam minime obnoxiam esse morti, & secundum eam Christum in æternum manere. Nõ etiam animaduertit eundem prostrata morte tertia die resurrecturum: quamuis id ex is nonnunquam prædixerat, & deinde etiam secundum humanam formam in æternum permansurum, ut passio suæ immortalitati non fuerit impedimentum allatura, complecturq; quod dictum est à propheta: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Proinde hic interrogãt Iudæi Christum, quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Memoriter quidem tenuerũt turbæ, quod Dominus assidue dicebat se esse filiũ hominis. Nempe hoc loco non dixit, Si exaltatus fuerit filius hominis: sed superius dixerat, Venit hora ut clarificetur filius hominis. Hoc ergo animo fixum tenentes, dicunt: Si Christus manet in æternum, quomodo exaltabitur à terra? id est quomodo crucis passione morietur? Et ratiocinatione quadam contradictionem colligente cõcludere uidentur, aut eum non esse Christum, aut non esse moriturum. Si enim, inquiunt, exaltandus es in crucem, non ergo Christus, qui secundum legem mansurus est in æternum. Quod si Christus es, & ideo semper mansurus: non igitur à terra exaltandus es, & moriturus. Quis igitur est iste filius hominis, quem dicis à terra exaltari deberer Si eñ tu ipse es, quomodo tu Christus à nobis diceris? Si alius, æde apertius quis nam sit ille. Verùm uidentur Iudæi maligno animo hæc uerba Christo proposuisse, uolentes hac sua responsione captionem prædictis ipsius uerbis struere, illis cõtradicere, atq; hoc pacto silentium illi imponere, & ipsum non esse Christum ostendere: idcirco Christũ in æternum manere confitentur, sed prauo (ut nonnullorum est sententia) affectu, & contranitendi atq; calumniandi studio. Non enim dicũt, Nos audiuimus, quod Christus nihil patitur, neq; crucifigitur: sed quod manet in æternum. Atqui neque hoc legis diuinæ & Scripturæ dictum de perpetua Christi permanentia, contrarium erat uerbo Christi de morte in cruce toleranda, ut putabat turba. Immortalitati enim Christi, passio eius non fuit impedimento, quinimò sæpenumero in scripturis Esaiæ 9. Dan. 7. Mich. 5. Psal. 109.

Universidad de Deusto
Biblioteca



simul passio & resurrectio ponitur: ut in eo Psal-
mi loco: Ego dormiui, & soporatus sum & exur-
rexi. & rursum: Tu cognouisti sessionem meam
& resurrectionem meam. Et Iacob patriarcha
utrunq; horum coniunxit. nam quum dixisset de
Christo in spiritu: Procidens dormiuit ut leo: pro
tinus addidit, Et ut catulus leonis excitauit eum:
priore uerbo passionem domini, posteriore uerò
resurrectionẽ eiusdem insinuans. Fuit certè Chri-
sti mors, tanquam translatio quædam, & commi-
gratio ad melioris uitæ sortem per resurrectionẽ
assumendæ: non omnimoda ipsius extinctio aut
desinentia: quemadmodum lumen solis in occa-
sum decumbentis, aut corpore lunari obducti,
non extinguitur, sed breui & ad tempus secedẽs,
sine aliqua sui diminutione rursum apparet con-
spicuum. Ita planè & sol ipse iusticię immenso iu-
bare refulgens, admodum tempus huius uitę pas
sus deliquium, paulo pòst per resurrectionis glo-
riam insigniori splendore rursum emicuit.

CAP. XIX.

DIxit ergo eis Iesus: Adhuc modicum lumen
in uobis est. Ambulate dum lucem habetis,
ut tenebræ uos non comprehendant. Et qui am-
bulat in tenebris, nescit quò uadat. Dum lucem
habetis, credite in lucem, ut filij lucis sitis. Hæc lo
quutus est eis Iesus, & abijt, & abscõdit se ab eis.)
Commendat ab his uerbis Christus turbas de ali
quanta scripturarum cognitione, quam se osten-
debant habere, quantum ad Christi æternitatem:
imperfectam tamen eam esse ostendit, quia non
pertingit, neq; peruenit ad intelligendũ mortem
Christi, & passionem in forma humana simul sta-
re cum deitatis æternitate, quum tamen utrunq;
scriptura asserat de Christo. Siquidẽ Christi æter-
nitatem, supradictis astruit testimonijs scriptura:
Psal 21. passionem uerò, apertissime apud prophetam in
Psal. 68. Psalmis: Foderunt manus meas, & pedes meos,
& dinumerauerunt omnia ossa mea. Partiti sunt
uestimenta mea sibi, & in uestem meam miserunt
sortem. Et dederunt in escam meam fel, & in siti
Esaiæ 53. mea potauerunt me aceto. Et apud Esaiam: Tan-
quam ouis ad occisionem ducetur, & sicut agnus
coram tondente se obmutescit, & non aperiet os
suum. Ipse aũt traditus est propter iniquitates no-
stras, attritus est propter scelera nostra, & liuore
eius sanati sumus. Deus eñ posuit in eo iniquita
Dan. 9. tem omniũ nostrũm. Demum apud Danielem:
Et post hebdomades sexaginta duas occidẽt Chri
stus. Itaq; admonet ipsos ad consummatã de Chri
sto quærendam cognitionem, dicens: Adhuc mo
dicum lumen in uobis est, per hoc quod intelligi
tis quia Christus manet in æternum: ergo ambu-
late, accedite, totum intellígite, & moriturũ Chri-
Ioan. 8. stum & uicturum in æternum: Dum lucem habe-
Ioan. 1. tis, id est me, qui sum lux mundi, & lux uera quæ
illuminat omnem hominem uenientem in hunc
mundum: ut non uos tenebræ erroris & ignoran-
tiæ comprehendant: quod planè fieret, si eo mo-
do crederitis Christi æternitatem, ut negaretis in
eo mortis humilitatem. Qui enim ambulat in te-
nebris & caligine errorum, astruens æternitatem
Christi sine eiusdem morte, aut mortem eius se-
cundum hominem, sine eiusdem æternitate, ne-
scit quò uadat: putãs enim ad ueritatem tendere,
in errorũ anfractus, præcipitiaq; delabitur. Itaque
dum lucem habetis, credite in lucem, ut filij lucis
sitis, id est dum aliquid ueri habetis, credite in ue-
ritatem, ut renascamini ueritati, & efficiamini fi-
lij mei, cognatione & propagatione spirituali, de
qua superius dictum est: Dedit eis potestatem fi-
lios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius, qui
nõ ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, ne-
que ex uoluntate uiri: sed ex deo nati sunt. Quũ
autem dominus cognosceret ipsos his uerbis nõ
ad credendum induci, sed ad persequendum exa
cerbari: abijt & abscondit se ab eis: nõ quidem ab
eis qui credere & diligere cœperũt, sed ab eis qui
uidebant & inuidebant. Quum autem se abscon
dit, nostræ infirmitati consuluit, non suæ potesta-
ti derogauit. Sed quum nec lapides iacerent, nec
blasphemarẽt: cuius gratia occultatus est? Nouerat dominus furorem in eis fœuientem, & nõ ex-
pectauit ut in opus exirẽt: sed occultauit se, emitti
gans inuidiam eorũ. Nouerat inquam dominus
feruentem ira animum ludæorum, & occisionem
meditantem, & ideo occultatus est.

CAP. XX.

QVum autem tanta signa fecisset coram eis,
non credebant in eum, ut sermo Esaiæ im-
pleretur quem dixit: Domine quis credidit audi-
tui nostro, & brachium Domini cui reuelatum
est?) Meritò reprehenditur populus Israeliticus
duce Mose in deserto quadraginta annos cõmo-
ratus, quod tãtis magnalibus & signis dei, in Ae-
gypto, in mari rubro & deserto ostensis, non cre-
diderit, sed rebellis contra dominum & obmur-
murans semper fuerit. Proinde propheta in Psal-
mo cõmonet illius populi filios, ne duræ sint cer-
uicis & obdurati cordis in deum, dicens: Hodie
si uocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda ue-
stra, sicut in exacerbatione secundum diem ten-
tationis in deserto, ubi tentauerunt me patres ue-
stri, probauerunt & uiderunt opera mea. Huius
autem incredulitatis & duricię imitatores, tanq;
hereditario quodam morbo labefactati uidentur
Iudæi, coram quibus dominus tanta ostendit si-
gna, suæ diuinitatis approbatiua, tãta opera quæ
loquerentur eum à patre missum, tanta denicq; mi
racula, quæ exclamarent eum esse Christum, non
tamen credebant in eum. Neq; in hac solum cre-
dendi tarditate, sed & permultis alijs est compert
re, populum Iudęorum sic ad dominum nostrum
male affectum esse, sicut fuerat populus Israelite-
cus ad Mosen. Nempe Moses autore deo magna
lia fecit in Aegypto, mirabilia in mari rubro,
admiranda signa in deserto: quæ tamen populus
paruipendit, neq; illis ad deum rite colendum, ut
debuit, inductus fuit. Haud aliter Christus multa
coram Iudæis fecit miracula: dæmonia eiecit, cæ-
cos illuminauit, mortuos resuscitauit. Sed scribæ
& pharisęi talia signa pro uiribus calumniaban-
tur, &



Exod. 4. tur, & dæmoniacæ potestati (quæ sua erat male-
Num. 14. uolentia) ascribebant. Rursum Moses legem dei
Matth. 5. in monte Sina acceptam populo promulgauit,
Lucæ 21. & quòmodo foret obseruanda, latius explicuit.
Lucæ 16. Iudicia Dei, decreta, & cæremonias sacrificio-
Ioan. rum studiosius edocuit. Verùm populus audi-
Ioan. 10. tam & exhibitam legem sæpenumero preuarica-
Exod. 32. tus, contra legislatorem obmurmurationibus, se
Exod. 33. ditionibus & assiduis querimonijs insurrexit re-
Num. 1. bellis & duræ ceruicis. Sed nõnne Christus legi-
fer noster sedens in monte legem euangelicam sa
cro ac diuino ore deprompsit, illã assidua in tem-
plo & synagogis doctrinę suæ profusione abun-
de explanauit? Cæterum non cessarunt scribę &
pharisæi sacram eius doctrinam subsannare, irri-
dere palàm, carpere in propatulo, ut falsam, ut in-
sani hominis aut arrogantis de se testimoniũ per-
hibentis. Insuper Moses tam pio erat affectu cha-
ritatis in populum, quod iniurijs ab eo non semel
affectus interpellauit deũ obnixe, & suppliciter
Num. 16. pro obtinenda uenia peccati in adoratione uituli
Num. 14. conflatilis commissi. Sepius item iram dei uolen
tis penitus delere populũ ob rebellionem & cre-
bram murmurationem mitigauit, & assiduis diui-
næ maiestatis pedibus rogauit pro salute populi,
& completione promissionis factæ de introduc-
tione eius in terram illi destinatam. Ediuerso po
pulus pro huiusmodi mansuetudine eum nunc
uerbis contumelijs insectatus est, atq; exacerba
uit, nũc uerò lapidibus obruere tentauit, semper
ex improbitate sua malum pro bono retribuens,
Lucæ 23. ut sacra testatur Exodi & libri Numeri historia.
Haud dissimiliter sua eximia benignitate Chri-
stus se mediatorem constituit inter deum et homi
nes, pro crucifigentibus se, ut ipsis ignosceretur,
patrem orauit. Non cessauit item quum uerbis,
tum opere quosuis à uia peccatorum reuocare, &
in rectam salutis æternæ semitam traducere. Ve-
rumetiam ab æmulis & maleuolo in ipsum ani-
mo affectis Iudæis, scribis & pharisæis, impro-
Matth. 11. peria, conuicia & contumelias in compensationem
accepit: Homo uorax ab eis & potator uini, pec-
catorum et publicanorum amicus appellatus est.
Neque uerbo solùm, sed & opere læsionem illi &
iniuriam intentare crebrius moliti sunt, quum &
è summo culmine montis eum præcipitare, & la-
Lucæ 4. pides in ipsum, ut blasphemum, iacere frequen-
Ioan. 8. tius conati sint. Ex quibus omnibus liquido con
stat, si populi Israelitici ad Mosen conditionem
& affectum pensiculatius attendas, illum haud
absimilem esse à moribus atq; affectione populi
Iudaici ad Christum: ut quæ in Mosen facta sunt
ab eo populo, quem eduxit de Aegypto & tradu
xit per desertum, sint tanquam typus quidam, &
Lucæ 1. figura eorum, quæ postmodum in Christum fa-
cta sunt à populo Iudæorum, quem uisitauit ori-
ens ex alto. Neq; id quidem absurdum: nam om-
nium confessione Moses typum expressit, & ima
ginẽ Domini nostri in liberatione populi ex Ae-
gypto, ducatu illius in deserto, & legislatione. Ita
planè & Hebraicus ille populus rebellis & incredulus, cui moderando Moses præfectus est, ima-
go quædam erat atque repræsentatio populi Iu-
daici, uerbis Christi, quæ præsens hausit, & ope-
ribus eius coràm conspectis, incredulì semper &
contra nitentis. Vt de ipso meritò conqueratur
dominus per Esaiam prophetã dicentem in per-
sona Christi: Expandi manus meas tota die ad po
pulum incredulum, qui graditur in uia non bona
post cogitationes suas: populus qui ad iracundiã
protiocat me, ante faciem meam semper. Itaq; tan
tam incredulitatem, & animi duritiam hoc loco
cum admiratione quadã uidetur insinuare Euan
gelista, obstupens magnitudinem & gratuitatem
infidelitatis eorũ, quę à Christo tot tantisq; signis
factis, de corde eorum dimota neutiquam fuerit.
Hanc autem tantam eorum incredulitatẽ, à pro-
pheta prænunciatam commemorat Euangelista,
qui spiritu sancto reuelante præuidens eorũ, qui
crediturí erant, paucitatem, dixit: Domine quis
credidit auditui nostro, & brachium Domini cui
reuelatum est? Particulam, quis, propheta non
pro omnimoda negatione, sed pro raritate po-
suit: quia quod sancti prophetæ à Deo audierũt
& populo denunciauerunt, paucissimi crediderunt. Et planè apud scripturam frequens est hu-
ius dictionis in ea ratione & acceptione usus, ut
in Psalmo: Delicta quis intelligit? & in Ecclesia-
stico: Beatus diues, qui inuentus est sine macula,
& qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecu-
nia & thesauris: quis est hic? & laudabimus eum.
Satis autem cõstat, brachium domini, ipsum dei
filium nuncupatum, qui uirtus est ipsius patris.
Quomodo & in cantico sacrosanctæ uirginis di-
citur: Fecit potentiam in brachio suo, & crebrò
apud prophetas hoc pacto sumitur. Nõ quidem,
quod deus pater figura detineatur carnis huma-
næ, sed quia omnia per ipsum filiũ facta sunt, ideo
brachium Domini dictum est: quandoquidem
homines potissimam operandi uim brachijs exer
cent. Si enim homo tanta potestate præualet, ut
sine ullo motu corporis sui, quod diceret fieret,
brachium eius, uerbum ipsius esset. Non autem
patet occasio erroris ijs qui dicunt: quia solus pa-
ter, si brachium eius est filius: non enim duæ, sed
una persona est homo & brachium eius: non in-
telligentes, quomodo uerba de rebus alijs ad res
alias propter aliquam similitudinem transferan-
tur. Quidam autem inter se musitant, quæ cul-
pa fuit Iudæorum quod non crediderint, si ne-
cesse erat ut sermo Esaiæ impleretur? Quibus
respondemus, Deum præscium futurorum, per
prophetam prædixisse infidelitatem Iudæorum,
non fecisse. Non enim propterea quenquam de-
us ad peccandum cogit, quia futura hominum
peccata iam nouit: ipsorum enim præsciuit pec-
cata, non sua. Fecerunt ergo peccatum Iudei,
quod facturos esse prędixit, quem nihil latet.
Non igitur uocabulum, ut in litera causale est, sed
euentus indicatiuum. Non enim quia dixit Esai-
as, non crediderunt: sed quia non erant credituri, propterea Esaias dixit.

Esaiæ 65. Rom. 10.
Esaiæ 53.
Psal. 18.
Eccl. 31.
Lucæ 1.
Ioan. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca



CAP. XXI.

Esaiæ 6. PRopterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias: Excæcauit oculos eorũ, & indurauit cor eorum, ut non uideant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. Hæc dixit Esaias quando uidit gloriam eius, & locutus est de eo.) Quod hic dicit Euangelista, non immeritò scrupulum & ambiguitatem iniícere cuiquam posset. Si enim credere non poterant Iudæi, quod peccatũ est hominis, nõ facientis quod nõ potest facere? Et quod est grauius, ad deũ cau sa refertur: quando quidẽ ipse excæcauit oculos eorum, & indurauit eorum cor. Non enim hoc in præsenti loco de diabolo dicitur, sed de deo. Sed quare non poterãt credere? adhibenda est respon sio: quia nolebant. Sicut enim quod deus negare B seipsum non potest, laus est uoluntatis diuinæ: ita quod illi non poterãt credere, culpa est uoluntatis humanę. Hoc autem loquendi genus & in cõmuni usu obseruat: ut quũ quis dicat, Nõ possum amare illum, aut obliuiscí illatæ iniuriæ, aut ueniam dare offensionis in me factæ. In quibus omnibus nõ omnino designatur impossibilitas, sed difficilis ad id animi inflexio, propter uehemẽ tem ad oppositum propensionem atq; procliuitatem. Quemadmodum qui odio alterum insectatur, difficile admodum inflectere animum potest ad illius amorem propter odij uehementiã: hinc dicit se illum amare non posse. Consimili modo Hierem. 13. dicit Hieremias: Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus uarietates suas, & uos poterítis benefacere quum didiceritis malum. Ita ex- C cæcatio & obduratio animi eorum, reddidit eos ad credendum difficillime dispositos: hinc dicti sunt hic non posse credere. Verùm his sermo nobis tantundem significare debet, atq; si diceret ipsos noluisse credere, ut nomen potestatis ibi ponatur pro uoluntate, quod crebro est scripturæ in usu, quemadmodum quum ait dominus in euan-
Matth. 19. gelio: Qui potest ait, capere capiat: id significans eo sermone, quod qui uult amplecti id uitæ institutum, quo fiat eunuchus castrans se propter regnum dei, amplectatur ipsum: non enim præcepto constringit quempiam deus ad capessendum illud uiuendi genus, sed solum consulit, & salutari admonet consilio, ipsum esse arduum & sublime: idcirco in cuiusq; relinquit arbitrio, ut si ue- D lit illud aggredi, aggrediatur. Alio etiam in loco dicit Christus in euangelio: Non potest mundus
Ioan. 7. uos odio habere, me autem odio habet. Quo uerbo significat mundũ, homines q; mundanos nolle illos odio prosequi, qui secularia sectantur desideria, & honores mundi aucupari student, gloriam q; popularem captare. Ita de aliquo iam diutius assueto uitijs, dicere solemus, quod non potest ad bonum conuerti, & consuetudine diuturna cõtractam malitiam relinquere: non id innuere uolentes quod impossibile sit illi bene operari: sed quia non uult, ideo non potest: & ibidem sumentes potestatem pro uolũtate, quemadmodũ A & hoc in loco, quum dicit Euangelista de Iudeis: propterea non poterant credere. Id ita accipere debemus, atque si diceret, Propterea nolebant credere. Impossibile siquidem erat Esaiam prophetam, qui prædixerat futuram Iudæorum incredulitatem, mentiri: non tamen propterea impossibile erat ut ipsi crederent. Licebat enim, etiam illis credentibus, uerum esse prophetam: nõ enim prædixisset propheta eorum incredulitatem, si fuissent crediturí. Sed percõtabere forsan, quid ergo nõ ita dixit hic Euangelista, quod quoniam non erant crediturí Iudæi, propheta id prænunciauerit: sed potius conuersam innuere uidetur sententiam, quod quoniam prædixerat propheta non credituros Iudæos, ipsi non erant crediturí? In promptu est responsio: quoniam proprietates quasdam, loquendiq; certas formas habet Scriptura, cuius legibus, præscriptis que regulis est concedendum. Et recipienda quidem est scripturæ locutio: sed recta eiusdem intelligentia est exquirenda. Cæterum excæcat Deus & obdurat: non efficiendo illa in cordibus hominum, sed deserendo, & nõ adiuuando. Quia enim priores eum deserimus, ipse culpis nostris id exigentibus etiam nos deserit, secundum illud Osee: Et quia oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego. Ex eo uerò quod nos deserit, gratiæ suæ splendorem subtrahendo & affectus seruorem, relinquitur in nobis excęcatio & obduratio, cuius nosipsi soli autores sumus præcipui. Perinde atque si quis sponte se auertat à sole, & densas incurrat tenebras: hæc deficientia luminis in oculis eius, non solis absentiæ, sed solum eius culpæ est ascribenda. Quę uerò Deo permittente fiunt, sæpenumero à scriptura exprimuntur perinde ac- Exo. 10
que ea efficeret, ut in Exodo: Ego indurabo cor Pharaonis. & Paulus ad Romanos: Propterea tradidit eos Deus in passiones ignominiæ, & plerisque alijs in locis idem obseruatum occurret. Itaque excæcauit eos Deus & obdurauit: quia oculos intimos animi malicia excæcari passus est, & cor eorum ex peccandi consuetudine obduran. Hinc autem effectum est, ut oculis interioribus non uiderint, neque corde intellexerint mysteria Dei, & proinde neque conuersi sunt ad dominũ, neque à morbo sui peccati curati. Porrò ut prophetę testimonium modò adductum sit approbatius & indubitatius, consequenter Euangelista subiungit, quando huiusmodi uerba à propheta dicta sunt: eo' que in tempore prolata commemorat: quando uidit gloriam eius, scilicet filij Dei: & locutus est de eo, utpote quum testatur se uidisse Dominum sedentem super solium, & plenam omnem domum fuisse maiestate Dei, & cherubín stantia. Vidit autem Esaias Deum, non sicuti est: sed modo quodã significatiuo, sicut prophetæ uisio fuerat efformanda. Nemo ergo uos fallat eorum qui dicunt inuisibilem patrem, & uisibilem filium: qui putant hunc esse creaturam. In forma enim dei, in qua est æqualis patri, etiam filius



filius inuisibilis est. Vt autem ab hominibus uide A retur, formam serui accepit. Ostendit se etiam anteq; susciperet carnem, oculis hominum: sicut uoluit in subiecta creatura, non sicuti est. Nam quẽ-
Ioan. 1. admodũ superius dictũ est: Deũ nemo uidit unq;.

CAP. XXII.

VEruntamẽ & ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter pharisæos non confitebantur, ut de synagoga non eijcerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm gloriam dei.) Dixerant prius pharisæi: Nunquid ex
Ioan. 7. principibus aliquis credidit in eum? uolentes insinuare, nullum principũ Christo per fidẽ adhæsisse. id nunc Euangelista falsum esse comprobat, & multos ex principibus in Christum credidisse scribit. Verum infirma et inualida fuit eorũ fides: B nam corde tantum seruabatur, & non ore propalabatur, neq; opere complebatur: quum tamẽ di-
Rom. 10. cat de iloquus Paulus: Corde creditur ad iustitiã, ore autem confessio fit ad salutem: potissimũ ubi confessionis opportunitas & necessitas occurrit. Isti autẽ principes timentes offendere pharisæos, si palàm Christum confiterentur, & cum ignominia de synagoga eijci, hominibus magis quàm deo placere studuerunt, & hanc ob rem in uia do-
Psal. 51. mini minus rectè incesserunt, quũ dicat Psalmus:
Gal. 1. Dominus dissipat ossa eorũ, qui hominibus placẽt. Et Paulus: Si adhuc hominibus placerẽ, Chri-
Luce 9. sti seruus non essem. Et de talibus loquitur dominus in Euangelio: Qui erubuerit me corã hominibus, erubescam & ego eum coram patre meo. C Causam deniq; subnectit Euangelista, quare palàm Christum non sint ausi confiteri: quia dilexerunt, inquit, magis gloriam hominum quàm gloriam dei. Gloria quidem dei est, publicè confiteri Christum: hominum uerò gloria est in mundanis gloriari. Gloriam ergo hominũ diligebant, quia de consortio synagogæ potius quàm Christi uideri uolebant, potius offendere pharisæos, quàm deum, ne notam apud homines incurrerent, time-
Luce 6. bant: quum cõtrà de ueris Christi discípulis dictũ sit. Beati estis quum uos oderint homines, & quũ separauerint uos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen uestrum tanquam malum propter filium hominis. Gaudete in illa die, & exultate, ecce emẽ-
Act. 5. merces uestra multa est in cœlo. Rursum de apo-
Ioan. 9. stolis dictum legimus: Ibant apostoli gaudentes D à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Atqui conspirauerant Iudæi, quod si quis Iesum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. Itaque ne illa perstringerentur ignominia, supprimunt Christi confessionem & tacent, minus reuera constantes, quàm fuerit cæcus ille illuminatus à dño, qui intrepidè Christi nomẽ confessus est in propatulo, & coram frequenti corona uirorũ, eiectusq; de synagoga, à Christo benigniter susceptus est.

CAP. XXIII.

IEsus autẽ clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eũ qui misit me. Et qui uidet me, uidet eũ qui misit me. Ego lux in mundum ueni, ut omnis qui credit in me, in tenebris A non maneat.) Quia amor humanæ gloriæ principes credentes cõfiteri Christum prohibebat: neq; id mirum, nam ille etiam multos ne crederent detinebat, quemadmodum superius dixerat dominus: Quomodo potestis credere, qui gloriam ab-
Ioan. 5. inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo deo est, non quæritis? id circò cõtra hoc clamat dominus, fructum fidei ex maiestate eius in quem creditur, extollens. Clamor autem ille, non tam uocis elationem, quàm mysteriorum dicendorum magnitudinẽ, & affectum animi ad salutem humanam designat. Quum enim magis insonet auribus dei ardor affectus, quàm uocis magnitudo, sæpius in scriptura affectus uehementia nomine clamoris
Psal. 129. denotatur, ut in Psalmo: De profundis clamaui B
Psal. 101. ad te domine, domine exaudi uocem meam: Et alio loco: Domine exaudi orationẽ meam, & clamor meus ad te ueniat. Porrò quia Christus homo apparebat hominibus quum latẽret deus, ne putarent eum hoc esse tantum quod uidebant: talem ac tantũ se uolens credi, qualis & quantus est pater: Qui credit in me, inquit, nõ credit in me, id est, in hoc quod corporeis oculis uidet corãm: sed in eum qui me misit, id est in patrem, qui eiusdem mecum est substantiæ, & cuius sum unigenitus secundum naturam filius. Non itaq; paruũ existimetur aut exiguũ in me credere, etiã propter humanã contemnendam gloriam: nam idipsum est itidem in deũ patrẽ credere, & illi per uerã fidem adhærere. Si itaq; nullus, quacunq; ex causa, recusare debet in deum credere, neq; itidẽ credere in meipsum refutare debet, quãdoquidẽ in unũ sine altero fides haberi nequaq; possit. Vt amplius ostendat omnimodã identitatẽ, & æqualitatẽ sui ad patrẽ subiungit: Qui uidet me, uidet & eũ qui misit me, quasi dicat: usq; adeò nihil distat inter ipsum & me, ut qui me uidet, protinus uideat & eũ qui misit me, propter similitudinẽ in natura, naturalibus q; proprietatibus utriusq;. Ita dicturus est
Ioan. 14. postea ad Philippũ: Qui uidet me, uidet & patrẽ meũ. Non autẽ hic uisio dicitur, obiecti & corãm existentis corporis conspectio. non enim corpus, sed spiritus est deus: sed consideratio ueri, quæ est per intellectũ, & fides in deum, hic uisio dicitur. Deniq; ad fidem inuitat, ex copioso fructu, & utilitate enascente in ijs, qui rectam fuerint amplexi fidem: significatq; aliud quiddam & maius de se
Ipan. 1. credendum, quàm de cæteris hominibus, dicens: Ego lux in mundũ ueni. Lucem autẽ se hic uocauit, sicut & superioribus locis, quia ab errore eripit, & intellectuales tenebras soluit. Et reuera ipse lux est primaria, omnes illuminans, & ab alio illuminationem non participans. Cæteri autem diuinæ lucis participes, interdũ quidẽ lux dicuntur: sed illuminantur ab eo primum, deinde susceptura illuminationis supernæ dona in alios distribuunt. Venit autem lux ista uera in mundum, ut omnis qui credit in eum, in tenebris non maneat: sed si prius in caligine uitiorum oberrabat, eripiatur ex horrenda illa nocte, & transferatur

Universidad de Deusto
Biblioteca



in lumen. Si igitur natura homines horrescunt te- A
nebras corporales, & illis offusi, trepidatione agi
tantur & horrore, magnicp beneficij loco ducunt
illis eximi tenebris, & infusa luce illustrari: quis
non merito amplius exhorruerit spirituales tene-
bras, erroris & uitiorum horrore plenas? quis nõ
laborauerit illis depulsis, & illata animo luce, ad
ueram dei cognitionem perduci? ad lucem illam
1.Ioan.1. æternam, in qua tenebræ non sunt ullæ (ut dicit
Ioannes) fidei merito transferri.

CAP. XXIIII.

ET si quis audierit uerba mea, & non custodie
rit, ego nõ iudico eum. Non enim ueni ut iu-
dicem mundum, sed ut saluificem mundum. Qui
spernit me, & non accipit uerba mea, habet qui iu
dicet eum. Sermo quem locutus sum, ille iudica- B
bit eum in nouissimo die.) Soletbonus legislator
& prẽmia proponere ijs, qui obseruabunt legem,
& pœnas decernere præuaricatoribus: ut his ab-
sterreantur à maleficio, illis uero incitẽtur ad bo-
num. Haud secus legislator noster Christus, pau-
lo ante fructum quem cõsequentur credentes in
eum, expressit. Hoc uero loco damnationem &
pœnam, quam incurrent increduli, comminato-
rijs uerbis explanat, dicens: Si quis audierit uer-
ba mea, auribus scilicet corporis duntaxat inso-
nantia, et non custodierit ea exequutione operis,
ego non iudico eũ, hoc scilicet primo meo aduen
tu, qui non est ad iudicandum, sed saluandũ mun
dum: quemadmodum superius dixit ad Nicode
mum: Non misit deus filiũ suum ut iudicet mun- C
Ioan.6. dum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Et alio lo
Lucæ 9. co: Non uenit filius hominis animas perdere, sed
saluare. Nempe nũc tempus est misericordiæ, nõ
iudicij. Ne autem quispiã existimet propterea in-
credulos terribile dei iudicium euasuros, subiun-
git: Qui spernit me, & non accipit uerba mea, ha-
bet qui iudicet eum. In rebus humanis, qui nõ ac-
cipit mandata regis, sed abijcit, ea contẽptione &
regem quoq; spernit. Filius itidẽ, qui non accipit
uerba patris, sed paruipendens irridet, is & patrẽ
aspernatur. Nimirum igitur qui non accipit uer-
ba Christi, sed reijcit, reuera Christum spernit, &
horrẽdo reseruatur iudicio. Nempe sermo quem
locutus est Christus, iudicabit eum in nouissimo
Ioan.5. die. Quibus quidem uerbis satis manifestauit, se- D
Act.9. ipsum in nouissimo die incredulos, & sui contem
ptores iudicaturũ: sicut prius dictũ est, quod pa-
ter omne iudicium dedit filio, & constitutus est à
deo iudex uiuorũ & mortuorũ: dedit enim pater
ei potestatẽ iudiciũ facere, quia filius hominis est.
Seipsum quippe Christus locutus est, seipsum
mundo annunciauit, ut uerbũ quod se & alia ex-
plicat, ut lux quę seipsam in primis & alia manife-
stat. Testatus est eñ se filiũ dei patris esse, se à deo
Ioan.8. processisse, & in mundũ uenisse. Quod si quis ser
monem Christi intelligere uelit, uerba quæ Chri-
stus ad populum prædicans protulit, neq; hic sen
sus à proposito erit alienus. Quemadmodũ enim
lex ciuilis dicitur iudicare latronem, quia osten-
dit eum iudicio & capitali supplicio dignum: ita
quoq; opera Christi, & præcepta suis ipsius ue-
rbis explicata iudicabũt infideles: quia aperte pro
dent eos æterna cõdemnatione dignos esse. Qui
enim præceperit Christus, nemini inferendam ca
lumniam, non esse irascendum fratri, non temere
iudicandum proximum, non denicp alteri facien
dum quod non uellemus nobis fieri: qui aliquid
istorum admiserit, ostendetur ex his domini ue-
bis reus gehennæ ignis. Quod si horrendũ est in-
cidere in manus dei uiuentis, si durũ tali iudicio
subiacere, quũ tempestiua adest hora, accipiamus
libenter uerba Christi, & opere cõpleamus: non
spernamus eum, qui uenturus est nos iudicare:
sed prompti & alacres amplectamur eius manda-
ta, eaq; seruantes ipsum colamus & honoremus.

*Octaui libri finis.*

COMMENTARIORVM D. CYRILLI IN
EVANGELIVM IOANNIS, LI-
BER NONVS.

CAP. I.

QVIA ego ex meipso non sum lo-
cutus: sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit quid di
cam & quid loquar: & scio quia
mandatum eius uita æterna est.
Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor.) Reducit in memo-
riam Hebræis eorum, quæ à Mose de ipso scripta
sunt, commodissimeq; carpit impietatem eorum,
subaperiens quia legem etiam ipsam, quam diui-
nitus Mosi datam credebant, summopere cõtem
nebant. Quid porrò de Christo Moses scripsit? ne-
minem esse arbitror qui nesciat, perstringam ta-
men, ut totus hic locus facilius intelligatur. Pro-
phetã, inquit, suscitabit uobis deus ex medio fra- E
trum uestrorum sicut me, id est qui legem faciet,
qui mediator inter deum & homines erit: & po-
nam uerba mea in ore eius, & loquetur ad eos
quæ præcepero illi. Quicunq; autem uerba eius,
quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit,
ego ultor existam. Duo ergo simul facit: nam &
deo patri repugnare illos ostendit, qui non audi-
ant uerba eius: & seipsum illum esse prophetam
declarat, qui uoce dei patris priscis temporibus
uenturus nunciabatur. Et quodammodo quam- F
uis qui tardi sint, nisi doctrinam eius audiant, sa-
euitabili cruciatui subiectos fore subaperit. Quo
modo enim qui dei præcepta negligunt, qui man
data eius uiuificare pellunt, summis non uexa-
buntur supplicijs? Aut quomodo uitę partícipes
erunt, qui mandata uitæ spernũt? iure igitur pro-
pheta de ipsis dicebat: Terra terra, audi audi ver- G
bum domini, Ecce ego mittam mala in populum
hunc: quia legi meæ non attenderunt, & uerbum
meum repulerunt. Duobus sanè criminibus lu-
dæos astringi maxime comperimus. Nam neq;
legem quam defendere simulabant, qua uentu-
rus esse Christus prædicabatur, audierunt: nec sal
uatoris uerbis, qui se illum esse prophetam, qui
expectabatur, aperte dicebat, attendere uolue-
runt. Nemo autem putet, quia nihil à se, sed quæ-
pater



pater præcepit loquitur: idcirco aut secundũ sub A
stantię, aut secundũ dignitatis alicuius rationem,
minorem patre uideri: sed illud reuoluat animo,
& nobis rogantibus respondeat: utrum prophe-
tæ nomen & rem ipsam deo secundum naturam
conuenire putet? non dubito quin absurdum om
nibus uideatur prophetam appellari deũ, qui per
Osea 12. prophetas loquitur: qui uisiones multiplicauit, ut
scribitur: uerũ quoniam seruitutis nomen & ha-
bitum similitudine nostra uere assumpsit, & hoc
modo uocatus propheta est: congruenter etiam
quæ prophetæ cõueniunt à scriptura sibi attribu-
untur: ita & audisse à patre, & mandata accepisse
quid dicat, & quid loquatur, uere scribit. Ad hæc
nimium rudiore legis sensui præoccupati Iudæi,
à deo ipsam datam credentes, saluatoris uerba ad B
spiritualem cultum omnia traducentis, nullo mo
do susciepissent. Non enim sciebant natura illum
esse deum, nec in mentem sibi ueniebat, unigeni-
tum patris uerbum carnem nostram propter nos
assumpsisse. Nã si id credidissent, nullo modo do-
ctrinam eius repudiassent: sed quia hominem mi-
seri nudum esse credebant, idcirco non patiebán-
Ioan.10. tur legem, ut ipsi putabant, ab eo dissolui. Vnde
impudenter clamare solebant: Non petimus te la
pidibus de bono opere, sed de blasphemia, qui
quum sis homo, deum teipsum facis. Optima er-
go dispensatione dominus noster Iesus Christus
ab hac eos falsa opinione remouens, & ad suscipi
enda uerba sua impellens, à nudo homine ad deũ
patrem orationem traducit, omni ratione ac uia C
est, quũ dilexisset suos, qui erant in mundo, in fi-
nem dilexit eos. Illud igitur ut breuissime primò
perstringamus, dicere mihi uidetur, ante salutarẽ
passionem, quũ sciret Iesus proxime iam tempus
esse, ut ad cœlos transiret, perfectã erga suos qui
erant in hoc mundo, dilectionem ostendit. Verũ
ut latius totam rem amplectamur, non grauabor
repetere quæ alias dicta sunt. Intellectuales, ratio
nalesq; substantiæ, uirtutes, dominationes, cæte-
req; huiusmodi, propriè saluatoris sunt creatio-
nis ratione: sed rationales etiam, terrestresq; sub-
stãtiæ, suæ propriè sunt ea ratione, qua omniũ do
minus est, etiam si nonnulli eum nõ adorant. Di-
lexit igitur suos in hoc mũdo, non enim angelos,
nec naturam angelorum apprehẽdit: sed quũ dei
patris forma esset, non rapinam arbitratus est se D
esse æqualem deo: imò uerò propter nos, qui in
hoc mundo sumus, exinaniuit seipsum, & chari-
tate sua erga nos formam nostram accepit, quum
sit omniũ dominus. Dilexit igitur suos, qui sunt
in hoc mundo: & dilexit in finem, quia non igno-
rans quot, quantaq; passurus esset, libenter prop-
ter nos cuncta susciepit. Quũ igitur, inquit, teme-
ritatem Iudæorum, & crucis patibulum effugere
potuisset, adeò dilexit suos, ut non recusauerit
pro uita omnium mori. Quod autem perfectissi-
ma hæc dilectio sit, ipsum saluatorem testem mi-
hi citabo. Hoc est, ait, mandatum meum, ut dili-
Ioan.15. gatis inuicem, sicut dilexi uos. Maiorem charita-
tem nemo habet, quàm ut animã suã ponat quis
pro amicis suis. Præterea nõ ignoramus, nõ paruo



filio intelligitur: quia à patre mandatum accipe- A
re scribitur, præsertim quum nos quoq; ipsa man
data cæteris demus, imperemusq; ut faciant. Ne-
que hac de causa illos à naturali similitudine no-
stra depellimus: sed idem sunt secundum natu-
ram, nobisq; consubstantiales, iam antequam eis
mandauerimus, quàm posteaq; imperia nostra
subierint. Sed dicet fortasis quispiam, consub-
stantiales quidem esse, dignitate autem minores
qui alienis ministrant imperijs. Sed si non esset de
unigenito scriptum, ô tu, quicunq; es, qui ista di-
cis: Quia quum in forma dei esset, non rapinam Philip.2.
arbitratus est se esse æqualẽ deo: sed seipsum exi-
naniuit formam serui accipiens, & habitu inuen-
tus ut homo, humiliauit seipsum: nonnihil fortas-
sis hæc tua ratio afferre uideretur: uerum quoniã
subiectionis atq; humiliationis modus apertissi-
mè patet: cur ita insurgis in eum, qui propter nos
humiliatus est? Vndicp igitur in rectitudinem do
gmatis uerba hæc reducentes, per dispensatio-
nem à Christo dicta fuisse asserimus.

CAP. II.

ANte diem autem festum paschę, sciens Iesus Caput Io-
quia uenit eius hora, ut trãseat ex hoc mun- annis xiij.
do ad patrẽ: quum dilexisset suos, qui sunt in hoc
mundo, in finem dilexit eos.) Subobscurum est
quod dicitur, nec simplicem sensum continet: cu
ius enim rei gratia signanter modò dicere uide-
tur ante diem festum paschæ, sciens quia uenit ho
ra, ut transeat ex hoc mundo ad patrem: quid aũ
est, quũ dilexisset suos, qui erant in mundo, in fi-
nem dilexit eos? Illud igitur ut breuissimè primò
perstringamus, dicere mihi uidetur, ante salutarẽ
passionem, quũ sciret Iesus proxime iam tempus
esse, ut ad cœlos transiret, perfectã erga suos qui
erant in hoc mundo, dilectionem ostendit. Verũ
ut latius totam rem amplectamur, non grauabor
repetere quæ alias dicta sunt. Intellectuales, ratio
nalesq; substantiæ, uirtutes, dominationes, cæte-
req; huiusmodi, propriè saluatoris sunt creatio-
nis ratione: sed rationales etiam, terrestresq; sub-
stãtiæ, suæ propriè sunt ea ratione, qua omniũ do
minus est, etiam si nonnulli eum nõ adorant. Di-
lexit igitur suos in hoc mũdo, non enim angelos,
nec naturam angelorum apprehẽdit: sed quũ dei
patris forma esset, non rapinam arbitratus est se D
esse æqualem deo: imò uerò propter nos, qui in
hoc mundo sumus, exinaniuit seipsum, & chari-
tate sua erga nos formam nostram accepit, quum Hebr.2.
sit omniũ dominus. Dilexit igitur suos, qui sunt Philip.2.
in hoc mundo: & dilexit in finem, quia non igno-
rans quot, quantaq; passurus esset, libenter prop-
ter nos cuncta susciepit. Quũ igitur, inquit, teme-
ritatem Iudæorum, & crucis patibulum effugere
potuisset, adeò dilexit suos, ut non recusauerit
pro uita omnium mori. Quod autem perfectissi-
ma hæc dilectio sit, ipsum saluatorem testem mi-
hi citabo. Hoc est, ait, mandatum meum, ut dili- Ioan.15.
gatis inuicem, sicut dilexi uos. Maiorem charita-
tem nemo habet, quàm ut animã suã ponat quis
pro amicis suis. Præterea nõ ignoramus, nõparuo

fuisse

Universidad de Deusto
Biblioteca



fuisse studio euangelistis omnibus, sæpius ostendere passionis tempus à domino fuisse prænotum, ne quis hæreticorum insurgat, dicens: infirmitate sua traditum, & Iudæorum laqueis irretitum, crucis patibulum non sponte sustinuisse.

CAP. III.

ET cœna facta, quum diabolus iam misisset in cor Iudæ Simonis Scariothis, ut traderet eū: sciēs quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à deo exiuit, & ad deū uadit: surgit à cœna, & ponit uestimenta sua: & quum accepisset linteū, præcinxit se, deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorū, et extergere linteo, quo erat præcinctus.) Radicitus à mentibus nostris, ut omnium perturbationum turpissimam saluator arrogantiam euellit: non enim ignorat nulla magis ægritudine animum hominis deprimi, cui etiam in se deus resistit. Oportebat autem moderato atq; humili animo prædicatores ueritatis (discipulos dico suos) inueniri, ne tanto facilius ad hunc detestabilem morbum, adiumento Christi nō roborati laberentur, quanto plures maioresq; ad huiusmodi scelus causas erant habituri. Solet enim illustribus uiris, crudelis arrogantiæ bestia insilire. Quid autem apostolis illustrius, aut qui se deo coniunctiores dicere potuissent? hic certe moribus in eos, qui nihil præclarū habēt in uita, nunc̄ ingreditur. Quomodo enim eum tentabit qui nihil habet, quod sibi arroget? quem uerò cæteri admirantur, is solet cæteris se facile anteponere. Nam quasi moribus atq; uirtute præcipuus, præstare alijs putat: quæ quū ita se habeant, oportebat profectò ut humilitatis exemplum seipsum Christus illis præberet, quo imitatione domini ad uoluntatē dei mentes suas conformarēt, nec funditus aliter depellere hunc morbū docendo, persuadendoq; quis posset, nisi re ac uerbis ostenderet adeò humiliter de se quoscunq; opinari oportere, ut seruí locum libenter ex animo sibi attribuant. Ministerium ergo serui suscepit, & pedes discipulorum linteo præcinctus lauit. Considera quæso quàm seruile hoc ministerium, quàm infimum, si quis mūdi huius honorem respiciat. Exemplum igitur Christus, nō discipulis solum, sed omnibus eximiæ humilitatis proponitur. Propterea Paulus ad imitationem eius omnes hortatur, dicens: Philip. 2. Hoc sentite in uobis fratres, quod & in Christo Iesu. Rom. 12. & rursus: Putate honore alios uobis præstare. Charitatis certe, concordiæq; fundamentū in humilí animo iaci solet. Verum ut eius rei magnitudinem, quantum uerbis humanis fieri possit amplificet, ne paruū quid factū esse à Christo quisq; putet, mirabili quodam modo diuinus Euangelista gloriam & potestatem eius breuiter ante oculos posuit, quū dicat: Sciens quia omnia dedit ei pater in manus. Quamuis, inquit, non ignorauerit omnium se rerū habere potestatem, et quod à deo exiuerit, id est à substantia dei patris emanauerit: & ad deum uadat, id est quod & rursus in cœlum ascendens patri conglorificabitur: sic tamen seipsum humiliauit: ut linteo præcinctus, discipulorum lauerit pedes. Hoc exemplum habentes charissimi, & huius Christi charitatis imaginē intuentes, moderatè orō de nobis sentiamus, maiora semper præstantioraq; bona in fratribus esse existimātes. Hoc enim ipsum est, ad quod exemplo sui Christus nos inducere uoluit.

CAP. IIII.

VENit ergo ad Simonem Petrum, & dixit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modò, scies autē postea. dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum.) Vbiq; Petrianimus feruentior esse uidetur: & nunc more suo salutare tantæ humilitatis exemplum, ex reuerentia magistri recusat. Considerabat enim quis ipse natura esset, & quis peluim abiectissimi usus, seruí ministerio loturus pedes, offerebat. Mirabilis quippe, horrorisq; plena res erat. Quis enim non perhorruisset, quum dominū omnium qui cum patre in cœlis glorificatur, huiusmodi ministeriū discipulis exhibere uideret? Iure igitur tantæ rei pondus fidelis discipulus pertimuit, & solitæ sibi usus reuerentiæ fructu recusauit, præsertim quū rei causam ignorans, putaret ad quandam solummodo corporis quietem, ut fieri solet, à domino illud cœptū fuisse. Lotio enim pedum, laborem status aut itineris mitigat, propterea feruēter prohibet, dicens: Tu mihi lauas pedes? Oportebat, inquit, oportebat nos qui natura serui sumus, nō te qui dominus omnium es, officium id suscipere. Sed Christus quidem rei utilitatem paulò post expositurum se pollicetur. Nos autem nō parum hinc etiam proficere possumus, uidentes temporum cūcta opportunitati cōmodissimè distribui. In aliud enim sermonem transtulit tempus, quia opus instabat, quumq; occasio dicendi datur, ab agendo desistit: uerum Petrus detrimētum quod ex recusatione illa sequebatur, Non lauabis mihi pedes in æternum, paucis didicit.

CAP. V.

RESpondit ei Iesus: Si non lauero te, non habebis partem mecum.) Perspicuū est quod dicitur. Nam nisi hanc mirabilem humanitatis, inquit, disciplinam susceperis, nihil tibi mecū commune erit: uerum quoniam sæpenumero Christus ea quę de re una dicit, generalius copiosiusq; intelligit, illud quoq; puto istis uerbis significari. Nisi quis, inquit, peccati sordes per gratiam meam lauerit, atq; absterserit, regni cœlorum non erit particeps: non enim intrabunt impuri in beatas illas mansiones, sed qui propter charitatem Christi conscientiam suam mundarunt, sanctificatiq; sancto spiritu per baptismū unà cum Christo uiuent in æternum.

CAP. VI.

DIxit ei Simon Petrus: Domine, nō tantum pedes meos, sed & manus & caput.) Qui modo lotionem acriter repulerat, nunc manus etiam & caput libenter offert. Nam si tanta mihi æruma, inquit, non loto impendet: non solum pedes, sed totum afferam corpus, ut horribile detri-



mentum effugiam. Reuerentia igitur, ac tanta rei formidine, non quia inobediens esset, primo negarat. Nam qui dignitatē saluatoris & mortalitatem suā considerans recusabat, posteaquam huiusmodi detrimentū imminere prospexit, statim obsequitur. Tu autem nonnihil fructus hinc tibi collige, exemploq; tibi Petrum propone: qui etsi dixerit, nō laueris mihi pedes in æternum, cedit tamen confestim maiori: nec pertinaciter contendit, sed citò se pœnituisse ostendit. Caueamus igitur, quantū fieri potest, ne temerario casu uerba efferamus: sed si quid (homines enim sumus) exciderit, etiam si probè dictum uideretur, quum tamē aliud melius appareat, non contendamus, sed quamprimū quod melius est amplectamur: præstat enim uerbis solummodo peccare, quàm magnarum etiam rerū detrimentum habere. Sed procul omnino à nostra lingua iuramentum sit, mutatur enim facile uoluntas: & ideò qui se iuramento astrinxerit, is se detrimento subiecit. Vtilissima enim quædam res est, aut nunc̄, aut raro lingua errare, uerum quia nimium ardua est atq; difficilis, nemo enim linguam domare potest, ut dicitur, saltem iuramento nequaq̄ astrictum proferamus sermonem: ut si cōditio temporum mutare propositū cogat, non adeò magna improbitate opprimamur, et facilius propter fragilitatem Psal. 18. naturæ, ueniam diuinitus consequamur. Quis enim delicta intelligit? ut scribitur. Aut quomodo terrestris homo, lingua quæ non facile teneri potest, quū semper in uerba prorūpat, nō peccabit?

CAP. VII.

DIcit ei Iesus: Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus: & uos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnā esset qui traderet eum: propterea dixit, non estis mundi omnes.) A rebus corporeis quàm aptissimè ad spiritales sermonē traducens, proditorem occulte arguit, ad pœnitentiam & meliores eum reuocās cogitationes. Nā etsi apertè adhuc mala eius consilia non denudet, acriter tamen, quum non esse omnes mundos asseueret, acerbeq; pungit. Sed cæteris quidem discipulis, uel quoniam Christo inhærebant, uel quoniam labore sequendi non fatigabantur, uel quoniā in fide firmi manebant, uel quoniam nō parua charitate Christo afficiebantur, mundicies inerat. Proditori uero tam auaritiæ crimen, tam affectionis erga Christum infirmitas, inabstergibiles peccatorum ingessit sordes. Quū igitur Christus dicit, uos mundi estis, sed non omnes: quamuis occultius id dici uideatur, conscientiæ tamen stimulus uerborum uim ad eum apertissimè reuocabat, qui prodendi consilium ceperat. Tu autem uide quàm clementissimè ita res, primo causa uerborum ex lotione commodè capta, profertur, ut nec cæteri turbentur, qui forsan repentina re cōmoti, aduersus proditorem insurrexissent, & proditoris conscientia, magnitudine criminis uehementer exagitetur. Sed huius clementiæ magnitudinē quis non admirabitur? Videbat animū eius, cognouerat uenosa eum agitare consilia: honoratiit tamen ut alios, & eius quoque pedes lauit, charitatem usq; in finem conseruans: & anteq̄ crimina in exitum erumpant, illum non derelinquens, hęc mirabilis perfectaq; clementia diuinæ naturæ propria est. Non enim quia nouit occulta ut deus, propterea illico punit, sed clementer ferens multis reuocat modis. Quū autem non modo non proficere homines uideat, imò uerò cōtra suę improbitati herere: tunc iam permittit, prauí consilij eorum, non diuinæ uoluntatis opus id esse ostēdens. Ideò per Ezechielem dicit: Viuo ego, dicit dominus, quia Ezech. 18. nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Clementer igitur dominus noster Iesus Christus, quamuis in cor Iudę diabolus iam immiserit ut eum traderet, unà tamen cum alijs discipulis eum retinet, & pedes eius lauat: ita quum nulla causa incitatus esset, suæ solummodo prauitatis, tam nefandę proditionis consilium fuisse ostēdit.

CAP. VIII.

POstq̄ ergo lauit pedes eorum, & accepit uestimenta sua: quum recubuisset iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim uobis? uos uocatis me magister & domine, & bene dicitis, sum etenim. Si ergo laui pedes uestros dominus & magister: & uos debetis alter alterius lauare pedes: exēplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis.) Apertissimè tunc ad imitationem humilitatis, exemplo se nobis proposuisse ostendit, inexcusabilesq; propter suam præstantiam reddidit arrogantes. Inde nanq; humilitatis Christi magnitudinem facile perspicies, si considerabis, quod natura terrenū est atq; abiectum, non posse humiliari: quò enim descendet, quod iacet? Sed quisquis in alio positus est, eū (si sponte humiliatus infima petit) iure admirari debemus: quia ultro abiecta atq; tenuia, quæ naturaliter non habebat, suscepit. Non igitur ab re dominus noster Iesus Christus, cum discipulis suis, & per eos uniuerso terrarum orbi humilitatis exemplum traderet, non simpliciter dixit, Vt ego feci uobis, sic & uos facere debetis: sed dignitatem & gloriam suam prius exposuit, ut hac re gloriæ cupidos deprimeret. Vos enim, inquit, uocatis me domine & magister, & bene dicitis, sum etenim. Ita breui hac ratione & fidelium ædificationi prouidit, & linguas eorum represit. Nam quando ad discipulos cum adiectione articuli dicit, Vos me uocatis domine & magister: ne quis putet nō natura id ipsum habere, sed honoris loco sic à discipulis appellari: necessario addidit, Et bene dicitis, sum etenim. Non enim nudo homine, gratia honoris, dominus appellatur: sicuti nos natura quidem serui, gratia uerò etiam ultra naturam nostram honorati: sed natura dominus est, qui omnia ut deus creauit, ad quem canens Psalmista dicit: Quoniam omnia seruiunt tibi. Sed natura Psal. 118. etiā magister est. Omnis enim sapientia est à dño, Eccle. 1. & omnis intellectus per eum: ipse ut sapientia, sapere facit intelligētias: ipse omni rationali creatu- 1. Cor. 2. ræ tam cœlesti, quàm terrestri naturæ suæ idoneā intelligendi

Universidad de Deusto
Biblioteca



intelligendi uim inserit. Et quemadmodũ quum A
ipse sit uita, omnia uitæ susceptibilia uiuificat: sic
quum ipse sit sapientia patris, sapientiam cunctis
susceptibilibus immittit. Natura igitur dominus
& magister, filius est. Quãdo igitur tantus in glo-
ria ego, inquit, ad tantam deuenire humilitatem
non sum dedignatus, ut etiam pedes lauerim ue-
stros: quomodo uos recusabitis alter alterius pe-
des lauare? Hinc discimus non debere nos hono
ri proximorum insilire, sed præponendos semper
putare proximos. Optima sane disciplina: animo
enim nihil arroganti quid exæquabitur? Præser-
tim quum uideamus nihil magis fratres atq; ami-
cos disseparare, quam miseræ gloriæ nimia cupi-
ditas. Semper enim maius eligimus, semper ful-
gentioribus inhiare caducus & instabilis huius B
uitæ honor lubricam mentem nostram impellit.
Quare si uolumus ab hoc detestabili morbo, &
inani cupiditate liberari (nihil enim aliud hæc cu
piditas, quàm deceptio est) Christum saluatorem
nostrum toto animo complectamur, qui discipu-
lorum pedes lauit, ut & nos alter alterius pedes la
uemus. Sic enim omnis arrogantiæ uia conclude
tur, omnis gloriæ species procul abibit. Nã si na-
tura dominus, sicuti seruus inter discipulos fuit:
quomodo nos natura seruí atrocẽ fugiemus pœ-
nam, si tanto moniti exemplo non proficiemus?

CAP. IX.

AMen amen dico uobis, non est seruus ma-
ior domino suo, nec apostolus maior est eo
qui misit eum. Si hæc scitis, beati eritis, si fecerítis C
ea.) Legibus quasi firmis exemplis uirtutem con
firmat, detrimenti plenam præcepti præuaricatio-
nem ostendens. Quod enim iureiurando firma-
tur, non absq; culpa contemnitur. Inexcusabile
nanq;, inquit, certe crimen seruorum est, si maio-
ra quàm domini sui sapiunt. Arrogare nanq;, est
maiora quàm ferre possis desiderare. Apostoli si
militer uituperandi sunt, qui præstantiora sibi po
scũt, quàm habeat qui eos misit, præsertim quum
sufficere illis mittentis dignitas debeat. Ita mihi
non aliud dicere uidetur, quàm non paruam ho-
minibus pœnam imminere, si quum natura serui
sint, ea tamen facere alter in alterum nolint, quæ
ipse quum natura deus & dominus sit, in discipu-
los fecit. Turpe enim est, furoris q; omnino ple- D
num: quum sitis serui, ait, erubescere propter ar-
rogantiam id in consimiles seruos facere, quod in
uos dominus uester fecit. Si hæc igitur scitis, in-
quit, id est, si hęc intelligere penitus potestis: bea-
ti estis si facitis ipsa. Non enim magnum est uirtu-
tem cognoscere, sed studiose agere, id certe maxi-
mum est. Ego autem æstimo melius modo quo-
dam esse nescire, quàm quum scias, per ignauiam
negligere: & quod bonum esse credideris, ex de-
sidia præterire. Qui uoluntatem ignoratit, ait, do
mini sui, et non fecit, uapulabit paucis: qui autem
sciuit & contempsit, uapulabit multis. Qui enim
ignorauit omnino, etsi culpa teneatur, quia disce
re forte neglexerit, ueniæ tamẽ petitio idonea ig-
norantiæ esse uidetur. Scientem autem ipsa con-
ditio condẽnat. Contempsit enim, nec fecit quod
probe cognouerat. Quæ igitur bona esse cogno-
scimus, peragere non negligamus. Nam quũ pro
be disciplinam uiuendi secundum Christum non
ignoremus, magnam in tempore opportuno re-
tributionem habebimus, recte uiuẽtes. Magnus
enim, qui facit & docet, in regno cœlorum, ut sal-
uator ait, uocabitur. Quid enim, quod ad pietatẽ
pertineat, ei deest, qui & uerbo & opere probus
est? aut quomodo talis uir à deo nõ honorabitur?
Quando operibus cognitio, & opera cognitioni
consunguntur, tunc non parua utilitas conseque
tur. Nam si quis unum esse deum natura nouerit,
& tam corde quàm lingua id confitetur: quamus
id recte faciet, morietur tamen, nisi operũ fulgor
cognitioni adueniat. Quomodo igitur non insa-
ni penitus est, si quod bonũ sit noueris, & uiuere
bene cõtemseris? hac de causa fore beatos disci-
pulos dicit, id est credentes in eum, si non modo
intellexerint quæ docuit, uerumetiam syncere
integreq; peregerint.

CAP. X.

NOn de omnibus uobis dico: ego scio quos
elegerim. Sed ut impleatur scriptura, Qui
manducat meum panem, leuabit contra me calca
neum suum.) Non parua hic locus obscuritate
contegitur. Nam quum beatos fore illos dixisset,
qui quum uirtutis cognitionẽ habeant, cura, stu-
dio, opera nõ aliter quàm nouerant facere nitun-
tur: statim subiecit, nõ de omnibus se dicere, pro-
ditorem (ut multis & mihi uidetur) significans. C
Nunc enim inter beatos tanta impietate deren-
tus enumerabitur: & hic quidem unus sensus est,
alter autem ad hunc recte (ut puto) adiici potest.
Nam quoniam dicturus secundum scripturam e-
rat: Qui manducat panem meũ, magnificauit su-
per me supplantationem, id est, calcaneum aduer
sus me suum eleuauit, quum omnes discipuli pa-
nem suum manducarent una cum eo uiuentes:
ideò ne de omnibus id dicere uideretur, mitiga-
uit prius dicens: nõ de omnibus uobis dico. Ego
enim scio quos elegerim, sed ut adimpleatur scri-
ptura, dicens: Qui manducat panem meum, leua
bit contra me calcaneum suum. Horum sensuum
alterutrum quem uelit, unusquisq; comprobet.
Omnia enim ad ædificationẽ legẽtium dicimus.
Sed quæret aliquis primum, si omnia scire Chri-
stus creditur, cur Iudã, qui futurus proditor erat,
elegerit? Cur enim cum alijs eum connumerauit,
quem nõ ignorabat quæstus cupiditate captum,
in diaboli laqueum esse casurum? Deinde si calca
neum suum aduersus Christum leuauit, ut adim-
pleretur scriptura: nõ fuit sane ipsius rei causa, sed
uis illa quæ adimplere scripturam omnino coge-
bat. Ad hæc nos breuiter propter cõmunem utr
litatem respondẽtes, primũ illud dicimus, nunq;
huiusmodi nobis rationes defuturas, nec finem
unquã nos esse facturos increpandi, carpendiq;
deum, qui propter immensam suã misericordiam
à nihilo ad esse omnia uocauit: si sic imperitè affe-
cti erimus, ut in omnibus quæ à deo facta sunt,
similia



1.Reg.9. similia uelimus excogitare. Quid enim prohibe A
bit incusare Deum, ac dicere: cur in regem, Sau-
lem eligisti, quem sciebas gratiam tuam esse spre
turum? imo cur primum à terra hominem forma
sti, quem ignorabas mandata non seruaturum?
Ascendet hæc oratio etiam in superiora. Cur em
angelorum naturã creasti, quũ ut deus præuide-
ris futuram nonnullorum rebellionem? Ex istis,
cæteris q; huiusmodi illud porrò sequetur, ut præ
cognitiõis causa, aut nihil omnino creare debue
rit, aut insensatam solummodo naturam produ-
cere, unde nec natura esse deus cognosceretur. Il
lud igitur maximopere cõsiderandum est, quia
rationali creaturæ liberam potestatẽ creator lar-
gitus est, & suę uoluntatis habenas cuiq; commi
sit, ut in eo sit, quicquid probauerit eligere. Qui B
ergo ad meliora flexi sunt, hi gloriã atq; retribu-
tionem electioni sui consentaneam inuenient:
qui uerò improbis cogitationibus seipsos depra
uarunt, cupiditatũ fluctibus ad scelera deducti,
non iniuria, ut ingrati atq; improbi, æternis uexa
buntur supplicijs. In hoc statu (libertatis dico)
fuit angelorum natura cõstituta. Quare qui prin
cipium suum seruarunt, in gratia confirmati, sta-
bilem atque firmam bonorum possident sedem:
qui autẽ principio relicto suo ad peiora delapsi
sunt, catenis tenebrarum seipsos astrinxerunt, &
perpetuæ damnationi seruantur. Sic & primus
homo in paradiso, & spiritalib. delicijs ac gloria
positus, seruasset prima profecto naturę bona, ni
2.Reg.9. si crimine inobedientiæ mandata sibi diuinitus, C
neglexisset. Sic & Saulem unxit in regem, fuit e-
nim primo non improbus: quũq; postea solitam
sibi probitatem nõ seruaret, non iniuria uexaba-
tur. Sic Iudam quoq; ipsum elegit, & cum duo-
decim collocauit: apto enim in initio erat qui ad
sequendum Christum eligeretur: uerũ quoniam
postea sensim turpi quæstu uicto, diabolo adhæ
sit, & ad prodendum usque delapsus est, meritò
repulsus fuit. Nihil ergo in eũ possumus dicere,
qui probum elegit: qui si uoluisset, nõ cecidisset,
qui poterat totam mentem atque animum suum
in charitatem Christi collocare. Nemo autẽ pu-
tet, ut breuiter etiam alterũ peragamus, idcirco
quæ à prophetis dicta sunt, in exitum uenire, ut
adimpleatur scriptura. Nã si sic esset, laudari po- D
tius, quàm uituperari tanquam scripturarum mi
nistri nequam homines possent: quippe nec deli
quisse omnino uiderentur, si coacti fecissent. Nã
si adimplere scripturã necesse esset, illi per quos
adimpleretur, nullo crimine profecto tenerentur. Præterea in scripturæ autorem culpa redun-
dare uideretur, si quidẽ, ut adimpleretur scriptu-
ra, ui quadam mala commiserint. Sed quis adeò
rationis ac mẽtis inops erit, ut scripturam sancti
spiritus, peccãdi causam attulisse homini unquã
credere possit? Nõ ergo ut adimpleatur scriptu-
ra, nec ista de causa facta sunt à quibusdã quę scri
ptura prædixit, sed contrà: quoniam ita nonnul
li sponte facturi erant, idcirco præsciens spiritus
sanctus futura prædixit. Quum igitur facta sunt

quæ prædixit, pignus fidei prędictionem haben
tes, eum iam cognoscimus de quo ista prædicta
fuerunt.

CAP. XI.

AModo dico uobis, priusquam fiat, ut quũ
factum fuerit, credatis quia ego sum.) Ne
cessariò, inquit, quæ mox futura sunt, uobis enar
rauí. Non enim paruam hinc utilitatem compa-
rare poteritis. Dico igitur amodo, inquit, uobis,
ut quum factum fuerit, exitum rerum uidentes,
illum me esse credatis, qui nihil falsi, nihil uanũ
atq; inane proferre soleã, & quem scriptura uen-
turum prænunciauit. Simul ergo & proditorem
occultius arguẽs reuocat: & proditionis exitum,
signum ait fore, quod ipse sit Christus. Nam qui
diligenter quæ de proditore scripta sunt examí-
nat, rebusq; accõmodat, is facile intelliget de eo
ipso, non de alio scriptum esse.

CAP. XII.

AMen amen dico uobis, qui accipit si quẽ
misero, me accipit: qui autẽ me accipit, ac
cipit eum qui me misit.) Quum uel à proditoris
ipsius insania se esse Christum ostenderit, occul-
tius adhuc & illi utiliter, si quicquam mentis ha-
buisset, sic carpit, ut honorem atq; beneuolentiã
omnem sibi exhibitam in dei patris personam re
ferri asserat. Nec tamen id præcipue, sed contra-
rium potius intendit: nec dixit, qui non honorat
filium, nec patrem honorat, ut alibi: sed moderatius à contrario uno alterum auditoribus intelli
gẽdum reliquit, minis opus esse cœptæ proditio
nis scelere iamiam futuro. Quemadmodũ ergo, Ioan.5.
inquit, si quis acceperit quem misero, meipsum
non alium accipiet: sic si quis me acceperit, qui à
patre missus sum, ipsum patrẽ accipiet. Hoc mo-
destius dictum, si ad contrariũ uerteris, in ipsum
patrem proditoris contumeliam ascendere uide
bis. Minandi ergo modus in his uerbis continetur: & ueluti si quis hominem à deo missum suscí
piat, quum prędicationi eius assentiat, deum qui
prædicatur honorat: eodẽ arbitror pacto qui do
minum suscipit, id est, qui in filiũ credit, patrem
quoq; profecto suscipit. Concurrit enim omni-
no patris significatio, quando filius nominatur.
Nam qui filiũ esse fatetur, is etiã si nolit, patrem
esse cõfitebitur. Horribile igitur fuit proditoris
crimen, qui propter impietatẽ in filium, in ipsum
etiam patrem impius inuenitur. Nam si firma fi-
de filium dei Christum esse cognouisset, chario- Matth.26.
rem profectò beneuolentiã eius omni turpi quę
stu habuisset: nec proditiõis crimine inclinatus,
eò lapsus esset, ut nunquã nasci melius sibi fuerit,

CAP. XIII.

QVũ hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu,
& protestatus est, & dixit: Amen amen di
co uobis, quia unus ex uobis me tradet.) Cui o-
mnium perspicuum non est, nec orationem no-
stram, nec mentem, proprie diuinæ naturæ bona
sufficienter posse uel proferre, uel cogitare? Quo
modo enim quę super nos sunt, concipere aut di
cere poterimus? Oportet igitur humanorum ru

Universidad de Deusto
Biblioteca



ditate uerborũ, quasi per figuram adiutos, pro capacitate nostra in sublimiora cõscẽdere. Quãuis igitur naturę diuinę clemẽtia omnẽ mentem excedat, odio tamẽ malimaxime commota, grauissime carpit delinquentes. Quando igitur scriptura motum (ut ita dicam) dei aduersus peccantes exprimere uult, à rebus humanis per similitudinẽ uerbis usa, iram & furorem appellat. Nam quamuis certum sit nihil harũ turbationũ posse in deo intelligi, moueri tamen atque irasci deum dicimus, & ipsi huius rei exquisitam cognitionẽ relinquimus: ita quũ hęc ineffabilia penitus sint, nostro more (ut diximus) à scriptura conscribuntur. Turbatum igitur spiritu Iesum fuisse scripsit Euangelista: nec aliud turbationem nũcupauit, quàm odium mali expressius à spiritu factũ, quod certe nõ erat possibile aliter dicere. Quamuis uero simile quoq; mihi uideatur, nõ potuisse carnẽ Christi motum, quo iam expressius atq; manifestius ad discipulos proditionis odium offerebatur, ita sufferre, ut aliquãtisper non exhorruerit: ac ideo turbationis quandam figuram, & iræ signum ostenderit, quemadmodum etiam quando Lazarum suscitauit, fecisse scribitur: fremens
Ioan. 11. enim spiritu ac turbatus, inquit, ad monumentũ ibat. Nam quemadmodum ibi minas aduersus mortem, fremitum appellauit: sic in hoc motum (ut ita dicam) aduersus impietatem proditoris, turbationis nomine denotauit. Iure autem molestę ferebat scelera illius, quia unà cum alijs discipulis magnis affectus honoribus, paruo argenti pondere amorem Christi repulit: ut dum panem eius mãducaret, calcaneum aduersus ipsum eleuauit: non gloriã illius, non societatis leges, non pietatem ut deo illi debitam, non quicquã aliud mirabilium recordatus: sed detestabilem solum modo, paruamq; Iudæorum respiciens pecuniam, qua suam animam uendidit, qua innocentem atq; iustissimum sanguinem manibus tradidit impiorum. Quare non iniuria turbatur dominꝰ, & sic acriter carpit, ut ab uno duodecim discipulorum tantum scelus patratum iri affirmet. Ita omnes manifeste monet, ut suæ quisq; animæ caueat: ne dum negligat, laqueo diaboli ex desidia capiatur. Vtilis certe admodũ arguendi carpendiq; uis est, quam floccipendens, pditor, quæ cogitauerat, peragere studebat. Expressissime igitur Christus, atque significãtissime: unus, inquit, ex uobis me tradet: ita & proditoris audacię atq; ingratitudinis, & diaboli malignitatis magnitudinem ostendit, quę tantũ potuit, ut etiam discipulorum unum auerterit.

CAP. XIIII.

ASpiciebant ergo adinuicem discipuli, hæsitantes de quo diceret.) Et formido & stupor simul discipulos aggreditur, alterq; alterum aspiciunt, duplici de causa cõturbati. Nam & de sua singuli anima formidabãt, & gratia existimationis consortij non parum mouebantur. Nullo enim modo de uerbis domini dubitãtes, sed omnino credentes ita futurum ut dixit: & simul grauem intolerabilemq; putantes eò impietatis discipulorum aliquem peruenturum, suam singuli conscientiam examinant, quo ista perditio casura sit timentes: & magna admiratiõe affecti, unde aut quomodo tantũ diabolo possit, ut eorum etiam aliquem à pietate Christi rapuerit.

CAP. XV.

ERat ergo recumbẽs unus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simõ Petrus, & dicit ei: Quis est de quo dicit: Itaq; quum recubuisset ille supra pectus Iesu, dicit ei: Domine, quis est: Respõdit Iesus: Ille est, cui ego intinctũ panem porrexero.) Admirari etiam in his oportet & pietatem in Christum & religionem discipulorũ. Nam quum necq; conscij sibi essent, nec cõiecturis dare se uellent: per Petrum, qui omnibus præerat, interrogare maluerunt: nec tamẽ Petrus id per seipsum peragit, sed per Ioannem, qui hoc nobis euangeliũ conscripsit, quicq; nomen suum celauit, ne inanis cuiusdam gloriæ causa diligi se à Christo dicere uideretur, nutu ad interrogandum impellitur: ille uerò ad pectus inclinatus domini, petit occulte. Cui saluator nullum aliud signum dedit, quàm quod propheta prædixerat: Qui mãducat panẽ meum, magnificauit super me supplãtationem. Tinctum enim panem dedit: ut ex hoc ostenderet illũ esse, qui aduersus se calcaneum suum leuauerit. Sic formidinem discipulorũ, quã de seipso quisq; habebat, expulit: & alterius prophetiæ in mentem illos reduxit, quæ dicit: Tu autem homo unanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo dei ambulauimus cum consensu. Eiusdem enim animi intimus familiaris, eiusdemq; mẽsæ particeps cum Christo proditor fuerat, & cum alijs discipulis miraculorum minister, ad gloriam Christi omnia peragens: sed turpi postea quæstu superatus, honorãtis eum Christi gratiã perdidit. Animaduerendum autem esse puto diligenter, quomodo Euangelista quàm breuiter ad bene uiuendũ maxime hortatur, si uolumus diuinarum rerum cognitionẽ adipisci: exemplo enim seipsum nobis ꝓponit, qui sic diligebatur à Christo, ut in sinu eius fere sederet. Illi em̃ deo summopere propinquant, qui mundo corde sunt, quibus præcipuum à saluatore munus attribuitur. Beati enim sunt, inquit, homines mũdo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Nempe ista beatificatio uera ex Matth. 5. titit in Ioanne. uidit enim gloriam Christi, ut ipse testatur, gloriam quasi unigeniti à patre, nec corporeis oculis inuisibilem uidit naturam. Nullus enim patrẽ uidit, nisi qui à deo est, id est filius dei: qui uerò procul se à turpitudine remouẽt, et inanibus huius uitę curis mente non agitantur, illis supra quàm animus per se hominis ferre potest, gloriã suam Christus reuelare solet, in qua etiam pater uidetur, propterea dicebat: Qui uidet me, uidet & patrem meum.

CAP. XVI.

ET quum intinxisset panẽ, dedit Iudæ Simonis Scariothis, & post buccellam introiuit in illũ satanas.) Perspicuum discipulis suis signum dedit saluator: tinxit enim panem, & dedit ei, leaturum calcaneum aduersus se ostendens, qui panem illum mandũcaret, & tunc impietatis totius princeps, & malorum omnium excogitator, in animum Iudæ penitus insilijt. Nemo autem putet panẽ illum, diabolici fuisse ingressus causam. Nemo ita insaniat, ut benedictionem, tanti mali causam arbitretur: sed maxime attendat, uniuersamq; rem animo diligentius uoluat. Nam quoniam etsi nihil omnino illi defuit, qui unà cũ cæteris amoris charitatisq; Christi particeps fuit, & tamen in malis perseuerabat consilijs, nulla pœnitentia tactus, nulla Christi admonitione commotus, nullo saltem rubore, quum sciret omnia Christũ uideret, affectꝰ: imò uerò magis magisq; in horas cupiditate patrãdi sceleris ardẽs, idcirco desolatã destitutãq; ab omni auxilio animã eius diabolus uidens, & mẽtem nulla custodia munitam aspiciens, ingressus in eam est. Tritum sanè id diabolo esse inuenies, solet corda piorum pra uis tentare cogitationibus, & uoluptatum ardore ad delinquẽdum detrudere: sed illuc maxime impellit, quo per seipsos inclinari perspicit, ita in firmitatem nostram ad arma nequitiæ suæ conuertit, & ingenij nostri morbo aduersus nos utitur, uoluptate carnis alius laborat, per hãc aggreditur: alius auaritia superatur, hunc habendi cupiditate magis inecẽdit: ita nostris affectus quasi armis usus, nos expugnat, & sicut optimus dux exercitus, turres & uineas ibi peragit, unde capi obsessa urbs facilis potest: eodem satanas modo per imbecilliorem animi partem nos euertit, prę fertim si uiderit nihil apud nos admonitiões, exhortationesq; uirtutis posse, ac maxime si mysticam benedictionem sperni à nobis conspexerit. Hæc enim maximopere, si cũ pietate suscipitur, uires suas confringit. Proditor autẽ sæpitis redargutus, non erubuit charitatem Christi, contẽpsit honorem, & gratiã eius abiecit, benedictionem aspernatus est, in uno fixus hærebat, illud solum modo uoluebat, quomodo pecuniolã sibi pararet: non ergo ut cõsiliatorem, sed ut cogitationũ
Eccl. 19. suarum dominũ in corde diabolum retinet. Quare fugiamus oro, fugiamus cupiditates animi unde secutura detrimẽta uidemus. Sed si dominantis (ut quidam dicit) spiritus in te ascenderit, non cesseris ei. Nam etsi potestatis nostrę non sit facere, ne tales spiritus, id est, cogitationes in mẽtem nostram ascendant: possumus tamẽ quod ascenderit eijcere, nec committere, ut magnas propter negligentiam nostram agat radices. Aliter non dubitemꝰ, qn̄ peruicatia diabolipaulisper posit
Psal. 118. superare, ita huiusmodi quid patiemur, quale Psalmista canit: Antequã humiliatus essem, ego deliqui. Prius enim quàm peccati consummatio ne delinquimus, peccatum uolũtate amplecten tes, & iamuas animæ diabolo patefaciẽtes, cuiusrei proditor nobis exemplum est.



CAP. XVII.

DIcit ei Iesus: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbentiũ ad quid dixerit ei.) Absonum atq; incongruum superioribus forsan hoc multis uidebitur: cur em̃, quispiam dicet, quum multis proditorem carpserit modis, reuocareq; ab improbo ipsum proposito studuerit, hortari modo ut citius peragat, uideturꝫ aut cur eum incitat, qui à seipso inflammatus est, cuius incendium consilijs potius extinguẽdum erat? Sed nihil incongrue, nihil absurde dicit, si quis diligentius atq; profundius hæc cõsideret. Dictum enim modo est ab Euangelista, ingressum fuisse in cor Iudæ diabolum, cui nunc Christus, quia totum hominẽ possederat, dicit: quod facis, fac citius, id est tuum opus, quod semper facere tibi cordi est, facies citius ô diabole: prophetas occidisti, Iudæorum animos ingressus, lapidibus eos petijsti qui salutarem Iudæis doctrinam ministrabãt, nemini qui à deo missus esset pepercisti, magna in omnes atrocitate usus fuisti: ueni post illos ego, ut errãtes reducã, à tenebris in lucem reuocem: ut quisnam sit natura deus, omnibus aperiam. Nec ignoro nequaquam te quiescere posse. Quare quod solitus es facere, nunc quoque facito. Hunc saluatoris uerba sensum parturire ipse opinor. Sed age rursus, cur accelerari iubeat, consideremus. Magna certè Iudęorũ fuit impietas, qui uerbis Christũ, plagisq; cędentes, sputis etiam dedecorare non erubuerũt. Qui mortem crucis pertulerũt, acetum & bilem in potum dederunt, hasta latus dilaniauerũt. Quid igitur festinas, quispiã diceret: aut cur diabolo hæc attribuis, quæ Iudæi aut alij gratia Iudęorum fecerunt? Sed Iudęi quidem ministri, diabolus aũt princeps horũ omniũ fuit. Festinabat uerò Christus, quia & acerbissima hęc futura sciebat: exitũ tamen horum non ignorabat: casuras nanq; per crucem diaboli uires, destrui mortem, interire interitum, liberari à prisca maledictione genus hominũ, iniquitatis os (ut prophetica uoce dicitur) obstrui, nec accusaturũ quos sibi subiecit, interire omnino idolorum cultum, iamuas paradisi patefieri, superioríb. inferiora coniungi: aperiri cœlos, ordines angelorum ascendere atq; descendere super filiũ hominis: omnia hæc post passionẽ Psal. 106. futura uidebat. Quum igitur tam multa uentura per crucem bona non ignoraret, quomodo non debuit, qui salutem nostram semper optauit, qui propter nos homo absq; peccato factꝰ est, salutis nostrę iam adesse tempus perspiciens, non maturare? Aut quomodo non oportuit eum malignitatem diaboli contemnere, & ad optatam hãc solennitatem citius peruenire studere? Ignorãti ergo hæc omnia diabolo, nec intelligenti patibulũ crucis suarum uirium fore detrimentũ, dicebat: quod facis, fac citiꝰ. Ita minãtis magis quàm hortantis hęc oratio est. Nam quemadmodum si uir fortis aduersus quem fremens quispiam feratur, ipse uerò uiribus suis fretus, casurum illum non dubitet, magna uoce militans dicat: ꝙd facis, fac

Universidad de Deusto
Biblioteca



citius,ut meæ dexteræ uires experiaris: non properantis mori uerba esse diceremus,sed prescientis potius,quia cadet aduersarius. Sic dominus noster Iesus Christus uelocis currere diabolū ad ea quæ præparauit iubet,ut citius uictus atq; uincto,à tyrānide sua orbē dimittat: quē sic oppressit,ut neglecto creatore, ad cōlēdas creaturas deuexerit. Huius sermonis uires nō iniuria ignorarunt discipuli,quū Christus eis non reuelauerit: principem enim huius seculi quisnam uere natura esset,latere uolebat: ac ideo etiam in alijs quū
Matth.16. de cruce,morte,resurrectione q; sua diceret, præcipiebat discipulis,ne cui hæc aperirent: quod faciebat, ut crucifixus mortem affigat, & salutem hominibus morte afferat sua.

CAP. XVIII.

QVidam autem putabant,quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus: eme ea quę opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis aliquid daret.) Quoniā non intellexerunt uerba eius,ad res solitas deferuntur,& quę facere consueuerat, hæc modò iubere ut fiāt arbitrati sunt: die nanq; festo iamiā instante, crediderunt nonnihil imperari, quod ad solēnitatem pertineret, uel ut indigētibus aliquid præpararet. Bonus enim est atq; misericors dominus. Perutile autem nobis exemplū proponitur: oportet enim qui festū diem pie acturi sunt,non de ipsis tantūmodo curare,nec quomodo ipsi solū hilare celebraturi sint, uerumetiam egentium propter charitatem rationē habere. Sic enim spiritaliter Christo dies
Exod.16. festus peragetur. Hac de causa olim Iudæis dum manna colligerent,præceptum fuit: non sibi tantum, uerumetiam contubernalibus, si qui exire non possent ad colligēdi munus, præstare: ut nō superflueret,qui multum: nec qui minus,deficeret. Hac enim alterius de altero cura & studio,mirabilis quædam in omnibus æqualitas redditur. Magnam igitur iniuriam solennitatibus inferūt, qui parū de indigentibus curant: nec festū diem recte peragunt, qui coniunctim tam de se, quàm de alijs non procurant.

CAP. XIX.

QVum ergo accepisset ille buccellā, exiuit continuò. Erat autem nox.) Cursim ille abijt ad diaboli opus,ut furore detētus de domo exilijt, nihil pecunia melius putans,quod q; maius est,nihil à benedictiōe adiutus: morbo enim auaritiæ uictus,& patrem malignitatis in corde iam habens,nec quò noctu quidem ruit,cōsiderat. Tenebrosa enim nox quędam impiæ cupiditatis,in profundū inferni eū pellebat: ideo quasi ceruus,ut in Prouerbijs dicitur, ad sagittā pro
Prouerb.7. perabat,uel quasi canis ad uincula,nescies se ad periculū animæ suæ currere. Nec frustra dictum mihi uidetur,cōtinuò illum exiuisse: magnas enim diabolus ad imperādum eis, quos omnino iā cepit,possideat uires: cogere uidetur ad opus etiam nolētes. Timet (ut credo) diabolus, ne morando locus pœnitētię detur,& quasi à remulentia mentem suā rectius cogitans homo eripiat, hac de causa festinat ac impellit. Nam etiā Iudā, quum post panem omnino se parauerit, tū moram,tum benedictionis uirtutem timēs,ne scintillam in animo eius accēderit,ac inde illuminauerit, & ad meliora retraxerit, magna præcipitē agit celeritate. Quod autem hæc cōsuetudo diaboli sit,uel à figuris cognoscemus: subiecit Iudæos sibi Aegyptiorum tyrannus,quos luto atq; la-
Exo. teribus amarissimè uexabat, quibus nec tēpus quidem orādi deum præbebat: præfectis quoq; iussit,ut grauiora illis opera Iudæis afferrent, ne sermonibus uanis dare operā possent. Appellabat em̄ uanos sermones eos,qui de libertate haberentur,& ad meliora inflammarent,quibusq; seruiendi conditionem deplorarent,& à deo pocerent meliora, quibus omnibus nonnihil illis
Exo. affuturū putabat. Aegyptiorum tyrannus Pharao, diabolus esse intelligit, qui respirare id circo nō sinit irretitos,ut semel uicti,iugo eius semper deprimantur.

CAP. XX.

QVum ergo exijsset,dixit Iesus: Nunc clarificatus est filius hominis,& deus clarificatus est in eo: si deus clarificatus est in eo, & deus clarificabit eum in seipso,& continuò glorificabit eum.) Proditor quidem diabolo militaturus exiuit, Christus autem orationē incœptat: reipsa nos docens,nō auribus omnium,illa tradi oportere,quæ coniunctissimis solūmodo cōgruunt. Nō enim sancta canibus danda sunt,nec pedib. Mat
suum turpiter conculcandę sunt margaritę. Post recessum igitur proditoris, in congruenti iā tempore discipulis mysterium reuelat, dicēs: Nunc clarificatus est filius hominis: passionem quippe suam his uerbis significat in ianuis iā adesse: clarificatum uerò fuisse ait filiū hominis, non aliū à se,dicēs, aut diuisum,,ut nōnulli male intelligūt: unus em̄ Christus filius & ante carnē & post carnē est. Quo aūt modo clarificatur, quęrendū est: an prius,dicet quispiam,quando mirabilia faciebat,non clarificabatur? Atqui quando maris fluctus,& uim uentorum suppressit,adoratus ab iis
Mat qui in nauigio fuerūt,ut uerè filius dei fuit: quando suo imperio Lazarus in uitam redijt, tanta celebritas miraculi fuit,ut quum postea in Hierusalem ascenderet, & effusus ad eum uulgus fuerit, & infantes clamarēt,benedictus qui uenit in nomine domini: quādo quinq; panibus, duobus q; Mat
piscibus præter mulieres & pueros, quinq; milia uirorum saturauit,tāta gloria claruit,ut multitudo ad regium uoluerit fastigium ipsum eleuare, multa prætereo sponte: quomodo igitur nūc clarificari se dicit? Sed clarificat⁹ quidem magnitudine miraculorum fuit, adeò ut deus à multis iā putaretur. Cōsummatio uerò gloriæ in passione sita est,quam pro uita mundi sustinuit,per quam resurrectiōis modus innotuit. Cuius rei rationē, si quis altius cōsiderauerit,nō pro seipso,sed pro uniuerso humano genere mortuum fuisse inueniet. Mortuus enim est ut homo, & uitam suam pro uita omnium repensauit: surrexit aūt ex mortuis, & totā naturā nostram in seipso suscitauit: semel



semel enim mortuus,nō amplius moritur, mors
Rom.6. enim ultra illi nō dominabitur: quod enim mortuus est propter peccatū, semel mortuꝰ est: quod
Phil.2. aūt uiuit,Deo uiuit. Quæ res etiā in nobis ,ppter Christū ueritatē habebit. Resurgemus enim nō morituri, quāuis permultū interlit inter eos qui resurgent in gloria,& eos qui resurgent in ignominia. Factus ergo deo patri obediens usque ad mortem,mortem aūt crucis: exaltatus rursus est, nomen super omne nomen accipiens. Nam qui homo nudus ab omnib. uere putabatur, sic exaltatus est,ut deus uerꝰ,& dei ueri filius esse demōstretur: nec in nouā quandā dignitatē ascendit, qui natura deus erat, nihil enim nouū in filio dei potest inueniri, sed habebat omnia naturaliter ut deus, etiam anteq; formā serui acciperet. Factus igitur homo, quoniā ad dignitatē pristinā cum humanitate rediit, glorificationē accepisse intelligitur. Christo aūt clarificato, deus etiā pater in filio clarificatꝰ est: nō quia glorię clarificatiōis q; adiectio illi accessisset (nō enim indiget his reb. natura ineffabilis) sed q; a clarū hominibus factū est,cuius filij pater sit, id circo clarificatus est: gloria enim certe est talē habere filiū, qualis ipse est: propterea dicit, si deus clarificatꝰ est in eo,& deus clarificabit eū in seipso, & continuò clarificabit eū. Simul enim clarificatus est pater per filiū, & filius à patre: æqualiter em̄ utriq; clarificatio
4.Reg.2. facta est. Sed illud ad utilitatē legentiū etiā addamus: Si glorificauerimꝰ deū, glorificabimur omnino ab eo. Viuo enim ego, dicit dominus, quia glorificabo glorificātes me. Glorificat aūt in nobis,et per nos deus, quū sordib. peccati abiectis, illustrem uirtutibus uitā uiuimus. Hoc enim pacto ad gloriam dei homines uiuere dicuntur.

CAP. XXI.

FIlioli, adhuc modicum uobiscū sum.) Filiolos, & quasi nuper natos infantes, quamuis multis splenderent uirtutibus, & singuli prudentia munirentur, discipulos appellauit: ostendens infantem esse apud deū, & parui momenti hominem, etiā si perfectissimus esset: quid enim prudentia hominis ad opificem omniū collata est sa-
Psal.72. pientiā? Ideo Psalmista canebat ad deum: Vt iumentum factus sum apud te. Nec dicere quispiā poterit, nisi magna uecordia teneat, ideo insensa tum se quasi pecudem Psalmistā appellasse, quia deo inhæsit: magna em̄ hinc impietas oritur. Nā si qui prudenti homini adhæserit, sapientior fit: quomodo amentē ac insensatū deo inhærentem appellabimus? Quid igitur est quod dicit? Si humana sapientia diuinæ sapientiæ cōferatur, nihil
Matth.28. mētis habere uidebit: nihil enim omnino creatura esse uidet, si creatori cōferatur. Filioli ergo etiā sunt, q perfecti sunt. Paruo aūt tēpore una cū discipulis fore se Christꝰ ait: nō quia penitus ab eis recessurus erat, nobiscū enim est semper usq; in consummationem seculi, sed quia non erat sicut prius cum eis conuicturus: propè enim iam tempus erat, ut etiam in cœlos ad patrem abiret. Credere autem oportet fideles, quamuis à nobis corpore absit, uirtute tamē sua omnia & nos gubernari, adesse q; semper ipsum omnibus, qui eū diligunt, propterea dicebat: Amen amen dico uo-
Matth.18. bis, ubicunq; sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Nam quem admodum, quando ut homo in terra cōuersabatur, tunc etiam cœlos implebat, & angelorū consortia nō relinquebat: eodem nūc modo quum sit in cœlis cum carne, terrā tamen replet, & cum eis est qui eum diligūt. Obseruādum autem est, quia quamuis secundum carnem solūmodo abiturus erat (adest enim semper uirtute deitatis, ut diximus) modico tamē tempore cum discipulis se futurum dicebat: aperte seipsum nominās, ne quis in duos filios diuidere Christū audeat: sed ut unū omnino esse credat dei patris et uirginis filium: non quia una natura sit, sed quia post incarnationem pia hæc diuisio nō est. Vnus enim in utraque natura Christus est.

CAP. XXII.

QVæretis me, & sicut dixi Iudæis, quò ego uado, uos non potestis uenire, & uobis dico modo.) Nō absq; mœstitia propter decessum
Phil.1. eius discipulos fore ait. Desideraturi enim erant corporalem præsentiam eius, quam Paulus etiā huic uitæ præponebat, cupiēs resolui & esse cum Christo. Hūc futurum discipulorum mœrorem dominus non ignorans, quæretis me, inquit, sed alia etiam quærendi causa, & quidem necessario coactura erat. Citò enim tam Iudęorū quàm gentium furijs, saluatoris nomen prædicantes exagitandi erant: tunc igitur quæretis me maxime, quando tentationum fluctibus exagitabimini. Nō autem ad timorē, sed ad fortitudinē his uerbis hortatur. Magna enim ad patientiā fundamēta præparatio iacit, ac ideo utiliter in Psalmis canit: Pa-
Psal.118. ratus sum, & nō sum turbatus: quicquid enim ex insperato erumpit, uehementiori semper turbatione animum afficit. Quod autem futurum esse non ignoratur, quoniam cogitatione, quasi præsens fuit, minores aduersus prudentem hominem habet uires. Nā quemadmodum atrox, crudelis q; bestia, si repente quosdā insilierit, nō modò terruit, uerumetiam plerunq; imparatos laniauit: sin autē anteq; accesserit, uisa sit, uel minus, uel nihil mali paratis hominib. armatis q; secit, aut etiā ipsa cedit: eodē modo in tentationib. quam nunq; sperauimus, ea nos magis exagitat. Vtiliter igitur dominus noster & nūc occultius, & paulò postlatis, futura discipulis aperit pericula. Addit aūt non absq; causa, nō posse modò secū abire: non enim opportunitas adhuc aderat, nondū ministerio eorū consummato. Obsertian
Ioan.8. dum aūt quia Iudæis quidem dixit, quęretis me, & nō inuenietis: ad discipulos aūt hoc uerbo usus non est. Iudæis enim apte accōmodatur, qui nimia incredulitate, impietate q; maxima ipsum inuenturi nec erāt, nec sunt: à discipulis aūt, qui toto animo Christum diligebant & diligunt, omnino alienum: quibus quūm etsi nō corpore, uirtute tamē deitatis unà semper & fuit, & futurus est,

Universidad de Deusto
Biblioteca



MAndatum nouũ do uobis, ut diligatis inuicem: sicut dilexi uos, ita & uos diligatis inuicem.) Recte ac uere diuinus Paulus scribit: 1.Cor.5. Si quis in Christo noua creatura, preterierunt uetera, ecce facta sunt omnia noua: renouat enim nos atq; reformat ad nouam nec assuetam Christus uitam. Mosaica enim lex neminem perfecit: mandata uero saluatoris, perfectionem homini Matth.5. bus afferunt, ideoq; ipse dicebat: Amen amen dico uobis, nisi abũdauerit iusticia uestra plusquã scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Non ergo moribus Iudæorum innitimur, sed nisi iusticiam legis superabimus, nunq; mea quidẽ sentẽtia, cœlos consequemur. Nec Mosaicam legem inutilem fuisse putamus, sed non cõsummare inde bonum nobis allatum contendimus. Præparatio enim quædam fuit ad euangeliũ, figuris atq; umbris ad ueram nos pie Matth.13. tatem instruẽs. Propterea saluator dicebat: quia omnis scriba doctus in regno cœlorũ, simílis est homini patrifamiliãs, qui pfert de thesauro suo noua & uetera. Magnæ nãq; spirituales diuitiæ in Moseos uerbis latent, quas magno studio conse qui oportet. Sed euangelicæ doctrinæ pulchritudo penitus adhibenda, ut dupliciter & ueteris et nouæ legis cognitione gloriari possimus. Dominus ergo noster Iesus Christus mandata sua uetetribus meliora ostẽdit, & quod omnibus qui sub lege uixerũt, saluatoris hęc doctrina ignota erat, antequam in cœlos ascendisset (non enim fundamentum & basim omnium bonorum charitatis legem proponit, quæ secundum legem erat: sed eius quæ supra legem) dicit enim: Mãdatum nouum do uobis, ut inuicem diligatis. Sed nónne Deut.6. in lege scriptũ est, inquies, Diliges Dominũ deũ Matth.13. tuum ex toto corde tuo: & infertur, & proximũ tuum sicut teipsum? Ecce enim quũ dilectionẽ dei ante posuerit, statim dilectionem proximi ei coniunxit: ut ostenderet nõ aliter recte nos posse deum amare, nisi dilectio proximi consequatur: fratres enim omnes sumus, & idcirco Euan- 1.Ioan.4. gelista Ioanes, qui hæc optime & fecit & docuit: deum, inquit, diligit, qui fratrẽ diligit suũ. Quomodo igitur nouum istud mãdatum est, quod à uetere lege constitutũ est? Sed uide quæso quod sequitur. Non enim solũmodo dixit, mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicẽ: sed nouitatẽ rei ostendẽs adiecit, sicut dilexi uos, ita & uos diligatis inuicem. Vt ergo nouitatẽ præcepti facile intelligamus, rimemur diligẽter quomodo Philip.2. nos Christus amauit. Quum igitur in forma dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem deo: sed seipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuẽtus ut homo: humiliauit seipsum, factꝰ obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Ita quũ esset diues, factus est pauper, ut ipse Paulus rursum testatur. Vides nouũ atq; inauditum 2.Cor.8. dilectionis modum. Lex enim fratrem diligẽdũ Matth.22. esse ait, sicut seipsum: Christus autem magis nos quàm seipsum amauit. Nam aliter quũ in forma & æqualitate substãtiæ dei patris esset, nequaq; ad nostram humilitatẽ descẽdisset, nequaq; tam acerbũ pro nobis crucis patibulũ sustulisset, noluisset cædi, derideri, conspui à Iudæis. Quid plura? Innumerabilia enim penè sunt, quæ uno uerbo secundũ Paulum cõcludamus. Non fuisset factus pauper, nisi nos magis quàm seipsum amasset. Nouus atq; inauditus huius dilectiõis modo quo nos affici iubet, nihil omnino dilectioni fratrum anteponentes: non gloriã, nõ diuitias, non corporis huius mortẽ, si opus fuerit pro salute fratris mori, ꝺd à beatis saluatoris discípulis facta tũ esse uidemus: quod omnes, qui uestigia eorũ sequuntur, libenter faciunt, uitã suam pro salute aliorum cõtemnentes, omnẽ laborem, omne periculũ subeuntes, ac demum moriẽtes, utq; perditione hominũ animas liberẽt. Propterea Paulus modò quotidie mori se ait: modò, quis infirmat, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror? Hãc dilectionem, quasi perfectissimæ pietatis erga deum radicem, hanc inquã, quæ legalem illã multò excedit, adhibere dominus iubet. Non enim aliter quàm hoc modo pulchritudinẽ dilectionis erga nos suæ imitari possumus, per quam futura & sola bona consequemur.

CAP. XXIIII.

IN hoc cognoscent omnes, quia discípuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem.) Signũ, inquit, imò uestigiũ erit omnibus meos uos esse discípulos, si quantũ natura humana capere potest, mandata mea seruetis, ac alter alterũ diligatis. Sed ambiget forsan quispiã, quamobrem dilectio & charitas sola ex omnibus uirtutibus discípulum esse Christi designat, præsertim quũ in Christo omnis uirtutis numerus, nõ labore ac exercitatiõe, ut in hominibus, sed naturaliter ut in deo perfectissime insit: in diuina enim natura uerè ac proprie omnia bona insunt. Recte quidem hęc dicta sunt: uerum si diligenter considerabimus, cuncta inuenìemus ad charitatẽ tendere, & sic eam ex omni constare uirtute non dubitabimus: ideo primum mandatum est, ex tota mẽte atq; animo deum diligere: alterum uero ei proximum, quo lex adimpletur, dilectio proximi, ad quod beatus ille Paulus omnia legis mandata reducit. Quum enim dicitur, nõ mœchaberis, non occides, nõ peierabis, cæteraq; huiusmodi: in omnibus certe dilectio proximi repetitur. finis igitur legis, charitas est. Quod autem etiam cæteras omnes uirtutes ipsa complectitur, ac omnia in se bona continet, ipse rursum Paulus testatur, clamans: Charitas non agit perperam, nõ inflatur, non est ambitiosa, nõ quærit quę sua sunt, sed longum esset uniuersas charitatis laudes perstringere. Præterea oportere contenderim, non alia corona, non alio torque atq; signaculo discípulos Christi cognosci oportere, quàm à uinculo charitatis. Quamobrẽ? quia quẽad modũ qui fabrilem aliquam artem didicit, ut ferrarius, uel argentarius faber, operibus suis ab argentario aut ferrario didicisse se artem clamitat. Eodem arbitror pacto, qui charitate inter se continentur, re ipsa clamare charitatis ipsi, id est Christi, qui supremam habet charitatẽ, se discípulos esse. Sic enim mũdum amauit, ut etiam animam suam pro nobis posuerit: & Iudaicorum atrocitatem morũ subierit, qua quidem charitate nemo, 1.Ioan.4. ut ipse ait, maiorem habet, ut aliquis animam ponat pro amicis suis. Nam quoniam deus charitas est: non disciplina, non studio, nõ sudore aut exercitatione perfectionẽ hanc cõsecutus est. Nullus enim mentis compos susceptiuam esse bonorum diuinam naturã audebit dicere. Nulla enim bonitatis forma aduẽtitia seu forinseca, ut aliud in alio, in deitatis substantia est. Non enim ut in homine, aliud est sciẽtia, aliud est homo susceptiuus scientię: sed ipsum bonũ est, quicquid esse creditur. Ipsum dico bonum, ineffabilem naturã esse asserimus, fontem quasi aliquem, in quo uirtutis species omnis insit, & unde scaturiat. Verissime igitur charitatis ipse fructus est, & ideò etiã ipse charitas est, sicut etiã pater, ex quo est: propterea per charitatẽ maximè in animo nostro signatur. Itaq; impressa in nobis charitas, qua inuicem diligimus, syncerum atq; integrum suę coniunctionis uestigium est. Ad hæc, si Christus pax nostra Ephe.2. est, ut Paulus ait (in ipso enim inferiora superioribus cõiuncta sunt, & per ipsum deo patri recõciliati sumus, qui olim lõge ab eo propter impietatẽ diuidebamur, in duos præcipuè populos diuisi, gentes & Israel) si in unũ hominem nouum in ipso ędificati sumus, media muri soluta maceria, & inimicitiarũ ui per euangelicam doctrinã destructa, umbris iam transactis, & lege tacente: quomodo cognosci poterat pacis fuisse ipsos discípulos, si pacem inter se non habuissent? Quid enim aliud est dilectionem nõ habere, quàm ori go belli, pacis euersio, & duplicitas animi? Nam ueluti uinculo charitatis bona pacis cõseruãtur, eodem modo per dilectiõis (ut ita dicam) ruptu ram mala belli oriuntur: unde cõtentiones, æmulationes, contumeliæ, detractio, ira, inuidia, & omne uitium nascitur. Quum igitur omnis uirtutis numerus in dilectione cõtineatur ac perficia tur, nemo inediam atq; ieiuniũ, nemo quia humi se prosternat, nemo cæteris uirtutum exercitatio nibus magnum quid se consequi putet, nisi recte fratres diligat: non enim ad calcẽ, sed aliò fertur. Sicut imperitus auriga, & sicut gubernator, qui nunq; nauigauit clauum retinens, ad saxa & scopulos nauẽ dirigit. Idcirco Paulus, si experimen- 2.Cor.13. tum, inquit, Christi loquentis in me quęritis: nec in sequendo simpliciter, sed in recte ac exintẽtione sequendo, experimentum istud ponebat: hic certe, sciuit charitatem quasi auream quandã coronam cunctis impositam esse uirtutibus. Audi quàm optime de ipsa philosophetur. Et si distribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas, etsi tradidero corpus meum ita ut ardeã, charitatem autẽ non habuero, nihil mihi prodest. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem



A autem non habuero, factus sum uelut ęs sonans, aut cymbalum tinniens. Facies ergo atq; imago Christi nobis insculpta, qua sui esse cognoscimur, charitatis gloria est.

CAP. XXV.

DIcit ei Simõ Petrus: Domine quò uadis? &c.) non intellexit Petrus quid uerba illa significabant, quò ego uado, uenire uos nõ potestis. Propterea ex cupiditate sequendi Christi, rogat quò uellet ire. Miranda est discípulorum modestia. Non enim cæteri, quia intellexerunt, idcirco tacent: sed quia maiori hoc cõmittebant. Laudeq; quoq; nõ parua mihi Petrus dignus uidetur, qui tarditatis pudorẽ interrogantibus sępius incumbentem nihil existimans scire cupit, sciendiq; utilitatem omni tarditatis præponit dedecori. Ita ex emplo posteriorib. factus est, ne docentis oratio nem, si obscurior est, prætermittamus: néue committamus, ut silentio nostro & intelligere & approbare uideamur. Neminem ergo interrogare pudeat, quum multo maior interrogandi atq; discendi utilitas sit, quàm falsa sciẽdi opinio, existimatioq; inanis.

CAP. XXVI.

RESPÕDIT Iesus: Quò ego uado, nõ potes me sequi modò, sequêris autẽ postea.) Quum sciret nõ paruo se mœrore discípulos affecturũ, si manifestè cęlos petere dixisset, & corporali sua præsentia ipsos denudare, occultius totã rem ut latêret significauit. Solent quippe omnes, qui sapientes sunt, umbris tegere quę mœrori auditoribus sunt. Nã etsi primitias seipsum patri daturus in cœlum ascendebat, quod uniuerso generi hominum est utilissimum (uiam enim nobis fecit, quã prius natura consequi non poterat) non tamen ferre discípuli facile poterãt discessum eius, licet uirtute spiritus cum eis semper futurus erat. Petrum igitur atq; alios simul in eisdem esse patitur: nec statim totam rem sibi aperit, quousq; alia ipsos ratione, qua respirare possint, muniuerit: quod similiter etiam in sequentibus facit. Cõducit uobis, inquit, ut ego abeam: nisi enim abiero, nõ ueniet ad uos paracletus. Præuenit tamen discípulum, non ignorans ut Deus oblationem quam facit, quod etiam ad mortem sequetur, & ait: Quò ego uado, non potes modò tu sequi, sequêris aũt postea. Duplicẽ hic locus sensum parturit, quorum primus, & quasi tritus atq; facilior est, quod modò nõ possit Christũ ad cœlos euntem sequi: secuturum autẽ postea, quũ supernæ ciuitatis factus ciuis, cũ alijs sanctis unà cũ Christo regnabit. Alter occultior ac ænigmaticus, quod nondum uirtutẽ ex alto induti, nec spiritũ corroborantem ipsos, & naturam eorũ quodammodo reformantẽ habentes, non poterant mortis pericula cõtemnere, & terrorem eius penitus superare. Soli em̃ Christo inerat, ut posset uires mortis cõfringere, quod alios ante ipsum fecisse non est credibile. Quid enim aliud est mortem nõ timere, quàm mortem, quia nihil mali nobis afferat, cõtemnere? Propterea & ego arbitror etiam ipsi beati prophetæ mortẽ perhorrescebãt,

Universidad de Deusto
Biblioteca



quia nondum per resurrectionẽ Christi erat defe A
Hebr.2. cta: quod recte intellexit Paulꝰ, qui uerbum Dei
semen Abrahæ apprehẽdisse ait, ut morte carnis
suæ mortem euacuaret, liberaretq; omnes qui ti-
more mortis seruituti subiĳ ciebãtur. Prima enim
mortis dissolutio, saluatoris Christi passio fuit.
Resurrectio sanè Christi, contẽnendę mortis ori
go facta est. Quum igitur uita secundũ naturam
mortem adhuc nõ depressisset, nec formidinem
quam nostris animis ingerebat infregisset, imbe
cilliores non iniuria ad hæc pericula discipuli e-
rant. Idèo subocculte Dominus noster patibulo
crucis secuturũ postea Petrũ significat, quamuis
animum eius inuictum atq; feruẽtem etiam sub
ostendat, dicẽs: Quò ego uado, nõ potes modò
me sequi, sequêris autem postea. Hic sensus uer- B
bis Christi ad unguem adhęret: cur enim si secu-
turum eum postea in regnũ cœlorum, idq; absq;
significatione mortis intellexisset, illi solũmodo
id attribuit, quod omnibus communiter sanctis
cõcedetur? Sed mortem Petri ænigmatice signi-
Ioan.21. ficauit, quod alibi apertius dicit: Quãdo eras iu-
nior, cingebas teipsum, & ambulabas quò uole-
bas: quando aũt senueris, extendes manus tuas,
& alĳ te cingent, & eris ubi nolueris. Et adiecit
Euangelista: Hoc aũt dixit, significans qua mor-
te clarificabit Deum. Nam etsi iucũdũ est sanctis
uiris pro Christo pati, nõ tamen optanda pericu
la sunt, sed toleranda: quando ui aliena inferun-
Matth.6. tur. Ideo iubet orare, ne incidamus in tẽtationẽ.

CAP. XXVII.

DIcit ei Petrus: Quare nõ possum te sequi mo C
do? animã meã pro te ponam.) Quid pro-
hibere potest, ait, ne te sequar, quum etiã ad mor
tem ita paratus pro te sim, ut gloria id mihi uidea
tur? omnium enim finis mors est, quam si subire
pro te paratus sum, quid me ne sequar prohibe-
bit? Magni feruoris plena est hęc pollicitatio Pe
tri, imò uerò re quoq; ipsa feruor tunc suus appa
rebit. Sed quum saluator noster reditum suũ in
cœlos significaret, & non secuturũ modò ipsum
affirmaret: sed postea tempore opportuno, apo-
stolatu absoluto, per patibulũ crucis ad supernã
ciuitatem iturum: ipse aliud quasi faciẽs iter, nec
uerba saluatoris intelligens, ad subeunda se peri
cula paratum pollicet. Putans fortasis ad alia Iu
dæorũ loca, uel ad alienigenas Christũ esse pro- D
fecturum, qui Iudæorum crudelitatẽ atq; furorẽ
superaturi uiderẽtur: propterea secuturum se o-
mnino pollicetur, necq; paratũ esse solũmodo mo
ri, uerumetiã si opus esset mori, tamen nõ reman
surum. Huic simile illud: Nam quum saluator ad
sedãdam Iudæorum iram in Galilæa uersaretur,
ac multis ibi fulgeret miraculis, Lazaro mortuo
ad discipulos dixit: Lazarus amicus noster dor-
mit, & uado ut suscitẽ eum, ad quod discipuli ex
amore respondent: Modò te Iudęi lapidare uole
bant, & iterum uadis illuc? Christo aũt eundum
Ioan.11. esse omnino dicente, Thomas ad condiscipulos
uerso sermone: Eamus, inquit, & nos, ut moria-
mur cum ipso. Talem arbitror in uerbis etiam Pe
tri sensum latere. Putat enim, ut iã diximus, aliò
abiturum esse Iesum, ubi nõ minora immineant
pericula: propterea charitate feruẽs inuictum se
fore pollicetur, & nihil prohibere posse ostendit,
ne qui tam prompto ad mortẽ animo sit sequtus.

CAP. XXVIII.

REspondit Iesus: Animam tuam pro me po-
nes? Amen amẽ dico tibi, non cantabit gal
lus donec me ter neges.) Maiora quàm ferre pos-
set Petrus pollicet, & mirabili ardore animi mo-
uetur. Christus autem qui futuros tẽpestatis fluc
tus uidebat, qui Iudęorũ atrocitatem non ignó
rabat: Plęce te, inquit, scio ita dicere Petre, quia fu
turas te ferre posse tentationes opinaris. Ignoras
enim quàm magno incũbent impetu, quo tu ut-
ctus, ter me una nocte negabis. Mirari autem cle
mẽtiam eius oportet: nam quum Petro prędixe-
rit adeò nõ correspõsurã sui animi magnitudinẽ
studio suo, ut periculorũ solũmodo facie supera-
tus abneget. Nec minatꝰ tamẽ est, nec reprehen-
dit, uenia certè dignũ sciebat. Infirma em adhuc
natura erat, nec mortis poterat sustinere terrorẽ.
Nondũ em resurrectionis mysterio mors fracta,
sola formidine humanũ genus deĳ ciebat. Natu
ra enim nostra, ppter peccatũ morti subiecta, ut
uictrici cedere solet, imò uerò tũc quidem cede-
bat: postea uerò quàm saluator noster uincula e-
ius disrupit, quanq; sit amarissima, suauis tamen
diligentib. Christũ uidetur: quũ post eam eterna
uita sequatur, potestatẽ interitus omnino dissol-
uens. Nemo aũt putet, ppter uerba Christi dese-
cisse Petrũ, atq; negasse. Nullã enim uim inde Pe
trus passus est: sed qui futura ut præsentia uidet,
quod futurum erat discipulo prædixit: uerũ quo
niam quę priscis acciderũt, ad doctrinam nostrã
scribuntur. Hoc loco moneri nos arbitror, nõ o-
portere quicq; deo à nobis ꝓmitti ut certũ, qua-
si nos dñi rerum essemꝰ: partim quia quod posse
à nobis fieri credimus, uires nostras nõ unq; ex
cedit: partim quia nõ sine arrogãtię crimine hoc
nos aut illud facturos dicimus. Illud enim in om
nibus quę agere uolumus, dicẽdum est, quod di
scipulus Christi nos docuit, si dominꝰ uoluerit.
Voluntas enim, apparatusq; animi nobis ad be-
ne agendum semper inesse debet. Viam autẽ po
testatemq; agendi, quam non habemus, temera-
rium est nobis attribuere. Sic & deo rerum om-
nium gubernationem, ut decet, accommodabi-
mus: & tutius faciemus non uouentes, quàm ea
uouentes, quę reddere potestatis nostrę non est.

CAP. XXIX.

NOn turbetur cor uestrum.) Quum una no C
cte ter negaturũ esse Petrũ dixit, tunc bre-
uissime magnitudinẽ periculorum anteoculos
posuit. Vnde alĳ quoq; discipuli cõmoti, cogita
bãt qualis, quãtaq; tentatio illa futura esset, qua
primus eorum adeò quatietur, ut in breuissimo
tempore ter in negationem lapsurus esset: quo-
modo ergo minores nos euademus? aũt quis fo
ret Petro succumbente? frustra igitur tot sequen
do labores pertulimus, in detrimentum exeunt
sudores



sudores nostri, quos uitam nobis allaturos spera A
uimus. Hæc enim, cæteraq; huiusmodi secum il-
los aut cogitasse, aut cogitaturos, nisi citò Chri-
stus reuocasset, crediderim: quia solus animi uul
nera etiam præuenire auxilio, & remedio suo so-
let. Medetur igitur, dicens: Non turbetur cor ue
strũ. Animaduerte aũt quomodo nimiũ occultæ
timiditatis huius ueniã eis pollicet: aperte nãq;
fugientibus atq; negãtibus ueniã daturũ, dicere
tutũ nõ erat, ne offensionis crimine quasi paruo
neglecto, nullius culpæ negationẽ & fugã ab eo
esse putarent. Quũ aũt nõ oportere turbari dixe
rit, inter spem & metũ eos collocauit. Vt si quid
humanum patiãtur, spe ueniæ respirare possint,
& formidine ab offendendo remoueantur. Non
dum em inerat illis ne cadere possent, quod po- B
stea superiore uirtute roborati, id est spiritus gra
tia muniti habuerũt. Imperat igitur ne turbẽtur,
tũ ut doceat oportere certaturos, omni obiecto
terrore, labores & pericula pro uera libenter glo
ria subire (magnum enim fortitudinis fundamẽ-
tum est mens, & animus non turbatus) tum ut si
humana infirmitate labi accideret, ueniã sibi pa-
ratã occultius ostẽderet. Animus em nondũ su- Philip.4.
perna firmatꝰ gratia, timidus & instabilis nimiũ
est. Ideò & Paulus benedicens quibusdã ait: Pax
Christi, quę omnẽ mentem excedit, corda uestra
custodiat: id quippe est, non turbetur cor uestrũ.

CAP. XXX.

CRedĭtis in deum, & in me credite.) Fortes
modò milites instruit, armaq; dat, quib. o-
mnia queant aduersa superare. Per fidem nanq;,
non aliter saluamur, secundũ illud Psalmistę: Do Psal.26.
minus illuminatio mea & salꝰ mea, quẽ timebo?
dominus protector uitæ meæ, à quo trepidabo?
deo enim nos protegente, quis affligere poterit?
quis eò uirtutũ perueniet, ut electos sibi subiĳ ciat,
& prauitatis turpitudine maculet? qs superabit
diuinis armis undiq; cataphractos? Arma uerò
latusq; clypeus, qui telis hostiũ frangi nõ potest,
fides est. Sed illud apprimè cõsiderãdũ. Iussit e-
nim & in deũ credere. Non quia ipse aliud à deo
uero sit: sed quia si quis dictiõe solummodo dei
fidei rationem determinat, Iudaicę opiniõis est: D
ideò nomẽ quoq; filĳ, quod prædicationis est e-
uangelicę, optime adiecit. Nec in filium simplici
ter, sed in me, inquit, credite. Recta enim fides in
deum patrem est, & in filium non simpliciter, sed
incarnatum, & in spiritũ sanctum. Sancta enim
consubstantialisq; trinitas nominũ differentĳs,
id est personarũ proprietatibus, distinguitur. Pa
ter enim pater est, & non filius: filius quoq; filius
est, & nõ pater: & spiritus sanctꝰ, spiritus sanctus
est patris atq; filĳ proprius, eadem enim substan
tia deitatis est: quare non tres, sed unũ deum præ
dicamus. Oportet igitur in deũ nos credere, sed
distincte latiusq; fidem exponentes, ut unicuiq;
personę eãdem glorificationẽ referamus. Nulla
enim fidei differentia est. Nõ enim maior esse de
bet in patrem, quàm in filium aut in spiritum san
ctum: sed una, & eadem ratio eius & modus est,
in tribus equali mensura personis cõsistens, ut e-
tiam hoc pacto unitatem naturę in trinitate fatea
mur. Hæc firmiter in animis nostris splendere fi-
des debet, quæ in patrem & in filium est, & in fi-
lium dico etiam postea quàm factus homo, & in
spiritum sanctum. Nec aliquis non insanus tem-
plum de uirgine sumptũ à dei uerbo separabit.
Vnus em est dominus Iesus Christus, ut Paulus 1.Cor.8.
ait: qui aũt in duos filios Christũ diuidit, is fidẽ Rom.10.
penitus negat. Quare diuinus Paulus hanc rem
optime nobis contexens, nõ nudũ ad fidem uni-
genitum tradidit, sed hominem factum, mortuũ,
& à mortuis excitatum. Quid enim ait? Prope te
uerbum est in ore tuo, & in corde tuo. hoc est uer
bum fidei quod prędicamus, quod si confitearis
in ore tuo Dominum nostrũ Iesum Christum, &
in corde tuo credideris, quod deus illum excita-
uit à mortuis, salus eris. Corde enim creditur ad
iustitiam, ore aũt cõfessio fit ad salutẽ. Si aũt cre
dimꝰ in filium qui surrexit, quomodo surrexit si
mortuus non est? patet igit, quia mortuus secun
dum carnem est, & resurrexit rursus. Caro enim
illa, naturalis uitæ caro & fuit & est, totã proprie
tatem illiꝰ qui habitauit in illa possidẽs, id est to-
tam uiuificãdi actionem. Nec iniungere quispiã
nobis poterit, quod in carnẽ, ut impĳ, credamꝰ.
Qui enim diuidit humanitatem Christi à uerbo
quod habitat in ea, & duos filios audet prædica
re, is se sciat in creaturam, & in carnem credere.
Nos autem à scripturis docti, credimus in crucifi C
xum, mortuum & exuscitatum à mortuis: non ut
in aliũ à deo uerbo (necq; id substantię identitate
dico: corpus enim corpus est non uerbũ, sed cor
pus uerbi) sed ut in unum uere filium Dei.

CAP. XXXI.

IN domo patris mei mansiones multæ sunt. Si
quo minus, dixissem uobis, quia uado parare
uobis locum: & si abiero, & præparauero uobis
locum, iterũ uenio, & accipiam uos ad meipsum.
Et ubi sum ego, ibi & uos sitis.) Quum necessa-
rio ne turbẽtur hortatus sit, & in deum atq; in se
ipsum credere iusserit, apertè modò cõsolat̃ ꝙ in
mansionibus patris in primogenitorum ecclesia
cum eo æternaliter uicturos affirmãs. Multas e-
nim mãsiones ait in domo patris esse: capacitatẽ
cœli ostendens. Quæ tanta est, ut nulla egeat ad
suscipiendos electos pręparatione. Hęc multitu
do mansionum, differentiam quoq; gloriæ signi
ficat: omnes enim uitæ suæ congruentem hono-
rem suscipient: si ergo multæ, inquit, non essent
mansiones, hac abirẽ de causa, ut locũ uobis præ
pararem. Nunc uerò quũ multæ sint præparatæ
iã, nõ hac de causa, sed ut uiã uobis faciã, & inui-
um iter ꝑ parare, abiturus sum. Inaccessibile nãq;
cœlũ erat hominibus prius, nec ullus unq; homi
nũ ante Christũ cũ sancto angelorũ cõsortio fuit:
hũc ascẽsum postea nobis Christus præparauit,
& iter fecit in cœlum carni nostrę. In primitias e-
nim mortuorũ seipsum innouãdo, deoq; patri of
ferẽdo, primꝰ homo uisus in cœlo est. Vnde cœ-
lorũ uirtutes incarnationis mysteriũ ignorãtes,
magno

Universidad de Deusto
Biblioteca



magno affectæ stupore, quũ ascẽdere dominum repente uidissent, exclamabãt: Quis est iste qui uenit de Edom, id est de terra: quas nõ dimisit indoctas spiritus sanctus, sed iussit, ut ei quasi regi ac domino cœlestes portas patefacerent, dicens per prophetã: Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Viam ergo recẽtem ac uiuam, ut Paulus ait, dominus noster Iesus Christus nobis innouabit: non in sancta ingressus manufacta, sed in ipsum cœlũ, ut deo pro nobis appareat. Non em ut ipse appareret deo patri, ascẽdit in cœlos, qui & fuit, & erit, imò uere est semper cũ illo (ipse enim est sapientia qua semper pater gaudet) sed ascendit nunc ut deo patri inaudito quodam pacto quasi homo appareat. Verbũ humanitate olim nudũ, & nunc cum humanitate propter nos & pro nobis deo patri apparẽs: ut quum sit filius dei, uere homo etiã inuẽtus, audiet: Sede à dextris meis, & filiationis gloriam toti humano generi per seipsum adoptione largiaẽ. Vnus enim est nostrũ, ac ideò patri ut homo apparuit, atq; apparet, ut nos qui, ppter præuaricationẽ à facie dei repulsi sumus, ad faciẽ Dei rursus reducat. Sedet igitur apud patrẽ ut filius, ut ẽt nos p ipsum filij dei redamur. Propterea Paulus, in quo Christus loquebatur, omnia quæ ipse proprie ut homo fecit, generi humano cõmunia esse docet, dicens: Conresuscitauit nos, & consedere fecit in cœlestibus in Christo. Proprie enim ut filio secundum naturam Christo est confessus, & gloriæ dignitas quę illi uere ac soli cõuenit. Verum quoniam quum sit deus ex deo, homo etiam factus est, huius dignitatis gratiam ad nos etiam modo quodã transmittit. Nam si patris consessum non habebimus, quomodo seruitus nostra ad æqualem cũ domino ascendet unq; honorem: sessuram tamẽ in sedibus discipulis pollicitus est. Quũ enim, ait, in sede maiestatis suę filius hominis sedebit, sedebitis & uos in duodecim sedibus iudicãtes duodecim tribus Israel. Nõ ergo abibo, inquit, mansiones paraturus, quæ multæ sunt: sed uiam innouaturus, quã propter peccatũ amisistis, ut per eam ad angelorũ cõsortia cõscẽdere possitis. Quod quum fecero, & superiora inferioribus cõiunxero, ac planũ iter in supernam ciuitatem uobis cõstruxero, iterũ ueniam regenerationis tempore, & accipiam uos mecum. Vt ubi ego sum, & uos sitis. Id recte intelligens Paulus, scripsit: Hoc uobis dicimus in uerbo domini: quia nos qui uiuimus, qui residui sumus in aduentũ domini, non preueniemus dormientes: quia ipse dominus in iussu, in uoce archangeli, & in tuba dei descẽdet de cœlo, & mortui in Christo resurgẽt primum: deinde nos qui uiuimꝰ, qui residui sumus, simul cum eis rapiemur in nubibus obuiã domino in aera, & sic semper cum domino erimus.

Esa.63.
Psal.23.
Heb.9.
Matth.19.
1.Thess.4.

CAP. XXXII.

ET quò ego uado scitis, & uiã scitis.) Præibo, inquit, ego uiam uobis præparaturus in cœlum. Quò si uenire uolueritis, si cõuersationem sanctorum plurimi facitis, & quò uado scitis, & uiam non ignoratis. Non enim per alium quàm per me hanc gratiam habere potestis. Non enim alius præter me cœlos aperiet: nec alij accessibile iter hoc faciet. Hãc uiã hortatur prõpheta Hieremias quærere, quũ dicat: State super uias, & interrogate de semitis æternis quæ sit uia bona, & ambulate in ea, & inuenietis purificationem animab. uestris. Vię nanq; ac semitę domini secũdũ prophetã, sunt salutares prophetarũ libri, quos si quis diligẽter & pio animo uertit, Christũ, qui est perfecta uia, inueniet, & per quẽ cõsummata in animis nostris purificatio nascitur. Iustificamur enim per fidem, & participes diuinę naturę participatione sancti spiritus efficimur. Esaias quoq; de hac uia, id est de Christo, scripsit dicẽs: Et erit ibi uia pura, & uia sancta uocabit. Ibi certe hoc unigeniti carnẽ significat: uia enim pura & sancta, per quam ad supernã ciuitatẽ proficiscimur, Christus est. Psalmista quoq; ad deũ patrem clamat dicens: Legẽ pone mihi domine in uia tua. Cupit enim in lege Christi doceri, nõ ignorans per euãgelicam doctrinã cœlorũ portas aperiri. Nõ est necesse uniuersa modò colligere, quib. uia sancta Iesus à scriptura est appellatus. Scitis ergo uiã, inquit, qua illuc peruenire poteritis: nõ em per aliũ quàm per me hoc cõsequi licet. Quare si quis ab amore Christi exciderit, aut quia ineffabilẽ naturã eius inter creaturas cõmeret, aut quodã alio modo à rectis ecclesię dogmatibus deuians, ipse sciat uiã sese salutis perdidisse. Propterea Paulꝰ quoq; omnes qui discipli-nam Christi aspernantur, quiq; legis umbris retinentur, excidisse ait à gratia Christi: quoniã per legem iustificari se credũt. Et quemadmodũ quitritam uiam relinquunt, detrimẽta propter errorem patiuntur: sic qui Christi & euangelij doctrinam contemnunt, ciuitatẽ dei nõ aspicient. Via enim quæ illò ducit, Christus solummodo est.

A B C D

Matth.19.

CAP. XXXIII.

DIcit ei Thomas: Nescimus quò uadis, & q modo possumus uiam scire? Dicit ei Iesus: Ego sum uia, ueritas & uita. Nemo uenit ad patrem nisi per me.) Nondum aperte, sed per ænigmata ad patrem se abiturum Christus dixerat. Et Thomas ratione quadã cogere quasi uidetur, ut quò uadat planè denotet. Nescimus, inquit, quò uadis, & quomodo poterimus uiam scire? Christus uerò nihil ad tantam curiositatem discipulus respõdet, nõ enim totã rẽ exponit: sed ea opportuno tempori relicta, quod modo necessariũ fuit, illud explanat. Ego em, inquit, sum uia, ego sum ueritas, ego sum uita. Hæc uere dici de domino, nullus unq; dubitabit. Sed illud mihi quærendũ uidetur: cuius rei gratia, quum lux, sapientia, uirtus alijs q; multis à scriptura nominetur nominibus, his modò tribus, quasi electis solũmodo se appellauit? Profunda res est, ut arbitror. Dicimus tamen, quod gratia dei nostro commiserit ingenio. Tribus igitur rebus superiores consequemur mansiones, per actionem uirtutis uariam, per



per fidem rectam, per spem uitę, quorũ omnium nemo largitor est, nemo fons, nemo causa, præter dominum nostrum Iesum Christũ. Ipse enim nobis mãdata super legẽ dedit, ipse uiam monstrauit, quam probe actionem uirtutis, & cõtemptũ mundi propter Christum intelligere possumus. Ipse igit uia est. Sed ipse quoq; ueritas est, id est uera fidei rectitudo, atq; determinatio, & rectissima regula, amussisq; optima. Credentes enim in filium, uere ex ipsa substantia dei patris natũ confitemur, & in creaturas nullo pacto eum deuolui mus. Et patrem, uere patrem esse credimꝰ. Nam qui credit in uere filium, is in uere patrẽ etiã credit, is etiam in spiritum filij credit. Ipse igitur ueritas est, sed uita etiã ipse est: nullus enim uitam, quam speramus absq; interitu in sanctificatione atq; beatitudine futuram, nobis præter ipsum restituet. Ipse certe nos mortuos maledictione propter peccatum suscitabit, & in cœlos adducet: omnia ergo eximia, omnia optima per ipsum & ad fuerunt nobis, & aderunt. Sed inspice quæso, quàm accõmodatissimè ad propositum ista pertinent. Quum enim ambigeret Thomas, ac diceret, quomodo possumus uiã scire? breuiter omnium bonorum se largitorem atq; dominũ ostẽdens, non posse ignorare illos uiam demonstrat qui sibi cõiuncti sunt. Verùm quoniam additur, neminem ire ad patrem nisi per Christũ: age de hoc quoque aliquid dicamus, si prius explanabimus quomodo ad patrẽ proficiscimur. Duobus igitur modis id fit: aut enim secundũ humanę naturæ mensuram sanctificati sancto deo cõiungimur (estote nanq;, inquit, sancti, quoniã ego sanctus sum) aut ad cognitionẽ patris in fide, ut in speculo & ænigmate gradimur. Sanctus autem nemo erit unq;, nec recta uiuendi disciplina sanctificabitur, nisi ope atq; patrocinio Christi. Sed nec ipsi patri unquam coniungi quisquam poterit, non mediante Christo: mediator enim est dei ac hominum, per seipsum & in seipso naturã deo coniungens humanam. In quantum enim à substantia dei patris, ut splẽdor effulsit, unũ est cum patre, & totus ipse in patre est, & pater totus in ipso: in quantum uerò factus est homo abs q; peccato, hominibus coniungitur. Medius ergo quidã terminus est, perfecte in seipso utranq; naturam continẽs. Nemo igitur accedet ad patrem, id est nemo diuinæ naturę aliter particeps erit, nisi per Christum. Nam nisi factus homo ille mediasset, in tãtam beatitudinem nemo unquam hominũ peruenire t: sed speculatiõe etiam quæ in fide est & cognitiõe quæ est secundum pietatem, nemo rursus ibit ad patrẽ nisi per Christũ: quod quam uis paulò ante planum factum sit, iterum tamen exponere non grauabimur. Qui enim filium ut uere filium susciꝑit, is ad cognitionẽ patris conscendit: nunquã enim filius esse intelligitur, non intellecto patre. Nam ut ad cognitionem filij cognitio patris facit, sic ad cognitionem patris, filij cõcurrit cognitio. Vere igitur nemo uadit ad patrem nisi per Christum. Naturalis enim, substantialisq; imago dei patris filius est, nec, ut quibusdam uisum est, secundum substantiam alienus, externis atq; aduẽtitijs dignitatibus decoratur.

A B C D

Leuit.20.

CAP. XXXIIII.

SI cognouissetis me, & patrem meũ utiq; cognouissetis.) Separatum hoc à superioribus quisquam ita putabit, ut Christum id secũ dicere arbitretur, quod non modò separatum nõ est (nihil enim frustra, nihil superuacaneũ Christus unq; diceret, quamuis non intelligentibus nonnunq; sic uideatur) uerumetiam adeò cõiunctũ, ut propter audientium utilitatẽ idem repetatur. Nam quoniam Thomas rogabat, quomodo posemus uiam scire, quum nesciamꝰ quò uadas? necessariò dixit: Ego sum uia, & ueritas, & uita: & nemo uenit ad patrẽ nisi per me: ut si quis uiã scire uelit qua peruenitur ad uitam, Christum cognoscere studeat. Verùm quoniam multi Iudaicam potius quàm euãgelicam doctrinã sequentes, sufficere putant unius dei confessionem atq; cognitionem: & trinitatis fidem hac de causa negligunt, prauam horum opinionem modò apertius excludit. Per filium enim accedendũ ad patrem est: filij nanq; speculatione atq; cognitione patrem cognoscimus. Non enim possumus ambigere, quin si quis subsistere filium credat, & ex substãtia dei patris uere nasci eum fateatur, is in patrem quoq; uere credit. & hæc quidem simplicior, & absq; temeraria cura cognitio est. Si quis aũt subtilius quęrat, & probationem rerũ delideràt, uera hæc omnia esse inueniet. Sed nullus naturæ deitatis capax intellectus est: ac ideò furiosus est, q audet temeraria scrutatiõe rimari, quid nam deus secundũ naturam est: umbris tamen et ænigmatib. ut in speculo, catalogũ dignitatũ filij perspicere possumus: quæ nanq; ab ipso facta sunt, & ante incarnationẽ & post incarnatiõis dignationẽ, diligenter cognoscentes proportionaliter ad patris cognitionẽ ascendimꝰ. Nã qui mirabili potestate ac gloria & ante incarnationem est, & pòst mirabilia fecit: is ego, inqt, & pater unũ sumꝰ: q me uidet, uidet & patrẽ. ab imagine igitur ad exemplar, et à figura ad primitiuũ nobis procedendũ est. Nõ enim externis dignitatibus conformari ad patrẽ filiũ credimus: nec imaginẽ dei patris appellamus, quia natura quidẽ ab illo alienus sit, gloriã uerò, uirtutem & sapientiã eius habeat (hæc enim impiorũ nugę sunt, ad euertendã consubstãtialitatis filij, quod posse facere, per insaniã crediderũt diabolica suggestione cogitare) sed character et imago & splẽdor patris filius est: ut ex substantia eius uere atq; ineffabiliter natus, & ideò proprietatẽ substantię patris. & naturalium perfectionũ pulchritudinem naturaliter habet: nõ enim ita uecordes erimus, nec eò insaniæ incidemus, ut nõ natura deo simílem arbitremur: ut nõ ex substantia dei natõ, gloriã dei attribuamꝰ: ut quod factũ ex nihilo est, id uirtutis ac sapientię dei, quę infinita est, capax esse posse cõcedamus: ut se sic habere creaturam unquam putemꝰ, sicut dei patris ineffabilis natura se habeat.

Iohn.14

Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quid eñ esset, quo creatura à creatore differret? aut quid à creatoris identitate creaturam separaret? Nam si omnino gloriam, uirtutẽ, sapientiam dei patris æqualiter filij habet, quid maius est in patre? aut cur ipse maior nobis est, si creatura est? Ego quidem non uideo, & illos errare non dubito. Non ergo aduentitijs ad æqualitatẽ patris dignitatib. filius conformatur, nec quasi colorũ uarietate in tabula falso depingitur, sed character & imago uere genitoris est, proprijs & naturalibus bonis naturã manifestans. Hac de causa dixit, neminem posse cognoscere patrem, nisi prius ipsum, id est filium cognouerit.

CAP. XXXV.

ET amodò cognoscetis eum, & uidistis eũ.) Mirari oportet incredibilẽ huius sermonis dispensationem. Nam quũ dixerit, si cognouisse tis me, patrem quoq; meum cognouissetis: ne uideatur ignorãtiæ tantę rei discipulos crimine accusare, illico intulit, amodo cognoscetis eũ, & uidistis eum. Nam quoniam omniũ futuri erãt ecclesiarũ pastores, ab ipso saluatore ad oẽs gentes instituendas missi, hac de causa, ut ego arbitror, quũ uniuersaliter, si quis cognouit filium, patrẽ quoq; ab eo cognosci dixerit, discipulis postea fidei cognitionem attestatur: nihil enim non uerũ Christus dixisset. Nec, si quis diligenter euangelium rimatur (nisi mente captus sit) dubitabit filium dei fuisse dominum discipulos credidisse.

Ioan.1. Quomodo enim Nathanael quũ audiuerat, anteqũ Philippus te uocasset, sub ficu te uidi, cõfessionem illico fidei attulisset dicẽs: Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel: nisi hoc in discipulorum animos incidisset? præterea post sedatos fluctus

Matth.14. clamabãt dicẽtes: Verè filius dei tu es. An forte ignorasse illos uim huius uerbi quisq; opponet? sed quomodo qui hæc opponet, ignorare nõ uidebitur, quũ apud Cæsaream Philippi à Christo discipuli rogarentur, quem dicũt homines esse filium hominis: aliorũ falsis opinionib. dictis, de sua interrogati, per principem cõsortij sui nõ dubitasse illos exclamare, tu es Christus filius dei ui-

Matth.16. uus? quãdo igitur dicitur à Christo: si cognouissetis me, patrem quoq; meũ cognouissetis: nõ omnino ipsis discipulis, sed per eos generaliter omnibus dictũ esse illud putemus, qui enim diligen ter cuncta obseruat, inueniet eos nõ penitus ignorasse Deũ & dei filium Christum fuisse. Verũ quũ uiam seipsum appellarit ænigmatice, hoc dictum non intellexerunt. Præterea uerso ad ipsos sermone, docuit nõ posse illũ cognoscere patrẽ, qui filium ignoret: deinde cognitionẽ fidei eis attestatur dicens, amodo cognoscetis eũ, & uidistis eum. Amodo aũt non ab illa hora significat, in qua hęc uerba faciebat: sed à priscis tẽporibus aduẽtus Christi tempus distinguit, in quo patris cognitio in uniuerso terrarũ orbe per filiũ rutilauit. Ideò in Psalmis, quasi ad deũ patrem dicitur:

Psal.138. Mirabilis facta est scientia tua ex me. Nam quũ splendentem miraculis filiũ, & potestate suprema quæcũq; uelit peragentẽ uideam, cognitio nem patris summa cũ admiratione retinemus, amodo ergo cognoscetis eũ. Cognouim⁹ enim in filio, ut læpe iã dictũ est, quis pater sit: nec cognouimus solũ, sed etiã uidimus. Cognitio enim mentis speculationem significat, quam mẽs humana de natura diuina, et quę super oĩa & per omnia in omnibus est, habere potest. Visus autẽ, miraculorũ certitudinem denotat. Nõ enim tantummodo nuda mentis agnitione, uitam esse patrem cognouimus, mortuos uiuificãtem in filio, & corruptos ad esse iterum reducẽtem: sed uidimus ipsum in filio uitã naturaliter esse, & omnia illi esse subiecta, quãdo mari & uẽtis cũ suptema potestate increpans dicebat, Tace, obmutesce. Quoniam ergo dicturus erat, nõ cognouisse so lummodo illos patrem, sed etiã uidisse, necessario illud amodo, antetulit. Quamobrẽ? Quia lex per Mosen ad Iudæos clamabat: Dominus deus tuus, dominus unus est, nomẽq; filij nõ exprimebat. Sufficiebat enim tunc si à multorũ cultu deorum ad unum deum homines euocarent: dominus uerò noster Iesus Christus multis signis in seipso patrem nobis manifestauit, & unius dei naturã in trib. esse personis demõstrauit. Recte igitur amodo dicit, propter imperfectionẽ cognitionis eorũ qui disciplinam legis obseruabãt. Quũ autem dicat se pro patre uisum esse: non negat in propria uere persona deum patrẽ, ex quo est, subsistere: nec se patrem esse affirmat, quantũ ad personæ dico significationem. Nam quoniã consubstantialis patri est, idcirco in seipso patrem uideri asserit: ut si quis nostrũm quum patris sui naturam ante oculos ponere uelit, seipsum ostendat, ut in se pater suus cernatur, quamuis deus omnium uim exemplorum excedat.

CAP. XXXVI.

DIcit ei Philippus: domine, ostẽde nobis patrem, & sufficit nobis.) Studiosus quidem Philippus fuit, sed nõ adeò acutus, ut commode atq; apte quę sit uisio dei posset intelligere. Propterea putabat oculis huiꝰ cõporis diuinã posse uidere naturã: sed manifeste à deo dicit: Nemo uidebit faciem meam, & uiuet. Nam etsi uisus a multis sanctis à scriptura dicatur, nullus tamẽ recte intelligens, suspicabitur ipsam dei naturam uisam fuisse: propterea & aliter alius uidit. Aliter enim Esaias, aliter Ezechiel, aliter alij uiderunt. Vnde oportebat intellexisse Philippũ, impossibile omnino homini oculis corporis substãtiam dei aspicere, nec ualde prudenter, quũ imago & character patris uerus adesset, primitiuum quasi nõ adesset, desiderare. Sufficientissimè nãq; qui Christum uidet, patrem uidet: probè enim à fructu arbor cognoscitur, ut saluator ait. Quũ ergo uisio atq; cognitio filij perfecte sufficiat ad naturam patris cognoscendã, superuacaneus forsan Philippi sermo uidetur. Non tamẽ laude sua priuandus est. admiratione nanq; cõmotũ dixisse arbitror: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. ac si diceret: Oẽs nos gaudij plenos profitebimur, nec deesse ad beatitudinẽ quicquam nobis



nobis arbitrabimur, si (q̃ maxime optamus) deũ patrem uidebimus. Laudãdus ergo est, qui uisionẽ patris cæteris omnibus rebus antepoluit. Hæc quidem simpliciora, expressiora q̃ sunt, curiosius autem atq; occultius illud addemus. Non ignoramus scribas ac pharisæos, cæterosq; Iudæorum principes innumeris Christi signis commotos, sic inuidia exarsisse, ut quum prohibere ne miraculose ageret nõ possent, ad detrahendũ illi uersos, multa ad diminuendã illius gloriam prædicasse, modò in principe dęmoniorum signa fieri ab illo

Luc.11. clamantes, modò turbas reprehendentes quoniã

Ioan.10. illum audirent. Dicebant enim, dæmonium habet ac furit, cur eum auditis? gloriæ igitur Christi summopere inuidẽtes, persuadebant turbis, præ-

Exod.20. uaricationem legis Christum odisse, & Moĩ toto animo inhærere. Mosen enim dicebant, obuiã deo populum ab Aegypto ad Syna montem eduxisse, ac ostendisse eis deum in cacumine montis, & fecisse ut auribus suis uerba dei audirẽt: ita certiores omnes factos esse, uerbis dei legem esse dictatam: hunc autẽ prætigiatorem nihil tale unq̃ fecisse. Hæc illos ita dicere ac facere inde maxime patet, quod ad cæcum à natiuitate, cui uirtute in-

Ioan.9. effabili saluator uisum largitus est, cum amaritudine dicebant: Tu illius discipulus es, nos autẽ Mosi sumus discipuli. Nos scimus quia Mosi locutus est deus, hunc uerò nescimus unde sit. Hanc ratio nem non facile, imò nullo modo confutari posse omnes credebãt, qui Iudæis fauebant. Hæc ubiq; clamantes, multos decipiebãt, et turbatione cuncta replebant. Cogitauit ergo secum Philippus, omnem Iudæorũ posse cõtradictionem dissolui, si Christus quoq; credentibus in eum, patrem ostenderet. Quapropter obsecrat, dicẽs: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis: Multis, inquit, modis ô domine ad fidem tuam nos attraxisti, innumerisq; signis Iudæorum impudentia repelli potest: sed nihil omnino deerit, si etiã ipse deum patrem nobis ostendẽs: hoc enim maxime faciet, ut Iudæorum ora consuere possimus. Non arbitror longe à mẽte Philippi occultiore hoc sensu nos aberrare. Ipse certè ad hæc excogitãda nos inuitauit, quum dicat sufficere sibi deum patrem uidere: quasi hoc solum credentibus deesse uideretur, ipse quoq; saluator in sequentibus hoc ferè subaperit, dicẽs: Verba quæ ego dico uobis, non à me loquor: sed pater in me manens, ipse facit opera, quod loco suo latius exponemus.

CAP. XXXVII.

DIcit ei Iesus: Tãto tempore uobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe qui uidet me, uidet & patrem.) Inexcusabilem imperitiã discipuli ostendit: difficilia enim sublimiaq; thoremata, etsi breui tempore nequeant exquisitius intelligi, in lõgis tamen temporibus à studiosis pertiuntur: quæ uerò facilia cognitu sunt, ea sine labore statim quũ audiamus consequimur. Quid igitur, ô Philippe, impedimẽto tibi fuit ad exquisitam mei cognitionem, qui quum tanto tempore mecum sis, ut perfectè iam me cognoscere deberes, ambigis adhuc? Imò uerò ignorare omnino uideris quis natura sum, et unde sum: quomodo non cognouisti, quia qui me uidet, uidet & patrem? & Iudæos quidem putas diuinam olim naturam in monte aspexisse, ab eaq; quid faciundũ sit, quid non faciundum audiuisse. Tu uerò nondum credis per me & in me patrem uidisse: nescis quia qui uidet me, uidet & patrem? Non est opus longa uti oratione ad demonstrandum non intelligi uisionẽ hic eam, qua oculis cernimus (nemo enim non furiosus, naturam dei oculis subijciet, quam uix in speculo uidemus, & in ænigmate) illud tamen aduersus inimicos ueritatis, qui lingua nos impudenti, imò unigeniti substantiam lacerant, dicendũ uidetur. Nam si ex dei patris substantia per generationem filius (ut illi putant) nõ emanauit, sed solis exterioribus non naturalibus dignitatibus fulget, quibus patrẽ in se ut imago figurat: primũ non erit naturaliter filius, nec genimen uere. Erit ergo creatura ut uos, aut aliquid tale: quo cõcesso atq; credito, illud cõfiteri necesse erit, patrem uere ac naturaliter patrem non esse, sed uoluntate quadã ut nostri apparentia patrem nuncupari. Hinc porrò necessario sequetur, non esse trinitatem unum deum, sed tres potius deos: quũ alius in alio substantialiter nõ insit, sed unusquisq; ut nomina, ita naturæ ratione omnino disseparetur. Cogimur hæc nefanda ui rerum rudius dicere, sed tamẽ prosequemur. Si ergo naturæ separentur, & alienus naturaliter à patre filius est: quomodo qui natura deus non est, patrẽ qui natura deus est, in seipso nobis ostendit? Quomodo in re creata increatam conspiciemus? quomodo in eo qui aliquando non fuit, eum qui semper est, speculabimur? Nec mihi aliquis dicat, quoniam uirtutem patris sapientiam, bonitatem, producendi omnia uim habeat, idcirco imaginem eius esse: sed prius ostendat non natura deũ, incõmutabiliter ac perfectissimè, ut nihil omnino desit, natura dei posse imaginem esse, quæ in seipsa primitiuum absolutissime ostendat: quod quoniam ostendere nunq̃ poterit, rogabimus secundo, ut illud demonstret, qua ratione si natura deus non est, ut ipsi dicunt, ueri dei opera potest facere. Hoc enim est patris imaginem esse. Nam si non habet uirtutem à se filius ad peragenda omnia sufficientem, mutuò aũt à patre ac forinsecus accipit & sapientiam & uires, ut ea possit facere, quæ solus pater natura facere potest: mẽtitur scriptura, quæ imaginem & characterem patris appellat. Sin uero non mentitur, in ipsam patris gloriam eorum iniuria conscendit: quonam modo? dicam repetens breuiter. Aut enim si à se idem naturaliter nõ habeat ad facienda omnia uirtutem, sed ab alio extrinsecus accipiat, falso imago patris appellatur. Non enim aliunde, sed à se naturaliter habet omnia primitiuũ. Aut si uerax scriptura est & ipse saluator, qui patrem in seipso conspici asserit, ita ut nihil prorsus desit, nihil superfluat, nihil diminutum mancumq; sit, sed summa sit incõmutabilitas: necesse erit cõcedere ipsum quoq;

Hebr.1. u primiti-

Universidad de Deusto
Biblioteca



primitiuum,id est patrem nō à se, sed ab alio hanc A uirtutem mutuari, quippe qui se talem in imagine naturæ suæ nobis ostenderit. Nónne igitur uidetis, ad illos quispiam dixerit, longe à recta uia in perditionis barathrum uos decidisse? Sed potest, inquiunt, filius quamuis creatura sit diuinæ naturæ opera facere: quoniam ita deus pater instituit. Ego uerò nescio si quid magis impiè dici possit: nihil enim maius erit in deo, quàm in creatura. Non ergo præcipuum quid filio attribuere credant, quia super alias creaturas creatū existimēt. Non enim utrum eximiæ naturæ creatura sit, sed utrum factus sit, quæritur. Quumq; factus esse ab eis dicatur, gloria eius statim deprimitur: frustra igitur quasi remedium afferūt quod optima creaturarum sit, quum creata omnis natura, in infini- B tum à non creata dissepareť & distet. Sed ipsi quoque naturæ patris summa infertur iniuria, si eadē omnino filius quæ ipse, quum creatura sit, operetur. Nequaq; igitur ferendi sunt, quum prędicent diuinæ naturæ opera posse à creatura secundū naturam fieri. Nulla enim sanctorum uoce potest id confirmari: quare quū ex animo suo falsas effundant rationes, nō iniuria dicemus: Væ ijs qui pro Ezech.13. phetant à corde suo. Nihil enim præter illa patrē uelle concedimus, quæ gloriam eius conseruant, & rectitudinem dogmatum stabiliunt. Nugis igitur illorum omissis, ueram prosequemur rationē, ex substātia dei patris secundum naturam natus est filius. Sic enim uere, quum character similitudoq; illius sit, dicere potest, Qui uidet me, uidet C & patrem. Quomodo igitur, ô Philippe, patrem tibi petis ostendi, quum patrem in eo uidere possit, qui totam naturam patris, ut uerus character eius & imago incommutabilis uere habeť? Caue ne altiora in specie ignis uidisse antiquissimos in monte putes: meliora enim sublimioraq; sunt hęc miracula Christi, & exquisitiorē dei patris cognitionem efficiūt, quàm illa cognitio fuit, quæ in cacumine montis à priscis habita est. Quod breuiter ostendemus, ut clare appareat non necessario illam priscam à Philippo cognitionem fuisse quæsitam, qua in specie ignis populo uidente descendisse dicitur deus. Quomodo igitur ad rectam de deo opinionem per speciem ignis quispiam perueniet? aut qua similitudine ignis ad primitiū, D id est ad patrem, ascēdet? Bonus natura deus est, creator est, ex nihilo cuncta produxit, & quæ produxit, continet atq; uiuificat. Sapientia præterea & uirtus est, iustus, misericors, & cætera huiusmodi, quorum omnium nihil unquam in igne conspicies. Cur ergo, inquies, in specie ignis deus apparuit? quia tunc primum disciplina legis ad pietatem populus instituebatur: qui quū esset duræ ceruicis, opus erat ut quā maxime terribilis deus eis uideretur, ut quum scirent magna præuaricatoribus imminere supplicia, quia ignē quasi urentem offenderent, aliquantulum sibi ipsi moderarētur. Propterea Moses quoq; illis dicebat: Ignis Deut.4. consumens deus noster est. Nec dei naturam tantus uir igni cōferebat: sed ostēdere uolebat, ignis more à deo transgressores consumi. Non ergo quia igne deus cognosci possit, sed quia utile tūc populo fuerat, in specie ignis deus apparuit. Nūc exquisitiśimam patris imaginem a perfectionibus eius consideremus. Bonus secundum naturam deus pater est. quid filius? nónne summe bonus, qui uenit in mundū ut peccatores saluaret? qui se humiliauit, & animam suam pro peccatoribus posuit? Potens pater est, filius quoq; similiter, qui elementis imperabat, elata maria deprimens, & uentorū flatus deponens, qui naturam rerum penitus uicit. Leprosum enim curauit imperio, & summa cæcos potestate uidere iussit. Vita naturaliter pater est, filius quoq; similiter uita est: mortis enim uires euertit, quū multos è morte suscitauerit. Iure igitur ad Philippum ait: Qui uidet me, uidet et patrem. Cur igitur, inquit: ô Philippe, quum multo melius in me patrem uidere possis, quàm in igne antiquiores uiderunt, alium quendam modum uiuendi patris desideras? non credis quia ego in patre, & pater in me est? Ego, inquit, ô Philippe genitoris naturam, ut imago substantię suæ perfectissime ad illam formatus, in me totam exprimo: non exterioribus neq; aduentitijs dignitatibus, sed naturalibus naturæ patris perfectionibus splendēs: id enim sum uere quod pater est, identitatis substantię ratione. Tu autem uidere patrem petis, quia non penitus adhuc credidisti quod ego in patre sum, & pater rursus in me. Quæ igitur ego dixi, pater dixit: & quæ operatus sum, pater operatus est. Hæc Christus non ut propheta dicit, qui certa mensura & ordine, non sua, sed quę deus illis inspirauerat, loquebantur. Patri aūt miraculorum potestatem attribuebant. Nolite nobis attendere tanquā propria potestate id fecerimus. Non enim sua, sed dei uirtute ut ministri miracula sancti peragebant. Non igitur, quia dei potestate ut exteriore uteretur, uerū quia quum patri consubstātialis sit, idem cum eo natura penitus est. Et uerba sua patris esse uerba dicit: quia non alijs quàm filius uerbis pater, si loqui uellet, uteretur. Opera quoque sua patris esse similiter dicit: quia non aliter filius quàm pater operari potest.

CAP. XXXVIII.

VErba quæ ego loquor uobis, à meipso non loquor: pater autem in me manens, ipse facit opera.) Non aliter, inquit, pater (si uobiscum uerba facere uellet) quam ego, locutus esset: tanta enim inter nos identitas est, ut uoces meæ illius sint, & quæ facio, illius opera sint. Ipse enim propter incommutabilitatem substantiæ in me manens facit opera. Nam quum una in patre & filio & spiritu deitas sit, omnis sermo patris, & omnia opera patris, per filium in spiritu sunt, aguntur tamen quasi à patre. Non enim est extra genitoris substantiā filius, sed nec spiritus sanctus. Sed aliū quoq; sensum incarnationis dispēsationi accommodatum dicere possumus. Nō loquor, ait, à me ipso: id est, non aliena, neq; incongrua deo pater loquor.



loquor. Nam quoniam in humana forma cernebatur, sermones & opera sua naturæ deitatis in persona patris attribuit. ac si diceret: Cauete ne humana hæc figura & habitus longe uos à conuictēti de me opinione seducat. Cauete ne hominis nudi uerba mea putetis, sed diuina & ipsi patri cōgruentia ducite: operatur autē in me manens, sum enim in ipso, & ipse in me. Nolite igitur credere maius excellentiusq; aliquid priscis datum fuisse, qui deum in specie ignis uiderūt, & uocem audiuerunt: uos enim multo uerius in me, & per Psal.49. me patrem uidistis. Deus enim natura quum sim, ueni manifestē (ut Psalmista canit) homo propter uos factus. Verba igitur mea, patris uerba sunt, et opera mea similiter. Quare uos, qui hæc audiuistis & uidistis, uerba patris audiuistis, & opera patris & uirtutem uidistis. per me nanq; ille, ut per uerbum suum loquitur, per me ut per uirtutem suam miracula peragit. Nullus autem, nisi mente captus, uerbum & uirtutem patris, naturaliter substantiæ patris inesse potest negare.

CAP. XXXIX.

CRedite, quia ego in patre, et pater in me est.) Aperte nunc dicit, imò imperat non aliter nos credere oportere quàm ipse uelit, qui ueritas est. Consubstantialis enim patri est, nulla re peni- tus interposita, nec intermedio ullo intellecto, quod substantiam à substantia, & naturam à natura dissepareť: unum enim cum ipso est. Propterea substantia & natura alterius, in altero conspicitur: quod nostro etiā exemplo uidere licet. Nā C etsi corporibus distemus, non sumus tamen alij natura patres à filijs, & filij à parentibus. Abrahæ igitur naturam conspexit, qui filium eius conspexit. Sed in hominibus quidē magna uidetur esse dissepatio: seorsum enim unusquisq; formatus, quamuis una substantiæ atq; naturæ ratio in omnibus cōmuniter sit, tamen alter in altero non inest: in deo autem nō ita esse intelligemus, sed proprie quidem pater, pater est, & non filius: & qui ex eo est, filius est, & nō pater: & spiritus sanctus, spiritus proprie est: in unam autem deitatis naturam, sic trinitas sancta colligitur, ut unus sit deus, nec aliqua trinitatis persona dissepareťur ab alia. Sed subsistere quidem trium personarū proprie D ac uere quamlibet credimus, & filiū ex patre ineffabiliter natum esse, & in ipso manere intelligimus, eodem modo de spiritu sancto. Est enim ex deo uerè, non dissepatus à substantia eius: sed procedens potius ex eo, & in eo semper manens, præbetur sanctis per Christum. Omnia enim per filium in spiritu sancto sunt. Hanc dogmatum rectitudinem atq; ueritatem sancti patres nobis tradiderunt, sic & loqui & sapere à sanctis literis docti sumus, ad quā fidem dominus etiā hortatur, dicens: Credite quia ego in patre, & pater in me est.

CAP. XL.

ALioquí propter opera ipsa credite.) Palàm istis uerbis nihil se mirum, diuinæq; naturæ conueniens potuisse facere ostendit, nisi natura deus esset: & uide quanta cum autoritate & ueritate. Nam etsi mentiri nō possit, nō petit tamen, A ut omnino uerbis suis credamus. Quare sic? Nō ignorabat posse sibi furiosos uerba huiusmodi ac commodare, deosq; se uerbis facere, operibus autem diuinæ naturæ cōgruentibus nulla unquam creatura utetur. Nec enim deus minime capaci creaturæ, faciendi omnia potestatem donabit. Non ergo magis à uerbis suis, quàm ab operibus credere cogit, se quidem in patre, patrem autem rursus in ipso esse: id est, non aliam esse naturam suam quam patris. Et ecclesia quidē Christi, quæ rectitudine dogmatum gloriatur, hanc in unigenitum habet fidem: dei autem inimici non parua rabie concitati, alius alium in maiorem impietatem impellunt. Nam quum uinum Sodomæ bi- Deut.32. bant, & uuam Gomorrhæ uindemient, nec à spiritus sancti reuelatione, sed acerrimi draconis suggestione loquantur: & nec probe sentiunt, & ea dicunt, quibus audientium animas ad inferos detrudunt: libris quoq; has nugas suas tradere ausi, quasi publice in tabulis malignitatem suam pingentes, perpetuitati (quantū in eis situm est) commendarunt. Vnde fit, ut quamuis multis iam hac de re dictis, propositum ad utilitatem fidelium opus, prosequendum breuius uideatur, nugis eorum neglectis. Cogamur tamē, ne simpliciorum aliquis laqueis eorum capiatur, ueritatis dogmati bus ut scutis uenenosa illorum tela repellere, ac friuolas ostēdere calumnias suas, quibus filio miseri, imò uero toti deitati conantur detrahere. Le- Arianorum gi enim modò librum quendam aduersariorum, confutatio. in quo de proposito euangelij loco sic post nonnulla breuiter scribebatur: Filius ergo substantia licet à patre continente contentus, habet in se patrem loquentem uerba, & signa facientem. quod ipse filius exposuit, dicens: Quæ ego loquor uobis, à meipso non loquor: pater in me manens, ipse facit opera. Quid uelit dicere, quum substantialiter à patre contineri filium asserat, non probe (ut ueritatem fatear) assequor: tanta in oratione inest obscuritas, & quemadmodū qui male agit, odit lucem, et non uenit ad lucem (ut saluator ait) Ioan.3. ne redarguatur: sic oratio improba, quum nō audeat in lucem exire, ne redarguatur, obscuritate gaudet. Quid igitur sit substantialiter à patre filiū D contineri, quibuscunq; potero modis exponam, ut obscure dictū in lucem protractum, reprehendatur. Si ergo significat, in patris substantia, sicut cōsubstantialem filium esse, ita ut pater rursus in ipsa filij natura perfulgeat, quamuis continentiæ nomen alienissimū sit, laudabimus tamen & comprobabimus: sin uero non id (non enim ex substantia patris natum esse filium fatetur, qui hæc euomuit) sed ut corpus quoddam finitum, sic natura filij terminatam ab infinito patre contineri arbitratur: quomodo insanus non est, qui ita blasphemat? Aut quomodo, quū filiū deū esse modo quodam concedāt, proprietates corporum ei accommodant? quod enim mensura aut termino circunscribitur, quum dimensiones suscipere necessario intelligatur: id prima & ultima & locum

Universidad de Deusto
Biblioteca



& quantitatem & figuram habeat necesse est: quæ omnia corporum propria sunt. Quomodo igitur corporeus esse credetur, qui super omnia est? Aut quomodo aliȝs creaturis similis non erit, si ipse quoque similiter finitus est? quod si ita est, cur falso nos terrebat, dicēs: Vos deiȝs quę deorsum sunt, estis: ego desuper sum? & rursus: Vos ex hoc mundo estis, ego non sum ex hoc mundo. Nam quum desuper esse asserat: non cœlum significat, nec locū aliquem (sic enim etiam angeli desuper sunt) sed à suprema se substantia emanare demōstrat. Quomodo igitur id uere dicebat: si quemadmodū, quæ ex nihilo producta sunt corpora, sic terminis cōtinetur magis quàm cætera contineat? aut quomodo ipsum nusquam abesse Psalmista dicit, incorpoream, incircunscriptibilemq; naturam, ut deo attribuens: Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descēdero ad infernum, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Hæc per Psalmistam spiritus cecinit. Sed isti, spiritus quoque uoces contemnentes, terminis & circunscriptionibus unigenitum dei filium subijciūt: quod fieri qui poterit, si cœlos simul & ultima terræ facile replet? Sed non uenit eis in mentem: quia si filij facies, id est spiritus (facies enim filij spiritus sanctus est) uniuersa replet: quomodo ipse continetiæ terminis comprehendetur? Ita, inquit, sed nō à corpore, neq; à loco, sed à deo patre filium contineri dicimus. Non potestis impietatem effugere, si ut corpus rem incorpoream circunscribatis, & finem attribuatis infinito. Nam quum à patre cōtinere dicatis, quid aliud quàm quod finitus sit, significatis? sicut creaturæ omnes, quæ ab ipso producte contineri etiam ab ipso dicuntur. Præterea si quid quod aliquo modo continetur, ea ratione qua continetur, minus continente est: quomodo non erubescitis, minorem patre filium sicuti potestate, uirtuteq; illius inclusum, & præsentibus & posteris occultius continentiæ uerbo tradentes? Ad hęc, quum se imaginem patris perfectam asserat (qui enim uidet me, inquit, is & patrem uidet: & ego in patre, & pater in me est) si substantialiter à patre continetur, ipse quoq; pater erit finitus. Talē enim esse patrē uult, qualis ipse est, & apertè dicit patrē in se esse: ipse igitur aduersarius quærat aliū, qui sit maior patre, q̄ est in filio: mihi enim nefas uidetur talia cogitare. Non est autem filius ex patre patris imago, sed totus totius imago est, neq; aliud penitus intercidit, quod summam similitudinem, imò identitatem imminuere uideatur. Illud summopere miror, miraricq; non desinā, quomodo ausi sunt dicere, ita patrem in filio loqui, & signa facere, quemadmodum ipse Christus in Paulo & loquebatur & operabatur? Hac enim de causa dictum esse contendunt: Ego in patre sum, & pater in me, quis talia de Christo sentiens, Christianos appellabit? Ecce manifeste non deum, sed capacem deo, & dei participem, magis creaturam quàm deum ex deo natum prædicant. Patet igitur undique, quod illa sit intentio eorum, ut longè à substantia dei patris propellant filium, & deitatis natura omnino priuent. Quomodo igitur quasi mortuos impietate, largo lachrymarum fluuio non plorabimus, dicentes: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & flebo nocte & interdiu hunc populum? Sed zelo fidei concitati ne simpliciores seducantur, de beato Paulo dicimus, quod & ille & quisquis sanctorum diuinitus & loquebatur & faciebat, Christum in corde suo habitantem per spiritum habebat. Propterea & miracula faciebant, & quæ deo placebant, loquebantur. Quos omnes natura homines, & aliud secundum substantiam quàm spiritus Christi, qui habitabat in eis, & dei cultores, & gratia eius rutilantes, etiam inuiti concedetis: nec negabitis destitutos fuisse gratia illos, antequam uocati fuissent: possibile quoque fuisse posteaquàm gratiam habuerunt, delictis prauisq; cogitationibus eam illos amittere. Nam quod deforis allatum est, quamuis re ipsa nequaquam auferatur, auferri tamen posse nemo ibit inficias. Si ergo secundum impietatem & imperitiam uestram patrem credemus esse in filio, sicut Christus erat in Paulo, loquens in eo, & miracula peragēs: quomodo non erit aliud quàm pater, qui in eo est? pater autem deus est, filius ergo non erit deus. Quare instrumentum quoddam, & uas aliquod patris, unigenitus erit: nec à tibia uel lyra distabit, quum illud resonet, quod inspiratione aut pulsatione iubeatur: ad peragenda uerò miracula, quasi serra aut bipennis adhibebitur. Sic alienus omnino à natura patris erit, nec ullo modo natura deus credetur. Quomodo igitur creaturis non connumerabitur, qui ministri locum possidet? Quomodo filius dei appellabitur, & consessum patris habebit, imò uerò quis hoc dicere dignabitur, qui uerum esse illud putabit? Vos autem quamuis hæc dicatis, proh pudor filium tamen appellatis. Instrumentum ergo artificij atq; sapientiæ suæ pater genuit, & aliud præter seipsum peperit. Hæc qui dicunt, ipsius genitoris gloriæ detrahunt. Non enim erit uere pater, qui talem filium natura non cognouit, qualis ipse est. Impie igitur & falso in trinitatem credimus. Nam neque pater, uere pater erit: nec filius, naturaliter filius: nec filij spiritus, deus erit. Decepti ergo sumus, inanis fides nostra est, scriptura etiam falsa est, quæ deum patrem appellat: nec soli nos fallimur, sed superna etiam ciuitas non minus seducta est, quæ filium creaturarum unam non deum, sed uas instrumētumq; dei cum patre simul adorat & glorificat. Quod si pater inhabitare in filio noluerit (ô impietatis magnitudinem, sed consequentia dicere cogor) non desistabit filius ab illis, qui a principio suo lapsi cecidérunt. Cur autem si gratia dei sicuti nos corroboratur, nec genitorem in seipso naturaliter habet, sed filiationis nomine ut creatura decoratur: cur

Ioan. 8.

Psal. 138.

Ioan. 14.

1. Cor. 13.



inquam, ipse quoque, ut nos naturam suam non profitetur? Cur ille dominus, & nos seruiː qui etsi filij dei uocitemur, propriam tamen naturam non ignoramus. Quare igitur ipse quoq; si natura deus non est, si inter creaturas collocatur, ut uobis uidetur, seruū se esse non profitetur? sed congruentem naturæ deitatis honorem & gloriam sibi attribuit, dicens: Vos me uocatis domine & magister, & bene dicitis, sum etenim. Hæc boni isti doctores laudant, & uere dominum appellari concedunt: deinde à naturali ueraq; dominatione, quia non esse natura ex deo patre contendūt, turpiter (quantum in eis situm est) eiȝcere non uerentur. Verum quod seruitutis abneget nomen, & creaturis connumerari nolit, liberam, dominantemq; sui naturam etiam factus seruus respiciens, inde quoq; intelliges. Accessisse nanq; ad Petrum exactores didragmi scribuntur, dixitq; magister uester non soluit didragmum. ad quod Christus quid Petro dixerit, operæprecium est considerare: Reges, inquit, terræ, à quibus censum aut tributum accipiunt? à filijs ne suis, an ab alienis? Quum autem Petrus non filios regis, sed alios tributis subiectos prudenter dixerit, confestim deitatis sibi testimonium Christus perhibēs, illud adiecit: Liberi ergo sunt filij. Cur igitur, si conseruus, & non à patris substantia natus est, cæteris seruitutem, soli sibi libertatem attribuit? Per abusionem enim de nobis, quæ proprie ac uere deo accommodantur, dicta esse inueniemus, quę illiuere ac naturaliter insunt. Quare & nomen & res seruitutis, secundum naturam ineſt creaturæ: quamuis libertatis honore ac gloria per gratiam dei decoremur. Libenter ergo eos interrogarim, utrum Theophorum, id est uirum, in quo deus habiter, Paulum appellent an non? Si enim negant illum Theophorum fuisse, manifestè mētiuntur: sin autem orbis terrarum auctoritate uicti Theophorum fateantur, patet quia Christus deus est. Sic enim Paulus appellatur, quia Christus in eo per spiritum suum habitabat. Quod si & Paulum Theophorum appellant, & filium alienum à patris substantia dicunt, sibijpsis contradicere inuniuntur. Sed erubescentes nonnunquam deum uerum maligni filium appellant: nō enim natum ex deo uero concedunt. Ita deum quidem uerum esse, sed natura deum non esse contendūt. Quod certè non magis impiè quàm stulte dici contendrim. Sed quum patrem in filio esse, ut Christum in Paulo dicitis, filium certè Theophorum Paulo similiter dicitis. Quomodo igitur Theophorus aut particeps dei, q̄ uere deus est? nulla enim res seipsa participat. Nam si uere idem est quod participat, & quod participatur, cur opus participatione est? Si autem sicut ipse in Paulo, sic pater in ipso habitat: quomodo non erit Theophorus? Et si hoc, quomodo erit deus, qui habitante deo indiguit? Satis de his, quare aliud illius generosi uerbis suis in medium adducamus, ut pateat quantum impietatis posterioribus, scriptis suis cōmendare conetur, & id astute nimium ut

Rom. 8.

Verba Ariani.

Eorum confutatio.

Act. 17.

Act. 17.

Psal. 59

Psal. 43.

Psal. 88.

ueterator occultare. Nanc; presentes obscuritate hallucinare studet, ut facilius ad posteros ueniat. Verba sua hæc sunt: Verum quemadmodū nos in ipso esse dicimur, & tamen substantia nostra illi non communicatur: eodem modo filius quum in patre sit, separatam tamen ab ingenito habet substantiam. O audaciam, ô quanta plenam impietate orationem. Nam si hominem nudū, Christū esse credit, nihil prohibet dicere sic ipsum esse in deo patre, ueluti & nos: sin uero deum esse secundum naturam non negat, & adorabilem esse fatetur: cur uereturcōcedere in patre ipsum esse, & patrem in ipso habere, ita ut deum deceat? Sin autem impudenter contendit ita esse filium in patre, sicut singulos hominum, qui de nihilo & de terra per ipsum facti sunt: cur unicuiq; nostrum non licet dicere, qui uidet me, uidet & patrem? & ego in patre, & pater in me est? Sed amentiæ plena hæc sunt. Nullus enim sanctorū tali uoce usus inuenitur: sed omnes unigenito, ut natura deo & domino, summam omnium potestatem attribuunt. Ideo clamant, dicentes: Quis similis erit domino in filijs dei? Quomodo ergo sicuti nos in patre unigenitus est, si nullus alius ei similis est? quod si ut nos in deo est, mentiuntur sancti tam magna de illo clamātes, qui nō plus habet quàm filij adoptione habeant. Verum quoniam ad probationem uerborū suorum illud Pauli adducit: Quia in deo uiuimus, & mouemur & sumus: & sic in patre filiū esse asserit: age à re ipsa sensum scripturæ ut sua muniat, corrumpere ipsum ostendamus. Quum Athenienses (qui sapientes credebantur) ab errore ad pietatem traducere Paulus studeret, ut ad credendum unum esse deum illos induceret: in eo, inquit, nos uiuere & moueri & esse. Omnia enim uiuificat filius: quia quum uita secundum naturam sit, omnibus à se creatis uirtutem suam ineffabiliter immittit: non enim quæ ex nihilo producta sunt, aliter cōseruari possent, sed ad pristinam statim conditionem, id est, ad nō esse laberētur, nisi habitudine quadam ab eo qui est, imbecillitas sua uinceretur. Recte igitur Paulus uitam omniū deum esse asserit, quū in eo uiuamus et moueamur, & simus: nec significare illud uoluit quod ipsi malignè interpretātur, ad falsam omnia suam opinionē trahētes ac corrumpentes. Noluit, inquam, significare, quia quamuis simus homines, in substātia tamen patris (ut isti nugantur) siti simus: sed in deo uiuimus & mouemur & sumus, quia ex eo sumus & in eo cōseruamur. Ideo em, uiuimus, præposuit, deinde, mouemur, subiunxit, & demū intulit, sumus, ut hoc tertium in præcedentiū sensu cōputaret. Puto iam aduersarijs ecclesiæ mee per ista satis fecisse. Quod si ad huc reclamare purati sint, & illud in deo, ut sibi uidetur, exponendum esse contendant, scripturæ usum ostendemus, quæ solet in deo, pro eo quod est per deum, plerunq; dicere. Clamat enim Psalmista, dicens: in deo faciemus uirtutem. & rursus ad ipsum deum uerso sermone: In te, inquit, inimicos nostros cornu uentilabimus. Non enim

Universidad de Deusto
Biblioteca



in subſtantia patris uirtutem ſe facturum pollicetur, nec in ipſa inimicos ſuos inuenturum atque cornu uentilaturū dicit: ſed in deo, pro eo quod eſt per deum: & in te, id eſt, per te poſuit. Et Paulus ad Corinthios: Gratias ago deo meo pro uobis in data uobis in Chriſto Ieſu gratia. & rurſus: Ex eo autem uos eſtis in Chriſto Ieſu, qui natus eſt ſapientia nobis à patre, iuſtitia, ſanctificatio & redemptio. Num enim gratiam in ipſa ſubſtātia Chriſti datam fuiſſe aſſerit? ſed furor eſt hoc modo iſta intelligere. Cur igitur & ſcripturæ conſuetudinem contemnis, & beati Pauli conſilium negligis, & in ſubſtantia patris nos eſſe, illum intellexiſſe calumniaris, quia in deo nos uiuere & moueri & eſſe aſſerit? Sed inſultat rurſus aduerſarius. Et quoniam recte, inquit, dixiſti in deo ſolere ſcripturam dicere, pro eo quod eſt per deum: cur, inquit, falſo nos criminaris, qui per patrem factum filium eſſe dicimus? Ecce nanque ipſe filius, in patre ſum, inquit, id eſt, per patrem. Ego autem admiror, quomodo tam libenter in deo, pro eo quod eſt per deum, audiuerunt: atque hinc illico magnum (ut ipſi putant) gradum fecerunt, quod ad demonſtrandum creaturam patris eſſe filium (quoniam in deo eſt, & hoc per deum ſignificare plerunque diximus) peruenire poſſint, aſtuti acutiq; nimium eſſe uidentur propter audaciam. Nam re ipſa nihil penitus effecerunt: quid enim prohibet, ſi hoc modo in propoſito hic accipiatur, ad ipſum quoque patrem uim argumenti conuertere? quumq; aperte dicatur, quia pater in me eſt, per me intelligere: ut ipſe quoque pater, creatura filij uideatur? Eodem enim pacto patrem in ſeipſo, & ipſum in patre filius eſſe affirmat. Si ergo in patre, per patrem intelligitur: neceſſario & in filio, per filium intelligitur. Sed auertat deus à nobis hanc tantam inſaniam: nec enim per patrem filius, nec pater ex quo uniuerſa ſunt, per filium factus eſt. Sed diuinæ ſcripturæ conſuetudinem in ſingulis, perſonæ, tempori, rebusq; accommodantes, ſyncerum atque incriminābilem in omnibus ſenſum conteximus. Ea ergo quæ ex nihilo facta per deum ſunt, quum in deo eſſe dicantur, per deum eſſe intelligentes, nequaquam errabimus. Filio autem dei, domino & deo & creatori uniuerſorum, nullo id modo conuenit: ſed eſt in patre naturaliter, & habet in ſe patrem ſimiliter propter identitatem ſubſtantiæ. Hæc, ut puto, facile qui ædificari non uincere quærunt, libenter ſuſcipient. Chriſti autem aduerſarius quę dixi crimināS, non aliter clamabit filium eſſe in patre, quàm nos in ipſo ſumus. Sed nos quoque prima repetentes, aduerſus hæc friuola penitus atque inania maiore uoce dicemus. Cur igitur naturæ noſtræ menſura non patitur, ut eiſdem quibus Chriſtus uerbis gloriemur? Chriſtus enim, quia in patre eſt, & quia patrem habet in ſeipſo, & imago characterq; incommutabilis propter hæc eius eſt: Qui me uidet, inquit, uidet & patrem: & ego & pater unum ſumus. Nos autē qui ſimiliter in eo ſumus, ut uos

1.Cor.1.

Canillus.

Confutatio.

1.Cor.12.

1.Ioan.4.

dicitis, & eū in nobis habemus ut & ipſe patrem: neſcio cur nō elatis ceruicibus, occurrentibus faciem oſtentantes, ac audacter caput quaſſantes, quiſq; dicimus, ego in Chriſto, & Chriſtus in me: qui uidet me, uidet Chriſtū: ego & Chriſtus unum ſumus. Sed nemo ita unquam inſaniit, ut hæc dicere auderet. Nā ſi habitudine, non natura filius in patre eſt, & pater in filio, ſicut nos in Chriſto, & Chriſtus in nobis. Primum in ordine cōditionecq; noſtra Chriſtus collocabitur. Deinde quid prohibebit Chriſto prętermiſſo ad ipſum patrem aſcendere, & illius nos ſimiles dicere, adeo ut nihil ab eo nos differre credamus? Nā quod unum cum aliquo eſt, iure ab eo non diſtare uidetur. Videtis ne quò impietatis atque furoris deuentum eſt? Quæ igitur cauſa horum inanium eſt uerborum? nulla profectò alia, niſi quia longè à patris ſubſtantia filium pellere ſtudent. Quod ita eſſe, ipſorum uerbis percipitur. Non enim grauabor repetere blaſphemiam ſuam, ut omnibus facilius pateat uerum. Quemadmodum nos, ait, in ipſo eſſe dicimur, & tamen ſubſtantia noſtra illi non cōmunicatur: eodem modo filius quum in patre ſit, ſeparatam tamen ab ingenito habet ſubſtantiam. Quid ais, ô attonite atq; ſtupide? ſic aperte in filium blaſphemas? Cur igitur falſa uos à nobis calumnia exceptos eſſe dicitis? Ecce enim, ecce manifeſtè nihil maius filio attribuitis quàm creaturis, quas creauit ipſe. Ego uerò (non enim ferre poſſum, intentionem ſcripturæ ſequens diligenter) quoniam filium negant, ipſum quoque patrem negari ab eis aſſero: acita ipſos nullo modo deum colere, & ideo ſine ſpe uiuere nequaquam dicere uereor. Grauem autem teſtem hunc ipſum Euangeliſtam citabo, Qui patrem, inquit, negat, negat & filium: & qui filium negat, is nec patrem quidem tenet. Qui autem filium confitetur, is & patrem confitetur, recte, inquam, atque ſanè. Nam qui non ſolum nomine, ſed reipſa & dici & eſſe naturaliter patrem nouit, neceſſariò alterum cum altero negari & affirmari ſimiliter dicit. Concurrit enim ſemper ad uerè naturaq; patrem ſignificatio & cognitio eius, qui ex eo natus eſt: ſimiliter cū uerè filio perſona parturientis cointelligitur. Qui eīm nouit quia pater eſt, is intellexit quia filium peperit. Et qui filium animo uoluit, is illud unà uoluit, quod ex aliquo natus eſt. Ex alterutro igitur, alterutrius in auditorum animo cognitio generatur. Quare qui deum negat uerè patrem eſſe, is generationem filij abſtulit. Et qui filium ex patre natum non confitetur, is patrem nullo modo cognoſcit. Quum igitur diſtinctam tu ſubſtantiam naturamq; filij ab ingenito deo eſſe clamas, nec filium quidem deum fateris. Si uerò filius nō eſt, quomodo pater uerè pater erit? cuius enim erit pater, ſi non peperit? Diſtingui autem à patre filium, etiam ipſi profitemur, non natura neque ſubſtantia, ut uobis improbe uidetur: ſed quia in propria perſona eſſe intelligitur, & uerè ſubſiſtit: filius enim eſt, & non pater. Subſtantialiter uerò diſtingui, nō modò non



dò non dicimus, uerū & omnes qui dicunt, à consortio fratrum depellimus. Diſtinguuntur enim perſonæ non natura, ſed perſonalibus proprietatibus. Petrus eīm Petrus eſt, & nō Paulus: & Paulus, Paulus eſt, & non eſt Petrus. Indiſtincti tamē natura ſunt. Vna eīm in utriſq; ſubſtātiæ ratio eſt: & quæ naturalia ſunt, eadē in utriſq; ſunt. Quorſum hæc? ut oſtendamus, impie illos à natura dei tatis filium pellere, qui nihil aliud quàm coniunctionem habitudinis ei attribuunt. Cur enim noſtro exemplo uſi, quemadmodum ſeparatam nos à deo ſubſtātiam habemus, quāuis in ipſo ſimus: ſic filium quanq; in patre ſit, diſtinctam tamen ab eo habere ſubſtātiam dicitis? Nónne in mediumi protracta uerſutia eius eſt? nónne iure unum de illis illuſoribus iſtum aliquis dixerit, qui à ſpiritu futuri prædicebantur? Audi quid ludas diſcipulus Chriſti ad nos ſcribit: Vos aūt chariſſimi, memores eſtote uerborū quæ prædicta ſunt ab apoſtolis dñi noſtri Ieſu Chriſti: qui dicebant uobis, quoniā in nouiſſimis tēporibus uenient illuſores, ſecundum deſideria ſua ambulantes, non in pietate. Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes. Nullus enim ſpiritu ſancto loquens, aduerſus unigeniti gloriam quicq; dicet: hoc enim nihil aliud eſt dicere, niſi anathema Ieſu. Animales uiri ac miſeri, deſolata à ſpiritu ſancto corda poſſidentes, filium à patre exterminant, ſubſtantialiter patrem à filio differre putantes, quemadmodum quæ ab ipſo producta ſunt: & filium non aliter, quàm nos in ipſo in patre eſſe cōtendentes. Quod longe falſum eſſe, ab ipſa ſcriptura demonſtrare conabimur. Filius enim tum identitate ſubſtantiæ, tū quia imago & character patris eſt, in patre eſſe dicitur. Nos autē in filio ſumus, fide atq; uirtute ad ipſum reformati. Quod ita eſſe ſapientiſſimus iſte Ioannes in epiſtola teſtatur: Communicatio, inquit, noſtra cum patre & cum filio eius Ieſu Chriſto. Nam ſi non ſimilitudinem uoluntatis ratio hæc cōmunicationis reſpicit, ſed propterea in patre ac filio ſumus, quia naturæ ſuæ ſubſtantiam noſtrā miſceamus: quomodo cum patre atq; filio ſubſtantialiter erimus, ſi non erit patri filius conſubſtantialis? Neceſſe enim erit ſecundum eos ridiculoſum illud dicere, quia partem naturæ noſtræ patri, partē filio affe-
ramus: ideò in ipſis eſſe intelligimur. Quod quoniam furoris plenum eſt, uolūtatis ardore, fideq; feruenti, ac omni uirtutis genere ad diuinam pulchritudinem animos noſtros reformari dicimus, & hoc pacto communionis gratiam acquiri à nobis affirmamus: filius autem non per hanc habitudinem, & ſtudio habitam cōmunionem, ſed per naturalem identitatem in patre eſt. Quod autem per uirtutem in Deo eſſe dicimur, idem rurſus Ioannes teſtatur, dicens: In hoc cognouimus quia in ipſo ſumus. Qui dicit ſe in ipſo manere, debet ſicut ille ambulauit, ipſe quoq; ambulare. Et iterum: Quod ab initio audiſtis, in uobis maneat: ſi enim in uobis manebit, & uos in filio & in patre manebitis. Quid autem ſit quod ab initio audiui

1.Ioan.2.

mus, ipſe declarat dicens: Et hoc eſt mandatum quod ab initio audiſtis, ut diligatis inuicem. Audis ne nos eſſe in deo, ſi charitatē inter nos habemus, ſi ſaluatoris uirtutē (ut nobis poſſibile eſt) imitabimur? Saluatoris autē uirtutem, modò dico non eam qua cœlos creauit, nec eam qua mare increpabat, mortuos ſuſcitabat, leproſos munda bat: ſed illam de qua ipſe dicit: Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiē animabus ueſtris. Ita ducem uirtutis eum ſequentes, in patre & in ipſo manere dicimur. Filius autem per ea quę ſumma poteſtate ut deus faciebat, diſcipulos inducebat, ut crederēt ipſum in patre & patrē in ipſo eſſe. Sed forſan dicet, ideò filium ſic eſſe in patre, ſicuti nos in filio: quia quemadmodum uirtutis ſtudio nos in filio eſſe dicimur, ita & ipſe filius uirtutibus ad patrem conformatur. Quare igitur quum Philippus dixiſſet, Domine oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis: non omnes apoſtolos ad imaginē patris accipit? nec dixit, tanto tempore alteri cum alteris ſumus, & non cognouiſti patrē? Sed cæteris omnibus prætermiſsis, quia nullam exquiſitam dei afferebant imaginem, ſibi ſoli ſupremam ſimilitudinē, imò identitatem attribuit dicens: Qui uidet me, uidet & patrem. & ſtatim ſubiecit: credite quia ego in patre, & pater in me eſt. Vbi enim ſumma identitas eſt, quomodo alius in alio non erit? Conſidera hoc etiam de hominibus dici poſſe. Rectè nanque Abrahę filius naturam patris in ſe oſtendens, dixiſſet: Ego in patre meo & pater in me eſt. Rectèq; hoc ab operibus probaſſet, dicens: Propter opera credite id ita eſſe. Omnia eīm quæ naturaliter pater meus facit, ego quoque facio. Quare igitur rectam atq; regiam uiam negligentes, ad aſpera inuia proficiſcunt, & cæteros quantum in eis ſitum eſt compellunt? Sed nos ſacrarum literarū autoritate muniti per regiam uiam ambulantes, conſubſtantialē eſſe deo patri filium credimus, atq; ideò ipſum in patre, & patrem in ipſo confitemur.

Matth.11.

### CAP. XLI.

AMen amen dico uobis, opera quæ facio & ipſe faciet, et maiora horum faciet, quia ego ad patrem uado: & quodcunq; petieritis patrē in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur pater in filio.) Magna eſt huius ſermonis profunditas, ſed ad utilitatem legentium breuiter ſenſum ſuū proponemus. Quum conſubſtantialem ſe patri, & exactiſſimum characterem demonſtrare uoluerit, ut in patre tanq; in primitiuo, & pater in ipſo tanq; in charactere ſuo, non figura quadam corporali, ſed naturaliter ac ſubſtantialiter eſſe credatur: ego, inquit, in patre, & pater in me eſt. Deinde ut mcōmutabilem hanc æqualitatem nullo alio modo, quàm natura & naturæ perfectionibus eſſe intelligeremus: alioquin intulit, propter opera ipſa credite. Quippe qui eiſdē operib. quibus pater, ſumma cū poteſtate pollere ipſum cōſideraverit, is intelliget naturalem characterē atq; imaginē patris filiū eſſe. Nunq; enim qui ex Deo

Universidad de Deusto
Biblioteca



natura non est, æqualiter operabitur deo: nunc̃q; A creatura, quę infinitæ uirtutis sunt, suscipiet: nunquam bona eius naturæ, quæ semper est, ijs quæ sunt producta ex nihilo, proprie attribui poterunt. Demum ne ansa daretur improbis hominibus, qui omnia peruertere cupiunt, ne quis eorũ dicere posset nõ à sua uirtute filium miracula fecisse, sed quoniam habebat patrem in ipso manentem, qui opera faciebat: ne, inquam his falsis cogitationibus leuiores seducerentur, seipsum aperte largiturum cuncta pollicetur, quæ in nomine suo fideles peterẽt. Quomodo igitur ô amentes atq; cęci, diceret aliquis, nihil à seipso tale posse filium cõtenditis, qui se maiora istis largiturum credentibus pollicetur? Animaduertendũ enim diligenter est, quia non dixit hic patrem aliquid facturũ, B sed quicquid petieritis in nomine meo, faciã. Qui ergo alijs à seipso maiora præbet, quomodo faciendi uirtutem mutuabatur? Frustra igitur aduersus filij uirtutem nugantur: quæ quũ infinita sit, à creatura capi non potest, datur tamen dono credentibus. Nullus tamen putet, quoniam cœlos, solem & lunam, angelorũq; multitudinẽ produxit, maiora his fidelibus per gratiam concessurũ: non enim ad hæc intentio dicentis extẽditur: sed quæ ad utilitatem hominũ & sanctificationis humanæ mensuram respiciebant, ea solum obtulit. Propterea quæ ego facio, dixit: ut ad ea quæ corã apostolis fecit, oratio solummodo tenderetur: unde simul etiam ostenditur non fecisse ipsum maiora, quia nihil maius occasio attulit. Sed ordine totum hunc locum consideremus. Amen, inquit, di C co uobis, qui credit in me, opera quę ego facio, & ille faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrẽ uado. Quid est hoc, dicet aliquis, quia ipse ad patrem uadit? Idcircone credentes in eum maiora facient? absona omnino atq; inconcinna ista uidentur. Sed latet altior sensus. Sic enim intellige ipsum dicere: Sciatis uos qui mei ministri fuistis, quia quousq; uobiscum in terris ut homo conuersabar, non aperte omnino uobis deitatis meæ potestatem ostendi, sed & dixi humilius, & feci minora per humilitatem humanam quam assumpsi. Quibus iam dictis factisq; adimpletũ est fere incarnationis mysterium. Parũ enim abest, & moriar, & à morte resurgam, & tunc similia maioraq; uobis largiar: uado enim ad patrem cõsessurus cõ D regnaturusq; cum eo, ut deus ex deo: ac ideò potestatem uirtutemq; naturæ meæ, gratia quam uobis donabo, magis declarabo, quodcunq; petieritis in nomine meo, hoc faciã. Exacto iam, inquit, tẽpore humilitatis, in quo humiliter me gessi propter dispẽsationem, apertius ut deus ea quæ sunt Dei faciam, non expellens patrem ab hac gloria, sed ut patèr glorificetur. Nam quum deus natura filius sit, idq; multis iam demonstratũ sit, non minus etiam hoc modo demonstratur: quia orationes sanctorum suscipit, & largitur eis quæ petũt: quomodo igitur pater in ipso non glorificatur? Nempe si deus natura filius nõ esset, quia à patre natus est, aliquo ipse pater dedecore afficeretur.



Nunc uerò iure glorificatur pater, qui substantiæ suæ fructum ædidit deum uerũ omnipotentẽ, & cæteris quando uult inaudita miracula largientẽ. Quod si ita est, sicuti certe est: quibus supplicijs digni non sunt, qui dignitatẽ filij deprimere non perhorrescũt? Nã si orantes à filio petimus, et quę petimus, daturũ se profiteť: quomodo nõ erit natura deus, q ex deo natura natus est? Nã si creatura est, ut ipsi asserũt, quid inter nos & illos interest, qui solem aut lunam, aut aliam creaturã ut deũ uocabant? Nam etsi erubescentes cæteris creaturis ipsum preponant, nihilo tamen minus, gloriã patris, id est filium deprimunt, dum inter creaturas eum collocãt. Non. n. quæritur utrũ excellens creatura, uel cõtrà sit: sed an omnino creatura sit. Quo dato, deum ipsum secundum naturam esse, impossibile penitus est.

CAP. XLII.

SI quid petieritis in nomine meo, hoc faciam.) Liquido hic deum se uerum esse ostendit. Suscepturum enim orationes suorum se dicit, omniaq; concessurum eis quæ petant, spiritales scilicet petitiones, et à superna maiestate non alienas: neq; id ut minister facturus erat, nõ enim alienas, sed sua se daturum pollicetur: omnia enim per ipsum ex patre sunt. Idcircò Paulus quoq; semper sanctis coniunctim bona perit, dicens: Gratia uobis et pax à deo patre nostro, et domino Iesu Christo. Nec aliquis mentis compos, seorsum quicq; à patre dari, et seorsum à filio putabit. Vna enim eademq; gratia est, quæ ab utriusq; proficiscitur: gratiarum quippe distributio, sicuti cętera omnia, ex patre per filium est: per filium aũt ut nõ ministrũ, ut iam sæpe diximus, sed ut per coautorem (ut ita dicã) & uere collargitorẽ. Vna enim deitatis natura est, quę in patre & filio & spiritu sancto uere atq; catholicè ita creditur esse, ut nullam omnino diuisionem, nullam (ut sic dixerim) dilacerationem patiatur. Recte igitur sentiẽtes, dicemus ex patre & in patre naturaliter esse filium, spiritum quoq; sanctum (qui patris & filij proprius est) ex ipso & in ipso esse. Quumq; nemo ueniat ad patrem nisi per Christum, ut ipse ait, sanua & uiæ reconciliationis hominum ad patrem filius factus est, & gratiam unà cum patre ipse distribuit. Ab una enim natura, et ab uno principio hæc fluunt: quod quidem principium in persona patris & filij & spiritus sancti esse intelligimus. Itaque quoniam ante Christi tempora inconsuetũ erat quicquam à filio peti, & per eum ad patrem accedere: huius etiam rei fundamenta iecit, & per discipulos tam orationis modum, quàm consequendæ gratiæ spem ad nos transmisit. Ipse nempe quæq; petituri orando sumus, daturũ se pollicet: id enã ad alia multa regię potestatis suæ, omnipotẽtisq; naturæ argumentum nobis relinquens.

CAP. XLIII.

SI diligitis me, mandata mea seruate.) Quum petituris omnia se largiturũ pollicitus sit, ne falso hæc sibi dicta esse uideantur (multi enim in eius nomine petunt, et nõ accipiunt) paucissimis statim



statim uerbis exposuit, quibus hæc facta pollicita A tio est. Diligẽtibus ergo seipsum, & præcepta sua seruantibus gratia solummodo spiritalium bonorum conceditur. Nam quod nõ omnibus simpliciter ista parata sint, discipulus Christi alibi ostendit, dicens: Petitis & non accipitis: quia male petitis, ut in uoluptatibus uestris consumatis. Et rursus de duplicibus animo uiris: Non ergo æstimet homo ille quod accipiet aliquid à domino: uir. n. duplex animo inconstans est in omnibus uijs suis. Omnibus enim qui nõ ad studiose agendum, sed ad replendas cupiditates, carnalesq; uoluptates suas quicq; à Deo petunt, aures deus penitus obstruxit. Nam quæ ipse odit, quoniam turpia sunt, ea quomodo cęteris largiet? quomodo dulcedinis fons amarum aliquid seaturire poterit? Quod uero spiritalium gratiarũ cupidis larga manu om B nia præbeat, Esaias quoq; ostẽdit, dicens: Adhuc te loquente dicam, quid est. Psalmista etiam similiter: Oculi Domini super iustos, inquit, & aures eius ad preces eorum. Quum igitur diligentibus hæc bona futura dixerit, quæ per ipsum ex patre profunduntur, confestim quomodo hæc dilectio habeatur, & quis sit modus eius aperuit. Non eñ quicũq; dixerit deum à se diligi, uere dicere uidebitur, nec in uerbis nudis uirtutis uires cõsistunt, nec pietatis fulgentissimũ decus uerbo confirmatur: sed bonis operibus, & animo probe affecto cognoscitur: ita diuinorum obseruatio mandatorum, charitatem nostram erga deum ostendit, & uiuam ueramq; uirtutem constituit, quæ non solum uerbo, sed multo magis opere constat: quod ipse quoq; dominus demonstrat, dicens: Non o- C mnis qui dicit mihi, Domine, domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit uoluntatem patris mei. Nõ enim in uerborum assentatiunculis, sed in affectu agentis fides esse probatur. Quare mor tuã ipsam esse sine operibus scriptura docet. Non enim homines solum, uerumetiam impuri dęmones uirtutem creatoris horrescẽtes, unitatem dei fatentur. Opera uerò fidei cõgruentia facere, eorum solummodo est, qui deũ diligunt. Perfectissimus ergo fidei terminus, & dilectionis dei demõstratio est, euangelicorum præceptorum obsetua tio atq; custodia. Multa possent hac de re dici, sed lõgius aberrare nõ placet. Si diligitis me, inquit, mandata mea seruate. Animaduerte quæso, memoriaq; retine diligenter: quia sæpius tum discipulis, tum etiam communius ad Iudæos dixisse inuenitur: Verba quæ ego loquor, mea non sunt, sed eius qui misit me. et rursus: Ego à meipso non loquor, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar. Et rursus: Quæ ego loquor, non sunt mea, sed eius qui misit me. Nunc uerò quæ patris dicebat esse, sua esse mandata manifeste affirmat. Nec erit Christianus qui leuiter aut falso dicta hęc cogitabit. Ipse enim ueritas est. Quare? quia non ut prophetarum aliquis, nec ministri loco sermonem patris nobis exposuit, sed ut cõsubstantialis & idem natura cum patre, sicut filius à substãtia patris natus, sicut uer





bum & substantia & consilium patris, uerba nobis patris & sua locutus est: mandatum tamen dicit habuisse à patre quid dicat & quid loquatur. Sic enim etiam in nobis esse percipimus, quum intelligamus sermoni qui proferri solet, à mente quasi mandata dari, quæ foras progrediens explanet. Non ignoro minimam esse uirtutẽ exempli, sed tamen quia quum à rebus, quas intelligimus similitudinem, quamuis exiguam supernaturalibus accõmodamus, quasi in ænigmate atq; speculo profunda Dei mysteria quodammodo intelligimus, prætermittendum non fuit.

CAP. XLIIII.

ET ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternũ: spiritum ueritatis, quem mundus non potest capere, quia non uidet eum, nec scit eum. Vos autẽ cognoscetis eũ, quia apud uos manebit, & in uobis erit.) Cõiungit rursus ijs quæ deo digna sunt, ad humanitatem suam pertinentia. Ita nec solam deitatis gloriam humilitate naturæ nostræ abiecta retinet, nec rursus humanitatis tantummodo mẽsuram sibi attribuit. Sed quoniam simul Deus atq; homo uere syncereq; est, utraque mirabiliter coniungit, & ut deus atq; homo ad discipulos loquitur: oportebat sanè in dispensatione huiusmodi incarnationis commodè uerbis uti. Illud igitur huius loci sensum inuestigantes, dicimus quod necessario etiam nunc ad ædificationem fidei dominus noster de patre mentionẽ fecit. Nam quoniam inconsuetum orandi modum introduxit, in nomineq; suo (quod priscis inauditum fuit) petere iussit, & quæ petentur se daturum pollicitus est: ne personam patris hinc pellere, aut potestatẽ eius aliquo modo minuere uideatur, collargitorem condatoremq; paracleti illum fore affirmat. Rogabo autem rursus sicut homo dixit, diuinæ ac ineffabili naturæ quæ illi conueniunt in persona patris attribuens. Quam rem ab eo solere ita fieri sæpius diximus. Alium autem paracletum, spiritum appellat: non quia consubstãtialis patri & sibi non sit, sed quia in propria persona esse intelligitur. Spiritus eñ nec pater, nec filius est: sed patris atq; filij. Alium autem paracletũ dicit, quia & ipse paracletus est: nec tamen aliud quicquam in sanctis spiritus operatur, quàm ipse filius, cuius & est & appellatur spiritus. Quod autem etiã filius, paracletus & est & uocatur, Ioannes testatur scribẽs: Hoc dico uobis ut nõ peccetis. Si quis autẽ peccet, paracletũ habemus ad patrem Iesum 1. Ioan. 2. Christum, & ipse propitiatio est pro peccatis nostris. Alium ergo paracletũ uocat, quia in propria subsistentia est. Operatur tamen non aliter quàm ipse filius, omnipotens q; est ut ipse: spiritus enim eius est. Veritatis enim spiritũ eũ nuncupauit, & ueritatẽ seipsum esse iã affirmauit. Quomodo ergo, si alienus à substantia patris filius est, ut isti dicũt, pater ueritatis, id est filij spiritũ, nõ ut alienũ, sed ut propriũ largiť? Nullus enim ambigit, quin filij spiritus sit. Quomodo rursus si alienus à substãtia patris filius est, patris spiritũ ut suũ præbet? scribitur

Universidad de Deusto
Biblioteca



scribitur enim, quia sufflauit discipulis, dicens: A
Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum. Nónne igitur dicendum est, imò autem omnino credendū: quia unà cum patre naturalibus deitatis bonis substantialiter filius communicet, eodem modo spiritum habet quo pater habere intelligitur, nō aduentitiū, neq; deforis. Stultum enim, atq; furiosum est ita sentire: sed quemadmodū unusquisq; nostrū, proprium in seipso spiritum cōtinet, & ab intimis uisceribus ad exteriora profundit: propterea corporaliter Christus sufflauit: ostēdens hoc signo, quia quemadmodum ab ore humano corporaliter humanus spiritus procedit, sic ex diuina substantia deitati congruenter spiritus, qui ab ea est, profunditur. Quādo igitur ipse spiritus patris & filij est, quomodo pater atq; filius unam potestatē distincte simul atq; coniunctim nō habebunt? Pater enim, pater est, et non filius: & filius non pater, sed filius: & tamen pater in filio, & filius in patre est: & paracletū, id est spiritū sanctū, non seorsum pater & seorsum filius præbet: sed quū filius dare dicatur, pater etiam ex quo uniuersa sunt, dare intelligitur. Quod uerò eiusdē cū patre atq; filio substantiæ spiritus est, quamuis nemo recte sentiens ambigat, ratione tamen etiā cōprobatur. Nam si spiritus substātialiter deus nō est, quomodo creatura eo accepto, dei patris particeps efficitur? aut
1. Cor. 3. quomodo templa Dei erimus, creatum spiritū, ac non potius eum qui ex deo est, accipientes? Quomodo diuinæ naturæ (ut sancti uiri testantur) participes fiunt, qui spiritū acceperūt, si creaturis spiritus cōnumeratur, nec à natura diuina procedit? C
Non igitur ut alienus inde ad nos uenit, sed ut patri ac filio consubstantialis. Quare qui mundana sapiunt, & hæc terrena præponunt, capaces eius esse nō possunt: sancti aūt eius capaces sunt. Quā obrē? quia illi sordibus inuoluti, & quasi lippitudine oculorum animi laborantes, naturæ diuinæ splendorē nō aspiciūt, & gratiā spiritus suscipere nequeunt, cupiditatibus carnis omnino deuicti: probi aūt uiri, quū mundū possideāt cor, paracleti receptacula effecti (ut in hac uita hominib. possibile est) magna, inauditaq; cōsecuturos se præmia intelligūt. Sanctificabunt. n. à spiritu, & omniū bonorū participes efficientur, ac turpitudine seruitutis abiecta dignitate adoptionis filiorum dei decorabuntur: quod Paulus ostendit dicens: D
Gal. 4. Quando aūt estis filij, misit Deus spiritum filij sui in corda uestra clamantem, abba pater.

CAP. XLV.

NOn relinquā uos orphanos: ueniā ad uos.) Necessario etiam nunc dominus noster sanctæ trinitatis consubstantialitatē ostendit: quod & in superioribus fecit, tam uerbis quàm rebus à deo patre natum se naturaliter, earundemq; uirtutū atq; uoluntatis demonstrans. Hac enim de causa modò dicebat: quia ego à meipso non loquor. modò: Si non facio patris mei opera, nolite credere mihi: sin autem facio, & si mihi non creditis, operibus meis credite. Oportebat autem ad hæc recta etiam etiam nobis de spiritu fidē tradere, ut Christiani dogmatis integritas haberetur: quomodo igitur id facit, breuiter exponam. Alium à deo patre paracletum ad nos uenturū mox dixit: uerum ne quoniam aliū dixit, de substantia naturaq; spiritus id intelligeretur: ut liquidò monstraret in sola personali substantia à patre ac à filio spiritum alium esse (spiritus enim est, non pater nec filius) quum uenturum paracletum asserat, seipsum uenturum pollicetur. Ita ostendit spiritum sanctum non esse aliud quàm ipse sit. Spiritus enim patris est, & ipsius etiam filij spiritus esse intelligitur, & mens eius idcirco nuncupat. quod Paulus quoq; denotauit dicens: Nos autem mentem Christi habemus. Recte igitur sentientes, & diuinā sequentes scripturam, non aliud à filio substantia & natura spiritum esse prædicamus, in propria tamen B
substistere persona profitemur: propterea etiam Paulus (ut arbitror) spiritum filio adiungit plerunq;. Si quis, ait, spiritum Christi nō habet, non est eius. et rursus: Si Christus in uobis, corpus quidem mortuū propter peccatū, spiritus uerò uita propter iustitiam. Audis quomodo manifestè haberi ab eis Christū dicit, qui spiritū acceperūt? Sæpenumero etiam optat ut Christus in nobis per fidem habitet, quum tamen spiritū sanctum suscipiamus. Nec putet quispiam, personarum distinctionē à nobis confundi, non ita confitemur, nec ista erat intentio Pauli. cognouit enim rectissimè diuinus ille uir sanctæ trinitatis enumerationem: ac ideò singulas personas proprie atq; distincte substistere docet, & tamen incōmutabilem identitatem trinitatis aperte prædicat. Aliter enim quo modo spiritus & esset & nominaretur deus? Nescitis, ait, quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Sin aūt templa dei efficimur, quia spiritus in nobis habitat: quomodo spiritus ex deo, id est ex substantia dei non est, quū ipso habitante in nobis, deus in nobis habitet? Vt ergo nō alienum à natura deitatis spiritū ostenderet, à patre mitti ad sanctos paracletum dixit, & ipse uenturum se pollicetur: ne tanq; parentum orbi, diaboli laqueis & huius mūdi furiosis tentationibus capiantur. Clypeus ergo infractus nostris animis à patre spiritus Christi datur, qui gratiam, præsentiam, & uirtutem patris atq; filij implet in nobis. Impossibile enim est quicquam boni à nobis per agi, nec perturbationes animi superari, nec acres diaboli laqueos euitari, nisi gratia spiritus muniti, ipsum hac de causa in nobis habeamus. Huius rei causa grauissimè ad Deū Psalmista clamabat: Domine, ut scuto bonæ uoluntatis tuæ coronasti nos. Bonę uoluntatis scutū nihil aliud appellans, quàm protegentē nos spiritū, & ineffabili sua uirtute ad id nos cōuertentē, atq; in eo conseruantē, quod deo penitus placet: quamuis ergo in cœlos posteq; ex mortuis resurrexit dominus ascenderit, ut deo pro nobis (iuxta Paulū) appareat, adesse tamen semper per spiritū suū fidelibus pollicetur.

CAP. XLVI.

ADhuc modicum, & mūdus iam me non uidet: uos autē uidetis me, quia & ego uiuo, &



& uos uiuetis.) Quum in ianuis iam passio instaret, quam assumptio consecuta est, inuisibilem se mundo futurum dicit, id est omnibus qui temporalia perpetuis, & terrena cœlestibus anteponūt. Superioribus igitur consequentia texentes, dicimus paracletum, id est spiritum sanctum, à patre per filium dari: omnia enim ex patre per filium sunt. Quem quidem spiritum, quantum ad locupletissimam dantis munificentiam atq; gratiā pertinet, omnes accepissent (effundam enim, prophe
Ioel. 2. ta quidam ait, de spiritu meo super omnem carnem) quisq; autem sibi causa est, ne diuinitus hoc donum habeat. Nam qui mentem suam à prauitate non mundant, qui huius mundi sponte capiuntur illecebris, si diuina gratia nudi, Christum in se ipsis non uidebunt. Corda enim spiritu habentes B
uacua, & propterea orphanorum protectore priuati, ab omni dæmonio aut turbatione animi, aut quauis alia cupiditate facile rapiuntur, & ad peccandum impelluntur: sanctis autem qui se, quantum fieri potest, ad suscipiendum spiritum præpa
Ioan. 14. rant, meritò Christus dicebat: Non dimittam uos orphanos, uenio ad uos. Inuisibilis ergo postquā hinc abijt, terrena sapientibus est, uisibilis autem sanctis. diuinum enim & intellectualem fulgorē, & cognitionem congruam in animis eorum spiritus inserit, & oculos cordis mirum in modum illuminat. Aut igitur hoc modo locum istum intelligemus: aut maxime quoniam istud adiungitur, quia ego uiuo, et uos uiuetis, sic exponemus. Cum per resurrectionem suam immortalitatem naturæ nostræ in corpore suo primum reparaue- C
rit, ascendit in cœlos ad patrē, & post aliqua tempora descendet rursus ad nos cum angelis in maiestate patris, quando proportionaliter unicuiq; iuxta uiuendi modum merita reddens, ijs qui à si
Matth. 25. nistris erunt, id est qui terrena hęc concupierunt, dicet: Recedite à me maledicti in ignem æternū, diabolo & angelis eius præparatum: ijs uerò qui à dextris erunt, id est sanctis & probis uiris: Veni te benedicti patris mei, possidete paratū uobis regnum à constitutione mundi. Cōregnaturi enim cum Christo, cœlestibus bonis fruentur, conformesq; facti resurrectionis eius, & ab interitu omnino liberati, semper uicturi cum Domino sunt.
1. Thess. 4. Quod autem fideles, qui Christū secuti sunt, cum Christo erunt, ineffabilem illam pulchritudinem perspicientes, Paulus ostendit, dicens: Quia ipse D
dominus in iussione, in uoce archangeli, & in tuba dei descendet de cœlo: & mortui in Christo resurgēt primi, deinde nos uiui qui residui sumus, simul cum eis rapiemur in nubibus obuiam Domino in aera, & sic semper cū domino erimus. Et rursus ad eos, qui affectus carnis extinguere studuerunt: Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Quū aūt Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum
Coloss. 3. Christo in gloria. Vt ergo breuiter repetamus: improbi quidem à uultu Domini deiecti, inferni loca perpetuò habitabūt. Qui uerò arrabonē spiritus intemeratum conseruarunt, uiuent semper cum Christo, ineffabile decus deitatis eius inspicietis. Dominus enim erit tibi, ait, lux æterna, & Deus gloria tua. Non uidebitur incongruum
Esaiæ 60. hanc rem dominum significare uoluisse, quum dixerit: Adhuc modicum, & mundus me iam non uidet: uos autē uidetis me, quia ego uiuo, & uos uiuetis. Nec id falsum uidebitur: quia modicum tempus inter futurū usq; ad reuelationem suam dixerit. Nam longissima etiam apud homines secula, nihil uere inueniuntur, si ad deū qui semper est, conferas. Quod ostendit Psalmista, dicēs: Mille anni ante oculos tuos domine, sicut dies hesterPsal. 89.
na quæ præterijt, & custodia in nocte.

CAP. XLVII.

IN illo die uos cognoscetis, quia ego in patre meo, & uos in me, & ego in uobis.) Difficilis mihi uidetur inuentu textus propositi sensus, ac ideò maiore uigilātia quærēdus est. Credo enim, quia Christus qui ueritas est, ad uerū nos sensum diriget. Nonnulli eorum etiam qui præesse uidentur, à substantia patris filiū impie depellentes, habitudinalem non naturalem coniunctionem significari asserunt, quum in patre filius esse dicatur. Itaq; à seipsis, non à spiritu sancto scribentes: quoniam, aiunt, pater diligit filium, & rursus ab eo diligitur, propterea scribitur in eo esse. Cuius impietatis suæ quasi demonstrationem hoc ex loco sumere credunt. Dicunt enim arundineo se baculo defendentes: quod si nos in ipso sumus, & ipsum habemus in nobis, nō substantiæ ratione cōiuncti, sed amoris affectione quū amemus & redamemur: sic filius quoq; quū in patre hoc modo sit, ratione naturæ à patre dissèparatur. Nos uerò quoniam latius iam demonstrauimus in patre filium naturaliter esse, ac substantialiter illi cōiungi: breuius nunc malignam eorū cauillationē redarguemus. Si solummodo, quia diligit & diligitur, in patre filius est, eadem ratione qua nos in ipso, & ipse in nobis, nec aliud uinculum latet, quo aut patri filius, aut nos in filio coniungamur: quā obrem, dic quęso, in illa die, ait, hoc mysteriū cognoscetis? his enim uerbis ostendit nondū nos illū probe cognoscere. An forte ignoramus, quia pater diligit filium, & ab eo rursus diligitur? quis autem nō dicet nos ab eo amari, qui pro nobis acerbissimam pertulit passionem? Maiorem autē charitatem nemo habet, quàm ut animam suam quis ponat pro amicis suis. Cur aūt diligi à nobis manifeste petebat, dicens: Si diligitis me, mādata mea seruate? Diligit igitur eū, qui mandata sua (quantum in eo situ est) seruat. Si ergo non ignoramus amari à patre filium, nosq; ab ipso filio diligi, diligereq;, quum mandata eius seruemus: necesse est alium quendam modum, non dilectionis ratione nos intelligere. Alium ergo modū manifeste induxit, dicens: In illo die cognoscetis, quia ego in patre, et uos in me, & ego in uobis. Sed dicent fortassis, ante passionis diē hęc à Christo dicta fuisse: nos autem post passionem resurrectionemq; ipsius, quoniam uincula mortis effregit, à patre ipsum amari cognouimus: & nos ab eo, quoniam

Cauilli redargutio.

Ioan. 15.

Noua cauillatio.

pro

Universidad de Deusto
Biblioteca



pro nobis passus est. Itaq; certiores hac dilectionis habitudine post resurrectionem facti sumus:
*Confutatio.* quia ipse in patre, & nos in eo. Friuola hęc omnino atq; inania sunt. Considerate nanq; ô generosi uos, non fuisse opus nobis post resurrectionem discere, quod uere uel ante resurrectionem sciebamus. Nam si minus credebamus diligi à patre filium, & patrem à filio, resurrectio erat expectanda, ut inde cognitionis consummationem conse-
*Matth.17.* queremur: sin uerò etiam ante resurrectionē gratuisimus testis pater fuerit: Ipse est, dicens, filius meus dilectus: & ipsa quoq; ueritas dixerit, pater diligit filium: nec aliter quam perfectè diligere ipsum credere debeamus: cur fallis nos rationibus terretis? cur ueritatem aspernamini, à substantia
*Ioan. 3.* patris filium detrudentes? Cùm igitur certiores essent discipuli, perfectè filium à patre, & patrem B à filio diligi, nec dubitarent se ab ipso diligi: ipsiq; sibi essent conscij, quod eum diligerent: quomodo in aliud tempus huius rei cognitionē differt, dicens: In illo die cognoscetis, quia ego in patre, & uos in me, & ego in uobis? ualeant ergo, ualeant qui hæc nugantur. Nos autem Spiritus sancti gratiam inuocantes, ea dicamus, quæ rectæ sunt expositionis. Quum ergo præ dixerit, quia ego uiuo, & ipsi uiuetis: statim subiecit: In illo die cognoscetis, quia ego in patre meo, & ego in uobis. Quis igitur aperte non uidet diem cognitionis illum determinari, in quo reformati ad ipsum ad uitam æternam conscendemus, maledictione mortis omnino fugata? Quando enim (ut ait Paulus)
*Coloss.3.* Christus nostra uita apparebit, tunc & nos apparebimus cum eo in gloria. Reformabit enim humilitatis nostræ corpus: hoc inquam, non aliud corpus ad gloriam suam reformabit, ad pristinum ineffabili sua uirtute restituens. Omnia enim facillimè peragit quæ uult, quū sit deus uerus. Illo igitur die, ac illo tempore, quo etiam uos uiuetis (uiuo enim ego, quamuis homo factus, mortale secundum naturam corpus assumpserim) illo inquam tempore cognoscetis, quia ego in patre, & uos in me, & ego in uobis. Credimus igitur hæc à domino dicta fuisse, non ut dilectionis ratione in patre ipsum esse credamus, ut aduersarij Christi contendunt: sed quadam profundi uirtute mysterij, quod & intelligere difficile, & explanare arduū est: conabimur tamen pro uiribus. Nā quamuis longe humanam mentem à clara expositione D huius rei abesse credamus, feruore tamen charitatis cōmoti, nōnihil fortasis dicemus. Age igitur, ut facilius postea in profunditatē mysterij descendamus, cognoscamusq; quomodo filius in patre naturaliter, nō dilectionis ratione ac habitudine, ut illi contendunt: & nos in ipso rursus eodē mo-
*Philip.2.* do, & ipse in nobis. Causam uideamus, propter quam dei filius & deus ipse, quum esset in dei forma, nō rapinam arbitratus est se esse æqualē deo. Vnam igitur ueram & generalem incarnationis causam Paulus nobis exposuit, dicens: Secūdum
*Ephes.1.* bonum placitum eius restaurata omnia in Christo: restaurare autem, omnino & res & nomen significat restituere rursus, quæ ad diuersum atque dissimilem exitū tendebant, ad eam cōditionem ac statum, ad quem à principio facta fuerunt. Huius restaurationis uiam ac modum carptim declarans, modò dicebat: Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatū in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis: qui nō secundum carnem ambulamus, sed secundū spiritū. Modo: quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem, ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium diabolum, & liberaret omnes, qui timore mortis per totam uitam obnoxij erant seruituti. Hos duos modos restaurationis, rationē incarnationis continentes, Paulus nobis exposuit, sed ad hos tertium nobis Euangelista proposuit, quū ita de Christo scribat: In propria uenit, & sui eum non receperunt: quotquot autem receperunt eū, dedit eis potestatem filios dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. His ergo maxime de causis unigenitus dei filius homo factus est, ut peccatū in carne sua damnaret, & mortē propria morte destrueret, et nos dei filios faceret, à nostra mortalitate ad hanc dignitatem spiritu regeneratos: hoc enim modo probe humanum genus ad pristinū habitum reparatur. Sed singulis rursus propositis causis, nonnihil de ipsis dicamus. Quæramus q; primū, quomodo illud intelligendū est, quod damnauerit peccatū in carne. Quū enim deus natura
C unigenitus sit, quūq; ex substātia patris natus naturaliter incōmutabilis sit, atq; ideò nullo modo mutari labiq; potest, descēdere uoluit, ut caro sua facta, & ad proprietatem suam transformata, labi peccareq; non posset: neq; id templo suo solùmodo facturus, hominē assumpsit. Quæ nanq; magnitudo beneficiorum erga nos esset, si hominē solùmodo quē assumpsit seruasset? Credimus igitur hominem factū esse, ut uniuerso generi nostro, in suo corpore tanq; in primitijs, supremū bonū acquireret. Nam quemadmodū non mortis solum, sed omnibus carnis passionibus afficimur propter transgressionem, maledictionemq; primi hominis à deo lapsi: eodem modo Christum omnes sequemur, ob saluātem in seipso carnis naturam atq; sanctificātem: ideò Paulus quoq; dicebat, Et sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginē cęlestis. Imago enim terreni hominis, id est Adæ, passiones & interitus sunt: cœlestis autē hominis, id est Christi, impassibilitas & incorruptibilitas imago est. Peccatum igitur in propria carne unigenitus dei filius destruxit, carnemq; fecit non propria uoluntate, sed ut deo placet mouens ita corpus animale, spiritale confectū est. Primus igitur restaurationis modus hic est: alter autē qui proposito theoremati maxime conuenit, modo in mediū ueniat. Dicemus aūt de uita æterna, & de mortis interitu, quomodo à genere nostro ab unige-



unigenito depulsa corruptio est. Quoniam igi- A tur carni & sanguini pueri communicarunt, & ipse similiter participauit eisdem, ut mortem interimeret. Nam qui omnia ad immortalitatem creauit, ad pristinam rursus figurā rerum transfigurabit. Curiosius forsan quam oporteret, ista scrutamur. Sed qui rectitudinem dogmatum sequitur, desidiæ crimen non iniuria euitabit. Fa-
*Gen.1.* ctus igitur homo ab initio ad imaginem creatoris est, ut scribitur. Quumq; multis modis imagō dicatur, ille modus præcipuus est, ad imaginem Dei, id est, ad similitudinem incorruptionis & immortalitatis factum esse: quod nunquam per rationem naturæ suæ poterat possidere. Quomodo enim, quod à terra factum est, sua
*1.Cor.4.* natura perpetuum erit: nisi qui naturaliter im- B mortalis est Deus, qui eodem modo semper se habet, hoc donum ei præbuerit? Verum enim illud Pauli est: Quid enim habes, quod non accepisti? Ne igitur quod ex nihilo creatum est, ad nihilum rursus redeat, sed perpetuò conseruetur (id em creator intēdebat) naturæ diuinæ participeps efficitur. Inspirauit enim in faciem eius spi-
*Gen.2.* raculum uitæ, id est spiritum filij. Filius enim uitæ est, in esse omnia continens. In eo nanque uitæ susceptibilia & mouentur & uiuunt, ut Pau-
*Act.17.* lus ait. Nec quisquam putet diuinum spiraculum animam homini factum fuisse. Non enim id dicimus: & eos qui dicunt libenter rogaueri-
C mus, utrum à sua natura mutatum Dei spiraculum hominis anima facta sit, an in identitate sua permanserit? Nam si primum dicent, impietatis crimine condemnabuntur, incommutabilem naturam mutatam fuisse asserentes: sin autem permanserit quod fuit, quomodo ad peccatum lapsum passionem receptaculum factum est, quum impossibile penitus sit diuinę naturæ delinquere? Non est igitur factum diuinæ substantiæ spiraculum anima hominis: sed animato potius homini & proprietati naturæ, utrisque (anima dico atque corpore) consummatæ quasi sigillum naturæ suæ creator spiraculum uitæ, id est spiritum sanctum infixit, quo ad primitiuam homo pulchritudinem reformabatur, & ad imaginem creatoris reducebatur: ad omnia uirtutis genera
D inhabitantis in eo spiritus gratia se accommodans. Verum quoniam quum suę uoluntatis habenas homo teneret (pars enim imaginis libertas etiam est, liberæ nanque potestatis Deus est) decidit immutatus (cuius immutationis & casus modum scriptura liquidò docet) reducēreād pri-
*Gen.3.* stinum statum naturam humanam Deus uoluit. Quomodo autem reduxit, nunc cōsequenter inspiciamus. Non erat possibile aliter corruptibilem secundum naturam hominem mortem effugere, nisi primam adeptus gratiam, rursus particeps Dei fieret, quia omnia per filium in spiritu uiuificat. Carni ergo & sanguini communicauit, id est, qui secundum naturam uita est unige-
nitus dei patris filius, homo factus est, mediator Dei atque hominum, ut scribitur, natura Deo coniunctus, ex quo est, & hominibus rursus ut homo. Habet enim in se patrem, & ipse rursus in patre est character & fulgor substantiæ eius. *1.Tim.2.* Nos autem etiam in seipso habet, quoniam naturam nostram assumpsit, & corpus nostrum corpus uerbi factum est: propterea diuinæ naturæ facti participes sumus, & filij iam nominamur: ipsum patrem in nobis per filium habentes, cui grauissimus testis Paulus est: Quando inquit, estis filij, misit Deus spiritum filij eius in corda uestra, clamantem Abba pater. Non est enim, alia *Galat.4.* res secundum substantiam spiritus. Hæc quum ita se habeant, ad uerba saluatoris modò accommodentur: in illa, inquit, die cognoscetis, quia ego in patre, & uos in me, & ego in uobis. Ego enim uiuo, quum uita sim secundum naturam, & templum meum uita repletum uiuit. Quando igitur & uos etiam ipsi qui corruptibiles natura estis, uiuere uos ad similitudinem meam uidebitis, tunc cognoscetis aperte, quia quum ego naturaliter uita sim, Deo patri qui etiam substantialiter uita est, per me uos coniunxi, ac immortalitatis eius participes effeci. Ita ego naturaliter in patre sum, quia ex ipso natus: uos autem in me, & ego in uobis, etiam naturaliter, ea ratione qua homo factus sum. Et sic uos diuinæ feci naturæ participes, quum spiritum meum habitare in uobis effecerim. Christus enim in nobis per spiri-
C tum est, corruptibilitatem nostram ad incorruptibilitatem permutans. idcirco Paulus ait: Qui *Rom.8.* suscitauit Iesum Christum à mortuis, is corpora uestra mortua uiuificabit per spiritum suum qui habitat in uobis. Nam si ex patre spiritus sanctus procedit, uenit tamen per filium, & proprius eius est: omnia enim per filium à patre sunt. Quod autem per spiritum in uitam æternam reformati sumus, Psalmista testatur clamans ad de- *Psal.103.* um: Aperiente te manum tuā, omnia implebuntur ubertate: auertente autem te faciem, turbabuntur. Auferes spiritum eorum & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Vides quomodo ablatio spiritus propter peccatum ad interitum nos reduxit. Quando autem D misit Deus spiritum suum, ac nos naturæ suæ participes effecit, facies terræ per spiritum renouata est. Reformati enim in nouam uitam sumus, corruptionem ad quam propter peccatum deferebamur, longe abijcientes, & uitam æternam gratia Domini nostri Iesu Christi adepti: quo cum, & per quem Deo patri sit gloria cum spiritu sancto in
secula seculorum,
Amen.

NONI LIBRI FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca



COMMENTARIORVM CYRILLI A in Ioannem, Liber decimus.

CAP. I.

QVI habet mãdata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui autẽ diligit me, diligitur à patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.) Manifestissime quidẽ tunc in nobis mysterium reuelabitur, quãdo ad similitudinem eius nos uiuos uidebimus. Viuo enim ego, ait, & uos uiuetis. Tunc enim mẽs nostra non per ea quæ audiuimus & credidimus solum, uerumetiã per exitum repromissionis, quẽ consummatè habebimus, rerum ipsarum periculo certior erit. Verum ne omnibus simpliciter tale munus contingere posse credamus, illico diligentium mentione facta, ostendit nõ alijs hanc gratiam esse depositam, nisi ijs, qui mãdata eius seruant. Isti enim sunt qui diligũt eum. Nam etsi omnes probi atq; improbi, Christi uirtute resurgent: non tamen omnes ad gloriam reuiuiscent: sed alij uitam omni morte crudeliorem peragẽt, alij beatè uiuent in Christo. Quod autem qui ad pœnam resurgent, nunquam beatitudinis dulce dinem degustaturi sunt, ostendit dicẽs: Qui credit in filium, habet uitam æternam: qui autem in credulus filio est, non uidebit uitam, sed ira Dei manebit super ipsum. Animaduerte diligenter, quia quãuis omnes resurgent, improbos tamen nec uisuros quidem uitam asserit: uitam illam solummodo appellans, quę in requie & delicijs & gloria est. Delicias autem spiraliter intelligimus cognitionem Dei perfectam & exquisitam mysteriorum Dei reuelationem: non in speculo & ænigmate, ut modò: sed apertè, perfectè, & (ut ita dicam) totaliter. Euacuabitur enim quod ex parte est, ut Paulus ait. Quum igitur Dominus noster Iesus Christus diligentibus se, & mandata sua seruantibus, non improbis, futuram perfectæ cognitionis gratiam ostendere uellet, commodissime intulit: Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Habet autẽ mandata, quicunq; fidem suscipit, & tenaci memoria candidam euangelicorum præceptorum cognitionem retinet. Seruat autem, si secundum ea uiuit. Ita perfectus est pietatis alumnus, qui fide atque operatione sanctè in Christo uiuere cognoscitur. In ore enim duorum aut trium testium omne uerbum stabit, ut scribitur. Hunc Deus pater & filius etiã, non minus amabit. Vnius enim substantiæ, unius uoluntatis, unius intẽtionis in omnibus sunt. Iis uerò qui diuinitus diliguntur, fulgentissima præmia, & fulgentissimã coronam pollicet. Manifestabo, inquit, meipsum ei. Mundis certè uisio dei summum præmiũ est, in quib. Christus per spiritũ fulgebit, singula illuminans, & ineffabili splendore mẽtem eorũ ad cognitionem erigens suam. Ad hæc qui peruenient, uerè beati erunt. Ex quibus se futurum, ut mihi uidetur, Propheta præcinebat dicens: Audiã quid loquatur in me dominꝰ Deus. Paulus quoq; dicit: An experimentum quęritis Christi loquentis in me? Loquitur enim in sanctis per spiritũ mysteria reuelando: quæ recte intellexerunt, non iniuria prędicãt: modò, quia nobis reuelauit deꝰ per spiritũ: modò, nos uerò Christi mentẽ habemus. Mentem autem Christi, spiritum appellant.

Ioan. 3.

1. Cor. 13.

Deut. 19.

Psal. 48.

2. Cor. 13.

CAP. II.

DIcit ei Iudas, nõ ille Scariothis, dñe quid factum est, quia nobis manifestaturꝰ es teipsum, & non mundo.) Ex charitate quidem discipulus interrogat, sed nõ recte Christi uerba intellexit. Dñs enim noster Iesus Christus præcipuã sanctis cognitionem pollicitus est, in quibus expressius mysteriorum cognitio fulget. Nã in ijs qui non eò probitatis peruenerũt, ut donꝰ spiritus supernaturaliũ rerũ possint cognitionẽ cõsequi, simplicior atque rudior cognitio est: utpuranga Christꝰ est ueri dei filius. Quũ igit tantũ inter sit inter cognitionẽ sanctorum, & ruditatẽ imperitorum: nullam inter hęc differẽtiã discipulus faciens, ex amore interrogat, quamobrem nõ omnibus, sed solũmodo sanctis manifestaturus seipsum est. Quid autem factum est, inquit? ac si diceret, intẽtio aduẽtus tui domine est, nõ ut pars hominũ te cognoscat & pars ignoret (audiuimusꝰ enim, quia uidebit omnis caro salutare dei) & tu ipse magna uoce prędixisti: Lętare & gaude filia Sion, quia ecce uenio, & habitabo in medio tui, dicit dominus: & resurgent gentes multæ ad dominum in die domini, & erunt sibi in populum. Et te uoq; audiuimus: Quia quãdo exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum. Et ad Iudæos dicebas: Quia & alias oues habeo, quę nõ sunt ex hoc ouili, & illas oportet me cõgregare, & fiet unum ouile & unus pastor. Quũ igitur ad omnes cognitio tua tã uoce prophetarũ quàm tuta, transitura prędicetur: quid factum est, id est, cur huius promissionis mutata est intẽtio, necomnibus, sed solis nobis manifestaturus teipsum es? Hæc discipuli mens fuit, ut arbitror. Sed non est ab re breuiter ostendere, quid eũ à uera huius rei comprehẽsione abduxerit. Dixit paulò ante dominus: Modicum & mundus me iam non uidet, uos autem uidetis me. Vbi nõ omnes qui degunt in orbe terrarum, sed improbos solummodo, qui uanitati mũdi huius animos subiecerũt, mundũ appellauit. Quod quũ non recte discipulus intellexerit, putauit nulli aliorũ hominũ spiritalibus oculis, sed tantum discipulis cognitionẽ Christi proponi, ac ideo interrogat dicẽs: Domine quid factũ est, quia nobis manifestaturus es teipsum, & non mundo? Deductus autẽ ad hunc sensum est à consueta & trita nominis potestate. Mundum enim, omnes homines qui in mundo sunt, appellare solemus: quẽadmodũ qui ciuitatem habitant, nominamus ciuitatẽ. Laude tamẽ dignus est, ista dicẽs: quippe qui solis more per totũ terrarũ orbẽ Christi gloriã splendere delidérat: nec sibi sufficit, si cum paucis ipse Christũ cognosceret. Sed quoniã pius & charitate fratrum plenus erat, extẽdi saluatoris gloriã, & omnibus fratribus, id est hominibus, cognitionem hãc & gratiam Dei communiter optat.

Rom. 8.

Quòd spiritus sanctus ejdem ritus linguam impie armãt, quomodo si spiritus creatura est, & à substãtia Dei (ut illi dicunt) alienus, per ipsum in nobis Deꝰ habitetꝰ quomodo dei particeps, qui spiritum accipit, efficiturꝰ Nã si possibile aliquo modo est, ut per creaturã deo particípemus, quid prohibebit non per spiritũ, sed per aliam creaturam nos sanctificari? Quod quia impossibile omnino est (Dei eñ particeps effici nemo potest, nisi per spiritum) Deus omni no & ex Deo spiritus est, nec ullo modo est inter creaturas cõnumerabilis. Præterea quod aliquo ut meliore secundum substantiam, & excellẽtio re secũdũ naturã participat, aliud est naturaliter quàm sit ipsum participatũ. Si ergo spiritus creatura est, quõ eo creatura participabit? Creati aũt nos spiritu tanq; alio secundum naturam, quàm nos sumus, participamus. Quare quũ nihil præter deũ, increatum sit, spiritus deus est, qui increatus est. Quoniã quũ à creatura participetur, in creatũ ipsum esse necesse est. Procedit uerò ineffabiliter ex deo, & habitat in nobis, sicut & deus unde est: ꝓprius eñ est substãtię eius. Sed de his quidem satis. Ad eos autem qui aduersus filiũ insaniunt, illud necessariò dicendũ est: Si quis me diligit, sermonẽ meũ seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Quum non recte à discipulo intellecta uerba sua Christus uideret, petit rursus quod dixit, dilucideq; docet nõ solum cognitione ista communi amicis se suis manifestaturũ, sed excellẽtiore quodã fulgoris modo. Nam rudiores, ab impio idolorum cultu ad cognitionẽ dei uocati, solummodo per fidem discent, quod unus Deus qui nos creauit, colendus sit. Qui uerò omni uirtute mentẽ suam purgarunt, apti iam ad maiora facti, spiritus illuminatiõe recepta, oculis animi habitantem in ipsis deum uidebunt. Non est ergo cõmunis sanctorum cognitio, sed eximia & certa, longeq; à communiore illa differens. Ita undiq; uerbis Christi ad fidem & uirtutẽ iuuamur. Primum enim breuiter definiuit à quibus diligitur: ut ostenderet (ut ego arbitror) non omnibus cõcedi uirtutẽ huius gratiæ, sed eis tantummodo qui sic eum diligunt, ut mandata eius seruent. Deinde quõ in ipsis fulgebit, & quomodo inhabitabit, declarat dicens: Pater meus diligit eum. Qui enim opere, filij mãdata seruando, patrem ex quo filius naturaliter est, honorabit, huius operationis fructum dilectionẽ patris habebit. Vnde uide quęso, quàm eximia sequitur utilitas: ego enim, inquit, & pater ueniemus, & mãsionem apud eum faciemus. Quum enim in nobis Christus per spiritum sanctum habitauerit, ibi & ipse pater necessariò erit: spiritus enim Christi, etiam spiritus patris est. Quapropter Paulus nunc patris, nunc filij spiritũ proprium appellat: nec sibipsi repugnat, quum utrũq; uerissimum sit. Qui enim, inquit, Iesum Christũ e mortuis suscitauit, is mortalia etiã corpora uestra per spiritum suum, qui habitat in uobis, uiuificabit. et rursus: Misit Deus spiritum filij sui in corda uestra, clamantem, Abba pater. Vides quia idem est spiritus patris ac filij. Quũ igitur unigenitus in cordibus nostris habitet, nõ abest inde pater, qui est in filio, & in quo filius naturaliter est. Sed fidei quidẽ uera rectaq; definitio hæc est. Libenter autem interrogauerim eos, qui aduersus gloriã spiritus linguam impię armãt, quomodo si spiritus creatura est, & à substãtia Dei (ut illi dicunt) alienus, per ipsum in nobis Deꝰ habitetꝰ quomodo dei particeps, qui spiritum accipit, efficiturꝰ Nã si possibile aliquo modo est, ut per creaturã deo particípemus, quid prohibebit non per spiritũ, sed per aliam creaturam nos sanctificari? Quod quia impossibile omnino est (Dei eñ particeps effici nemo potest, nisi per spiritum) Deus omni no & ex Deo spiritus est, nec ullo modo est inter creaturas cõnumerabilis. Præterea quod aliquo ut meliore secundum substantiam, & excellẽtio re secũdũ naturã participat, aliud est naturaliter quàm sit ipsum participatũ. Si ergo spiritus creatura est, quõ eo creatura participabit? Creati aũt nos spiritu tanq; alio secundum naturam, quàm nos sumus, participamus. Quare quũ nihil præter deũ, increatum sit, spiritus deus est, qui increatus est. Quoniã quũ à creatura participetur, in creatũ ipsum esse necesse est. Procedit uerò ineffabiliter ex deo, & habitat in nobis, sicut & deus unde est: ꝓprius eñ est substãtię eius. Sed de his quidem satis. Ad eos autem qui aduersus filiũ insaniunt, illud necessariò dicendũ est: Si quis me diligit, sermonẽ meũ seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mansionẽ apud eum faciemus. Quid igitur ô generosi uos dicetis, si quis hoc modo interroget, utrũ duos deos in nobis habemꝰ habitãtes, patrẽ scilicet atq; filium, an unũ solũmodò? Nã si aliud natura filius quàm pater est: quomodo non duo dij in seruãtibus mãdata habitabunt? sin uerò patre ac filio in nobis habitãte, unius dei tẽpla sumus: qua ratione duæ personæ unus erũt deus, si substãtię identitas locũ non habeat, nisi coacti necessariò dicatis uerba Christi nõ esse uera: sed aut patrẽ aut filiũ solũ in nobis per spiritũ habitare. Sed hæc omnino absurda & impia sunt. Nõ est ergo alienꝰ à substãtia patris, qui ex eo & in eo est unigenitꝰ, sicut in luce splẽdor lucis. Quare diutinus etiã ille Paulus, nõ duorũ nos deorũ, sed unius templi uocauit, dicens: Nescitis quia templũ dei estis, et spiritus dei habitat in uobis? Perspicis quia non deorum, sed dei templum hominem nũcupauit, identitate substãtiæ trinitatem personarũ unum deum appellãs. Cur ergo friuolis rationibus ueritatem euertitis, & impietatis uestræ uenenũ imperitioribus immittere non uereminí?

1. Cor. 3.

CAP. IIII.

QVi non diligit me, sermones meos nõ seruat.) Quum breuiter quinam ipsum diligunt, definierit, & præmia eorũ quę sint aperuerit, transitũ modo ad illos facit, qui eum non diligunt. Vniuersalius eñ intelligitur, q̃d sic de uno dici uidetur. Consequenter aũt ualde ista conctuntur. Nã si seruare mãdata, diligere est: nõ seruasse mãdata, odisse necessariò est. Signũ eñ nõ diligendi, est mãdata paruipendere, & præcepta, quasi iniuriã inferãt cõtenere. Quẽadmodũ igitur in seruãtib. mãdata cũ patre habitat, eodẽ certe modo à nõ seruãtibus deuolat. Verè nãq; Salomon dixit: Quia nõ ingredit in malignã animã sapiẽtia, nec habitat in corpore peccatis addicto. Natura uerò id fieri à nobis quoq; ipsis uidebis. Cũ cõsentiẽtib. eñ & idẽ uolẽtib. atq; nolentibus, libẽtius unusquisq; cohabitat: imò uterò si mile sibi omne animal diligit, ut scriptũ est. Quæ quũ ita se habeãt, quõ multo magis sic in deo fieri nõ putabimꝰ? Nã quũ bonꝰ natura, & fons atq; origo uirtutis sit: uirtutis amatores amplectit, & impuros atq; sordidos depellit. Si quũ nos ꝓpter ipsi ab omni sorde mundã habitare domũ studemus: quõ igit deus, qui sanctissimꝰ est, sordibus deuolutã animã nõ abijciet? quõ peccatis inuolutã nõ aspernabit? Quod aũt qui mandata non

Sapien. 1.

Eccles. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca



seruat, impurꝰ atq; sordidus sit, ipsa theorematis A
uis apertissime docet. Peccatū em̄ à cōtēptu mā
datorū originē trahit. Nā quēadmodū lucis pri
uatio cōtrariū, id est tenebras efficit: sic improbi
tas, à nō operādi probè uolūtate originē habet.
Nunq̄ em̄ in uno eodēq; subiecto cōtraria simul
cōspici possunt, uirtꝰ aūt atq; uitiū maxime inter
se distāt: quare quū unū à nobis absit (alterutri e-
nim necessariò semp subiecti sumꝰ) alterutrū cer
tè adest. Quare si seruare mādata uirtus est, patet
qa ex nō seruādo im, pbitas orit: & sicut in seruā-
te pater & filius habitat, quæ res origo & funda-
mētū supremę glorię ac beatitudinis est: sic in nō
seruante natura diuina nunq̄ habitabit, q̄d nihil
aliud est q̄ nullo unquā bono participare. Quas
ob res, si cui gloriosa & optima res participatio B
dei uideꝫ, si quis optat patrē per filiū in spiritu in
abditis sui cordis habitare, is studeat iugiter om
nē prauitatis maculā bene agēdo detergere. Sic
em̄ tēplū dei cōstituet, requiescetq; in ipso deus:
& māsionē faciet, ut scribit. Nec erit similis illi le
Matth. 8. gis doctori, q̄ saluatoris gratia nō expectata: Ma
gister, inqt, sequar te q̄cūq; uadas. Ad quē domi
nus enigmatice atq; in parabola: Vulpes foueas
habēt, & uolucres cœli nidos, filius aūt hominis
nō habet ubi caput reclinet suū. Vulpeculas em̄
& uolucres cœli, immundos & malignos dæmo
nes appellauit, & spiritus hos aëreos atq; mūda-
nos, q̄ libidinosorū hominū corda inhabitantes,
uoluntatē suā cōsequūtur ac implēt, & miserorū
animas sic exagitāt, ut nullum in eis locū deus in C
ueniat. Id em̄ est: Non habet ubi caput suū recli-
net: mūdemus igit̄ ab oīi sorde animas nostras,
ut deus in nobis habitet, & superiores omni sug
gestiōe diabolica faciat, & diuinæ naturæ parti-
cipes ac beatos cōstituat. CAP. V.

ET sermonē quē audistis, nō est meus: sed e-
ius qui misit me patris.) Firmamentū rursus
affert in mediū, quo mentē audientiū inuicto cō
firmet robore, ut ludęorū imperitia spreta, euāge
licam magno animo doctrinā sequant: q̄d aūt uo
lo dicere, latiꝰ aperiendū uideꝫ. Vmbrā quandā
atq; figurā usq; ad emēdatiōis tēpora, iuxta Pau
lū, legalis cōtinēs disciplina, ad Christū et ad ue-
rā pietatē nos prēparabat. Nec errabit quispiā, si
ueri et spiritalis cultꝰ p̄meditationē, Mosaicā le- D
gem appellabit: idcirco à lege nihil cōsummatū.
Dñs aūt noster Iesus Christus non figurā, sed ip-
sam ueritatē, cōsummatāq; nobis uirtutē descri-
psit. Disciplina ergo Christi figurarū in ueritatē
est trāsformatio. Quoniā igit̄ ueritas splēdere iā
incipiebat, & umbrę imminuebantur, nec legali
disciplina uiuere Christꝰ fideles uolebat: idcirco
molestę hāc rē ludęi serebāt, quū putarent ad sol
uendā legē Christū uenisse, quem tamē dicentē
audiebant: Nō ueni soluere legē, sed adimplere.
Matth 5. Dico em̄ uobis, q̄ iota unū, aut unꝰ apex nō au-
feretur à lege, quousq; oīa fiant. Adimpletio em̄
umbrae legalis, uera spiritalisq; Christi doctrina
est, ut modò dicebamus. Quoniā igit̄ furore nō
ratiōe legē defendētes, incredulitate sua Christū
pellebāt: propterea ne quispiā putet cōtra uolū-
tatē dei patris mādata, legesq; statuere, necessa-
riò subiūxit: quia sermonem quem audistis, non
est meus, sed eius, qui misit me patris. Nullus er-
go uestrū estimet, inquit, aliquid à me dici, quod
deo patri non placeat. Ipsius em̄ patris nec alte-
rius hęc euāgelica est prędicatio: quę non nuper
inuēta est, sed in tempore opportuno ab inuolu
cris figurarū euoluitur. Qui enim per me prisci
locutus est, is etiā nunc ad uos hęc per me loqui
tur. Verbū em̄ dei patris uiuū sum, ineffabilis uo
luntatis eius interpretatiuū: ꝓpterea magni cōsi
lij angelus appellor. Et hic quidē unus mod, ex- Ephes. 1.
ponendi huius loci est, quem aliter etiam intelli
gere possumus. Dei enim patris sermonem hunc
esse asserit, ut sciant seruantes mādata sua, deum
quia sibi crediderunt honorare: contrà etiam nō
seruantes intelligāt, in ipsum se Deum peccare.
Vnde dupliciter qui hæc audiūt firmantur. Aut
enim honorare Deum uolentes, aut offendere ti
mentes, mandata Christi seruabunt. Quum aūt
dixerit non esse suum sermonem: non in quantū
uerbum ac Deus, sed in quantum serui formā ha
bebat, hoc dictum est. Nō enim humanum uult
hunc sermonē uideri, sed diuinum certe ac regi-
um. Idcirco personæ patris illū attribuit, ne si di-
uinitati suæ attribuisset, in duos se filios distin-
guere uidereꝫ, qui unus & ante & post incarna-
tionem est. Vnus em̄ Christus est, nō duo, ut nō-
nulli improbe opinantur. Verbum enim caro fa
ctum est: non mutatū in carnem, sed templo na-
turæ nostræ à uirgine assumpto. Ne igitur huma
nitus traditam euangelij doctrinam arbitremur,
néue à deo hanc disciplinam seperamus, sed deo
eam attribuamus: optimo dispēsationis modo,
quia in serui habitu cernebaꝫ, diuinæ naturę per
sonā patris sermonem attribuit, ex quo & in
quo secundū naturā, est ut uerbū & splendor e-
ius, & substantiæ suæ perfectissimus character.

CAP. VI.

HÆc locutus sum uobis, apud uos manens:
paracletus aūt spiritus sanctus, quem mit-
tet pater in nomine meo, ille uos docebit oīa, &
suggeret uobis omnia quæcunq; dixero uobis.)
Habet rursus hic sermo expressiorem humanita
tis suæ significationem. Quādo enim nobiscum
Christus ratione deitatis non manet, qui omnia
replet, & à nulla re abest, qui terram, cœlum, & i-
plos abyssi recessus ineffabili sua uirtute guber-
nat & continet, ut ab homine igit̄ dictū est: quia
hæc locutus sum uobis, apud uos manēs. Iam e-
nim hinc ad cœlos secūdum carnem abiturus e-
rat. Verum exquisitam reuelationē mysterij per
spiritum sanctum à patre missum futuram nobis
affirmat. In nomine autē suo, id est per seipsum.
Spiritus enim filij est. Ideò ait, quia ille uos doce
bit omnia, in memoriamq; reducet quæcunq; e-
go uobis dixi. Spiritus enim & mens eius quum
sit, ut scribitur: non est aliud secūdum naturam,
quamuis in propria persona subsistat: propterea
omnia scit quę filij sunt. Nullus enim, ait, ea quæ
sunt



sunt Dei nouit, nisi spiritus Dei. Omnia igitur A
quæ unigeniti sunt, nouit: non disciplina qua-
dam, ne minister filij esse intelligatur, sed ut spiri-
tus eius, sicuti modò dictum est. Sine disciplina
igitur omnia sciēs quę sunt eius ex quo & in quo
est, sanctis reuelat sicuti uult. Quemadmodum
mens omnia cognoscit quę in animo sunt, & pro
latione sermonis ad exterius quæcunq; uult, pro
fundit: nec est aliud natura, quàm anima sit, sed
pars quædam eius ex ipsa, & in ipsa. Longe abest
exemplum: nihil enim ad illam naturam accede-
re potest. Perfecta ergo, quantum capere possu-
mus, cognitio per spiritum in sanctis immittitur.
Vnde Paulus quoque ait: Propterea & ego au- Ephes. 1.
diens fidem uestram, quæ est in Christo Iesu, et di
lectionem in omnes sanctos, non cessо gratias a- B
gens pro uobis, memoriam uestri faciens in ora-
tionibus meis, ut Deus Domini nostri Iesu Chri-
sti pater glorię det uobis spiritum sapientiæ, & re
uelationis in cognitione eius, illuminatos ocu-
los cordis uestri: ut sciatis quæ sit spes uocationis
eius, & quæ diuitiæ gloriæ hęreditatis eius in san
ctis: & quæ sit supereminens magnitudo uirtutis
eius in nos qui credidimus, secundum operatio-
nem potentiæ uirtutis eius, quam operatus est in
Christo, suscitans illum à mortuis, & constituens
ad dexteram suam in cœlestibus, supra omnem
principatum & potestatem, & uirtutem & domi
nationem: & omne nomen quod nominatur, nō
solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Harum
enim rerum reuelatione, quæ per spiritum in no- C
bis ineffabiliter fit, incarnationis profunditatem,
& abditi uirtutem mysterij speculamur. Quod
autem Christi præsentiam spiritus in sanctis ha- Ephes. 3.
bitans implet, & omnia docet, quæ ille locutus
est, Paulus rursum declarat, dicens: Huius rei gra
tia flecto genua mea ad patrem Domini Iesu
Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis et in ter
ra nominatur, ut det uobis secundum diuitias
gloriæ suæ, & uirtutem corroborari per spiritum
eius in interiorem hominem habitare Christum
per fidem in cordibus uestris, in charitate radica
ti & fundati: ut possitis comprehendere cum o-
mnibus sanctis, quæ sit longitudo & latitudo,
& sublimitas & profundum: scire etiam super- D
eminentem scientiæ charitatem Christi, ut im-
pleamini in omnem plenitudinem Dei. Quum
igitur spiritus doctrinæ sanctos committat, non
alij tradidit eos doctori, quàm sibijpsi: quum in
spiritu suo, animi oculis esse perspiciatur.

CAP. VII.

PAcem meam relinquo uobis, pacem meam
do uobis: non quomodo mundus dat, ego
do uobis. Non turbetur cor uestrum, neque
formidet.) Quum de suo recessu mentionem
fecerit (dixit enim, quia hæc locutus sum uobis,
apud uos manens) uidit ut Deus, non parua for-
midine ac dolore animos illorum turbatos fu-
isse. Quid enim maiorem potest inferre dolo-
rem, quàm iocundissimarum, amicissimarumq;
rerum non sperata ablatio? Ad tranquillitatem
ergo animos eorum reducit, dicens: Pacem me-
am relinquo uobis, pacem meam do uobis. Sæ-
pius iam, inquit, dixi: quia non dimittam uos or-
phanos, nec ope mea priuati terram habitabi-
tis. nam & si corpore abfuero, præsens tamen e-
ro ut Deus, ab omnibus malis uos liberans, ut
nullo modo possit fortitudinem uestram hosti-
um peruicacia superare. Ita timor à uobis aber-
rit, & diuina proteget uirtus quæ supra quàm
mens hominum intelligere potest, tranquillo a-
nimo uestro mysteria reuelabit. Nunc uerò pa-
cem non simpliciter, neque quamlibet, sed me-
am do uobis. Id autem nihil aliud est, quàm spi-
ritum eis dare, & per eum in eis habitare. Pax e-
nim Christi, spiritus eius est: quod & si longa o- B
ratione ut probetur non egeat, illud tamen liquí-
do patet, ipsum filium Dei pacem esse: quomo-
do igitur spiritus eius pax non erit? Beatus eti- Philip. 4.
am Paulus ait: Pax Dei quæ exuperat omnem
sensum, custodiat corda uestra, & intelligentias
uestras. Nec certè de hac pace, quam uulgò intel
ligere solemus, ista dicuntur. Qualitas enim quę
dam est in animo habitu firmata, & non subsi-
stens aliqua res, tranquillitas huiusmodi animæ,
quam pacem appellamus. Quomodo igitur ta-
lis pax, quæ per se nihil est (non enim ipsa subsi-
stit, sed secundum habitum animo accidit) om-
nem mentem atque intellectum, non dico homi
num, uerumetiam angelorum (quos & mentes
& intelligentias appellamus) excedere ac supe- C
rare uidebitur? Pax ergo quæ principatus, quæ
dominationes, quæ thronos, quæ cherubin &
Seraphin excedit, Christi spiritus est: in quo deo
patri uniuersa filius reconciliauit, qui nihil aliud
uult, nihil aliud intelligit, nihil aliud operatur, ni
si quæ filius. Nam quemadmodum uita uirtus, sa
pientia, secundum naturam filius est, ac ideò spi-
ritus eius uita, uirtus & sapientia nuncupatur: sic
quoniam ipse uera & propria pax est, meritò spi-
ritus quoque eius pax nominabitur. Hac de cau
sa sibijpsi propriam pacem, id est spiritum suum
attribuit dicens: Pacem meam do uobis. Sed pa-
cem appellare spiritum etiam prophetas inuenie
mus. Dominus enim Deus noster (inquit Esaias) Esa. 26.
pacem dat nobis: omnia enim reddidit nobis.
Quoniam enim nihil per legem perfectum est D
(nam eius iustitia non potuit perfectè; ad pie-
tatem humanum genus reducere) idcirco spiri-
tum sanctum dari deprecamur, per quem reuo-
cati à seruitute, ad quam transfugimus propter
peccatum, deo patri reconciliemur: omnia enim
reddidit nobis, id est omnia tunc habebimus, ni
hil nobis tunc deerit, quando nobis plenitudi-
nem Christi spiritum præbebit. Quoniam igi-
tur spiritus omnem formidinem atque turbatio-
nem mentis sedare maxime potest, propterea e-
um se discipulis daturum pollicetur, dicens: Pa-
cem meam relinquo uobis. Vado & uenio
ad uos, non turbetur cor uestrum,
neque formidet.

Universidad de Deusto
Biblioteca



CAP. VIII.

AVdistis quia ego dixi uobis, uado & uenio ad uos.) Non ab alio, inquit, sed à meipso qui mentiri nescio, audistis, quia uado & uenio ad uos. Quod si nunquam rediturum me dixissem, non iniuria ingenti dolore atque formidine perculsi essetis. Quoniam autem non abiturum solum, sed rediturum me affirmaui: cur quod mœrorem afferre potest, animo uoluitis: & quod lætitiæ causa est, non recordaminis? Opponite dolori gaudium: non enim solum ascensurum me ad patrem nunciaui, sed rediturum rursus pollicitus sum. Hoc modo tanquam filiorum studiosissimus atq; amantissimus pater, si quum abire quopiam cogatur, dolorem & lachrymas conspexerit recessus, emolumenta mœstitiæ ac dolori apponens turbatos discipulorum animos in tranquillitatem reducit. Non enim ignorabat, quamuis per spiritum semper in eis habitaturus esset, molestissimum tamen absentiam eius illis futuram. Quod & charitatis & sanctitatis magnæ non contemnendum est argumentum. Decet enim sanctos uiros præsentiam Christi desiderare. Quod Paulus ostendit, dicens: Cupere se resoluí, & esse cum Christo.

*Quod nullo modo filius minor, sed æqualis secundum naturam patri est.*

Cap. IX.

SI diligeretis me, gauderetis utiq;, quia uado ad patrem: quia pater maior me est.) Reprehendere uidetur, quia non gaudent, quum ad patrem uadat: & quod illi dolebant, id lætitiæ causam magis esse affirmat: & simul docet oportere illos qui uere aliquem diligunt, non solummodo suum, uerum etiam amici cõmodum quærere: propterea & Paulus ait: Charitas nõ agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt. Et rursus: Non sua quærentes, sed ea quæ sunt aliorum. Dilectionis enim uere opus est, nõ solum sibi, uerum etiam dilectis prouidere: quod modò discipulis faciendum esse Christus asserit. Sed age, in nobis tanquam in tabula, thoremata ui primum descripta, ad Christi mysterium, deinde gradu facto conscendamus. Exempla enim & similitudines huiusmodi quamuis minimæ sint, sæpenumero tamen maximas, supernaturalesq; res clariores quodam modo faciunt. Iucundum, uerbi gratia, fuit discipulis Pauli, ut cum eo semper uiuerent, sed Paulo melius erat resolui & esse cum Christo, erat igitur officiũ eorum si doctorem suum amabant, non commodum suum semper considerare, sed doctoris sui etiam conducibilia perspicere. Hęc obumbratio thorematis est, quam uarijs Christi mysterij coloribus depingentes, ipsam ueritatẽ cõspiciamus. Quum enim in forma Dei esset unigenitus, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo: sed suo erga nos amore exinaniuit seipsum formam serui accipiens. Quod facre uoluit, ut omnes ad ueram pietatem & uirtutem conduceret, ut miraculorum suorum splendore & gloria, potentiam deitatis suæ ostenderet. Sic enim lapsis persuadere poterat à dementia cultorũ idolorũ, ad adorandum unũ Deũ transilire. Nec isto tantum pacto, sed multis etiam alijs modis, nobis homo factus opitulatus est. Imperiũ enim mortis euertit, uim peccati destruxit, effecitq; ut supra serpentes & scorpiones, & supra omnem hostis uirtutem ambulemus. Erat igitur iucundissimum nobis aut sanctis discipulis, simul semper esse cum tantorũ largitore Christo, & præsentẽ semper conuiuentemq; aspicere. Sed non uidebatur illi commodum esse, qui propter nos humiliatus est, in hac humilitate longioribus tẽporibus uiuere. Oportebat enim potius, dispensatione incarnationis ad exitum iam adducta, ad gloriam cum homine quem assumpsit, & ad æqualitatem patris ascendere: quam non rapuit, sed ut proprium bonum natura possidebat. Sed quum ad humanam (ut ita dicam) in gloriam descenderit ad gloriam rursus redijt suam. Nam donec in terris ut homo erat, & si Deus uerus ac Dominus omnium esset: qui tamen gloriam eius ignorabant, non meliorem cæteris hominibus arbitrabantur. Ita sputis dedecoratus, cæsus & crucifixus, & à sceleratis Iudæis impie derisus est, Vah, dicentibus, qui destruis templum Dei, salua teipsum. Sed post exitum horum omniũ, humilitatis tempore tam exacto, in cœlos ad patrem ascẽdens, à superioribus uirtutibus ut Deus adorabatur. Non enim ignorauerũt angeli Dominum suum: sed alius alium hortabantur, cum carne ascendentem susciperet, & principibus portarum iubebant, dicentes: Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ, Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio, Dominus uirtutum, ipse est rex gloriæ. Innotuit enim principatibus ac potestatibus uaria ad modum sapientia Dei, quam fecit in Christo, ut ait Paulus: Quum enim ad patrem redierit, qui maior ideo ipso est, quia in eisdem semper manet: ipse uerò sponte serui accepta forma, seipsum exinaniuit: ad suam rursus gloriam ascendit, audiuitq;: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorũ. Nam ne quasi nolente patre honorem rapuisse uideatur, ipse pater introducitur, dicens: Sede à dextris meis. Nec propter hoc, quia in dextris filius est, putare quispiam poterit minorem esse honorem patris. Sed illud unusquisque non demens cogitabit, oportuisse magis dexterum & nullius imminutionis suspectum locum non patri, sed filio propter exinanitionem attribui: ne qui minor humanitate est, minor etiam deitate ijs uideretur, qui mysterium incarnationis intelligere nequeunt. Ideò ergo à dextris sedet eius, quem nullus unquam, tanquam minorem incusauit, ut æqualis ei omnino esse credatur. Sed rursus totum huius loci sensum ab initio repetẽtes dicamus, iucundissimum atq; optatissimũ esse cum Christo semper cõuersari, qui propter nos ad seruilem habitũ, & humanæ naturæ in gloriam descendit. Sed nõ est ipsi hoc commodum, sed illud potiꝰ gloriosum, ut ad dignitatem, potestatem ac gloriam deitatis apertè redeat, & à dextris patris sedeat: ipso quoque patre ita uolente, qui proprium filium ut substantiæ suæ fructum diligit. Propterea si diligeretis me, inquit, gauderetis utique, quia uado ad patrem. Et certè argumentum amoris discipulorum erga Christum fuisset, non dolere ipso abeunte, sed meminisse potius à Iudæorum turba ad deitatis gloriam illum redire: ac ideò cum Psalmista gaudere, qui quum spiritus gratia hæc præuideret, magna uoce ad lætitiam genus humanum hortatur, dicens: Omnes gentes plaudite manibus. Et causam exultationis huius ac plausus, assumptionem in cœlos saluatoris fore ostendit. Ascendit Deus, inquit, in iubilatione, & Dominus uoce tubæ. Iubilationem & tubam altisonam, spiritus uocem nominans, qua superioribus iubebat uirtutibus ut portas tollerent, & Dominum gaudentes susciperent. Et rursus de hoc ipso nunc ait: Lætetur terra, quia dominus regnauit. nũc: Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est dominꝰ fortitudinẽ, & præcinxit se. Homo enim ille qui ante crucẽ no biscum conuersabatur, quando ad patrem ascendit, tunc decorem proprium indutus, uirtute se pristina cinxit, unà cum patre sedens ac regnans. Quare gaudendum discipulis, amicisq; suis magnopere est. Maiorem autem patrem appellat, non inquantum à dextris eius ut Deus sedet, sed inquantum adhuc nobiscum erat, id est, secundum nos factus est. Non aderat tempus, in quo deitatis dignitatem assumere debebat. Vnde quum acetum, & fel sitienti daretur in cruce, dixit postquam gustauit: Cõsummatum est. Tunc enim finem humilitatis tempus accepit. Crucifixus enim ut homo fuit, sed imperium mortis non ut homo, sed ut Deus deiecit. Maior igitur pater: quoniam adhuc in seruitute filius erat. Propterea Deum quoque suum patrem appellabat, humanitati suæ id etiam attribuens. Patet enim quod à suprema excellentia ad seruilem descendit naturam, & ab æqualitate patris ad nostrum habitum, quorum nihil à patre factum esse credimus. Quare hac ratione maior est filio qui se humiliauit, donec ad primam gloriam humilitatem suam reduxerit. Sed par esset quum multa de æqualitate patris ac filij dicta nobis in superioribus sint, expositionem Euangelij istis relictis prosequi. Verum quoniam quidam hæreticorum etiam apud Iudæos sacrarum peritia literarum illustris, hunc locum exponens, intolerabilis in unigenitum scripsit blasphemias: mei officij putaui falsitatem orationis eius arguere. Sed quædam de suis prius mihi transcribenda esse arbitror. Maiorem uerò patrem, inquit, appellat: non solum ingratitudinis crimen effugiens, uerum etiam falsam eorum opinionem arguens, qui eadem utrique inesse arbitrantur, & Sabellij simul opinionem exterminans. Et post pauca, ad hoc arrogãtiæ quidam processerunt, inquit, ut nullo modo audire patiantur patrem, filij deitate maiorem esse, sed sola humanitate naturam patris excedere arbitrentur. Qui nequeunt intelligere, non posse quæ diuersorum generum sunt, inter se comparari. Nemo quippe prudentiorem hominem dicit iumento, nec uelociorem equum testudine: sed hominem homini, & equum equo conferunt omnes. Quæ quum ita sint, necesse est ipsos uel nolentes concedere patrem filio deitate maiorem esse. Nam qui ad humanitatem unigeniti hoc ferri arbitrantur, quantum in eis est, dignitatem patris diminuunt. Hæ nugæ illius sunt. Et considera quæso, quomodo si nihil aliud, secum tamen pugnet oratio. Laudat filium, quia gratus erga patrẽ esse uideatur, quum se minorem profiteatur: sed non considerauit quamnam ob rem theologicas modò sententias Christus tetigit. Non enim parum est congruo uniuersa tempore dicere. Quid igitur oportebat modò mœstis hæc discipulis dicere? Quam enim consolationem dolẽtibus hæc potuisset afferre? Quare autem quasi acerbè increpãs, ait: Si diligeretis me, gauderetis utiq;, quia uado ad patrem: quia pater maior me est? An putas turbationẽ illos animi potuisse abijcere, quoniam eos relinqueret, & maiorem peteret? Quis in hoc sensu, cõsolationis modus? Et certe quando Philippus rogabat, dicens: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis: tunc opportune patrem in se, & seipsum rursus in patre esse, affirmans, æqualitatem summam ostendebat. Non cognouisti adhuc Philippe, inquit, quod qui uidet me, uidet & patrem? non credis quia ego in patre, & pater in me est? ego & pater unum sumus. Sed tunc quidem opportune, ut diximus, æqualem se patri esse aperuit: nunc uerò qua ratione quum discipulorum mœrorem lenire uellet, hoc remedium accommodari potest, gaudendum sibi potius esse, quia uadit ad patrẽ? nonne omnibus conspicuum erit, quoniam ad gloriam patris, unde ultro descendit, redibat: iure amicis suis iussisse ut ꝓpter hoc gaudeant? sed hæc modò prætermittantur. Quod autem putant, naturæ deitatis humanitatẽ nos Christi conferẽtes, quum exinanitum filium propter humanitatem fuisse dicamus, uana uti comparatione, uehementer errant. Minorem enim patre filium inquantum factus est homo credimus, & ad æqualitatem patris posteaquam in cœlos ascẽdit, reuertisse fatemur: non ut ad nouam aut aduentitiam æqualitatem ac gloriam, sed ad illam, in qua semper fuit ut Deus, unde doctor ille gentium Paulus, post resurrectionem assumptionemq;, conuenientem homini humilitatem non amplius ipsi attribuit. Si enim cognouimus Christum secundum carnem, inquit, sed modò non amplius cognoscimus. & de se ipso Paulus, inquit, apostolus Iesu Christi, non ex hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum. Cur nam quum nos reformatum iri ad corpus gloriæ ipsius prædicaret, qui certè homines sumus,





Phil. 3.
Cor. 13.
Phil. 2.
Luc.
Psal. 46.
Psal. 23.
Psal. 95.
Psal. 92.
Ioan. 19.
Ioan. 10.
2. Cor. 5.
Gal. 1.
Philip 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca



mus, negat se ab homine, & à Iesu Christo concedit in apostolatus dignitatem fuisse assumptum? Cur ne cognoscere quidem nunc ipsum ait secundum carnē? an putas Dominū à se negari? ne quaquam, sed exacto iam tempore exinanitionis atque humilitatis unigeniti, nō à natura qua se humiliauit, sed à dignitate ac gloria, qua secundum naturam Deus est, & cognoscere & prædicare Christum oportet. Quum enim cognitum, creditumq́ fuerit quia homo factus est: illud oportet credentibus itidem inculcare, quia deus etiam secundum naturam est. Hac de causa oratione utitur, Deo magis quam homine conueniente. Valdē autem miror, quomodo non erubescit, deitate filio maiorem esse patrem dicere: idcirco quod confiteri nobis necesse est, quia sola quæ sunt eiusdem generis, alterum alteri possit comparari. Nec sentit quam ualde sibi repugnet oratio. Respondeat enim nobis quæso, unde nam eorum quæ unius speciei sunt comparationes sumantur? utrum ab ijs, quæ ratione naturæ communiter insunt, an ab ijs, quæ accedunt & abeunt, ac esse & non esse propter alias causas possunt? Sed quod dico, exemplo suo clarius faciam. Homini homo cōfertur. Si ergo communem substantiæ rationem aspicias, nullam inuenies differentiam. Vna enim & eadem in omnibus est. Nunquam enim homo distabit ab homine, inquantum animal rationale, mortale, ac disciplinæ capax est. Sed nec equus ab equo, ea ratione qua equus est: differt autem homo ab homine, quia hic grammaticus, ille grammaticus non est. Sed hæc substantialia non sunt. Equus etiam equo uelocior, aut corpore maior est. Sed hæc in ratione substantialia non continentur. Ae qualiter igitur omnibus naturalia insunt: quæ uerò forinsecus accidunt, diuersitatem suscipiunt. Quoniam ergo sola, quæ generis eiusdem sunt, inter se comparari possunt: confiteatur primum eiusdem generis, id est, eiusdem naturæ atq; substantiæ (sic enim genus hic intelligitur, quod exemplis suis patet) patrem & filium esse. Deinde doceat quamobrem deitate filij pater maior est. Substantialiter enim ac naturaliter maior esse nō potest. Non enim perfectius in uno quàm in alio ratio naturę unquam inuenitur, sed æqualiter de omnibus individuis prædicatur. Quæ tamen accidentibus, quæ accedunt & abeūt propter alias causas inter se comparantur. Nulla enim inter hominem, & hominem inquantum homines sunt, differentia est: sed alius pius, alius impius: & hic robustus, ille imbecillis est. Quorum omnium si quis causas rimari uoluerit, nunquam naturæ rationem in medium afferet: sed corporis quibusdam aut animæ passionibus causam attribuet. Quum igitur deitatis ratio (uel quomodocūq́ placet dicere, dummodo sciamus ab ijs inferioribus de superioribus uerba fieri) una & eadē in patre & filio sit (comparantur enim, ut etiam ipse fatetur, sola quæ generis eiusdem, id est substantię atque naturæ sunt) doceat oro quid effecit, ut filius patre minor esse uideatur: quæ passio, quæ negligentia, quid aliud eorum, quæ generalibus accigere solent? sed quis ita delirus est, ut hæc audire patiatur? Quoniam igitur eiusdem cum patre unigenitus est naturæ: & hæc quæ diuersitatem faciunt, accidere illi substantiæ non possint, certe quum patri conferatur, æqualitatis collatione comparatur. Verum quoniam ausus est deitate filij patrem aperte maiorem profiteri, age (rationem incarnationis silentio tradita) deitatem filij deitati patris, ut illi dicunt, conferamus. Illud ergo primum ab eo petimus, utrum quum Deum dicat unigenitum, natura Deum intelligat: an nomine solo deitatis honorari opinetur, sicut multi dicuntur in cœlo, multi etiam in terris dij ac domini? si enim ultimum dicet: cur ergo (exclamabimus) si natura Deus non est, creaturam adoramus? nec solum nos id facimus, uerumetiam uirtutes cœlorum, & sancti omnes, qui Deum uerum esse prædicarunt, hoc crimine accusandi sunt, & præcipue Ioannes Euangelista, qui de ipso ait: Scimus quia filius Dei uenit, & dedit nobis sensum, ut uerum Deum cognoscamus, & simus in uero filio eius Iesu Christo, hic est uerus Deus, & uita æterna. Sin autem uniuersam scripturam ueritus, Deum secundum naturam profitetur, quomodo minor erit quā pater, aut quō alium omnino deum naturali habitudine à patre penitus disseparatum prædicare non uidebitur? Si quidem quum in propria substistentia esse ipsum credat, alienum à patris substantia putet. Nam si nihil prorsus maius aut minus seipso est: sed minus ad aliud maius minus, & maius ad aliud minus maius est: quomodo non erit necesse duos deos secundum naturam, & deos ueros ita confiteri, ut alter maior, alter minor esse credatur? Nulla igitur est fides ecclesiæ, quum non unus Deus natura, sed duo sint. Cuius ergo templa sumus, an eius qui spiritum suum in animos nostros immittit? sed quum à sacra scriptura dicerimus patris & filij spiritum esse: quid dicemus, quem depellemus, aut quem suscipiemus? Nam si utrosque, minorem scilicet atque maiorem, in nobis per spiritus suos habitare dicamus: non dei, sed deorū templa erimus. Quid hæc audiens, nō euomet? Sed forte ne duos deos fateri cogatur, ad illud consuetum sibi, atque tritum confugiet, dicetq́ naturam filij huiusmodi esse, ut nec à creaturis omnino aliena sit, nec à Dei patris natura omnino excidat. Sic enim qui creaturam esse filium contendunt, ad has fictas fabulas confugiunt. Quum igitur ita se habere naturam filij dicant, ut quasi media inter creatam & increatam sit, interrogabimus, à quonam sanctorum ita loqui didicerunt? Nam si à sacris literis id non acceperunt, confundantur proprias in fidem sententias afferētes. Sed ab eo quod ipse proposuit, hanc falsitatē redarguam. Nā si sola quæ speciei eiusdē sunt, inter se cōparant: comparatur autem filius patri: Pater, inquit, maior me est: quomodo eius naturæ filius esse negabitur, cuius pater est? quod



quod si eiusdem naturæ est, quomodo erit mediocris? quum nulla natura maior eo, ut deo, esse inueniatur. Si uerò, ut ipse, unigenitus dicit, patri comparatur (pater enim, inquit, maior me est) cōparātur autem solummodo quæcunq; eiusdem generis, id est naturæ sunt, quomodo filius patri consubstantialis nō erit? Hæc absurda, inaudita & impia quū sequi à blasphemia & ex cogitationibus uestris uideatis, date hoc unigenito, ut æqualem patri esse confiteamini. Sic enim unus erit deus, à uobis & nobis, & sanctis angelis in trinitate personarum adoratus

CAP. X.

ET nunc dixi uobis priusq́ fiat, ut quū factū fuerit, credatis.) Stabile, firmumq́ deitatis suæ pignus, futurorū prædictio est, quo discipulorum animos induceit, ut ascēsurum in cœlos, sicuti natura deū, & ex deo natum non dubitent. Nolite enim, inquit, in prophetarum cōditionē me ponere. Nam illi, quoniā nudi homines erant, à morte detēti sunt: ego uerò, quū deus sim secundum naturam, detineri à morte nequeo. Viuo enim semper, & uita naturaliter sum. Mittam igitur paracletū, & pacem meam dabo uobis, qua illuminati rerū periculo in horū memoriam uerbo rum uenietis: ut cum patre me in cœlis sedere firmiter credatis. Quomodo enim hæc facere potero, quæ uobis pollicitus sum, nisi unà cum eo regnem? Hęc, ut prędixit, secuta, re ipsa firmiorem credentium fidem effecerunt.

CAP. XI.

IAm non multa loquar uobiscum: uenit enim princeps mundi huius, et in me nō habet quicquam. Sed ut cognoscat mūdus, quia ego diligo patrem, & sicut mandatū dedit mihi pater, sic facio.) Quoniam impia Iudæorum caterua cum principe suo, qui traditurus eū erat, uentura iam iam fuit, eum ad crucem tandem actura: idcirco breuitate temporis non multa cum discipulis loqui se posse asserit. Nam uenit, inquit, mūdi princeps, & in me non habet quicquā: moriar tamen libenter pro omnibus, quoniam uoluntatem patris libenter facio. Hic quidem sensus perspicue patet, quem subtilius enodantes dicimus, primū quidem Adam, quoniā præcepta dei cōtempsit, iure morti subiectum fuisse: secūdum autem Adam, id est dominum nostrum Iesum Christum, quoniā peccatum nō fecit, nec inuentus est in eius ore dolus, nullam penitus causam mortis habuisse. Sed ut uoluntatē patris ageret (diligit eū eum, & diligitur ab eo) pro redimēda uita omniū seipsum morti tradidisse. Voluit enim pater pro priū filiū pro nobis hominē fieri, & pro uita nostra mortem nō erubescere, ut interitus imperiū destrueret, & nos ad uitam reduceret. Idcirco ait, breue modo reliquū esse tempus. Venit em̄ princeps mūdi huius, & non habet in me quicquam: id est, nulla mei causa moriar, nec quicquam de suis diabolus poterit in me inuenire. Peccatū em̄ & peccati origo, diaboli sunt: Christus uerò natura deus, naturaq́ immutabilis, peccare non potest. Sed ab historia etiam ipsa passionis hoc uerū esse percipimus. Ego enim, dicebat Pilatus, nullā in eo inuenio causam. Sic enim Ioānes scriptum reliquit. Matthæus uerò innocentiam Christi à deo miratum fuisse Pilatum ostendit, ut corā Iudæis lauaret manus, ac diceret: Innocēs ego sum à sanguine iusti huius. Et quūad pontifices fuit delatus: Pontifices, inquit, & omne concilium quærebant aduersus Christum falsa testimonia, ut eum morti traderent, & non inuenerunt. Quumque multi testes falsi accessissent, tamen nō inuenerunt. Quæ omnia, etsi ab hominibus quærebātur, tamen diabolus hominum ministerio usus, falsum saltē aliquid inuenire in Christo conabatur. Nihil ergo de suo diabolus in Christo habebat. Quem nō ideò principem mundi appellat, quia eius uerè dominus sit: sed quia tyrannice decepit, & rapuit eos qui sui non erant. Subiecit enim sibi delictis hominem, & ab ouili diuino distractum ui detinebat. Quare non iniuria à tyranide sua deiectus est. Regnat enim iam in nobis Christus. Nunc enim, ait, princeps huius mundi foras eijcietur. & rursus: Si exaltatus fuero à terra, omnes traham ad meipsum.

CAP. XII.

SVrgite eamus hinc.) Trita quidem expositio illud habet: quoniam Iudæorum furor ad summū iam peruenit, illò cum discipulis Christū festinare ubi traditus captusq́ fuit. Sed possumus etiam spiritale quoddā intelligere. Credo enim à peioribus ad meliora recursum, qui per eum omnibus datus est, his uerbis significari. Surgite, inquit, eamus hinc id est à morte ad uitam, ab interitu ad incorruptibilitatem, quasi de loco ad locum recedamus. Aut etiam alio quodam modo intelligemus. Transferebamur enim ab idolorum cultu ad unius dei cognitionem, à seruitute ad dignitatem adoptionis filiorum dei, à terra in cœlum, à peccato ad iustitiam, ab impuritate in sanctificationem spiritus, quasi de loco ad locū. Nec mirandum est, si seipsum etiam nobiscū cōnumerauerit. Solet enim hoc honorādi gratia facere. Sic enim alibi etiam ad discipulos dicit: Oportet nos operari, donec dies est, opera eius qui misit nos: uenit nox, quando nemo potest operari. Audis quia oportere nos operari ait: quamuis oportere ipsum operari nemo dicet. Sed hic dicēdi modus apud homines etiā usitatissimus est. Scribit enim Paulus ad Corinthios: Hæc autem fratres transfiguraui in me & Apollo, ut in nobis discatis, nec supra quàm scriptum est quisquam infletur. Quod uerò & nulla in culpa ipse fuit, & dux & fuit & est uiæ, qua nos à peiorib. ad meliora gradimur, perspicuū est. Quando igitur qua si nobiscum sit, ut à prauitate ad uirtutem redeamus hortatur, dicens: Surgite, eamus hinc. Non quasi peccato subiectus sic dicit, sed ut princeps & dux ad incorruptibilitatem hortatur & uitam, quæ in sanctificatione & dei charitate consistit.

Psa. 53.

Ioan. 19.
Matth. 27
Matth. 26.
Ioan. 14.
Ioan. 9.
1. Cor. 4.

Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Quòd consubstantialis patri filius est.*

CAP. XIII.

Caput Ioannis xv.

EGo sum uitis uera, et pater meus agricola est.) Vt quantũ oporteat inhærere sibi, & ab eo pendere, & quãtum nobis hoc prodest ostendere, uitem seipsum exempli ratione, & palmites affixos in eo credẽtes appellauit, q̃ participatione spiritus, per quem saluatori coniungimur, naturæ suæ communicamus. Conglutinatio enim sicut palmitum ad uitem accedentium ad Christum, ut à nobis est, uolũtaria est: ut autem à uite ad nos colligandos esse intelligit, habitudinalis est. Proba enim uoluntate nos per fidem accedimus. Efficimur autẽ (ut ita dicã) de genere suo, dignitatem adoptionis filiorum dei ab eo conse
2.Cor.6. quuti. Qui enim domino, ut ait Paulus, adhæret, unus spiritus est cũ eo. Quemadmodum igitur uoce prophetica basis & fundamentum appella
Esa.28. tur (in ipso enim ædificamur uiui lapides, spiritales q̃ facti ad habitaculum dei in spiritu, & sacerdotium sanctum, nec ædificari nisi per Christum possumus) sic uitis appellatur, ut mater & nutrix palmitum. Regenerati enim ex Christo, & per ipsum in spiritu sumus ad ferendum fructum uitæ, non illius priscæ, sed huius nouæ, quæ est per fidem & charitatem erga ipsum. Conseruamur autẽ in hoc statu, & ad hoc (ut ita dixerim) inserti quodã modo ipsi sumus: id est firmiter retinentes tradita nobis ab ipso mandata, studẽtes q̃ huius nobilitatis bonum seruare. Quod fit, si spiritum sanctũ per quem in nobis deus habitat, non
C offendamus. Ioannes enim ostendit aperte, quo
1.Ioan.4. modo in Christo sumus: In hoc, inquit, cognoscimus quoniam in eo sumus, & ipse in nobis: quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et rursus: Qui dicit se in eo manere, debet ut ille ambulauit, ipse quoq; ambulare. & alibi clarius: Qui mandata
1.Ioan.2. eius seruat, in ipso manet, & ipse in eo. Nam si mandatorum seruatio charitatem erga eum efficit, & per charitatem ei cõiungimur: quomodo uerum non est mandata seruantes in eo manere? Sed quemadmodum radix qualitatem suam palmitibus immittit: sic unigenitus dei filius, patris & suæ naturę affinitatem (ut ita dicam) spiritu dato sanctis largitur, per fidem & sanctitatẽ ei coniunctis, ad pietatẽ & ad omne uirtutis genus ip-
D sos nutriẽs. Agricolam autem patrem appellat, ne à solo filio fieri hoc uideatur, quod totius trinitatis mirabile opus est. Nõ modo enim salus nostra, uerumetiam omnia quæ â deo fiunt, una uoluntate ac potestate supremæ naturæ fiunt. Ac ideò gratias agentes deo, quoniam nostri miserto est, saluatorẽ appellamus: non patri, aut filio, aut spiritui sancto, sed deitati simpliciter hoc attribuentes. Pater igitur nos ad pietatẽ & fidem per filium in spiritu nutrit, & agricolę opera facit: aspiciens & fouẽs, & omni ad uirtutem redigens cura per filium similiter in spiritu. Sic enim, iudicio meo, rectius hoc intelligemus. Nam si alia patri, alia filio seorsum accommodabimus: quoniã uitis filius nuncupatur, pater uerò agricola: à solo

A filio contineri & nutriri uidebimur, à patre autẽ nuda solũmodo uisitatione coli. Vitis enim palmites suos nutrit, agricola uerò uisitat solummodo uitẽ, & colit. Quare nec illud à patre, nec hoc à filio, nec utrunq; à spiritu separandum. Omnia enim à patre per filium in spiritu sunt. Idcirco enim patrem cultorẽ uitis appellauit, ne quis unigenito soli salutẽ nostram attribuat: & adhæc ut discamus uisitatione nos diuina indigere. Cõmodissime igitur, quum uitem & palmites nominauerit, cultoris quoque fecit mentionem, curam, prouidẽtia gubernationeq; dei adduci ad uirtutem, continericq; nos demonstrans. Si uerò credimus filium in patre, & patrem in filio naturaliter
B esse, & ex ipsis esse omnia in spiritu, ut ab una deitate: nec pater ab alendis nobis separabit, nec filius à cultura erit alienus: & iure id quidem. Vbi enim summa naturæ identitas est, ibi quãuis multis uarijsq; modis fieri nonnulla uideatur, una tamen est operatio nullo modo distincta. Vna uerò natura in patre, filio, & spiritu sancto est. Quomodo igitur quicquid diuinitus fit, unius deitatis opus non erit? Quare dominus etiam noster Iesus Christus cooperari se cum patre ostẽdere uo
lens, ad impios Iudæos dicebat: Multa & bona opera ostendi uobis ex patre meo, cuius eorum
C gratia me lapidatis? Et rursus: Pater meus usque modò operatur, & ego operor. Nemo enim (ut puto) seorsum patrem à filio operari quicquã putabit. Nam quoniam sapiẽtia & uirtus patris est, per quẽ pater omnia facit: ideò dicit nihil à se facere, sed patrẽ, qui in eo manet, ipsum agere opera. Vitis igitur locũ Christus tenet, nos uerò palmitum: qui ab eo pendentes, uirtutum & gratiã spiritus in alimoniam nostram, & ad fructum trahimus spiritalem. Sed nequeo propositũ opus mihi ita sequi, ut negligam, quæ quidã ex hoc euangelij loco aduersus ueritatem cõtexit. Rectè nanq;, inquit, unigenitus deridendo ostẽdit omnes, qui se patri consubstantialem opinantur. Ecce enim ecce uitem seipsum nũcupauit, patrem uerò agricolã. Quemadmodum ergo uitis atq; agricola unius naturæ non sunt (illa enim ligni, hic homo: quæ diuersa genere penitus sunt) sic filius consubstantialis patri nõ est, sed naturaliter,
D & longe ab eo separatus. Siquidem alter quasi agricola, alter quasi uitis est. Nec rationabiliter q̃dam ad humanitatẽ Christi id conferunt. Nõ enim caro ei, sed deitas, uitis ab eo nũcupata est. Patet enim quia corpora nostra nõ dependent à carne Christi ut palmites à uite: nec sanctorũ fructus corporeus est, sed potius spiritalis: deitas ergo filij, uitis est, unde per fidem pendemus. Hæc ille astute simul atq; impie, aliaq; huiusmodi euomuit. Nos autem patrũ & ecclesię fidem sequentes (quantum in nobis situm fuit) loci huius sensum rimati sumus, nunc ne si silentio trãseamus, magnum deliramenta huius hominis detrimentum simplicioribus afferant, age spiritus armis freti, primum illud dicamus, longe ab omni ratione remotum esse, ad naturæ substantiæq; significatio-



significationem illud traducere, quod per similitudinem dictum est. Ego enim arbitror, si uolumus recte quæ dicuntur intelligere, intẽtionem semper nobis esse cõsiderandã, & ad quod Christus propositum uerba faciebat. Considerate igitur diligenter, oro, qui lecturi estis. Non intendebat Christus modò alium se à patre natura ostendere, neq; hac de causa uitem se, illum uerò agricolam nominauit. Cur enim, si hoc sibi propositum fuit, nihil aliud attulit? Aut cur similitudine omnino usus est, quum multo breuius atq; clarius solis nominib. patris ac filij facere illud potuisset? Non igitur quod isti à seipsis excogitarũt, sed istud ostendere uoluit: quemadmodũ ramis
Iacob 1. arborum à radice qualitas nutrimẽtumq; præbetur, sic spiritalium uirtutem fructuum ab eo no-
B bis concedi. Omne nanque bonum, nõ à nobis, sed diuinitus datum habemus: Deo autem nihil datur. Ipse enim origo omnium est, ideo radix, & quasi uitis est Christus, nos autẽ palmites. Si uero pater agricola est, non tamẽ propterea alienæ naturæ intelligitur, neque hoc significare uoluit, sed radicem & originem, supremam naturã omnium bonorum ostendens, charitatis uisitationem, qua nos ut agricola uisitat, ei attribuit. Verum quoniã nulla nos ratione humanitati Christi posse ista attribuere arbitratur: quoniam fide atque dilectione, non carne illi coniungimur, age pauca de hoc dicam, ac peruersæ ab eo sacrarum literarum sensum exponi ostendamus. Nõ
C tamen negamus recta nos fide, charitateq; synce
2.Cor.10. ra Christo spiritaliter coniungi. Sed nullam nobis coniunctionis rationem secundum carnem audi Paulum dicentem: Quia omnes unum corpus sumus in Christo. Quia & si multi sumus, unum tamen in eo sumus. Omnes enim uno pane participamus. An fortasis putat ignotam nobis mysticæ benedictionis uirtutem esse? Quæ quũ in nobis fiat, nónne corporaliter quoque facit
D communicatione carnis Christi, Christum in nobis habitare? cur enim membra fidelium membra Christi sunt? Nescitis, inquit, quia membra
1.Cor.6. uestra mẽbra sunt Christi? membra igitur Christi meretricis facsam membra? absit. Saluator etiam: Qui manducat carnem meam, ait, & bibit
Ioan.6. sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Vnde considerandum est, non habitudine solum, quæ per charitatem intelligitur, Christum in nobis esse, uerumetiam & participatione naturali. Nam quemadmodum si quis igne liquefactam ceram, aliæ ceræ similiter liquefactæ ita misceri
N rit, ut unum quid ex utrisque factũ uideatur: sic communicatione corporis & sanguinis Christi ipse in nobis est, & nos in ipso. Nõ poterat enim aliter corruptibilis hæc natura corporis ad incorruptibilitatem & uitam traduci, nisi naturalis uitæ corpus ei cõiungeretur. Non credis mihi hæc dicenti: Christo (te obsecro) fidem præbe. Amen amen, inquit, dico uobis: nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis sanguinem
Ioan.6. eius, non habebitis uitam in uobis. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, habet uitam æternam, & ego suscitabo eum in nouissimo die. Audis aperte clamantem non habituros uitam, nisi sanguinem eius biberimus, & carnem manducauerimus. In uobis autem ipsis dicit, id est in corpore uestro. Vita autem iure, ipsa uitæ caro intelligi potest: hæc enim nos in nouissimo die suscitat. Et quomodo dicere non grauabor. Caro uitæ facta unigeniti caro, ad uirtutem uitæ traducta est: non potest igitur morte superari. Propterea in nobis facta, interitum à
B nobis expellit. Non enim abest ab ea unigenitus dei filius. Vnde quia unus est cum carne sua: ego, inquit, suscitabo eum. Cur igitur secundum carnẽ palmites nos dici pernegat? An non conuenienter dici potest uitem, humanitatem eius esse, & nos palmites propter identitatẽ naturæ? eiusdem enim naturę uitis & palmites sunt. Ita et spiritaliter & corporaliter nos palmites, & Christus uitis est. Aduersarius autem Christi, deitatis solummodo ratione uitem dici Christũ contendit: ut quoniam agricola pater dicitur, substantię diuersitatem aduersus ecclesię dogmata possit ostendere. Sed miror si alium à natura patris filium putat, quomodo patris & filij nominibus utitur. Quomodo enim erit uere filius, si à substantia eius natus non est? Qui negat filium, pa-
1.Ioan.2. trem quoque negat: & qui confitetur filium, patrem quoque confitetur, Ioannes ait. Et certè ita est. Alterutro enim ablato aut posito, alterũ tollitur aut ponitur. Nec erit pater nisi sit filius, nec intelligetur filius nisi pater intelligatur. Qui uerò diuersum substãtia unigenitũ à patre opinat, is filiũ esse negat, patrẽ igitur etiã esse negat. Et ubi ecclesiæ fides est? ubi trinitatis gloria in nudis nominibus? nõ uides oia deduci, quæ à scripturis de suprema natura dicta sunt? Sed forsan huius impietatis magnitudinẽ uerito, diuersum quidem naturam filium dicet: sed tamen natum ex patre intelligit. Nam si ut aliquã creaturarũ perhabitudinẽ, quę est in dilectione secundũ uoluntatẽ, eo pacto quo uniuersa ex deo esse dicũtur, quod sit in eadẽ impietate affixus non sentit: sin autẽ uere natũ ex patre dicit, nec tamẽ ei consubstãtialem, in ipsum quoq; patrẽ impius erit: quũ quod creaturarũ natura pati non potest, solus ipse perpessus est. Quodq; peius est, ad creaturas ipse pater deducetur. Vitem enim unigenitũ, non secundum carnem, sed solummodo secundũ deitatem dicit. Dicat igitur utrum uerum deum filium putet, an adulterinũ, & solo nomine. Si tantummodo nomine, nec secũdum naturam, audiat qd saluator clamet: Ego sum ueritas. Veritas
Ioan.14. aũt nullo modo inania suscipit nomina. Audiat etiã quid Ioãnes iste alibi clamet! Et simus in deo
1.Ioan.5. uero Iesu Christo. Hic est uerus deus & uita ętęrna. Si ergo uerus deus unigenitus est, & ab eo pater distat

Universidad de Deusto
Biblioteca



ter distat natura, ut homo à ligno, erit pater creatura. Nec erit filius solũmodo deus: sed nos etiã, quoniam palmites cum uite unius naturæ sunt, ueri dij secundum naturam erimus: quæ omnia extremæ impietatis sunt. Præterea quoniam filius ego & pater, inquit, unum sumus, aut nos ad naturam patris conscendemus, aut pater ad nostram detrudetur. Vnum enim sumus cum filio: quoniã & palmites cum uite unius naturæ sunt. Vide quæso quam absurda & impia puersa hæc expositio peperit. Quare ea omnino neglecta spretaq; , uitem dici filium, & patrem agricolam modo quo diximus non dubitemus.

Ioan. 10.

CAP. XXIIII.

OMnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnẽ qui fert fructũ, purgabit eum, ut fructum plus afferat.) Voluntaria est nostra cũ Christo conglutinatio, & charitate ac fide perficitur. Et fides quidẽ in animo nostro consistit, ueram dei cognitionẽ efficiens: charitas uerò mãdatum eius seruare facit. Qui enim me diligit, is, inquit, mandata mea seruabit. Qui ergo per fidem Christo solũmodo coniunguntur, sola illi confessione inhærentes, nec charitatis uimine se colligãtes: palmites quidẽ sunt, sed nõ fructuosi. Nam fides absq; operibus, mortua quędam res est. Huiusmodi autem palmites, agricolę falx seueríssime amputat, & igni tradit. Hoc enim modo de infructuosis arboribus solet fieri. Excidũtur enim, ne terram frustra occupent, ut de ficu per parabolam dicitur. Voluit ergo, ut ipse arbitror, hac similitudine, quãtum sit detrimentũ eius animæ, ostendere, quæ ab eo decisa est: inutilis enim quum sit, quum nullum ædat fructum probitatis, & æternæ punitioni tradita, igne cruciabitur. Hoc ipsum per prophetã Ezechielem clarius exposuit, dicens: Fili hominis, quid fiet ligno uitis, ex omnib. lignis nemorum quæ sunt inter ligna syluarũ: nunquid tolletur de ea lignum ut fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus ut dependeat in eo quodcunq; uas? Ecce quod in annos amputatur de ea, igni datũ est in escam. Nũquid utile erit ad opus? Ita quod semel decisum est, ad nullam penitus rem cõferre potest, nisi forte ad ignem. Nihil ergo nobis cõducet à sculptilibus ad Christum translatis, si mandata contemnimus. Trademur enim omnino igni, si qualitatem uitificam atq; humorem uitis, id est spiritum sanctum probis operib. non retinebimus. Nã quod Christus de illo dicit qui talentũ obruit, id in eis quoq; inspicitur qui decisi sunt. Vt enim ab illo talentũ auferetur sic à palmite humor uitis quo alebatur: auferetur autẽ ab illis humor, id est spiritus domini, ante quam igni tradantur. Nam si honoribus huius seculi prædi ti, quando aduersus regem aliquid cõmiserunt, non prius puniuntur, quàm magistratu se abdicauerint: quomodo non erit necesse, ut antequã igni anima infructuosa tradatur, penitus à gratia spiritus decidatur? Sed hæc quidem infructuosi palmites iure subituri sunt: fructuosi autem cura & cultu agricolæ maiorem producent fructum. Qui enim bene uiuere malunt, qui quàmmaxime possunt uirtuti studẽt, ijs per spiritũ gratiam, quasi per falcẽ, modò uoluptates, modò alias turbatiões animi, quibus mẽs à statu suo deijcitur, deus incidens est, ac amputans. Hæc est illa non manu, sed spiritu intellecta circũcisio. Nõ enim, ut ait Paulus, qui manifeste Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu, non in litera. Et rursus: In quo credentes, circuncisio nõ manu estis. Hæc spiritalis purgatio absq; dolore nõ fit: dolere nanq; sanctos quum à deo castigantur, Esaias quoq; subaperit, dicens: Quũ abluerit dominus sordem filiorum Sion, & languinẽ Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij & spiritu ardoris. Et ipse Paulus: Si in disciplina perseueratis tanquã filij, uobis offert se deus: quis est enim filius quem nõ corripiat pater? Nec multitudo ipsa sanctorum hanc castigationem renuit, imò potius optat, dicẽs: Castiga nos domine, in iudicio tamen, non in furore. Nanq; decisio infructuosorum palmitum in furore fit: in iudicio autem, id est in consideratione atq; mensura fructuosi palmites depurgantur. Vnde aiunt: In tribulatione parua domine disciplina tua nobis. Parua enim purgatoria est tribulatio, quæ per superiorem disciplinã beatos homines efficit. quod bene Dauid ille intellexit: Beatus, inquit, homo quem tu corripueris domine, & de lege tua docueris eũ: ut mitiges ei à diebus malis. Dies enim certè nephasti ac praui decisis palmitibus illi sunt, in quibus in ignem mittuntur æternum, quando corripiis & castigatis mitem se reddit deus: non enim absolute tales damnantur, quoniã non omnino infructuosi palmites fuerunt. Ad confessionem igitur fidei ueruẽs uirtutis accedat operatio, nec uerbis solum, sed multo magis etiam re Christo adhæreamus, si uolumus decisionis euitare periculum. Hęc dicta sunt, quoniam spiritaliter Christus hęc intellexisse uidetur, quãuis & aliter hæc interpretari pie possimus. Palmes quidem quia communicatiõe Christi paterna falce decidit, sterilem Iudæorum significat populum, cuius radicib. securim inhærere Baptista dicebat. Palmites autem qui purgantur, tam ex Iudæis, quã ex gẽtilibus fideles sunt. Quibus una purgatio spiritus est, cuius tamẽ modi differunt. à Iudæis enim Mosaicæ legis ruditas tollitur, à gentilibus autẽ impuritas morũ, & colendæ creaturæ uoluntas. Hæc fiunt ut euangelicæ doctrinę fructum possint ferre mirabilem. Hæc Paulus ita esse confirmat, modò ad Iudæos, qui rursus ab euãgelio ad umbras delapsi fuerãt, scribens: Abalienati estis à Christo: quicunq; in lege iustificamini, à gratia excidistis! Et rursus: Dico enim uobis, quia si circuncidamini, non proderit uobis Christus. Si tero à Christo abalienãtur, qui lege ſtudent iustificari, patet depositionem legis accessum esse ad Christũ. Modò ad gentes: Si quũ inimici essemus inquit, deo, per mortem filij eius recõciliati sumus: multo magis iam recõciliati saluabimur in uita eius. Et alibi ad eos qui ad pristinum uomitum redibant: Nunc autem, inquit, quum cognouissetis Deum, imò uerò cogniti sitis à Deo, quomodo rursus ad infirma mundi elementa reuertimini? Quãdo ergo qui elementis & creaturæ seruiunt, à Christo resiliũt: qui facere id non patiuntur, Christo certè coniunguntur. Purgatio igitur gentium, est erroris idolorum abiectio, multa bona hominibus afferens. Vitijs enim spretis, pulchritudo uirtutis accipitur: nam quum sordes detergantur, nitor statim apparet. Cum autem hæc circuncisio, qua purgamur, per spiritum sit, & spiritus largitor filius esse uere credatur, à cuius plenitudine omnes accepimus, qui ad nos dixit: Accipite spiritum sanctum: ex patre per filium in spiritu hæc purgatio & circuncisio spiritalis in nobis fit. Et sic aduersariorum argumenta friuola omnino inueniuntur, qui dicere ausi sunt non esse consubstantialem patri filium, quia nec agricola & uitis unius naturæ sunt. Non enim pater solũ, uerumetiam filius in spiritali circuncisione agricola esse conspicitur.

Matth. 25.

Luce 13.

Ezech. 15.

Iacob. 2.

Ioan. 14.

Ioan. 1.

Ioan. 20.



CAP. XV.

IAm uos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum uobis.) Certiores argumẽtis purgatiuæ artis suæ discipulos facit. Iam eũ mundos esse asserit propter sermonem eius, id est propter euangelicam doctrinam quam acceperunt. Quis igitur non amens non uidebit facile, manum patris colentis agrum, Christum dominum nostrũ esse. Nam quamuis patri uitis culturam attribuit, sed tamen omnia ex patre per filiũ sunt, ut per uirtutem eius. Ipse enim est uiuũ & efficax eius uerbũ, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usq; ad diuisionẽ animę ac spiritus, compagum quoq; & medullarum, & discretiuum cogitationum & intentionum cordis. Nam quum usq; ad ꝓfunda cordis penetret nostri, uanis quidem cogitationibus, atq; studijs nostris acutã spiritus falcem immittit, quam purgationem esse intelligimus: cogitationes aũt nostras, quę ad uirtutem tendunt, & multiplicat, & ad ferendum usq; fructum corroborat. Iacet ergo aduersarij ratio, qui diuersitatem propter uitis & agricolæ uocabula in deitatis natura excogitauit. Nam quum mundos esse discipulos dixerit, nullam mentionẽ patris fecit, sed suo ipse sermone purgatos esse affirmat. Quemadmodum ergo per filium, & in filio pater uitificat: eodem certe pacto nobis per filiũ prouidens agricola est. His Christi hostes persuasos esse uelim, ut omni cõtentione abiecta, catholicæ nobiscum ueritati adhæreant. Sed nolũt ullo modo id facere. Clamant enim non posse uitem & agricolã eiusdem se naturę cõfiteri. Quam audaciam si nos quoq; imitabimur: quid prohibet eos interrogare, utrũ paternus iste cultus palmitibus solummodo, an toti potius conferat uitis? non dubito quin toti prodesse uiti culturã respõdeant. Quoniam igitur uitem seipsum Christus appellauit: uitis autem nisi colatur, non minus cẽp palmites perit, cur non putamus nõ minus quàm nos opę ipsum diuina indigere? Ita si quis intẽtionem dicentis non cõsiderat, longe aberret necesse est. Sed ualeant omnes huiusmodi nugę, et uerba Christi rursus cõsiderentur. Vos, inquit, mũdi estis propter sermonẽ quem locutus sum uobis. Spiritalis, inquit, purgationis atque culturæ modus, propter sermonem meũ in primis uobis apparet: à mundi enim fœditate iam separati, ad ferẽdũ fructum parati estis. Eiecit ab animo uestro uanas ludęorũ obseruationes doctrina mea, rudi tatem literæ iam contemnitis. Non cibo & potu, nõ aspersione brutorũ sanguinis, sed fide atq; uirtute (in quibus spiritalis cultus cõspicitur) sanctificationem queritis. Qui ergo purgari uoluerint, uos sequantur. Sic enim excussa ex animo suo prima immũdicia, fide ac charitate ut palmites mihi inhærebunt. Vnde gratia spiritus ad pietatem nutrientur. Spiritus enim deus est: & adorantes eũ, in spiritu & ueritate adorare oportet. Ita & eorũ qui crediturí sunt discipulorũ exemplo purgationem ante oculos ponit, & ipsos ad maiora hortatur: quum non frustra inhæsisse sibi, et sermonem suum audisse ostendat: sermonem dico euangelicum, quo uniuersum orbem ad imitationẽ sui trahducturi erant. Ita enim omnes hortabantur uiuere, & ita credere, ut ipsi et uiuebant, & credebant. Vnde Paulus quoq; ad imitationẽ sui sæpius fideles inuitat.

Hebr. 9.

Ioan. 4.

1. Cor. 4.

CAP. XVI.

MAnete in me, et ego in uobis. Sicut palmes non potest facere fructum à semetipso, nisi manserit in uite: sic nec uos, nisi in me mãseritis.) Manifestius iam ex hoc loco discimus, syncera fide palmites insertos uitis fideles fieri. Sed non est minoris curæ iugiter per charitatẽ, id est mandati seruationem Christo inhærere, illud Psalmistæ clamantes: Inhæsit anima mea post te. Nõ igitur sufficit ad perfectionem, id est ad sanctificationem, quæ per Christum in spiritu est, in numero palmitum recipi: sed oportet ardenti charitate, atq; cõtinuò immaculate Christum sequi. Qua in re maxime spiritalis coniunctionis uirtus seruatur. Quoniã igitur dictũ est, mũdos illos fuisse propter sermonem Christi: nẽ quis putet nequaq; se posse, si semel purgatus fuerit, ad peiora delabi, in eo permanere imperauit. Quod nihil aliud est, ut mihi uideẽ, quàm illud Pauli: Qui putat se stare, uideat ne cadat. Mille nanq; pericula, nisi uigilanter studeamus, etiam stantibus imminent. Quare oportet omni cura, opera, studio, ad maiora semper niti. Quàm magnũ eũ detrimentũ patiatur qui per negligentiã à Christo decidit, subiecit dicens: nõ posse illos fructum ferre, nisi in se manentes: sicut palmites à uite, sic inde humorẽ trahant, quo mirabiles alant botriones. Vt enim palmes decisus à uite nunq; fructum feret, sic nos à Christo decisi, nunq; secũdum uirtutẽ germinabimus. Christus enim est qui nos per gratiam spiritus, quasi per aquam irrigat & nutrit, ut possimus facile pietatis ędere fructus. Si quis sitit, ueniat, inquit, ad me, et bibat. Quod ipse nobis Euangelista optime interpretatur, dicẽs id à Christo dictum esse de spiritu,

Psal. 62.

1. Cor. 10.

Ioan. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca



quem accepturi fideles erant. Ideò Dauid quoq; ad Deũ patrẽ clamabat: Quoniã apud te est fons uitæ. Et deliciarũ torrẽs spiritalium ipse filius est, qui gratia spiritus per charitatem & fidẽ animas nostras irrigat. Psal. 35.

CAP. XVII.

EGo sum uitis, uos palmites: q manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me nõ mãserit, mittetur foras sicut palmes & aresset, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.) Hinc ea de causa uitem se appellasse manifeste ostẽdit: ut quasi oculis hoc exẽplo cerneremus, manẽtes in eo ut palmites, ex uite humore tracto, spiritalẽ posse fructum afferre. Resilientes uerò ab eo, uel quia in fide, uel quia in seruatione mandati deficiant: non modo nihil fructus producturos, sed æternum etiam ignem passuros. Qui enim à pietate, uel charitate Christi decidit, supplicijs seipsum tradidit: sicut decisus palmes ad nihil aliud, quàm ad ignẽ utilis est. Optimo nobis ipsi apostoli exẽplo sunt, qui quoniam manserunt in Christo, nec ulla ui ab eo separari potuerũt, æternas laudes cõsecuti, fructum suæ uirtutis conuersionem orbis attulerunt. Vnde immarcesibiles apud deum habituros coronas non dubitamus. At auaritiæ seruus Iudas, à uite spirituali decisus, gratia spiritus amissa, foras ejectus, igni, ut inutile sarmentum, traditus est. Dupliciter igitur ad manendum secũ Christus nos inducit: partim cupiditate gloriæ, quam fructuosi palmites consequentur: partim formidine ignis, cui tradentur qui ab eo se separarant. Agricolam autem patrem nominat, diuinæ id naturæ attribuẽs, ut diximus. Nam ipse manus est patris, per quẽ omnia facta sunt. Manus mea, inquit, hęc omnia fecit, & per filium facta esse omnia scripturę testantur. Quare manus patris filius dicitur. Hanc incisionẽ, quę hic intelligitur, Paulus quoque intellexit, dicens: Vide ergo bonitatem, & seueritatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt, seueritatem: in te autem bonitatem, si permanseris in bonitate, alioquin & tu exciderís. Esaiæ 66. Rom. 11.

CAP. XVIII.

SI manseritis in me, et uerba mea in uobis mãserint, quodcũq; uoluerítis petetis, & fiet uobis.) Radicem supernæ beneuolentiæ, ac firmamentum esse ait, quasi spiritale depositum euangelicæ disciplinæ dogmata & mandata seruarint. Seruantibus autem sine mora, petita bona pollicetur affutura: Si manseritis, inquit, in me, & uerba mea in uobis manserint, quodcunque uolueritis petetis, & fiet uobis. Fieri enim potest, ut in Christo maneas, & uerba eius in te non habeas. Duplex enim uia est, ut modò diximus, per fidẽ & per charitatem, propter quam mandata seruantur. Quæ quum ita sint, qui uerbis nudis Christũ confitentur, sed mandatorum obseruatione, id est charitate ad perfectionem non cõformantur, quamuis Christo fide inhærent, inq; eo hac ratione maneant, uerba tamen eius non habent! Non obliti quidem illi prædicationis euangelicæ, sed Matth. 7.

A illecebris uoluptatum capti spiritus gratiam abiiciunt. De quibus ipse saluator ait: Nõ omnis qui dicit mihi, Domine domine, introibit in regnum cœlorum: sed qui facit uoluntatem patris mei, qui in cœlis est. Quod autem fides ad salutem nõ sufficiat, Christi etiam discipulus ostendit scribens: Tu credis quia unus Deus est, dæmonia etiam credunt & horrescunt. Si ergo fides sola sufficeret, multitudo dæmonum perire non posset. Quare oportet ad fidem opera charitatis accedere. Nam qui sic facit, is et in Christo per fidẽ manet, & in corde suo uerba eius conseruat, ut in Psalmis dicitur: In corde meo abscondi eloqua tua, ut nõ peccem tibi. Nam ueluti qui ignem in æreo uase recondit, caliditate ignis non caret: sic qui uerba diuina in animo retinet, & ea seruare conatur, uirtutis semper ardet amore. Scriptum est enim: Ignitum est eloquium tuum uehementer, & seruus tuus dilexit illud. Qui ergo syncera fide in Christo manet, & mandata eius seruat, ei quicquid petit, confestim concedetur. Num ergo inquies, si quicquam mali petierit, impetrabit? minime, minime inquam. Non est tamen par, ut qui manet in Christo, & mandata eius seruat, is quicquam petat quod deo non placeat. Propterea ijs qui doctrinam suam in animo retinent atque seruãt, istud pollicetur. Quare si accipere uolumus cùm petamus, recte uiuamus: & quicquid petierimus absq; mora nobis Christus præstabit. Iacob. 1. Psal. 118. Iacob. 1. Psal. 118.

CAP. XIX.

INhoc clarificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli.) Clarificatum patrem suum esse dicit, quoniam ineffabilis eius bonitas atque misericordia nota omnibus, coronam quasi gloriæ illi attulit. Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium eius unigenitum daret: in quem qui crediderit, non pereat, sed habeat uitam æternam. Vita igitur omnium patris opus est, quod per Christum est factum. Propterea dicebat ad patrem: Ego te clarificaui: opus consummaui quod dedisti mihi ut faciam. Ipse nanque salutem nobis ex patre attulit: non ut minister, sed ut sapientia & uirtus patris, absque qua nihil omnino fieri potest. Omnia enim per ipsum sunt. Vnde nostræ quoque salutis dispensationem, ut uirtuti & sapientiæ patris filio tradi summopere Dauid orans dicit ad patrem: Manda Deus uirtuti tuæ, confirma Deus hoc quod operatus es in nobis. Et rursus: Deus iudicium tuum regi da. Solius enim eius opus est, qui cum patre regnat, ut uniuersam hominis naturam reformare ad pristinum possit. Clarificatus igitur pater est, proprio filio pro redemptione hominum dato, quem uoluit hominem fieri, non ut quicquam boni sibi acquirat qui semper perfectissimus est: sed ut homines plurimum ferant fructum, & Christi efficiãtur discipuli. Nam nisi filius Dei homo factus esset, nunquam nos ut palmites illi quasi uiti hærentes, participatione spiritus fructum æderemus, quem plurimum, cõparatione legalis fructus appellat. Nihil enim lex perfecit, ut ait Paulus. Idcirco ad discipulos, imò uerò ad omnes fideles dicebat: Amen amen dico uobis, nisi abundauerit iusticia uestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnũ cœlorum. Et rursus: Scriba doctus in regno cœlorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & uetera. Qui enim euangelicam colit doctrinam, dupliciter spiritualibus pollet diuitijs, noua & uetera proponens, & umbram legis ad euangelicam uitam transformans. Nam quæ figuris lex significabat, hæc Christus aperte in ueritate docuit: propterea diceba: Nõ ueni soluere legem, sed adimplere. Et rursus: Iota unum aut unus apex non transibit à lege, donec omnia fiũt. Plurimus ergo fructus in spiritu & ueritate euangelij uirtus est, quia effectum est ut amici Christi fiant discipuli. Nam & priscis per prophetas loquebatur, & erunt, dicens, omnes docibiles Dei. Non enim a Christo quasi mediator, ut Moses inter Deum & Iudæos: sed ipse Christus nos docuit. Quare dei docibiles sumus. Quippe non essemus discipuli eius, nec fructum & hunc plurimum æderemus, nisi pater per misericordiam suam esset clarificatus. Qui uoluit filium suum propter nos hominẽ fieri, tradiditq; eum pro nobis: id est, placuit ei, ut Christus pro nobis moreretur. Matth. 5. Matth. 23. Matth. 5. Ioan. 6. Ioan. 17. Ioan. 17. Ioan. 17

Universidad de Deusto
Biblioteca



te nulla exagitetur, horrescit tamen cogitans: nõ aliter arbitror discipulos Christi tunc fuisse affectos. Quas ob res, qui omnia nouit, à mœrore ad lætitiam reuocat. Non enim, inquit, ô discipuli, ut metu exagitemini, hæc à me dicta sunt: sed ut gaudium meum habeatis. Cõsideratius igitur uideamus quid est, quod his uerbis Christus significauit. Duplex igitur esse mihi sensus uidetur: aut enim nihil curiosius hic locus affert, sed hoc planè dicit, ut gaudiũ in me habeatis, & sic ipsi quoque gaudeatis: supernæ beatitudinis atque gloriæ magnitudinem intelligentes. Alius est, in quo altius quiddam latet, quod enodare non recusabimus. Quid igitur illud est, aut quid significat, ut gaudiũ meum in uobis sit? Homo factus unigenitus Dei filius absq; peccato, omnia sustinuit, quæ Iudæorum excogitare peruicacia potuit, nec unquam sputis dedecoratus, uerbis derisus, uerberibus cæsus, & tandem patibulo affixus, ullo mœrore affectus fuit: sed decenti semper ipse gaudio plenus (quoniam uoluntatem patris consummari uidebat, & homines hinc salutem habituros non ignorabat) illa opprobria delicias sibi esse putabat. Exultauit enim spiritu, instante iam
Matth.11. cruciatu, & dixit: Confitebor tibi pater, Domine cœli & terræ, quia occultasti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Vides quia gaudet spiritu, cùm dementes olim homines ad
Ioan.4. sapientiam reuocentur, & gratias hac de re patri agit. Eodem modo quum labore confectus, super Iacob puteum sederet, Samaritanorum salute lætatus, uel necessaria corporis alimenta contempsit. Nam quũ rogaretur à discipulis ut manducaret: meus cibus est, inquit, ut patris mei uoluntatem faciam, & opus eius perficiam. Quis ergo dubitabit delicias illi fuisse salutem hominũ? hanc enim uoluntatem patris appellat. Hæc, inquit, uobis locutus sum, ut gaudium meũ in uobis sit, id est, ut illis solummodo lætari rebus uelitis, quibus ego gaudeo. Sic enim fortes ad certamina eritis, & spe saluandorum hominum pericula libenter subibitis: non parũ gaudentes, quo
1.Tim.2. niam uoluntas patris (qui uult omnes ad cognitionem ueritatis peruenire) pro uirili parte uestra perficiatur. Hanc ergo elegi læticiam. Hanc etiã si uos habebitis, syncero ac integro afficiemini gaudio. Veram etiam solidamq; lætiçiam, illam tantummodo quæ in Deo est appellamus, qua etiam Iesus gauisus est. Hæc uerò mundana umbra solummodo est, more somnij deuolans. Sic solidum etiam odium, uerum quenuncupamus, quod iuste ac recte aduersus ueritatis hostes habeſ. Sicut beatus ille Dauid aduersus eos, qui gloriæ diuinæ resistebant, ait: Perfecto odio oderam
Psal.138. illos. Dilectionem similiter perfectam nominamus, qua non terrenis, ac nulla re dignis, sed Deo propter Deum afficimur.

CAP. XXII.

HOc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos: maiorem hac dilectione nemo habet, quàm ut animam suã ponat quis pro amicis suis.) Apertius modò ante oculos ponit superioris loci sensum quem diximus: iubens talẽ inter se dilectionẽ habere, qualem ipse re atq; opere cõsummauit: quæ mensurã nõ habet, quũ suprema cumulataq; sit. Maiorẽ enim hac, inquit, nemo habere potest: nulla eñ maior est. Per hæc omnia discipulis præcipit, adeo non esse fugiẽda pro salute hominũ certamina & dolores, ut ipsa quoq; mors carnis abijcienda nõ sit: ad hanc eñ usq; charitas peruenit. Ita his uerbis tũ ad eximiã fortitudinẽ, tum admirabilẽ charitatem hortatur, talesq; facere studet, ut nec mortis quidẽ periculo Christum deserere uelint. Talem se Paulus nobis ostẽdit, dicens: Mihi enim & uiuere Christus est, et mori lucrum. Et rursus: Charitas enim Christi urget nos, æstimãtes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt. Et ad hæc: Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Audis quod nihil affirmat se posse à dilectione Christi seiungere: qđ si oues & agnos Christi pascere nihil aliud est, quàm ipsum diligere, patet quia omnis persecutio omneque periculũ pro prædicatione ueritatis subeundum est. Et ut summatim atq; breuiter dicã, abijcformidine iubet Christus discipulis euangelium orbi prædicare. Quod etiam Esaiæ quondam uoce similiter iussit: Super excelsum, dicens, monte ascende, qui euangelizas Sion: exalta in fortitudine uocem tuam, qui euangelizas Hierusalem. Quod posse facere, iugi oratione petijsse ipsos uidemus. Dicebant enim orantes: Et nunc domine respice in minas eorum, & da seruis tuis cum omni fiducia loqui uerbum tuum. Multi enim certe sunt, qui euangelium Christi prædicantibus impie aduersantur: qui etsi quasi fluctus insurgant, nihilo tamen minus ueris Christi discipulis incubendum est, quousque charitatis opus perficiat. Charitatis, inquam, talis, qualem erga nos saluator ostendit, qui summo cum gaudio crucẽ affigi non erubuit, ut peccatoribus salutem afferret. Nam si noluisset pro nobis pati, mortui adhuc essemus, cæci ac stulti, omni bono indigentes: diaboli, peccati, uoluptatisq; serui, sine aliqua spe in profundo impietatis iacentes. Nũc autem quum animam suam ex dilectione saluator pro nobis posuerit, & misericordiæ suæ magnitudinem aperuit, & nos beatos effecit, nullo penitus bono indigẽtes. Ita hic sensus diuinis discipulorum capitibus conuenit. Si uerò hæc uerba ad omnes transeunt, ut omnibus sic dici credamus: hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos: ingens certè cunctis adhibenda cura & studium est. Nam si præceptorũ Christi consummationem dilectio fratrum operatur: quomodo non erit huic uirtuti summopere incũbendũ, quæ cæterarum omnium origo & caput est? Hæc enim fratrum dilectio alterum immediate locum post Dei dilectionem obtinet. Nempe in illo uniuersa erga Deum pietas breuiter concluditur: Diliges proximum tuum sicut teipsum.

CAP.



CAP. XXIII.

VOs amici mei estis, si feceritis quę ego præcipio uobis. Iam non dicam uos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius: uos autẽ dixi amicos, quia omnia quęcunq; audiui à patre meo, nota feci uobis.) Amicitiam suam futuris opponit periculis, ut eius magnitudine atq; gloria nihil penitus pericula uideãtur. Dulces enim admodum labores sunt, quũ merces copiosa proponitur. Quid autem maius, quid clarius, quam Christi amicum & esse & appellari? Excedit hæc certe dignitas naturæ humanę terminos. Omnia
Psal.118. enim seruiunt creatori, ut ait Psalmista: nec quic quam est quod iugo seruitutis eius non subijciat. Quod quum ita sit, ad supernaturalem gloriã seruantes mandata sua dominus redigit, nõ seruos, sed amicos appellãs, & ut amicos in omnibus tractans. Magna & splendida ista præmia sunt. Sed illud nõ ab re dixerim. Sed enim amicitia filij, qui serui natura sunt, ad liberam amicorum dignitatẽ perducit, quomodo ipse ut creatura seruus erit, ut quidam ex imperitia dicunt? An alijs poterit libertatem largiri, eius ipse natura expers? Minime. Sed sanctis quidem apostolis, cæterisq; fideli bus, qui ad amicitiam suam ascendũt, extrinsecus honoris gratia libertatis accedit dignitas: ipse uerò natura liber est: quod enim aduentitium est, ab insito & naturali distinguitur. Libertas uerò nostra quum aduẽticia sit per gratiam habita, alia est certe ab eius libertate. Sed immorari in hoc loco paululũ iuuat. Dicimus igitur, legali iustícia multo antiquiorẽ illam esse, quæ per fidem Christi habetur: & adhęc addimus, quia credentibus & obsequentibus Christo, diuinorum reuelatur mysteriorum cognitio, & consiliũ patris à filio, qui probe illud nouit exponitur, incredulis autem minime. Hæc autoritate scripturæ nobis cõfirmanda
Gen.15. sunt. Scribitur ergo in Genesi, credidisse Abrahã illum Deo, & computatam ei fuisse fidem ad iustiçiam, amicumq; dei hac de causa uocatum. Quo modo autẽ amicus dei credens appellatus est? Dictum ei fuit: Exeas de terra cognationeq; tua, &
Gen.12. ueni in terrã, quam ego monstrabo tibi. Quumq;
Gen.22. filium suum in figuram immolare Christi iubebatur, tunc intẽtionem dei abditam docebatur. Vnde Christus ad Iudæos de ipso dicebat: Abrahã
Ioan.8. pater uester exultauit ut uideret diem meũ, & uidit, & gauisus est. Obedientia ergo & immolatio ne amicitiam dei consecutus est, et cõsilium eius in nouissimis temporibus futurũ cognouit. Sed cõsidera quæso, quomodo similia fiunt in ijs, qui ad amicitiam Christi conscendunt. Audiuerũt & ipsi, exeatis de terra uestra: quod quàm libẽter fecerint, Paulum audi: Non enim habemus hic ciui
Hebr.13. tatem stabilem, sed futuram inquirimus, cuius artifex & conditor est deus. Peregrini enim, & aduenæ sunt in terris, qui ciuitatis dei ciues esse cupiunt, quam saluator monstrauit, dicẽs: Vadam,
Ioan.14. & præparabo uobis locum: quum autem uenero, accipiã uos mecũ, ut ubi ego sum, ibi & uos sitis. Sed à cognatione quoq; sua exire sibi dictum est.

A Vbi hoc scribitur? Christum audi: Qui diligit patrem aut matrẽ super me, non est me dignus. Nec Matth.10.
ambiget unquam aliquis præpositũ omni cognationi carnali Christum à discipulis fuisse, & nunc quoq; præponi ab omnibus qui diligunt eum. Et
Gen.22. beatus quidem Abraham propriũ filium in odorem suauitatis deo adducere iubebaſ: fideles autem, nõ alios, sed seipsos. Exhibeatis enim, inquit
Rom.12. Paulus, corpora uestra hostiam uiuentem, sanctã, deo placentem, rationabile obsequium uestrum. Sed Christi quoq; mysterium etiam isti cognouerunt. Non em ignorant futura, sed certiores sunt, quia laborum præmia, & mercedem pro pietate Christi suscipient: iusti ergo sunt, et amici dei non aliter quàm Abraham. Antiquior autem nimirũ euangelica disciplina quam legalis est. Per fidem enim & amicitiam Dei consistit, quæ priscis temporibus in Abrahã figurata, à figura modò ad ueritatem peruenit: in discipulis primum consummata, qui acquisitionis populi origo fuerũt. Quẽ
1.Pet.2. quidem populum, gentem sanctam, regale sacerdotium scriptura solet appellare. Quapropter ad Iudæorum matrem, id est ad synagogam Psalmistæ uerbis dicitur: Pro patribus tuis nati sunt tibi
Psal.44. filij. Nam etsi filij Iudæorũ discipuli fuerint, & legi Mosaicę dediti, patres tamẽ facti sunt, ac Abrahæ locũ obtinuerunt, spiritualium Iudæorum origo constituti, principesq; totius orbis ordinati euangelium Christi prædicãres, & ipsum Christũ mystice immolantes: ut in figura Christi Abrahã filium suum. Hæc dicimus, non quia minorẽ gloria Abraham illum uelimus ostendere, sed ut quę nobis in his temporibus per Christum dispensata sunt, in illo figuris et obũbrata fuisse ostẽdamus, utq; amicitiam dei, libertati quæ per fidem est hærere probemus. Hæc nos diuinus Paulus docuit,
Rom.4. qui Iudæis persuadebat antiquiorem esse fidem iustícia legali. Nam cùm de circuncisione uerba faceret, ideò Abrahæ datã fuisse asserit, ut signum eius fidei esset, quam in præputio Abrahã habuit. Quod si præputium ante legem fuit, si fides cum præputio fuit, circũcisio post legem gloriam fidei non habuit: si Abraham deniq; in præputio credidit, quomodo disciplina legali iustícia fidei nõ erit antiquior? quæ per amicitiam dei iustificat homines, atq; liberat, sicuti Abrahã fuit iustificatus.
D Sic enim pater multarum gentium, non secundũ Gen.17.
carnem, sed ex repromissione esse cõperitur. Hęc apte crediderim dicta, quia dominus dixit: Non dico uos seruos, sed amicos: quia quæcunq; audiui à patre meo, nunciaui uobis.

CAP. XXIIII.

NOn uos me elegistis, sed ego elegi uos: & posui uos, ut eatis, & fructũ afferatis, & fructus uester maneat, ut quæcũq; petieritis patrem in nomine meo, det uobis.) Nec duro admodum sermone discipulos onerat, ne imbecillitate humani animi demergantur, nec læto nimiũ effundi permittit. morbus enim etiã hic est, & non est tenẽdus: sed mediocritatem ex utrisque commixtam tenẽs, ad cognitionem optimæ disciplinę in-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ducit. Quum igitur consolatus dolentes fuerit, & charitatis uicissitudinem necessariam eis ostenderit, hortatur iterum atq; iterum, ut omni cura reducere ad pietatem homines studeāt: ac huius rei exemplū seipsum proponit, dicens: Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Ac si diceret: Quū imitari me debeatis ô discipuli, q̄ ipse in uobis feci, ea in aliis faciunda uobis sunt. Ego elegi uos, nō uos me: ego me notum uobis ignorantibus feci, humanitate clementiaq; cōmotus. Ego uos adeò roborauí, ut procedere progrediq; ad tantam cū deo fiduciā possitis, ut quodcunq; petieritis in nomine meo, uobis cōcedatur. Quare non debetis uos, qui mei discipuli estis, sedētes expectare, ut ultro ad fidē homines ueniant. Sed errantibus manus porrigenda, & audire nolētibus salutaris sermo a uobis est prædicandus, etiā si uos acerbissime persequātur. Sic enim tandē ipsi quoq; uos imitati, ac ad meliora progressi, immarcesibilem ædent fructū: & quodcunq; petierint in nomine meo, cōsequentur. Talē igitur (ut breuiter repetamus) dilectionē habere persuadet, & ita diligentes ad reducēdos in fidē cęteros esse, qualē ipse in nobis ostēdit. Quod aūt a Christo discipuli electi fuerint, omnibus apertissimū est. Hunc huius loci sensum esse, à sequentibus etiam perdiscemus.

CAP. XXV.

HAec mādo uobis, ut diligatis inuicē.) Quis unq; ambiget, supremæ dilectionis esse, omni studio atq; opera ad cognitionē ueritatis, et ob sequiū dei errātes homines cōuocare? hoc Paulo faciebat: Pro Christo, inqt, legatione fungimur, tanq; deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. Petrus quoq; ad Iudęos dicit: Et nūc frares scio, quia per ignorantiā fecistis, sicut & principes uestri: pœnitentiā igit agite, & baptizentī singuli uestrū in nomine domini nostri Iesu Christi. Vides quomodo doctrinā nolentibus afferūt. Sed uideamus quid significet, ut eatis, & fructū afferatis, & fructus uester maneat. Fructū igitur arbitror esse manentē, non legalis, sed euāgelicæ disciplinę iusticiā. Antiquata enim illa, nihil perfecit. Pro ea uerò noua iam floret, & uerū ac permanentē fructū producit. Quare non iniuria Paulus legalis se iusticię iacturā dicit fecisse, ut Christū lucrifaceret: id est, ut in Christo fide adhærēs, iusticiam & euangelicū fructū produceret, q animā hominis cumulata pietate perficiēs, perpetuus est. Per nullam enim aliam disciplinā Euangelica prędicatio antiquabitur, sicut Mosaica per euangeliū antiquata est: sed saluatoris sermo durabit in seculum, ut ipse dicit: Cœlū et terra transibit, uerba autem mea non transient.

a.Cor. 5.
Actor. 3.
Philip. 3.
Lucæ 21.

CAP. XXVI.

SI mundus uos odit, scitote quia me priorē uobis odio habuit.) Mirabili quodam atq; diuino in conformandis firmandisq; animis utitur artificio. Nam quemadmodum periti medici futuris nonnunquam remediorū præparatione morbis se opponunt: sic ipse discipulorum, ac omnino fidelium animos nō à præsentibus solum libe-

rat, uerumetiam à futuris malis doctrina & mandatis suis præseruat. Nam quoniam non ciuitatis aut regionis unius, sed totius orbis terrarum doctores futuri erant, ad euangelicam uitam homines traducentes, quos ubiq; omnes quasi euāgelij legem ac regulam imitaturi erant: necessario nullam curam sibi faciundā esse monet, ne à mundo, id est ab hominibus uoluptati impietatiq; deditis, odio habeātur. Sed num, dicet quispiam, ad acquirenda odia hęc oratio nos hortatur: Nequaquam. Non enim simpliciter, sed pro salutari doctrina contemnendum esse odium dicit. Quod autem bene cōsulentibus atq; docentibus improborum odium imminear, atq; ideò corroborandi apostoli fuerant, facile perspicies, si naturam huius rei considerabis. Solent enim, qui mundanis sordibus inhærent, ut licentius uoluptates suas persequātur, ad probitatem reducentes acerbius inuadere. Nam & Iudæi, legis literæ toto animo affixi, reuocantes ad spiritū hostes ducunt, & gentes à cultu creaturarum abduci propter consuetudinem, iniquo animo ferunt. Quæ cum ita se haberent, futurum erat ut tam à Iudæis, quàm à gentibus odio discipuli haberentur. Quare monēdi fuerunt, ne molestum id putantes, aut morem unicuiq; gerere studentes, prædicādi libertatem amitterent. Monendi enim sunt homines propter characterem, hortandiq; ut ad ueritatē conuertātur, etiā si hac de causa odio nos persecuturi sint. Vnde Paulus de seipso dicebat: Si placere hominibus uellem, Christi seruus non essem. Et ad Corinthios: Si enim ego uos cōtristo, et quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? Paret ergo nō prodesse, sed adulari auditoribus eum, qui non ad utilitatem, sed ad uoluptatem loquitur. Qui uerò saluatoris doctrinā sequitur, saluatori solummodo gratus esse studebit: & odio haberi à uitiosis hominibus, spiritales diuitias nec paruas arbitrabitur. Quum ergo, inquit, mundi odium uobis opponitur, quum salutaria uerba multitudo nō feret, non turbabimini, si mūdi honores penitus cōtemnetis, si hoc mihi ipsi (qui & dominus & magister sum) accidisse memoria tenebitis. Quod autem Christus odio fuerit mundo, uerbis non eget: sed ipse quoq; ait, Non potest mundus odisse uos: me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de ipso, q̄d opera eius mala sunt. Exemplum igitur etiam in hoc seipsum præbuit. Alibi quoq; ait: Beati estis, quū male dixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersus uos, mentiētes propter me: gaudete in illa die & exultate, quoniā merces uestra copiosa est in cœlis. Sic enim etiā prophetas multo ante uos persecuti sunt.

Ioan. 15.
Matth. 5.

CAP. XXVII.

SI de mūdo essetis, mūdus quod suum est, diligeret: quia uerò de mundo non estis, sed ego elegi uos de mūdo, propterea odit uos mundus.) Facile, imò uerò iucundum esse ostendit, quod natura sui molestissimum est. Quid enim acerbius, & plerunque damnosius, quàm odio haberi?



beri? suaue tamen id efficitur propter deum. Et quando gratia pietatis accidit, argumento est nō inhiare in rebus caducis eū, qui odio habetur. Vt enim corporum, ita morum cognatio quædam est, quorum similitudo longe sanguinis uincit cognationes. Omne nanque animal simile sibi diligit, ut scribitur: & simili sibi homini homo adhæret. Sic sanctus cum sancto, & peruersus cum peruerso iucunde conuersantur. Idcirco longe à sancto prophanum distinguitur, & mores probi conuersatione improba peruertuntur. Alterutri enim suis inhærentes studijs, mores alterius accusant. Quas ob res necesse est ut studiosus (qui uiuendi probitate turpitudinem improborum collatione morum denudat) minime à uitiosis diligatur: unde non dolendum, sed gaudendum potius nobis esse Christus asserit. Nam etsi detrimētum in rebus caducis multorum odium afferat, maximo tamē apud deum est emolumento: imò uerò uelut qui odio habetur à mundo, extra mundum est: sic qui à mundo diligitur, malis mundi subijcitur. Efficitur autem à Christo his uerbis, ut libere & absque odij formidine discipuli prædicatione utantur, quum nihil dilectioni dei præponendum esse doceantur. Non quæro placere hominibus, Paulus ait: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Non enim possunt, qui prauitatem eligunt, deo placere. Quare qui deo seruire uult, ab eo mundum offendi necesse est, maxime quum à sordibus mundi alios reuocare conetur: quod sic amarum est uoluptuosis, quem admodum morbo affectis corporibus, quæ utilissima remedia sunt, acerbissima uidentur.

Beda.
Gal. 1.
Hieron. 20.

CAP. XXVIII.

MEmētote sermonis, quem ego dixi uobis. Nō est seruus maior domino suo: si me persecuti sunt, & uos persequentur: si sermonem meum seruarunt, & uestrum seruabunt.)

Quum etiam odio haberi propter deum & euangelicam prædicationem, bonum atq; iucundum esse ostēderit: modò quod ex odio sequitur exemplo sui breuiter mitigat. Paratos enim esse iubet ad ferendas persecutiones, quibus increduli eos uexaturi erant. Prędicit autem hæc, & exemplo sui animos roborat, ne maiora desiderantes confundantur: sed quasi necessariò domini uestigia sequentes, nihil plus appetant. Futuras autem omnino persequutiones ideò ostendit, quia non esse maiorem seruum domino suo confirmat. Vidistis igitur, inquit, atq; audistis quomodo me persecuti sunt, quomodo furiosa, infreniq; oratione dæmoniacum, temulentum, Samaritanū, cæteraq; huiusmodi me uocabant & uocant. Sed nunquam ego uices reddidi, nec salubri sermone illos alloqui desiui. Quare nec uobis aliter in persecutionibus faciundum est, nec maior quę dam conditio quærenda. Ita eos superiores omni odio, & omni persecutione reddit. Hæc Hieremias exercitatus uidit. Vires enim meæ, inquit, defecerunt me in maledicentibus mihi. Et Paulus similiter: Maledicti benedicimus, inquit, persecutionē patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus. Et certe magni animi atque probi est, clementer omnia ferre. Nam qui nullam patiūtur iniuriam, pusillanimes sunt, & huius mundi glorię cupidi. Humilem enim contumelia non mordet, & contemptorem mundanæ gloriæ uituperatio non offendit. Quare non iniuria, super omnem inanem gloriam mentes apostolorum euehere studet, ut uestigia sua sequentes, dilectionem fratrum non deserant, & semper errantes reducere studeant. Si me, inquit, persequuti sunt, & uos persequentur. Iuncta hæc superioribus sunt. Iucūdas enim potius persecutiones illis facit, recordantibus non aliter dominum suum persecutionibus exagitatum fuisse. Si ergo creator omnium, qui omnia nutu possum, non refrenauí persequentium impetum, inquit: sed permisi ut liberè unusquisque uoluntatem suam sequerentur: nónne quādo uos persequuntur, ad imitationem meam ferendum est? Ita certè. Nam similia pati debetis, si regnare mecū desideratis. Quū uerò tertium quoddam addat: Si sermonem meum seruarunt, & uestrum seruabūt: æquo animo esse monet, quando sermo docentis cōtemnitur. Putaret enim quispiam amissum esse prædicationis laborem, si auditoribus non persuasit, quod ita non est. Nam qui probe consuluit, & consulere non desinit, fecit quod potuit, & præmio non carebit. Credere autem, aut nō credere, non in ipso, sed in audientium uoluntate positum est. Non ergo in seminādo uerbo dei desperare debemus: sed quę nobis possibilia non sunt, diuinæ maiestati relinquenda sunt. Quod probe figura talentorum didicimus. Alius enim quinque, alius duo acceperunt, alius unum: qui mercaturæ, commutationiq; dare operam rentiens, in terram domini sui pecuniam obruit, & idcirco audiuit: Nequā serue ac piger, oportuit te numularijs talentum meum commendare, & ego ueniens cum usura exegissem. Et certe quemadmodum qui agrum colunt, terram aratro scindunt, semina deponūt, nihil quod suum est non faciunt: dei autem gratiæ relinquunt, ut inde fructus ueniat: sic prædicātibus uerbum dei diligenter seminandum est: utrum autem fructus sequatur nec ne, quamuis operandum sit, diuinæ tamen gratiæ relinquendum, præsertim quum agri sterilitas, detrimentum agricolis afferat: prædicantes autem, laboris & propositi mercedem amissuri non sint. Quare quamuis etiam, inquit, sermo uester contemnatur, memores tamen quia meus etiam contemnitur, nolite maiorem uos gloriam quærere. Talibus apostolos muniuit saluator, quos doctores orbis constituit. Quæ omnia beatus quoque Paulus ad apostolatum à Christo missus, apprime seruauit: Vos, inquit, prudētes estis in Christo, nos autem fatui propter Christum: nos infirmi, uos autē fortes: nos ignobiles, uos nobiles: usq; in hāc horam esurimus & sitimus, & nudi sumus. Vides quomodo gloriā mūdi calcauerat propter Christum. robur etiā animi ostendens dicit: Quis nos sepa-

Matth. 25.
1. Cor. 4.
2. Cor. 4.
Rom. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca



rabit à charitate Christi? tribulatio an angustia, an
Philip. 3. fames, an nuditas, an periculū, an gladius? & alibi:
Gal. 4. eadē, inquit, dicere, nec mihi molestū & uobis tu-
tum. Et ad Galatas: Filioli quos iterum parturio,
quousq; Christus in uobis formet. Vides quū nō
admissus primū penitus sermo fuerat, quomodo
eadē reuoluere nequaq; eū pigebat: sed omnē la-
borē & dolorē ferebat, quousque Christus in eis
formaretur. CAP. XXIX.

SEd hæc omnia facient uobis propter nomen
meum, quia nesciunt eum qui misit me.) Nō
aliam ad persequendos apostolos, quam nomen
Christi futuram impijs causam asserit. Hoc enim
crimen & hæc culpa credentibus ab incredulis
datur: sed retributionis spe non incerta, magno
cuncta toleranda sunt animo, quæ propter Chri-
sti nomen nobis inferuntur: hoc enim solum, uel
auditu terribilia, iucunda credentibus reddit. Vn
Act. 5. de quum à Iudæis apostoli cæsi fuissent, exibant
(ut scribitur) gaudentes, quia pro nomine Iesu
Christi digni habiti sunt contumeliam pati. Idcir
co nobis quoque similiter consulebant: Nullus
1. Pet. 4. uestrūm, dicentes, quasi homicida, quasi fur, qua-
si malignus uexetur: si uerò ut Chaistianus, non
confundatur, sed deum hoc in nomine glorificet.
Suaue igitur nimium est periculū quod pro Chri
sto suscipitur, quando ex dilectione dei proce-
dit. Considerandum autem diligenter est, quo-
modo etiam hic in unam se naturam cum patre
constringens, ignorari patrem à persecutoribus,
C ait: Qui enim filium uituperat, filiū ignorat: & qui
filiū ignorat, is profecto patrē quoq; ignorat, pro
pter identitatē substantiæ. Et contra, qui nō igno
rat quid pater re ipsa sit, is filiū ignorare nō potest.
ignorari ergo à persecutoribus patrem, argumen
to est, quia in filium delinquūt. Verum quoniam
non dicit, patrem meum, sed eum qui misit me.
Duplicem persequtorum iniquitatem esse sub-
ostendit. Non enim solummodo eum ignorant
ex quo est, nec huius tantum impietatis damna-
buntur: sed ipsam quoque sapientiam & bonam
dei uoluntatem incusant. Nam quum Deus pro-
prium filium ad suscitandos lapsos, ad restituen-
dos corruptos, ad uitam mundo dandam miserit,
omnibus illis uiribus, huius dispensationis mini-
D stris opponere se non dubitarunt. Ita mittendi
uerbo, totum incarnationis mysterium significa-
uit. Qui autem eum qui misit ignorauit, simul &
deum ignorauit: & mittendi, id est incarnationis
contemnit mysterium.

CAP. XXX.

SI non uenissem & loquutus fuissem eis, pecca
tum non haberent: nunc autē excusationem
non habent de peccato suo.) Dupliciter intelli-
gendum hoc est: nam si ad gentes & Iudæos per-
tinere arbitrabimur, nisi omnibus dicemus euan-
gelica esset audita prædicatio, uiam iusticię atque
salutis unicuique ostendens, satis firma ratio for-
san ad deprecandum impijs hominibus ignoran-
tia esset. Verum quoniam ad uniuersos doctrinæ
huius fama peruenit: quæ ratio satisfactionis
A relinquitur, aut quibus rebus à placato iudice ue-
niā petemus, turpiter post ueritatis cognitionem
uiuentes? Sin uerò Iudeos solummodo respicere
sermo uidebitur, qui quamuis sæpius Christū au-
dissent, nihilo tamē meliores effecti sunt, hoc mo-
do intelligemus. Spement, ait, uestrā doctrinā, &
omnimodo uos cruciabūt, iniquo in uos odio in-
flāmati. Quippe qui nihil aliud crimini uobis da-
bunt, nisi quod me nimiū diligatis. In defensionē
uerò suę crudelitatis, Mosen & Mosis legē ulcisci
clamabūt. Quod si ego non uenissem, & meliora
perfectioraq;, quā Mosaica sint, docuissem: si mul
tis tam signis quàm uerbis non ostendissem, tem-
pus iam esse ut figuræ transeant & ueritas rutilet:
si hoc autoritate Mosis nō firmr assē: cui si credidis
sent, mihi quoq; credidissent, de quo ille scripsit:
si prophetarū testimonijs doctrinam & aduentū
meum non approbassem, haberent sanē causam
tam in me, quàm contra uos insurgere: sin uerò
nihil relictū est, sed omnia dicta factaq; sunt qui-
bus moneri debeant, nulla sibi tam manifesti pec
cati relinquitur excusatio. Hunc loco huic acco-
modari oportere sensum contenderim. Quū ue-
rò absq; uenia suos persequi & uexari ab illis di-
cat, mœrorem audientiū minuit: qui facilius iniu-
rias nonnunquam perferunt, quando certiores
sunt nō impune iniuriātes euasuros. Idcò dicitur:
Mihi uindicta, ego retribuam, dicit dominus. Be-
atus quoq; Paulus à pontifice quodā cæsus, hanc
habuit consolationē. Quid em dixit? Cędet re de
us mure dealbate. Humanæ igitur imbecillitatis
hæc etiā cura est, ut credas nō uitaturos supplicia
iniuriantes. Sed humana pusillanimitate præstan-
or dominus, qui cū maledicereť, nō maledicebat:
quū patereť, nō cōminabatur: & cæsus nō mina-
tus quidē fuit cædēti, sed clementer admodū atq;
māsuete: Si male, inquit, locutus sum, testimonū
perhibe de malo: sin aūt bene, cur me cædis? Ve-
ra igit prophetæ oratio est: Quis in nubibus æ-
quabit domino, aut quis domino similis erit in fi-
lijs dei? CAP. XXXI.

QVi me oderit, & patrem meum odit.) Im-
pietatis crimen odio habentibus eum, inu
rit. Non enim possunt in patrem non delinquere,
qui filium odisse comperiuntur. Et quem admo-
dum qui solis radios floccipendunt, solem ipsum
omnino uituperant: & qui odorem floris aspe-
nantur, florē ipsum cōtemnūt: eodem modo qui
unigenitum despicit, genitorē eius non suscipit.
non enim possibile est, non est inquam possibile,
si germē uituperas, illud abs te laudari ex quo ger
men est. Idcirco Christus Iudeis dicebat, non pos
se arborem bonam prauos fructus facere, nec cō-
trà. Aut igitur arborem & fructum eius malum
putate, aut contra. Quod enim de altero dicitur,
de utroq; dicēdum est. Nā quæ identitate naturæ
uniūtur, eadem laude aut uituperatione afficiun-
tur. Propterea, inquit, qui me oderit, odit & pa-
trem meum. Ita certiores nos facit, idem se natu-
ra esse cum patre. Vehemēterq; terret attentè au-
dientes, quū ostendat delinquentes in eū, nec eos
adorantes,



adorātes, in ipsam patris personā delinquere, qui A
nullo modo patitur filiū suum secum non adora-
ri. Hac etiā re confirmatiores fieri discipulos quis
non uiderit? Sed ad hæc illud quoq; etiā sublime
subapparet, quod modò dicā. Tanta mentis insa-
nia nonnulli tenebantur, ut putarent, si saluatori
resisterent, legis conditorē deū non paruo affice-
re gaudio. Nam Mosaicam literā defendentes di-
ligi à patre opinabantur. Hunc igitur illorum tu-
morem deprimit, orbē terrarū per apostolos do-
cens, contemptum filij in ipsam deitatis naturam
ascendere. Non aūt qui Christum tantummodo
contemnit, deum contemnit, uerumetiā qui præ-
dicantes Euangelium negligit. Impius ergo ille
quoq; inuenitur, & delictum suum in ipsum deū B
ascendit, qui discipulis Christi ueritatem prædicā-
tibus aduersatur. Non enim seipsos, sed deum ue
rum & dominum nostrum Iesum Christum ma-
gna cura & studio prædicant.

CAP. XXXII.

SI opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fe
cit, peccatum non haberēt: nunc autem & ui
derunt, & oderunt & me & patrem meum.) Nul-
lam satisfactionis rationem, nullam ueniam relin
qui Iudeis, per hæc etiam demonstrat. Nihil enim
prætermissum fuit, quo possent ad fidem adduci:
nam & uerbis monuit, & miraculis (quæ nullus
unquam sanctorum tanta fecit) cum potestate ad
fidem trahebat: illi autem tantum à diligendo
eum aberant, ut etiam odio persequerētur. Quo-
modo igitur acerba supplicia eis non imminent?
Melius sanè illis esset, si neq; doctrinam eius au-
dissent, nec tam miranda signa uidissent: fortassis
enim hac de causa uerisimilem quandam excusa-
tionem inuenissent. Nunc autem quid dicent?
qui nec prophetarū prædicatione, nec Christi do
ctrina uel miraculis persuasi sunt: quodq; peius
est, tam filium, quàm patrem odisse inueniuntur.
Nam quum doctrinam patris per filium eis pro-
positam non receperint, & miraculis quæ non ab
alio, quàm à deo fieri poterāt aperte detraxerint:
nonne aduersus naturam dei fecisse comperiun-
tur? Ingratitudinis ergo magno crimine puniun-
tur, saluatoris prædicationem spernentes, & præ-
ciara facinora, quæ à patre per filium gerebān-
tur, non admirantes. Adimpletus igitur sermo le-
gis eorum est. Scribitur enim, quia oderunt me
gratis. Et in Psalmis: Iniusto me, inquit, odio ode-
runt. Quam enim causam odij habuerunt, nun-
quam dicere quispiam poterit. Quid enim odio
dignum fecit? ab interitu eripuit, a diaboli tyran-
nide liberauit, peccati uires extinxit, à seruitute
humanum genus ad adoptionem filiorum dei ad
duxit, spiritus sancti participes homines effecit,
cœlū nobis in domicilium largitus est. Quomo-
do ergo non dico odio non habēdus, sed iugi ab
hominibus oratione laudandus non est? Sed ni-
hil horum mouere Iudæos potest: gratis enim o-
derunt, quem admirari & amare summopere de-
bent. Quam ingratitudinem eorū, quamuis do-
minus præuiderit, ac per prophetas futuram præ
dixerit, clementia tamē sua usus, omni pacto illis
cōsuluit. Discunt igitur etiā hinc discipuli clemē-
ter tractare iniuriantes exēplo Christi, in quo pri-
mo oīe bonū est, deinde ad nos ex eo deriuatur.

CAP. XXXIII.

QVum autem uenerit paracletus, quē ego
mittam uobis à patre, spiritum ueritatis
qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit
de me: & uos testimonium perhibete, quia mecū
ab initio estis.) Quum odio tam se quam patrem
ab impietate Iudæorum gratis haberi dixerit, spi-
ritus modò sancti mentionem facit, ut & perso-
narum trinitatem sermo adimpleat, & spiritus
una cum patre ac filio negligi doceatur. Ita Iudæ-
orum delictum in naturam deitatis simpliciter a-
scendit. Quid enim tibi uoluisti ô Iudæe, quispi-
am dicet? opera uidisti à Christo geri quæ nullus
alius fecit, ut & ipse dicit, & res docuit: deinde
tu Mosen (qui minister, non autor miraculorum
fuit) laudibus in cœlum effers, & tantorum au-
torem miraculorum paruipendere non erube-
scis, præsertim scriptis Mosi prænunciatum. Spi-
ritus igitur mentionem fecit, in dignitate patris
& sua eum collocans, & uerum esse ostendens
diligi patrem non posse ab eo, qui filium oderit.
Quomodo autem, attende quæso diligenter.
Nam quum spiritum ueritatis, id est suum (ipse e-
nim ueritas est) paracletum appellauerit, ex pa-
tre ipsum procedere ait. Nam sicut filij spiritus est NOTA.
naturaliter in ipso manens, & per ipsum proce-
dēs: sic certe patris quoq; spiritus est. Quibus au-
tem spiritus communis est, ij profecto substantia
liter disseparari non possunt. Nemo enim impi-
orum nos ad ea quæ intelligere nephas est, uer-
bis suis impellere conetur. Nemo, inquam, spi-
ritum patris per filium ut per ministrum mitti ad
creaturas credat. Nam etiam id nonnulli dicere
ausi sunt. Credere nanq; debemus, quoniam spi-
ritus sic proprius filij est, sicut sanè ipsius quoque
dei patris: idcirco ad sanctificationem suorum di-
scipulorum ab eo mitti. Si uerò non erubescunt
ministrum mittendi spiritus à patre filium dicere,
non erit incongruum ad eos dicere: fatui ac cæci,
non sentitis ad quęnam præcipitia ruitis, unigeni
ti gloriam minuentes, & friuolas rationes per im
peritiam excogitantes? Si enim ut minister, spiri-
tum à patre filius largitur: quomodo non erit ne-
cesse alienum à substantia filij spiritum confiteri?
Nam si ex patre, id est ex substātia patris, spiritus
secūdum uos procedit, & filius ab eo alienus est,
quia minister: superior natura filio spiritus uidebi
tur. Quid igitur respondebimus, quū filius clare
dicat: ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & Ioan. 16.
annunciabit uobis? Præterea si ministerio filij pa
tris, & non filij spiritus mittitur: quum spiritus na
tura sanctus sit, non secundum naturam, sed par-
ticipatione uti nos, filius sanctus erit. Dicunt enim
ex imperitia impij, alienum esse à patris substātia
filium, ex qua spiritus procedit, qui per eū præbe-
tur. Possibile igitur erit, si proprius filius spiritus
non est, sed forinsecus etiā ipse sicut creatura san-
ctificatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca



ctificatur, hanc eum sanctificationem amittere. Quod enim exterius acquiritur, quomodo abesse non poterit? Sed quis hanc peruersitatem dogmatum non effugiet: Nos ergo quibus ueritas & ecclesię dogmata sequenda sunt, omnibus his cõtemptis, sanctorum patrum sequamur fidem, & spiritum sanctum proprium filij non extrinsecus aduenientem, neque aduentitium in ipso, sicut in ijs qui sanctitatis susceptibiles sunt, & ex nihilo producti, sed consubstantialem ei (sicut certe ipsi etiam patri) confiteamur. Hoc enim modo non in multorum fabulas deorum ueritas Ecclesiastici dogmatis excidet, sed in unã rationem deitatis trinitas constringetur. Identitatem ergo substantiæ filij ac patris ostendẽs, quum ueritatis spiritum dixerit, à patre illum procedere asseruit: ita Christi hostem, dei esse hostẽ comprobauit. Qui enim in filium insultat, illum non ueneratur unde filius est. Quando igitur uenerit paracletus, ait spiritus ueritatis, id est meus, qui ex patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Quomodo autem perhibebit? magna in uobis & per uos miracula faciens, diuinæ meæ potestatis atq; uirtutis testis erit grauissimus. Spiritus enim meus est, qui operabitur in uobis: sed sicut meus est, sic & dei patris. Necesse autem est intelligere, omnes etiam qui in persona Christi (in quo habitauit corporaliter plenitudo deitatis, secundũ Paulum) miracula per spiritum ad probationem fidei fecerunt, non minus iniurijs contemptu prædicationis afflici. Sed ad testificationẽ spiritus, ait: Vos quoque qui mecum semper fuistis, & signa oculis uestris uidistis, testimonium perhibete.

Coloss. 2.

CAP. XXXIIII.

Caput Ioannis xvi.

HAec locutus sum uobis, ut non scandalizemini.) Iudæorum superbiam discipulis saluator exponens, pleraq; siluit. Poterat enim aperte ad tantam illos impietatem uenturos dicere, ut auribus penitus obstructis, nec quamuis duplici testimonio, diuino scilicet atque humano ueritas cõprobetur, uelint attẽdere. Sed etsi lexclamet, in uoce duorum aut trium testium stare oportere: resilient tamen, atq; deridebunt. Sed hæc particularius dicere omisit, ne in desperationem discipuli caderent, & tam se quàm paracletum contemptum iri audientes, nec minus patrem simul ac filium, quamuis multa mirabiliter per spiritũ agant, frustra se laboraturos putarent, & silentium prædicationi præponerent. Particularioribus igitur silentio traditis, ad ea orationem cõuertit, quæ animos eorum poterant roborare. Nam quod nõ expectatum, præter opinionem subitò irruit, magnos etiam plerunq; animos turbat: quod autem præuidimus, quamuis grauius inferatur, leuius tamen propter præmeditationem uidetur. Sed illud puto etiam significari occultius. Si enim, inquit, uobis testibus, tot tantaq; mirabilia feci, si paracletus quoque in uobis similia faciet, nec tamen Iudæi ad meliora reducentur: nolite conturbari si oratiõe uestra cõuertere illos nõ poteritis, sed mementote ubiq; sermonis mei, nõ esse discipulum super magistrũ, sed nec seruũ domino suo maiorem.

Deut. 19.

CAP. XXXV.

ABiq; synagogis facient uos. Sed uenit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequium se præstare deo.) Summum periculorum omnium prædixit: non ut formidine ad ignauiam discipulorum reduceret animos (alienum enim hoc est ab eo, qui ad liberam prædicationem audientes hortabatur) sed ut maximus mortis pauor (quoniam præsciretur) contemptus, fortiores ad subeunda pericula redderet. Nam qui mortis contemnunt, ij quomodo minora timebunt? Vt ergo ad ferenda omnia paratiores sint, nec præsentem corporis interitum timeant, minoribus prætermissis, ad tantam crudelitatem Iudæos deuenturos prænunciat, ut gratos se deo cædem illorum fieri arbitrentur. Quod autem etiam à synagoga diligentes Christum ejiciebantur, Euangelista docuit, dicens multos ex principibus credidisse Christum: sed pharisæorum metu confessos non fuisse, ne à synagoga pellerentur. Etrursus: Iam enim sanxerunt scribæ ac pharisæi, ait, ut si quis ipsum Christum esse confiteretur, à synagoga detruderetur. Sed non hæc, inquit, aduersus uos solummodo facient, uerum etiam ad tantum atrocitatis prorumpent, ut sacrificij uim in cæde uestra positam putent: quod duobus, Stephano dico atque Paulo uerum fuisse satis erit ostendere. Stephanum enim lapidibus, quasi quippiam deo gratum peragerent, temerario feruore interfecerunt: Paulum autem frendentes dentibus persequebantur, adeò ut nonnulli iurauerint nõ prius comedere atq; bibere, quàm eum interimerent: sic em̃ in Actibus legimus. Vtilis ergo hæc prædictio fuit, formidinem malorum extenuans, & ad fortitudinẽ discipulos roborans. Magnitudo enim timoris periculorum, quũ præsciamus, mirum quendam in modum imminuitur.

Ioan. 12.

Psal. 118.

Matth. 28.

CAP. XXXVI.

ETh æc facient uobis, quia non nouerunt patrem neque me.) Iudæorum zelum non fuisse per cognitionem (ut etiam Paulus dicebat) ostendit: nimium enim à recta uia errarunt, licet putarent Mosaicæ literæ defensione, legis largitorem deum lætari: idcirco enim in prædicatores Euangelij acerbe insurgebant. Sed nesciebant patrem nimium offendi, quando negligitur filius. Imò uerò quid pater sit, & quid filius qui ab eo natus est, penitus ignorabant. Vnde Moses quidem, qui legis minister fuit, ad astra laudibus extollebant: dominum uerò nostrũ Iesum Christum (qui patris ineffabile consilium interpretabatur, qui nihil à se facere, sed à patre mandatum accepisse quid dicat & quid loquatur affirmabat) turpissima morte occidere non dubitarunt: nec miracula patris, aut sensibilem uocem, qua desuper testificabatur dilectum sibi filium illum esse, ueriti illo modo fuerunt. Quare non est ambiguum, si quis dei uerbum prædicantes inuadit, eum in magna ignorantia sanctæ ac consubstantialis trinitatis cõuersari. Nullus enim naturã rerũ attentius



attentius examinans, unquã negabit cuncta per filiũ, qui consubstantialis patri est, ex uolũtate patris & dici & geri, & ut conglorificatio una est utriusq;, ita negligi alter non potest altero non contempto. Sed apostolorũ quoq; uexatio in eum ascẽdit, qui illos in apostolatus apicem euexit. Sic enim etiam ad Samuelem de filijs Israel dictũ esse didicimus: Non te, inquit, sed me contempserũt. Periculosum igitur nimium est, conuenientẽ honorem sanctis non attribuere, quum eorum contemptus in illum transeat à quo missi sunt.

1. Reg. 8.

CAP. XXXVII.

SEd hæc locutus sum uobis, ut cũ uenerit hora, eorũ reminiscamini, quia ego dixi uobis.) Non illa hac, ait, causa dixi, ut uigor uestræ mentis eneruaretur, & antequam pericula ueniãt, formidetis: sed primum ut recordati hæc à me uobis prædicta fuisse, magis admiremini, & in ipso tempore periculorũ certior ab euẽtu rerũ, stabiliorq; in me fides efficiatur. Quomodo enim deus naturã non est, qui futura ut præsentia nouit? Deinde, ut uentura pericula præmeditatione mollianatur, & mens diutina magis cogitatione formetur (acerba enim ualde repentina uideri solent, unde Psalmista quoq; dicebat: Paratus sum, & nõ sum turbatus) reminisci ergo iubet prædicta sibi omnia fuisse: ut etiã hinc uerũ esse deũ firmiter credant, ac facile posse à periculis per eum liberari non dubitent.

CAP. XXXVIII.

HAec autem uobis ab initio nõ dixi: quia uobiscum eram. Et nunc uado ad eum qui misit me, & nemo ex uobis interrogat me, quò uadis? Sed quia hæc locutus sum uobis, tristicia impleuit cor uestrum.) Alia quadam ratione perturbat animos nunc discipulorum confirmat. Nam quum longo tempore cum illo uixissent, & omni potentiam eius in multis perspexissent, dubitare non poterant omnia se pericula uirtute illius superaturos. Verum quoniam præter spem modò magnos sibi futuros audierunt dolores: ne turbati cogitent secum, & dicant: Fefellit ergo nos spes nostra, qui ad bona fuisse uocatos credidimus, & nunc calamitates ac ærumnæ imminere prædicũtur: necessario causam affert, quare ista sibi ab initio non exposuerit. Hæc non dixi, ait, quia uobiscum eram: sufficiebat quippe præsentia eius ab omni tentatione ipsos eripere. Verum quoniam nunc ad patrem uadit, opportune omnia illis explicauit. Antea uerò silẽtij tempus erat, quum nihil opus esset ut hæc cognoscerent. Quomodo igitur, diceret quispiam pollicitus est, cum eis se futurum usq; ad consummationem seculi: nunc autem prædictione futurorũ ideò illos munire ait, quia secum futurus non est? Nullus ambigit, quũ ad cœlos ascenderit, quamuis uirtute spiritus semper adfuerit, præsentia tamen carnis ipsum abfuisse. Quæ res magno mœrore corda discipulorum afficiebat, nec eum interrogant qua de causa ita faciet, intelligentes sic illum iam determinasse. Veniam igitur illis, quamuis non opportune tacerent, ultro concedit: interrogantes enim potuisset causam latius discere, quã ex re plurimũ utilitatis cõsequerent.

CAP. XXXIX.

SEd ego ueritatẽ dico uobis: expedit uobis ut ego uadam. Si enim nõ abiero, paracletus nõ uenietad uos: si autẽ abiero, mittam eum ad uos.)

Magno uos dolore, inquit, moueri sentio: quia ego abire omnino constitui. Nec id iniuria, præsertim quum magnas uobis futuras tentationes audieritis. Verum quoniam iucundis utilitas præponenda est, ueritatem uobis aperiam: expedit uobis, ut ego uadam. Sed turbari simpliciorum quispiam poterit. Nam si melius erat Christum abire, præsentia sua nonnihil obfuisse uidetur: cur ergo tanto, inquiet, tẽpore præsens fuit? Nos autem etsi omnia huiusmodi cognitioni saluatoris meritò relinquimus, uideri tamẽ aliquid dici concedimus. Si quis tamen diligentius considerat, nullo modo turbabitur, recordatus tẽpus cuique rei commodum esse, & omnia esse bona in tempore suo. Aderat igitur dominus in hoc mundo corporaliter tempore opportuno. Et rursus, quando ut ille nouit oportebat, ad patrẽ corpore rediit. Nec omnino negamus non expedisse semper discipulis præsentiã Christi, nec quia præsentia sua utilis fuerat, recessus maximum commodum erat contemnendum, utrunque enim in tempore suo utilissime adhibebatur. Sed age ad utilitatem legentium, breuiter incarnationis unigeniti causam, & recessus sui ad patrem grandem utilitatem perstringamus. Homo igitur factus est, ut ab interitu, quem prisca maledictio intulerat nos liberaret: & quoniam nulla diuinæ naturæ ad peccandum inclinatio est, omnes nos per ipsam carnem assumpsit: in ipso enim omnes sumus, ea ratione qua homo est. Assumpsit igitur nos, ut terrena hæc umbra, id est carnis passiones & peccati legẽ, quæ in membra hominum irruperat, extingueret: & adhæc ut naturã nostrã sanctificaret, & dux ad pietatẽ, & optimæ disciplinæ uiuendi humano generi fieret: & hæc quidem homo factus effecit. Sed nõ solum uoluit ab interitu & peccato nos liberare, uerumetiam ad ipsos cœlos reducere, ac summi boni participes facere, in angelorum consortio numeratos. Et quemadmodum per resurrectionem suam mortem destruxit, sic coram ipso patre collocaret. Quæ recte intelligens Paulus dicit: Non enim in sancta manu facta Christus introiuit, nec in exemplaria uerorum: sed in ipsum cœlum, ut appareat uultui Dei pro nobis. Audis quia quum sit semper cum patre propter identitatem substantiæ: non pro seipso, sed pro nobis patri apparet. Ita quum ipse sit primitiæ generis nostri, quãdo in cœlum cum carne ascendit, coram patre (ut modo dixi) nos constituit. Et sicut, quamuis secũdum naturã uita sit, mortuus tamen propter nos fuit. Ita etsi patrem semper ipse uideat, ab eoq; uideatur: nũc tamen, id est, posteaq; homo factus est, apparuisse illi, non propter se, sed propter nos ut homo dicitur. Quasi ergo deficere hoc dispensationi uidebatur, ut in ipsos etiã cœlos ascenderemus, in

*Terrena hæc umbra carnis assumpta à Christo.*

Heb. 9.

Christo

Universidad de Deusto
Biblioteca



Christo primo ut in primitijs. Præcursor em̄ ille A
Luc.6. ascendit, ut Paulus dicit. Et sic, inquātum homo, pontifex & intercedēs pro nobis, et paracletus, et propiciatio pro peccatis nostris: inquātum uerò deus ac dominus natura, cum patre simul sedet.
Ephes.2. Quæ tamē gloria etiā ad nos transit secundū Paulum, qui de patre scribit: quia & corresuscitauit, et cōsedere fecit nos in cœlestibus in Christo, Quū omnia ergo quæ in terris, ut ab homine faciunda fuerūt perfecerit, restabat iam ut ad patrē ascenderet: idcirco ait, Expedit uobis ut ego uadā: nā nisi abiero, paracletus non ueniet ad uos. Opus enim erat participes nos naturæ suæ fieri, & in nouam inauditamq; uitā transformari, quod aliter, quàm participatione spiritus sancti fieri non poterat.
Commodissima uerò aduentus spiritus opportu B
nitas, post Christi ad cœlos reditum fuit. Oportebat autem spiritum uenire, ut illum habentes, li
Gal.4. bere clamemus: abba pater, & ad uirtutem redacti, tam aduersus diabolum, quàm aduersus persequutiones hominum fortes efficeremur. Quod autem præsentia spiritus ad nouam uitam omnes
1.Reg.10. in quibus habitat transformantur, non est difficile à scripturis ostendere. Dicit enim Samuel ad Saulem: Et insiliet in te spiritus domini, & cōuerteris in alium uirum. Et Paulus: Nos uerò, inquit,
2.Cor.3. omnes reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à domini spiritu. Vides quia ad aliam sicuti uult spiritus imaginē nos ut domini, reformat: nempe qui facile à terrenis C
ad cœlestia nostros transponit animos: quod in discipulis factum fuisse inueniemus. Per spiritum sanè ad eam fortitudinem ab humana ignauia reducti sunt, ut nec ulla pericula timerent, & Christo inseparabiliter inhærerent. Expediebat igitur uerè discipulis, ut saluator dicit, in cœlos ipsum abire. Tempus enim iam aduentus spiritus erat.

CAP. XL.

ET quum uenerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me: de iustitia uerò, quia ad patrem uado, & iam non uidebitis me: de iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.) Quum tempus esse ostenderit reditus sui ad patrem, & aduentus sancti spiri- D
tus, atque hoc pacto ingentem discipulorum mœstitiam mitigasset: ea modò breuiter enumerat, quæ per aduentū paracleti efficientur. Nam quū ille uenerit, arguet mundum, inquit, de peccato, & de iustitia, & de iudicio. Quæ singula, quanq; ab ipso absolutissime explicentur, tamen quia nō omnes assequi facile possent, quæ breuiter dicuntur, latius exponamus. Primum igitur de peccato, inquit, mūdus à spiritu arguetur. Nam quum in diligētibus Christum, ut in hominibus dignis atque fidelibus habitauerit, tunc, tunc inquam in fideles & uoluptatibus inuolutos homines ipsa re arguet, cōdemnabitq;, ut peccati reos, & in turpitudine sua morituros. Nam ut deus nullo pacto personas accipiet, sed in hominibus dignis tā tummodo habitabit, qui syncera fide filiū dei accipientes, creatorem omnium cōfessi sunt. Quod igitur Iudæis saluator dicebat: Nisi credatis, in peccato uestro moriemini. Hoc uerum esse reposa paracletus ostendet. Secundo, inquit, mundus de iustitia arguetur: quia uado ad patrem, & iam non uidebitis me. Credentes enim in Christum, ut iure iustificatos defendet, quia ut deum uerum susceperunt, quem non uiderunt, crediderunq; ipsum cū patre in cœlis consessum habere. Quod autem qui sic in Christum credunt, beati sint, ipse saluator his uerbis ad Thomam discipulum ostendit: Quia uidisti me, credidisti, ait. beati qui non uiderunt, & crediderunt. Iure igitur iustificantur qui ita credunt: à qua iustificatione mundus excidit, in turpitudine sua perfixus. Hæc non ad Iudæos tantum, sed generaliter ad omnes incredulos, & peccatores dicuntur. Mundi enim uocabulū omnes homines significat, tum uoluptatique turpitudini deditos denotare solet. Generaliter igitur ad omnes hæc duplex de peccato ac de iustitia redargutio pertinet. Non enim Iudæos solum ad salutem (etsi primum) sed totum humanum genus postea uocauit. Ita non in partem orbis, sed in uniuersam terram fidei bonū effusum est. Tertia redargutio, iusta condemnatio huius mundi principis est. Quomodo autem, modò narrabo. Testimonium enim perhibebit spiritus gloriæ Christi, quumq; demonstrauerit ipsum rerum omnium dominū esse, magni erroris crimine mundum arguet, qui uerum & natura deum omisit, et diabolum in creaturis adorauit, qui iam condemnatus cecidit, quod passus non esset, si uere Deus fuisset: nunc autem intantum abest, ne cultum ipsum posit defendere, ut sub pedibus etiam fidelium iaceat, qui eum tentantem & repugnantē calcant. Quando igitur impuri dæmones uirtute spiritus sancti per orationem credentium fugantur, quomodo non dicemus satanam iam condemnatum esse? Condemnatus enim est, quia nō potest iam sancto spiritu ad iusticiam & sanctificationē per fidem Christi signatos superare: ita omnes uires eius fidelium pedibus premuntur. Leonem, inquit, atq; draconem calcabitis. Quum igitur animis sanctorum per fidem spiritus habitauerit, tunc mundus peccati ab eo reus ostenditur. Expers ideò gratiæ suæ, quia saluatorem non recepit. Sed arguetur à spiritu mundus iterum, quia non iure, peccati crimine credentes accusat: qui quamuis Christum non uiderint, iustificantur tamen filium honorantes. Tale quid arbitror illis Paulum uerbis intellexisse: Quis accusabit aduersus electos dei? deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? obstruxit enim iniquitas os suū, ut Psalmista canit. Nec accusare potest eos, qui fidei iustitia gloriantur. Redarguet autem mundum etiam ut seductum, & in condemnato, ac omni gloria priuato spem habentem. Vilipendi enim certe debent à credentibus in deum uerum, qui creaturis inhærent. Principem autem huius seculi, nō quia ita uerè sit, aut quia natura dominandi dignitatem habeat, appellauit: sed quia per deceptionem atq; rapinam hanc gloriam habuit. Et nunc in errantibus propter turpem eorum uitam dominatur. Nam errore uincti effugere à captiuitate nequeunt: licet in potestate sua situm sit, per fidem Christi ad uerū deum uenire, ac diaboli uincula rumpere. Adulterinum igitur principatus nomen diabolo est, nō natura, sed errantium prauitate perdurans.



CAP. XLI.

ADhuc multa habeo uobis dicere, sed nō potestis portare modo: quum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Non enim loquetur à semetipso: sed quæcūq; audiet, loquetur: & quæ uentura sunt, annunciabit uobis.) Cupientes futurorum habere cogni- B
tionem iam uidens, non reprehendit, sed congruo tempore à paracleto id eos habituros pollicetur. Fortassis autem, quia imbecillos ad suscipienda maiora sine spiritu cognoscebat: nondū em̄
Ioan.7. (inquit Euāgelista) spiritus sanctus uenerat, quia Christus nondum fuit clarificatus: quia, inquam, imbecillos ad altiora uidebat, hæc dicit. Multa uero dicēda sibi restare profunda, & ultra q̄ humanus animus ferre posset affirmat. Quæ silētio, inquit, tra[illegible], quia nondū à spiritu meo reformati estis. Nam quando ab illo in alios uiros euadetis, quādo legales figuras illius patrocinio asperabimini, quādo spiritalis cultus pulchritudinē illius ope umbris anteponetis: tunc, tunc inquā, mysterij de me uim omnem cognoscetis. Hæc ar C
bitror per hunc locum intellígi oportere, quæ similitudine quadam alibi etiam saluator significa
Matth.9. uit, dicens: Nemo cōmittit commissuram panni rudis in ueste imentum uetus, neq; mittunt uinum nouū in ueteres utres, alioquí rumpuntur utres, & uinum effunditur: sed uinum nouum in utres nouos mittendum. Qui enim nondum noua uiuendi norma, nouaq; doctrina per spiritū reformati sunt, ijs prædicatio Euangelij recens, & mysterium trinitatis sublime tradendum non est. Iure igitur renouationi per spiritum futuræ, altiorū rerum interpretatio reseruatur. Quod autem ante resurrectionem saluatoris, & ante spiritus aduentum, Iudaicè discipuli uiuebant, facillimum
Matth.16. est probare. Beatus enim Petrus discipulorum D
omniū princeps, narranti quæ passurus erat saluatori resistebat clamans: Propitius tibi esto domine, ne fiat tibi hoc. Nec quāuis prophetę aperte omnia prædixerint, intelligere illa potuit. In
Act.10. Actibus etiam scribitur, quia quum famescēs gustare aliquid uellet, uas quoddam, uelut linteum magnum, quatuor initijs submitti de cœlo uidit, in quo uniuersa terrestria, aeria & aquatica uidebantur animalia esse: quumq; audisset uocem magnam dicentem: Immolato Petre atq; comedito. non dubitauit respōdere: Nequaquam domine: nunquam enim comedi omne commune, aut immundum. Iure igitur illi fuerat increpatum his uerbis, quod deus purificauit, tu cōmune ne dixeris.
Matth.15. Et certè oportebat eum recordari uerborum domini, dicentis, nō inquinari hominē ab eo, quod in os ingredit. Vides quia reformari lumine spiritus ad meliorem eos habitum oportebat. Idcirco quando per gratiam meliores facti fuerant, libere dicētes audimus. Nos uerò Christi mētem 1.Cor.7.
habemus, saluatoris mentem nullam rem aliam, quàm spiritum sanctum appellantes, qui quæ sci re opus erat, aperte reuelabat. Quādo uenret, inquit, ille spiritus ueritatis. Vide quàm exquisite singula conscribuntur. Quum enim prædixerit paracletum ad eos uenturum, spiritum ueritatis Ioan.14.
eum nominauit (ipse autē est ueritas) ut discipuli scirent non alienam se uirtutē missurum: idcirco alio quodā modo seipsum eis pollicetur, ueritatis spiritum, id est suum missurus. Non enim est
B alienus à substātia filij spiritus, sed ex ea naturaliter procedit, natura omnino idem, in persona uerò propria subsistens. Hic ergo ueritatis spiritus ad omnem uos ueritatem deducet. Nouit enim exacte ueritatē, cuius spiritus est, & eam non ex parte, sed integre reuelabit. Nam etsi ex parte in 1.Cor.13.
hac uita cognoscimus, ut ait Paulus, non manca tamen, sed integra ueritas in hac parua cognitione nobis refulsit. Vt igitur nullus scit quæ homi- 1.Cor.2.
nis sunt, nisi hominis spiritus qui est in eo: sic neq; quæ dei sunt, nisi spiritus qui est in eo. Quum autem uenerit, ait, nō loquetur à seipso quicquam: id est non aliam quàm ego docui disciplinam sequetur, nec alias leges feret: sed quū quasi mens mea sit, ea quæ mea sunt, reuelabit. Hæc à saluato
C re dicuntur, nō ut ministri locum habere spiritus uideatur, ut imperite à nonnullis prædicatur: sed ut eiusdem esse cum filio substantię confirmetur. Propterea præmisit: quia etiam uentura annunciabit uobis. ac si diceret: Id signum uobis sit, ex mea illum substantia esse, & mentem esse quasi meam, quia futura ut ego, uobis predicet. Quod facere minime posset, nisi in me esset: & quū per me procedat, eiusdem mecum substantiæ sit.

Decimi libri finis.

## COMMENTARIORVM CYRILLI in Ioannem liber Vndecimus.

CAP. I.



ILLE me clarificabit: quia de meo accipiet: & annunciabit uobis.) Quia mysteriū Christi reuelaturus dignis spiritus erat, ut scirent quis natura Christus est, & quanta sit uirtus eius atq; potestas, idcirco ait: quia ille me Ioan.8.
clarificabit. Ita parua de ipso terrestriaq; secundū Iudæos opinari nos non patitur. Illi enim hominem nudum parū prophetis maiorem, aut etiam minorem putabant. Varia enim, multaq; Iudæorum principes de ipso dicebant. Modò quidem, quis tu es? clamātes: Abraham & prophetæ mortui sunt, & tu dicere audes: Si quis sermonē meū seruabit, is mortem non uidebit? quem teipsum facis? Modò humilitatē generis eius exprobran Ioan.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca



tes, nónne hic est, dicebãt, Ioseph filius, cuius nos A
& patrem & matrem cognouimus? cur ergo dicit, quia de cœlo descendi? Perspicis Iudaicarum ratiocinationum miseriam. Sic igitur multis propter carnẽ domini affectis, quanta sit gloria mea, spiritus, inquit, meus docebit. Nec rationibus solummodo ueris persuadebit, sed demõstratione rerum animos eorum firmabit, quia deus sim, & fructus substantiæ dei patris. Quæ igitur demonstratio est, qua Christum clarificabit? cognitionẽ exquisitam totius mysterij in mẽte hominum faciens, clarificationem atq; gloriam illi acquirit.
Hcb.4. Facile nanq; diuina natura, quum uniuersa in oculis eius nuda apertaq; sint, absq; uerbis docere potest quos uult. Clarificatur igitur à paracleto, id est à proprio spiritu filius. Clarificatur autem: B
qui quum spiritus eius omnia scire, possitq; perspiciatur, quomodo nescire ipse quicquam, aut minus posse credẽ? & si de ipso accipit spiritus, qui omnia potest, quomodo ipse non erit omnipotens? Minime autem alicuius rei spiritus indiget naturaliter, ut accipere illi quod non habeat opus sit: hoc enim credere, impium est. Verum quoniam cõsubstantialis filio est, proceditq; per eum, omnem eius habẽs uirtutem: ideo ait, quia de meo accipiet. Subsistere nanq; per se spiritum
NOTA. credimus, & id esse uere quod dicitur. Verũ quũ insit in substantia Dei, & ex ea procedat, omnia quæ Dei sunt, in seipso naturaliter habet. Non enim participatione, aut habitudine, nec ut alius à substantia Dei: sed quemadmodum floris odor C
qualitatem eius naturalem olfactui offert, ita de Deo & de spiritu sancto intelliges, sublimiq; uim exempli accipiens: nihil igitur detrahitur spiritui, quum accipere à filio credatur. Nam quum per filium naturaliter procedat, ut proprius eius, quum omnibus quæ absolute habet accipere dicit, quæ ipsius sunt. Hæc si non ita significãtibus uerbis dicta sunt, conturbari non decet, imbecillitatis humanæ memores, quæ diuina hæc dicere ut oportet, nõ potest. Annunciabit ergo, inquit, uobis de meo accipiẽs, id est, nõ aliud quàm ego uelim, exponet. Quumq; spiritus meus sit, ea dicet quæ mea sunt.

CAP. II.

OMnia quecunq; habet pater, mea sunt: propterea dixi quia de meo accipiet, & annunciabit uobis.) Characterem rursus exactum atq; syncerum hypostaseos patris his se uerbis filius ostendit. Intelligere nanque facit, quia quum sit fructus substantiæ patris, omnia quæ eius sunt secundum naturam attrahit, ita ut propria sua merito & sint & appellentur. Quum enim nihil à patre penitus filius differat, præterquã quod pater non est, quũq; in utroq; eadẽ substantia eodem modo perfulgeat: quo modo non erũt cõmunia, imò uerò eadem in utriusq; ? ut quæcunq; in patre sunt, eadem etiam in filio sint: & quæcunq; in filio, in patre quoq; similiter. Ideo (ut ego puto) exquisitissima est usus orationẽ: non eã dixit, quia quæcunq; pater habet, & ego habeo: ne imago quædam exterior ad primitiuũ formatã, quemadmodum homines qui ad imaginem Dei facti sumus, esse uideatur: sed mea sunt, ait: identitatẽ substantiæ ultimam in proprietatibus incommutabilibus in utriusq; ostendens: quod alibi etiam ad patrem apertissime dicit. Omnia enim mea, tua sunt, inquit, & tua mea. In quibus enim nulla differentia est, sed substãtiæ identitas maxima, quomodo illis eadem omnia natura non erunt? Habet ergo Deus pater ex sese, & in sese proprũ spiritum, quo in sanctis habitat, per quem mysteria reuelare solet, non per ministrum (nihil enim tale recordari oportet) sed ut per eum, qui in se substantialiter sit, & ex se inseparabiliter procedat. Ac ideo ut propria interpretata ea, quæ sunt
B eius in quo est: nõ enim aliter creaturis pater inhabitat quàm per filium in spiritu. Sed hic spiritus, unigeniti etiam proprius est. Consubstantialis enim patri filius est. Quoniam ergo, inquit, deus pater in spiritu proprio sanctis reuelatur, & per eum quæcunq; uult operatur, & hic ipse spiritus mihi etiã naturaliter inest, hac de causa dixi, quia de meo accipiet. Nullus uerò turbetur accipiendi uerbo, sed recordetur nos quidem ut homines ea de Deo loqui, quæ non ut uerba sonãt, sed sublimius intelliguntur. Accipere nanq; dicimus spiritum ex patre & filio quæ illorum sunt: non quia non habuerit aliquando, & tunc solum habuerit, quando accepit (semper enim sapiẽs & omnipotens spiritus est, imò uerò reipsa, sapien-
C tia & uirtus, non participatione, sed naturaliter) sed quemadmodum aromatum odor ex ipsis in olfactum prodit, uirtutem illorum naturaliter ac semper habens: tale quid, imò uerò etiam super hoc de Deo & de spiritu sancto intelliges. Quasi enim odor substantiæ Dei est uiuẽs, atq; actiuus à Deo ad creaturas quę Dei sunt transportans, ac participationem eius immittens. Nam si aromatum odor propriam uirtutem eorum uestibus relinquit, & transmittit quodam ad seipsum modo ea in quibus adhæsit: quomodo spiritus sanctus, qui ex deo naturaliter est, participes diuinæ naturæ eos non efficiet, in quibus habitabit? Fructus ergo & character hypostaseos patris, filius qui sit, diuina quæ illius sunt secundum naturam attrahit: ideo ait, quæcunq; habet pater, mea sunt.
D Propterea dixi uobis, quia de meo accipiet, & annũciabit uobis, spiritus uidelicet sanctus, qui per eum & in eo est, per quẽ in sanctis ut & pater habitat. Non enim aliud præter eum spiritus eius est, licet in propria persona subsistat: spiritus enim sanctus, & non filius est.

CAP. III.

MOdicum & iam non uidebitis me, & iterũ modicũ & uidebitis me, quia uado ad patrem.) Quũ per spiritum suum quæ opus erant reuelaturum se dixerit, passionis suæ occultius mentionem fecit. Post enim illam in cœlũ ascendens, spiritum immisit: non enim cõuersari cum apostolis carne poterat, quũ ad patrem ascenderit. Ænigmatica uerò utitur oratione, ne discipulorum



lorum mœrorem augeat, multa propter eius ab- A
sentiam & grauissima pericula timentiũ. Quamobrem apertissime resurrectionis cõsolationem adiecit, dicens: Modicum & iam non uidebitis me, & iterum modicum & uidebitis me. Mors enim in ianuis iam erat, propter quam discipuli uidere ipsum non poterant, quousque inferis spoliatis & umbrarum portis perfractis templum suum suscitasset: tunc enim rursus ad discipulos redijt, & esse cum eis semper pollicitus est. Nam etsi abest corpore, patri pro nobis apparens, ac à dextris eius sedens, habitat tamen in sanctis per
Ioan.15. spiritum: neque patitur (ut dixit) illos orphanos esse. Paruo igitur admodum iam interiecto ad passionem tempore: modicum, inquit, & non uidebitis me. Debebat enim morte parumper oc- B
cultari. Et rursus, modicum, & uidebitis me: triduus enim reuixit, quum etiam spiritibus prædicasset. Sic enim piena misericordia ostenditur, si non solum uiuis, in hoc mundo, uerumetiã morte oppressis, & in tenebrosis recessibus abyssi sedẽtibus dimissionem prædicauerit. Animaduertendum autẽ est, quia de passione, modicum & nõ uidebitis me, dixit: & de resurrectione rursus, & iterũ modicum, & uidebitis me. Quum uero quia uado ad patrẽ, subiecerit, tacuit quod sequebatur, Non enim quanto tempore ibi manebit,
Act.1. aut quãdo rursus descendet significauit. Quamobrem? nõ est nostrum cognoscere tempora uel momenta, quæ pater (ut ipse alibi dixit) in sua posuit potestate

CAP. IIII. C

DIxerunt ergo ex discipulis eius adinuicem: Quid est hoc quod dicit nobis, modicũ & non uidebitis me, & iterum modicum, & uidebitis me: & quia uado ad patrẽ? quid est hoc quod dicit, modicum? nescimus quid loquitur.) Non intelligentes discipuli inter se colloquũtur, quid illud modicũ sit dubitãtes. Præuenit tamen Christus interrogationẽ eorũ opportunissime, ostendens corda se hominũ ut deũ cognoscere. Quid
Iob.42. enim latere potest eum, cui omnia nuda sunt? qui ad quendã sanctorũ dicit: Quis est iste qui me cõciliũ cælat? quũq; uerba in corde cõtineat, celare me arbitratur: ita undiq; ad fidẽ eos corroborat.

CAP. V.

COgnouit autem Iesus, quia uolebant eũ in- D
terrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter uos, quia dixi, modicum & non uidebitis me. Amen amen dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos, mundus autem gaudebit: uos autẽ contristabimini, sed tristicia uestra uertetur in gaudiũ.) Curiosius quærere uolentibus præueniens, exposuit uerborum suorum sensum: quæq; illis imminebant, ut præmeditatione molliora fierent, apertius dixit. Quando ergo dixit, uos à Iudæis me captum, cæsum, & crucifixum uidebitis, tunc plorabitis, flebitisq; amare: mundus autẽ, id est mundi uoluptatibus inhiantes gaudebũt. Significat autem hic fordidam ludęorum multitudinem, & scribarum, pharisæorumq; impias cateruas, qui aduersus caput suum crucifixum deridentes, modò dicebãt: Si filius dei es, descẽde de cruce nũc, & credemus. modò: Qui destruis templũ dei, & Matth.27.
in tribus diebus restituis, salua teipsum. Sic ergo mundo faciente atq; inquit: Magna uos mœstitia exagitabimini, sed non longo hic mœror tempore perdurabit: ad gaudium enim conuertetur tristitia uestra. Nam quum triduus resurrexero, omnem uestram abstergam lachrymam, & ad gaudium sempiternũ reducam. Viuit enim semper Christus, & mors per eum destructa est: contraria uerò mundus omnia patietur, perpetuos cruciatus subiturus. Nã sicut Christo secundum carnem mortuo, mœrore sancti, mundus autem lætitia est affectus: sic cõsequenter destructa morte, suscitatoq; saluatore, mœror sanctorũ
in gaudiũ, & lętitia mundi in tristiciã cõuertetur.

CAP. VI.

MVlier quum parit, tristitiam habet, quia uenit hora eius: quũ autẽ peperit puerum, iam non meminit pressuræ, propter gaudiũ, quia natus est homo in mũdo. Et uos igitur nunc quidem tristiciam habetis, iterum autẽ uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudiũ uestrum nemo tollet à uobis.) Consolationis uim uaria oratiõe ante oculos ponit, perspicuaq; similitudine ad ferendos illos hortatur dolores, quorum exitus ingens & perpetuum erit gaudium: Fructus igitur acerbæ, inquit, amaræq; pressuræ puer est: sed si dolorem partus mulier fugeret, ac ideo nuptias recusaret, nunquam eo animũ gaudio afficeretur, quod procreatione oritur filiorum. Similiter, ait, uobis quoq; accidet. Gaudebitis enim, quum mirabilem mundo atq; incorruptibilẽ natum conspexeritis puerum, & hoc gaudium nullus unquã à uobis auferet. Semel enim mortuus
(ut ait Paulus) non amplius moritur. Stabile igi- Rom.6.
tur & perpetuum gaudium est, nec id iniuria. Nã si Christi mors mœstitiã credentibus attulit, quis gaudium tollet nostrum, quum sciamus uiuere illum semper, & spiritalia nobis bona largiri? Sed à sanctis quidem gaudiũ auferri non potest. Ablatũ aũt ab ijs statim post resurrectionẽ fuit, qui crucifixerunt eum. Nam qui morte illius gaudebant, illis necessariò per resurrectionẽ mœror infertur.

CAP. VII.

ET in illo die me non interrogabitis quicquã. Amen amen dico uobis, usq; modo non petijstis quicquam in nomine meo: petite & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum.) Virtutem ex alto accepturos ac doctrina spiritus prudẽtiores futuros discipulos dicit, adeo ut omnia etiam absente ipso intelligant. Non enim quia lumine suo non indigebunt, non interrogaturos dicit: sed quia spiritum eius in cordibus suis habentes, omni perfecta scientia pleni erunt. Perfectam autem sciẽtiam dicimus, rectam atq; integram, per quam rectè de sancta trinitate opinamur. Nã & 1.Cor.13.
si per speculum in ænigmate ac ex parte cognoscamus: ueris tamen ecclesiæ dogmatibus inhærentes, & sensum scripturæ syncere sequentes, perfectam scientiam habemus: quam consequi

Universidad de Deusto
Biblioteca



nemo potest, nisi fulgore spiritus sancti. Præterea A ad petendum cum fiducia impellens eos, amen amen affirmans dixit, impetrabitis à patre quicquid in nomine meo petieritis. In nomine autem meo, addidit, ut mediatorem se & collargitorem
Ephes.2. ostendat. Nullus enim accedit ad patrem nisi per
Ioan.10. filiũ, per quem adductionẽ habemus ad patrem in spiritu, ut scriptum est: ideo se portam & uiam
Ioan.14. appellat. Quia, inquit, nemo uenit ad patrẽ nisi per me. Nam inquantum filius & Deus est, unà cum patre nobis bona largitur, quod ostendens
Rom.1. Paulus dicebat: Gratia uobis & pax à deo patre, & Domino Iesu Christo. In quantũ uerò mediator est, & pontifex, & paracletus, nostras preces ad patrem adducit: ipse enim nobis libertatẽ atq; fiduciam ad patrẽ largitur. Orandũ igitur est in B nomine saluatoris, si exaudiri à patre uolumus: ut accipientes quæ petierimus, spiritali gratia repleti, & prudentiores per spiritũ facti, aduersus sordidas possim uoluptates militare, & ita amore uirtutis indies ardentiores & fortiores ad opera sanctificationis facti retributionis spe gaudeamus: & mœsticia conscientię criminum depulsa, gaudio Christi mẽtes nostras repleamus. Hic orandi modus priscis omnino fuit ignotus: constituitur autem modò a Christo, quãdo emendationis tempora effulserunt, & omne nobis bonum per ipsum absolute concessum est. Nã sicut nihil à lege cõsummatũ fuit, sicut iusticia eius imperfecta, sic & orandi modus mãcus in ea inueniebat.

CAP. VIII.

HÆc in prouerbijs locutus sum uobis: uenit C hora quum iam nõ in prouerbijs loquar uobis, sed palàm de patre annunciabo uobis.) Prouerbium modò occultiorem & obumbratũ sermonem appellauit: qui cum obscuritate tegatur, non facile ab audientibus capitur. Tali em̃ dicendi modo, prouerbiorũ pacto ad uos dixi: uenient hora & tempus, in quo palàm uobis de gloria patris loquar, & cognitionem supra mentem humanam largiar. Quod autẽ tempus hoc sit, ipse quidem aperte non dixit: nos aũt putamus aut illud forsan significari in quo spiritum suũ accepimus, aut futurũ illũ diem post, quando huius mundi figura transibit, quando gloriam dei aperte conspiciemus, & scientiam eius absolute habebimus, quando prophetia omnis euacuabitur, & omnis D cessabit cognitio (ut ait Paulus) omnis ea scilicet,
1.Cor.12. quam nunc ex parte & in speculo uidemus. Euacuatur enim quod est ex parte, quũ perfectio uenerit. Quomodo, inquies? dicam rursus. Nam quemadmodum in nocte serena, stellarũ splendor & pulchritudo apparet, sole autem oriente particularis stellarũ splendor euacuatur, eodem arbitror modo cognitio ista præsens, tempore illo desinet, quum perfecta cognoscẽdi lux nobis infusa fuerit. Tunc igitur libere capacibus nobis de patre suo Christus nunciabit. Nam modò per exempla nõnunquã atq; similitudines quasi per umbras propter imbecillitatẽ mentis nostræ docemur. Tunc aũt non ita, sed nuda (ut ita dicam) facie ac mente nullo modo impedita, naturę deitatis patris pulchritudinẽ intellectu gemus, gloriam unigeniti eius conspicientes. Videbimus enim ipsum sicuti est, ut Ioannes ait. Nunc enim gloria eius propter naturam humanam, & imbecillitatem nostram, integre aspicere nequimus, tempore autẽ illo in propria patris gloria apparebit. Quum enim Deus sit secundum naturam, atque ideo patri consubstantialis, in æquali dignitate atque gloria fulgere conspicietur.

CAP. IX.

IN illo die in nomine meo petetis: & non dico uobis, quia ego rogabo patrem de uobis: ipse enim pater amat uos, quia me amastis, & credidistis quia à Deo exiui.) Petere aliquid per orationem à patre nullo modo permittit, nisi in nomine suo, patremq; facillime daturũ pollicetur, non solum meditatione sui, sed ultro ad hoc præparatum, quasi debitũ redderet ijs qui Christum perament. Nec ullus puret propter tantam patris beneuolentiam, non indigere nos Christo: omnia enim per ipsum ex patre in spiritu sunt. Paracletus em̃ est non solũ pro peccatis nostris, sed etiã pro uniuerso mundo: ita ostendit gratissimũ esse patri, ut ipse honoretur, atq; ametur. Quod quũ non intellexerint Iudæi, nõ dubitarũt omni eum modo uexare, quia credentium animos à ruditate legali in Euangelicam spiritalitatem traducebat: iniquas enim in ipsum linguas mouentes, dicebant: Si à deo esset hic homo, nõ utiq; solueret sabbatum. Facillime igitur patris beneuolentiã habituros affirmat, absq; ambiguitate credentes à Deo patre ipsum exiuisse. Qui benedictione, inquit, spiritali mentes eorum illuminabit, quitre ctam de me habent opinionem. Exiuisse autem à deo nihil aliud est, nisi natum esse, effulsisseq; ex substantia patris, eo processu quo est, & in propria intelligitur subsistentia. Quamuis non omnino diseparetur à patre: in filio enim pater, & in patre filius secundum naturam est. Aut exiuisse à patre dicit, id est, homo factus sum, & ad uestram naturam descendi. Quasi enim locus omnium rerum, sua natura est: à qua exire uidentur, quum aliud quid quod nõ habeant assumant. Nec dicimus ipsum quia homo factus est, à natura deitatis mutatum fuisse: idem enim est in secula. Sed quoniam, quamuis naturam suam semper seruauerit atq; seruet, assumpsit tamen in se quod non erat, propterea exiuisse à patre dicit. Sed alio quodam etiam pacto exiuisse à patre intelligi potest. Nam quum pharisæorum imperitia putaret non à Deo missum, sed à seipso ad soluendam legem uenisse, atq; ita legi uoluntatẽ Dei patris se propugnare, & ipsum ut deo inimicũ pellere, à Deo exiuisse affirmat. Quod qui crediderint & amauerint eũ, hac de causa (ut paulò ante dicebamus) uicissim à patre amãtur. Quod si deo amici sunt, quia à patre missum crediderunt. Et si amãtes filium pater exaudit, eorum qui non amant, oratio nes nequaquam suscipiet. Quod Esaias Iudæis prædixit: Quum extenderitis manus uestras, auertam



auertam oculos meos à uobis: & quum multipli A caueritis orationem, non exaudiam. manus em̃ uestræ sanguine plenæ sunt.

CAP. X.

EXiui à patre, & ueni in mundum: iterum relinquo mundum, & uado ad patrem.) His firmiter nõ pseudoprophetã esse, nec aliam q̃m patrem ellet doctrinam tradere (ut Iudæi putabant) demõstratur. Nã si uere Christus nõ esset ô Iudęi quispiam diceret, si præter uoluntatẽ patris euangelicam prædicaret doctrinã, mandata legis non sufficere ad perfectam pietatẽ ostendens. Si sab-
Luce 11. batum patre nolente solueret, si in dæmoniorũ principe esset dæmonia, ut uos dicebatis: quomodo postea in ipsos cœlos ascendit? quomodo pater ad consessum suum libenter rebellem acce B pit? An forte clàm ascendit? Magna multitudo
Act.1. aderat, quibus ab angelo dictum est: Viri Galilęi cur statis respicientes in cœlum? Hic Iesus qui assumptus est à uobis in cœlum, sic ueniet quẽadmodum uidistis eum euntem in cœlum. Quid dicitis ô Iudæi, non recipitis angeli testimonium?
Deut.19. quumq; lex uestra iubeat, in ore duorũ aut trium testium omne uerbum stare: uos tantæ multitudinis eorum qui uiderunt, testimonium repudiabitis? Quomodo ergo pseudopropheta erat, qui cum summa potestate in cœlos ferebatur? aut potius quomodo negare poteritis nõ esse ipsum ex Deo patre, quem lex & prophetæ prædixerunt? Venisse autem in hunc mundum, ait, & nunc ex mundo ad patrem redire, qui nec à patre aberat C homo factus, nec quum ad cœlos cum carne redierit, à terris abfit. Deus enim uerus est, ineffabili uirtute omnia replens.

CAP. XI.

DIcunt ei discipuli eius: Ecce nunc palàm loqueris, & prouerbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis oĩa, & non est opus tibi ut quis te interroget: in hoc credimus, quia à deo existi.) Admirantur demonstrationis uires perspicuas. Aperte nanq; ac breuis facta oratio est. Quare lę tantur: quia penitus intellexerũt, nec prouerbij, id est, obscuritatis quicquam impedimento sibi fuit. Illud etiam addunt: Quoniã enim, inquiũt, præuenisti modò antequam interrogauerimus,
1.Ioan.4. propterea credimus quia ex deo exiuisti. Corda D enim hominum noscere solius dei esse rectissime creditur. Quoniã igitur omnia nosti, quomodo perspicuum non est, ex deo qui omnia scit, te processisse? Fidem ergo discipulorum hoc quoq; auxit signo. Dicunt autẽ nunc, non quod credere cœperint, quando hæc audientes omnia scire dominum perspexerunt: sed quia tunc ampliores fidei radices iacere cœperunt.

CAP. XII.

REspondit eis Iesus: Modò creditis: ecce uenit hora & iã uenit, ut dispergamini unusquisq; in ppria, & me solũ relinquatis: & nõ sum solus, quia pater mecũ est.) Breuiter etiã nũc saluator nondũ tẽpus firmitatis fidei adesse ostẽdit, quod futurũ erat, quãdo uirtutẽ ex alto adueniẽte spiritu sancto acceperunt. Tunc enim, tãc inuicti uirib. tam aduersus Iudæos, quàm aduersus Act.5&4. gentes, pro ueritate fulserunt: Deo, clamantes, q̃m hominib. obsequi potius oportere: nec posse ullo modo se quæ uiderunt & audiuerũt, non prædicare. Nondum igitur perfecta fide firmatos, ex futura modo formidine ipsorum ostendit, & hac etiam prædictione non parũ illis affert utilitatis, quum se ostẽdat nihil futurorum, ut deum ignorasse. Non enim longè abest, inquit, tempus, imò iam adest quando me solo derelicto, unusquisq; propria petetis, id est, ingenti metu perculli, & amore magistri posthabito, saluti suæ unusquisq; consulet. Quod autem proditore cũ cohorte ueniente, formidine uicti fugerũt Christo solo relicto, perspicuum est: solum autem dicimus, quia discipuli (ut solebant) eũ non sequebantur. Nam solus non erat, qui deus & ex deo, & in deo naturaliter est. Humano aũt more id sibi dictũ est: ut nos moneat, quãdo tẽtatio aut persecutio ad gloriosa pro pietate uocat certamina, non oportere cadere animo, etiãsi nulla societate amicorũ consolamur. Nã quãuis omnes fugę se dederint, credere tamẽ oportet Deũ semper nobis adesse, qui solus amicos suos potest saluare. Non em̃ sumus soli, etiã si non cernamus oculis defensorem ac protectorem nostrum undiq; nos munientem, ut Psalmista canit: Dñe ut scuto bonæ uolũtatis tuę Psal.5. coronasti nos. Hæc dicimus, ut maiore animo etiam à nostris propter ignauiam eorũ relicti, certamina pro pietate suscipere non dubitemus.

CAP. XIII.

HÆc locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis, in mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego uici mundum.) Quæcunq; superius dicta latius sunt, breuiter modò repetuntur. His enim paucis uerbis superiorum uirtus cõcepta, utilitatem Christi discipulis aperit. Disserui enim, inquit, multa uobiscum, ut in me pacẽ habeatis, utq; sciatis pressuram uos in mundo non paruam propter me habituros. Sed nõ superabit mundus, nam à me uictus est. Verũ ut liquidius hæc intelligantur, age dicamus quid sit pacẽ habere in Christo. Mundus quidem, id est, caducarum rerum cupidi, pacì suæ nonnunquam consu
lunt, sed non in Christo. Nam qui uoluptate cor- Eccl.13.
poris diffluunt, alter alteri iucundissimi sunt: ut uerbi causa, fur furi, & latro latroni amicissimus est. Diligit enim unusquisq; sibi similem, ut dicitur. Sed in omnibus his sanctissimũ pacis nomẽ cauponationi subijcitur. Sancti autem non ita faciunt. Nam in eis uinculum pacis non est peccatum: sed fides, spes, charitas, ius pietatis in deum: & hoc est in Christo pacem habere, quæ omniũ bonorum origo & radix est. Quę secum quasi sororem charitatem (quę in alterutros est) adducit, quam diuinæ legis impletionem Paulus appella Rom.13.
uit. Non enim est dubium, quin si uicissim charitas in hominibus rectè ineset, antea in deũ habeatur: nam qui fratrem diligit, ipsum certè (ut Ioannes ait) diligit deum. Sed aliud quoddam ex hoc 1.Ioan.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca



loco intelligi potest. In mundo, inquit, pressuram habebitis: sed cõfidite, ego uici mundum. Omni enim peccato, & omni mundana uexatione superior factus est Christus. Quumq; ipse uicerit, etiã illis qui propter eum tentantur, insignem largitur uictoriam. Illud quoq; poterit quispiam dicere, quẽadmodum interitum & mortem Christus superauit, quum propter nos mortuus surrexerit: sic & nos uirtute illius è morte resurrecturos, peccatum quoq; uicturos: quoniã in illo primo uictum fuit, & ab eo ad nos, tanq; ad genus suum (homo enim uere factus est) hoc bonũ transfunditur. Ita considere oportet, à nobis quoq; mundum posse uinci, quũ à Christo ut ab homine uictus sit: qui uia generi humano ad hoc factus est. nam qui olim uincebamur, modo propter Christum uincimus. Nec mirũ: si enim ut Deus uicisset, nihil ad nos: quum autem ut homo id fecerit, nos quoq; in ipso id facimus. Alter enim Adam nobis de cœlo apparuit. Vt igit̃ terrestris imagiñ induti, ad eius similitudiñ peccati iugo subiecti sumus: ita si cœlestis quoq; imaginẽ induemur, tyrannidẽ peccati & omnẽ pressurã mundi contẽnemus.

CAP. XIIII.

Caput Ioannis xvij.

HÆc locutus est Iesus: & subleuatis oculis in cœlũ, dixit: Pater uenit hora, clarifica filiũ tuum, ut & filius tuus clarificet te.) Quum quasi uiaticum ad salutẽ, ueritatem dogmatis apostolis suis Christus tradiderit, & fortiores ad tẽtationes reddiderit, continuò ab hac collocutione in orandi habitum se conuertit. Nec ullum tempus inter sermonẽ ad discipulos, & deum patrem interuenire passus est, præcipue uiuendi disciplinæ regulam se nobis in hoc etiam cõstituens. Opus enim est nõ ignorare, si quis pie ac sancte uiuere uelit, aut ad fratres utiliter loqui oportere, aut in orandi opere sermonis usum adhibere: ne inanis uerbositas locũ habere uideatur. Hoc enim modo linguę honestas seruabit: uana enim oratio uiProu.10. tuperatione nõ caret. Et à multiloquio (quidã Sa Iac.3. piens dixit) peccatũ non oriri nõ potest. Sapiens autem est qui labijs parcit. Illud uerò etiã ad hæc mirabile, nobisq; utilissimum. Orandi enim initium à clarificatione sua & patris facit, deinde nostram etiam coniunxit. Cur ita? orandi quoddamMatth.5. officium nobis tradit. Nam quemadmodũ bene D agere, nõ ad nostram, sed ad dei gloriã debemus (luceat enim, inquit, lux uestra corã hominibus, ut uideant bona opera uestra, & glorificent patrẽ uestrum qui in cœlis est) sic quum orãdi tempus adsit, gloria primo dei petenda est. Hoc enim pacto orare nos docuit. dicere nanq; iussit: Pater noMatth.6. ster qui es in cœlis, sanctificet nomẽ tuũ, adueniat regnũ tuũ: fiat uolũtas tua sicut in cœlo et in terra. Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie. Hoc ipsum opere quoq; nũc instituit. Oportebat certè ut nobis dux ad omne bonũ ipse fieret. Sed cõsideremus diligẽtius quid ad patrẽ dicat, & minuta obseruatione uerborũ, ueritatem dogmatum inspiciamus. Pater, inquit, uenit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Putabit fortasse aliquis, clarificationis ac gloriæ illũ indigere, à quo hæc dicũtur. Sed si unigeniti oblitus dignitatis non sit, facile inanes has cogitationes ex animo eijciet. Stultum enim, egenũ gloriæ illum dicere, qui gloriæ Dominus est, & sic à scriptura uocitatur. Vnde alibi à patre illam gloriam petere legitur: Quam apud te, inquit, habebam antequam mundus esset. Sic perspicuum fit, quod nemo nisi mente captus egenum gloriæ, & gloriæ deo cõgruentis unigenitum sit dicturus. Verum hoc quoniam quum esset in forma, æqualitatẽq; Dei patris, nõ rapinã arbitratus se esse æqualem Deo: sed exinaniuit seipsum, humano assumpto corpusculo, & paruitatem nostrã absolute indutus, opportuno iam tempora præsente, quo incarnationis mysterio consummato, & humano genere ad uitam & cognitionem Dei uocato, ad pristinam gloriam rediret: ut omnino harũ rerum patrem quoque autorem ostenderet, sic eum alloquitur. tempus iam esse demonstrans, ut ad naturæ suæ dignitatem cum carne ascendat. Ascẽdat autem non alterius ministerio, sed ut sapiẽtia Dei patris & uirtus. Sic enim & non aliter summa cum potestate deitatis opera peragit: omnia enim à patre sunt, sed non ablq; filio. Quomodo enim quicq; Deus pater operabitur, non cooperante naturali sapiẽtia sua, atq; uirtute? Omnia enim per ipsum facta sunt, inquit, & sine ipso factũ est nihil. Quoniam ergo identitatis substantiæ ratio, omnia ex patre per filium in spiritu esse persuadet. Propterea mortem & diaboli tyrannidem depositurus, quia uniuersus terrarum orbis spiritus doctrina illuminatus, secundum naturam & uerum deum esse Christum erat cogniturus: idcirco ait, Pater clarifica filium tuum, ut & filius tuus te clarificet. Nec mẽtis quisq; non expers dicet clarificari à patre filium uelle, quasi hominem ex homine accipere redderetq; uicissim (stultum enim omnino est talia opinari de deo) sed clarificationẽ à patre petit, & simile patri redditurũ pollicetur, ut æqualitas & identitas naturæ appareat. Nã sicut inhonorari pater uidetur, nisi talẽ genuisse filiũ credat qualis ipse est: sic gloria ei est, simílẽ sibi omnino filiũ produxisse. Glorificaẽ igitur pater in gloria filij, quia ut modò dicebamus, dum intelligitur à quo patre natus est, tã patri quàm filio gloria redditur. Gloria igitur à patre qui talẽ genuit: ad filium, & à filio qui patri similis est, ad patrem omnino redundat. Si quis autem humilius propter assumptum hominem, id quoq; à saluatore dici opinatur, rectè quidẽ dicet, non tamen ita exquisite uim theorematis huius exponet. Nã si Christus solum clarificari à patre peteret, humanitati hoc attribueremus. Verum quoniã uicissim clarificaturum se quoq; pollicetur, necesse est ita locum interpretaturi, ut dictum est.

CAP. XV.

SIcut dedisti ei potestatẽ omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis uitam æternam.) Latius ad nostram utilitatem his uerbis clarificationis aperit modum: quo à deo patre filius, & à filio



filio pater glorificabitur. Non enim erat opus patri cuncta scienti petitionis hũc modum subaperire: sed quoniam pontifex inquãtum homo est, quamuis deus etiam natura sit, tamẽ ut pontifex pro nobis patrem alloquitur: ut credam⁹ eum & nunc paracletum ac propitiationem esse pro peccatis nostris, iuxta Ioannem. Ita nos credere Paulus etiam persuadet, dicens: Nõ habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum per omnia pro similitudine absq; peccato. Quoniam igitur ut homo, pontifex est, & simul immaculata etiã hostia, seipsum redemptionem pro uita hominum, quasi humani generis primitias deo patri obtulit, ut in omnibus primus sit, iuxta diuinum Paulum. Offert autem etiam genus nostrum rebelle, sanguine suo reconciliatum, & ad nouam uitam spiritu sancto reformatum. Verum quoniam (ut sæpius dictum est) omnia ex patre per filium in spiritu efficiuntur, quamuis cum patre simul spiritalia dona largiatur (quibus enim uult, summa cum potestate spiritum distribuit) ut mediator tamen & pontifex bona pro nobis petit. Sed hæc quidẽ sic se habeant. Cõsideremus autem rursus quid ista petitio sibi uelit: Pater, inquit, clarifica filium tuum, ut et filius tuus clarificet te. Quomodo autem id fiet? uolo, inquit, ut quemadmodum potestatẽ mihi omnis carnis dedisti: sic omne quod mihi dedisti habeat uitam æternam. Clarificat quidem filium suum pater uniuerso terrarum orbe illi subiecto: sed filius quoq; patrem clarificauit, partim quoniam iam creditur filius ex substãtia patris natus esse: partim uerò quoniam omnipotentia filij cognita, huius uirtutis gloria in patrẽ etiam trãsit. Sicut igit̃ & glorificasti & glorificatus es, modo quo diximus: sic uolo, inquit, ut nihil eorũ, quæ mihi data sunt perdat. nã hinc etiã gloria à patre ad filiũ, & à filio ad patrẽ redundabit. Cõgruum enim est, quicquid uerbo dei subiectũ est, quum semel saluatum sit, ut in perpetuis bonis permaneat, ut non possit ab interitu amplius superari. Verum quoniam uniuersæ carnis potestatem data sibi dicit: nõ grauabimur ne simpliciores turbentur (quãuis nulla oratione assequi hæc possimus) pauca tamen & breuiter super hoc dicere. Humanæ igitur id mensuræ, humilitatisq; figuræ conuenire non dubitamus. Si enim nos pudet serui naturam illum assumpsisse confiteri, & quoniam seruus factus sit, regẽ super Sion montem sanctum eius constitutum esse, non consequenter diceremus quicquam à patre illum recipere: sed quum sponte obsecutus patri homo factus sit, qui omnia possidet ut deo, omnia recipit ut homo. Cui regnare, aduentitium est, id est non naturale. creaturę nanq; rectè dicitur, quid habes quod non receperis? Creatura etiam uere Christus est, inquantum homo, quamuis increatus secundum naturã deitatis, in qua omnia bona uerè ac naturaliter esse intelliguntur: unde ad nos per gratiam effunduntur. Quando igitur ut homo, princeps noster cõstitutus, omnis carnis potesta

tem accepisse dicit: non turbabitur qui dispensationẽ incarnationis tenaci memoria tenet. Quod si etiam sublimius hæc intelligere, ac de Christo ut deo, placet: in mentem tibi ueniat illius, quod dominus ad Iudæos dixit: Amen amen dico uo- Ioan.8.
bis, nullus potest ad me uenire, nisi pater, qui me misit, traxerit eũ. Nã quos pater uiuificare uult, eos uiuificæ suæ uirtuti, id est filio adducit, per quem corroborat, sapientiores q; facit, quoscũq; etiam sub iugo sui principatus facere uult: nõ aliter id facit quàm per uiuam omnipotẽtemq; sui uirtutẽ, per quam omnibus dominatur, id est per filium suum. Et homines quidem à deo accipiũt, ut alijs possint dominari. Per eum enim reges re- Prou.8.
gnant, & terræ tyranni dominantur, ut scribitur. Deus uerò, rebelle genus, non per aliam, sed per propriam uirtutem ad se reducit. Animaduertendum autem est, non de Iudæis solum, sed de omni humano genere omnis carnis dixisse.

CAP. XVI.

HAec autem est uita æterna, ut cognoscãt te solum deum uerum, & quem misisti Iesum Christum.) Radicem atq; originem æternæ uitæ fidem & ueræ pietatis uirtutem esse affirmat: ueram autem pietatem illam esse asserimus, cui alieni, falsiq; cultus crimen inuri non potest. Multi enim creaturam prętermisso creatore coluerunt, nec ueriti sunt ligno dicere: Pater meus es tu. Et lapidi: Tu genuisti me. Eò enim imperitiæ proh Psal.95.
dolor multi, imò fere omnes delapsi sunt, ut sensu experti, materię ineffabilẽ deitatis gloriam attribuerint. Quas ob res patrem à falsis & solo nomine dijs distinguens, solum uerumq; deũ appellat. Vtilissimè autem quum solum patrem, deum uerum appellauerit, suæ quoq; gloriæ meminit, dicens: & quem misisti Iesum Christum. Non enim aliter rectè pater cognoscitur, quàm si filius quoq; unà cognoscatur. Quũ igitur solum deum uerũ, patrem appellauerit, ab hac gloria seipsum non separauit: in patre enim est & ex patre. Quare uerus & secundum naturam Deus, & solus in Psal.95.
solo est: nullus enim deus uerus est præter trinitatem, quũ dij gentium dæmonia sint, quũ creatura omnis seruitutí subijciatur, quam, nescio, quomodo multi ad improbum delapsi sensum, adorant. Multi ergo sunt in hoc mundo falso ab hominibus dij appellati: sed unus solus uerus deus est pater, & qui in ipso & ex ipso secundũ naturã est, distincte simul atq; coniuncte coniunctione naturali. Distincte quidem, quia in propria subsistentia esse intelligitur. Filius enim est, & non pater. Coniuncte uerò, quia simul est pater & filius. Propterea enim pater est, quia filium ædidit. Hęc ergo est, inquit, uita æterna, ut cognoscant te solũ uerum deũ, & quem misisti Iesum Christum. Sed si Dei cognitio uita æterna est, quomodo (dicet quispiam) alia quadam re indigebimus? Quod si Iacobi 2.
nulla re alia indigeamus, quomodo fides absque operib. mortua esse perhibetur? Fides autẽ quid aliud est, quàm uera de Deo cognitio? Per fidem eñ cognitio fit: testatur id Esaias, dicens: Si enim Esa.7.

Universidad de Deusto
Biblioteca



non credetis, nõ intelligetis. Quod autem nuda perspiciendi cognitio inutilis sit, sanctorum uirorum uoces confirmant. Dicit enim quidam discipulorum domini: Tu credis quia unus Deus est, & probe facis: dæmonia etiam & credunt & horrescunt. Quid igit ad hæc dicemus? aut quomodo uerus hic sermo domini erit? Sed uerus est absq; ulla penitus hæsitatione. Cognitio enim uita est: quia totam mysterij uirtutẽ parturit, & mysticæ benedictionis affert participationem, per quam uiuifico uerbo coniungimur. Ea enim de causa (ut puto) compartícipes Christi, ac (ut ita dícam) concorpores, aut concorporales gentes scribit Paulus, quia sanctissimę carnis eius & sanguinis participes factę sunt: sic & membra Christi, membra nostra dicuntur. Cognitio igitur uita est, spiritalem nobis benedictionẽ adducens, per quam spiritus in cordibus nostris habitat, in adoptionẽ filiorum dei, & ueram pietatem per Euãgelicam uitam, & incorruptibilitatem reformans. Quum igitur origo, & quasi pronuba dictorũ omnium bonorum cognitio dei ueri esse inueniatur, recte à domino nostro Iesu Christo uita æterna est appellata, quasi mater & radix uirtute, naturaq; sua uitam æternam pariens. Sed cõsidera diligenter, quomodo solius dei ueri cognitio efficiatur. Nõ enim absq; cognitiõe filij, quare nec absq; cognitione spiritus sancti: hæc enim dei unitas, in trinitate intelligitur atq; creditur secundũ scripturas. Sed ludæi quidem præceptis Mosis ad uerũ deũ reducebantur. Dominum enim, inquit, Deũ tuũ adorabis, & ipsi soli seruies. Sed quanquã solum & uerum deum colerent, nondum tamen perfectam eius habebant cognitionẽ, ad quam modò saluatoris doctrina conuocantur, discentes non modò unum esse uerum Deum creatorem, uerũ etiam quia pariter & filij creator est, in quo ut in charactere atq; imagine incommutabili, primitiuum, id est pater inspicitur. Necessariò ergo non sufficere ad æternam uitam solummodo scire ait, quia unus solus uerus deus est, sed quia & pater est. Cuius autem pater est exposuit, eius uidelicet qui propter nos caro factus est, qui ad saluãdum humanum genus à patre ad nos missus est.

Ephe. 3.
Deut. 6.

CAP. XVII.

EGo te clarificaui super terram: opus consummauí, quod dedisti mihi ut faciam: & nunc clarifica me tu pater apud temetipsum, claritate quam habui, priusquam mundus fieret apud te.) Complicata sunt humana diuinis, & composita quodam modo ex utrisq; oratio est. Nam nec ad potestatẽ & gloriam deitatis puram dicentis personam extollit, nec in mensuram naturę humanę omnino deprimit: sed inter utrũq; gradiens unũ ex utrisq; cõponit. Non enim solum deum se uerum esse, sed etiam hominem uerum propter nos factum, ut sanguine suo genus humanũ redimeret, diligenter nos docet. Age igitur duplici hac uia, ut ab homine scilicet atq; Deo dicta hæc esse consideremus: & primũ quasi ab homine dicantur, uideamus. Origo nobis & exemplum diuinę disciplinæ Christus constitutus, quomodo recte uiuendum sit, opere simul ac uerbo docuit. Idcir cò diligentius & facta & dicta eius Euangelistæ cõscripserunt. Docet igitur nos istis uerbis: quia quum unusquisq; nostrũm datum sibi diuinitus ministerium cõsummauerit, perfeceritq; quę sibi à deo commissa sunt, tunc, tũc inquam, operibus suis deum glorificat: non quia gloriam affert nõ habenti (plena enim gloriæ deitas) sed quia operibus suis alios ad glorificandũ adduxit. Luceat enim lux uestra coram hominibus, ut uideant bona opera uestra, & glorificent patrem uestrũ, qui in cœlis est. Viriliter enim ac probe propter Deũ facientes, nostrorum operum gloriam nõ nobis, sed deo acquirimus. Nam quemadmodũ quum sordide, turpiterq; uiuamus, iure plectimur: quia nomen eius (ut ait propheta) in gentibus propter nos blasphematur: eodem certe modo gloriatur à nobis, quando recte uiuentes præcepta eius seruamus. Opere igitur nostro consummato, ad libertatem filiorum dei perducti, à glorificato deo gloriã repetere audebimus. Viuo enim ego, dicit dominus, quia clarificãtes me, clarificabo: & spernam, quicunq; me spernit. Vt ergo nobis ostendat Christus, cõgrue tunc gloriam futuri seculi nos petituros, quãdo ministerium nostrum absq; culpa cõsummauerimus, glorificatum esse patrẽ à se ait, quia opus quod sibi dederat, in terra consummauerit. Petitq; ipse glorificari rursus à patre, non aduentitia quadã gloria, ut nobis pertendum est: sed propria sua & naturali. Animaduerte autem quomodo utriusq; rei per seipsum naturæ nostræ fiduciam donauit. In ipso enim primo, & per ipsum factum est, ut & quæ nobis diuinitus commissa sunt ministeria possimus peragere, & non uereamur debitum recte agentibus honorem liberè petere. Nam olim propter imperiti peccati, nec probe quicquã efficere poteramus: & libere à deo aliquid petere propter rebellionẽ naturæ factam in Adam, nequaquã audebamus. Ad quam nos libertatem deus reducens, per prophetam consolatur: Non timeas, ait, quia confusus es: neq; cõfundaris, quia opprobrium passus es. Ita ut in alijs bonis omnibus, sic in hoc quoq; origo, sanua, & uia dominus, propriam gloriam, quam uel ante creationem rerũ omnium habuit, modò ut homo repetit seculis antiquiorẽ, quasi debitam sibi gloriam ad imitationem Christi petendam quispiam putet. Optime nanq; dicũtur, quæ unicuiq; conueniunt: quare creatura creatoris congrua loquatur, & hominis mensuram non transeat. Christus autem quum deus & homo sit, quoniam deo congruentia loquitur, non ut imitemur, sed ut credamus, ita loquitur. Hæc quidẽ dicta sint, humilitati Christi conuenientia: dignitatem uerò deitatis suæ respicientes, sic intelligemus. Clarificatum igitur patrem à se dicit, opere consummato, quod ab eo pater accepit: non ut à ministro, ne creatura uideatur, sed ut à uirtute ac sapientia genitoris, per quam nostra salus extradita cõsummata est. Sic sanè Psalmista quoq; uir

Psal. 67.
Iac. 2.
Ioan. 12.
Ioan. 8.
Matth. 12.



turem exponens mysterij dicit: Manda deus uirtuti tuæ, confirma deus hoc, quod operatus es in nobis. Nam ut liquidò demonstraret uirtutem patris filium esse, nec aliud identitate substantiæ atq; naturæ: quum prius dixisset, manda deus uirtuti tuæ: & personarum dualitatem ostendisset, mandantis & cui mandatur: illicò in unitate naturali coniungit, ineffabili naturę totum rei exitum attribuens, quum dicat: Cõfirma deus hoc, quod operatus es in nobis. Datur igitur à patre salutis nostræ opus filio. Quomodo autem mandat uirtuti suæ deus? Cõsiderandum quidem altius est, & dicendum nõ ut res postulat, sed ut quæ super mentem humanam sunt, ab hominibus possunt explicari. Intelligatur ergo in fingẽdis statuis peritissimus quidam adesse opifex, qui statuam aut ab integro fundere uelit, aut mancam & contritam refringere. Quo pacto igitur id faciet? nõ aliter uidelicet, quam suarum robore manuum, & artificij sui sapientia. Quæ quamuis alia præter ipsum esse uideantur, non sunt tamen alia præter eũ uirtus & sapientia sua, quum in ratione artificis hæc quoq; cõtineantur. Tale quid sanè de deo in telligendum est, licet nõ in omnibus ad unguem similitudinum ac exemplorum uis ad deum referẽda sit: uniuersa enim deus excellit. Similiter solis & ignis similitudine hoc ipsum cõspiciemus. Nam sol quoq; profuso à se lumini mandare quasi uidetur, ut uniuersum orbem illustret, & calefaciendi uirtutẽ suis radijs tradit, ut ipsi susceptibilibus eam immittant. Ignis quoq; naturæ suę proprietati eodem modo committit, ut quæ sibi conueniunt faciat. Nec tamẽ idcircò aut radij & lux solaris, aut perurens proprietas ignis, ministri loco adhiberi dicentur, quum utrunq; naturaliter opus suum efficiat. Nam etsi uideantur non ipsa id facere, nõ tamẽ alia ipsa sunt natura quàm illa, quę ex eis sunt. Hoc modo de patre, ac de filio intelligere debemus, quãdo à patre quicquam filio dari dicitur. Clarificatus est igitur in terra pater à sapientia & uirtute sua, id est à Christo, dato opere cõsummato: quo absoluto, opportune iam prisca semper gloriã repetit. Sed quod nũc opus, dices, cõsummauit, quo à se pater glorificatus est? Homo factus est uolente patre, ut ad ueram pietatem, & ad uitam perpetuam lapsum ad inferos hominum genus restitueret. Hoc iam potestate Christi factum est: mortem destruxit, diaboli tyrannidem euertit, peccati uires extinxit, ineffabilem charitatẽ erga nos habuit, peccata nostra dimisit, errantes illuminauit, & ad uerum deum reduxit. Quæ uniuersa uirtute Christi consummata, faciunt ut ab omnibus pater glorificetur. Omnes enim qui in terris sunt, sapientiam, & uirtutem, & misericordiam Dei hoc pacto intellexerunt. Effulserunt enim hæc in Christo, ut in imagine patris ac charactere: & arbor à fructu cognita est, ut scribitur. Quibus probe consummatis, ad suam gloriam Christus redijt, quam tamen ut homo, quasi non habens petijt. Cuncta enim homo à Deo habet. Nam etsi ut deus ex deo, gloriæ patris expers nunquam fuit, homo tamẽ factus, ac in honoratissimo hominis assumpto corpuscu lo, tanquam uerè non habens, ut homo gloriam petit. hoc intellexit Paulus, dicẽs: Hoc sentite in uobis fratres, quod & in Christo Iesu, qui quum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem deo: sed seipsum exinaniuit formã serui accipiens, & habitu inuentus ut homo: humiliauit seipsum, factus obediens usq; ad mortẽ, mortem autem crucis: propter quod & deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Iesu Christi omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris. Sublimem enim filium suum & Deum uerum ac dominum, non minus ut hominem exaltasse scribitur. Homo enim propter naturæ humilitatem, exaltationis naturaliter indiget. Gloriam igitur suam, quam semper habet ut Deus, ut homo petijt. Nec quia gloriæ unquam propriæ expers fuit, hæc ab eo dicuntur (nunquam enim dei uerbum, ac deus uerus dignitate caruit sua) sed quia in gloriam quæ sibi semper adest ut deo, propriũ templum reducere uolebat: imò uerò ipse cũ propria carne, propter quam nonnihil dedecoris in hac accidisse uita uidebatur, in cœlos, & in gloriam suam redijt. Quare ne alienam & inconsuetam petere uideretur, ante creationem mundi apud patrem ipsum sibi affuisse illam testatur: qua nunquam ut Deus caruit, qui cum patre semper regnat, qui cum patre semper glorificatur, qui cũ patre semper adoratur deus, & ex deo, & in deo, & cum deo, quod hic ipse docet, ut Euangelista, dicens: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum: hoc erat in principio apud Deum.

Philip. 2.
Ioan. 1.

CAP. XVIII.

MAnifestaui nomẽ tuum hominibus: quos dedisti mihi de mũdo, tui erãt, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt, & nunc cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt. Quia uerba quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt & cognouerũt uerè, quia à te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti.) Dixi iam in superioribus utroq; modo, id est & quasi deũ, & quasi hominem Christum esse locutum. Quæ dicẽdi figura, nihil ominus hic quoq; seruata est. Nam ut deus natura, & ut character patris, manifestasse nomen eius hominibus, ait. Nomen autẽ pro gloria posuit, quod trita consuetudine comprobatum est. Nam & Solomon: Bonum, inquit, nomen potius quàm diuitię sunt eligendæ. id est existimatio nominis atque gloria, quàm diuitiarum superbia melior est. Et Deus ipse apud Esaiam: Non dicat, inquit, eunuchus, quia lignum aridum ego sim. Hæc dicit dominus ad eunuchos: Qui custodiũt sabbata mea, & elegerint quæ ego uolui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius super filios & filias, nomen sempiternum

Prou. 22.
Esa. 56.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ternum dabo eis. Nemo enim nudi nominis retributionem probis eunuchis, qui corporis cupiditates superarũt, & diuinam secuti sunt legẽ, promitti opinabitur: sed nomen pro gloria positum est. Quũ igitur nomẽ dei patris manifestasse asserat, clarissimam in orbe terrarũ gloriam suam fecisse confirmat. Cuius rei argumentum seipsum præbuit. Glorificatur enim pater in filio, ut in imagine suæ formæ, atq; figura in quibus primitiuorum pulchritudo semper elucet. Nam quum unigenitus sapiẽtia & uita substantialiter, creatorq; omniũ, ac interitu & morte superior, sanctus, immaculatus, bonus denicq; esse non dubitetur: eodem se modo naturaliter habere, qui eum genuit creditur. Ita in gloria imaginis suæ pater effulsit. Nam etsi apud priscos talis esse diceretur, non sic tamẽ illis ut nobis res apertissime patuit. Hic sensus non alienus mihi uidetur, sed alia quoq; semita gradiendum: manifestauit enim patris nomen filius, nõ solum quia certiores nos fecit de perfectionibus dei, quæ uel apud priscos prædicabatur: uerumetiã quia uere patrem esse Deum, nec falso ita nomine appellari nobis aperuit. Genuit enim nõ in tempore creatorem seculorum filiũ, consubstantialem sibi ac cœternum. Nomen autẽ patris magis ei cõuenit quàm nomen dei: hoc enim dignitatis, illud substãtialis significatiuum est proprietatis. Deum enim si dixeris, rerum omnium dominum ostendisti: patrem uerò si appellaueris, proprietatem tetigisti. Manifestauit igitur Christus, quia pater filium genuit. Quare patris nomen uerius ipse quoq; unigenitus deo attribuens, non dicebat, ego & deus: sed, ego & pater unum sumus. Et alibi de seipso. Hunc enim pater signauit Deus: gentes etiam omnes non in dei, sed in patris, & filij, & spiritus sancti nomine baptizandas iussit. Sic & Moses ille non uni personæ creationem attribuit, de homine scribens: Et dixit deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Quibus uerbis personarũ significatur trinitas: per filium enim in spiritu omnia ex patre producta sunt. Sed hæc assequi liquidò antiquiores nõ poterant, quum non patris persona, nec filij aperte introducereť. Dominus autem noster Iesus Christus, patrem proprie suum Deũ esse affirmabat, se autem uerum naturæ patris filium. Manifestauit igitur nomen patris hominibus, quum non solum hoc fecerit, ut absolutius perfectiones Dei sciamus, uerumetiam ut patrem esse Deum nõ ignoremus, & cuius sit pater non dubitemus, & spiritum sanctum Deum esse fateamur. Nam qui solũmodo nouit Deũ esse creatorem omniũ, Iudaicæ mensuram prudentiæ non excedit. Nam sicut lex ad perfectam pietatis uirtutẽ nihil effecit: sic Dei quoq; cognitionẽ imperfectam reliquit, à falsis solum modo dijs ad adorandum unum Deũ inducens. Non erunt tibi, inquit, dij alieni præter me. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Dominus autem noster Iesus Christus, mãdatis Mosaicis meliora hęc nostra addidit, & cognitionem pietatis perfecit. Sed hæc quidẽ, ut Deus ex Deo ad patrem suũ locutus est: quibus cõtinuo subiungit ea, quæ hominẽ magis decent: Quos mihi dedisti de mundo, inquit, tui erant, & mihi eos dedisti. Non em̃ quia aliquid sit patris, quod filij non sit, ista dicuntur: rex enim ante secula est, ut Psalmista canit, & regnum patris secum cõmune est. Propterea & Euangelista, ut subiecta sibi unà cum patre uniuersa ostenderet: In propria, inquit, uenit, & sui eum non receperunt. Propria enim appellat etiam eos, qui regni sui iugum nõ receperunt. Multi enim erant creaturis potius quàm Deo uero inhærentes. Qui, etsi creatorem ignorarent, proprij tamen Dei erant, inquantum creator & Dominus omnium est. Quæ quum ita se habeant, & Dei essent proprij, etiã qui diabolo seruiebant, filio nuncupati sunt. Quòniã ergo perfecto Emmanuel super eos rex à Deo patre constitutus est, non quia modò super eos regnare cœperit, quũ semper domineť ac regẽt ut Deus: sed quia homo factus est, pro uita omniũ crucifixus, sibi omnes redemit, & per seipsum patri obtulit. Ita qui semper regnat cũ patre ut Deus, ut homo rex ordinatus est: homini enim, cum alijs regnũ quoque datur. Non enim sicut animal rationale, mentis & disciplinæ capax, naturaliter homo est, ita & rex secundum naturam est: illa enim secundum substantiæ rationem insunt, hoc extrinsecus & aduentitium est, & adest & abest, nullam subiecto, inquantũ est homo, iniuriam afferens. Qui ergo regnat super omnes semper cum patre, inquantum Deus natura est, regnũ modò ut homo accipit: idcirco ait, Quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt. Omnia em̃ propriè Dei sunt, dantur autem creaturis quę ab eo sunt. Ita dominari super omnia, uniuersaq; possidere, diuinæ naturæ congruit, quemadmodum creaturis, accipere. Verba, inquit, quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognouerũt uerè, quia à te exiui, & crediderunt quia tu me misisti. Verba Dei patris, propter identitatem substantiæ suas uoces appellat, & quia Deus uerbũ est, uoluntatem patris ita enunciat. Sicut nostrũ, secreta cordis nostri interpretatur: ideò quidam etiam propheta dixit, nomen suum magni consilij angelus esse. Sublime nanq; ac supernaturale consilij genitoris, Deus uerbum exponit. Verbis quidem & uocum prolatione, quando ut homo in terris conuersabatur. Spiritali autem lumine postquã in cœlos ascendit: sanctis enim reuelare mysteria scribitur, ut ait Paulus: Si experimentum quæritis Christi loquentis in me. Testificatur igitur ijs diligentes eum acceperunt, & seruauerunt sermonem, quem pater illi dedit. Testificatur etiam cognouisse ipsos à patre se exiuisse, & à patre missum esse: unde dicebant aliqui: Hic homo non est à Deo, non utiq; soluerет sabbatum. Et rursus: Nos Mosis discipuli sumus: nos nouimus quia Mosi locutus est Deus, hunc autẽ nescimus unde sit. Vides nescire ipsos clamare unde sit, sed est à quo missus sit. Quod aũt ineffabilem quoq; ipsius generationem ex patre non susceperunt, sed quasi pedes in lapide offendentes resiliebant Euangelista declarat, dicens, idcircò cædẽ eius à Iudæis quæsitam fuisse: quia non solum soluebat sabbatum, sed etiam deum suum patrem dicebat esse. Ipsi quoque Iudæi dixisse comperiuntur: De bono opere nõ lapidamus te, sed de blasphemia: quia quum sis homo, deum teipsum facis. Ita alij quidã uerba eius seruarunt, crediderunтq; ex patre ipsum effulsisse. Hoc enim (ut arbitror) exiuisse significat. Crediderunt etiam ad nos missum esse, ut mandatum Domini annunciaret, sicut in Psalmo scribitur. Alij uerò utrunq; istorum negarunt. Merito igitur diligentes eum, & credentes in eum, Deo patri commendat: ut quod dixit, re ipsa uel in hac uita præstitisse cernatur. Quid porro illud est: Quicunq; confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego ipsum coram patre meo, qui in cœlis est: qui autẽ negabit me coram hominibus, negabo & ego ipsum coram patre meo. Quod etiam deus pater olim per Esaiam facturum se pollicetur. Sitis mihi testes, inquit, & ego testis, dicit dominus deus, & puer quem elegi. Saluator igitur, & ut homo, & ut Deus loquitur: deus enim & homo est. Quare absq; culpa, ut res postulabat, modò sublimius, modo humilius de seipso loquebatur.

Ioan.6. Matth.28. Gen.1. Deut.6.

## CAP. XIX.

EGo pro eis rogo, non pro mundo, sed pro ijs quos dedisti mihi, quia tui sunt: & mea omnia, tua sunt: & tua, mea sunt. Et clarificatus sum in eis, & iam non sum in mundo. Et hi in mundo sunt, & ego ad te uenio.) Mediatorẽ seipsum rursus ut hominem facit. Dei enim est, & hominum recõciliator, magnus uerè & sanctus pontifex noster, qui suis interpellationibus genitorem propriũ placat, seipsum pro nobis offerens. Ipse nanque hostia, et ipse sacerdos, ipse mediator, ipse agnus uerus, qui tollit peccata mũdi. Sanè figura & umbra mediationis Christi, mediatio prisca Mosis fuit: & pontifex secundum legem, pontificem qui super legem est figurauit. Moses enim atque Aaron inter deum & Iudæorum multitudinem continue mediabãtur, modò irã dei peccatis populi concitatã placantes, & superiorem gratiam imbecillibus impetrantes: modò rursus benedicentes, & secundum legem Deo sacrifica offerentes, aut pro peccatis populi, aut ut gratias deo, p beneficijs agerent. Christus autem, qui pontifex & mediator in ultimis seculis fuit, rogat quidem pro nobis ut homo, liberaliter autem unà cum Deo patre dona dignis distribuit. Quod Paulus aperte docuit, dicens: Gratia uobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Qui ergo ut homo rogat, is ut deus distribuit. Immaculatus enim ac sanctus pontifex quum sit, non pro infirmitate sua, ut legis pontifices solebant, sed pro salute nostra seipsum obtulit semel, paracletus & propiciatio factus pro peccatis nostris. Sed discrepare Ioannes à saluatore alicui forsan uidebitur. Saluator enim pro mũdo hic rogare abnuit:



Ioannes aũt non pro nostris peccatis solum propitiationem & paracletum illum esse, sed pro uniuerso affirmat mundo. Verum beatus Ioannes, quoniam erat Iudæus, ne pro Iudæis tantum paracletus esse dominus apud patrẽ uideretur, non autem etiam pro alijs gentibus quæ uocatæ, obsecutæ sunt: necessariò pro toto mũdo adiecit, id est pro omnibus, qui per fidẽ uocati ad iusticiam & sanctificationẽ peruenium̃t, Dominus autem noster Iesus Christus suos à nõ suis separans: pro eis, inquit, tantummodo qui uerba mea seruant, & iugum meum acceperunt, rogo. Nam quorum mediator atq; pontifex est, ipsis tantummodo mediationis bonũ non iniuria attribuit, quos etiam datos sibi fatetur, & patris esse non negat: quum ad patrem nullus accedere queat, nisi per filium. Nemo, inquit, ad patrẽ uenit, nisi per me. Ita & suo filio, & sibijpsi pater fideles acquisiuit. Quod certè intelligens sacrarum literarum ille peritissimus, inquit: Quia deus erat in Christo, mundum sibi recõcilians. Recipiens enim Christus ut mediator, omnes qui per fidẽ ad deũ concurrunt, & per seipsum patri offerens, deo mundum recõciliauit. Propterea Esaias quoq; dei pacem in Christo eligendam consuluit, dicens: Faciamus pacem cum ipso. Faciamus pacem, qui uenturi sumus. Nam si ab animis nostris uoluptates, quæ à Christo abalienant, pellemus, & impietatem totius (ut ita dicam) uitiositatis matrem ac nutricem aspernabimur, amici Christi effecti, fœdus cum deo pacis percutiemus, ipsi patri per filium coniuncti, & in spiritu clamantes, abba pater. Qui ergo Christo dati sunt, patris erant: sed à Christo propterea non fuerunt alieni: regnat enim cum patre simul: quumq; unum regnum sanctissimæ cõsubstantialisq; trinitatis sit, ipse pater per filium in spiritu regnat. Ita quicquid filij est, gloriæ patris subijcitur: & quicquid patri subijcitur, in eo filius dominatur. Idcirco ait: Omnia mea tua sunt, & tua mea. Vbi enim summa identitas naturę perfulget, ibi gloria perfectionum incommutabilis est, nec diuisa, sed una & eadem. Nam quum perfectionũ patris substantialiter filius hæres sit, omnia ipse quæ genitoris sunt, possíder: & patrem sua rursus habere omnia ostendit. Hunc credendi modum diuina nos scriptura edocuit. Verum quoniam glorificatum se in suis esse asseruit, idcircò magna retribuens, pro eis modò rogat: cur autẽ hoc faciat, exponit dicens: Nõ sum in mundo, & isti in mundo sunt, & ego ad te uenio. Presens enim atq; conuiuens carne cum apostolis, manifesta consolatio erat illis, quum oculis cerneretur. Solet enim humanus animus, non occultis, sed manifestis cõfidere. Quamuis ergo dominus, quum etiam corpore ablit, cuncta quę uelit, possit efficere (Iesus enim Christus heri ac hodie, ipse & in secula) præsentia tamen eius priuati apostoli, non turbari nõ poterant, præsertim quũ magno æstu mundi fluctus in eos influerẽt, & omnibus modis ueritatem prædicãtes deijcere conarentur. Quoniã ergo, inquit, ego ad te uenio: citò

Ioan.1. 1.Ioan.2. Ioan.14. 2.Cor.5. Esa.27. Gal.4. Heb.13.

Universidad de Deusto
Biblioteca



citò enim tibi cõregnaturus in cœlos ascendam, A
isti uerò in terris permanent: de istis rogo, tui eñ
iam sunt, quum mihi dati sint. Quare meritò tuo
rum atq; meorum curam non paruam habeo. Et
glorificatus sum in eis, quia omnia quæ dedisti
mihi, tua sunt, & tua mea. Ver⁹ autem sermo est:
non enim quia dati Christo sunt, ac propterea pa
tris etiam sunt, glorificare illum desinũt, per quẽ
deo patri coniuncti sunt. Nam quamuis ad patrẽ
per eum adducti, patris facti sint, permanent ta
men nihilominus sui, quum uniuersa cum deita
te simul atque potestate trinitati communia sint.
Vnus enim deus in trinitate adoratur, cui omnes
seruitutis conditione subiecti sumus.

CAP. XX.

PAter sancte serua eos in nomine tuo, quos B
dedisti mihi, ut sint unũ, sicut & nos.) Diligẽ
ter considera duarum rerum in unum complica
tionem: humanitatis dico humilitatem, & supre
mam deitatis gloriam: oratio enim utrunq; com
plectitur. Nam quemadmodum etiã in superiori
bus tetigimus, neq; ad sublime omnino extollí
tur, neq; ad nostram penitus mensuram descẽdit.
Nam quum deus & homo ineffabili quodam cõ
cursu uerè sit, ita quasi medium locum retinet, ut
nec deitatis unquam terminos reliquerit, & ho
minis naturã contineat. Vltro enim seipsum pro
nobis humiliauit: ut nos quoq; filij & dij, non na
tura ut ipse, sed per gratiam appellemur, partici
patione spiritus ad ipsum reformati. Quando er
go nõnihil ab eo ita dicitur, ut deitatis glorię hu- C
mana paruitas coniungi uideatur, non turberis,
sed admireris magis, quod tanta orationis uis sit,
mirabileq; artificiũ, ut qui dicit, tam natura deus
quàm homo esse certè uideatur. Neq; id dicim⁹,
quia uerbi natura ad humilius detracta sit (sum
mè id nanq; amẽtię iudicamus, quũ nullam deita
tis natura mutationẽ patiat) sed quia exinanitio
nis uolũtarię modus semper humanitatẽ retines,
propter humilitatis habitũ necessariò minorem
quodam modo patre uideri filium facit, qui equa
lis, consubstantialisq; ipsi est, & in ipso & ex ipso
unigenitus Deus. Noli ergo mirari, si patris glo
ria propter humanitatem minor uideatur, quum
etiam idcircò ab angelis superari Paul⁹ eum scri
pserit. Eum, ait, qui modico quàm angeli minora D
tus est, uidemus Iesum propter passionẽ mortis
gloria & honore coronatum. Quem tamen ange
li adorare iubentur: quũ enim introducat primo
genitum in orbem terrę, dicit: Et adorent eum o
mnes angeli dei. Seraphin quoq; sancti seruili ha
bitu assistere in elato ipso sedẽte solio prophetis
uidebantur. Quãtum ergo ad ineffabilem ex pa
tre generationem, non est proprietas filij naturæ
humanę assumptio. Ea uerò ratiõe qua homo fa
ctus est, proprietas sua est. Permanẽs enim, quod
semper erat & est & erit, ad id quod non erat pro
pter nos seipsum dimisit. Pater, igitur, inquit, san
cte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut
sint unum sicut & nos. Deitatis ineffabili uirtute
ac potestate seruari discipulos rogat: & in persona

*Non sic Paulus, sed Pauli interpres iuxta lxx. Paulus enim ex Psalmo dixit: Quimodico à Deo minoratus est.*

patris unde natus est, suam quoq; naturam ut ho
mo glorificat. Conserua igitur in quit, ipsos in no
mine tuo, quos dedisti mihi, id est in nomine dei
tatis. Deitatis aũt nomen datũ sibi à patre, aitnõ
quia quũ nõ esset natura de⁹, ad deitatis dignita
tẽ uocatus sit (nõ eñ adoptatus est ut nos, sed na
tura filius est) sed quia ut scripturæ testantur, ho
mo factus est, quæ ut deus naturaliter habet sem
per, ut homo in nouissimis accepit temporibus.
Animaduerte autem diligẽter quomodo uitam
subsistentemq; se uirtutẽ, per quam uniuersa pro
ducta sunt, dei patris esse demonstrauit. Quum
enim dixisset, serua eos: non sibi sufficit, sed con
seruandi uirtutem seipsum esse ostendens, serua
eos adiecit, in nomine tuo, quos dedisti mihi. Vi
des quàm tuto undiq; sermo munitur: sic quũ na B
turæ deitatis gubernationem nostrã attribuent,
datam sibi esse deitatis gloriam illico affirmaut,
propter humanitatem suam datũ sibi esse dicens
illud quod sibi semper adest natura, id est nomen
quod est super omne nomẽ. Quod filio adesse di
cimus: naturaliter quidem, ut ex patre est: datum
autem, ut homo est. Homo enim natura deus nõ
est: Christus autẽ natura deus est, licet etiam ho
mo esse intelligatur, propter id quod à nobis a
sumpsit. Seruari autem in beneuolentia & chari
tate discipulos uult, animo & spiritu & pacis cer
tissimo uinculo sic ad unũ copulatos, ut hæc uo
luntaria unio, naturalis in filio & patre unitatis i
mago quędã esse uideatur: ut nullo uidelicet mo
do, nulla ui uoluptatis aut periculi frãgi debilita- C
riue possit: sed conseruetur in pietatis atq; sancti
ficationis unione charitatis uirtus intemerata,
quod & factũ esse in Actibus legitur: Erat enim,
inquit, credentium cor unum, & anima unus, in
unitate scilicet spiritus. Hoc est quod etiam Pau
lus scripsit: Corpus unum & spiritus unus. Nam
etsi multi simus, unum tamen corpus in Christo
sumus. Omnes enim uno pane participamus, &
omnes uno Christi spiritu peruncti sumus. Vti
gitur in uno corpore futuros, & unius spiritus ad
intemeratã pacem participes, seruari Apostolus
uult. Si quis autem uoluerit ideò discipulos sicut
patrem & filium uniri, quoniam non solum sub
stantia, uerumetiam uoluntate uniti sunt, quum
una eademq; penitus trinitatis uoluntas sit, nõ re
pugnabimus: præsertim quum eãdem uolunta
tem totius ecclesię, id est uerorum omnium Chri
stianorũ esse uideamus: licet cõsubstãtialitas non
æquali ratione de nobis, & de patre ac filio dicat.

CAP. XXI.

QVum essem cum eis, ego seruabam eos in
nomine quos dedisti mihi, & custodiui
eos. Et nemo ex eis periit, nisi filius perditionis,
ut scriptura impleatur. Nũc autem ad te uenio,)
Paulatim clariorem saluatoris reddit sermo, & quasi
ab umbra ad solis radios, aut à fluctibus in stano
nem reducitur. Putabant enim discipuli absen- *Matth.16.*
tiam Christi, ut hominis dico (Deus enim ubique
adest multorum eis incommodorum causam fu
turã: quũ non adesset, qui ab omnibus eos posset



malis eruere. Sed oportebat (dicam enim etiam) A
si luminaria orbis postea facti sunt, non solum in
carnem Christi, uerumetiam in deitatem respice
re: quæ quamuis oculis non cernatur, adest ta
men semper summa cum potestate. Nec quicquã
est qd' ,phibere possit, quin omnia repleat, & qd'
uelit peragat: non enim loco aut dimensionibus
circunscriptibilis natura diuina est. Quare quum
deus & homo Christus uere sit, oportuit eos in
tellexisse, ineffabili deitatis potestate unà cum eis
semper futurum, etiam si carne abesset. Idcirco e
nim ipse quoque in superioribus dicebat: Pater
sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mi
hi. Aperte significans deitatis ratione, non carnis
præsentia eos posse seruari. Quippe ipsa etiam ca
ro non à se sancta fuit, sed coniunctione uerbi B
ad uerbi uirtutem quodam modo reformata, sa
lutis atque sanctificationis participantibus causa
est. Non ergo carni ut caro est, operationis diui
næ uirtutem, sed naturæ uerbi attribuimus. Hoc
enim & non aliud significat, in patris nomine il
los fuisse seruatos. Gloria enim Dei certe seruati
sunt. Desolationis ergo formidinem pellẽs, idem
per eadem uerba sæpius reuoluit: salutem illis nõ
corporali carnis præsentia, sed deitatis potestate
futurã ostendens. Sed animaduerte quæso quan
ta in oratione ad nostram ædificationem uis re
condita sit. Nam quum petierit ut à deo patre ser
uentur, ipse id se fecisse affirmat, æqualis se uirtu
tis cum patre, imò uerò subsistentem patris uirtu
tem demonstrans. Nam qui eadem facere potest, C
quæ deus faciat uerus, quomodo & idem natura
& æqualis potestate non erit: & qui ut deus in no
mine dei eos seruauit, deitatisq; gloriam ab operi
bus cõsecutus est: quomodo alterius quàm pater
erit naturæ? aut quomodo deus uerus non de
monstrabitur? Nulla enim res, quæ propria ope
ra Dei sunt, facere potest, nisi substantialiter deus
sit. Retinet autem rursus speculationis duplicita
tem oratio. Nam quod seruare potest quos uelit,
longe à natura creaturarũ abest. Quod aũt nomi
ni patris id attribuit, ut homo locutus est. Ita ut
homo quidẽ lõge ab hac re quodam modo se cõ
stituit: ut uerò deus & uirtus omnipotens patris,
uirtus non operatione producta, sed ineffabiliter
ex natura patris prodiens & eam manifestans, si
bijpsi contribuit. Si uerò rursus deitatis nomen
sibi datum fuisse asserit, non propter hoc (ut dixi
mus) deitatis unquam gloria caruisse credetur,
quum humanitati suę ad unguem id accõmodari
uideatur. Nihil enim habet à seipsa creatura. Con
seruasse autem ita discipulos ait, ut nullus eorum
præter perditionis filium perierit: perditionis ue
rò filium appellauit, quia prauitate perijt sua. Nõ
enim diuino inexpugnabilicq; iudicio in diaboli
laqueum proditorẽ incidisse credẽdum est. Nam
si sic esset, nullo modo culparetur, quum iudicio
dei nemo resistere queat. Nunc autem ita miser fa
ctus est, ut melius secum ageretur, si nunquam na
tus fuisset. Nulla enim necessitate, sed proprio iu
dicio fecit quod fecit. Quare meritò perditionis

filius nuncupatur, qui perditionem elegit. Non A
enim quia scriptum de illo est quod periturus es
set, propterea eò nequitiæ processit, ut paucis ar
genteis preciosum Christi sanguinẽ traderet. Ve
rum quoniam malignitate sua periturus omnino
erat, idcirco id omnino futurũ scriptura prædixit,
quam falsò quicquã dicere impossibile est. Deus
enim ipse per scripturã loquitur, qui mores & ui
tam omniũ nouit: uniuersorũ enim tam præteri
torum quàm futurorũ scientiam ei Psalmista tri- *Psal.138.*
buit, dicens: Tu intellexisti cogitationes meas de
longe, semitam meam & funiculũ meũ inuestiga
sti, & omnes uias meas præuidisti. Quare qui no
uit omnia, qui futura quasi præsentia uidet, per
scripturã nobis hoc etiã prædixit. Non aũt omnia
quæ futura deus nouit, aut uult, aut imperat, nec B
prædictio malum hortatur magis, quàm dehorte
tur. Qui enim præsciuit, multo certe facilius, quũ
liberæ fuerit potestatis, diaboli laqueũ uitare po
tuisset. Sed diceret fortasis quispiã: Si propria uo
luntate potestateq; libera cęteri diaboli laqueum
fugerunt, solus aũt Iudas incidit, quomodo illos
seruauit Christus? aut cur Iudæ non profuit hæc
saluatio? Sed studium atq; uigilia, ô generose tu,
quamuis proba & laudabilis sit, nõ sufficit tamen
ad perfectæ operationem uirtutis: sed salutẽ qui
dem uigilantes attendentesq; diligenter acquiri
mus. Non sufficit autem id nobis, quũ diuina gra
tia, quæ difficilia facilia faciat: & arduam iusticiæ
uiam, planã nobis reddat, necessario indigeamus.
Nostra eñ uis, nisi diuinitus sustentetur, nulla pe C
nitus est: qd Psalmista cõfirmat clamans: Nisi do
minus ædificauerit domũ, in uanũ laborauerunt
qui ædificant eam. Nisi dominus custodierit ciui *Psal.126.*
tatem, frustra uigilat, qui custodit eam. Quare ne
cesse est, ut iugiter, magnoq; animo ad acquiren
dam salutẽ studeamus, & opem dei qua protega
mur, orando petamus. Cuius auxilio facile diabo
li uires superabimus: nisi ei obsequamur, ad uolu
ptates, aliosq; peccãdi modos ,puocati: nisi quo
que nos nec tentati quidẽ, illi uolũtatis nostræ ha
benas largiamur. Nã si ad eius laqueũ, sponte ac
negligẽtia nostra uenimus: quẽ aliũ potius quàm
nos ipsos criminabimur? nonne hoc est qd Solo- *Prouerb.19.*
mõ scribit? Amẽtia uiri uias eius deuastat, & deũ in D
cusat in corde suo. Quod si ,ditor æqualiter alijs
discipulis saluatoris auxiliũ non habuisset, frustra
hęc à nobis dicerent. Sin aũt non minus quàm ce
teri diuina gratia regebatur, sed suo ipsius iudicio
in profundũ perditionis delapsus sit, quomodo e
tiã nõ seruauit eum Christus, qui suũ patrociniũ
ei præstitit: qui quantũ ad ferendã opẽ illi attinue
rit, seruasset hominẽ, nisi ultro ille in perditionẽ
insiliisset? Gratia igit in alijs effulsit, seruauitq; o
mnes qui cooperantẽ ei uoluntatem tradiderunt.
Sic enim salutis nostræ modus dispositus est.

CAP. XXII.

HAec loquor in mundo, ut habeãt gaudium
meũ impletũ in semetipsis.) Reperenda me
moriæ sunt ad huiusce modi locũ absolutã intelli
gentiã, quæ modò dicebamus. Nam ubiq; tã dei-

& tatis di-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tatis dignitatẽ, quàm cõuenientẽ homini mensuram personæ suæ attribuit. Nõ enim abiecit, neq; negat q̃d à nobis assumpsit, quũ nulla reipsa indigens, sed perfectus ex pfecto seipsum humiliauerit: nõ ut quiq; sibi acquireret, sed ut nobis beatitudinem præstaret. Deũ igitur atq; hominẽ uere seipsum esse ostendens: discipulis hinc intelligendum reliquit, non minus se absentem, quàm præsentem salutẽ eis allaturum: & qua ratione, quum adesset ut homo, ea etiã absentẽ seruare posse: nõ enim circunscribitur loco deus, nec à re aliqua unquam abest. Sed omnia implens, & omnia penetrans, in omnibus & extra omnia est. Quando igitur patrẽ alloquebatur, quũ dixerit, Serua eos pater sancte: statim in nomine quod dedisti mihi subiunxit: ut necessariò intelligatur, quoniam in eo ipso nomine à se quoque seruatos dicit, ab una eademque deitate (hoc enim est nomen super omne nomen, quod Christo datum est à patre) illos seruatos fuisse subaperiens. Locutus ergo, inquit, in mundo hæc sum, ut gaudiũ meum impletum in discipulis sit. Quomodo autem, rursus dicere non grauabimur. Nam quum præsens esset carne Christus cum illis, uniuersa se facile superaturos pericula putabant: illo uerò absente, omnia extrema se passuros arbitrabantur. Hac igitur de causa dominus noster Iesus Christus, nec se homine negans, & deũ se esse ostendens, deitatis nomen ut homini datũ sibi affirmat. In se autẽ & per seipsum conseruari credentes à patre asserit. Exquibus omnibus illud subtilius emergit, quod etiam quum ut homo adesset, non hac ratione, sed deitatis uirtute, ac gloria illos conseruabat. Nihil ergo mali accidere uobis potest ait, si carne absfuero: quum deitatis meæ potestas, quæ uos hucusq; seruauit, in posterum etiã seruatura sit. Hæc non ideò dicimus, quia domini corpus nõ magni æstimemus: sed quia mirabiles hos effectus, gloriæ deitatis attribuẽdos putamus. Nam ipsum etiam domini corpus coniuncti uirtute uerbi sanctificatur, & ad benedictionẽ mysticam adeò actiuũ fit, ut possit sanctificationem nobis suam immittere. Vnde ipse quoq; saluator quum ad Iudæos multa de carne sua dissereret, ac uiuificum uerè panẽ eam appellaret: Panis enim, inquit, quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi uita. Stupentibus illis, & quomodo id fieri posset dubitantibus, dicebat: Spiritus est qui uiuificat, caro nihil prodest. Verba quę ego locutus sum uobis, spiritus sunt & uita. Aperte nanq; hic ad sanctificandum, uiuificandum q̃; nihil prodesse carnem ostendit, inquantum scilicet naturæ humanæ caro est. Quum igitur deitati seruatio attribuatur, non debetis, inquit, carnis præsentiã propter hoc desiderare. Hæc in mũdo loquor, ut gaudiũ meũ in uobis impletũ sit. Quod autẽ est impletũ uere, atq; perfectũ gaudiũ: ut sciamus, firmiterq; credamus non solum hominẽ illũ sicuti nos, absq; peccato, sed uerũ etiam deum esse. Hoc enim solũmodo pacto etiam carne absens seruare suos poterit, qui perfectum habebunt gaudium, quum se uiru-

Phil.2.

Ioan.6.



tute omnipotentis protegi non dubitent.

CAP. XXIII.

EGo dedi eis sermonem tuum: & mũdus eos odio habuit, quia non sunt de mũdo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mũdo, sed ut serues eos à malo. Opus esse nobis diuina ostendit beneuolentia, quam eis retribuit, qui propter nomen suũ odio habẽtur. Odit enim mundus omnes, qui mãdata dei seruantes, carnales mundi uoluptates contemnunt, qui meritò gratia & auxilio suo in bono conseruantur. Nam quomodo si ꝓpter deum bella mundi subeunt, nec terrore ullo ab eius amore mouẽtur, non iure ab ipso diligent̃: propterea saluator ait: Quia ego dedi eis sermonem tuũ, & mundus eos odit, quia ex mundo non sunt, sicut ego non sum ex mundo. Libenter, inquit, sermonem tuum, id est, prædicationem euangelicam, ô pater, susceperũt, quæ longe à mundo, terrenisq; desiderijs credentes amouet. Quapropter & à mundo, id est, à uoluptuosis ac sordidis hominibus odio habentur. Non enim possunt eis esse iucundi, quum terrena omnia cõtemnant, & huius mundi uitam abominentur, peccata eorum redarguentes, auaritiã uindicq; pellentes, inanem gloriam despuentes, & matrem malorũ omnium, cupiditatem habendi exterminandam esse docentes, & demum ab errore atq; impietate ad uerũ deum reuocantes: quas ob res odio, inquit, habentur in mundo. Non enim turpi quadam de causa id patiuntur: sed quoniam sermonem tuum eis dedi, ac ideo extra mundum facti sunt, me imitati. Longe nanq; abest discipulina Christi à terrena huius mũdi, et sordida discipulina. Propterea uestigia eius diligẽter sequi Paulus cõsuluit: quæ tunc maxime sequimur, quãdo carnali desiderio spreto, solũ cœlestia desideramus. Cùm apostolis aũt seipsum rursus propter humanitatem suam collocauit, cuius ut hominis imitatione, mũdo contempto ad omne genus uirtutis accingimur, ut modo dicebamus. Quod & Paulus cõfirmans dicit: Per quem mũdus mihi crucifixus est, & ego mũdo. & alibi: Imitatores mei estote, sicut ego Christi. Imitabatur aũt Christũ Paulus, non inquãtum est creator & dominus rerum omniũ (impossibile nanq; homini est, & omnino creaturæ, quicq; ex nihilo producere) sed in quãtum mirabilem uiuẽdi illius disciplinã, tanquam exemplar (ut homini possibile atq; fas est) in seipso transpingebat. Nobis igitur seipsum Christus connumerauerit ut homo, imò (ut uerius dicã) etiã ad hoc bonũ dux & princeps humano generi fuit. Non enim alius quàm ipse mũdum exire nos docuit: supra mundũ sanè doctrina & uita Euangelica est. Sed ueluti, inquit, mundus me odit, eodem & istos etiam pacto. Odit aũt mundus Christum, quia uerbis Christi repugnat: & quum uoluptati deditus sit, admonitionem eius non recipit. Et quia discipuli Christum imitãtur, ipsi quoque similiter odio habentur, quoniam ab errore ac uoluptate ad Christũ reuocant. Pro Christo deprecamur, inquit Paulus, reconciliate uos Deo.

Sed



Sed postquã odio haberi à mundo illos docuerit, pro eis rogat, dicẽs: Nõ rogo ut tollas eos de mũdo, sed ut serues eos à malo. Non enim à rebus humanis, nec ab hac uita antequam cursum ministerij sui absoluerint, antequã uirtute pietatis effulserint, tolli sanctos uult: sed postq; uirtutibus rutilarint, & multos exemplo & doctrina sua reduxerint, tũc ad supernã uocat ciuitatẽ, & in angelorũ collocat choris. Quare sanctorũ etiã quidã ad deum canebat: Ne reuoces me in dimidio dierũ meorum. Nõ enim indemne religiosis animis est, antequam præcipua disciplina uiuẽdi cõfirmentur, naturæ cõcedere. Quare in loco supplicij mortẽ citius dari docens, sæpius cõsulit, ne pecces. Ne ante tẽpus moriaris. Præterea si sancti festinantius hinc abirent, nõ paruo in firmiores in fide detrimento afficerent̃: imò uerò nullo modo ad pietatẽ instituerentur doctoribus carentes. Quod nõ ignorauit Paulus: Melius, inquit, mihi est resolui & esse cum Christo: sed propter uos permanere in carne necessariũ est. Quare sine luminaribus ac sole remanere homines in mundo noluit. Ideo, inquit, non rogare se ut tollantur de mundo, sed ut conseruentur à malo, uirtute omnipotẽtis dei tentationũ impetũ superantes. Illud etiã notandũ, ꝙ doctrinã euangelicam, quæ à seipso cõstituta est, patris esse ait: idẽ em̃ ipse cũ patre idẽtitate substãtiæ demõstraꝝ. Quare non iniuria Iudæorũ populus ipsum audiens stupebant, q̃d nõ ut Scribæ, sed cum magna potestate docebat. Illi em̃ ubiq; q̃d lex uolebat, exponere atq; interpretari se prædicabãt. Dominus uerò noster Iesus Christus, umbris figurisq; prætermissis, magna cũ potestate dicebat: Dictũ est ueteribus, nõ mœchaberis: ego aũt dico, nõ cõcupisces. Nãquamuis nihil addendũ legi, nihil auferendũ scripturæ sit, abstulit tamẽ & addidit Christus, a figura in ueritatẽ trãsponens. Non erat ergo legi subiectus, id est in creaturis non cõputatur. Qui em̃ creatura & seruus naturaliter est, illi cõuenit ut legi subijciat̃. Sermo igitur patris, etiã Christi prius est. Ipse nanq; est patris uerbũ. Quod quũ in patre & ex patre sit, dei uolũtatis est enunciatiuũ. Deũ aũt quũ dicimus, uerũ & solũ deum intelligimus, q; in patre & filio & spiritu sancto intelligit̃.

Psal.101.

Exod.22.

Philip.1.

Matth.7.

Matth.5.

CAP. XXIIII.

DE mundo non sunt, sicut ego non sum de mundo: sanctifica eos in ueritate: uerbum tuum ueritas est.) Ostendit rursus, perspicuumq; facit pro quibus deum patrem rogat, ut intelligatur, quorũ mediator & pontifex in scripturis appelletur. Pro fidelibus enim & diligentibus eum, si quicquam ut homines commiserint, aut si tentationibus uexentur, patrem adit ut mediator, & una cum patre dona dignis collargitur. Decet em̃ id ab eo fieri, quia deus secundũ naturam est. Habent igitur, inquit, qui sermonẽ tuum receperũt, ô pater, imaginem meam in ipsis fulgentem, qua tuo filio cõformes facti, imitatione ipsius, fluctus malignitatis mundanæ naufragant, ab omni turpitudine huius uitæ alieni. Propterea conserua eos in ueritate tua. Naturalis em̃ in Christo, ac supra humanam rationem puritas est. Nam quum deus uerus sit, peccato subiacere non potest: imò uerò fons est uirtutis atq; sanctificationis. In discipulis uero cæteris q; fidelibus puritas, id est, ne terrenis rebus maculẽtur, nõ aliter inesse potest, quàm per diuinam gratiam, quæ peccatorum maculas abstergens, sanctificatæ uitæ splendorem afferat, non permanet tamen nisi uigilemus. Recte nanque Paulus ait: Qui credit stare, caueat ne cadat. Semper enim fluctibus nostra conditio agitatur. Semper diaboli malignitas uel iã probatos euertere conatur. Cibi enim eius electi sunt, ut quidã Propheta ait. Quum igitur alienam à mundo uitã discipulis attestatus sit, eis substantialis suæ puritatis conformationem per imitationem seruari à patre rogat, quasi dicens: Si uita mundi uiuerẽt, ô pater, si terrenis uoluptatibus inuoluti diabolo seruirent, non aggrederetur ille suos, qui uiuendi turpitudine malignitatem eius sequerentur: sed quoniã imitatione splendorẽ meum moribus eorum immittere student, propterea diabolus eos persequitur. Quare seruari eos uolo: neq; id absq; ueritate tua. Ego autem sum secundum naturam tua ueritas, cõsubstantialis, uiuens atq; subsistẽs. Acriter aũt animaduertere oportet in omnibus (ut uno uerbo dicã) quas patri attribuit operationes, sui quoq; ipsius coniunctim mentionem fieri. Quare uerum esse illud ostẽditur: quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Mox enim in nomine dato sibi, nũc autem in ueritate patris seruari eos uult. Quid porrò hæc uerborũ uarietas sibi uult? quid aliud, quàm ut operationem patris in conseruandis sanctis, uariam esse ostendat? Namquum in nomine patris dicat, in gloria & uirtute deitatis liberari credentes confirmat. Quod ipse aperiens, ad Petrũ dicit: Simon ecce satanas expetiuit uos, ut cribraret uos sicut triticũ. Ego aũt rogaui pro te, ut nõ deficiat fides tua. Nã pleraq; eorũ, quæ ad nos pertinent, occulte dispensatur, quũ Christus nobis prouideat, uitamq; nostrã omnipotentia sua protegat. Quum uerò in ueritate seruari sanctos roget, splẽdore ueritatis ad cognitionẽ ipsius ueritatis deduci fideles docet. Nemo em̃ absq; illuminatione spiritus ueritatẽ cognoscere poterit, nec diuina dogmata humana uirtute assequetur. Excedunt enim mentem hominis nostra mysteria, ingẽsq; donum est Christũ cognoscere. Vnde Petrus ille qui uerè filium dei uiui Christũ fuit confessus, illico audiuit: Beatus es tu Simõ Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Reuelat enim sanctis filiũ suum. Qui quũ ueritas sit, non dimittit satanam ad adulterinũ sensum, fidelium mentem impellere. Cui diuersis temporibus Hymenæus & Alexander adhærentes, naufragio fidei, ueritatis doctrinam perdiderunt. Ingens igitur donum est, in rectis cogitationibus et operationibus permanere, in nomine dei & in ueritate à patre conseruatos. Sic enim nec agendo delinquemus, nec imperitia longè à ueritatis do-

Lucæ 22.

Matth.16.

1.Tim.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca



gmatibus excidemus: quod facile fiet, si extra mũ A dum facti, in mundo natos esse non negemus. Ex limo enim & de terra sumus, sed qualitate operũ ac fide conformitatem Christi assequimur. Consi derandum autem est, quàm apte modò sanctum appellauit patrem: ita enim sanctis eum gaudere monet. Sanctum autem est, quod à sordibus mũdi longè abest, quod similiter in Christo (sicut etiam in patre) naturaliter inest: deforis autẽ in sanctos aduenit, splẽdore uitæ sanctificationeq; gratiæ ad supernaturalẽ imaginẽ gratiæ reformatos.

CAP. XXV.

SIcut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundũ: & ego pro eis sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in ueritate.) Sanctũ modò patrem nominauit, & seruari discipulos in ueritate, id est, in spiritu suo rogauit. Veritas enim Ioan.16. etiam spiritus, secũdum Ioannem est: ueritatis enim, id est, unigeniti filij spiritus est. Misisse autẽ eos in mũdum ait, ad imitationem suæ missionis. Apostolus enim, id est missus, & Pontifex cõfessionis nostræ, Iesus, secundum Paulum factus est. Heb.12. Ad apostolatum igitur discipulis cõstitutis, opus esse ille ait, ut à patre sanctificentur, spiritum sanctum mittente per filium. Nunquam enim uere illò splendoris apostoli peruenissent, ut totius orbis fierent luminaria, nec tot tantasq; diaboli tentationes uicissent, nisi participatione spiritus animum armassent. Per quam ad mandatum, quod naturam hominis excedit, roborati ad intelligendas recte scripturas & ecclesiæ dogmata perduC cti sunt. Act.1. Vnde saluator, quum post resurrectionẽ in toto prædicare doctrinam euangelicam orbe illos iusserit, id quoq; iusit, ne à Hierosolymis abeant, sed expectent repromissionem patris, quam Iobel.2. ab eo & prophetis audierunt. Effundam enim, dicit dominus in diebus illis de spiritu meo in omIoan.16. nem carnem. Ipse autem saluator, multa uobis, dicebat, habeo dicere, sed non potestis ferre modò: quum autẽ uenerit ille spiritus ueritatis, deducet Ioan.14. uos ad omnem ueritatem. Et rursus: Ego rogabo patrem, & alium paracletũ dabit uobis. Spiritus enim, dei patris proprius est: sed non minus etiã filij proprius est: non ut alius atq; alius, ut diuisim in utroq;: sed quoniã ex patre et in patre filius est, quũ sit fructus substãtiæ eius, propriũ patris spiritũ secundũ naturã possidet: qui profundit quidẽ D ex patre, per filiũ aũt creaturis donat: nõ ministrij modo, sed sicut mox dixi, ex ipsa quidẽ substãtia dei patris prodiẽs, profusus aũt ad sanctos per cõsubstãtiale uerbũ, à quo est secundũ emissionẽ adesse atq; subsistere, manetq; in ipso, & est semp cõiunctim simul atq; diuisim. Subsistere eñ filiũ dicimus, & in spiritu suo eum esse, & spiritũ rursus in eo cõfitemur. Quod autem spiritus patris, filij quoque spiritus est: quodq; quum à patre sanctis distribuatur, à filio quoque propter identitatem substantiæ cum patre distribuitur: & quod omnia quæ pater agit, per filium agit, apertissime Ioan.16. ipse declarauit dicens: Conducit uobis ut ego abeã. Nisi eñ ego abiero, paracletus non ueniet ad uos: quum uerò abiero, mittam illum ad uos. Hic enim se missurũ liquidò pollicitus est. & alibi: Et ego, inquit, rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis. Quoniam igitur, inquit, ad imitationem missionis meæ in mũdum discipuli mei, qui meis uerbis inhærent, mittuntur: serua eos pater sancte in ueritate, id est, in uerbo tuo. In quo, & per quod sanctificans spiritus & est, & procedit. Sed quæ in his uerbis saluatoris intentio est: sanctificationẽ in spiritu, & per spiritũ ad nos expatre deriuabat: et quod erat in initio, quando à deo creati fueramus, idipsum renouat. Hæc autem dicimus, quia mediator est Christus, & harũ rerum omniũ ut dei filius autor. Sed ne obscuritate ista tegãtur, latius dicẽda uidentur. A limo igitur terB ræ formatũ hominẽ à deo, Moses scripsit. Et quomodo animatus fuit docens: Inspirauit, inquit, in faciem eius spiraculum uitæ. Ita non absq; sanctificatione spiritus animã homini datam significat, nec à diuina natura penitus destitutam. Nunquã enim ad supremæ naturæ imaginẽ humilitas nostra conscenderet, nisi à spiritu, uolũtate uidelicet patris, pulchre conformaretur. Quoniam enim imago exquisita unigeniti spiritus est, ut ait Paulus (Quos enim, inquit, præscíuit, hos & prædestinauit cõformes imaginis filij eius) eos, in quibus habitat, conformes reddit imagini patris, id est filio. Sic uniuersa per filium ad patrem ex quo est, in spiritu reducuntur. Renouari ergo ac reformari quodammodo ad imaginem primam participatione spiritus naturam hominis rogat: ut primam C illam gratiam induti, peccatum quod in hoc mundo regnat, superare possimus, charitati diuinæ inhærentes, & uirtuti toto animo studentes, ut carnis lege superata, pulchritudinem immissæ nobis imaginis inuiolatam seruemus. Hæc enim est uita spiritalis. Hæc est Christianæ religionis uirtus. Sed breuiter iterum repetamus priscum humani generis donũ: id est, quomodo sanctificationem spiritus, & diuinæ naturæ participationem, utin primitijs susciptium discipulorum Christus ad uos reuocat. Sed quoniam uerum est, quod mita consuetudine dicitur, oportere agricolam primum de frugibus gustare (oportuit enim, quum ipse propter similitudinem nostram in multis fratribus sit primogenitus, originem esse ipsum, & ianuam & uiam nobis ad omne bonum) propterea necessariò subiunxit: Et pro eis ego sanctifico meipsum. Quod tam intellectu, quàm explicatu difficile nimium est. Sed qui uniuersa illuminat, & profunda de tenebris educit, hoc quoque nobis mysterium declarabit. Sanctificari secundum legalem consuetudinem dicitur, quod ut sacrum Deo ab hominibus offertur: quemadmodum & omne primogenitum uuluam aperiens in filijs Israel. Sanctifica enim, inquit, omne primogenitum, id est, tribue ac describe tanquam sacrum. Non enim audiendus est, si quis dicet sanctificationem imponere primogenitis, Mosis iussum fuisse? Nulla enim creatura hoc facere potest, sed soli deo attribuitur. Vnde quum seniores sanctificare



ficare deus uellet, manifeste dixit ablaturum se de A
Num.11. spiritu Mosis, & daturum electis de senioribus. Participatione nanq; spiritus sanctificare, supremæ tantummodo naturæ opus est: hanc sanctificandi secundum legem significationem, perspicuProuerb.20. am Solomon facit, dicens: Laqueus uiro est citò suorum aliquid sanctificare. Sequitur enim pœnitentia plerunque post uotum. Ita sanctificare, offerre quicquam Deo secundum legis consuetudinẽ sanctificat. Pro nobis igitur Christus se sanctificauit: obtulit nempe seipsum Deo patri ut sanEphes.5. ctam hostiam, mundum ei recõcilians, & lapsum genus humanum in amicitia eius restituens. Ipse eñ est pax nostra, ut scribit. Præterea reductio generis nostri ad deũ, non aliter per saluatorẽ ChriEphes.2. stũ facta est, quàm participatiõe atq; sanctificatio B ne spiritus. Spiritus enim est, qui nos deo coniungit, cuius participes facti, supremæ naturæ participes reddimur, ipsum quoq; patrem in filio & per 1.Ioan.4. filium recipientes. In hoc, inquit Ioannes, scimus quia in Christo manemus, et ipse in nobis, quia de Gal.4. spiritu suo dedit nobis. & Paulus: Quando, inquit, filij estis, misit Deus spiritum filij sui in corda uestra, clamantem, Abba pater. Nam si expertes sancti essemus spiritus, nunquam Deus esset in nobis: si spiritum non haberemus, per quem in filios dei adoptamur, nullo modo essemus filij Dei: nunc autem participes supremæ naturæ, & templa dei sumus. Pro nostris enim peccatis unigenitus dei filius homo factus, ut sacram hostiam in odorem suauitatis Deo patri seipsum obtulit: C ut quum è medio ablatum sit quod à Deo nos separat, id est peccatum, nihil nobis impedimento sit, quin si uoluerimus, Deo adhæreamus, ac participatione ipsius per spiritum sanctum fruamur, reformãtes nos ad iusticiam, ad sanctificationem, & ad imaginem primam. Nam si peccatum à deo disseparat, iustitia certè coniunget, ac nullo quoRom.3.4. dam modo intermedio, Deo nos assistere faciet. Iustificati autem sumus per fidem in Christum, qui pro peccatis nostris traditus est, ut scribitur: & resurrexit, ut nos iustificaret. Tota enim in eo, ut in primitijs ad nouam uitam natura hominis reparata, ad pristinam conditionem & sanctificationem conscendit. Sanctifica igitur eos in ueritate tua, id est in me pater, ait: uerbum enim tuum, D id est ego, ueritas est. Sãctificauit autem seipsum pro nobis, id est obtulit, quum pro uniuersis mortuus sit, ut omnes ad nouam uitam reformaret, ut sancti sint in ueritate, id est in Christo. Sed iam hoc loco ita expositio, non est inutile tam nobis quàm studiosis alium etiam sensum, & aliã uitam ingredi. Pro nobis igitur sanctificare seipsum dicit, ut et nos sanctificati simus in ueritate. Sed quo modo sanctificatur, qui naturaliter sanctus est? Age rursus dogmatibus ecclesiæ inhærentes, ac rectam fidei regulam non prætereuntes (quantum in nobis situm est) speculemur. Quum deus natura unigenitus sit, exinaniuit seipsum, factus homo ex muliere. Naturam enim nostram absolutissime absque peccato, ineffabiliter sponte sibi coniunxit: ut eam in se primo, & per seipsum ad pristinam pulchritudinem restitueret: utq; cœlestis ipse homo et Adam secundus, primus omniũ in noua uita, incorruptione uidelicet, in iusticia & sanctificatione spiritali constitutus, cuncta per seipsum bona generi nostro immittat. Ita quamuis secundum naturã ipse uita sit, mortuus tamen est, ut in nobis nostra morte destructa, ad suã nos uitam reformaret. Quumq; ipse sit iusticia dei patris, peccatũ propter nos factus est. Ipse nanq; (ut Esa.53. ait Propheta) peccata nostra tulit, & reputatus cũ Coloss.3. iniquis, chirographo quod aduersus nos fecimus per crucem suam laniato, nos iustificauit. Quum igitur sanctus natura sit ut deus, quumq; ipse sanctificationẽ spiritus creaturis immittat, efficiatq; ut creatura & sit, & duret in sancto spiritu, propter nos sanctificatur, non ab alio id acquirens, sed ipse suæ carni sanctificationem immittens. Ita spiritum sibijpsi ut deus præbet, & ut homo accipit, quod non propter seipsum, sed propter nos fecit, ut ex ipso, & in ipso primo recepta sanctificationis gratia, ad totum genus transiret. Nam quemadmodum præuaricatione primi hominis, ut in primitijs generis nostri morti addicti sumus, in ipso primo audientes, Terra es, & ad terram reuerteris: eodem & arbitror modo per obedientiam & iusticiam Christi, in quantum legi seipsum subiecit, quamuis legis autor esset, benedictio ac uiuificatio, quæ per spiritum est, ad totam nostram penetrauit naturam. Nam quod per peccatum corruptum est, idipsum spiritus ad incorruptionẽ reforma: & ad nouam uitam restituit, quod interitum ex negligẽtia passum est. Quomodo igitur, quispiam dicet fortasis, participatione sanctificatus fuit, quum sanctus secũdum naturam sit? quo modo qui cœlestibus atque terrestribus spiritum suum largitur, sibi quoq; largiri dicitur? Difficilia hæc sunt, et omnino insolubilia, si dei uerbum per seipsum sanctificata carne nudum consideres: sin uerò ineffabilem unionẽ eius cum natura nostra memoriæ habebis, omnis cõfestim ex animo tuo longe abibit turbatio. Nam quum credas Deum simul & hominem esse filium, quæ hominem decent, ea etiam si ad unam eandemq; personam unigeniti confluant, absurda tamen non uidebuntur. Nonne alienum penitus, quæso, à uiuificante uerbo mortem putabimus? passus tamen id carne creditur, quæ mortis susceptibilis est: & ipsum dicimus fuisse mortuum, quoniam ut homo mortuus fuit. Progrediaris igitur eadem uia in sanctificandi ratione. An forte putas, secundum naturam, etiã si sanctificationẽ diuinitus non accepisset, corpus domini sanctum fuisse? Et quonã modo id fieri potest, aut quæ differẽtia esset inter carnem terrestrẽ, & substantiã, quæ secundũ naturã sanctificatiua est? Quod si uerũ est, sicuti certe est, nullum quod ex nihilo productũ est, sanctificationis fructũ per naturam habere: sed hanc gratiã ab eo acquirere, q natura sanctus est: quomodo non erit absurdum non indiguisse sanctificatione Dei carnẽ domini putare? Quoniã ergo caro Christi

Universidad de Deusto
Biblioteca



non natura sancta, sanctificata in Christo est à uer A
bo Dei, quod habitat in ea, quodq; templum suũ
per spiritum suum sanctificauit, & ad sanctifica-
tionẽ suæ naturæ traduxit, propterea de cœlo ad
eum spiritus sanctus in specie columbæ descen-
Ioan.1. dit, ut Ioannes testatus est: ut discamus, in primũ
Christum, spiritum ut in hominem sanctificatio-
nis susceptibilem, ad nostræ renouationem natu-
ræ descendisse. Nec dicimus tunc secundum car-
nem sanctificatum fuisse Christum, quando Bap
tista in specie columbæ descẽdentem spiritum ui
Luce 1. dit. Sanctus enim etiam in utero matris fuit. Vn-
de ad uirginem quoque dictum est: Spiritus san-
ctus superueniet in te, & uirtus altissimi obum-
brabit tibi. Sed in signum baptistæ hoc datum fu-
it. Arbitramur autem carnem Domini per spiri- B
tum fuisse sanctificatam, similitudine aliarũ crea-
turarum, proprio templo à filio Dei peruncto, si-
Psal.44. cut Psalmista quoque unigeniti personam cum
humanitate considerans, clamat: Propterea un-
xit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consorti
bus tuis. Nam quum filius suum templum perun
gat, pater qui omnia per filium facit, id quoque
peragere dicitur. Ad quem omnia quę filius agit,
referuntur: radix enim & fons filij est. Non est igi
tur mirum, quamuis natura sanctus sit, sanctifica-
tum tamen esse profiteri, quum scriptura (quam-
uis natura Deus sit) deum tamen eius nuncupet
patrem: quæ omnia humanæ naturæ tribuentes,
Ioan.20. non errabimus. Nam quemadmodum ut homo
mortuus est, quum sit natura Deus: quemadmo- C
dum sub iugo fuit, quum sit dominus omnium:
quemadmodum patrem Deum appellat suum,
quum ipse sit Deus: sic propter nos seipsum san-
ctificat, ut ab eo ad nos sanctificatione redundan
te, ipso sanctificemur in ueritate, id est, in spiritu
Ioan.16. sancto, nam & spiritus ueritas est, iuxta Ioannem.
Non est enim aliud à filio spiritus ratione substan
tiæ, qui & in eo est, & per eum procedit. Missum
NOTA. autem se in mundum dicit, à quo nunquam abfu-
it. Erat enim in mundo, inquit, & mundus eum
non cognouit: non aliud per missionem intelli-
gẽs, quam quod homo factus, spiritusq; perũctus,
prophetici similiudine ministerij, magni fuit cõ-
silij angelus. Ad imitationẽ autem suam ordina-
tos, missosq; à se discipulos, euangelicam & cœle D
stem doctrinam mundo prædicaturos indigere
ait necessariò, ut in ueritate sanctificentur, ut pos-
sint sui ministerij cursum absoluere.

CAP. XXVI.

NOn pro his tantum rogo, sed etiam pro eis,
qui crediturí sunt per uerbum eorũ in me,
ut omnes unum sint, sic ut tu pater in me, & ego
in te: ut & ipsi in nobis unum sint, ut mundus cre-
dat quía tu me misisti.) Initium reparandorum
in nouam uitam, & primus homo cœlestis Chri-
stus fuit: secundus enim Adam, Dominus est
1.Cor.15. de cœlo, ut Paulus ait, idcirco dicebat: Nemo
ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit fi-
lius hominis. Initio autem & origini multo pro-
pinquiores, qui primo electi, sequendi Chri-

stum dignitate decorati sunt: qui gloriam eius o-
culis uiderunt, qui ei semper inhærentes, conue-
nientesq; salutis præcepta in animis suis conges-
serunt: meritò igitur post caput omnium precio-
sissima ipsi corporis mẽbra effecti sunt. Ad quos
benedictionem spiritus à patre petijt per seipsum
dandã, ut in superioribus dictũ est. Verũ ne quis
ex leuitate aut ex malicia putaret ad discipulos so
lummodo Christi spiritũ à domino petitum, nihil
uerò de nobis qui post illos sumus, à põtifice, me-
diatoreq; animarum nostrarum dictum esse: ne-
cessariò subiecit, non de illis solummodo se roga-
re, sed de credentibus etiam in eum per prædica-
tionem illorum. Absurdum enim esset certe atq;
incongruum, si cum unius primi hominis pecca-
to uniuersum genus condemnatũ est, non simili-
ter per iusticiam Christi uniuersa iustificaretur na
tura. Nam quemadmodũ terrestris Adæ imago,
peccato & sordibus, infirmitate uoluptateq; car-
nis, interitu denicq; atq; morte cognoscitur: sic cœ
lestis Adæ imago, uita, incorruptibilitate, & san-
ctificatione, cæterisq; huiusmodi perspicitur.
Ephes.2. Non erat autem possibile adpulchritudinem nos
pristinam reduci, quũ semel reformati fuerimus,
nisi deo coniungeremur: sic enim ab initio fuera-
mus decorati. Coniungi uerò Deo nemo aliter
quàm sancti spiritus participatione potest, propri
am nobis sanctificationem immittentis, & ad ui-
tam suam interitui subiectam naturam hominũ
reformantis, imago enim syncera patris filius est:
naturalis autem similitudo filij, spiritus & credi- C
tur & est. Idcirco quum in se animã hominis re-
formet, diuinam in eo imaginem imprimit. Do-
minus igitur noster Iesus Christus, non de duode
cim solum discipulis, sed de omnibus qui creditu
ri diuersis temporibus per doctrinam euangeli-
cam in eum fuerant, rogat, & petitionem hanc
suam perspicuam nobis esse uoluit: ut ex hoc di-
scamus, per quam iusticiæ semitam ad seruanda
præcepta eundum sit. Quis igitur est iste petitio
nis modus? ut, inquit, unum sint, sicut tu pater
in me, & ego in te, ut & ipsi unum in nobis sint.
Charitatis ergo, pacis & concordiæ uinculum pe
tit, quod ad tantam spiritalem credentes unio-
nem perducat, ut naturalis consubstantialisq; D
in patre, filio atque spiritu, unionis similitudi-
nem imitetur. Nec tamen huius charitatis ui-
tus atque connexus efficere unquam poterit, ut
incommutabiliter in identitate substantiæ tra-
niamur, ut modum unitatis diuinæ assecuti u-
deamur. Illa enim quum naturalis & uera sit, in
substantiæ ratione inspicitur: hæc uerò, unita-
tis habitum imitatur. Quomodo enim ueritas
ti primitiuæ per imitationem nos adæquabimur?
Non enim idem est ueritas, & ueritatis imita-
tio: sed quamuis proportione atque similitudi-
ne æqualitatem habere uideantur, distant tamen
ingentibus differentijs. Quando igitur ad euer-
tendam naturalem trinitatis identitatem, hunc
locum in medium hæreticus affert, quemadmo-
dum dicens, nos nõ identitate absoluta corpora,



nec animarum alterius in alterum confusione u- A
num sumus: sed affectu charitatis, animarum que
ad seruanda mandata Dei consensu: sic & unum
filius cum patre est: repellamus ut imperitum &
impium. Quare sic? quia quæ supra nos sunt, ea
conditionem nostram sequi, & corporali necessi
tati subijci impossibile est. Nam si nulla inter nos
& deum differentia esset, tunc recte illud diceret
tur: sin uerò infinitum caduca hæc natura homi-
num à deo distat, non est possibile, quasi exactam
regulam, quæ nostra sunt ad deum trãsferre. Nec
decet quæ prima sunt, posteriorum conditione
honorari, nec posterioribs uirtutem primorum
ad unguem attribuere. Verùm ne longiores esse
uideamur, illud necessario dicamus. Quum Chri
stus per substantialem, quam cum patre habet u-
nitatem, quam ad imaginem concordiæ, consen- B
susq; animorum in se gerit, modo simili uoluit
nos quoque inter nos consubstantialis uirtute tri
nitatis (quantum nostræ naturę licet) uniri: ut du-
orum populorum ad unum perfectum in Chri-
sto populum concursu atq; conuentu, unum toti
Ephes.2. us ecclesiæ corpus intelligatur. Ipse nanque pax
nostra est, ut ait Paulus, qui fecit utraq; unũ, et me
dium parietem maceria soluens inimicos in car-
ne sua, legem mandatorum suorum decretis eua-
cuans, ut duos conuertat in semetipso, in unum
nouum hominem faciens pacem, ut reconciliet
ambos in uno corpore deo, per crucem interfici-
ens inimicitias in semetipso: quod iam consum- C
matum est: credentes enim in Christum, unum a-
nimum consensu pietatis, & credendi obedientia
possident. Hæc quidem aliena esse non arbitor:
uerum quoniam propositi textus uis, sublimiora
dicere cogit, saluator quoq; imitat, dicens: Sicut
tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unũ
sint. Considerandum est, si ad unitatẽ consensus
& uoluntatis, naturalem etiã inuenire possumus,
per quam nos inter nos, & omes deo colligemur:
fortasis enim etiam corporali unione coniungi-
mur, licet adeò disseparati simus, ut unusquisque
seorsum & subsistat & circunscribatur. Nam si Pe
trus & Paulus unum unitate in Christo sint, Pe-
trus tamen Paulus non est. Age igitur quum tri-
nitas unum natura sit, cõsideremus quomodo e- D
tiam nos ipsi inter nos corporaliter, & cum Deo
spiritaliter unum sumus. Ex dei patris substantia
unigenitus prodiens, & totam in sua natura geni
torem possidens, caro factus secundum Scriptu-
ram est, seq; ipsum naturæ nostrę ineffabiliter cõ-
iunxit atq; uniuit. Qui enim natura Deus est, ue-
re homo factus est, non theophorus, id est, deum
in se per gratiam habens, ut mysterij uim ignoran
tes contendunt: sed uerus Deus simul & homo
est. Sic quæ inter se plurimum secundum natu-
ram distant, in uno seipso coniunxit, & naturæ di
uinæ participes nos effecit. Communicatio enim
spiritus, & (ut ita dicam) mansio, primum in Chri
sto fuit, & ab eo in nos penetrauit: quum homo
factus, ipse templum suum proprio spiritu perun
xit atq; sanctificauit. Origo igitur & uia, qua spi-

ritusancto participamus, et deo uniti sumus, Chri A
sti mysterium est. Omnes enim in illo sanctifica-
mur. Vt igitur inter nos & Deũ singulos uniret,
quamuis corpore simul & anima distemus, mo-
dum tamen adinuenit, consilio patris & sapientię
suæ congruentem: suo enim corpore credentes,
per communionem mysticam benedicens, & se-
cum, & inter nos unum nos corpus efficit. Quis
enim eos, qui unius sancti corporis unione in u-
no Christo uniti sunt, ab hac naturali unione alie
nos putabit? Nam si omnes unum panem man-
ducamus, unum omnes corpus efficimur: diuidi
enim atq; seiungi Christus non patitur. Idcirco e-
tiam ecclesia corpus Christi facta est, & nos singu
li membra Christi, secundum Paulum. Vni enim Ephes.5.
Christo per corpus suum coniuncti, quoniam in
nobis illum, qui est indiuisibilis, accepimus, ipsi
potius quàm nobis membra nostra accommodã
tur. Quod autem ecclesia corpus à singulis homi
nibus tanquam membris compositum, saluator
uerò caput sit, Paulus ostendit dicens: Vt iam nõ Ephes.4.
simus paruuli fluctuantes, nec circumferamur o-
mni uento doctrinæ, in nequitia hominum, in a-
stutia ad circunuentionem erroris: ueritatem au-
tem sequentes, in charitate crescamus in illo per
omnia, qui est caput Christus, ex quo totum cor-
pus compactum et cõnexum per omnem iunctu
ram subministrationis secundum operationem
in mensuram uniuscuiusq; membri, augmentum
corporis facit in ædificationem sui in charitate.
Quod autem corporalis hæc unio ad Christum
participatione carnis eius acquiritur, ipse rursus
Paulus de mysterio pietatis differens, testatur.
Quod aliįs, inquit, generationibus non est agni-
tum filįs hominum, sicut nunc reuelatum est san Ephes.3.
ctis apostolis eius, & prophetis in spiritu, esse
gentes cohæredes & concorpores, & compartí-
cipes promissionis in Christo. Si autem omnes in
ter nos in Christo unum sumus corpus, nec inter
nos solum, uerumetiam quum eo qui per carnem
suam ad nos transiuit: quomodo uniuersi & inter
nos, & in Christo unum non erimus? Christus
enim est huius unionis uinculum, qui Deus si-
mul & homo est. Sed de unione corporali satis,
de spiritali autem eandem uiam sequentes, dici-
mus: quia spiritu sancto recepto, & inter nos quo
dam modo & cum Deo unimur. Nam quamuis
unicuiq; nostrũm patris, & suum Christus spiri-
tum distribuit, indiuisibilis tamen spiritus est, &
distributus singulis spiritus in seipso unit, & om-
nes quibus distributio facta est, unum in seipso ef
ficit. Et sicut uirtus sanctissimę Christi carnis u-
num corpus facit participantes: eodem arbitror
pacto, in quibus indiuisibilis dei spiritus habita-
uit, eos omnes ad unitatem spiritalem conducit.
Ideo rursum Paulus nobis scripsit: Supportantes Ephes.4.
inuicẽ in charitate sollicíti seruare unitatẽ spirí-
in uinculo pacis: unũ corpus, & unus spiritus, sic-
ut et uocati estis in una spe uocatiõis uestrę. Vn
dominus, una fides, unũ baptisma, unus Deus &
pater omniũ, qui super omnes, & per omnia, & in

Universidad de Deusto
Biblioteca



omnibus nobis. Quũ enim unus in nobis habitat A spiritus, unus uerus & pater omniũ per filium suum in nobis habitat, adinuicẽ & secum sui participes spiritus uniens. Quod autẽ spirituisancto sic uniamur, etiã hac ratione modo quodã percipitur. Nam si animalem uitã contẽpsimus, & legi nostræ spirituali subiecimus, nostri dominũ in omnibus spiritum faciẽtes, perspicuũ est ad aliam quasi naturam nos transformari: quũ uiuendi animalitatis nostræ modũ fugientes, conformationẽ habitantis in nobis spiritus mirabilẽ susceperimus, non solum homines, uerumetiam dei filij, cœlestesq; homines participatione diuinæ naturæ unum effecti. Ergo in patre, filio, & spiritu omnes sumus unum. Vnum autem dico habitudine atque affectu, ut incipiẽtes dicebamus: Vnum pietatis cõsensu, unum sanctæ Christi carnis cõmunione, unũ unius sancti spiritus participatione.

B

CAP. XXVII.

ET ego claritatem, quam tu dedisti mihi, dedi eis, ut sint unũ, sicut & nos unũ sumus. Ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in unum. Et cognoscat mũdus quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti.) Naturalem atq; consubstantialem cum patre unigenitus unionem habet, ex quo natus est uere, & in quo est. Vnum enim est cum patre identitate substantiæ, quamuis in propria subsistentia sit. Verum quoniam propter nostram salutem à sua dignitate, ac claritate quasi exiuit (hoc enim significat, exinaniuit seipsum) ideo accepit rursus cum carne claritatem ac gloriam, quam semper ut Deus habet. Quoniam ergo templum quod à uirgine accepit, quamuis consubstantiale deo patri non sit, unitum tamen ita cum uerbo est, ut sua persona cum eo sit (unus enim Christus, & unus filius est, etiam homo factus) idcirco unitatem cum deo accepisse dicitur: quum templum suum, quod à se deus non est, unum cum Deo uerbo factũ sit. Et ut breuius dicã, & clarius, quod templo suo datũ est, sibi datũ esse unigenitus ait, datum scilicet à patre per ipsum in spiritu. Nõ enim aliam habet uiã modus unitatis cum deo. Intelligitur enim in Christo unitate inefabili caro sanctificata, absq; ulla cõfusione ad unitatem uerbi ascendere, & per uerbum ad unitatẽ patris, habitudine quadã scilicet, & nõ naturaliter. Hanc igitur, inquit, claritatem & gloriam, pater quam mihi dedisti, quæ est ut tecum unum D sim, dedi eis, ut sint unum, sicuti nos unũ sumus. Vniuntur enim inter se fideles illis modis, quos iam exposuimus. Vniuntur autem etiam Deo, & modum ipse saluator aperuit, dicens: Ego in ipsis, & tu in me, ut in unum sint consummati. Corporaliter enim filius per benedictionem mysticã nobis ut homo unitur, spiritaliter autem ut deus, sui spiritus gratia, nostrum ad nouam uitam, & diuinæ naturæ participationem, spiritum redintegrans. Nexus igitur unionis nostræ ad deum patrem Christus est: nobis quidem ut homo, deo autem patri ut deus naturaliter unitus. Non erat enim possibile, corruptioni subiectam hominis



naturam ad immortalitatem conscendere, nisi natura immortalis, atq; incommutabilis ad eam descendisset, ac communione, participationeq; sui à mortalitatis nostræ terminis, ad suum bonum reformatos eleuaret. Consummati ergo sumus, reductiq; ad unionem dei patris mediatione saluatoris, id est, Christi. Filium enim dei natura patri unitum, corporaliter, substantialiterq; (ut dictum est) accipiẽtes, clarificamur glorificamurq; supremæ facti naturæ participes. Accipi autem nos ad dei patris unionem Christus uult, ut tum hanc gloriam naturæ nostræ per seipsum præbeat, tum huius gratiæ ui eos redarguat, qui eum ex deo esse negant. Quando igitur, inquit, per me ibi pater coniungentur, tunc mundus cognoscet, quia tu me misisti: & quia eos etiam quos tibi per me cõiunxisti, sicuti meipsum amauisti. Nam qui Christum ut hominem claritate atq; gloria deitatis donauit, nobisq; potestatẽ fecit, ut gratia hoc acquirere possimus, quomodo æquali nos mensura charitatis non amet? Nemo autem propter hoc mentis compos turbabitur. Perspicuum enim est, nullo pacto seruientem naturam cum domino suo posse contendere, nec æquali mensura creaturam & filium deus suum amabit. Verumtamen filius dei, qui ante secula à patre amatur, amari cœpit ut homo, quod non sibi, sed nobis acquisiuit. Quemadmodum ergo resurrectionis ac gloriæ suæ conformes erimus, & primum in Christo renouati sumus: sic & amoris (ut ita dicam) conformitatẽ in Christo accepimus. Mirari ergo debemus diuinæ naturæ benignitatem, quæ creaturæ, quę sibi propria sunt, cõmunicare dignetur.

B

C

CAP. XXVIII.

PAter, quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum, & illi sint mecum: ut uideãt claritatem meã, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi.) Quum pro discipulis, imo uerò pro uniuersis orauerit, charitatemq; patris, unionem ac sanctificationem petierit, ista subiunxit. Vt non alios secum futuros, gloriamq; suam uisuros, quàm eos ostendat, qui per ipsum patri coniuncti, eo amore diliguntur, quo ipse quoque amari præcipitur. Diligimur enim ut filij, ad similitudinem filij naturalis. Nam etsi non æquali mensura, tamen exquisita imitatio rei, ueritati quodammodo exæquari uidetur. Volo igitur, inquit, ut qui per illuminationem fidei mihi absconditi sunt, mecum sint, & gloriam meam uideant. Quæ autem oratio, quàm suaue sit esse cum Christo explicabit? Ineffabilia certe sunt, nec oculus unq; uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ Deus præparauit diligentibus se. Quid enim maius, quàm esse cum Christo? meliorem est resolui & esse cũ eo, ut Paulus ait. Quibus ille uerbis etiam huic uitæ dignitatem amicorum dei præposuit, quæ est (ut alibi testatur) esse cum Christo. Resurgent enim mortui, ait, & nos illis rapiemur in nubibus obuiam domino in aera, & sic semper cum Domino erimus. Saluator



Saluator etiam alibi: Vado, inquit, & præparabo A uobis locum, & iterum ueniam, & accipiam uos mecum, ut ubi sum, & uos sitis. Aut enim minus curiose superiores his uerbis mansiones significari dicemus, aut locum eundem cum Christo nobis dari propterea putabimus, quia magna sit horis similitudo. Conformes enim erimus gloriæ suæ, conregnabimusq; secum secundum scripturas, unaq; recumbemus cum eo in regno cœlorum, modo quem ipse scit. Sed pluribus hoc comprobare non est opus: perspicuum enim est, quare illud consideremus, ut gloriam, inquit, uideãt meam. Non prophani, non peccatores, nõ qui diuina mandata contemnũt: sed soli sancti gloriam Christi uidebunt. Tollatur, inquit, impius ne uideat gloriam domini: & beati mundo corde, quia ipsi deum uidebunt. Qui uerò alij mundi corde sunt, nisi qui Deo per filium in spiritu coniuncti, omnes uoluptates carnis spreuerunt, & hanc uitam quasi negantes, secundum uoluntatem spiritus, soli Christo integre uixerunt? Talis erat Paulus qui ex nimia puritate cordis dicere non dubitauit, Christo se crucifixum: nec iam se uiuere, sed Christum in eo. Alium etiam quendam sanctorũ canentem audio: Cor mundũ crea in me deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Redde mihi læticiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Ne proijcias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Læticiam enim salutaris, spiritũ appellat, qui gaudium æternum largitur, cuius principatu ac ductu mundanas perturbationes superamus: qui ueri salutaris, id est Christi spiritus est. Ita multis modis spiritũ appellauit, quũq; cor mundũ dixisset, spiritum rectum illico nominauit. Peruerso enim corde oblitos q; sunt, qui nondũ deo cõiuncti sunt, nec participationem benedictionis Christi per spiritũ habuerunt. Præcipuam ergo iuris darè gratiã uoluit, ut secum sint, ut gloriam eius uideant. Ante autẽ constitutionem mundi, diligi se ait, uirtutem humanæ mysterij antiquissimam ostendens. Præsciuit enim deus modum salutis nostræ, quæ meditatione Christi consummata est, cuius cognitio nõ ab initio data hominibus est, sed lex primo per figuras illam tenuiter obumbrabat. Gratia uerò saluatoris in tempore opportuno diuinitus reseruata est. Huius rei cognitio, & Iudaicum supercilium, qui legi semper inhærent, maxime deprimit (nulla enim cura de figuris faciunda est, quũ ueritatis radijs fulgeant) & eos euertit, qui uirtutem nostri mysterij recenti patris consilio excogitatam arbitrantur. Quem errorem Petrus quoq; ostendit, dicens de Christo, quia præscitus quidem fuerat ante constitutionem mundi, manifestatus autem in ultimis seculi temporibus. Datam autem sibi gloriam à patre dicit, discipulos quoq; datos & immerituũ sibi, non ut deo, sed ut homini, qui nihil horum habet natura, intelligendum est.

B

C

D

CAP. XXIX.

PAter iuste, mundus te nõ cognouit: ego aũt te cognoui, & hi cognouerũt, quia tu me misisti.) Quum pater, sanctus, immutabilis creator multisq; aliis possit à Christo appellari nominib. non est ab re considerare, cur iustum præcipue ac solummodo hic nominauerit. Inutile nanq; arbitror, hęc in diuina scriptura paruipendere. Quando igitur sicut mediator pro nobis ut uoluntate patris sanctificaremur intercedebat: Pater dicebat sancte, conserua eos in ueritate. Veritatem non aliam intelligens, quàm spiritum suum, per quem ad similitudinem suã ineffabili uirtute animas nostras reformat. Per quem nos inuicto robore firmans, ad cursum uirtutis omni labore cõtempto, inuitat. Per quem diaboli artes & uoluptatem mundanam superare nos facit. Qui enim signati semel spiritu sunt, qui arrabonem gratiæ in animo acceperunt, uirtutem ex alto induti fortissimi sunt. Vt igitur hæc bona acquirere, adipisciq; possemus, sanctificationem à patre nobis petebat: nunc autem illud (ut ego puto) significare uoluit, dixit iam, Et ego clarificationem quam mihi dedisti, dedi eis, ut sint unum sicut nos unũ sumus. Et dilexisti eos, sicut me dilexisti: & quos mihi dedisti, uolo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecũ. Et post hæc omnia iustũ patrẽ appellauit, ualde, ut ego arbitror, consequenter. Voluntate nanq; patris factus homo filius est, ut natura hominum per spiritum sanctificata, & deo coniuncta, in superioribus habitet mansionibus. Creatus enim homo est ab initio non ad malum, sed ad bonum. Ad improbitatem aũt diaboli artificio depulsus, nõ iniuria à iusto patre reuelatur, et à peccatis detersus ad primam imaginem reparatur. Iure autẽ etiam qui uiolare imaginem dei ausus est, id est, diabolus, plectitur. Quod enim supplicij genus illi non conuenit, qui aduersus Deum tot, tantaq; aggressus est? Pater igitur iuste, inquit, iustus tu es atq; bonus, & iudicia tua recta sunt, qui me uere filium tuum ad renouationem hominum misisti: mundus uerò talẽ te esse nõ cognouit. Nam si cognouisset, si tam benignum iudicium tuũ intellexisset, cucurrisset ad saluantem, & ultrò te adorasset. Hæc ad patrẽ dicebat, quasi gratias pro nobis agens: quoniam per iusticiam suam salutẽ cupiditate lapsis attulit, & diabolum condemnauit. Et mundus quidem, id est, qui euangelicę prędicationi aduersantur, non cognouerunt patrem esse iustum. Excæcauit enim (ut Paulus ait) Deus seculi huius infidelium mentes, ut non fulgeat illuminatio euangelij gloriæ Christi. Discipuli uerò sui hoc ipsum probe cognouerunt. Magnas sane eis attribuit laudes, qui caduca omnia contemserunt, ut iustum patrem cognoscerent: quo cognito, filium quoq; certe cognouerunt. Si ergo mundus ignorasse patrẽ accusatur, discipuli autẽ non ignorasse dicuntur: non est ambiguum illos ex mundo non fuisse: Christi enim fuerũt, qui ex mundo non est. Vnde Paulus quoq; scribit: Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mũdo. Extra mũdum aũt fuisse discipulos asserimus: nõ loco, qui ut luminaria in mundo splendent, uerba uitæ prędicãtes, sed quia in terris cœlestem uitam uiuebant,

A

B

C

D

Psal. 118.

2. Cor. 4.

Gal. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca



uiuebant,& carnis cupiditate superata, imò autem omni proiecto uitio, ad sublimem atq; diuinam uirtutem progressi sunt, ut in Psalmis legitur: Quoniam dñs fortes terræ uehementer eleuati sunt. Fortes enim propter deũ, terrenis omnibus spretis, ad superiora nimium animo eleuati sunt. Hoc eñ significat, uehementer eleuati sunt. Mundus igitur, inqt, iustũ te patrẽ ignorauit: ego aũt noscens (consiliũ enim & sapientia tua sum) à naturali mea deitatis gloria meipsum exinaniui, & paupertatẽ humanam assumpsi, ut secundum uoluntatẽ tuam, lapsum à coniunctione nostra genus humanũ seruarem: quod quidem mundus ignorauit, discipuli aũt mei cognouerũt, uereq; intellexerunt quia tu me misisti: id est, quia tua uoluntate ueni salutem periclitantibus afferre.

Psal. 46

A

CAP. XXX.

B

ET notum feci eis nomen tuum: & notum faciam, ut dilectio qua dilexisti me, in eis sit, & ego in ipsis.) Tam à se quàm à discipulis cognitũ esse patrem ostendit: ac ne aliquis putet eodẽ modo ipsum & discipulos patrem cognouisse, quanta sit differentia, uerbis suis aperte patefecit. Nam ipse quidem reuelat ac docet: discipuli uerò docẽtur. Verbum enim & consilium & sapientia patris quum sit, profunda genitoris naturaliter nouit: sicut & mẽs humana, ea quę in ipsa sunt ignorare non potest. Discipuli uerò nõ à se, sed per spiritum filij illuminati, patrẽ intelligere potuerunt. Aptissime igitur dixit: quia feci & faciam nomen tuum ipsis notum. Sed animaduerte oro, quomodo una eademq; patris ac filij operatione deus cognoscitur. Reuelat patrẽ filius, sed non minus pater etiam filium reuelat. Beatus enim, inquit, es tu Simon Bar Iona, quia nec caro, nec sanguis, sed pater meus cœlestis tibi reuelauit. Reuelauit autem illud quod Petrus tunc confitebatur, quia ipse sit Christus filius dei uiui: nunc uerò ipse de se asserit, quia nomen patris notum discipulis fecerit. Nunquam enim cessauit mysterij sui uirtutem unigenitus reuelare: sed tunc quidem discipulis, nunc autem unicuiq; illuminationem spiritus inserens, ad cognitionem quæ uires humanæ mentis excedit, diligentes eum deducit. Cur autem et tunc discipulis, et postea cæteris notum et fecit et faciet nomen patris? ut, inquit, dilectio qua me dilexisti, in ipsis sit, & ego in eis. Qui enim syncere deum patrem nouerunt, & Christi mysterium exquisite perceperunt, ad similitudinem filij à patre diliguntur, absolute uidelicet atque perfecte: sic enim filius à patre diligitur. Propterea ipse Christus per sanctum spiritum in illis habitat coniunctione spirituali, per seipsum deo illos patri coniungens, qui syncere patrem & uerbum eius cognouerunt. Manifestauit autem nobis nomen patris, quum filium se esse docuerit: qui enim patrem cognouit, is filium ignorare non potest: quod recurrere similiter necessarium est. Quod si ita est, nec alter absq; altero intelligitur: quomodo (ut quidam impie dicunt) creatura filius erit? Filium enim si quis nominat, patrem illico animo uoluit: creaturam autem si nominat, ad creatorem mentem reduxit. Quare quum filius patrem deum appellet, non creaturam, sed genimen uere se nouit. Nec debemus turbari, si filiationis nomen de nobis quoq; dicitur. Natura enim ille filius est, nos uerò adoptione per gratiam honorati: unde non filios solum, sed deos plerunque homines à scriptura nuncupari uidemus.

Matth. 16.

C

CAP. XXXI.

HAec cùm dixit Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introiuit ipse, & discipuli eius.) Quum discipulos doctrina sua illuminauerit, & ad uirtutẽ, rectamq; uiuendi disciplinam instituerit, ac deniq; spiritalem eis gratiã pollicitus fuerit, & benedictionem patris affuturã illis affirmauerit: libenter egressus est, passionis tempus non fugiens, nec mortem pro omnibus reformidans. Cur enim timeret, qui passione sua impassibilitatem omnibus redimebat? qui propter hoc uenit, ut orbem terrarum suo sanguine patri acquireret? Sed aliàs quidem sæpius irruentibus in eum Iudæis, ut deus facile se ab insania illorum liberabat, quum opportunum passionis tempus nondum adesset: nunc uerò quoniam iam opportunitas aderat, è domo ubi cum discipulis prædicta mysteria explicauit egressus, illò uadit ubi cum discipulis conuersari solebat. Quod facit, ut facilius à proditore possit inueniri. Hortus autem erat, paradisi locum designans: ad pristinum enim omnia recurrere oportebat. Et ut in paradiso malorum initium factum est: sic in horto Christi passio incipit, per quam à malis liberati, in pristinum habitum restituti sumus.

D

CAP. XXXII.

SCiebat autem & Iudas, qui tradebat eum, locum, quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas autem quum cepisset cohortem, & à pontificibus, & Pharisæis ministros, uenit illuc cum lanternis & facibus et armis.)

Necessariò nulla multitudine, nulla turba quæ defendere posset: sed discipulis tantum sequentibus in hortum fuisse ingressum scripsit, ut ignaua & formido proditoris latêre non posset. Magna quædam res, conscientiæ certè stimulus est, qui quando perperam aliquid agimus, etiam nullo præsente ingenti nos metu exagitat. Tale quid passus proditor, ut arbitror, & cohortem armis munitam, & Iudæorum ministros secum adduxit, ut quasi latrocinio proditum caperet. Non enim ignorabat non posse illum capi nolentem, sed magnitudine, ac impietate facinoris excogitati, quasi temulentus atque insanus, quo rueret non sentiebat. Itaque putauit ex insania diuinam uirtutem illius posse magna fortasis manu superari. Nec mireris, si tam ridiculose miser mouebatur. Nam quum animi sui gubernacula & libera uoluntatis suæ potestatem diabolo penitus tradiderit, ab illo iam regebatur. Casum autem suum recte quispiam mirabitur & perpetuo lachrymarum fonte dignum putabit. Nam quis modò in eadem mensa cũ Christo cœnabat, qui sanctum eis panem cum alijs comedebat, qui ad pietatem exhortantẽ Christum audiebat: qui denique illud percepit, Vnus uestrũm me tradet: ab ipsa mensa exiliens, cursu ad mercedẽ abijt Iudęorum, non pietatis uerborum recordatus, totius spei futuræ oblitus, nullam datæ apostolis à Christo dignitatis curã gerens: ac (ut uno uerbo dicã) omnibus bonis tam paruum & uile præponens argentum, rete ac laqueus diabolicus Christo, & Iudæorum impietatis eximius princeps factus est. Verum derideri digni, qui laternis & facibus aduersus Christum proficiscebantur. Time bant forsan, ne, ut in tenebris fieri solet, aut in foueas caderent, aut pedes lapidibus offenderent: nec uidebant se in lapidem illidere, de quo à Deo patre dicitur: Ecce ponam in Sion lapidem offensionis, & petram scandali. Et paruam fouęam formidantes, in profundum abyssi delapsi sunt. Et illius noctis tenebras facibus depellentes, de noctis perpetuæ tenebris minime curant. Non enim possunt, qui naturali lumini, id est, Christo insidiati sunt, nisi æternas tenebras habitare: ubi suæ impietatis amaris nimium supplicijs torquebuntur.

Ioan. 31.

Esa. 23.

A

B

CAP. XXXIII.

IEsus itaque sciens omnia quæ uentura erant super eum, processit & dixit ad eos: Quem quæritis? Respondерunt ei: Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum cum ipsis. Vt ergo dixit eis, ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.)

Nocte proditor ministris Iudæorum & cohorte munitus accedit. Putabat enim multitudine fretus (ut diximus) uel inuitum posse illum capere. Inuenit autem in loco illum solito, quo quasi ad diuersorium nox illum deduxit. Sed Christus ut eum temere cogitasse argueret sponte præuenit, & obuiam factus, nec se ignorasse quę fiebant ostendit: & potuisse facile præscius effugere demonstrat, nisi ultro ad passionem progrederetur. Non enim inuitus in periculum incidit, ne sapientes gentium rideant, leuitati suæ scandalum crucem facientes, ne Iudæi elato supercilio uires se Christi credant superasse. Interrogat uerò quem quærant: non quia ignoraret, sed ut eos argueret, qui nec cognoscere quidem poterant ipsum: & nos doceret non potuisse capi, nisi ultrò se quærentibus offerret. Considerandum etiam est, quia quum Christus dixisset, quem quæritis: non insilierunt in illum: sed quasi non uidentes, Iesum, inquiunt, Nazarenum. Sed non cognouisse milites Christum, nec ministros Iudęorum, quispiam dicet. Quomodo autem poterant ministri sacerdotum Christum (qui quotidie in templo docebat) non cognoscere? Verum ne quis ista cogitaret, necessario Euangelista proditorem quoque cum militibus, & ministris stetisse narrat. Quomodo igitur ille Christum nõ nouit? an quia nox erat: sed hoc quoque mirabilis Euangelij scriptor pręuidit: cũ facibus enim & laternis

C

D



fuisse illos exposuit. Potestas ergo diuina Christi innituit, qui quamuis se quærentibus offerret, minime tamen cognoscebatur. Verum ut aperte non posse ab illis cognosci nolentem ostenderet: ego sum, ait. Deinde ut etiam nihil posse aduersus uirtutem suam magnas militum cateruas monstraret, hoc miti sermone in terram illos prostrauit. Hinc re ipsa discimus, nihil uel ad unum uerbum dei, & illud iucundissime dictum, creaturam efficere posse. Quomodo igitur minas ferret ut in Psalmis dicitur: Tu terribilis es, & quis resistet tibi ab ira tua. Signum autem futuri gentis Iudaicę casus, is ministrorum casus est. Vnde Hieremias quoque Iudęos deflens dicit: Cecidit domus Israel, nõ est qui excitabit eam. Imago autem casus ille fuit omnium qui Christo aduersantur, quibus omnino terribilis casus imminet.

Psal. 75.

Thren. 1.

CAP. XXXIIII.

ITerum ergo eos interrogauit: Quem quæritis? illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respondit eis Iesus: Dixi uobis quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire, ut impleretur sermo quem dixit: quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam.) Iterum dispensans interrogauit, ut magnitudinem cæcitatis eorum in medium proferret. Impietatis nanque crimine mente capti, non cognoscebant quem alloquerentur. Ita rerum ipsarum periculo uera esse Christi uerba uidemus, quibus ait: Ego sum pastor bonus. Pastor bonus animam ponit pro ouibus. Salutem enim apostolorum protegit, ultro se offerens. Nam quasi ignauiæ crimine accusans: dixit uobis, inquit, quia ego sum. Ita seipso tradito iussit ut illos abire sinerent. Vnum enim mori oportuit, sufficientem pro uita omnium redemptionem: ut & mortuorum & uiuorum imperium acciperet. Ne quis illud ridiculum, uerum esse putaret, apostolorum mortem ad destructionem interitus aliquid contulisse: quum liberatis enim ab interitu, etiam apostoli iure connumerantur. Vnius enim nobiscum illos fuisse naturæ constat, in quos imperium mors suum exercuit. Solus ergo qui ex uiuo patre est, pro uita omnium carnem tradidit suam, quę post mortem coniuncti secum uerbi uitam secuta, uiam nobis dedit, qua mortis laqueos possimus superare. Primitiæ nanque dormientium Dominus, & primogenitus ex mortuis est, facilem ad immortalitatem cursum hominibus per resurrectionem suam efficiẽs. Semouit igitur à periculo illo discipulos, non ignorans ad se solum, certamen illud & opus salutis nostræ pertinere: regnantis enim & non seruientis naturæ opus est. Iussit autem sinere discipulos abire, ut impleretur inquit, sermo quem dixit: quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam: quod etiã de posterioribus intelligitur. Nam quod in paucis factũ est, quomodo in pluribus negligetur? & qui tam paucorum in tali tempore curam habuit, quomodo innumerabiles fideles non proteget? Putãdum igitur est imaginem omnium illos tenuisse. Quod si diligentes

1. Cor. 15.

Colos. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca



diligentes se à periculo liberat, quãta qualisq; in illos ira futura sit qui eum occiderunt, perspicere licet: quomodo enim non oderit quod malũ est? quomodo porrò qui operantur quæ ille oderit, æterna poterunt euitare supplicia?

CAP. XXXV.

SImon ergo Petrus habẽs gladium, eduxit eũ, & percussit põtificis seruum, & abscidit eius auriculam dexteram: erat autem nomen seruo Malchus.) Quid coegit, quispiam dixerit, Euãgelistam harum rerum facere mentionem, & gladio Petrum feruentius, ne crudelius dicam, insurrexisse in hostem, reprehensumq; à Christo fuisse diligenter conscribere? superuacanea hęc esse forte putas, sed non ita est. Magnã enim hæc res nobis affert utilitatem, unde discimus quónam usq; pietatis æmulatio progredi queat. Docemur igitur, si nolumus in simili certamine deum offendere, quod non ferrum accipiendum, non lapides proijciendi, non fustes in aduersarios Christi erigendi sint. 2. Cor. 10. Non enim carnalia sunt arma nostra, ut ait Paulus. Sed quum effugere pericula nõ possumus, mansuete uel cruciãtes alloquemur. Multo enim melius est iusto iudici rationem iniuriarum reddendam relinquere, quàm pietatis causa, sanguinis nostri petere ultionem. Licet etiam alioquin absurdissimum sit, persequentium morte honorare illũ uelle, qui ut mortẽ solueret, mortẽ libenter subijt. Propterea Christus in hoc sequendus erat necessariò. Nam si ui multitudinis inuitus ad necem traheretur, omni modo fortassis debuissent illum discipuli defendere. Verum quum potuisset, ut deus uerus, omnes unà sola perdere uoluntate, qui uel unico & miti uerbo illos prostrauit (cecidêrunt enim in terram, inquit) non oportuit certe ferro illos aggredi, quos ipse, quum facile posset, non perdebat. Tale quid etiam & Luc. 9. iam alio loco ab Euangelistis narratur. In castellum quoddam Samaritanorum, in finibus situm Iudęæ, Christus diuertit. Quumq; ab hominibus illis repelleretur, molestè ferentes discipuli, dixerunt: Dñe, uis, dicamus ut ignis de cœlo descendat, & perdat eos? ad quos saluator: Sinite ipsos. Nõ enim uenit ut potestate sua in impios utatur, sed ut clementiæ atq; misericordiæ supremæ nobis exẽpla daret. Propterea dicebat: Discite à me, Matth. 11. quia mitis sum et humilis corde. Sed intentio Petri, qui gladium aduersus hostes accepit, à manda- D to legali non fuit aliena. Pedem enim pro pede, Exod. 21. & manum pro manu, & uulnus pro uulnere absque culpa referre iubebat. Quid autẽ aliud facere uolebant, qui cum armis in Christum irruebant, quàm illa, ad quæ depellenda uel uitæ pericula erant subeunda? Quod autem fustib. atq; gladijs armati erãt, ipse saluator manifestauit, dicens: Vt Matth. 26. ad latronem capiendum cum gladijs & fustibus existis: quotidie sedebam in templo docẽs, & nõ tenuistis me. Non fuit ergo contra legem Petrus commotus. Christus autem qui uenit ut supra legem nos duceret, motum huiusce modi, quamuis secundum legem fuerit, repressit, quasi longe à perfecta uirtute constitutum. Sed unde nam, dices, Petrus gladium habuit? quia secundũ legem gladio se defendere licebat: idcirco gladiũ quoq; ferre licebat. Quomodo enim ferro Iesus, ferro ne ulcisci possis, nisi ferrum tecum habeas? Preterea quum ad hortos & loca condensa nocte concubia diuerterent, credendum est illos prouidisse, ne à feris bestijs læderentur, quæ uariæ in Iudæa reperiũtur. Sed nónne ad pellendas feras Christi uirtus sufficiebat? Ita prorsus: inueniemus tamen quamuis ad omnia Christus sufficeret, hominum discipulos more uixisse. Poterat sane uel ex lapidibus panes facere Christus, poterat ex nihilo argentum creare: & tamen & panes quærebant, & loculos ad deponendum oblatum argentum habebant. Nauem quoque cum discipulis Christus B conscendit, quum absq; naufragio traijcere discipulos potuisset. Frustra igitur hęc opponunt, quum hominũ more uixisse discipulos non ignoremus. Dextera uerò auris amputatur: ut dextero, proboq; auditu carere Iudæos significaretur: noluerunt. n. Christũ audire. Sic auditu sinistro cõprobato, cogitationes suas secuti sunt errantes, & in errorem alios trahentes, ut scribitur.

CAP. XXXVI

DIxit Iesus Petro: Mitte gladium in uaginã. Calicem quem dedit mihi pater, non uis ut bibam illum.) Euangelicæ disciplinæ hic locus mandatum præcepti, non à Mose, sed à Christo hominibus dati uirtutem parturit. Tantum enim abest, ne gladio uti consulat Christi doctrina, ut si quis semel maxillam cæsus, altera petatur, altera quoq; uertenda sit, si humani prauitatem animi superare desideret. Multum igitur, inquit, à mansuetudine tuus Petre animus abest. Nam quũ habere hunc mihi calicem propositum sit, quem pater constituit, id est sponte subire mortem decreuerim, quomodo hæc aliena nõ sunt? Simile huic illud est: dicenti enim Christo, Ecce ascendimus in Hierosolymam, & filius hominis traderetur in manus peccatorum, & crucifigent, occidentq; ipsum, & tertia die resurget. Hæc, inquam, ut in hac discipulos stabiliret Christo dicẽti, Petrus utilitatem passionis ignorans, & dedecori futurum putans: Propitius, inquit, tibi esto domine, ne fiat tibi hoc. Quid igitur tunc Christus? Vade retro Satana, scandalum mihi es, quia nõ sapis ea quæ dei sunt, sed ea quæ hominum: is enim quæ deo placent sapit, qui mundanam gloriam penitus contemnit. Nec, si prodesse proximo potest, existimationis multę facit iacturam. Charitas enim non quærit quę sua sunt. Qui uerò humana solummodo respicit, is magnum quid huius mundi gloriã putat, is sua tantummodo curat, & proximum negligit. Quemadmodum igitur tunc scandalum Christi, qui scandalum pati non potest, dictus est, feruẽtiq; amore commotus, euertere conabatur, quantum in ipso fuit, prædestinatam pro tota omnium passionem: sic modò ex ardore utiliter in passionis ignorãs, gladio utitur. Reprehenditur igitur: nec solum, mitte gladium in uaginã tuam, audit: uerum etiam, ut alibi dicitur, quia quicũq; A gladium capiunt, in gladio peribũt. Sed quod diximus, breuiter repetamus. Quum non inuitus, nec Iudaica ui superãte, sed ultro se Christus quęrentibus offerret, quã ob rem Iuæorum erant insidiæ repellendæ? A patre autem hunc sibi calicẽ datum esse inquit, quum ab impietate Iudęorum excogitatus sit: quia nihil facere potuissent, nisi propter nos pater permisisset. Vnde uel ad Pilatum magnifice dicentem respondit: Nullam in me haberes potestatem, nisi desuper tibi datũ esset. Potestatem enim datã Pilato dicit: quia consilio patris nullo modo in passione reluctatus est.

CAP. XXXVII.

COhors ergo, & tribunus & ministri Iudæorum cõprehenderunt Iesum, & ligauerunt B eum, & adduxerunt eum ad Annam primum: erat enim socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius.) Omni nunc impedimento depulso, Petro Ioan. 19. quiescente, nemine defendente, Christoq; ipso quum posset effugere, ultro se offerẽte, inflati nimium milites, uincula rerũ omniũ dño immittũt: qui ad nostrã naturam descendit, ut à peccatorũ & diaboli uinculis nos eriperet. Ducunt autẽ primo ad Annam & Caiphæ socerum. Vnde subintelligere datur artificem insidiarum ipsum fuisse, pactãq; proditori mercedẽ promisisse. Ipsi ergo uinctus primo Christus traditur. Tunc re ipsa uerũ esse demõstrabat, quod per prophetã Iudei dice- Sap. 2. bant: Circũueniamus iustũ, inutilis est nobis: nõ qa talis ipse fuerit, sed qa pecccatorib. & uoluptuosis, supra legalẽ iusticiã docẽs, ac liquidò quę C deo placebãt aperiens, inutilis atq; molestus illis erat. Quã docendi uiãlex certè nõ tenuit. Quippe non aperte, sed per umbras & ænigmata, quæ parum intellecta, parum utilitatis tunc afferebãt, disciplina legalis nos docet. Quẽadmodum igitur nullam utilitatem cæcis splẽdor solaris affert, & suaues cibi amari febricitantibus uidentur: sic Iudæis dominus, quamuis salutis autor esset, molestus tamen uidebatur: quia ægritudine impediti saluatorem ferre non poterant.

CAP. XXXVIII.

MIserunt aũt eum ligatum ad Caiphã põtificem. Erat aũt Caiphas qui cõsiliũ dedit Iudęis, quia expedit unũ hominẽ mori propopulo. D Sequebatur aũt Iesum Petrus, & alius discipulus.) Autoritate atq; cõsilio impietatis in Christũ præfuit Caiphas, & paulò post quasi fructum sui consilij uinctum Iesum suscipiet. Verum cæteris iam discipulis ingenti perculsis formidine ac dissipatis, Petrus qui feruẽtior erat, sequitur, & alius cũ eo discipulus. Ioannes autem hic erat, qui hoc nobis diuinitus conscripsit euangelium, qui longe ab animo ostentationem omnem exterminans, nomen suum occuluit. Et certè, quæ forti ac magno animo gesta sunt, non lingua nostra, sed alio rum prædicari debent. Turpissimum enim est, Prou. 27. non aliorum uoce, sed ore nostro laudari. Vnde in Prouerbijs dicitur: Laudet te proximus tuus, & non os tuum: alienus, & non labia tua.



CAP. XXXIX.

DIscipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium pontificis.) Non absq; causa, minutissima etiam nobis hæc conscripsit. Nam quoniam gesta in atrio pontificis narraturus est, necessario ea præmisit, quibus non ab alio doctus, sed ipse uidisse quę scribit cõprobatur: introiuit enim cum Iesu in atrium, quoniam pontifici notus erat.

CAP. XL.

PEtrus autem stabat ad ostium foris: exiuit ergo discipulus alius, qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum.) Non remansisset extra Petrus, nisi ostiariæ obseruatio nõ tutũ ignotis faceret introitũ. Nec depulit mulierculam, licet facile potuisset, quia importunitatis crimini subijci nolebat. Extra igit stabat mœstus, quousque Ioannes dolere ipsum etiam propter hoc non ignorans, intromittendi eius gratiam ab ostiaria impetrauit.

CAP. XLI.

DIxit ergo Petro ancilla ostiaria: Nũquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dixit ille, non sum.) Prædixit iam dominus Petro ter ante quam gallus cantet negaturũ, infirmiorem quodammodo factũ in fide: nunc uerò Euãgelista, ubi & quomodo id acciderit, narrat. Mulierem cer tè ianitrix, quum de discipulis iniuria capti hominis illius esset, interrogauit. Depulit hoc Petrus tanquam crimen nõ paruum, non timore magis C ne captus esset: nec quia nullam ueritatis curã haberet, quàm fortassis quia pati omnia uolebat, dum modo Christũ uideret. Ex amore igit decidit & pietatis causa negasse uidetur, non rectæ quidem, nec exquisita ratione probatæ: sed quæ tamen adesse cum Christo, & uidere illum faciebat: quod maxime Petrus optabat.

CAP. XLII.

STabant aũt serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se: erat autem cũ eis & Petrus stans, & calefaciens se.) Quum introisset Petrus, ne mœstu uultu condolere capto uideretur, ac ita expulsus, uidere non posset quæ uellet, cum ministris se miscuit, & quæ illi faciebant, alto corde premẽs dolorem, facere simulat. D Nõ enim est uerisimile in tanta mœstitia Petrum frigoris remediũ quæsiuisse, qui multo maiores ita Christo uincto uoluptates reijcerat. Quasi uerò nihil ad mœrorẽ ipsum impelleret, nocumenta frigoris igni cum ministris repellit. Vt quum unus de domesticis pontificis esse uideretur, à nemine interrogaretur quis esset, atq; ita negandi rursus crimen euitaret: sed mentiri saluator non poterat. Quod enim ut Deus præuidit, id futurũ discipulo nunciauit.

CAP. XLIII.

POntifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius.) Iurisperitus et doctor, cui diuinitus mandatur iustum iudicium iudicare, quasi latrone per uim (quantũ in ipso erat) Christo uincto, quoniã crimina inferre non

Universidad de Deusto
Biblioteca



poterat, de discipulis, & de doctrina interrogat. A Interrogat autem, utrum legi Mosaicę cõueniat, an aliena sit à lege doctrina ipsius: & quisnam animus discipulorũ eius sit, utrum maiorũ mores sequi, an nouam cultus, & cęremoniarum ingredi uiam. Id autem summa cum malicia faciebat. Putabat enim quicquã aduersus legem Mosis Christum dicturum, quod nihil aliud apud illos erat, quàm deo ipsi repugnare. Quasi em̃ homini nudo, Christo attendebant, & legis dominũ prævaricatione legis dãnare studebãt: oblíti dicti illíus: Impius est, qui regi dicit, præter legem facis.

Prou.16.

CAP. XLIIII.

REspondit ei Iesus: Ego palàm locutus sum mũdo, ego semper docui in synagoga, & in templo, quo omnes ludęi cõueniunt: & in occulto locutus sum nihil.) Frustra, inquit, laborat, qui rem omnibus notã, quasi abditã scrutatur. Quomodo enim cęlabitur, quod omnibus palàm est? Puto autem hæc ita à Christo dicta fuisse, ut compositas maliciose falsas reiceret causas. Sed illud quoque occultius his uerbis suboստędi arbitror: Ego, inquit, palàm locutus sum mũdo. id est, quę per Mosen uobis scripta sunt, non aperte quęcũque placent deo, sed umbris atq; figuris, & per ęnigmata significant: & ruditate contecta literæ, quæ necessaria cognitu sunt, aperte nõ exponũt. Ego uerò palàm locutus sum mũdo. Pietatis em̃ uiam non ænigmatice, sed dilucide mundo prædicaui. Mũdo aũt, inquit, quoniam etsi nondum: tẽpore tamen opportuno in orbẽ euangelij sonus C exiuit. Ego, inqt, semper in synagoga docui. Operæpreciũ est uidere quid molitur: ad memoriam

Esa.45. nolẽtibus reducere studet, quod Esaias ex persona Christi prædixit: Non in occulto locutus sum, nec in loco terræ tenebroso. Et rursus: Tota die, inquit, expãdi manũ meas ad populũ incredulũ & cõtradicentẽ. Non em̃ est aliud, non in obscuro loco, nec in occulto ipsum locutũ fuisse, quàm q̃d palam, & in synagoga, & ubi multi affuerũt, loquebatur. Cõmode aũt in memoriam prophetiæ reducit, ut discerent impie se facere, quẽ uenturũ sperabãt, postq̃ uenit, tanq̃ scelestum uincire. Iu-

Rom.15. dæis enim promissus fuit, secundum Paulum.

CAP. XLV.

QVid me interrogas? interroga eos, qui audierunt quid locutus sum ipsis, ecce hi sciunt, quid dixerim ego.) Increpat uiri sperítis, quasi legem, qua plurimum gloriabantur ignorantibus. Frustra enim quærebant crimina, postquam ligarũt. Cur ergo, inqt, interrogas? cur ad defensionem prouocas captum, priusquàm accusatum? Et alíter: Qui iam dedecoratis me, quantũ in uobis est, inquit, si uerè dicã, mentíri me clamabitis. Alios ergo de me interrogate: nec est difficile testes inuenire, isti enim me audierũt. Nec, ut quispiam forsan putabit, quia corda hominũ ut deus nouit, aliquos forte presentes, qui eũ audiuerunt suboստędit. Sed aperte aliquos de ministris monstrauit, qui & audiuerũt & admirati fuerũt: quomodo aut quando, dicã breuiter, ut liquidius hic



locus pateat. Prædicante domino, ut alibi Euãgelista iste narrauit, ludæorum principes disrumpebantur, miserũtq; ministros, ut eũ caperent. Qui doctrinam Christi admirati, attente audiebãt: & post prædicationem Christi redierunt ad pontifices & pharisæos, & dixerunr illi: quare non adduxistis eum? Responderunt ministri: Nunquã sic homo locutus est. Et tunc Pharisæi: etiámne uos decepti estis? Hoc sciẽs saluator: Interroga, inqt, eos qui audierunt: Ecce isti sciunt quæ ego dixerim. Ipsos enim tunc astantes monstrauit, qui & pulchritudinem doctrinæ suæ fuerant admirati, & ludæorum impietatis erant ministri.

CAP. XLVI.

HÆc autem quum dixisset, unus ministrorũ assistens, dedit alapã Iesu dicens: Sic respõdes pontifici? Prædictum etiam hoc prophetica uoce de Christo est: Corpus dedi percutientibus, & genas meas uellentibus. Quod modò in ludæi condemnationem superbiæ, & dedecoris nostri euersionem exitum habuit. Dedecorati enim peccato fuimus, quam notã iniustũ Christi deterret dedecus. Ipse enim peccata nostra tollit, & pro nobis laborat. Nã quemadmodũ mors sua mortem nostram destruxit, similiter arbitror prævaricationis nostræ dedecus alapa Christe inflicta delétum fuisse. Vnus enim pro omnib. laborabat, & unus pro omnib. inhonorabatur. Sed uniuersam ipse creaturã perhorruisse puto, si sensum huius rei habuerit. Dominus em̃ gloriæ impia manu hominis cædebatur. Nõ aũt est ab re quærere, cuius rei gratia tam impudenter ille impius minister Iesum cædit: quũ neq; ipse asperũ quiddã responderit, nec Põtifex tale quid imperauerit. Ministrorũ esse consuetudinẽ fortasis quispiã dixerit, cogere quos adduxerunt principibus modestius loqui, & si quid rudius dixerint, & uerbis & uerberibus deprimere. Sed nullo modo mitissimæ responsioni Iesu hęc conuenire possunt. Causam igitur impudentię superioribus congruentẽ putamus fuisse. Offenderũt ministrorũ aliqui ludæorũ principes (ut iã diximus) qui capere Christum iussi, sic eum admirati sunt, ut laudantes, dicerent: Nunquam locutus homo sic est. Quo reponso, quasi rabie concitati, etiámne uos decepti estis? Pharisæi dixerunt: Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti sunt. Quoniã igitur responsio saluatoris ad memoriã huius rei principes reducebat (testes enim ministros citauit dicens: Ecce isti sciũt q̃ dixerim ego) idcirco ne de animo suo, beneuolẽtiaq́ue principes suspicarẽt, q aliàs, qa Christũ admirabat, fuit reprehẽsꝰ, alapa Christũ cędit. Solẽt em̃ ministri, non ferre quicq̃ aduersus se principibus referri.

Matth.26. Luc.22. et 23.

CAP XLVII.

REspondit ei Iesus: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? ) Magno iniuriæ crímine arguit ministrum. Nam si etiam ignobilíssimo quidam iudicium subiret, cædere tamen eum non oportebat,



bat, qui neq; uerbo, neq; realiqua ad hoc incitarit. Nam si male locutus sum, inquit, ostende in quo errauí: sin uerò id facere non potes, cur ita furiose moueris? Sed tritus huíus loci sensus hic est: ego autem arbitror aliud quiddam hæc uerba respicere. Arguitur enim forsan minister maxime iniuriari, non solummodo quia inflixit alapã, uerumetiam quia cuius doctrinã admiratus est, eũ modo nulla de causa cędit. Nam si aliàs non probasses doctrinam meam, inquit: si mirabilis scripturæ interpres tibi uisus non essem: si non exclamasses, nunquam locutus homo sic est: forsan ignorantiæ tuæ uẽnia dari posset. Verum quoniã audisti, quoniã uerba mea laudasti, quæ nũc etiã admirareris, si tibi constares, quam satisfactionẽ alapa cædens inuenies? Sed animaduerte quæso summam saluatoris clemẽtiam, tanquã in tabula modo ab Euangelista conscriptam. Cædítur em̃ ut seruus, qui nutu solummodo perdere ludæos omnes potuisset, nec ultionem facit ullam. Nõ enim ira, nec mœstícia, nec dolore uincitur. Placare autem, meliorem̃q; facere principem studet, quumcędi oporteret negat eum, qui nihil male locutus est. Ita mansuetudinis suæ, nec quidẽ in rebus, quæ cæteris terrorem asserunt obliuiscitur: sed ratione optima, ludæorũ superbiæ ministrũ à

Psal.73. tali temeritate cauere inducit; & qui mala pro nobis habuit, ut scribitur, bona pro malis reddidit. Sed ille quidem dominus omniũ, & Deus uerus clementer tulit. Nos autem miseri terra & limus,

Psal.102. qui herbarũ uiriditati à scriptura collati sumus. (Homo enim sicut fœnum, dies eius tanquã flos C agri, sic efflorebit) si quis de proximis lapsu linguę minimũ quicquã cõtra nos dixerit, more draconũ in eum insurgimus, & mille uerbis pro uno uituperantes, satiari non possumus: non quia ut homo lapsus est, nec propter cõmunem infirmitatem hominũ iram deprimimus, sed ad ultionẽ irruentes, principem & consummatorẽ fidei nostræ Iesum nõ respicimus: nec recordamur scriptum esse, modo: quia eorũ uiæ ad mortẽ, qui memores iniurię sunt. Modo: relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecãti tibi peccata soluentur. Exemplum igitur clementiæ atq; mansuetudinis Christum teneamus, qui hac de causa nobis dicit: Nõ est discipulus supra magistrum, nec seruus supra dominum suum. D

Vndecimi libri finis.

COMMENTARIORVM D. CYRILLI in Ioannem, Liber duodecimus.

CAP. I.

MIsit igitur eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. Erat autẽ Simon Petrus stans & calefaciens se. Dixerunt ergo ei: Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit: Non sum. Dixit unus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam: Nonne ego te uidi in horto cum illo? Iterum ergo Petrus negauit: & statim gallus cantauit.) Quasi currentem equum narranti progressum euangelista utiliter reuocat, & ad priora rursus orationem reducit. Quare sic? quia negationem Petri tertio factam exponere uoluit. Repetit ergo breuiter, & missum ab Anna Iesum ad Caipham iterũ dicit: Petrumq; interrogatum exponit, tum à ministris, qui calefaciebant se, tum à quodam generis ministri illius, cuius aurem ipse amputauit. Ita tertio negasse Petrũ, & gallũ cantasse meminit: nullum saluatoris uerbũ cecidisse oստędens, qui adunguem infirmitatem discipuli & cognouit & prædixit. Quæ omnia diligenter explicauit, ne quis aduersariorum Christi nobis insultaret, quomodo, & ubi negasse Petrum inquirẽs. Reaũt sic studiose ab euangelista narrata, nemo hæc fortasis dicet: sed aduersꝰ Petrũ insurget, formídinis crímine ipsum accusans. Nondũ enim, inquiet, periculũ uidit, & ter exleuitate negauit. Quibus ut friuolis longe proiectis, studiosis dicendum esse arbitror: illa etiam de causa minutim hæc esse conscripta, ut legentes intelligãt, quales ante Christi resurrectionem & aduẽtum spiritus apostoli fuerunt, & quales post eaquam uirtutem ex alto acceperũt, effecti sunt. Inuictos enim animo, & uere diuinos homines illos fuisse constat: antea uerò quàm imperium mortis à saluatore destructum esset, terribilis erat illis moriendi formido. Nam quũ spiritũ adhuc nõ haberent, nec superna gratia essent roborati, humana pusillanimitate detẽti, metu patiẽdi ut homines frangebantur. Et quemadmodũ ferrũ, quamuis per se durũ sit, lapidibus tamen facile retunditur, nisi liquore quodã firmetur: sic animus hominis, etiã si uirtutis amore cũcta pericula spreturũ se iacket, asperitate tamẽ certaminũ uincit, nisi sancti spíritu gratia sit corroboratus. Imbecilliores igitur antea ut homines apostoli fuerãt: sed spiritus gratia infirmitatẽ postea humanã superarũt ad inuictũ animũ robore spíritus conformati. Infirmitas ergo discipulorũ ad gloriam dei cõscripta est, q paruitatẽ nostræ naturę ad inexpugnabile turris erigit robur. Erit autẽ q̃d uni sanctorũ accidit, maximæ nobis cõsolationi. Hinc enim discimus nullanos desperatiõe affici debere, fragilitatẽ humanam cõsiderantes: sed cõfidere potius oportere, credentes robur ab illo nos habituros, qui dilí gentibus se neruos ad uirtutem & uires largitur.

CAP. II.

ADducunt ergo Iesum a Caipha in prętoriũ: erat autem mane. Et ipsi non introierũt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent pascha.) Quum iustum iudicare iudici Exod.23. um, & innocentem ac iustum non interimere lex iubeat: inuíti, quia nullam culpam inueniant, miseri erubescunt. Nullam igitur causam inuenientes, quia pascha iam celebraturi erãt, ne cædę hominis ipsi macularentur, ad alium adducunt: nõ putantes per dementiam cordis, scelus, si per alium interficerent, ad ipsos redundare. Ridiculosissimum etiam illud est, innocentem quasi scele-

Universidad de Deusto
Biblioteca



stum accusantes, & in capita sua tantæ impietatis crimen effundentes, prætorij ianuam tanquã maculam fugiunt, & hominibus impuris miscerí nõ patiuntur. Lapidibus puto, & hominum corporibus inquinari animam crediderunt, iniuria uerò interfiecre hominem nihil mali putarunt. Sed illud multo ridiculosius est, quod ut agnum comederẽt (qui nihil aliud quàm Christi mysterium figurabat) cauent ne inquinentur: in ipsam autem ueritatem insaniunt. Iure igitur, modò dealbata sepulchra; & exterius uili quodam artificio decorata, intus autẽ sordibus plena Christus appellabat: modò excolantes culicem, camelum aũt glutientes. Nam quũ exacte minima quærerent, peccatorum maxima non uidebant: & calicem atq; paropsidem exterius laurabant, de interioribus nihil omnino curantes. Ideò Hieremias liquidò dicebat: Laua cot tuũ à malignitate Hierusalem, ut saluẽris. Ipsi uerò mentis impietatem nihil esse arbitrantur, & Christo ad Pilatum adducto, loca & incircũcisorum corpora quasi scelus effugiũt: & dummodo manibus non interficiant, nullam se cõtracturos culpam, si Pilati ad hoc ministerio utantur, ex dementia putant. Quam eorum fatuitatem prophetę non ignorarunt: Væ, inquit Esaí as, iniquo, mala ei accidẽt. Et Ezechiel: Sicuti fecísti, erit tibi retributio tua, retribuetur tibi in caput tuum. Et Psalmísta: Redde retributionem eorum eis. Nam quemadmodũ ipsi saluatorem omnium Romanis tradiderunt, sic paulò post Romanis traditi perierunt. Graue nanq; adeò bellũ aduersò ipsos exarsit, ut in calamitates inauditas impulsi, mortuos se optarẽt antea fuisse, quàm in pericula illa incidísse nt: quod saluator futurũ præ dixit. Quando, inquit, ab exercitibus obsessam Hierusalem uidebitis, tũc dicetis mõtibus, Cooperite nos: & collibus, cadite in nos.

Matth. 23.
Micre. 4.
Esa. 3.
Ezech. 9.
Psal. 93.
Luc. 23.

CAP. III.

EXiuit ergo Pilatꝰ ad eos foras, & dixit: Quã accusationẽ affertis aduersus hominẽ hũc? Extra prætorium remanserunt, ne lapidum & parietum tactu inquinarentur. Pilatus autem exit foras, traditi sibi hominis crimina scrutaturus. Sic uir alienigena Mosaicæ legi non subiectus et incircuncisus, causas quærit diligenter, iniustum putans, hominem uexare innocentem. Illi autem parum de mandatis dei curantes, quum nihil dicere possent, ut latronẽ tamen adduxerunt. Non iniuria igitur ad synagogam suam dicitur: Iustificata est Sodoma ex te. Et ipse Christus hanc insaniam suam incusans. Nec iuxta iustificationes, ait, gentium fecerunt mihi. Nam gentes quidem lapidibus & lignis (quę ut deos per errorem adorant) maculatis & illotis manibus non sacrificãt: sed nec hominem, nisi in scelere deprehẽsum occidí patiuntur: illi aũt, quamuis deo uero agnum sacrificaturi essent, innocentis tamen sanguine animas suas inquinare per nequitiam student.

Ezech. 16.

CAP. IIII.

REsponderunt, & dixerunt ei: Si nõ esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.) Causam quidem nullam habent, impietatis autem turpitudinem cælant, dicentes, nullo modo se Iesum, nisi malefactor esset, tradidisse. Ita cauillationibus iusticiã, & mandata legis seruare simulant, & credí uolunt secundum legem uiuere, qui falsò legis autorem accusant: malefactoremq; appellant eum, qui ad destructionem malorum in mundũ uenit. Vere igitur per Oseam de ipsis salutator prædixit: Væ ipsis, quia resilierunt à me: miseri sunt, quia impie fecerunt in me: ego redemi eos, ipsi uerò aduersus me falsa locuti sunt.

CAP. V.

DIcit ergo eis Pilatus: Accipite uos eum, & secundum legem uestram iudicate eum.) Non est fas mihi, Pilatus ait, nullo accusatum crimine hominem secũdum leges punire: ipsi ergo eum secundum legem uestram iudicate, si etiam innocentes lex uestra cõdemnat. Ridiculosa hęc res, imò uerò largis digna lachrymis fuit, gentilia legibus, quoniam nihil culpæ dabatur, dominus iustificabatur: Iudęi aũt, qui diuina lege iactabãt, mori illum oportere clamant.

CAP. VI.

DIxerunt ergo Iudæi: Nobis nõ licet interficere quenquam. Vt sermo Iesu impleretur, quẽ dixit, significans qua morte esset moriturus.) Vetari aiunt ab impia cæde, pascha celebrare: nam aliter ministerium Pilati nõ quæsissent. Volox enim semper animus Iudæorũ ad omne malum est. Petunt ergo à Pilato, ut Iudaicam crudelitatem imitatus, suæ in præsentia insaniæ seruiat. Hoc autem etiam prædixisse Christum Euangelista asserit. Discipulus enim modum mortis suæ prænunciauit dicens: Ecce ascendimus in Hierosolymam, & filius hominis tradetur in manus peccatorum, & crucifigent eum, & occidente eum, & tertia die resurget. Huius prædictionis necessario meminit Euangelista, ne quis putet inutilem ui ad mortem tractum illum fuisse, cui omnia nuda atq; aperta sunt.

CAP. VII.

INtroiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & uocauit Iesum, & dixit ei: Tu es rex Iudęorũ?) Quum nihil crimini dare possent Iudæi: & Pilatus urgeret, causam petens, cur eũ adduxerunt. Aduersus Cæsarem Iesum fecisse aiunt, principatum Iudææ ab illo in se rapere studentem, & regni gloriam in se transferentem. Malicioseq; enim id calumniatí sunt, non ignorantes Pilatũ eam inuitum citius facturum quod uellent, ut ipse tutius uiueret, ac præsideret. Facile nanq; semper Iudæi tumultuantes, & rebellionibus gaudẽtes, acriores quodammodo missos à Cęsare ad præfecturam Iudææ iudices in se faciebant. Qui, ut citius prouinciã tenerent, facile ad puniendos eos mouebantur, qui nouãdarum rerum suspicione accusabantur: hoc igitur inferũt crimen Christo, quod regnare Iudæis tentaret. Quare nõ iniuria ex regno eius repulsi, & gentes ad hoc ipsum uocatę sunt. Pete, nãq; inquit, à me, & dabo tibi gentes. Vniuersus enim orbis terrarum pro gente Iudæorum



deorum Christo traditus est. Nam (ut Paulus ait) Delictũ illorũ, diuitiæ mundi: & diminutio eorũ, diuitię gentiũ. Quod igitur Pilatus à Iudęis audiuit, id apertè Christo dicit: & respõdere breuiter iubet, si uere rex ipse Iudæorũ sit. Mouetur enim nõ iniuria, studetq; ueritatem addiscere, ut possit traditũ à Romanis sibi principatum conseruare.

Rom. 11.

CAP. VIII.

REspondit ei Iesus: A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me?) Quũ nemo, Christus inquit, hoc me crimine unquam in iudicium adduxerit: unde híc sermo ad te peruenit? Sed non est dubium, quin malicia Iudæorum hæc finxerit: non es enim tu & iudex simul & accusator. Hęc autem dixit, subostendens Pilato nihil ei occultum esse: ut diuina eius natura intellecta, minister Iudæorum esse non pateretur. Quamuis simul etiam docet iniuriosę pœnas à se petiturum propter falsos Iudęorum clamores, quum tali crimine condemnari iure non possit.

CAP. IX.

REspõdit Pilatus: Nũquid ego Iudæus sum? gens tua & pontifices tradiderunt te mihi, quid fecisti?) Rem totam Pilatus nunc aperit, & Iudæos in mediũ adduxit. Nescío enim tua ego dixi, quum Iudæus non sim: Iudæi aũt inter quos natus & enutritus es, moriturum te adduxerunt, teipsum ergo accusa. Hoc enim occultius significat, dicens: Quid fecisti? Magno hæc studio, quã uis minutiora uideantur, Euangelista cõscripsit. Et quod Pilatus interrogãs diceret, quid fecisti? Hinc enim maxime discimus, nihil non dico uerum, sed ne fictũ quidẽ ueri simíliter excogitari in Christũ potuisse: sed impiæ atq; iniquissimę mentis sententiam aduersus eum prolatam fuisse.

CAP. X.

REspondit Iesus: Regnum meum non est de hoc mundo. si ex hoc mũdo esset regnũ meum, ministri mei utiq; decertarẽt ut non traderer Iudæis: nunc autem regnum meum nõ est hinc.) Liberauit à formidine Pilatum, qui dignitatẽ Cęsaris in Iudæa seruare debebat. Credidit enim forsan more hominum, rebellionem à Christo cogitatam fuisse, secundum Iudæorum nugas: hoc enim ipsum etiam significabant, quum dicerent: Nõ tradidissemus eum tibi, nisi esset malefactor. Rebellionem enim, malum appellabãt. Ira se benetiolos esse Romanis fingẽtes, ut rebelliõis nomen audire non paterentur. Quas ob res diligentiùs etiam docet iniuriosę pœnas à se petiturum. Nõ tradidissemus eum tibi, nisi esset malefactor. Rebellionem enim, malum appellabãt. Ira se benetiolos esse Romanis fingẽtes, ut rebelliõis nomen audire non paterentur. Quas ob res diligentiùs etiam docet iniuriosę pœnas à se petiturum propter falsos Iudęorum clamores, quum tali crimine condemnari iure non possit.

CAP. XI.

DIxit itaq; ei Pilatus: Ergo rex es tu?) Veritatem ipsam, quasi crimen aduersus Christũ Pilatus intulit. Nam quum audisset regnum eius non esse hinc, rebellionis quidem formidine liberatur: confessionem autem regni, quamuis nõ mundani, culpę ac crimini tribuit. Quasi ergo cogens: confiteris, inquit, ergo quod rex es tu.

CAP. XII.

REspondit Iesus: Tu dícis, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mũdum, ut testimoniũ perhibeam ueritati. Omnis qui est ex ueritate, audit uocem meam. Dixit ei Pilatus: Quid est ueritas?) Non negat regni sui gloriam, qui rex uerus est, etiam si esse negetur. Sed ueritatis uim rursum ostendit, quę coegit Pilatum regem ipsum dixisse. Tu enim dixisti, ait, quia rex sum ego? Natum autem se, & uenisse in hunc mũdum, id est, hominem factum asserit: ut testimoniũ ueritati perhiberet, id est, ut falsitatẽ à mundo expelleret: & diaboli tyrannide destructa, ueritatem, id est, deum regnare faceret, qui rerum omnium natura rex est: nõ deforis, sed substantialiter hoc ipsum possídens. Verũ ut ostenderet duricie sua factum esse, ne recte ueritatẽ intelligat, illud subiecit: Omnis qui est ex ueritate, uocẽ meã audit. Facile nanq; qui ueritatẽ amat, atque iucunde ipsam audiunt: qui uerò tales nõ sunt, nec audire quidem patiuntur. Vnde Esaias dicebat: Nisi crediderítis, nõ intelligetis. Quod Pilatus uerum esse ostẽdens, quid est ueritas, interrogauit. Nam quemadmodum qui uisu penitus carẽt, nec si aurum quidem, aut fulgentissimũ lapidem offeres, splẽdore rerũ mouebis, quippe q nec solari luce mouentur: sic animo cæci, pulchritudinẽ ueritatis cernere nequeũt, quę tamẽ diuini splendoris radios in mentẽ sapientũ immittit.

Esaiæ 7.

CAP. XIII.

ET quum hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudęos, & dixit eis: Ego nullam inuenio causam in eo. Est autem consuetudo uobis, ut unum dimittam uobis in paschate uultis ergo, dimittam uobis regẽ Iudęorũ?) In condemnationẽ impietatis, crudelitatisq; Iudęorũ Pilatus, qui nõ diuinã legem, sed hominum mandata sequebatur, iusti & æqui defensionem suscepit. Contendit enim, quum nullam in eo causam inueniat, condemnãdum nõ esse: & quamuis boni & æqui ratione facile persuaderé putaret, tamẽ ne repugnare quisquam eorum posset, uiam optimã et colorẽ pulcherrimũ excogitauit. Cõsuetudo, inquit, est uobis ut unius de iunctis, paschæ tempore dimittatur: uultis ergo, uobis regem Iudæorum dimittam? Regem autem nominans Iesum, rabiem Iudæorum risu mitigare conatur: & simul pudẽter

Universidad de Deusto
Biblioteca



ostendit, falsò ipsum hoc crimine accusari. Nunquam enim Romanus præfectus, cupiditate tyrannidis aduersus Romanos accusatum, si quicquam signi daretur, dimitteret. Sed hæc de loci huius expositione sufficiant. Consideranti autẽ mihi unde consuetudo hæc originem habuit, ut latronẽ aut homicidam à morte synagoga eriperet: primũ à seipsis (ut & alia pleraq; diuina mandata) id quoq; inuentum uidebatur. Deinde dili
Num.35. gentius quærenti iuxta finem libri Numerorum, de cæde inuoluntaria, quod modò dicam, occurrit. Quod si fortuitu & absq; odio & inimicitijs iacto lapide, aut aliquo alio nõ ex insidijs, nec uolens occidere hominem, quis percusserit, & mortuus fuerit, & hæc audiente populo fuerint comprobata: iudicabit inter percussorem & propinquum sanguinis synagoga, & liberabit innocentem de manu ultoris, et reducet ad urbem ad quã confugerat. Quum igitur hoc mandatum ita cõscriptum sit, ne uiderentur omnino diuina præcepta negligere, conueniens multitudo Iudæorum unum de uinctis petebant. Totius certe synagogæ opus id esse lex mãdabat. Quod modo nisi à præfecto peterent, facere iure non poterant, qui Romanis subiecti ab illis regebantur. Vnde Iesum quoq; ad Pilatum duxerũt, dicentes: Nobis non licet interficere quenquam. Ita quod diuina lege licebat, Romanorum legibus non licebat.

CAP. XIIII.

CLamauerunt rursus omnes dicentes: Non hũc, sed Barabbam: erat autem Barabbas latro.) Iniqui rursus Iudæi redarguuntur: uoluntatem enim suam sequẽtes, diuina mandata contẽnunt. Nam quum lex de homicida, qui non sponte cædem fecerit, fieri hoc iusserit, famosum ipsi latronem postulant. Quod autem truculentus et
Act.3. homicida Barabbas fuerit, Petrus declarat, dicẽs: Vos autem sanctum & iustum negastis, & petijstis uirum homicidam donari uobis. Ita eum qui ab æqualitate patris ad paupertatem nostram descẽdit, ut nos à uero homicida, id est, diabolo liberaret: Iudæorum sacerdotes & scribæ postposuerunt, &
Ioan.7. infamem latronem postularunt. Et quasi nunquam illud audissent, Iustum iudicium iudicate: homicidam iustificantes absoluũt, & ipsum simul omnes condẽnant dicentes: Nõ hunc, sed Barabbam. Sed Iudæi huius impietatis iusto cruciabuntur supplicio. Ego uerò diuinam admirari satis scripturam nequeo, quæ uel huius insani cla
Hier.12. moris ex persona Christi sic per Hieremiam meminit: Reliqui domũ meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animã meam in manus inimicorum eius: facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua, dedit contra me uocẽ suam. Sed prius quid in sylua leo faciat, explicandum est. Fertur igitur, leo quum animal aliquod capere uelit, mirabilẽ solere rugitũ ædere, eoq; quæ ppinqua sunt animalia perterrita cadũt. Ita solo leonis clamore superant ac capiunt. Vnde propheta: Leo,
Oseæ 11. inquit eructauit, & qs nõ timebit? Quasi ergo leo in sylua, aduersus saluatorem synagoga facta est. Nam quamuis nullo ille terrore perculsus sit (expers enim formidinis deus est) clamoribus tamẽ suis Christum synagoga interfecit. Pilatus enim dimittere uolebat, & modum ipse cogitauit: sed qui secundum diuinam legem se doctos iactabant, crudeliores prophanis inueniuntur.

CAP. XV.

TVnc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit: & milites plectẽtes coronam de spinis, imposuerũt capiti eius, & uestẽ purpuream circundederunt eum, & ueniebant ad eum, & dicebant: Aue rex Iudæorum. Et dabant ei alapas.) Flagellauit iniustè, & derisioni militũ Pilatus Iesum tradidit, qui corona de spinis & uestẽ purpurea, & alapis illum dedecorauit. Putauit enim placari hoc modo posse populos Iudæorũ, si qui nullam habebat causam, hæc non meritò pati oculis cerneretur. Flagellatus autẽ iniuria fuit, ut à uulneribus, quæ iure peccatis nostris perpessi sumus, nos liberaret. Alapis cæsus & illusus est, ut illusori satanæ nos illudere possimus, & præuaricationis peccatum fugiamus. Omnia em propter nos & pro nobis Christus suscepit, quę repulsuas ures habuerũt. Quibus ea repulsa sunt, quæ nobis meritò præuaricationis crimine acciderunt. Et quemadmodum mors Christi, qui morti nõ subiciebatur, ad destruendam omnium mortẽ sufficit: sic intelligere ac credere oportet flagella ac dedecora dominũ pertulisse, ut à talibus nos eriperet. Ipsius enim liuore nos sanati sumus, ut scribitur: Omnes enim errauimus, unusquisq; in uiã suã declinauit, & dominus posuit in eo iniquitatem omniũ nostrũm: attritus est propter scelera nostra, ut Esaias dicit: Dorsum autẽ suum dedit in flagella, & maxillas suas in alapas. Sed milites sicut pseudotyrãno cuidã, more suo Christo illudunt. Ideo corona de spinis imponitur, quoniam mundani corona signum regni est, uestis quoq; purpurea. Similiter huius delusionis causa liquidò exprimitur. accedẽtes enim dicebãt: Aue rex Iudæorum. Audiui autem aliquos quibus uaide placebat, per coronã de spinis, multitudinẽ sculptilia colentium significari, quæ per fidem in diadema Christi susceptа est. Spinę nanq; dicunt esse riles, quoniam nullum pietatis fructum producebant, gentes fuerunt, igni solummodo nutrimentum, quemadmodum & agrorum steriles spinæ. Per purpuream autem uestem, regnũ totius mundi, quod per fidẽ Christus accepturus erat, significatũ fuisse uolunt. Suscipiẽda uerò cũcta sunt, quæ quum à recta uia non excedant, nõnihil utilitatis afferunt. Nõ est ergo eijciendum hoc theorema, quum rebus aptissimè accõmodatum sit.

CAP. XVI.

ET exiuit iterum Pilatus foras, & dixit eis: Ecce adduco uobis eum foras, ut cognoscatis, quia in eo nullam causam inuenio.) Non uerentur Pilatus peccatũ suum fateri (iniuria enim flagellatum à se Iesum prædicat) & foras eum ducere: ut ita esse ipsi quoque cognoscant. Explere miserabili hoc uisu animos illorũ putauit: & quasi accusare illos uidẽ, quod cupide cædẽ hominis ita manifeste petant, & clamoribus suis nolẽtem ad hoc pellere nitantur. Verũ igitur in Christo in
Ioan.14. uenitur quod dixerat: Quia uenit princeps mundi huius, & in me non inueniet quicq;. Animaduerte nanq; quomodo hucatq; illuc omnibus rebus uolutis, nil diabolus delicti potest inuenire, quo inuento, iure Christum quoque posset detinere. Quare quemadmodum totã naturam hominis in Adam uno superatam, peccato subiecit: sic modò ab ipsa per unum superatus est. Natura enim homo & deus erat, qui peccatũ non nouit. Sicut
Rom.5. igitur condemnatio per primum Adam in omnes penetrauit: sic iustificati Christi benedictio per unum ad omnes extensa est. Testatur id Paulus, dicens: Sicut enim per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per unius iusticiam in omnes homines in iustificationẽ uitæ. Aegrotauimus ergo per primum Adam, inobedientię maledictionis q; morbo: locupleta ti autem sumus per secundum, per obedientiam & benedictionem. autor enim legis ut deus, man
Ioan.15. data legis seruauit ut homo. Vnde ad nos dicit: Si mãdata mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego patris mei mãdata seruaui, & maneo in dilectione eius. Hic enim ut deus, & autor legis, mandata sua seruare iubet: ut aũt homo, mandata sui patris seruasse confirmat.

CAP. XVII.

EXiuit ergo Iesus portãs spineã coronam, & purpureum uestimentum: & dicit eis, Ecce homo. Quum ergo uidissent eum põtifices & ministri, clamabant, dicẽtes: crucifige crucifige eũ.) Monstrauit inique flagellatum, & à militibus indigne illusum rerum omnium dominum, misera bilique hac re iram eorum sedari posse putauit. Illi uero adeò ab omni humanitate fuerunt alieni, ut immanitatem ferarum excederent, feruentiusq; clamarent crudelissimo ipsum genere mortis occidendum. Quid enim amarius aut crudelius cruce? Hoc summæ impietatis dedecoꝝ à principibus Iudæorum solis Euangelista traxisse originem ostendit. Quando enim uiderunt ipsum põtifices & ministri, clamarunt: Crucifige crucifige eum. Nam quum multitudo aliquo modo his factis suberubescęret, recordati forsan miraculorũ illius, ipsi primum exclamant, & uulgus incendunt. Vere igitur de ipsis propheta prædixit:
Hieremie 10. Quia pastores stulte egerunt, dominũ enim non quæsierunt. Propterea non intellexit uniuersus grex, & dissipati sunt. Nam quoniam grex, id est, multitudo, non modò ad cognoscendum Christum à principibus non fuit deducta, imò etiã ad cædem eius inflammata, propterea lapsa in barathrum, perijt. Sed si cætera etiam diligentius consideres, originem impietatis capitibus principum impones. Ipsi hoc primi cogitauerunt, ipsi pecuniã sacra proditorẽ conduxerũt: ipsi cohortẽ atq; ministros ad capiendũ, ligandũq; Christum miserunt: ipsi ad Pilatum adduxerunt: ipsi denique flagellatum modo uidẽtes, inflammantur magis inuidia & exclamant: Crucifige crucifige eum. Volebant enim dominũ uineę occidere, putantes hæreditatem eius tutò se derenturos, & honoribus summis gauisuros. Sed qui habitat in cœlis, ait Psalmista, irridebit eos, & dominus subsannabit eos. Nihil enim ex sententia ipsorum secutum est: sed contrarium quãm ipsi optabant, natura rerum exitum habuit.

Mith.22.

Psal.2.

CAP. XVIII.

DIxit ei Pilatus: Accipite eum uos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo causam.) Stupet Pilatus quomodo Iudæorum populus, & maxime principes ita truculenti sunt, ut quum nulla in Christũ causa inueniatur, tam turpi mortẽ occidere ipsum studeãt. Hac de causa quasi cõtemptus indignatur ac dicit: Ministrũ me impiæ cædis solũ inuenistis? Ego præter Romanorũ leges innocẽtem occidam? ego clamoribus uestris territus ad me facinꝰ detrudã? Nam si hoc scelus uos non putatis, si malum esse non arbitramini: uos ipsi qui legis diuinæ sciẽtiam habere iactatis crucifigite, cædem hanc patrate, impietatis huiꝰ crimen in capita uestra uertite: sit Iudaica solum ista temeritas. Si lex apud uos quæ summo insontes supplicio cruciet, uos soli hoc facite, ego id nõ cõsentiã. Hæc, taliaq; breuis sermo ipsius parturire uidetur. Sed mirabitur quispiã rursus Iudeorum maximã impudentiam, qui nec alienigenę quidem uiri iusticia erubescunt, nec recordantur legis dicentis: Quia sacerdotis labia iudiciũ seruabunt, & legem quærent ex ore eius.

Malach.2.

CAP. XIX.

REsponderunt Iudæi: Nos legem habemus, & secũdum legem nostrã debet mori, quia filium dei seipsum fecit.) Quoniam de innouatione rerum accusatio hæc, nullum uel fictũ quidem uerisimiliter argumentum habuit: facileq; paucis demum uerbis refutata euanuit. Non em ex hoc mundo est regnum meum, dicebat. nam si ex hoc mundo esset, ministri mei utique certarent, ne Iudæis traderer. Quod Pilatus ita probauit, ut aperte prædicaret nullam se in illo causam inuenire: aliud quid ueteratores & callidi homines coacti excogitarunt. legem enim se habere, aiunt, quæ morte saluatorem condemnat. Quæ
Leuit.24. igitur lex est? Scribitur in Leuitico, quia Iudæorum aliqui rixam mouerunt in castris, quorum alter diuini nominis recordatus benedixit, id est, maledixit & blasphemauit: qui hoc linguę crimine mori iussus est. Homo enim, deus ait, qui deo maledicet, peccatum habebit: nomen autem domini nominans moriatur, lapidibusq; ab uniuersa synagoga obruatur, siue aduena siue indigena sit. Sed ambiget aliqs forsan, quid lex uelit. Nã morte quidem dignũ qui blasphemauerit in dominum, nemo negauerit: sed cur nam etiam si falsos quis deos ignominiose appellauerit, peccatum habebit: non enim de uero deo, neq; cum articulo, sed simpliciter scribitur: Si quis deo male dixerit, peccatum habebit. Nos autem ad hoc dicimus, tuto legislatorem loquutum fuisse. Nam





CAPITVLI OPERA

Universidad de Deusto
Biblioteca



si quis deo, quamuis falso maledicat, gradum fecisse uidetur, unde ad uerum Deum blasphemandum facilius ascendat. ideò alibi etiam dicitur: Deos non maledices. Dei enim nomen etiam si falso quibusdam imponatur, honorandum tamẽ putauit. nec creaturas colere idcirco iussit, sed deitatis nomẽ uenerari. Quum igitur lex sit blasphemantem mori, huius criminis reum esse Dominum aiunt, quia seipsum filium Dei fecit. Vbi autem id à domino dictum est? In piscina quæ utilis dicebatur, die sabbati à diuino morbo mirabiliter hominem liberauit. Quumq; Iudæi turbarentur magis, quoniam in sabbato, quàm Christi potestatem mirarentur: Pater meus usque modò ait, operatur, & ego operor. Persequebantur igitur, inquit Euangelista, Iudæi Christum qui non solum sabbatum soluebat, sed deum etiã patrem esse suum dicebat, deo seipsum æqualem faciens. Christus autẽ ad hæc dicebat: Scriptũ est in lege uestra: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Si uerò illos deos dixi, ad quos sermo dei factus est, & solui scriptura non potest: quem pater sanctificauit, & misit in mundũ, uos dicitis, quia blasphemas, quia dixi, filius dei sum. Veritati ergo dictę, ueritatis crimen inferunt. Ego uere aduersos eos uoce prophetica utar: Quomodo dicitis, quia sapientes nos sumus, & lex domini nobiscum est? Nonne oportebat diligenter antea scrutari, quis & unde Christus sit? & siquidem mentitus fuit, pœnas ab eo non iniuria petere: sin autem uere dixit, adorare ipsum? Cur igitur inquisitione omni contempta, & sacrarum literarum testimonijs spretis, solummodo contradicitis, & ueritatẽ crimini datis? Oportebat sane quando Pilato dixistis, quia filium dei seipsum fecit: tunc opera quoque ipsius in medium afferre. Oportebat, quadriduo iam mortuum uoce sola in uitam restitutum narrare. Oportebat unigenitum uiduæ filium nõ relinquere. Oportebat synagogæ principis puellam nequaquam omittere. Oportebat modũ miraculorum etiam nõ præterire: in altero quidem adolescens tibi dico surge, in altero uerò, puella, surge. Oportebat præterea docere, quia cæcis uisum, leprosis munditiem solo nutu donabat. Hęc cæteraq; huiusmodi quibus uere deus monstrari poterat, maliciose prætereuntes, cauillationibus solummodo utuntur. Viro gentili qui diuinam scripturam ignorabat, qui Iesum hominẽ esse uidebat, clamantes dicũt: Filium dei seipsum fecit. Nam certè scriptura, dei uerbum in natura hominis aliquãdo uenturum aperte prædixit: Ecce, inquit, uirgo in utero habebit, & pariet filiũ, & uocabunt nomen eius Emanuel, quod interpretatur nobiscum deus. Qui porrò ex muliere natus est, quid aliud erit quàm homo natura? Sed quũ homo natura sit, deus etiam uere est.

Ioan. 5.
Ioan. 10.
Psal. 81.
Hiermiæ 8.
Esa 7.

CAP. XX.

QVum ergo audisset Pilatus hunc sermonẽ, magis timuit. Et ingressus est in prætoriũ iterum, & dixit ad Iesum: Qnis es tu? Iesus autem nullum responsum dedit ei. ) In contrariũ præter spem ludæorum malitia uertitur. illi enim crimẽ amplificabant, in deum ac dominum omniũ peccasse Christum asserẽtes: Pilatus autem magnitudine rei ad formidinem impellitur, & diligentius quærit quàm prius, unde & quis sit. Credidit em (ut mihi uidetur) posse deum esse Christum, licet homo uideretur: non tamen id ut decet, neque à scriptura, sed errore gentili inductus credidit. Sed mideos enim & deorum filios gentilium fabulæ multos cõfinguit. Romani uerò imperatoribus etiam suis, dei nomen donabãt, & aras eis constituebant. Curiosius ergo quærit Pilatus quàm antea, unde & quis Christus esset: ipse autem nihil ei respondit, suorum non oblitus uerborum. dixit enim ad eum: Omnis qui est ex ueritate, audit uocem meam. Pilatus uerò sculptilium ac fallitatis cultor, quomodo saluatoris uocem, qui se ueritatem & filium ueritatis dicebat, intellígere potuisset? aut quomodo ueritatis saltem nomen suscineret ac honoraret, qui quum illud audisset, statim respuit dicens: quid est ueritas? nec mirum, ei roris enim tenebris penitus obrutus, ueritatis radios aspicere nequibat.

CAP. XXI.

DIcit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? Nescis quia potestatẽ habeo crucifigere te, & potestatẽ habeo dimittere te? ) Ex superbia tacere ipsum Pilatum putauit: propterea principatus sui potestatem quasi uirgam intẽtat, cuius formidine impelli posse illum ad responsionem opinatus est. Posse igitur se siue punire uelit, siue absoluere, & potestatem hanc in se solo sitam esse asserit. Quasi ergo taciturnitate Christi uituperatus, indignatur atque insanit, silentij rationem nequaquam intelligens. Meritò hic quod Esaias prædixit memorabo: Sicut ouis, inquit, ad occisionẽ ductus est, & sicut agnus coram tondente se, obmutuit, sic non aperuit os suum. In humilitate eius, iudicium eius sublatum est. Psalmista etiam in persona Christi: Ori meo, inquit, custodiam posui, obsurdui & humiliatus sum & silui à bonis. Quod autẽ, à bonis dicit, pro à malis intelligendum est. Solet enim diuina scriptura, quando de deo aliquid dicitur, melioribus uti uerbis.

CAP. XXII.

REspondit Iesus: Nõ haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset desuper, propterea qui tradidit me tibi, maius peccatum habet.) Quis autem unde sit, id est, ex quo patre natus sit, aperte non dicit. Non enim oportet canibus (ut ipse ait) sancta committere, nec margaritas porcis proponere. Quoniam uerò principatus sui Pilatus potestatem ostendebat, ac in se solo & punire & absoluere situm esse iactabat, commodissime huic orationi uires & potestatem suam opponit, flatumq; e Pilati, uel aduersus deum gloriam tumentem deprimit, & futuris fidelibus consulit. Non enim paruum detrimentum fidei est, si quis putet inuitum Christum ui tractum ad passionem fuisse. Quomodo enim, qui natura deus, & rex omnium à scriptura prædicatur, cogi ab aliquo



ab aliquo potest? Hunc igitur errorem radicitus euellit dicens: nisi tibi esset datum desuper. Desuper autem dicit, quia ipse unigenitus seipsum obtulit consensu patris, ut incarnationis implere tur mysterium. Datum ergo, inquit, est desuper, id est, concessit, consensitq; pater unà cum filio. Non enim ratione solum, quia Deus non potest cogi, uerumetiam periculo patuit sæpius uoluisse Iudæos Christum aggredi, & non potuisse. Voluerunt, inquit, alibi Euangelista hic, ipsum capere: ipse uerò transiens, per medium eorum ibat. Sic autem dixit, id est, non formidolosus, nec ut fugientes solent occulte: sed libero gradu ambulans, ut solebat: sic oculos eorum uirtute sua tunc effugit, quoniam passionis nondum aderat tempus. Suo igitur nutu & uolũtate patris datam esse potestatem Pilato ait, ut quicquã aduersus eum agere posset. Maius autem peccatũ illi qui tradidit, quàm Pilato inerat. Ille enim origo & uia impietatis fuit: Pilatus autem ex formidine ministrum Iudæorum se præbuit. Quis igitur tradidit, aut quẽ maius premit delictum? proditorem credo discipulum: deinde pontifices & sacerdotes, & postremo ipsum Iudæorum populum: cui quum maius peccatum attestatus sit, ostendit extra impietatis peccatum Pilatum minime fuisse.

Ioan. 8.
Luc. 4.

CAP. XXIII.

ET exinde quærebat Pilatus dimittere eum, Iudæi autem clamabant, dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris.) Pertimuit Pilatus quum filium Dei Christum se facere audisset, ac ideo ab omni calumnia liberare ipsum studebat. Id calliditas Iudæorum quum intellexisset, ad primam uertuntur calumniam, quod regnum in se appetat, & Romanorum iugum longe à Iudæis eiicere conetur. Sed perspice quæso, quàm uersute huc & illuc malicia eorum uertitur. Nam quum hoc ipsum prius crimini darent, quia repulsi fuerant, statim secundum legem mori debere dixerunt, quia filium dei se fecit: ut pietate in Deum, aduersus saluatorem Pilatum cogerent. Sed quia nihil hoc sibi profuit, ad primum rursus refugiunt, & regnum Iudææ ipsum optare aduersus Cæsarẽ conclamant. Quare nisi punire uelit, non esse amicum Cæsaris contendunt: quoniam uiuere patiatur eum, qui Cæsari contradicit, id est, qui regium nomen aduersus Cæsarem usurpat. Et certe non cœlestem, cuius maxime Christus Dominus est, sed terrestrem principatum Cæsar tenebat, qui etiam à Christo dependet. Per ipsum enim reges regnãt, & tyranni dominantur, ut scribitur. Nugantur igitur, & frustra saluatoris gloriæ detrahunt quibus Esaias iure increpat, dicens: Vos autem acriæ, super quẽ dilatastis os, & ciecistis linguam? Nunquid non estis uos filij perditionis, semen iniquum? Non enim in aliquem simpliciter hominem, sed ipsum qui rerum omnium principatum cum patre tenet, falsa calumnia impudenter utebantur: unde perditionis filij, & iniquum semen effecti sunt.

Prou. 8.
Esa. 57.

CAP. XXIIII.

PIlatus ergo quum audisset hunc sermonem, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Licostratos, Hebraice autem Gabatha. Erat autem parasceue paschæ hora quasi sexta, & dicit Iudæis: Ecce rex uester.) Totam hanc impietatem Iudæis maxime tribui modò uidemus: uictus enim etiam inuitis clamoribus illorum, cessit Pilatus, adeò ut nec ius ueritus sit, nec ualde curauerit, quia inconstanter nimium faceret. Nam qui sæpius publice dixerit, nihil in eo inuenire, ad uoluntatem modò illorum defertur, impietatis suæ ipse testis effectus. Solitum igitur ascendit tribunal, ut truculentam in Iesum sententiam proferat. Dies uerò, ac hora necessariò scribitur, & propter resurrectionem, & triduí temporis sub terra spacium, ut sermo Domini Iudæis dictus exitum habuisse intelligatur. Sicut enim, inquit, Ionas in uentre ceti tres dies fuit, & tres noctes: sic & filius hominis in corde terræ tres dies erit, & tres noctes. Ab ipso autem tribunali monstrat Iesum, dicens: Ecce rex uester. Quid igitur hoc est? Aut alludit populo, cui insontem sanguinem sitienti gratificatur: aut forsan opprobrio petit, quia tot tantisq; malis eum afficere student, quem ipsi Iudæorum regem appellant.

Matth. 12.
Ionæ 2.

CAP. XXV.

ILli autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem uestrum crucifigam? ) Clamant non unus, quàm antea, nullo modo à crudelitate ad mansuetudinem declinati, nec propter illusiones, nec propter flagella: immò uerò truculentiores facti, crucifigi iterum atque iterum illum hortantur, qui mortuos excitauit, qui tantæ fuit æstimationis, ut rex & filius Dei iam putaretur. Vnde ipse quoque iudex tam impium eorum clamorem redarguens, atque opprobrio tribuens: Regem, inquit, uestrum, id est, hominem tantæ apud uos opinionis crucifigam? Quid enim ei exæquari potest? immò uerò, quid in eo minus filio Dei atq; rege inuenitur?

CAP. XXVI.

RESponderunt pontifices: Non habemus regem nisi Cæsarem.) Resilijt aperte ab amicitia Dei populus Iudæorum, & reliquit (ut Moses dicit) deum qui ipsum genuit, & domini auxiliatoris eius recordatus nõ est. Animaduerte nanque, quomodo facies fornicariæ facta est ipsi, ut scribitur: impudenter enim omnia egit, dominũ suum negauit. Quo crimine, Hieremiæ uoce deus ipsum accusat, dicens: Ite in insulas Chetim, & mittite in Cedar, & discite, si gentes mutabũt deos eorum, quæ nec dij quidem sunt: Populus autem meus mutauit gloriam eius. Et rursus: Obstupuit & exhoruit cœlum in hoc ualde, dicit Dominus: quia duo praua fecit populus meus. Dereliquerunt me fontem aquæ uiuæ & effoderunt

Deut. 32.
Hier. 3.
Hier. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca



runt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non ualent aquas. Omnes enim ubiq; gentes errorē suū uehemēter amplexæ, quos deos putarunt, ita colunt, ut nō facile cultum aliorum deorum suscipiant. Israel uerò calce regnum dei percussit, & ad principatum Cęsaris transfugit. Quare non iniuria manibus Cæsaris traditus, intolerabiles belli calamitates incidit. Sed animaduerte rursus quęso, exquisitam Euangelistæ diligentiam. Non enim populus, sed principes populi respōderunt, inquit, undiq; ostēdens ad præcipitia subditos à pontificibus, quos sequebantur depulsos. Nō ergo solum suas, uerumetiam aliorum animas tantæ impietatis duces ac principes perdiderunt. Ita eñ & propheta ipsos accusat clamās: Quia laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expansum super Thabor. Speculationem nāq; in his appellat subditam multitudinem, cuius curam principes habere debēt. Speculatores enim ideo apud sacras literas, præsidentes populis dicuntur. Laqueo igitur & rete speculatiōi, id est, populo pontifices facti sunt, quum ipsi primi clamauerint, & alijs reipsa dicere persuaserint: Non habemus regem nisi Cæsarem. Et audent hoc ærumnosi & miseri homines dicere, quum deus pater prophetica uoce saluatoris aduētum prædixerit: Gaude clamans, filia Sion, ualde iubila filia Hierusalem, ecce rex tuus ueniet tibi iustus, et saluator ipse mitis, ascendens super asinam, & super pullū filium asinæ. Ipsi aūt, quanq; asinæ pullo insidentem Iesum publice in Hierosolyma cū infantibus diuinis honorarunt laudibus: Benedictus, clamātes, qui uenit in nomine domini: resiliunt tamen nūc principatum Romanorum amplexi, & iugum regni dei reijciētes. Hoc eñ plane significāt, dicentes: Non habemus regem nisi Cæsarem. Sed tūc à populo, & à simpliciorib. ut deus, Christus laudabatur: nunc uerò consilio & clamore pontificum regnum dei excutiunt.

Oseæ 5.

Zach. 9.

Matth. 21.

CAP. XXVII.

TVnc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur.) Iudæorum clamoribus uictus, sententiam eorum Pilatus turpiter sequitur, iubetq; illum crucifigi, in quo nihil causæ potuit inuenire. Sed Iudæis tota hęc temeritas adscribenda est. Ipsi enim origo & caput impietatis huius fuerunt, à qua tamē Pilatum non absoluimus. Causa enim unà cum illis & ipse fuit. Nam quum posset furorem Iudæorum reprimere, non modò id non fecit, sed Christum etiam eis tradidit. Nec id simpliciter, sed ut crucifigatur.

CAP. XXVIII.

SVsceperūt autē Iesum, & duxerunt. & baiulans sibi crucem, exiuit in eū, qui dicitur caluariæ locum: Hebraice autem Golgatha, ubi eū crucifixerunt: & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum.) Ducunt iam ut moriatur, fontem & largitorem uitę: quod diuina uirtute mirabiliq; artificio pro nobis fiebat, quum ad insperatum exitum passio proruperit. Laqueus enim facta est imperio mortis, & renouationis ad incorruptibilitatem, & ad nouam uitam origo. Lignum igitur, ubi crucifixus est in humeris portans, exit condemnatus sā capitali sententia, nulla penitus de causa, & id propter nos. Tulit enim in se, quæ peccatoribus iure secundum legem imminent, factus prò nobis maledictio, ut scribitur. Maledictus enim ait, omnis qui de ligno pendet. Maledicti autem omnes nos sumus, qui peccato subiecti, legem diuinam contemnimus. Multa sānè omnes delinquimus, facileq; natura labitur. Et quum rursus in lege scribatur, Maledictus, qui non permanet in omnibus scriptis in libro legis huius, ut faciat ea. Nostra certe, non aliorum hęc est maledictio. Nam si præuaricatio à lege delictum est, & nos facile labimur, legem negligentes, hac maledictione iure premimur. Maledictō igitur ille propter nos, qui peccatum non nouit, sed ut à maledictione omni nos liberet, crucifigitur. Idq; passus, sufficit ut deus, pro omnib. mortęq; carnis suæ uniuersos redemit. Crucem igitur portat Christus, non sibi, sed nobis transgressoribus per legem debitam. Nam quemadmodum non propter seipsum, sed propter nos in mortuis reputatus est, ut destructa morte, ad æternam nos uitam reduceret: sic & debitam nobis crucem in seipso suscepit, ut condemnatio legis in seipso condemnata euanescat: ut omnis iniquitas os obstruat, quum qui peccatum non fecit, pro peccatis omnium condemnatus sit. Hoc singulari, præclarissimoq; Christi facinore, ad fortitudinem, roburq; animi, quo pati omnia pro pietate uelimus, mirum in modum exhortamur. Nullo enim alio pacto, ut arbitror, deo penitus coniuncti summa bona consequemur, nisi amorem Dei terrestri huic uitæ præponentes, parati simus pro ueritate mori, si opportunitas aderit. Omnis enim, inquit, qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Quod nihil aliud significat (ut ego arbitror) quàm mundo propter Deum renunciare, & huic corporali uitæ, bona quæ per fidem speramus anteponere. Sed Domīnus quidem noster Iesus Christus debitam nobis baiulans crucem, & hoc propter nos, non erubescit: nos autem calamitoli, quorum mater hæc terra est, qui ex nihilo ad esse producti sumus, non audemus labores, uel paruos propter pietate suscipere: sed si forte pro Christo quicquam nobis acciderit, erubescimus. Ita inanem huius mundi gloriam sequentes, in superbiam (quæ uitiorum omnium mater est) incidimus. O temeritatem maximam. Dominus enim serui, & magistrum indigni discipuli superare studemus. Sic & Petrus quondam intolerabilem crucis patientis passionem, nec mysterij uires adhuc intelligens, ex amore dicebat: Propitius esto tibi dñe, ne, ne fiat tibi hoc. Ad quem Christus: Vade retro satana: scandalum mihi es, quia non sapis ea quę dei sunt, sed ea quę hominū. Vnde nō parū utilitatē nos colligere possumus. Discimus enim quādo tempus ad certamina uocat, ne si etiā quæ charissimi nobis sunt prohibeant, turpe, fortia putantes, mentem ullo modo illis adhibeamus. Non enim à satana differt qui scandala ponit, & quibuscunq; modis potest, à recta sententia homines seducit. Quod etiā Christus illis uerbis ostendere uidetur: Si oculus, inquit, dexter tuus scādalizat te, erue eū, & proijce abs te. Quod eñ à felicitate nostra nos semouet, etiā si amicitię lege nobis cōiungitur, etiam si natura ipsa, & sanguinis propinquitate copulatur, nō nostrū, sed alienum & hostile putandum est. Inter duos autem latrones crucifixus est, ex malicia Iudæorū: qui ut turpissimam mortē eius ostenderent, iustū cum iniquis condemnarunt. Qui quidem duo latrones, duos populos, qui postea Christo cōiuncti sunt, Iudaicū dico atq; gentilē, significasse mihi uidentur. Condemnati autem iure, ut latrones fuerūt, quia & Iudæi legē transgredientes, præuaricationis crimine rei erant, & gentes non creatorē, sed creaturas colebant, quamuis & alioquí qui adhęrent Christo, unà cum eo crucifigūtur. Ad nouā enim, & euangelicam uitā reformati, primę conuersationis suæ mortem sustinent. Vnde Paulus de Christo quidem dicit: Qui autē sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. De omnibus uerò in persona sua: Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo uiuā: Christo confixus sum cruci, uiuo autem iam nō ego, uiuit uerò in me Christus. Et rursus: Si ergo mortui estis cū Christo, ab elemētis huius mundi, quid adhuc tanquā uiuentes mundo decerni tis: Mundanæ nanq; conuersationis mors, euangelicæ uitæ origo ac fundamentū est. Duorū igitur crux latronum, ut ab euentu didicimus, duorum populorum coniunctionem cum Christo significabat, qui unà cum Christo quodammodo mortui erāt, carnali uoluptate spreta & mūdana uita sepulta, ut cum dño suo spiritaliter uiuerent.

Matth. 5.

Gal. 5.

Gal. 2.

Coloss. 2.

CAP. XXIX.

SCripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptū, Iesus Nazarenus rex Iudæorum.) Hoc certe illud aduersus nos chirographum, quod cruci affixum à domino, Paulus ait, in quo de principatibus potestatibusq;, ut de uictis triumphauit. Nam etsi titulum hunc non saluator, sed Iudæorum furoris minister affixerit: sed tamen ipse affixisse scribitur, qui affigi permisit. De principatibus autem in ipso triumphauit, quia appositus significabat legentibus Christum illum fuisse, qui animam suam in redemptionem omnium dabat: omnes enim homines peccati iugo depressi. Omnes eñ inquit, declinauerunt, & simul inutiles facti sunt, & diabolo seruientes turpissime degebamus. Habebat autem diabolus aduersus naturam nostram chirographum, maledictionē legis diuinæ transgressoribus debitam & priscam Dei sententiam, quæ aduersus primum hominem iustissime fuit prolata, in quo genus uniuersaliter nostrū (quia nemo absque peccato est) condemnatum fuit. Nam ut Adam peccauit, sic & cæteri post ipsum mandatum Dei neglexerunt. Quare de uno aduersus omnes sententia fuit prolata. Hoc igitur aduersus genus nostrū chirographum, titulo in cruce confixo, saluator deleuit. Liquidò nanque hic titulus mortem in ligno suam significauit, quam pro condemnatorū uita passus est, & pro delictis pœnam dedit sufficientem. Nam etsi unus patiebatur, sed ut Deus supra omnem creaturam est dignus, & uita omnium multo prestantior: idcirco iniquitas omnis obstruxit os suum, ut Psalmista canit, & peccati lingua obticuit, quū delinquentes accusare non possit. Iustificati eñ sumus, quum debita nostra pro nobis Christus reddiderit. Liuore nanque suo sanati omnes sumus, ut scribitur. Sed quemadmodum per lignū casus noster fuerat excogitatus: sic per lignum à casu renouati cœlestia bona accepimus, quum ipsius quasi ægritudinis initium propter nos in seipsum Christus lustrauerit.

Psal. 106.

Esa. 53.

CAP. XXX.

HVnc ergo titulum multi legerunt Iudęorū: quia prope ciuitatem erat locus ubi crucifixus est Iesus. Et erat scriptus Hebraicè, Græcè & Latinè.) Diuinitus, ut ego puto, factum est, ut trium linguarum, quæ præcipuæ sunt, literis scriptus titulus fuerit. Omnium enim gentium regnū Christo attributum esse significauit. Ipsi enim, in quit Daniel, honor & regnum datum est, & omnes tribus & linguæ ipsi seruiēt. Et ut Paulus ait: Omne genu flectetur, cœlestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confitebitur, quia dominus noster Iesus Christus in gloria est dei patris. Titulus igitur iste per præcipuas linguas omnium linguarum Iesum futurū principē prædicabat, & impietatis crimine Iudæos arguebat. Magna eorum uoce qui legebant conclamans, quod dominum regem q; suum crucifixerint.

Dan. 7.

Phil. 2.

CAP. XXXI.

DIcebant ergo Pilato pontifices Iudęorum: Noli scribere, rex Iudęorū: sed quia ipse dixit, rex sum Iudæorum. Respōdit Pilatus: Quod scripsi, scripsi.) Non possunt ferre huiusmodi titulum principes Iudæorum, sed acri turbati inuidia, regnum pernegant Christi. Nunquam enim, inquiunt, rex iste fuit, quem nos in regem nunq; susćepimus: sed ipse huiusmodi uerbis usus est. Ita ex imperitia non uidebant ueritatis naturam mentiri non posse: ueritas autē Christus est. Rex igitur Iudæorum est, si sic ipse dixit, & uos ô Iudæi affirmatis. Non uult autem Pilatus mutare titulum: quia non fuit in omnibus sibi diuinitus permissum, aduersus saluatoris gloriam furere. Stabile nanque, ac supra calumniam Christi regnum est, etiam si Iudæi nolint, etiam si gloriam eius confiteri non patiantur.

CAP. XXXII.

MIlites ergo, quum crucifixissent eum, acceperunt uestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem: Non scindamus eam, sed sortiamur



OPERA

Universidad de Deusto
Biblioteca



mur de illa, cuius sit, ut scriptura impleretur, dicēs: A Partiti sunt uestimēta mea sibi, & in uestē meam miserunt sortem. & milites quidem hæc fecerūt.) Partiti sunt uestimenta saluatoris inter se milites. Solent enim ex truculentia publicarum rerum uindices, non modo nō condolere damnatis, uerum etiā atrocius iussa peragere & calamitatibus aliorū robur quoddā animi ostentare. Vestes aūt damnatorū, quasi hæreditatis lege ad se pertinentes uendicāt. In quatuor igitur partes cęteris diuisis, unam tunicam dilacerare uisum non est: sortis ergo illam faciunt munus. Non enim poterat mē
Psal. 21. tiri Christus, de seipso apud Psalmistā dicēs: Partiti sunt uestimenta mea sibi, & in uestem meam miserunt sortem. Hęc enim omnia prędicta sunt, ut rerū euentibus ipsum esse qui uēturus erat, cre B deremus. Non enim magna solū, sed parua quoque prædicta sunt, ut ab omnibus recte ad ueritatem deducti, non erraremus. Sed non nocebit, imò uerò etiā proderit, nonnihil de partitione uestimentorum sublimius dicere. In quatuor partes uestimēta diuisa sunt, & tunica solum indiuisa remansit: quod mystycę cuiusdam rei signū fuisse dixerim. Nam quatuor orbis partes ad salutē reductæ, indumentū uerbi, id est, carnē eius impartibiliter inter se partiti sunt. In singulos enim partibiliter transiēs unigenitus, & animā atq; corpus eorum per carnem suā sanctificans, impartibiliter, atq; integre in omnibus est: quum unus ubiq; sit,
1. Cor. 1. nullo modo diuisus, sicut Paulus ait. Huius mysterij uim, legis quoq; figura obumbrat. Agnum C
Exod. 12. enim tempore congruo accipere iubebat: nō per singula capita unū, sed per singulas domos atq; familias: sic diuidi quodāmodo agnus uidebatur. Sed ut rursus, quasi integer atq; indiuisus remaneret una in domo comedat, inquit, non exportabis de carnibus eius. Sic partibiliter, quātū ad singula uniꝰ familiæ capita: & impartibiliter, quoniam in una domo atq; familia unus in omnibus agnus inueniebatur. Simile quid & de uestimentis intellige: alia em̄ in quatuor partes diuisa sunt sola tunica integra permansit. Quæ inconsutilis, & desuper erat cōtexta: ut significaret absq; commētu sexuū, uirtute sancti spiritus desuper corpꝰ domini contextū atq; cōfectū de sanguine uirginis fuisse. Hæc quū nihil ueritati obsint, & condu D cere possint, studiosis non reiçienda sunt.

CAP. XXXIII.

STabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleopæ, & Maria Magdalene.) Non inutiliter huius quoq; rei Euangelista meminit, stantesq; iuxta crucem matrem & cęteras dixit, largis scilicet lachrymis flentes. Facile nanq; ad lachrymarum flumina genus est mulierum, præsertim quum magna causa mouetur. Quur autem hæc tenuia memorat, & mulierum mentionem facit? Docere, ut ego arbitror uoluit, tantam passionis Christi fuisse indignitatem ac magnitudinem, ut matrem etiā eius, mors crucis, & Iudæorum illusiones commouerint, & ad hæc milites cum risu atq; triumpho coram matre ad derisionem Christi uestimenta partientes. Hic certe dolor à Simeone prenunciatus fuit. Ecce, inquit, hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Gladiū enim acutū, doloris magnitudinē appellauit: ex multis autem cordibus reuelatę cogitationes sunt, quum etiam discipuli eius scandalis propter passionem passi fuisse uideantur.

CAP. XXXIIII.

QVum uidisset ergo Iesus matrem & discipulum adstantē, quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier ecce filius tuus. deinde dicit discipulo: Ecce mater tua, & ex illa hora accepit eam discipulus in suā.) Prouidit matri, quasi parū de magnitudine doloris curaret. Nam etsi acriter patiebatur, erat tamen etiā impassibilis. Cōmendauit aūt eam discipulo Ioanni, huic qui euangelium hoc conscripsit, ut officiū filij in eam seruaret matrem similiter admonuit, ut parentis in discipuli autoritatē haberet: amore uidelicet atq; charitate non minus illos coniungi uoluit, quām si naturæ maxima propinquitate coniuncti essent. Sunt autem qui dicunt carnis coniunctione Christum commotum fuisse, ac ita locū in ipso affectus habuisse cōtendunt: ad quam quidem opinionem non nisi mente capti delabuntur. Non enim hac ratione id factum à Christo est, sed re ipsa honorandos esse parentes docere nos uoluit. Aequalitatis consequi possumus. Discimus enim hinc non posse satiari aduersariorum animos in persequendis amicis Christi: sed usq; ad ultimū spiritū, magnum undiq; tentationum commouent æstū. Sed hi magni labores atq; perpetui, perpetuam etiam afferunt gloriam. Nam sicut tribulatio in hac uita non cessauit: sic in futura, quæ æterna est, gloria nunquam terminabitur.

CAP. XXXV.

POstea sciens Iesus, quia iā omnia consumma
Cor. 15. ta sunt: ut cōsummaret scriptura, dicit: Sitio.
Coloss. 1. Vas aūt appositū erat aceto plenū: illi aūt spongiam plenā aceto, hyssopo circūponentes, obtulerunt ori eius.) Quū truculenter omnia impietatę Iudæorū essent peracta, nec quicq; ad summā crudelitatē deesset, tandem sanctissima caro Christi naturale quid patitur. Multis em̄ ac uarijs doloribus exiccata, siti torquetur. Multū enim pollunt dolores ad commouendam sitim. Innatum enim calorē exagitantes, uel quod in profunditate humidum est cōsumunt, & igneis ardoribus dolentis uiscera urūt. Sicut igitur cæteras passiones, sic hanc etiā spōte Christus perpessus est: bibere et
Luce 23. tur petit. Illi aūt adeò longè ab omni humanitate
Matth. 27. aberāt, ut pro iuuante potu atq; iucūdo nocentē
Marc. 15. & acerbū attulerint: & humanitatē, qua moueri uidebantur,



uidebantur, in impietatē conuerterint. Nam quū A petenti dabāt, charitatis habitū suscipere uidebātur. Sed nō est possibile mentiri scriptūrā, in qua
Psal. 68. ex persona Christi dicitur: Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Sed
Luce 23. hic quidem Euangelista spongiam aceto plenam
Matth. 27. hyssopo illos circūposuisse, ac attulisse scribit. Lu-
Marc. 15. cas uerò aceti solūmodo meminit. Matthæus autem & Marcus calamo spongiam circunpositam scribit fuisse. Nec discrepantiam in Euangelistis ullam esse dicemus. Nam quum necessarium ad pietatem non esset, modū quoq; rerum omnium minutius cōscribere, alius aliter scripsisse uidetur. Quia quum omnia facta sint, non omnia omnes, sed alius aliud conscripsit. Beatus igitur Lucas nullam de allationis modo curam habuit: Ioannes uerò à cæteris non discrepat, quamuis ita imB peritis uideatur. Perspicuum enim est multos impietatis fuisse ministros, milites simul atq; Iudæos. Alij ergo calamo, alij ligno hyssopi potum Iesu afferebant. Dictum est enim per Ezechielem
Ezech. 9. à deo ad Hierusalem: Sicut fecisti, sic fiet tibi. Retributio tua retribuetur tibi in caput tuum. Per
Esaiæ 3. Esaiam uerò ad Israel dicitur: Væ iniquo, praua secundum opera manuum suarum accidēt ei. Inter cætera igitur, quæ crudeliter in Christū facta sunt, hoc quoq; iudicamus. Ex quo non parū utilitatis consequi possumus. Discimus enim hinc non posse satiari aduersariorum animos in persequendis amicis Christi: sed usq; ad ultimū spiritū, magnum undiq; tentationum commouent æstū. Sed hi magni labores atq; perpetui, perpetuam etiam afferunt gloriam. Nam sicut tribulatio in C hac uita non cessauit: sic in futura, quæ æterna est, gloria nunquam terminabitur.

CAP. XXXVI.

QVum ergo accepisset Iesus acetum, dixit, Consummatum est. & inclinato capite tradidit spiritum.) Consummatū iam esse saluator dicit, quia sæuiendi Iudæorum potestas in ipsum per mortem suam terminum habuit. Quid enim non excogitarunt, aut quid supremæ inhumanitatis relictum sibi est? quis cædendi, quis cōtumliandi modus non adhibitus? Meritò igitur consummatum esse ait. Quumq; tempus iam esset, ut etiam spiritibus apud inferos prædicaret (uenit enim, ut tam uiuorum quām mortuorum dominaretur) mortem pro nobis suscepit. Et hanc na- D turæ nostræ propriam passionem sponte subijt secundum carnem, quamuis ut deus uita naturaliter sit: ut spoliatis inferis, primitiæ dormientium & primogenitus (ut scripturæ dicunt) mortuorū factus, recursum ad uitam naturæ nostræ largiretur. Inclinauit igitur caput. Accidit enim morientibus, uigore carnis iam cōsumpto, & anima quæ
Luce 23. corpus retinet abeunte, inclinatio capitis. Quam obrem uerbis hoc modo abusus Euangelista est. Sic & tradidisse spiritum à consuetudine nostra sibi dictum est: multi enim sic extingui & mori dicunt. Quamuis mihi uideatur ideo non simpliciter mortuū esse, sed tradidisse spiritum Euangelista dixisse: quia in manus dei patris animā suam cōmendauit, ut ipse dixit: Pater in manus tuas cōmendo spiritū meum. Quod nobis magnæ spei fundamentū atq; originē præbet. Credere nanq; debemus, quum à corporibus sanctorū animæ abierint, tanq; in manus charissimi patris, bonitati diuinæ cōmendari: nec ut quidam infidelium credi derunt, in terris conuersari quousq; sepulturæ honoribus affectæ sint: nec ut peccatorū animæ, ad immensi cruciatus locū, id est ad inferos deferri, itinere hoc nobis à Christo primū præparato, sed in manus potius patris euolare. Tradidit enim animam suam manibus genitoris, ut ab illa & per illam facto initio, certā huius rei spem habeamus: firmiter credētes, in manibus dei nos post mortē futuros, uitāq; multo meliorē ac ꝑpetuò cū Christo uicturos: ideo n. Paulus desiderauit resolui, &
Phil. 1. esse cum Christo. CAP. XXXVII.

POstquā autem expirauit, uelum templi scissum est à summo usq; deorsum.) Velū templi, linteamen quoddam erat de latere ad latus, à superioribus templi in medio dependens, ut ad interius tabernaculū solus pontifex ingredi posset: ad quod illotis pedibus introire nephas erat. Non enim licebat impræparato sancta sanctorū aspicere. Hanc per uelamenta dissęparationē ne-
Hebr. 9. cessariā fuisse, Paulus ostendit, dicēs: Tabernaculū enim factū est primū, quod dicitur sancta: post uelamentū aūt, secundū tabernaculū, quod dicitur sancta sanctorum, aureū habens thuribulū, & arcam testamēti circunctectā ex omni parte auro, in qua urna aurea habens manna, & tabulæ testamēti, & uirga Aaron quæ fronduerat. Sed in primum, inquit, tabernaculū sacerdotes ingrediuntur, sacrificiorū officia cōsummantes: in secundū uerò solus pontifex singulis annis semel, nec absque sanguine, quē offert pro sua & populi ignorantia. In primis enim ianuis templi uelū erat extensum, intra quod primū tabernaculū erat. Quibus figuris (ut Paulus ait) conuenientem sanctis
Hebr. 9. uiam primo tabernaculo stante non fuisse manifestatā, spiritus sanctus significabat. Nullò em̄ modo licebat populis ultra primū tabernaculū progredi. Nondum enim euangelicæ uitæ modus effulsit, qui per Christū uocatis à spiritu ad sanctificationem datus est. Nondū mysteriū Christi enituit: sed mandata literæ adhuc pollebant: ideo in primo tabernaculo Iudæi à lege statuebantur. Exordium enim est (ut ita dicam) atq; introitus disciplinæ legalis ad perfectionē euangelicam. Illa in figuris erat, hæc ipsam ueritatē amplectit: illa sancta & exterior. lex em̄ sancta est, & mandata eius
Rom. 7. iusta & bona: hæc interior & sancta sanctorum. Nam quum sancti essent qui lege iustificabantur, sanctiores per fidem Christi sancto peruncti spiritu effecti sunt. Iusticia ergo fidei multo quām legalis præstantior est, & sanctificatio copiosior. Quas ob res libenti animo Paulus legalis iusticię
Philip. 3. detrimentum passus fuit, ut Christum acquireret: nec inueniretur iusticiā in se habens legalem, sed eam quæ per fidē est Iesu Christi. Quamuis nōn-

Universidad de Deusto
Biblioteca



nulli retro cecíderint, & poſt iuſticiam fidei ad mãdata legis delapſi ſint, ſecundum figuras legis uiuentes. Gal.5. Galatæ autem iſti erant, quibus Paulus ſcripſit, quia nihil à Chriſto iuuarentur ſi circunci ſionem legis amplecterentur: pertranſierunt iam uetera. Euacuati eſtis, inquit, à Chriſto qui in lege ſanctificamini, à gratia excidiſtis. Sed ad propoſi tum reuertamur. Velum templi à ſummo uſq; de orſum ſcinditur, quia ſancta ſanctorũ iã aperiun tur, & uia credẽtibus in Chriſtũ ad interius taber naculum præparatur. Diuinorũ enim myſterio rum cognitio non amplius uelo legalis literæ tegi tur, nec hiſtoriæ figuris ac umbris mentis noſtræ acies retardaſ: in ſimplicitate nanq; fidei, paucis certè uerbis egemus. Prope te, inquit, uerbum eſt in ore tuo, & in corde tuo, id eſt, uerbum fidei quod prædicamus: quia ſi dixeris in corde tuo do minus Ieſus: et crediderís in corde tuo, quia deus Rom.10. ſuſcitauit eũ ex mortuis, ſaluaberis. Corde enim creditur ad iuſticiã, ore aũt cõfeſſio fit ad ſalutẽ: Totũ enim pietatis myſteriũ his uerbis exprimi tur. Antea igit quàm mortẽ pro uita noſtra Chri ſtus ſubijſſet, uelũ extenſum omnia tegebat, quũ ius mãdati legalis dominaretur: ſed poſtq; omnia conſummata ſunt, quæ in Chriſtum Iudæi crude liter cõmiſerunt, poſtq; ſpiritũ ſaluator tradidit, uetus illud & latum uelum cõfeſtim ſciſſum om nino atq; per totũ eſt. Hoc enim ſignificat à ſum mo uſq; deorſum. Quare ſicꝰ quia pulcherrimus fidei nucleus ariditate literalis teſtæ perfracta de nudatus eſt: non enim trunca & manca, ſed perfe Pſal.50. cta fidei illuminatio eſt. Ideo Pſalmiſta ex perſo na nouí populi canebat, dicens: Incerta & occul 2.Cor.1. ta ſapiẽtiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Et Paulus: Gra tias ago, inquit, deo meo ſemper pro uobis, quia in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni uer bo & in omni ſciẽtia, & in omni cognitiõe. Quia igitur omni cognitione ac ſapientia locupletãdi iam erant fideles, ſine aliqua ueli obumbratione totum intelligentes myſterium: idcirco templi ue lum nõ in parte aliqua ſed totaliter ſcinditur. Op portunitas tunc maxime pulcherrima fuerat ut uelum ſcinderetur, & lex aperiretur: quando ani mam pro nobis ſaluator tradidit: tunc enim à gra tia dei penitus Iſrael decidit, reſiliítq; longè ab ea, quum tanto furore ſaluatorem ſuum impie occi derit. Quod etiam Euãgeliſta diligenter notauit, dicẽs: Poſtq; aũt expirauit, uelum templi ſciſſum eſt. His enim uerbis tẽpus ipſum ante oculos po ſuit. Sed ad hæc illud etiam dicere poſſumus. Solebant Iudæi & maxime principes ac phari ſæi, quando aliquid fieri uidebant aut audiebant, quod aduerſus deum autorem legis ageretur uel diceretur, ueſtem illico ſcindere, ac lugentium habitum ſuſcipere: quod faciebant, ut moleſte ſe omnia huiuſmodi ferre oſtẽderent, ac à ſimili cri mine animas ſuas liberarent. Vnde Chriſti quoq; Actor.14. diſcipuli, Barnabas dico & Paulus, quũ nonnulli ex infidelibus opera eorum admirati, alterum Io uem, alterum Mercurium putaſſent, ſacrificiaq; illis ut diſs pararent: quoniam hæc res ipſi deo in iuriam afferebat, ſciderunt ueſtes eorum, ut ſcribi tur. Quum etiam ſaluator de doctrina ſua à prin cipibus Iudæorũ interrogatus dixiſſet: Amodò uidebitis filium hominis ſedentẽ à dextris uirtu tis dei, & uenientem in nubibus cœli. Exiliens à pontificali Caiphas ſelka, ſcidit ueſtes ſuas, dicẽs: Blaſphemauit. Hac Iudæorum cõſuetudine tem plum dei quodãmodo uſum, quum Chriſtus ex piraſſet, uelum quaſi ueſtem ſuam, ad contẽnen dam Iudæorum impietatem illico ſcidit. Quod di uinitus ideo dixerim eſſe factum, ut ſanctum Dei templum populi cauſam lugere intelligeretur.

CAP. XXXVIII.

IVdæi ergo, quoniam paraſceue erat, ut non re manerent in cruce corpora ſabbato (erat enim magnus ille dies ſabbati) rogauerunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, & tollerentur.) Non religione id à Iudæis factum eſt, ſed quia (ut con ſueuerant) excolabant culícem, & camelum glu tiebant. Maxima enim delicta temerarie ſuſcipie bant, et de minimis erant curioſi: quod in eodem patuit die. Nam Chriſtum occidere non dubita runt, & ſabbati honorem illius in re minima con ſeruare ſtudebant. Autorem legis interemerunt, & legem ſeruare fingebant. Honorant magnum illius ſabbati diem, qui magnę diei dominum cru cifixerunt. Itaq; gratiam à Pilato impetrarunt ſibi ſolis conuenientẽ. Crura enim eorum fregerunt: ut magnitudine doloris, qui iã in extremis erant, citius morerentur.

CAP. XXXIX.

VEnerunt ergo milites, & primi quidem fre gerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt cum eo: ad Ieſum autem quum uenìſſent, ut uide runt eum iam mortuum, non fregerunt eius cru ra ſed unus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis & aqua: & qui uidit, re ſtimonium perhibet, & uerum eſt teſtimonium eius: & ille ſcit quia uerum dicit, ut & uos credа tis. Facta ſunt enim hæc, ut ſcriptura impleretur, Et dicens: Os non cõminuetis ex eo. Et iterum alia ſcriptura dicit: Videbunt in quem confixerunt. Iudæorum obſequentes uoluntati milites, duo rum latronum qui cum Chriſto crucifixi fuerunt, ut morti citius traderent, crura fregerunt: Ieſum autem inclinatione capitis expiraſſe putãtes, cru ra eius non frangunt. Eorum tamen unus, ſubdi tãs fortaſsis an mortuus eſſet, lancea latus eius compungit: qui illico ſanguinem ſimul atq; aquã emiſit, benedictionis myſticæ ac ſancti baptiſma tis originem quandã atq; primitias. Chriſti enim & à Chriſto baptiſmus & benedictionis quoque myſticæ uirtus, à ſancta eius profluit carne. Ab his autem, quæ tunc acciderunt, Chriſtum illum fuiſſe qui uentutus à ſcriptura dicebatur, breuiter Euangeliſta oſtendit, aliqua commemorans quæ à ſcripturis prædicta, tunc exitũ habuerunt. Nam nec os eius fuit comminutum, & militum lancea transfixus eſt: quas quidem res oculis ſe uidiſſe ſtatur. Seipſum enim, non alium ueritatis teſtem modò adduxit: atq; ideo inanis gloriæ tumorem, ut rem turpiſſimam, fugiens, nomẽ ſuũ occuluit.



CAP. XL.

POſthæc autem rogauit Pilatũ Ioſeph ab A rimathia, eo qđ eſſet diſcipulus Ieſu, occul tus autem propter metum Iudæorum, ut tolleret corpus Ieſu: & permiſit Pilatus. Venit ergo & tu lit corpus Ieſu.) Accuſatur breui hac oratione Iu dæorum rurſus impietas, quum non fuiſſe abſq; Ioan.9. periculo mõſtretur, doctrinam Chriſti amplecti. Probus enim hic iuuenis, quãuis Chriſtum ama ret, & diſciplinam eius legi anteponeret, latebat tamen, Iudæorum formidans minas, qui mortem in Chriſtum credentibus minitabantur. Sed uide hinc quoq;, quanta crudelitas in Iudæorũ animis fuerit. Quippe qui nec mortuo quidem Chriſto parentare uoluerũt, quẽ Chriſtum eſſe non igno rabant: cuius ſigna, miraculaq; multa uiderunt, quamuis liuoris ſtimulo agitati, nihil inde utilita tis fuerint conſecuti. Ad condemnationem ergo illorum, & maxime Hieroſolymitarũ, Ioſeph Ari mathienſis, Ieſu corpus ſepultura honorat.

CAP. XLI.

VEnit autem & Nicodemus, qui uenerat ad Ieſum nocte primum, ferens mixturam mir thæ & aloes quaſi libras centum.) Non unum ſo Ioan.3. lummodo magno animo ad ſepeliendũ ſanctiſſi mum Chriſti corpus, ſed alterum etiam exponit conueniſſe autoritate quaſi legis rem muniens. In Deut.19. ore nanq; duorum aut trium teſtium omne uer bum ſtare lex iubet. Duo igitur pollinctores Io ſeph & Nicodemus fuerunt: animo quidem cre dẽres, ſed formidine preſsi, terreſtrẽ adhuc gloriã cœleſti anteferebãt: & idcirco nõ libere neq; ma niſeſte, ſed occultius ac timidius Chriſtũ honora bant.

CAP. XLII.

ACceperunt ergo corpus Ieſu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus eſt, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat.) Repu tatus quidẽ in mortuis ſecundũ carnem propter nos eſt, q uita naturaliter ac uerè per ſeipſum eſt: ut omnem impleret iuſticiam, quæ generi noſtro cõuenit, corpusq; ſuum morti & ſepulturæ ſpon te conceſsit. Monumentum aũt in horto erat, in quit, & ipſum nouũ: quæ res ſignificat recurſum nobis ad paradiſum morte Chriſti eſſe præparatũ. Hebr.6. Præcurſor enim ipſe pro nobis ingreſſus eſt. Mo numenti autem nouitas, nouum atq; inauditum de morte ad uitam reditũ ſignificat. Nam & ipſa Eſaiæ 26. mors in morte Chriſti innouata, ad ſomni condi 1.Theſſ.4. tionẽ mutata eſt. Viuimus enim deo, & ipſa cor pora noſtra reuictura ſunt, ſecundum ſcripturas. Vnde mortui, dormiẽtes iam ab omnibus, & ma Rom.5. xime à Paulo, appellãtur. Nã olim quidem etiam in eos qui non peccarunt in ſimilitudine præua ricationis Adæ (cuius imaginem induti, omnes maledictioni ſubijciebantur) mors apertiſsime re gnabat. Sed poſtquàm ſecundus Adam effuſit, & morte carnis ſuæ humani generis uitam rede mit, & imperio interitus deſtructo ſurrexit: refor mati ſumus, nouæ cuidã morti, non ſempiternæ, ſed ſomno ſimillimę ſubiecti, ad ſimilitudinẽ ſcili cet Chriſti, qui hãc nobis uiã præparauit. Si quis aũt ideo nouũ dici monumẽtũ credit, quia nemo ante Chriſtũ ibi poſitus fuerat: id nõ modò nõ re nuimus, uerumetiã ualde approbamus. Nouũ. n. fuit monumentũ, nemoq; ante Chriſtũ poſitus, ne alius e mortuis ſurrexiſſe crederetur.

CAP. XLIII.

IBi ergo propter paraſceuen Iudęorum, quía iu xta erat monumentum, poſuerunt Ieſum.) Nõ ſolum nouum fuiſſe monumentum, & in horto ſignificauit: ſed poſitum etiam in monumento Chriſti corpus expoſuit: nec id quidẽ minimum prætermittens. Neceſſe eſt enim pro cognitione myſteriį, uere Chriſtum fuiſſe mortuum cõfiteri. Propterea etiã Paulus fidei regulã tradens, dicit: Quia ſi dixeris in ore tuo, dominus Ieſus: et credi deris in corde tuo, quia deus ſuſcitauit eũ ex mor Rom.10. tuis, ſaluaberis. Corde enim creditur ad iuſticiã, ore autem confeſsio fit ad ſalutem. Et alibi: Tradi 1.Cor.15. di uobis in primis quod accepi, qa Chriſtus mor tuus eſt pro peccatis noſtris, ſecundũ ſcripturas: & quia ſepultus eſt, & quia ſurrexit tertia die, ſe cundum ſcripturas. Neceſſariò igitur hæc etiam minuta nobis Euangeliſta explicat. Quia neceſſe eſt credere mortuum & ſepultum fuiſſe, ut poſtea uere poſsimus credere uinculis interitus ruptis, ad ſuam uitam redijſſe. Non enim erat poſsibile Actor.17. naturaliter uitam à morte detineri: nec poterat is in quo uiuimus & mouemur et ſumus, noſtræ na turæ legibus perpetuò ſeruire, ſed ut deus naturã noſtram uita indigentem uiuificat.

CAP. XLIIII.

VNa autem ſabbati Maria Magdalene uenit mane, cùm adhuc tenebrę eſſent, ad monu mentum, & uidit lapidem ſublatum à monumen to. Cucurrit autem & uenit ad Simonẽ Petrum, & ad alium diſcipulum quem diligebat Ieſus, & dicit eis: Tulerunt dominum de monumento, & neſcimus ubi poſuerunt eum. Exíjt ergo Petrus & alius diſcipulus, & uenerunt ad monumentũ: currebant autem duo ſimul, & ille alius diſcipu lus præcurrit citius Petro, & uenit primus ad mo numentum. Et quũ ſe inclinaſſet, uidit linteami na poſita, nõ tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, et introiuit in monumentũ, & uidit linteamina poſita, & ſudarium quod fue rat ſuper caput eius non cum linteaminibus po ſitum, ſed ſeparatim inuolutum in unum locum. Tunc ergo introiuit & alius diſcipulus quí uene rat primus ad monumentum, et uidit & credidit: nondum enim ſciebant ſcripturã, quía oporteret eum à mortuis reſurgere.) Non remanſiſſet do mí, nec à monumẽto abfuiſſet diligentiſsima illa mulier, niſi lege ſabbati detenta fuiſſet. Quo die iam exacto, & altero die appropinquante, curri culo uenit ad monumentũ. Quumq; lapidẽ quo tegebatur, reuolutum inſpiceret, ſuſpicatur cor pus domini translatum fuiſſe, Iudæosq; id ex in uidia feciſſe. Cuius rei atrocitate perculſa, ad cha Cap. Ioan nis xx.

Universidad de Deusto
Biblioteca



risſimos Domini diſcipulos curſu tetendit: nec propter crucem & paſsionem domini fidem amiſit, ſed etiam mortuum (ut ſolebat) dominum appellat. Tales in ea pietas egit radices. Petrus autē & Ioannes qui hoc nobis euangelium cōſcripſit (alium enim diſcipulum ſeipſum appellat) maximo curſu uelociſsime ad monumentū deueniūt, & oculis miraculum cernunt, ſufficientes numero teſtes ſecundum legem. Nam & ſi Chriſtum non uiderint, à collectione tamen linteaminum, & inuolutione ſudarij ſeparatim poſiti, ſurrexiſſe ipſum intellexerunt. Crediderunt igitur etiam ipſa mortis uincula iam ab eo eſſe diſrupta, quod ſcriptura olim prædixit. Veris itaq; prædictionibus euentus rerum conuenire uidentes, ſummopere firmantur in fide. Aduertendum autem eſt, quia quum hic Euāgeliſta reſurrectionis tempus ſignificaret: Vna, inquit, ſabbati mane quum adhuc tenebræ eſſent: Matthæus autē, ueſpere ſabbati quæ luceſcit in prima ſabbati, ſcriptum reliquit: nec ulla inter eos eſt diſcrepātia. Idem enim tempus profundo ueſpere & mane profundo ſignificatur, quum utroq; dicendi modo ad mediā noctem peruenīatur. Nam alter ab exitu, alter ab initio noctis incipiens, ad profundam noctē perexit. Et ſic alter ab altera extremitate noctis profectus, ad profundam & mediā noctem deuenit.

Deut. 19.

Matth. 28.

A

B

CAP. XLV.

ABierunt ergo iterū diſcipuli ad ſemetipſos. Maria autem ſtabat ad monumentum foris plorans.) Firma iam fide reſurrectionis Ioannes & Petrus roborati, domum rurſus regrediuntur, prædicaturi diſcipulis, deliberaturiq; quid ſibi ſit faciundum. Citius autem arbitror reuerſos fuiſſe, quoniā Iudæorū iram aduerſus diſcipulos Chriſti non ignorabant. Vnde nec ſibi tutum putabāt ad diem uſq; circa monumentum immorari. Nec formidine preſſos fuiſſe dicemus, ſed periculum ante tempus ſubire noluerūt, Chriſto animos eorum ita monente, qui ad patrem de ipſis dicebat: Pater ſancte ſerua eos in nomine quos dediſti mihi, ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus: quando eram cum ipſis, ego ſeruabam eos in nomine quos dediſti mihi, & nemo de ipſis perijt niſi perditionis filius. Citius ergo inde recedentes, ad ſeipſos reuerſi, præcepta ſaluatoris ſeruabant: qui iuſsit eis ne à Hieroſolymis abirent, ſed expectarent promiſsionem patris, quam ab eo audierūt. Quia Ioannes quidem baptizauit aqua, uos autē non poſt multos hos dies baptizabimini in ſpiritu ſancto. Quæres in die pentecoſtes exitum habuit, quum apparuiſſent ipſis diſpartitæ linguæ tanquam ignis, ſediſſetq; ſupra ſingulos eorum. Tūc enim ex infirmitate humana ad maius quoddam robur reformati, Iudæorum paruipendebāt inſidias. Sed diſcipuli quidem (ut diximus) ad ſecretiora loca ſe receperunt. Maria uerò ab omni metu libera, quia nihil de Iudæorū ira ſuſpicabatur, circa monumentum uerſabatur, & (ut fœminarum genus ſolet) fletū fletui addidit. Nec quia mortuus eſſet ſolum plorabat, uerumetiam quoniam aliò à monumento translatus uidebatur.

Iodn. 17.

Actor. 1.

Actor. 2.

Actor.

C

D

CAP. XLVI.

DVm ergo fleret, inclinauit ſe et proſpexit in monumentum, & uidit duos angelos in albis ſedentes: unum ad caput, & unum ad pedes, ubi poſitum fuerat corpus Ieſu. Dicūt ei illi: Mulier quid ploras? Vide rurſus non fruſtra illam ploraſſe, nec amoris erga Chriſtum mercede caruiſſe. Nam quum circa monumentum perſeueraret plorans, uoce angelorū ad cognoſcendum Chriſtum iuuatur. Quos in albis ueſtibus uidit: ut ueſtimentorum candore, pulchritudo puritatis eorum ſignificaretur. Qui repellentes illam à fletu, dicūt: Mulier quid ploras? non enim lachrymarum cauſam quærunt, quam certē non ignorabant: ſed ut re ipſa patet, ne lachrymetur admonent. Nam morte iam & interitu deſtructo, lachrymarum tempus, inquiunt, non eſt. Quumq; Dominus reſurrectione ſua humanum genus ad uitā reuocauerit, cur tibi plorandū eſt ô mulier? Nam rerum exitus ad contrarium potius inuitat. Quid igitur ploras, quæ lætari, gaudereq; modo debes? Apparuerunt autem ſedentes, alter ad caput, alter ad pedes ubi poſitum erat corpus Ieſu: ut mulieri corpus domini translatum putanti ſignificarent, neminē potuiſſe uim ſanctiſsimo illi corpori afferre, quod ab angelis defendebatur. Ambigere autē aliquis non iniuria poterit, quam ob rem diſcipulis (Petro dico atq; Ioanni) angeli non apparuerunt, mulieri autem & apparent, & loquuntur? Dicimus igitur myſterium Domini, ſic ipſo diſponente atq; uolente, multis diuerſisq; modis in animis hominū certius inſediſſe, quum unicuiq; conueniens manifeſtationis modus ſit accōmodatus. Diſcipulos enim rerū exitus, ſcripturæ, Chriſtiq; prædicationibus conueniens, ad firmiſſimam fidem induxit. Superuacaneum igitur erat, firmiter credentes uoce angelorum doceri. Mulieri autem penitus neceſſarium, quæ nec literas ſciret, nec alio modo ſublime reſurrectionis myſterium percipere poſſet.

CAP. XLVII.

DIcit eis: Quia tulerunt dominum meum, & neſcio ubi poſuerunt eum. Hæc quum dixiſſet, conuerſa eſt, & uidit Ieſum ſtantem: & neſciebat quia Ieſus eſt.) Tarda hęc eſt ad intelligendum mulier, imò uerò uniuerſum genus fœminarum. Nondū enim intellexit quid uiſio illa ſignificaret, fletus autē cauſam explicat. Verū ſpiritū ſemper dñm appellaret, & feruētē erga ipſum amorem hoc modo oſtenderet, propterea etiā ipſum uidere digna iudicata eſt. Videt igitē Ieſum, ſed non cognoſcit: aut quia diuina ſe poteſtate diuinus cognoſci nō permitteret, aut cùm tenebræ adhuc eſſent, certius diſcernere non poterat.

CAP. XLVIII.

DIcit ei Ieſus: Mulier quid ploras? quem quæris? Illa exiſtimans quia hortulanus eſſet, dicit ei: Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi ubi poſuiſti eum, & ego eum tollam.) Quū propter noctis tenebras nō cognouiſſet dominū Magdalene,



lene ſuſpicata eſt aliquem eorū eſſe, ad quos horti cura pertineret. Audiuit autē ab eo, Mulier quid ploras? Non quia plorādi cauſam dominus quereret, ſed quia reuocare ipſam à fletu uolebat: q̄d & per angelos in ſuperioribus fecit. Ipſe nanq; in illis etiam loquebaſ. Quid igitur ploras ô mulier? Quem quæris? id eſt, abſterge lachrymas: habes iam quē quærebas: ego tibi cauſa ſum lachrymarū, quaſi mortuus & à monumento ſublatus. Verum quoniā uiuo & adſum, omiſſo fletu atq; mœſticia, gaude iam atq; triumpha. Interrogatio igitur hæc, ploratū mœroremq; aufert. Oportebat certe, ut mulieres etiam à mœſticia per dominū liberarenſ. Nā quū propter præuaricationē Adæ, ad uniuerſum genus in eo primo dictū ſit: Terra es, & in terrā reuerteris. Tunc ad mulierē etiam, in doloribus paries filios, dictū eſt, qui dolores punitionis loco fœminis impēdebāt. Sed dominus noſter Ieſus Chriſtus in Maria prima fœminarū lachrymas abſterſit. Prima enim hæc à dolore fletus, uoce domini reuocata eſt, quæ per ipſam ad uniuerſum mulierū genus pertrāſiit, ſi Chriſti fide munitæ illud Pſalmiſtæ canūt: Nō ne q̄ oderūt te dñe oderā, & ſuper inimicos tuos tabeſcebā? Perfecto odio oderā illos, & inimici facti ſunt mihi. Sed dñs quidē à ploratu et dolore illā reuocabat: illa uerò, quaſi hortulanus eſſet, rogat, ut ſi ab eo ſublatū forte corpus domini eſſet, oſtēdat ubi poſuerit, ut inde ipſa tollere poſſit. Nondū em reſurrectiōis intellecto myſterio, uarijs ſuſpicionibus agitatur: tardior, ut mulier, ad intelligēda ea quæ rationē omnē excedūt.

Gen. 3.

Pſal. 138.

B

CAP. XLIX.

DIcit ei Ieſus: Maria. Conuerſa illa, dicit ei: Rabboni, quod dicitur Magiſter.) Ad certiorē iā cognitionē mentē mulieris cōuertit, nominecq; appellās, tarditatis quaſi accuſat. Illa uerò ſtatim adaptis oculis ſuis cognouit eū, et ab omni ſuſpicione remota, magiſtri uocabulo (ut conſueuit) ipſum honorat, gaudijſq; plena ad tactum eius feſtinat, ut benedictionē ab eo conſequatur.

C

CAP. L.

DIcit ei Ieſus: Noli me tangere, nondū enim aſcendi ad patrem meum.) Recōditus huius ſermonis ſenſus eſt, lateteq; in eo non paruum myſterium: ſed ope domini freti, in medium proferre, quæ dicuntur incipiamus. Accurrebat mulier domino, & pedes eius tāgere feſtinabat: prohibetur autem ab illo ea de cauſa, quia nondum, inquit, aſcendi ad patrem meum. Quam autem ſatisfactionem affert hæc ratio, ne à diligentibus eū tangeretur? An quia maculari tactu hominū nolebat, ut ad patrem mundus aſcenderet? Sed quis mētis compos hoc unquā cogitabit? Nulla enim re inquinari deitas poteſt. Nam quemadmodum radij ſolares à ſordicie terrarū nullo modo maculantur, nec putredinis fœtor ullus officere illis poteſt: ſic ſanctiſsima illa natura nullam maculam ſuſcipit. Quid igitur ſibi uoluit Dominus, dicens: Nondum enim aſcendi ad patrem meum? Inter multas, uariaſq; ſaluatoris aduentus cauſas, illa præcipua fuit, quam ſe uoce ſua declarauit. Non em, inquit, ueni uocare iuſtos, ſed peccatores in pœnitentiam. Propterea ante paſsionem, reſurrectionemq; ſuam, cum probis ſimul atq; improbis conuerſabaſ, ita ut libere unuſquiſq; publicanus etiā & peccator ad eum accedere poſſet: quod faciebat, ut omnes ſanctificaret, reuocaretq; à peccati morbo ad ueritatis cognitionem. Non enim indigēt ſani medico, ſed qui male ualent. Idcirco quum in domū phariſæi diuertiſſet, peccatricem fœminam lachrymis pedes eius lauantem, & crinibus abſtergentem ſuis, aſpernatus non eſt. Nec mulierem fluxu ſanguinis laborantem repulit, imò etiam clementer allocutus eſt: Filia, dicens, fides tua ſaluam te fecit. Sic igitur ante crucem ac reſurrectionem ſuam omnibus uel peccatoribus tangendum ad benedictionem ſeipſum permittebat: diſpenſatione aūt incarnationis iā conſummata, poſt reſurrectionem ſuam non facile id uni cuiq; concedit. Vt eam nobis regulam traderet, quā lex quoq; Moſaica immolatione agni ſignificauit, de quo in figura Chriſti ſcribitur: Omnis incircumciſus nō comedet de eo. Incircūciſum porrò appellat omnem impurū: impura uerò ſecundum naturam, ſi ad naturam dei confertur, natura hominum eſt. Quare oportet non incircunciſos, ſed mundos homines, ſpiritaliterq; circunciſos ſanctiſsimum domini corpus tangere. Circunciſio enim cordis in ſpiritu fit, ſecundū Paulum: quam nullus unquā habet, niſi ſpiritus in eo ſanctus fide atq; baptiſmo habitauerit. Nam quātis Chriſtus à mortuis reſurrexerit, non eum tamen per ipſum ex patre ſpiritus ad homines miſſus fuit: quem miſit, poſtquam ad patrem aſcendit, propterea dicit: Conducit uobis ut abeam. nam niſi abiero, paracletus non ueniet ad uos: ſin autem abiero, mittā eum ad uos. Quia ergo nondū ſpiritum miſerat, ideo à tactu ſuo Mariam prohibebat, dicens: Nondū enim aſcendi ad patrem meū. id eſt, nondū pater per me ſpiritum ſanctū ad uos miſit. Hinc eccleſia regulā accepit: Prohibemus enim à ſacra menſa catechumenos, quamuis ueritatē iam cognouerint, & fidem magna uoce confiteantur. Quia nondum locupletati ſpiritu ſancto ſunt qui non habitat in ijs, qui baptiſmate cō ſummati ſunt: unde quum baptiſmū receperint, quia ſpiritus ſanctus habitare in illis creditur, à tactu & communione ſalutaris Chriſti corporis non prohibentur. Idcirco & accedentibus ad benedictionem myſticam, miniſtri myſterij magna uoce clamāt, Sancta ſanctis: ſolis ſanctificatis ſpiritu, tactum & ſanctificationem corporis Chriſti congruere ſignificantes.

Lucæ 7.

Matth. 9.

Exod. 12.

Rom. 2.

Ioan. 16.

D

CAP. LI.

VAde autē ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad patrem meum, & patrem ueſtrum: deum meum, & deum ueſtrum.) Non conceſsit corporis ſui tactum mulieri, quamuis cupienti: mercedem autem perſeuerātiæ, lachrymarumq; ſuarū duplicem illico reddidit. Nam in ea prima, uniuerſum mulierum genus (ut in ſuperioribus etiā diximus) à mœrore ac lachrymis ad lætitiam

Matth. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Gen. 3. reuocatur. Et quemadmodum in paradiso, quoniam diabolo mulier ministrauit, in doloribus parituram se filios audiuit: ita nunc in horto à maledictione liberata, plorare prohibetur: hæc igitur una merces est. Altera, quia mittitur ad discipulos nuncia, ut eis hoc euangelium afferat, quod Christus iam surrexerit, et ascendat ad patrem: ut ueluti prima mulier quia diabolo ministrauit, & se & mulierum genus una perdidit: sic & hæc mulier, quia Christo ministrauerit, muliebre genus à maledictione in se prima liberet. Largitur ergo illi dominus primum, ne ploret, néue dolori animum subijciat: deinde mirabilem quandam pedum pulchritudinem. Pulcherrimi enim sunt (ut
Esaiæ 52. propheta dicit) pedes euangelizantium bonum. Sed quàm mirabilis hęc fœmina fuerit, inde quoque intelliges, quod prophetæ mentionē de ipsa fecerint. Scribit enim de ipsa, & de alijs, quæ una cum ea surrexisse Christum discipulis nunciarūt: Accedite mulieres, quæ à uisione uenitis: Popu-
Hierem. 9. lus enim intellectū nō habet. Nam his uerbis & mulieres sermo propheticus hortatur, ut nunciēt quæ uiderunt: & ludæorum imperitiam accusat, quia resurrectionem etiam saluatoris derideant. Non discrepat autem Ioānes ab alijs, quod solius Magdalenæ mentionē fecerit, cùm illi alias cum ista fuisse asseuerent. Multo enim feruentior hæc cæteris fuerat, p̄cedebatq; alias, eratq; quasi dux atq; princeps illarum. Non ignoramus autē euentus rerum principalioribus plerūq; attribui. Ad honorem igitur & gloriam Magdalenæ à saluatore concessum est, ut hæc posset ad discipulos euā- C
gelium deferre, quia Christus surrexerit, & ad patrem ac Deum suum & discipulorum ascendat. Tu autem profundum id quoq; mysterium suscipe, nec à recta diuinorum dogmatum regula resilias. Crede igitur quod unigenitus dei filius factus homo est, ut nos quoq; (quantū fieri potest) per gratiam renouati, ad diuinitatem conscendamus. Humiliauit seipsum, ut natura humiles ad suam sublimitatē assumeret. Serui formam indutus est, quum sit natura dominus, ut nos naturaliter seruos ad adoptionem filiorum dei & ad seipsum reduceret. Quoniam ergo uerè homo est, ut nos deos & filios dei per gratiam faceret: idcirco nostra ipse suscipit, & rursus sua nobis concedit. Quomodo, inquies, hoc fecit? Dicam ut potero. Primū enim nos, qui serui natura sumus (omnis D
enim creatura naturaliter creatori suo seruire creditur) & suos appellauit fratres. Patrem uerò & suum & nostrum communiter deum uocat: deinde nostram sibi propter humanitatem quam assumpsit, attribuens, deum nostrum, quamuis Dei secundum naturam sit filius, Deum tamen suum nuncupauit: ut quemadmodum nos ad supernaturalem dignitatem per ipsum ascendimus (cla-
Gal. 4. mat enim in nobis per spiritum suum, abba pater) sic & ipse, quoniā homo factus est, Deum nostrū in deum suum habeat, licet uerè ac secundum naturam filius sit. Non ergo conturberis, quum patrem deum nominet suum; sed diligenter consi- A
dera patrem quidem suum esse natura, deum aūt nostrum ut creatorem & dominum. Sed quod libi natura inest, nobis largitur: ut (quemadmodū diximus) cōmuniter patrē appellemus, & quod nostrum est, quoniam naturam nostram assumpsit, sibi rursus accommodat, quum deum nominet suum. Si quis ergo ex imperitia has uoces, ut diximus, non suscipit, is dispensationem propter nos factam accusat. Quumq; gratias agere deberet, ex imprudentia benefactorem calumniabitur. Si enim humiliauit se propter nos, crimē quidem nostrū est, qui ab erroribus sumus reuocandi. Illi autē qui hoc uoluit propter nos facere, magnæ profecto agendæ gratiæ sunt. Vehementer autem miror, quomodo nōnulli exinanitionem atq; humilitatem audientes, plenitudinem sublimitatemq; suam non recordantur. Si enim deum B
non esse intellīgunt, si sublime Deitatis suæ non cogitāt, quomodo dicēt, quia exinaniuit se, quia plenissimus sit, et humiliauit, ab altissima deitatis gloria ad naturā nostrā descendēs? Ita cùm Deus simul & homo sit, propter alterum sublimis, propter alterum humilis natura est. Non conturberis igitur, quum dicentem audias: Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum: deum meum, & deum uestrum. Nam ut natura filius, patrē: ut aūt uerè homo, deum suum appellat.

CAP. LII.

VEnit Maria Magdalene annuncians discipulis, quia uidi dominum, & hæc dixit Dominus.) Curatur mulierum infirmitas misericor- C
dia domini, qui Magdalenā resurrectionis nunciam fecit, & uerba uitæ ac primitias euangelij discipulis prædicare misit.

CAP. LIII.

QVum esset sero die illa una sabbatorum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum ludæorum: uenit Iesus, & stetit in medio, & dixit eis: Pax uobis. Hoc quum dixisset, ostendit eis manus & latus.) Eodem illo die, quo Magdalenam allocutus est, discipulis quoque unum in locum congregatis ac foribus clausis propter metum ludæorum, apparet. Occultabant autem se prudenter, quia recordabantur iussum sibi esse à domino, ut ludeorum iram declinarent. Clausis ergo foribus, repente dominus omnipotentia sua, natura rerum superata, ingressus ad discipulos est. Nullus igitur quærat, quomodo clausis ianuis corpus dominí penetrauit, quum intelligat nō de homine nudo, ut modò nos sumus, sed de omnipotente filio dei hæc ab Euangelista conscribi. Nam quum deus uerus sit, rerum naturæ non subiacet, quod in cæteris quoque miraculis patuit. Omnem enim mentem ac rationem excedunt, quæ fecit. Qua enim ratione dices ipsum super maria, quasi per aridam ambulasse, quum aquarum natura corporibus nostris naturaliter non substernatur? Aut quomodo mille alia signa uerbo solum effecit? Scio quia supra omnem rationem humanam illa fuisse contendes. Cum illis igitur hoc etiam

numer-



numera, nec (ut quidam ex imperitia dicunt) credas nō surrexisse cum corpore suo dominum, sed nudū corpore omnino apparuisse. Quod si hanc operationē Christi percipere nequeas, cur potius ingenij humani imbecillitatem non accusas? Cur non seruas silentio datam tibi à creatore mensuram? Sed probis cogitationib. exclusis, sublime resurrectionis mysterium, in quo tota nostra spes
1. Cor. 15. sita est, paruipendis atq; calumniaris. Non uenit in mentem tibi uerborum Pauli: Si mortui non resurgūt, nec Christus surrexit: si Christus porrò non surrexit, uana fides nostra est, & estis adhuc in peccatis uestris, & ad hæc falsum aduersus deū testimoniū perhibemus, quia testati sumus quod suscitauit Christum: quem non suscitauit, si mortui non resurgunt. Quid em̄ aliud resurgit, quàm B
quod cecidit? uel quid aliud suscitat, quam quod
Coloss. 1. in mortem incidit? Quomodo autem nos resurgere sperabimus, nisi proprium Christus templū suscitauerit, ac se primitias dormientium, & primogenitum ex mortuis pro nobis fecerit? Aut quomodo corruptibile hoc incorruptibilitatem induetur, si nunquam reuiuet? Caue igitur ne à recta digrediaris fide: sed potius quia foribus clausis ingressus est, deum esse natura crede, non alium quàm illum qui ante passionem cum discipulis ut homo cōuersabatur. Idcircò enim latus denudauit, & manus clauis perforatas ostendit, ut illud corpus quod cruci fuit affixum, surrexisse monstraret. Cur enim hæc ostendit, si cum carne propria nō surrexit? aut cur cum corpore suo discipulis apparuit, nec ad ea quæ dicuntur ab impijs, discipulorum animos traduxit? Nunc uerò tantam curam habuit, ut suscitatio carnis suæ crederetur. Quod quamuis tempus iam esset in quo ineffabili gloria corpus suū apparere deberet, apparuit tamen per dispensationem quale prius, ne aliud corpus esse uideretur, quàm quod de ligno pependit. Quod em̄ oculis hominū (gloria illius corporis si explicare ipsam Christus uoluisset) cer-
Matth. 17. nī non poterat, facile intelliges, si transfiguratiōnis suæ non es oblitus, quando (ut scribit Matthæus) facies eius rutilauit ut fulgor, & uestes eius albæ ut nix apparuerunt, quę Petrus, Iacobus & Ioannes uidere non ferentes, in terram cecidērunt. Ex dispensatione igitur dominus noster Ie- D
sus Christus non in debita corporis sui gloria, sed in prima figura cernebaī: ne aliud corpus, quàm quod de uirgine assumpsit, resurrexisse putares, quàm quod crucifixū et mortuū fuit. Mors enim in solam carnē habebat potestatē. Quomodo igi-
tur mors uicta est, si mortuū Christi corpus non surrexit? Aut ubi mortis imperiū retrusum est, si idipsum quod morte cecidit, non reuixit? Non enim in animo, neq; in angelo, nec in ipso dei uerbo, sed in eo quod mori & corrumpi potest, intequoq; uirtus intelligitur, et uis tyrannidis frangitur. Salutat autem discipulos, dicens, Pax uobis: seipsum pacem appellans. Nam quibus Christus adest, hi certe spiritu conseruantur; quod & Pau-

lus fidelibus optat dicens: Pax Christi quę exupe-
A rat omnem sensum, custodiat corda uestra & in- Philip. 4.
telligētias uestras. Non aliam ultra omnem mentem Christi pacem intelligens, quàm spiritū eius: cuius qui particeps est, omni bono repletur.

CAP. LIIII.

GAuisi sunt ergo discipuli, uiso domino.) Vera modo uerba Christi Euāgelista ostendit, quū magno affectos gaudio, uiso domino, discipulos dicat. Meminisse nanq; oportet, quū de cruce ac resurrectione sua ænigmatice ad illos diceret, sic quoq; inter alia dixisse: Modicū & iam nō
Ioan. 16. uidebitis me, & iterū modicū & uidebitis me, & gaudebit cor uestrū, & gaudiū uestrū nemo tollet à uobis. Lætabantur enim amentes Iudæi pende-
re de ligno Iesum uidentes: ingenti autē mœrore discipulorū cor premebatur: sed morte à uita destructa, Iudæorū lætitia extincta est, & mœror apostolorū abijt, & gaudiū floruit, & floret perpetuum. Non enim iterū, sed semel Christus ad destructionē peccati mortuus est. Quum igitur uiuat semper, sempiternā sperātibus in eo lætitiam præbet. Hāc lætitiā pax illa effecit, qua salutauit, dicēs: Pax uobis. Vnde lex quædam ecclesiæ tradita est. In sanctis enim cōgregationibus hoc sæpius adinuicem dicimus. Pacem enim & ad nos & ad deū habere, fons & origo bonorū omnium est. Quare Paulus quoq; omne bonū fidelibus optans, dicit: Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Exhortans aūt rur-
Rom. 1. sus ad pacem dei, eos qui nondū crediderūt: Pro C
Christo, inquit, legatione fungimur, tanq; deo ex 2. Cor. 5.
hortante per nos: obsecramus pro Christo reconciliamini deo. Nec minus nos ad hoc Esaias hortat, clamans: Faciamus pacē, cū ipso faciamus pa- Esa. 26.
cem qui uenimus. Decet igitur largitorem pacis hæc salutatio: ipse nanq; pax omnium est, secundum scripturas.

CAP. LV.

DIcit ergo eis iterū, Pax uobis: sicut misit me pater, & ego mitto uos.) Ordinauit his uerbis orbis doctores, & diuinorum mysteriorū ministros: quos ut luminaria ad illustrationem, non ludeorum regionis solummodo misit, quæ iuxta legalis mandati mensuram à Dan usque Bersabee
Iosue 19. patebat, ut scribitur: sed uniuersum terrarum orbem illuminare iussit. Verax igitur est Paulus dicens, non sibi aliquem honorem accipere, nisi uo- D
catus à deo sit. Ad glorioſum enim apostolatum Heb. 5.
dominus noster Iesus Christus discipulos suos uocauit, qui cōmotum orbem firmarunt, sustentacula eius facti: unde per Psalmistam de terra & de apostolis dicit: Quia ego firmaui columnas e- Psal. 74.
ius. Columnæ enim & robur ueritatis, discipuli sunt. Quos ita dicit mittere, sicut ipse à patre missus est: ut etiā apostolatus dignitatē ostēderet, & magnitudinē potestatis eorum aperiret, & simul monstraret quā uiam in studijs suis, uitaq; sua sequi eos oporteret. Si enim ita mittunt, sicut Christus à patre missus est: quomodo non est necesse cōsiderare ad quid pater filium miserit? Sic enim, non aliter eū imitari possunt: sin aūt apostolatus

Universidad de Deusto
Biblioteca



Matth.9. Ioan.6. Ioan.3. causam multipliciter nobis interpretãs, modo dicebat, Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã: modò, Quia non egent qui sani sunt, medico, sed qui male se habent. Et ad hæc: De cœlo descẽdi, ait, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me. Et rursus: Non misit deus filium in mundum, ut iudicet mundũ, sed ut saluetur mundus per ipsum. Quæ omnia pauciss imis uerbis significauit, dicens, sic eos mittere, sicut ipse à patre missus est: ut hinc intelligãt uocandos esse peccatores ad pœnitentiam, curandos corpore simul atq; spiritu male habẽtes, & in dispensatione rerum nõ suam, sed eius qui misit, uoluntatem faciundam, mundumq; prædicationibus & doctrina fidei saluandum. Quæ omnia quãto studio peregerũt, nõ magno labore à libro Actuũ apostolorum, & epistolis Pauli perdisces.

CAP. LVI.

HOc quũ dixisset, insufflauit, & dixit eis: Accipite spiritũ sanctũ: quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorũ retinueritis, retenta sint.) Quũ ingenti apostolatus dignitate insignes atq; illustres discipulos fecerit, & sacros mysteriorũ gubernatores ordinauerit, proprio eos spiritu, quem sufflans dedit, cõfestim sanctificat.

NOTA. Vnde nobis firmiter credendum est, non esse alienum à filio spiritum sanctum. Nam quum ei consubstãtialis sit, ex patre per ipsum procedit. Ostendit autem hinc necessariò spiritum illis dandum esse, qui ad apostolatum mittuntur, causam etiam subaperit. Non enim poterunt ea facere, quæ deo placeant, nec peccatorum effugient laqueos, nisi superiorem induti uirtutem ad diuinũ animi robur firmentur. Vnde ad quendam priscorum dicebatur, quia spiritus in te domini insiliet, & conuerteris in alium uirum. Mutari aũt uires in sustinentibus deum, propheta quoq; Esaias affirmat, & Paulus supra cæteros laborasse in apostolatu scribens, statim subiecit: Non autem ego, sed gratia dei quæ mecum est. Ad hæc non intellexissent omnino mysteriũ Christi, nec alios recte docuissent, nisi per spiritũ docti, uel ea quæ mentem hominis excedunt, percíperent. Nullus enim potest (ut ait Paulus) dicere, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Quoniam ergo prædicaturi erant quia dominus Iesus, id est deus uerè ac dominus: necessariò unà cũ apostolatus dignitate gratiam spiritus dante Christo suscipiunt, qui nõ ministri loco, sed ex seipso spiritũ præbet. Non enim aliter ad nos spiritus transit, quàm ex patre per filiũ. Prisca uerò lex ac literalis, quæ umbram ueritatis habebat corporalius (ut ita dicam) & rudius res sacras fieri iubebat. Aqua enim Aaron & leuitę institutione legis primũ lauabãtur: deinde ariete immolato, eius sanguine dexteræ auriculæ ungebat extremum, & in extremitate pollicis tam manus quam pedis dexteri nonnihil sanguinis ponebat: mysterij Christi tanq; in tabula imaginem describens. Vbi enim aqua & sanguis, quibus sacrificamur fuit, ibi absq; dubio pulchritudo ueritatis obumbratur. Dominus aũt noster Iesus Christus, ad

1.Reg.9. Esa.29. 1.Cor.15. 1.Cor.12. Exod.28.

A ueritatem figuras legis transponens, ministros altaris per seipsum perficit, ipse nanq; consummationis aries est. Perficit autẽ sanctificationes ueras participatione spiritus sui, ad diuinioręm uirtutem & gloriam homines reformans. Sed ambiger forsan aliquis: quando spiritus gratiam apostoli consecuti sunt? tunc ne quando insufflauit dicẽs: Accipite spiritũ sanctũ? an postea in die pentecostes, quando congregatis ipsis, repẽte de cœlo factus sonitus est, tanq; aduenientis spiritus uehemẽtis, & apparuerũt illis dispartitæ linguæ, tanq; ignis, seditq; supra singulos eorum, & cœperunt loqui uariis linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis? Aut enim duplicem quandam gratiã datam illis fuisse in diuersitate temporum dicemus, aut tempus ipsum ignorabimus, in quo spiritus participes effecti apostoli sunt. Verum eñ est, quod in Actibus scribitur, & Christus mentiri non potest: Expedit uobis, dicẽs, ut ego abeam. nam nisi abiero, non ueniet paracletus ad uos: quando uero abiero, mittam eum ad uos. Quomodo igitur, quispiã dicet, ueritas mentiri poterat? quæ dixit, nõ uenturum paracle tum, nisi ad patrẽ abierit: id est, nisi ascẽderit in cœlos. Aut quomodo rursus nunc spiritus discipulis datur, quum nondum in cœlum ascẽderit? Difficilis omnino locus soluta est, et facilis rursus: quũ nõ hominẽ nudũ, sed deũ uerũ hæc & fecisse, & dixisse cogitamus. Pollicitus est de cœlo, quũ apud patrem fuerit, spiritum mittere: quod tempore pentecostes effecit, quando largissime spiritum effudit ad omnes, qui fide atq; baptismo illum cõsequi studeñt. Tunc enim illud propheticũ adimplebatur: Quia effundam de spiritu meo super omnẽ carnẽ. Sed oportebat filium quoq; spiritus largitorẽ uideri. Oportebat intelligere fideles ipsum esse, qui uirtute spiritus omnia creauit, & hominem ex nihilo ad esse produxit. Deus enim pater per propriũ uerbũ de limo terræ, ut scribitur, hominem formauit, animadecorauit, & sui spiritus participatione muniuit. Insufflauit enim in faciem eius spiraculum uitæ. Verũ quoniam in mortem ex inobedientia decidit, & priscũ decus homo amisit, formauit ipsum rursus deus pater, & in nouã reduxit uitam per filium, qui morte carnis suæ mortem destruxit, & D reditũ nobis ad incorruptibilitatem largitus est. Vt ergo ipsum esse discamus, qui ab initio naturam nostrã creauit, & spiritu sancto signauit, rursus in ipso initio renouandæ naturæ, sufflatione spiritũ discipulis largitur: ut quemadmodũ creati ab initio sumus, sic etiã renouemur. Et quemadmodũ ad imaginẽ creatoris factus tũc homo est, similiter etiã nunc participatione spiritus ad imaginem creatoris renouetur. Quod aũt saluatoris informationẽ in animis suscipientiũ spiritus imprimat, Paulus ad eos scribens, qui ad obseruationes legales relapsi fuerant, apertè ostẽdit: Filioli, quos iterum parturio, quousq; Christus in uobis formetur. Formari aũt in homine Christus non potest aliter, quàm participatione sancti spiritus per euangelicã uitam. Vt ergo in primitijs renouatæ



uatæ naturæ hominum ad incorruptibilitatem & A gloriam, & imaginem dei, spiritũ suum Christus in discipulos immittit: & ad hoc, ut intelligamus fontem & largitorẽ ipsum spiritus esse: hac enim de causa dicebat, Omnia quæ habet pater, mea Ioan.16. sunt. Habet aũt pater ex seipso & in seipso spiritũ suũ. Habet igitur etiã spiritũ filius in seipso, quũ sit patri cõsubstantialis, & ex ipso naturaliter natus, & omnia genitoris in seipso naturaliter habens. Multa uerò etiam alia tempore suo generaliter facturus pollicitus est, quę tamen ex parte antea fecit, ut credamus uere ipsum uniuersaliter quoq; facturũ. Prædixit omnes se mortuos suscitaturũ. Venit enim hora, inquit, quando mortui Ioan.5. audient uocem filij dei, & procedent qui bona fecerũt, in resurrectionem uitæ: qui uerò mala egerunt, in resurrectionẽ iudicij: idq; facile se factu- B Ioan.11. rũ ostendens, dicebat: Ego sum resurrectio & uita. Verũ quoniam rei magnitudo fidem excedebat, præuenit utiliter, anteq; resurrectionis tempus Lazarũ & uiduæ filiũ, & Iayri puellam suscita- Luc.7. Mar.5. uit. Et adhęc illud addidit, gloriosissimã sanctorũ resurrectionẽ futurã: Tũc enim, inquit, iusti fulgebũ sicut sol in regno patris sui. Quod ut firmiter Matth.13. crederet præuenit, & in monte hanc gloriã discipulis monstrauit. Transfiguraũit eñ seipsum co- Matth.17. ram Petro, Iacobo atq; Ioanne, & effulsit facies eius ut fulgor, & uestes eius candorẽ niuis fuerunt assecutæ. Quemadmodum igitur hæc, quamuis tempore suo facturus sit, quasi tamen arrabonem generaliter rei futuræ, nonnihil fecit ex parte, ut C generalia credantur. Eodem arbitror modo, quũ se missurum ad omnes spiritum dixerit, posteaq; ad patrem ascenderit, primitias tamẽ pollicitationis, & quasi arrabonem nobis in discipulis dedit muitis, iustisq; de causis, ut iam diximus. Accepe- Act.2. runt igitur spiritũ sanctum discipuli, quando insufflauit, & dixit: Accipite spiritũ sanctum: nunquam enim dixisset, qui mentiri nescit, nisi dedisset. In die uerò pentecostes expressiorem operationem gratiæ, manifestationemq; habitantis in eis spiritus habuerunt. Apparuerunt enim in eis linguæ igneæ, non gratiæ, sed operationis potius & sermonis initium significãtes. Scribitur enim, quia cœperũt loqui uariis linguis, prout spiritus D sanctus dabat eloqui illis. Audis, quia loqui, non sanctificari cœperunt, & quia linguarum distributio in eis facta est, spiritu qui erat in ipsis id operante. Et sicut de cœlo uocem emisit pater, & te- Matth.3. stimoniũ perhibẽs filio, dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui, ipsum audite, q̃d ad audientium fidem factum est (organica enim nostris auribus uox incidit, diuinitus facta) sic in apostolis, linguis igneis et sono spiritus uehemẽti, gratiam eis datam manifestauit, & spiritus sancti descensum in homines significauit. Quod autem etiam id ipsum loco signi ludæis datum sit, facile intelliges, si recordaberis ore prophetico diuinitus fuisse prædictum: In loquela enim, inquit, Esa.28. alterius labij, & in lingua altera loquetur ad populum istum, & non credet. Vt igitur credamus

discipulos uere sancti spiritus fuisse participes, & gratia Christi coronatos, ad ueritatis expositionẽ meritò sufficere: idcircò apostolatus gloria desuper decoratis linguæ ignęæ apparuerunt. Satis iam, ut arbitror, propolita quæstio patet. Verum quoniam illud præcipuo nobis studio est, ne scandalum fratribus unquam nonnullorum malignitate fiat, illa modò dicamus, quibus futura forsan loquacitas repelletur. Inueniemus enim paulò post scriptum, quia Thomas qui dicebatur didymus, nõ erat cum discipulis, quando uenit Iesus. Quomodo igitur (dicet quispiam) si tunc aberat quando Christus sufflans dixit, Accipite spiritum sanctũ, spiritus ipse particeps factus est? Dicimus igitur uirtutẽ spiritus ex intentione dantis Christi in omnes discipulos pertransisse: nõ enim quibusdam, sed omnibus discipulis dedit. Quare liberalitate dantis, non solum præsentes, sed etiam absentes apostoli spiritum sanctum acceperunt. Quod autem non uiolenta, sed tuta ueraq; ista ratio sit, autoritate sanctæ scripturæ monstrabimus. Iussit deus quondam Mosi septuaginta seniores Num.11. Iudæorũ eligere. Dixit autem de spiritu, qui erat in Mose, ablaturum se atq; impositurum in illis. Quum uerò duo Heldad & Medad de lxx. seniorum numero in synagoga remansissent, ac spiritus omnibus illis septuaginta immissus fuisset: prophetabant quidem qui erant cum Mose, prophetabant autem etiam illi duo qui aberãt. Iosue uerò mysterij uirtutem ignorans, ac secundũ Dathan & Abiron facere illos putans, rogabat Mosen, ut Heldad & Medad à prophetando uetaret. Tunc diuinus ille uir operationem spiritus intelligens, respondit: Quid æmularis pro me? quis tribuat ut omnis populus prophetet, et det eis dominus spiritum suum? Vides quomodo rationẽ Iosue Moses reiecit. Vtinam enim, inquit, uniuerso populo spiritus daretur. Quod tempore suo futurum tamen est, quando Christus, ut in primitijs eorum qui susceperuri sunt, discipulis sufflans dicet, accipite spiritum sanctum. Non ergo, licet abfuerit Thomas, à participatione spiritus decidit, quum de numero esset eorum, quibus dignitate apostolatus decoratis spiritus debebatur. Spiritu igitur sancto discipulis dato: Quorum, inquit, remiseritis peccata, remittuntur eis: quorũ uerò retinueritis, retenta sunt. Et certe solius ueri dei est, ut possit à peccatis homines soluere. Cui eñ alij præuaricatores legis liberare à peccato licet, nisi legis ipsius autori? Sic enim etiam in rebus humanis fieri cõspicimus. Quippe nemo leges regum impune reprobat, nisi reges ipsi, in quibus præuaricationis crimen locum non habet. Prudenter e- Prouer.18 nim dictum est, impium esse qui regi dixerit, Inique agis. Qua igitur ratione diuinæ naturæ dignitatem ac potestatem discipulis suis saluator largitus est? quia certè absurdũ nõ est peccata remittí posse ab illis, qui spiritũ sanctum in seipsis habeant. Nam quũ ipsi remittunt aut detinẽt, spiritus qui habitat in eis, per eos remittit & detinet. Erit autẽ id per eos duobus, ut arbitror, modis: primũ baptismo,

Universidad de Deusto
Biblioteca



baptismo, deinde pœnitentia. Nam aut credẽtes, & uitæ sanctimonia probatos homines, ad baptisimum inducunt, & indignos inde diligenter expellunt, aut ecclesię filijs peccantibus quidem increpant, pœnitentibus autẽ indulgent. Sicut Paulus olim fornicantem apud Corinthios, in pernicíem carnis tradebat, ut spiritus eius saluaretur: recepitq; rursus, ne maiore submergeretur dolore. Quum igitur spiritus Christi habitans in hominibus, ueri dei operationem efficiat, quomodo nõ erit natura deus, qui naturaliter potestatem diuinæ naturæ ac dignitatem possidet? quum in diuinam legem, eximiam habeat autoritatem.

1.Cor.5.

2.Cor.2.

CAP. LVII.

THomas autem unus ex duodecim, qui dicitur didymus, non erat cum eis quando uenit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus dominum. Ille autem dixit eis: Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorũ, & mittã digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam.) Non facile credunt quæ rationem omnem excedunt: sed solo usu, quasi necessitate quadã approbantur: idcirco Thomas sapiẽtissimus saluatoris discipulus, testãtibus de resurrectione domini cæteris non credidit: nec legem ueritus fuit, quæ iubet in ore duorũ aut triũ testium omne uerbum stare. Quamuis mihi Thomas uideri soleat, non infidelitate magis quàm summo mœrore perturbatus fuisse, quia dominum oculis suis non uiderit: putauit enim forsan nunquam se in hac uita usurũ. Vitam enim esse naturaliter Christum, ac ideò mortis imperium posse destruere non dubitabat. Nam qui ab alijs interitum depulit, quomodo à carne sua non repulisset? Mœrore igitur, quia ipse quoq; non uiderit: & lætícia singulari affectus, quia surrexisse audiebat: ad infidelitatẽ delabitur, & uidere præsentem glíscit ac ardet, ut de pollicitatione illius certior fieret. Audiuit eum dicentem: Filioli, modícum & non uidebitis me, & iterũ modicum & uidebitis me, & gaudebit cor uestrũ. Ego autem per dispensationem puto permissum fuisse, Thomam ad infidelitatis crímen incidere: ut nos per exquisitam fidem ipsius, carnẽ Christi quæ de cruce pepẽdit, à patre per filium in uitam fuisse reuocatam credamus. Si enim dixeris in ore tuo, Paulus ait, quia dominus Iesus: & credideris in corde tuo, quia deus suscitauit ipsum à mortuis, saluus eris. Non enim natura carnis uitæ causa facta est, sed operatione diuinæ naturæ peracta res fuit. Quoniam igitur omnia & sunt & uiuunt ex patre per filium, ideò & templum Christi à deo scribitur suscitatum: non quia filius id facere non poterat, sed quia omnia pater per filium facit: uirtus enim patris filius est. Discimus ergo ex hac Thomæ dubitatione, resurrectionis mysteriũ in hoc corpore nostro peragẽdum, & in Christo primo iam peractũ fuisse. Non enim apparitio quædam erat falsa, nec umbra ad humanam conficta figuram, ut nonnulli dicunt: nec spiritale quoddã corpus, id est tenue ac aerium, & aliud præter carnẽ, ut multi spiritale corpus intelligi contendunt. Et certe quoniã uirtus fidei nostræ, & uniuersa spes post consubstantialis confessionem trinitatis, resurrectionis mysteriũ respicit, non iniuria exquisitíssimè conscripta hæc ab Euangelista sunt. Animaduertendum enim est, quía non simpliciter uidere dominum Thomas cupit, sed clauorum signa quærit & fixuras, quæ in carne fuerant: sic enim tandem se crediturum asserit, quía Christus uere reuixerit: reuixit autem secũdum carnem. Quod enim mortuum est, id reuixisse: & quod cecidit, id surrexisse dicitur.

Deut.19.

Ioan.16.

Act.2.

CAP. LVIII.

ET post dies octo iterũ erant discípuli eius intus, & Thomas cũ eis: uenit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit, Pax uobis, deinde dícit Thomæ: Infer digitũ tuum huc, & uide manus meas, & affer manum tuam & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.) Miraculose rursus clausis foribus discípulis apparet, & in medio domus pariter nunc Thoma præsente atq; absente antea, consistit, ut paruę fidei discípuli mederetur: sermoneq; utitur cõsueto, pacis bonum audientibus donans: ad discíplinã id quoq; nostram, ut iam diximus. Animaduerte aũt quia nõ simpliciter rem enarrauit, sed addidit diligenter, post dies octo, & omnibus unum in locũ congregatis. Diem igitur octauum, dominicũ diem esse necesse est. Nam una sabbatorũ cæteris apparuit, id est die dominico. Die postea deinceps octauo, utrisq; connumeratis extremis, congregati rursus discípuli Thoma præsente simili modo dominum uident. Iure igitur sanctæ congregationes die octauo in ecclesíjs fiunt, & foribus sublimiore modo clausis uisibiliter simul atq; inuisibiliter Christus omnibus apparet: inuisibiliter quidem ut deus, uisibiliter aũt in corpore. Præbet enim nobis carnẽ suã tãgendã, ut firmiter credamus quía templũ uere suũ suscitauit. Quod autẽ mysticæ benedictionis cõmunio, resurrectionis Christi quædã confessio est, uerbis ipsius probat. Fractum enim panẽ distribuebat dicens: Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur in remissionem peccatorũ: hoc facite in meam cõmemorationẽ. Participatio igitur mysteríj, uera quædã confessio & cõmemoratio est, quod propter nos & pro nobis dominus & mortuus sit, & reuixerit, & diuina nos benedictione propter hoc replet. Fugiamus igitur infidelitatem post tactum Christi, & firmi atq; stabiles ab omni longe ambiguitate inueniamur. Recordẽtur autem studioli Magdalenam quidem à tactu Christi prohibitã: Noli enim me tangere, inquit, quoniã nondum ascendi ad patrem. Thomam autem hortatur, ut & latus & clauorum fixuras diligentius tangendo, & manũ aut digitum immittendo perquirat. Quare sic? Dictum iam in superioribus satis arbitror, sed non est ab re modò quoq; breuiter referre. Illi enim nondum gratia spíritus sanctificato, tangere non licebat. Nam anteq; dominus in cœlũ ascendisset, descẽsus spiritus in omnes nõ fuit.

Thomæ



Thomæ autem hoc licebat, quía unà cum alijs spiritum fuit consecutus: ad uniuersum nanq; discípulorum consortium liberalitate dantis uox illa transiuit: Accípite spíritum sanctum. Sed illud etiam quærẽdum mihi uidetur. Palpauit Thomas latus saluatoris, & ictũ militaris lanceæ curiosius pertractauit, clauorũ fixuras diligẽtius uidit: quomodo igitur (quíspiam dicet) in corpore incorruptibili signa interitus apparebãt? Corporeæ nãq; corruptionis, manuum & lateris uulnera, & punctiones ferreæ signa sunt. Corpus autẽ Christi ad incorruptibilitatem reformatum, unà cum corruptione, id est interitu uniuersa quæ corruptionis sunt, debuit abiecisse. An forsan claudi in alia q̃q; uita claudicabunt, aut lusci uno cum oculo resurgent? & quomodo à corruptione penitus humanum genus liberabitur, si quæ interitum præcedunt aut cõsequuntur, nostris corporibus inusta permanebunt? Non ignoro multa sublimiora de hac quæstione à curiosioribus ac peritis dici posse. Nos aũt dicimus nullas corruptiõis reliquías, nullũ signũ, nulla consequentia uel antecedentia post resurrectionẽ in hominibus futura. Sed q̃d seminatum in infirmitate est, resurget in uirtute, ut ait Paulus: et quod in honoratione seminatum est, resurget in gloria. Quid aũt est in uirtute atq; in gloria resurgere aliud, quàm quod omni infirmitate, omníq; corruptionis dedecore procul depulso, ad synceram incorruptibilitatem genus humanũ reditũrũ sit? Verũ, quoniam ad certiorem id fidem Thomas flagitauit, necessariò dominus noster Iesus Christus, ne ullã infidelitati causam præberet, sic & ipsi & cæteris apparet, ut illis conducebat: imo etiã quũ in ipsum cœlũ ascenderet, quũq; uirtutibus potestatibusq; superioribus mysteríj sui totã seriem declararet, eodẽ habitu uere illis apparuit, ut nõ hominem solummodo factũ, uerumetiam mortuum pro uita nostra crederent. Quod aũt sic illis quoq; apparuit. Esaias testatur dicẽs: Quis est iste, qui uenit de Edom, tinctis uestibus de Bozra? Angeli emẽ mirãtes domini ascẽsum in cœlos, idq; magna cum potestate, ita scríbuntur dixisse. Sanguine aũt tinctũ uidentes, & mysterium ignorãtes, rogant: Quare ergo rubeũ est indumentum tuũ, & uestimenta tua sicut calcantiũ in torculari? Vina enim nuper in torculari expressa, colorem sanguinis conferunt. Christus uerò ad eos, ut natura deus intelligatur, Ego, inquit, iustíciam loquor. Qui autẽ iustíciam loquitur, id est docet, quomodo autor legis non est? & qui legis autor est, is quomodo deus non est? Figuras deinde clauorũ monstrante Christo, angeli rursus rogant: Quid emẽ plagæ ístæ in medio manuum tuarũ? & dicet: His plagatus sum in domo eorũ qui diligebant me. Dilecta enim domus Israel erat, quæ dominũ clauis & lancea petíjt. Miscifigere Christum uoluerunt, ascribitur. Quũ igitur etiam ipsis angelis, non solis uerbis cõtentus, passionis suæ signa ostẽderit, ut resurrexisse uerè credatur; quid mirũ est si ad corroborandam uerítatem fidei, lateris uulnus & fixuras clauorum hominibus mõstrauerit? ac præter illud, quod rerum cõditio requirit, propter utilitatem nostram passionis notas retinuerit? ut resurrectionis mysteriũ recte intelligamus: non aliud corpus resurrexisse credentes, quàm q̃d cruciatu mortuũ fuit.

1.Cor.15.

Zach.13.

CAP. LIX.

RESpõdit Thomas, & dixit ei: Dominus meus & deus meus.) Paratíssimus autẽ ad confessionem fuit, qui paulò ante tardior uidebatur. Quum enim & clauorum fixuras, & ipsum latus dominus monstrauerit, animus illico Thomæ ab omni ambiguitate liberatus confirmatur. Sed dícet quíspiam: Quam ob rem per tam minuta rerum signa mens discípulorũ ad fidem reducitur? Nonne sufficiebat ei ad cognoscẽdum Christum statura corporis, & facíei lineamenta? Ambiguũ hoc certe fuisset. Putare nanq; potuerũt spíritum quendam imaginem sibi saluatoris assumpsisse, & ad hoc miraculosus per clausas fores ingressus facile inducebat. terrestre nanq; corpus latiorem secundum suam naturam uiam desiderat. Necessariò ergo dominus noster Iesus Christus latus nudauit, & uulnera, liuoresq; carnis ostendit, ut discípulos confirmaret. Nam & si solus uerba dixerit Thomas: Nisi mísero manũ meam in latus, & digitum meum in fixuram clauorum, non credam: aliorum tamen etiam discípulorum animus turbationis expers omnino non erat, quamuis Thomę dicerent, Vidimus dominũ: quod ita esse Lucas nobis declarat, dicẽs: Quũ in medio eorũ Christus stetísset, dixísletq;, Pax uõbis: pertimuísse illos, & spíritum ab eis uideri existimasse, Christumq; illis dixísse: Quid turbati estis, & cur cogitationes ascẽdunt ad corda uestra? uidete manus meas & pedes, quía ego ipse sum. Palpate & uídete, quía spíritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Et quum hæc dixísset, ostendit eis manus & pedes. Adhuc autẽ illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem pisces assi, & fauum mellis: & quũ manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. Vides non modò Thomam, uerumetiam cæteros animo dubitasse, quibus etiam uulnera corporis non suffecerunt. Vnde alio quoq; signo ad fidem illos inducit, quod spíritui nullo modo cõuenire potest. Comedit enim allatam sibi partem piscis, quæ res uiuo solummodo corpori cõgruit. Nam quamuis ab interitu liberatum corpus cibo non indiget, tamen ut uulnera & fixuras clauorũ miraculose retinuit: ita etiã comedit, ut resurrectionis fide stabili fundaret mysteriũ, & nobis omnibus prouideret. Operatur enim quæ aliena penitus à natura spíritus sunt. Quomodo enim nudo corpore spíritui cibus conueniet? aut quomodo uulnera inerũt ei, qui nullo modo corporeus est? Quare ne spíritus, aut umbra quædã & aeriũ corpus (quod nõnulli spíritale appellant) sed illud ipsum q̃d cecidit, surrexisse credaꝫ, corpori nostro conuenientia diligenter retinuit. Præ gaudio aũt magis

Luc.24.

Universidad de Deusto
Biblioteca



magis quàm infirmitate mẽtis dubitasse Thomã A
Luce.24. diximus, quoniam & de alijs dixisse Lucam non
ignoramus: Adhuc autem illis non credentibus,
& mirantibus præ gaudio. Verum quum uisus
omnẽ dubitationis causam tollat, recte Thomas
statim clamauit: Dominus meus & deus meus.
Nam qui dominus omnium natura est & deus,
hunc deum quoq; uerum esse necesse est, quod re
tro etiam uertitur. Nam qui deus natura est, is o-
mnibus necessariò imperat. Cum articulo autem
dicitur utrunq;, ne quis nostra uel angelorum si-
militudine, sed singulariter ipsum dominum &
2.Cor.8. ipsum deum dici existimet. Multi enim & in cœ-
lo & in terra dij & domini sunt, ut Paulus ait. Sin-
gulariter autem Thomas, ut dei ueri filium ipsum
dominum et ipsum deum appellat: quod q; maius B
est, quum hęc dicere saluator discipulum audiret,
non increpat nec repellit, sed laudat atq; comple-
Matth.28. ctitur, & cæteros ita prædicare hortatur: Euntes
inquit, docete omnes gẽtes. Quod unà cum alijs
quũ Thomas audisset, quid aliud poterat dicere,
quàm quod ipse credebat? Patet igitur, quia non
aliter quàm Thomas confessus est, nos quoq; con
fiteri dominus uult. Natura em̃ dominus & deus
est, etiam postquàm hominem assumpsit. Illud e-
tiam animaduerte, quia discipulus qui pedes et la
tus palpauit, ita eum cõfessus est, ut in duos filios
partitus non sit. Vnum enim & eundem domi-
num Iesum Christum cognouit cum carne.

CAP. LX.

DIcit ei Iesus: Quia uidisti me, credidisti: beati C
qui non uiderunt, & crediderunt.) Magna
prouidẽtia plenus est sermo saluatoris, summãq;
nobis affert utilitatem. Nam postquam ad certio-
rem orbis fidem perforatum latus & fixuras cla-
uorum monstrauit, postquam etiam cibũ assum-
psit, nõ indigens, ne ulla infidelitatis restaret cau
sa, uerbis etiam quid credendum sit, confirmauit.
Non enim ignorauit futuros nonnullos, qui re-
surrectionem mortuorum non faterentur, quiq;
uidere se uelle dicerent, palpareq; nõ aliter quàm
Thomas: recteq; se ita facere contenderent, quo-
niam discipulum saluatoris imitarentur. Hunc
igitur lapsum depellit Christus his uerbis, beatos
appellans eos qui non uiderunt, & crediderunt.
Nec id iniuria: nulla enim dubitationis causa ui- D
denti relinquitur. Qui autem credit quod non ui
dit, sed docentiũ uerbis audiuit, eximie certe eum
in quem credit, honorat. Beati ergo sunt omnes
qui per apostolorum prædicationem crediderũt.
Lucæ 10. Illi enim (ut Lucas dicit) oculis mirabilia gerentem
Iesum uiderunt, & sermonis eius fuerunt mi-
nistri. Quibus adhibere fidẽ necesse est, si uitã æ-
ternã possidere, & in cœlis regnare desideramus.

CAP. LXI.

MVlta quidem & alia signa fecit Iesus in con
spectu discipulorum suorum, quæ nõ sunt
scripta in libro hoc: hæc autem scripta sunt, ut cre
datis, quia Iesus est Christus filius dei: & ut cre-
dentes uitam habeatis in nomine eius.) Quasi re-
petendo quæ scripsit, intentionem euangelij ma-
nifestat: ut enim credatis, inquit, & credentes ui-
tam æternam habeatis, hæc mihi ædita sunt. Plu-
ra uerò saluatoris signa fuisse dicit, quàm ab eo
conscripta sint, quę relicta sunt: quia sufficere ista
putauit ad persuadendum legentibus, quia Iesus
est Christus filius dei. Hæc quidem Euangelista.
Ego autem non ab re illud dicam: si euangelij ue-
tus & miraculorũ magnitudo ad persuadendum
sufficit: quia uirginis filius, qui uoce angeli Iesus
appellatus est, ipse est qui à scriptura Christus ap-
pellatur, & est filius dei, non ut cæteri, sed singu-
lariter atq; proprie, etiam posteaquam naturæ hu
manæ coniunctus est: errant omnino qui domi-
num suum negare audent. Nos enim quando na-
turã uerbi consideramus, aliud ab eo natura rem-
plum, quod à uirgine assumpsit, esse inuenimus.
Quando uerò uim coniunctionis respicimus, &
(quantum in nobis situm est) supernaturale hoc
mysterium inuestigamus, tunc uerbum cum tem
plo suo unum esse intelligimus: non mutatũ qui-
dem in carnem (non enim hoc dicimus: minime
nanq; natura uerbi, mutationis susceptibilis est)
sed quia secundum scripturas unus est Iesus Chri
stus: unus inquam filius, qui ex templo carnis sue
(quod integræ naturæ humanæ recipit definitio-
nem) & ex uiuo dei uerbo esse intelligitur. Id in
nobis ipsis facile intelligi potest. Est enim unus-
quisq; nostrũm homo unus, quamuis ex anima
et corpore constemus: quorum utrunq; ab altero
ratione naturæ differt.

CAP. LXII.

POstea manifestauit se iterum Iesus ad mare C
Tiberiadis: manifestauit autem sic. Erant si-
mul Simon Petrus & Thomas, qui dicitur Didy-
mus, & Nathanael qui erat à Cana Galilææ, & fi-
lij Zebedęi, et alij ex discipulis eius duo. Dicit eis
Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt: Venimus
& nos tecum. Et exierunt & uenerunt in nauim,
& illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem fa-
cto, stetit Iesus in littore, non tamẽ cognouerunt
discipuli quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus: Pueri
nunquid pulmentarium habetis? Responderunt
ei: non. Dixit eis: Mittite in dextrã nauigij rete,
& inuenietis. Illi autem dixerunt: Per totam no-
ctem laborantes nihil cepimus, sed in tuo nomi-
ne mittemus. Miserunt ergo rete, & iam non ua-
lebant trahere præ multitudine piscium.) Tertio
iam dominus liberè discipulis apparet, ut fidẽ eo-
rum inuicta firmitate roboret. Nã qui sæpius ui-
derunt, quomodo ab omni ambiguitate remoti,
ueri etiam alijs pietatis doctores non efficientur?
Exijt ergo Petrus piscatum, concurrunt autem e-
tiam cæteri, Christo forsan ita dispensante: qui
quando ad apostolatum eos uocauit: Venite, in-
quit, post me, & faciam uos piscatores hominum.
Quod modò ex hac re quasi à signo quodam cito
futurum significauit. Nam discipuli quidam tota
nocte laborantes nihil comprehendunt: sole au-
tem iam oriente stetit Iesus in littore, interroga-
uitq;, num quid ceperint. quibus nihil omnino
cepisse respondentibus, iussit in dextram nauis
partem



partem retia mittere. Illi uerò quãuis tota nocte A
fruſtra laborassent, quamuis ignorarent dominũ
ipsum esse: in tuo tamen nomine, responderunt,
id faciemus. Quo facto, mirabilis quædam pi-
scium multitudo capta est. Hæc Euangelista. Ve
rum quoniam modo dicebamus hac re significa
tum à domino fuisse, citò iam futurum quod illis
prædixit, quia piscatores hominum erũt. Age in-
uestigatis singulis, nõnullas spiritalis speculatio
Prou.9. nis causas legẽtibus præbeamus. Da em̃, inquit,
sapienti causam, & sapientior erit. Ea igitur ex re
q̃d tota nocte fruſtra laborassent, significari pu-
tamus: quia prædicatione priscorũ nemo persua
sus omnino deo adhæsit, aut adeò pauci ut nemi
nem id fecisse non iniuria dicere possimus. Nulli
enim, paucissimi ad uniuersum orbem collati ui- B
detur. Quid igitur prohibuit, aut quid faciebat,
ut prædicatio illorũ fructum non afferret? nox e-
rat, mentalesq; (ut ita dicam) tenebrę animi ocu-
los obfuscabant, & error dæmoniacus à ueritatis
cognitione abducebat. nemo enim erat qui face
ret bonum, nemo usq; ad unum: sed omnes decli
Psal.13. nauerunt, simul inutiles facti sunt. Nã ipse quoq;
Israel, quẽ Moses fuit piscatus, umbris & figuris
institutus, ad perfectionem uenire non poterat.
Cultus enim dei qui per figuras erat, nõ fuit Deo
acceptus: quod facile intelligitur: quia sacrificia
Hiere.6. & sanguinẽ & omne oblationis genus terrestre,
ac corporeum repulit, dicens: Ad quid mihi cin-
namomum & incensum à longinqua terra offer-
tis? holocausta uestra non sunt mihi grata, et sacri C
ficia uestra non delectant me. Hæc dicimus nõ le
gem accusantes, sed significantes, quia quũ crea-
tor omnium Deus ad solam euãgelicę pulchritu
dinem disciplinæ respiceret, etiam qui per legem
1.Ioan.5. umbris atq; figuris deum colebãt, longe à uerita
te aberãt. Christus enim est ueritas. Præterea qui
ad legalem cultũ per legem Mosis uocati fuerũt,
spreta lege ad hominũ mandata cõuersi, adeò in
Isa.53. duruerũt, ut prophetarũ apud eos doctrina nihil
Hier.23. potuerit. Vnde alius clamabat: Domine quis cre
didit auditui nostro? Alius: Væ mihi mater, cur
me peperisti uirum rixæ atq; discordiæ in uniuer
sa terra? nec mihi quisq; nec ego alicui unq; pro-
fui. Cur igitur nõ similes ludæos putabimus eis,
qui legem non habebant, quum legem datã con D
temnerent? Nam de gentibus quidem nullus un
quam dubitabit, quin erroribus inuolutæ, à disci
plina dei procul abessent. Nox ergo, profundęq;
tenebrę faciebant, ne ueræ pietatis homines lucẽ
inspicerẽt: quas ob res, qui ante Christi aduentũ
piscari homines conati sunt, per totã nocte labo-
rarũt, & nihil ceperunt. Mane autem facto, & depul
sis diaboli tenebris à uera luce Iesu Christo orien
te, quærentesq; à laborantibus, num quid habeãt
quod saluatori deo salutem hominũ esurienti, ci-
bus fieri possit: quia nihil se cepisse respõdent, ad
dextrã nauis partem retia mittere iubentur. De
misit em̃ beatus Moses retia, per mandata scilicet
legis. sed in sinistra quodãmodo parte facta pisca
tio est. Dextera em̃ pars, saluatoris doctrinæ attri
buitur, quę ultra omnem comparationem maior A
atq; glorioſior Mosaica est. Figuris enim ueritas
multo sublimior, & seruo Dominus superior, &
damnante litera, iustificãs spiritus gratia. Dexte-
ra igitur pars excellentiam præstantiamq; signifi
cat. Sed retibus in dexterã partem iactis, magna
multitudo piscium capta est. Iussu autem domini
hoc factum est: quia non rapuerunt gratiam, sed
imperio Christi paruerunt dicentis: Euntes doce Matth.28.
te omnes gentes. Vnde ab ipsis etiã dicitur: quia
in nomine tuo rete mittemus. Non enim aliter
quàm in nomine saluatoris, & uerbis atq; doctri-
na eius apostoli piscantur. Magna uerò multitu-
do piscium capta est, adeò ut discipuli trahere non
possẽt. Innumeri em̃ fideles sunt, & uires aposto
lorũ tãta res omnino excedit. Christi ergo hæc o- B
peratio est, qui multitudinẽ hominũ sua uirtute
ad terrestrem hãc ecclesiã, quasi ad retia colligit.

CAP. LXIII.

DIcit ergo discipulo ille, quẽ diligebat Iesus,
Petro: Dominus est. Simon igitur Petrus
quum audisset quia dominus est, tunica se succin
xit (erat enim nudus) & misit se in mare, alij autẽ
discipuli nauigio uenerũt. Non enim longe erãt
à terra, sed quasi cubitis ducẽtis, trahentes rete pi
sciũ. Vt ergo descẽderũt in terrã, uiderũt prunas
positas, et piscẽ superpositũ & panẽ, & dicit eis Ie
sus: Afferte de piscib. quos prendidistis nunc. A-
scendit Simon Petrus, & traxit rete in terrã plenũ
permagnis piscibus centũ quinquaginta tribus:
& quũ tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis C
Iesus: Venite, prandete. Nemo aũt audebat discũ
bentiũ interrogare eum: tu quis es? scientes quia
dominus est. Et uenit Iesus, & accepit panẽ, & da
bat eis, & piscẽ similiter. Hoc iã tertio manifesta-
tus est Iesus discipulis suis, quũ surrexisset à mor-
tuis.) Seipsum rursus dilectum appellat discipu-
lum, qui hoc nobis euangeliũ conscripsit. Dilige
batur autem maxime, quia propter mentis puri-
tatem, & cordis oculorum acumen, ad intelligen
dum erat aptissimus. Vnde solus signum statim
intellexit, & Christũ adesse cognouit, ac alijs ni-
hil dubitãs significauit: firmo enim animo excla-
mauit, dominus est. Et Petrus quidem feruens a-
more Christi (ut solebat) exilijt, tardius terræ ap- D
plicaturã nauim intelligens: cæteri uero nauigio
ueniũt, rete trahentes. Prunas aũt uident positas,
& piscem superpositum, quem miraculose Chri-
stus fuit piscatus. Nõ enim ab apostolis spiritalis
incepit piscatio, sed saluator noster primus manũ
imposuit, locoq; primitiarum unum piscatus est.
nec unum simpliciter intelligimus, sed paucitatẽ
ita significari arbitramur: postea uerò ingentẽ di
scipuli multitudinem nutu ipsius roborati, pisca
ti sunt. Trahit autem Petrus rete, per quem labor
apostolorum non esse inanis intelligitur: attule-
runt enim piscationis autori, id est, illi qui mitte-
re iussit rete, pisces numero centum quinquagin
ta tres. Significat autem cẽtenarius (ut mihi uide
tur) numerus, gentium plenitudinẽ. Plenissimus
enim numerus est, qui decem decadibus cõstat.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Matth. 18. Matth. 12. Quare dominus noster quoq; Iesus Christus modò cētum se habere oues dicebat, plenitudinem rationalium creaturarū hoc numero significans: modò fertilissimum agrum centū productorum affirmabat plenitudinem, fertilitatis probatæ animę subostēdens. Quinquagenario autem numero eos significari putamus, qui à Iudæis crediderunt, crediturique sunt. Sub duplus enim hic numerus ad centenariū est, & longe abest à plenitudine: ternarius uerò qui relinquit, sanctissimæ trinitatis significationē habere mihi uidetur, ad gloriam cuius fidelium uita describitur. Cōiunctim autem scriptus numerus est, quia cōiunctim intelligitur. Deus enim sanctificationis modo in omnibus esse fidelibus intelligitur. Verum postquam rete iam tractum est: uenite, ad discipulos, & prādete, dominus ait. Vnde significatur, quia post multos labores, quibus uocati uehementer sudabunt, tandem cum domino recumbent, spirituali cibo sibi proposito, qui mentem ac rationē excedit humanæ naturæ. Ita enim etiam in psalmo dicitur: Fructus laborum tuorum comedes. Psal. 128. Nec ipsi capiunt quod manducent, sed Christus eis distribuit. Vt hinc quoq; figura intelligamus, Christum etiam in futuro seculo gratiarum nobis largitorem futurum.

CAP. LXIIII.

QVum ergo prādissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ionæ, diligis me plus istis? Dicit ei: Etiam domine, tu dicis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Ionæ, diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce oues meas. Dicit ei tertio: Simon Ionæ amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, amas me? & dicit ei: Domine tu omnia nosti, tu scis quia amo te. Dicit ei Iesus: Pasce oues meas.) Prævenichat alios Petrus: ardore nanq; Christi præcipuo feruens, & ad faciendum & ad respondendum paratissimus erat: unde tarditatem modò nauigij uidens, Matth. 16. tunica succinctus in mare exilijt. Et quando salvator discipulos interrogauit, dicens: Quem me dicunt homines esse? Quum iterum post responsionem ab eis quæreretur: Vos autem quem me Ioan. 18. dicitis esse? ut princeps caputq; cæterorū primus exclamauit: Tu es Christus filius Dei uiui. Hic Malchi etiam aurē amputauit, putans hoc modo magistro semper se inhæsurum. Meritò igitur eum Christus interrogauit, si plus eum cæteris diligeret, & id tertio. Petrus autē amare se fatetur, & amoris sui, non alium, sed Christum ipsum in testem citat. In singulis autem cōfessionibus, uariatis parumper uerbis, audiuit rationalium ouium curam sibi esse habendam. Altius quiddam hæc oratio certe parturit. Nam quoniā cum alijs apostolatus nomine Petrus ab ipso Christo decoratus, ter in tēpore passiōis negauit, iure nūc ab eo terna dilectionis confessio petitur: ut terna negatio æquali cōfessionis numero compensetur. Ita quod uerbis commissum fuit, uerbis curatur. Petijt autē ab eo, si plus cæteris diligeret. Nam qui maiorē clementiā in se domini fuit expertus, maiori amore affici iurè debebat. Nā etsi cōmuniter omnes discipuli magna perculsi fuerunt formidine, quando dominus tradebat: maius tamen crimen fuerat Petri, qui breuissimo in tempore ter Christum negauit. Quoniā igitur maioris clemētia saluatoris peccati remissionem cōsecutus est, iurè ab eo maior repetitur dilectio. Cui ēm plus remittitur, plus amare debet: ut ipse alibi dicit. Hinc ecclesia regulam tertio interrogandi eos accepit, qui ad baptismum accedunt, ut terna Christi confessione fidelibus connumerentur. Docto res etiā ecclesiæ discunt, nō aliter se Christo posse coniungi, nisi omni cura & opera studeant, ut rationales oues recte pascantur, & recte ualeant. Talis erat Paulus ille, qui cōpatiebatur infirmis: qui gloriā & coronā apostolatus sui eos esse putabat, quos ad pietatem & ad uirtutē prædicādo reduxit. Putabat enim hunc suę in Christum dilectionis fructū esse præcipuū. Et certè si Christus pro nobis mortuus est, quō de salute nostra singularē curā nō habebit? Et si peccāt in Christū, q peccāt in fratres suos, infirmam eorū conscientiā agitantes: quomodo non erunt accepti domino, qui fratrum animos ad pietatē & ad uirtutē conducere conātur? Terna igitur confessione Petri, trinæ negationis delictum euacuatum est. Dixit autem, Pasce agnos meos: apostolatus sibi renouans dignitatem, ne propter negationē, quæ humana infirmitate accidit, labefactata uideretur.

CAP. LXV.

AMen amen dico tibi, quum esses iunior, cingebas te, & ambulabas ubi uolebas: quū autem senueris, extēdes manus tuas, & alius te cinget, & ducet te quò tu non uis. Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus deum esset. Et quum hoc dixisset, dicit ei: Sequere me.) Commode nimiū dominus noster Iesus Christus magnitudinē amoris discipulorum impræsentiarū ostendit, & de pietate ipsorū testimonium perhibet: quum subaperiat, quem finem uitæ propter apostolatum habebunt. Prędixit enim Petro, quia eò ducetur: quò autem nō uis dixit, quia nemo sanctorum sponte patitur. Sed quamuis amara mors sit, subeundam omnino tamen putauit pro ueritate morituro. Quod passus non fuisset, nisi rationalium ouium cura & ardore Christi nomium feruens, errantibus uiam ueritatis ostenderet. Nihil enim qui Petrum occiderunt, criminis in ipsum inferebant, nisi fidem & pietatē in Christum. Recte autē mors Petri modò à Christo prędicitur, ut responsio Petri uera esse confirmetur. Dicebat enim: Etiam Domine, tu scis quia amote. Non qui pro nomine Christi moriturus nunciatur, is supremo amore ipsius affici comprobatur. Subijcit autem, sequere me: quod uerbum etsi communiter intelligi potest, ut tanquam discipulus doctorē sequatur, subænigmatice tamē ostendit uestigia & passionem Christi Petro fore quendam esse: ut per eandem uiam, opere simul atque sermone uocatorū animas iuuans, ad cer-



cem usque proficiscatur: quod euenturum ait, quum Petrus senuerit.

CAP. LXVI.

COnuersus autem Petrus uidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequētem, qui & recubuit in cœna supra pectus, & dixit: Domine, quis est qui tradet te? Hunc ergo quū uidisset Petrus, dixit Iesu: Domine: hic autem quid? dicit ei Iesus: Si eum uolo manere, donec ueniā: quid ad te? tu mē sequere. Exiuit ergo sermo iste inter fratres, quod discipulus ille non moritur, & non dixit ei Iesus, quia non moritur: sed, si eum uolo manere, quid ad te?) Seipsum rursus Euangelista significat. Hic enim & dilectus domini discipulus fuit, & supra pectus eius in cœna recubuit, interrogauitq; quis eum esset traditurus. Hūc igitur ita domino dilectum quum respexisset Petrus, statim interrogauit quis uitæ illi terminus immineret. Sed quoniā curiosa magis quàm utilis rerum alienarum inquisitio est, respondet qui dem, sed ita ut rogantis animum abducat ad alia, Ioan. 19. nec mortis expertem futurum Ioannem ait: sed si eum uolo manere donec ueniō, quid ad te? id est, audisti Petre quę ad te pertinent, cur alia quęris? cur diuinæ iusticiæ secreta rimaris? Nam si etiam uellem minime istū mori, quid tu unquā emolumenti, aut quid consolationis cōsequereris? Nō erit ergo prudens curiosus, si quid passurus sit, utrum etiam alij eadem subibunt an non, quū aliorum calamitate pericula sua non mitigentur. Quamuis communiter insitum esse hominibus uideatur, ut optent si quid periculi subituri sint, non esse solos, sed cæteros etiam aut uidere similia pati, aut saltem audire perpessos fuisse, uel omnino idem passuros.

CAP. LXVII.

HIc est discipulus qui testimoniū perhibet de his, & scripsit hęc: & scimus quia uerum est testimonium eius.) Neminem arbitror dubitare posse, quin propter præcipuam uirtutem, & paratum ad benefaciendum animū, Ioannes à Christo diligeretur. Non enim uanis affectibus, ut homines nudi, dominus mouebatur: sed rerū pondere ac uirtute discipulorum, dilectionem impartiebatur. Hoc igitur ueritatis prædicator hæc de domino scripsit, testimoniumq; de his perhibuit: & scimus quia uerum est testimonium eius. Nō enim fuisset à ueritate dilectus, nisi longè ab omni falsitate esset remotus.

CAP. LXVIII.

SVnt autem & alia multa quæ fecit Iesus: quę si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundū capere posse libros qui essent scribendi.) Magna inquit, multitudo signorum domini, & immensus numerus est: sed hæc quæ retulimus, sufficiunt ad plenissimam fidem attente legentibus faciendam. Nec accusandus sum, inquit, si omnia non conscripsi. Nam si cōsiderentur singula, nullo penitus prætermisso, orbis multitudinē librorum non caperet. Hyperbolicè autem dicimus sermonis huius uirtutem proferri. Non igitur omnia, quæ dominus fecit cōscripta sunt, sed quę scribentes, tam ad mores, quàm ad dogmata putarūt sufficere: ut recta fide & operibus, ac uirtute rutilātes, ad regnum cœlorū peruenīamus, in domino nostro Iesu Christo, quo cum & per quem Deo patri gloria cum spiritu sancto, Amen.

Duodecimi & ultimi libri commentariorum Cyrilli super Ioannem finis.



CYRILLI OPERA

Universidad de Deusto
Biblioteca



# DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, SIVE (VT ALII VOLVNT) ORIGENIS IN LEVITICVM LIBER PRIMVS.

SICVT in nouissimis diebus uerbum dei ex Maria, carne uestitum processit in hunc mundū: & aliud quidem erat, quod uidebatur in eo, aliud quod intelligebatur. Carnis namq; aspectus in eo patebat omnibus, paucis uero & electis dabatur diuinitatis agnitio. Ita & quum per propheras, uel legislatorem uerbum dei proferatur ad homines, non absq; competentibus profertur indumentis. Nam sicut ibi carnis, ita hic literæ uelamine tegitur: ut litera quidem aspiciatur tanquam caro, latens uero intrinsecus spiritalis sensus, tāquam diuinitas sentiatur. Tale ergo est quod & nunc inuenimus, librum Leuitici reuoluentes, in quo sacrificiorum ritus, & hostiarū diuersitas, ac sacerdotum ministeria describuntur. Sed hæc secundum literam (quę tanquam caro uerbi dei est, & indumentum diuinitatis eius) digni fortasis uel aspiciant uel audiant, & indigni. Sed beati sunt illi oculi, qui uelamine literæ obtectum intrinsecus diuinum spiritum uident: & beati sunt, qui ad hæc audienda mundas aures interioris hominis deferunt. Alioqui aperte in his sermonibus occidentem literam sentient. Si enim, secundum quosdā etiam nostrorum, intellectum simplicem sequar, & absque ulla (ut illi ridere nos solent) strophа uerbi & allegoriæ nubilo uocē legislatoris excipiam: ego Ecclesiasticus, sub fide Christi uiuens, & in medio ecclesiæ positus, ad sacrificandum uitulos & agnos, & ad offendendam similam cum thure & oleo, diuini præcepti autoritate compellar. Hoc enim agunt, qui deseruire nos historię, et seruare legis literam cogūt. Sed tempus est nos aduersum improbos presbyteros uti sanctæ Susannę uocibus, quas illi quidem repudiantes historiam Susannæ, de catalogo diuinorum uoluminum defecarunt: nos aūt & suscipimus, & opportune contra ipsos proferimus, dicentes: Angustiæ mihi sunt undiq;. Si eū consensero uobis, ut legis literā sequar, mors mihi erit: si autem non consensero uobis, non effugiā manus uestras. Sed melius est me absq; opere incidere in manus uestras, quàm peccare in conspectu domini. Incidamus ergo & nos (si ita necesse est) in obtrectationes uestras, tantum ut ueritatem uerbi dei sub literę tegmine coopertā, ad Christum iam dominum conuersa cognoscat ecclesia. Sic enim dixit & apostolus: Quia si conuersus quis fuerit ad dominū, auferetur uelamē. Vbi enim spiritus domini, ibi libertas est. Ipse igitur nobis dominus, ipse sanctus spiritus deprecādus est, ut omnē nebulam, omnemq; caliginem (quæ peccatorum sordibus concreta, uisum nostri cordis obscurat) auferre dignet: ut possimus legis eius intelligentiam spiritualem & mirabilē



contueri, secūdum eum, qui dixit: Reuela oculos meos, & cōsiderabo mirabilia de lege tua. Igitur quam possumus breuissime, pauca perstringamus ex multis: non quidem singulorum uerborū explanatiōi studentes (hoc enim facere, per occurrentis est) sed quæ ad ædificationem ecclesiæ pertinent, proferētes: ut occasiones potius intelligentiæ auditoribus demus, quàm expositionis latitudinem persequamur, secundum illud quod scriptum est: Da occasionem sapienti, & sapiens prior erit. Principiū ergo Leuitici dicit: Quia uocauit dñs Mosen, & locutus est illi de tabernaculo testimonij, ut promulgaret filijs Israel sacrificiorū et munerū leges, & ait: Si homo munus offerat Deo, offerat ex bobus & pecudib. id est agnis uel hœdis: si uerò ex auibus, turtures uel pullos colūbarum.) Si uerò non homo, sed anima offerat munus deo, ex simila, inquit, offerat panes azymos in clibano coctos, uel certam similam extenuatam in oleo cōspersam, aut ex craticula in oleo nihilominus subactam. Tum deinde edocemur, quia fermentatum nihil omnino oportet offerri ad altare dei, neq; mel usquam sacrificijs admiscerī, sed sale saliri omne sacrificiū uel munus. Secundo in loco de primitiarū præcepit sacrificijs, quæ recentia, tosta, & bene purgata offerri domino iubet. Post hæc sub eadem legis continētia de sacrificijs salutaribus subiūgitur. Primo ex bobus, secundo ex ouibus: in quibus tamen licebat, siue in agnis, siue in hœdis uel fœminas offerre, uel mares: & nihil præter hæc animalia decernit in sacrificijs salutaribus offerendū. Sed repetamus paulū, & uideamus primo omniū, quid est quod dicit: Homo ex uobis si offerat munus: quasi uero possit aliꝰ aliqs offerre quàm homo, & utiq; fecisset dicere, si quis ex uobis offerat munus: sed nunc dicit, Homo ex uobis si offerat munus: in cōsequentibus uerò dicit, si autem anima offerat munus. In posterioribus porrò quū secundo iam loquitur dominus ad Mosen, & mandat de sacrificijs pro peccato offerēdis, ita dicit: Si pontifex peccauerit, offerat illud & illud. Si omnis synagoga peccauerit, uel si princeps peccauerit, uel si una anima peccauerit, mādatur singulis quibusq; quid offerāt. Quid ergo inanē putamus esse istā personarū distinctionē? ut aliud quidē offerēdū sub hominis appellatione, aliud sub animę, aliud sub pōtificis, aliud uerò sub synagogæ, aliud etiā sub principis, uel uniꝰ animæ cognominatione mādetur? Ego interim pro exiguitate sensus mei hoc in loco hominē quē appellauit, & primū in omnibus posuit ad offerēdū munꝰ deo, intelligendum esse omne humanum genus arbitror. Et ipsum dici hominē, qui holocaustum offerat uitulum ex bobus sine macula. Iste aurē uitulus sine macula, uide si nō ille saginatus est uitulus, quem pater



Luce 15. pater pro regresso ac restituto sibi illo qui perierat filio, quiq́ue omnem substantiam eius dilapidauerat, iugulauit, & fecit conuiuium magnum, & læticiam habuit, ita ut lætarentur angeli in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente. Ne quę absurde per adolescentiorem illum filium, qui dimisso patre abijt in regionem longinquā, hominem ipsum genusq; humanum (ut dictum Deut.32. est) intelligas. Nempe Deū qui ipsum genuerat, dereliquit homo, & oblitus est dei creatoris sui, quum suasu serpentis mandatum Domini transgressus est, & deligno uetito comedit. Tunc itidē in regionem longinquam abijt, regionem peccati & tenebrarum, regionem calamitatis & miseriæ, quum paradiso propulsus hāc lachrymarum uallē subijt, ubi suis irrationabilibus seruiens cupiditatibus, ad porcos pascēdos, & siliquas eorū comedendas adactus est ob inopiam & famem. Homo ergo iste qui perierat, & inuentus est, qui nihil habuit propriæ substātię quod offerret (cuncta nāq; dilapidauerat, uiuęs luxuriosę) inuenitiMatth.1. charū ordine, et cōnexis ex Abrahā generationū successionibus uenientē. Et idcirco nō dixit uitulū, & siluit, ut uideas uitulo quicūq; mādatus: sed uitulū ex bobus, id est, ex patriarcharū generatione uenientē. Est aūt masculus sine macula. Masculus uero est, qui peccatū (q̄d est fœmineę fragilita-
Esa.53. tis) ignorat solus. Ergo ille masculus, qui solus sine macula est, qui peccatū nō fecit, nec dolꝰ inuē-
1oan.1. tus est in ore eius, & qui acceptus coram domino offertur ad ostiū tabernaculi, nō est intra ostium, sed extra ostiū. Extra ostiū enim fuit Iesus, quia in
Heb.13. sua propria uenit, & sui eū non receperunt. Non est ergo ingressus tabernaculū illud, ad quod ue-
Matth.22. nerat, sed ad ostium eius oblatus est holocaustū, quia extra castra passus est. Nam & illi mali colo-
Eph.5. ni uenientē filiū patris familiās eiecerunt foras extra uineā, & occiderūt. Hoc est ergo q̄d offertur ad ostiū tabernaculi, acceptū coram domino. Et
Leuit.1. quid tā acceptū, quàm hostia Christi: q̄ seipsum obtulit deo? Et tunc imponet manum suam inquit, super caput hostiæ, & iugulabit uitulum coram domino. Et offerent filij Aaron sacerdotis, sanguinem, & effundent sanguinem ad altare in circuitu, quod est ad ostium tabernaculi testimonij.
Matth.26. Potest quidem uideri ob hoc dictū, quod de filijs Aaron erant Annas & Caiphas, & cæteri omnes qui consiliū agentes aduersum Iesum, pronūciauerunt eum reum mortis, et effuderunt sanguinē eius circa basim altaris tabernaculi testimonij. Lis eius, sicut ipse dominus dixit: Quia non capit
Luc.13. perire prophetam extra Hierusalem. Posuit ergo & manum supra caput uituli, hoc est, peccata generis humani imposuit super corpus suum. Ipse est enim caput corporis ecclesiæ suæ. Sed & hoc fortasse nō sine causa fit, q̄d quū superius dixisset: Applicabit eum ad ostiū tabernaculi testimonij: in posterioribus repetit, et iterū dicit: ad altare q̄d est ad ostiū tabernaculi testimonij: quasi non eundem locum sub eadē narratiōe semel designasse sufficeret, nisi quia forte hoc intelligi uoluit, q̄d sanguis Iesu non solū in Hierusalē effusus est, ubi erat altare & basis eius, & tabernaculum testimonij, sed & q̄d supernū illud altare, q̄d est in cœlis (ubi ecclesia primitiuorū est) idē ipse sanguis asperserit, sicut & apostolꝰ dicit: Quia pacificauit per sanguinem crucis suæ, siue quæ in terra sunt, Coloss.1. siue quæ in cœlis. Recte ergo secundo nominat altare, quod est ad ostiū tabernaculi testimonij: quia non solū pro terrestribus, sed etiā pro cœlestibus oblatus est hostia Iesus. Et hic quidem pro hominib. ipsam corporalem materiā sanguinis sui fudit: in cœlestibus uerò, ministrātibus (si qui ibi sunt) sacerdotibus uitalē corporis sui uirtutem, uelut spiritale quoddā sacrificiū immolauit. Vis aūt scire, quia in eo duplex hostia fuit, conueniens terrestribus, & apta cœlestibus, Apostolus ad Hebræos scribens, dicit: Per uelamē, id est carHeb.7. nem suā. Et iterū interius uelamen interpretatur cœlū, q̄d penetrauerit Iesus, ut assistat nūc uultui dei pro nobis: Sēper, inquit, uiuēs ad interpellandū pro nobis. Si ergo duo intelligunē uelamina, quæ uelut Pōtifex ingressus est Iesus, cōsequēter & sacrificiū duplex intelligendū est, per q̄d & terrestria saluārit & cœlestia. Deniq; & ea quæ se quūt, pl. cœlesti sacrificio, quàm terreno uident aptāda. Et decoriātes inquit, holocaustū, diuidēt Leuit.1. illud mēbratim, & imponēt filij Aaron sacerdotis ignē super altare, & cōstipabūt ligna in ignem, & imponent filij Aaron sacerdotis diuisa mēbra, & caput, & adipes, & ligna quæ sunt super altare: intestina uero & pedes lauabūt aqua, et imponet sacerdos omnia super altare. Hostia est & sacrificiū odor suauitatis dño. Quomodo decorietur caro uerbi dei, quod hic uitulus nominatur: & quomodo membratim diuidatur à sacerdotibus, operæprecium est aduertere. Ego puto q̄d ille sacerdos detrahit coriū uituli oblati in holocaustū, & deducit pellem, qua mēbra eius cōtegūtur, qui de uerbo dei abstrahit uelamē literæ, & interna eiꝰ, quę sunt spiritalis intelligentiæ membra, denudat. Et hæc mēbra uerbi interioris scientię, nō in humili aliquo loco ponit, sed in alto & sancto, id est, super altare collocat: quū nō indignis hominibus, & humilem uitam ac terrenam ducentibus, pandit diuina mysteria: sed illis, qui altare dei sunt, in quibus semper ardet diuinus ignis, & semper cōsumitur caro. Super hos ergo tales mēbratim diuisus iste holocausti uitulus collocatur. Diuidit nanq; membratim uitulum, qui explanare per ordinem potest, & competenti distinctione differe re, quis sit profectus, Christi fimbriam contigisse, quis uero pedes eiꝰ lauisse lachrymis, & capillis Matth.9. capitis extersisse. Quanto autem ijs potiùs sit, ca- Luc.7. put eius unxisse myrrha, & in pectore eius recu- Marc.14. buisse, quid habeat eminentiæ. Horum ergo sin- Ioan.13. gulorum causas disserere, & alia quidē incipientibus, alia uerò ijs qui iā proficiūt in fide Christi, alia aūt illis qui iam perfecti sunt in scientia & charitate eiꝰ, aptare, hoc est, mēbratim uitulū diuisis-

Universidad de Deusto
Biblioteca



se. Sed & qui nouit ostendere, quæ fuerint legis principia, quis etiã in prophetis profectꝰ accesserit, quæ uerò in euãgelijs plenitudo perfectionis habeatur: uel qui docere potest, quo uerbi lacte alendi sunt paruuli in Christo, & quo uerbi olere refouendi sint, qui infirmẽtur in fide: quis etiam sit cibus solidus & fortis, quo impinguãdi sint athletæ Christi: qui hæc singula nouit spirituali ratione diuidere, potest talis doctor ille sacerdos uideri, qui imponit super altare holocaustũ per mẽbra diuisum. Addit & ligna altari, quo ignis animetur, & ardeat, à quo nõ solum de corporalibus uirtutibus Christi, sed etiã de diuinitate eius, sermo miscetur. Desursum enim est diuinitas Christi, quò ignis iste festinat. Conuenienter ergo omnia hæc quæ in corpore à saluatore gesta sunt, cœlestis ignis absumpsit, & ad diuinitatis eiꝰ naturã cuncta restituit. Lignis tamen adhibitis ignis iste succenditur: usque ad lignũ enim, in carne passio fuit Christi. Vbi autem suspensus est in ligno, dispensatio carnis finita est. Resurgens enim à mortuis, ascẽdit ad cœlum, quò iter eius natura ignis
2.Cor.5. ostẽdit, unde & Apostolus dicebat: Quia etli cognouimus Christum secundum carnẽ, sed nunc iam non nouimus. Holocaustũ nanq; carnis eius per lignũ crucis oblatũ, terrena cœlestib. & diuinis humana sociauit. Intranea sanè quũ pedibus aqua diluí iubet sermo præcepti, sacramẽtum baptismi sub figurali predicatione denuncians. Nã interna diluit, qui cõscientiã purgat: pedes abluit,
Ioan.13. qui cõsummationẽ susçipit sacramenti. Et is scit, quia qui mundus est, non indiget nisi ut pedes lauet: & quia partem quis habere nõ potest cum Iesu, nisi lauerit pedes eius. Verum si hæc etiam ad moralem locum inclinare uelis, habes & tu uitulũ, quem offerre debeas. Vitulus est, & quidẽ uallde superbus, caro tua: quam si uis munus domino offerre, ut eã castam, pudicamq; custodias, ad duc eam ad ostium tabernaculi, id est, ubi diuinorum librorum susçipere possit auditũ. Masculinũ sit munus tuũ, fœminã nescias, concupiscentiã respuat, fragilitatẽ refugiat, nihil dissolutũ requirat aut molle. Impone etiã manum tuã super hostiã tuã, ut sit accepta domino, & iugula illã corã domino: hoc est, impone ei continentiæ frenum, & manum disciplinæ ne auferas ab ea: sicut imposu
1.Cor.9. it manum carni suæ ille, qui dicebat: Macero corpus meũ, & seruituti subijcio, ne forte quum alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar. Et iugula eã
Coloss.3. coram domino, mortificans sine dubio membra tua, quæ sunt super terrã. Sed & filij Aaron sacerdotis offerũt sanguinẽ eius. Sacerdos in te est, & filij eius, mens quæ in te est, & sensus eius, qui merito sacerdos, & filij sacerdotis appellantur: soli enim sunt qui intelligunt dominũ, & capaces sunt scientiæ dei. Vult ergo sermo diuinus, ut rationabili sensu carnẽ tuã in castitate offeras deo, secun
Rom.12. dum quod Apostolus dicit: Hostiam uiuẽtẽ, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium uestrum. Et hoc est per sacerdotem, uel filios sacerdotis offerre sanguinem ad altare, quum & corpore & spiritu quis castus efficiatur. Sunt enim et alij qui offerunt quidem holocaustũ carnem suã, sed nõ per ministerium sacerdotis. Non enim scientes, nec secundum legem, quæ in ore sacerdotis est, offerũt: sed sunt quidem casti corpore, animo autem inueniuntur incesti. Aut enim gloriæ humanæ concupiscentia maculantur, aut cupiditate auaritiæ polluũtur, aut inuidiæ ac liuoris infelicitate sordescunt, uel furentes odij & iræ immanitate uexantur. Quicunq; tales sunt, licet corpore casti sint, tamen non offerũt holocausta sua per manus & ministerium sacerdotis. Non est enim in eis consilium & prudentia, quę sacerdotio sunt
Luc.23. gitur apud dominum: sed sunt ex illis quinq; uirginibus stultis: quæ uirgines quidem fuerunt, & castitatem corporis seruauerunt, oleum autẽ charitatis, & pacis, & reliquarum uirtutum in uasis suis condere nescierunt: & idcirco excluſæ sunt à thalamo sponsi: quoniam sola carnis continentia ad altare dominicum non potest peruenire, si reliquis uirtutibus & sacerdotalib. ministerijs deseratur. Et ideò qui hæc legimus uel audimus, in utraq; patre operam demꝰ casti esse corpore, recti mente, mundi corde, moribus emendati, proficere in operibus, uigilare in scientia, fide & actibus, gestijs & intellectibus esse perfecti: ut ad similitudinem hostiæ Christi conformari mereamur: per ipsum dominum nostrum Iesum Christum, cum quo, deo patri omnipotenti cũ spiritu sancto est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

## DIVI CYRILLI IN LEVITICVM liber secundus.

*De sacrificiorum generibus, hoc est, de muneribus, & salutaribus & pro peccatis, & quomodo offert pontifex pro peccato suo, & pro peccato synagogæ, uel pro anima quæ ex populo terræ peccauerit, non uoluntate.*

SVperior quidem de principio Leuiti
ci disputatio edocuit nos legem sacrificiorum, quę munera appellantur, ut si homo munꝰ offerat, ex animalibus id offerret, id est ex bobus, uel ouibus, uel etiam capris. Si uerò ex auibus, turturũ par, aut duos pullos columbarum adhiberet. Si uero anima offerat munus, similam offerat ex olibano, id est panes azymos, aut similam oleo cõsperſam ex sartagine, uel etiam craticula. Si autem sacrificium offerat primitiarum, de primis frugibus, ut simila sit recẽs, id est noua: igni quoq; eam torreri uult, & medio fractã esse, ne multum minuta lic. quia primitiæ sunt, & bene purgata sit. Oleũ quo que & thus, ut imponantur super eam, & sic offe
Exo.3. ratur. At uerò si quis offerat sacrificiũ salutare, ex
Leuit.3. bobus iubetur offerre, uel etiam ex ouibus, siue capris. Et exceptis his, nullũ aliud sacrificij genꝰ subsistit in salutaribus hostijs. Nam pro peccatis solum nõ uoluntarijs, generaliter quidem anima iubetur offerre: sed post hæc per diuersas agitur, uariasq; personas: & iubetur, si quidẽ pontifex lit. qui deliquit, & offert sacrificium pro peccato, ut uitulum holocaustum offerat, sed non in eo ritu, quo



quo illum pro munere obtulit. De hoc enim tantum adipes & duos renes cum adipibus suis, & adipem qui tegit interiora, imponet super altare holocaustorum. De sanguine quoq; eiꝰ intinget digitum suum, & resperget septies coram domino, & linet ex eo cornu altaris incensi: cæteras autem carnes cum corio, & internis, & stercore, extra castra igni cremare iubetur in loco mundo. Obseruandum sanè est, quod in peccato pontifi
cis nõ addit legislator, quia per ignorantiam, aut non uoluntate peccauerit. Neq; enim cadere ignorantia poterat in eum, qui ut cæteros doceret, profectus est. Si autem totius synagogæ peccatũ fuerit, uitulum nihilominꝰ in holocaustum synagoga iubẽ offerre. Sed in peccato synagogę dicitur, si ignorauerit, & latuerit uerbum ab oculis synagogę, & fecerit quod contra mandatum domini est. Vnde apparet etiam omnẽ synagogam de
Luc.23. linquere per ignorantiam: q̃d et dñs confirmat in euãgelijs quum dicit: Pater remitte illis, non eñ sciunt quid faciunt. Quod si princeps fuerit, qui offert hostiam pro peccato, hircum ex capris iubetur offerre, non holocaustum: sed tãtum ut de sanguine eius imponat sacerdos super altare, &
Leuit.5. omnem adipem eius offerat in altari: reliquũ autem sacerdotibus remaneat ad edendum, sanguine tantum ad basim altaris effuso. Si uero anima fuerit, inquit, una quę offert pro peccato, capram fœminam offerat, ritu scilicet eodem, quo hircũ superius diximus immolatum. Quod si non ualuerit, inquit, manus eius ad caprã sit agnum, par turturum offeret, aut duos pullos columbarum. Quod si neq; hoc inueniat, decimam partẽ ephire. Hæc quidem nobis singula priori lectione recitata sunt: uerum explanatio eorum (quoniam tempore excludebamur) omissa est, de qua nunc paucis commonere studiosos quosque, et eos etiam qui præteritarum meminerint lectionũ, absurdum non puto, quanquam ad ea quæ nuper recitata sunt, urgeamur. Et primo uelim uidere quæ sit ista differẽtia, quod alia quidem dicit hominẽ offerre, alia animam, alia pontificem, alia synagogam, alia principem, alia unam animam ex populo terræ. Et puto quidem hominem illum debere intelligi, qui ad imaginem & similitudinem
Gen.1. Dei factus est, & irrationabiliter uiuit. Hic ergo munus offert deo uitulum, quum carnis superbiam uicerit: ouem, quum irrationabiles motus, insipientesq; correxerit: hœdum, quum lasciuiam superauerit. Offert etiam par turturũ, quum non fuerit solus, sed mentem suam uerbo dei, uelut uxoro coniugi socíauerit: sicut hoc genus auium, unum dicitur, & castum seruare cõiugium. Offert
Gen.1. etiam duos pullos columbarum, quum & ipse intellexerit mysterium, quo oculi sponsæ sicut colũbæ dicuntur ad plenitudines aquarum, & collũ eius sicut turturis. Hæc ergo sunt hominis, secundum quod supra exposuimus munera: animæ autem munera lõge inferiora describit. Anima hæc neq; uitulũ habet, neq; ouem, neq; hœdum quẽ offerat deo: sed ne par quidem turturũ, aut duos pullos inuenit columbarum: similam tantum habet, ex ipsa panes azymos offert à clibano, ex ipsa in sartagine opus factũ, uel à cartícula oleo permixtum. Vnde uidetur mihi hic anima quæ appellata est, homo ille quem Paulus animalem hominẽ nominat, intelligendus: qui etiam si peccatis nõ urgeatur, nec sit præceps ad uitia, non tamẽ habet aliquid in se spirituale, & quod figuraliter carnis uerbi dei reputetur. Sic eñ ipse de eo Paulus apostolus dicit: Quia animalis homo nõ percipit quæ sunt spiritus dei. Stultícia eñ est illi, &
1.Cor.2. non potest intelligere, quia spiritaliter diiudicatur: spiritalis autẽ examinat omnia. Iste ergo qui anima nominatur, nõ potest offerre omnia, quia examinare non potest omnia: sed offert solam similam, & panes azymos, id est, communem hãc uitam, uerbi gratia, in agricultura, aut nauigãdo aut in aliquibus communis uitę usibus positam. offert tamẽ etiam ipse munus deo, licet solam similam dicatur offerre, oleo scilicet tantũ conspersam. Omnis eñ anima eget oleo diuinæ misericordiæ, nec præsentem uitam euadere quíspiam
Leuit.2. potest nisi ei oleum cœlestis miseratiõis affuerit. Secundo in loco, primitiarum, id est de initijs frugum, mãdatur oblatiõ. Quod si bene meminísti in die pẽtecostes fieri lex iubet, in quo illis planè umbra data est, nobis autem ueritas reserata est. In die enim pentecostes oblato orationum sacrificio primitias aduenientis sancti spiritus, apostolorum susçepit ecclesia. Et uere hęc fuerũt recentia, quía erat nouum: unde & musto repleti dicebantur. Et fuerunt igni tosta: igneæ nanq; linguę
Act.2. supra singulos cõsederunt. Et medio fracta: frangebãtur enim media, quũ litera separabatur à spíritu: & bene purgata, purgat nanq; omes sordes presentia sancti spíritus, remissionẽ tribuens peccatorum. Oleum quoq; misericordiæ huic sacrifício infunditur, & thus suauitatis, per quod Christi bonus odor efficimur. Post hęc de sacrificijs salutaribus dicit, quæ ex animalibus, id est, ex bobus, uel capris atque ouibus offeruntur, & nihil his ultra substituitur ad immolandum: sed ne de ijs quidem quæ superius in offerẽdis muneribus fuerũt substituta. Iste eñ qui salutares hostias offert, sine dubio iam suę salutis est cõscius. Et ideo
Heb.5. qui ad salutem peruenit, necesse est, ut quæ magna & perfecta sunt offerat. Sic enim & Apostolꝰ dicit: Perfectorum aũt est cibus solidus. Dehinc
Leuit.4. ad offerẽdas pro peccatis uictimas, sacrificiorum ordo dirigitur, in quo & secundo dicitur: Locutus est dominus ad Mosen dicens, Anima quęcũ quæ peccat coram domino, nõ uoluntate. Recte animam dicit, quam peccare describit. Nõ enim spíritum uocasset, quem diceret peccaturum: sed
Gal.5. ne hominẽ quidem hũc diceret, in quo nequaq; imago dei peccato interueniente constaret. Non est ergo spíritus ille qui peccat. Fructus eñ spíritus, ut describit Apostolus, charitas est, gaudiũ, pax, patiẽtia, &c. his símília, quí etiam fructus uitę appellantur. Denícq; & alibi dicit: Qui seminat
Gal.6. in carne,

Universidad de Deusto
Biblioteca



in carne, de carne & metet corruptionem: & qui A
seminat in spiritu, de spiritu metet uitã æternam.
Quomodo ergo alius est qui seminat, & aliud est
in quo seminatur? Seminat aũt uel in carne, quũ
peccatur, ut metatur corruptio: uel in spiritu, quũ
secundum deum uiuitur, ut metatur uita æterna.
Constat utiq; animã esse, quæ uel in carne, uel in
spiritu seminat: & illam esse, quę in peccatũ ruere
possit, uel conuerti à peccato. Nã corpus sequela
eius est ad quod cunq; direxerit, & spiritus dux ei
us est ad uirtutẽ, si cum sequi uelit. Sed hæc gene
raliter dicta sunt, nunc uero per species diuidun-
Leuit. 4. tur. Si põtifex, inquit, qui unctus est peccauerit,
ut populũ faceret peccare, offeret ꝓ peccato suo
uitulũ de bobus sine macula domino. Terror si-
mul & misericordia in diuinis legibus ostentan- B
tur: ita sane in hominibus nihil tutũ est, ne ponti-
fex quidem. Et quis põtifex? ipse qui unctus est,
ipse qui sacris ignibus diuina succẽdit altaria, qui
deo munera & salutares hostias immolat, qui in-
ter deum & hominem medius quidam, repropiti
ator interuenit. Ne iste, inquã, ipse immunis ma-
neat à contagione peccati. Sed uide misericordiã
dei, & plenius eam Paulo docente cognosce. Ipse
Hebr. 5. enim ad Hebræos scribẽs dicit: Omnis nãq; pon-
tifex ab hominibus assumptus, pro hominibus
constituitur ad offerendas hostias deo. Et paulò
Hebr. 7. post: Lex, inquit, homines constituit sacerdotes
infirmitatẽ habentes: ut possint sicut pro sua, ita
etiam pro populi infirmitate offerre. Vides ergo
dispensationem diuinę sapientiæ. Sacerdotes ita C
tuit, nõ eos qui omnimode peccare nõ possent,
alioqui nõ essent homines: sed eos q̃ imitari qui
dem deberent illum, qui peccatum non fecit. Of-
fert autem hostias primo pro suis, postea etiam
pro populi delictis. Sed quid præcipuè in huiusmodi sacerdote mirandum est? Non ut non pec-
cet, quod fieri non potest: sed ut agnoscat & intel
ligat peccatum suũ. Nũquam enim emẽdat, qui
se peccasse nõ putat: simul quia & facilius potest
indulgere peccãtibus is, qui alicuius infirmitatis
conscientiæ suæ remordetur. Quæ est autem obla-
tio sacerdotis pro peccato? Vitulus, inquit, ad
holocaustum. Secũdo inueniemus offerri à pon-
tifice uitulum in holocaustũ, semel pro munere,
& semel pro peccato: sed ille qui offertur in mu- D
nere, super holocausti altare consumitur: qui ue-
rò pro peccato, extra castra cum corio ac intesti-
nis ac stercore, in loco mundo iubetur exuri, adi-
pibus solis in altari oblatis, & renibus. Quæ sin-
gula diuidere ac discernere, quãuis & supra no-
stras uires sit, & supra auditum uestrum, tamen a-
liquas uobis ad intelligendũ occasiones conqui
rere, atq; in medium proferre tentabimus. Vide
Coloss. 2. ergo, ne forte Iesus, quẽ Paulus dicit pacificasse
per sanguinem suũ, non solum quæ in terris, sed
quæ in cœlis sunt, idem ipse sit uitulus, qui in cœ
lis quidem nõ pro peccato, sed pro munere obla
tus est: in terris autem, ubi ab Adam usq; ad Mo-
Rom. 5 sen regnauit peccatũ, oblatus sit pro peccato: &
Heb. 13 hoc est passum esse extra castra. Extra illa, opinor

castra, quæ uiderat Iacob angelorũ dei castra cœ-
lestia, de quibus scriptum in Genesi: Et suspiciõs o
Iacob uidit castra dei in apparatu, & occurrerunt
ei angeli dei, & dixit Iacob cum uideret eos: Ca-
stra dei sunt hæc. Extra illa ergo castra cœlestia,
est omnis in quo habitamus nos locus iste terre-
nus, in quo in carne passus est Christus. Quod ue-
rò dicit, quia cum stercore exuritur, & intranei-
uide ne forte ad cõparationem cælestiũ corporũ
corpus istud humanæ naturæ, stercus figuraliter
appelletur: terrenum enim est, & de terra sump-
ptum. Sed & cophinus ille stercoris, qui ad radi-
ces fuccidendæ ficulneæ mittitur, quid aliud nisi
mysteriũ susceptæ in corpore dispensationis ostẽ-
dit? Nec tamen ei interna deesse dicuntur: quam
uis enim uilem serui gesserit formam, plenitudo B
tamen diuinitatis in eo habitabat. Hæc quamuis
adacter discussa sint, tamẽ fideliũ, quorumcũq; nu-
triri semper ad maiora debet auditus, eadẽ quoq;
etiam de synagogę uitulo accipienda sunt. In mo-
rali autem loco potest pontifex iste sensus pieta-
tis & religionis uideri, qui in nobis per orationes
& obsecrationes, quas deo fundimus, uelut quo-
dam sacerdotio fungitur. Hic si in aliquo deliqueritis, omnem contiuuò qui intra nos est bonorum
actuum peccare populum facit. Neq; enim re-
operis aliquid gerimus, quũ in prauum de-
uerit dux bonorum operũ sensus. Et ideo ad hu-
us emendationem, nõ qualiscunq; hostia, sed ip-
sius saginati uituli requiritur sacrificiũ: similiter
& synagogæ culpa, hoc est omniũ quæ intra nos C
sunt uirtutum emendatio, non aliter, quàm ex
Christi mortificatione reparatur. Si uerò prin-
ceps, inquit, peccauerit, hircum offeret ex capris.
princeps iste potest uideri uis rationis, quæ intra
nos est: quæ si peccet in nobis, & stultum aliquid
agamus, pertimescenda nobis est illa sententia
saluatoris, quæ dicit: Vos estis sal terræ, si autem
sal infatuatum fuerit, ad nihilum ualet nisi ut pro
iiciatur foras, & conculcetur ab hominibus. Ha-
bet ergo iste & hostiã suam. Sed & anima, inquit,
una si peccauerit, capram fœminam similiter offe
ret, secundum illam substitutionem hostiarum,
quam superius memorauimus. Sed fortasse dicẽs
auditores ecclesiæ: Melius ferè agebatur cum an-
tiquis, quàm nobiscũ, ubi oblatus diuerso ritu cã-
crificijs, peccãtibus uenia præstabatur: apud nos
una tantummodo est uenia peccatorum, quę per
lauacri gratiam in initio datur, nulla post hęc pe-
cantibus misericordia, nec uenia ulla cõceditur.
Decet quidẽ districtioris esse disciplinæ Christi-
anum, pro quo Christus mortuus est. Pro illis a-
ues, hirci, boues iugulabantur, & aues, & simila
consꝑgebatur: pro te filius dei iugulatus est, & 3
iterũ te peccare delectat? Et tamen ne tibi hęc nõ
tam erigant animos pro uirtute, quã pro delicta
tione deiiciãt: audisti quãta sint in lege sacrifi-
pro peccatis: audi nunc quantæ sint remissiones
peccatorum. In euãgelio est ista prima, qua bapti-
zamur in remissionem peccatorum: secunda re-
missio est in passione martyrij: tertia est, quæ per
eleemoſy-



Luc. 11. eleemosynam dãtur. Dicit enim saluator: Verun A
tamen date quæ habetis, & ecce omnia munda
sunt uobis. Quarta nobis sit remissio peccatorũ,
Matth. 5. quando & nos remittimus peccata fratribus no-
stris. Sic em̃ dicit ipse dominus & saluator: Quia
si remiseritis fratribus uestris ex corde peccata, et
uobis remittet pecca uestra pater uester: quod si
non remiseritis fratribus uestris ex corde, nec uo
bis remittet pater uester. Et ipse in oratiõe nos di
cere docuit: Remitte nobis debita nostra, sicut et
nos remittimus debitoribus nostris. Quinta pec
torum remissio, quum conuerterit quis pecca-
Iac. 5. torem ab errore uitæ suæ. Ita enim dicit scriptura
diuina: Quia qui conuerti fecerit peccatorem ab
errore uitæ suę, saluat animam eius à morte, & co
operit multitudinem peccatorum. Sexta quoq; B
Luc. 7. sit remissio per abundantiam charitatis, & sicut
ipse dominus dicit: Amen dico tibi, remittuntur
1. Pet. 4. ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et a-
postolus dicit: Quoniam charitas operit multitu
Psal. 9. dinem peccatorum. Est adhuc & septima, licet du
Psal. 40. ra & laboriosa, per pœnitentiam remissio pecca-
torum, quum lauat peccator lachrymis stratum
suum, & fiunt ei lachrymę suę panes die ac nocte:
quũ nõ erubescit sacerdoti domini indicare pec-
Psal. 31. catum, & quærere medicinam, secundum eũ qui
ait: Dixi, pronunciabo aduersum me iniusticiam
meam, & tu remisisti impietatem cordis mei. In
Iac. 5. quo impletur & illud, quod Iacobus apostolus di-
cit: Si quis aũt infirmatur, uocet presbyteros ec-
clesiæ, & imponãt ei manus, ungentes eum oleo
in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infir- C
mum: & si in peccatis fuerit, remittentur ei. Et tu
ergo, quũ uenis ad gratiã baptismi, uitulũ offers,
quia in morte Christi baptizaris: cũ uerò ad mar
tyriũ duceris, hircũ obtulisti, quia autorẽ peccati
diabolũ iugulasti. Quũ aũt eleemosynã feceris, et
erga indigentes affectũ misericordiæ sollicita pie
tate impenderis, altare sacrũ hœdis pinguibus o-
nerasti. Quod si ex corde peccatũ remiseris fratri
tuo, & iracũdia & tumore depposito, mitẽ intra te
& simplicẽ recollegeris animũ, immolasse te arie
tem, uel agnũ in sacrificiũ obtulisse cõfide. Porrò
aũt si diuinis lectionibus instructus, meditãdo si-
cut colũba, & in lege domini uigilando die ac no
cte, ab errore suo cõuerteris peccatorẽ, et abiecta
nequitia ac simplicitatẽ eũ colũbæ reuocaueris, D
atq; eãdẽ adhęredo sanctis, feceris eũ societatẽ tur
1. Cor. 13. turis imitari, par turturũ, aut duos pullos colum-
barũ domino obtulisti. Quod si illa (quę & spe &
fide maior est) charitas abundauerit in corde tuo,
ita ut diligas proximũ tuũ, nõ solũ sicut teipsum,
Ioan. 15. sed sicut ostendit ille qui dicebat, maiorẽ hac cha
ritatẽ nemo habet, quàm ut animã suã ponat pro
amicis suis: panes similagineos in charitatis oleo
subactos, sine ullo fermento malitiæ & nequitiæ
1. Cor. 5. in azymis synceritatis & ueritatis te obtulisse co-
gnosce. Si aũt in amaritudine fletus fueris, luctu,
lachrymis & lamentatione cõfectus, si carnẽ tuã
Psal. 101. macerueris, & ieiuniis ac multa abstinẽtia aridã
feceris: & dixeris: quia sicut in frixorio confrixa

sunt ossa mea: tũc sacrificiũ similæ à sartagine uel
craticula obtulisti. Et hoc modo inuenieris tu ue
rius & perfectius secundũ euangeliũ offerre sacri
ficia, quę secũdũ legẽ offerre nõ potest Israel. Sed
uideamꝰ quid etiã de his, quę nuper recitata sunt
sentiendũ sit. Si aũt, inquit, anima una peccauerit Leuit. 4.
nolẽs ex populo terrę, faciendo unũ ab omnibus
mãdatis domini, quod fieri nõ debuit, & deliqueritis, & notũ fuerit illi peccatũ quod peccauit, & ad
duxerit donũ suũ capram de hœdis, fœminã sine
macula adducet pro peccato, quod peccauit. Et
omnẽ post hæc sacrificij ritũ secundũ quod supra
exposuimꝰ enarrauit. De anima quã sub peccato
factã dicit offerre, qualiter sętiẽdũ sit in superiori
bus, prout potuimus, explanauimꝰ. Quod uerò
B in hoc loco addidit, anima, dicẽs, si peccauerit ex
populo terrę: nõ uidetur mihi ociosum. Quis em̃
dubitaret quod ea quę dicit lex, ad animas uel ad
populũ qui sunt in terra dicerent? Quid ergo ne-
cessariũ fuit, ut ad hoc q̃d dicit, anima una si pec-
cauerit, adderet, ex populo terrę? Sed uidẽdũ est,
ne forte ad distinctionẽ alteriꝰ populi, qui nõ est
de terra, hęc anima quę peccauit, de populo terrę
esse dicat. Neq; em̃ cõuenire hoc dictũ potest illi,
qui dicebat: Nostra aũt cõuersatio in cœlis est: un Philip. 3.
de & saluatorẽ expectamus dominũ Iesum. Quo
modo ergo istã animã meritò dixerim de populo
terrę, quę nihil habet cõmune cũ terra: sed tota in
cœlis est, & ibi cõuersatur ubi Christus est in dex
tera dei sedens quò & redire desiderat, & esse cũ
Christo? Multo em̃ melius, sed permanere in car Philip. 1.
ne necessariũ dicit propter nos. Hęc ergo anima,
quę peccat, de populo terrę est, faciẽs unũ ex oẽm
bus mandatis domini, quod fieri nõ debet. Diu-
certè me in hoc sermone qdã stupor attonitũ te-
nuit. Non em̃ cõsequenter dictũ uideo, quod pec
cauerit anima, & fecerit unũ ex mãdatis domini,
quod fieri nõ debuit. Si em̃ mandatũ domini est,
quomodo fieri nõ debuit? quũ utiq; ad hoc denẽ
mandata dei, ut fiant. Et quomodo hic dicit pec-
casse animam, quę fecerit unũ de mandatis domini
quod fieri nõ debet? Et fortasse aliquib. uidebit
error locutionis per interpretes factus: sed mihi
curiosius inquirẽti compertũ est, omnes interpre
tes similiter protulisse: & ideo nõ elocutionis er-
ror, sed profundioris intelligentię requirẽdus est
sensus. In quantum ergo nobis occurrere potest, D
hæc mihi uidet absolutio. Mandata domini quę
dã data sunt ut fiant, quędã ut nõ fiant: sed ea quę
fieri debẽt, necessitas poposcit humana, ut inser-
ta illis proferrentur quæ fieri non deberent. Ver-
bi gratia (ut de his ipsis quę nunc habemus in ma
nibus sacrificijs proferamus exemplum) Agnus
immolari iubetur in pascha, nõ quo uerꝰ agni ho
stiam per singulos annos requireret deꝰ, sed quo
designaretur immolari deberi illum agnum, qui
tollit peccata mundi. Hoc ergo fieri uoluit, illud
noluit. Sic em̃ per Esaiã dicit: Quò mihi multitu-
dinem sacrificiorũ uestrorũ, dicit dominus? Ple-
nus sum, holocausta arietum & adipem agnorũ, Esaiæ 1.
& sanguinem taurorum nolo, atq; hircorum. Au
disti

Universidad de Deusto
Biblioteca



disti quomodo non uult hostiã arietum, nec adipes agnorum: dedit tamen mãdatum quomodo uel taurorum uel agnorum hostia deberet offerri. Sed qui legem spiritaliter intelligit, spiritaliter hæc quærit offerre. Si uerò quis secundum speciem mandati carnalis obtulerit, hęc est anima una ex populo terræ quæ peccauit nolens, faciendo unum de omnibus mandatis Domini, quod fieri non debuit, & deliquit. Et ideò adiungit in subsequentibus: Et quum notum factum fuerit illi peccatum quod peccauit, adducet munus suum ante dominũ. Debet enim munus offerre anima quũ ei innotuerit, quia non quærit dominus carnale
Psal.50. sacrificium: quia sacrificiũ deo est spiritus contribulatus. Notũ fit ergo ei peccatum suum, quũ di-
Oseæ 6. cerit à domino dicente: Misericordiam malo, B
Psal.49. quàm sacrificium, & quum agnouerit immolare sacrificium laudis in ecclesia, & reddere altissimo uota sua per Christũ dominũ nostrũ, cui est laus & gloria in secula seculorum, Amen.

Secundi libri finis.

## LIBER TERTIVS.

*De eo quod scriptum est: Si autẽ anima peccauerit, & audierit uocem iuramenti, & hic testis sit, aut uiderit, aut conscius fuerit, si nõ indicauerit, & ipsa accipiet peccatũ eius. Et anima quæ tetigerit omnem rem immundam aut morticinũ, aut à fera captum, & cætera.*

DE sacrificijs quæ offeruntur ab ijs qui per ignorantiam, uel qui nõ uoluntate peccauerint, sermo est. Vnde & in superioribus quum de pontificis sacrificio diceremus, obseruauimus nõ esse scriptum de eo, quia ignorauerit. Sed si quis bene meminit eorũ quæ dicta sunt, potest nobis dicere, quia sacrificium quod põtificem pro peccato diximus obtulisse, figurã Christi tenere, intelligere possumus. Et conueniens non uidebitur, ut Christus qui peccatũ nescit, pro peccato dicatur obtulisse sacrificium: licet per mysterium res
Esa.53. agatur, & idem ipse pontifex, idem ponatur, & hostia. Vide ergo si & ad hoc possumus hoc modo occurrere: quia Christus quidem peccatum
2.Cor.5. non fecit, peccatum tamen pro nobis factus est, dum qui erat in forma dei, in forma serui esse dignatus est: dum qui immortalis est moritur, & impassibilis patitur, & inuisibilis uidetur. Et D quia nobis hominibus uel mors, uel reliqua omnis fragilitas in carne, ex peccati conditione su-
Philip.3. perducta est, etiam ipse qui in similitudinem hominum factus est, & habitu repertus ut homo: sine dubio pro peccato, quod ex nobis susceperat: quia peccata nostra portauit, uitulum immaculatũ, hoc est, carnem immaculatam obtulit hostiam deo. Sed quid faciemus de eo, quod in consequentibus iungitur? Vbi enim dicit: Si quidem põtifex qui unctus est peccauerit: ibi additur, ut populum faceret peccare, offeret pro peccato suo. Quomodo ergò conueniet, quod per carnẽ, quam ex nobis suscepit Iesus, ipse peccatũ facto, peccare fecerit populum? Ausculta & de hoc, si cum aliqua consequentia possumus respondere.

Passio Christi credentibus quidem usitam, mortem uerò non credentibus confert. Quamuis enim salus gẽtibus sit per crucem eius, et iustificatio: Iudæis tamen interitus est & condemnatio. Sic enim scriptũ est in euangelijs: Ecce hic natus est ad ruinam & resurrectionem multorum. Et hoc modo per peccatum suum, hoc est per carnẽ in crucem actam, in qua peccata nostra susceperat: nos quidem credẽtes liberat à peccato: populum uerò nõ credentem, peccare fecit, quibus ad incredulitatis malum etiam sacrilegij accessit impietas. Et hoc modo põtifex iste per suum peccatum peccare populum fecit, dum in carne politus & teneri potuit, & occidi. Nam ponamus, (uerbi gratia) si dominus maiestatis non uenisset in carnem, non arguisset Iudæos, non eis fuisset grauis etiam ad uidendum, non utique teneri potuisset, nec ad mortem tradi: nũquã (sine dubio) uenisset, & sanguis eius super ipsos, & filios eorum. Sed quia uenit in carnem, & pro nobis peccatũ factus est, & hæc pati potuit: idcirco ipse dicitur peccare populum fecisse, qui fecit eum in se posse peccare. Sed uideamus iam quid agit: Et ista anima quę audit: uocẽ iuramenti & testis est: uel quæ uidit aliquid & conscia est, & non indicat, ex quo accepit, etiam ipsa peccatum eius sine dubio, qui inique aut egit aliqd, aut iurauit. Hoc etiam secundum historiam nos ędificat & docet, ne unquã in peccatis alterius polluamus conscientias nostras, nec cõsensum male agentibus præbeamus. Consensum autem dico, non solum pariter agendo, sed etiam quæ illicite gesta sunt recendo. Vis autem scire quia consentiant hæc eis
3.Reg.19. am euangelicis præceptis? Dominus dicit: Si uiderit fratrem tuũ peccare, argue eũ inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus es fratrem tuũ: quod si te non audierit, adhibe tecũ adhuc duos uel tres: q̃d si nec ipsos audierit, dic ecclesiæ: Si uerò nec ecclesiã audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Sed euangelicum præceptum in
2.Cor.7. eo perfectius datum est, quod iudicandi peccati modum, disciplinamq; constituit. Non uult enim te, si forte uideris peccatum fratris tui, cõtinuo euolare ad publicum, & proclamare palsim, ac diuulgare aliena peccata: quod esset utique nõ eorrigentis, sed potius infamantis. Solus, inquit, inter te & ipsum corripe eum. Vbi enim seruari fides
Matth.5. mysterium uiderit ille qui peccat, seruabit & ipse emendationis pudorem: si uerò diffamari se uiderit, illico ad denegandi impudentiã cõuertetur, & non solum non emendaueris peccatum, sed & duplicaueris. Disce ergo ex euãgelicis præceptis ordinem. Primo inquit, corripe eum solus inter te & ipsum. Secundo adhibe tecum alios duos, uel tres: In ore, inquit, duorum uel trium testium
Deut.19. stabit omne uerbum. Tertio uerò dic ecclesiæ. Quomodo quidem tertio correptionem mandabat ad ecclesiam deferẽdam: ita secundo uult duos uel tres adhiberi, quibus præsentibus corripitus, si emendare se non uult, quum ad ecclesiam delarum fuerit ei, peccatũ, possit ducũ adhibitis
Luce 8. testibus confutare. Frequenter enim accidit, ut uolens quis euangelicum implere mandatum, calumniator ud eatur, si crimen deferat ad ecclesiam, & deficiat testibus. Ne hoc ergo accidat, idcirco duos uel tres testes in secunda correptione ei iubsit adhiberi. Quum ergo & euangelij tale mandatũ sit, & lex præcipiat, quia si tacuerit, accipiet peccatum: sciendum est quod si quis ea, quæ uidet in delicto proximi sui, uel non indicat secundum regulam superius datam, uel in testimonium uocatus, non quæ uera sunt dixerit, peccatum quod commiserit ille quem cælat, ipse suscipiet, & pœna commissi reuoluetur ad cõscium. Sufficienter ergo in hoc capite ipse ædificauit textus historiæ. Puto tamen quod & illa anima, quæ legit scriptum in lege dei: Quia iurauit
Psal.109. dominus, & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec. Audit uocem iuramenti, ut faciunt scribæ & pharisæi, semper hęc meditantes: sed tacent, & enunciare populo nolunt, ne Christi testentur aduentum. Propterea ergo ipsi accipiẽt peccatũ, in quo non enunciantes ad populum quę uera sunt, peccare faciunt Israel. Post hæc & alia lex promulgatur: Anima, inquit, quæcunque tetigerit omnem rem immundam, aut morticinum iumentorum immundorum, & latuerit eum, & inquinatus est: aut si tetigerit immũdiciam hominis, & omnem immunditiam ex qua inquinatur: & cætera. Hæc quidem apud Iudæos indecenter satis, & inutiliter obseruantur: ut quid em immũdus habeatur C
qui contigerit (uerbi causa) animal mortuum, aut corpus hominis defuncti? quid si prophetæ corpus sit, quid si patriarchæ, uel etiam ipsius Abra-
3.Reg.13. hæ corpus? & si eius ossa contigerit, immũdus erit? quid si Helisæi ossa contingat, qui mortuũ suscitauit, immundus erit ille qui contingit? & immundum faciunt ossa prophetę etiã illum ipsum, quem à mortuis susciatant? Vide quãm incõueniens sit ludaica intelligẽtia. Sed nos uideamus primo quid sit tãgere, & quis sit tactus, qui faciat immundum: quis uerò sit tactus, qui faciat mũdum. Apostolus dicit: Bonum est homini mulierẽ non tangere. Hic tactus immundus est: hoc est enim illud, quod in euangelio dominus dixit: Si quis uiderit mulierem ad concupiscendum, iam mœ- D
Matth.5. chatus est in corde suo. Tetigit enim cor eius concupiscentiæ uitium, & immunda facta est anima eius. Si quis ergo hoc modo tangit aliquam rem: id est, uel per mulieris concupiscentiam, uel per pecuniæ cupiditatẽ, uel alio quolibet peccati desiderio, immundũ tetigit, & inquinatus est. Oportet ergo te, si quid tale contigeris, scire quomodo offeras sacrificium, secundum ea quę in superiori bus memorauimus, ut mundus effici possis. Vis tibi ostendam, quæ est anima quæ tetigit immundum, & immũda facta est: & rursum tetigit mundum, & facta est munda? Illa quę profluuiũ sang-
Luce 8. uinis passa est, & erogauit omnẽ substantiã suam in medicos, nec aliquid proficere potuit, per immundiciã peccati in hoc deuoluta est. Tetigerat



eũ peccatũ, & idcirco flagellũ carnis acceperat. Sed posteaq; fide plena tetigit fimbriam Iesu, stetit fluxus sanguinis, & repente facta est munda, quæ ante per tantum tempus uixit immunda. Et quemadmodum quũ tetigisset dominũ & saluatorem, dixit ipse: Quis tetigit me? ego enim sensi uirtutem exijsse de me: illam sine dubio uirtutẽ quæ mulierẽ sanauerat & fecerat mundam: sic in telligẽdũ est, quod si quis contigerit peccatũ, exeat ab ipso peccato uirtus quædam maligna, quę eum qui se cõtingit, faciat immundum: & hoc est uere contigisse immundum. Simili ratione etiam de morticino hominis, uel de morticino pecoris mundi aut immundi, dicendum est. Morticinum nanq; hominis cõtingit is, qui peccatis suis mortuum quempiã uel sequitur, uel imitatur. Sed si singulorum differentiæ requirendæ sunt, singula recenseamus. Hominis morticinum (sicut suprà diximus) illud possumus dicere, quod Apostolo ad Corinthios dicit: Scripsi, inquit, uobis in epi-
2.Cor.5. stola, ut non commisceamini fornicarijs. Non utique fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus: alioquí debueratis de hoc mundo exisse: nũc autem scripsi uobis, ut non cõmisceamini. Si quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cũ huiusmodi nec cibum sumere. Istud est ergo hominis morticinum cõtingere, quasi ei se socium saltem in cibo præbuerit, qui in Christo homo effectus, rursum in peccatis est mortuus. Nã & illa uidua, de qua
1.Tim.5. dicit Apostolus: Quia in delicijs agens, uiuens mortua est: morticinum hominis dici potest. Sed alia animæ morticina nihilominus quæ sunt in ecclesia, requirenda sunt. Si simpliciores sint, qui quę nihil uirtutis, nihil prudentiæ egerunt, & iam in peccatorũ sordibus uolutẽtur: hos si quis sequatur uel tangat, eo tactu quo suprà exposuimus, morticinum animal tetigit. Quod autem ecclesia habeat & animalia, audi quomodo dicit in
Psal.35. Psalmis: Homines et iumenta saluos facies domine. Hi ergo, qui uerbi Dei & rationabilis institutí studium gerunt, homines appellantur: qui uerò absque huiusmodi studijs uiuunt, & scientiæ exercitia non requirunt, fideles tamẽ sunt, anima lia quidem, sed munda dicuntur. Sicut enim sunt quidam homines dei, ita sunt & quædam oues Dei. Scriptum est enim, quia Moses non erat
4.Reg.1. ouis Dei, sed homo Dei: & Helias non erat ouis Dei, sed homo Dei. Sic enim ipse dicit: Si homo dei sum ego, descendat ignis de cœlo, & consumat te & quinquaginta tuos. Vis autẽ audire de
Hiere.23. ouibus dei? dicitur per prophetã: Oues meæ, oues sanctæ sunt, dicit dominus. & iterum saluator dicit in euangelio: Oues meæ uocem meã audiunt. Et non puto, quia dixisset de hominibus,
Luce 8. quia uocem meã audiunt homines: sed hoc, Qui habet aures audiendi, audiat. Quomodo uocem Christi audiunt oues, ita homines uerbũ eius audiunt. Ista ergo sunt animalia, mũda quidẽ propter Christũ, morticina autem propter peccatum.

Quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quæ si quis tetigerit,hoc est,si secutꝰ quis fuerit A
in peccato,immundus erit. Et si quis huiusmodi
hominis morticinum cõtigerit,id est,eius qui se-
cundum rationem uiuit primo, & in uerbo dei se
metipsum exercẽs, postmodum decidit in pecca
tum:si quis eum sequatur,aut imitetur, hominis
contingit morticinum,& erit immundus. Sed &
à fera captum si contigeris,immundus eris. Quę
est fera:eo est,an lupus qui rapit homines uel iu
menta? Illa credo fera est,de qua dicit Petrus apo
1.Pet.5. stolus: Quia aduersarius uester diabolꝰ, sicut leo
rugiens circuit quærens quem deuoret,cui resisti
te fortes in fide. Et rursum, de quibus dicit apo-
Act.20. stolus Paulus:Intrabunt enim post discessum me
um lupi rapaces, non parcentes gregi. Ab istis er
go feris, si uideris captum, noli eum sequi, noli B
contingere, ne & tu efficiaris immundus. Sunt
præterea & alia immunda animalia,quorum mor
ticinum uetat contingi. Immunda animalia sunt
homines,qui extra Christũ sunt,in quibusneque
ratio, neq; religio ulla est. Horum ergo omnium
morticina,id est peccata,si uideas,dicit tibi legis
lator,ne cõtigeris, ne accesseris, ne attrectaueris.
Et istæ sunt immunditiæ, quæ meritò fugiendæ
sunt. Hominis autem tactum refugere, uel mor-
tui corporis,cui magis sepultura religiose confe-
renda est. Iudaicæ hęc sunt & inutiles fabulæ, spe
ciem quidem pietatis habentes, uirtutem uerò
ipsius denegantes. Prima ergo lex de immundi-
tijs data:Si quis iuramenti alicuius, uel delicti te
stis fuerit, & non indicauit, per hoc immundus C
quodammodo effectꝰ est etiã ipse societate pec-
cati. Secunda lex, qua contingere immundum
aliquid ac morticinum uetatur. Tertia nunc lex
promulgatur huiusmodi: Et anima, inquit, quæ
Leuit.5. iurauerit pronuncians labijs suis malefacere aut
benefacere, & non fecerit secundum omnia,quæ
cunque dixerit homini cum iuramento, & latue-
rit eum, & postea cognouerit, & peccauerit unũ
aliquid de istis,pronunciet peccatum quod pec-
cauit:& offerat pro ijs quæ deliquit domino pro
peccato,quod peccauit, fœminam de ouibus, &
cætera. Quomodo quidem si pronunciauero
labijs meis,uel iurauero benefacere, & non faci-
am,peccati reus sim, difficultas non est ostende-
re. Quomodo autem si iurem, uel pronunciem D
malefacere, & non fecero, peccauerim uerbo, as-
signare difficile est. Absurdum enim uidetur(uer
bi gratia)ut si per iracundiam dixero me hominẽ
occisurum, & non fecero, ne peierare aut fallere
uidear,cogi ad explendum opus,quod temere et
illicite promisi. Quæramus ergo quæ si res, in
qua si ꝓmittimus nos malefacere,& nõ fecerimꝰ
peccamus:si uerò fecerimus,excusemur à pecca-
to,ut rationabiliter stare præcepti ueritas possit.
Quantũ in hoc loco intelligẽdum uidetur,male-
facere,aduersari alicui est,& nõ indulgere ei,ut fa
ciat quod uult. Et nos ergo quũ uenimꝰ ad domi
nũ,& uouemus nos ei in castitate seruire,pronun
ciamus labijs nostris, & iuramꝰ nos castigare car
nẽ nostrã,uel male ei facere, atque in seruitutẽ eã



redigere,ut spiritum saluum facere possimus. Sic
enim iurasse se dixit,qui ait: Iurauí, & statui serua
re omnia præcepta tua. Quia ergo carnis uox est,
quæ dicit:Nõ enim quod uolo,ago: sed quod odi,
illud facio:afflicta sine dubio à spiritu & coar-
tata,resistit ei,et repugnat aduersus spiritũ. Et nisi
ei malefaciat,ut affligatur & infirmetur, non po-
test dicere spiritus: Quum infirmor,tunc potens
sum. Huic ergo carni resistenti & repugnanti ad-
uersus spiritum,si quis iurauerit & pronunciaue-
rit malefacere ac affligere & macerare eam & nõ
fecerit,& peccati reꝰ est,in eo quod iurauit crucia
re se carnem suam & seruituti subijcere, & non fe
cit. Eodem autem iuramento & spiritui decernit
benefacere. In quo enim carni malefacit, spiritui
benefacit. Si quis ergo hoc iurauerit, & non fece
rit, peccati efficitur reus. Vis autem scire, quia
nec potest uni horum benefieri, nisi alij malefece
ris: audi etiam Dominum dicentem, Ego occi-
dam, & uiuere faciam. Quid occidit Deus? car-
nem utique. Et quid uiuere facit? spiritum sine
dubio. Et rursum in sequẽt bus dicit ercutiam,
& ego sanabo. Quid percutit? carnem. Quid sa-
nat? spiritum. Quò rursum ista proficiant: ut fiat
mortificatum carne, uiuificatum spiritu: ne forte
& tu mente seruias legi dei, carne autem legipec-
cati, si mortificata nõ fuerit. Si uerò istum ordinẽ
promiseris, & seruare nõ quiueris, aut quid legis
ordo præcipiat. Si peccauerit, inquit, unũ aliquid
de istis, pronũciet peccatum quod peccauit. Et
aliquod in hoc mirabile secretũ, quod iubet pro-
nũciare peccatum. Et enim cuiusuis generis pro-
nuncianda sunt, & in publicum proferenda cun-
cta quæ gerimus: si quid in occulto gerimus, si
quid in sermõe solo, uel etiam intra cogitationẽ
secreta commisimus, cũcta necesse est publicari,
cuncta proferri. Proferri autem à nobis, aut ab a-
lio, qui & accusator peccati est, & incentor. Ipse e-
nim nunc nos ut peccemus instigat, ipse etiã qui
peccauerimus accusat. Si ergo prævenianmus eũ
in hac uita, & ipsi nostri accusatores simus, nequi
tiam diaboli inimici nostri prævenimus, & accu-
satores efficimur. Sic emẽ & alibi propheta dicit:
Dic tu iniquitates tuas prior, ut iustificeris, nõ-
ne euidenter mysterium de quo tractamus, ostẽ
dit quum dicit: Dic tu prior: ut ostendat tibi, qua
præuenire illũ debeas, quia paratꝰ est ad accusan
dum. Tu ergo, inquit, dic prior, ne te ille prævẽi
at. Quia si prior dixeris, & sacrificiũ pœnitentiæ
obtuleris secũdũ ea quę in superioribus diximus
offerenda: & tradideris carnũ tuam in interitum, ut
spiritus saluus fiat in die domini: dicetur & tibi,
Quia recepisti in uita tua mala, nunc uerò hic re-
quiesce. Sed & Dauid eodẽ spiritu loquit in psal
mo, & dicit: Iniquitatẽ meã notã feci, & peccati
meum non cooperui: dixi, Pronunciabo aduer-
sum me iniustitiã meã, & tu remisisti impietatem
cordis mei. Vides ergo quia pronũciare peccata,
remissionem peccati meretur. Prævenitus enim dia
bolꝰ in accusatiõe, ultrà nos accusare nõ potest.
Et si ipsi nostri accusatores sumus, proficit nobis ad



ad salutem:si uerò expectemus,ut à diabolo accu A
semur,accusatio illa cedit nobis ad pœnã: habet
enim socios in gehẽna,quos quum uicerit,crimi-
num habuit socios. Multum erit nunc hostiarum
diuersitates,& sacrificiorũ ritus ac uarietates exe-
qui,& longe alterius operis quàm eius uerbi, ꝗd
in cõmuni auditorio uulgus excipiat. Verum
ut aliqua in transcursu perstringere uideamur, o-
mnis quidem penè hostia quæ offertur, habet ali-
quid formæ & imaginis Christi. In ipsum namq;
omnis hostia recapitulatur, in tantum,ut postquã
ipse oblatus est,omnes hostiæ cessauerint:quia et
tunc in typo & umbra præcesserant, de quibus,
prout potuimus, in superioribus disseruimus: ut
quomodo uitulus à pontifice oblatus, siue in mu
nere,siue propeccato,formam eius haberet ostẽ B
dimus. Per adipes uerò, qui offeruntur in mune-
re,operientes interiora & renibus cohærẽtes,po-
test sancta illa eius anima intelligi. Quæ interiora
quidem,id est,diuinitatis eius secreta uelabat: re-
nibus autem, hoc est corporalium materiæ, quæ
ex nobis caste sumpta fuerat, cohærebat. Et me-
dia inter diuinitatem, carnemq; domini posita,
sanctificãdam sacris altaribus, & diuinis ignibus
illustrandam conseruam secum ad cœlos natu-
tam carnis imponit. Renunculi autem ignibus
traditi,quis dubitet quod nullos in Christo fuisse
indicent genitalium partium motus? Quod uerò
de sanguine hostiæ septies ante dominũ,sacerdos
respergere memoratur,euidenter spiritus septem
plicis gratia sub mysterio designat. Quatuor cor C
nua altaris quæ sanguine linuntur, Christi passio-
nem referri quatuor euangelijs indicant. Penna
iecoris quod offertur, in iecore ira iugulatur: in
penna,uelox & cõcita uis furoris ostenditur. Re-
liquus autem sanguis, qui ad basim altaris effun-
ditur, puto quod illius gratiæ formam designet:
qua in nouissimis diebus, postq; plenitudo gen-
tiũ subintrauerit, omnis qui relictus fuerit Israel,
Rom.11. ad ultimum,uelut ad basim altaris positus,effusio
nẽ sanguinis Christi etiã ipse suscipiet. De agnis
uerò & hœdis, turturibus & columbis, & simila
Leuit.5. conspersa in oleo, aut in panibus azymis cocta,
quantum res pati potuit,supra dictum est. Videa
mus nunc quæ lex proponitur in offerendis ho-
stijs pro peccato. Et locutus est,inquit,dominus
ad Mosen, dicens: Anima siqua ignorauerit & D
peccauerit nõ uolẽs à sanctis domini, offeret pro
delicto suo domino arietem immaculatũ de oui-
bus,emptũ precio argẽti siclo sancto, in eo quod
deliquit,& peccauit à sanctis, reddet: & quintas
adijcietad illud, & dabit illum sacerdoti,& sacer-
dos exorabit pro eo in ariete delicti,& remittetur
ei. In superioribus legimus, quod duæ minores
hostiæ sacrificijs substituebantur:ut ubi dixit offe
rendam (uerbi causa)ouem aut hœdum,addidit,
quod si non sufficiet manus eius ad hœdum, aut
agnũ,offerat par turturũ, aut duos pullos colũbi-
nos,& iterum: Si nec ad hoc sufficiet, offerat si-
milaginẽ. In hac uerò lege, ubi de peccato, quod
in sanctis cõmittitur differit, nullam substitutio-

nem inferioris hostiæ secundæ uel tertiæ subro-
gauit: sed statuit solum arietem offerendum: nec
aliter ostendit solui posse peccatum quod in san-
cta committitur, nisi arietem iugulauerit. Et non
simpliciter arietem, sed arietem precio emptum,
& certo precio, siclo, inquit, sancto. Quid igitur,
si quis pauper fuerit, & non habuerit siclum san-
ctum unde mercari possit arietem,peccatum eius
non soluetur? Quærendæ sunt ergo unicuiq; di-
uitiæ,ut peccatũ eius possit absolui. Verum si di-
gnetur dominus uel oculos nobis ad uidendum,
uel uobis ad audiendũ aures cordis aperire: quid
sibi uelit legislatoris sensus opertus mysterijs, re-
quiremus. Et primò quidẽ uideamus hoc ipsum,
quod recitatum est secundum literam, quale sit.
B Videtur plane de ijs dicere, in quorum manibus
sancta commissa sunt,id est,quæ in domini donis
oblata sunt. Verbi gratia: Vota & munera, quæ
in ecclesijs dei ad usum sanctorũ & ministerium
sacerdotum, uel quæ ob necessitatem pauperum
à deuotis & religiosis mentibus offeruntur. De
his,si qualibet præsumptione subtraxerit quis,de
cernit iex,ut si rememoratus fuerit peccasse se, &
sponte compunctionem cordis acceperit (de eo
enim qui non sponte compungitur, sed alio argu
ente conuincitur,difficilius remedium est)hic er-
go qui sponte recordatus fuerit peccatum suum,
reddet, inquit, illud ipsum quod subtraxerat: &
adderad illud quintas, & offeret arietem pro pec
cato siclo sancto. Quod dicit, addet ad illud quin
C tas simpliciores, quintas æstimant ita dictum: ut
uerbi causa,si quinq; nummi subtracti sunt, unus
addatur,ut pro quinq; sex reddere iubeatur. Sed
qui in disciplina numerorum peritiam gerunt,
longe aliter istius uocabuli numerum supputant.
Nam & in Græco non habet πέντου, quod simpli
citer quintas facit: sed habet ἐπίπεντου, quod nos
quidiẽ possumus dicere,super quintas: nisi dicere
tur istud specialis cuiusdã numeri apud illos esse
uocabulũ, quo indicaretꝰ pro quinq; alios quinq;
dandos,& unũ super:ut uerbi gratia, intelligatur
qui furatus sit quinq; nũmos,ipsos quidem quin-
que restituere debere uno superaddito. Nectamẽ
cõtinuò hæc pro furtis aut fraudibus solum intel
ligenda sunt:sed quod etiã, si quis pro usibus ne-
cessarijs sibi de sanctis pecuniam sumpsit, & mo-
D ras attulit in restituendo,huiusmodi lege cõstrin-
gitur. Quę lex etiam secundum literam ædificare
debet audientes. Valde enim utilis & necessaria
est obseruatio, ijs præcipue, qui ecclesiasticis di-
spensationibus præsunt: ut sciant sibi ab ijs, quæ
in usum sanctorũ oblata sunt, cautius & diligen-
tius obseruandum. Sed & nos, quibus ista forte
non accidunt,uideamus qua ex parte sermo legis
ædificet. Et ego hodie licet peccator sim, tamen
quia dispensatio mihi uerbi dominici credita est,
sancta dei uideor habere commissa. Neque nunc
primum, sed sæpe iam & olim dispensatione hac
erga uos utimur. Si quis ergo ex uobis susceptt à
me dominicam pecuniam,& (ut fieri solet) egres-
sus ecclesiã, & diuersis occupationibus secũ ra-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ptus, obliuioni quæ audierat dedit, nec opus ali- A
quod ex uerbo q̃d suscepit, impleuit: iste est qui
pecuniam de sanctis susceptam non reddidit. Vn
de uel his auditis, in memoriam reuocet, quod ea
quæ fuerant dudum sibi in uerbo dei commissa,
neglexit. Reddat ergo et hoc q̃d accepit, & addat
ad quintas, eo modo quo ante iã diximus, id est,
ut bis quinq; sint, & unus superaddat. Videamus
ergo quomodo quinq; isti reddant, quinq; nume
rus frequẽter, imo pene semper pro quinq; sensi-
bus accipit. Scire ergo debemus, hoc modo istos
quinq; sanctis posse restitui: ut si forte præsumpsi
mus abuti eis in secularibus actibus, et impendi-
mus usum corũ in ijs, quę nõ secundũ deum gessi
mus: restituamus nunc ipsos quinq; sanctis acti-
bus, religiosisq; ministerijs, et alios eis quinq; ad- B
damus, qui sunt interioris hominis sensus, per q̃s
uel mundi corde effecti, dominũ uidemus: uel au
res habemus ad audienda ea, quæ docet Iesus: uel
2.Cor.2. odorem capimus illum, quem dicit apostolus.
Psal.33. Quia Christi bonus odor sumus, uel etiã gustum
sumimus illum, de quo dicit propheta: Gustate et
uidete, quoniam suauis est dominus. Vel tactum
1.Ioan.1. illum quem dicit Ioannes: Quia oculis nostris in-
speximus, & manus nostræ palpauerũt de uerbo
uitæ. His autem omnibus unum superaddimus,
ut ad unũ deum hæc cuncta feramus. Et hæc qui-
dem de restituendis ijs, quę qualibet culpa ex san
ctis ablata fuerãt, dicta sint. Quid uerò dicemus
de sacrificio arietis precio empti, & precio sicli san
cti, qui pro peccati expiatione iubetur offerri? Di C
Proverb.13. ues futurus est, q̃ precio arietis possit delicta pur-
gare. Quæ sunt istæ diuitiæ, requiramus. Docet
nos sapientissimus Salomon, dicẽs: Redemptio
animæ uiri, propriæ diuitiæ eius. Audis uerba sa-
pientiæ, quomodo necessarijs cum proprietati-
bus uim uniuscuiusq; sermonis enũciat. Diuitias
dicit aptas ad animæ redemptionem, & diuitias
non alienas, neque communes, sed diuitias pro-
prias: per quod ostendit esse quasdã diuitias pro-
Lucæ 16. prias. Sed hoc euidentius dominus in euangelijs
declarauit, quum dicit: Quod si in alieno fideles
non fuistis, quod uestrum est, quis dabit uobis?
ostendẽs præsentis seculi diuitias nõ esse nostras
proprias, sed alienas. Transeunt enim, & sicut
umbra prætereunt. Propriæ uerò sunt illæ diui- D
Zach.14. tiæ, de quibus propheta dicit. Et ad te congrega-
Genesis 13. bo diuitias gentium. Ex his fortasse diuitijs & A-
braham diues factus est ualde in auro, & argento,
& pecoribus, atq; omni supellectili. Vis tibi o-
stendam, ex quibus thesauris descendant istæ di-
uitiæ? audi apostolum dicentem de domino Iesu
Coloss.2. Christo: In quo sunt omnes thesauri sapientiæ &
scientiæ absconditi. Et in euangelijs dominus di-
cit: Quia scriba diues profert de thesauris suis no
ua & uetera. De his & apostolus Paulus dicit:
Matth.13. Quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni
2.Cor.1. uerbo, & in omni scientia. Ex his ergo diuitijs,
quæ de thesauris sapientiæ & scientiæ proferun-
tur, mercandus nobis est aries iste, qui offerri de-
beat pro peccatis, illis scilicet, quæ in sancta com-
missa sunt, & sicli sancti annumeratione mercan- A
dus. Iam superius diximus, quod omnis hostia
typum ferat & imaginem Christi, multo magis
aries, qui & pro Isaac quidem à deo substitutus
est immolandus. Siclo igitur sancto comparan-
dus nobis est Christus, qui peccata nostra dissol-
uat. Siclus sanctus, fidei nostræ formam tenet.
Si enim fidem obtuleris, tanquam precio à Chri-
sto, uelut arietem immaculatum in hostiam dato,
remissionem accipies peccatorum. Sentio plane
quod in explanando uires nostras mysteriorum
superat magnitudo: sed quamuis non ualeamus
cuncta disserere, tamen sentimus cuncta repleta
esse mysterijs. Et ideo studiosis quibusq; indicia
posuisse sufficiat, quibus excitati, ad altiora ho-
rum & profundiora perueniant: & intelligant B
ex quibus uitulus quæratur in hostiam, ex qui-
bus ouibus aries prouidendus sit. Habeo enim
(inquit Iesus) & alias oues, quæ non sunt de hoc
ouili, & illas oportet me adducere, ut fiat & unus
pastor, & unus grex. Sciant etiam ubi turtures,
ubi columbæ requirendæ sunt. Oculi, inquit, co-
lumbæ super plenitudines aquarum. Ad aqua- C
rum ergo plenitudines properandum est: in
his enim sponsæ describitur pulchritudo. Et col-
lum, inquit, tuum sicut turturis. In columbis o-
culi prædicantur. Quod enim dixit, Columbæ
super plenitudines aquarum: ferunt hoc genus
auis, quum ad aquas uenerit, quia ibi solet acci-
pitris insidias pati, uenientem desuper inimicum
uolitantis umbra in aquis inspecta deprehende-
re, & oculorum perspicacia fraudem periculi im
minentis euadere. Quod & si tu ita prospicere
potueris insidias diaboli & cauere, sacrificium
deo columbas obtuleris. Sed & quibus talia cu-
ræ sunt, illud etiam requirant, ex quibus eis agris
similia debet offerri. Ego arbitror, quod ex illi-
us terræ segetibus, quæ facit alia centesimum,
alia sexagesimum, alia trigesimum fructum. Re-
quirant etiam, nisi plus quàm debet curiosum ui
detur, quibus molentibus similia ista ad sacrifi-
cia præparetur. Nec eos lateat duas esse quæ mo-
lunt: quarum unà assumitur, & alia relinquitur.
Ex illius ergo mola, quæ assumenda est, similam
oportebit offerre. Sed & siclus sanctus, qui ad
arietis precium necessarius dicitur, uide unde, &
quomodo perquirendus sit. Siclus, pecuniæ do-
minicæ nomen est, & in multis scripturarum lo-
cis diuersis appellationum nominibus pecunia
dominica memoratur. Sed quædam proba, quæ-
dam uerò reproba dicitur. Proba erat illa pecu-
nia, quam paterfamiliâs peregre profecturus uo-
catis seruis, dedit unicuique secundum uirtutem
suam. Proba erat & illa pecunia, quæ denarius
nominatur, qui cum mercenarijs pactus est, & a
nouissimis datus est usque ad primos. Scire ergo
te oportet, quia est & alia pecunia reproba. Au-
di prophetam dicentem: Argentum reprobum
uocate eum, quia Dominus proiecit eum. Est ergo quædam pecunia proba, quæ-
dam uerò reproba: propterea apostolus, uelut
ad probabiles trapezitas: Probantes inquit, om-
nia,



1.Thes.5. nia, quod bonum est obtinentes. Solus enim est A
dominus noster Iesus Christus, qui te huiusmo-
di artem possit edocere, per quam scias discerne-
re quæ sit pecunia, quæ ueri regis imaginem te-
net: quæ uerò sit adulterina, & ut uulgo dicitur,
extra monetam formata: quæ nomen quidem ha
beat regis, ueritatem autem regiæ figuræ non te-
2.Cor.11. neat. Multi namque sunt, qui nomen Christi ha-
bent, sed ueritatem non habent Christi: & pro-
pter hos dicit Paulus: Oportet enim hæreses esse,
ut probati manifesti fiant inter uos. Idcirco igi-
tur & in præsenti lectione legislator omnino ad
mysticum & spiritalem respiciens sensum, addi-
dit, ut aries iste, qui ob hoc comparatur, ut pec-
catum possit absoluere, non qualicunque siclo,
hoc est, non qualicunque pecunia, sed siclo san- B
cto comparetur. Quod si non respiciebat ad my-
sterium, quid rationis esse uidebatur, ut aries em-
ptus offerretur ad hostiam, & pro certo precio:
non sufficit nomen pecuniæ siclo nominasse: sed
addidit, Et siclo sancto. Quid si haberet aliquis
in gregibus suis arietes optimos, & diuinis sacri-
ficijs dignos? aut quid, si aliquis ita pauper est,
ut siclum sanctum habere non possit? Hæc est le-
gislatoris moderatio, ut nisi quis habeat certum
pecuniæ modum, peccatum eius non possit ab-
solui. Quod aperte secundum literam absurdum,
secundum spiritalem uerò intelligentiam certum
est, quod remissionem peccatorum nullus acci-
pier, nisi detulerit integram, probam & sanctam
fidem, per quam mercari possit arietem: cuius na C
tura hæc est, ut peccata credentis absteryat. Et hic
est siclus sanctus, probata (ut diximus) & synce-
ra fides: id est, ubi nullus perfidiæ dolus, nulla
hæreticæ callidit̃atis peruersitas admiscetur: ut
synceram fidem offerentes, precioso Christi san-
guine, tanquam immaculatæ hostiæ diluamur:
cum quo est deo patri omnipotenti, & cum spi-
ritu sancto gloria & imperium in secula seculo-
rum. Amen.

Tertij libri finis.

## DIVI CYRILLI IN LEVITICVM LIBER QVARTVS.

*De eo quod scriptum est: Si peccauerit anima, & prę-
teriens præterierit præcepta domini, &
mentietur prox. & cætera.*

SIcundum diuinæ legis fidem, hæc
quæ leguntur nobis, dominus locu-
tus est ad Mosen: puto quod tanta
dei uerba non debeant secundum in-
capacitatem audientium, sed secun-
2.Cor.3. dum maiestatem loquentis intelligi. Dominus,
inquit, locutus est. Quid est dominus? Aposto-
lus tibi respondeat, & ab ipso disce, quia domi-
nus spiritus est. Quod si tibi apostoli sermo non
sufficit, audi ipsum dominum in euangelijs, dicẽ-
Ioan.4. tem: Quia deus spiritus est. Si ergo dominus &
deus spiritus est, quæ spiritus loquitur, spiritali-
ter debemus audire. Ego adhuc & amplius dico:
quia quæ dominus loquitur, non spiritalia tan-
tũ, sed & spiritus esse credenda sunt. Non de meo Ioan.6.
sensu hæc, sed de euangelijs approbabo. Audi
dominum & saluatorem nostrum ad discipulos
suos dicentem: Verba quæ locutus sum uobis,
spiritus & uita sunt. Si ergo ipsius saluatoris uo-
ce discimus, quia uerba quæ locutus est apostо-
lis, spiritus & uita sunt, nequaq; dubitare debe-
mus, quod etiam quæ per Mosen locutus est, spi
ritus & uita credenda sunt. Sed uideamus quæ
sunt, de quibus nunc, prout possumus, aliqua
dicere debeamus. Et locutus est, inquit, domi-
nus ad Mosen, dicens: Anima quæcunque pec- Leuit.4.
cauerit, & præterierit præcepta domini, & men-
tiat̃ proximo suo prò deposito, aut societate, aut
rapina, aut nocuit aliquid proximo suo, aut inue-
nit perditionem, mentiatur de ea, et iurauerit ini-
que de uno ab omnibus quæcunque fecerit ho-
mo, uti peccet in his: & erit quum peccauerit, &
deliquerit, & reddet rapinam quam rapuit, aut
iniuriam quam nocuit, aut depositum quod com
mendatum est ei, aut perditionem quam inuenit:
ab omni re, pro qua iurauit iniuste, & restituet
ipsum caput, & quintas insuper augebit, & cu-
ius est, ei reddet qua die coniunctus fuerit.
Hucusque interim peccati species exponuntur,
postea uero purgatio eius per hostias imperatur.
Si qui infirmi sunt, & incapaces profundioris my
sterij, ædificentur ex litera: & hi sciant quia si quis
præteriens præterierit præcepta domini, & men-
titus fuerit proximo super deposito aut societate,
aut rapina, peccati ingentis statuitur reus. Sed
absit hoc ab ecclesia, ut ego credam esse aliquem
in ea, & ut sanctorum quis tam infeliciter agat,
ut depositum proximi sui neget, aut societatem
fraude contaminet, aut uel ipse aliena diripiat,
aut ab alijs rapta suscipiat: & pro his si ab eo requi
ratur, contra cõscientiam iuret. Absit inquam, ut
hæc ego de aliquo fidelium sentiam. Confiten-
tur enim dico de uobis, quia uos non ita didici-
stis Christum, neque ita edocti estis: sed neque Ephes.4.
lex ipsa, hæc sanctis & fidelibus præcepit. Vis
scire, quia non ad sanctos & iustos ista dicantur,
audi apostolum distinguentem: Iusto, inquit, 1.Tim.1.
lex non est posita: sed iniustis, & nõ subditis, scele
stis & contaminatis, patricidis, matricidis, & ho-
rum similibus. Quia ergo huiusmodi hominі-
bus apostolus legem dicit impositam: ecclesia
dei, quam absit in huiusmodi facinoribus macu-
lari, relicta alijs litera, sanctius ædificetur à spiri-
tu. Videamus itaque nos, quod est depositum,
quod fidelium unusquisque suscepit. Ego puto
quod ipsam animam nostram & corpus depositum accipiamus à Deo. Et uis uidere maius aliud
depositum, quod accepisti à deo? Ipsi animæ tuæ
deus imaginem suam & similitudinem commen-
dauit. Istud ergo depositum tam integre tibi resti
tuendum est, quàm à te constat esse susceptum.
Si enim sis misericors, sicut & pater tuus in cœlis Lucæ 6.
misericors est, imago dei in te est, & integrum Matth.5.
depositum seruas: si perfectus es, sicut & pater

Universidad de Deusto
Biblioteca



tuus in cœlis perfectus est, imaginis dei in te de-
positum manet: similiter & cætera omnia ipsius,
si iustus, si sanctus, si mundo corde, et omnia quæ
in domino præsto sunt per naturam, si tibi per
imitationem subsistant, depositum apud te diui-
næ imaginis saluum est. Si uerò è contrario agas,
& pro misericorde crudelis, pro pio impius, pro
benigno uiolentus, pro quieto turbulentus, pro
liberatore raptor existas: abiecta imagine dei,
diaboli in te imaginem suscepisti, et bonum depo
situm tibi diuinitus cõmendatum abnegasti. An
nõ hoc erat, quod sub mysterio apostolus electo
2.Tim.1. discipulo Timotheo mandabat, dicẽs: O Thimo
thee, bonum depositum custodi? Ego etiam illud
addo, quod & Christum dominum depositum su
scepimus, & spiritum sanctum depositum habe-
mus. Videndum ergo nobis est, ne hoc sancto
deposito non sancte utamur: & quum nos in con
sensum sui peccata sollicitant, iuremus nos non
suscepisse depositum. Quod utique si habeamus
in nobis, peccato consentire non possumus. Sed
& ipse sensus rationabilis, qui in me est, commen
datus mihi est, ut eo utar ad intelligentiam diuino
rum mysteriorum. Memoria, iudicium, ratio, &
omnes qui intra me sunt motus, cõmendata mi-
hi uidẽtur à deo, ut eis utar in ijs quæ præcipit lex
diuina. Si uerò ad malas artes solers & perspicax
uertatur ingenium, & rebus dei abutamur in ijs,
quæ non uult deus, hoc est abiurare depositum,
& beneficia uertere in perfidiam. Videamus
nunc quid etiam societas intelligenda sit. Putas
est aliquis, qui secundum literam commoneri de-
beat, ne forte in ratione pecuniæ, uel qualibet alia
specie societatis, socium fraude decipiat? Vltimę
miseriæ est illa anima, in quam cadere adhuc frau
dis hoc genus potest. Veruntamẽ quoniam mul-
1.Thes.4. ta est in homine fragilitas, etiam de his commo-
neamus: quia nec apostolum piguit ista manda-
re. dicit enim: Neque circunscribat in negocio fra
trem suum, quoniam uindex est de his omnibus
deus. Nunc uerò requiramus, quæ sit etiam so-
cietas spiritus. Audi de his ipsis uerbis apostolũ
Phil.2. dicentem: Si quod solatium charitatis, si qua so-
cietas spiritus, si qua uiscera miserationis, imple-
te gaudium meum. Vide societatis legem quo-
1.Ioan.1. modo intellexit apostolus Paulus. Audi & Ioan-
nem, quomodo uno eodemq; spiritu proloqua-
tur. Et societatem, inquit, habemus cum patre,
2.Pet.1. & cum filio eius Iesu Christo. Et iterum Petrus
dicit: Consortes, inquit, facti estis diuinæ naturæ,
quod est socij. Et iterum dicit apostolus Paulus:
2.Cor.6. Quæ enim societas luci ad tenebras? Quod si lu-
ci ad tenebras societas nulla est, potest ergo socie
tatem lux habere cum luce. Igitur si nobis cum
patre & filio & spiritu sancto societas data est, vi-
dendum nobis est, ne sanctam istam, diuinamq;
societatem peccando abnegemus. Si enim aga-
mus opera tenebrarum, certum est quia societa-
Ephes.2. tem negauimus lucis. Sed & sanctorum socios
1.Cor.1. nos dicit apostolus, nec mirum. Si enim cum pa
Coloss.1. tre & filio dicitur nobis esse societas: quomodo

A non & cum sanctis, non solum qui in terra sunt,
sed & qui in cœlis? Quia & Christus per sangui-
nem suum pacificauit terrestria & cœlestia: ut cę-
lestibus terrena sociaret. Quod euidẽter indicat,
ubi dicit gaudium esse in cœlis super uno pecca-
tore pœnitentiam agente. Et rursum, quum dicit
eos qui resurgunt à mortuis, futuros esse sicut an-
gelos dei in cœlo: & quũ ex integro hominibus
cœlorum regna promittit. Hanc ergo societatem
disrumpit & abnegat, quicunque malis actibus
suis, malisq; sensibus ab horum coniunctione se-
paratur. Post hoc de rapina dicit: Raptores sunt
boni & mali. Boni quidem illi, de quibus dicit
saluator, Quia regnum cœlorum diripiunt. Sunt
autem et mali raptores, de quibus dicit propheta:
B Et rapina pauperum in domibus uestris est. Apo
stolus uerò abrupte pronunciat, dicẽs: Noliter er-
rare, quia neq; adulteri, neq; molles, neq; malcu-
lorum concubitores, neq; fures, neq; rapaces re-
gnum dei possidebũt. Est tamen aliquid, & secun
dum spiritalem intelligentiã culpabiliter rapere.
sicut illi laudabiliter rapiunt regna cœlorum. Vt
uerbi causa dicamus: Si homo nondũ purgatus à
uitijs, nondũ segregatus à prophanis & sordidis
actibus, uelit se cœtui sanctorum & perfectorum
latenter ingerere, & sermonẽ quo perfecta & my
stica tractantur, audire: huiusmodi homo secreto
rum & perfectorum scientiã non bene rapit. Me-
minisse enim oportet præcepti saluatoris, quod
dicit: Quia nemo mittit uinum nouum in utres
C ueteres, alioquin & utres rumpentur, & uinum
peribit: ostendens quod animæ nondum renova
tæ, sed in uetustate malitiæ perdurantí non opor-
tet nouorũ mysteriorum, quæ per Christum mun
dus agnouit, secreta committi. Addit de hinc le-
gislator: Aut si quid nocuit proximo, uel si inue-
nit perditionẽ. Lex literæ hoc uidetur mandare,
ut si quis inuenit quod alius perdidit, & requisi-
fuerit, reddat, nec periuret pro eo. Est & hęc uilis
audientibus ædificatio. Multi enim sine peccato
se putant esse, si alienum quod inuenerint teneãt,
& dicũt: Deus mihi dedit, cui habeo reddere. Di-
scant ergo peccatum hoc esse simile rapinæ, si quis
inuenta non reddat. Veruntamen si hoc tantum,
quod secundum literam putatur, legislator uolu-
isset intelligi, potuerat dicere: Si inuenit quod pe-
D rierat, uel quod aliquis perdiderat: nunc autem
quum dicit, inuenit perditionẽ: amplius nos ali-
quid intelligere uoluit. Qui nimis peccãt, in sanc-
pturis perditio appellanẽ. Sicut in Ezechiele pro-
pheta legimus dictum: Perditio, inquit, factus es,
& non subsistes in æternum tempus. Est ergo qui
multum quærendo inuenit perditionem, ut cre-
bi gratia dicamus: Hæretici ad construenda & de
fendenda dogmata sua, multum perquirunt & di
scutiũt scripturas diuinas, ut inueniãt perditionẽ.
Quũ enim multũ quæsierint testimonia, quibus
astruant quę peruersè sentiunt, perditionem sibi
inuenisse dicendi sunt. Sed si forte aliquis horum
audiens in ecclesia uerbũ dei catholicè tractans, re-
sipiscat & intelligat, quia qd' inuenerat perditio



est: reddet, inquit, quod inuenit, & iste qui perdi-
tionẽ inuenit, & ille qui rapinam. Sed & ille qui
depositum abnegauit, & omnis quicunq; aliqua
ex parte animæ nocuit proximi, & iurauit iniu-
ste: restituet, inquit, ipsum caput, & quintas super
augebit, & ei cuius est reddet, secundũ eam dun-
taxat expositionẽ, quam de quintis addendis an-
tea iam diximus. Et offeret, inquit, domino arie-
tem de ouibus sine macula, precio in id quo deli-
quit: & orabit pro eo sacerdos coram domino,
& remittetur ei pro uno ab omnibus quæ fecit &
deliquit in eo. Diximus in superioribus, quid est
offerre arietem, & hunc precio sicli sancti emptũ:
nunc superest ut differentiã illam dicamus, quod
ibi posuit precium sicli sancti, hic tantummodo
precium dixit: nec quantitatem precij, nec nomẽ
pecuniæ designauit. In superioribus eñ, ubi pro
peccato quod in sancta cõmissum fuerat, lex man
dabat, siclum sanctum diximus nominatum, & si
clum nomen esse pecuniæ: ut alibi obolus, alibi
dragma, alibi mna, uel talentum, uel minutum,
æs uel denarius dicitur. Hic ergo nihil horum no
minatur, sed tantum precio offerendus aries dici-
tur. Interest sanè peccare in sanctis, & peccare ex
tra sancta. Vis & alibi uidere hanc ipsam distin-
ctionem: audi quomodo in Regnorũ libris dicit
1.Reg.2. Heli sacerdos ad filios suos: Si peccauerit quis in
hominẽ, exorabit pro eo sacerdos: si aũt in deum
1.Ioan.5. peccauerit, quis orabit p eo? Similiter et Ioannes
apostolus dicit: Est peccatũ ad mortẽ, nõ pro illo
dico ut oret. Quia ergo diuersitas peccatorũ est,
C discere ex spirituali lege debemus in quibus pecca
tis tantummodo emendus sit aries, in quibus ue-
rò siclo sancto mercandus: qui etiam sint isti qui
uendant arietes, requiramus. Ego arbitror ipsos
esse istos, qui arietes ad sacrificium distrahũt, qui
Matth.25. sunt & illi qui oleum ad lampades uirginum uen-
dunt, de quibus dicebant illæ prudentes stultis
uirginibus: Ite ad uendentes, & emite uobis.
Qui ergo alij uendunt uel oleum luminibus, uel
arietes sacrificijs, nisi prophetæ sancti & apostoli?
qui mihi quum peccauero, ostendunt & consiliũ
dant quomodo debeam corrigere errores meos,
Esa.1. & emẽdare peccata. Vendit mihi Esaias arietem
ad sacrificandũ pro peccato, quum mihi dicit, tan
quam ex dei persona: Holocausta arietum, & adi-
D pem agnorum, & sanguinem taurorum & hirco-
rum nolo. Et paulò post subiũgit: Auferte nequi-
tias ab animis uestris, & à conspectu oculorum
uestrorũ, discite bonum facere. Eripite iniuriam
accipientem, iudicate pupillo, & iustificate uidu-
am, et uenite disputemus, dicit dominus. Et si fue
rint peccata uestra, ut fœnicium, ut niuem deal-
Dan.3. babo: si autem ut coccinum, ut lanam candidam
efficiam. Vendit mihi arietem & Daniel, quum
dicit: Quia non est locus ad sacrificandum in con
spectu tuo, ut possimus inuenire misericordiam:
sed in anima contribulata & spiritu humilitatis
suscipiamur: uelut in multitudine agnorum pin-
Psal.50. guium, sic fiat sacrificium nostrum in conspectu
tuo hodie. Vendit nobis & arietem sacrificij Da-

A uid, quum dicit: Sacrificium domino spiritus con
tribulatus, cor contritum & humiliatum deus
non spernet. Quum ergo singuli prophetarum,
uel etiam apostoloruin consilium ijs qui delin-
quunt, dederint, quo possint corrigere, uel emen
dare peccatum: merito his uendidisse arietes ad
sacrificium uidebũtur. Quid autem precij à com-
parantibus sumant, illud opinor legendi studiũ,
uigilias audiendi uerba dei, & super omnia di-
gnissimum precium, obedientiam puto, de qua
dicit dominus: Obedientiam malo, quam sacri- 1.Reg.15.
ficium, & dictorum audientiam magis quam ho-
locausta. Post hæc subsequitur: Et locutus est, Leuit.6.
inquit, Dominus ad Mosen, dicens: Præcipe Aa-
ron & filijs eius, dicens: Hæc est lex holocausti,
B hoc holocaustum in concrematione sua erit su-
per altare tota nocte usque in mane, & ignis alta-
ris ardebit super illud, nec extinguetur, & induet
se sacerdos tunicam lineam, & campestre lineum
induet circa corpus suum, & auferet hostiã quam
consumpserit ignis, holocaustum de altari, & po-
net illud secus altare, & dispoliabit se stola sua, &
induetur stola alia, & ejciet hostiam, quæ crema-
ta est extra castra, in locum mundum, & ignis su-
per altare ardebit, nec extinguetur. Et comburet
super illud sacerdos ligna mane, & constipabit
in illud holocaustum, & imponet super illud
adipem salutaris, & ignis semper ardebit super al
tare, nec extinguetur. Audis semper debere es-
se ignem super altare: & tu si uis esse sacerdos dei,
C sicut scriptum est: Omnes enim uos sacerdotes Esa.51.
domini eritis, & ad te enim dicitur: Gens sancta 1.Pet.2.
sacerdotum, populus in acquisitionem. Si ergo
sacerdotium uis agere animæ tuæ, nunquam re-
cedat ignis de altari tuo. Hoc est, quod dominus Luc.12.
in euangelijs præcepit, ut sint lumbi uestri accin-
cti, & lucernæ uestræ ardẽtes. Semper ergo ignis
fidei & lucerna scientiæ accensa sit. Sed & quod
dixit, Lumbi uestri, dominus in euangelio: hoc
quidem est quod nunc legislator precipit, ut cam
pestri lineo præcingatur sacerdos, & ita ueteri
cinere depolito innouet sacros ignes. Oportet
enim etiam nos dicere: Ecce uetera transierunt, 2.Cor.5.
& facta sunt omnia noua. Campestri enim lineo
cingitur, uel sicut alibi dicitur, femoralibus uti-
D tur, qui luxuriam fluxæ libidinis cingulo restrin-
xerit castitatis. Ante omnia enim sacerdos, qui
diuinis assistit altaribus, castitate debet accingi.
Nec aliter purgare uetera, et instaurare poterit no
ua, nisi lineis induatur. De lineis sæpe iam dic-
tum est: & tunc maxime, quum de indumẽtis sa-
cerdotalibus dicebamus, quod species ista formã
teneat castitatis. Quia origo lini ita è terra editur,
ut ex nulla admixtione concepta sit. Obseruan-
dum tamẽ est, quod alijs indumẽtis sacerdos uti-
tur, dum est in sacrificiorũ ministerio, & alijs quũ
procedit ad populum. Hoc faciebat & Paulus,
scientissimus pontificum, & peritissimus sacerdo
tum: qui quum esset in cœtu perfectorum, tan-
quam intra sancta sanctorũ politus, & stola perfe 1.Cor.2.
ctionis indutus, dicebat: Sapientiam loquimur

Universidad de Deusto
Biblioteca



inter perfectos: sapientiã autem non huius mundi, neque principum huius mundi, qui destruuntur: sed loquimur dei sapientiam in mysterio abscondito, quam nemo principum huius mũdi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam dominum maiestatis crucifixissent. Sed post hæc, tanquam ad populum exiens mutat stolã, & alia induitur longe inferiore, quàm illa. Et quid dicit? Ibidem. Nihil, inquit, aliud iudicaui me scire inter uos, nisi Iesum Christũ, & hunc crucifixum. Vides ergo istum doctissimum sacerdotem, quomodo indutus, quum esset inter perfectos, uelut in sancta sanctorũ, alia utitur stola doctrinæ: quũ uerò exit ad eos qui incapaces sunt, mutat stolã uerbi, & inferiora docet. Et alios lacte potat, ut paruulos: alios olerib. nutrit, ut infirmos: alijs uero fortes præ- B parat cibos: his scilicet q pro possibilitate sumẽdi exercitatos habent sensus ad boni uel mali discre- Hebr. 5. tionem. Sic sciebat Paulus mutare stolas, & alia uti ad populum, alia in ministerio sanctorũ. Ipse autem pontificum pontifex & sacerdotum sacerdos, dominus & saluator noster, de quo dicit apo- Hebr. 9. stolus: quia pontifex sit futurorum bonorum: audi quomodo primus hæc fecerit, & ita discipulis suis hæc imitãda reliquerit. Euangelium refert de Matth. 13. eo & dicit, quia in parabolis loquebat ad turbas & sine parabolis nõ loquebat eis: seorsum aũt sol uebat eas discipulis suis. Vides quomodo ipse docuit, alijs indumẽtis uti debere pontificẽ, quũ procedit ad turbas, alijs quũ eruditis & perfectis ministrat in sanctis. Vnde optandũ nobis est, & agẽ C dũ, ne tales nos inueniat Iesus, ita imparatos, et ita seculi sollicitudinibus alligatos: ut quũ turbis loquatur nobis in parabolis, ut uidentes non uidea mus, & audientes non audiamus: sed potius inter eos inueniri mereamur, ad quos dicit: Vobis datum est nosse mysteria regni dei. Post hoc: Hæc Luc. 8. est, inquit, lex sacrificij quod offerent filij Aaron Leuit. 6. sacerdotis ante altare coram domino. Aufert ab eo plenam manum de similagine sacrificij cum oleo eius, & cum omni thure eius, quæ sunt ad sacrificium, & imponet super altare hostiam, odorem suauitatis, memoriale eius domino: quod autem superfuerit ex ea, manducabit Aaron & filij eius. Azyma edetur in loco sancto, & in atrio tabernaculi testimonij manducabunt eam. Non co- D quetur fermentata, partem illis hanc dedi ab hostijs domini, sancta sanctorum sunt, sicut pro peccato & pro delicto, omnes masculi sacerdotum edent eam: legitimum æternum in progenies uestras ab hostijs domini. Omnis qui tetigerit ea, sanctificabitur. In his quæ proposita sunt, mos quidẽ sacrificandi sacerdotibus datur, & obseruantiæ, quibus colitur deus: ut uel purificari populus uideretur, uel etiam in necessarijs uictus causa consuleretur sacerdotibus & ministris. Offerendæ enim similæ in sacrificio mẽsura posita est, quæ decima pars ephi appellatur: huic oleũ superfunditur & thus superponitur. Sed quum ad altare peruenerit sacerdos, inquit, plenam manum ex ea sumet, & ita intra plenitudinẽ manus concludat & oleum quod infusum est, & thus quod superpositum est: ut sit hoc libamen & sacrificiũ deo in odorem suauitatis. Cætera, inquit, maneant sacerdotibus ad edendum. Sed edenda ea tradidit lex in loco sancto, in atrio tabernaculi, ita ut nihil fermentetur ex eis: hanc enim, inquit, dedit partem sacerdotibus, & hæc sunt sancta sanctorũ. Sed & illud obseruari uoluit, ut soli masculi edant ex ea, fœmina nulla contingat. Addidit hoc, ut qui tetigerit ea, sanctificetur. Sed si uelimus nũc ab eis, qui in manifesto ludei sunt, requirere de singulis, qua ratione illud hoc modo dictũ sit, aut illud alio modo: absoluta nobis responsione satisfacient, dicentes: ita usum est legẽ dãti, nemo discutit dominum suum. At eos ita dicentes in cæteris, de hoc nouissimo sermone requiramus, ut dicant quomodo omnis qui tetigerit ex sacrificio sanctorũ sanctificetur. Si homicida tetigerit, si prophanus, si adulter, si incestus, sanctificatus erit. Nõ enim excepit aliquem, sed dixit: Omnis qui tetigerit ex ea, sanctificabitur. Ponamus enim, quia etiã nunc integer sit status illius templi, offerantur hostiæ, sacrificia consummentur. Ingressus est aliquis templi sceleste, iniquus, impurus: inuenit carnes exta crificijs propositas, tetigit eas: an sanctificatus continuò pronũciabitur? Enimuero nullo modo, uel rei natura, uel ueritas religiõis hoc recipit: Sed deo redeundũ nobis est ad expositiones euangelicas atq; apostolicas, ut lex posit intelligi. Nisi enim uelamen abstulerit euangeliũ de facie Moſi, non potest uideri uultus eius, nec sensus eius potest intelligi. Vide ergo quomodo in ecclesia apostolorum discipuli assunt ijs quæ Moses scripsit, & defendunt ea, quod & impleri queant, & rationabiliter scripta sint: ludæorum uerò doctores, & impossibilia hæc, & irrationabilia, sequentes literam, faciant. Igitur sacrificium, propter quod hæc omnia sacrificia in typo & figura præcesserãt, unum & perfectũ, immolatus est Christus. Huius sacrificij carnẽ si quis tetigerit, continuò sanctificabit, si immũdus est: sanabitur, si in plaga est. Sic deniq; intellexit illa, de qua paulò ante memoraui, quæ profluuiũ sanguinis patiebatur, quia ipse esset uero sacrificij, & caro sancta sanctorũ: quia uerò intellexit quæ esset caro sancta sanctorũ, idcirco accessit & ipsa. Ipsam quidem carnem sanctam contingere nõ audet: nondum enim mundata fuerat, neq; quæ perfecta sunt apprehenderat: sed simbriã tetigit uestimẽti, quo sancta caro tegebatur. Et indeli tactu uirtutem elicuit ex carne, quæ se ab immundicia sanctificaret, & plagã quã patiebatur sanaret. Non tibi uidentur isto magis ordine uetera stare posse, quibus per Moſen dicit: Omnis qui tetigerit ex carnibus sanctis, sanctificabit? Hasce enim carnes, quas nos exposuimus, tetigerũt olim qui ex gentibus crediderũt. Has tetigit ille qui ebat: Fuimus enim & nos stulti aliquando, & increduli, errantes, seruientes desideriis & uoluptatibus uarijs, in malitia & inuidia agẽtes, odibiles odiẽtes inuicẽ. Sed quũ benignitas & humanitas illuxit saluatoris nostri dei, saluos nos fecit per lauacrum



uacrum regenerationis & renouationis spiritus A 2. Cor. 6. sancti. Et alibi dicit: Et hæc, inquit, fuistis, sed sanctificati estis, & iustificati in nomine domini nostri Iesu Christi, & spiritu dei nostri. Si enim quis, ut diximus, tangat quidem carnẽ Iesu, eo modo quo superius exposuimus, totaq; fide ac omni obedientia accedat ad Iesum, tanq; ad uerbũ carnẽ factũ, iste tetigit carnem sacrificij, & sanctificatus Hebr. 5. est. Tangit autẽ carnes uerbi & ille, de quo dicit Apostolus: Perfectorũ aũt est cibus solidus, eorũ qui p possibilitate sumẽdi exercitatos habẽt sensus ad discretionẽ boni ac mali. Tangit ergo & ille carnem uerbi dei, qui interiora eius discutit, & occulta potest explanare mysteria. Et nos si habuerimus talem intellectum, ut possimus singula quæ scribũtur in lege, spirituali interpretatione discernere, & obtectũ uniuscuiusq; sermonis sacra- B mentum in lucem scientiæ subtilioris educere: si ita docere possemus ecclesiam, ut nihil ex ijs quæ lecta sunt remaneret ambiguũ, nihil relinqueret obscurũ: fortassis & de nobis dici poterit, quia tetigimus carnes sanctas uerbi dei, & sanctificati sumus. Sic aũt accipio & illud, quod dictũ est: quia omnes masculi ex sacerdotibus edent eam: nulla enim fœmina, nec remissa & dissoluta anima poterit edere carnes sanctas uerbi dei: masculus quę ritur qui eas edat. Masculi quippe sunt, qui p durantur ad numerũ: nusq; fœmina, nusquã paruuli numerantur, unde & apostolus dicebat: Quũ au- 2. Cor. 13. tem factus sum uir, deposui quæ erant paruuli. Talis ergo iste masculus, & talis uir quæritur, qui C carnes sanctas possit comedere: & comedere qui dem non in quocunq; loco, sed in loco sancto, in atrio tabernaculi. Audiant hæc qui scindunt ecclesias, & peregrinas ac prauas inducentes doctrinas, putant se sacras carnes extra templum dei, & extra aulam dominicam posse comedere. Propha na sunt eorũ sacrificia, quæ cõtra mandati legem geruntur: nam in loco sancto edi iubentur, intra atria tabernaculi testimonij. At uerò atria tabernaculi testimonij sunt, quæ fidei murus ambit, spei columnæ suspendunt, charitatis amplitudo dilatat. Vbi hæc non sunt, carnes sanctæ nec haberi possunt, nec comedi. Bene autẽ, quod & ea quæ ex sacrificio similaginis offerũtur, plena manu cum oleo offeruntur & thure, in odorem suauitatis domino. Istum aũt locũ breuiter explana- D Philip. 4. uit apostolus Paulus ad Philippenses, dicens: Repletus sum accipiens ab Epaphrodito ea quæ nobis missa sunt in odorẽ suauitatis, hostiã acceptã, placentẽ deo. In quo ostendit, quod misericordia quidem erga pauperes, oleũ infundit in sacrificio dei. Ministeriũ uerò quod sanctis defertur, suauitatẽ thuris imponit. Sed hoc plena manu fieri de- 2. Cor. 9. bere præcipitur. Sic enim idem Apostolus dicit: Quia qui parce seminat, parce & metet: qui autẽ seminat in benedictione, de benedictione et metet. Est tamen aliquid in ipso sacrificio, quod memoriale appellatur, quod offerri domino dicitur. Ego si possem die ac nocte in lege domini medita ri, & omnes scripturas memoria retinere, memoriale sacrificij mei domino obtulissem. Certe, si non omnia possumus, saltem ea quæ nunc docentur in ecclesia, quæ recitantur, memoriæ cõmendemus: ut exeuntes de ecclesia, & agentes opera misericordiæ, & implentes diuina præcepta, sacrificium cũ thure & oleo offeramus in memoriam domini. Ex his ergo edocemini, ut quæ auditis in ecclesia, tanq; mũda animalia uelut ruminetis ea, reuocetis ad memoriam, & cũ corde uestro, quæ dicta sunt, conferatis. Quod si aliqua memoriæ superfuerint, & intellectum uestrũ superauerint, facite quod præsentis mandati auctoritas præcipit, dicens: Quod autem superfuerit ex his, manducabit Aaron & filij eius. Si quid superauerit, & excesserit intellectum tuũ, uel memoriam tuam, serua Aaron: hoc est, reserua sacerdoti, reserua doctori, ut ipse hęc manducet, ipse discutiat, ipse exponat. Sicut & alibi idem Moses dicit: Interroga Deut. 32. patres tuos, & annunciabunt tibi: presbyteros tuos, & dicẽt tibi. Ipsi enim sciunt quomodo hæc azyma debeat manducari, & in azymis syncerita- Leuit. 6. tis & ueritatis exponi. Additur in sequentibus: Et locutus est ad Moſen, dicens: Hoc munus Aaron & filiorum eius, quod offerent Domino in die, qua unxeris eum: Decimam partem Ephi similaginis in sacrificio semper: dimidiũ eius mane, & dimidium eius post meridiem: in sartagine ex oleo fiet, & conspersam offeret eam teneram: sacrificium de fragmentis, sacrificium in odorem suauitatis domino. Sacerdos qui unctus fuerit pro eo ex filijs eius, faciat ea: lege æterna omnia consummabuntur, & omne sacrificium sacerdotis holocaustum est, & non edetur. In ceteris quidem præceptis pontifex in offerendis sacrificijs populo præbet officium: in hoc uerò mandato, quæ propria sunt curat, & quod ad se spectat exequitur. Iubetur em̃ ex die qua unctus fuerit, semper & in perpetuum offerre similaginẽ oleo conspersam, teneram ex sartagine: idq; cognominat sacrificium ex fragmentis in odorem suauitatis, & hoc lege æterna permanere, et transmitti ad posteros iubet. Addit sanè obseruandum, quod nequaquã sacrificium sacerdotis, hoc est, quod pro seipso offert, edatur à quoquã: sed holocaustum fiat, quod est igni absumi. Præceptum quidem secundum literam clarum est: uelim tamen uidere, quis in hoc typus & quæ figura formetur. Dimidium sacrificij huius mane uult offerri, & dimidium uespere: cum certa mensura similæ oleo cõspersæ, tenere à sartagine. Vide si nõ hoc (ut ego suspicor) sacrificium sacerdotis, hæc ipsa sit lex quę per Moſen promulgatur. Cuius dimidium mane iubetur offerri, dimidium uerò ad uesperum: quoniam legem in duas partes diuidi præcepit, in literam uidelicet & spiritum. Et dimidiam quidem partem, quę est litera, offerri iubet mane, primo scilicet legis tempore, quod illis quibus tunc secundum literam data est, nouam lucem & nouum protulit diem. Dimidiũ uerò eius offerri iussit in uesperum. In uespera enim nobis datus est saluatoris aduentus, in quo pars illa dimidia,

Universidad de Deusto
Biblioteca



hoc est sensus uel spiritus legis, secundū quod lex
spiritalis est, offeratur oleo conspersa & tenera.
Oleum ad misericordiam reuocatur, quæ debet
in sacerdotibus abundare: tenera, ad subtilem &
puram intelligentiam pertinet. Quod autem ad
sartaginem dicitur, puto quod districtum & mul-
ta continentia aridum et torridum uelit esse sacer
dotem, in quo nihil remissum haberi ad luxuriā,
nihil fluitans ad libidinem posit. Quod aūt sacri
ficiū ipsum ex fragmētis nominauit in odorē sua
uitatis, puto quod fragmenta sacerdotum uelit in
telligi, quum legis per eos litera frangitur, & ci-
bus ex ea latēs intrinsecus spiritalis eligitur, ut au
dientes turbæ reficiantur. Sicut & dominus fecis
se refertur in euangelijs, ubi benedixit panes, &
Ioan. 6. dedit discipulis: & discipuli confringentes appo
suerunt turbis. Et quum satiati fuissent omnes, B
superfuerunt, inquit, fragmentorū cophini duo-
decim. Istud est ergo sacrificium ex fragmentis,
quum minutatim, quæ sunt legis sancta discuti-
mus, ut spiritalem ex his cibum, purumq; capia-
mus. Et hæc, inquit, est lex æterna. Ioannes qui-
Apoc. 14. dem apostolus in Apocalypsi dixit esse euange-
lium æternum. Inuenimus & hic scriptum esse le-
gem æternam. Sed isti qui secundum literam le-
gem sequi uolunt, uelim mihi nunc dicerēt, quo-
modo lex huius sacrificij esse posit æterna: quum
utiq; destructo templo, subuerso altari, & omni-
bus quæ dicebātur sancta, prophanatis, ritus iste
sacrificiorum non potuerit permanere. Quomo-
do ergo æternum dicent, quod olim cessasse, & fi
nitum iam esse constat? Restat ut secundum eam C
partem lex hæc æterna dicatur, qua nos dicimus
legem esse spiritalem, & per eam spiritalia offerri
posse sacrificia, quæ neq; dirumpi unquam, neq;
cessare possunt. Non enim in loco sunt, qui sub-
uertitur, aut in tempore, quod mutatur: sed in fi-
de credentis, & in corde sacrificantis. Sanè quod
ait: Non edetur de sacrificio sacerdotis, sed holo-
caustum erit: certum est ad Domini & saluatoris
nostri personam referri. De illius enim sacrificio
non edetur, sed holocaustum erit. Hoc in loco sa-
crificium, uerbum ipsum accipiendum est & do-
ctrina, de qua nullus edet, hoc est nullus disputat,
nullus retractat: sed holocaustum est. quicquid
enim dixit, quicquid statuit, æterna cōsecratione
perdurat. Nec aliquis ita insanus inuenitur, aut
prophanus, qui retractare de eius sermonibus D
posit, quos tanquam holocaustum deo oblatum
in omni cultu & ueneratione habere debemus.
Luce 21. Quia cœlum & terra transibunt, uerba autem ei-
us non transibunt: sed semper manent, sicut &
ipse semper manet cum ipso deo patre & spiri-
tu sancto: quibus sit gloria & imperium
in secula seculorum,
Amen.

*Quarti libri finis.*



*De eo quod scriptum est: Hæc est lex hostiæ peccati, in loco quo iugulantur holocausta occident, & id quod peccati est, & cætera.*

ET locutus est dominus ad Mosen, di
cens: Loquere ad Aarō et filios eius
dicēs: Hęc est lex hostiæ peccati: In
loco quo iugulātur holocaustia occi
dēt, & id quod peccati est corā dño,
sancta sanctorū sunt. Sacerdos qui offert illud, e-
det illud: in loco sancto edet, in atrio tabernacu
testimonij. Omnis qui tāgit de carnibus eius, san
ctificabit: & quandocunq; aspersum fuerit ex san
guine eius super uestimentū, quodcunq; resper-
sum fuerit, ipsum lauabitur in loco sancto: & vas
fictile in quocunq; coctū fuerit, cōfringet. Si aut
in uase æreo coctū fuerit, defricabit illud et diluet
aqua. Omnis masculus ex sacerdotibus edet ea,
sancta sanctorū sunt dño: & omnia quæ pro pec-
cato sunt, ex quibus illatus fuerit sanguis eorū in
tabernaculū testimonij ad expiandū, in loco san-
cto nō edentur, sed igni cōburentur. Hæc omnia
nisi alio sensu accipiamus quàm literæ textus o-
stendunt, sicut iam sæpe diximus, quū in ecclesia
recitātur, obstaculū magis et subuersionē religio-
ni Christianę, quàm hortationē, ædificationemq;
præstabūt. Si uerò discutiatur, & inueniatur quo
sensu hæc dicta sunt: & digna deo, qui hęc dicere
scribitur aduertantur, fiet quidē ludæus qui hæc
audit, sed nō ille qui in manifesto, sed qui in occul
to ludæus est: secundū illā differentiā ludæi, qua
distinguit apostolus Paulus, dicens: Non enī qui
in manifesto ludęus est, neq; quę manifeste in car
ne est circūcisio: sed qui in occulto ludęus est cir-
cūcisione cordis, qui spiritu, nō litera: cui laus nō
ab hominibus, sed ex deo est. Quā differentiā lu-
dæi uisibilis, & ludæi inuisibilis non intelligen-
tes impij hæretici, nō solū ab his scripturis refuge
runt, sed & ab ipso deo, qui legem hanc & scriptu
ras diuinas hominibus dedit, atq; alium sibi dim
præter illum, qui cœlum & terram condidit, con-
finxerunt: quū utiq; fidei ueritas unū eundemq;
dominū legis & euangeliorū teneat, uisibilium et
inuisibilium creatorem: quia & cognationē plu-
rimam uisibilia cum inuisibilibus seruant, sta ut
apostolus dicat: Quia inuisibilia dei à creatura
mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspici-
untur. Sicut ergo cognationem sui adinuicem ge
runt uisibilia & inuisibilia, cœlum & terra, caro
& anima, corpus & spiritus: & ex horum coniun-
ctionibus constat hic mundus: ita etiā sancta scri-
ptura credenda est ex uisibilibus constare & inui
sibilibus, ueluti ex corpore quodā, literæ scilicet
quæ uidetur: et anima, sensus, qui intra ipsam de-
prehenditur & spiritus, secundum id quod etiam
quędam in se cœlestia teneat, ut Apostolus dicit.
Quia exemplari & umbræ deseruiunt cœlestibus.
Quia ergo hęc ita se habent, inuocantes dominū,
qui fecit scripturæ animam, & corpus, & spiritū
corpus quidem ijs, qui ante nos fuerūt: spiritum
uerò



uerò ijs, qui in futuro hæreditatem uitæ æternæ A
consequentur: per quem perueniat ad regna cœ-
lestia: eam nunc quam diximus legis animam re-
quiramus, quantum ad præsens interim spectat.
Nescio autem si possumus etiam ad spiritum eius
ascendere in ijs quę nobis de sacrificijs lecta sunt:
habemus enim eum quem diximus in occulto lu
dæum, sicut ostendimus, quia non carne, sed cor-
de circuncidituR: & ita ostendere pergamus, quia
& sacrificat non carne, sed corde: & quia edit de
sacrificijs nō carne, sed spiritu. Sed uideamus iam
quæ sunt ipsa quæ referunt in lege. Et locutus est
dominus ad Mosen, dicens: Loquere ad Aaron
& filios eius, dicens: Hęc est lex hostię peccati, &
cætera quæ in præsenti loco narrant. Et ante iam
dixisse nos memini: quia lex ferè eadem manda- B
tur: sed alia quidem datur filijs Israel, & alia filijs
Aaron, alia etiā (sicut iampridem obseruauimus)
Mosi & Aaron: est & alia lex quæ soli Mosi dat,
ita ut nec Aaron legis illius particeps fiat. Quo-
rum per singula distinctiones et diuersitates, quis
ita scientiæ dono illuminatus à Deo est, ut possit
aperte integreq; disserere? Inuenimus enim in
consequentibus præceptū domini ad solum Mo-
sen dari, & iuberi ut pectusculū arietis perfectio-
nis Mosi detur, sicut præcepit, inquit, Dominus
Mosi. In qua portione neq; Aaron, neq; filij eius,
participes fiunt. Et si inuenitur lex quæ pertinet
ad arietem perfectionis, non posse peruenire usq;
ad Aaron, neq; ad filios eius: multo magis nec ad
reliquos filios Israel, sed ad solū Mosen, qui erat C
amicus dei. Verū quid opus est, quę postmodum
recitanda sunt prævenire? Nunc interim lex reci-
tata est, quę ad Aaron et filios eius promulgatur,
lex hostię peccati, hoc est, hostię quę offertur pro
peccato. In loco, inquit, in quo iugulantur holo-
causta, ibi occident: & id quod pro peccato est, in
conspectu domini sancta sanctorum sunt. Multa
quidem iam deo iuuante de sacrificiorum ritu se-
cundū spiritalem intelligentiam in superioribus
dicta sunt: sed & nūc si gratia domini nos uisitare
dignetur, & uos orationibus adnitamini, adde-
mus quæ dederit dominus. Hostiarū quædā qui-
dem sunt dei solius, ita ut nullus hominum parti-
cipet ex ipsis: quædā sunt Aaron sacerdotis & fi-
liorū eius, quędā ipsius, & filiorū & filiarum eius, D
ita ut etiam uxorem sacerdotis de eis edere liceat.
Quędam uerò sunt sacerdotū & filiorū eius, atq;
totius populi, de quibus edere liceat etiam filios
Israel. Deniq; quædam cōmunes & indifferentes
omnibus, de quibus liceat edere cunctos filios Is
rael. Speciale tamen hostiarū habent participium
etiam sacerdotes et filij sacerdotū: quādo quidem
ex omni hostia, quam edit sacerdos, etiam filios
edere licebit. Igitur quū istæ sint hostiarum diffe-
rentię, illam quam diximus solius dei esse, ex qua
neq; Mosen, neq; Aaron, neq; filios eius particí-
pare fas est, aliquando quidem holocaustomata
nominari inuenimus. Aliquando uerò non holo
caustomata, sed holocarpoma: ueluti si dicamus,
quod totum fructus sit, illud scilicet quod offer-



tur. Est ergo prima legislatio de sacrificijs, si tamē
uel obseruatis, uel retinetis diligenter quæ lecta
sunt ac disserta, & non transcurrunt aures uestras
in uanum, uel quæ à nobis dicuntur, uel quæ ex
diuinis uoluminibus recitātur. Prima ergo est ho
stia, holocaustomata: neq; enim oportebat aliam
primo hostiam nominari, nisi eam quæ omnipo-
tenti deo offerebatur. Secunda hostia est, quæ ad
edendum sacerdotibus mancipatur. Tertia, de
qua etiam filios Israel contingere uel edere, ipsos
scilicet qui offerunt, fas est. Sed filios Israel nō o-
mnes, nisi illos tantum qui mundi sunt. Soli enim
qui mundi sunt de sacrificijs edere iubentur. Ve-
rum istas omnes hostias, tu qui in occulto Iudęus
es, nolo in animalibus requiras uisibilibus, nec in
mutis pecorib. inueniri putes. Istas hostias intra Gen. 12.
teipsum require, & inuenies eas intra te habere.
Intra temetipsum nosce greges boū, illos qui be-
nedicuntur in Abraham. Intellige habere te &
greges ouium & greges caprarum, in quibus be-
nedicti & multiplicati sunt patriarchæ. Intellige
etiam intra te esse aues cœli. Nec mireris quod
hæc intra te esse dicimus. Intellige te & aliū mun-
dum esse paruū, & esse intra te solem, esse lunam,
esse etiā stellas. Hoc enim si ita non esset, nequaq; Gen. 15.
dixisset dominus ad Abraham: Aspice cœlum, &
uide stellas, si numerari possunt a multitudine:
sic erit semen tuum. Nec mireris, inquam, si dici-
tur ad Abraham, quia sic erit semen tuum, sicut
stellæ sunt cœli: de illis scilicet, qui ex fide eius ge
niti rationabiliter uiuant, ac diuinas leges ac pre-
cepta custodiunt. Audi amplius aliquid saluato-
rem ad discipulos dicētem: Vos estis lux mundi. Matth. 5.
Dubitas ne esse intra te solem & lunam, ad quem
dicitur, quia sis lux mundi? Vis adhuc amplius a-
liquid de teipso audire, ne forte parua de te & hu-
milia cogitās, tanq; uilem negligas uitam tuam?
Habet hic mūdus gubernatorē suū, habet qui eū
regat & habitet in ipso, omnipotentem dominū,
sicut ipse per prophetam dicit: Nonne cœlum & Hiere. 23.
terrā ego repleo, dicit dominus? Audi ergo, ipse
omnipotens dominus, quid etiam de te, hoc est,
quid de hominibus dicat. Habitabo, inquit, in Leuit. 26.
eis, & inter ipsos ambulabo. Plus aliquid addit er
ga personam tuam: Et ero eis, inquit, in patrem,
& ipsi erunt mihi in filios & filias, dicit dominus.
Habet hic mundus filiū dei, habet & spiritū san- D
ctū, secundū quod dicit prophera: Verbo domini Psal. 32.
cœli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis uirtus
eorū. & iterū alibi: Spiritus enim dñi repleuit or- Sap. 1.
bem terrarū. Audi & tibi quid dicit Christus: Et
ecce ego uobiscū sum omnibus diebus usq; ad cō Matth. 28.
summationē seculi. & de spiritu sancto dicitur: Et
effundam de spiritu meo super omnem carnē, & Ioel. 2.
prophetabūt. Quū ergo uideas habere te omnia
quę mundus habet, dubitare nō debes, quod etiā
animalia quæ offeruntur in hostijs, habeas intra
te, & ex ipsis spiritales debeas offerre hostias. Sed
de his prout potuimus, in superioribus explana-
uimus. Nunc uerò illud addimus q̄d dicit: Quia
in loco in quo iugulantur holocausta: ibi etiam
hostiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca



hostiæ pro peccato. Vide quàm multa misericordia & benignitas dei est: ut ubi holocaustum iugulatur illud quod soli deo offertur, ibi etiam hostia quæ pro peccato est immolari iubeatur: ut scilicet in telligat se, qui peccauit, & pœniteat cõuersus ad dominum, & contribulati spiritus hostiam iugulat, in loco iam sancto stare, & sociari ijs qui pertinẽt ad deum. Ibi ergo immolatur hostia pro peccato, ubi & holocaustum. In cõspectu, inquit, domini est. Fortassis in conspectu domini est offerre sacrificium, & offerre non in conspectu domini. Quis ergo est, qui offert in conspectu domini? ille opinor, qui non exíit à conspectu domini, sicut Cain, & effectus est tremens & timens. Genesis 4. Si quis ergo est, qui habet fiduciam astare in conspectu domini, & non fugit à facie eius: nec aspectum eius peccati cõscientia declinat, iste in conspectu domini offert sacrificium. Hanc ergo hostiã quæ offertur pro peccatis, dicit esse sancta sanctorũ. Maius aliquid audere uult sermo, si tamen & uester sequatur auditus. Quæ est hostia, quæ pro peccatis offertur, & est sancta sanctorum, nisi unigenitus filius dei dominus meus Iesus Christus? Ipse solus est hostia pro peccatis, & ipse est hostia sancta sanctorũ. Sed q̃d addidit, sacerdos, inquit, qui offert illud, edet illud: uidetur difficile esse ad intelligendum. Illud enim quod edẽdum dicit, ad peccatum referri uidetur: sicut & alibi dicit de sacerdotib. propheta: Quia peccata populi mei manducabunt. Vnde & hic ostendit sacerdotẽ peccatũ offerentis comedere debere. Sæpe ostendimus ex diuinis scripturis, Christũ esse & hostiam quę pro peccato mundi offertur, & sacerdotem, qui offerat hostiã. Quod uno uerbo apostolus explicat, quum dicit: Qui seipsum obtulit deo. Hic ergo est sacerdos, qui peccata populi comedit & consumit, de quo dictum est: Tu es sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Saluator ergo & dominus meus peccata populi edet. Quomodo edet peccata populi? Audi quid scriptum est: Deus, inquit, noster ignis cõsumens est. Quid consumit deus ignis? Nunquid tã inepti erimus, ut putemus quod deus ignis ligna consumat, aut stipulam, aut fœnum? sed cõsumit deus humana peccata, illa absumit, illa deuorat, illa purgat, secundum quod alibi dicit: Et purgabo te igni ad purum. Hoc est manducare peccatũ eius, qui offerat sacrificium pro peccato. Ipse enim peccata nostra suscepit in semetipso, ea tanq̃ ignis comedit & assumpsit. Sic denicq; è cõtrario eos, qui permanent in peccatis, mors dicitur deglutisse, sicut scriptũ est: Deglutijt mors prævalens. Hoc puto esse, quod in euangelio saluator dicebat: Ignem ueni mittere in terrã, & quid uolo, nisi ut accendatur? Atq; utinã & mea terra accendatur igni diuino, ut ultra non afferat spinas & tribulos. Sic intelligere debes & illud quod scriptum est: Ignis accensus est ab ira mea, comedet terram & generationes eius. Dicit ergo lex: Sacerdos qui obtulerit, edet illud in loco sancto, in atrio tabernaculi testimonij. Consequens enim est, ut secundum imaginem eius, qui sacerdotium ecclesiæ dedit, etiã ministri & sacerdotes ecclesiæ peccata populi accipiant, & ipsi imitantes magistrum, remissionem peccatorum populo tribuant. Debẽt ergo & ipsi sacerdotes ita perfecti esse, et in officijs sacerdotalibus eruditi, ut peccata populi in loco sancto in atrijs tabernaculi testimonij, ipsi non peccando consumant. Quid autem est in loco sancto manducare peccatũ? Locus erat sanctus in quem peruenerat Moses, secundum quod dictum est ad eum: Locus enim in quo stas, terra sancta est. Similiter ergo & in ecclesia dei locus sanctus est, fides perfecta, & charitas de corde puro, & conscientia bona: qui in his stat in ecclesia, in loco sancto stare cognoscat. Neq; enim in terra quærendus est locus sanctus, in quam semel data sententia est à domino dicente: Maledicta terra in operibus tuis. Fides ergo integra, & sancta conuersatio, locus est sanctus. In hoc itaq; loco positus sacerdos ecclesiæ, populi peccata consumat, uthostiam iugulans uerbi dei, & doctrinæ sanctæ uictimas offerens, purgat à peccatis cõscientias auditorum. Edit ergo sacerdos carnes sacrificij in atrio tabernaculi testimonij, quum intelligere potuerit, quæ sit ratio in his, uel quæ mysteria, quæ describuntur de atrijs tabernaculi testimonij. Ad hæc enim atria secreta & recõdita nullus accedit. Nulli hæc nisi sacerdotibus patent, si tamen patent, id est, si scientia sua & intellectu mystico potuerint eorum secreta penetrare. Scio autem esse & alia quædam in ecclesia dogmata secretiora, quæ adire nec ipsis sacerdotibus liceat. Illa dico, ubi arca reconditur, ubi urna cum manna et tabulę testamenti. Illuc nec ipsis quidem sacerdotibus datur accessus: sed uni tantũ pontifici, & huic iemel in anno, certis quibusdam & mysticis purificationibus conceditur istud intrare secretũ. Sunt & alia ecclesiæ dogmata, ad quæ possunt etiã peruenire Leuitæ: sed inferiora sunt ab ijs quæ sacerdotibus adire concessum est. Scio & alia esse, ad quæ possunt accedere etiam filij Israel, hoc est laici: non tamen alienigenæ, nisi adscripti iam fuerint in ecclesiam domini. Credo fidem patris & filij, & spiritus sancti (in quam credit omnis qui sociatur ecclesiæ dei) tertiam generationem mystice dictam. Veruntamen sciendum est, quod ea hostijs quæ offeruntur hic, & conceduntur sacerdotibus ad edendum, non penitus omnia concedantur: sed pars ex ipsis aliqua deo offertur, et altaris ignibus traditur. Vt sciamus etiã nos, quod etsi conceditur nobis aliqua ex diuinis scripturis apprehendere & cognoscere, sunt tamen aliqua quæ deo reseruanda sunt: quæ quum intelligentiam nostram superent, sensusq; eorũ supra nos sit, ne forte aliter à nobis, quàm se habet ueritas proferantur, melius igni ista seruamus. Et ideo etiam in hoc loco, quæ quidem cõcessa sunt hominibus ad edendum, prout potuimus, intra tabernaculum domini consumpsimus. Si qua uerò superant, & uel uos in audiendo, uel nos superamus in dicendo, seruemus igni altaris, tanq̃ eam partem quę pro peccato super altare domini iubetur offerri. Et hæc est, inquit, lex arietis, qui pro delicto est, sancta sanctorum. In loco in quo iugulant holocaustomata, iugulabunt & arietem, qui pro delicto est coram domino, & cætera. Videtur quidem in scripturis diuinis frequenter peccatũ pro delicto, & delictum pro peccato indifferenter & absq; aliqua distinctione nominari. In hoc tamen loco inuenitur esse discretum. Nam quum superius in hostia pro peccato ritum sacrificij atq; ordinem tradidisset, nunc separatim mandat sacrificium pro delicto. Et quamuis eodem ordine, atq; obseruatia cuncta mandantur, & addat in nouissimis, sicut id quod pro peccato est, ita & id quod pro delicto est, lex una erit eorum: tamen uoluit ostendere esse aliquid differẽtiæ in his, quibus sacrificia diuisa mandauit. Certe ego puto delictũ quidẽ esse cõmissum leuius aliquanto quàm peccatum. Nam inuenimus de peccato dici, quod sit peccatũ ad mortem: de delicto nõ legimus, quod esse dicatur ad mortem. Scio tamen & illam differentiam, quæ nõnullis sapientũ uisa est, quod delicto quidẽ non facimus ea quæ facere debemus: peccatum uerò sit, cùm cõmittimus ea, quę cõmittere non debemus. Sed hæc, quoniam nõ semper in scripturis diuinis sub ista distinctione inuenimus, idcircò generaliter affirmare non possumus. Igitur eodem modo atq; eadẽ traditione de sacrificio, quod pro delicto offertur, accipiẽdum est, quod & supra exposuimus de eo q̃d pro peccato est. Similiter enim iubentur adipes arietis ij qui circa renes sunt, & ij qui interiora operiunt, poni super altare: ut & tu qui hæc audis, scias omne q̃d est intra te crassius, & operit interiora tua, debere te offerre igni altaris, ut purgentur omnia interiora tua, ut dicas & tu, sicut Dauid dicebat: Benedic anima mea dominũ, & omnia interiora mea, nomẽ sanctũ eius. Nisi enim ablata fuerit crassitudo illa, quæ tegit interiora tua, nõ possunt sublimẽ & spiritalẽ capere sensum, nec possunt intellectũ capere sapientiæ, & id eò dñm laudare nõ possunt. Quod si oblatum fuerit omne q̃d pingue est de renibus, & de omnibus interioribus uiscerũ, tunc uere purgatus omni uitio libidinis iugulasti hostiã pro delicto, & obtulisti sacrificiũ deo in odorẽ suauitatis. Sacerdotis, inquit, qui offeret illud, & repropitiabit pro delicto, ipsius erit. Discãt sacerdotes dñi, qui ecclesijs pręsunt, quia pars eis data est cũ ijs, q̃rũ delicta repropitiauerunt. Quid aũt est repropitiare delictũ? si assumpseris peccatorẽ, & monendo, hortando, docẽdo, instruendo adduxeris eũ ad pœnitentiam, ab errore correxeris, à uitijs emendaueris, et effeceris eum talem, ut ei conuerso propitius fiat deus, pro delicto repropitiare diceris. Si ergo talis fueris sacerdos, & talis fuerit doctrina tua, & sermo tuus, pars tibi datur eorum quos correxeris, ut illorum meritũ tua merces sit, & illorum salus tua gloria. An non & apostolus hæc ostendit quum dicit, quia quod superædificauerit quis, mercedem accipiet? Intelligãt igitur sacerdotes domini, ubi est eis data portio, & in hoc uacent atq; operam dent. Non se inanibus & superfluis actibus implicent, & sciant se in nullo alio partem habituros apud dominũ, nisi in eo quod offerunt pro peccatis, id est, quod à uitijs peccati conuerterint peccatores. Norandum etiam illud est, quod quæ offeruntur in holocaustum, interiora sunt: quod uerò exterius est, domino non offertur. Pellis domino non offertur, nec cedit in holocaustomata. Talis fuit & ille filius Iuda, qui dicebatur Her, quod interpretatur pellis, propterea pessimus erat, & occidit eum deus: quia isti tales domino non offeruntur. Et omne sacrificiũ quod fiet in clibano, et omne quod fiet in craticula uel in sartagine, sacerdotis qui offert illud, ipsius erit. Quid dicemus? Putamus ne quod omnipotens deus, qui responsa Mosi cœlitus dabat, de clibano, craticula & sartagine præciperet? & ut disceret populus per Mosen, quia per hæc deus eis propitius fiet, si quædam in sartagine frixerint, quædam in clibano coxerint, quędam in craticula assauerint? Sed non ita ecclesiæ pueri Christum didicerunt, nec ita in eum per apostolos eruditi sunt, ut de Domino maiestatis aliquid tam humile, & tam uile suscipiant. Quin potius secundum spiritalem sensum, quem spiritus donat ecclesiæ, uideamus quod sit istud sacrificium, quod coquatur in clibano, uel quis iste clibanus intelligi debeat. Sed ubi inueniam modo subitò scripturam diuinam, quæ me doceat quid sit clibanus? Dominũ meum Iesum inuocare me oportet, ut quærentem me faciat inuenire, et pulsanti aperiat, ut inueniam in scripturis clibanum, ubi possim coquere sacrificiũ meum, ut suscipiat illud deus. Et quidem inuenisse me puto in Osee propheta, ubi dicit: Omnes mœchantes, sicut clibanus succensus ad comburendum. & iterũ: Incaluerunt, inquit, sicut clibannus corda eorum. Cor ergo est hominis clibanus. Istud autem cor, si uitia succẽderint, uel diabolus inflammauerit, nõ coquet, sed exuret. Si uerò ille id succenderit qui dixit, Ignẽ ueni mittere in terram: panes scripturarum & sermonum Dei, quos in corde suscipio, non exuro ad perditionem, sed coquo ad sacrificium. Et fortassis illa coqui dicuntur in clibano, quæ interiora sunt & recondita, nec proferri facile ad uulgus possunt. Sunt enim multa in diuinis scripturis huiusmodi, sicut apud Ezechielem, quũ uel de Cherubim, uel de Deo, & illa magnifica uisione describitur. Hæc si in clibano non coquantur, comedi ita ut sunt cruda nõ possunt. Neq; enim credendum est, quod sit animal quoddam in forma leonis positum, quo uehatur deus, uel aliud in forma uituli uel aquilæ. Hæc ergo, & si qua huiusmodi sunt, non sunt cruda proferenda, sed in cordis clibano sunt coquenda. Quid autem sit clibanus, sartago, & craticula, nũc perquirendũ est. Tria itaq; sunt hæc, in quibus sacrificia dicit præparari debere, in clibano, in sartagine, in craticula. Et puto quod clibanus secundũ sui formã, profundiora, et ea quæ sunt in enarrabilia, significet in scripturis diuinis: sartago uerò ea, quę si frequen-



Psal.109.
Deut.4.
Esa.1.
Esa.5.
Lucæ.12.
Hiere.15.
Ephes.3.
Osee 4.
Psal.102.
1.Cor.3.
Genes.38.
Osee 7.
Ibidem.
Lucæ 12.
Ezech.10.
Ezech.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca



frequenter ac sępe uersentur, intelligi ac explicari possunt: craticula aũt, ea quæ palàm sunt, & absq; aliqua attrectatione cernuntur. Triplicis nanque in scripturis diuinis intelligentiæ inueniri sępe diximus modum: historicum, moralem, mysticum. Vnde & corpus inesse ei, & animam & spiritum intelleximus, cuius intelligẽtiæ triplicem formã, sacrificiorum triplex hic modus appellatus ostendit. Sed & alibi inuenimus, id est in his ipsis, quæ de sacrificijs memorantur, dici canistrũ sanctum perfectionis, in quo tres panes haberi mãdantur. Vides consonare sibi sacramentorum omnium formas: Canistrũ perfectionis, in quo tres panes poni iubentur, quid aliud debemus accipere, nisi scripturas diuinas, cibos auditoribus tripliciter apponentes: Vis tibi & de euangelijs similis mysterij proferamus exempla: Recolamus Domini uoces ubi dicit, quia media nocte uenit quidã ad amicum suum, pulsans ostium eius, & ait: Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus mihi superuenit de uia, & non habeo quod apponã ei. In quibus, ut breuiter perstringamus, nox est hoc tempus uitæ: & tres panes sunt, unus qui in clibano, alius qui in sartagine, tertius qui in craticula coquitur. Post hęc, & omne, inquit, sacrificium factum in oleo siue non factum, omnibus filijs Aaron erit, singulis æqualiter. Quod sacrificium est factum in oleo, uel quod est non factum in oleo? Sacrificiũ salutaris in oleo fieri iubetur, sicut suprà iam diximus: sacrificiũ uerò pro peccato non fit in oleo. dicit enim: Non superponet ei oleum, quũ iam pro peccato est: quod ergo pro peccato est, nec oleum lætitię ei, nec thus suauitatis imponitur. Peccãtibus enim dicit Apostolus: Et lugeamus eos qui ante peccauerunt, & nõ egerunt pœnitentiã, nec odor in eis suauitatis est: quia ex persona peccatoris dicitur, Computruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ. Hæc interim à nobis obseruata sunt de superiori capitulo, ubi lex sacrificijs tribuitur pro delicto. Non autem dubito multa esse quæ nos lateant, & sensum nostrum superent. Non enim sumus illius meriti, ut & nos dicere possimus: Nos aũt sensum Christi habemus. Ipse enim solus est sensus, cui patent uniuersa, quæ in legibus sacrificiorum intra literę continentur arcanum. Si enim mererer, ut daretur mihi sensus Christi, etiam ego in his dicerem, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur. Sed nunc contenti paruitate sensus nostri, secundi capituli uideamus exordium. Hęc est, inqt, lex sacrificij salutaris quod offeretur domino. Siquidem pro laudatione offeret illud, & afferet ad sacrificium panes laudationis ex simila factos in oleo, & lagana azyma uncta oleo, & similaginem consperſam in oleo, super panes fermentatos offeret munera sua, quia sacrificium laudationis salutaris eius est. Et auferet ab eo unum de omnibus muneribus suis separationem domino, sacerdoti qui effundet sanguinem salutaris, & carnes sacrificij laudationis salutaris ipsi erũt. Et in qua die donum offertur, manducabunt: & nõ derelinquent ex eo in mane. Sacrificiũ hoc quod salutare appellatur, in duas diuidit partes: unam quidem laudationis nominat, alterã uoti: utrũq; tamen sacrificium salutare nominatur. Verum quoniam non est opus nobis nunc secundum literam instaurare sacrificia, requiramus in nobis quisnam est tantus ac talis, qui sacrificium salutare, & sacrificium laudis offerat deo. Ego illum esse arbitror, qui in omnibus actibus suis facit laudare deum, & impletur per eum illud quod dominus & saluator noster dicit: Vt uideant homines opera uestra bona, & magnificent patrẽ uestrum qui in cœlis est. Ille ergo obtulit sacrificium laudis, pro cuius actibus, pro cuius doctrina, pro cuius uerbo & moribus, & disciplina, laudatur & benedicitur deus. Sicut è cõtrario sunt illi de quibus dicitur: Quia per uos nomen meum blasphematur inter gentes. Obserua tamen & hic, quomodo panes ex simila facti in oleo, & lagana uncta oleo, & simila consperſa in oleo ponuntur, & triplici iterũ sacramento hostia salutaris offertur. Et ad ultimũ: Sacerdoti, inquit, qui effundet sanguinem salutaris, ipsius erit. Superius dixit, sacerdoti qui repropitiauit, ipsius erit: hic dicit, sacerdoti qui effundet sanguinem sacrificij salutaris, ipsius erit. Digno quidem ordine utitur. Prius enim repropitiatio quærenda est, & post hæc offerendum sacrificiũ salutaris. Neq; enim salus esse cuiquam potest, nisi prius sibi propitiũ faciat dominum. Sed & carnes, inquit, sacrificij laudationis salutaris ipsius erunt. Sæpe iã diximus, quod carnes in scripturis solidum indicant cibum, perfectamq; doctrinam. Secundum scripturas enim scio esse animæ cibum quendam lactis, & alium cibum animæ olerum, & alium carnis: sicut ipse apostolus de quibusdam dicit: Lacte uos potaui, non esca, nondum enim poteratis, sed & non adhuc potestis, adhuc enim estis carnales. Et iterum alibi dicit: Alius quidem credit manducare omnia: qui autẽ infirmus est, olera manducet. & rursum alibi: Perfectorum autem est cibus solidus. Hic ergo carnes sacrificij salutaris, quod offertur pro laudatione ipsius, iubẽtur esse sacerdotis. Ex simila uerò tripliciter oblata, ut supra diximus, unum tantũ quod placuerit, sacerdoti deputantur, cætera offerentis sunt laici, ita tamen, ut subdie comedãtur, nec remaneat ex ijs aliquid in mane. Carnes ergo in quibus solidus est cibus & perfecta scientia, sacerdotibus deputantur: quia debent in omnibus esse perfecti, in doctrina, in uirtute, in moribus. Si enim hoc in se non habuerint, de sacrificiorum carnibus nõ edent. Vnum uerò illud quod separatur tanquam præciputum ex tribus, quæ ex simila præcepta sunt, in hoc illã partem scientiæ arbitror designari, de qua superius diximus, quæ perfectã indicat, profundamq; doctrinam. Sed requires fortasse, quum superius fermentũ penitus abiecerit de sacrificijs, quomodo nunc super panes fermẽtatos sacrificium mandat imponi? Verum diligentius intuere, quia non ad sacrificium, sed ad ministeriũ sacrificij fermentatos



tatus panis accipitur. Quid ergo hoc sit, uideamus. Dominus in euangelijs humanam doctrinam pharisæorum, qui tradebant traditiones & præcepta hominum, fermentum appellat, quum dicit discipulis: Obseruate à fermẽto pharisęorũ. Fermẽtum ergo humana doctrina est: uerbi causa, Grammatica ars, uel Rhetorica, uel etiam Dialectica: ex qua doctrina ad sacrificiũ quidem, hoc est in ijs, quæ de deo sentienda sunt, nihil suscipiendũ est. Sermo uerò lucidus & eloquẽtiæ splendor, ac disputandi ratio, ad ministerium uerbi dei decenter iubetur admitti. An non super hoc fermentum habebat uerbi dei sacrificium positum, ille qui dicebat: Corrumpũt mores bonos colloquia mala? Et, Cretenses semper mendaces, malę bestię, uentres pigri: & alia his similia ex fermẽto sumpta Græcorum. Quod autem dicit, sub die comedetur, nec derelinquetur ab eo usq; in mane: conferamus cum cæteris sacrificijs, & uideamus quæ sit ratio, quod in hoc quidem sacrificio salutari eadem die qua offerũtur, præcepit comedenda. In alio uerò sacrificio etiam in secundam diem seruari indulget, & usq; in tertiam: tertia uerò iam die igni tradi quæ superfuerunt, ne polluant offerentem. Quid ergo habeat ista differẽtia, uideamus. Sed uere indigemus auxilio dei, qui omnes adipes cõtegentes interiora nostra digne tur abscindere, & omne crassioris sensus uelamẽ auferre, ut hęc secundum id quod à deo mandari dicitur, posimus aduertere. Conferamus igitur ipsam sibi scripturam diuinam, & qua aperuerit nobis absolutionis semitam, subsequamur. Inuenimus em in sacrificio paschæ, ꝙd in uespera immolari iubetur: dari mandatum similiter, ut nihil remaneat ex carnibus usq; in mane. Non est hoc ociosum, quod hesternis carnibus uesci nõ uult nos sermo diuinus, sed recentibus semper & nouis. Eos maxime, qui sacrificium paschę, uel sacrificium laudis immolãt deo, nouas eos carnes, & recentes ipsius diei edere iubet, hesternas prohibet. Recordatus sum simile aliquid & prophetã Ezechielem dicere, quum ei dominus præcepisset, ut coqueret sibi panes in stercore humano. Respõdit enim domino, & dixit: O domine nunquam contaminata est anima mea in morticino, aut immundũ non introiuit in os meum: sed neq; caro hesterna introiuit in os meum. De quo sępe apud memetipsum requirebam, quænã esset ista prophetæ exultatio, qua uelut magnum aliquid ante Deum proferret: quia nunquam carnem hesternam manducaui. Sed ut uideo, hinc edoctus & ex istis imbutus mysterijs, hęc prophęta loquebatur ad deum: quia non ita abiectus & degener sum sacerdos, ut hesternis, id est ueteribus carnibus uescar. Audite hæc omnes domini sacerdotes, & intentius intelligite quæ dicuntur. Caro quæ ex sacrificijs sacerdotibus deputatur, uerbũ dei est, quod in ecclesia docẽt. Per hoc ergo figuris mysticis commonentur, ut quum proferre ad populum sermonem cœperint, nõ hesterna proferant, non uetera quę sunt sęcundũ literam proloquantur: sed per gratiam dei noua semper proferant, & spiritalia semper inueniant. Si enim ea quæ didiceris à Iudęis die hesterno, hęc hodie in ecclesia proferas: hoc est hesternam carnem sacrificij edere. Si porrò meministis, etiam in oblatione primitiarum eodem sermone usus est legislator, ut sint, inquit, noua & recentia. Vides ubiq; ea quæ ad laudes dei pertinent (hoc enim est sacrificium laudis) nouæ & recentia esse debere: ne forte quum uetera profers in ecclesia, labia tua loquãtur, & mens tua sine fructu sit. Sed audi quid dicit apostolus: Si, inquit, loquar linguis, spiritus meus orat, sed mẽs mea sine fructu est. Quid igitur est? Orabo, inquit, spiritu, orabo & mente: psalmum dicam spiritu, psalmũ dicam & mente. Ita ergo & tu si non ex eruditione spirituali, ex doctrina gratię dei, præsentem & recentem protule ris sermonem in laudibus dei: os quidem tuũ offert sacrificium laudis, sed mẽs tua pro sterilitate hesterna carnis arguitur. Nã & dominus de pane quẽ discipulis dabat, dicebat eis: Accipite & mãducate: nõ distulit, nec reseruari iusit in crastinũ. Hoc fortasse mysterij continetur etiã in eo, quod panem non portare iubet in uia, ut semper recentes, quos intra te geris, uerbi dei proferas panes. Deniq; Gabaonitæ illi propterea condẽnantur, & ligni cæsores, uel aquæ gestatores fiũt, quia panes ueteres ad Israelitas detulerũt, quibus lex spiritalis iubebat semper uti recẽtibus & nouis. Alia sanè sacramentorũ figura est, quæ iubet etiam in altera die, ꝙd superfuerit edi, nihil uerò in tertiam reseruari. De qua suis locis uidebimus. Sed ne illud quidem nos lateat, esse quoddã tempus, in quo benedictio sit ueteribus uesci. Nam dean no septimo, qui remissionis annus, uel sabbatico nominatur ita dicitur: Manducabis, inquit, uetera & uetera ueterũ. Tunc sub septimi anni mysterio (ut diximus) benedictio est, uetera manducare, nunc uerò prohibetur. Sed multum est, excessus habere per hæc singula, & ex occasione testimoniorum longius euagari, quum explanatio sacrificiorum nunc habeatur in manibus. Dicitur ergo in sequentibus: Quod si uotũ fuerit, aut uoluntariũ sacrificauerit munus suum: quocũq; die obtulerit sacrificiũ suũ, edetur: & altera die & quod superfuerit de carnibus sacrificij usq; in diẽ tertium, igni cremabitur. Si autem manducans manducauerit ex carnibus die tertio, non erit acceptum ei qui offeret illud, non reputabitur ei, coinquinatio est. Anima autem si qua manducauerit ex eo, peccatum accipiet. Hoc est nimirum, quod & Dauid dicit in Psalmis: Fiat oratio eius in peccatum: quando non solum nihil meriti, sed etiam culpæ multum ex sacrificijs quæritur. Audis enim legislatorẽ decernere, quia si quis manducauerit ex eo quod superfuerit in tertiã diem, peccatũ accipiet. Vnde cognoscendũ est, quanta humanæ conditioni peccatorum labes immineat, quum oriatur etiam inde peccatum, ubi hostia propitiationis offertur. Hæc credo, considerans beatus Dauid, dicebat in Psalmis: Peccata



Luce 11.
1. Cor. 14.
Matth. 16.
Tit. 1.
Matth. 26
Marc. 6.
Iosue 9.
Leuit. 26.
Leuit. 7.
Psal. 108.
Psal. 18.
2. Cor. 12.
Psal. 37.
Leuit. 7.
Exod. 12.
Exech. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca



quis intelligit? Voti igitur, uel uoluntatis sacrificium est, quo & secunda quidem die uesci fas est, penitus uerò abiuratur in tertiam. Sed dat remedium negligentibus. Si, inquit, inualidus fueris, & non potueris omnes carnes sacrificij secunda die finire, nihil de his in tertia die comedes, sed igni trade quod supererit: si enim uolueris post duos dies manducare de sacrificio, peccatū accipies. Ego (prout sensus mei capacitas habet) in hoc biduo puto duo testamēta posse intelligi, in quibus liceat omne uerbum quod ad Deū pertinet (hoc enim est sacrificium) requiri & discuti, atq; ex ipsis omnem rerum scientiā capi. Si quid autem superfuerit quod non scriptura diuina decernat, nullam aliam debere tertiam scripturam ad autoritatem scientiæ suscipi, quæ hic dies tertia nominatur: sed igni tradamus quod supererit, id est deo reseruemus. Neque enim in presenti uita deus scire nos omnia uoluit, maxime quū id apo
1.Cor.13. stolus dicat: Quia ex parte scimꝰ, & ex parte prophetamus: quum uenerit autē quod perfectum est, destruentur illa quæ ex parte sunt. Iste ergo igniseſt, cui quę in tertium diem superfuerint, seruare debemus: & non temeritate preſumpta assumamus nobis cunctorū scientiam, ut meritò no-
1.Tim.1. bis dicatur ab eodem Apostolo: Nesciētes neq; quę loquuntur, neq; de quibus affirmant. Ne forte ergo nō fiat acceptum sacrificium nostrum, & hoc ipsum quod ex scripturis diuinis cupimꝰ scientiam capere uertatur nobis in peccatum, seruemus eas mensuras, quas nobis per legislatorem
Leuit.7. lex spiritalis enunciat. Et carnes, inquit, quæcunque tactæ fuerint ab omni immundo, non manducabuntur, sed igni cremabuntur. Omnis mundus manducabit carnes: & anima quæcūq; manducauerit carnes sacrificij salutaris, quod est domini, & immunditia eius in eo fuerit, peribit anima illa de populo suo. Et anima quęcunq; tetigerit omnem rem immundam, uel ab immunditia hominis, uel quadrupedum immundorum, uel ab omni abominamento immundo, & manducauerit ex carnibus sacrificij salutaris, quod est domini, peribit anima illa de populo suo. Triplices immunditię causas hic legislator expoſuit. Vnā, ne carnes sacrificiorū aliqua immunditia contingantur. Aliam, ne is qui edit carnes sacrificij, immundus sit, & immunditia eius in ipso sit. Tertiam, quod etsi carnes mundæ sint, & ipse qui edit mundus sit, tamen ne contigerit aliquid immundum, uel à pecoribus, uel ab auibus, uel ex omnibus quæ immunda pronunciata sunt. Et hæc quidem uoluntas est legis, de ritu sacrificiorum corporalium sancientis. Secundum uerò nostrę expositionis ordinem, ubi carnes sanctæ, uerba intelligūtur esse diuina, huiusmodi habēda est obseruatio: quia sæpe accidit mundas carnes cōtingi ab aliquo immundo: ut (uerbi causa dixerim) si quis de deo patre ac de unigenito eius & spiritu sancto, digno deitatis mysterio purū faciat, syncerumq; sermonem: similiter er de omnibus creaturis rationabilibus, tanquā à Deo factis ad hoc, ut caperent & intelligerent eum: non autem consequenti mysterio asserat etiā carnis resurrectionem: Primus quidē eius sermo, quoniā perfecte & sanctè disseruit, solidus cibus & carnes sanctæ sunt. Hoc uerò quod his addit, resurrectionē carnis negando, quia alienum à fide est, superioribus iunctum perfectis & fidelibus uerbis, sanctas carnes contaminauit & polluit: ideo ergo præcepit legislator, ne manducentur huiusmodi carnes, quibus immūditia infidelitatis alicuius adiungitur. Propterea & Apostolus dicit: Etem diem festum celebremus, non in fermento ueteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ: sed in azymis syncēritatis & ueritatis. Secundum immunditię genus est, ne ipse qui carnes edit, immundus sit, & immunditia eius in ipso sit: quod hoc modo intelligi potest, uerbi gratia: Si sit aliquis naturæ florentis & ardentis ingenij, non cōtinuo aptus uidebitur ad suscipienda uerbi Dei mysteria: sed quęritur etiam hoc, ut prius à prophanis actibus & immundis operibus separetur, & ita demum eruditionis capax fiat, si prius capax fuerit sanctitatis. Simile his in Numeris inuenimus scriptū, ubi dominus carnes cœlicas dedit filijs Israel, & dicit: Sanctificamini in crastinum, ut manducetis carnes: hoc ostēdens quod nisi sanctificati essent prius & mundi effecti, carnes eius non darentur deus. Bene autem elementiā dei legislator ostendit, ut non diceret, quia non manducet carnes in quo fuit immundicia: sed ait, in quo immundicia eius est. Nemo etenim ferè inuenitur, in quo nō fuit immundicia. Inueniri autem potest in quo fuerit quidem, sed audita lege Dei ultra iam non sit. Quod si permanet in eo immundicia sua, & his auditis cōuerti non uult & mundari, peribit, inquit, anima illa de populo suo. Tertia est immundicię species, qua is qui mundus est, aliquid contingit immundum, & non tam suo peccato, quàm aliena cōtagione polluitur: utputa si quis utatur societate, amicitijs & consortio hominis liuidi, uel iracundi, uel adulteri, & ipse quidem propriis actibus non inseratur sceleribus eius, uideat tamen eum, & intelligat quomodo fratrem suum odit & homicida est, uel quomodo insidiatur alienæ mulieri & adulter est, uel quomodo in cæteris quibusq; sacrilegus est, nec deprehensis his discedit ab eius consortio, ipse est qui contingit immundum animal, uel auem, uel mortuum, & aliena immundicia ipse pollutus est. De diuersitatibus autem immūdorum, prout occurrere potuit, in superioribus diximus. An non & Apostolus secundum hanc eandem præcepit formam, quum dicit: Nunc autem scribo uobis
1.Cor.5. in epistola, ut non commisceamini. Si quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. In quibus omnibus, quid est aliud quod præcepit, nisi ne alienis peccatis & immundicijs polluamur? Deinde uerò subiungit litera, quod sequitur: Et locutus est, inquit, dominus ad Mosen, dicēs: Loquere





ad filios Israel, & dices: Omnem adipem bouum A & ouium & caprarum non edetis, & adeps morticinorum & à fera captorum non erit ad omne opus, & in esca non edetur. Omnis qui edit adipem ex pecoribus, ex quibus offeretis hostiam domino, peribit anima illa de populo suo. Et omnem sanguinem non edetis in omni abominatione uestra à pecoribus & uolatilibus. Omnis anima quæcunq; manducauerit sanguinem, peribit anima illa de populo suo. Adipes quidem eorū animalium, quæ in sacrificijs offeruntur, & aliorum nonnullorum edi, uel in usu haberi abnegat legislator, sanguinem uerò omnis carnis cōmedi uetat. In superioribus locum mysticum pertractantes, ubi uitulus in holocaustum dabatur pro populo, & adipes imponebantur altari: sanguinem quidem quo ex parte aliqua cornua linebātur, reliquus uerò ad basim effundebatur altaris: eorum accipimus figuram qui resiliuus dicuntur
Rom.11. Israel: & postquam plenitudo gentiū subintroiit, salutem in nouissimis sperāt. Adipes uerò animam diximus Christi, quę est ecclesia amicorum
Ioan.15. eius, pro quibus animam suam ponit. Potest ergo fieri & in hoc loco, ut quod mandat, neq; adi-
Matth.18. pes edat ex ijs quæ domino offeruntur, hoc est quod & dominus dicit: Ne quis scandalizet unū ex istis minimis qui credunt in me. Quod autem sanguis nullius animalis edi iubetur: illud fortasse sit, quod de Israelitis dicit apostolus: Ergo si fracti sunt rami, ut ego inserar, bene propter incredulitatem fracti sunt: tu autem fide stas, noli al
Rom.11. tum sapere, sed time. Et iterum: Noli gloriari aduersum ramos, quod scilicet casui eorum nullus insultet: ne forte (sicut idem apostolus dicit) & tu excidaris, & illi si non permāserint in incredulita
Leuit.7. te, inserantur. Sanguis autem puto, quod populus ille cōpetenter intelligatur. Nō enim ex fide, neq; ex spiritu Abraham, sed tantum ex sanguine eius descendunt. Post hæc & locutus est dominus ad Mosen, dicens: Loquere filijs Israel, dicens: Qui offert sacrificium salutaris sui domino, offerat munus suum in sacrificio salutaris sui, manus eius offerent hostiam Domino. Adipes qui sunt super pectusculum, & pinnam iecoris, offeret ea, ita ut ponantur donum coram Domino: & imponet sacerdos adipem, qui est super pectusculum, super altare, & erit pectusculum Aaron & filijs eius. Et brachium dextrum dabitis separationem sacerdoti à sacrificijs salutaribus ueſtris, qui offert sanguinem salutaris, & adipem ex filijs Aaron. Ipsi erit brachium dextrū in parte. Pectusculum enim impositionis, & brachiū dem
Exod.29. ptionis accepi à filijs Israel, & sacrificijs salutaribus ueſtris, & dedi ea Aaron sacerdoti & filijs eius: legitimum æternum à filijs Israel est. Sacrificium quod dicit salutare (quod sacrificium nemo offert domino, nisi qui sanus est, & salutis suæ conscius) gratias Domino refert. Nemo ergo qui æger est animo, & languidus in operibus, offerre poteſt sacrificiū salutare. Vis uidere quia nemo æger & languidus poteſt illud offerre sactificiū?

Lepro sus ille quem in euāgelio Dominus sanaſ- Matth.8.
se describitur, nō poterat offerre hostiam, donec lepræ ægritudine tenebatur. Quū autem acceſsit ad Iesum & mundatus est, tunc iubetur domino offerre munera ad altare, quod præcepit, inquit, Moses in testimonium illis. Audisti quis sit qui offerre debeat hostiā salutaris: audi nūc quomodo debeat offerre. Manus, inquit, eius offerēt hostiā domino. Nunquid non euidenter clamat legislator, quia non homo est qui offert hostiam, sed manus eius, id est opera eius? Opera namque sunt, quæ cōmendant hostiam deo. Si enim contracta sit manus tua ad dandum, & expansa ad accipiendum, intra te est adhuc lepra tua, & offerre non potes hostiam salutaris. Manus ergo eius offerent sacrificium salutaris, & manus eius offerēt B ea quę domino offerenda sunt, id est adipem qui super pectusculum est, & pinnam iecoris. In hoc loco ubi nos habemus, manus eius offerent hostiam deo: in Græcis habetur pro hostia, ὁλοκαρπώματα, quod intelligitur, omnem fructū. Per quod ostendit, non posse Domino offerre omnem fructum, eum qui infructuosus est, qui nō affert fructum iusticiæ, fructū misericordiæ, uel etiam fructus spiritus: quos enumerat Apostolus, charitatem, gaudium, pacem, patientiā, unanimitatem, Gal.5.
& cętera his similia. Vnde & in alio loco prophe Psal.19.
ta dicit: Et holocaustū tuum pinguefiat. Osseret adipes qui super pectusculum sunt, & pinnam iecoris, quæ superponantur altari. De adipibus sæpe iam diximus. Quod autē dicit, adipes qui super pectusculum sunt: pectusculum tuum intelli C
ge esse cor tuum, de quo tibi auferendæ sunt malæ cogitationes (inde enim procedunt) & altaris igni tradendæ, ut possit cor tuum mundum esse- Matth.12.
ctum, dominū uidere. Sed & pinnam iecoris prę Matth.5.
cepit offerendā. Diximus & ante, iecoris partem loco iracundiæ, uel cupiditatis poni. Offert ergo pinnam iecoris, qui ex se omne uitiū iræ & furoris excidit. Adipes igitur sunt super pectusculū, imponūtur altari: ipsum uerò pectusculum Aaron & filijs eius: sed & brachium dextrum separari præcepit, & esse muneris loco ex sacrificio salutari. Vides quibus muneribus honoratur sacerdos. Pectusculū accipit & brachiū, sed brachium dextrū. Putamus non esse aliquid rationis, quod ex omnibus membris animaliū quæ iugulantur in sacrificijs, hęc potissimū membra delecta sint? Ego puto, quod si quis dicit se esse sacerdotē dei, nisi habeat pectus ex omnibus membris electū, nō est sacerdos: & nisi habeat brachium dextrū, non potest ascendere ad altare domini, nec sacerdos nominari. Quod ergò est sacerdotis pectus, aut quale? Ego tale puto esse, quod plenum sit sapientia, plenum scientia, plenum omni diuina intelligentia. Et quid dico plenū intelligentia? Imò quod plenum sit deo: quale est & brachiū sacerdotis, ꝗd ei offerunt filij Israel pro salute sua qua saluantur? Formæ sunt singula ista quæ scribuntur in lege, eorum quæ in ecclesia geri debent, alioquī nec fuisset necessariū legi hæc in ecclesia;

Universidad de Deusto
Biblioteca



nisi ex his ædificatio aliqua audientibus prębere A
tur. Si ergo sacerdos ecclesiæ per uerba & doctri
nam, & multam sollicitudinem suam, & laborem
uigiliarū conuertere potuerit peccatorem, & do
cere eum ut meliorē uiam sequatur, ad timorem
dei redeat, cogitet spem futurorū: à malis actibus
desinat, & conuertatur ad bonos: si, inquam, tale
opus fecerit, consequens est, eum qui ipsius labo
re saluat, Deo gratias agere, & offerre hostiā salu
taris pro eo quod salutem consecutus est. In qua
hostia pars efficitur sacerdotis, pectusculū & bra
chium dextrum. Vt sit indiciū quod pectus eius,
& cor, quod ante mala cogitabat, sacerdotis labo
re conuersum recepit cogitationes bonas: & ita
mundatum est, ut etiam dominum possit uidere.
Similiter in brachio illud indicium est, quod ma B
la eius opera & sinistra, quæ sunt utique praua &
non bona, conuertit in dextera, ut sint secundum
deum. Et hoc est dextrum brachium, in quo pars
dicit esse sacerdotis. Sed & uos deprecamur, qui
hęc auditis, detis pectuscula, offeratis pectora ue
stra sacerdotib. Dei, ut auferāt ex his omne quod
crassum est, ut sacerdotalem eam faciant portio-
nem. Date nobis etiā brachia, sed dextra à uobis
poscimus brachia, sinistra minime uolumus, de-
xtra à uobis opera requirimus. Sed & hoc quod
addit, pectusculū dici appositiōis & brachiū, dē-
ptionis, nō sine causa dictū uidetur: et ideo uelim
requirere, quid est quod apponendum est pectu
sculo, ut fiat pectusculū appositiōis. Posteaquam
ablatū fuerit à corde tuo omne quod crassum est, C
& mundatum fuerit ab omni operimento, quod
igni tradendum est, restat ut ei apponatur gratia
spiritus sancti, & tunc fiet pectusculū appositio-
nis. Sed & brachium separationis siue demptio-
nis, quomodo erit & brachium separationis? Sci
as & intelligas discernere, quę sint opera lucis, &
quæ sint opera tenebrarum, & separa actus lucis
de tenebris, ut sint opera tua in lumine. Brachiū
tuum utiq; efficitur brachiū separationis: uel quū
separaueris te ab omni fratre inquiete ambulan-
te: uel certè quum secundum prophetam separāt
Num.16. se, & exeunt de medio peccatorum, qui portant
uasa domini. Deniq; uernacula quadam consue-
tudine scripturę, id cōmune esse dicitur quod im
mundum est, sicut & ad Petrum uox de cœlo di- D
Act.10. cit: Quod deus mundauit, tu commune ne dixe-
ris. Consequenter ergo, si id quod immundū est,
cōmune appellatur: quod sanctum est, nomina-
bitur separatū. Sed & illud addimus: Si quis dei
solius seruus est, cōmunis non potest dici: si quis
autem communis est, dubium non est quod mul
torum sit, & ideo cōmunis dicatur. Grande est in
hoc sermone mysterium, quod Israel secundum
carnem in usum quidē habet, sed intellectū non
habet communem. Dicunt & illi hominem im-
mundum, sed cur communis dicatur, ignorant.
Discāt ergo ab ecclesia dei, quod qui sanctus est,
solius dei est, & cum nullo ei cōmunio est: qui au
tē peccator est, & immūdus & multorū est. Multi
enim dæmones possident eum, & ideo commu-

nis appellatur. Deniq; ille qui in euangelijs à do-
mino curatus est, quum interrogatus esset, quod
tibi nomē est, dixit: legio, multi enim sumus. Hęc
licet in excessu quodam, necessariò tamē addita
uidentur, ut mysterium pectusculi impositionis
& brachij separationis, quare scriptum sit dille-
remus, quæ est æterna portio sacerdotibus data:
qua dignos nos facere deus dignetur, ut pro cor-
dis puritate & operū probitate in diuino sacrifi-
cio habere participium mereamur: per æternum
pontificem Dominum saluatorem nostrū Iesum
Christum, cum quo est deo patri, cum spiritu san
cto, gloria & imperiū in secula seculorū, Amen.

## DIVI CYRILLI IN LEVITICVM LIBER SEXTVS.

*De indumentis pontificis & sacerdotum.*

AVSAM quare hæc quæ nobis re-
citantur intelligi possint, aut non
intelligi, breuiter ostēdit Apos-
tolus, dicens: eius oculis posse uete-
ris testamenti uelamen auferri, qui
conuersus ad dominū fuerit. Ex quo sciri uolui,
quod quanto minus hæc nobis plana sunt, tanto
maior esse debet ad dominum nostra conuersio.
Et ideo omni uirtute nitendum est, ut ab occupa
tionibus seculi, & à mundanis actibus liberi, &
ipsas etiam (si fieri potest) superfluas sodalium fa
bulas relinquentes, uerbo dei operam demus: &
in lege eius meditemur die ac nocte, ut toto cor-
de conuersi, reuelatam & apertam Mosi faciem
possimus aspicere: & maxime in ijs quæ nunc re
citata sunt de sacerdotalibus indumentis, uel de
consecratione pontificis: in quibus talia quæ dā
dicūtur, ut etiam illum ipsum carnalem Israel ab
historica intelligētia penitus excludant. Et ideo
nobis ad hęc exponenda non humani ingenij ui
ribus nitendum est, sed orationibus & precibus
ad deum animi nostri conuertendi. In quo etiam
uestro adiutorio indigemus, ut Deus pater uer-
bi det nobis uerbum in apertione oris nostri, ut
possimus considerare mirabilia de lege eius. Est
ergo initium eorum quæ hodie recitata sunt in
his uerbis: Hæc est unctio Aaron, & unctio filio
rum eius ab hostijs domini, qua die applicuit eos
sacrificare domino, sicut præcepit dominus dare
illis, qua die unxit eos à filijs Israel, legitimū æter
num in progenies eorū. Hæc est lex holocausto
rū & pro peccato, & pro delicto, & cōsummatio
nis et sacrificij salutaris, sicut mandauit dominus
Mosi in monte Sina, qua die præcepit filijs Israel
offerre munera sua coram domino in deserto Si-
na. Quum proposuerit dicere legislator, hæc est
unctio Aaron & filiorū eius: non subiunxit, quæ
esset unctio, nec qualiter unxisset exposuit: sed
hoc quidem in sequentibus facit. Nunc uero po
steaquam dixit, hęc est unctio Aaron & filiorum
eius, nihil de unctione subiūgit. Profecto ut ostē
deret, quia hęc quę supra dixerit, id est pectuscu-
lum impositionis, & brachium separationis, ipsa
esset unctio Aaron & filiorū eius: nec putaremus
illa pro carnalibus dicta, sed ut doceret etiā ipsa



sub sacramento unctionis inserta. Deniq; in se- A
quentibus repetit ea quæ superius exposuerat, et
dicit: Hęc est lex holocaustorum & sacrificij pro
peccato. hæc, id est, quæ supra exposita sunt, ut ui
deatur esse ἀνακεφαλαίωσις, id est, recapitulatio sa-
Leuit.8. cramentorū, quę in superioribus latius fuerant e-
narrata. Post hæc uero subiungit: Et locutus est,
inquit, dñs ad Mosen, dicens: Sume Aaron & fi-
lios eius, & stolas & oleū unctionis, & uitulū qui
est pro peccato, & duos arietes, & canistrum azy
morū, & oēm synagogā cōuoca ad iāuā taberna-
culi testimonij. Et fecit Moses sicut præcepit ei
dñs: & cōuocauit synagogā ad ianuā tabernacu-
li testimonij: & dixit Moses ad synagogā, hoc est
uerbū ꝙd mandauit dñs facere. Et applicuit Mo-
ses Aarō fratrē suū & filios eius, et lauit eos aqua, B
& uestiuit eū tunica, & precinxit eū zona: & uesti
uit eū tunicā interiorē, & imposuit ei humeralē,
& cinxit eū secundū facturā humeralis, & cōstrin
xit eū in ipso. Et imposuit super eū logiū, & impo
suit super logiū manifestationē & ueritatē: & im-
posuit mitrā super caput eius. Et posuit super mi
tram ante faciem eius laminam auream sanctifica
tam, sicut præceperat dominus Mosi. Intentis au
ribus & uigilanti corde consecrationē pontificis
1.Pet.2. uel sacerdotis audite: quia & uos secūdū promis-
sa dei sacerdotes domini estis: gēs enim sancta &
sacerdotium estis. Accepit enim Moses secundū
præceptū domini Aaron & filios eius: & primo
quidem lauat, postea uerò et induit eos. Conside
rate diligentius ordinem dictorum, primo lauat, C
Ps.2. postea induit. Non em̄ potest indui, nisi ante lo-
tus fuerit. Lauamini ergo, & mundi estote, aufer
te nequitias uestras ab animis uestris. Nisi enim
hoc modo lotus fueris, nō poteris induere domi
Rom.13. num Iesum Christum, secundū quod dicit Apo-
stolus: Induite dominum Iesum Christum, & car
nis curam ne feceritis in cōcupiscentijs. Lauet te
igitur Moses, ipse te lauet, & ipse te induat. Quo
modo te lauare potest Moses, frequenter audisti.
Sæpe em̄ diximus, quod Moses in scripturis san-
Luce 16. ctis pro lege ponatur, sicut in euāgelio dictū est:
Habēt Mosen & prophetas, audiant illos. Lex
ergo dei est, quæ te lauat. Ipsa sordes tuas diluit,
ipsa si audias eam, peccatorum tuorum maculas
abstergit. Ipse est Moses, hoc est lex, quæ sacerdo D
tes consecrat: neq; potest sacerdos esse, quem nō
lex constituerit sacerdotem. Multi enim sunt sa-
cerdotes, sed quos non lauit lex, neq; puros red-
didit uerbum dei, neq; abluit à peccatorum sordi
bus sermo diuin⁹. Sed & uos qui sacrū baptisma
deliderati accipere, & gratiam spiritus promere
ti, prius debetis ex lege purgari, prius debetis au
dito uerbo dei, uitia beluina resecare, & mores
barbaros ferosq; componere: ut mansuetudine
& humilitate susceptra, possitis etiam gratiam san
Esa.66. ctī spiritus capere. Sic em̄ dicit dominus per pro
pheta: Super quem requiescam, nisi super hu-
milem & quietum, & trementem sermones
meos? Si humilis non fueris & quietus, non po-
test inhabitare in te gratia spiritus sancti: neque

requiescet in te spiritus domini, si nō cum tremo
re susceperis uerba diuina. Superbam nanq; & con
tumacē animā, & fictam refugit spiritus sanctus. Sapien.1.
Debes ergo prius meditari legem Dei, ut si forte
actus tui intemperati sunt, & mores incōditi, lex
te emēdet & corrigat. Vis uidere qa Moses sem-
per cum Iesu est, hoc est, lex cum euangelijs, do-
ceat te euangeliū. Quia quū transformatus esset
in gloriam Iesus, etiam Moses & Helias simul Matth.17.
cum ipso apparuerunt in gloria. Vt scias quia lex
& propheræ & euangeliū in unum semper ueni-
unt, et in una gloria permanēt. Deniq; et Petrus,
quum uellet ei tria tabernacula facere, de imperi
tia notatur, tanquā qui nesciret quid diceret. Le-
gi enim & prophetis, & euangelio non tria, sed
unū est tabernaculum, quæ est ecclesia domini.
Lauat ergo primo Moses sacerdotem dei, & quū
eum lauerit, & purgatum reddiderit sordibus ui-
tiorum, post hæc induit eum. Sed consideremus
quæ sint ista indumēta, quibus induit Moses fra-
trem suum Aaron pontificem primum: si forte
possibile sit, etiam tibi indui eisdem uestimentis,
& esse pontificem. Est quidem unus pōtifex ma-
gnus, dominus noster Iesus Christus: sed ille nō
sacerdotū est pontifex, sed pontificum pontifex:
nec sacerdotum princeps est, sed princeps princi
pum sacerdotum. Sicut & rex nō dicitur plebis,
sed regum rex: & Dominus non seruorum, sed
dominus dominorum. Potest ergo fieri, si et quis
lotus fuerit per Mosen, & fuerit ita mūdus, quasi
quem Moses lauerit, tātus ille ac talis possit etiā
peruenire ad hæc indumēta, quæ profert Moses,
& stolas istas, quibus induit Aaron fratrem suū,
& filios eius. Sed non solum indumētis opus est
ad sacerdotales infulas, uerū & cingulis. Sed pri-
usquam de specie ipsa indumētorum dicere inci
piamus, uelim conferre illa infelicia indumenta,
quibus primus homo quū peccasset indutus est,
cum his sanctis & fidelibus indumētis: & quidē
illa dicitur deus fecisse: Fecit enim, inquit, deus tu-
nicas pelliceas, & induit eas Adam & mulierem Gen.3.
eius. Ille ergo tunicæ de pellibus erant ex anima-
libus sumptę. Talibus enim oportebat indui pec
catorem. pelliceis, inquā, tunicis, quæ essent mor
talitatis, quam pro peccato acceperat, & fragilita 2.Cor.5.
tis eius, quę ex carnis corruptione ueniebat, indi
cium. Si uerò iam lotus ab his fueris, & purifica-
tus per legem dei, induet te Moses indumēto in-
corruptiōis, ita ut nusquam appareat turpitudo
tua, & ut absorbeatur mortale hoc à uita. Videa-
mus ergo quali ordine pontifex cōstituitur. Con
uocauit, inquit, Moses synagogā, & dixit ad eos:
Hoc est uerbum quod præcepit dominus. Licet
ergo dominus de constituendo pontifice præce-
pisset, & dominus elegisset, tamen cōuocatur et
synagoga. Requiritur enim in ordinando sacer-
dote, & præsentia populi: ut sciant omnes, & cer-
ti sint, quod præstātior est ex omni populo. Qui
doctior, qui sanctior, qui in omni uirtute eminen
tior, ille eligitur ad sacerdotium: & hoc adstante
populo, ne qua postmodum retractatio cuiq; ne

Universidad de Deusto
Biblioteca



quis scrupulus resideret. Hoc est autem, quod & A
Apostolus præcepit in ordinatione sacerdotis, di-
1.Tim.3. cens: Oportet aũt & testimonium habere bonũ
ab ijs qui foris sunt. Ego aũt & amplius uideo ali
quid in eo quod dicit, quia cõuocauit Moses o-
mnem synagogam, & puto quod cõuocare syna
gogam, hic sit colligere, & in unum congregare
omnes animi uirtutes: ut quũ sermo de sacerdo-
talibus sacramẽtis habetur, uigilẽt omnes animi
uirtutes, & internæ sint. Nihil sapientiæ, nihil sci-
entiæ, nihil desit industriæ, sed adsit omnis multi-
tudo sensuũ, adsit omnis congregatio sanctarum
cogitationum, ut quid sit pontifex, quid unctio,
quid indumenta eius, conferẽs intra sacrariũ cor-
dis sui possit aduertere. Lauit ergo eũ & induit.
Quali indumento? Tunica, inquit, & præcinxit B
eum zonam, & iterũ uestiuit eum tunicã talarẽ:
uel, ut alibi legimus, interiorẽ. Duabus, ut uideo,
tunicis per Mosen induitur põtifex. Sed quid fa-
cimus, quia Iesus sacerdotes suos, Apostolos no
Matth.10. stros prohibuit uti duabus tunicis? Et si dixeri-
mus quod Moses & Iesus, id est lex & euangelia,
sibi inuicẽ cõsonarẽt: posset fortasse dicere alius,
quia quõd præcepit Iesus duas tunicas nõ haben
Exod.20. das, non est contrariũ legi, sed perfectius lege. Si
Matth.5. cut & quum lex homicidiũ uetat, Iesus etiam ira-
cundiam resecat. Et quũ lex prohibet adulteriũ,
Iesus etiã concupiscentiã cordis abscindit. Sic er
go uidetur et duabus ante tunicis põtificem, hic
unã Apostolos induisse: siquidem etiam iste sen-
sus probabilis sibi uidetur. Ego tamen non intra C
huius intelligẽtię angustiã pontificalia sacramen
ta cõcludo, amplius mihi ex ista forma aliquid ui
detur ostendi. Pontifex est qui scientiam legis te-
net, & uniuscuiusq; mysterij intelligit rationes: &
ut breuiter explicẽ, qui legem & secundũ spiritũ,
& secundũ literam nouit. Sciebat ergo pontifex
ille, quẽ tunc ordinabat Moses, quia esset circun-
cisio spiritalis: seruabat tamen & circumcisionem
carnis, quia incircuncisus pontifex esse non pote
rat. Habebat ergo iste duas tunicas, unã minister-
ij carnalis, & aliã intelligentiæ spiritalis. Sciebat
quia & sacrificia spiritalia offerri debent deo, offe
rebat tamen nihilominus & carnalia. Non enim
poterat esse pontifex eorum, qui tunc erant, ni-
si hostias immolaret. Ita ergo conuenienter ille D
põtifex duabus indut9 tunicis dicitur. Apostoli
Gal.5. uerò qui dicturi erãt, Quia si circũcidamini, Chri
stus nihil uobis proderit: & qui dicturi erãt, Quia
Coloss.3. nemo uos iudicet in cibo, aut in potu, aut parte
diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorũ, quæ sunt
umbra futurorum: isti ergo ut huiusmodi secun-
dum literam legis obseruantias penitus repudia
rent, nec occuparent discipulos Iudaicis fabulis,
Act.15. & imponerent eis iugum, quod neq; ipsi, neq; pa
rentes eorum portare potuerunt: meritò duas ha
bere tunicas prohibent, sed sufficit eis una, et hęc
interior. Nam istam quæ foris est, & quæ desuper
apparet, legis tunicã ipsi nolunt. Vnam nanq; eis
Iesus, & ipsam interiorẽ habere permittit. Impo-
nit tamẽ Moses pontifici & humeralẽ, qui est hu-
merorũ quidẽ ex circunductione uestis ornatus.
Humeri aũt, operum tenẽt laboris indicia. Vult
ergo pontificem esse etiã in operibus ornatũ: nec
sufficit sola scientia. Quia qui fecerit & docuerit,
hic magnus uocabitur in regno cœlorum. Et ein
xit, inquit, eum secundũ facturã humeralis. Iam
& superius dixerat, quia cinxerat eũ zona super
tunicam, & modò iterum cingitur secundũ factu
ram humeralis. Quod est istud duplex cingulum
quo constrictũ uult esse ex omni parte pontificẽ?
Constrictus sit in uerbo, constrictus in opere, ex-
peditus ad omnia, nihil remissum, nihil habeat
dissolutum. Accinctus sit animi uirtutibus, con-
strictus sit à corporalibus uitijs. Nullũ animæ la-
psum, nullũ corporis timeat, utroq; cingulo sem-
per utatur, ut sit sanctus corpore & spiritu. Bene
aũt est, quod & secundũ facturam humeralis cin-
gitur. Secundũ facturã enim suam, & secundum
opera sua cingulo uirtutis utetur. Et post hæc, in
quit, imposuit super eum logium, quod est ratio
nale, & imposuit super logium manifestationem
& ueritatem, & imposuit mitrã super caput eius.
Sed uideamus quid logium, quid rationale signi
ficet. Posteaq; nuditas tecta est, & indumẽtis tur
pitudo uelata, postquã munitus operibus, & cin
gulo utroq; formatus, logium ei, id est, rationale
traditur. Logium, sapientiæ indiciũ est, quia sapi
entia in ratione consistit. Sed quę sit sapientię hu
ius & ratiõis uirtus ostẽdit. Imponit eñ super ra-
tionale manifestationẽ & ueritatem. Non enim
sufficit pontifici habere sapientiã, & scire omnia C
rationem, nisi possit etiã populo manifestare quę
nouit. Ideo ergo imponitur ei rationale & mani-
festatio, ut possit respondere omni poscenti sera
tionem de fide et ueritate. Ponitur aũt super illud
& ueritas, ut non illa astruat, quę proprio excogi
tare quiuit ingenio, sed quę ueritas habet: nec un
quã à ueritate discedat, ut in omni sermone eius
semper ueritas maneat. Hoc est ergo suppositũ
rationali manifestationẽ & ueritatem. Infelices il
li, qui hæc legentes, omnẽ intelligentiã suã erga
sensus uestimenti corporalis effundunt. Dicant
nobis, quale est uestimentũ manifestationis, aut
indumẽtum quale est ueritatis? Si quis unquam
uidit, si quis audiuit manifestationẽ & ueritatem
indumẽta nominari, dicat nobis quæ sunt mulie D
res, quæ ista texuerunt? In quo hęc unquam sunt
cõfecta textrino? Sed si uerum uultis audire, sa-
pientia est quæ huiusmodi confecit indumenta.
Illa occultorũ manifestationem, illa texit rerum
omnium ueritatem. Hanc ergo oremus à domi-
no ut accipere mereamur, & ipsa nos talibus ci-
cũdabit indumentis. Sed & ipse ordo rerũ quãm
sanctus sit, & quàm mirabilis, intuere. Non ante
logium, & postea humerale: quia nõ ante sapien
tia quàm opera, sed prius opera haberi debent, et
postea sapientia quærenda. Tum deinde non an
te manifestatio, quàm rationale: quia nõ ante al-
os docere, quàm nos instructi & rationabiles es-
se debem9. Super hæc autẽ additur ueritas, qua
ueritas est summa sapientia. Denicq; & prophęta



hunc eundem ordinem seruat, quum dicit: Semi A
Osee 10. nate uobis ad iusticiam, & metite fructum uitæ:
illuminate uobis lumen scientiæ. Vides quomo-
do non dicit primo, illuminate uobis lumen sci-
entiæ: sed primo, seminate uobis ad iusticiam. Et
non sufficit seminare: sed, metite, inquit, fructum
uitæ, ut post hæc possitis implere quod sequitur,
illuminate uobis lumẽ scientiæ. Sic ergo etiã hic
imponitur humeralis ornatus, & id non sufficit,
sed & zona cõstringitur. Sed & hoc quidem nõ
satis est, secundo adhuc cingitur, ut ita demum ra
tionale possit imponi, ut post hæc manifestatio
subsequatur & ueritas. His indumentis pontifex
utitur, tali ornatu debet indui qui sacerdotiũ ge-
rit: sed nõdum finis. Et alius adhuc addendus or
natus est: necesse est enim, ut accipiat etiam coro B
nam. Propterea accipit primo cydarim, quod est
uel operimẽtum quoddam capitis uel ornamen-
tum. Et post hęc superponit ei mitra ante faciem:
id est, à fronte pontificis lamina aurea sanctifica-
ta, in qua sculptum dicitur uocabulum dei. Verũ
iste capitis ornatus, ubi nomen dei impositum di
citur, post illa omnia, quibus inferiora corporis
membra fuerant exornata, superponitur. In quo
mihi indicari uidetur, quod super omnia, quę uel
de mundo, uel de cæteris creaturis sentiri aut in-
telligi possunt, eminentior, tanq; autoris omniũ,
& ornatus iste super omnia capiti superponitur:
nihil enim post hæc additur pontificis capiti. Et
Coloss.2. ideò miseri sunt illi, de quibus dicit Apostolus: C
Quia non tenent caput, ex quo omnis iunctura
conexa et cõpaginata crescit in incrementũ Dei
in spiritu. Sed nos, si bene intellexerimus quis
sit sacerdotis ornatus, quiúe super omnia honor
capitis eius: mysteriorũ diuinorum profunda ri-
Rom.2. mantes, nõ scire tantũ hęc & audire, sed & imple
re desideremus & facere: Quia non auditores le
gis iustificabũtur apud dominũ, sed factores. Po-
tes enim & tu (ut sæpe iam diximus) si studijs &
uigilijs tuis huiuscemodi tibi præparaueris indu
mẽta, si te abluerit & mundũ fecerit sermo legis,
& unctio chrismatis, & gratia in te baptismi incõ
taminata duraverit, si indutus fueris indumentis
duplicibus literæ ac spiritus: si etiã dupliciter ac
cingaris, ut carne & animo castus sis: si humeralí D
operũ & sapiẽtia rationali orneris, si etiam mitra
tibi, & lamina aurea, plenitudo scientię dei caput
coroner: scito te (etiam si apud homines lateas et
1.Cor.3. ignoreris) apud dominũ tamen agere pontifica-
tum intra animæ tuę templũ. Vos enim estis tem
plum dei uiui, si spiritus dei habitat in uobis. Post
hæc, quæ de cõsecratione eius dicuntur, & de un
ctione, sparsim à nobis & sæpe disserta sunt. Qđ
autem dicit: Et applicuit Moses filios Aaron, &
induit eos tunicas, & præcinxit eos zonas, & im
posuit eis cydaras, sicut præcepit Dominus Mo-
si. Attendendum est, quæ sit differẽtia minorum
sacerdotum ad maiora sacerdotia. Istis nec9 bina
indumenta traduntur, nec9 humeralis, nec9 ratio
nalis, nec9 capitis ornatus, nisi tantum cydaris &

zonæ, quæ tunicam stringant. Et isti ergo accipi-
unt sacerdotij gratiam, & isti funguntur officio:
sed non ut ille, qui & humerali & rationali orna-
tur, qui manifestatione & ueritate resplender,
qui aureæ laminæ ornamento decoratur. Vnde
arbitror aliud esse in sacerdotibus, officio fungi,
aliud instructũ esse in omnibus & ornatũ. Quis-
que enim potest solenni ministerio fungi ad po-
pulum: pauci tamen sunt, qui ornati moribus, in-
structi doctrina, sapientia eruditi, ad manifestan-
dam ueritatem rerum sint peridonei, & qui scien
tiam fidei non sine ornamento sensuũ & assertio
num fulgore depromant, quod aureæ laminæ ca
piti impositæ designat ornatus. Vnũ igitur sacer
dotij nomen, sed nõ una uel pro uitæ merito, uel
pro animi uirtutibus dignitas. Et ideò in ijs, quæ
lex diuina describit, ueluti in speculo inspicere
debet unusquisq; sacerdotũ, & gradus meriti sui
inde colligere. Qui si se uideat in his omnib. (quę
supra exposuimus) positum pontificalibus orna
mentis, si cõscius sibi sit, quod uel in scientia, uel
in actibus, uel in doctrina tãtus ac talis sit, sciat se
summũ sacerdotiũ non solũ nomine, sed & meri-
tis obtinere. Alioquin inferiorẽ libi gradũ positũ
nouerit, etiã si primi nomen acceperit. Non nos
sanè debet præterire etiam hoc, quod potest à stu
dioso lectore pferri, in quo & ego sæpe mecũ ip-
se hęsitaui. In Exodo enim legens, ubi de sacerdo Exod.28.
talibus mandatur indumentis, inueniо octo esse
species, quæ pontifici pręparantur, hic uerò sep-
tem tantũmodo numerãtur. Require ergo quid
sit, quod omissum est. Octaua species ibi ponitur
campestre, siue (ut alibi legimus) femoralia linea,
de quo hic inter cætera siluit indumẽta. Quid er
go dicemus? obliuionem dabimus in uerbis spi-
ritus sancti, ut quũ cætera omnia secundo enarra
uerit, in una eum specie superius dicta ueritas la-
tuerit? Non audeo hoc de sacris sentire sermo-
nibus. Sed uideamus ne forte, quoniam in super-
ioribus diximus hoc genꝰ indumẽti, indiciũ ca-
stitatis uideri, quo uel femora operiri, uel cõstrin
gi renes uidentˉ ac lumbi: ne forte, inquã, nõ sem
per in illis qui tunc erãt sacerdotes, has partes di-
cat esse debere cõstrictas. Aliquãdo eñ & de po
steritate generis, & successu sobolis indulgetur.
Sed et ego in sacerdotib. ecclesiæ huiusmodi in-
telligentiam nõ introduxerim. Alio nanq; uideo
rem currere sacramento. Possunt enim et in eccle
sia sacerdotes & doctores filios generare, sicut et
ille qui dicebat: Filioli mei, quos iterũ parturio, Gal.4.
donec formetur Christus in uobis. Et iterũ alibi
dicit: Tametsi multa millia pædagogorũ in Chri 1.Cor.4.
sto habeatis, sed nõ multos patres. Nã in Christo
Iesu per euangeliũ ego uos genui. Isti ergo docto
res ecclesiæ in huiusmodi generationib. procrea-
ndis, aliquando cõstrictis femoralibus utuntur,
& abstinent à generando: quum tales inuenerint
auditores, in quibus sciant se fructũ habere non
posse. Denicq; in Actibus apostolorũ refertur de Act.10.
quibusdã, quod nõ potuerũt, inquit, in Asia uer-
bũ dei log: hoc est, imposita habuisse femoralia,

Universidad de Deusto
Biblioteca



& continuisse ne filios generarent: qui scilicet tales erant auditores, in quibus & semen periret, & nõ posset haberi successio. Sic ergo ecclesię sacerdotes, quum incapaces aures uiderint, aut quum simulatos inspexerint, & hypocritas auditores, imponant campestre, utantur femoralibus. Non enim pereat semen uerbi dei, quia & dominus ea
Matth.7. dem mandat & dicit: Nolite mittere sanctum canib. neq; margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus, & conuersi dirumpant uos. Propterea ergo, si quis uult pontifex nõ tam uocabulo esse, quam merito, imitet Mosen, imite
Exod.33. tur Aaron. Quid enim dicitur de eis? Quia non discedunt de tabernaculo domini. Erat ergo Moses indesinenter in tabernaculo Domini. Quod autẽ opus eius erat, ut à deo aliquid disceret, aut ipse populum doceret. Hæc duo sunt pontificis opera, ut à deo discat legendo scripturas diuinas, & sæpius ruminando: aut populum doceat. Sed illa doceat, quæ ipse à Deo didicerit, non ex proprio corde, uel ex humano sensu: sed quę spiritus
Exod.17. docet. Est et aliud opꝰ quod facit Moses. Ad bellum non uadit, non pugnat contra inimicos: sed quid facit? Orat, & donec ille orat, uincit populꝰ eius. Si relaxauerit & dimiserit manus, populus eius uincitur & fugatur. Oret ergo & sacerdos ecclesiæ indesinenter, ut uincat populus, qui sub ipso est, hostes inuisibiles Amalechitas, qui sunt dæmones impugnantes eos qui uolunt pie uiuere in Christo. Et ideò nos in his meditãtes, & hæc die ac nocte ad memoriam reuocantes, & oratio
C ni instantes ac uigilantes in eis, deprecemur Dominum, ut nobis ipse horum quæ legimus scientiã reuelare dignetur, & ostendere quomodo spiritalem legem non solum intelligentia, sed et actibus obseruemus: ut spiritalem gratiam consequi mereamur, illuminati per legem spiritus sancti, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

*Sexti libri finis.*

## DIVI CYRILLI IN LEVITICVM LIBER SEPTIMVS.

*De eo quod mandatum est Aaron & filijs eius, ut uinũ & siceră non bibant, quũ ingrediuntur tabernaculum testimonij, uel quum accedunt ad altare: & de pectusculo appositionis, & brachio separationis, & de mundis uel immundis animalibus, uel cibis.*

PLVRA quidem superiore lectione fuerant recitata, ex quibus temporis breuitate constricti, pauca admodum diximus. Non enim nunc exponendi scripturas, sed ædificandi ecclesiam ministerium gerimus: quamuis & ex ijs quæ à nobis tractata sunt, prudens quisq; auditor euidenter ad intelligendum possit semitas inuenire. Et ideò ex ijs quoq; quæ nunc lecta sunt, quoniam cuncta nõ possumus, aliqua tamẽ quæ ædificent auditores, ueluti agri pleni, quẽ benedixit dominus, flosculos colligemus. Quid ergo sit quod nunc nobis
Gen.27. lectum est, uideamus. Et locutus est dominus ad
Leuit.10. Aaron, dicens: Vinum & siceram non bibetis tu & filij tui tecum, quũ intrabitis in tabernaculum testimonij, aut quũ accedetis ad altare: & nõ moriemini. Legitimum ęternũ in progenies uestras, discernere inter medium sanctorum, & contaminatorum, & inter medium immundorum, & inter medium mundorũ, & instruere filios Israel omnia legitima, quæ locutus est Dominus ad eos per manum Mosi. Lex euidens datur & sacerdotibus, & principi sacerdotum, ut quum accedunt ad altare, uino abstineant, & omni potu qui inebriare potest, quem scripturæ diuinæ monsi est siceram nominare. Vult ergo sermo diuinus sobrios esse domini sacerdotes: utpote qui accedẽtes ad altare dei, orare pro populo debeãt, & pro
Psal.22 alienis interuenire delictis: qui portionem in terra non habeant, sed ipse dominus portio eorũ sit. Sic enim dicit de eis scriptura: Filijs, inquit, Leui, non dabitis partem in medio fratrum suorũ, quia ego portio eorum, dominus deus ipsorum. Vult ergo istos, quib. dñs portio est, sobrios esse, ieiunos, uigilantes in omni tempore: maxime autem quum ad exorandum dominũ, & sacrificandum in cõspectu eius altaribus præsto sunt. Quę mandata intantum uim sui seruant, & omni obseruantia custodienda sunt, ut & Apostolis hæc eadem noui testamenti legibus firmet: in quo similiter etiam ipse sacerdotibus uel principibus sacerdotum uitæ regulas ponẽs, dicit eos nõ debere esse uino multo seruiẽtes, sed sobrios esse. Sobrietas uerò omnium uirturũ mater est: sicut è contrario ebrietas omnium uitiorũ. Aperte enim pronunciauit Apostolus, dicens: Vinũ, in quo est luxuria: ut ostenderet ex ebrietate, ueluti primogenitam filiam generari luxuriam. Tum præterea & saluator, domini & regis autoritate sacerdotibus simul & populis leges ac iura constituens: Attendite, inquit, ne forte grauentur corda uestra in ebrietate, & crapula & in sollicitudinibus seculi, et ueniat super uos subitaneus interitꝰ. Auditis edictũ regis æterni, et lamẽtabilẽ finẽ ebrietatis, uel crapulę didicistis. Si quis uobis peritus & sapiens medicus his ipsis uerbis præciperet, et diceret: Attendite uobis, ne quis (uerbi gratia) deallius, uel illius herbæ succo auidius sumat: quod si fecerit, subitus ei ueniet interitus: non dubito, q
D unusquisq; propriæ salutis intuitu, præmonentis medici præcepta seruaret. Nunc uerus animarũ & corporum medicus, simulq; dominus, iubet ebrietatis herbam & crapulæ uitandam, similiter et sollicitudinum seculariũ, uelut mortiferos fuci sumitur, ne dixerim sauciatur. Est ergo ebrietas uini perniciosa in omnibus. Sola nanq; est, quæ simul cũ corpore et animã debilem reddat. In ebrietatis etenim potest fieri, ut secundũ Apostolum, quũ infirmatur corpus, tunc magis potens sit spiritus. Et ubi is qui deforis est, homo corrumpit, ille qui intus, renouetur. In ebrietatis uerò ægritudine corpus simul et anima corrumpit, spiritus pariter cũ carne uitiatur. Omnia mẽbra debilia, pes, manꝰ, lingua resoluta: oculos tenebræ, mẽ-



uelat obliuio, ita ut hominẽ se nescíat esse, nec sentiat. Habet ergò istud primo dedecoris, corporalis ebrietas. Iam uerò si discutiamus, quot modis mens inebriatur humana, inuenimus ebrios etiã eos, qui sibi sobrij uidentur. Iracundia inebriat animam: furor uerò eam plusq; ebriã facit, si quid tamẽ ebrietate esse amplius potest. Cupiditas & auaricia non solum ebrium, sed & rabidũ hominem reddunt: & obscœnæ cõcupiscentiæ inebriant animam, sicut è contrario sanctæ cõcupiscentię inebriant eam: sed ebrietate sancta illa, de qua dicebat quidam sanctorũ: Et poculum tuum inebrians quam præclarũ est. Sed postmodũ de ebrietatis diuersitate uidebimus, nunc interim uide quanta sint quæ inebriant animam. Et formido inebriat eam, & uana suspicio. Inuidia autẽ & liuor supra omnem ebrietatem macerãt eam. Sed enumerari nõ possunt, quanta sunt quæ infelicẽ animã uitio ebrietatis efficiant. Nunc interim de sacerdotibus uideamꝰ, quos accedẽtes ad altare, uino lex præcipit abstinere. Et quidem quãtũ ad historicũ pertinet præceptũ, sufficiant ista quę dicta sunt: quantũ aũt ad intelligentiã mysticã spectat in superioribus teneẽ nostra professio, quod secũdũ autoritatẽ Pauli apostoli, dñs & saluator
Heb.9. Ioan.13. noster futurorũ bonorũ pontifex dicitur. Ipse ergo Aaron: filij uerò eius, Apostoli eius sunt, ad quos ipse dicebat: Filioli adhuc modicũ uobiscũ sum. Quod ergo præcepit lex Aarõ & filijs eius, ut uinum & siceram nõ bibant, quũ accedunt ad altare: uideamus quomodo in uero põtifice Iesu Christo dño nostro, & sacerdotibus eius ac filijs, nostris uerò Apostolis possumus aptare. Et perspicięndũ primo est, quomodo prius quidẽ quàm accedat ad altare uerus hic põtifex, cum sacerdotibus suis bibit uinum. Quum uerò incipit accedere ad altare, & ingredi tabernaculũ testimonij, abstinet uino. Putas possumus inuenire tale aliquid ab eo gestũ? Putas possumus ueteris instrumenti formas, noui testamenti gestis & sermonibus coaptare? Possumus, si nos ipsum dei uerbũ & iuuare & inspirare dignetur. Quærimus ergo quomodo dñs & saluator noster, qui est uerꝰ põtifex, cum discipulis suis, qui sunt ueri sacerdotes
Matth.11. antequ accedat ad altare dei, bibat uinum: quum uerò accedere cœperit, non bibat uinum. Venturus est in hunc mundum saluator, ut pro peccatis nostris carnẽ suam offerret hostiã deo. Hanc priusq; offerret, inter dispensationum moras uinum bibebat. Denicq; dicebatur homo uorax, & uini potator, amicus publicanorum & peccatorum. Vbi uerò tempus aduenit crucis suæ, & accessurus ecMatth.26. pulis suis dicens: Accipite & bibite ex hoc. Vos, inquit, bibite, qui accessuri nõ estis ad altare. Ipse autẽ tanq; accessurus ad altare, dicit de se: Amen dico uobis, quia non bibam de generatione uitis huius, usquequo bibam illud uobiscum nouũ in regno patris mei. Si quis uestrũm auribus ad audiendum purificatis accedat, ineffabilis mysterij

A intueatur arcanum. Quid est quod dicit, quia nõ bibam ex generatione uitis huius, usquequo bibam illud uobiscum nouũ in regno patris mei? Dicebamus in superioribus, promissionem bonæ huius ebrietatis sanctis datam, quum dicunt: Et poculum tuũ inebriãs quàm præclarũ est. Sed Psal.22 et 35. & in alijs multis scripturæ locis similia legimus, ut ibi: Inebriabunt ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuę potũ dabis illis. In Hieremia quoq; dicit dñs: Inebriabo populũ meũ. et Esaias Hier.31. Esa.65. dicit: Ecce qui seruiunt mihi, bibent, uos aũt sitietis. Et multa de huiusmodi ebrietate in scripturis diuinis inuenies memorari: quia ebrietas sine dubio pro gaudio animæ, & lætitia mentis accipitur, sicut & alibi distinxisse nos memini, aliud esB se nocte inebriari, et aliud die inebriari. Si ergo intelleximus quę sit sanctorum ebrietas, & quomodo hæc pro lætitia sanctis in promissionibus datur: uideamus nũc quomodo saluator noster nõ bibit uinũ, usquequo bibat illud cũ sanctis nouũ in regno dei. Saluator meus luget etiã nunc peccata mea, saluator meus lætari non potest, donec ego in iniquitate permaneo. Quare non potest? quia est aduocatus pro peccatis nostris apud pa- 1.Ioan.2. trẽ, sicut Ioannes euãgelista pronunciat, dicens: quia si quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrẽ, Iesum Christum iustũ, & ipse est repropitiatio ꝓ peccatis nostris. Quomodo ergo potest ille, qui aduocatus est pro peccatis meis, bibere uinũ lętitię, quẽ ego peccãdo cõtristo? Quomodo
C potest iste, qui accedit ad altare, ut re, ppitiet me peccatorẽ, esse in lętitia, ad quẽ peccatorũ meorũ mœror semper ascẽdit? Vobiscũ, inquit, illud bibam in regno patris mei. Quandiu nos non ita a- Matth.26. gimus, ut ascẽdamus ad regnũ, non potest ille uinum bibere solus, quod nobiscũ se bibere promisit. Est ergo tandiu in mœrore, quandiu nos persistimus in iniquitate. Si enim Apostolus iplius lu- 2.Cor.12. get quosdã, qui ante peccauerunt, & non egerũt pœnitentiam de ijs quæ gesserunt: quid dicã de ipso qui filius dicitur charitatis? qui semetipsum Philip.2. exinaniuit propter charitatẽ, quam habebat erga nos, & non quæsiuit quæ sua sunt, quum esset æqualis deo: sed quæsiuit quę nostra sunt, & propter hoc euacuauit se. Quum ergo ita quæ nostra
D sunt quæsierit, nunc iam nos nõ requirit, nec quę nostra sunt cogitat: nec de erroribus nostris mœret, nec perditiones nostras et cõtritiones deflet? qui fleuit super Hierusalẽ, & dixit ad eam: Quo- Matth.23. ties uolui congregare filios tuos, sicut gallina cõgregat pullos suos sub alas, & noluisti? Qui ergo uulnera nostra suscepit, & propter nos doluit, tanquã animarũ nostrarũ & corporũ medicꝰ, modò uulnerũ nostrorũ putredines negligit? Cõputrierunt enim (ut ait prophera) & corruptæ sunt ci- Psal.37. catrices nostræ à facie insipientiæ nostræ. Pro his Heb.7. ergo omnibus assistit nũc uultui dei, interpellãs pro nobis: assistit altari, ut repropitiationẽ ꝓ nobis offerat deo. Et ideò dicebat, tanq; accessurus ad altare: quia iam non bibam de generatione uitis huius, donec bibam illud uobiscum nouum.

Expectat

Universidad de Deusto
Biblioteca



Expectat ergo ut conuertamur, ut ipsius imitemur exemplũ, ut sequamur uestigia eius, & lætetur nobiscũ, & bibat uinũ nobiscũ in regno patris sui. Nunc enim, quia misericors est, & miserator dñs, maiore affectu ipse quàm apostolus suo, flet cũ flentibus, & cupit gaudere cũ gaudẽtibus. Et multo magis ipse luget eos, qui ante peccauerũt, & non egerunt pœnitentiã. Neq; eñ putandum est, quod Paulus quidẽ lugeat pro peccatoribus, & fleat pro delinquentibus: dñs autẽ meus Iesus abstineat fleru quũ accedit ad patrẽ, quũ assistit altari, & repropitiationẽ pro nobis offert. Et hoc est accedentem ad altare nõ bibere uinũ lætitiæ: quia adhuc peccatorũ nostrorũ amaritudines patitur. Non uult ergo solus in regno dei bibere uinum, nos expectat. Si eñ dixit, donec bibã illud uobiscũ: nos sumus igit qui uitã nostrã negligentes, lætitiã illius demoramur. Expectat nos, ut bibat de generatione uitis huius. Cuius uitis? illius cuius ipse erat ueritas. Ego sum uitis, uos palmites. Vnde & dicit: Quia sanguis meus uere est potus, & caro mea uere est cibus. Vere enim in sanguine uuæ lauit stolam suã. Quid ergo expectat? lætitiam. Quãdo expectat? Quũ cõsummauero, inquit, opus tuũ. Quando cõsummat hoc opus? Quando me, qui sum ultimus & nequior omniũ peccatorũ, cõsummatũ fecerit et perfectũ, tũc cõsummat opus eius. Nũc eñ adhuc imperfectũ est opus eius, donec ego maneo imperfectus. Denique donec ego nõ sum subditus patri, nec ipse dicitur patri esse subiectus: non quo ipse subiectione indigeat apud patrem, sed pro me, in quo non dum opus suũ consummauit, ipse dicitur nõ esse subiectus: sic enim legimus, quoniam corpus sumus Christi, & membra ex parte. Quid aũt est q̃ dicit, ex parte, uideamus. Ego nunc uerbi gratia, subiectus sum deo secundũ spiritũ, hoc est proposito & uoluntate: sed quandiu in me caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ, & nondũ potui subijcere carnẽ spiritui, subiectus quidẽ sum deo, uerum non ex integro, sed ex parte. Si aũt potuero etiã carnẽ meã, & omnia membra in consonantiã spiritus trahere, tunc perfectè uidebor esse subiectus. Si intellexisti quid sit ex parte, & quid sit ex integro esse subiectum, redi nunc ad id q̃d de subiectione dñi proposuimus: & uide, quia quum omnes corpus ipsius & membra esse dicamur, donec sunt aliqui in nobis, qui nondum perfecta subiectione subiecti sunt, ipse dicitur non esse subiectus. Quum uerò consummauerit opus suum, & uniuersam creaturam ad summã perfectionis adduxerit, tunc ipse dicitur subiectus in ijs quos subdidit patri, & in quibus opus q̃d ei pater dederat cõsummauit, ut sit deus omnia in omnibus. Verum hæc quò spectant: ut intelligeremus id quod suprà tractauimus, quomodo bibit uinũ anteq̃ intraret in tabernaculũ, anteq̃ accederet ad altare: & nõ bibit nunc, quia assistit altari & luget peccata mea: & rursum bibet post hæc, quum subiecta ei fuerint omnia, & solutis omnib. ac destructa morte peccati, ultra iam necessarium non erit offerre hostias prò peccato. Tunc enim erit gaudium & lætitia, & tunc exultabũt ossa humiliata: & implebit illud quod scriptũ est: Aufugit dolor & tristicia & gemitus. Sed & illud non omittamus, quod non solum de Aaron dicit, ut nõ bibat uinum, sed & de filijs eius quum ingrediuntur ad sancta. Nõdum enim receperunt lætitiam suam, nec apostoli quidem: sed & ipsi expectant, ut & ego lætitiæ eorum particeps fiã. Neq; enim discedentes hinc sancti continuò integra meritorum suorum præmia conquuntur, sed expectant etiam nos, licet morãtes, licet desides. Non enim est illis perfecta lætitia, donec pro erroribus nostris dolent, & lugent nostra peccata. Hoc fortasse mihi dicenti nõ credas. Quis enim ego sum, qui confirmare sententiam tanti dogmatis audeam? sed adhibeo horũ testiũ, de quo non potest dubitari. Magister enim gentium est in fide & ueritate apostolus Paulus. Ipse igitur ad Hebræos scribens, quũ enumerasset omnes sanctos patres, qui per fidem iustificati sunt, addit post omnia etiam hoc: Sed isti, inquit, omnes testimonium habentes per fidem, nõdum adsecuti sunt repromissionẽ, deo pro nobis melius aliquid prouidente, ut non sine nobis perfectionem consequerentur. Vides ergo quia expectat adhuc Abraham, ut quæ perfecta sunt consequatur, expectat & Isaac & Iacob, & omnes prophetæ expectãt nos, ut nobiscum perfectam beatitudinem capiant. Propter hoc ergo etiã mysterium illud in ultimã diem dilati iudicij custodit. Vnũ eñ corpus est, quod iustificari expectatur: unum corpus est, quod resurgere dicitur in iudicio. Licet eñ sint multa membra, sed unum corpus est. Non potest oculus dicere manui, non es mihi ne cessaria, etiam si sanus sit oculus, & nõ truncatus, quantum pertinet ad uidendũ: si desint ei reliqua membra, quæ erit oculo lætitia? Aut quæ uidebitur esse perfectio, si manus nõ habeat, si pedes desint, aut reliqua membra non adsint? Quia est et prælcellens aliqua oculi gloria, in eo uel maxime est, ut uel ipse dux sit corporis, uel cæterorũ membrorum dirigat officia. Hoc autẽ nos & per illam Ezechielis prophetæ uisionẽ doceri puto, quum dicitur cõgregandum esse os ad os, & iuncturam ad iuncturã, & neruos & uenas & pellem, actogula locis suis esse reparanda. Deniq; uide quod addit propheta: Ossa, inquit, ista, non dixit omnes homines sunt: sed dixit ossa ista domus Israel sunt. Habebis ergo lætitiã de hac uita discedens, si fueris sanctus. Sed tũc erit plena lætitia, quum nullum tibi membrum corporis deerit. Expectabis eñ & tu alios, sicut ipse expectatus es. Quod tibi qui membrũ es, nõ uidet esse perfecta lætitia, si desit aliud membrũ: quanto magis dñs & salutor noster, qui caput & autor est totius corporis, non sibi perfectam ducit esse lætitiam, donec alios quod ex mẽbris deesse corpori suo uidet? & propterea forte orationẽ fundebat ad patrẽ, dicens: Pater sancte glorifica me illa gloria, quam habui apud te priusq̃ mundus esset. Nõ uult ergo sine te recipere perfectam gloriam suam, hoc est sine populo suo, qui et corpus eius & mẽbra est. Vult in isto corpore ecclesiæ suæ, & in istis mẽbris populi sui ipse uelut anima habitare: ut omnes motus atq; omnia opera secũdum ipsius habeat uoluntatem: ut uere compleatur in nobis illud prophetæ dictum: Habitabo in eis & inambulabo. Nunc aũt donec perfecti non sumus omnes, sed adhuc sumus in peccatis, ex parte in nobis est, & ideo ex parte scimus, & ex parte ,pphetamus, do nec uenire quis mereatur ad illã mensurã, quã dicit Apostolus: Viuo aũt iam non ego, uiuit uerò Christus in me. Ex parte ergo (ut dicit Apostol⁹) nunc membra eius sumus, & ex parte ossa eius sumus. Quũ autẽ coniuncta fuerint ossa ad ossa, & iuncturę ad iuncturã, secundum hoc quod supra diximus, tunc etiam ipse dicet de nobis illud prophetícũ: Omnia ossa mea dicent, domine quis similis tibi? Omnia nanq; ossa ista loquunt, et hymnum dicunt, et gratias agunt deo: meminerũt enim beneficij eius. Et ideo omnia ossa mea dicẽt: Dñe quis similis tibi? eripiens pauperẽ de manu fortioris eio. De istis osibus quũ adhuc essent dispersa, anteq̃ ueniret qui ea colligeret, & congregaret in unũ, dictũ est & illud propheticũ: Dispersa sunt ossa nostra secus infernum. Quia ergo dispersa erant, propterea dicitur per aliũ prophetã: Congregentur ossa ad ossa, & iunctura ad iuncturam, & nerui & uenæ & pelles. Quum eñ hoc factum fuerit, tũc omnia ista ossa dicent: Dñe quis similis tibi? eripens inopem de manu fortioris eius. Vnumquodq; enim os ex istis osibus inopserat, & atterebatur fortioris manu. Non enim habebat iuncturam charitatis, nõ neruos patientię, non uenas uitalis animi, & fidei uigorẽ: ubi uero uenit qui dispersa colligeret, & qui dissipata congregaret, cõsocians ossa ad ossa, & iuncturam ad iuncturã, ędificare cœpit sanctũ corpus ecclesiæ. Hæc inciderunt quidẽ extrinsecus huic disputationi: sed necessariò explanata sunt, ut manifestior fieret pontificis mei ingressus in sancta, non bibentis uinũ, quandiu sacerdotio fungitur. Post hæc tamẽ bibit uinum, sed uinum nouũ: & uinũ nouũ in cœlo nouo, & in noua terra, & in nouo homine, cum hominibus nouis, cum ijs qui cantant et canticũ nouum. Vides ergo quia impossibile est de noua uite nouũ poculũ bibi, ab eo qui adhuc indutus est ueterem hominẽ cum actibus suis. Nemo enim, inquit, mittit uinum nouum in utres ueteres. Si uis ergo et tu bibere de hoc nouo uino, innouare & dic: Quia etsi exterior homo noster corrũpitur, sed qui intus est renouatur de die in diem. Et quidem de his sufficienter dictũ. Multa sunt & alia, quę recitata sunt, sed quoniam cuncta nõ possumus, eligendum est de quibus dicere debeamus. Et quoniam quid esset bibere, & non bibere uinum, pro uiribus diximus: nunc etiam quid sit comedere pectusculum separationis, & brachiũ oblationis uideamus: & post hæc de mundis & immundis, uel cibis uel animalibus, in quantũ dñs dederit, & temporis spacium



fuerit, disseremus. Dicit ergo scriptura: Pectusculum segregationis & brachium oblationis manducabis in loco sancto tu, & filij tui, et domus tua tecum. Legitimum enim tibi, & legitimum filijs tuis datum est à sacrificijs salutaribus filiorum Israel, brachium oblationis & pectusculum segregationis. Non omne pectusculum, segregationis est pectusculum: nec omne brachium, oblationis uel separationis est brachium. Sed quoniam ad dñm nostrum Iesum personam pontificis reuocauimus, & ad filios eius sanctos Apostolos, uideamo, quomodo ipse quidẽ pectusculũ segregationis mãducat, & filij eius: alij aũt non omnes possunt segregationis pectusculũ manducare. Quid igitur est quod a rebus omnibus segregetur, nec est cõmune cum reliquis, nisi sola substantia trinitatis? Si ergo intelligam quidem rationẽ mundi, nõ possim aũt de deo intelligere sicut dignũ est, neq; reuelata mihi fuerit scientia dei, mãduco quidem pectusculum, sed non pectusculum segregatiõis, etiã si potuero dicere: Ipse enim mihi dedit omnium quæ sunt scientiã uerã, ut sciam rationẽ mundi & uirtutẽ elementorum, initium & finẽ, medietatẽ temporum, permutationum uicissitudines & conuersiones temporũ, anni circulos, & stellarũ positiones. Horũ omnium scientia, quia rationabilis est, pectusculi cibus est: sed nõ pectusculi segregationis. Si aũt potuero de deo sentire quæ magna, quæ uera, quę sancta sunt & segregata, tunc manducabo pectusculum segregationis, quum id quod ab omni creatura eminet & segregatur, agnouero. Primo ergo pectusculum istud, uerus meus pontifex comedit. Quomodo comedit? Nemo, inquit, nouit patrẽ nisi filius. Secundo in loco manducabunt & filij eius. Nemo, inquit, nouit patrẽ nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Quibus autẽ alijs, nisi apostolis suis reuelat? Sed et brachium separationis uel oblationis, sicut superius dixtmus, actus sunt, & opera eminentiora, quæ cæteris utiq; prius ipse saluator & dñs meus impleuit. Quomodo impleuit? Meus, inquit, cibus est, ut faciam uoluntatẽ eius qui me misit, & perficiam opus eius. Quũ ergo facit uoluntatẽ, eius qui misit eũ: in hoc non pectusculũ, sed brachiũ segregationis comedit. Similiter aũt & apostoli eius, quum faciunt opus euangelistę, & efficiuntur operarij incõfusibiles, recte tractantes sermonẽ ueritatis, separationis uel oblationis brachium comedunt. Vis adhuc planius uidere quomodo saluator separationis brachium comedat, audi quid dicit ad Iudæos: Si feci, inquit, in uobis opera, quæ nullus alius fecit, pro quo horũ uultis me occidere? Vides quomodo ipse mãducat brachium separationis, qui opera tã segregata, & tam sublimia, quàm nullus alius fecit. Sed iam uideamus aliqua etiam ex ijs, quæ mũdis atq; immundis, uel de cibis uel de animalibus lecta sunt. Et sicut in explanatione populi, de umbra ascendimus ad ueritatem spiritalis poculi: ita etiam de cibis, qui per umbram dicuntur, ascẽdamo ad eos, qui per spiritum ueri sunt cibi. Sed ad hæc

Rom.12. 2.Cor.12. Ioan.15. Ioan.6. Genesis 49. Ephe.5. 1.Cor.15. Leuit.25. 2.Cor.13. Gal.2. Psal.34. Psal.140. Ezech.37. Psal.34. Matth.9. 2.Cor.4. Leuit.10. Matth.11. Ioan.4. Ioan.10. Sap.7. Ephes.21.

Universidad de Deusto
Biblioteca



hæc inuestiganda, scripturæ diuinæ testimonijs
Psal.63. indigemus: ne qui putent (amant enim homines exacuere linguas suas ut gladium) ne qui inquã putent, quod ego uim faciam scripturis diuinis, & ea quę de animalibus quadrupedibus, uel etiã auibus, aut piscibus mundis siue immundis, in lege feruntur, ad homines traham, & de hominibus hæc dicta esse cõfingã. Fortasis enim dicat quis auditorum, cur uim facis scripturæ diuinæ? Animalia dicuntur, animalia intelligantur. Ne ergo aliquis hęc deprauari humano credat ingenio, apostolica in his autoritas reuocanda est. Audi ergo primo omnium, qualiter Paulus de his dicat:
1.Cor.10. Omnes enim, inquit, per mare transierunt, & omnes in Mose baptizati sunt in nube & mari, & omnes eãdem escam spiritalem manducauerũt, & omnes eundem potũ spiritalem biberunt. Bibebant aũt de spirituali, consequenti eos petra: petra aũt erat Christus. Paulus hæc dicit, Hebræus
Philip.2. Act.22. ex Hebræis, secundũ legem pharisæus, edoctus secus pedes Gamalielis, qui utiq; nunq; auderet spiritalem escam spiritalem potum appellare, nisi hunc esse sensum legislatoris per traditam sibi uerissimæ doctrinę scientiam didicisset. Vnde & illud addit, tanq; confidens & certus de ciborũ ratione mundorũ, uel immundorũ, quod nõ secundum literã, sed spiritaliter obseruanda sint, & di-
Coloss.2. cit: Ne quis ergo uos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum: quæ sunt umbra futurorũ. Vides ergo quomodo hæc omnia, quę de cibis, uel de potu logẽ Moses, Paulus qui melius ista didicerat, quàm hi qui nunc iactant se esse doctores, omnia hæc umbrã dicit esse futurorũ. Et ideò, sicut diximus, ab hac umbra ad ueritatẽ debemus ascendere Christiani. Et Christianis sermo est, quibus apostolorum curæ esse debet autoritas. Si quis uerò arrogãtia tumida, apostolica dicta cõtemnit aut sper
Psal.72. nit, ipse uiderit. Mihi aũt, sicut deo & dño nostro Iesu Christo, ita & apostolis eius adhærere bonũ est, & ex diuinis scripturis secundũ ipsorũ traditionem intelligẽtiam capere. Erit aũt opportunũ fortasse tempus, si tamen dei uoluntas in hoc fuerit, & rerũ tranquillitas permiserit (nescimus eñ quid pariant superuentura) ut etiam ex ueteri testamento assignemus secundum id quod & apostolis usum est, ciborũ mundorũ, uel immundorum, sed & animaliũ uel piscium, de quibus in lege scribit, intelligentiam ad homines referendam. Sed nunc quoniam latiore uti explanatione non est tempus, duobus luminibus apostolorũ Petro & Paulo testibus contenti simus. Et quidem Pau
Act.10. lus quę sensérit, iam protulimus: Petrus uerò apostolus, quũ esset in Ioppe, & orare uellet, ascendit in superiora. Ego statim & hoc ipsum, quod noluit in inferioribus orare, sed ascendit ad superiora, non frustra dici accipio. Neq; enim tanti apostoli consilium ex superfluo superiora delegit ad orandum: sed quantum ego arbitror, ut ostenderetur, quod Petrus, quia mortuus erat cum Christo, quę sursum sunt quærebat, ubi Christus est in dextera dei sedens: & nõ quæ super terram. Illuc
ascendebat ad illa tecta, ad illa fastiga, de quibus dicit & dñs: Qui in tecto est, nõ descẽddat tollere
aliquid de domo. Deniq; ut scias, quia nõ hęc superflue de Petro dicimus quod ad superiora conscenderit, ex consequentibus approbabis. Ascendit, inquit, ad superiora ut oraret, & uidit cœlum apertũ. Nondũ tibi uidetur Petrus ad superiora, non solũ corpore, sed & mente ac spiritu conscendisse? Vidit, inquit, cœlum apertũ, et uas quoddã deponi sicut linteum in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & reptilia, & uolatilia cœli, & audiuit uocem dicẽtem sibi: Surge Petre, occide & manduca. De his sine dubio imperat manducandis quadrupedibus & serpentibus & uolatilibus, quæ superposita linteo ad eum cœlitus sunt delata. At ille: Domine, inquit, tu scis, quia nunq; cõmune aut immundũ introiuit in os meum. Et uox inquit ad eum secundo: Quod deus mundauit, tu cõmune ne dixeris. Et hoc factũ est tertio. Et post hæc, inquit, receptum est linteũ in cœlũ. De mundis hic et immũdis animalibus ratio est, de quibus rerũ scientiam cœlitus docetur apostolus: quoniamquidem eminentiorem se & maiorem nõ habebat in terris. Et docetur non una uoce, nec una uisione, sed trina. Ego ne hoc ipsum quidem, quod tertio hæc dicũtur, otiose dicta suscipio. Tertio dicitur, & per illum omnibus nobis, quod deus mundauit, tu cõmune ne dixeris. Quæ enim mundantur, nõ sub una appellatione mundantur, neq; sub secunda: sed & nisi tertia appellatio nominetur, nemo mũdatur. Nisi enim in patre & filio & spiritu sancto fueris mundatus, mundus esse nõ poteris. Propterea ergo quę per emundatione ostendebantur, non semel neq; iterum, sed tertio ostenduntur, & tertio præcipiuntur. Erant ergo omnia in illo linteo quadrupedia & uolucres cœli. Et post hęc cogitabat, inquit, intra semetipsum Petrus, quid hoc esset. Et adhuc eo cogitante, superuenerunt, inquit, ij qui à Cornelio centurione missi fuerant ex hac ciuitate, id est à Cæsarea in Ioppen. Ibi nanq; erat Petrus, & hospitabatur apud Simonem quẽdam coriarium. Bene aũt, quod Petrus apud coriarium manere
illũ fortasse de quo dicit Iob: quia pelle & carne induisti me. Sed hęc in excessu dicta sint. Interim superueniunt qui missi fuerant à Cornelio ad Petrũ: quos ille suscipiens, audit ab eis quę sibi Cornelius mandat: & descendens de superioribus uenit huc. Ad Corneliũ ergo descẽdit: adhuc enim deorsum erat Cornelius, & in inferioribus manebat. Venit ergo Cæsaream, inuenit multos hic apud Corneliũ cõgregatos, & ait ad eos post multa: Et mihi, inquit, ostendit dñs neminẽ cõmune aut immundũ dicere hominẽ. Videtur ne tibi Petrus apostolus quadrupedia illa omnia & reptilia & uolatilia, dilucide ad hominẽ transtulisse, & homines intellexisse ea quę sibi in linteo cœlitus lapso fuerant demonstrata? Sed fortasse dicat aliquis: De quadrupedibus quidẽ & reptilib. & auibus reddidisti rationẽ, quod homines intelligi debeant:



debeant: da etiam de ijs quæ in aquis sunt, quandoquidem lex etiam de ipsis munda esse quædã, & alia designat immunda. Nihil in his ut uerbis meis credatur exposco, nisi testes idoneos dedero. Ipsum uobis dominũ & saluatorem nostrum
Matth.13. Iesum Christum testem horũ autorem dabo, quo modo pisces homines esse dicantur. Simile est, inquit, regnum cœlorũ sagenæ missæ in mare, quæ ex omni genere piscium collegit: & quum repleta fuerit, sedentes supra littus, cõdunt eos qui boni sunt in uasis: qui autem mali, foras mittuntur. Euidenter edocuit eos qui retibus colligi dicuntur pisces uel bonos homines esse, uel malos. Isti ergo sunt, qui secundum Mosen, pisces uel mundi, uel immundi nominantur. His igitur ex autoritate apostolica, atq; euangelica comprobatis, uideamus quomodo unusquisq; hominũ uel mundus, uel immundus possit ostendi. Omnis homo habet aliquem in se cibum, quem accedenti ad se proximo præbeat. Nõ enim potest fieri, ut quum accesserimus adinuicem nos homines, & conseruauerimus sermonem, nõ aliquem uel ex responsione, uel ex interrogatione, uel ex aliquo gestu, aut capiamus inter nos gustum, aut præbeamus. Et si quidem mundus homo est, & bonæ mentis
1.Cor.5. is de quo gustum capimus, mundum sumimus cibum. Si uerò immundus sit quem contingimus, sumpsimus. Et propterea puto apostolus Paulus de talibus uelut immũdis animalibus dicit, cũ huiusmodi nec cibum capere. Verùm ut euidentius tibi pateſcant ad intellectum quæ dicimus, de maioribus sumamus exemplũ, ut inde paulatim de-
Ioan.6. scendentes usq; ad inferiora ueniamus. Dominus & saluator noster dicit: Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, nõ habebitis uitam æternã. Caro enim mea uere cibus est, & sanguis meus uere potus est. Iesus ergo, inquit, totus ex toto mũdus est, tota eius caro cibus est, & totus sanguis eius potus est: quia omne opus eius sanctum est, et omnis sermo eius uerus est: propterea ergo & caro eius uerus est cibus, & sanguis eius uerus est potus. Carnibus enim & sanguine uerbi sui, tanquam mundo cibo ac potu, potat & reficit omne hominum genus. Secundo in loco post illius carnem, mũdus cibus est Petrus & Paulus, & omnes apostoli: tertio loco, discipuli eorum. Et sic unusquisq; ipsorũ pro quantitate meritorum, uel sensuum puritate, proximo suo mundus efficitur cibus. Hæc qui audire nedũ illos qui dicebant: Quomodo dabit nobis hic carnẽ suam manducare? quis potest audire eum? & discesserunt ab eo. Sed uos, si filij estis ecclesię, si euangelicis imbuti mysterijs, si uerbum caro factũ habitat in uobis, agnoscite quę dicimus, quia
1.Cor.14. domini sunt: ne forte qui ignorat, ignoretur. Agnoscite quia figuræ sunt in diuinis uoluminibus, quæ scripta sunt: & ideo tanquã spiritales, & non tanquam carnales examinate, & intelligite, quæ dicuntur. Si enim quasi carnales ista suscipitis, le-
dunt uos, non alunt. Est enim & in euangelijs litera quæ occidit. Nec solum in ueteri testamento occidens litera deprehenditur, est & in nouo testamento litera quæ occidit eum, qui non spiritaliter ea quæ dicuntur aduerterit. Si enim secundum literam sequaris hoc ipsum quod dictũ est, Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum: occidit hæc litera. Vis tibi & aliam de euangelio proferã literam, quæ occidit?
Lucæ 22. Qui nõ habet, inquit, gladium, uendat tunicam, & emat gladium. Ecce & hæc litera euangelij, sed occidit. Si uerò spiritaliter eam suscipias, nõ occidit, sed est in ea spiritus uiuificans. Et ideo siue in lege, siue in euangelijs quæ dicuntur, spiritaliter
1.Cor.2. suscipe: Quia spiritalis dijudicat omnia, ipse uerò à nemine dijudicatur. Vt ergo diximus, omnis homo habet aliquẽ in se cibum: ex quo qui sumpserit, si quidem bonus est, & de bono thesauro cor-
Matth.12. dis sui profert bona, mundũ cibum præbet proximo suo. Si uerò malus, & profert mala, immundum cibũ præbet proximo suo. Potest enim quis innocens & rectus corde, mundum animal ouis uideri, & præbere audiẽti se cibum mundum, tanquam ouis, quæ animal mundum: similiter & in cæteris. Et ideo omnis homo ut diximus, quum loquitur proximo suo, siue prodest ei ex sermonibus suis, siue nocet, mundum ei uel immundum efficitur animal: ex quibus uel mundis utendum, uel immundis præcipitur abstinendum. Si secundum hanc intelligentiã dicamus deum summum leges hominibus promulgasse, puto quòd digna uidebitur diuinę maiestatis legislatio. Si uerò assi deamus literæ, & secundũ hoc, uel quod Iudæis, uel uulgo uidetur, accipiamus quę in lege scripta sunt, erubesco dicere & cõfiteri, quòd tales leges dederit deus. Videbuntur enim magis elegantes & rationabiles hominum leges: uerbi gratia, uel Romanorum, uel Athenienſium, uel Lacedemoniorum. Si uerò secundum hanc intelligentiam, quam docet ecclesia, accipiatur dei lex, tũc planè omnes humanas supereminet leges, & uere Dei lex esse credetur. Itaque his ita præmissis, spiritali (ut commonuimus) intelligentia, de mundis atq; immundis animalibus aliqua perstringamus. O-
Leuit.11. mne, inquit, pecus quod ungulam diuidit, & ungulas habet, & reducit ruminationem, in pecoribus manducabitis. Præterea de ijs non manducabitis, quæ reducunt ruminationem, & non diuidunt ungulas & habent ungulas. Camelus, quoniam reducit ruminationem, & ungulam non diuidit, immundum hoc uobis. Et lepus, quoniam reducit ruminationem hic, & ungulam non diuidit, immundum hoc uobis. Et erinacius, quia reducit ruminationem, et ungulam non diuidit, immundum hoc uobis, & cętera. Decernit ergo ne manducentur huiusmodi animalia, quę ex parte uidentur esse munda, et ex parte immunda. Sicut camelus ex eo quod ruminat, mundus uidetur: ex eo autem quod ungulas diuisas non habet, immũdus dicitur. Post hęc etiam nominat leporem & erinacium: sed & ipsos dicit ruminare quidem,

Universidad de Deusto
Biblioteca



sed ungulas non diuidere. Alium uerò ordinem facit eorum, quæ contrario ungulam diuidunt, sed nõ ruminant. Primo ergo uideamus, qui sint isti qui ruminãt, et ungulã diuidũt, quos mundos appellat. Ego arbitror illũ dici ruminare, qui operam dat scientiæ, & in lege domini meditatur die ac nocte. Sed audi quomodo dictum est, quia diuidit, inquit, ungulam, & reuocat rumination̄. Reuocat ergo rumination̄em, qui ea quæ secundum literam legit, reuocat ad sensum spiritalem, & ab infimis & uisibilibus ad inuisibilia & altiora conscendit. Sed si mediteris legem diuinam, & ea quæ legis ad subtilem & ad spiritalem intelligentiam reuoces: uita autem tua, & actus tui non sint tales, ut habeant discretionem uitæ præsentis & futuræ, huius seculi & seculi superuenturi: si non ista competenti ratione discernas & diuidas, camelus eris tortuosus, qui quum intellectum ac ceperis ex meditatione legis diuinę, non diuidis, neq; segregas præsentia & futura, nec angustam uiam à uia spaciosa secernis. Sed adhuc manifestius quod dicitur explanemus. Sunt qui assumũt testamentum dei per os suum, & cùm legem Dei in ore habeãt, uita & actus sui longè à uerbis eorum & sermonibus discrepant: dicunt enim, & non faciunt, de quibus & propheta dicit: Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuũ? Vides ergo quomodo iste ruminat, qui testamentum dei habet in ore suo. Sed quid in sequẽtibus ad eum dicitur? Tu autem odisti disciplinam, & abiecisti sermones meos post te. In quo euidenter ostendit istum ruminantem quidem, sed ungulam non diuidentem: & ideo immundus est, quicunq; est talis. Et iterum est alius, uel ex ijs qui extra religionem nostram sunt, uel ex ijs qui nobiscum sunt, qui diuidunt quidem ungulam, & ita incedunt in uijs suis, ut actus suos ad futurum seculum præparent. Multi enim ita ex philosophis sapiunt, & futurum iudicium esse credunt. Immortalem nanque animam sentiunt, & remuneration̄em bonis quibusq; positam cõfitentur. Hoc & hæreticorum nonnulli faciunt, & quantum ad hoc spectat, timorem futuri iudicij gerũt, et actus suos tanquam diuino examine requirendos cautius temperant. Sed horum uterque non ruminat, nec reuocat rumination̄em. Non enim ea quę in lege dei scripta sunt audiens meditatur, nec reuocat ad subtilem & spiritalem intelligentiam: sed statim ut audierit aliquid, aut cõtemnit, aut despicit, nec requirit quis in uilioribus uerbis pretiosus lateat sensus. Et immundi sunt isti, diui dẽtes quidem ungulam, sed rumination̄em non reuocantes. Tu autem si uis esse mundus, conuenientem habeto, & consonam uitam scientiæ, & actus intellectui, ut sis in utroq; mundus, ut & reuoces rumination̄em & ungulam diuidas, sed & ungulas ut producas, siue abijcias. Requiramus & huius rei testimonium, quomodo ungulas producimus, aut uelut alibi legitur, abijcimus. Scriptum est in Deuteronomio; Si, inquit, exieris ad bellũ aduersum inimicos tuos, & uideris ibi mulierem decora facie, & cõcupiueris eam: assumes eam & rades omnẽ pilum capitis eius, & ungues eius, & indues eam uestimentis lugubribus, & sedebit in domo lugens patrem suum, & matrem suam, & domũ paternam suam per triginta dies, & deinde erit tibi uxor. Sed nunc nõ hoc est propositum, ut hæc quę in testimonium uocata sunt, explanentur. Sed propterea diximus, quia & hic de ungulis mentio facta est. Veruntamen & ego frequenter exiui ad bellum cõtra inimicos meos, & uidi ibi in præda mulierem decora facie. Quæcunque enim bene & rationabiliter dicta inuenimus apud inimicos nostros, si quid apud illos sapienter & scienter dictum legimus, oportet nos mundare: id est, à scientia quæ apud illos est auferre, & resecare omne quod mortuum & inane est (hoc enim sunt omnes capilli capitis, & ungues mulieris, ex inimicorum spolijs assumpti) & tandemum eam facere nobis uxorem, quum iam nihil ex illis, quæ per infidelitatem mortua dicũtur habuerit, nihil in capite habeat mortuum, nihil in manibus: ut neq; sensibus, neq; actibus immundum aliquid aut mortuũ gerat. Nihil enim mundum habent mulieres hostium nostrorum: quia nulla est apud illos sapientia, cui immundicia aliqua non sit admixta. Velim tamen dicerent mihi Iudæi, quomodo apud eos ista seruẽtur: quid caussæ, quid rationis est decaluari mulierẽ, & ungues eiusdẽ præscindi? Verbi causa, si ponamus quod ita inuenerit eam is qui dicitur inuenisse, ut neq; capillos, neq; ungues habeat: quid habuit, quod secundum legem demere uideretur? Nobis uero, quibus militia spiritalis est, & arma non carnalia, sed potentia à deo ad destruenda consilia, decora mulier si reperta fuerit apud hostes, et rationabilis aliqua disciplina, hoc modo purificabimus eã, quo superius diximus. Oportet ergo eũ qui mundus est, non solũ diuidere ungulas, & non solum præsentis et futuri seculi actus et opera discernere: sed ungulas producere, uel (ut alibi legimus) abijcere, ut purificãtes nos ab operibus mortuis, permaneamus in uita. Hæc quidem generaliter dicta sint de animalibus. De ijs uerò, quę in aquis sunt, hæc dicuntur: si quidem habeant pinnas & squamas, munda sunt: si uerò nõ habeant, immunda, nec edi debere. Illud in his ostẽditur, ut si quis est in aquis istis, & in mari uitæ huius, atq; in fluctibus seculi positus, tamen debeat satis agere, ut non in profundis iaceat aquarũ, sicut sunt isti pisces, qui dicuntur non habere pinnas nec squamas. Hæc nanq; eorum natura perhibetur, ut in imo semper, et circa ipsum cœnũ demorent, sicut sunt anguillæ & similia, quæ nõ possunt ascendere ad aquæ summitatẽ, nec ad eius superiora peruenire. Illi uerò pisces, qui pinnulis iuuantur & squamis muniuntur, ascendunt magis ad superiora, & aeri huic uiciniores fiunt, uelut qui liberatem spiritus quærant. Talis ergo sanctus quisque intra retia fidei conclusus, bonus piscis à saluatore nominatur, & mittitur in uas, ueluti pinnas habens

Deut. 21.



bens & squamas. Nisi enim habuisset pinnas, nõ surrexisset de cœno incredulitatis, nec ad rete fidei peruenisset. Quid autẽ est, quod & squamas habere dicitur? tanquam qui paratus sit uetera in dumenta deponere. Illi enim qui squamas non habent, uelut ex integro carnei sunt, & toti carnales, qui deponere nihil possint. Si quis ergo habet pinnas, quibus ad superiora nitatur, mundus est: qui uerò non habet pinnas, sed in inferioribus permanet, & in cœno semper uersatur, immundus est. Similiter autem de auibus. Non manducabis, inquit, hæc, quia immunda sunt, aquilam & uulturem, & cætera his similia. His etenim auibus semper mortuorum corporum cibus est, & ex mortuis cadaueribus uiuunt. Omnes ergo qui huiusmodi uitam gerũt, immundi habendi sunt. Ego puto & illos in his numerari, qui alienæ incubant morti, & arte uel fraude testamenta subijciũt. huiusmodi enim homines, uultures & aquilæ meritò appellabuntur, uelut mortuorum cadaueribus inhiantes. Scio & alia uolatilia esse, quæ rapto uiuunt. Hæc sunt animæ, quæ secundum hoc quidem, quod rationabiles sunt, & imbuti liberalibus institutis uel rationalibus disciplinis, uolatilia uidentur. Legunt enim, & requirũt uel de ratione cœli, uel quomodo mundus dei prouidentia gubernetur. Secundum hæc ergo uolatilia nominantur. Si uerò huiusmodi homines inique agant, contra legem faciant, diripiant proximos suos: et quum in uerbis eorum esse uideatur eruditio cœlestis, in actibus carnalia & mortua opera gerunt: rectè uultures uel aquilæ dicendi sunt, q̃ de excelsis ad carnes mortuas ac fœtidas dilabuntur. Ad hoc referẽda est accipitris rapacitas, & cæterorum omnium, ex quibus quædam quidem sunt uolatilia rapacitati studentia, quædam uerò non iam rapacia quàm obscuritatem et tenebras amãtia. Omnis enim qui male agit, odit lucem, & non uenit ad lucem: ut sunt noctuæ & uespertiliones, & cætera quæ lex pronunciauit immunda. De quibus omnibus spiritali nos obseruantia custodientes, & cibum ex mundis animalibus appetentes, etiam ipsi puri efficiemur, & mundi, per Christum dominũ nostrum. Cum quo est deo patri cum spiritu sancto gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

*Libri septimi finis.*

## DIVI CYRILLI IN LEVITICVM LIBER OCTAVVS.

*De eo quod scriptum est: Mulier quæcunq; conceperit semen, & pepererit masculum, immunda erit septem diebus, & de diuersitatibus leprę, ac purificatione leprosi.*

Matth. 9.

MEdicum dici in scripturis diuinis dominum nostrum Iesum Christum, etiam ipsius domini sententia perdocemur, sicut dicit in euangelijs: Non indigent sani medico, sed qui male habent. Nõ ueni iustos uocare, sed peccatores ad pœnitentiam. Omnis autem medicus, ex herbarum succis, uel arborũ, etiam metallorum uenis, aut animantium naturis, profutura corporibus medicamenta componit. Sed herbas istas, si quis forte antequam pro ratione artis componãtur respiciat, si quidem in agris aut montibus, uelut fœnum uile conculcat, & præterit. Si uerò eas intra medici scholam dispositas per ordinem uiderit, licet odorem tristem forte & austerum reddant, tamen suspicabitur eas curæ uel remedij aliquid cõtinere, etiamsi nondum quæ uel qualis in eis sit sanitatis ac remedij uirtus agnouerit. Hæc de cõmunibus medicis diximus. Veni nunc ad Iesum cœlestem medicum. Intra hanc stationem medicinę eius ecclesiam, uides ibi languentium iacere multitudinem. Venit mulier, quæ ex partu immunda effecta est. Venit leprosus, qui extra castra separatus est pro immundicia lepræ. Quærũt à medico remedium quomodo sanentur, & quomodo mundentur. Et quia Iesus hic medicus est, et ipse est uerbũ dei: ægris suis nõ herbarũ succis, sed uerborũ sacramentis medicamẽta conquirit. Quæ uerborũ medicamenta, si quis inculcius per libros, tanquã per agros uideat esse dispersa, ignorans singulorum dictorum uirtutem, ut uilia hęc, & nullum sermonis cultum habentia præteribit. Qui uerò parte exaliqua didicerit animarum apud Christum esse medicinam, intelliget profecto ex his libris qui in ecclesia recitantur, tanquã ex agris & montibus, salutares herbas assumere unumquemq; debere sermonum, ad hanc duntaxat uim: ut si quis illi est animæ languor, non tam exterioris frondis & corticis, quam succi interioris hausta uirtute sanetur. Videamus ergo aduersum immundiciam partus, & cõtagionem lepræ præsens hæc lectio quàm diuersa, & quàm uaria purificationum medicamenta conficiat. Et locutus est, inquit, dominus ad Mosen, dicẽs: Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Mulier quæcunque cõceperit semen, & pepererit masculum, immunda erit septem diebus. Primo consideremus secundum historiam, si nõ uidetur quasi ex superfluo additum, Mulier quæ susceperit semen, & pepererit masculum: quasi possit aliter masculum parere, nisi semine concepto. Sed non ex superfluo additur: ad discretionem nanq; illius, quæ sine semine concepit & peperit masculum, istum sermonem præ cæteris mulieribus legislator adiecit, ut non omnem mulierem quæ peperisset, designaret immundam, sed eam quæ concepto semine peperisset. Addi quoq; ad hoc etiam illud potest, quod lex ista, quæ de immundicia scribitur, ad mulieres pertinet. De Maria autem dicitur, quia uirgo concepit & peperit. Ferant ergo legis onera mulieres, uirgines uerò ab his habeãtur immunes. Sed si nobis aliquis occurrat argutus, & dicat, quia & Maria mulier in scripturis nominatur. Sic enim dicit Apostolus: Vbi autem uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege: ut eos, qui sub lege erant, redimeret. Respondebimus ei, quod in hoc loco Apostolus mulierẽ non pro corruptela integritatis, sed pro sexus conditione

Leuit. 12.

Galat. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca



nominauit: ut quia dicebat filium dei missum, simul & illud, quod communi omnium ingressu in hunc mundum uenisset, exponeret. Est porrò ætatis istud uocabulum, eius scilicet, qua fœminis nus sexus annos pubertatis excedit, & ad id temporis quo habilis uiro uideatur esse transit. Sicut contra uir appellatur is, qui adolescentiæ tempus excesserit, etiam si uxorem nondum habeat, cuius uir esse dicatur: quo nomine appellari solent etiã illi, quos fœmineæ admixtionis macula nulla perstrinxit. Si ergo recte dicitur uir pro sola uirili ætate, etiam is qui nullius admixtionem fœminæ nouerit: quomodo non eadem consequentia etiam uirgo quæ intemerata permansit, pro sola ætatis maturitate mulier nominetur? Denique &
Gen. 25. Abraham quum puerum mitteret Mesopotamiam in domum Bathuelis, & inde acciperet Isaac filio suo uxorem: & puer curiosius percontaretur, ait ad eum, Quod si noluerit mulier sequi me, reducam filium tuum illuc? Et non dixit, quod si noluerit uirgo sequi me. Hæc ergo dicta sint nobis de eo quod obseruauimus scriptum, quia non superflue addidit legislator, Mulier si conceperit semen, & pepererit filium: sed esse exceptionem mysticam, quæ solam Mariam à reliquis mulieribus segregaret, quod eius partus non ex conceptione seminis, sed ex præsentia sancti spiritus & uirtute altissimi fuerit. Nunc ergo requiramus etiam illud, quid causæ sit, quod mulier quæ in hoc mundo nascentibus ministerium præbet, nõ solum quum semen suscipit, immunda fieri dicit, sed & quum peperit. Vnde & pro purificatione sua iubetur offerre pullos columbinos, aut turtures pro peccato ad ostiũ tabernaculi testimonij, ut repropitiet pro ipso sacerdos: quasi quæ repropitiationem debeat & purificationẽ peccati, pro eo quod nascenti in hoc mundo homini ministerium præbuit. Sic enim scriptum est: Et repropiciabit pro ipsa sacerdos, & mundabitur. Ego in talibus nihil audeo dicere: sentio tamen occulta his quædam mysteria contineri, & esse aliquid latentis arcani, pro quo & mulier quæ conceperit ex semine, & pepererit, immunda dicitur, & tanquã peccati rea offerre iubeatur hostiam pro peccato, & ita purificari. Sed & ille ipse qui nascitur, siue uirilis, siue fœminei sexus sit, pronunciat de eo Scriptura, qui non sit mundus à sorde, etiam si
Iob 25. unius dici sit uita eius. Et ut scias in hoc grande esse, nescio quid, & tale quod nulli sanctorum ex sententia uenerit, nemo ex omnibus sanctis inuenitur diem festum, uel conuiuium magnum egisse in die natalis sui, nemo inuenitur habuisse lætitiam in die natalis filij uel filię suę. Soli peccatores super huiusmodi natiuitate lætantur. Inueni-
Gen. 40. mus etenim in ueteri quidem testamento Pharaonem regem Aegypti, diem natalis sui cum festiui-
Matth. 14. tate celebrantem: in nouo uerò testamento Herodem. Vterq; tamen eorum ipsam festiuitatem natalis sui profusione humani sanguinis cruenta uit. Ille enim præpositum pistorum, hic sanctum prophetam Ioannem obtruncauit in carcere. Sanctí uerò non solùm non agunt festiuitatem in die natalis sui, sed spiritu sancto repleti execrantur hunc diem. Neque enim tantus actalis propheta (Hieremiam dico) qui in utero matris suæ sanctificatus est, & propheta ingentibus consecratus libris in æternum mansuris aliquid inaniter condidisset, nisi secretum quid contineret, & ingentibus mysterijs plenũ, ubi dicit: Maledictus dies in quo natus sum, & nox in qua dixerunt, ecce masculus. Maledictus qui annũciauit patri meo, dicens: Natus est tibi masculus. Sic læteretur homo ille, sicut ciuitates quas dominus destruxit in furore, & non pœnituit. Videtur ne tibi hæc tam gratuita, & tam onerosa imprecari propheta potuisse, nisi sciret esse aliquid in ista natiuitate corporea, quod & huiusmodi dignum maledictione uideretur, & pro quo legislator tot immunditias accusaret, quibus congruas purificationes consequenter imponeret? Longum est autem, & alterius temporis, ut testimonia quæ de propheta assumpsimus, explanemus: quia nunc non Hieremiæ, sed Leuitici nobis propositum est differentes quens, maledicebat diem natiuitatis suæ, dicens: Maledicta dies, in qua natus sum, & nox in qua dixerunt, ecce masculus. Nox illa sit tenebræ, & non requirat eam Dominus denuo, neq; ueniat in dies anni, nec numeretur inter dies mensium. Quod si non tibi uidetur hæc Iob diuino & prophetico spiritu loqui, ex ijs cõsidera quę sequuntur. Addit enim: Sed maledicat eam, qui maledixit illum diem, in quo magnum cetum interempturus est. Vides ergo quomodo in spiritu sancto prædixit de magno ceto, quem interfecturus esset dominus, cuius typus erat cetus ille Ionæ. Vnde & Dominus qui interfecturus erat cetum istum diabolum, dicit: Sicut enim Ionas tres dies & noctes tres fuit in uentre ceti: ita oportet & filium hominis esse tribus diebus, & tribus noctibus in corde terrę. Quod si placet audire, quid etiam alij sancti de ista natiuitate senserint, audi Dauid dicentem: In iniquitatibus, inquit, conceptus sum, & in peccatis peperit me mater mea: ostendens, quod quęcunque anima in carne nascitur, iniquitatis & peccati sorde polluit: & propterea dictum esse illud, quod iam superius memorauimus: quia nemo mundus à sorde, nec unius dici sit uita eius. Addi etiam his illud potest, ut requiratur quid causę sit, quum baptismum ecclesię obseruatur, etiam paruulis baptismum dari, quum utique si nihil esset in paruulis, quod ad remissionem deberet & indulgentiam pertinere, gratia baptismi superflua uideretur. Manet ergo quęcunq; conceperit semen, & pepererit masculum, immunda erit septem diebus, sicut & illa quę secundũ dies purgationis suę septem diebus segregabitur ab omni mundo: quia in sanguine immundo manet septem diebus, in sanguine autem mundo triginta & tres dies. Sed hoc de masculi natiuitate. Duplos autem dies faciens natiuitate fœminę. Incipit ergo esse in sanguine mundo



mundo ab octauo die, & in sanguine mundo manet diebus triginta tribus, hoc est tribus decadibus, & tribus monadibus: & quum cœperit esse in sanguine mundo illa quæ peperit, tunc circuncidit infantem. Octaua enim die, inquit, circuncides carnem præputij eius. Hæc est lex literæ.

Sed require tu quam circuncisionem Apostolus prædicet, quam nos & suscipere & habere iubet. Nos enim, inquit, sumus circuncisi, qui spiritu deo seruimus. Et quod ait in Psalmo: Alienati sunt peccatores à uulua. Considera, si non de illis hoc dicit, qui illam circuncisionem suscipiũt, qua nos circuncidi Apostolus uetat: & tunc est quando alienantur peccatores à uulua, quum non spiritu, sed carne circunciduntur: quia qui in lege circuncidunt, à gratia excidẽrũt. Igitur immũda fieti mulier dicitur, quæ concepto semine peperit masculum: quæ autem fœminam peperit, non solum immunda erit, sed dupliciter immunda: bis enim septenis diebus immunda scribitur permanere. Sed interim quæ peperit masculum, octaua die & qui natus est circunciditur, & illa fit munda. Scitis quod operosa res est, in hac breuitate tẽporis ista contingere: tamen ut in transcursu aliqua dicamus, septimana hæc præsentis uitæ tempus uideri potest. In septimana nanq; dierũ consummatus est mũdus: in quo donec sumus in carne positi, ad liquidum puri esse nõ possumus, nisi octaua uenerit dies, id est, nisi futuri seculi tẽpus affuerit. In quo tamẽ die qui masculus est, & uiriliter egerit, statim in ipso aduẽtu futuri seculi purgatur, & statim mũda efficitur mater quæ genuit eum. Purgatam nanq; à uitijs carnem ex resurrectione recipiet. Si uerò nihil in se habuit uirile ad uersum peccatum, sed remissus & effœminatus fuit in actibus suis, cuius peccatum tale est, quod non remittatur in præsenti seculo, neq; in futuro: iste transit in unam & alteram septimanam in immundicia sua, & tertia demum incipiente oboriri septimana, purgatur ab immundicia, quam fœminã pariendo contraxit. Hostiæ uerò, quæ pro huiusmodi immundicia iubentur adhiberi, dupli citer distinguuntur. Primo iubetur agnus offerri anniculus sine macula in holocaustũ, & pulli columbini, aut turtures pro peccato. Secundo uerò cõmutatur hostia: Si, inquit, nõ inuenerit manus eius ꝺ sufficiat ad agnũ, accipiet duos turtures aut duos pullos columbarũ, unũ ad holocaustũ, aliũ pro peccato. Vnde & mirũ uidetur, quod ob latio Mariæ non habuerit hostiam primã, id est, agnum anniculum: sed secundã, tanquam cuius manus non suffecerit ad primam. Sic enim scriptum est de ea: Venerunt, inquit, parentes eius, ut offerrent pro eo hostiam, secundum quod scriptum est in lege domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Sed & in hoc uerum esse ostenditur illud quod scriptum est: Quia Christus Iesus quum diues esset, pauper factus est. Ideo ergo & matrẽ de qua nasceretur, elegit pauperem: & patriam pauperem de qua dicitur: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda, & reliqua. Verũ hæc breuiter trãscurrere cogimur, nec singula quæ sunt scripta, discutere: quãdoquidem festinamus aliquid etiam de legibus lepræ, quæ recitatæ sunt, pertractare. Inuenimus ergo sex species propositas esse de hominum lepra, quæ sex species hoc modo describuntur. Aut enim in cute corporis fit cicatrix, & signum exalbidum, & in cute corporis eius contagio lepræ. Aut efflorens efflorebit lepra, & contẽget omnem cutem contagio à capite usq; ad pedes eius. Tertia species quum in cute carnis fit ulcus & sanatur, & fit in loco ipso ulceris cicatrix alba. Aut in carnis cute fit adustio ignis, & post hęc sanata adustio erit lucida & alba, aut cum rubore candida. Quinta species, quum uiro aut mulieri fit in capite, aut in barba contagio lepræ. Vltima uerò scribitur species, quum fit in caluicio, uel in recaluitione contagio lepræ rubicundæ, quæ est lepra efflorẽs in caluitio, uel in recaluitione. Hæc ut compendio expositionis utamur (quoniã quidem nunc propositum nobis est breuiter auditores ex his quę recitata sunt admonere, nec est tempus ad liquidum singula quęq; discutere) referenda mihi uidentur ad unamquanq; speciem peccatorum, & in his animæ maculæ quæ ex peccatis accidunt, intuendæ. Dicendum igitur primo est, designari per hæc, peccata quæ in hac uita positi committimus: ex quibus aliqua curari nunc possunt, aliqua uerò non possunt. Secundo uerò & de illis ipsis, quę post hanc uitam nobiscum transeunt, significari intelligendum est, esse & in ipsis quędam ita animabus infixa, ut nequeant aboleri. Alia uerò esse quę purgationem possint recipere, secundum inspectionem & iudicium pontificis illius, quẽ occulta latẽre non possunt: quicq; dispensabit animas singulorum, secundum hoc quod in eis maculas lepręaut expiabiles, aut inexpiabiles uiderit. Cuius rei differentias de præsenti lectione colligere, & per singula secundum scripturę huius indicium, quę possunt nos mouere, rimari ex tempore, ut iam superius dixi, iste sermo non patitur. Vix enim hęc multis possent uoluminibus digesta componi ab ijs, quibus dominus de lectione ueteris testamenti uelamen abstraxit. Nos ergo pro uiribus nostris, quantum proferri in medium conuenit, exequemur, apostolo nobis Paulo pandente intelligentię uiam, Hebr. 10. qua dicit legem umbram habere futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, & secundum id quod ea, quę de bobus in lege uidentur scripta, non de bobus, quorum Deo cura non sit, sed de apostolis aduertenda pronunciat. In quo 1. Cor. 9. consequenti utiq; ratione edocemur, quod & ea quę de lepra scribuntur, umbra sit, in alijs habens imaginem ueritatis. Igitur adhibeamus primo, si uidetur, ipsam Scripturę umbram, & tunc de eius ueritate requiramus. In uulneribus corporum, posteaquam curata fuerint, remanet interdum ipsius uulneris signum, quod cicatrix appellatur. Vix enim est qui ita curetur, ut nullum susceptí uulneris residere uideatur indicium. Tran-

Universidad de Deusto
Biblioteca



si nunc ab ista legis umbra ad ueritatem eius, & A
intuere quomodo anima, quæ peccati uulnus ac
ceperit, etiam si curetur, tamen habet in loco cica
tricem uulneris residentem: quæ cicatrix non so-
lum à deo uidetur, sed & ab ijs, qui acceperint ab
eo gratiam, per quam uidere possint animæ lan-
guores, & discernere quæ sit anima ita curata, ut
omni genere uestigium illati uulneris abiecerit:
& quæ curata sit quidem, sed ferat adhuc ueteris
morbi ipso uestigio cicatricis indicia. Quod au-
Esaiæ 1. tem sint quædam animę uulnera, Esaias docet, di-
cens: A pedibus usque ad caput non est in eo sa-
nitas: sed uulnus, & liuor, & plaga. Cum feruo-
re de delictis hæc proculdubio loquens populo,
insinuat quia sint aliqui, quibus possit adhuc me-
dicamentum malagmæ imponi. Alij uerò, quod
sint in tantum peccatores, ut eis nec cura possit B
adhiberi, hoc modo idem propheta designat: Nō
est, inquit, malagma imponere, neq; oleum, neq;
alligaturas. Quod autem contritio, & plaga do-
loris per correptionem, curæ causa imponatur
Hierem. 30. animæ, Hieremias docet, dicens: Sic dicit domi-
nus, Suscitaui contritionem, plaga tua cum do-
lore, non est qui iudicet iudicium tuum, cum do-
lore curata es, non est utilitas in te. Omnes amici
tui oblíti sunt tui, nec iam interrogabunt de te,
quia plaga inimici percussi te, correptiõe ualida,
pro omni iniquitate tua: quomodo multiplicata
sunt peccata tua? Quid uociferaris super cõtritio
ne tua? Violentus est dolor tuus, propter multitu
dinem iniquitatum tuarum prœualuerunt pecca-
ta tua, & fecerunt tibi hæc. Propterea omnes qui C
deuorant, deuorabuntur, & omnes inimici tui
carnes tuas deuorabunt. Et erunt qui te afflixe-
runt, in afflixione: & omnes qui deuastauerunt
te, dabo in deprædationem: quoniam reuocabo
sanitatem tuam, & uulneris tui dolorem reuoca-
bo à te, dicit Dominus. Memento diligentius,
quæ audieris à propheta de uulneribus & cicatri
cibus, & de tumoribus dici. Hæc enim nobis ne-
cessaria sunt ad expositionem cicatricum uel uul
nerum, uel aliorum huiuscemodi, quæ in lepræ in
spectionibus memorantur. Addemus tamen
Hierem. 30. adhuc, quæ in alio loco idē Hieremias ad animæ
uulnera & curas, in quibus tamen uestigia uulne
rum resideant post obductam cicatricem, his ser-
monibus memorat: Ecce ego adducam cicatri-
cem eius, & simul curabo eos, & manifestabo eis D
pacem & fidem, & conuertam captiuitatem Iu-
da, & captiuitatem Hierusalem. Si ergo sufficien
ter à propheta didicimus de uulneribus & cicatri
cibus animarum, & curis ac sanitatibus, quæ deo
medicante inferuntur: intuere nunc illam animā,
de qua dicit Deus: Quia ego adduxi cicatricem
eius. Post uulnera sine dubio cicatricem adducit
ob sanitatem. Et curaui, inquit, eos: & manifesta-
bo eis pacem & fidem. Si ergo post cognitionē &
medicinam Dei, si post manifestationem pacis &
fidei, quam per Christum suscipimus, rursum in
ista cicatrice asctēdat aliquod peccati prioris indi
cium, aut signum aliquod erroris ueteris innoue-



post sanitatem receptam, cõtempto eo qui dixit: A
Ioan. 5. Ecce iam sanus factus es, noli amplius peccare,
ne quid tibi deterius contingat: incipiat ueteris
uitij fructus ex obducta cicatrice pferre, nec exe-
quetur cicatrix ad relíqui corporis cutem, sed sit
humilior, & illum adhuc retineat colorem quem
habuit lepræ tempore, lepra eius in adustione re-
floruit, & ideò immundus à sacerdote iudicatur.
Quinta species lepræ est, quum in capite contа-
gio efficitur, aut in barba uiri siue mulieris capi-
te: ita ut uisio cõtagionis ipsius humilior sit à cute
corporis: & hæc est lepra capitis uel barbæ. Vide
ergo si potest fieri, ut lepra capitis putetur in eo,
qui non habet caput Christum, sed alium aliquē:
uerbi causa, Epicurū uoluptatem summū bonum
prædicantem, non tibi & caput & barba talis ho- B
minis uidetur immunda? Sed & is qui quum de-
uelatum, & os eius adopertum. Per quę designat,
eũ qui in anima leprosus est, id est qui peccatis cõ
fixus, non oportere assuere sibi tegumenta, & tur
pitudines operire peccati. Sicut enim is cuius ue-
stimenta dissuta sunt, nudam atq; intectam gerit
turpitudinem corporis: ita oportet eum qui pec-
catis aliquibus obseptus est, mala sua & flagitia
nullis uerborum assumentis, nullis excusationū
1. Cor. 11. uelaminibus operire: ut in eo fiat sepulchrū deal-
batum, quod deforis quidem apparet hominibus
Matth. 23. speciosum, intus autem plenum est ossibus mor-
uorum, & omni immundicia. Vult ergo lex di-
uina, peccatorem non solum uestimenta non as-
fuere, sed & caput non cõtegere: ut si quod est ca-
pitis delictū, id est si in deū aliquid cõmissum est,

si in fide peccatū est, ne hæc quidē habeantur ob-
tecta, sed omnibus publicentur, ut interuentu &
correptione omniū emendetur, et ueniam merea
tur. Veruntamen leprosus iste os tantūmodo iu-
betur obtegere. Quid est hoc quod omnes corpo
ris partes nudas habere præcipitur, & os solū iu-
betur operire? Nónne palàm est, & in aperto posi
tum, quod ei qui in lepra peccati est, clauditur ser
mo, clauditur ei os, ut fiducia sermonis, & docēdi
autoritas excludatur? Peccatori enim dixit deus: Psal. 49.
Quare tu enarras iustícias meas, & assumis testa-
mentū meū per os tuū? Clausum ergo habeat os
peccator: quia qui seipsum nō docuit, quomodo
aliū docere potest? Docere aliū nō potest, & ideò
os suū iubetur operíre, qui male agendo loquēdi
perdidit libertatē. Immundus, inquit, erit, & sepa
ratus sedebit foris, extra castra erit conuersatio e-
ius. Clarū est quod omnis immundus abijciatur
à cõuentu bonorū, & segregetur à cœtu castrisq;
sanctorū. Et ideò dicitur, quia extra castra erit cõ-
uersatio eius. Quod si forte mũdatus fuerit, spon-
te quidem, & a semetipso non uenit ad sacerdotē,
sed offertur, inquit, ab alio, nec intrat in castra.
Neque enim conueniens erat, ut eadem die qua
mundabatur, priusquam fierent pro eo quæ com
petebant, introiret in castra. Propter quod sacer-
dos, inquit, exibit ad eum foras extra castra. Sem-
per enim ad eum, qui nondum potest introire in
castra, exit ille, qui potest exire extra castra, qui di
cit: Ego à deo exiui, & ueni in hūc mundum. Exit Ioan. 16.
ergo ad eum sacerdos, & considerat si iam rece- C
pit sanitatem, si à lepræ contagione purgatus est.
Quum autem uiderit eum sacerdos, præcipit, ut Leuit. 17.
accipiantur gallinæ duæ uiuæ ei qui mundatur,
& lignum cedrinum, & coccum tortum, & hyssо-
pum. Videntur hic mihi etiam duæ istæ gallinæ
habere similitudinem quandam duorū hircorū,
ex quibus unus domino offertur, alius in eremū
emittitur. Ita enim & hic ex duabus gallinis una
immolatur, & alia in campum dimittitur. Dat er-
go & hic qui purgatur à lepra, aliquam partem
quæ abijciatur in eremum, alia autem pars domi-
no offertur pro eo. Nondum tamen hic qui pur-
gatur à lepra, & offert gallinas, atq; alia, quæ pro
eo domino offeruntur, ad altare offertur, sicut tur
tures aut columbæ. Nondum enim eadem die is D
qui purgatur à lepra, diuino altari dignus efficit.
Propter quod mandat legislator, ut eadā die qua
purgatur, accipiantur duæ gallinæ ad purificatio
nem eius. Puto aũt, quod & hic illius gallinæ in-
tellectus latenter habeatur, per quam purificatio
efficitur peccatoris, de qua scriptum est: Quoties
uolui congregare filios tuos, sicut gallina congre Matth. 23.
gat pullos suos sub alis suis, & noluisti? Indiget ta
men, ut per lignū cedrinū purificetur is qui puri-
ficatur. Impossibile nanq; est sine ligno crucispec
cati leprā posse purgari, nisi adhíbeat & lignū in
quo saluator (sicut apostolus Paulus dicit) exuit
principatus & potestates, triumphans eos in lig-
no. Iungitur tamen ad emundationem lepræ hu- Colos. 2.
ius etiam coccum tortum, sociatur & hyssopus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Coccum tortum figuram sacri sanguinis cõtinet, A qui de eius latere per lanceæ uulnus exortus est. Et hyssopum, hoc genus herbæ naturam habere medici ferunt, ut diluat & expurget si quæ pectori hominum sordes ex corruptione noxij humoris insederint: unde & necessariò in expurgatione peccatorum, huiusce modi graminis figura suscepta est. Coccum uerò, quod sæpe sumptum sit ad salutis subsidia, in diuinis referri uoluminibus inuenimus. Sicut in partu Thamar, quum unus, Gen.38. inquit, prior protulit manũ, accipiens obstetrix, coccũ alligauit in manu eius, dicens: Hic exiliet Iosue 2. prior. Sed & Raab meretrix quum exploratores suscepisset, & pactum ab eis salutis acciperet: illi, & pones, inquiunt, signũ resticulam coccineam, & alligabis eam in fenestra ista per quam deposui B sti nos. Obserua tamen & illud, quod non ipse sacerdos immolare gallinã dicitur. Nondum enim dignus est hic, qui fuit leprosus, ut ipse sacerdos pro eo immolet, propter quod nec sanguis gallinæ offertur ad altare. Sed dicit, quia occidetur gallina in uasculo fictili, in quod uas aqua uiua sit missa: ut & aqua assumatur ad purificationem, & compleatur plenitudo mysterij in aqua & sanguine, quod dicitur exijsse de latere saluatoris: & ni- Ioan.19. hilominus, quod Ioannes in epistola sua ponit, & 1.Ioan.5. dicit purificationem fieri in aqua & sanguine & spiritu. Vnde & hic uideo omnia ista compleri. Spiritus enim est gallinæ istius quæ occiditur, & aqua uiua quæ in uase est, & sanguis qui super eũ diffusus est. Non quo per hæc iterandam baptis- C mi gratiam sentiamus: sed quod omnis purificatio peccatorum, etiam hæc quæ per pœnitentiam quæritur, illius ope indiget, de cuius latere aqua processit & sanguis. Vide ergo quomodo & uiua gallina, & lignum cedrinum, et coccus tortus, & hyssopus tingitur in sanguine pulli & aqua uiua: ut ex hoc aspersus, & purificatus ex aqua & sanguine (in quo tincta est & illa gallina, quæ in campum emittitur) & septies coram domino respersus is qui purificatur, mundus efficiatur ab omni immundicia, qua fuerat ex lepræ contagione possessus. Sed & illud aduerte, quomodo quum superius dixerit, hęc est lex leprosi, in qua die mũdatus fuerit: nunc his omnibus addit & dicit, & mundus erit. Si enim semel abiecta lepra mundatus est, quomodo adhuc immũdus erit? Sed uide quia etiam si mundetur quis à peccato, & non sit iam in opere peccati, ipsa tamen uestigia sceleris cõmissi purificatione indigent & ea, quam exposuimus, & alijs nihilominus quæ mandantur in consequẽtibus. Obseruabimus enim ad hoc qđ scriptum est de lepra, in qua die mundatus fuerit: post hæc inter cætera quæ mãdantur tertio dictũ esse, & mundus erit: & iterum ad ultimum scriptum esse, & mundabit. Vnde & mihi uidetur esse quasdam & in ipsa purificatione differentias, & (ut ita dixerim) profectus quosdam purificationum. Potest enim & de illo qui cessãt à peccato, dici, & mundus erit: sed nõ statim ita mundus uidebitur, ut ad summã puritatis accesserit. Denique addit ijs quæ dixerat: In quacunq; die mundatus fuerit, emittetur, inquit, uiua gallina in campum, & lauabit uestimenta sua is qui purificatur. Post hæc autem omnem, inquit, pilum radet. & addit, & lauabitur in aqua. & post hæc additur, & mundus erit. Neq; enim sufficit, quod in principio dixerat, mundus erit, nisi adiecisset etiam hæc: Sordida ergo uestimenta habuit usq; adhuc iste qui purificatur à lepra, etiam post aspersionẽ, & nunc lauare ea iubetur. Quæ tamen uestimenta non mihi per omnia malæ texturæ uidẽtur fuisse, aliquin abijci ea magis quàm lauari præciperet. In quo ostenditur, neque per omnia alienam fuisse à deo conuersationem eius, neq; pure in domino, & integrè custoditam. Non enim lauaret uesti- B menta, nisi fuissent sordidata: nec iterum lotis ea uteretur, si fuissent textrini in omnibus alienæ. Quod autem radi iubetur omnem pilum, puto quod quicquid emortui operis animæ posticæ in peccatis exortum est (hoc enim nunc pili nominantur) iubeatur abijcere. Peccator enim omne quod ei siue in cõsilio natũ est, siue in uerbo, siue in opere, expedit si uere purificari uult, ut eradat, & abijciat, nec residere apud se aliquid patiatur. Sanctus aũt seruare debet omnem capillum, & si possibile est, nec ascendere debet ferrum super ea put eius: ne abscindere aliquidde cogitationibus eius sapiẽtibus, aut dictis aut operibus posticis: de denique est quod & Samueli ferrum dicitur non ascendisse super capet, sed & omnibus Nazaræis qui sunt iusti: Quia iusto (sicut scriptũ est) omnia C quæcunq; faciet prosperabuntur, & folia eius non decident. Hinc & discipulorum domini etiam capilli capitis dicũtur esse numerati: hoc est, omnes actus, omnes sermones, omnes cogitationes earum seruantur apud dominũ, quia iustæ, quia sanctæ sunt. Peccatorũ uerò omne opus, omnis sermo, omnis cogitatio debet abscindi: & hoc est quod dicitur, ut omnis pilus corporis eius radatur, & tunc erit mundus. Sed & hoc obserua, quod non sufficit ei post purificationẽ uel uestimẽta lauisse, uel omnem pilũ rasisse, nisi et lotus fuerit in aqua. Oportet nanq; eum abijcere omnes sordes, omnem immundiciam, nõ solum de uestimentis, sed & de proprio corpore, ut nulla in eo macula ex- D tinctæ lepræ resideat. Tertio ergo nunc purificatus, ita demũ dignus efficitur ingredi castra diuina. Non tamen continuò permittitur ei introire domum suã: sed dicitur, ut extra domũ suã maneat septẽ diebus, & radat omnẽ pilũ capitis & barbæ & superciliorũ: quasi nõ sufficerit, quod prius omnẽ pilũ raserat: nunc additur, ut omnẽ pilũ capitis & barbæ & superciliorũ radat. Idẽ nanq; uidetur dictũ, in eo quod dixerat omnem pilũ radendum. Sed nõ mihi inanis uidetur esse ista repetitio, unde enim peccatorem posteaq; fuerit mundatus, purificatum q; steaq; remissionem peccatorum per pœnitẽtiam acceperit, de purgatione capitis admonere, & barbæ & superciliorum. uelut si diceret ei: Ecce iam sanus factus es, uide ne ultra capitis cõtrahas cupam. Capitis enim peccatum est, aliter quam



fides ecclesiæ continet, de diuinis sentire dogma A tibus. In barba uerò, ut meminerit se uirilis ætatis Matth.28. deposuisse peccata, & conuersus fiat sicut infans. In supercilijs autem arrogantiam deijcit, & male elatum ad humilitatem Christi inclinat supercilium. Secundo ergo ad hũc modum omnis pilus corporis raditur. Et sicut hæc geminantur, ita & uestimenta semel in prima purificatione lauisse non sufficit: sed secundo præcipitur, ut lauet uestimenta sua & corpus suum aqua, & tũc quarto additur, & mundus erit. Hæc autem fiunt intra castra quidẽ, posito eo adhuc tamẽ extra domum suam. Dicit enim: Post septem dies in die octaua assumunt sibi duos agnos. Iam non alius assumit, sed ipse sibi assumit duos, inquit, agnos immacu- B latos, & ouẽ unam anniculam immaculatam, & tres decimas similaginis conspersæ in oleo, & cyathum olei unum: ut post hæc quinta purificatione purificatus cõsummetur. Ex his ergo duobus agnis unus quidem immolatur, & dicitur pro delicto. In loco, inquit, in quo iugulatur pro peccato, & ubi holocaustomata fiunt, in loco sancto. Ecce iam dignus efficitur, ut offerat sacrificium, qui potuit ad quintam purificationem peruenire, & hostia eius sancta sanctorũ fit. Alius autem agnus holocaustum efficitur: in quo propitiare pro ipso sacerdos dicitur, ut purgetur. Igitur primus agnus, qui pro delicto est, uidetur mihi uirtutis ipsius formã tenere, quam sumpsit is qui erat in peccatis, per quam potuit propellere affectum peccandi, & malorum ueterum pœnitudinẽ ge- C rere. Secundus uerò agnus figuram tenere illius cui fugatis omnibus uitijs, integrum se & ex integro obtulit deo, & dignus extitit diuinis altaribus. Quis autẽ quæ post agnos assumitur (quantum conijcere in tam difficilibus locis ualemus) fœcunditatem puto quod designet eius qui conuersus est à peccato, & totum se obtulit deo, qua post omnia in bonorum operum fœtibus utitur, & innocentiæ fructibus pollet. In tria ergo purificationis huius, id est cõuersionis à peccato ratio diuiditur. Prima est hostia, qua peccata soluũtur: secunda est, qua anima cõuertitur ad dominum: tertia est fœcunditatis & fructuum, quos in ope- D ribus pietatis is qui dicitur cõuersus ostendit. Et quia tres iste sunt hostiæ, idcirco subiungit & tres mensuras decimæ similaginis assumendas, ut ubiq; intelligamus purificationem fieri non posse sine mysterio trinitatis. Vide autem quod hic in quinta purificatione nõ assumitur farina, sed iam similam habet iste qui purificatur à peccatis. Simila ei adscribitur unde habeat iam panem mundum, & hæc oleo cõspergitur. Sed & oleum eius ad duos usus diuiditur. Vnum quo simila cõsperguntur, alium quod sacerdos accipit integram mensuram cyathi, ut ait. In quo (ut ego sentio) & pauca eius pinguis efficitur per misericordiam: & oleum quo lux uera, & scientiæ ignis accenditur, Luc.12.4. per manus sacerdoti capiti eius imponitur. Ita enim dicit: Et statuet (inquit) eum sacerdos, qui mundat eum in conspectu domini ad ostium tabernaculi testimonij. Vide quia sacerdotis est ista Ephe.4. tuere eũ qui conuertitur à peccato, ut stabilis esse possit, & ultra non fluctuare, nec moueri omni uento doctrinę. Statuet ergo eum, non solum intra castra, sed ad ipsum ostiũ tabernaculi testimonij ante dominum. Et posteaq; secundum ea quæ superius dicta sunt, offeruntur hostiæ pro purificatione: adhibet, inquit, & cyathum olei, & separat illud ante dominum. Et accipiet, inquit, sacerdos de sanguine, & ponet super extremam auriculam eius, qui purificatur, dextram, & super extremam manum eius dextram, & super extremum pedem eius dextrum. Et post hæc, inquit, accipiet sacerdos non ipsum cyathum olei, sed ex ipso: & diffundet, inquit, in manũ suam sinistrã, & intinget digitum suum sacerdos in oleo, quod est in manu eius sinistra, & asperget septies ante dominum. Et iterum ex eo, quod superest in manu eius sinistra, imponet super auriculã eius, qui purificatur, dextram, & super extremam manum eius dextram, et super extremum pedem eius dextrum. Et post hæc quod relictum fuerit ex oleo, imponet, inquit, sacerdos de manu sua super caput eius qui purificatur. Vides quomodo ultimę & summæ purificationis est aurem purificari, ut purus & mundus seruetur auditus: & manũ dextram, ut munda sint opera nostra, ne aliquid immundum his admisceatur et sordidum. Sed & pedes purificandi sunt, ut ad opus bonum tantummodo dirigantur, nec ultra lapsus iuuentutis incurrant. Septies autem respergit eum sacerdos ex oleo corã domino. Post omnia etenim, quæ pro purificatione celebrata sunt, postq; conuersus & reconciliatus est deo, post immolatas hostias, ordinis erat ut & uirtutẽ super eum septemplicem sancti spiritus inuitaret, secundum eum qui dixe- Psal.50. rat: Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali cõfirma me. Vel certe quomodo pec- Luc.15.9. catorum corda dominus in euangelio testatur, à septem dæmonibus obsideri, competẽter septies ante dominum sacerdos in purificatione respergit: ut expulsio septem spirituum malignorũ de purificato corde, septies excusso digitis oleo declaretur. Hominibus ergo cõuersis à peccato, purificatio quidem per illa omnia datur, quæ superius diximus. Donum autem gratiæ spiritus, per olei imaginem designatur, ut non solum purgationem consequi possit is qui conuertitur à peccato: sed & spiritu sancto repleri, quo & recipere priorem stolam & annulum possit, & per omnia Luc.15. reconciliatus patri, in locum filij reparari. Per ipsum dominum nostrum Iesum Christum, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

Octaui libri finis.

DIVI

Universidad de Deusto
Biblioteca



# DIVI CYRILLI IN LEVITICVM LIBER NONVS.

*De eo quod scriptum est de sacrificijs repropitiationis: & de duobus hircis, quorum unus sors est domini, & unus apopompæi, qui dimittitur in eremum, & de ingressu Pontificis in sancta sanctorum.*

ἀποπομπαῖος, ἐρῆμος, id est emissarius.

DIe propitiationis indigẽt omnes qui peccauerunt: & ideo inter solennitates legis, quæ figuras continent cœlestium mysteriorum, una quædam solennitas habetur, quæ dies propitiationis appellatur. Hæc ergo quæ nunc recitata sunt, legislatio est solẽnitatis ipsius: quæ dies (ut diximus) propitiationis uocata est. Sed uideamus primo quid sibi uelit literæ ipsius continentia: ut orantibus uobis (si tamen ita domino supplices simus, ut exaudiri mereamur) possitis accipere gratiam spiritus, per quam explanare ualeamus mysteria, quæ continentur in lege. Defuncti
Leuit.10. sunt duo filij Aaron Nadab & Abiud, quũ offerrent ignem alienũ ad altare domini. Necesse igitur erat, ut cœlesti doctrina instrueretur Aaron, quomodo eũ ad altare oporteret accedere, & quo supplicationum ritu propitium faceret dominũ: ut ne etiam ipse incurreret hæc, quæ incurrerant filij sui, incaute & inconuenienter accedentes ad altare dei, alienumq; ignem, & non illum qui diuinitus datus fuerat, offerẽtes. Propterea ergo de his hoc modo prefata est lex: Et locutus est domi
Leuit.16. nus ad Mosen: loquere ad Aaron fratrem tuum, ut non intret omni hora in sanctuarium, quod est intra uelum ante cõspectum propitiatorij, quod est super arcam testimonij, & non moriatur. Ex quo ostẽditur, quod si omni hora introeat in sancta, non præparatus, non iudutus pontificalibus indumentis, neq; hostijs quæ statutæ sunt præparatis, neq; propitiato prius deo, morietur: & iuste quidem tanq; qui non fecerit ea quæ cõuenit fieri, anteq; accedatur ad altare dei. Omnes nos iste sermo contingit, ad omnes pertinet quod hic loquitur lex. Præcepit enim, ut sciamus quomodo accedere debeamus ad altare dei. Altare enim est super quod orationes nostras offerimus deo, ut sciamus quomodo debeamus offerre, scilicet ut deponamus uestimẽta sordida, quę est carnis immundicia, morum uitia, inquinamẽta libidinum.
An ignoras tibi quoq;, id est omni ecclesiæ dei, & credẽtium populo, sacerdotium datum? Audi
1.Pet.2. quomodo Petrus dicit de fidelibus: Genus, inquit, electum, regale sacerdotiũ, gens sancta, populus acquisitionis. Habes ergo sacerdotiũ, quia gens sacerdotalis es, & ideo offerre debes deo hostiam laudis, hostiam orationũ, hostiam misericordiæ, hostiam pudicitiæ, hostiam iusticiæ, hostiam sanctitatis. Sed ut hæc digne offeras, indumentis tibi opus est mundis, & segregatis à reliquorum hominũ cõmunibus indumentis, & ignẽ diuinũ necessarium habes. Nõ aliquem alienũ à deo, sed
Lucæ 12. illũ qui à deo hominibus datur, de quo filius dei
2.Cor.12. dicit: Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut accendatur? Si enim non hoc, sed alieno, & huic cõtrario igni utamur, ut illo qui se transfigurat sicut angelum lucis: eadem sine dubio patiemur, quæ Nadab passus est, & Abiud. Præcepit ergo mandatũ diuinũ ut instruatur Aaron, ne omni hora intret in sancta ad altare: sed quũ fecerit prius ea quæ fieri mandantur, ne forte moriatur. Sed primo omniũ ostendamus, quomodo hæc, quæ de sacrificijs cõscribuntur, figuras esse Apostolus dicit & formas, quarũ ueritas in alijs ostenditur: ne forte auditores nos præsumere arbitretur, & legẽ dei in alium sensum, quàm scripta est, uiolenter inflectere: quod quidem autumare fortasse possent, si nulla in his quę asserimus apostoli
Heb.10. ca præcederet autoritas. Paulus ergo ad Hebræos scribens, eos scilicet qui legem quidem legerent, & hæc meditata haberent & bene nota, sed indigerent intellectu qualiter sentire de sacrificijs deberent, hoc modo dicit: Nõ enim in sancta manufacta introiuit Iesus exemplaria ueritatis: sed in ipsum cœlum, ut appareat uultui dei pro nobis. Iterum dicit de hostijs: Hoc enim fecit, semel ipsum offerendo hostiam. Sed quid de his singulatim quærimus testimonium? Omnem epistolam ipsam ad Hebræos scriptam, si quis recenseat, & præcipuè eum locum ubi pontificem legis cõfert pontifici repromissionis, de quo scriptum est: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec: inueniet quomodo omnis hic locus Apostoli, exemplaria & formas ostendit esse rerum uiuarum & uerarum, illa quæ in lege scripta sunt. Oportet ergo nos quærere pontificem, qui semel in anno, id est per omne hoc præsens seculum, hircificium obtulit deo, indutus uestę, cuius diuinitus uante, quæ sit qualitas, ostendemus. Tunica, inquit, linea sanctificata induetur. Linũ de terra oritur. Tunica ergo sanctificata linea induitur uerus pontifex Christus, quũ naturam terreni corporis sumit. De corpore enim dicitur, quia terrenũ hoc & in terrã ibit. Volens ergo dns et saluator meus hoc quod in terram ierat resuscitare, terrenum suscepit corpus: ut id eleuatum de terra portaret ad cœlum. Et huius mysterij tenet figurã hoc, quod in lege scriptũ est, ut linea tunica pontifex induatur. Sed quod addidit sanctificata, non otiose auditum est. Sanctificata nanq; fuit tunica carnis Christi: non enim erat ex semine uiri cõcepta, sed ex spiritu sancto generata. Et femoralia, inquit, linea sint super corpus eius. Femoralia indumentum est, quo pudenda corporis cõtegi & cõfingi solent. Si ergo aspicias saluatorem nostrũ fuisse quidẽ corpus, in corpore positũ egisse humana actus, id est uescendi & bibendi, & cętera his similia: hoc aũt solũ opus non egisse quod ad pudenda corporis pertinet, carnemq; eius neq; nutrijs, neq; filiorũ procreationi patuisse, inuenies qualiter femoralia linea sanctificata habuerit: id uere de ipso dici debeat, Quia inhonestiora nostra abundantiorẽ honorẽ habent. Considera enim et ipsum pontificis habitũ, quia quod per naturam minus in eo honestũ uidetur, quũ indutus dicatur femoralibus lineis, & zona constrictus, etiam secundum literam de eo cõuenit dici, quia inhonestiora nostra abundantiorem honestatem habent. Ita ergo & omnis, qui in castitate uiuens, imitatur Christũ, hoc solum de humanis actibus nescientem, etiam ipse lineis femoralibus sanctificatis indutus est, & inhonestioribus suis abundantiorem circũdedit honestatem. Tunica ergo linea sanctificata induitur, & femoralia linea super corpus eius sunt. Sed ne forte femoralia hæc, quibus pudenda conteguntur, resoluta defluant, & turpitudinem reuelent ac retegant (non enim, inquit, facies gradus ad altare, ne forte reueletur in his turpitudo tua) ne ergo turpitudo tua detegatur
Exo.20. femoralibus reueletur: zona, inquit, femoralia cõstringantur. Quodam tempore exponentes Ioannem baptistam, & alias Hieremiam: quòd Hieremias quidẽ zonã, Ioannes uero pelliceam zonã circa lumbos habuisse diceretur: sufficiẽter ostendimus, quomodo per hæc declaretur indicari, pars illa corporis apud huiusmodi uiros ita emortua, ut neq; leuis ad carnis illecebras motus, neq; alius quisq; in lumbis eorũ fuisse credere tur: sed sola castitas, & pura pudicitia. Zona ergo pontifex linea cingitur, & cydarim lineam ponit super caput suũ, omnia linea. Cydaris quod dicit, ornatus quidam est, qui capiti superponitur, quo utitur pontifex in offerendis hostijs, uel cæteri sacerdotes. Sed unusquisq; nostrũ ornare debet caput suũ sacerdotalibus ornamentis. Etenim quoniam omnis uiri caput Christus est: quicunq; ita agit ut ex actibus suis cõferat gloriam Christo, caput suum qui est Christus, ornauit. Potest & alio modo in nobis intelligi capitis ornatus: quando quidem quod est in nobis primũ ac summũ, & caput omnium, mens est. Ad dignitatem itaq; ponderis excolet caput suũ, si quis mentẽ suam adornauerit sapientia & disciplinis. Quatuor igit̃ sunt ista, quibus indui præcipitur põtifex, & ita demũ introire in sancta, ne hæc non habens moriatur. Illam uerò de hostijs quædam quidem mandantur debere esse pontificis, quædam uerò à populo sumenda. Ipsius esse uitulus dicitur, quod est in animalibus precio sius & robustius. Et secundum animal aries est, quod in ouibus sine dubio precio sius est. A populo uerò munera iubentur offerri, aries à principibus, & hirci duo à populo. Vnus qui dimittatur in eremum, qui & apopompæus nominatur, & unus qui domino offeratur. Si esset omnis populus dei sanctus, & omnes essent beati, non fierent duæ sortes super hircis: & unus quidem sortem ferret, ut dimitteretur in eremũ, alius uerò ut domino offerreẽ: sed esset sors una, & hostia una domino soli. Nũc uerò quũ in multitudine eorũ qui accedunt ad dominũ, sunt quidam ipsius domini: alij autem sunt, qui mitti ad eremum debeant, id est, qui abijci merentur, & separari ab hostia dñi: propterea pars hostiæ quæ offertur à populo, id est, unus solus hircus dominо immolatur, alius autem abijcitur, & in eremũ dimittitur, & apopompæus nominatur. Sors ta-



men cadit super utrunq;: & ille quidẽ qui in eremum mittitur, dicitur quod ipse auferat super se peccata filiorum Israel, & iniusticias eorũ, & iniquitates ipsorum. Non enim ille hircus, qui domini sors efficitur, sed ille, cuius sors est, ut in eremũ dimittatur, auferre ea dicitur: secundũ illud credo
Esa.43. quod scriptũ est, Dedi cõmutationẽ tuam Aegyptum, & Aethiopiam, & Syenem pro te, ex quo tu honorabilis factus es in conspectu meo. Peccata igitur eorũ qui pœnitentiam egerunt, & eorũ qui reliquerunt maliciam, super capita sua suscipiunt hi, qui effecti sunt in sorte eius, qui in eremũ dimittitur, qui seipsos dignos tali ministerio, uel huiusmodi sorte fecerunt. Conuenit aũt uelut e contrario aptari his & illud quod dictum est:
Lucæ 19. Qui habet, dabitur ei. Sicut enim qui habet iusticias, additur ei: ita & qui habet peccata in tantũ, ut in sorte hirci apopompæi inueniatur, qui in eremum emittitur, addentur ei, eaq; abstergentur à sanctis, ut & in ipsis impleatur quod scriptũ est: Ab eo aũt, qui non habet, etiam quod habet auferetur ab eo, ut ei addatur, qui habet multas sordes peccatorum. Verum quoniam is, qui in sorte domini est, spem gerit non in præsenti seculo, sed in futuro: & cuius sors domini est, quotidie moritur: propterea is quidem, super quem sors domini ceciderit, jugulatur & moritur, ut sanguine suo purificet populum dei: ille autem qui in sortem contrariã ceciderit, nõ est dignus ut moriatur. Quia qui in sorte domini est, nõ est de hoc mundo: ille uerò de hoc mundo est, & mũdus quod suum est, diligit: ideò non occiditur, nec dignus est iugulari ad altare Dei, nec sanguis eius ad basim altaris meretur effundi. Sed uideamus quis est hic qui accipit eum, cuius sors apopompæi facta est, ut eum ejiciat in eremum. Homo, inquit, paratus accipiet hircum, qui uenerit in sortem eius, cui cecidit sors apopompæi, & abducet eum in eremum. Finis sortis ipsius eremus est, id est locus desertus, desertus uirtutibus, desertus deo, desertus iusticia, desertus Christo, desertus omni bono. Et nos ergo singulos manet sors una è duabus. Aut enim bene agentes sors domini sumus, aut male agẽtes sors nostra nos ducit ad eremum. Vis tibi euidenter ostendã, quomodo duæ istę sortes semper operentur, & unusquisq; nostrũ aut sors domini, aut sors apopompæi uel eremi siat? Cõsidera in euangelijs illum diuitem uiuentẽ splendide
Lucæ 16. & luxuriosè, & Lazarum ad ianuam eius iacentẽ uulceribus plenũ, & cupientẽ saturari de micis quæ cadebãt de mensa diuitis: quis finis designat utriusq;? Mortuus est, inquit, Lazarus, & adductus est ab angelis in sinũ Abrahæ: similiter autẽ & diues, & adductus est in locũ tormenti. Animaduertis euidẽter loca sortis utriusq; distincta. Vide etiã qui sunt qui abducunt: angeli, inquit, qui semper parati sunt ad abducendum: ministri enim dei sunt ad hoc ipsum designati, qui impleant sortẽ, quã tibi ipse paraueris. Si enim bene uixeris, si fregeris esuriẽti panẽ tuũ ex animo, nudũ uestieris, rectũ iudiciũ iudicaueris, iniquo aduersum

Universidad de Deusto
Biblioteca



sum iniquitatem suam restiteris, nec posueris cō- A silium tuum cū ijs qui laqueos innocentibus parant: sortem tuam facies domini. Si uerò libidini seruias, uoluptatis amator sis magis quàm dei: seculum diligas, maliciam non oderis, sortem tuam fecisti apopompæi, ut abducaris in eremū per manus ministri dei, qui in hoc ipsum ordinatus à deo est, & ideò paratus appellatur: quia personā nullius erubescit, nec diuites, nec potētes, nec reges, nec sacerdotes. Vis autē scire quia ad dñm pertinent animalia hæc, quæ sortes istas excipiunt, nō sunt immūda, nec aliena ab altaribus dei: sed mūda sunt, & quæ in sacrificijs offerri solent: ut scias hæc figuram tenere, non eorū qui extra fidē sunt, sed eorū qui in fide sunt. Hircus em animal mundum est, et diuinis altaribus cōsecratū. Et tu ergo per gratiam baptismi cōsecratus es altaribus dei, & animal factus es mundū. Sed si non custodias
Ioan. 5. mandatū illud dñi quod dixit: Ecce iam sanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius cōtingat. sed quum esses mundus, rursum te peccati inquinamento maculasti, & ex uirtute ad libidinem, ex puritate ad immunditiam declinasti tuo uitio: quū animal mundū fueris, sorti te apopompæi, eremiq; tradidisti. Potest aūt fortasis & alio modo paratus & mundus (qui abducit eum, cui sors uenit in eremum, et eo ipso quod ducit eum, quasi immundum tetigerit, dicitur lauare debere uestimenta sua ad uesperā, & esse mundus) etiam ipse dñs & saluator noster intelligi ex ea parte, qua naturæ nostræ, id est carnis & sanguinis uesti C menta susceperit, quæ in uesperam lauerit. Propter
Zach. 3. quod & dudum propheta de eo dixerat: Et uidi Iesum sacerdotē magnū indutū uestimenta sordida, & diabolū stantē à dextris eius, ut contradiceret ei. Lauit ergo in uino, id est in sanguine suo stolā suā in uespera, & factus est mundus. Et inde
Ioan. 20. fortasis erat quod post resurrectionē Mariæ, uolenti pedes eius tenere, dicebat: Noli me tāgere. Vis aūt adhuc uidere & aliam duarū sortium formam: Cōsidera duos illos qui tēpore crucis eius, unus à dextris, & unus à sinistris pependerunt latrones: & uide illum qui cōfitebatur dñm, sortem
Lucæ 23. esse factū dñi, & adductū esse sine mora ad paradisum: illum uerò aliū blasphemantē, sortē factū esse apopompæi qui in eremū abduceretur infer- D
Coloss. 2. ni. Sed & in eo quod dicit: Quia affixit cruci suæ principatus & potestates contrarias, & triumphauit eas: sortē in ijs apopompæi cōpleuit, & tanq; homo paratus abduxit eas in eremū. Deniq; & in
Lucæ 11. euangelio dñs dicit: Quia quū exierit de homine immundus spiritus, uadit per loca deserta, quærēs requiem, & non inuenit. Ergo potest & saluator noster, homo paratus intelligi: qui sortē quidem domini, ecclesiam suam fecerit, eamq; diuino cōsecrarit altari. Sortem uerò apopompæi, contrarias fecerit potestates, spiritus nequitiæ, et mundi huius rectores tenebrarū harum: quos, sicut dicit
Eph. 6. Apostolus, eū potestate traduxit, triumphans eos in semetipso. Quò traduxit, nisi ad eremum, & ad loca deserta? Sicut enim illi qui confessus est, ape ruit paradisi ianuas, dicendo, Hodie mecum eris in paradiso: & per hoc omnibus credentibus & confitentibus ingrediendi aditū dedit, quē prius Adam peccante cōcluserat. Quis enim alius rumphæam flammeā uersatilem, quæ appolita est custodire lignū uitæ, & fores paradisi poterat diuere? Quis alius Cherubim perugisti excubias custodia ualebat inflectere, nisi ipse solus, cui data est potestas omnis in cœlo & in terra? ut inquam præter ipsum nemo alius hæc facere potuit, ita principatus ac potestates, & rectores mūdi, quos enumerat Apostolus, nemo alius poterat triumphare, & abducere in eremū inferni, nisi ipse solus, qui dixit: Confidite, ego uici mundum. Hic- B cò ergo necessarium fuit dñm & saluatorē meū nō solum inter homines hominē nasci: sed etiam ad inferna descendere, ut sortē apopompæi; rursq; homo paratus in eremum inferni deduceret, unde inde regressus opere consummato ascenderet ad patrem: ibiq; plenius apud altare illud cœleste sanctificaretur, ut carnis nostræ pignus, quod secum euexerat, perpetua puritate donaret. Hic ergo est uerus dies propitiationis, quum propitiarius est deus hominibus, sicut & Apostolus dicit: Quoniam deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. & iterum de Christo dicit: Pacificans per sanguinē crucis suæ, siue quæ in cœlo sunt, siue quæ in terra. Mandatur ergo in lege, ut in die repropitiationis omnis populus humiliet animā suam. Quomodo humiliet populus animam suam, ipse dicit: Venient, inquit, dies, quū auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Plures ergo aguntur dies festi secūdum legem: est enim quidam solennis dies in mense primo, est & alius in secundo die mensis primi: & alia solennitas paschæ, aliæ azymorum, licet coniuncta uideatur azymis paschæ solennitas. Principiū etenim azymorum, ad finem paschæ cōiungitur. Paschalis ille solus dies appellatur, in quo agnus occidimus, reliqui uerò azymorū dies appellantur, sic enim dicit: Facies solennitatē azymorum septem diebus. Hæc ergo est prima solennitas post hanc. Quū, inquit, demessueris messem tuam, & cōgregaueris natiuitates ex agro tuo, facies diē festum de initijs fructuū tuorum, qui dies est post hebdomadas septimanas à festo paschæ, unde etiam dicitur dies pentecostes in ipsa lege. Post hæc in septimo mense aliæ aguntur solennitates. Prima die mensis neomenia tubarū, sicut dicitur in Psalmo. Tuba canite in initio mensis. Decima uerò die septimi mensis, ista est solennitas repropitiationis. In hac sola die pontifex induitur omnibus pontificalibus uestimentis. Tunc induitur manifestatione & ueritatē, tunc ingreditur ad illa inaccessibilia, quò semel in anno accedi tantūmodo licet, in est in sancta sanctorū. Semel em in anno populū derelinquēs, ingreditur ad eum locum, ubi est repropitiatorium, & super propitiatorio Cherubim, ubi est & arca testimonij, & altare incensi, quod nulli introire fas est nisi pontifici soli. Si ergo considerem uerum pontificem meum dñm Iesum



Iesum Christum, quomodo in carne quidem po- A situs, per totum annum erat cum populo: annum
Esa. 61. illum, de quo dicit: Euangelizare pauperibus misit me, & uocare annum domini acceptū, & diem
Hebr. 7. remissiōis. Deinde uerò, quomodo semel in isto anno in die repropitiationis intrat in sancta sanctorum: hoc est, quum impleta dispensatione penetrat cœlos, & intrat ad patrem, ut eū propitiū humano generi faciat, & exorat pro omnibus credentibus in se. Hanc repropitiationem eius, qua
1. Ioan. 2. hominibus repropitiat patrē, sciens Ioannes apostolus, dicit: Hæc dico filioli, ut non peccemus: quod & si peccauerimus, aduocatū habemus apud patrem, Christū Iesum iustum, & ipse est repropitiatio pro peccatis nostris. Sed et Paulus si-
Rom. 3. militer de hac repropitiatione cōmemorat, quū B dicit de Christo: Quē posuit Deus propitiatorē in sanguine ipsius per fidem. Igitur dies propitiationis manet in nobis usquequo occidat sol, id est quousq; finē mundus accipiat. Stamus enim nos pro foribus operientes pontificem nostrū, cōmorantem intra sancta sanctorū, id est, apud patrem, & exorantem pro peccatis eorū, qui ipsum expectant, non pro omniū peccatis exorantem. Non enim exorat pro ijs, qui in sortem ueniūt eius hirci, qui emittitur in desertum. Pro illis exorat tantum, qui sunt sors domini, qui eū pro foribus expectant, qui non recedunt de templo, ieiunijs & orationibus uacātes. An tu putas qui uix diebus festis ad ecclesiā uenis, nec intentus es ad audienda uerba diuina, nec das operā ad implenda mandata, quod possit sors domini uenire super te? O- C ptamus tamen, ut uel his auditis, operā detis, nō solum in ecclesia audire uerba dei, sed & in omnibus domibus uestris exerceri, & meditari in lege
Deut. 6. domini die ac nocte: & ibi enim Christus est, qui ubiq; adest quærētibus se. Propterea nanq; mandatur in lege, ut meditemur eā, quū imus in uia, & quum sedemus in domo, & quum iacemus in cubiculo, & quum surgimus. Et hoc est uere pro foribus expectare pontificem morantē intra sancta sanctorum, et effici in sorte domini. Quod autem dicimus de sorte, nō sic accipiat auditor, quasi si sors talis aliqua dicatur, quæ inter homines casu, & non iudicio agi solet. Quoniā sors domini ita accipiēda est, tanquam si diceretur electio uel pars domini: & rursum sors eius, qui in eremum D mittitur, accipiēda est, ueluti pars illa, quæ pro in dignitate sua à domino spernitur & abijcitur. Magis enim & sermo ipse apopompæi, abiecti & reprobati significantiam continet, ex quo possumus etiā illud intelligere (uerbi gratia) ascendit in cor tuum mala cogitatio, scilicet concupiscentia mulieris alienæ, aut uicinæ possessiōis. Intelligis hāc esse de sorte apopompæi? Abijce cōfestim, & expelle eam de corde tuo. Quomodo abijcies? si habeas tecū parati hominis manū, id est, si lectio diuina sit in manibus tuis, et præcepta dei ante oculos habeantur, tunc uere inueniris paratus ad abijcienda & repellenda ea, quæ sunt sortis alienæ. Sed & ira si ascendit in cor tuum, si zelus, si inuidia, si malicia ad supplantandū fratrem, paratus esto ut abijcias eam & expellas, & emittas in eremum. Si uerò ascendat in cor tuum cogitare quę dei sunt, de misericordia, de iustitia, de pietate, de pace: hæc de sorte sunt domini, hæc offerūtur ad altare, hæc pontifex suscipit, & in his tibi reconciliat dominū. Propterea ergo & is qui eijcit eum, in quo sors apopompæi est, hoc est, malas cogitationes, & malas cupiditates: non est homo piger, nec occupatus negotijs secularibus, sed paratus est ac promptus & uigilans. Qui etiā si sordescere uideatur pro eo quod contigerit immundum, ipse lauet statim uestimenta sua, & erit mundus. Rursum intelligere possumus, quantū ad unumquemq; nostrū pertinet secundū moralem locū, esse hominem paratum, rationē ipsam quæ intra nos est, per quam discretio nobis boni maliq; est: quę etiā si uidetur sordescere, dum discutit & pertractat ipsa quæ mala sunt, tamen si ea abijciat, & expellat à corde procul, & fuget, tunc meliorib. cogitationibus, uelut purificata ac diluta, mūda uidebitur rationabilis mēs. Nec sanè mireris, q̄d etiam ad personam saluatoris traximus hūc, qui eijcit hircum & expellit in eremum: quia dicitur lauare uestimenta sua, & fieri mundus, propter illud quod legimus in prophēta dici de domino, si
Zach. 3. cut supra diximus, Et uidi Iesum sacerdotem magnum indutum uestimēta sordida. Quod si utiq; pro assumptiōe carnis dici pie intelligitur, etiam hic in lauandis uestimentis potest eadē figura seruari. Videamus post hæc quæ sunt quæ pontifex faciat. Et sumet, inquit, uasculum plenum carbonibus ignis de altari, quod est coram domino. Le-
Esa. 6. gimus & in Esaia, quia igni purgat̄ propheta per unum ex Seraphim, quod missum est ad eū, quū accepit forcipe carbonem unum ex ijs qui erant super altare, & contigit labia prophetæ, & dixit: Ecce abstuli iniquitates tuas. Mihi uidentur mystica hęc esse, & hoc indicare, quod unicuiq; secūdum id quod peccat, si dignū fuerit purificari eū, inferuntur carbones membris eius. Nam quoniā dicit propheta hic: Immunda labia habeo, in medio quoq; populi immunda labia habentis habito. Idcirco carbo forcipe assumptus à Seraphim, labia eius purgat: quibus solis se mundū non esse profitetur. Ex quo ostenditur, quod usq; ad uerbum tantūmodo peccatū eius inueniretur: in facto uerò uel opere, nullo modo peccauerit, alioqui dixisset: quoniam immundū corpus habeo, uel immundos oculos habeo: si peccasset in concupiscendo alieno, & dixisset: immundas manus habeo, si eas polluisset operibus iniquis. Nūc autem quoniam in solo fortasse sermone conscius sibi erat delicti illius, de quo dicit dominus: Quia
Matth. 12. etiam de uerbo ocioso reddetis rationē in die iudicij, pro eo quod difficile esset etiā perfectis cuipam uitare sermonis, idcirco indigebat etiā propheta sola purgatione labiorum. Nos autē, si redeat unusquisq; ad conscientiam suam, nescio, si possumus aliquod membrū corporis excusare, quod nō igne indigeat. Et propheta quidē, quo-

Universidad de Deusto
Biblioteca



niam ab omnibus mũdus erat, idcirco meruit ut unus de Seraphim mitteretur ad eũ, qui eius sola labia purgaret. Nos uerò uereor ne ignem non membris singulis, sed toto corpore mereamur: ignem quidem punitorium peccatorum, quæ & singulis membris, & toto ipso corpore in Deum committimus. Per quę enim quis peccat, per hęc & torquetur. Si igitur unumquodq; corporis mẽbrum, & totum nostrum corpus inflammamus igne gehennę, exardescentes per effrenes cupiditates & libidines, quid ni meremur cruciari igne illo inextinguibili, quem in nobis succẽdere cœpimus, cuius incẽdia in cordibus nostris, & membris inchoauimus? Et haud dubie illum tandem persentiemus, nisi petierimus à domino nunc ignem nobis è cœlo purgatorium mitti, quo mũdi desideria in mentibus nostris penitus absumantur. Quũ enim lasciuiunt oculi, uel per illicitas cõcupiscẽtias, uel per spectacula diabolica, quid aliud nisi ignem sibi congregant? quũ aures non auertunt ab auditu uano, ac derogationibus proximorum: quum manus à cæde nequaquam & rapinis ac deprædationibus continentur, quũ pedes ueloces sunt ad effundendũ sanguinẽ, quũq; corpus non Domino, sed fornicationi tradimus: quid quæso aliud, nisi totum corpus tradimus in gehennam? Sed hæc quum dicũtur, contemptui habentur. Quare? quia fides deest. Alioqui si tibi hodie diceret, qa iudex seculi uult te die castrino uiuũ exurere: & his auditis, si esset tibi unius diei spaciũ liberum, quanta faceres, quomodo, & per quos discurreres, quàm humilis, quàm lugens, et sordidus oberrares? Nónne effunderes omnem pecuniam tuam in eos, quorũ intercessione euadere te posse crederes? Nónne omnia quę possideres, redemptionem faceres animæ tuæ? Quod si etiam aliquis te retardare aut impedire tẽtaret, nónne diceres: Pereãt omnia pro salute mea, nec quicquam remaneat, tantum ut ego uiuam? Hoc quare faceres? quia inde non dubitares: hinc dubitas, & ideo dominus dicit: Putas ueniens filius hominis, inueniet fidem super terrã? Et quid ego dico de certis, indubitatis q; periculis? tãtummodo si causa dicenda sit apud iudicem terrenum, cuius aliquem metum ex legibus quis habere uidcatur: nónne omnibus uigilijs excubatur, aduocato patrono munera præparantur? Etiam si aneeps periculum sit, aut etiam solius notæ metus, uel damni ratio. Nos quare non credimus, quod omnes adstabim⁹ ante tribunal Christi, ut reportet unusquisq; propria corporis, prout gessit, siue bona, siue mala? Hæc si integre crederemus, esset nobis, secundum quod scriptum est, redemptio animæ uiri, diuitiæ eius. Sed unde possumus hæc uel sentire, uel credere, uel intelligere, quum ne ad hæc ipsa quidem audienda conueniamus? Quis enim uestrũm, quum recitantur scripturæ, præbet auditum? Deus per prophetam commi-
natur, & quidem in ira magna: Et mittam famem super terram, non famem panis, neq; sitim aquæ, sed famem audiendi uerbũ dei. Sed nunc famem

Sapien. 11.

Lucæ 18.

Prou. 13.

Amos 8.

nõ misit deus super ecclesiam suam, neque sitim ad audiendum uerbum Dei. Habemus enim panem uiuum, qui de cœlo descendit: habemus aquam uiuam salientem in uitam æternam. Cur nos ipsos fœcunditatis tempore fame necamus ac siti? Pigræ ac desidis animæ est, in abundantia omnium penuriam pati. Non auditis ex diuinis scripturis, quia certamen est inter homines, carni aduersus spiritũ, & spiritui aduersum carnem? Et nescitis quia si carnem solã nutriatis, & ipsam frequẽti mollicie ac iugi deliciarum fluxu foueatis, insolesceret necessariò aduersum spiritũ, & fortior illo efficietur? Quod si fiat, sine dubio eum in ditionem suã redactum, suis coget legibus ac uitijs obedire. Si uerò ad ecclesiam frequẽter ueniens, aurem literis diuinis admoueas, explanationemq; mandatorum cœlestium capias: sicut cibis & delicijs caro, ita spiritus uerbis diuinis cõualescet, ac sensibus & cupiditatib. robustior effectus, carnem sibi parere coget, ac suis legibus obsequi. Nutrimenta igitur spiritus sunt diuina lectio, orationes assiduæ, sermo doctrinæ: his aliter cibis, his conualescit, his uictor efficit. Quod quia non facitis, nolite cõqueri de infirmitate cæ nis, nolite dicere quia uolumus, sed non possumus. Volumus continenter uiuere, sed carnis fragilitate decipimur, et impugnamur stimulis eius. Tu das stimulos carni tuæ, tu eam aduersus spiritum tuum armas & potentem facis, quum eam carnibus satias, uino nimio inundas, omni mollicie palpas, & ad illecebras nutris. An nescitis, qa non potest ędificium istud ecclesię ex leprosis lapidibus cõstrui? audi quid dicit Apostolus: Modicũ fermentũ totã massam corrũpit. Expurgate ergo uetus fermentũ, ut sitis noua cõspersio, sed ad propositũ redeamus. Et accipiet, inquit, ualeã lũ plenũ carbonibus. Non oẽs purgãtur eo igni, qui de altari assũmitur. Aaron purgat illo igni, & Esaias, & qui sunt similes illis: alij uerò qui non sunt tales (de quibus etiam meipsum computo) alio igni purgabũtur. Timeo ne illo, de q̃ scriptũ est: Fluuius ignis currebat ante ipsum. Iste ignis nõ est de altari: qui de altari est ignis, ignis est domini: qui autem extra altare est, non est Domini, sed proprius uniuscuiusq; peccãtium, de quo dicitur: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum nõ extinguetur. Iste ergo ignis ipsorum est, qui eum accenderũt, sicut alibi scriptum est: Ambulate in igne uestro, et in flamma quam accendistis uobis. Esaiæ autem nõ suus ignis apponitur, sed ignis altaris qui circumpurgauit labia eius, qualis & hic est de quo dicitur: Et sumet uas ignis plenum carbonibus ignis de altari, quod est coram domino: & implebit manus suas incẽso compositionis minuto, quod quidem plenius dominus noster fecit. Impleuit enim manus suas incẽso compositionis minuto, de quo scriptũ est: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Impleuit enim manus suas sanctis operibus, quæ pro humano genere operatus est. Quare autem compositionis incensum dicitur? quia nõ est una

Deut. 25. 1. Cor. 9.

Ephes. 5.

Psal. 11.



una sola species operum, sed ex iusticia, ex pietate, ex continentia, ex prudentia, & omnibus huiscemodi uirtutibus componitur hoc, quod placet deo. Sed & minutum quod addidit, non ocio se intelligimus. Non enim uult eum qui ad perfectionem tẽdit, uerbum dei crasse & carnaliter intelligere: sed minutum in his sensum, subtilemq; perquirere. Vt si forte audiat scriptum esse: Non obturabis os bouis triturantis: ille hæc non de bobus intelligat (neque enim de bobus cura est deo) sed de apostolis dictũ accipiat. Sed et si quis de prouidentia dei rationem (quæ est minutissima & subtilissima) possit exponere, iste minuto incenso manum suam replere dicitur. Quis ergo nostrum ita promptus est & paratus, ut ingressuro pontifici in sancta sanctorum incensum compositionis offerat minutũ? necesse enim nos singulos aliquid offerre tabernaculo Dei, aliqd etiã pontificalibus indumentis, aliquid itidem quod per pontificis manus ad ipsum dominũ per odorem suauitatis ascẽdat. Pontifex igitur noster dominus & saluator aperit manus suas, & suscipere uult ab unoquoque nostrum incensum compositionis minutum. Necesse est nos quærere species incensi. Libanum nobis quærendum est, & nõ qualecunq; libanũ, sed dilucidum. Non uult à nobis suscipere pontifex obscurũ aut sordidũ, dilucidum quærit. Sed & galbanum à nobis poscit, cuius natura est, ut uehementia odoris sui serpentes noxios effuget. Quærit & stacten: colata enim & defecata uult esse uel uerba nostra, uel opera. Querit & onychen, quo uelut scuto quodã obtegitur animal suum, & illæsum permanet. Ita & te uult scuto fidei esse protectum, quo omnia facula maligni ignita restinguas. Hæc tamen omnia in te uult esse composita, nihil inordinatum, nihil inquietum, nihil indecens: sed hoc uult, ut omnia nostra composite & honeste fiant. Stat ergo etiam nunc uerus pontifex noster Christus, & implere uult manus suas incenso compositio, minuto: & ab unaquaq; ecclesia, quæ sub cœlo est, cõsiderat quid offeratur, quàm integre incẽsum suum diligenterq; componat, quàm minutum id faciat: id est, quomodo unusquisq; nostrum operatura sua ordiner, & quomodo sensum ac uerba scripturarũ spiritali explanatione discutiat. Necangelorũ ministeria ab huiusce modi officijs desunt Angeli enim dei ascendunt & descendunt ad filios hominum, perquirunt & curiose agunt quid in unoquoque nostrum inueniant quod offerãt deo. Vident & perscrutantur uniuscuiusque nostrum mentem, si habeat aliquid tale, si tam sanctum aliquid cogitet quod deo mereatur offerri. Intuentur & considerant, si quis nostrum ex ijs quæ dicuntur in ecclesia corde compungitur, & animum conuertit ad pœnitentiam: si his auditis, ac preparare se ad futura, saltem secundum Achab tis corrigere cogitet uias suas, & obliuisci preteri chab illum impijssimum, de quo dicit dominus: Vidisti quomodo compunctum est cor Achab? Sed in his omnibus quid de illis dicã, qui nec au

diunt auribus hæc, nec corde recipiunt? quæ in illis compunctionis spes, quę conuersionis suspicio, quæ emendationis uia? Si enim etiam de ijs qui audiũt dubitamus, quid speramus de ijs qui omnino non audiunt? Sed utamur uerbis domini, & dicamus: Qui habent aures audiendi audiant: & qui audiũt, sciant scriptũ esse: Quia quum conuersus ingemueris, tunc saluus eris, & scies ubi fueris: & si dixeris tu peccata tua prior, ego exaudiam te tanquam populum sanctum. Audisti etiam quomodo si peccator fuisti, tamẽ si conuersus es, & destitisti a peccato, iã sanctus appellaris. Nihil ergo desperandum est de ijs qui compunguntur, & conuertuntur ad dominum. Non enim superat bonitatem dei malicia delictorum. Sumit ergo pontifex uasculum plenum carbonibus ignis de altari, quod est corã domino: & implet manum suam de incenso compositionis minuto, & infert in interiora uelaminis. Intelligamus primo quid designet historia, & tunc quid sensus spiritalis habeat requiramus. Duplex est ędes tabernaculi testimonij, uel templi Domini. Prima est in qua altare holocaustorum est, quod perpetuis ignibus excitatur: in qua ędę solis licet assistere sacerdotibus, & sacrificiorum ritus ac ministeria celebrare, & neq; leuitis neq; alteri cuiq̃ prẽter sacerdotes ad eam indulgetur accessus. Secunda uerò ędes interior est, solo ab hac discreta uelamine, intra quod uelamen arca testamẽti, & propitiatorium (super quod cherubim duo statuta sunt) & altare incensi collocatum est. In hanc ædem semel in anno quicunq; erat primus pontifex, oblatis prius hostijs propitiatiõis (de quibus supra exposuimus) ingrediebatur: habens utrangue manum repletam, unam uasculo carbonum, & aliam compositionis incenso: ut quum fuisset ingressus, statim superposito incẽso carbonibus, fumus ascẽderet, totamq; ędem repleret, ut aspectum sanctorum, quem ingressus pontificis reuelauerat, nubes uelaret incensi. Si tibi sacrificiorũ mos patuit antiquus, quid hæc etiam secundum rationem mysticam contineant uideamus. Duas audisti ædes, unam quasi uisibilem & patentem sacerdotibus, aliam uelut inuisibilem & inaccessam, excepto uno solo pontifice, ceteri foris sunt: Prima ędes ista, puto quod intelligi possit hæc (in qua nunc sumus in carne positi) ecclesia, in qua sacerdotes ministrant ad altare holocaustorum, succenso illo igni de quo dixit Iesus: Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut accendatur? Et nolo mireris quod hæc ædes solis sacerdotibus pateat. Omnes enim quicunq; unguento sacri chrismatis delibuti sunt, sacerdotes effecti sunt, sicut Petrus ad oẽm dicit ecclesiam: Vos autem estis genus electum, regale sacerdotium, gẽs sancta. Estis ergo genus sacerdotale, & ideo accediti ad sancta. Sed & unusquisq; nostrũ habet in se holocaustum suũ, & holocausti sui ipse succendit altare, ut semper ardeat. Ergo si renunciem omnibus quæ possideo, & tollam crucem meam, & sequar Christum, holocaustum obtuli

Lucæ 12.

1. Pet. 2.

Lucæ 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ad altare dei. Aut si tradidero corpus meum ut ar A
Luc. 9. deam, habens charitatem, & gloriam martyrij cō
1. Cor. 13. sequar, holocaustū meipsum obtuli ad altare dei.
Ioan. 15. Si diligam fratres meos, ita ut animam meam po
nam pro fratribus meis: si pro iusticia & ueritate
usq; ad mortem certauero, holocaustū obtuli ad
altare dei. Si membra mea ab omni concupiscen
tia carnis mortificauero, si mundus mihi crucifi-
xus sit, & ego mundo, holocaustum obtuli ad al-
tare dei, & ipse meę hostiæ sacerdos efficiar. Hoc
Eccl. 4. ergo modo sacerdotium geritur. In prima æde et
Gal. 6. hostiæ offerūtur, & ex hac æde sanctificatæ sunt.
Et indutus uestimentis pontifex ex ea proficiscī-
tur, et ingreditur in interiora uelaminis, sicut iam
superius Pauli uerba posuimus dicentis: Non in
Heb. 9. manufacta sancta, sed in ipsum cœlū penetrauit, B
inquit, Iesus, & apparet uultui dei pro nobis. Cœ
li ergo locus & ipsa dei sedes, per interioris ædis
figuram atq; imaginem designatur. Sed mirum
contuere ordinem sacramentorum. Ingrediens
pontifex in sancta sanctorū, ignem secum de hoc
altari portat, & incensum de hac æde susćipit: sed
& uestimenta quibus indutus est, de hoc loco su
mit. Putásne dignabit dominus meus uerus pon
tifex, & à me suscipere partem aliquam incensi
compositionis minuti, quod secum deferat ad pa
trem? Putásne inueniet in me aliquid igniculi, &
holocaustum meum ardēs, ut dignetur ex eo ua-
sculum suum implere carbonibus, & in ipsis deo
patri odorem suauitatis offerre? Beatus est, cuius
tā uiuos, tamq; ignitos holocausti sui carbones
inuenerit, ut eos aptos iudicet quos altari super- C
ponat incensi. Beatus, in cuius corde inuenerit
tam subtilem, tam minutum, tamq; spiritalem sen
sum, et ita diuersa uirtutū suauitate compositum,
ut replere dignetur ex eo manus suas: deoq; patri
suauem odorē intelligentiæ eius offerre. At con-
tra infelix anima, cuius fidei ignis extinguitur, &
refrigescit charitatis calor: ad quam quum uene-
rit cœlestis pontifex noster, quærens ab ea ignī-
tos & ardentes carbones, super quos incensum
offerat patri, inuenit in ea aridos cineres, & frigi-
das fauillas. Tales sunt omnes qui subtrahunt se,
& longè fiunt à uerbo dei, ne audiētes sermones
diuinos accēdantur ad fidem, incalescant ad cha
ritatem, igniantur ad misericordiā. Vis tibi osten
dam quomodo de uerbis spiritū sancti ignis exe- D
at, & accendat corda discentium? audi dicentem
Psal. 104. Dauid in Psalmo: Eloquiū Domini igniuit eum.
Luc. 24. Et iterum in euangelio scriptum est, postquā do-
minus locutus est ad Cleopham: Nonne cor no-
strum, inquit, ardens erat intra nos, quum aperī-
ret nobis scripturas? Tu ergo unde ardebis, unde
inuenientur in te carbones ignis, qui nunquam
domini igniris eloquio, nūquā uerbi sancti spiri-
Psal. 38. tus inflammaris? Audi & alibi ipsum Dauid di-
centem: Concaluit cor meum intra me, & in me-
ditatione mea exardescet ignis. Vnde & tu con-
calescis, unde in te ignis accenditur, qui nunquā
in diuinis meditaris eloquijs? imò, quod est infe-
licius, cō calescit spiritus tuus in spectaculis cir-

ci, concalescit in equorum cōtentionibus, in cer-
tamine theatri. Atq; iste ignis nō est de altari dei,
sed hic est qui dicit ignis alienus. Et audisti pau-
lo superius, quod qui obtulerunt alienū ignem
ante dominum, extincti sunt. Concalescis etiam,
quum te repleuerit iracundia, & quum te inflam
mauerit furor. Vreris interdum et amore carnali,
ac turpissimę libidinis iactaris incendijs: sed om
nis iste ignis alienus est, & contrarius deo: quem
qui accenderit, sine dubio Nadab & Abiud per-
feret sortē. Ait ergo eloquium diuinum: Et impo
net incensum super ignem in conspectu domini,
& operiet fumus incensi propitiatoriū quod est
super testimonia, & nō morietur, & sumet de san
guine uituli, & respergit digito suo super propi-
tiatorium contra orientem. Ritus quidem apud
ueteres propitiationis pro hominibus, qui fiebat
ad dominum, qualiter celebraretur, edocuit. Sed
tu qui ad Christū uenisti pontificem uerum, qui
sanguine suo deum tibi propitium fecit, & recon
ciliauit te patri, nō hæreas in sanguine carnis, sed
respice potius in sanguinem uerbi, & audi ipsum
tibi dicētem: Quia hic est sanguis meus, qui pro
uobis effundetur in remissionem peccatorū. No
uit qui mysterijs imbutus est, carnē et sanguinē
uerbi dei. Non ergo immoremur in his, quæ &
scientibus nota sunt, & ignorantibus patere non
possunt. Quod autem cōtra orientem respergit,
non ociose accipias: ab oriēte tibi propitiatio ue
nit. Inde est enim uir, cui oriens nomē est, qui me
diator Dei & hominum factus est. Inuitaris ergo
per hoc, ut ad orientē semper respicias, unde tibi
semper oritur sol iusticiæ, unde semper tibi lumē
nascitur, ut nunquam in tenebris ambules, neq;
dies ille nouissimus te in tenebris comprehēdat:
ne tibi ignorantiæ nox & caligo subrepat: sed ut
semper in scientię luce uerseris, semper habeas di
em fidei, semper lumen charitatis et pacis obtine
as. Addit posthæc scriptura: Et non erit, inquit,
homo, quū ingredietur pontifex intra uelamen
interius in tabernaculo testimonij. Quomodo
non erit homo? Ego sic accipio, quod qui potue
rit sequi Christum, & penetrare cum eo interius
tabernaculum, et cœlorum excelsa conscendere,
iam non erit homo: sed secundū uerbū ipsius, ton
quā angelus dei, aut etiā fortè ille super eum ie-
mo cōplebitur, quem ipse dominus dixit: Ego di
xi: dij estis, & filij excelli omnes. Siue ergo spiritus
lis effectus, unus cū domino spiritus fiat, siue per
resurrectionis gloriam in angelorū ordinem tra
seat, rectè iam non erit homo: sed unusquisq; ipse
sibi hoc præstat, ut uel excedat hominis appella-
tionem, uel intra conditionē huius uocabuli con
seatur. Si enim factus homo, seruasset ab initio id
quod ad eū scriptura dicit: Ecce posui ante oc-
los tuos mortem & uitam, elige uitam: si hoc ele-
disset, nūquam pro peccato humanū genus mor-
talis conditio tenuisset: sed quum de relinquēs ui
tam, mortem secutus est, homo factus est, & non
solum homo, sed & terra, propter quod & in ter-
ram redire dicit. Requiro tamē quæ sit ista mor-



quā dicit, ante oculos tuos posui? De uita enim
non dubitat, quod semetipsum indicet deus, qui
dixit: Ego sum ueritas & uita. Quæ est ergo ista
1. Cor. 15. mors uitę contraria, quam posuit deus ante ocu-
los nostros? De illo id dici puto, de quo Paulus di
cit: Nouissimus inimicus destruetur mors. Iste est
ergo diabolus inimicus, qui primo quidem ante
oculos positus est, sed nouissimus destruetur. Po
situs autem fuerat ante oculos, nō ut sequeremur
eū, sed ut uitaremus: unde & arbitror quod ipsa
perse anima humana, neq; mortalis dici potest,
neq; immortalis: sed si contigerit uitam, ex parti-
cipio uitæ erit immortalis. In uita enim non dici-
tur mors. Si uerò auertens se à uita, participiū tra
Eccli. 28. xerit mortis, ipsa se facit esse mortalē, et ideo pro-
pheta dicit: Anima quæ peccat, ipsa morietur, quā- B
uis mortem æternam ad interitum substātiæ non
sentiamus, sed hoc ipsum quod anima aliena &
2. Cor. 6. extorris fit à deo, qui uera uita est, mors ei esse cre
denda est. Nulla ergo participatio fit iusticiæ cū
Ioan. 11. iniquitate, nulla societas lucí ad tenebras, nulla
consonātia Christi cum Belial. Si eligimus uitā,
semper uiuemus: mors nobis non dominabitur,
& complebitur in nobis sermo domini quem di-
xit: Qui credit in me, etiam si moriatur, uiuet. Eli
gamus ergo uitam, eligamus lucem, ut in die ho-
neste ambulemus, ut & nos sequētes Iesum intra
uelamen tabernaculi interioris, iam non simus
Ioan. 14. ut homines mortales, sed ut angeli immortales,
quum nouissimū inimicū destruxerit mortē ipse
dns noster Iesus Christus, qui est uia & ueritas & C
uita: cui gloria et imperiū in secula seculorū, amē.

*Libri noni finis.*

## DIVI CYRILLI IN LEVITICVM LIBER DECIMVS.

*De ieiunio quod in die propitiationis fit: & rursum de hirco qui in eremum mittitur.*

NOS quidem qui de ecclesia sumus, me-
ritò Mosen recipimus, & scripta eius
legimus, sentientes de eo quod pro-
pheta sit, & deo sibi reuelante, in sym-
bolis, & in figuris, ac formis allegoricis conscri-
pserit futura mysteria, quæ in tempore suo dice-
mus impleta. Qui uerò huiusmodi in eo non re-
cipit sensum siue ludæorum quis, siue etiam no-
strorum est, is ne prophetam quidem eum fuisse D
docere potest. Quomodo etenim prophetā pro-
habit, cuius literas asserit esse communes, futuri
nullius conscias, nec occulti aliquid mysterij con
tinentes? Hunc itaq; qui ita sentit, legentem hæc
Hebr. 9. arguit sermo diuinus, dicens: Putás ne intelligis
Act. 8. quæ legis? Est ergo lex et omnia quæ in lege sunt
secundum Apostoli sententiam, usq; ad tempus
correctionis imposita. Et sicut ij quibus artificiū
est signum ex ære facere & statuas fundere, ante-
quam uerum opus æris producāt, aut argenti uel
auri, figmentum prius luti ad similitudinem futu
ræ imaginis formant: quod figurari necessarium
quidem est, sed usquequo opus quod principale
est expleatur. Quum autem fuerit effectū opus
illud propter quod figmentū luti fuerat efforma-

tum, usus eius ultra non quæritur. Tale aliquid A
intellige etiam in ijs, quæ in typo & figura futuro
rū in lege & prophetis scripta uel gesta sunt. Ve-
nit enim ipse artifex & autor omnium, & legem
quæ umbram habebat futurorū bonorum, tran-
stulit ad ipsam imaginē rerum. Sed ne forte dif-
ficile tibi probari posse, quæ dicimus uideantur,
recognosce per singula. Erat prius Hierusalem
urbs illa magna & regalis, ubi templū famosissi-
mum deo fuerat extructū: postea uerò quam ue-
nit ille qui erat uerum templū dei, & dicebat de
templo corporis sui, Soluite tēplum hoc: & quia Ioan. 2.
cœlestis Hierusalem cœpit aperire mysteria, de le
ta est illa terrena, ubi cœlestis apparuit, & in tem-
plo illo non remansit lapis super lapidem, ex quo
uerū templū dei facta est caro Christi. Erat prius B
pontifex sanguine taurorum & hircorum purifi-
cans populum: sed ex quo uenit uerus pontifex,
qui sanguine suo sanctificaret credentes, nusquā
est ille pōtifex prior, nec ullus ei relictus est locus.
Altare fuit prius, & sacrificia celebrabātur: sed ut
uenit uerus agnus qui seipsum obtulit deo, cun-
cta illa, uelut pro tēpore posita, cessauerunt. Non
tibi ergo uidetur, quod secundū figurā, quam su-
pra proposuimus, uelut formæ fuerint quędam è
luto factæ, per quas ueritatis exprimerentur ima
gines? Propterea deniq; diuina dispensatio pro-
curauit, ut & ciuitas ipsa & templum, et omnia il-
la pariter subuerterentur, ne quis forte adhuc pa
uulus, et lactens in fide, si uideret illa constare, dū
sacrificiorum ritum, dum ministeriorū ordinem C
attonitus stuperet, ipso diuersarum formarum ra
peretur intuitu. Sed prouidens deus infirmitati
nostræ, & uolens multiplicari ecclesiam suam, o-
mnia illic subuerti fecit, & penitus auferri, ut sine
ulla cunctatione illis cessantibus, hæc esse uera,
pro quibus ille typus præcesserat crederemus.
Vnde nunc dicenda nobis sunt aliqua etiam ad
eos, qui putant pro mandato legis sibi quoq; Iu-
dæorum ieiunium ieiunandū, & primo omnium
sermonibus utar Pauli, dicētis: Quia si quis uult
unū aliquid custodire de obseruationibus legis, Gal. 5.
obnoxius est uniuersę legi faciēdæ. Qui ergo ob
seruat ista ieiunia, ascendat & ter in anno in Hie-
rusalem, ut appareat ante templū domini, ut offe
rat se sacerdoti, requirat altare quod in puluerem
uersum est, offerat hostias nullo adstante pontifi
ce. Scriptum insuper est, ut duos hircos ieiunans Leuit. 16.
populus offerat ad sacrificium, super quos sortes
mitti debeant, ut unus ex his fiat domini sors, &
hostia domino offeratur: alteris uerò sors fiat, ut
dimittatur in eremum uiuus, qui & habeat in se
peccata populi. Hæc tibi omnia consequēter exe
quenda sunt, qui uis secundū præceptū legis ob-
seruare ieiunium, de quibus à nobis quidē (prout
potuimus) superiori disputatione dissertum est.
Tamen quia dives est sermo dei, et secūdum sen- Prouerb. 22.
tentiam Salomonis non simpliciter, sed & tripli-
citer describendus in corde, tentemus etiam nūc
addere aliqua ad ea, quæ pro uiribus dicta sunt: ut
ostēdamus quomodo in typo futurorum etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca



hic unus hircus domino oblatus est hostia, & alius uiuus dimissus est. Audi nũc in euangelijs Pilatum dicentem ad sacerdotes & populũ Iudæorum: Quẽ uultis de duobus dimittam uobis? Iesum qui dicitur Christus, aut Barrabam? Tũc clamauit omnis populus, ut Barrabã dimitteret, Iesum uerò morti traderet. Ecce habes hircũ qui dimissus est in eremũ uiuus, peccata populi secum ferens clamantis & dicẽtis: Crucifige, crucifige. Iste est ergo hircus uiuus dimissus in eremum, & ille est hircus, qui Domino oblatus est hostia ad repropitianda peccata, & ueram propitiationẽ in se credentibus populis fecit. Quod & si hoc requiras quis sit qui hunc hircum perduxit in eremum, ut probetur etiã in eo quod lotus sit & mũdus effectus: potest Pilatꝰ ipse accipi homo paratus. Iudex quippe gentis ipsius erat, qui eum per sententiã suam emisit in eremum. Audi aũt quomodo lotus sit & mundus effectus, quũ ad populum diceret: Vultis uobis dimittã Iesum, qui dicitur Christus? Et acclamasset populus, dicens: Si hunc dimittis, nõ es amicus Cæsaris. Tunc poposcit, inquit, Pilatus aquam, & lauit manus suas coram populo, dicẽs: Mundus sum ego à sanguine eius: uos uideritis. Sic ergo uidebatur lotis manibus suis, mũdus effectus. Nostra igitur, id est qui non umbræ & exemplari seruimus, sed ueritati, hęc est propitiatiõis dies, in qua data est nobis remissio peccatorũ, quũ pascha nostrum immolatus est Christus. Quomodo ergo cognita ueritate conuertimini iterũ ad infirma & egena elementa huiꝰ mũdi? quibus rursum à capite seruire uultis, dies obseruatis & menses, & tẽpora & annos. Audi quomodo per Esaiam prophetã huiusmodi ieiuniũ deus respuit & dicit: Non hoc ieiuniũ elegi, dicit dominus, neq; diẽ, ut humiliet homo animam suam. Tu si uis ieiunare secundũ Iesum Christũ, & humiliare animã tuam, omne tibi tempus apertum est totius anni: imò totius uitæ dies habeto ad humiliandã animam tuã: si didiceris tamẽ à domino saluatore nostro, qui mitis est & humilis corde. Quando ergo nõ est tibi humiliationis dies, qui Christũ sequeris, qui est humilis corde & humilitatis magister? Tu itaq; si uis ieiunare, ieiuna secundum præceptũ euangelij, obserua in ieiunijs euãgelicas leges, in quibus hoc modo saluator de ieiunijs mandat: Tu aũt si ieiunas, unge caput tuũ, & laua faciem tuam. Quod si requiris quomodo laues faciem tuã, Paulus apostolus docet quemadmodũ reuelata facie gloriã domini contempleris, ad eandem imaginem reformatus à gloria in gloriã, tanquam in domini spiritu. Vnge etiam caput tuum, sed obserua ne oleo peccati. Oleum enim peccatoris non impinguet caput tuum. Sed unge caput oleo exultatiõis, oleo letitiæ, oleo misericordiæ: ita ut secundum mandatum Sapientis, Misericordia & fides non te deserant. Propterea enim & apostolus Paulus, uolens abstrahere nos ab his uisibilibus & terrenis, et erigere animos sensꝰq; nostros ad cœlestia, clamat & dicit: Si resurrexistis cum Christo, quæ sur

Matth. 27.

Ioan. 19.

Matth. 27.

Galat. 4.

Esa. 58.

Matth. 11.

Matth. 6.

2. Cor. 3.

Psal. 140.

Prouerb. 3.

Coloss. 3.

A sum sunt quærite, non quæ super terram. Nõne aperte tibi dicit, noli quærere in terris Hierusalẽ nec obseruantias legis, nec ieiunium Iudæorum, sed ieiunium Christi: Ieiunans enim debes adire pontificem tuum Christũ, qui utiq; non in terris requirendus est, sed in cœlis: & per ipsum debes offerre hostiam deo. Vis tibi adhuc ostendã qua liter te oportet ieiunare ieiuniũ? Ieiuna ab omni peccato, nullũ cibũ sumas malitiæ, nullas capias epulas uoluptatis, nullo uino luxurię incalescas: ieiuna à malis actibus, abstine à malis sermonibus, contine à cogitationibus pessimis. Noli contingere panes furtiuos peruersæ doctrinæ, nõ cupiscas fallaces philosophiæ cibos, q te à ueritate seducãt. Tale ieiuniũ deo placet. Abstinere uerò à cibis, quos deus creauit ad percipiendũ cum gratiarũ actione fidelibus, & hoc facere cũ his qui Christũ crucifixerunt, acceptum esse non potest deo. Indignati sunt aliquando pharisæi dominum, cur non ieiunarent discipuli eius, quibus ille respondit: Quia non possunt filij sponsi ieiunare, quandiu cum ipsis est sponsus. Illi ergo ieiunant, qui perdiderũt sponsum. Nos habentes nobiscũ sponsum, ieiunare nõ possumus. Nec hoc tamen ideo dicimus, ut abstinentiæ Christianæ frena laxemus. Habemus enim quadragesimę dies ieiunijs consecratos, habemus quartam & sextam septimanæ diem quibus solenniter ieiunamus. Est certe libertas Christiano, per omne tẽpus ieiunandi: nõ obseruãtiæ superstitione, sed uirtute continentię. Nam quomodo apud eos castitas incorrupta seruatur, nisi arctioribus continentiæ fulta subsidijs? quomodo scripturis operam dabunt, quomodo scientiæ & sapientiæ studebunt: nõne per continentiam uentris & gulę? Quomodo quis seipsum castrat propter regnum cœlorum, nisi ciborum affluentiam resecet, nisi abstinentia utatur ministra? Hæc ergo Christianis ieiunandi ratio est. Sed est & alia adhuc religiosa ieiunandi, cuius laus etiam quorũdam apostolorum literis prædicatur. Inuenimus enim in quodam libello ab Apostolis dictum: Beatus est qui ieiunat, propter eo ut alat pauperem. Huius ieiunium ualde acceptum est apud dominum, & reuera digne sanctum. Imitatur enim illum, qui animã suam posuit pro fratribus suis. Quid ergo ueteribus pannis nouum indumẽta misceamus? Quid in utres ueteres mustum nouum uinum? Vetera transierũt, ecce facta sunt omnia noua per Iesum Christũ dominum nostrũ, cuius est imperiũ in secula seculorũ, amẽ.

Matth. 6.

2. Cor. 3.

Psal. 140.

Prouerb. 3.

Coloss. 3.

Exod. 13.

Leuit. 40.

Exod. 39.

B

C

D

## DIVI CYRILLI IN LEVITICVM LIBER VNDECIMVS.

*De eo quod scriptum est: Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum, dominus deus uester*

NVPER in auribus ecclesiæ recitatus est sermo Domini, dicens: Estote sancti, quia & ego sanctus sum dominus deus uester. Nomen hoc, sanctus, quid sibi uelit, quid úe significet in scripturis diuinis, diligentius requirendũ est: ut quũ uim uerbi Dei didicerimus, etiam opus eius possimus implere. Congre-



Cõgregemꝰ ergo de scripturis diuinis, super quibus sanctum dici inuenimus: & deprehẽdemus, nõ solum homines, sed etiam muta animalia sancta appellata. Inuenimus et uasa ministerij sancta uocitata, & uestimenta sancta dici & lota, nihilominus quæ in urbibus posita sunt, & sacerdotibus deputata. Ex multis quidem animalibus primogenita boũ uel pecorũ sanctificari per legem domino iubentur, & dicitur: Ne facies in eis, inquit, opus ullum, quoniam Domino sanctificata sunt. Super uasis uerò, quũ in tabernaculum testimonij deferunt, uasa ministerij, thuribula uel phialæ, uel cætera huiusmodi uasa, sancta appellantur. Super uestimẽtis etiam cum stola pontificis Aaron & tunica linea, & cætera huiusmodi uestimenta, sancta dicuntur. Si ergo intueamur propter quid hæc omnia sancta nominata sunt, aduertimus quomodo etiam nos dare operã oportet, ut sancti esse possimꝰ. Natus est mihi primogenitus bos, nõ mihi licet occupare eum ad opus cõmune, est deo cõsecratus, & ideò dicitur sanctus. Intelligimus ergo ex hoc muto animali, quomodo lex quod sanctũ uult esse, nulli alteri deseruire iuber, nisi domino soli. Iterum paterę uel phialæ quas dicit sanctas, illæ sunt quæ nõq; iubentur exire de templo, sed esse semper in sanctis, nec ullis penitus humanis usibus ministrare. Similiter & uestimenta quæ sancta nominantur, nõ iubentur intra domum usui deseruire pontificis, sed in templo esse, & inde omnino nunq; efferri, sed ad hoc tantum consecrata esse, ut eis deo ministrans pontifex induatur, & sint semper in templo: ad cęteros uerò usus communes utatur communibus indumẽtis. Similiter & pateris ac phialis, ijs quæ sanctæ appellantur, ad humanos & communes usus uti nõ liceat, sed tantum ad diuina mysteria. Quod si intellexisti quomodo uel animal uel uestimentum sanctum appellatur, consequenter intelliges, quod his obseruationibus & legibus etiã homo sanctus appellatur. Si quis eñ seipsum deuouerit deo, si quis se nullis negocijs secularibus implicãrit, ut ei placeat cui se probauit: si quis separatus est, & segregatus à reliquis hominibus carnaliter uiuentibus, & mundanis negocijs nequaq; obligatus, non inquirens ea quæ super terram, sed quæ in cœlis sunt, iste merito sanctus appellatur. Donec enim permixtus est turbis, & in multitudine fluctuantium populorũ uoluptatur, nec uacat soli deo segregatus à uulgo, nõ potest esse sanctus. Non de ijs quid dicemus, qui quum gentilium turbis ad spectacula maturant, & conspectus suos atq; auditus impudicis & uerbis & actibus fœdant? Nam est nostrum pronũciare de talibus: ipsi enim sentire & uidere possunt, quam sibi delegerint partẽ. Tu ergo qui hæc audis, cui lex diuina recitatur, quem ipsius etiam dei sermo conuenit, dicens: Sancti estote, quia ego sanctus dñs deus uester: sapienter intellige quæ dicẽtur, ut sis beatꝰ quũ rectè feceris ea. hoc est eñ quod dicitur tibi, Separa te ab omni, non solũ homine, sed et fratre inquiete ambulante, et non secundũ traditiones apostolicas. Separamini etenim qui portatis, inquit, uasa Domini, & exite de medio eorũ, dicit dominus. Separa te à terrenis actibus, separa te à cõcupiscentia mundi. Omne enim quod in mundo est, secundum apostolum, cõcupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, quæ nõn est à deo. Quũ ergo separaueris te ab his omnibus, deuoue te deo tãquam primogenitũ uitulum: non operetur per te peccatum, nec iugũ tibi imponat malitia: sed esto semotus & segregatus, usibus tantum sacerdotalibus, tanquam primogenitum animal mancipatus. Segregare & secernere tanquam phialæ sanctæ & sancta thuribula, solius templi usibus & dei ministerio uacans. Separa te & remoue te ab omni pollutione peccati, & esto remotus et segregatus intra templum dei, tanquam sancta indumenta pontificis. In templo nanq; dei est segregatus & separatus ille, qui in lege dei meditatur die ac nocte, & qui in mandatis eis cupit nimis. Sancti ergo estote, dicit dominus, quia et ego sanctus sum: sicut & ego, inquit, segregatus sum & longe separatus ab omnibus quæ adorantur siue coluntur, siue in terra siue in cœlo: & sicut ego excedo omnẽ creaturam, atq; ab uniuersis quæ à me facta sunt segregor: ita & uos segregati estote ab omnibus qui non sunt sancti, nec deo dicati. Segregari aũtẽ dicimur non locis, sed actibus: nec regionibus, sed conuersationibus. Denicꝺ & ipse sermo in Greca lingua, quod dicitur hagios, quasi extra terrã esse significat. Quicunq; enim se consecrauerit deo, meritò extra terram esse & extra mũdum uidebitur. Potest enim dicere & ipse super terram ambulans: Conuersationem in cœlis habemus. Salomon quoque in Prouerbijs dicit: Laqueus fortis est uiro, citò aliquid de suis sanctificare: & posteaquam uouerit, pœnitere. Et hoc est utiq; quod dicit: Ne quis forte quum fructus exareis, aut uinum ex torcularibus colligit, & dixerit: uolo tantum offerre ecclesiæ, uel in usum pauperum aut peregrinorum tantum præbere: si postea ex his, quæ uouet aliquid ad usus proprios præsumat, iam non de suis fructibus præsumit, sed sancta Dei uiolat: & ideò laqueus fortis est uiro, sanctificare aliquid, hoc est uouere Deo, & postmodum pœnitentia ductum, ad usus proprios ea quæ consecrauerat reuocare. Sed & si nos ipsos consecramus, aut offerimus deo, aut etiam si aliud uouemus, obseruemus hunc laqueum, ne forte postea quãm nos deo uouimus, iterum humanis usibus uel actibus subiugemur. Vouit autem se unusquisque: uerbi gratia, sicut Nazaræi faciebant tribus aut quatuor, aut quot placuisset annis, templo se consecrantes Dei, ut ibi semper uacarent, obseruantes illa quæ de Nazareis scripta sunt: ut comam capitis nutrirent, nec ascenderet ferrũ super caput eorũ, toto uoti sui tempore, ut uinum non contingerent, neque aliquid ex uite: & cætera quæcunq; complexa fuisset uoti professio. Sed & alium considera, qui se ita uouet Deo, sicut

Esa. 52.

1. Ioan. 2.

Philip. 3.

Num. 6.

B

C

D

Universidad de Deusto
Biblioteca



1.Reg.1. sicut Anna fecit Samuelem. Ante enim quàm nascereturobtulit eum deo, dicēs: Et dabo eum domino datū omnibus diebus uitæ suæ. Ex quibus omnibus clarum est, quomodo unusquisque nostrum, qui uult esse sanctus, consecrare se debeat deo, ut nullis studeat negotijs uel actibus, qui ad
Leuit.20. dominum minime pertinet, occupari. Post hæc scriptum est: Seruate, inquit, præcepta mea, & facite ea, ego dominus. & his addidit: Homo si maledixerit patrem aut matrem suam, moriatur. Et post multa quæ præcepit, quibus etiā pœnas præuaricationis adscripsit, addidit in clausula: Et seruate omnia præcepta mea, & iustificationes meas, & iudicia mea. Vnde consequens uidetur requirere quid in his singulis indicetur. Et quidem secundum quod obseruari oportuit, præceptum
Exo.20. est prius mandatum: uerbi gratia, in decalogo dicitur: Non occides, non adulterabis: hoc enim solum præcipitur, & non ascribitur pœna cōmissi. Nunc autem iterantur quidem eadem, sed additis pœnis. dicitur enim: Homo quicunq; adulte-
Leuit.20. rauerit uxorem uiri, & uxorem proximi sui, morte moriatur, is qui adulterat, & quæ adulteratur. Et is qui dormierit cum uxore patris sui, turpitudinem q́ patris sui detexerit, morte moriantur ambo, rei enim sunt. De his autem in prioribus iam data fuerant præcepta: sed nō obseruantem, quæ maneret pœna, non fuerat adscriptum. Nūc ergo eadem repetuntur, & uniuscuiusque pœna peccati decernitur. Et ideò recte hæc iustificationes & iudicia appellantur, quibus quod iustum est recipere, iudicatur ille qui peccat. Sed in uero ordine diuinæ sapientiæ non continuò pœnas cum primis statuit præceptis: uult enim ut non metu pœnæ, sed amore pietatis, patris præcepta custodias. Sed si contempseris, non tam homini iam, quàm contemptori pœna mandatur. Primo
Psal.81. ergo benignitate prouocaris, ut filius. Ego enim dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Quod si ut filius esse obediens non uis, contemptor plecteris ut seruus. Post hęc dicit: Et si quis dormierit cum nuru sua, morte moriatur. Ambo impietatem fecerunt, & rei sunt. Et has leges, uel hæc præcepta absq; pœnis superius dederat. dixerat enim: Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis, & omnia
Leuit.18. quæ subsequuntur. Et hunc locum simili modo ibi absq; supplicijs, hic uerò cum diuersis supplicijs. Quo in loco recordor sermonis illius, quem beatus Apostolus ad
Heb.10. Hebræos scribens, dicit: Irritam quis faciens legem Mosi, sine ulla miseratione duobus aut tribus testibus moritur. Quanto maioribus supplicijs dignus putabitur, qui filium dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Sed qua causa mentionem fecerim scripturæ huius, auscultа. Secundum legem adulter cum adultera morietur, nec poterant dicere: Pœnitentiam petimus, & ueniam deprecamur. Non erat lachrymis locus, nec enim dationi ueniæ ulla concedebatur facultas, sed omnimode eum puniri necesse erat, qui incurrisset in legem. Hoc autē seruabatur, & singulis quibusq; criminibus erat pœna mortis adscripta. Apud Christianos uerò si adulterium fuerit admissum, non est præceptum ut adulter uel adultera corporali interitu puniantur: nec potestas data est episcopo ecclesiæ, adulterum præsenti morte damnare, sicut tunc secundum legem fiebat à presbyteris populi. Quid igitur dicemus, quòd lex Moysi crudelis est, quę iubet puniri adulterum cum adultera, et euangelium Christi per indulgentiam resoluit auditores in deterius? Nō ita est: propter ea enim sermonem Pauli protulimus in superioribus, dicentis: Quanto magis deterioribus supplicijs dignus est, qui filium dei cōculcauerit? & cætera. Audi ergo quomodo nec tunc crudelis fuerit lex, nec nūc dissolutum uideatur euangelium propter ueniæ largitatē: sed in utroq; dei benignitas diuersa dispensatione tenetur. Hoc
Deut.32. quod secundum legem (uerbi causa) adulter uel adultera præsenti morte puniebantur: propter hoc ipsum quod peccati sui uteroq; pertulit pœnā & cōmissi sceleris exoluit digna supplicia: quid erit post hęc, quod animabus eorū ultionis immineat, si nihil aliud deliquerunt, si aliud peccatum non est quod cōdemnet eos, sed hoc solum commiserunt, & legis pro hoc suppliciū pertulerunt? Non uindicabit dominus bis in idipsum, recepe-
Esa.1. runt enim peccatū suū, & consumpta est criminis pœna. Et ideò inuenitur hoc genus præceptionum crudele, sicut hæretici asserunt, acculantes legem dei, & negantes in ea humanitatis aliquid contineri, sed plenum misericordia: idcirco quod per hoc purgaretur ex peccatis populo magis quam condemnaretur. Nunc uerò non infertur pœna corpori, nec purgatio peccati per corporale supplicium constat, sed per pœnitentiam, quā si quis digne gerat, ita ut mereatur pœnam tolli, uenian possit inuenire. Multi sunt enim, qui nec ad hoc inclinantur, nec pœnitentiæ refugium quęrunt, sed quum ceciderunt, surgere ultra nolunt. Delectantur enim in eo luto, quo cœperunt uolutari. Nos tamē obliuiscimur præcepti illius, quo dicit: Qua mensura mensi fueritis, eadē remetietur uobis. Dicimus enim & ad dñm: Quoniam dedisti
Psal.79. nobis panē lachrymarū, & potasti nos in lachrymis in mensura. Sunt em̄ ista peccata, quę dicuntur ad mortem. Vnde & consequens est, ut quoties cōmiserit quis tale peccatū, toties moriatur. Multas enim esse peccati mortes significat etiam apostolus Paulus, quū dicit: Qui de tantis mortibus eripuit nos, in quo sperams quia & adhuc eripiet: Quas ergo hic mortes plures cōmemorat, nisi peccatorū? Si enim hæc non diceret de mortibus peccatorū, uidebatur Paulus secūdum sententiam suam immortalis esse mansurus, & eripiendus ab hac communi morte, qui dicit: quia de tantis mortibus eripuit nos, in quo speramus quia adhuc eripiet. Si enim eripuit & eripiet, nunquid erit quando morietur, quem dominus semper eripiet. Et ideò secundum ea quæ discussimus, uidendum est ne forte aliquando etiam grauius sit nobis, qui pro peccato cōmuni hac morte minime punimur, quàm illis quos legis sententia coram liter condemnabat: quoniam nobis ultio reseruatur in futurum, illos absoluebant commissi sui per soluta supplicia. Quod etsi aliquis est, qui forte prœuentus est in huiusmodi peccatis, admonitus nunc uerbo dei ad auxilium confugiat pœnitentiæ: ut si semel admiserit, secundo nō faciat: aut si secundo iam aut tertio prœuentus est, ultra iam non addat. Est enim apud iudicē iustum pœnæ moderatio non solum pro qualitate, uerumetiam pro quantitate. Inter cætera ergo peccata, quæ morte puniuntur refert diuina lex, quod & qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Nomen patris grande mysterium est, & nomen matris arcana reuerētia est. Pater tibi deus secundum spiritū dicitur: mater Hierusalē cœlestis est. Prophetícis hæc & apostolicis discе testimonijs. Hoc ipse Moses scripsit in Cantico: Nónne hic ipse pater tuus est, qui acquisiuit, te et possedit te? Gal.4. Apostolus uerò dicit de Hierusalē cœlesti, quia libera est quæ est mater nostra. Primo ergo tibi pater deus est, qui genuit spiritū tuū, qui & dicit: Filios genui, et exaltaui. Sed & Paulus apostolus di-
Hebr.12. cit: Obtēperemus patri spirituū, & uiuemus. Secundo tibi pater est carnis pater, cuius ministerio in carne natus es, à quo in hunc mūdum uenisti, qui te portauit in lumbis, sicut dicitur de Leui:
Hebr.7. Quia in lumbis erat adhuc Abrahæ, quando occurrit ei Melchisedec, regresso à cæde regum, & benedixit eū, & decimas accepit ab eo. Quia igitur tam sacratum nomen est patris, & tam uenerabile: idcirco qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Similia etiam de matre æstimanda sunt, cuius labore, cuius cura, cuius ministerio & natus es, & nutritus. Et ideo oportet te, secundum Apostolum, partem gratiæ referre parentibus. Si enim dehonoraueris patrē carnalem, huiusmodi contumelia ad patrem spiritalem refertur. Et si iniuriam feceris matri carnali, ad illā matrem Hierusalem cœlestem redundat iniuria. Sic & si seruus domino irreuerens sit, per hunc corporalem dominum, in dominum maiestatis contumelia iactatur: ille enim huic carnali Domino suum nomen imposuit. Et ideò nullo genere aduersum patrem, ne uerbo quidem habendum certamen est, aut mouēda cōtradictio. Pater est, mater est, ut ipsis uidetur agant, faciant, dicant & imperent. Quantūcunq; detulerimus obsequij, nōdum reddimus uicem gratiæ qua geniti sumus, qua portati, qua hausimus lucem, qua nutriti sumus, fortasis etiā eruditi, & honestis artibus instituti: & ipsis fortasse autoribus agnouimus diuinum, & ad ecclesiam dei uenimus, & sermonē diuinæ legis audiuimus. Propter hæc ergo omnia, quicunq; maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Quod si hęc de corporalibus decernūtur, quid illi facient, qui deū patrem maledicis uocibus lacessunt, qui eum negant conditorem esse mundi? aut qui cœlestē Hierusalem (quæ est mater omnium nostrūm) indignis sensibus intelligentes, dicta prophetica ad cōditionem terrenæ alicuius urbis adducunt? Bonum ergo est obseruare, ne quando aut carnalem patrem, aut cœlestem minus digna honorificentia ueneremur: similiter obseruare & matrē, & etiā omne mandatū, quod nobis pudicitiā castitatēq; cōmēdat: ut neq; in præsenti uita obnoxij simus morti secundum spiritalem legem, neq; futura nos pœna maneat ignis æterni: ex quo effugere & euadere omnibus nobis concedat dñs noster Iesus Christus, cui est gloria & imperiū in secula seculorū, Amē.

*Vndecimi libri finis.*



## DIVI CYRILLI IN LEVITICVM LIBER DVODECIMVS.

*De magno sacerdote.*



MNIS qui inter homines sacerdos est, ad illum sacerdotem, de quo dixit dominus, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Malchisedec: par-
Psal.109. uus est & exiguus. Ille est autem magnus sacerdos, qui potuit penetrare cœlos, & uniuersam supergredi creaturam, & ascendere ad eum, qui lucem habitat inaccessibilem, dominum & patrem uniuersitatis. Propter quod & ille, qui apud Iudæos magno dicebatur sacerdos, introibat quidem in sancta, sed manufacta, sed lapidibus extructa: nō ascendebat in cœlum, nec adstare poterat apud patrem luminum. Sed quia horū umbram implebat & imaginem, idcirco etiā magni sacerdotis nomen per umbram gerebat & imaginem. Vnde & Iudæi per hoc quod ad fidem proximi esse debuissent, quia apud ipsos adumbratio quędam & imago præluxerat ueritatis, dum typos ueritatem putant, ueritatē ipsam tanquam mendacium respuerunt. Nos aūt qui recepimus magnum sacerdotem, intelligere debemus, quomodo uere ipse sit magnus sacerdos. Vere magnus sacerdos, qui peccata dimittit: nō per sanguinem taurorum et hircorum, sed per sanguinem suum. Quia ergo cognouimus quis sit magnus sacerdos, & confitemur ea quæ in lege scripta sunt, de magno sacerdote scripta esse, id est de saluatore: quem uere magnum sacerdotē esse superior tractatus ostēdit. Videamus nūc quę sint, quę de eo lex prophetico spiritu scripsit. Et sacerdos, inquit, magnus ex fratribus suis, cui infusum est su-
Leuit.21. per caput eius oleū chrismatis, & perfectas habet manus suas, ut induat sancta: de capite cydarim nō deponet, uestimēta sua nō disrumpet, et ad omnem animam mortuam non intrabit: in patre suo, uel in matre sua non contaminabitur, & de sanctis non exibit, & non coinquinabit nomen quod est sanctificatum dei super se, quia sanctū oleū chrismatis dei sui in ipso est. Ego dominus. Hic uxorem uirginem accipiet de genere suo: uiduam aūt & eiectam, & pollutam, & meretricē, has nō accipiet: sed uirginem ex genere suo accipiet uxorem, ut non maculet semen suū in populo suo. Ego dominus qui sanctifico eum. Fuerit quidem apud Iudæos imago huius observantiæ, &

Universidad de Deusto
Biblioteca



& custodita sint quæ lex Iudæorum statuit apud Iudæos: sed si diligenter cuncta seruata sint, & si omnia quæ lex præcepit impleta sint, nec sic quidem omnis hæc obseruatio magnum potuit facere sacerdotẽ. Quomodo etenim magnus dici po-
Leuit.16. test sacerdos, qui peccare potest? Quod autẽ sub peccato fuerint omnes, etiam magni sacerdotes,
Heb.5. & ex hocipso facile aduertimus, quod lex præcepit ut prius pro suis, postea etiã pro populi peccatis offerat hostiam sacerdos. Quomodo ergo magnus est, sub peccato positus? Meus aũt sacerdos magnus Iesus, idcirco magnus est, quia peccatũ
Esa.53. nõ fecit, nec inuẽtus est dolus in ore eius. Et quia uenit ad eum princeps huius mundi, & non inue-
Ioan.14. nit in eo quicq̃. Ideo ergo Gabriel archangelus natiuitatem eius annunciat, dicens: Hic erit mag-
Lucæ 1. nus, & filius altissimi uocabitur. Peccatum enim hominem parum facit & exiguum: uirtus eminentem præstat & magnum. Sicut enim ægritudo corporis exile & exiguum facit corpus hominis, sanitas uerò lætum reddit & ualidum: ita intellige quia & animam quidem egritudo peccati humilem facit & paruam: sanitas uerò interioris hominis & uirtutis opera magnam faciunt eam, & eminentem: & quanto magis in uirtutibus crescit, tanto proceriorem reddet magnitudinẽ sui. Sic ergo intelligo illud quod de Iesu scriptũ est:
Lucæ 2. Quia proficiebat sapiẽtia, & ætate & gratia apud deum & homines. Nam quis est hominũ, qui nõ proficiat ætate in pueritia, ut hoc uelut egregium quiddam de Iesu scriberetur? Ad te hęc dico, qui corporaliter audis quod Iesus ætate proficeret. Intellige ergo quia ætate animę proficiebat, & magna fiebat anima eius propter magna & ingentia opera quæ faciebat. Denicq̃ sciens & Apostolus hanc ætatem de interiori homine sentiendam, ita
Ephe.4. scripsit: Donec omnes occurramus in uirum perfectum, in mensuram ętatis plenitudinis Christi. Nam secundum corpus crescere & magnum fieri, non est in nobis. Corpus enim ex genitali origine quantitatis materiam sumit, ut uel magnum uel exiguũ fiat. Anima uerò in nobis habet causas, & arbitrij libertatem, ut uel magna uel parua sit. Si ergo parua sit & pusilla anima, scandalizari potest. Sic enim scriptum est in euãgelio: Quia
Matth.18. expedit præcipitari in profundum maris, quàm scandalizare unum de pusillis istis: Qui magnus est, non scandalizatur, sed qui pusillus est. Qui magnus est, quodcunq̃ uiderit, quodcunq̃ passus fuerit, non declinat à fide: qui autem pusillus est animo, & paruus, occasiones quærit quomodo scãdalizetur, quomodo in fide uideatur offendi. Propterea denicq̃ oportet nos maxime ijs consulere, qui parui sunt in fide: & non tantam curã circa magnos & fortes, quantam erga paruulos & insipientes debemus impendere. Fortis enim omnia tolerat, omnia suffert, & nunq̃ cadit. Paruuli uerò, & infirmi in fide, obseruandum est ne occasione nostri offendantur, & recedant à fide, ac decidant à salute. Aut ostende mihi de scripturis, ubi aliquis peccator, aut parui meriti, magnus appellatus sit. Nusquam, opinor, inuenies. Audi uerò qui sunt, qui magni appellãtur. De Ezechia dicit, qui proficiebat ualde, quousq̃ factus est magnus ualde. Moses dictus est magnus, & Ioannes baptista magnus dictus est: nunc autem Iesus magnus dicitur, & post hunc iam nullus appellatus est magnus. Priusquã enim adesset qui uere magnus est, ad cõparationem reliquorum hominũ magni appellati sunt sancti, quorum superius fecimus mentionẽ. Vbi uerò aduenit ipse, qui non ex comparatione cæterorum, sed suæ magnitudine uere magnus erat, de quo etiã scriptũ est: Quasi exultauit ut gigas ad currendam uiam: ultra iam
Psal.18. nullus est appellatus. Hic est ergo de quo scribit: Magnus sacerdos ex fratribus tuis. Quibus fratribus? de quibus dixit, quũ resurrexisset à mortuis: Vade ad fratres meos, et dic eis: Ascendo ad patrem meum, & ad patrem uestrũ: & Deum meum, & deum uestrum. Si autem uis & exantequis literis discere fratres Iesu, lege uigesimũ primum Psalmum, ubi ex persona Christi dicitur: Narrabo nomen tuũ fratribus meis: In medio ecclesiæ laudabo te. Ex fratribus ergo suis magnus est Iesus, ex ijs qui prius magni fuerant appellati. Et sicut pastorum pastor est, & pontificum pontifex, & dominantium dominus, & regũ rex: ita & magnorũ est magnus. & ideò addit: Magnus sacerdos ex fratribus suis. Post hæc uerò: Cui, inquit, infusum est oleum chrismatis super caput eius. Istud oleum noli quærere in terris, quod sit per caput infundit magno sacerdoti, qui est Christus: sed si uidetur, disce à propheta Dauid istud oleum quale sit. Dilexisti, inquit, iusticiam, & odisti iniquitatẽ, propterea unxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Istud est ergo oleum lætitiæ, quod capiti eius infusum, fecit eum Christũ. Sed addit adhuc ad laudes eius: qui consummatas, inquit, manus habet. Cuinam quæso hominum hoc cõuenit dici, in quo mortalium perfectas inuenire possumus manus? etiã si Aaron iste sit, cuius mentio fieri uidetur. Quomodo consummatas putabitur habuisse manus, quibus uitulum fabricauit, quibus idolum cõflauit? Etiam ipsum Mosen proferas, quomodo consummatas habuisse uidetur manus, qui non glorificauit deminum ad aquam contradictionis? pro quo dicto etiam iubetur uita excedere. Quod si & aliquemlibet sanctorũ memorare uelis, occurrit ubi sermo qui dicit: Quia non est homo super terram, qui faciat bonum, & non peccet. Merito ergo solus Iesus consummatas habet manus, qui solus peccatum non fecit: hoc est, qui perfecta & integra opera manuum habet: & ideò de ipso recte dicitur, qui consummatas habet manus, ut inuiolata sancta. Hic enim est qui uere indutus est sancta, non illa quæ in typo erant, sed ipsa quæ uere sancta sunt. Quod si uis audire de excellentibus indumentis eius, accipe uerba prophetica: Amictus, inquit lumine sicut uestimento, abyssus sicut uestimẽtum amictus eius. Hic est mei magni pontificis habitus, quo indicatur profunda scien-



tiæ & sapiẽtiæ luce uestitus, quæ uerè sancta sunt indumenta. Non, inquit, auferet de capite suo cydarim. Iam & prius diximus cydarim genus esse cooperimenti, quod capiti superpositum, pontifici præstat ornatum. Hic ergo magnus pontifex meus nunq̃ deponit sacri capitis ornatum. Quid
1.Cor.11. sit autem caput Christi, ab Apostolo disce, qui di-
Ioan.14. cit: Caput autẽ Christi, Deus. Meritò igitur capitis sui qui deus est, nunq̃ deponit ornatum: quia semper est pater in filio, sicut filius semper in patre. Et uestimenta sua nõ disrumpet. Verè hic est qui uestimenta sua non disrumpit, sed semper ea munda, semper integra, semper casta seruauit. Et ad omnem animã defunctam non intrabit. Quæ
Ezech.18. est anima defuncta, quæ est anima mortua? Propheta dicit: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Super hãc ergo animam mortuam Christus
Sap.7. non superuenit: quia sapientia est, & sapiẽtia nõ intrat ad animam maleuolam. Ipsa est enim mortua: quia cui inest malicia, inest peccatum. Pecca-
Iac.1. tum autem quum consummatum, inquit, fuerit, generat mortem: & propter hoc Iesus non intrat ad animam mortuam. Si autem uiuat anima, hoc est, si non habeat in se mortale peccatũ: tunc Christus qui est uita, ad animam intrat uiuentẽ: quia sicut lux non potest esse cum tenebris, nec cũ iniquitate iusticia: ita nec uita potest esse cũ morte. Et ideò si quis sibi cõscius est, quod habeat intra se mortale peccatum, nec q̃ id à se per pœnitentiã plenissimę satisfactionis abiecit, nõ speret quod intret Christus ad animam eius, quia ad omnem animam defunctam non intrat. Deinde subiungit litera: Quia magnus sacerdos est, in patre suo & matre sua non contaminabitur. Hic scripturæ locus difficillimus est ad explanandum: sed si orationibus uestris deum patrem uerbi deprecemini, ut nos illuminare dignetur, ipso donante potuit explanari. Omnis qui ingreditur hunc mundum, in quadã contaminatione effici dicitur, propter quod & scriptura dicit: Nemo mundus à sorde, nec si unius diei fuerit uita eius. Hoc ipsum ergo quod in uulua matris est positus, & quod materiã corporis ab origine paterni seminis sumit,
Leuit.12. in patre & matre cõtaminatus dici potest. An nescis, quia quum quadraginta dierũ factus fuerit puer masculus, offertur ad altare, ut ibi purificetur, tãquam qui pollutus fuerit ipsa cõceptione, uel paterni seminis, uel uteri maternis? Omnis erro homo in patre & matre pollutus est. Solus ue-
Iac.1. rò Iesus Christus dominus meus, in hanc generationem mundi ingressus, in matre non est pollutus. Ingressus est enim corpus incontaminatum:
Sap.8. ipse enim erat, qui & dudum per Salomonem dixerat: Magis autem quum essem bonus, ueni ad corpus incoinquinatum. Non est ergo contaminatus in matre: sed nec in patre quidem. Nihil eius Ioseph in generatione eius prẽter ministeriũ præstitit & affectum, unde & pro fideli ministerio patris ei uocabulum scriptura cõcessit. Sicenim mater eius Maria dicit in euangelio: Ecce
Luc.2. ego & pater tuus dolentes quærebamus te. Sic-

ergo solus est hic sacerdos magnus qui nec q̃ in patre pollutus sit, nec q̃ in matre. Videamus autem, si aliquid adhuc possumus sublimius, & pro dignitate tanti põtificis inuenire. Pater omniũ uerus dicitur deus: matrem aũt Apostolus Hierusalem
Gal.4. dicit esse cœlestem. Omnes ergo qui peccant, cõtaminantur in patre, à quo creati sunt. Siue enim egimus aliquid impiũ, siue locuti sumus, siue cogitauimus contra dominum, quum non credidimus deo, cõtaminati sumus in patre. Sed utinam tunc solum per incredulitatem factũ sit, cessatum uerò sit postq̃ credidimus. Sic ergo etiam in matre cõtaminamur, si credentes Deo uel ecclesiam lædimus, uel libertatem matris cœlestis indigna peccati seruitute fœdamus. Solus uerò dominus noster Iesus Christus, qui peccatũ nescit, nec q̃ in patre, nec q̃ in matre cõtaminatus est, & de sanctis non exijt. Fuerant quidem nonnulla in superioribus proponenda Iudæis, ad quæ respondere nõ possent. Sed omissis illis, de hoc interim sermone quid nobis dicunt uel ipsi, uel qui secũdum ipsorum sensum intelligi legẽ uolunt? Si hæc ad pontificem nostrum & saluatorem non referantur, quomodo secundum literã probabitur, quod de sanctis non exijt magnus sacerdos, qui uticq̃ uxorem recipiebat (sicut inferius dicitur) uirginẽ de genere suo? Si de sanctis non exit, si nusq̃ procedit, quomodo, & ad quos usus accipere uidetur uxorem? Nec q̃ enim putandum est, quod cũ uxore intra sancta manere potuerit. Sed hæc putent illi, quibus placeant Iudaicæ fabulæ. Nos autem habemus sacerdotem magnum secundum ordi-
Heb.7. nem Melchisedec, Iesum Christum, nunq̃ de sanctis exeuntem. Semper enim in sanctis est, & manet semper sanctus in uerbis suis, sanctus in actibus suis, sanctus in omnibus uolũtatibus suis, & solus est qui nunq̃ inueniatur extra sancta. Qui
Act.19 et 17. enim peccat, exit de sanctis: & quoties quisq̃ peccat, toties efficitur extra sancta: Christus autẽ qui nunquam peccauit, nunquã exijt de sanctis. Sed & tu qui sequeris Christum, & imitator es eius, si permaneas in uerbo dei, si in lege eius mediteris die ac nocte, si in mãdatis eius exerearis, semper in sanctis es, nec unq̃ inde discedes. Nec q̃ enim in locis sancta quærenda sunt, sed in actibus, uita et moribus: quæ si secundum dominum sint, & secundum præceptum dei habeantur, etiã si in domo dei non sis, etiam si in foro sis, & quid dico in foro? etiam si in theatro inueniaris, uerbo dei deseruiens, in sanctis te esse non dubites. An non tibi uidetur Paulus quum ingressus est theatrum, & ingressus est Areopagum, & prædicauit Athenientibus Christum, in sanctis fuisse? Sed & quũ perambularet aras, & idola Atheniensiũ, ubi inuenit scriptum, Ignoto deo: & ex hoc uerbo sumpsit Christi prædicationis exordium, etiã ibi aras gentiliũ lustrans, in sanctis positus erat, quia sancta cogitabat. Sed & quicũq̃ custodit se post acceptam gratiam Dei, ne incidat in homicidiũ, in adulterium, in furtum, uel falsum testimonium, et alia his similia, sed permanet mundus ab omni

Universidad de Deusto
Biblioteca



contagione peccati, non exibit iste de sanctis, & non contaminabit sanctificationem dei sui in semetipso, quia sanctum oleum chrismatis Dei super ipsum est. Illud autem oleum, de quo in Exodo scriptum est, quomodo potest secundum literam propriè oleum Dei dici, quod ex myrrha & casia confectum est à pigmentario? Sed si uis uidere oleum Dei, audi quem propheta dicat unctum esse oleo Dei: illũ sine dubio, de quo dicit: Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Hic ergo est magnus sacerdos, qui solus oleo Domini unctus est, & in quo semper sanctũ permansit diuini chrismatis oleũ. Sed quid additur post hęc? Vxorẽ uirginem de genere suo accipiet. Viduam autẽ, & eiectam, & meretricem nõ accipiet: sed uirginem de genere suo accipiet, & non cõtaminabit semen suũ in populo suo. Ego Dominus qui sanctifico eũ. Quia ergo totius expositionis ordo ad sacerdotem magnum reuocatus est Christũ, uideamus nũc quid & de nuptijs eius intelligi debeat. Paulus apostolus dicit: Volo autẽ uos omnes unius uiri uirginem castã exhibere Christo. Timeo aũt, ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, corrumpantur sensus uestri à simplicitate quæ in Christo est.

Vult ergo Paulus omnes Corinthios uirginem castam exhibere Christo: quod utiq; nunquã uel let, nisi id possibile uideret. Vnde & mirum fortasse uideat, quomodo ij q diuersis peccatis corrupti, ad fidem Christi uenerũt, omnes simul uirgo casta dicantur: uirgo, inquam, tam sancta, tam casta, ut mereatur etiam Christi nuptijs copulari. Verum quoniam hæc ad carnis integritatem referre non possumus, certum est quod ad integritatem animæ spectent, cuius secundũ ipsius Pauli sententiam simplicitas fidei quæ in Christo est, uirginitas eius appellata est: & per hoc quoniam cessantibus, uel philosophorũ schismatibus, uel superstitionibus Iudaicis, in fide simplici Christus sibi assumpsit ecclesiam, uirginem de genere suo accipit uxorem. Huius nanq; fidem non corrumpit philosophi sensus, nec circuncisionis ambitio, sed in simplicitate cõfessionis tanquam in uirginali integritate permansit: sic enim dudum promiserat per prophetam, dicens: Desponsabo te mihi in fide. Omnis ergo secũdum Apostolũ, qui in Christo est, noua creatura est, & sicut idem Apostolus dicit: Vt exhibeat ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata. Quomodo ergo eam quę rugosa est, facit esse sine ruga, nisi quia renouat eam? secundum quod scriptum est: Nam & si is qui deforis est, homo noster corrumpitur, sed qui intus est renouatur de die in diem. Viduam sanè & meretricem & eiectam non accipiet Christus: nec intrat talis anima thalamum sponsi. Qui enim ingressus fuerit illuc, nõ habens indumenta nuptialia, timeat perferre illud quod scriptum esse nostis in euangelio. Virginem ergo accipiet, & uiduam non accipiet, neq; meretricem, neq; eiectam, aut contaminatam. Meretricem quidem & abiectam animam & pollutam cur non suscipiet Christus in coniugium, non est laboris exponere. Viduã uerò cur non recipiatur, diligentius intuendum est. Paulus apostolus ad Romanos scribens, uirum animæ legem dicit, quam quum mortuus fuerit uir, solutam esse pronunciat à lege, ut iam non sit adultera, si nupserit Christo. Quod si eueniat, ut lex quidem uir animę ipsa moriatur, id est, ut anima discedat à lege, nec tamen cõstringat se castio ribus connubij disciplinis, & à lege discedens, euangelici dogmatis non suscipiat iugum: hęc nubere Christo nõ poterit, quæ libertatis lasciuiam quæsierit, non fidei uirginalis & simplicis cultũ. Hic ergo sacerdos magnus uxorem uirginem accipere de genere suo potest: & propter hoc dictũ uideri de genere suo, quod anima Christi ex genere, & ex substantia fuerit humanarum omnium animarum. Potest & secundum hoc quod tres uocat credentes in se, de genere suo dici anima, quę ei in fide tanquam nuptijs sociatur. Illud tamen nolo uos lateat, quod Hebræi negant in scriptum habere, quod nos apud septuaginta interpretes inuenimus, de genere suo, & recte illi nõ habent scriptum. Ablata enim est ab illis propinquitas dei: ablata est enim eis adoptio filiorũ, & translata est ad ecclesiam Christi. Illi ergo non habẽt scriptum quod de genere Christi sint, sicut nec esse meruerunt. Nos autem qui hoc scriptum habemus, & legimus, gaudeamus quidem de dignatione dei: sed caute & sollicitè curemus nos, & uitam nostram & actus nostros, ne nos faciant aliquando degeneres. Ne & hoc ipsum nobis ad condemnationem dicatur: quod quũ genus simus Christi, indignis & fœdis & diabolicis actibus seruiamus. Qui ergo habet spõsam, sponsus est. Audis quomodo spõsus dicitur Christus, sponsa uerò eius anima dicitur, quæ fidei simplicitate, & actuum puritate, incorrupta probatur & uirgo. Dicit enim dominus per Hieremiã prophetam: Nõne sicut dominum me uocas, & patrem, & principem uirginitatis tuæ? Viduam autem & eiectam & contaminatam nõ accipiet. Si quis nostrũm peccauerit, abiectus est, etiam si nõ abijciatur ab episcopo, siue quod lateat, siue quòd interdum ad gratiam iudicetur, eiectus est tamẽ ipsa conscięntia peccati. Nec prodest hominis gratia, quum Christus huiusmodi animam nanq; abiectam non recipiat in coniugium. Igitur neq; uiduam (sicut supra diximus) accipiet, neq; eiectã, neq; pollutam. Polluta dicitur, quæ etiam si non ex integro compleuit peccatum, tamẽ ob hoc ipsum quod cogitauit, quod uoluit, quod optauit, etiam si non admisit, polluta est, & à magno pontifice non eligitur. Valde eñ purã, ualde mundã et syncerã requirit animã, quam sibi iungit. Quia qui se iunxerit dño, unus spiritus est. Vnde etiam hoc ostẽditur q̃d sit differentia peccatorũ: & qui peccauerit peccatũ ad mortẽ, abiectus sit: qui aũt nõ peccat ad mortẽ, sed inferius aliquid polluatur sit. Sponsa aũt Christi neq; abiecta, neq; polluta esse



esse potest: sed uirgo incontaminata, incorrupta, mũda. Memẽto enim sermonis Apostoli, quem paulo ante proposuimus, dicentis: Vt exhibeat ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugã, aut aliquid huiusmodi: sed ut sit sancta & immaculata. Sed & meretricem non accipiet. Quæ est anima meretrix? quæ ad se recipit amatores, de quibus dicit propheta: Meretricata es post amatores tuos. Qui sunt isti amatores, qui intrant ad animam meretricem, nisi contrariæ potestates, & dæmones, qui desiderium capiũt pulchritudinis eius? Pulchra nãq; à deo creata est anima, & satis decora. Audi quomodo ipse dominus dicit: Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostrã. Vide cuius decoris, cuius pulchritudinis est anima, imaginem habet & similitudinẽ dei. Hanc pulchritudinem contrariæ potestatis quum aspiciunt, id est diaboli, & angeli eius, cõcupiscũt speciem: & quia nõ possunt sponsi eius fieri, meretricari cupiunt cum ea. Si ergo susceperis ô homo in cubili animæ tuæ adulterum diabolum, meretricata est anima tua cum diabolo. Si receperis angelos eius, si spiritus diuersos qui peccare te suadeãt, meretricata est cũ eis anima tua. Si spiritus iræ, si inuidiæ, si superbiæ, si impudicitiæ ingressus fuerit ad animam tuam, & receperis eum, cõsenseris ei loquẽti in corde tuo, delectatus fueris ijs quæ tibi secundum suam mẽtem suggerit, meretricatus es cum eo. Meretricẽ ergo non accipiet sacerdos magnus, & non contaminabit semen suum in populo suo. Quod est istud semen, quod contaminari non uult? In euãgelijs scriptum est: Quia qui seminat, uerbum seminat. Non uult cõtaminari ergo uerbũ dei ab ijs qui seminãt, ab ijs qui uerbũ dei in ecclesia proferũt. Audiãt ergo doctores, ne forte animæ contaminatæ, animæ meretricãti, animæ infideli uerba dei credant, ne forte mittãt sanctũ canibus, et margaritas ante porcos. Sed animas mũdas, uirgines in simplicitate fidei, quæ est in Christo, eligant: ijs committant secreta mysteria, ipsis uerbũ Dei & arcana fidei proloquantur: ut in ipsis Christus formetur per fidem. An nescis quia ex isto semine uerbi dei quod seminatur, Christus nascitur in corde auditorum? Hoc enim & Apostolus dicit: Donec formetur Christus in uobis. Concipit ergo anima ex hoc uerbi semine, & conceptum format in se uerbum, donec pariat spiritum timoris dei. Sic enim per prophetam dicũt animæ sancto rum: A timore tuo domine concepimus in utero, & parturiuimus & peperimus spiritum salutis. Iste spiritalis est fœtus, iste est sanctarum animarũ partus, iste conceptus. Ista sunt sancta coniugia quæ conueniunt & apta sunt magno Pontifici Christo Iesu domino nostro: cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Libri duodecimi finis.



liber decimus tertius.

*De diebus festis & lucerna, & candelabro, & de oleo ad lumen, & de mensa & panibus propositionis.*

QVi perfectus est, ab ipso deo docetur de solennitatũ ratione, & homine ad hæc discenda magistro non utitur: sed à deo discit, si potest capere dei uocem. Qui aũt non est talis, sed inferior, discit ab eo qui didicerit à deo. Hæc est ergo de solennitatibus duplex quædam ratio doctrinæ. Vna quæ illuminata per spiritum prophetica mens docetur: qua (ut ita dicam) magis intuitu discitur mentis quam sono uocis, per quam ueritas ipsa, non umbra & imago ueritatis agnoscitur. Hi ergo qui ipsam dei ueritatẽ capere non possunt, nec totum fulgorem ueritatis intenta mentis acie cõspicari, audiũt de solennitatibus secundo loco ab ijs qui primo didicerunt. Et quum illis ueritatem rerum ipsa inspectionis proprietas dederit, ad istos ueritatis umbrã profert solus auditus huius mysterij. Apostolus sanè horum conscius, dicebat de Iudæis, quia umbræ & exemplari deseruiunt cœlestium. Ipsa enim cœlestia Moses uidisse describitur: typos autem, et imagines eorum quę uiderat, populo tradidisse. Sic enim ad eum diuinum dicit eloquiũ: Vide, inquit, omnia, facito secundum formã quæ ostensa est tibi in monte. Tale ergo est, quod et in hoc loco recitatum est, quia dominus locutus fuerit de solennitatibus ad Mosen. Et post hæc: Et locutus est Moses, inquit, dies solẽnes domini dei filijs Israel. Transacto uerò de his sermone, uideamus quid post hæc docet Moses. Primo de lucerna, cãdelabro & oleo, quod ei infunditur: secundo in loco de mensa & panibus propositionis, ac numero eorum, & qui eis uti debeãt. Intendamus ergo animũ diligentius ijs quæ scripta sunt: & ut ad hæc dinoscenda concedatur nobis gratia, dominũ deprecemur, ut in his quas legimus literis, quæ sit uoluntas sancti spiritus, agnoscamus. Præcipe, inquit, filijs Israel, & deferant tibi oleum de oliuis mundum, expressum ad lumen, ut ardeat lucerna semper extra uelum in tabernaculo testimonij, & accendant illã Aaron, & filij eius à uespera usq; in mane coram domino indesinenter, legitimũ æternale in progenies uestras. In candelabro mũdo accendetis lucernas uestras corã domino usq; mane. Cãdelabrũ mundũ nominat, lucernas accẽdi per põtificem iubet, & earũ lumẽ ministrari ex oleo quod dat à populo. Præcipit hoc itaq;, quia nisi dederit oleũ populus, sine dubio extinguetur lucerna, et nõ erit lumẽ in sanctis. Secundũ literã ergo hæc erat consequentia, ut conferret populus oleum mundum de oliuis expressum, ut ex eo ministraret lumen lucernæ. Et Aaron accendebat lucernas à uespera usq; mane fomentis olei, quod contulerat populus, lumini pabulum præbens. Verum quoniam lex spiritalis est, petamus à domiuo (si tamen conuersi

Universidad de Deusto
Biblioteca



sumus ad dominum) auferri nobis uelamen de lectione ueteris testamenti, ut possimus aduertere quæ ratio sit candelabri uel lucernarum eius, secundum intelligẽtiam spiritalem. Ante aduentũ domini nostri Iesu Christi sol nõ oriebatur populo Israel, sed lucernæ lumine utebãt. Lucerna ẽm erat apud eos sermo legis & sermo propheticus, intra angustos conclusa parietes, quæ non poterat in orbẽ terræ lumen effundere. Intra Iudæam nanq; concludebatur scientia dei, sicut & prophe- *Psal.75.*
ta dicit: Notus in Iudæa deus. Vbi uerò exortus est sol iusticiæ dominus & saluator noster, & na- *Zach.6.*
tus est uir, de quo scriptum est: Ecce uir oriens nomen est ei: per uniuersum mundum, scientiæ dei lumẽ effusum est. Sermo ergo legis & sermo propheticus erat lucerna ardens: sed ardebat intra ædem, nec ultra poterat emittere splendorem suũ. Quod aũt sermo legis & prophetarũ, lucerna dicatur, dominus ipse nos docuit, dicens de Ioanne *Ioan.5.*
Baptista. Ille erat lucerna ardens & lucens, & uos uoluistis ad horã exultare in lumine eius. Et alibi *Matth.11.*
dicit: Quia lex & prophetæ usq; ad Ioannem. Lucerna iraq; ardens est Ioannes, in quo lex concluditur & propheta. Donec ergo populus ille habebat oleũ quod cõferret ad lumen, lucerna non est extincta: ubi uerò defecit in eis oleum inferendũ, oleum bonorũ operũ, nec inuẽta est apud eos puritas (purum nanq; oleum quærebatur ad lumen) necessariò extincta lucerna est. Si quæ dicimus, illis hęc eueniãt, nõ existimet quispiã quod à nobis hæc omnino aliena sint. Imò maior cura est Chri- *Matth.25.*
stiano olei cõquirẽdi. Vide ẽm quomodo dominus in euangelijs per parabolam stultas uirgines nominat, quæ oleum non portãt in uasculis suis: & intantũ stultas, ut quoniã defuit eis oleũ ad succendendum lãpades suas, à thalamis exclusæ sint nuptiarũ: nec pulsantibus ijs quæ olei curã neglexerant, ianuam aperiri iussit sponsus. Memini tamen dudũ nos quũ centesimi decimi octaui Psalmi expõneremus illum uersiculũ, in quo scriptũ est: Lucerna pedibus meis lex tua domine, & lumen semitis meis: diuersitate lucernæ & lucis proutribus ostendisse. Dicebamus enim, quod lucernam quidẽ pedibus, id est, inferioribus corporis partibus deputarit: lucẽ uerò semitis dederit, quæ semitæ in alio loco semitæ æternæ nominantur.
*Hiere.6.* Quia ergo secundum quandam mysticã rationẽ inferiores partes creaturę mũdus hic intelligitur, ideo lucerna legis ijs qui in hoc mũdo, tanq; totius creaturæ pedes sunt, accẽsa memoratur. Lux autẽ æterna erit illis semitis, per quas in futuro seculo unusquisque pro meritis incedet. Sed de his suo loco sufficienter pro nostris uiribus dictũ est. Nunc ergo quoniã uespera est, & nox usq; ad cõsummationẽ seculi, & donec nouus dies futuri seculi, & noue lucis effulgeat, unicuiq; nostrũ lucerna hæc illuceat, tantũ splendorẽ luminis præbẽs, quantũ olei copia ubertate operũ fuerit ministrata. Deniq; & Iob in quodã loco, quũ de bonis o-
*Iob.29.* perũ suorũ exponeret, addidit etiã hoc: Quũ splẽderet, inquit, lucerna eius super caput meũ. Splendet ergo unicuiq; nostrũ lucerna hæc, in quãtum oleo bonorũ operũ fuerit accensa: si aũt male agimus, & opera nostra mala sint, non solum nõ accendimus, sed extinguimus nobis istã lucernã, & completur in nobis illud q̃d scriptura dicit: Qui qui male agit, in tenebris ambulat: & qui odit fratrem suum, in tenebris ambulat. Extinxit ẽm lucernã charitatis, & ideò in tenebris ambulat. Annõ tibi uidetur extinxisse lucernã, qui lumen charitatis extinxerit? Qui aũt diligit fratrẽ, in charitatis luce perdurat, & cum fiducia potest dicere: Ego aũt sicut oliua fructifera in domo dei, & filius sicut nouellæ oliuarum in circuitu mẽsæ eius. Oleum ergo offerri iubetur à populo, & oleum qualecunq; fuerit, & ex quibuscunq; seminibus, ut fieri in diuersis regionibus mos est: sed de oliuis expressum, in quibus indiciũ pacis ostẽditur. Nec enim accepta possunt esse deo opera tua, nisi *Gen.18.*
in pace peragãtur, sicut & Iacobus apostolus dicit: Fructus aũt iusticię in pace seminatur. Idcirco *Genesis 19.*
(credo) etiam dominus discipulis suis tradebat dele depositum, dicens: Pacẽ meam do uobis, pacem meã relinquo uobis. De hac ergo oliua oleum premamus operum nostrorũ, ex quo lucerna domino possit accendi, ut non in tenebris ambulemus. Hæc quidem à nobis dicta sunt, quantum ad lucernã candelabri & oleum eius spectat: nam uerò uideamus, quid etiam in consequẽtibus de *Genesis 18.*
panibus propositionis scriptum sit. Et sumetis, inquit, similaginem, & facietis de ea duodecim panes, de duabus decimis erit unus panis, & ponetis eos in duas positiones: sex panes una positio, super mensam mundam coram domino: & impones super positionem thus mundum & sal, & erunt panes in commemoratione appositi Domino die sabbati, & proponentur coram Domino semper à filijs Israel. Testamentum æternum erit Aaron & filiorũ eius: & edent ea in loco sancto: sunt enim sancta sanctorum. Hoc erit illis de ijs quæ offeruntur domino legitimum æternale. Secundum ea quæ scripta sunt, in duodecim panibus, duodecim tribuum Israel uidetur commemoratio ante dominum fieri, & præceptum dari, ut sine cessatione isti duodecim panes in conspectu domini proponantur, ut & memoria duodecim tribuũ apud eum semper habeatur, & ueluti eccl. ratio quædam & supplicatio per hæc pro singulis fieri uideatur. Sed parua satis & tenuis est huiusmodi intercessio: quantum enim proficit ad propitiandum, ubi uniuscuiusq; tribus per panis fructus, per fructus opera cõsideranda sunt? Sed si reuertantur hæc ad mysterij magnitudinem, inuenies commemorationem istam habere ingens tis repropitiationis effectum. Si redeas enim ad lum panẽ qui de cœlo descendit, & dat huic mundo uitam: illum panem propositionis, quem proposuit deus propitiatorem per fidem in sanguine eius: & si respicias illam commemorationem qua dicit dominus, Hoc facite in mei commemorationem: inuenies quod ista est commemoratio sola, quæ propitium facit hominibus deum. Si ergo



go intentius ecclesiastica mysteria recorderis, in ijs quæ lex scribit, futurę ueritatis inuenies imaginem preformatam. Sed de his non est plura disserere, q̃d recordatione sola ea intelligi sufficit. Possumus uerò & aliter dicere: Omnis sermo dei panis est: sed est differentia in panibus. Est enim aliquis sermo, qui ad cõmunem possit proferri auditum, & docere plebem de operibus misericordiæ, ac totius beneficẽtiæ: & iste est panis qui cõmunis uidetur. Est uerò alius qui secreta continet, & de fide dei, uel rerum scientia differat: iste panis mundus est, & ex similia confectus. Iste in conspectu domini semper ponẽdus est, & super mensam mundam proponendus est. Iste solis sacerdotibus sequestratus est, & filijs Aaron æterno munere condonatus. Verum ne putes hæc nos propriis sensibus excogitata narrare, & non diuinis obseruasse uoluminibus, proferam tibi de scriptutis sanctis quomodo apud diuersos uiros, panis diuersitas pro merito uniuscuiusque seruata est. Refertur in Genesi, quod Abrahã patriarcha angelos susceperit hospitio: similiter autẽ & Lot. Sed Abrahã qui meritis præcellebat, panes ex simila opposuisse describit, quos ἐγκρυφίας, id est, occultos ac recõditos nominauit. Lot uerò eo q̃d non habuit similam, ex farina panes hospitibus apposuit: non quod ita pauper esset, ut non habuerit similam, qui in diuitijs non inferior patruo scribitur: sed utriusque meritorum differentia per hæc designatur indicia, quod is quidem cui erant à domino mysteria reuelanda, & ad quem dicebatur: Non cælabo à puero meo Abraham quod facturus sum. Qui imbuendus erat, & docẽdus de occultis & secretis dei, ille panes ex similа habuisse describitur: ille uerò ad quem nihil sacramenti deferebatur, sed ratio præsentis salutis et uitę, panes communes ex sola farina scribitur habuisse confectos. Et ut ergo si habes scientiam secretorum, si de fide Dei, de mysterio Christi, si de sancti spiritus unitate potes scienter cauteq; differere, panes ex similа offers domino. Si uerò cõmunibus uteris ad populum monitis, et moralem scis tantum, modo locum tractare qui ad omnes pertinet, cõmunem te obtulisse noueris panem. Sed uideamus iam quæ sit cõfectio in istis panibus positionis, qui ante dominum poni semper iubẽtur. De duabus quidem decimis dixit: sed cuius mensurę sint istæ decimæ non comprehendit, quum utiq; gnosci, ipsam (cuius duas decimas sumi iubebat) cõsequẽs fuisset, si de quãtitate similæ uolebat a- nominare mensuram. Quæ ergo ista res est, cuius mẽsuræ modus nec comprehendi potuit, nec nominari? Decimus numerus ubiq; perfectus inuenitur. Totius enim numeri ex ipso ratio & origo consurgit. Competenter igitur autor & origo omnium deus sub hoc numero uidetur ostendi. Sed in ecclesia de solo patre loquar, & ipsius solius laudem proferam, unius decimæ panem feci. Aut si de Christo solo fecero sermonem, & ipsius enumerauero passionem, & resurrectionem prædicauero, unius decimæ obtuli panem. Si uerò di-

xero, quia pater semper cum filio est, & ipse facit opera sua: uel etiã si dixero, quia pater in filio est, & filius in patre: &, qui uidet filium, uidet & patrem: &, quia pater & filius unũ sunt: ex duabus *Ioan.14.*
decimis similæ mundæ obtuli unum panem: pa- *Ioan.10.*
nem quidem uerum, qui uitam dat huic mundo. *Ioan.6.*
Hæretici uerò non faciunt de duabus decimis unum panem: negant enim filium unius substantiæ cum patre esse: neq; uetus & nouum testamẽtum unum faciunt panem, neq; unum spiritum in utroq; instrumento ptofitentur. Nos autem in lege & euangelijs unum atque eundem inesse sanctum spiritum dicimus: & isto quoque modo ex duabus decimis unum panem proposition is offerimus. Quia ergo separant Christũ secũdum carnẽ à creatore deo patre suo hæretici, & Iudæi, qui solum patrem recipiunt, & uerbum ac sapiẽtiam eius Christum non recipiunt, non faciunt ex duabus decimis unum panem. Nos autem mensuræ quidem ipsius, id est substantiæ nomen uel rationem cõprehendere, aut inuenire non possumus: confitentes tamen patrem & filium, unũ facimus panem ex duabus decimis, non ut panis unus ex una decima fiat, et alius ex alia, ut sint ipse duæ decimæ separatæ: sed ut unus panis, quoniã duæ decimæ una massa fit, quia nõ separo filium à patre, nec patrem à filio. qui enim uidet me, inquit, uidet & patrem. Fiunt ergo panes singuli ex du- *Ioan.14.*
abus decimis, & proponuntur duabus positionibus, id est, duobus ordinibus. Si enim una positio fieret, eõfusus & permixtus esset sermo de patre, ac filio: nunc autem unus quidem est panis: una ẽm uoluntas est, una substantia: sed duæ sunt positiones, id est, duæ personarum proprietates. Illum enim patrem qui non sit filius, & hunc filiũ dicimus qui non sit pater. Et hoc modo duas decimas in uno pane seruamus, & duas positiones ante dominum profitemur. Sed reuera magni (ut ita dicam) cuiusdam pistoris & ualde artificis est, diligenter istas seruare mensuras, & ita temperate de patre & filio sermonem coniungere, ubi oportet: & rursum ubi competit separare, ut neq; duæ mensuræ aliquando desint, neq; unquã non unus panis appareat. Duodecim ergo panes ex ista similа fieri mandantur, secundum numerum tribuum quæ ex Israel sunt progenitæ. In quo mihi uidetur forma totius naturæ rationabilis contineri. Duodecim nanq; putantur esse generales ordines rationabilis creaturæ: quorũ figura erat in illis duodecim tribubus, in quibus erat unus qui dẽ ordo regalis, qui Iudas nominat: alius erat ordo sacerdotalis, & Leui appellat: erat & alius ordo Iudę uicinus, qui Beniamẽ dicitur: in quo ordine templũ dei, & altare collocatũ est. Alius ordo Isachar, & Zabulon, & Effraim: alijq;, quos nominatim designat scriptura diuina, quorum rationem non est nũc temporis explicare: est tamen *Exod.1.*
uniuscuiusq; tribus uel ordinis panis ante dominum. Et licet sit aliqua tribus, quæ non ex libera, sed ex cõcubina Israel descẽdat, & ex parte libera & ex parte seruilis sit, tamẽ pro omnibus ex duabus

Universidad de Deusto
Biblioteca



bus decimis proponitur ante dominum panis, & A omnes duodecim æqua & simili mẽsura cõstant. Proponi autem iubentur supra mensam mũdam. Quis est nostrũm qui ita habeat mensam mundã, ut pancs supra eo domino offerantur? Si sederis, Proverb.23. inquit, cœnare ad mensam potentis, intelligibiliter intellige quæ apponuntur tibi. Quæ est ergo Phil.4. mensa potentis, nisi mensa illius qui dicebat: Omnia possum in eo qui me confortat, Christo Iesu: 2.Cor.12. & quũ infirmor, tunc potens sum? In istius mensa potentis munda, hoc est in istius corde, in istius mẽte, domino panis offertur. Ad huiusmodi potentis apostoli mensam si sedeas cœnaturus, intelligibiliter intellige quæ apponuntur tibi, hoc est, spiritaliter aduerte quæ dicuntur ab eo, ut & tu facere possis quod addit. ait enim: Sciens quia talia B te oportet præparare. Sed uideamus quomodo duodecim panes ponuntur. Duæ, inquit, positiones. In una positione, sex panes.) Putasne quod ociosa est ista diuisio, id est, quod duodecimus numerus iterum partitur in sex? Habet enim propinquitatem quãdam cum hoc mundo senarius numerus. In sex enim diebus factus est iste mundus uisibilis. Duo igitur ordines habentur in hoc mundo, id est, duo populi, qui fidem patris ac filij in ecclesia, tanquam in una mensa munda custodiunt. Et superponetur, inquit, super positionem thus mundum.) Thuris species formam tenet orationum. Oportet ergo panibus fidei orationum uigilãtiam, puritatemq; coniungere. Pu- 1.Timoth.2. ra autem oratio est, sicut Apostolus dicit: Leuantes puras manus sine ira & disceptatione. Simul Psal.140. & odoris impleri faciat illud, quod scriptum est: Dirigatur oratio mea sicut incẽsum in conspectu tuo. Si quis uerò orationes offerat deo, non tamẽ habeat mundam conscientiam ab operibus malis, hic thus quidem uidetur panibus superponere, sed non ponit thus mundum. Nam si omnes thus mundum essent, non utiq; addidisset scriptura, thus mundum super panes propositionis ponendum ante dominum. Nec enim putes quod omnipotens deus hoc mandabat, & hoc lege sanciebat, ut ei thus ex Arabia deferretur. Sed hoc est thus, quod deus ab hominibus sibi quærit offerri, ex quo capit odorem suauitatis, orationes ex corde puro, & conscientia bona, in quibus ue- D rè deus suscipit fragrantiam suauitatis. Et erunt, inquit, panes in cõmemorationem propositi ante dominum. In die sabbatorũ proponetis eos.) Si nõdum tibi manifestum est, quia panes isti uerbum dei est, ex his nunc sermonibus id confirmarem. Quid est enim quod nobis commemorationem dei facit: quid est quod nos ad memoriam iustitiæ & totius boni reuocat, nisi uerbũ dei? Ideò ergo dicit, qui erunt in commemorationem propositi ante dominum. Addit & in die sabbatorũ, id est, in requie animarum. Et quæ maior fidelis animæ requies, quàm memoria dei, quàm in conspectu domini uersari, quàm in fide patris ac filij permanere, quàm orationes domino, tanquam odorem suauitatis offerre? Testamentũ, inquit, æternum erit Aaron & filijs eius: & manducabunt ea in loco sancto Aaron & filij eius: genus est electum, genus sacerdotale, quibus hęc portio sanctorũ donatur à deo: quod sumus omnes, qui credimus in Christum.) Locum autem sanctorum ego in terris non requiro positum, sed in corde. Locus enim dicitur sanctus, rationabilis anima, propter quod & Apostolus dicit: Nolite locum dare diabolo. Anima ergo mea locus est: si male ago, diaboli: si bene, dei. Denique & spiritus malignus, quum, inquit, exierit ab homine, & circuierit loca arida: & requiem non inuenerit, dicit tunc: Reuertar ad meum locum unde exiui. Locus ergo sanctus anima est pura, in quo loco edere mandatur nobis cibum uerbi dei. Neque enim conuenit, ut sancta anima, uerba non sancta recipiat: sed quum purificauerit se ab omni inquinamento carnis & morũ, tunc locus sanctus efficta, cibum capiat panis illius qui de cœlo descendit. Nónne melius sic intelligitur locus sanctus, Luc.11. quàm si putemus structuram lapidum insensibilium, locum sanctum nominari? Vnde similitudine quadam etiam tibi lex ista proponitur, ut quum accipis panem mysticum, in loco mundo manduces eum: hoc est, ne in anima contaminata & peccatis polluta, dominici corporis sacramenta percipias. Quicunq; enim manducauerit, indigne, quit, panem, & biberit calicem domini indignus, reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem se unusquisque, & tunc de pane manducet, & de calice bibat. Sancta enim sanctorum sunt. C Vides quomodo non dixit sancta tantummodo, sed sancta sanctorum. ac si diceret: Cibus iste sanctus non est communis omnium, nec cuiuslibet digni, sed sanctorum est. Quãto magis hoc & de uerbo dei recte, meritoq; dicimus: hic sermo non est omnium, nec quilibet uerbi huius potest audire mysterium: sed sanctorum est tantummodo, qui purificati sunt mente, qui mundi sunt corde, Gen.41. qui simplices animo, qui uita irreprehensibiles, qui conscientia liberi, ipsorum est de hoc audire sermone, ipsis possunt explanari ista mysteria. Vobis enim datũ est, inquit, nosse mysteria regni dei. Illis autem qui non idem merentur, qui non sunt tales ut mereantur, nec capaces esse possunt, ad intelligentiam secretorum, illis non potest dari iste sacerdotalis panis, qui est mysticus & secretus sermo: sed in parabolis, qui communis est unigi. Legitimum & æternale hoc erit. Legitimum nanq; æternũ est, omne quod mysticum est. Nam præsentia hæc & passim uisibilia, tẽporalia sunt & finem citò accipiunt. Præterit enim habitus huius mundi. Quod si huius mundi prætcrit figura, sine dubio & literæ habitus prætcrit, & manet illa quæ æterna sunt, quæ sensus continet spiritalis. Si ergo intellexímus primo quõ deus loquitur ad Mosen, & Moses filijs Israel: secũdo etiã ratione cãdelabri mundi & lucernarũ, atq; olei eius, tertio quoq; panes propositionis, ex duabus decimis singulos quosq; confectos secundũ uolumen spiritus intellexímus: demus operã, ut & nos



hoc tanto, & tam sublimi intellectu non efficiamur indigni: sed ut anima nostra prius fiat locus sanctus, & in loco sancto capiamus sancta mysteria, per gratiam spiritus sancti, ex quo sanctificatur omne quod sanctum est: ipsi gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Libri decimitertij finis.

## DIVI CYRILLI IN LEVITICVM Liber decimusquartus.

*De filio mulieris Israelitidis, & Aegyptij patris, qui nominans nomen domini maledixit ei, & de sententia domini in eum.*

Historia nobis recitata est, cuius quamuis uideatur aperta narratio, tamen A nisi diligentius continentiã eius, quæ B est secundum literam, consequamur, interior nobis sensus haud facile patebit. Est ergo sermo scripturæ, de quo disserendum est, hic: Et exijt, inquit, filius mulieris Israelitidis, & hic erat filius Aegyptij inter filios Israel. Et litigauerũt in castris, is qui ex Israelitide, & homo Israelita. Et nominans filius mulieris Israelitidis nomen domini, maledixit, & adduxerũt eum ad Mosen, & nomen matris eius Salomithis, filia Dabri, ex tribu Dan. Et miserunt eum in carcerẽ, ut iudicarent de illo per præceptum domini. Et locutus est dominus ad Mosen, dicens: Eijce illũ qui maledixit, extra castra, et imponẽt omnes qui audierunt manus suas super caput eius, & lapidabit eum omnis synagoga. Videamus ergo primo C quid sibi uelit historia, quã proposuimus. Et quãuis plana uideatur, tamen adhuc euidentius eam tentemus sub oculis ponere. Ponamus ergo unũ ex patre & ex matre Israelitici nominis generositate gaudentẽ: alium ex matre tantum, nõ etiã ex patre, & uelut ex patre nobilem, non quidem ex parte patris, quę utiq; nobilitas melior uideretur, sed matris quę inferior est. Si enim pater fuisset Israelita, & mater Aegyptia, esset aliquid amplius. Hoc enim fuerat in Manasse & Ephraim. Nunc uerò scriptum est, quia filius est mulieris Israelitidis & Aegyptij patris. Si enim diligenter secutus es duos istos uiros, unũ ex integro nobilem, alĩ ex parte: intuerenunc eos litigantes ad inuicẽ, & qualiter is qui ex patre Aegyptio, & matre sola Israelitide genitus uidetur, nominãdo nomẽ domini maledixerit: & ob hoc perductus sit is qui maledixerat ad Mosen. Moses uerò neq; absolure eũ ausus, neq; condemnare sine deo, tradiderit eum custodiæ usq; quo à deo reciperet respõsum, quid uelit fieri in eum. Hæc est historiæ cõtinentia, quæ ædificare debet ecclesiam. Primo omnium sermo dicit: Quia exijt filius mulieris Israelitidis, et Aegyptij patris: et unde, uel quò exierit, non refert. Inueniuntur enim ambo in castris positi, sicut indicat sermo domini, qui dicit: Educho Levit.24. minẽ qui maledixerat, foras extra castra. Si ergo de castris ducit, necessariò in castris erat: quid ergo est, ãd quũ nondũ exijsset de castris, dicit de eo diuinta scriptura, Et exijt filius mulieris Israelitidis? Ego puto, quia docere nos uult sermo diuinus, ãd qui peccat, dupliciter exire dicitur. Primo eñ exijt à proposito bono, & recta sententia, exijt à uia iusticiæ, exijt à lege dei. Postmodũ uerò quũ cõfutatus fuerit pro peccato, exijt etiam de cœtu, & congregatione sanctorũ, ut si (uerbi causa dicamus) peccauit quis fidelium: iste etiamsi nondũ abiiciatur per episcopi sententiã, iam tamen per ipsum peccatũ qđ admisit, eiectus est, & foris est, segregatus à cõlortio & unanimitate fidelium. Exijt ergo filius patris Aegyptij, & matris Israelitidis. Qui penitus extra fidem est, totus Aegyptius est: qui aũt inter nos est, & peccat, ex una quidẽ parte qua deo credit, Israeliticæ uidetur originis: ex ea uerò parte, qua peccat, de Aegyptijs genus ducit. Duos ergo scriptura proposuit litigantes, unum ex integro Israelitam, qui litigauit quidẽ, sed non peccauit. Istũ uerò, cuius peccatũ designat, maxima ex parte mixtũ esse Aegyptio generi indicat, aduersum quẽ litigat Israelita, et forte competenter & rationabiliter litigat. Nam in Exodo Israe- Exod. lita et Aegyptius litigãt, ubi Israelita superat, Aegyptius cadit. Igitur & ego hodie si ueritatem defendo, si pugno pro ecclesiastica fide aduersum eum, qui ex parte quidem credidit Christo, & recipit scripturas: sed non integre sensum earum, nec fideliter recipit: litigo aduersum eum, qui ex matre quidẽ Israelita est, ex patre uerò Aegyptius. Si quis ergo & fidei credulitate, & professione & C nomine Christianus est & catholicus, iste ex utraque parte Israelita est: qui uerò professione quidẽ Christianus est, intellectu autẽ fidei hæreticus & peruersus est, iste matrẽ quidẽ Israeliticã, patrẽ uerò Aegyptiũ habet. Eodẽ aũt modo accidit, quũ scripturas quis legit, & literam quidem sequitur, intellectũ aũt repudiat spiritalẽ. Hic matrẽ quidẽ Israeliticã habet, id est literã: sensum uerò quia spiritalẽ nõ sequit, sed carnalẽ, iste est ei Aegyptius pater. Ideò aduersum ecclesiasticũ, aduersum catholicũ litigat, eum scilicet, qui ex utraq; parte Israelita est. Secundũ literam Israelita est, secũdum spiritum Israelita non est: quia ipsi secundum literam quidem Israelita est, secundum spiritum uerò Aegyptius. Quid ergo est utrisq; litigantibus necessarium? Ille qui carnalem sequitur sensum, D tanquam de Aegyptio genus ducens, nomen domini nominat, & maledicit. Nominat enim nomen dei, et cum maledicto nominat. Negat enim eum esse creatorẽ mundi, negat esse patrem Christi. Nos uerò, qui ex utroque genere Israelitæ sumus, & literam & spiritum in scripturis sanctis defendimus, & litigamus aduersum eos, qui ex media parte Israelitæ uidentur: & dicimus quia neq; secundum literam maledici deum oportet, neque secundum spiritus intelligentiam blasphemari. Maledicus enim non solum in dominum, sed etiam in proximum apostoli Pauli sententia à regno dei excluditur. Vide enim quomodo dicit Apostolus: Nolite errare, neq; fornicarij, ne- 1.Cor.6. que adulteri, neq; molles, neq; masculorũ concubitores,

Universidad de Deusto
Biblioteca



bitores,neq; fures,neq; auari,neque maledici, regnum dei possidebunt. Vide inter quæ crimina, Ephe.5. inter adulteros, inter masculorum concubitores, inter auaros (quos alibi dicit, idolis seruientes) etiam maledicos posuit,& à regno dei cum illis pariter excluſit. Videat ergo qui os suum quotidiana penè consuetudine ad hoc uitium cõuertunt, quid eis periculi immineat. Putantes enim leue & facile hoc esse peccatum,non facile cauent: sed considerent apostolum, quomodo maledicum à regno dei excludit,et deus per Mosen quomodo maledicum puniri debet. Vnde ego ualde admiratus sum, quod in hoc loco, quẽ habemus in manibus, scriptura non aperte delignauit, quod iste qui ex Aegyptio genus ducit, maledixerit deum:sed tantum posuit, quia nominãs maledixit: B & reliquit in medio uel de deo,uel de homine suspicandum. Vnde mihi uidetur idcirco noluisse scriptura aperte de deo pronunciare:ne de hominibus uideretur dedisse maledicendi licentiam, & ideo uel de deo,uel de homine siluisse, ut de utroq; caueretur. Verum quum sententiam apostoli proposuimus, qua dicit maledicos à regno dei excludendos: aliquid exposcit iste sermo solatij,ne omnimodam desperationem uideamur insere ijs, qui quotidiana penè maledicendi consuetudine rapiuntur, & ori suo adhibere custodiam, uel ostium negligunt. Promissionis futuræ non unus est modus, neq; simplex species: sed sicut docuit ipse dominus in euangelio, quum beatos dicit pauperes spiritu,& ipsorum dicit esse re- C Matth 5. gnum cœlorũ. Et iterum beatos dicit mites, nec tamen eis cœlorum regnum, sed terræ hæreditatem promittit. Dicit beatos & pacificos, sed neipsis quidem cœlorum regnum dedit, filios tamẽ eos esse dei pronunciat. Et quum diuersis diuersa repromittat, omnes beatos dicit qui ad promissa perueniũt, non tamen omnibus cœlorum regna concesserit. Potest ergo fieri ut aliquis in cæteris forte operibus & actibus emendatus sit & perfectus, subrepat ei tamen oris uitium, lapsusq; sermonis:huic etiã, si secundũ apostoli sententiã, negantur regna cœlorũ, non tamẽ alterius beatitudinis abscinditur locus. Veruntamen eo magis si quis inter cæteros perfectus est, elaborare etiã in hoc debet,ne ei subrepens prauæ cõsuetudinis ui D tiũ, cœlorum regna (quod est omniũ beatitudinũ culmen) eripiat, quamuis dominus dixerit: In do- Ioan.14. mo patris mei mansiones multæ sunt. Possumus adhuc addere etiam illud, quod natura peccati similis est materiæ, quæ igni consumitur, quam ædificari Paulus apostolus à peccatorib. dicit, qui 1.Cor.3. supra fundamentum Christi ædificant ligna, fœnum, stipulam. In quo manifeste ostenditur esse quædam peccata ita leuia, ut stipulæ comparentur: cui utique ignis illatus, diu non potest immorari. Alia uerò fœno esse similia, quæ & ipsa non difficulter ignis absumat,uerum aliquanto tardius quàm stipulis immoretur. Alia uerò esse quæ lignis conferuntur, in quibus pro qualitate crimi num,diutinũ & grande pabulum ignis inuenias.

Ita ergo unumquodq; peccatũ pro qualitate uel quantitate sui pœnarum iusta persoluit. Verumtamen quid opus est fidelibus, & ijs qui cognouerunt deum, de pœnarum qualitatibus cogitare? quid opus est ligna,quid fœnũ, quid ipsam stipulam ad fundamentum Christi superponere? cur non magis aurum uel argentũ,uel preciosos lapides,precioso superponimus fundamẽto, ubi quoignis accesserit, nihil inueniat quod absumat? Nisi accesserit ad stipulã, ex stipula fauillã redder, & cineres: si uerò accesserit ad aurũ, aurum purum reddet. Hæc nobis dicta sint pro ijs qui negligunt oris maledici cõsuetudinẽ reſecare: qui si non ex corde maledicant,etiam si non uoto & animo, quo proferant maledicta: tamen immundicia laBiorũ,secundũ Esaiæ uerbũ, & inquinamenta coris incurrunt. Iste tamen, qui licet matre Israelitide, Aegyptio tamen progenitus est patre,exijt, & nominans nomẽ domini maledixit. De quo ego puto quod nisi exijsset, nec litigasset aduersum uirum Israelitã,nec nominans maledixisset. Exijt enim à ueritate,& exijt à timore dei,à fide, à charitate: sicut superius diximus, quomodo per hæc quis exeat de castris ecclesiæ,etiam si per episcopũ uocẽ minime abijciatur? Sicut e cõtrario ingreditur, ut aliquis nõ recto iudicio eorum qui præsunt fit,ut aliquis de castris ecclesiæ,depellatur, & foras mittatur. Sed si ipse non ante exijt, hoc est, si nõ ita egit, ut mereretur exire, nihil lædit ur in eo quod non recto iudicio ab hominibus uidetur exclusus: & ita fit, ut interdum ille qui foras mittitur intus sit, & ille foris sit qui intus retineri uidetur. Vis tibi ostendam & aliũ, qui à nullo eiectus est, & exijsse dicitur: Scriptum est de Cain, quia exijt à facie domini. Quod exijt à facie dei:ubi enim non erat facies dei? Sed exisse dicitur,pro eo quod legem naturę egressus est, & ignaram tanti sceleris terram fraterno sanguine primus infecit. Sunt tamen & qui bene exeunt,& beati sunt quia exeunt. Ostendam etiam hoc de scripturis. In Exodo scriptum est: Omnes, Exod.11. inquit, qui quærebant nomen domini, exierunt ad Mosen extra castra. Isti bene exierunt extra castra,quia sequebantur Mosen,id est legem dei, & de alijs dicitur: Exite populus meus de medio eorum, & immundum nolite contingere. Exijt ergo, inquit, filius mulieris Israelitidis, & hic erat fi- Genes.21. lius Aegyptij inter filios Israel: & litigauerunt in castris,ille qui erat ex Israelitide mulier, & homo Israelita. Vide quanta cautela scripturæ diuinæ sint intuendæ. Si diligẽter inspicias, illum qui de Israelitide matre, & de Aegyptio patre natus est, non dixit hominem: illum uerò qui ex utroque genere Israelita erat,hominem nominauit. Putemus hæc fortuitu scripta? Putamus casu accidisse? Putamus hæc fortuitu scripta? Putamus casu acctum, ut ille non diceretur homo, & hic diceretur? Non sunt ista fortuita, ratio est. Nihil enim in uerbis Dei absque profunda ratione conscriptum est. Ille nanque qui ex parte Aegyptius, ex parte Israelita erat, nondum meretur homo nominari: iste uerò qui ex integro Israelita erat, hoc est, qui mente Dominum uidebat,



iste homo appellatur: homo inquã interior, qui A ad imaginem dei factus est,& potest uidere dominum. Post hæc iam quæ in posterioribus referuntur,non absq; quadã quæstione sunt: de qua multi quærentes,non multi explanare potuerũt. Sed si uestris me orationibus iuueritis, tentabimus etiam nos in medium proferre quę dominus dederit. Homo,inquit,si maledixerit deum, peccatũ accipiet: qui autem nominat nomẽ domini, morte moriatur.) Quid est hoc, qui maledixerit deum,non habet pœnam mortis,sed qui nominauerit nomen domini? Nonne multo grauius est maledicere deum, quàm nominare, quamuis in uanum nominasse dicatur? et quomodo qui maledicit, peccatũ susciꝑit tantum: qui autem nominat, morte moriatur? Hæc ergo sunt quæ in hoc lo- B solent quæstionẽ mouere, quæ ignorantibus sensum scripturarum, inconsequenter dicta uidentur,& incongrue. Putant enim,quod qui maledicit nomen domini,statim puniri debeat: ille uero qui nominauerit nomen domini, hoc est, superflue & in uanum nominauerit, sufficiat accepisse peccatum. Sed nos consequentiam sermonis tali quodam sensu tentemus aperire. Maius esse peccatum in quo maledicitur deus,quàm in quo nominatur,dubitare non possumus. Restat ut ostendamus, multo esse grauius accipere peccatum, & habere secum, quam morte mulctari. Mors quæ pœnę causa infertur propeccato,purgatio est peccati ipsius pro quo iubetur inferri. Absoluitur ergo peccatum pro pœna mortis, nec superest ali- C quid, quod pro hoc crimine iudicij dies pœna æterni ignis dignum inueniat. Vbi uero quis accipit peccatum, & habet illud secum, ac permanet cum ipso, nec aliquo supplicio pœnaq; diluitur, transit cum ipso etiam post mortem: & quia temporalia hic nõ persoluit,ibi expendit æterna supplicia. Vides ergo quãto grauius sit accipere pec catũ, quàm morte mulctari? Hic enim mors pro uindicta datur, & apud iustum iudicem deũ non uindicatur bis in idipsum, sicut propheta dixit. Nahum.1. Vbi autem non est soluta uindicta, peccatum manet illis æternis ignibus puniendum. Quod autem hæc ita se habeant, possum tibi testes ex diuinis uoluminibus adhibere Ruben & Iudam patriarchas, loquentes ad patrem suum Iacob, quũ D uellent assumere secum Beniamin, & ducere ad Aegyptum propter spõsiones, quas cum Ioseph fratre pepigerant. Ibi ergo Ruben quidem ita dicit ad patrem: Ambos filios meos occide, nisi Genes.42. reduxero ad te Beniamin. Iudas uerò ait: Peccauero in te, nisi reduxero eum tibi. Iacob uerò pater ipsorũ sciens multo esse grauius, quod proferat laudas, qui dixerat: peccator ero in te, ab eo qui dixerat,occide filios meos: ipsi Ruben qui dem non credidit filiũ, tanquam qui leuiorem ele gerit pœnam: Iudæ uerò tradidit, sciens grauius esse quod elegerat. Hoc ergo modo conueniens aptauit scriptura diuina, ei quidẽ qui maledixerit deũ, ut peccatũ sumat: ei uerò qui leuius delinquit, quod morte moriatur. Vis autẽ & de euangelijs noscere, quod qui receperit in hac uita mala sua, ibi iam non recipiat: qui autẽ hic non recipit, ibi seruentur ei etiam omnia? Docet nos exemplum Lazari pauperis, & illius diuitis, ad quẽ dicitur in infernis positum à patriarcha Abrahã: Memento fili quomodo tu recepisti bona in uita Luc.16. tua, & Lazarus similiter mala: nũc autem tu quidem cruciaris, hic uerò requiescit. Et solent homines ignorantes iudicia dei, quæ sunt abyssus multa, conqueri aduersus dominum, & dicere: Cur homines iniusti et iniqui, raptores, impij, scelesti, in hac uita nihil patiuntur aduersi, sed cuncta eis prosperis successibus cedãt, honores, diuitię, potentiæ, sanitas quoq; eis ipsa & corporis habitudo famuletur. Et contrà, innocentibus ac pijs, & Psal.35. colentibus deum, innumerabiles ærumnæ superueniant: abiecti, humiles, contempti, & sub colaphis potentium uiuunt, nonnunquam etiam & sæpius eis morbi quoq; ipsi corporis dominẽtur. Sed hæc, ut dixi, conqueruntur, ignorantes quis sit ordo in diuinis iudicijs. Quanto enim grauius eos puniri uolunt, de quorum potentia & iniquitatibus ingemiscunt: tanto magis necessarium est differri pœnas, quæ si non differrentur, temporales utiq; & leuiores essent, quia finem cum morte reciperent: nunc uerò quia differũtur, certum est quod æternæ erunt, & cum seculis extendentur. E contrario igitur si uelint iustis & innocentibus in præsenti seculo bona reddi, essent etiam ipsa bona temporalia, & celeri termino concludenda. Quanto autem magis differũtur in futurum, tanto amplius erunt perpetua, & nesciunt finem. Hoc ergo est, quod nos scripturę huius locus paucis sermonibus comprehẽtus edocuit, ut sciamus multo esse grauius accipere peccatum & habere, ac secum ad inferna deferre, quàm in præsenti pœnas dare commissi. Et ideò hæc sciens expedire fidelibus Paulus apostolus dicit de eo qui peccauerat: Quem tradidi, inquit, satanæ in interitum 1.Cor.5. carnis, hoc est morti. Multos autem sequi fructus mortis huius, ostendit in sequentibus, dicens: Vt spiritus saluus fiat in die Domini nostri Iesu Christi. Vides ergo quõ aperte Apostolus utilitatem mortis huius exposuit, quum eum dicit, tradidi in interitum carnis: hoc est in afflictionem corpotis, quæ solet à pœnitentibus expendi? eúmque carnis interitum nominauit, qui tamen carnis interitus uitam spiritui conferat. Vnde & nunc, si quis nostrũ recordatur in semetipso alicuius peccati conscientiam, si quis se obnoxium nouit esse delicto, confugiat ad pœnitentiam, & spontaneum suscipiat carnis interitum: ut expurgatus in presenti uita spiritus noster, mũdus & purus pergat ad Christum dominum nostrum:

cui est gloria & imperium in
secula seculorum,
Amen.

Libri decimi quarti finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



# DIVI CYRILLI IN LEVITICVM Liber decimusquintus.

*De uenditione domorum, & redemptionibus.*

RES diuersas leges de domorum uenditionibus, & redemptionibus per Mosen in Leuitico datas uidemus: quarum continentiam primo secundum historiam pertractemus, ut post hoc etiam ad spiritalem sensum possimus ascendere. Domus quædam sunt in urbibus muratis, quædam in uicis uel agris nō habentibus muros. Leuitic.25. Ait ergo, quod si in ciuitate murata uēdiderit qs domum, per annum integrum habeat copiam redimendi. Post annum uerò potestas recuperandi nulla conceditur. Erit enim, inquit, domus ipsius emptoris certa possessio, si intra annum liberare eam non potuerit qui distraxit. Secunda lex est, quod si domus ipsiusque distracta est, in uico fuerit qui murū non habet, cui tamen uico ager adiaceat, liceat uenditori & post annum, & quandocunq; potuerit, restituere precium, & recuperare quam distraxerat domum. Tertia lex est, quod si forte domus sit leuitæ uel sacerdotis: ubicunque fuerit talis domus, siue in ciuitate murata, siue in uico cui murus non est, liceat semper & in omni tempore, ut quandocunq; potuerit leuita uel sacerdos redimat domū suā. Nec unquā sacerdotalem uel leuiticam possessionem confirmari in alium, qui non sit eiusdem ordinis, diuina iura permittunt.) Istæ sunt ergo leges, quibus utebatur populus ille prior, etiā secūdum hocipsum quod per historiam designatur, religiose satis & pie sacerdotalibus uel leuiticis ordinibus consulentes. Sed citius hæc referamus ad nos, quibus lex Christi si eam sequamur, nec possessiones in terra, nec in urbibus domos habere permittit. Et quid dico 1.Timoth.6. domos? nec plures tunicas, nec multam concedit possidere pecuniam. Habentes enim, inquit, uictum & uestitū his contenti simus. Quomodo ergo nos datas de domibus, siue intra ciuitatē murata, positis, siue in uicis quibus muri non sunt, obseruabimus leges? Inuenimus in alijs scripturæ locis, quod sermo diuinus maiore quodā sacramento nominet domū: ut quum dicit de Iacob & quasi pro laude eius ponit: Erat em̄, inquit, Iacob homo simplex, habitans domum. Et iterum inuenio Genesis 25. de obstetricibus Hebræorum scriptum: Et quia, Exod.1. inquit, timebant deū obstetrices, fecerunt sibi domos. Videamus ergo quod obstetricibus quidē faciendarū domorū causa fuerit timor dei: Iacob uerò simplicitas & innocentia causam dederit ut habitaret domū. Deniq; & Esau qui malus fuit, non est scriptū de eo, quod habitauerit domū: nec de aliquo alio scriptum est quod ædificauerit sibi domū, qui non habuerit timorē dei. Quę est ergo ista domus, & quale ædificium est, Paulus apostolus exponit apertius, quum dicit: Domum habemus nō manufactā, æternā in cœlis. Hæc ergo est domus, quā ædificare nemo potest, nisi in simplicitate mentis, & puritate cordis. Sed quoniā accidere solet, ut etiā qui bene ædificauerit, & domū 2.Cor.5.

A sibi cœlestem bene agendo, & bene uiuendo, ac recte credendo cōstruxerit, incurrat aliquius peccati debitum, & hanc à crudelissimo fœneratore uenundare cogatur, ac labores suos transfundere in alium, pietas et clementia legislatoris occurrit, ut intra certum tempus redimi possit, si tamen inuenerit, inquit, manus tua precium quod restituat. Quale precium? pœnitentiæ sine dubio lachrymis congregatum, & manibus, id est, laboribus boni operis inuentum. Annus autem ipse intelligi potest, quem uenit uocare dominus annum accepti, quo dimittat confractos in remissionem, & salutē delicta sua confitentibus præbeat. Quod autem dicit domum in ciuitate murata, recte (ut arbitror) domus quæ in cœlo esse dicitur, in ciuitate murata intelligitur. Murus est enim huiusmodi domibus, ipsum cœli firmamentum. Sed talem domum rari quiq; habere possunt: illi fortasse qui super terram ambulantes, conuersationem habēt in cœlis, & de quibus dicit Apostolus: Dei ædificatio estis. Cęteri aūt in uicis habent domos, quibus non est murus, est tamen ei adiacens ager fœcundus: & sunt illi fortasis qui sibi habitaculū præparant in terra uiuentium, & in illa terra quā mansuetis dominus promittit, dicens: Beati mites, quoniam hæreditate possidebūt terram. Istas ergo domos, si forte aliquis (sicut supra exposui mus) lapsus acciderit, semper est recuperandi facultas: ut uerbi gratia dicamus, si nos aliqua culpa mortalis inuenerit, quæ non in crimine mortali, non in blasphemia fidei (quæ muro ecclesiastico & apostoli dogmate cincta est) sed uel in tertio uel in morum uitio consistat, hoc est uenialibus domum quæ in agro est, uel in uico, cui murus nō est. Hæc ergo uenditio, & huiusmodi culpa, semper reparari potest: nec aliquando tibi interdicitur, de commissis huiuscemodi pœnitudinem gerere. In grauioribus enim criminibus semel tantum pœnitentiæ conceditur locus, istud uerò communia, quæ frequenter incurrimus, semper pœnitentiā recipiūt, & sine intermissione remittuntur. Quod si sacerdotalis fuerit, inquit, ista domus uel leuitica, ubicunq; fuerit, siue in ciuitate, siue in agro, semper habet redemptionem. In hoc loco sacerdotalem sensum, et leuiticam intelligētiam quæro. Non enim inferior esse debet autor horū (si fieri potest) illo ipso, qui hæc scripsit & sanxit. Quid est ergo quod sacerdos & leuita domus suæ semper habent redemptionem, & ubicunq; fuerint habent redemptionē? Secundum spiritalem intelligentiā, sacerdos mens deo consecrata dicitur: & leuita appellatur is, qui indefinenter assistit deo, & uoluntati eius ministrat. Perfectio ergo in intellectu & opere, in fide & actibus, sacerdos & leuita accipiendus est. Huic itaq; perfectæ menti si acciderit aliquando domum quam habet non manufactā, sed æternā in cœlis, uendere, & in manus alterius dare (sicut cōtigit aliquando magnæ patriarchæ Dauid, quum de tecto suo Uriæ Ethæi aspexisset uxorē) statim eam redimit, statim reparat. statim em̄ dicit, peccaui. Imò uerò adhuc

B

C

D



adhuc aliquid sublimius in hoc sensu debemus inspicere, quomodo domus sacerdotū & leuitarū id est perfectarū mentiū semper delicta redimuntur, semperq; purgētur. Si quando scripturas diuinas legimus, & sanctorū patrum in his delicta 1.Cor.10 aliqua recensemus, si secundū apostoli Pauli sententiā dicimus, quia hęc omnia in signra cōtingebāt illis, scripta sunt aūt propter cōmonitionē nostram: hoc modo semper domus eorū redimitur, quia semper pro culpis eorū purgatio, & satisfactio à doctoribus adhibetur: ostendentibus ex diuinis scripturis, formas fuisse hæc & imagines rerum futurarū, nō quibus arguerentur delicta sanctorum, sed quibus ostenderetur peccator & impius in partem sanctorum societatemq; constituise. Nunquam ergo sacerdotalis possessio à sacer- 1.Cor.13 dote seperatur, etiamsi ad tempus fuerit ablata, etiamsi fuerit distracta, semper redimitur, semper reparatur: uelut si diceret, charitas quæ perfecta est, omnia patitur, omnia sperat, omnia tolerat, charitas nūquam cadit. Sic ergo possessio ac domus sanctorum nunquam cadit, nunquam aufertur, nūquam ab eorum iure seperatur. Quomodo enim separari à sacerdotibus potest domus, quę ediEph.2 ficata est supra fundamentum apostolorum & prophetarum, in qua ipse est angularis lapis Iesus Christus? Quod autem possit aliquando domus ista distrahi, hoc est huiusmodi ædificatio incide- 1.Cor.3 re peccatis, audi apostolū Paulum quomodo de talibus dicit: Vt sapiēs architectus fundamentū, inquit, posui, alius superædificat: unusquisq; autem uideat quomodo superędificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positū est, qui est Christus Iesus. Si quis autem supra fundamentum hoc ędificat aurum, argentum, lapides pręciosos, ligna, fœnum, stipulā. Vides ergo quoniam potest quis supra fundamē tum Christi ędificare ligna, fœnum, stipulam, hoc est opera peccati: quę qui ędificat, sine dubio uēdidit domum suam emptori pessimo diabolo, à quo unusquisq; peccantium peccati preciū consequitur satisfactione desiderij sui. Hoc si forte incurrerit aliquis (quod absit) citò redimat, citò reparet, dum tempus est reparandi, dum pœnitentiæ locus est. Itaq; deum precemur, ne ęternę domus habitatione fraudemur, sed digni habeamur recipi in æterna tabernacula, per Christum dominum nostrum: cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

A

B

C

D

Libri decimiquinti finis.

# DIVI CYRILLI IN LEVITICVM LIBER DECIMVS SEXTVS.

*De benedictionibus leuitarum, uel præceptis trium mandatorum.*

IN agonibus corporalib. gradus quidam, & differentię singulorū quorūcunq; obseruari ordinum solent, ut pro qualitate certaminum præmio remuneretur unusquisque uictoriæ. Verbi gratia, si inter pueros qs habeat agonem, si inter iuuenes, si inter uiros: quę per singulos ordines obseruatio haberi debeat, quid fieri liceat, uel nō liceat, & quæ certaminis regula custodiri, quid etiā post hæc remunerationis mereatur palma uincentis, ipsis nihilominus agonicis legibus cautum est, ita & nūc omnipotēs deus obseruandæ legis suæ in hoc mundo agonē mortalibus ponēs, posteaq; tradidit obseruāda: & copiose quid fieri, uel quid non fieri deberet, scripsit: cōueniente rò ad ultimum iam Leuitici locum (in quo de singulis quibusq; obseruationib. cōstitutū est) quid muneris reportet qui impleuerit, & quid pœnæ subeat qui non obseruauerit, enunciat. Sed si lex secundum quod Iudæi uolunt, & ij qui eorū sensu scripturas intelligendas putant, non esset spiritalis, sed carnalis: dubium non est quin obseruata carnaliter, benedictiones quoq; carnales obseruantibus tribuat. Si uerò, ut Paulo uidetur apostolo, lex spiritalis est, sine dubio & spiritaliter obseruanda est, & spiritalis ex ea benedictionū spe- Rom.7.a randa remuneratio. Totius nanq; consequentiæ est, spiritalem legem benedictiones dare spiritales: & eiusdem nihilominus consequentiæ est, etiam maledicta & condemnationes legis spiritalis non esse corporeas. Sed ut indubitatum sit quod dicimus, ipsius Pauli apostoli uoce utamur, qui ad Ephesios scribens, de spiritalibus benedictionibus hoc modo pronūciat: Benedictus, inquit, Eph.a deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos omni benedictione spiritali in cœlestibus in Christo. Quoniam quidē sciebat nonnullos legentes has benedictiones posse in id prolabi, ut eas corporales putarent & terrenas: uoluit eis euidentius aperire quæ sit diuinarum benedictionum natura, uel ubi quærenda. & ideò ait: Qui benedixit, inquit, nos in omni benedictione spiritali in cœlestibus in Christo. Sed & hoc quod addidit, In omni benedictione spiritali, nō est otiosum, sed apostolicæ uehemētię plenum. Nam quia sciebat multa esse implenda quæ mādantur in lege, & in unoquoq; mādato proprios existere agones, in quibus per singula benedictionē qui uicerit, meretur: ideò dixit, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali, ut & plures eas esse ostenderet & spiritales. Potest autem in hoc sermone quo ait, in omni benedictione spiritali, & illud intelligi: ut & (uerbi gratia) iustus quisque, & perfectus capiat benedictiones Leuitici, de quibus nunc sermo est. Capiat & eas, quæ in Numerorū libro scriptæ sunt: sed & illas quę in libro Geneseos continentur, benedictiones Noe ad Sem & Iaphet, & benedictiones Isaac ad Iacob, & iterum Iacob benedictiones ad Ioseph & Ephraim et Manasse, & post hæc ad duodecim patriarchas. Quia ergo multę sunt benedictiones positę in diuinis scripturis, quę uidentur quidem ad unumquemq; sanctorū (uerbi gratia, ad Sem & Iaphet) dirigi: non tamen (ut quibusdā uidetur) ita in illos solos dirigūt, ut alij ex his participare nō possit. Idcirco eas spiritales apostolos nominauit, ut quicūq; effici potuerit in uirtute & spiritu (uerbi gratia) Sem uel Iaphet, uel Ioseph, aut Isaac, aut Iacob: sicut & Ioānes fuit in spiritu et uirtute He- Luc.a

D

Leuit.26.
Num.6
Genes.9
Genes.27
Genes.48
Genes.49

Universidad de Deusto
Biblioteca



liæ, posit etiã ipse benedictionis illius particeps fieri, cuius uirtutem & spiritum gesserit. Sed uideamus nunc in Leuitico, benedictionum quod sit exordiũ. Si, inquit, in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea. Tria sunt quæ dicit: in præceptis ambulandũ, mandata custodienda, & facienda quæ mandata sunt. Vnde uidetur mihi præceptum esse (uerbi gratia) quum iubetur, ut ille qui sabbatũ non seruauit, ab omni synagoga lapidetur: aut qui maledixerit deũ, ut lapidibus perimatur: & si qua iubẽ tur huiusmodi. Mãdata uerò esse quibus iubetur (uerbi causa) decimas offerre Leuitis, uel ter in anno apparere domino, uel non apparere uacuum in conspectu domini. Custodire ergo mãdatum, est intelligere uel aduertere, quæ iubentur. Sic ergo intelligendũ puto quod dixit: Si in præceptis meis ambulaueritis, & mãdata mea custodieritis, & feceritis ea. Sed uideamus quæ sit prima benedictio ijs qui ea quæ mandantur, impleuerint. Dabo, inquit, pluuiam uobis tempore suo. Igitur primo ad Iudæos dicamus, et eos qui simpliciter, uel corporaliter hęc intelligenda opinãtur: si pluuia hæc tanquam remuneratio pro laboribus datur ijs qui mãdata custodiũt, quomodo & ijs qui mandata non seruant, una atq; eadem datur pluuia temporibus suis, & uniuersus mundus communibus utitur pluuijs à deo datis? Pluit enim super iustos & iniustos. Quod si iustis et iniustis datur pluuia, nõ erit eximia remuneratio ijs qui mãdata seruauerint. Vide ergo, quia etiamsi Iudæi non acquieſcunt uerbis Iesu domini nostri: tu tamẽ qui nomine eius cẽseris, & Christianus appellaris, debes ei credere dicenti, quia pater suus cœlestis communem hanc pluuiam pluit super iustos & iniustos: & non debes putare, quia iustis eximiam separauerit portionem hanc, quam cõmunem posuit etiam cum iniustis. Queramus ergo in scriptis, quæ sit pluuia quæ sanctis tantummodo datur, & de qua mandatur nubibus, ne pluant pluuiam istam super iniustos. Quæ ergo sit ista pluuia, ipse Moses horum legislator nos edoceat. Ipse enim dicit in Deuteronomio: Attende cœlum, & loquar, audiat terra uerba ex ore meo, expectetur sicut pluuiã eloquiũ meum. Nũquid mea uerba sunt ista? Quid rhetoricis argumentis sensum diuinę legis uiolenter inflectimus? Nónne Moses est, qui dicit pluuiam esse quod loquitur? Expectetur, inquit, sicut pluuia eloquium meum, & descendãt sicut ros uerba mea, sicut imber super gramen, & sicut nix super fœnum. Intende diligenter auditor, ne putes nos uim facere scripturæ diuinę, quum docentes ecclesiam dicimus, uel aquas, uel imbres, uel alia quæ corporaliter dici uidentur, spiritaliter sentiẽda. Audi quomodo Moses uerbũ diuinæ legis nunc pluuiã nominat, nunc rorẽ uocat, nũc imbrẽ, nunc etiã niuem dicit. Et sicut Moses uaria et diuersa proloquitur, tanq; ex gratia multiformis dei sapientiæ proloquẽs: ita et Esaias, quũ dicit, Audi cœlũ, & auribus percipe terra, quomodo dominus locutus est. Sed & unusquisq; prophetarum quũ aperuerit os, imbres deducit super faciem terræ: hoc est, auribus et cordibus auditorum. Hoc sciens et Apostolus dicebat: Terra enim uenientem imbrem sæpius super se imbrem bibens, & generans herbã opportunã ijs, à quibus colitur, accipit benedictiones à deo: quæ autem protulerit spinas & tribulos reproba est, & maledicto proxima, cuius finis ad exustionem. Nunquid hæc Apostolus de terra hac dicit? Sed nec accipit terra benedictiões à deo, quum imbres biberit, & fructum produxerit: sed neq; quũ spinas ac tribulos post pluuiã protulerit, consequitur maledictiones à deo. Sed nostra terra, id est, nostrum cor, si suscipiat frequenter uenientem super se pluuiam doctrinæ legis, et attulerit fructum operum, accipit benedictiones. Si uerò non opus spirituale, sed spinas & tribulos, id est sollicitudines seculi habeat, aut uoluptatẽ & diuitiarum cupiditates, reproba est, & maledicto proxima, cuius erit finis ad exustionem. Proterea unusquisq; auditorum, quum conuenit ad audiendum, suscipit imbrem uerbi dei. Et si quidem fructum attulerit operis boni, benedictionem diuinam consequetur. Si uerò susceptum dei uerbum contempserit, & frequenter audita neglexerit, ac sollicitudini rerum secularium, libidinique subiecerit, tanquam qui spinis suffocauerit uerbum, maledictionem pro benedictione conquiret, & pro beatitudinis fine finem exustionis inueniet. Dabo ergo, inquit, uobis pluuiã in tempore necessario. Addidit & in tempore. Sicut enim imber iste terrenus, si importune ueniat, id est, quum messis colligitur, quum frumenta teruntur in areis, obesse magis quam prodesse uidebitur: ita & ij, quibus pluuia uerbi Dei ministranda committitur, obseruare debent hoc, quod dicit scriptura, ut in tempore præbeant: id est, ne crapulato & ebrio uerbum dei ingerant, ne occupato in alijs animo, quum attentus esse non possit, uel quũ alicuius uitij languore constrictus est: & non doctori, sed morbo proprio interior præbatur auditus. Prudenter ergo cõsyciat ubi possit tu care mens, ubi sobrius, ubi uigilans, ubi intentus auditor est, & ubi pluuiam ministret in tempore. Sic et tritici mensurã seruus fidelis & prudens in euangelio cõseruis dare iubetur in tempore. Sed & alio modo possumus intelligere hoc quod mãdatur, scilicet quod imber dandus est in tempore. Puer est aliquis, & paruulus in fide, indiget pluuia, sed lactis pluuia. Sic em̃ dicit ille, qui sciebat pluuias in tempore dispensare: Lac potum dedi uobis, non escam: nondum enim poteratis. Proficit post hæc in fide, creuit ętate & sapientia, apparet sine dubio factus est, qui solidiorem percipiat cibũ. Infirmatur aliquis, & non pro tẽpore, sed pro infirmitate capere non potest, quæ robusta sunt: uerbi causa, non potest plene de castitate capere sermonem: oportet cõpati & metiri doctrinã pro uirtũ qualitate, & concedere talibus nuptias, hoc est oleribus pascere infirmum, et ad huiusce modi mensuram animæ aptare uelut tenuem & cruis similem



similem pluuiam uerbi. Est autem alia terra, quæ potest suscipere ualidos imbres, ferre etiam fluminа uerbi dei, & rapidos portare torrentes. De his enim talibus propheta dicit in psalmis: Et torrentem uoluptatis tuæ potum dabis illis. Dabo ergo, inquit, uobis pluuiam in tempore suo, & dabit terra natiuitates suas. Post primam benedictionem pluuiæ, ista secunda est, qua dicitur terra susceptа pluuia dare natiuitates suas. Inuenimus, quia et Isaac benedicens Iacob, ait: Det tibi dominus de rore cœli, & ab ubertate terræ plenitudinẽ frumenti et uini. Putas ne tale frumentum in benedictione dabit Isaac filio suo Iacob, quale habent & peccatores homines, & quali abundabat etiam impius Pharao? Hæc erat tanti patriarchæ benedictio? Vis tibi adhuc ostendam quomodo et alibi iniqui habeant multitudinẽ frumenti? Interuerit illum in euangelio, cuius ager multos attulerat fructus, qui dixit: Destruam horrea mea, & maiora reædificabo, et dicam animę meæ: Habes multa bona reposita in annos multos, manduca, bibe, & lætare. Talia ergo credimus esse bona, quæ diuinis benedictionibus, sanctis quibusq; et fidelibus tradebantur? Alios ergo terræ fructus aspicio, & aliter multitudinem natiuitatis intueor. Si enim terra mea afferat fructus, si natiuitates ex domini benedictione producat: intelliget sensus meus, & explanare poterit, quæ et qualis sit ista terra, quæ accepta cœlesti pluuia natiuitates proferat rationabilium frugum. Testimoniũ de euangelijs sume, quomodo exijt qui seminat, seminare: et aliud quidem cecidit secus uiam, aliud autẽ supra petram, aliud super spinas, aliud autẽ super terram bonam. Dedit autẽ terra fructum sum, & natiuitates suas produxit: attulit enim fructum centesimum, & sexagesimum, et tricesimũ. Sed & ligna, inquit, camporum dabunt fructum suum. Habemus intra nosmetipsos et ligna camporum, quæ fructum suum producunt. Quæ sunt ista ligna camporum? dicet fortasis auditor. Quid iterum Eurisilogus ait? quid undecũq; uersa conquirit, ut explanationem lectionis effugiat? Quomodo intra nos esse ligna docebit & arbores? Si non temerè obtrectes, iam nunc audies quia non potest arbor bona malum fructum facere, neq; arbor mala fructum bonum facere. Habemus ergo arbores intra nos, siue bonas, siue malas. Et quæ bonæ sunt, fructus malos non possunt afferre: sicut quæ malæ sunt, fructus non afferent bonos. Vis tibi arborum ipsarum quæ intra nos sunt, uocabula & appellationes expediam? Nõ est ficus, nec malus, nec uitis: sed una arbor iustitia appellatur, alia prudẽtia, alia fortitudo, alia temperantia nominatur. Et si uis, maiorum adhuc arborum multitudinem disce, quibus fortasse dignius putabitur cõsitus etiam paradisus dei. Est enim ibi arbor pietatis, est & alia arbor sapiẽtiæ, est & alia disciplinæ, est & alia scientiæ boni & mali: super omnia uerò est arbor uitæ. Non timeas uidere, qd pater cœlestis agricola huiusmodi arbores in anima tua excolat, & huiusmodi plantaria in tua mente cõstituat? Sic ergo dicit saluator: Nõ potest arbor mala fructus bonos facere, neq; arbor bona fructus malos. Hoc est qd docet: Arbor pudicitiæ bona est, nõ potest afferre fructus impudicitię. Arbor iustitię bona est, & afferre fructus iniustitiæ nõ potest: sic & econtrario si habeas malæ arboris radicem in tua mente plantatam, bonos reddere nõ potes fructus. Si enim sit in te radix malitiæ, fructus non dabit bonos. Si sit intra cor tuum stultitia plantata, nunq; proferet sapientię florem: si iniustitiæ, si iniquitatis arbor sit, nũq; huiusmodi ligna gaudere de bonis fructibus possunt. Si ergo seruemus mandata dei susceptа pluuia uerbi dei, de qua superiꝰ diximus, etiã arbores quę in campis animę nostræ & cordis nostri latitudine plantatę sunt, lętum et bonę suauitatis afferent fructum. Vis aũt tibi de scripturis ostendã, arbores uel ligna appellari has singulas, quasq; uirtutes, quas superius memorauimus? Adhibeo testem sapientissimum Salomonem, dicentem de sapientia: Lignum uitæ est, inquit, omnibus qui amplectuntur eam. Si ergo sapientia lignum uitę est, sine dubio & aliud lignũ est prudentiæ, & aliud iustitię. Neq; enim consequenter diceretur, ex omnibus uirtutibus solam sapientiam meruisse, quod lignum uitę dicatur: ceteras autem uirtutes nequaquam similis sortis suscepisse uocabula. Ligna ergo cãpi dabunt fructus suos. Hoc credo de se sentiebat & beatus David, quum dicebat: Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei. Ex quo manifeste ostendit, & sanctum hominem mystice oliuam dici. Comprehendet, inquit, uobis trituratio uindemiam. Si seminatum est in anima semen bonum, & susceptа à deo pluuia creuit, & uenit ad spicam, necessario consequetur & messis. Et si messis, consequetur etiam trituratio, in qua frumenta purgentur. Etenim anima quæ germinat, & ex uerbo Dei, & ex cœlesti pluuia rigata germẽ producit ad messem, necesse est ut ipsa messis, quam profert, purgetur in area: id est, ut sensus quos genuerit anima, in medium proferat, & siue cum cæteris doctoribus siue etiam cum ipsis, quę sentit diuinis uoluminibus conferat: ut si quid in eis inane & superfluũ, si quid paleę simile fuerit, aut aristis, flante in se spiritu discretionis excutiat, & purum frumentum quo solide queat nutrire conseruos, & mensuram tritici in tempore dispensare retineat. Et cõsequetur, inquit, uobis trituratio uindemiam: quia panis (ut scriptura dicit) confirmat cor hominis, & uinum lætificat. Quęcunq; de continentia, de obseruantijs, & custodia mandatorum dicuntur, hęc possunt uideri frumentum, ex quo panis efficitur, & auditorum corda cõfirmat. Ea uerò quę ad conscientiam pertinent, & occultorum explanatione mentes lętificant audientium, uino ac uindemię uidebuntur aptanda. Cordi etenim lętitia tribuitur, quum quę occulta & obscura sunt, explicantur. Et uindemia, inquit, comprehendat sationẽ. Vt si dicamus, primo semino quę legis sunt: et postea quam seminatum est, orauit ut

daret

OPERA

Universidad de Deusto
Biblioteca



daret dominus pluuiam in tempore: & facta est A meis. Post hoc non maneo otiosus, sed iterũ semino, accipio scripturam propheticam, & ex ea seminoterras, & noualia auditorum, post hæc semino & alia de euangelicis sermonibus. Diuersa sunt quæ seminantur. Per totum annum possumus seminare, possumus & ex apostolicis literis multa semina facere. Semper est quod seminetur in omni uita nostra: ocij nullum tempus est. Quã
Gal. 6. diu respiramus, seminemus: tantum est ut in spiritu seminemus, ut de spiritu metamus uitam æternam. Et manducabitis, inquit, panem uestrum in satietate. Nec hoc ego corporalis esse benedictionis accipio, quasi custodiat legem quis Dei, panem istum communem in abundantia consequatur. Quid enim? Nonne impij & sceleste panẽ B non solum in abundantia, sed & in delicijs comedunt? Magis ergo si respiciamus ad eum qui di
Ioan. 6. xit: Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendi: & qui manducauerit hunc panẽ, uiuet in æternũ: & aduertamus quia qui hæc dicebat, uerbũ erat, quo animæ pascuntur: intelligimus de quo pane dictum sit in benedictionibus à deo. Et manducabitis panem uestrum in satietate. Similia his etiam Salomon in Prouerbijs pronunciat de iusto,
Prouerb. 3. dicens: Iustus manducãs replebit animam suam, animæ autem impiorum in egestate erunt. Hoc si secundum literam accipias, quia iustus manducans replet animam suam, animæ uerò impiorum in egestate erunt: falsum uidebitur. Magis enim animæ impiorum cum auiditate cibum sumunt, & satietati student: iusti autem interdum etiam esuriunt. Denique Paulus iustus erat, & dicebat: Vs-
1. Cor. 4. que ad hanc horam & esurimus & sitimus, & nu-
2. Cor. 11. di sumus & colaphis cædimur. Et iterum dicit: In fame & siti, in ieiunijs multis. Et quomodo dicit Salomon, quia iustus manducans satiat animam suam? Sed si intuearis quomodo iustus semper et sine intermissione manducet de pane uiuo, & repleat animam suã, ac satiet eam cibo cœlesti, qui est uerbum dei, & sapiẽtia eius: inuenies quomodo ex benedictione Dei manducet iustus panem suum in satietate. Et habitabitis tuti super terrã uestram. Iniquus nunquam tutus est, sed semper
Ephes. 4. mouetur & fluctuat, & circunfertur omni uento doctrinæ in fallacia hominũ, ac deceptione erroris. Iustus uerò qui legem dei custodit, tutus habi D tat super terram suam. Sensus enim eius firmus est dicentis ad deum: Cõfirma me domine in uer-
Psal. 118. bis tuis. Et confirmatus, & tutus, & radicatus habitat supra terram, fundatus in fide: quia ædificium eius non est super arenam positum, neque radix eius super petram: sed domus quidẽ eius fundata est super solidam & firmam (quæ Christus
Lucæ 6. est) petram: plãta uerò eius radicata est in profundo terræ, hoc est, in interioribus animæ eius. Recte ergo ad huiusce modi animam dicitur in benedictionibus: Et habitabitis tuti super terrã uestrã, & dabo pacem super terram uestrã. Quam pacẽ dat deus? Istam quam habet mundus, negat se da
Ioan. 14. re Christus. Dicit enim: Meam pacem do uobis, meam pacem relinquo uobis: non sicut hic mundus dat pacem, & ego do uobis. Negat ergo se pacem mundi dare discipulis suis, quia et alibi dicit:
Psal. 77. Quid putatis, quia ueni pacem mittere in terrã? Non ueni pacem mittere, sed gladium. Vis ergo uidere quam pacem dat Deus super terram nostram? Si terra nostra sit bona illa, quæ affert fructum centesimum, aut sexagesimum, aut tricesimum, illam pacẽ suscipiet à Deo, de qua dicit Apostolus: Pax autem dei, quę superat omnem sensum, custodiat corda uestra, et sensus uestros. Hęc est ergo, quam dat Deus super terram nostram.

Et dormietis, & non erit qui uos exterreat. Et Salomon in Prouerbijs dixit: Si enim sederis, sine timore eris: & si dormieris, libenter somnum capies, & non timebis terrorem uenientem tibi, neq; impetus impiorum superuenientes. Hæc ille dixit de iusto & sapiente uiro, & hæc in benedictione dicũtur: Dormietis, & nõ erit qui uos exterreat. Si enim iustus efficiar, nemo me exterre-
1. Cor. 10. re poterit, nihil timebo aliud, nisi deum. Iustus enim, inquit, confidit ut leo: & ideò non timet leonem diabolum, nec draconem satanam, nec angelos eius: sed dicit secundum Dauid: Non timebo à timore nocturno, & iaculo uolante per diem, & à negocio perambulante in tenebris, à ruina & dæmonio meridiano. Addit & illud: Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus defensor uitæ meæ, à quo trepidabo? & iterum: Si consistant aduersum me castra, C non timebit cor meum. Vides confidentiã & uirtutem animæ custodientis mandata dei, & habentis fiduciam libertatis ingenitæ. Post hæc exterminabo, inquit, bestias malas de terra uestra. Bestiæ istæ corporales non sunt malæ, neque bonæ, sed medium: quædam enim sunt mutæ animalia. Sed illæ bestiæ malæ sunt spiritales, quas Apostolus dicit, spiritales nequitias in cœlestibus. Et illa est mala bestia, de qua dicit scriptura: Serpens autem erat sapientior omnium bestiarum, quæ fuerant super terram. Ipsa ergo est hæc mala bestia, quam promittit Deus exterminaturũ se de terra nostra, si eius mandata seruemus. Vis uidere & aliam bestiam malam? Aduersarius, inquit, uester diabolus, sicut leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Quod si adhuc
D plures bestias uis discere: docebit te Esaias propheta, qui sub uisione, quã intitulauit quadrupedum in deserto, talia quædam prophetico spiritu de bestijs loquitur: In tribulatione, inquit, & angustia leo & catulus leonis. Inde & nati aspidum uolantium, qui portabant super asinos & camelos diuitias suas ad gẽtem, quæ non proderit eis. Nunquid ullo modo uideri possunt hæc de corporalibus bestijs dicta, etiam ijs qui ualde sunt amici literæ? Quomodo enim leo et catulus leonis uel aspides uolãtes possunt super asinos & camelos diuitias suas ad gẽtem, quæ non proderit eis. Nunquid ullo modo uideri possunt hæc de corporalibus bestijs dicta, etiam ijs qui ualde sunt amici literæ? Quomodo enim leo et catulus leonis uel aspides uolãtes possunt super asinos & camelos diuitias suas? Sed euidenter cõtrarias potestates dæmonũ pessimorũ propheta spiritu sancto repletus enumerat, eosq; colligens diuersas deceptionũ suarũ super animas stolidas, quæ-



sasq; (quas camelis & asinis per figuram comparat) designauit. Et his bestijs ne traderetur anima
Psal. 77. eius timens orabat, dicens: Ne tradas bestijs animam confitentem tibi. Et exterminabo, inquit, bestias malignas de terra uestra, & pugna nõ transibit per terrã uestram. Multæ sunt pugnæ, quæ transeunt per terram nostram, si legem dei nõ custodiamus, nec præcepta eius seruemus. Sed eat unusquisq; ad animam suam, & ipse se interna recordatiõe discutiat, & uideat quomodo terra nostra, id est caro nostra, nunc spiritu fornicationis, nunc iræ furoris urgetur, nunc auaritiæ iaculis confoditur, nunc telis pulsatur inuidiæ, nunc spiculis libidinis terebratur. Et in quibuscunq; cõcupiscit caro aduersum spiritum, & spiritus aduersus carnẽ, internis prælijs semper agitatur. Quid B autem dico de cogitationum pugnis, quas cordi nostro suggerit inimicus ut nos exuat à fide Christi, & à spe uocationis nostræ? Quum enim afflictiones tentationum & molestiarum seculi suscitauerit nobis, consequenter iam suggerit cogitationi, superfluum & ineptũ esse hæc tolerare pro Christo, multo esse melius securam, & sine persecutione uitam ducere. Hæc sciens & apostolus Paulus dicebat: Cogitationes destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiã Christi. Qui ergo diuina præcepta seruauerit, & mandata eius custodierit, & fecerit ea, hanc pugnam & hęc bella non patitur. Sed deus aufert ea de terra eius, & non sinit ea transire per animam iusti. Et persequemini inimicos uestros. Quos C inimicos, nisi ipsum diabolum, & angelos eius, et spiritus malignos, & dæmonia immunda? Persequemur ea nõ solum ut à nobis ipsis effugemus, sed & ab alijs, quos infestant, si diuina præcepta seruemus. Persequimini, inquit, inimicos uestros, & cadent in conspectu uestro morte. Si con
Rom. 16. terat satanã sub pedes nostros uelociter deus, ca-
Coloss. 3. det inimicus in conspectu nostro morte. Ego arbitror, quod hoc modo in conspectu nostro. Si enim mortificemus membra nostra, quæ sunt super terram, fornicationem & immundiciam, si hanc mortem inferamus membris nostris, illi cadent in conspectu nostro. Quomodo cadent in cõspectu tuo? Si tu iustus sis, cecidit iniustitia in conspectu tuo: si castus sis, cecidit libido: si pius, D impietas corruit ante te. Et persequenter ex uobis quinq; centum, & centum ex uobis persequẽ bis quinq; centum, & centum ex uobis persequẽtur multa millia. Qui sunt isti quinq;, qui possunt persequi centum? Quinque numerus ponitur & in laudabilibus, ponitur & in culpabilibus. Quinque sunt sapientes uirgines, & quinque insipientes. Sic etiam centenarius numerus ad utranque partem accipi potest. Si itaq; nos sumus ex quinque sapientibus, persequemur insipientes centum. Si em sapienter & probabiliter in uerbo dei pugnemus, si prudenter de lege domini disserantes, conuincemus & fugabimus infidelitũ multitudinẽ. Sic enim quinq; numerus & sapiẽtes indicat, & insipientes: ita et centenus numerus & fideles indicat, & infideles. Nam sub centenario anno-

COLLEGII
SOCIETATIS IESV
OPERA

norum numero Abraham deo credidisse, & iustificatus esse describitur. Et peccator, qui moritur
Gen. 18. centum annorum, maledictus erit. Et hic centum
Esaiæ 65. infideles à quinque sapientibus fugantur. Et rursum centum fideles, nõ tam numero centũ, quam perfectione signati, multa milia infidelium persequentur. Fugant enim fideles doctores innumeros dæmones, ne animas prudentium antiqua fraude decipiant. Et cadent, inquit, inimici uestri in conspectu uestro gladio. Qui sint inimici, supra diximus: quo autem gladio dicantur cadere, requiramus. Apostolus Paulus nos docet quis
Hebr. 4. sit hic gladius quum dicit: Viuus enim sermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio utraque parte acuto: pertingens quoque usq; ad compagem animæ ac spiritus, membrorum quoque, & medullarum: & est discretor cogitationum & intentionum cordis. Hic est gladius, cuius acie cadent inimici uestri. Sermo nanque Dei est, qui prosternet omnes inimicos, & ponet eos sub pedibus suis, ut sub ditus fiat omnis mundus Deo. Vis adhuc de alia epistola Pauli discere, quia gladius sermo dei sit? Audi eũ, quomodo arma præ-
Rom. 3. parat militibus Christi, quum dicit: Et galeam sa-
Ephes. 6. lutaris accipite, & gladium spiritus quod est uerbum Dei, per omnem orationem & obsecrationem. Euidentissime etiam per hæc pronuncians, quia per uerbum Dei, qui est gladius utraq; parte acutus, cadẽt inimici nostri in conspectu nostro.

Et respiciam super uos, & augebo uos. Plenum beatitudinis est hoc ipsum si quem respiciat deus. Vis uidere si respiciat dominus ad hominẽ, quanta sit salus? Petrus aliquando penè perierat, & ex
Lucæ 22. consecratione apostolici numeri (diabolo per os ancillæ pontificis inspirante) fuerat ereptus. Sed ubi respexit ad eum Iesus tantum, ubi ad eum placidi uultus ora conuertit, statim reuersus in semet ipsum, & prolapsum de præcipitio reuocans pedem, fleuit, inquit, amarissime: itaque ita respectus à deo, locum suum flendo recepit, quem negando perdiderat. Respiciam ergo, inquit, super uos, & augebo uos, tanquam si sol respiciat segetem, & afferat fructus: quam utiq; si non respexisset, infructuosa mansisset. Ita deus segetem cordis nostri respiciens, & radijs nos uerbi sui illuminãs, auget nos & multiplicat: ut utinam iam non simus paruuli, sed magni efficiamur, sicut magnus factus est Isaac, & magnus factus est Moses, & ma-
Gen. 26. Exod. 22. Lucæ 1. gnus Ioannes. Statuam, inquit, testamentum meum uobiscũ. Vide quantæ benedictiones promittantur, si mandata seruemus. Statuam, inquit, testamentum meum uobiscum, & comedetis uetera, & uetera ueterum, & eijcietis uetera à cõspectu nouorũ. Quomodo eijcimus uetera à cõspectu nouorum? Veterẽ habuimus legẽ & prophetas: uetera autem ueterum, ea quæ ante legem fuerunt ab initio, quum mundus factus est. Venerũt euangelij bona, uenerunt et apostoli, à conspectu horum eijcimus uetera. Quomodo eijcimus legem? secundum literam eijcimus, ut statuamus legem secundũ spiritum. Possumus & hoc modo dicere:

Universidad de Deusto
Biblioteca



1.Cor.15. cere: Antequam ueniret homo de cœlo, & nasce- A
retur homo cœlestis, eramus omnes terreni & por
tabamus imaginem terreni: sed ubi uenit homo
nouus, qui secundum deum creatus est, eijcimus
Ephes.4. à cõspectu eius uetera: deponentes nos ueterem
hominem, & induentes nouum, qui secundum
2.Cor.4. interiorem hominem renouatur de die in diem.

Et ponam tabernaculum meum in uobis. Si hęc habemus in nobis, quę suprà dicta sunt, si abiecto uetere homine, renouatum est cor nostrũ, uenit ad nos deus, & habitat in nobis, qui dixit: Et ponam tabernaculum meum in uobis, & non uos abominabitur anima mea. Non nos abominabitur anima dei, si obseruemus ea quę scripta sunt. Veruntamen uelim requirere, quid est anima dei: nunquid nam putamus, quia deus habet animam sicut homo? Absurdum est hoc sentire B
1.Cor.1. de deo. Ego autem audeo, & dico, quia anima dei, Christus est. Sicut enim uerbum dei, est Christus, & sapientia Dei: ita & anima Dei est. Et hoc modo dicit, Quia non uos abominabitur anima mea, id est, filius meus: sed ambulabo inter uos. Non mihi uidetur quod hoc promittat deus, qui in terra Iudęorũ ambulaturus sit: sed quia si quis meruerit ita puri esse cordis, ut dei capax sit, in eo se dicit ambulare Deus. Et uos eritis mihi populus, & ego domin⁹ deus uester, qui eduxi uos de terra Aegypti, quum essetis serui, & contriui iugum uinculi uestri. Verè eduxit nos de domo seruitutis: serui enim eramus peccati. Quia omnis qui peccat, seruus est peccati, & contriuit iugum uinculi nostri, qđ imposuerat super ceruices nostras ille qui nos in captiuitatẽ duxerat, & peccatorum uinculis colligauerat. Contriuit ergo peccati uincula, et iugum nostrę captiuitatis excussit dominus noster Iesus Christus: & suũ nobis suaue iugum fidei, & charitatis & spei, ac totius sanctitatis imposuit. Ipsi gloria in æterna secula seculorum, Amen.

DECIMI ET VLTIMI LIBRI, CYRILLI IN LEVITICVM, FINIS.

CYRILLI OPERA

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECVNDVS TOMVS HABET,

# DIVI CYRILLI ARCHI-
EPISCOPI ALEXANDRINI

Opus insigne quod THESAVRVS inscribitur, de consubstantialitate filij & spiritus sancti cum deo patre, aduersus hæreticos.

Dialogorum cum Hermia de Trinitate libri septem, cum appendice argumentorum, quod spiritus sanctus est Deus.

Quod consubstantialis & coæternus sit Deo, & patri filius, Lib. I.
Quod coæternus deo & patri, & ex ipso secundum naturam genitus sit filius, Lib. II.
Quod Deus uerus sit filius, sicut & pater, Lib. III.
Quod non creatura neq; factura sit filius, Lib. IIII.
Quod deitatis proprietates ac gloria naturaliter in filio sint, sicut & in patre, Lib. V.
Quod humanitatis proprietates, & quæ non ualde diuinè dicta de filio conueniant magis dispensationi cum carne, & non naturę uerbi, secundum quod intelligitur, & est Deus, Lib. VI.
De spiritu sancto, quod & Deus, & ex Deo sit, secundum naturam, Lib. VII.

De adoratione & cultu in spiritu & ueritate, Liber unus.



BASILEAE.

DIVI CYRILLI OPERA

Universidad de Deusto
Biblioteca

# OMNIVM CAPITVM HVIVS LIBRI QVI THESAVRVS nuncupatur, Index.

## CAPITA PRIMI LIBRI.

QVomodo respondendum sit Arrianis, interrogantibus utrũ unum sit genitũ, an duo. Cap. 1.
Quod melius atq; dignius est deum, patrem uocari, quàm ingenitum. Cap. 2.
Quod ingenitum substantia non est, sed modi substantiæ significatiuum. Cap. 3.
Quod ingenitum substantia non est, sed solummodo deum non esse genitum significat. Cap. 4.
Aduersus eos, qui dicunt, quod erat duratio, quando nõ erat filius: & testimonia scripturę, unde colligitur uerbum dei æternum esse. Cap. 5.
Quod nõ fuit pater ante filiũ, quãuis ingenitus sit, sed coæternus sibi semper fuit genito filius. Ca. 6.
Quod indiuisibiliter, & absq; corruptione pater ex seipso filium generat. Cap. 7.
Ad eos, qui dicunt, utrum uolens an nolens pater genuit filium. Cap. 8.
Aduersus eos, qui dicunt, non patri, sed uoluntati eius similem esse filium. Cap. 9.

## SECVNDI LIBRI.

Quod patri consubstantialis est filius. Cap. 1.
Filium patri consubstantialem esse, ex proposito textu: Vado ad patrem meum, & patrem uestrum: Deum meum, & Deum uestrum. Cap. 2.
De consubstantialitate patris & filij, illo textu proposito: Quod pater meus maior me est. Cap. 3.
Quod æqualis filius patri est, euãgelico textu proposito: Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Cap. 4.

## TERTII LIBRI.

Refutatio expositionis hæreticæ, & expositio sensus ueri euangelici textus: Ego in patre, & pater in me est. Cap. 1.
De similitudine filij ad patrem, & quod filius non est naturæ mutabilis, neq; deforis subsistens, sed ex ipsa substantia patris genitus, sicuti uere filius. Cap. 2.
Quod ex substantia patris filius est, nec extra productus, ut hæretici aiunt. Et quoniã non extra productus, ideo similis patri est. Cap. 3.
De similitudine patris & filij, similiter proposito textu: Nemo bonus, nisi solus Deus. Cap. 4.

## QVARTI LIBRI.

Quod per participationem ad imaginem Dei formamur. Cap. 1.
Item, de similitudine patris & filij essentiali, euangelico textu proposito: Sicut enim pater habet uitam in seipso, sic dedit & filio uitam habere in seipso. Cap. 2.

## QVINTI LIBRI.

Aduersus Arianos, qui proposito Prouerbiorum textu: Dominus creauit me, principium uiarum suarum in opera sua. Simpliciores seducebant, dicentes quod filius creatura esset. Cap. 1.
Aduersus causam, propter quam hæretici putant creaturam esse filium Dei Cap. 2.
Aduersus obiecta hæreticorum, quibus docere conantur, quoniam filius, quamuis creatura sit, creator tamen est, quod creaturarum proprium non est. Cap. 3.
Quomodo intelligendum est: Dominus creauit me initium uiarum suarum. Cap. 4.
Quod Dei uerbum creatura non sit. Cap. 5.
Quod scriptura uerbis abutitur nonnunquam. Cap. 6.
De eodem Prouerbiorum textu: dominus creauit me initium uiarum suarum, & ante omnes colles genuit me. Cap. 7.
Quomodo intelligitur illud in textu Prouerbiorum: Ante secula fundauit me. Cap. 8.

## SEXTI LIBRI.

De æternitate filij, & quod inseparabiliter ex substantia patris emanat. Cap. 1.
De eodem, uidelicet quod filius creatura non est. Cap. 2.
Quod non est idem in deo, generare & creare. Cap. 3.

## SEPTIMI LIBRI.

Aduersus eos qui dicũt, quod filius nõ est uerum patris uerbũ, sed aliud natura quàm pater. Cap. 1.
De eodem, alio modo. Cap. 2.
Aduersus aliam Eunomij obiectionem. Cap. 3.
Quod uocabulum uerbi sufficit ad significandam ex patre filij generationem æternam. Cap. 4.

## OCTAVI LIBRI.

Eunomij obiectio ex textu apostoli: Ideo & Deus eum exaltauit, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. Cap. 1.
Quod filius incõmutabilis secundum naturã est, proposito textu apostoli: Sedet in dextera magnitudinis in excelsis, tãto melior factus angelis, quãto differẽtius præ illis nomẽ hæreditauit. Ca. 2.

## NONI LIBRI.

Quod natum esse, & factum esse, indifferenter nonnunq; in sacra scriptura inueniuntur. Cap. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

## CAPITVM INDEX.

De eodem, quod uidelicet filius creatura non sit, proposito textu apostoli: Considerate apostolum pontificem confessionis nostræ Iesum Christum, qui fidelis est ei qui fecit ipsum. Cap. 2.
Quod filius non est creatura, proposito textu Actuum: Sciat igitur omnis domus Israel, quia dominum ipsum & Christum fecit deus hunc Iesum, quem uos crucifixistis. Cap. 3.
De eodem, proposito textu: De die & hora illa nullus nouit, nec angeli cœlorum, neque filius, nisi pater solus. Cap. 4.

DECIMI LIBRI.

De eodem, id est, de consubstantialitate filij & patris, proposito textu: quod pater diligit filiũ, & omnia dedit in manu eius. Et: Quod omnia mihi tradita sunt à patre. Et: Quod nõ possum ego à me facere quicquam, sed sicut audio iudico. Cæterisq; huiusmodi. Cap. 1.
De eodem, proposito textu: Data est mihi omnis potestas. Et: Glorifica filium tuum. Aut uniuersalius de eo, quod filius glorificatur, & aliquid accipiat. Cap. 2.
Aduersus ea, quę dicuntur ab hæreticis, quia Christus fleuit. Et quia dixit: Nunc anima mea turbata est. Et: Transeat à me calix iste. Et: Tristis est anima mea. Cæteraq; huiusmodi. Cap. 3.
De eodem, uidelicet quod filius non sit creatura, proposito textu illo: Primogenitus totius creaturæ. Cap. 4.
De textu euangelico: Sedere autem à dextris meis, aut à sinistris meis, non est meum dare. Cap. 5.
De textu euangelico: Vt cognoscant te solum Deum uerum, & quem misisti Christum. Cap. 6.
Filium patri æqualem esse, proposito textu euangelico: Iesus autem proficiebat sapientia, ætate, & gratia apud deum & apud homines. Cap. 7.
De eodem proposito textu apostoli: Quum uerò subiecta sibi omnia fuerint, tunc & ipse quoq; filius subijcietur ei, qui sibi cuncta subiecit. Cap. 8.
Rursum de eodem, proposito textu euangelij: Pater glorifica me illa gloria, quã habebam apud te, antequam mundus esset. Cap. 9.

VNDECIMI LIBRI.

Aduersus dicentes, quod deus nihil plus sciat de substantia sua quàm nos sciamus, & quicquid ipse scit de seipso, totum id homines quoq; scire possunt. Cap. 1.

DVODECIMI LIBRI.

Autoritates ostendentes, filium Deum esse secundum naturam, non creaturã, ex Epistola beati Pauli ad Romanos collectæ. Cap. 1.
De eodem, ex epistola Pauli ad Corinthios prima. Cap. 2.
Rursum de eodem, ex epistola ad Corinthios secunda. Cap. 3.
Iterum de eodem, ex epistola Pauli ad Galatas. Cap. 4.
Eiusdem comprobatio, ex epistola Pauli ad Ephesios. Cap. 5.
Ex epistola beati Pauli ad Philippenses eiusdem propositi ostensio. Cap. 6.
Insuper eiusdem manifestatio, ex epistola Pauli ad Colossenses. Cap. 7.
De eodem proposito, ex epistola Pauli ad Thessalonicenses. Cap. 8.
Insuper de eodem, ex epistola Pauli ad Hebræos. Cap. 9.
Ex epistola Pauli ad Timotheum prima, eiusdem declaratio. Cap. 10.
Rursus de eodẽ proposito, ex epistola ad Timotheũ secũda, & ex Epistola ad Titum. Cap. 11.
Ostensio diuinitatis filij dei, ex Actibus apostolorum. Cap. 12.
Declaratio eiusdem, ex epistola Iacobi, Petri, Ioannis & Iudæ. Cap. 13.
Eiusdem quoq; comprobatio, ex euangelio secundum Matthæum. Cap. 14.
Postremum eiusdem ostensio, ex euangelio secundum Ioannem. Cap. 15.

DECIMITERTII LIBRI.

Quod spiritus sanctus Deus uerus est, quod ex substãtia patris & filij emanat, & quod per filiũ creaturis donatur. Cap. 1.
Quod spiritus sanctus deus est, & eandẽ operationẽ cum filio habẽs, nec est alienus à substãtia filij: & quod, quando dicit deus habitare in nobis, ipse spiritus sanctus est qui in nobis habitat. Cap. 2.
Spiritum sanctum perfectum esse, nec quicquam in eo esse imperfectum. Cap. 3.
Insuper quod spiritus sanctus non participatione dei patris sanctus est, sed natura, quia essentialiter ex ipso est. Cap. 4.

DECIMIQVARTI LIBRI.

Autoritates scripturæ, ostendentes quod spiritus sanctus natura Deus est, & non creatura, ex epistola Pauli ad Romanos sumptæ. Cap. 1.
De eodem, ex epistola prima ad Corinthios. Cap. 2.
Rursum de eodem, ex epistola ad Corinthios secunda. Cap. 3.
Iterum de eodem, ex epistola Pauli ad Galatas & Ephesios. Cap. 4.
De eodem, quod uidelicet spiritus sanctus deus sit, ueluti deus uerus de Deo uero, atq; ideo creatura esse non possit, ex epistolis Iacobi, Petri & Ioannis. Cap. 5.
De eodem, ex euangelio secundum Mattheum & Ioannem. Cap. 6.

DIVI

# DIVI CYRILLI ARCHI-

EPISCOPI ALEXANDRINI LIBER, QVI APPELLAtur Thesaurus, aduersus hæreticos: Quod filius & spiritus sanctus unus Deus cum patre sunt, ad fratrem suum Nemesinum petentem conscriptus, à Georgio Trapezontio traductus.

### PRAEFATIO.

AD maximos nos labores tua charitas frater Nemesine hortatur. Quid enim aut ad intelligendum magis arduũ, aut ad explanãdum difficilius, quàm uera speculatio, quæ de sancta consubstantialiq; trinitate habetur: præsertim quum tenuis omnino atq; imbecillis ad tantã rem cõprehendendã mens hominis sit. Lingua uerò huiusmodi, ut uel quæ in manibus sunt, uix possit exponere. Accedit, quod pulchritudo diuinæ ueritatis sic latet, ut solis integro animo & syncero inquirentibus inuestigantibusq;, quasi cœlestem thesaurũ, pateat, quẽ consecuti merito audiunt: Vestri autẽ oculi beati sunt, quia uident: & aures, quia audiunt. Non tamẽ labori succumbimus, sed in ipso Christo speramus, rem penitus arduam per spiritus sancti gratiam absoluere sperantes, suscepimus. Nihil aliud enim intendimus dicere, quàm quod Iesus dominus est. Id uerò non aliter, quàm in spiritu sancto dicemus, ut Paulus ait: Nullus, inquit, potest dicere, quia dñs Iesus, nisi in spiritu sancto. Nã quoniam multi non uerentur in Beelzebub dicere anathema Iesus: scripturę sensum ubiq; depraua- ntes, & uoluntatem suam spiritus sancti uerbis anteponentes, redemptorem & dominum suum & ipsi negantes, & cæteros laqueis ad errorem suum deducentes: æquum atq; utile putauimus (ut tu mones) ecclesiæ filijs consulere, & ad singula quæ illi ueritati opponunt, breuiter & dilucide respondere. Varius enim & multiplex Arianorum Eunomianorumq; error est, & multis modis uere se prædicare simulat. Nam sicut mulierculę turpitudini deditæ, ueste atq; auro, cæterisq; ornamẽtis & turpitudinẽ suam occultant, & non prouidentes ad pernicie attrahunt: eodem modo isti ueræ religionis pulchritudinẽ fingẽtes, scripturæ autoritate errores suos conant cõmunire. Sed qui uigilanter, & cũ ratione scripturas legũt, dolis ipsorũ non capiunt, sed uerã amplexi fidei professionẽ, clamãt: Benedictus dominus, qui nõ dedit nos in captionẽ dentibus eorum. Vt igitur aperte falsitatem dogmatum eorum omnes perspicere possint, ordine & breuiter ad singulas eorum calumnias respondebimus. Hoc enim modo non paruam putamus utilitatem legentibus per gratiam Christi futuram. Luc. 10. 2. Cor. 12. Psal. 12.

### THESAVRI LIB. I.

*Quomodo respõdendum sit Arianis interrogantibus: utrũ unum sit ingenitum, an duo. Cap. I.*

SI Ariani nos aggrediãtur, interrogantes utrum unum sit quod ingenitum est, an duo: ut quum unum certe dixerimus, & in patrẽ id retulerimus, inter creaturas filium connumerare cogamur: sic respondere oportet. Primum, quia frivola & indoctorum hominum interrogatio est. Multa enim ingenitum significare intuenitur. Nam ingenitũ est, quod nondum factum est, & tamen fieri potest: sicut à ligno scapha, & ab ære statua. Ingenitum rursum dicitur, quod nunquam factum est, nec fieri potest, ut uerbi gratia, triangularis figura, nec fuit nec erit unquam quadrilatera. Nam si B quadrilatera fiet, statim aliud erit quàm triangularis. Ad hæc ingenitum dicitur, quod quamuis sit & subsistat, nunq; tamen ex aliquo fuit. Quũ ergo multis modis ingenitũ capiatur, dicãt quid uelint in Deo ingenitũ significare. Respondebũt forsan, quod nunquã genitum sit. Primũ igitur, indocte interrogasse illi fateantur: deinde nos dicemus, unum esse ingenitũ. Quod si ex hoc infe- rant necesse omnino esse, ut genitum & factũ filium confiteamur, quoniã unus solũmodo ingenitus, isq; pater sit, hæc audiant. Si sapientia & uirtus et uerbum patris filius est, eratq; semper in patre uerbum, & sapientia & uirtus, non est factus postea filius, qui sic appellat & sic est. Sed quẽadmodum ex deo deus, & de lumine lumẽ effulsit: sic ex ingenito genitus, hoc est, ex non facto non factus. Talem nanq; oportet esse uerbum, qualis etiam est, qui ipsum genuit: sic enim paternæ substantiæ proprium, uere inerit in filio eius. Nihil ergo prohibet, quũ unus pater sit non factus, uerbum quoq; quod ex ipso est, non esse factum. In patre enim semper esse, & unum cum ipso propter naturæ incõmutabilitatem esse intelligitur. Quod ipse quoq; de seipso ait: Ego & pater unũ sumus. Nam quia unum dixit: identitatem substantiæ significauit: quia uerò sumus; in duo scindit, quod intelligitur, quodq; in una deitate cõprehenditur. Præterea si patris incommutabilis imago filius est, ut pater in ipso uideat, sicut scriptum est: Qui uidet me, uidet & patrem meum, necesse est, non esse factum confiteri, quod ex patre non facto emanat. Quomodo enim in eo quod factum est, perspici unquam non factum poterit? Nam si primitiuum in imagine sua uidetur, ita certe hoc erit, quemadmodum illud. Quare si filius factus est, & pater, ex quo imago formata est. Quod si absurdum est, erit omnino imago non facti similiter non facta. Præterea beatus ille Moses creationem hominis narrans, Deum inducit dicentem: Faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram. Quum Ioan. 10. Ioan. 14. Gen. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca



igitur nostrã dicat, duo signat, unã scilicet spiritu quoq; sancto intellecto. Si ergo in homine uno eadem patris & filij uidetur imago, in nullo certe inter se dissimiles erunt: factum uerò & non factum dissimilia sunt. Nõ est ergo factus filius, ne dissimilis patri esse inueniatur. Accedit, quod â sacra scriptura omnipotens atque Dominus, pater dicitur: nec tamen filius, quoniam omnia potest pater, & omnibus dominatur, quasi unum quid de subiectis potentię ac dominationi patris intelligitur: sed ipse quoque omnipotens & dominus appellatur. Sicut igitur in istis non est filius de numero omnium, sed ad creaturarum naturam, istorum terminorum potestas tendit: sic & in ingenito, id est, non facto, non ad filium, sed ad creaturas comparatio fertur. Dicitur autem unum esse solummodo non factum, quoniam præter unum Deum omnia facta sunt.

*Quod melius atq; dignius est deum, patrem uocari, quàm ingenitum.*

CAP. II.

NOmen patris, filij nomen necessariò intellectum in seipso inducit. Nomina enim huiusmodi, alterum per alterum intelliguntur: nomen uerò ingeniti, quod Deus scilicet genitus non sit, genitorum atq; factorum memoriam opponit. Si ergo necessaria est fidelibus sanctæ trinitatis cognitio: & qui patrem dicit, filium intelligit, per quem pater est: qui uerò ingenitum appellat, genita & facta ex opposita uidet, â quibus necessariò qui factus non est distinguitur: certe multo melius est inde appellare Deum, unde filij quoq; cognitio sequitur, quàm inde, unde creaturarum memoria subditur, quæ nihil ad cognitionem sanctæ trinitatis cõducit. Et qui patrem nominauit, Deum ab ipso significauit quod est: qui uerò ingenitum dixit, ab eo quod non est. Pater enim filij est, genitus uerò non est. Quod autem ab eo quod est, quàm ab eo quod non est, cõmodius Deum nominamus, inde perspicuum erit. Nam si quis ineffabilem incomprehensibilemq; illam naturam deum appellabit: recte ab eo nominauit quod est. Nam quum Deum dixit, illam naturam significauit. Si quis autem ab eo quod non est, ipsam significet innocentem uel inde prauatam appellãs naturam: uere quidem dicit, sed non omnino Deum significauit. Nam homines quoq; inde prauati & innocentes dicuntur, angelos etiam sanctos tale esse credimus. Ab eo igitur quod est uerius & conuenientius, Deus significabitur, quàm ab eo quod non est. Præterea, quã genitum creaturam aliquando significat, filius quoq; hac significatione ingenitus est, quia creatura non est. Psalmista enim canens, ait ad filium:

Psal. 44. Propterea unxit te deus tuus oleo exultationis, præ participibus tuis. Si ergo aliud est quod participat, aliud quod participatur (aliud em̃ in alio intelligendum est: participant enim filio genita, hoc est creaturæ) aliud erit profectò filius quàm genitum, hoc est creatura quæ ipso participat: non est ergo genitus, id est creatus. Quod si non est aliud à re genita et creatura filius, nec secundũ naturam ab eo distinctus: quid est opus participatione? uel quomodo participare quispiam poterit, eo quod ipse est?

*Quod ingenitum substantia non est, sed modi substantiæ significatiuum.*

CAP. III.

INgenitum quasi principium & causa, & est, & intelligitur. Nullum autem principiũ in quantum principiũ est, simile aliquid sibi aut dissimile habet. At manifestum est genitum dissimile porsus ingenito esse: opposita enim sunt. Non ergo igitur ingenitũ substãtia, sed substantiam de qua dicitur, non esse tali modo significat. Sed dicet forsan aliquis, substãtiam quidem ingeniti nomine non significari, sed differentiam. Id absurde dicetur. Nam si omnis differentia in substantijs inspicitur, necesse nobis erit substantiam quærere, cuius hæc differentia sit. sicut uerbi gratia: Animal definiremus, esseq; assereremus substantiã animatam sensitiuam, in hac substantia differentię inspiciuntur. Aliud em̃ animal rationale est, ut homo: aliud irrationale, ut equus. Quare substantia præsupposita, differentiæ postea intelliguntur. Si ergo ingenitum differentia est, quęratur substantia cuius differentia est. Non enim potest differẽtia ipsius substantiæ rationem possidere. Præterea, si ingenitũ substãtia est, nec significatiuũ, quod id de quo dicitur, genitum non sit, quomodo sit us dissimilis erit patri, ex quo genitus est? Nam si hęc nomnia non repugnant, inter se per significationes expositas, nihil prohibet similem secundũ substantiam patri filium esse: ut enim ingenitum pro substantia capitur, sic & genitum caperetur. Substantia uerò substantiæ contraria non est, in quantum utraq; substãtia est. Ad hæc, si omne ingenitum cuilibet genito dissimile, uere quispiã dicet, omne quoq; genitum cuilibet genito simile: sed filius, quamuis genitus sit, nullam tamen habet similitudinem ad ea quæ genita, id est, creata sunt: est enim super omnem creaturam. Non ergo quia ingenitus pater est, dissimilis erit filius. ipsi secundum naturam, quia ex eo genitus est. Nam sicut, quamuis genitus est, omnes tamen creaturas excedit, nec ullam ad ipsas habet similitudinem: sic non priuabitur similitudine ingeniti, quamuis ipse ingenitus sit. Sed genitum, aiũ, in deo substantiã significare asserimus, & nomen id definitum esse nõ dubitabimus: ueluti si quis hominẽ definiat, animal rationale, mortale, mentis & disciplinæ capax, non satis docte id oppositum est. nam si nomen ingeniti definitionem esse uultis, ex genere atq; differẽtia uel differentijs erit. Non enim unq; sine istis constare definitio esseq; poterit. Adhæc, à philosophis genera, non una solũmodo dictione, sed pluribus definiri: demus: sicut substantia animata sensitiua, uel animal rationale & mortale. Postremo si unius rei negatio non sufficit ad significandã substantiam, non erit certe ingeniti nomẽ definitio. Præterea





definitio, nõ quid nõ est, sed quid est quod ꝓponit quærit: ingeniti aũt uox nõ quid est deus, sed quid nõ est, significat. nam quia genitus nõ est, ideò ingenitus est. Nõ est ergo nomẽ ingeniti definitio. Accedit, quod substantiarũ aut etiam accidentiũ definitiones nõ ab oppositis, sed ex quib. sunt, fieri docẽt definiendi doctrinæ professores. Nõ em̃ definit qui albũ esse dicit, quod nigrũ nõ est: id em̃ quid est, sed quid nõ est quod definitur significat. Ingeniti uerò uox nõ esse genitũ significat, quod oppositũ genito est. Per oppositã uerò nunq; recte definies: nõ est ergo nomẽ ingeniti definitio. Adde, quod ingeniti uox multa significat, & inter æquiuoca iure numeratur: definitiones autem substantiarum non constant ab æquiuocis, neq; â multa significantibus terminis. Nõ enim patebit quod definit, si per huiusmodi uocabula definitur. Quare ingenitus non potest esse definitio. Postremò si uox ingeniti definitio est conuerteretur cum definito: sicut si quis hominem definiens, animal dicat esse rationale, mortale, mentis & disciplinæ capax, poterit conuertendo dicere: si quid est animal rationale, mortale, mentis & disciplinæ capax, hominem esse. Quare si ingenitum substantia est, & substantia ingenitum erit, sed non conuertitur. Non enim omnis substãtia, ingenita quoque est: sed soli deo id præcipue inest, solus enim ingenitus est: non est ergo nomen ingeniti definitio, sed solum non esse genitum significat.

*Quod ingenitum substantia non est, sed solummodo deum non esse genitum significat.* CAP. IIII.

SI ingenitum substantia est, & substantiæ nihil est contrarium, nihil erit ingenito contrarium: at ingenito contrarium est genitum, ergo substantia non est. Præterea, si ingenitum substantia est, genitum quoque necessariò substãtia erit: non erunt igitur opposita. Hanc enim oppositionem substantiæ non suscipiunt. Adhæc, si in gentium substantiam dei significat, nec non esse gentium substantiam notat: genitum quoque similiter substantiam significabit, nec genitam esse notabit. Quum autem utrunque substantiam significet: unde cognoscemus alterum non esse genitum, alterum genitum esse, quum omnia nihil aliud quàm substantiam significent? Adijs ergo nominibus erit opus, quæ posint ostendere deum ingenitum à nulla esse origine: quum ipsum ingenitum nihil aliud quàm substantiam dei significet. Adhæc, substantia Dei unum quid est, sed non multa numero. Ingenitum uerò & immortale, cæteraq; huiusmodi, non unum, sed multa numero sunt. Non erit ergo idem ipsa substantia cum ingenito & immortali: sicut nec unum cum multis. Præterea, si genitum atque ingenitum, cæteraq; huiusmodi nomina substantiam dei significet: necesse esset, quum hæ uoces diuersa penitus significent, sic à diuersis substantiam illam compositam esse, ut commode nomina hæc posint dici de ipsa: uel si ipsa composita non est, non significant hæc nomina ipsa substantias, sed modum substantiæ quendam. Adhæc, substantia dei nõ dicitur aliqua de causa: nihil enim est, propter quod deus est: ingenitus uerò dicitur, quia bonitate cuncta excedit. Quod autem nulla de causa est, non est idem ei quod aliqua de causa dicitur. Accedit, quod ei substantiæ nihil opponitur: ingenitum autem genito opponitur: quomodo ergo idem erit substantia & ingenitum? Quod si ipsum ingenitum substantię idem est, erit omnis substantia ingenita: quod impium inuenitur. Præterea, substantiæ proprium est, ut contraria possit suscipere. Quare si ingenitum substantia est, contrariorum erit susceptiuum: quod falsum penitus reperitur. Nam creare quidem & non creare, substantiæ non ingenito attribuuntur: quas ob causas ingenitum nõ est substantia. Nam quum substantiam dei dicũt, quasi exteriores secuti philosophos, dicunt. Quare proprium erit substantiæ dei, ut contrariorum sit susceptiua? Nos enim essentiam Dei & esse ipsius significare uolentes, substantiam Dei non proprie dicimus: & nomine ingeniti, non substantiam, sed modum quo Deus est, significare credimus. Substantiæ enim proprie est, quæ quum sit sub genere, atque cum ipsis accidentibus subsistit. Tale quid autem Deus non est, quare nec proprie substantia dicitur, ingenitus autẽ proprie dicitur. Non est ergo idem, ingenitum & substantia. Nam si substantia dicitur, quia omnibus subsistit accidentibus: deus uerò nulli accidentium subsistit: non erit deus substantia propriè, sed super substantiam. Ingenitus uerò deus proprie est, factus enim non est: quomodo ergo idem, ingenitum & substantia?

*Aduersus eos qui dicunt, quod erat duratio, quando nõ erat filius: & testimonia scripturæ, unde colligitur uerbum dei æternum esse.* Cap. V.

INdocte nimiũ dicitur ab hæreticis, quod erat duratio, quãdo nõ erat filius. Nam si uerbo dei (aiunt) attribuitur, erat: nõ erit absurdũ, si etiã dicetur quod non erat. Nam si quis in tempore ipsum erat accipiet, ut aperte dicat fuisse tẽpus, quãdo nõ erat filius: quomodo nõ erit indoctus qui tempus præfuisse filio audet dicere, per quem secula facta esse Paulus asserit? Et euangelium: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Et in Apocalypsi idem Ioannes: Qui est, qui erat, & qui uẽturus est. Ventur enim, de uerbo dicitur: de quo etiam dicitur: qui est & qui erat. Ecce, nanque ait, ego uenio, & habitabo in medio tui, dicit Dominus. Et aperte Ioannes, ipsum erat, uerbo attribuit. Erat enim, ait, uerbum apud Deum. Is autem de quo dicitur, qui est, qui erat, & qui uenturus est, æternus esse certè significatur. Innumera huiusmodi scripturæ sunt testimonia. Paulus de Iudæis: Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Idem de uerbo: Inuisibilia enim eius à creatione mundi creaturis intellecta cõspiciuntur, & æterna uirtus eius & deitas. Id si de

Hebr. 1. Ioan. 1. Apoc. 14. Exod. 15. Rom. 9. Rom. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca



patre aliquis dici contendet, in filium rursus con A
uoluetur. Virtus enim dei quænam sit, ipse Pau-
1.Cor.1. lus clamat: Christus dei uirtus & dei sapientia. Et
Psal.67. Psalmista similiter: Manda deus uirtuti tuæ, cõfir
ma hoc deus quod operatus es in nobis. Quis aũt
dei uirtus recte dicitur, nisi qui à corruptiõe nos
redemit dei filius, & in corruptionem reduxit?
Quod autẽ locus ille scripturæ, quod inuisibilia
eius à creatione mundi creaturis intellecta cõspi
ciuntur, & æterna eius uirtus & deitas, filium sig-
Matth.11. nificat, sic cõprobari potest. Scriptũ est ẽm, quod
nemo cognoscit patrem nisi filius, & cui filius re-
uelauerit. Si ergo soli filio pater cognoscitur, &
per eum solũmodo cæteris reuelatur, non per cre
aturam certè intellectus pater cõspicietur, sed cre
atura quidem creatorem suum, uerbum Dei esse B
conclamat. Verbum autem in seipso patrẽ osten
dit. Vnde Philippo dicẽti, Ostende nobis patrẽ:
Ioan.14. non à creaturarum multitudine inspiciẽdum es-
se patrem ait, sed seipsum ostẽdit, dicens: Qui uí-
det me, uídet & patrem meum. Præterea Psalmi-
Psal. 71. sta de ipso canit: Qui erat ante secula. Et Esaias:
Esa.43. Deus æternus, deus qui fundasti extremitates ter
ræ. Si ergo uerbum est à quo extrema terræ con-
structa sunt, & de ipso dicitur, quia deus æternus
est, erat certe semper, & factus non est. Adhęc, de
uerbo scribit Paulus: Qui quum sit splendor glo
Heb 1. riæ, & character substantiæ eius. Dauid quoque
Psal.89 et 95. ait: Et sit splendor domini dei nostri super nos, in
lumine tuo uidebimus lumen. Quando ergo pa-
ter erat absq; splendore suo? aut quando in Deo
non erat splendor eius? Nam si lumen de lumine C
patris, filius est: quando non erat in patre lumen
eius? Sicut enim lucẽdi potestas ab igne separari
nõ potest, sic à patre lumen, quod ex eo nascitur
inseparabile est. Sed regnum quoque tuum, Da-
uid canit, regnum omnium seculorum est. Qua-
Psal.144. re si nullum est tempus, quod in omnibus seculis
non contineatur, & uerbum in omnibus seculis
regnet: non erat certè tempus quando filius non
erat. Adde, quod diuinę scripturæ, erat, & qui
est, & sum & eram, cæteraq; huiusmodi uoces,
de uerbo solummodo dicunt: de creaturis autem
non illas ponunt, sed potius, olim & pridem, &
ante, & fuit, & factum est, cæteraq; huiusmodi.
Saluator enim quum proprium substantię suę si-
Ioan 14 et 8. gnificare uelit: Ego sum, inquit, ueritas. Ego D
Icã.10 et 13. sum lux. Ego sum pastor bonus. Et ad discipu-
Matth.3. los: Vos, inquit, Dominum & magistrum voca-
Psal.89 et 2. tis me, & bene facitis, sum etenim. &: Ego sum
Iob 33. uita. &: Ego sum ianua. Et pater de ipso uerbo:
Deut.32. Tu es filius meus dilectus. Et Psalmista: Ante-
Prou.8. quam montes fierent, & formaretur terra & or-
bis, à seculo & usq; in secundũ tu es deus. &: Do-
minus dixit ad me, filius meus es tu. De creaturis
uerò: Spiritus, inquit, diuinus fecit me. Et Mo-
ses: Antequam omne uiride agri fieret in terra,
& antequam fœnum agri oriretur, & quando ex
celsus diuidebat gentes. Et Sapientia de ipsa a-
pud Salomonem: Antequam terram fecisset, an-
tequam abyssos fecisset, antequã fontes aquarũ
prorupissent, antequam montes formati essent,
ante omnes colles genuit me. Et saluator: Amẽ
dico uobis, antequam Abraham fieret, ego sum.
Et Deus ad Hieremiam: Antequam in uente-
creassem, te cognosco: & antequam prodires ex
utero, sanctificaui te. Et Susanna apud Danie-
lem: Deus magnus & æternus, qui nouit occul-
ta, qui nouit omnia ante generationem ipsorum.
Sed si nõ erat tẽpus (hæretici aiunt) in quo nõ e-
rat, sed æternus filius, & semper esse cum patre
à uobis creditur, non filium, sed fratrem ipsum
appellare debetis. Nos uerò & coæternum patri
& filium credimus. Si enim solummodo coæter-
nus esset, & non filius, locum haberet hæc ratio
hæreticorum. Verum quoniam & æternum & fi-
lium simul prædicamus, quomodo frater erit ge-
nitoris sui? Deinde si fides nostra in patrem & fi-
lium est, sicut etiam baptizati sumus, quæ frater-
nitas hinc apparet? aut quomodo uerbũ per fra-
ternitatem illi coniungetur, cuius est uerbum?
Præsertim quum non à priore aliquo principio
pater & filius oriantur, ut possint fratres putari:
sed pater filij principium est, & generat filium, &
permanet pater, nec frater alicuius secundum na
turã est. Quis ergo locus fraternitatis erit in illis?
Præterea, æternus filius est: quia quum pater per-
fectus sit, & qui ex eo est, perfectus est: æternus au
tem pater est, æternus ergo etiam filius est: & hic
æternitas non accidit substantiæ genitoris, quia
semper æternus est: sic & filius quia similiter per-
fectus est, similiter etiam æternus est. Adhæc si
filius dei uerbum dei nõ est, sed à nihilo sicut cre-
atura productus, hoc prius ostendãt: deinde qua
si de creatura dicant, fuisse ipsum quando non e-
rat. Sin uerò filium diuinæ scripturæ appellant
ipsum, & ipse pater filium nominat, id profecto
nomen, genitum ex patre ipsum significat: non
est ergo creatura, quoniam non est idem creari et
generari. Non habebit ergo locum in filio, nec di
ci de ipso poterit, quod non erat, sed de creaturis
proprie prędicabitur. Accedit, quod filius quum
à patre generetur, uerbum & sapientia & splen-
dor patris est. Quare qui asserunt aliquando ip-
sum non fuisse, inlipientẽ & sine uerbo atq; splen
dore suo patrem fuisse asserunt: quod impium o-
mnino est. Nõ dicetur ergo de filio quod non e-
rat, sed erat coæternus. Sed nullam (aiunt) diuisi-
onem aut incisionem natura diuina suscipere po
test, nullius eñ passiõis susceptiua est. Diuidi au
tem & abscindi illis tantummodo conuenit, quę p
passioni naturaliter subiacent: quare non est ti-
cendus filius ex substãtia patris esse, ne passio &
diuisio aliqua in simplici natura inueniatur. Nã
si quicquid ex alio prodijt, diuersum numero est
ab illo: partitio quædam & incisio in diuina eni
natura, si non deforis, sed ex ipsa prodijsse filium
concedamus: deforis ergo est, & patri coæternus
non est. Peruerse atq; indocte, propria corpo-
substantiæ incorporeæ accõmodatis. In corpo-
bus enim passio, incisio, & diuisio fieri dicitur
us uerò quum incorporeus sit, nec incisus, nec di



uisus generat. Nõne uides, quod etiã ex igni pa A
ritur lumẽ, nec diuisionem aliquam patitur: licet
mẽte separetur ab eo, quoniã ex eo prodit. Qua-
re si quis legibus corporis incorpoream subijcit
naturam, mentis suæ imbecillitatem accuset, quę
non potest incorporeæ naturæ conuenientia in-
telligere. Nam si quia ipsi æternam filij ab æterno
patre generationem intelligere nequeunt, idcir-
co corporalibus incorporeã naturam legib. sub
ijciunt: cur ipsum quoq; patrẽ nõ negãt? quoniã
quid, qualisq; natura sit, non potest quis dicere.
Quare si fide, quæ super nos sunt, accipiũtur: est
Isa.53. autem etiam super nos filij generatio (nullus eñ
ipsam enarrabit, ut propheta qui dã ait) fide quo-
que ipsa suscipiatur, ita ut nullo modo de ipso co
gitetur, quod non erat. Id enim imbecillitas hu- B
manarum cogitationum excogitauit. Quod au-
tem ex substantia patris filius est, nec deforis ta-
ctus, & ideo patri coæternus, hinc etiã uidere po
teritis. Nam si ex nihilo productus est, ut uos di-
citis, nec erat antequam natus esset: necesse est ip
sum, sicut & alias rationales creaturas, participa-
tione dei deum et filium & sapientiã appellari. Id
enim rationalibus creaturis conuenit, de quibus
Psal.81. dei pulchritudo uere dici nõ potest: quippe quã
gratia donantis affert, ut scribitur: Ego dixi dij e-
stis, & filij excelsi omnes. Habitudine enim qua-
dam adoptati ab ipso, dij efficimur. Si ergo parti
cipatione dei per gratiã filij uocamur, cuius parti
cipatione dicemus uerbum, filium dei aut deum
Ioan.16. appellari? Non enim spiritus sancti, sicut & nos, C
ipse enim de spiritu dicit: Quoniã de meo accipi
et. Relinquitur ergo ut patre participet. Quis igi
tur participationis modus est? aut quid à patre in
filiũ deuenit, ut participari à filio dicatur? Vt uer-
Ioan.15. bi gratia: Sicut ex igni calor in corpore, uel ab ali
quo flore odor, uel potiꝰ sicut ad nos spiritus, de
quo scribit: Qui ex patre procedit: quid igitur, cũ
à patre exeat, ad uerbũ puenit? Et utrũ id ex sub-
stantia patris, an deforis sumptũ? Nam si deforis
sumptum est nõ patre, sed aliquo alio participãs
filius sanctificatur, quod uel solũ cogitare impiũ
est. Sin autem ex substantia patris exire concedi-
tis illud, quo filius participat, aut diuisionẽ, inci-
sionem, passionemq; naturæ dei accedere fatebi
mini. Aut si absq; passione, aut diuisione in Deo
hæc sunt, frustra conamini generationẽ filij euer-
tere, diuisionem et passionẽ in ipsam inducẽtes.
nihil enim prohibet, quum absq; passione atque
diuisione filius ex patre generatur, uiuum patris
ipsum esse uerbũ: & ita æternus erit, quia ab æter-
Ioan.14. no prodijt patre. Sic enim & paternã nobilitatẽ
Matth.16. in seipso seruabit, & uere dicet: Qui uidet me, ui-
Ioan.. det & patrẽ meũ. Nõ eñ uideri potest pater æter
nus in creatura positus. Adhęc, si quid filio parti
cipat, diuina natura participat, ut Petro uidetur.
Et si etiam templa dei sunt omnes, in quibus uer
bum habitat, necesse est ex substantia Dei filium
enim est, nullius sq; indigus) nõ accessit filius de-
foris, sed erat, & est patri coæternus. Patrem e-

nim deum appellamus, uerbum autem & filium, B
& Deum: non ut alium præfuisse, alium uerò po-
stea genitum, more hominum intelligamus, sed
ut alium generare, quod patris notio est, aliũ si-
cut ex substantia patris ineffabiliter genitũ, ado-
remus. Pater igit est, quia generat: filius, quia ge-
neratur. Et id solum nominum usus istorũ, ex si-
militudine nobis significat. Si ergo in deo patris
nomen generare solum significat, nulla ratio co-
get deum, qui sine tempore generat, ante propri
um filium fuisse. Quod si nulla duratio inter ge-
nitorem & genitum intelligi potest, coæternus
profecto patri filius est. Præterea, si Deus creator
secundum naturã est, neq; aduenit ei, quod pos-
sit ex nihilo ea, quæ sunt producere, quũ omnia
per filium creet: quomodo non erit impium cre-
dere, quod fuerit tempus aut duratio, quãdo filius
nõ erat? Non est enim aliud hoc, quam ipsum
deum dicere aliquando nõ fuisse creatorem, sed
postea quando creatur filius. Nam sine ipso nihil Ioan.1.
factum esse, loãnes clamat. Sin uerò semper, & se
cundum naturã Deus pater creator est, erat cer-
te cum ipso uerbum, id est, filius, per quem crea-
tor est. Nam sicut etiam ab homine omne quod
natura inest, inseparabile est: sic & à deo, quod in
ipso ex ipso est. Est autem uerbum in patre, & ex
patre: inseparabile igitur atq; coæternum. Adhęc
si patri filius coæternus non est, necesse erit cõce
dere imperfectam aliquando fuisse sanctam trini
tatem, fuissęq; unitatem antequam filius esset: fa-
ctam uerò postea trinitatem fuisse, quãdo acces-
sit quod deerat. Et quoniã quicquid accesit, id
etiam auferri potest, cauendum ne qua ratio nos
cogat confiteri rursus posse trinitatem ad unita-
tẽ redire. Qđ si quis credit, impietate ipsa magis
impius est. Erat ergo semper cum patre, trinitatis
plenitudo. Adde, quod si filius propriũ substan-
tiæ patris genimen non est, sed ex nihilo factus,
dissimilis sibi ipsi sancta trinitas erit, & creatura
creatori cõnumerabitur, & una cum ipso cõglo-
rificabitur, quod impium est. Vna ergo deitas tri
nitatis est, una glorificatio, eademq; dominatio.
Quare in diuersas substantias non scinditur trini
tas. Quomodo autem impium non erit, quũ pa-
ter sit æternus, negnantẽm cum ipso filium aliquã
do non fuisse, sed postea factam, recentem nobis
deum accessisse? Præterea sapientiæ, uitæq; fons Hier.2 et 17.
Deus & est, & apud Hieremiam scribitur: Reli-
querunt me, inquit, aquę uiuę fontem. Et rursus:
Erubescant omnes qui reliquerunt te, quia fontẽ
uitæ dominum reliquerunt. Et Baruch: Fontem Baruch.3.
sapientiæ, inquit, reliquerunt. Quum itaq; sic ap
pelletur deus, cõsequens est, ut cum fonte sapien
tiæ simul sint quę ex ipso profluunt. Non erit ẽm
fons, nisi aquas emittat. Qui ergo dicit fuisse tem
pus, uel durationem, quando non erat filius, qui
Iodh.24. ait: Ego sum uita. &: Ego sapientia habito in con
silijs: is aperte prædicit infœcundum & siccum
aliquando fuisse fontem, quod impium est. Fœ-
cunda ergo semper diuina natura est, & uerbum
patris proprium, coæternum ipsi est, à substan-
tia

Universidad de Deusto
Biblioteca



tia patris, quasi à fonte profluens. Adhæc, Deus credentes in eum, quasi fontem, quē aqua nunq; *Esa.58.* reliquit, facturus est, ut per Esaiam promittit: Et impleberis, inquit, sicut anima tua desiderat, & pinguescent ossa tua, & eris quasi hortus irriguus, & quasi fons quem aqua non reliquit. Si hæc ergo in hominib. se facturum promittit, quomodo non errant impij, qui diuinum immortalemq; illum fontem siccum aliquādo fuisse opinantur? Quod quoniā credibile non est, erat certe in fonte semper aqua uitę, & sapientia quæ inde profluit, hoc est filius Dei. Accedit quod scriptum le- *1.Cor.8.* gimus: Vnus deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Sed si quis illum, per B quem omnia facta sunt, unū ex omnibus esse dicit, quid prohiberet illum, ex quo omnia sunt, eadem ratione cum cæteris omnibus cōnumerare? Quod si hoc impium uidetur, sicuti est, & illud similiter impium erit. Aeternus ergo & nō factus, neq; unus ex omnibus filius est. Quum igitur creatura nō sit, nec omnibus cōnumeratus, super omnia, & in omnibus uerus deus esse intelligetur. Præter hæc: Si deus pater lumen est, erat semper in ipso splendor suus. Si filius character est substantię patris, ut Paulus clamat, dicant nobis, quā *Heb.1.* do substantia patris sine charactere suo erat? simul enim substantia & character eius inducitur. Si ueritas & sapientia filius est, & quomodo non semper in deo patre est? Nam si pater in filio uidetur, & filius incommutabilis substantiæ genitoris imago est, sicut ab ipso dicitur: Qui uidet me, *Ioan.14.* uidet & patrem meum: necesse est, ut ei æternaliter insint omnia, quę patri etiam insunt. Sic enim character erit non diminutus, sed pater immortalis est, & rex, & creator, & omnipotens, & Deus uerus, filius ergo etiam hæc est. Quomodo enim in re facta, aut in eo, qui aliquando non fuit, æternitas inerit, aut in creatura creatoris? Imagines em *Remotio cæ-* exemplarium similitudinem semper tenent. Sed *uilli.* quasi mulierculas nos indoctas interrogant. Habebas autem filium antequā genueris? certe nō. Sic ergo inquiunt, & deus nō habebat filium antequā genuerat, non erat ergo semper filius. Sed si hominū propria, diuinę naturę accōmodantes D non erubescunt, fabros etiā aliquos interrogent: si possent absq; materia opus suū efficere: & si nō posse respondebunt, inferant ex hoc, deo etiā materia opus esse ad productionem uniuersi: & ita nō erit creator, si nō ex nihilo, sed ex præsubiecto principio atq; materia fecisse inueniatur, constructorq; magis erit, quā creator. Quod si hoc sicut impiū fugiunt, aut causam afferant, quam obrē in generādo nihil plusq; homini deo attribuunt: in creando uerò nō ita, sed super hominē deum esse nō negāt: aut ita deus, pater erit super hominē, sicut & creator. Sed absurdius adhuc Arriani interrogant, utrum quū esset filius, an quū nō esset, pa- *Captiones Ari-* ter eum genuerit. Quos similiter nos quoq; inter- *anorum.* rogare poterimus, utrum deus quum esset, factus sit: an antequam esset, fuerit. Et utrum quum es-

set, seipsum fecerit, an ex nihilo repente ipse prorupent. In his enim omnibus, non aliter quam interrogatio, responsio quoq; ipsa impia erit. Nos uerò pie dicimus, æternum patrem esse, & filium similiter æternum. Sicut enim nunquam erit lumen absque splendore suo, sic non erit pater absq; filio, propter quem pater est. Erat autem semper deus pater, erat igitur semper ille quoque cuius est pater. Arriani uerò, sicut instrumentum, audent dicere à patre filium fuisse productum, quo sibi uidelicet op⁹ esse ad creationem omnium rerum uidebat. Sed si qui est & erat, filio qui non erat, egebat: quis erit maior, utrum qui egebat an qui egestatem supplere potuerit? Non est ambi- *Ibidio ca-* guum, defectum hoc modo in utrisque fuisse, & *uilli.* utrunq; per se imperfectum inueniri. Nam si genitus pater filio indigebat, qui postea sibi secundus pater natus est, æternitatis paternæ generabilij natura plenitudo facta est, & ita inuisibilia mexta sunt. Hæc quia impia sunt, non est ut instrumentum productus à patre filius, nec postea filius natus, sed coæternus est, sicut uirtus & sapientia eius. Illi uerò, qui quasi mulieres interrogant, utrum habueris filium antequam genueris? cur etiam non interrogant, utrum si filius tibi natus est, similis tibi secundum naturam, aut eiusdem substantiæ sit, an alienæ? Quumq; audierint eosdem substantiæ esse patrem & filium, idipsum de alio quoque dicant, neque ad impietatem ideam tempora uel durationes considerent, sed naturæ identitatem in genitore & genito confiteant. Quumq; nobis hac ratione dederint ex substantia patris generari filium, tunc de tempore solum & duratione contendant. Nobisque respondeant, quid prohibet, ne deus pater sit semper; quum necessitati naturæ nostræ deum subiicere impium sit. Nimirum enim longe distant à diuinis humana. Solem ergo respiciant si uolunt, si lux quæ est ex eo, semper cum eo sit: & absolutis semper inuenerint fuisse quæ ex ipsis, quanto magis cum æterno deo filius semper erit. Nam si secundum naturam ex patre est, nec ulla ratio cogit, ut in tempore, uel duratione aliqua Deus generet, erat certe coæternus patri filius, qui ex ipso est, per quem à nihilo uniuersa facta sunt. Scire igitur oportet eos, qui uolunt discere, non diuisibiliter aut corruptibiliter generare Deum, ut aliqua possit passio in generatione ipsius intelligi. Diuidi enim & fluere, corporeæ naturæ propria sunt: incorporeæ uerò & diuinæ, nec passio, nec diuisio, nec aliquid huiusmodi accidit. Nō est igitur filius quasi pars aliqua patris, sed ex ipso et in ipso. Nā quia ex ipso est, filius uocatur, quia uerò in ipso, sapientia & uerbū. Coæternus igitur genitori est: nunquam enim intellectus sapos, sine sapientia & uerbo fuisse patrem, dicendebit. Nam si humanus intellectus uerbum quod seipso generat, nec passio ulla propter hoc illi accidit: & uerbum quidem in mente, mens uero in uerbo, & omnino alterum in altero uidetur: nec



sine uerbo, mens & intellectus unquam fuit. Nō A erit enim mens, si uerbo caret. Verbum autem dicimus non solum quod lingua profertur, uerum etiam id quod intellectualiter ex mente prodit. Nemo certe dicet, non esse in deo proprium uerbum eius, quod perfectam imaginem patris ex perfecto patre gerit, & in patre propter substantiæ incōmutabilitatē uidetur. Quare si recte credere uolumus, necesse erit fateri nō accessisse posstea deo ut pater sit, sed semper ipsum patrē esse. Mutabilis profecto pater esset, si non semper esset pater, ut hæreticorum furor confirmat. Nam si bonum est ipsum esse patrem, nec fuerit semper pater, nō fuisset deus aliquādo bonus, quod impium est. Erat ergo semper pater coæternus filio. Sed opponunt rationem similem: Quoni- B am dicentes bonum esse creare, erāt semper creaturę. Nam si aliquando non fuerint, uidebitur deus non semper esse bonus. Sed semper, inquiunt, bonus est, quamuis aliquando creaturæ non fuerint. Quare etiam si non semper pater fuerit, bonus tamen fuit. Nos uerò ad hæc dicimus, magnam esse differentiam inter filium & creaturas. Filius enim ex substantia patris prodit, & eum statim, ex quo prodit, patrem esse ostendit: creatura uerò est extra substantiam, & tunc solum actu creatorem ostendit, quando creator creare uoluit. Quasi enim ars faciendi erat in ipso, etiam antequam creaturas produxisset. Quum igitur tanta differentia sit, ut patre nominato, filius statim intelligatur (simul enim pater & filius sunt, nec alterum sine altero intelligitur) nec uolun- C tatis id sit opus, sed naturæ proprietas: creatore uero nominato, nō statim, sed postea etiam possit creatura produci. Idq; quoniam non est ex natura eius, sed uoluntate quasi per artē facta: quomodo nonnulli quasi idem sint creatura & filius, patrem ipsum posse appellari, etiam si aliquando filius nō fuerit, similiter contendunt, sicut & creator ante creaturas poterat appellari? Artem em habentem fabrilem, fabrum appellamus, etiam si nihil fabricetur: idq; ideò, quoniam potest fabricare si uoluerit. Patrem autem non dicimus, nisi filius natus fuerit, propter quem pater dicitur. Ita que opera etiam si facta non fuerint, non interimunt tamē operatorem, ut ita dicam: nec faciūt, dum natus, facit ne quis pater nominetur. Non est ergo idem creatura & filius. Quoniam Deus natura creator est, etiam ante creaturas: pater autem non est, antequam filium generet.

*Quod nō fuit pater ante filium, quamuis ingenitus sit, sed coæternus sibi semper fuit genitus filius.*

CAP. VI.

*Ibidem.*

SI absq; principio (Eunomis ait) & semper ingenitus pater est, sicut & uos conceditis, filius uerò genitus esse creditur: quomodo non erit necesse, ut genitus principio circūscribatur? hæc ille. Nos autem dicimus nullam rationem cogere, principio circunscribendi genitum, quum sit genitor ingenitus. Non enim de rebus corporeis

sermo est: ut quod genitum est tempori subiiciatur, & quasi à non esse ad esse progrediens, principio circumscribatur. Sed de diuina & ineffabili natura, in qua omnia ineffabiliter, et ut deo cōuenit, sunt. Diuinæ generationis ergo modus intellectum humanum excedit, nec legibus hominum subiacet: sed tantum humiles naturæ leges superat, quantum natura humana à diuina superatur. Nolint ergo principio circūscribere illum qui super omnia principia durationis est, qui ad Mosen dicebat: Ego sum qui sum. Ei uerò qui *Exod.3.* semper est (hoc em̄ significat: Ego sum qui sum) quod durationis principium quispiā attribuet? Eunomius autem, quia ingenitus pater est, & filius genitus: idcirco putat quia pater principium nō habet, filium habere principium. Sed quamuis ingenitum & genitum opposita sint, et patris ac filij notiones sint, non tamen omnia opposita eis attribuūtur. Pater enim deus est, neq; idcirco filius deus non est: & quum pater rex sit, & filius similiter rex est. Eadē ratio erit in cæteris. Est nanque uterq; immortalis, inuisibilis, & omnipotēs: non ergo insunt filio cuncta, quæ opponuntur ijs, quæ patri insunt. Nam quæ naturalia sunt, utriq; inesse demonstrantur. Aeternus autem secundum naturam pater est: æternus ergo etiam filius similiter est. Multa quoq; in corruptibilibus rebus uidemus oppositis nominib. nominari, & tamen in multis naturalibus conuenire. Animali enim, nō animal oppositū, ut equus & planta: & tamen multa utriq; communia sunt. Quæ igitur ratio coget ingenito patri & genito filio, qui oppositis nominibus distinguūtur, nihil esse cōmune? Non enim interimitur naturæ proprietas, quoniam alter subsistit altero modo. Generatio enim, quomodo est filius, significat. Id porrò æternitatis rationi minime obest. Præterea si ex mortali mortale nascitur, & corruptibile ex corruptibili: contrà quoq; necesse est, ut quod ex æterno & immortali nascitur, id æternum, immortaleq; sit. Quare ita se natura habebit filius, sicut & genitor eius. Nō est ergo factus filius: qui uerò factus non est, quomodo principio circunscribetur? qui porrò circunscriptus principio nō est, is coæternus patri est. Adhæc, qui ab aliquo principio generationem filij credunt incœpisse, uehemēter errant, nihil filio dei plus quam homini attribuentes. Homo enim quoniam ex non esse incepit, necessariò etiam generatio eius incepit. Et quod ex eo est, separatum à seipso habet filium suū: sed sicut Deus ipse sine principio & ingenitus est, sic quia ex substātia eius prodit filius, sine principio & non factus est. Sed insuper à nobis, qui coæternum patri filiū credimus, Eunomius quærit, an pater cessauit iam generare? Nā si cessauit (ut ipse opinatur) generādi cessa- *Quod diuina* tio, inquit, principiū essendi filij est. Sed quoniā *generatio fuit* super omne tempus & omne principium, & omne spacium substantia dei est: generatio quoque dei super omnia illa est. Nec priuabitur natura diuina potestate generandi, quoniā absq; tempore

*non habet.*

generat,

Universidad de Deusto
Biblioteca



generat. Alius enim diuinę generationis modus A
est, quàm humanæ: simul enim esse Deum, & ge
nerare ipsum credimus, quamuis mente genera-
tio post intelligatur. Erat igitur in ipso genit⁹ fi-
lius. Nec præcedit generatio eius esse ipsius, sed
semper simul & est & generatur. Quare qui aus⁹
est dicere, cessasse patrem à generãdo, crimine im
pietatis non caret. Tres enim mutationes in diui
nam induxit naturã: quia tria spacia in huiusmo-
di generatione quę cessauit, necessariò dantur: u-
num ante generationem, alterum in ipsa, tertium
post ipsam. Si ergo sic deus genuit ut & incœpe-
rit, & genuerit, & cessauerit: quomodo immuta-
tus non est? aut quomodo ipse seculorum erit cre
Heb. 1. ator? & quomodo Paulus uere de Christo dicet,
per eum facta esse omnia: si durationis aliquod B
spacium antequam natus esset, secundum furorẽ
istorum præcesserit? Ad hęc quomodo in tempo
re genuit deus, aut in spacio & duratione, qui hui
usmodi naturam omnium, ut cętera omnia exce-
dit? Nec tamen omne quod generat, hoc est pro-
ducit ex se naturaliter, à non generando ad gene
randum procedit: nec omne quod generat, gene
rare quoq; necessariò cessat. Ignis enim ex se ipso
calorem, qui naturaliter in ipso est & lucet, gene-
rat atq; producit, nec à non calido calidus factus
est: nec cessabit unquam generare & producere,
quod secundum naturam in eo inest. Sed simul
atq; factus est ignis, & calor & lumẽ in ipso sunt.
Si ergo etiam in creatis, huiusmodi generãdi mo
dus uidetur, quomodo non erit impium maiora C
ipsi non concedere, cuius magnitudinem huma-
nis mẽs assęq; nullo pacto potest? Præsertim quũ
genitum ab ingenito, sicut & factum à non facto
plurimum distet: contraria enim esse uidentur. Si
ergo factum est omne, quod à facto natum est, si-
militer quoq; quod ex non facto nascitur, factum
non erit. Sed filius ex patre non facto, & æterno
nascitur, ergo & ipse nec factus, & coæternus pa
tri est, seruans in seipso omnem paternæ naturæ
*Tergiuersatio hæreticorum.* dignitatem. Sed nos, inquiunt, non negamus co
æternum dici patri filium, nõ tamen quia semper
cum ipso fuerit, sed quia pater semper uoluntatẽ
habẽdi filium in se habuit. Temerarie id dicitur,
& impie creditur. Quis enim non uiderit, de pro-
ducẽdis singulis etiam creaturis uoluntatem es- D
se in deo? non enim inuitus, sed uolens propter
bonitatem suam cuncta creauit? Quæ igitur erit
differentia inter creaturam & filium: si utrorunq;
uoluntatem dei fuisse causam concedemus? Aut
quis mentis compos nõ clamabit aduersus istos
qui filium & creaturam, ratione naturæ in infini-
tum distantia, æquali mensura colunt? nihil plus
attribuentes uerbo, quod ex patris substãtia pro-
dit, quã creaturis, quũ in prescientia dei & uolun
tate, utrunq; fuisse cõtẽdant. Præterea si filius nõ
erat semper cũ patre, sicut coæternus, & ex ipso se
cundũ naturã prodiens, sed postea accidit ei: pa-
tri quoq; necessariò accidit ut pater sit, & ira mu-
tatus est. Nam quod antea non erat, id postea, se-
cundũ uos factus est. Sed ab omni mutatione lõ-
ge abest dei natura. Nõ accidit ergo deo ut pater
fit, sed est ei coæternꝰ filius: ut igni calor, genitus
ex eo, sicut ex lumine splendor. Sed si perfectus
inquiũt, pater in sua magnitudine est, nec aliquid
ad perfectionem suæ naturæ deest, superflue que-
si plenitudo deitatis sue filius sibi adiũgitur. Per-
fectus certè pater in sua magnitudine inuenitur,
nec sanæ mentis id quisquam negabit. Perfectus
autem est, nõ solum quia deus, sed etiam quia pa
ter. Quare qui deum negat patrem esse, is fœcun
ditatem aufert à diuina natura, ut iã perfecta non
sit, quũ generandi uirtute careat. Notio ergo per
fectionis, fœcunditas est: & sigillum quod patris
ostẽdit perfectionem, filius est qui ex deo prodit.
Præterea, si paternæ substantiæ fœcunditas non
secundum naturam inest, perfectus q̃ sit etiam in-
ne generãdi potestate, superflua & forinsecus ac-
cita est generatio: deforis aũt accitur, quo quis in
diget: quomodo ergo perfectꝰ est, qui indiget
aut quomodo inuectum extrinsecus aliquid deo
est, quasi non à seipso perfectꝰ? Natura igitur pa-
tris fœcũditas, & ideò perfectus est, quia ge-
nuit. Ad hæc si perfectus in sua magnitudine pa-
ter est, etiam si nulla fœcunditate polleat, ut uos
opinamini deforis (sicut & creaturæ) & non es-
substãtia sua productus est filius: eritq; superfluus
quantum ad perfectionẽ dei pertinet, productio
eius, sicut & creaturarum. Hoc enim erat Deus,
antequàm nos creati essemus quod nunc etiã est.
Nihil em̃ ei attulimus, à nihilo ad esse producti.
Etsi ad nihilum redigemur, nihil ab ipso detra-
mus. Sicut ergo nos gratias agimus deo, quòd in
nitate sua nos creauit: filiꝰ quoq; agat similiter, si
credatur nobis similis, quasi ad extra creatus, sic
ut & nos. Sed maxima in his uerbis impietas est.
Fugienda ergo sunt: & filius ex substãtia geniti
ris esse credatur: sic enim & filiꝰ uerè erit. Sed nõ
est (inquiunt) deus propter fœcunditatem perfe-
ctus: sed quoniã deus, ideò perfectus, & postea
factus est pater. Dicatis ergo nobis oro, quo nunc
impietatis foueam formidatis, si postea Deus fa-
ctus est pater, quid erat antequã pater fieret? Nã
quoniam erat deus, & pater etiam erat: aut si ali-
quãdo deus pater nõ erat, secundũ uos, omnibus
manifeste scripturis contradicitis. Deum enim
trem semper fuisse cognoscunt. Quod nomen
semper inerat deo, necessariò cœternus sibi filius
erat. Non erat enim pater absq; filio. Sed magis
quid afferre deo hæretici putant, quũ nõ semper
patrẽ, sed semper deũ fuisse asserunt. Necuideri
ad contumeliam id potius pertinere. Nam ut ser-
us ad seruientia, & ad creatam naturam habitu-
nem habet, sic pater ad filium. Ita re maiore deum
priuantes, nunc sentiunt. Melius est enim filium
trem esse, quàm creaturæ dominum. Denobis
nim dicitur, quod populus pascuæ suæ sumus, q
pecudes manus suæ. De filio autem: Qui quæ
set in forma dei, non rapinam est arbitratus fo
æqualem deo. Et rursus ad ipsum: Sede à dext
meis. Per ista igitur & similia, quantum à creatu
differat filiꝰ, intelligimus. adde, quòd sicut pate
ad filium



ad filium dicitur, sic deus ad creaturas, quę non e- A
iusdem sunt cum ipso naturæ. Quare necesse est,
simul patrem & filium intelligi, aut si postea geni
to filio factus est pater, postea quoq; quando per
*Ioan. 1.* uerbum omnia facta sunt (per uerbum enim facta
sunt) antea pater fuit quàm deus. Creatura enim
omnis cuius est deus, post filium facta est. Acce-
dit quod æquius est patrẽ appellare, quàm solum
modo deum. Nam si patris nomen non esset di-
gnius in deo, quàm ipsum nomẽ deus: quur cùm
discipulos saluator ad baptizandum mitteret, nõ
*Matth. 28.* iussit ut in nomine dei & filij, et spiritus sancti ba-
*Ioan. 14.* ptizaretur: sed quasi maiorẽ diuinę naturæ ostẽ-
dens dignitatem: In nomine patris, inquit, & fi-
lij, & spiritus sancti. Philippus uerò, quum diui-
nam curiosè scrutari naturam uellet, Ostende no
bis patrem dicebat: non, ostende nobis deum. Et B
ipse saluator: Tanto tempore uobiscum sum, &
nõ cognouistis me? Philippe, qui uidet me, uidet
& patrem meum: non dixit, & deum. Non enim
minus, sed maius uoluit genitori suo attribuere.
Pater enim à maiore atque digniore, hoc est, ex fi-
lio, intelligitur: Deus uerò à creaturis, quæ tãtum
distant à filio, quãtum natura seruus à natura do-
mino, & creator à creatura. Ad hæc, quamuis si-
*Ioan. 20.* mul & deus & pater est: per prius tamẽ pater est,
quàm deus. Quod saluator ostẽdit, quãdo in cœ-
los uolebat ascẽdere: Ascendo, inquit, ad patrem
meum, & patrem uestrum: & deum meum, & de-
um uestrum. Vides hinc patrem ad filiũ dici, deũ
ad creaturas. Si ergo creaturæ secundo loco sunt
post generationem filij, per prius pater est quàm C
deus, quod inde melius perspicietur. Nam digni
tatem, quam ipse filius habet natura, ut uidelicet
deus pater suus naturaliter sit, & nobis ex miseri-
cordia largiens addidit: & patrem uestrum. Ado-
ptati enim sumus per ipsum, ita pater eius secun-
dum naturam, pater noster per gratiam est. No-
stra uerò in seipsum assumens, & quæ seruorum
sunt (quia serui formam accepit) sibi accommo-
dans, addidit: & deum meum, & deum uestrum.
Pater igitur ipsius secundum naturam est, noster
autem deus. Et quoniam per filium facti sumus,
per prius est pater quàm deus, quamuis simul sit
& pater & deus. Sed coæternum (ait Eunomius)
nos quoq; filium patri fatemur, eo quod potesta-
tem generandi, etiam antequã generaret, pater in D
*Contra Eu. nomium.* seipso habebat. Nos uerò adhæc dicimus: si quo-
niam potestatẽ generandi pater habebat, idcirco
coæternum sibi filium esse creditis, & non quia
simul semper cum patre genitus filius erat: quur
etiam creaturas (quoniam posse creare semper e-
rat in deo) coæternus patri non dicitis? Nam si so
lummodo, quoniã poterat esse, idcirco fuisse cre-
ditis, quid prohibet coæternus etiam ipsas deo di
cere? Sin autem absurdũ est, quoniam creare po-
terat deus, fuisse creaturas contendere: nec ideo si
lius erat, quia pater poterat generare, sed quia ge
neratur ex ipso secundum naturam: ideo semper
cum ipso est, & coæternus ipsi, sicut calor igni, &
flori odor. Præterea, quod generare potest, non
dum actu generat: posse igitur patrem generare,
non est esse filij: sed quia deus pater est, ideo ex ip
so filius esse intelligitur, per quem Deus pater est.
Simul ergo pater & deus, et cum ipso filius, ut ser
uetur in deo quod pater sit. Sed si coæternus est fi
lius patri, Eunomius inquit, nunquam pater ge-
nerationem peregit, sed generandi actu semper
caruit, quomodo ergo genitus filius est? si uerò
actu genuit, qui genitus est, esse necessariò cœpit.
Si de creaturis sermo esset ô homo, recte quasi o-
perantem deum induceres. Verùm quoniam nõ
opus filium credimus, nec ad extra productum
fatemur, sed genitum ex substantia eius prædica-
mus: quur infesti estis, operatorem in generando
patrem fuisse, impie contendentes? præsertim cũ
generatio etiam in nobis hoc non patiatur. Ope- B
ramur enim quæ extra sunt, generamus autem ex
nobis. Quoniã igitur filius, opus non est, sed æter
ni patris genimen, habebit omnino genitoris sui
nobilitatem, nec minus æternus erit quàm pater.
Verum ne contentiosi nimium uideamur, conce
datur hæreticis actiuam esse (ut dicunt) genera-
tionem patris. Quanquam enim absq; passione
deus generat, dicendi tamen modus huiusmodi
est. Sed sicut actiua est, sic naturalis, & substantia
lis, & inseparabilis ab hypostasi. Quare necessa-
riò coæternus patri filius erit, quum generare in-
separabile sit ab hypostasi patris. Quũ igitur sem-
per paterna hypostasis sit, erit semper etiam ex ip-
sa naturæ suæ fructus. Quomodo igitur non e-
rit coæternus patri filius? maxime quũ in creatu-
ris uideamus, quæ generandi potestatem diuisibi
lem habent (hæc enim corporum lex est) tunc ad
generandum actu peruenire, quando ad certam
ætatis mensuram peruenerint, sicut animalia &
plantæ. Hæc enim non generant, quum imperfe-
cta fuerint per ætatem. Quare quum pater perfe-
ctus semper sit, quid prohibet æternaliter eum ex
seipso coæternum sibi filium generare? Magis er
go mirari eos oportet, si non esset deo coæter-
nus, qui ex ipso est. Perfectus enim pater semper,
semper generat. Quare stultum est interrogare
quando genuit. Sed si perseuerãt interrogantes,
nos quoq; interrogabimus: quando incepit cale-
facere ignis, sed non inuenient huius principiũ,
simul enim ignis est, & calefactiuus est. Si ergo
creaturæ simul sunt, & sic sunt, cùm Deus super
creaturas suas sit, quur non simul & esse creditur,
& filium ex seipso genitum habere?

### *Quod indiuisibiliter, & absq; corruptione pater ex seipso filium generat.*

### CAP. VII.

SEd quomodo (inquit Eunomius) nõ erit ne-
cesse fateri diminutam esse substãtiam patris,
si filius ex ipsa prodit, quasi pars inde decisa? In-
cõmutabilitas ergo patris seruabitur, si filius non
erit, quasi paternæ substantiæ pars, nec ex ipso pa
tre, sed extra productus, & coæternus ei solũmo-
do secundum potestatem, quæ in uoluntate pa-
tris semper erat. Paulò altius quàm de corpori-
bus deceat, de deo loquẽdum est Eunomi, etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca



si quemadmodum homines, sic Deum defluxibus in generando diminui putas, quasi aliquid ex eo in uerbum suum defluat atque separetur: quid prohibet similem impietatem ad alia quoq; deducere? Nam si ut homo, cum passione generat, quur etiam ut homo, non creabit laboriose? Quod si absurdum est, laboriose deum ueluti hominem quicquam facere, absurdum etiam erit, sicuti hominem per passionem generare. Quod si ueluti homo generat, & ueluti homo facit, quoniam nos in præsubiecta materia manus extendimus, ut aliquid inde faciamus, ita de deo tibi quoque dicendum erit. Sed absque manibus & materia ex nihilo ad esse cũcta deus uerbo suo produxit, omnem naturã creaturarum superans. Quare in generando quoq; ipsam superabit. Quod si uoces nõ aliter, quàm si de corporibus dicerent, deo accommodas, quum deus contínere uniuersa scribatur, quumq; contínere dicantur, quæ maiorem ambiunt corporum locum, magisq; extenduntur, necesse tibi erit, ut incorporalem Deum per uniuersa loca extensum intelligas. Sed hoc scio, ut impium euitabis. Sicut ergo non corporum lege cuncta deus continet, sic nec corporum more generat. Præterea, quod in omnibus est, & uniuersa penetrat, id omnibus connecti necesse est. Est autem deus in omnibus, & penetrat omnia, nec tamen connecti corporibus ipsum credemus. Manet enim in sua synceritate Deus, nec aliys commiscetur, quamuis ubicq; sit, & omnia penetret. Impium ergo est, sicut corporibus, ita ipsi potestatem uerborum accõmodare. Adde quod non compositus, sed simplex deus est: & tamen diuersa, uariaq; operatur, neque hinc simplicitas sua quum diuersimode in singulis operetur, modo aliquo læditur. Sicut ergo in his, cæterisq; omnibus naturam corpoream excedit, sic etiam in generando. Sed necesse est (Eunomius inquit) si ex patris substãtia filius prodit, ut in ipso prius potentia insitus fuerit: sic enim ex eo prodire uidetur. Deinde si pater nullum post uerbum filium genuerit (unigenitus enim est) generandi potestate priuatum dicatis, sed diminutum etiam ex parte inueniri, negare non potestis: quum filius ex ipso semel prodierit, nec in ipso sicut prius insitus sit. Nõ erubescís ô homo, proprietatem corporum deo attribuens? Et sicut corpus in corpore, sic filium in patre præfuisse dictitans. Non enim sicut in hominibus, in genitorum lumbis filij antea continetur, sic & in deo. Quid eñ prohibebit, si ad miseriam corporum diuinam essentiam quispiam deduxit, existimare nullo modo posse patrem generare, quoniam fœmineum sexum non habeat, sed nec uirilem quidem? Hæc enim in corporibus solum inueniuntur, ipse autem simplex et incorporeus est, & intellectus synceríssimus. Quare oportet, si quis generationem illam, in quantum homini licet, inuestigare uelit, quæ ex mente ac intellectu prodeunt considerare, & ex huiusmodi similitudine ad generationẽ uerbi, quantum in hac uita possumus intelligere, capiendam manu duci. Pars enim mens hominis cogitationes bonas, ut saluator dicit: A corde nanq; boni hominis, inquit, bona procedunt. Si ergo stultum est arbitrari, nihil ab humano intellectu prodire, quia & dominus hoc asserit, & res ipsa clamat: quomodo non erit absurdum, supremum intellectum, qui deus est, quicq; omnem intellectum excedit, infœcundum opinari? autíte cunditatem ipsius corporum legibus subijcere? præsertim quum ipse noster intellectus, non corporis more generet: quomodo ergo Deus, qui omnem intellectum excedit, ad corpora deducetur? Sine passione igitur ex patre filius effulsit, secundum ineffabilem & incomprehensibilem diuinæ generationis modum. Ad hæc, quicquid ad similitudinem alterius factum est, nequaquam potest ad exemplaris æqualitatẽ accedere, sed ab illius gloria secundo loco inuenitur. Sed creatura natura uirtute diuina formata est, fœcunda per gratiam, ad diuinæ fœcunditatis similitudinem, quæ uere ac proprie fœcunditas est: deficiet ergo in generando, nec; ut deus, ad similitudinem eius fœcunda est, generabit. Quod si uerum est, ut cuti certe est: non ut creatura Deus, sed supra omnem creaturam fœcundus est: quare nec; ut creatura generabit. Sed perfectus pater ante generationem filij erat, Eunomius ait: quomodo ergo ipse perfectus etiam post generationem erit, si ab unitate in dualitatem processit: Necesse enim est quicquid ab unitate in dualitatem uenit, minus seipso uigere, nisi multiplicata substãtia eius sit, uel adaucta interea fuerit: quorum neutrum essentiæ diuinæ accidere potest. Non genuit ergo ex seipso pater filium, ne ista sequantur absurda. Nos uerò ad hæc non uerebimur dicere, errantes, neque scientes scripturas, neque uirtutem Dei. Quomodo enim quod à nihilo ad esse productum est, simile in omnibus increato & æterno deo patrierit? Nam si factum est, non erat aliquando. Quomodo autem non erubescunt diuisiones & passiones in diuina generatione intelligẽtes, & creaturæ legibus ineffabilem subijcientes essentiam? Non erit certe creaturis suis creator æqualis, nec modo illarum generabit: sed sicut in cæteris omnibus creaturas excedit, ita etiam in generando ineffabiliter, & ut Deum decet generabit. Diuisiones enim & minutiones, crementum & multiplicationem, & defluxus quidem atq; defectus corpora in generando patiuntur, quæ instrumentis quoq; atq; membris egent dum pariunt. Nam in cæteris quoque operationibus suis organo opus sibi est: aliter enim facere opus nequeũt. Deus autem uerbo suo perficit omnia, & nutui suo cuncta obtemperant. Si ergo in hoc nulla passio Deo accidit, quomodo in re maiori hoc est, in generando, corporum proprietas ei accidet? sicut ergo non ut creatura facit, ita etiam ut non creatura generabit. Præterea, pater filium ex seipso ut lucem uel splendorem indiuiduliter, & absque ullo spacio emittit: sicut ex seipso lucem atque splendorem, quamuis solis splendor non propriam habeat hypostasim, nec perfecte ipse in seipso essentia sit, sed esse in solem habeat: filius uerò dei huic exemplo in hoc solummodo similis est, quod ex patre indiuisibiliter & sine ullo spacio emanat. Propriam uerò ipse habet hypostasim, quamuis nõ separatam à patre, sed in patre & cum patre intellectam: inciliones autem & diminutiones, ac passiones & separationes in diuina generatione intelligere stultum omnino est. Nam quũ deus nec sit nec possit esse in loco, quomodo separationem suscipiet? Quò enim ibit quod separatur? aut unde separabitur? Corporum enim hæc propria sunt, & ab incorporea natura penitus aliena. Non fingant ergo impie simul ac stulte passionem aliquam in ea natura, quæ nihil passionis suscipere potest: sed credant quod sicut mirabiliter omnia producit à nihilo, sic ex seipsa mirabiliter generat. Quo modo autem indiuisibiliter & absq; passione filius ex patre prodit, similitudinibus subintelligere possumus. Nam sicut uerbum quo utimur, ex mente prodit: idem enim est cum eo uerbo quod in corde uersatur, quamuis aliud esse uideatur, in quantum quasi à profundo in lucem per os emittitur: sicut in quam uerbum quo utimur, & quod in corde est, etiam si taceamus, in mente est, & ex mente prodit: sic & filius dei indiuisibiliter ex patre prodiens, character & similitudo eius est.

Verbum enim eius est in propria hypostasi, uerbum, inquam, uiuens ex uiuo patre. Vnde uerbi appellatio propter hanc similitudinem uerbi nostri ad diuinum, ipsi filio Dei in scriptura sæpius attribuitur, ut in Psal. Eructauit cor meum uerbum bonum, & in euangelio: In principio erat uerbum, & in alijs pleriscq; locis Præterea, sic ex seipso absque passione filium genuit pater, sicut sapiens ex sapientia sua quicquam excogitauerit atq; peperit, ueluti Geometriam, Musicam aut aliquid huiusmodi. Hæc enim fœcundæ sapientiæ fructus sunt, & sic se habent secundũ naturã, ut excogitatum artificium à sapientia nõ sit separatum ab ea. Nam quum sit ex seipsa, in ipsa etiam est, & imago eius est. Videtur tamen, quamuis in separata sit, res alia esse: sic filius inseparabiliter ex patre est, & in propria hypostasi, quamuis huius aliarumq; similitudinum uim excedat. Nam qui diuinorum dogmatum ueritatem quærunt, non humana sequuntur. Nec quoniam pater genuit filium, diminutum esse credunt: nec quasi multiplicatũ in dualitatem, sicut hæretici contendunt: nec defluxum aliquem in essentia diuina factum opinantur. Hæc eñ, sicut de nobis uere dici possunt, sic de deo impie cogitantur. Fugienda igitur sunt, intelligendumq; sic ex patre natum filiũ, ut sapientia ex mẽte, quæ (sicut & alia) quodammodo esse à mente, per expressionem ipsius uidetur, & in ipsa uere est: non enim separabiliter ex ea prodit. Nec defluxum mens passa est aliquem, quia sapientiam genuit: sed tota mens in sua natura conseruata est, & tota in sapientia depingitur,

*Cauillus hæreticorum.*



& in ea uidetur. Ad hæc, sicut creatiua dei uirtus, quamuis multa diuersaq; creando producat, non diuiditur tamen in singula illorum essentia diuina, sed una ineffabiliq; uirtute omnia creat: sic & generatiua uirtute indiuisibiliter generat. Et quẽadmodum spiritus sanctus nullam diuisionem in essentia patitur, quamuis diuersas emittat gratias, quas singulis ad mensuram eorum contribuit: sed est unus & idem spiritus, uarie, & absque passione in cunctis operans: sic & generatiua essentia dei nullam diuisionem, nullum defluxum, nullam passionem patitur: quum unicus eius filius ex ipsa effulserit. Sed si alius est quàm pater, natus filius (Eunomiani aiunt) & est in propria hypostasi: diuisa esse necessario concedetis omnia quæ patris sunt: non enim in ipso solum permanserunt, sed in filium quoq; transierunt. Quare uel pater perfectam non retinuit gloriam, si patrem eius filio dedit: uel si perfectam retinuit, filium rursus priuauit, & deitas quæ in unitate prius perfectam habebat gloriam, in dualitatem postea progressa, perfectam non habet. Aut modò in patre, modo in filio perfecta erit, & quasi mutuo ab altero ad alterum pertransibit. Hæc quum dicant, non erubescunt, uarijs fallisq; rationibus diuisiones, separationes, passionesq; diuinę accõmodantes essentiæ. Nec intelligunt in patrem sequoque plurimum blasphemare, mutabilem credentes, & à perfectione ad imperfectionem de la psum esse prædicantes. Ignorant certe qui hæc dicunt in quantam impietatem & se & alios his uerbis impellãt, filium à patre separantes, & diuisam esse gloriam essentiæ diuinæ inter patrem & filium, cogitantes. In unitate, inquiunt, prius erat pater. Num igitur quoniam filium genuit, & creandi uirtutem ipsi dedit, per quem omnia creat extra essentiam suam creandi uirtutem emisit, ita ut ipse priuatus ea sit? Sed hæc uel cogitare impium est. Pater enim usq; nũc operatur, & ego operor, ueritas ait. Sicut igitur uirtus creatiua non est separata à patre, sed est in eo perfecte, & similiter in filio: sic & gloria perfecta est in utroq;: similis enim in omnibus genitori suo est, perfectamq́ ideo habet gloriam, quoniam ex habente perfectam natus est.

*Cauillatio hæreticorum.*

*Ioan. 5.*

*Ad eos qui dicunt, utrum uolens an nolens pater genuit filium.*

## CAP. VIII.

VTrum, inquiunt, absq; cõsideratione pater filium genuit, an considerans atq; uolens? Nam si neque cõsiderans neque uolens, aliquid passus est quod nolebat: sin autem, quoniam necesse est cõsiderationem & uoluntatem ante rem esse, quæ secundum uoluntatem consideratur, patrem quoq; filio præfuisse necesse est: uoluntas enim & consideratio necessariò generationẽ præcessit. Vnde ad hoc deducti estis ô uos, ut uoluntate, aut non uoluntate patris, productum filium puteris? Ex qua id accepistis scriptura? quis unquam sanctorũ alterum istorum docuit? uel apud quem inueniuntur huiusmodi? Fuisse enim, imo esse uerbum dei, à scriptura didicimus. Volente

*Cauillatio hæreticorum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



autem patre, aut inuito productum, à uobis solis audiuimus. Reuelauit quippe filiũ pater, ex cœ-
Matth.3. lo dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mi-
Psal.44. hi complacui. & per Psalmistã: Eructauit cor me-
Ioan.1. um uerbum bonũ. Ioannes etiam tonat: In prin-
Psal.35. cipio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, &
Hebr.1. deus erat uerbum. Et Psalmista rursus ad patrem
Coloss.1. ait: Quoniam apud te est fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. Paulus uerò splendorem & formam & imaginem inuisibilis dei, filium appellat. Nec ullus inuenitur dicere, uolente aut nolente patre nasci filium: sed omnes, erat uerbum, dicunt, & est. Nec ullum temporis aut durationis principium creatori seculorum dederunt. Patet igitur à corde uestro hæc uos parere, à scripturaq; omnia hæc esse aliena. Nam si uolũtas patris B
generationem filij præcessisset, quur non ita de filio loquitur scriptura, sicut de creaturis? Creaturas enim præcessit uoluntas dei, ut est apud Mo-
Gen.1. sem: Faciamus hominem, & apud Psalmistam:
Psal.314. Omnia quæ uoluit dominus fecit. De generatione autem filij, nullibi tale quid legitur: sed erat & est in patre, & apud patrem, solummodo audimus. Quare si uolũtas dei (ut scriptura dicit) creaturas præcessit, de filio autem tale quid nusquam legitur. Non est creatura profectò filius, neq; per uoluntatem factus est, ut creaturæ: sed ex patre nascitur, & genitoris hypostasi est cæternus. Pau-
2.Cor.1. lus etiam de saluatore dicit: Quia dei uirtus & dei sapientia est. Ipse igitur dei filius est, in quo uult, & per quem omnia facit. Quomodo igitur per uoluntatem patris factus est, si in eo patris uoluntas est? Nam aut alteram sapientiã fingere necesse est, in qua deliberauit & fecit filium, ut uos dicitis: aut si altera non est, sed solus filius sapientia patris est, ipse quoq; uoluntas eius est: in sapiẽtia enim dei uelle ipsius est. Præterea, non est uoluntas dei in creaturis concreta, sed alia est præter illa, quæ per ipsam fiunt. Voluntate nanque dei facti sunt cœli, sed non sunt ipsi uoluntas dei. Quare si deus in sapientia sua deliberat, idq; quãdo filium etiam gignere uoluit, ut uos dicitis, quũ sapientia patris filius sit, alteram inesse patri sapientiam oportet, in qua quum deliberasset, genuit filium. Id quoniam uel dictu impium est: unus enim est filius dei, & non duo, quum ipse sit sapien D
tia patris, ipse quoq; uoluntas eius est, per quem omnia fiunt. Nam si ipse quoq; per uoluntatem natus est, præcessit certe uoluntas generationem ipsius, quare aliquando non fuit, et mentietur Io-
Ioan.1. annes, dicens: In principio erat uerbum. Nos autem non illum, sed uos mentiri credimus. Erat igitur, ut ille dicit, filius: & qui aliquando ipsum non fuisse aiunt, à seipsis falsa confingunt. Sed si filius dei non est natus, quia pater ita uoluit, necessariò pater inuitus genuit, inquiunt. Quæ uerò
Obiectio hæreticorum. præter uoluntatem fiunt, à coactis fiunt. Quare necesse erit maiorem pater confingere necessitatem, quæ ipsum ad generandum compulit, quod absurdissimum est: relinquitur ergo, ut uolens filium genuerit. Ad hæc autem quid prohibet nos



A quoq; ipsos interrogare, utrũ bonus, misericors, sanctus, uolens pater sit, an præter uoluntatẽ? Ni si uolens, huiusmodi deus est: uoluntas autẽ præter dit semper ad omnia quę uoluntate eliguntur, eas quoq; tẽpus uel aliquod spaciũ & duratio, quando hæc Deus non erat, sed de istis deliberabat. Quod si præter uoluntatẽ bonus, cæteraq; huiusmodi est, quis eum adhęc coegit? Ita interrogato uestra, leuitatis referta esse inuenitur. In naturalibus enim nulla præcedit uoluntas, quæ locum in illis solummodo habet, quæ sunt extra deliberantis substãtiam. Arbores quispiam plantat, aut naues fabricatur, quum antea uoluntatẽ ad hæc deliberãdo induxerit: quæ uerò natura fiũt, ad eam nulla præcedit deliberatio, nulla electio: quare nec uolũtas ulla. Nam etiam in hominibus multi generare uolunt, & non possunt: nihil ergo uoluntas ad naturalia cõfert. Sed interrogandi quoque hæretici sunt, utrum ipse pater uolens sit deus, an præter uoluntatem? Nam si uolens est, præcedit uoluntas essentiam eius: quod nec fingere quidẽ possumus: sin uerò præter eius uoluntatem est, quis eum coegit ut sit? Quod si est nec ex uolũtate, nec præter uoluntatem, eadem ratione filium quoq; genuit. Non ignoro hæc non inuestigari absq; periculo, sed coacti hoc facimus. Tenere nim semper oportet, Deum esse qui est, qui nullã essendi habuit initium, quum ipse cæteris omnibus principium sit. Præterea, dictũ est iam uoluntatem ad creaturas præcedere. Faciamus (inquit) hominẽ, & fiat firmamentum: & fiat hoc & illud. C
Qui sermo, quum quasi consilij significatiuus sit, uoluntatẽ dei in faciendis singulis ostendit. Si ergo uoluntas creaturas præcedit, quãuis opus fiat ad uoluntatẽ dei sequatur, non est filius creatura, per quẽ omnia facta sunt. Quare nec uoluntas generationi eius præintelligitur, sicut in creatione creaturarũ. Ipse enim est uiuens patris cõsilium, per quod uniuersa fecit. In cõsilio enim tuo (Psalmista canit) deduxisti me: quare si cõsilium patris est, quõ generationẽ suam uolũtas præcedet? Videbitur enim ipse seipsum fecisse. Et qui nondũ factus erat, secũdũ hæreticos, de seipso deliberasse uidebitur: q̃d absurdissimũ est. Non ergo uolũtate (ut creaturæ) factus est: sed erat & ei consiliũ patris, in patre, ut propriũ paternæ essentiæ germen. Ad hæc, ego (inquit saluator) in patre, & pater in me est, solũ enim patrẽ, & solũ filium significauit. Si ergo aliud aliquid præter filium uoluntas in patre est, non uere ista dicũtur, sed uera hęc sunt: ubi ergo uoluntas erit, si nullã medii inter patrem & filium intelligitur? Non ergo uoluntate natus est, sed ipse uolũtas patris est. Nam si uoluntas patris generationem filij, sicut & creaturas præcesit, quamobrẽ quæ idem principii productionis suæ habent, & per eandem uoluntatem facta sunt à deo, secundum naturã distant, ut alter dominus deus sit, alterę seruientes creaturæ? Manifestum igitur est, q̃d filium ideò dominum & dicit & est, quia patri in deitatis essentia cõgitur. Creatura uerò quęlibet ideo serua, q̃a extra substãtiam



substãtiam creatoris est. Necesse enim est, ut quæ A
tantam inter se differentiam habent, non idem habeant principium. Ita creaturę quidem ex uoluntate dei sunt. Filius autem ut uoluntas patris, æternaliter erat in patre. Quur autem quum interrogant, utrum uolens pater filium genuerit: sic quoq; non interrogant, utrum eum in prudentia genuerit? Idem enim uidentur consilia & pru-
Proverb.8. dentia: recte nãq; uult, quæ uult, qui prudens est: quare quasi aqpollentia in saluatore cõiungũtur. Meum, inquit, consiliũ & tutela, mea est prudentia & potentia. Nam sicut tutela & potentia ad idem reducuntur, sic cõsilium & prudentia. Quare igitur non interrogant, si pater in ipsa prudentia, hoc est, prudenter genuit filium? Quod si hor-
Heb.1. rent solummodo audientes, quomodo non impij sunt, interrogantes utrum uolens genuerit, quum hoc ad illud reducatur? Præterea incommutabilem Paulus filij ad patrem ostendens similitudinem, splendorem gloriæ ipsius & characterem substãtiæ appellat. Si ergo præcedente, secũdum uos, natus uoluntate est: quoniam est necesse non dissimilem secundum essentiam esse patrẽ imagini & splendori suo, erit etiã ipse pater præcedẽte uolũtate, quod omnino absurdissimũ est: non enim ex præcedente uoluntate, patris hypostasis esse ullo modo potest: quare nec filij similiter. Sed quomodo, inquiunt, nõ erit impium, ab inuito patre fateri natum esse filium? Vereantur oro, ipsum saluatorem dicentem: Quia pater dili-
git filium. Nam sicut bonus & omnipotentes est, C
quæ quamuis non habeat præcedente uoluntate ac electione consilij, non tamen inuitus hæc habet, uult enim id esse quod est: sic licet non ex uoluntate genuerit filium, non tamen inuitus habet eum, sed diligit, ut scriptũ est. Et sicut hypostasis patris est, non quia ipsam esse uoluit, sed quia est, nec ipsam esse nõ uult: sic & filius ex patre non inuito nascitur, nec tamen uoluntas generationem eius præcedit. Ad hæc, si splendor & character filius, uolũtate ac consilio factus est, secundũ uos: erat certe aliquando pater sine splendore, charactere suo: & ita sequitur non fuisse patris hypostasin semper generatiuam, sed mutatam cõsilio, ad id tandem peruenisse. Quod si uel cogitare impium est, credant ita patrem secundum naturam esse generatiuũ, sicut naturaliter bonus est. Præterea, si uolũtas non absq; interiore uerbo est: uoluntas enim est uerbum occultum in corde insitũ, quum filius patris uerbum eius sit, ipse quoq; uoluntas eius erit. Quomodo ergo uoluntas ex uolun-
tate gignitur? aut quomodo uerbũ ex uerbo? D
omnia enim hæc filius patri est, consilium, uoluntas, uerbũ, sapientia: quare nihil est in patre ante ipsum. Ad hæc, secundum naturam insitũ homínibus est, ut filios possint procreare, neque ut ex uoluntate probi aut improbi sunt, sic & patres sunt: sed hoc natura, illud uolũtate habent, & alterius nos sumus domini, alterius natura. Sicut igitur nos nõ ex uoluntate habemus, ut filiorũ nostrorum patres simus, sed à natura: sic & deus pa-



ter non ex uoluntate pater est, sed naturaliter. Et sicut nostri filij similes nobis secundum substantiam sunt, sic & filius dei, quoniam nõ deforis patri accessit, sed ex ipsius essentia prodijt, similis in omnibus genitori est. Et sicut pater non est ex uoluntate pater, sic & filius non est uoluntatis filius, sed ex patre secundum naturam, quum sit splendor & character genitoris sui. Sed interrogandi *Captiosa hæreticorum interrogatio*
sunt (inquit Eunomius) isti qui recte credere opinantur, utrum pater uolens genuerit filium, aut nolens? Nam si filius in patris substantia inerat, quamuis alius præter eum esset, nõ uoluntate natus est: necesse em erat parere ac emittere ipsum, qui natura insitus erat. Quod si non erat in patre, natus autẽ est patre uolente, necessario patris uo-
B luntas præerat. Non est ergo filius patri coæternus. Non possum satis mirari quomodo incaute in omnem isti blasphemiam incurrunt, tanquam indocti. Non enim erubescunt ipsum quoq; Deum necessitati subijcere, & sicut in humanis corporibus contineri aliquid in essentia patris dicere, aut quasi uasculum in uasculo, filium esse in patre. Nos uerò qui recte credere studemus, essentiam dei supra omnem necessitatem esse fatemur, & filium in patre, non ut corpus in corpore, uel quasi à corpore contentum esse credimus: sed ut inseparabilem à patre, & ex ipso emanantem secundum naturæ legẽ. Quod si putant acutũ quid dam afferre, quũ dicunt uolũtate aut nõ uolũtate necessario ipsum natũ esse, respondeant nobis: Si quis fingeret uoluntatẽ esse in igne, utrũ uoluntate ipsius calor ex eo flueret, an cõtrà? sed nihil poterunt respondere. Nam quæ natura prodeunt, neutrum istorum suscipiunt: quæ uerò extra producuntur, utrunque: in potestate nanque nostra sunt, si possumus. Sicut ergo etiã nos operamur uolentes, parimus autem ex nobis ipsis, nec ullum habet in pariendo locum, uelle aut nolle: similiter etiam Deus exteriora quidem producit, quia uult: filium uerò æternaliter ex seipso generat, nec ullum habet in hac generatione locum, uelle aut nolle, quamuis non est inuito patre genitus filius. Pater enim (ait saluator) diligit filium. Sed si pater (inquit Eunomius) non uoluntate atque iudicio genuit filium, sed ex natura ipsum habet: *Ioan.14.*
pater quia cognitionem etiam qua filium cognouit, non habuit ipse considerando, sed à natura. Didicit ergo, quia sibi filius erit, per quem omnia creabit: & sic cognitio patris de filio, patri accessit: à natura enim sua id didicit: q̃d absurdum est. Quare uoluntate ipsum produxit, præsciuitq; ipsum futurum, & sic uoluntas generationem antecedit. Quasi nos concederemus, per prius patrem doctum fuisse, quod filius sibi nasceretur, quàm eum pepererit: sic uersutissimus homo argumentatur: Ignoret enim nullum esse spacium inter patrem & filium, atque ideo nullum præcognitioni huiusmodi esse locum. Nam si per prius consilio usus est, & per prius didicit filium sibi futurum, spacia certe aliqua filium præcedent. Sed ipse & temporis & omnis spacij creator est.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quur ergo sic in diuinam blasphemat naturam, A
discentem, ipsam inducēs à natura sua, ut inquit,
filium sibi futurum: nec plus quàm homini, deo
concedere patitur. Præterea, si pater scit sem-
per se patrem esse, semper in seipso cognitionem
de filio suo habet. Cognoscendo enim quid ipse
sit, filium quoque cognoscit. Pater enim ad fili-
um, & est & dicitur, & conuersim filius patrem
nouit, quia scit quid ipse sit. A filiatione nanque
paternitas intelligitur, & à paternitate filiatio.
Erat autem deus semper pater, erat igitur semper
etiam filius. Illud etiam absurdum, quod pater nō
noscat filium ex seipso, sed à natura doceatur, quū
uterque ab eo quod ipse est, alterum cognoscat.
Ad hæc, non est aliud natura Dei, aliud ipse de-
us: simplex enim atque incompositus est, & ne-
cesse est, inquit Eunomius, aut uoluntate ac iudi- B
cio patrem genuisse, aut secundum naturam. Al-
terum esse non potest: nam si secundum naturam
solum genuit, non autem uoluntate atque iudi-
cio, absque consideratione sibi natus est filius.
Quod quoniam inconueniens est, relinquitur
uoluntati atque iudicio, nisi utroque modo dica-
tis: sed sic Deus omnino simplex non erit. Nos
uerò dicimus, nec iudicium nec uoluntatem, ge-
nerationem filij præcesisse: sed si putatis compo
sitionem esse in Deo, quia naturam & iudicium,
uel (si ita dicendum est) uoluntatem habet: id
quoque diligentius considerate. Generandi uim
naturaliter pater habet, creandi etiam per filium
uim habet, nec idcirco compositus est: hæc enim
omnia in una natura sunt. Eadem ratio erit de bo C
no & immortali, & omnipotente, & inuisibili.

*Captio hæreticorum.* Sed dicatis (Eunomius inquit) uos qui splendo
rem patris filium esse dicitis, quomodo splendo-
rem intelligitis? Nos enim aliter intelligere non
possumus, quàm ut lumen uel ignem potius in
lucerna positum, ex quo exteriora illuminantur.
Non enim omnia ignis uel lux replet, sed uno in
loco sita ad exteriora lumen suum emittit. Si er-
go tale quid de patre, & de filio intelligitis, neces-
sariò dicetis non posse patris essentiam omnia re-
plere, ut splendori suo etiam locus relinquatur:
nam si omnia pater replebit, ubi filij erit hypostа-
sis? Si patrem in loco putas quasi corpus contine
ri ô Eunomi: filio etiam suo locum quæras ne-
cesse est. Sin uero diuina essentia in loco non con
tinetur, quare interrogas ubi nobis filius erit, D
quum pater omnia repleat? Pater igitur in filio
est, & filius in patre, non tamen ut idem nume-
ro. pater enim in sua, & filius in sua proprietate
est. Hæc enim solum differentia inter ipsos est.
Nam pater in se est, & filius similiter in se: nec pa-
ter filius est, nec filius pater, & hæc sola distinctio
in eis est. Est autem in patre filius, sicut & solis
splendor in sole: & prodit ex ipso, alius quidem
ab ipso, sed unum natura. Sigillum enim
& imago perfectissima na-
turæ ipsius est.



*Aduersus eos qui dicunt, non patri, sed uoluntati eius similem esse filium.* CAP. IX.

MAgnus profectò furor mentes eorum o-
cupasse uidetur, qui non ipsi patri, sed uo-
luntati eius similem esse filium contendunt: pre-
sertim quum scriptura non ita de ipso definiat.
Non enim dicit saluator: Qui uidet me, uidet &
uoluntatem patris. Atqui oporteret, quum ipse
sit ueritas, non patri se, sed uoluntati eius similem
affirmare, si res ita se haberet, ut isti clamitant.
Non enim uoluntati se contulit, sed patri, cuius i-
mago est: quare apertissimè opinionem hanc in-
dicitus extirpauit. Sed dicant quæso, utrū hæc
uoluntas patris, cui similem filium faciunt, sub-
stantia sit & per seipsam consistat, an non? Nam si
substātia sit, et per se subsistat, quomodo filius u-
nigenitus erit, quum sit tertius à patre? Præcedo
enim eum talis uoluntas, secundum uos. Quod si
non subsistere in se uoluntatem huiusmodi pu-
tis, indocte nimium nō duarum hypostaſium si-
militudinem quæritis: sed hypostaſim non hypo-
stasi cōferre studetis. Quomodo enim quod per
se non subsistit, per se consistendi alsimulabitur?
Nam heterogenea, quum nulla natura contine-
gantur, comparari inter se nequeunt, nec alterum
alteri simile dici potest. Animal em, animali con-
fertur: animali autem aut homini, scientia, sapien
tia, uoluntas, cæteraq; quæ per se non subsistunt,
sed in alijs sunt, nullo modo conferri possunt.
Quū igit filius dei per se subsistat, uoluntati quæ
per se nō subsistit similis esse nō potest. Quare ad
manifeste simile esse patri filiū negent, aut nō u- C
luntati, sed ipsi patri similem confiteantur. Præ-
terea, si filius uoluntati similis est, & patri dissimi-
lis, ut dicitis: necesse est, ut etiam uoluntas patri
ipsi patris dissimilis sit. Hæc enim impietas à pol-
tione sequitur uestra. Etsi uolūtas hæc patris pe
se subsistat, erit in essentia dei dissimilis ei subsi
tia: quæro igitur dissimilitudinis huius modum
quam subsistens per se uolūtas habet ad patrem.
Nam si ideo dissimilis est, quia patre minor: ei
peius quod ex ipso patre est. Non enim extra, sed
ex ipso, & in ipso uoluntas sua est. Sed nec creata
ras uidemus peiora ex seipsis naturaliter pronas-
cere: sin autem maius quid, & melius patre, uo-
luntatem dicetis: patet etiam hinc non minorem
pietas. Quod si neutrum dabitis, sed uoluntatem
non per se subsistere, sicut in hominibus putas- D
tis: quomodo uoluntatem huiusmodi patri con-
feretis? Ita undiq; ad impietatem posito hac sing
manifeste deducit: quare necessariò similitudo
filio ad patrem dabitis. Nam quoniam si dissimi-
lem uoluntatem patri dicemus, impietas unde
erumpit, relinquitur ut similem concedamus. Si
ergo uoluntas patri similis est, & filius uoluntati
erit necessariò tertius quoq; primo similis, & ue-
patri similis hac etiā ratione filius inuenietur,
trū quoniā nihil est inter patrē & filiū, cessat om-
hæc de uoluntate oratio, & nullo mediante, ipse
lis patri filius prædicetur. Scriptū est enim, ipsa
tem & sapientiam Dei filium esse. Si ergo ipsa



luntas patris uirtutem & sapientiam ipsius, ut A
characterem ostendit, necesse est similem esse pa-
tri, ne uirtus & sapientia dei dissimilis ei sit. Aliter
magnitudinē impietatis suæ oro considerent. Nā
quū patri unum filium dicere similem recusent:
duos inducent, si uoluntatē quoq; per se subsiste-
re opinentur. Nam si uoluntas per se nō subsistat,
nec patri similis erit, & qualitatē ponent in deo.
Adhæc, quorum cunq; est una operatio, & eadē
naturalis uirtus, ea ciusdem essentiæ necessario
sunt: diuersa em natura sunt, quorum uirtutes &
operationes diuersæ. Quorū autē una substantia
est, opera similia quoq; sunt: sed patris & filij una
operatio est, & eadem uirtus consubstantialis, er-
go filius patri cōsubstantialis est, & ei similis. Idcir B
co nō uoluntatis, sed ipsius patris imago est. Ad
hæc, si quæ pater uult, eadē filius quoq; uult (nul-
la enim est uolūtatis diuersitas in trinitate sancta)
quid erit opus uoluntate per se subsistente, quæ
tertiū filiū esse ostendat, qui immediate patri con
iungitur, quum ipse sit uiuens genitoris uolun-
tas? Præterea, si uoluntatis paternæ, & non ipsius
patris character, & similitudo filius est, interro-
gabimus rursum si uoluntas patris similis sibi ipsi
sit, an dissimilis? Sed dissimilē dicere, impiū est:
similis ergo. Sed filius character ipsius est uolun-
tatis, & ipse igitur similis patri est. Quomodo em
dissimilis erit, qui per similitudinē uolūtatis patri
assimulat, & character eius est: nisi cōpositū ex si-
mili atq; dissimili putetis: ut partim similis patri
sit, partim dissimilis. Sed quis mentis compos cō C
cedet rem unam secundū essentiam & unam nu-
mero? Paulum (uerbi gratia) uel Petrum, duas se-
cundum naturam oppositas naturas habere? nō
enim est unus & idem, rationalis simul atq; irrati-
onalis: neq; ignis calidus & frigidus est. Alterum
enim istorum, alterum perimit: non potest igitur
similitudo & dissimilitudo in filio esse. Quare nul
lo modo dissimilis est, præsertim quū scriptura te Ioan.14.
stetur similem patri omnino esse filiū. Nam qui ui
det me, inquit, uidet & patrem meū. Non dicit, ui
det etiam patris uoluntatem. Ipsius ergo patris,
non uoluntatis suæ, imaginem esse filium, merito
pieq; prædicamus. Accedit, quod omnia quorū
alterum alteri dissimile est, & alterum ab altero se D
paratum, aut loco aut ratione, hoc est, definitione
id habent, loco corpus à corpore distare potest, &
eo quo distat, dissimile esse. Ratione dissimilia
sunt, quæ per substantialem differentiā differunt,
quę dissimiles effectus operātur: ut homo, equus
sanitas, ægritudo. Hæc ultima, contraria immedi-
ata uel mediata, exteriores philosophi appellant.
Immediata, ut diximus, sanitas & ægritudo. Ni-
hil enim inter hæc intercedit, sed alterum ipsorū
insusceptibili semper inerit: mediata, ut timor, te-
meritas. Virtus enim semper inter contraria uiti-
osa est. Quū igitur istis modis dissimilitudo in o-
mnibus inuestigetur, dicant quomodo filius à pa
tre differatur. Loco non potest, quoniam cor-
pus non est: sed nec ratione, nam primum nulla ra
tio ac definitio naturam filij à natura patris distin
guere potest, quū uterq; natura deus sit. Deinde
neq; quasi cōtrarium, filius à patre distinguetur.
Nō enim mediū quid ex immediatis cōtrarijs fit,
nec simul hæc contraria esse possunt: pater autem
& filius simul sunt. Veniemus (inquit saluator) Ioan.14.
ego & pater, & in ipso manebimus. Sed neq; dissi
militudo, quasi mediatorum erit contrariorum.
Ad mediū enim alterius intentione contrarij, alte
rius remissione peruenitur: sed pater nunquā mi-
nus uel magis pater, nec filius magis aut minus su
scipit. Quare sit, ut quum nullus dissimilitudinis
modus inter patrē & filium inueniatur, uecordia
sit uoluntati paternæ magis quàm ipsi patri simi-
lem esse filium arbitrari. Adhæc, quorū eadem ra-
tio est, eiusdem naturæ ac similia inter se sunt. Nā
de quibus hęc ratio dicitur, animal rationale, mor
tale, mentis & disciplinæ capax, omnes eiusdem
substantiæ esse demōstrat: homines enim omnes
sunt. Si ergo deus, dominus, immortalis, rex, om-
nipotens, & cætera omnia quæ de patre prædicā-
tur, ea de filio quoq; uere dicantur: nec nudis no-
minibus, sed reipsa: quæ ratio à naturali similitu-
dine patris filium separabit? Quod si quis aude-
bit dicere, non uere filium appellari deum, neque
natura, sed gratia, patris filiū uocari, ut Paulum *Paulus Samo-*
Samosatenum imitatus, cōtemnetur à nobis dicē *satenus.*
tibus: Nisi credetis, nō intelligetis. Nō enim pos-
sibile est, si quis natura deum esse filium negat, na
turalem similitudinem eius & patris intelligere.

Thesauri Cyrilli, libri primi, finis.

EIVSDEM LIBER SECVNDVS.

*Quod patri consubstantialis filius est.*

CAPVT. I.

SI pater generare filium cœpit, & à ge-
nerando postea cessauit, ut hæretici
prędicare audent, antequam filius na
sceretur, unica in diuinis erat perso-
na: nato autem filio, dualitas facta est,
& sic additio ad priscam unitatem personæ facta
est. Qua ex opinione multa impia consequun-
tur: quæ si quis fugere uelit, eum credere opor-
tet non fuisse patrem ante filium, sed esse ipsi co-
æternum. Nam sicut si præfuisset, non esset con-
substantialis: sic quoniam non præfuit, consub-
stantialis omnino est. Nec quoniam differen- D
tia quædam inter patrem, & filium inuenitur:
quoniam alius est pater, alius est filius: & alius
est principium, alius ex principio: idcirco ab i-
dentitate substantiæ patris filius repelletur. Non
potest enim coæternus esse patri, qui ex ipso na-
turaliter non est: creatura enim coæterna non
est. Quamuis ergo principium filij pater sit, tā-
men quia ex ipso naturaliter filius est, & coæter-
nus, & consubstantialis ipsi necessariò est. Nam
qui ex principio naturaliter est, eiusdem cum *Camillus hæ-*
principio substantiæ est. Sed non suscipit (Eu- *reticorum.*
nomius clamat) patris substantia generatio-
nem, filius uerò genitus est: quomodo igitur
consubstantialis erit, qui natus est, ei qui gene-
rari non potest? Doceant nos, oro, qui hæc
indocte proferunt, si generatio consubstantiali-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tatem interimit, quomodo seruabitur? Nam si A genitum genitori consubstantiale non est, quid erit consubstantiale, an quod natum non est & alienum à substantia, uel quod ab aliquo sumptū? Sed hoc in diuinis penitus impossibile. Sed ingenitum ingenito, & genitum genito consubstātiale est, inquit: ingenitum autem genito minime. Erit ergo secundum ipsum Adam non eiusdem substantiæ cum Abel. Hic enim natus ex muliere est, ille minime. Quod si Abel & Adam eiusdem substantiæ naturæq; sunt: quid prohibebit filium etiam ex patre genitum, ingenito patri esse consubstantialem? Illud mirum uidetur, quod uel nolentes concedunt nō sicut creaturas, ita uerbum quoq; extra diuinam substantiam fuisse productum, sed natum ex patre. Si uerò ex patre nascitur, quare consubstātialis non est? utrum quia talem generare non potuit, an quia noluit? Nam si non potuisse dixerint, impudenter impotentiam patri attribuent. Si noluisse, turpissimam illi pigritiam imponent, propter quam peiorem genuerit, quum poterit meliorem. Melius enim est consubstantialem sibi, quàm contra gignere. Quia igitur & omnia pater potest, & meliora semper uult, consubstantialis sibi ex deo nascitur filius. Sed quod ex principio est, & natum ex aliquo (Eunomius inquit) secundum est ab illo, à quo esse habet, secūdus ergo erit filius à patre, & idcirco non consubstantialis. Nam si consubstantialis erit, deitas una in dualitatem diuisa erit: aliter enim consubstantialis esse non potest. Ad incisiones rursum, diuisionesq; corporum uenit, quum diuina substantia incorporea sit, nec diuisionem aut incisionem ullam possit suscipere, nec loco describatur: sed ineffabili quadam suprema-

*Cauillatio aduersariorum.*

què natura constituta, filium ex patris hypostasi genuerit. Non enim potest esse perfecta deitas, ni si filium habeat, & fructum ex se pariat: nec potest esse creator Deus absque filio, per quem omnia fiunt. Ex patre igitur filius nascitur, non incisione, aut defluxu aliquo, sicut hæretici ad naturam corporum Deum deducentes imaginantur, sed sicut ex igni calor inseparabiliter ex substantia patris, prodit. Sed si consubstantialis est filius patri, Eunomius inquit, quur non est etiam ipse ita bonus ut pater? Quur enim bonum ita me dicis? saluator ait: Nemo bonus, nisi unus deus. unum dixit, ut omnia & seipsum exciperet. Nam & si bonus ipse quoq; sit pater, tamen solus ipsa bonitas est.

*Marci 10.*

Dominum ô Eunomi diuina scriptura filium appellat, & uerè dominum. Vtrum igitur contra scripturas tu, & spiritum sanctum à quo æditæ sunt, uere atq; natura ipsum dominum negabis? An concedes, autoritatem scripturarum formidans? Sed si primum in idololatriam incides, quū dominum uerè nō fatearis, adoresq; illum, quem deo patri consubstantialem esse non credas, sed potius creaturam. Quicquid enim uero deo consubstantiale non est, id natura Deus esse non potest. Dominus, inquit, deus uester, dominus unus est. Vna enim natura deitatis est, quam solummodo adorare oportet. Dominum, inquit, deum tuum adorabis, & ipsi soli seruies, seruitute uidelicet, qua deus colendus est. Si ergo quoniam deus pater solus dicitur bonus, idcirco filius nō erit bonus sicut pater: similiter profecto quoniam dominus & Deus dicitur unus pater, non erit filius, nec dominus, nec Deus. Quur ergo ipsum adorras? Sin autem, quum dominus & Deus pater, filius quoq; ut ex ipso prodiens secundum naturam, proprietatemq; diuinæ naturæ naturaliter habens, atque ideò & dominus & Deus cum patre sit, habebit necessariò etiam bonitatem nō alter quàm pater. Multa enim de patre & filio diuinæ scripturæ prædicant. Nec tamen diuersitas nec minum diuersitatem substantiæ ostendit, nec ulla dissimilitudo essentiæ inter patrem & filium intelligitur. Vna enim utriusq; deitas est, etiam uarietate appellationum differenter significetur. Nihil enim proprium uni est, quod alterius insit, excepta solummodo patris & filij appellatione ac re: pater enim semper pater est, & hijus filius: nec filius unquam pater, nec pater unquam filius erit. Quare uehementer errat, qui patris & filij nomina & res, aliud quippiam non æqualiter dici de utrisq; opinatur, nec dicentem Paulum audit: Vnus Deus pater, ex quo omnia, & unus dominus Iesus, per quem omnia. Aperte patri & deum esse, & unum esse attribuit: filio autem & dominum esse & unū. Num igitur propter hoc filius non erit Deus, quoniam pater unus Deus appellatus est? Sed si sic, nec pater dominus erit, quoniam filius unus dominus appellatur. Absit hæc impietas. Nam quum pater deus sit, filius quoq; Deus est: & quū filius dominus sit, pater quoq; dominus est. Quod si differentia ineſſet aliqua, quæ ipsos eiusdem esse naturæ non pateretur, nunquam appellatio unius in alterum

*Ioan. 4.*

*Deut. 6.*

*Phil. 2.*

*Ioan. 8.*

*Ioan. 6.*

*Rom. 10.*

*Matth. 26.*

*Matth. 19.*

recurreret. Quare, quoniam omnia patris in filio sunt, & omnia filij rursum in patre, quoniam idem est, & omnia filij rursum in patre, quoniam idem est, & omnia filij rursum in patre, quoniam idem est

Universidad de Deusto
Biblioteca



consubstantialis: Nam quæ naturę sunt eiusdem, A
non erunt alterutra alterutris dij: sicut nec anima
animę deus est, nec angelus angelo. O impietatis
magnitudinem: creaturam, nō filium dei, uerbum
putat: seruum, non dominum. Nam si uere, ac se-
cundum naturam deum esse filij patrē opinatur,
nec per dispensationem qua homo factus est, ho-
minem loquí credit, nec cōsubstantialis patri erit,
sed nec dominus nec deus. Quur ergo nō aper-
te inter creaturas filiū dei enumerat? ne uidelicet
patefacta impietate ipsius clamare omnes faciat:
Decepti estis, ignorantes scripturas. Scrutari em
non uultis sermonis uirtutem, ac ideò non deum
sed templum dei, quasi unum ex numero sancto-
Psal. 5. rum filium facitis. De sanctis enim dicitur: Habi-
tabo in ipsis, & ita erit nō natura deus filius Dei, B
Psal. 81. sed per gratiam, sicut scribitur: Ego dixi, dij estis,
& filij excelsi omnes. à quibus natura se discrepa-
Ioan. 8. re, aperte ipse docet saluator, dicens: Vos de deor
sum estis, ego de superius sum. Sed quomodo, in-
quit, consubstantialis erit filius patri, qui ex ipso
ut ex principio est, quum pater non sit ex princi-
pio? Filium, ô uos, uerbum dei conceditis esse. Si
ergo uere filius est, erit necessariò genitori suo cō
substantialis: sin autem uere filius non est, hanc
impietatem aperte dicatis, ut omnes uos fugiant
tanquam scripturarum euersores, à quibus uer-
bum dei uere filius & non creatura nominatur.
Deinde quum filij principium patrem esse dici-
tis, quo pacto id intelligitis? Nam si principium
filij pater est, quasi creator, creatura erit, non filius: C
& repugnabit opinio uestra, ipsi quoque pa-
Psal. 109. tri dicenti: Ex utero ante luciferum genui te. Sin
uerò non ut creator principium filij pater est, sed
ut genitor: necesse est, quoniam quod ex aliquo
naturaliter prodit, eiusdem est cum illo substan-
tiæ, quamuis alterum principium sit, alterum ex
principio, ut cōsubstantialis patri filius sit. Quod
si propterea consubstantialis non erit, quoniam
pater ex nullo principio est, filius uerò patrem ha
bet principium, quid prohibet dicere non fuisse
Abel & Adam eiusdem substantiæ? quoniam A-
dam à nullo natus est: primus enim homo à Deo
fuit creatus, Abel uerò ex ipso Adam genitus:
quod penitus falsum est. Eiusdem enim substan-
tiæ Adam & Abel fuerunt. Quare pater quoque D
ac filius, qui ex ipso æternaliter prodit, & semper
cum ipso est, eiusdem substantiæ sunt. Sed quo-
modo (inquit Eunomius) genitum & ingenitū,
quum inter ipsa maxima differentia sit, eiusdem
erunt substantiæ? Si quoniam genitus & inge-
nitus differunt, eadem causa eiusdem naturę non
erunt: quare Petrus & Paulus quum multum in-
ter se differant, eiusdem substantiæ sunt? Alter e-
nim niger est (uerbi gratia) alter candidus: & al-
ter magnus, & alter paruus. Sed non omnis diffe
rentia substantias disseparat, sed sola quæ naturas
definit. Quid igitur prohibet consubstantialem
patri filium esse? quoniam eadem in utrisque na-
tura est: differunt autem, quia pater quidem in-
genitus, filius uerò genitus est. Ita enim eadem

deitas in patre atque filio naturaliter erit. Sed qua
essendi principium habuit, Eunomius inter,
non potest eiusdem esse cum illo substantiæ, qui
huiusmodi principium nunquam habuit. Si ergo
perfecte pater filium genuit, generādi finem im
habuit: is finis essendi principium filio est: quo-
modo igitur consubstantialis patri erit? Sed illi-
nem generandi pater fecit, ô uos, principium et-
am generādi habuit. Accesit ergo filius patri po
stea, & recens (ut ita dicam) deus erit, quod est co
tra scripturam. Non erit enim, inquit, in te Deus
recens. Deus autem à scriptura filius appellatur:
non est ergo recens. Sicut igitur si recens esset, no
esset eiusdē substantiæ: ita quū non recens Deus
sit, eiusdem substantiæ est. Præterea soli deo ado-
ratio à creaturis debetur. hominibus enim non
bitur: Dominum deum tuum adorabis. Angeli
uero iubentur filium adorare. Quando enim pri-
mogenitum in orbem terrarum introduxit, ado-
rent eum, inquit, omnes angeli dei. Deus ergo est
filius qui adoratur: is si non est consubstantialis
patri, alius deus filius erit, alius pater, & necesse e-
rit in duos credere deos. Quod quoniam nullus
Christianus audire patietur, cōsubstantialis erit
ut unus deus in trinitate nō plures adorētur. Præ-
terea, si pater & generate cœpit, & finem genera-
di habuit, mutatus necessariò est. Aliter enim se
habebat antequam generasset, aliter in generan-
do, aliter postea. Sin uerò nulla mutatio deo po-
test accidere, nec generare cœpit, nec generādi fi-
nem habiturus est, ut hæretici contendunt. Aeter
naliter ergo creator temporum seculorumq; filio
us est in patre: & quoniam coæternus, idcirco eius
am consubstantialis. Quamuis alioqui si princip
um & finis generandi dabitur, aliquid patri acces
sisse necessarium est. Cui autē aliquid accesit, id
non erat ante accessionem illius rei perfectū. Sed
pater semper perfectus est: nihil ergo ei accessit,
nec generare cœpit, sed habet secum semper filio
um suum. Quare sicut si principium temporis fi-
lius habuisset, consubstantialis patri non esset: ita
quoniam huiusmodi principium non habuit, co-
substantialis patri est. Nam sicut qui principium
& finem generationi diuinæ attribuunt, à consub
stantialitate patris filium repellunt: ita nos huius
modi principium & finem in generatione filij re-
cusantes, consubstantialitatem necessariò præca-
camus. Sed non potest fieri (Eunomius inquit)
ut identitas substantiæ in patre & filio conseruē-
tur, quum pater ingenitus sit, filius autem genī-
tus. Nam si erunt consubstantiales, in nullo differ
ret, quod genitum est ab ingenito: quod si differ
tur, quid prohibebit patrem quoq; genitum esse,
& filium similiter ingenitum? hæc, inquit, consu
sio eos sequitur, qui substantiæ identitatem in pa
tre & filio prædicant. Nos autem dicimus, non
posse non seruari identitatem substantiæ in patre
& filio: imago enim patris filius est, & in figura
patrem ostendit. nec ullus poterit in alia natura
liam inspicere. non em asinus in homine uidet
sed homo in homine. Quare si quærenti Philip-



po uidere patrem, seipsum Christus ostendit, di A
Ioan. 14. cens: Qui uidet me, uidet & patrem meum: neces
se est eiusdem esse substantiæ patri filium, sicut in
commutabilem eius imaginem, & characterem
substantiæ suæ. Præterea quum ubiq; dominus
eundem se natura cum patre doceat, quumq; non
posse id fieri hæretici contendant, quoniam al-
ter genitus, alter ingenitus sit: quis erit adeò stul-
tus, ut putet hominibus magis credendum quàm
Esa. 44. Deo? uel quis compos mentis illam apostolo-
rum uocem non exclamabit, Deo magis, quàm
hominibus esse obtemperandum? præsertim quū
etiam ipsi genitum ex patre filium concedere ui-
deantur. Quomodo ergo quasi creatura extra
substantiam genitoris, neque ipsi consubstanti-
alis erit, si uere genitus ex ipso est, & quasi natu- B
ralis fructus ipsius? Quod si sola uoce genitum
ex patre dicunt, dicant aperte creaturam esse, nec
multa simulantes, multaque dissimulantes, sim-
pliciores Christianorum conentur decipere.
Aetius. Sed si deus (inquit Aetius) indiuisibilis secun-
dum substantiam est, non est genitus ex eo filī-
us: quum per dissēparationem substantiæ gene-
ratio fiat, sed productus ab eo secundum uolun-
tatem est. Quomodo igitur eiusdem erit sub-
stantiæ natura per uoluntatem producta, cum eo
qui eam produxit? Indiuisibilis naturæ Deus est,
ô Aeti, nec idcirco generandi uirtute priuabitur.
Potest enim indiuisibilis, & generans simul esse.
Tu autem honorare Deum uolens, indiuisibili- C
tatem ei attribuis. Sed quum generandi uirtu-
te priues, & filium eius creaturam putes, non
honoras certe: pulcherrima enim, atque præ-
stantissima res est, naturalis actio, siue operatio.
Si ita dicere uis, & ea quam generandi uirtutem
appellamus, Deum honora. Vere autem Deum
honorabis, si indiuisibiliter ex seipso generare
consubstantialem sibi filium ineffabili incompre
hensibiliq́ modo fateri, prædicaréque uolue-
ris. Sed quum uoluntate patris productum fi-
lium dicas, non uideo quur filium appelles. Quo
modo enim uere filius erit, qui non ex substan-
tia patris emanat? Sed uere filius est, consubstan-
tialis ergo etiam est: eadem enim natura geniti,
& genitoris inuenitur. Præterea, si, quemadmo- D
dum uos dicitis, decepti & decipientes, non ex
substantia patris filius emanat: sed productus est,
quia pater uoluit, quoniam ipse & sapientia, &
uirtus patris est: non erit natura pater sapiens, &
uirtute pollens. Extra enim substantiam suam
sapientia & uirtus sua producta, non erit sibi cō-
naturalis, quod absurdissimum est. Natura e-
nim sapiens est, & naturaliter uirtute pollet De-
us pater: quare ex substantia eius filius emanat,
& eiusdem cum ipso substantiæ est. Sed dic
quæso, quid impulit patrem, ut extra substantiam
suam filium produceret, ut ais: utrum necessitas
aliqua, an quia gratiam & bonitatem in eo suam
(sicut & in alijs creaturis) ostendere uoluit? Si
necessitate impulsum dices, erit necessitati pater
subiectus: sin quia gratiam suam in filium uoluit

ostendere, sibi magis quàm filio gratificatus inue
nitur. Per filium enim & creator & sapiens, &
uirtute pollens inuenitur. Omnia enim per ip-
sum facta esse, scriptura clamat. & rursum: Chri- Ioam 1.
stus Dei uirtus & Dei sapientia. Sed stultitia est, 1. Cor. 1.
gratificatū sibi patrem in his dicere, nec credere
ipsum naturaliter sapientem, cæteraq; huiusmo-
di esse. Non ergo quia uoluit, filium produxit, ut
uos contenditis: sed ex se ipso naturaliter emittit,
& ideo consubstantialitas in eis necessariò con-
seruatur. Adhæc, consubstantialem filium ho-
minibus ut hominem credimus, quia formam no
stram accepit. Est autem etiam in forma Dei pa-
tris: est igitur Deo quoque patri consubstantia-
lis. Præterea, si splendor huius lucis, connatura-
lis, eiusdemq; essentiæ cum luce sua est, filius quū
sit lucis æternæ splendor, consubstantialis illi erit.
In omnibus autem huiusmodi exemplis, debi-
lem quandam similitudinem ad supremam illam
naturam adducimus: quoniam omnis creatura
in infinitum à creatore suo distat. Accedit, quod
æqualitas, ut in corporibus secundum quantita
tem dicitur, sic in intellectualibus, incorporali-
busq; (ubi nullum habet quantitas locum) secun-
dum identitatem substantiæ dicitur: sed filius æ-
qualis secundum scripturas patri prædicatur, est
ergo ei necessariò consubstantialis. Nam quæ ue-
re natura ex aliquo sunt, eiusdem substantiæ cum
genitore sunt. Et qui omnia genitoris naturalia
bona possidet: ex eo uere natus est: filius autem
omnia quæ sunt patris, habet. Præterea, qui ex
nihilo res creatas producit, non potest esse de na-
tura productorum, sed de natura producentis ne
cessariò est. Producit autem filius, & facit creatu
ras ex nihilo, etiam secundum uos: eiusdem ergo
substantiæ inuenitur, non cum creaturis, sed cum
producente & creante patre. Nam quæ eandem
actionem, operationemq; habent, eiusdem esse
essentiæ comprobantur. Natura uerò pater De-
us est, natura igitur filius quoque Deus est. aliter
erit participatione deus, sicut & creaturæ: nec e-
rit differentia inter ipsum & creaturas. Sed creatu
rarum ipse dominus & creator est: non ergo cum
creatura ulla substantialiter, sed cum patre conue
nit. Adhæc, omnis rationalis natura, non uo-
luntate sola, sed agendo ac patiendo operatur: de
us autem solus sola uoluntate operatur, sed filius
sola uoluntate operatur: Deo ergo patri, non cre-
aturæ alicui consubstantialis est. Accedit, quod
non ut nos, sed nobiliore modo unigenitum filī-
um suum Deus generat. Sunt autem nobis nostri
filij consubstantiales: erit ergo etiam Deo patri fi-
lius suus. Et nos quidem ante natos sumus no-
stros: filius uerò Dei cœternus patri est, & ab eo
non (ut nostri) separabilis. Adhæc, omnium
quæ sunt, aliud Deus est, aliud creatura: quare fili
us aut creaturę aut deo consubstātialis erit. Non
est autem creaturæ consubstantialis: uirtutem em
creatiuam suscipere creatura non potest. Deo pa
tri ergo creatori omnium, ipse quoq; creator om-
nium similiter consubstantialis erit.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca



*De consubstantialitate patris & filij, illo textu proposito, Quòd pater meus maior me est.*

CAP. III.

*Obiectio hæreticorum.*

QVæ naturæ eiusdem, eiusdemq; substantiæ sunt, Eunomius inquit, nō suscipiunt maius & minus. Nec enim homo homine secūdum rationem substantiæ, neq; asinus asino maior est. Si ergo in cōsubstantialibus nullus maiori & minori locus datur, & filius patrem maiorem se esse apertè docuit, non est ei consubstantialis. Probe facerent hæretici omnes, si undiq; studerent ueru scripturarum sensum uenari, nec ad uoluntatem suam omnia uertere, atq; inde falsos syllogismos cōnectere. Si enim offendit eos, quod pater maior filio scribitur, iuuet illud quod de filio dicitur: Qui quum esset in forma dei, non rapinā arbitratus est se esse æqualem deo. Et Ioannes apertissime: Patrem, inquit, suū deum dicebat, æqualem seipsum faciens deo: quomodo ergo alienæ substantiæ est, cui æqualis est? Nam quæ naturaliter equalia sunt, eiusdem penitus substantiæ sunt: ut homines, equi. Præterea in incorporalibus maius & minus non secundum magnitudinem, sicut in cōrporibus, sed secundum seruitutē perspicitur: quod Paulus ostendit. Alij enim, inquit sermo sapientiæ à spiritu datur, alij gratia curationum, multisq; huiusmodi connumeratis infert: Omnia uerò hæc operatur unus & idem spiritus. Deinde rursum hortatur ut maiores gratias à deo petere debeamus. Num igitur spiritum in seipso differre dicent, aut dissimilis cuiusdam esse substantiæ, quoniam paruus est in paruis, & maior in maioribus inspicitur, secundum suscipientium capacitatem? Nemo ita insanus est, ut hoc audeat cogitare. Quum igitur incorporea natura maius & minus non suscipiat, quando maior pater filio dicitur, humanitati suæ, non deitati sermo attribuendus est. Nam quum dicat Christus: Pater qui me misit, maior me est. & Apostolus de ipso: Non rapinam arbitratus est se esse æqualem deo: quærendum est diligenter, quomodo & æqualis patri & minor filius erit: ita ut nec æqualitatem contemnamus, quia maior pater dicitur: nec maiorem esse patrē negemus, quia æqualis ei filius scribitur, sed utraq; pie intelligamus. Cum igitur nō composita, sed simplex natura deitatis sit, nūquam in plures personas distingueretur, nisi quedam inueniretur differentia: non secundum essentiam, sed secundum relationem, & quasi extrinsecus intellecta, per quam utriusq; persona in propria hypostasi constituitur, nec ab unitate deitatis propter identitatem naturalem potest excludi: & sic nulla confusio, nulla quasi mixtio patris & filij excogitari potest. Nam quum tanta similitudo, & perfecta identitas sit, ut nonnulli eundem patrem & filium suspicati fuerint, nec in dualitatem personarū distinxerint, ut hypostasim quæ generat, & quæ generatur, diuina scriptura notionibus distingueret, patris & filij nominibus usa est: ut lumen ex lumine in propria utrunque hypostasi recte intelligeretur, seruata identitate substantiæ.

*Philip. 2.* *Ioan. 5.* *2. Cor. 12.*

A Consuetudinem uerò nostram sequuta, maior appellat patrē, ut undiq; & ea persona ex qualitate significetur, & ea quæ est ex illa, perspiciatur. Aequalitatem etiam attestatur, nec ulla in essentiam patris & filij dissimilitudo & differentia reperiatur. Quamuis ergo secundum rationem substantiæ patris, æqualis & penitus similis sit, maior tamen ipso pater est qui eum generat, in hoc solummodo, quia ex eo filius est: & sic principium filij est dum originem pater est. Et certè quæ naturę eiusdem sunt, huiusmodi comparationem suscipiūt: diuersarum autem naturarū res, hoc modo nō referuntur. Nemo enim recte dicet bouem maiorem esse quàm hominem, nec hominem quàm bouem. Si ergo secundum hæreticos pater maior sit filio, neq; id secundum essentiam dici potsit (homo enim homine secundum essentiam, & inquantum homo, maior non dicitur) nec diuersæ substantiæ maius & minus suscipiant, ut diximus: relinquitur ut uel quia ex patre filius est, uel (quod magis nos credimus) propter incarnationis dispensationem, maiorem patrem filio à scriptura esse appellatum. Præterea, quæ inter se conferuntur & comparantur, eiusdem omnino naturæ sunt: neque ab essentia comparationem suscipiunt (non est enim homo homine maior, ut homo) sed ab accidentibus, quibus differunt, quæ ut plurimum ex passione aliqua fiunt, uel omnino ex causa exteriore, quæ uidelicet in ratione ac definitione minime non est. ut uerbi gratia: Maior est homo hominis magnitudine corporis, fortitudine animi, mentis acumine. Sed in omnib. hominibus una eademq; ratio substantiæ est, æqualiter de singulis dicta. Accidentia uerò, ex passione, quasi ex radice fluxerunt. Tarditas enim mentis & timor animi, ex passione profluunt. Si ergo comparatio quę libet in accidentibus fundatur, & accidentia ex passione, uel extrinseca fiunt causa: si nulla passio deo ne esse potest, nec causa extrinseca ipsi accidat: relinquitur necessariò ut pater filio maior sit, uel originis modo, quia principium eius dicitur: uel propter dispensationem incarnationis, ut diximus. At non ambigue, sed aperte (inquit Eunomius) filius patre minorem se prædicat: quid ergo plus opus est? Nam uera dicere ueritatem concedetis: ueritas autem Christus est: maior igitur pater filio erit, & ideò dissimilis, & non consubstantialis. Primum igitur interrogabimus ipsum, quando pater maior filio fuerit. In tempore enim determinato maior fuisse non potest. Tempora enim omnium, seculorūq; creator filius est. Semper igitur ac æternaliter patrem filio esse maiorem sequitur. Et quoniam maior ad minorem dicitur simulq; sunt maius & minus, si pater maior filio est, coæterni sunt pater & filius: quomodo igitur æternum æterno erit dissimile? aut quomodo ab eius? Deinde mirabimur, quod etsi à sapiennia huius mundi profecti, Aristotelicas disciplinas hauriantur, & eas nobis incutiant, indocti tamen erga ter enim, quum de maiore, atq; minore sermone facerēt, ad similitudinis, dissimilitudinisq; sermonem exciderunt. Nam etiam secundum Aristotelem (quo ipsi plurimum iactant) simile & dissimile non ponuntur in eodem genere, in quo maius & minus. Hæc enim ille ad aliquid appellat, quo in genere simile atq; dissimile nō uidemus poni. Quare igitur à maiore minoreq; tu orationē contexens, conclusionem alterius generis induxisti, dicēs: minor est filius patre, dissimilis igitur? Melius dixisses, inæqualis ergo, aut non tantus: quāuis & ita non recte. Nam etsi maius & minus propter quantitatem proprie dicuntur, non tamen in eo genere collocātur. Indocte igitur à maiore atq; minore ad simile & dissimile Eunomius declinauit, dicēs: minor est filius patre, dissimilis ergo. Nec minus indocte dicet: minor est, ergo inæqualis, aut non tantus. Nam maius & minus, quoniam alterum ad alterum dicitur, sic ab Aristotele difiniuntur: Ad aliquid dicuntur, inquit, quæ ipsa quæ sunt, aliorū esse dicūtur, uel quomodolibet aliter ad aliud: ut maius, idipsum q̄d est, altero esse dicitur: aliquo eñ maius dicit. Et duplū idipsum quod duplū est alicuius duplū est. Hæc quū ita se habeāt, dicat nobis qui magis Aristotelicis quàm scripturæ diuinæ disciplinis gloriant: si etiam simile, idipsum q̄d est, ad dissimile esse dicatur, referaturq; sicut maius ad minus. Opponitur enim simile dissimili, sicut & minus maiori, sed nō eodem modo. nam maius, quia oppositū suum excedit, maius illo est: simile autem nō ita. Heterogenea igitur penitus sunt maius & dissimile, & eandem definitionem non suscipiūt. Ad hæc, quæ ad aliquid sunt, & natura & ratione simul sunt, & alterum ad alterum infertur. Nam si quis maius aut duplum dixerit, statim minus aut dimidium intellexit. Simile autem non inducit dissimile, sicut nec iustum inducit iniustum, nec uirtus uitium. Priuationes enim ista magis sunt, & habituum interemptiones. Non ergo alterum ab altero inducitur, sicut relatiua, quamuis opposita sint: priuatio enim similitudinis dissimilitudo est, sicut & iusticię iniusticia. Et quoniam priuationes posteriores quàm habitus sunt, non intelligentur simul simile & dissimile. Præterea, quæ ad aliquid sunt, sicut uno posito alterum ponitur: sic & uno interempto, alterum interimitur: idq; ideo, quoniam esse alterius in altero est. Nō enim est maius aliquid, nisi minus sit: simile autē positum, non ponit dissimile, nec interemptū interimit. Non dicuntur ergo adinuicem simile & dissimile, præsertim cum simile et dissimile maius & minus suscipiant. Præterea, simile & dissimile, secundum habitum & priuationem opponuntur: maius uerò et minus, secundum intēsionem & remissionem. Non ergo eiusdem generis sunt maius & dissimile. Verum quoniam maiore posito, minus necessariò ponitur, ut iam dictum est: quoniam pater maior filio scribitur, necesse est ut filius (ad quem quasi minorem patre refertur) cō æternus patri sit. Quum ergō id ita se habeat, inuestigemus quomodo pater maior filio est. Nam



A et filius natura deus est, natura bonus, natura creator, natura rex, sicut & pater: perfectè igit̄ omnia hæc habet. Nam si perfectè non haberet, nō esset natura deus: natura enim deus est, qui perfectè et per se omnia bona habet. Quoniam igitur filius perfectus in omnibus est, minor patre, erit non aliter quàm secundū formam seruī quam assumpsit: aut secundū quod ex patre est, cuius imago integra inuiolataq; est. Non ergo natura, sed ut filius patre minor dicitur. Sed pater, inquiūt, semper erat, filius non semper: quomodo igitur non erit maior qui semper erat eo qui nō semper fuit? aut quomodo nō erit minor æterno qui æternus non est? Quum igitur ita pater maior filio sit, nō erit ei filius consubstantialis. Quæ contentio ista est? qua fit ut omnino, quoniam pater maior filio scribitur, diuersæ quoq; substantiæ quàm filius sit, demōstrare ipsum conentur, quasi necessariū sit diuersam esse naturam eorum quę maius suscipiunt, ab ijs de quibus minus prędicatur. Nos uerò oculis ipsis uidemus lignum ligno maius, et lapidem lapide minorem, & hominem homine similiter: de quibus quamuis maius & minus dicatur, eadem tamē ratio substantiæ prædicatur. Frustra igitur & falsò, quoniam pater maior filio scribitur, diuersitatem essentiæ demonstratis. Quare filius, quamuis sit æqualis patri, minorem tamen, rationibus quas diximus, seipsum appellat. Præterea, quæ naturali similitudine non coniungun tur, & ratione substantiæ differunt, simili potius atq; dissimili, non maiore & minore discernūtur. Si ergo pater & filius unum natura sunt, quomodo maius & minus de ipsis dicetur, de quibus similitudo summa prædicat? Sin uerò diuersæ naturæ sunt, dissimiles dicētur, nō maior & minor, ridiculus certè uidebitur, quicunq; diuersa naturaliter cōparat: uelut si solem ligno fulgentiorem esse cōtenderet. Indoctissimè igitur & heterogeneis (ut ipsi putāt) maius & minus accōmodant, & diuersæ naturæ filium esse quàm pater sit, inde putant demonstrare. Nos quoniam natura suprema, nulla ex parte maius & minus suscipit (nihil enim imperfectum in deo est) æqualem patri filium, nugis istorum reiectis, prędicamus. Illi non intelligentes forsan quid dicunt, minorem esse B contendūt, quare rursum interrogandi sunt, utrū maior semper filio pater esset, an postea factō sit? Nam si tempore aliquo factus est maior, quū antea nō fuerit, accesit hoc deo patri, q̄d sibi prius non inerat. Quomodo igitur erat perfectus, qui hoc non habebat? Sin uerò semper maior erat, quoniā maius ad minus dicitur, necessariò minor quoq; filius semper erat. Sed minorem dicitis filium, quoniam patri coæternus nō sit, secundum uos. Ratio autem, si pater semper filio maior fuerit, totam rem in contrarium reducit. Necesse est enim minorem semper esse filiū, si pater semper maior est: & ita quum sit coæternus, erit etiam æqualis. Nam sicut si coæternus non esset, inæqualis esset: ita econtra quoniam coæternus est, æqualis omnino est, & simillimus naturaliter. Quare

K nullum

Universidad de Deusto
Biblioteca



nullum ibi locum magis & minus secundum naturam habet. Quomodo enim si minor patre filius esset, æqualitas rursum sibi conceditur? Qui non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, Phil.2. Paulus ait: sed seipsum euacuauit, formam serui accipiens, & figura inuentus ut homo, humiliauit seipsum. Si ergo incarnatio humilitatem habet, & euacuationem, ut hic dicitur: necesse est ut incarnatione per intellectum separata, æqualis patri semper ut & ante incarnationem inueniatur, & hinc nobis humilitas & euacuatio illa perspicietur. Nam si per seipsum etiam ante humiliationem incarnationis patre minor erat: quomodo descēdisse uidebitur, aut quis erit humiliatiōis modus? Certe hic ipse Paulus & æqualem deo filium apertissime dixit, & minorem esse propter passionem mortis enūciauit. Quum igitur æqualis & minor simul esse nō possit, quæramus quomodo æqualis, quomodo minor est. Inquantum ergo natura deus est, æqualis genitori filius est: inquantum autem homo factus est, & ut homo crucifixus & mortuus, minor.

*Quod æqualis filius patri est, euangelico textu proposito: Nō surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista.*

CAP. IIII.

SEd quomodo (inquit Eunomius) similis aut æqualis erit filius patri, quum aperte in euan Matth.11. gelio dicat, neminem inter natos mulierū maiorem Ioāne Baptista surrexisse, & statim addat: minor autem in regno cœlorū, maior ipso est? Ipse nanq; minor est, propter tempus quo à sancta uirgine natus est. Fateturq; se propter præcipuas uirtutes tunc peruenturum in maiora, quando regnum cœlorum aduenerit, quasi hāc mercedem propter administrationem salutis humanæ acceperit. Quomodo ergo qui huiusmodi naturæ est, et Ioanne minor, æqualis aut similis deo patri erit? Peruertūt sensum uerborum Christi, qui sic exponunt. Quomodo enim quasi rem magnā sibi attribueret, quod Ioānem excederet, qui Dei patris audet dignitatibus, omnia naturaliter possidens quæ patris sunt? Omnia, inquit, quæ pater Ioan.16. habet, mea sunt. Perfectus autem pater est, perfectus ergo etiam filius, reiq; nullius indigēs. Qui uerò ita natura se habet, quomodo nō erit æqualis & similis genitori suo? Præterea, si minor Christus Ioanne magnitudine temporis dicitur, quo fuit cum hominibus conseruatus, & ad hæc non surrexisse maior quispiam Ioanne additur, uitæ spacio id quoq; intelligetur: quod uerum nō est. Gen.4. Adam enim (ut scriptura testatur) nongentos & quinquaginta uixit annos, & alij nati mulierum illius temporis omnes penè totidem. Præcursor uerò Ioannes iuuenis admodū, uitam cum morte commutauit. Non ergo maior inter natos mulierum tempore dicitur, sed uirtutis sublimitate, qua ad eos peruenit terminos, quò natura humana peruenire potest. Quare etiam similiter Christus, non tempore minor dicitur. Ridiculū enim esset, magnitudini temporis, uirtutis celsitudinē attribuere. Necessariò igitur sequi uidetur, in uirtute & sanctitate comparationem fieri, & sic minor Ioāne Christus in sanctitate uidebitur: quod absurdissimum est. Quum igitur hæc expositio ad absurda deueniat, reijcienda omnino est. Sed nos, inquiunt, ueram & simplicem, nec magna cura scrutatam uerborum saluatoris expositionem inducimus, minorem Ioanne Christum secundum magnitudinem temporis, quod ab incarnatione sua cœpit, maiorem in regno cœlorū futurum etiam ipso, qui ad humanę uirtutis perfectionem attigit: minor igitur hic personam Domini significat. Quod uero maior inter natos mulierum Ioanne Baptista non surrexisse dicitur, perfectionem humanæ uirtutis attigisse illum significat. Christus tamen etiam ipsum adeò magnū in tempore illo excedet. Quid absurdi hęc expositio habet? Non ita simpliciter, ut putatis, sed magna diligentia & cura exponendæ scripturæ sunt. Primum enim leue omnino est, credere spacio temporis ex quo incarnatū fuerat uerbum, minorem Ioanne dominū appellari. Aperte nanq; ille qui maior in regno cœlorum dicitur, sanctitate subli mior significatur. Quomodo enim aliter maior hic aliquis poterit intelligere? Si ergo in regno cœlorum tēpore maior Baptista saluator uidebitur, minor modò aut æqualis est: minorem dicere, magis impium est: sed æqualem etiam putare, non impium. Baptistam enim audimus dicentem: Mihi opus est abs te baptizari. Baptizatur autē atq; sanctificatur deterius à meliore, & ad ludæos: Ego uos baptizo in aqua: sed uenit potentior, cuius calciamentorū corrigiam nō sum sufficiens soluere: ille uos baptizabit in spiritu sancto & igne, cuius uentilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreis suis, paleā uerò inextinguibili cremabit igne. Quomodo ergo æqualis aut minor Ioanne Dominus secūdum ipsos fuit: aut cuius gratia, aqua se solūmodo baptizare prædicabat, & Christum spiritus datorem affirmabat? Nonne uides, quia tangere audet? nec perspicis Christū aream dominum esse? Hoc enim significatur, quādo dicitur, Et purgabit aream suam. Iudicē etiam esse ostendit, qui iustos & bonos tanquam triticū in cœlestia inducet horrea: iniustos uerò quasi paleā igni tradet. Si uerò maior aut æqualis tunc Christo Ioannes fuit, quur & ipse nō baptizat in spiritu sancto? Sed neq; Esaiam isti audiunt, apud quem de Christo scribitur: Ego sum qui deleo iniquitates tuas, & nō recordabor peccatorum tuorum. Quumq; natus à uirgine cum hominibus cōuersatus est, monstrabat eū Ioannes dicens: Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi. Quomodo igitur secundum istos in spe solū habebat Christus, ut futurus maior esset Ioāne in regno cœlorum: aut quomodo æqualis aut maior Ioannes (qui baptizari à Christo desiderabat) ipso Christo fuit, qui peccatum mūdi poterat tollere, & id tanquam domin⁹ uerus? Sicut enim deus, peccata ipsis dimittit: quod Ioānes nullo modo poterat. Adhæc si minor Christus aut æqualis Ioanni tunc fuit, quur ipse non audiuit à patre: Filius meus es tu, ego hodie genui te. &, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellū pedū tuorū? Aut quur sapientia & uirtus patris, & imago, character & splendor substantiæ ipsius uocatus non est? Portet iam omnia etiam ipse uerbo uirtutis suæ, & introducatur in orbem terrarum quasi primogenitus, et adoretur ab angelis, dicat de seipso sine culpa: Ego & pater unum sumus: Qui uidet me, uidet & patrem meum. dicat: Ego sum resurrectio & uita. dicat: Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi. Quod si hæc Ioannes dicere non poterit, dicit autem uere Christus, quomodo nō erit impium putare maiorem aliquando fuisse Christo Ioānem, qui natura ut deus, semper ipso maior est? Quid autē magni attribuere Christo arbitrantur, maiorem Ioanne futurum contendentes, quo etiam angeli & natura & charitate in deum maiores sunt, quibus tantū Christus præstat, quantū creaturas creator excedit? Cui enim (ait Paulus) angelorū unquā dixit: Sede à dextris meis? nonne omnes spiritus sunt ministrantes? Quomodo ergo qui etiam angelos excedit, qui in sede dei patris collocatur, quasi rem magnam sibi attribuit, quod Ioanne maior in regno cœlorum futurus sit: quum semper atq; simpliciter omni creatura maior sit, qui deo patri æqualis est? Præterea, lucerna erit Baptista, lux autem Christus: quomodo ergo lux, cuius natura est illuminare, lucernæ quæ lumine indiget, æqualis uel minor erit? Et certè non potest amicus sponsi, qui stat & audit sponsum habentem sponsam, sponso æqualis aut maior dignitate atq; honore inueniri. Adhæc, ipse Ioannes de saluatore ait: Qui desuper uenit, super omnes est: mensuram deinde suam ostendens, terrena loquitur, inquit, qui ex terra est. Quod si extra cœlorum regnum maioris desuper Baptistam uenire, & dominum terrena loqui atque ex terra esse: quod absurdissimū est, alter enim natura deus, & super omnes: alter creatura, & ideo ex terra. Non æqualis ergo, imò incomparabiliter Christus excedit: quomodo ergo ipse solum, in regno cœlorum dignitatem excessus expectat? Præterea, post resurrectionem saluator quum priscam spiritus gratiam in nobis renouaret, insufflauit discipulis, dicens: Accipite spiritum sanctum. & ipse spiritus sanctus Christi gionem Galatiæ (in Actibus scribitur) tentabant recedere in Bithyniam, & non permisit eos spiritus Iesu. Renouet igitur in nobis etiam Ioannes gratiam spiritus, si æqualis Christo est: et spiritus, dei patris, ipsius quoq; uocetur. Et si uultis, dicat ipse quoq; de spiritu, quia de meo accipiet. Sed hæc omnia uel cogitare solum, impium est. Non est ergo æqualis Christo, nec aliquando futurus est minor, sed semper ueluti homo, minor Deo est. Ad hæc, euangelista Ioannes naturalem Christi dignitatem ostendens, & Ioannis mensuram sicut serui aperiens: Fuit homo, inquit, missus à deo, cui nomen erat Ioannes: hic uenit in testimonium, ut testimoniū perhiberet de lumine, ut omnes crederent per ipsum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Quomodo ergo lux illuminans, ministro suo quem ad testimonium ad hibuit, minor aut æqualis erit? Præsertim quum ipse Christus dicat ad Iudæos: Vos ad Ioannem Ioan.5. misistis, & ille testimonium ueritati perhibuit, ego uerò Ioannis testimonio non egeo: quomodo ergo minor uel æqualis Ioanni, qui testimonio ipsius non egebat, qui attestantem habebat patrem? Postremo, beatus Zacharias pater Baptistę secundum carnem, gratias agens deo, & futura spiritu prædicens, clamat: Et tu puer prophe Luc.1. ta altissimi uocaberis: præibis enim ante faciem domini parare plebem perfectam. Ipse quoq; Ioannes interrogatus à Iudæis quis esset: Ego, in- Ioan.1. quit, uox clamantis in deserto, parate uiam Domini. Dicant igitur nobis, qui non semper, sed aliquando maiorem Ioanne Christum arbitrantur, quando altissimi propheta ipso altissimo minor non fuit? aut quando minister & præcursor ad æqualitatem naturalis domini conscendit? Ex his omnibus patet, nunquam Ioannem Christo maiorē fuisse, nec de ipso Christo dici, quod modò minor Ioanne sit, & in regno cœlorum maior futurus sit. Verum, quoniam aduersariorum sensum redarguimus, ipsorum Euangelij uerborū uerū modo sensum scrutemur, ut ueræ expositionis appositione, non uera ipsorum iterum redarguatur: quod ut rectè fiat, totam rem altius repetamus. Quum Ioannes in carcere miracula Christi audierit, misit duos ex discipulis eius dicturos Christo: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Ad hæc Christus: Ite, inquit, & renunciate Ioanni, quæ audistis & uidistis. & deinde miracula multa enumerat. Quum ergo illi abissent, dixit ad circunfusam Iudæorum turbam saluator: Quid existis in desertū uidere? harundinem uento agitatam? Sed prophetam? ita dico Matth.11. uobis, & plus quàm prophetam. hic enim est de quo scribitur: Ecce ego mitto angelū meum ante Malach.3. faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. Deinde addit id, de quo quæritur: Amen dico uobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista: sed minor in regno cœlorum, maior ipso est. Neque finem uerborum hic fecit, sed statim intulit: A diebus autem Ioannis Baptistæ usque modò regnum cœlorum uim patitur, & uiolēti rapiunt illud. Sed textus quidem ipse sic se habet. Oportet autem ad rectam expositionem singula breuiter dicere, quæ causa Baptistam in carcerem coniecit, cuius gratia Christum per discipulos interrogauit, utrum ipse uenturus esset, an alius expectaretur: & quare conuersus Christus circunfusam turbam sic alloquutus fuit: & quur illud addidit, non surrexisse in

Universidad de Deusto
Biblioteca



natis mulierum Ioanne Baptista maiorem, & tamen qui minor est in regno cœlorum, eum ipso quoque Ioanne esse maiorem. Hæc igitur breuiter prosequamur. Mirabilem atq; inauditam uitam beatus Baptista ducebat, quã homines adeò mirabantur, in meritò ipsum magnum quendam esse uirum arbitrarẽtur. Is Christo attestabatur, imò digito ipsum præsentem ostendebat, dicens:
Ioan.1. Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi. Verum dominus, cui attestabatur, Mosaicæ legis cultui officere uidebatur, euangelicam uitam pro illo inducens, imò uerò figuras & umbras ad ueritatem educẽs. Conquerebantur Iudæi de Baptista, quod autoritate sua illi faueret, qui legalẽ doctrinam euerteret, ut ipsi putabant. Quid igitur ad hæc Ioannes? legi propugnat, ne Mosaicam doctrinam contemnere uideretur, idq; uel ad repellendam, uel ad mitigandam suspicionem de ie Iudæorum fecit: non quia magni hoc ipse existimaret, sed ut testimoniũ suum de Christo credibilio apud eos fieret. Quãuis igitur multi tunc multis uarijsq; modis præuaricarẽtur, Herodem tamen solum qui princeps erat redarguit, ut periculo suo ad beneuolentiam sui Iudæos reuocaret, & credibiliorem apud eos fieret. Nã quasi pro lege pateretur, faciliores ad credendũ ei fiebãt: ita morte
Luc.1. sua cæteris prodesse studebat. Sed quãdo ,ppheticospiritu (quo repletus ex utero matris erat) nudum iam imminere sibi gladium uidit, uoluit discipulos suos in fide Christi confirmare, aperteq; docere, ut scirent ipsum esse, qui ad salutem omnium expectabatur. Dispensatione igitur ignorare simulat, ut à seipsis inducti discipuli firmius crederent. Multum enim ut homines, sibijpsi attribuebant, nec magistro magis quam excogitationibus suis credebant. Dispensationis igitur modo ignorare se ostendit quis uẽturus esset: Iesus autem quum ipsi uenissent, quoniam rem totã ut uerus deus sciebat, multo magis tunc, quàm antea miraculis effulsit, illaq; dispensando faciebat, quæ prophetæ scribunt tunc futura, quando
Esa.35. Christus ueniet. Ideo interrogatus an ipse esset uenturus, nõ statim respõdet, neq; dicit, ego uenturus sum: sed miraculorũ magnitudine simul & multitudine ostendit seipsum esse. Ite igit, inquit,
Matth.11. et renunciate Ioãni quę audistis & uidistis. Audistis à prophetis hæc & hæc, & cõsummata modo uidistis per me. Ita quum illi abissent, ad turbam conuersus dicebat: Quid existis uidere? & cætera quæ sequuntur. Necessariò postea de Ioanne loquutus est Christus. Nam quoniam discipulos Ioanis turba uidit, interrogantes q; audiuit: non ꝙd illi, sed quod Ioãnes dicere uelle uideretur, ne de Ioanne turbarentur, putarentq; leuiorem hominem, quod primo, ecce agnꝰ dei qui tollit peccata mundi, de Christo dixisset: deinde an ipse
Ioan.1. uenturus esset, dubitaret. Ne igitur uel hæc uel alioqui leuiorem hominem arbitrarẽtur, & propter hanc turbationem minus proficerent, dixit ad eos: Quid existis in desertum uidere? harundinem à uento agitatam? Mirati fuistis Baptistam ait, ac ideo longa itinera in desertũ ad ipsum fecistis: quur ergo modò leuioris mentis hominem, & quasi harundinem putatis, & ex inconstantia huc & illuc leui de causa impellit? Sed hominem mollibus indutum uidistis? & ecce qui talibus ornantur, cum regibus sunt. Qui sicut mollibus induuntur, ita & animo leuiore sunt. Ioannis uerò qui cremum semper coluit, qui robore animi carnem ratione subiecit: quare ficut harundo leuis erit? Si ergo mirati estis Ioannem propter asperrimam uitam, quam constantissime egit, concedere ipsi etiam debetis firmitatem animi uitæ conuenientem. Sin uerò eremus, & amictus humillimus, & cibus abiectissimus, nihil plus uobis afferre uidetur ad constantiam quàm mollis amictus: quare his omissis Baptistam in deserto quærebatis? Num quia prophetam putatis? ita dico uobis, & plusquam prophetanes est. Nam prophetæ uenturum prædicarunt Christum, nec ipsum uidere potuerunt: Ioannes autem & uenturum prædicauit, & uidit. Itaq; primo Ioannem extulit, deinde patris quoque testimonium attulit. Hic enim est, inquit, de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante te. Et ante faciem tuam, qui parabit uiam tuam ante te. Et addidit: Amen dico uobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista: minoratos mulierum maior Ioanne Baptista: minoratem in regno cœlorum maior ipso est. Quum ita multa magnaq; de Ioanne dixisset, & summum inter natos mulierũ esse ipsum affirmasset, quod ad extremum humanæ uirtutis peruenisset, maius bonum postea ponit: melioremq; dicit atque maiorem eum, qui iam regnum cœlorum teligerit, & filius Dei factus sit, per spiritum sanctum renatus, ut ostenderet mirabilem esse Ioannẽ, propter uirtutes suas præcipuas, sed mirabiliores ipso regni cœlorũ participes: hortaretur; hac ratione, ut magno animo rapere id conarẽt: quod Ioanne quoq; maiores faciet. Regnum enim cœlorum donum spiritus esse modo dicimus, secundum illud Christi dictum: Regnum cœlorum intra uos est. Maior igitur omnibus natis mulierum inuenitur, qui per spiritum renatus est. Illi enim filij carnis adhuc appellãtur, isti filij dei sunt, inter natos mulierum secundum humanam uitutem mirabilis Ioannes sit, qui tamen ipso minores uidentur in regno cœlorum, hoc est renati per spiritum sanctum, maiores sunt: quia non nisi lierum nati, sed Deo participes, filij dei ideo appellantur: etiam si minimi perfectioribus uirtutibus, quasi infantes uideant, quia modò renati. Quod autem Ioannem & omnes natos mulierum regeneratio, quæ per spiritum sanctum fit, magno interuallo excedit, non longè nobis quærendus est testis, quum ipse Ioannes ad Iesum dixit, opus esse sibi ab eo baptizari. Nam etsi perfectus esset uirtute, renascendi tamen propter spiritum gratiam petebat, ut in maiorem ascenderet gradum, nec mulieris deinde natus esset, sed ad diuinam nobilitatem reformatus: quod saluator maxime affir-



matuit. Non enim dixit, perfectum ipsum esse, quamuis sanctificationem spiritualis baptismatis nõ haberet: sed necessarium sibi baptismũ, per dispensationem in aliud tempus differẽdum asseruit. Nihil enim aliud, mea quidem sententia, illa uerba saluatoris significant, dimitte modò. Quod uerò cœlorũ regnũ donum spiritus, & regenerationem fidelium appellat, ex ipsis saluatoris uerbis sciamus: A diebus enim Ioannis usque
Ioan.1. modò, inquit, regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Nam quum Ioannes prædicaret, parate uiam domini, rectas facite semitas eius: multi magna ui magnoq; studio à uitijs ad uirtutem uertebantur: sed & filij Dei per spiritus sancti gratiam fiebant per baptismum regenerati. Id si quis non exponi recte arbitretur, doceat quæso quamobrem à diebus Ioannis rapi cœpit regnum cœlorum, quasi nemo ante tempora illa illud rapuerit. Num ergo dices, uana prophetarum spes fuerit? Num tãta multitudo sanctorum patrum, regnũ cœlorum non possidebit, si tunc primum rapi cœpit, quando Baptista clamabat: Pœnitentiam agite, regnum enim cœlorum appropinquabit? Sed facile intellectu est, ipsum regnum cœlorum priscis etiam paratum fuisse, sicuti conformibus imaginis filij Dei, atque ideo præscitis à Deo patre. A tempore uerò Ioannis donum spiritus sancti, & regeneratio per baptismum, fide rapitur. Hæc quoniam ita intelligenda sunt, patet nũquam Ioannem maiorem fuisse Christo, neq; unquam futurum.

*Libri secundi Thesauri Cyrilli finis.*

## EIVSDEM LIBER TERTIVS.

*Refutatio expositionis hæreticæ: & expositio sensus ueri, euangelici textus: Ego in patre, & pater in me est.*

CAP. I.

Ioan.14. Act.17. NON est mirum (hæretici aiunt) si pater est in filio, & filius in patre, quum etiam de nobis diuina scriptura dicat: Quia in ipso uiuimus, mouemur, & sumus. Quomodo enim aliter filius maiorem sepse patrem capere poterit? aut quomodo filius minor maiorem patrem replere poterit? Quasi de corporeis loquimini uasis, in quibus recte dicitur, non posse à minore maius capi, nec à minore posse maius repleri: in rebus uerò incorporeis, quæ sine ulla materia sunt, quomodo ista locum habent? Hæc diximus, quasi concederemus maiorem filio patrem esse, ueritas autem non ita se habet. Aequalis enim patri filius in omnibus est. Sed nec uos huiusmodi rationibus uteremini, si sciretis quid uerus pater sit, & quid uerus filius, & quid lumen inuisibile simul atque æternum, & quid splendor eius, & quid hypostasis incorporea, & character eius similiter incorporeus. Nam si hæc memoriter teneretis, intellegeretisque, non quasi de corporibus disputaretis, sed consequenter atq; congrue scrutandum arbitraremini, quomodo filius in patre, & pater in filio est, sicut character, sicut imago, sicut splendor, atque similitudo patris. Verum quoniam non esse mirum illud dicitis, quoniam & nos in ipso uiuimus, & mouemur, & sumus: considerate quæso, quàm multum à ueritate receditis. non enim sicut in sanctis Deus est, sanctificans ipsos, sic & in Christo: sed ipse filius uirtus & sapientia patris est: is sanctificat omnia participantia ipso in spiritu, ipse uerò nulla participatione sanctus est, ueluti nos. Non enim per gratiam filius est, sed æternaliter ex patre genitus. Nec rursus filius sic in patre est, sicut nos. Nos em̃ gratia & participatione in deo uiuimus & mouemur & sumꝰ: filius uerò secundum naturam, quasi à fonte semper uiuo ex substantia patris emanãs, uita secundum naturã est, omnia uiuificans. Nec participatione uitæ ipse uiuens est, sicuti nos. Nam si sicuti nos ipse uiueret, nõ esset naturaliter uita. Quod enim deforis alicui aduenit, id secundũ naturam ipsi non inest. Filius autem de se dicit: Ego sum uita. Non ergo ut nos in deo uiuit & est, sed naturaloan.14. raliter ipse uita est, & in patre naturaliter est, unũ cum ipso secundum identitatem essentiæ. Sed in Cauillatio hæpatre, inquit, seipsum esse dicit, & patrem in eo: reticorum. quoniam nec sermo in eo, quem ad omnes prædicabat, nec opera quæ faciebat sua erãt, sed patris, qui præcepit loqui, et dedit uirtutẽ ad faciendum miracula. Licebit ergo secundum uos, unicuiq; etiam sanctorum similem uocem ædere. Miracula enim, accepta uirtute desuper, ipsi quoq; fece-
C runt. Audiam (inquit Psalmista) quid loquatur Psal.84. in me dominus deus. Et sapientissimus Solomon: Prou.2. Mea, inquit, uerba à deo dicta sunt. Et beatus ille Moses, fidus minister præceptorum extitit dei, & uniuersaliter uniuersi prophetæ non suis uerbis utebantur, sed Domini. Hac de causa omnes Act.3. hæc dicit dominus, clamabant. Et saluatoris discipuli admirãtes magnalia quæ faciebant: Viri fratres, clamabant, quid nobis attenditis, quasi propria uirtute ista facientibus? Quur ergo nemini unquam istorum licuit dicere, ego in patre sum, & pater in me? Non uidetis nihil præcipuum tribui à uobis filio, frustraq; appellatum filium esse, si ueluti sanctorum aliquis externa uirtute opera batur? Non autem frustra, neq; sicuti nos per gratiam, sed uere & naturaliter filius est. Propria igitur uirtute non deforis sibi donata, miracula operabatur. Præterea, si sanctis licuisset dicere, Ego in patre, & pater in me est: dixisset certè saluator, Et ego in patre sum, & pater etiam in me est: ut ostenderet cæteris quoque id dicere licere. Nunc uerò sibi soli hoc attribuit, quia solus ex patre uerè generatur. Ita ergo propositus euãgelij textus intelligendus est. Ex substantia patris emanat filius, non (sicuti creaturæ) ex nihilo ad esse productus, aut deforis subtitutus: sed ex genitoris substãtia propriis fructus, sicut ex lumine splendor, aut ex fonte fluuius. Quare qui uidẽt filiũ, ipsum patrem uident, & à filio genitorem intelligunt. Nam quoniam ipsum esse filij ex substãtia patris prodit, idcirco filius est in patre. Et quoniam

Universidad de Deusto
Biblioteca



quod pater est natura, idipsum uerbum suum est: A
ideo pater in filio est, sicut sol in suo splendore, &
sicut mẽs siue intellectus in uerbo suo, & sicut in
fluuio fons. Natura enim paternæ substantiæ, ac
(ut ita dicam) species tota in filio est, & ostendit
ipsum in seipsa. Illud etiam attendendum, quod
necessariæ dispensationis gratia hanc uocem do-
minus emisit. Nam quoniã ad ostendendã iden-
titatem naturę, qua idem est cum patre, dixerat:
Ego & pater unum sumꝰ. Ne quis igitur patrem
filium, & filium patrem esse putaret, & dualitatẽ
nominum solummodo faceret, & unam nõ duas
personas arbitraretur, necessariò illud exposuit,
Ioan.10. dicens: Ego in patre, & pater in me est, ut quem-
admodum ex illis uerbis identitatem substantiæ
ostendit, sic ex istis dualitatem personarum, ut ue B
re subsistentem patrem, & uere subsistentẽ filium
Ioan.14. significaret. Nam pater & filius, natura unũ sunt,
numero personarũ duo: non sicut si unum in du-
as diuideretur partes, ut alterum in altero nõ sit:
nec ut idem unum duobus nominibus appelle-
tur, ut dualitatis uirtus in solis nominibus repe-
riatur: nec ut eadem persona modò pater, modò
Sabellius. filius uocetur, sicut Sabellius blasphemabat: sed
sint (ut diximus) numero personarum duo: pater
enim semper pater est, necꝙ unquam in filiũ con-
uertitur: & filius semper filius, necꝙ unquã in pa-
trem mutatur. Quumꝙ ita in dualitate uera per-
sonarum sint, una in utriscꝙ natura, & una deitas
est. Similis enim naturaliter genitori filius est, ut
imago, ut splendor, ut character substãtiæ ipsius. C
Et ita propter identitatem substantiæ, unũ deum
patrem & filium esse credemus. Nam sicut splen-
dorem solis non aliud dicet quispiam esse lumen
natura, præter ipsum solem, nec participatione
aut habitudine quadam lumen appellari credet:
sed quia natura ex ipso emanat, & ita duo hęc lu-
mina esse ratione percipiet, unum uerò esse natu-
ra non negabit: sic quanꝙ pater & filius in dua-
litate personarum inueniantur, nemo tamẽ aliud
dicet esse patrem quàm filium, quantum ad deita
tem & ideutitatem essentiæ pertinet. Et sicut sol
in splẽdore suo est, & splendor solis in sole: sic pa
ter in filio, & filius in patre, personarum numero
duo, naturæ identitate unum. Quare si quis dili-
genter scripturam scrutetur, inueniet omnia dici D
de filio, quæ de patre dicuntur: & omnia de patre
quę de filio, absꝙ hoc solum, quod alter pater est,
alter filius. Pater deus est, & uerbũ deus est: omni
Apoc.4. potens pater, omnipotens & filius. Hæc dicit qui
Ioan.9. erat, & qui uenturus est, omnipotẽs dominus pa
Matth.9. ter, & unus dominꝰ Iesus Christus: lux pater, sed
Ioan.17. filius quoꝙ lux. Ego sum, inquit, lux mundi. Pa-
ter peccata dimittit, sed et filiꝰ similiter: ut sciatis,
inquit, quia potestatẽ habet filius hominis pecca
Ioan.14. ta dimittere. Verè igitur ipse dicit ad patrẽ: Quia
mea omnia tua sunt, et tua mea. Et quia omnia pa
tris filij sunt, conuersim quoque uerè dicit: Ego
in patre, & pater in me est. Identitas enim ho-
rum omnium, in dualitate incommutabiliter lu-
cet. Quare filius uerè filius est: non enim omnia

patris, secundum naturam sua essent, nisi ex ipso
esset: nec omnia filij patris essent, nisi filius cõsu-
stãtialis esset genitori. Quemadmodũ si quis de-
pictam regis imaginẽ uideat, & miratus pulchri-
tudinẽ imaginis, ipsum regem uidere desideret:
iure utiꝙ imago ad eum diceret, qui me uidet, re-
gem uidet. & rursus: Ego et rex unũ sumus, quan-
tum ad exactam similitudinem. & rursus: Ego in
rege, & rex in me est, quantum ad figuram & for-
mam. Figura enim & forma, & species imaginis,
species, forma, & figura regis est. Sic & filius di-
cit: Qui me uidet, uidet & patrem: ego & pater
unum sumus: ego in patre, & pater in me est. Na-
turales enim dignitates patris incommutabiliter
habet filiꝰ, & ideo patris imago est et ipsum ge-
torem in se monstrans. Ita & apostolicũ illud in-
telliges: Qui quum esset in forma Dei, non rapi-
nam arbitratus est se esse æqualem deo. Aequalis
enim deo est, quia & ipse totus deus est, nõ alter
quàm pater. Sic erat in Christo deus, ad reconcili-
andum sibi mundũ. Sic quæ cunꝙ filius operatur,
patris opera sunt. Nam quum nulla differentia
deitatis & naturæ inter eos sit, nihil prohibet
opera unius opera esse alterius. Nam si quæ pa-
tri attribuunt, omnia ipsi quoꝙ filio nõ gratia, nec
participatione, sed ita naturaliter insunt ut & ipsi
patri: nec mediũ ullũ est inter patrẽ & filiũ, quod
in dissimilitudinem distrahat: perspicuum est ea-
tum patrem esse in toto filio, & totũ filiũ in toto
patre. Probe igitur consequenter dicitur: Ego in
patre & pater in me est. &, ego & pater unum su-
mus. Nihil enim habet alter quod alteri nõ insit,
nisi quod hic pater, ille filius est. Talis ergo pa-
tus filius est, qualis omnino pater est. Præterea
deus pater uocatur, & simul cum eo intelligitur
necessariò filius. Non enim esset pater, nisi ex
ipso filium generet. & rursus: Quando filius ap-
pellatur, patrẽ simul intelligere necesse est: filius
enim ad patrem dicitur. Si ergo alter in altero ne-
cessariò est, & alter in altero intelligitur, uere di-
cit saluator: Ego in patre, & pater in me est. Ad
hæc: qui credit in filium, credit in patrem: & qui
uere colit patrem, is etiam filiũ colit. Quur ergo
hic in illo, & ille in hoc non erit? aut quur identi-
tas essentiæ hinc non demõstratur? Ideo enim D
unus deus in filio, & patre & spiritusancto adora
tur, & unus deus ab omnibus prædicatur & col-
quia nulla differẽtia essentiæ, naturalisꝙ similitu-
dinis alterum ab altero disiungit. Sed patrẽ hanc
tici esse in filio, & filiũ in patre ideo dicit, quoniã
quæ pater uult, etiam filius uult: & quę filius, eo-
dem pater, propter identitatem uoluntatum: ex
go alterũ in altero esse contendunt. Nũ igitur an-
gelis, alijsꝙ ratiõalibus uirtutibus licebit de ge-
bus Psalmista scribit: Benedicite domino o
geli eius, ministri eius facietes uoluntatẽ eius,
inꝙ singulis istorũ licebit hac saluatoris uoc
& dicere, Ego in patre, & pater in me est. & q
uidet, patrẽ uidet? Nemo enim ambigit, qua
uult, eadẽ angelos, archãgelos, dominationes, po
testatesꝙ uelle: nõ eũ manerẽt in ordine filij,



eadem uellent quæ deus. Certe qui non perman-
sit in uolũtate dei, sed aliud quàm deꝰ uellet quę-
Esa.14. siuit, statim audiuit: Nunc ad inferos descendes,
et ad fundamenta terræ. Si ergo uniuersi ordines
superiorum protestatum eadem uolũt quę Deus,
& tamen uocibus filij uti nequeunt, nõ idẽ uelle
& idem nolle filium in patre, et patrẽ in filio mon
strat, sed essentię in commutabilis similitudo atq;
identitas. Prętera, si idem uelle facit ut alter in al
tero sit, hoc ipsum faciet (quod nonnulli hæreti-
corum audent dicere) ut uerbum, sapientia, & i-
mago, dei filius appelletur. Quur ergo etiam an-
geli sapientia & imago Dei, & uerbum dei, & lu-
men de lumine, & splendor, & in forma Dei non
dicuntur, quum & ipsi uoluntatem suam ad uo- B
luntatẽ dei conforment: quia ui delicet non pro-
pter hoc, necꝙ propter uoluntatũ conuenientiam
filius est in patre, & pater in filio: neque propter
hoc filius uerbum & imago dei est, nec sapientia
& lumen de lumine ideo appellatur: sed quia ex
Cauillatio Arriico- ipso patre uerè ac proprię genitus est. Si quoniã
rum. (inquiunt) imago patris filius est, idcirco unius
substãtiæ cum eo est: quid prohibebit nos quoꝙ
homines qui similiter filij dei uocamur, & ad ima
ginem dei facti sumus, eiusdem cum deo esse sub
stantiæ? Sed nos (ô contentionis cupidi uos) per
gratiam filij dei sumus: uerbum uero dei, filius ip
Col.1.et 2. sius secundum naturam est. De illo enim dicitur:
Quis similis tibi domine in dijs? non enim defo-
ris, sed naturaliter filius est: de nobis autem: Ego
dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Vos uerò tan-
quam homines moriemini, & sicut unus princi-
pum cadetis. Facile enim nisi in fide & charitate
uixerimus, gratiam amittimus. Imago autem dei
sumus, quoniam ueram imaginem eius, hoc est,
uerbum eius suscepimus: & habitauit in nobis,
homo factus propter nostram salutem. Immensa
igitur differentia est inter nos per gratiam filios,
& uerbum dei, hoc est filium uerum dei. Friuola
igitur hęc ratio uestra est, qua sola similẽ patri fi-
lium putastis, quoniam uidelicet ea uelit, quę pa
ter etiam uelit: unde sequitur potius uoluntatem
uoluntati similem esse, non filium patri. Pater e-
nim secundum uos, nomine solum pater erit: fi-
lius uerò, nec filius nec incommutabilis genito- D
ris imago, sed solum imitator, & ut ita dicam, se-
quutor uoluntatis eius: ut etiam Paulus Christi,
cui similis erat: quoniam quæ Christus uolebat,
ea & docebat & faciebat. Quare imago uoluntā
tis Christi, doctrina eius est, sed non est idem filio
dei secundum naturam. Hęc omnia quoniam ita
se habẽt, absurdum & impium est, similitudinem
& identitatem filij dei cum patre in alia magis re,
quàm in substantia esse putare: ita enim solum fi-
lius uera imago patris erit, uerecꝙ poterit dicere,
ego in patre, & pater in me est. & rursus: Qui ui-
det me, uidet & patrem. Ita enim pater & filius si-
miles sunt in omnibus: sicut in hominib. patres
filijs, & filij patribus secundum naturam similes
sunt, & uelut si quis ad solem et splẽdorem eius
aspexerit. Hac de causa quum filius operetur: pa

ter operatur, & quum filius ad sanctos ueniat, &
pater quoꝙ uenit, ut ipse dicit: Veniemus ego &
pater, & mãsionem apud eum faciemus. Omnia
enim (ut sæpius dictum est) ex patre per filium fi- Ioan.14.
unt. Et gratia quæ sanctis datur, ex patre per filiũ
præbetur. Gratia (Paulus inquit) uobis à Deo sit, Rom.1.
& domino Iesu Christo. Et alibi: Ipse deus pate: 1.Thess.3
& dominus noster Iesus Christus dirigat uiã no-
stram ad uos. Nõ enim dirigant, pluraliter dixit,
quod Græci sermonis consuetudo flagitat, quan
do de duobus diuisis dicitur: sed, dirigat, in singu
lari numero: ut ineffabilem unitatem patris & fi-
lij ostenderet, significaretq; non seorsum aliquid
dari aut fieri a patre, & seorsum à filio: sed ex pa-
tre per filiũ in spiritu sancto ut ex uno Deo. Nam B
si non eiusdem essentiæ filius esset cum patre, &
si non esset in ipsis unitas inseparabilis, sicut in
splendore & sole, solus pater operari, & spiritum
dare diceretur, nec in omnibus mentio filij fieret.
Quur enim si creatura est filius, ipse solus, & nul-
la creaturarum alia cum patre operari, & spiritũ
dare dicitur? Nemo certe audire patietur dicen-
tem aliquẽ, utinã deus pater & angelꝰ (uerbi gra
tia) quispiam dirigat uiam tuam. Gratiam enim
dare, deo soli conuenit. Quum igitur unà cum fi-
lio, & per filium omnia in spiritu sancto pater fa-
ciat, patet filium non esse creaturam, sed uere ge-
nitum ex patre, & patrem in ipso esse, & ipsum in
patre: & ita uniuersa fieri, & gratiam sanctis dari
ex patre per filium, ut Paulus testatur: Gratias a- C 1.Cor.1.
go deo meo semper de uobis propter gratiã dei,
quæ uobis data est in Christo Iesu. Sed si nulla,
inquiunt, creatura cũ deo simul in faciundo, dan
dove aliquid accipitur, quamobrẽ patriarcha Ia- Gen.48.
cob nepotes Ioseph filios benedicens, ait: Deus
qui me alit ex infantia mea usq; ad hunc diem, &
angelus qui liberat me ex omnibus malis, bene-
dicat pueros istos? Ecce deꝰ nominatur, & ange-
lus una cum eo: & quidem in singulari numero
benedicere dicitur. Si prophetico spiritu decora
tum hæretici fatentur, & sanctum Iacob fuisse ui
rum nõ negant, cuius gratia ita ipsum errasse con
tendunt, ut angelum deo cõiunxerit, & una cum
Deo posse benedicere putauerit? Nolint quæso
ita sanctũ uirum illum uituperare, sed uerum suo
rum uerborum sensum inquirant, si sanctum fu-
isse illum arbitrantur: sin uerò minimè id putant,
quur autoritate ipsius ad confirmanda dogmata
utuntur? Sed nos nugis hæreticorũ contemptis,
patriarchæ uerba breuiter exponamus. Spiritu
ergo ille sancto ad ueritatem dogmatum ductus,
primo Deum orat, ut pueros benedicat, & simul
etiam angelum, qui liberabat eum ex omnibus
malis: ut per deum patrem ipsum significaret, per
angelum autem uerbum patris. Non enim ig- Esa.9.
norabat, quia nomen eius magni consilij angelus
est. Quod autem nõ angelum (ut intelligunt
hæretici) sed filium Dei significarit, inde patet,
quod quum dixisset angelus, statim addidit: qui
me liberat ex omnibus malis. A uerbis igi-
tur ipsius consideremus, deus ne ipsum à malis

Universidad de Deusto
Biblioteca



omnibus liberarit, an aliquis angelorũ qui sunt A
creati. Luctatus dicitur angelus cum patriarcha
illo fuisse, idq; scriptura diuina testatur: quem pa
triarcha tenuisse dixisseq; ad ipsum dicitur: Non
Gen 32. te dimittam, nisi me benedicas. Erat aũt ille deus
in specie creaturæ cum patriarcha luctatus, sicut
ipsius patriarchæ uoce apparet: Vidi faciem dei.
Hunc igitur angelum quem tũc uidit, orabat ut
pueros benediceret. Præterea, uisus est (ut scrip-
tura dicit) Dominus deus patriarchæ Iacob, & di
Gen.28. xit ipsi: Ecce ego tecum sum, & custodiam te in
omni uia quocunq; ieris. Deus igitur erat, qui li-
berabat ipsum, non angelus. Et rursus, quando
Laban persequutus, deprehẽdit eum, tunc quo-
Gen.31. que deus ipsum liberauit, ut ipse uxoribus dicẽs
testatur: Et non dedit, inquit, deus Laban pote- B
statem male faciendi mihi. Et quando rursum fra
ter Esau insidiabatur ei, non angeli, sed dei auxi-
Gen.32. lium implorabat, dicens: Libera me domine de
manu fratris mei Esau, quia timeo ipsum. Deus
igitur ipse, hoc est filius Dei, nomine angeli à Ia-
cob in benedictionem filiorum Ioseph nomina-
tur. Sed species quoq; patris filius dicitur. Saluа-
Ioan.5. toris enim uerba ad Iudæos hęc sunt: Qui me mi
sit pater, ille testimonium perhibuit de me, cuius
uos nec uocem unquam audistis, nec speciem ip
sius uidistis, & uerbum eius non habetis manens
in uobis: quia quem ille misit, huic uos non cre-
ditis. Si ergo qui non crediderunt uerbo ex pa-
tre misso, nec uocem dei audisse dicũtur, nec spe
ciem ipsius uidisse, nec uerbũ ipsius habere ma- C
nens habitansq; in ipsis: perspicuum est, quod si
missum ad eos filiũ dei suscepissent, uocem quo-
que ipsius dei audissent, & speciẽ eius uidissent,
& uerbum eius habitans in eis habuisset. Omnia
ergo hæc filius esse ostẽditur, uox, species, & uer-
bum patris: & si species est, patet, quia etiam ima
go & character substantię genitoris, habens in se
ipso naturaliter illum cuius character est. Verè i-
gitur dicitur, Ego in patre, & pater in me est: &,
ego & pater unum sumus. Idcirco quando pa-
triarcha Iacob cognominatus fuerat Israel, tunc
Gen.32. (ut scriptura dicit) sol ipsi ortus fuerat, quando
trãsiuit species dei. Nihil certe aliud speciem dei
scriptura ibi nominauit, nisi eum qui liberè, ue-
req; clamat: Qui uidet me, uidet & patrem: &, e- D
go in patre, & pater in me est: &, ego & pater u-
Obiectio hæ reticorum. num sumus. Sed saluator, inquiunt, patrem &
pro discipulis, & pro uniuersis in se credentibus
Ioan.17. rogat, dicens: Pater sancte custodi eos in nomi-
ne tuo, quos mihi dedisti, ut sint unum sicut &
nos. & rursus: Nec pro istis solis rogo, sed etiam
pro credentibus per sermonem istorum in me: ut
omnes unum sint, sicut tu pater in me, & ego in
te, ut & ipsi unum in nobis sint, ut mundus cre-
dat quia tu me misisti. Et ego gloriam quam de-
disti mihi, dedi eis, ut sint unum sicut & nos u-
num sumus. Ego in ipsis, & tu in me, ut sint per-
fecti in unum, ut mundus cognoscat quia tu me
misisti. Quemadmodum igitur nos, quamuis ho
mines secundum naturam simus, in patre tamen



unum sumus: sic & ipse filius unum est cum pa-
tre, & ipse pater unum cum filio, sicut etiam no-
biscum. Et quemadmodum nulla ratio coget ho-
miles patri nos secundum naturam esse, quia u-
num cum ipso fieri dicimur: sic non est necesse fi-
lium ex substantia patris esse, quoniam ait, ego in
patre, & pater in me est: quum ita sit in patre, ut
diximus, quemadmodum & nos ipsi. Aut ergo
nos etiam ex substãtia patris sumus: quoniam ad
unum cum deo reducimur. Aut si homines non
quoq; sumus, quando unum facti sumus cum pa-
tre, hoc ipsum etiam de filio credendum est. Ie-
manet enim in natura sua, nec in substantiam pa-
tris conuertitur, quamuis unum fiat cum ipso.
Hæc hęreticorum quoq; pater diabolus dixit, a-
ideò audiuit: Nunc ad inferos descẽdes, & in hu-
damenta terræ. Ausus enim fuerat dicere: Ascen-
dam super nubes, & ero similis altissimo. Quare
sicut uere filius dicit, Ego & pater unum sumus:
idq; propter identitatem substantiæ: sic & hære-
tici uere dicerẽt, nos & pater noster diabolus u-
num sumus, qui unũ & idem uolumus. adeò e-
nim insaniunt, ut quum per gratiam ipsi quoque
diĳ uocentur, similes se esse putent ei secundum
naturam, qui gratiam dedit. Et qui uocati sunt
ad similitudinem filĳ, secundum naturam æqua-
les esse se credant illi qui uocauit, & qui natura-
lem sibi dignitatem ex misericordia per gratiam
eis concessit. Nam si pater & filius sic unum sint,
sicut nos cum patre, & pater nobiscum, nulla dif-
ferentia erit inter uerbum Dei & nos: sed eadẽ
dem nobiscum secundum naturam: tempore tã-
tum solummodo differens, quoniam ante omnes
fuit: sicut Adam, uerbi gratia, similis secundum
naturam Paulo & Petro fuit, quãuis longo tem-
pore ipsos præcesserit. Quare igitur ipse creator
noster uocatur, quum nos creatores non simus?
Et nos quidem per ipsum facti sumus, ipse au-
tem creator omnium est. Consequens uero est,
si eiusdem naturæ cum ipso sumus, eundem a-
pud patrem nos quoque locum obtinere, quem
ille obtinet, & singulos nostrũm unigenitos ap-
pellari, & uerba & sapientiam patris. Nam quo-
rum natura una est, eorum nomen quoque com-
mune est: & quod uni secundum naturam inest,
id cæteris quoque ineſt qui eiusdem naturæ sunt.
Quæ omnia si absurdissima sunt, nec creatores
ipsi uocamur, nec sapientia patris, nec lumen de
lumine, sed solus hæc filius uere possidet, non e-
rit eiusdem naturæ nobiscum. Ineffabiliter ig-
tur ipse ex patre est, & naturaliter unum cum ip-
so, non sicuti nos, gratia & participatione: ne-
luti ferrum quum ignitum fuerit, & ignis parti-
cipatione dicitur. Non enim omnia quæ simi-
lia sunt alicui, unum cum ipso sunt secundum na-
turam. Nam multotiens quæ naturaliter aliqua
sunt, ea sicut imagines motionum uoluntatis no-
stræ fiunt. Sanè naturaliter animalibus ratione
expertibus ineſt pronitas atque propensio ad
rationales affectus explendos, quod rationem
non habeant, qua illos moderentur & frenent.



Hinc homines suo indulgentes animo, & recte A
rationis ductum non sequentes, sed appetitum
brutum atq; effrenem, illorum censentur anima-
lium nomine, quorum insitas & naturales prose
quuntur passiones. Et id quidem frequẽs in scri-
Psal.48. pturis occurrit ac inuenitur. Veluti quod scrip-
tier.5. tum apud psalmistam est: Nolite fieri sicut equus
Psalm.10. & mulus, in quibus nõ est intellectus. & rursum:
Luce 6. Homo quum in honore esset, non intellexit, sed
comparatus beluis et brutis, similis factus est eis.
et alibi: Et qui furentes in equas facti sunt. Hęc sal
uator ad discipulos suos apertiora fecit, dicens:
Estote prudentes sicut serpentes, & simplices si-
cut columbæ. et rursus: Estote misericordes, sicut
& pater uester in cœlis misericors est. Si ergo si-
miles secundum naturam facti sunt beluis & bru B
tis, qui carentiam rationis ipsorum sequuti sunt:
& rursum, si discipuli serpentis prudentiam, co-
lumbę simplicitatem, & cœlestis patris misericor
diam imitati, serpẽtes, columbæ, & diĳ secundum
naturam facti sunt: nihil prohibet, quando unum
fieri cum domino dicimur, aut cum ipso deo pa-
tre, unum cum deo essentialiter nos factos esse ar
bitrari. Sin autẽ operationis alicuius similitudo
facit, ut serpẽtes uel columbæ et cętera dicamur,
non erimus secũdum substantiam idem cũ Deo,
quia unum cum ipso facti esse dicimur. Sed sicut
ipse unũ est natura cum uerbo suo, sic & nos ad
unum inter nos reducimur uoluntatis coniun- C
ctione atq; concordia, quando nullo modo dis-
sentimꝰ, sed uno charitatis uinculo in unitate cõ
iungimur. Præterea solet saluator & dñs noster
bona, quæ naturaliter insunt sibi, proponere, &
Matth.17. ad similitudinem hortari nos, ut ad diuinam sic
imaginem, ad quam facti sumus, nos reformet.
Quando igitur mites nos esse hortatur: Discite à
me (inquit) quoniã humilis sum, & mitis corde.
Nec tamen si eum imitati mites erimus, natura
quoq; ideò sibi similes erimus, sed in sola mãsue-
tudine, inquantũ fieri potest, assimilabimur. Sic
igitur, quando de nobis dicit, ut sint unum, sicut
& nos unum sumus, ad exemplar nos hortatur:
nec quia natura unum cum Deo fieri possemus,
id dicit: sed ut quemadmodum naturaliter ipse
unum cum patre est, sic nos concordia & consen
su unum sumus, naturalemq; identitatem patris D
& filĳ quasi exemplar sequuti, uoluntatis con-
iunctione ipsam imitemur, quę nos quasi corpus
Act.4. unum & animum unum efficiat. Sic enim de ĳs
qui crediderunt, scribitur: Quia multitudinis ip-
sorum cor unum & unus animus erat. Nam quæ
Matth.20. aliquibus natura insunt, firmæ quasi fiunt imagi
nes, si qui uoluerint suam ad eas uoluntatem con
formare, quale illud est: Estote sicut serpentes: e-
stote sicut columbæ. Identitatem igitur natura-
lem quam habet cum patre, & imaginem, & simi
litudinem, & exemplar (quod intuentes, uolun-
tate uniamur) nobis proponit. Quando igitur
de nobis dicit, Vt & ipsi unum sint, sicut & nos
unum sumus: non ut omissa natura nostra, ad na-
turam filĳ commutemur, id dicit: sed ut (ueluti
dictum est) id uoluntate nos efficiamur, quo ipse
natura cum patre est. Quare si quis naturalem cõ
iunctionem nobis cum filio Dei futuram arbitra
tur, uehemẽter errat, impossibilia fingens. Nam
si dicere uoluisset, natura nos unum cum filio fo-
re: dixisset profectò, Vt unum ipsi mecum sint,
quemadmodum ego tecum. Nunc uerò non ita
dicit, sed plurali numero utitur: ut sicut ego & tu
unum sumus, sicut & ipsi unum in nobis sint. Ita
clarè docet, non natura cum Deo nos coniungi,
quod impossibile est: sed posse fide atq; charita-
te, quum ad exemplar naturalis unitatis filĳ & pa
tris, nitimur unum unitate uoluntatum fieri, qđ
ipsi & patri naturæ ineſt unitate. Præterea, quod
in Deo fieri dicitur, non naturæ mutationem, sed
ab eo, uel per eũ fieri significat. In te (inquit Psal- Psal.43 & 17.
mista) inimicos nostros cornu petemus. & rur-
sum: In Deo meo transgrediar murum. Perspicu-
um enim est quod non in deo naturaliter factus,
murum se transgressurum & cornu petiturum di
cit: sed in nomine Dei & in uirtute ipsius, id se fa-
cturum ostendit. Quando igit dicit, ut ipsi quo-
que in nobis unum sint, non quia natura huma
na conuertatur ad Dei naturam, id dicit: sed quia
in nomine uirtuteq; patris & filĳ unam habebũt
uoluntatem atque consensum. Addidit autem,
sicut & nos unum sumus: ut exemplar uniendа-
rum uolũtatum, naturalem suam unitatem cum
patre credentibus proponeret. Similitudinis e-
nim aduerbia, sicut, quasi, ueluti, cæteraq; huius-
modi, nõ totam rem eandem toti significant, sed
similitudinem aliquam ostendunt. Ideò addidit,
ut sint perfecti in unum: ut totius textus hic sen-
sus sit. Nam quia magnam, imò immensam gene
ri hominum filius Dei conferre gratiam uoluit,
ideò uniuersos ad coniunctionem attrahi sui stu
duit: factus est enim in nobis, quia hominem in-
duit is, qui patrẽ habet in se, sicuti uerbũ & splen-
dor eius. Sicut igitur ego (inquit) in ipsis sum,
qui homo factus idem cum ipsis sum: & tu pater
in me, qui eiusdem tecum substantiæ sum: sic uo-
lo ut & ipsi in unitate inter se coniuncti, & quasi
unum facti corpus, in me omnes sint: qui omni-
bus propter assumptionem unius templi coniun
ctus sum. Et sic erunt unum, & erunt perfecti, si-
cut ego perfectus sum, etiam post hominem as-
sumptũ. Nõ igitur natura nostra omissa, ad dei na
turã mutamur: sed unũ esse cũ deo dicimur, quia
participes eius sumus. In hoc (inquit Ioannes) cog 1.Ioan.4.
noscimus, quia in ipso manemus, & ipse in no-
bis, quia ex spiritu suo dedit nobis. Si ergo quia
participamus spiritu sancto: unum sumus cum
deo, & nos in ipso, & ipse in nobis manere dicit:
& filius dei nõ est de numero participantium spi
ritu sancto, sed ipse dator ipsius spiritus est, patet
quia nõ ut ipse in deo patre est, sic et nos sumus:
sed ipse quidem in ipsa genitoris natura sicut uer
bum, sicut splendor, & sicut character ipsius est.
Nos uerò, quia spiritu sancto per ipsum filium
participamus, unum esse cum deo dicimur. Idem
Ioannes alibi scribit: Quicunque confitebitur
quia

Universidad de Deusto
Biblioteca



1.Ioan.4. quía Iesus est filius dei, deus in ipso manet, et ipse A in deo. Si ergo propter huiusmodi cõfessionem in Deo sumus, & ipse in nobis: filius uerò non ea de causa sit in patre (nec enim pro merito confessionis in dono accepit, ut sit in deo: non est ambiguum homines gratia et dono unũ esse cũ Deo, & propter fidem & cõfessionem huiusmodi, donum hoc diuinitus accipere. Dei autem uerbum naturaliter est in patre, non dono & gratia, & patrem similiter habet in se. Quod ut apertius intelligatur, ponamus aliquem fide & charitate confiteri nunc, quía Iesus est filius dei. Is ergo secundũ Ioannis dicta, spiritum sanctũ propter huiusmodi cõfessionem accepit: & quoniam deũ in se accepit, & deus in ipso, & ipse in deo est. Ponamus etiam quod postea ex suggestione diaboli mutet B homo huiusmodi sentẽtiam, & neget Iesum esse filium Dei: amisit igitur gratiam, & à spiritu sancto desertus, nec ipse in deo erit, nec deus in ipso. Hic certe sicut ante confessionem homo erat, sic & in cõfessione & in negatione homo erit. Non ergo naturaliter deo coniungimur, nec natura unum cum ipso fideles sumus: sed ut gratia & charitas nos illi coniungit, sic uitium ab illo nos remouet. Si ergo confidentes in charitate, quía Iesus est filius dei, in deo sumus: & negantes alienamur ab ipso: filius autem non dono, nec propter confessionem huiusmodi cum Deo est: non erit certe ita ipse in patre, sicut nos. Sed ipse quidem naturaliter & incommutabiliter, sicut ex ipso natus: nos uerò gratia & participatione. Quare sicut ipse naturaliter & filius deus est, sic nos gratia & participatione filij dei & dij efficimur. C

*De similitudine filij ad patrem: & quod filius non est naturæ mutabilis, neq; deforis subsistens, sed ex ipsa substantia patris genitus, sicuti uere filius.*

CAP. II.

*Aduersariorũ captiosa obiecto.* SI filius incommutabilis (inquiunt) patris imago est, similisq; est in omnibus & per omnia genitori: quur ipse quoq; nõ generat? & quur filij alicuius nõ dicitur pater? Sic enim exacte similis per omnia ipse erit. Sin autẽ ipse non generat, quomodo in nõ generante generans erit? Dissimilis em̃, alienusq; à patre in hoc erit. Si Deus omnino quemadmodũ homines generat, nec ulla D differentia inter hæc est, iure generandi potestatem etiã à filio peterẽt: sin uerò longe sublimior est natura dei, erit certe à legibus quoq; nostris libera. Nõ igitur ut homo, genuit deus: quare qui natus est, humanis legibus non subijcitur. Ineffabilis enim sua ex patre generatio est. Quod si putent necesse esse à filio dei alios nasci, quia ipse natus ex patre est: quur patri etiam patrẽ non quærunt, secundum humani generis consuetudinẽ? sin autem pater à nullo est, & nostras leges omnino etiã in hoc superat, nulla ratio coget ut à filio filium nasci oporteat. Erit enim in hoc etiam patri similis: ut sicut hanc animaliũ naturam pater excedit, quoniam à nullo est: sic filius quoq; excedat, quoniã nullũ generat. Nã propter hoc etiam mirabilis imago patris in filio est. Sicut enim pater immutabilis est, quía semper pater et nunq; filius: sic uerbum suum ex ipso prodíes, immutabile permanet patris uerbum, & semper filius, & nunq; pater: similis igitur in hoc quoq; genitori est. Sed interrogare nos solent, utrum liberi arbitrij filius sit, an minimè? Nã si liberi est, inquiunt, in electione non natura bonus est, quare potuit in contrarium immutari. Hæc enim liberi arbitrij uis est, ut ad utramuis partem tendere possit. Id autem mutatio & passio est, quã qui potest pati, quomodo immutabilis dei atq; impassibilis erit imago? Sin autẽ minimè liberi arbitrij filius est, semper manet quod est, quasi lignum uel lapis insensibile. Quod si ipso subsistet, naturæ uinculis, non libertate arbitrij unitus. Oporteret certe non respondere ad hæc interrogata, quæ ita incõsiderate proferuntur. Nam melior tunc taciturnitas est, quando ita ut sute contextæ interrogationes sunt, ut sine blasphemia respondere non possis. Si enim liberi arbitrij filium esse dixeris, sequitur statim ex libertate mutatio. Liberum enim est, quod mutari etiam in contrarium potest, quamuis id nunquam fore sit. Sin uerò alterum dixero, statim quasi lapidem propter immobilitatem filium Dei esse conclamant. Hæc nec sine suo periculo agitant, nec sine aliorum periculo prædicant. Sed quid ipsi facient, si nos quoq; de patre similiter interrogabimus? an sicuti uos formidabunt, & tacere melius, quàm hæc proferre arbitrabuntur: Sed tamen nos quoq; coacti similiter (ut dixi) deprauatre interrogaremus, quomodo respõderent? Hic ergo uideant oro quàm periculosissimæ sint interrogationes huiusmodi, & simile patri esse uerbum suum in omnibus, præterquàm quod pater solum pater est, & filius solum filius, constantissimè pieq; credant. Nam si patris incommutabilis imago est, uereq; dicit: Ego & pater unum sumus. &, qui me uidet, is patrem quoq; uidet: immutabilis certe sicuti pater est. Quomodo enim uera imago immutabilis patris, mutabilis filius erit? aut quomodo uerè dicet, unum sumus, si mutabilitate et immutabilitate dissepararentur, & tam magna dissimilitudine distrahũtur? Quare quoniam impossibile est falsa dici à ueritate, una ipsa ueritas, hoc est filius & pater erunt, et ita necessariò quod pater est, id ipsum filio quoq; erit. Sed immutabilis pater est, immutabilis igitur et filius, & per omnia patri similis. Præterea, filius arbitrij secundum hæreticos, & mutabilis naturaliter filius est: sed electione boni ad eam conditionem peruenit, ut iam nullam ad partem habeat differẽtiam, sed possit dicere, qui me uidet, is etiam patrem uidet: nihil in Deo magnum est, quippe cuius naturalem bonitatem etiam mutabiles creaturę possint assequi, si uoluerint. Id si am impie dicitur, necesse est ut ad naturalia deitatis bona, nulla rationalis creatura possit peruenire: sed omnia naturalia bona deitatis, in filio esse à scriptura prædicantur. Natura igitur filius



patri est, non studio, aut quía mutatus ad similitu- A
dinem patris est. Perfectus enim est ex perfecto,
Philip.2. & immutabilis ex immutabili. Quomodo enim
non erit perfectus, qui non rapinam arbitratus
est se esse equalem deo? aut quomodo non est im-
Isaiæ.57. mutabilis, cui unum & idem esse cum patre ipso
est? Ad hæc, arbor ex fructu suo cognoscitur, fru-
ctus autem patris, uerbũ suum, hoc est filius suus
est. Quare aut arborẽ etiã mutabilem esse ostendant: aut si arbor immutabilis est, itaq; ab ipsis creditur, filiũ quoq; immutabilem esse credant: præsertim quum multa sint scripturæ testimonia, quibus immutabilis filius esse demonstratur. Nam
Ioan.14. dicenti Philippo, Ostende nobis patrem, & cæ-
tera: Tanto, respondit, tempore uobiscum sum,
& non cognouisti me Philippe? Qui uidet me, B
uidet & patrem meum. Si ergo filij cognitio, patris cognitio est, necesse est talem esse filium, qua-
Iacob.17. lis sit pater. Sed pater immutabilis est, immutabi-
Psal.101. lis igitur filius est. Et Paulus: Iesus Christus heri
& hodie, ipse quoq; in secula. Et Psalmista: Tu ab
initio domine terrã fundasti, & opera manuum
tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem perma-
nes, & omnes quasi uestimentum ueterascent, &
sicut operторium mutabis eos, & mutabuntur:
Malach.3. tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.
Et saluator ipse de se: Videte me uidete, quía ego
sum, et nõ mutor. Et Hieremias: Quía tu sedens
es in secula, & nos perimus in secula. Hic enim
stabilitatem atq; immutabilitatem diuinæ natu-
ræ perfessionem propheta significauit: mutatio- C
nem uerò creaturarum continuam significauit,
quum dicit: Et nos perimus in secula. Si ergo seruptura in creaturis solum mutationem & interitũ
nouit, & ab his filium excidit, quum dicat, Tu ue-
rò idem ipse es: non est certe mutabilis naturæ filius. Non est enim idem qui mutari possit. Accedit, quod si nõ sit naturaliter immutabilis, sed per
accidens id assequutus, patriq; factus sit postea
propter uirtutes suas similis, fuisset aliquãdo dissimilis patri. Et quomodo erit filius, qui aliquando dissimilis naturæ fuit? aut quomodo stabilis
in eo erit beatitudo, bonitas, cętera q; huiusmodi,
si per accidens hæc sibi cõtigerunt? nam quæ ac-
Psal.101. ciderunt, desinere quoq; poterunt. Impium ergo
est cogitare, mutabilem esse filiũ. de quo ait scri- D
ptura: Tu autem idem ipse es, & in quo omnes
deitatis dignitates ineſſe perhibentur. Ad hæc,
quod mutari potest, non potest uerè de seipso di-
Ioan.14. cere: Ego sum ueritas. Nam quod modò sic est, et
deinde non sic, ipsum in seipso mutatur. Filius
autem uerè de seipso dicit: Ego sum ueritas: non
est ergo mutabilis, sed similis patri atq; incõmutabilis. Mutabilem esse filium ostendere student
hæretici, ut ex hoc creatura, & dissimilis patri esse
uideatur. Multaq; ad comprobandum furorem
suum ex scripturis proferunt, ut simpliciores au-
Philip.2. toritate ipsarum seducant. Et inter alia, illud Apo-
Psal.44. stoli: Propterea & deus ipsum exaltauit, & dona-
uit illi nomen quod est super omne nomen, ut in
nomine Iesu omne genu flectatur. Et illud Psal-

mistæ: Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo
exultationis præ participibus tuis. Deinde cauillantur dicentes, propterea, ideò, cæteraq; huiusmodi uerba causam significare, propter quam
exaltatus est, & propter quam donatum est sibi
nomen super omne nomen, & propter quam unctus est oleo exultationis. Si ergo (inquiunt) aliqua de causa hæc habuit, mutatus est necessario,
& factus talis, qualis non erat antea, quàm hæc
sibi donata essent. Deinde omnis data dignitas
potest auferri: qui autem eius conditionis est, ut
possit sibi dignitas aliqua dari & auferri, quomodo similis omnino erit immutabili patri? & quomodo uera eius imago erit, qui semper idem est?
Si secundum uos aliqua dei filius de causa exal-
ratus, & oleo exultationis unctus est, si causa illa
non fuisset, non esset quod est: & ita non esset natura Deus, sed per gratiam: nec natura filius, sed
per gratiam: & merces sibi data esset, ut & Deus
& filius Dei uocetur. Nulla igitur esset inter ipsum & nos differentia: liceret enim etiam nobis
per fidem & charitatem similia consequi, quippe
& dij & filij Dei per gratiam uocamur, & oleo ex
ultationis ungimur. Est autem absurdissimum,
filium Dei uerum, propter quem Deus pater est
uerus, quía ita est deus ex deo, ut homo ex homine: absurdissimum inquam est, æqualem nobis
ipsum filium Dei putare, qui non uerè filij & dij
sumus, sed per gratiam propter misericordiam
dantis. Præterea, apostolus Paulus de ipso dicit: *Philip.2.*
Qui in forma Dei est, nec rapinam arbitratus est
se esse æqualem deo: sed seipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Et post pauca: Propterea
deus ipsum exaltauit, & donauit illi nomẽ, quod
est super omne nomen. Quando igitur fuit factus homo, tunc sibi nomen fuisse donatum scribitur, & tunc exaltatus dicitur. Num igitur ante
incarnationem, huiusmodi non fuit? Nam si fuit
huiusmodi, superfluum est dicere postea ipsum
accepisse: sin uerò non fuit talis, neque habebat
hæc, mutatus profectò quum acceperit, est. Quid
igitur erat secũdum uos, antequàm hæc accepisset? Sed si hæc factus homo, accepit ut homo, sapientia certe & uirtus patris, & ueritas, & lumen
de lumine, & uita & imago patris semper fuit, &
semper erit. Nam si hęc quoque ante humiliationem non habuit, uideant quæsõ, quomodo rerum omnium ordo per summam impietatem cõ
uertatur. Scripturæ nanq; diuinæ incarnationem
filij hominis factam prædicant ad restitutionem
totius humani generis: sin uerò (ut ipsi dicunt)
exaltatus post incarnationem est filius dei, & factus sublimis, quod antea non habebat, pro se
magis incarnatus esset quàm pro hominibus.
Sibi enim magis secũdum uos profuit, quàm hominibus. Ita non pro nostra salute magis quam
ut ipse exaltaretur, nomenq; maximũ assequeretur, homo factus esset. Quomodo igitur prophetæ et apostoli saluatorem appellãt nostrum, si sibi magis quàm nobis profuerit? Vel quomodo
pro nobis mortuus est, si ea pro morte Deus ipse

Universidad de Deusto
Biblioteca



ac filius dei appellatus est: Hæc impia si quis uoluerit effugere firmiter credat necesse est, nihil mutationis filio dei accidisse: sed naturaliter simile patri ut filium uere confitebitur. Ad hæc, si non fuerit secundum uos semper filius, aut si erat quidem, sed melior postea factus est, quando hu-
Ioan.1. miliatus formam serui accepit: quomodo per ipsum omnia facta sunt? aut quomodo dilectus erat patri filius, qui perfectus non erat? Imperfectus enim erat secundū uos, quoniam multo melior factus postea fit. Aut quomodo adorabilis postea factus est, qui à principio id habuisse uidetur? Adorauit enim ipsum Abrahā in ilice Mam-
Gen.18. bre, & Moses in rubo, dicentem: Ego sum qui
Exod.3. sum. Quomodo autem (sicut Daniel ait) millies
Dan.7. centena millia ipsi administrabāt? quomodo in
Esa.6 excelsa elataq; sede sedere uidebatur, ita ut Seraphin ei gloriam redderent? Aut quomodo rursus cœlorum uirtutes quū audissent, Tollite portas principes uestras: interrogassentq; quis esset
Psal.23. iste rex gloriæ: audierunt rursum: Dominus uirtutum ipse est rex gloriæ: Non dixit, factus est dominus uirtutū, & rex gloriæ: sed hic qui est nunc, & olim erat dominus uirtutum, est rex gloriæ. Si ergo id erat olim & ante incarnationē, quod modò est, non absq; impietate mutationis dicitur susceptiuus. Nec (ut hæretici aiunt) quoniam recte egit filius, & sapientia & uerbum dei appellatus est: sed erat semper immutabilis, & genitori naturaliter in omnibus semper similis, non à minore gradu ad maiorem mutatus. Sed cōtrà quispiam
Philip.2. potius diceret: Exinaniuit enim seipsum, formā serui accipiens. Et ita tanto submissior uisus est, quantum inter deum & hominem interest. Non enim erat antea creatura, & postea deus: sed quū deus æternaliter esset, factus est postea homo. Melior ergo ipse per incarnationem factus non est. Exaltari autem dicitur, & in loco gratiæ nomen super omne nomen accepisse: quoniam cū assumpta carne illò reductus est, ubi semper est sine car-
Ioan 17. ne. Ipse quippe dicit ad patrē: Pater glorifica me illa gloria, quam habebā apud te antequàm mundus esset. Quæ autem erat gloria filij anteq; mundus esset? illa uidelicet, quod erat in forma Dei. Non ergo ad meliorem mutatus est: sed gloria & exaltatio quæ post incarnationem sibi donatur, nihil aliud est quàm dedecoris (ut ita dicam) destructio: quod dedecus propter humiliationem usq; ad assumendam carnē & formā serui, quamuis carnis et serui proprium esset, in ipsum tamen propter incarnationē redundare uidebatur, præsertim quoniam homo solum & non deus putabatur. Dicuntur autem hæc à patre dari, nō quoniam ab ipso etiam ut deo non concedebantur: sed quoniam una persōna filius dei est cū homine, qui hęc recepit. Ad hęc, si secundum uos post humiliationem incarnationis exaltatus esset, & ideò donatum sit illi nomē super omne nomen, ut uidelicet deus uocetur, & propterea etiam unctus sit, filiusq; nominatus, necesse erit dicere nō fuisse ista prius in filio Dei. Non enim potest aliquis accipere, quod etiam habet anteq; accipiat.

Quomodo autem uerè scriberetur: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes? Id enim ante incarnationem dictū est, anteq; secundum hæreticos nō dicebatur filius dei. Quomodo igitur ipse alijs misericordia sua dicebat: Dij estis, & filij excelsi omnes? Nō enim possunt ad imitationē uen filij per gratiā filij fieri, nisi uerus antea filius fuerit. Nam si participatione filij per ipsum adoptamur, quomodo quod factum est, prius illo erit per quod factum est? Hæc absurda nimium atq; impossibilia sunt. Immutabilis ergo filius est, nec per gratiam, sed substantialiter ac naturaliter idem cum patre est. Præterea, si quasi uirtutis, uel humiliationis, uel obediētiæ mercedem habuit, & sic factus est, quod non erat, filius dei: quomodo ante incarnationem nonnulli patrem cognoscebant? quū dicat filius: Nemo nouit patrem præter filiū, & cui filius reuelabit. Nam si nō erat secundum uos filius reuelabit. Nam si nō erat secundum uos filius, non erat certe reuelator: quomodo ergo pater reuelatus patribus fuit? Quod si semper pater cognoscitur, & reuelator certe semper filius est: sed erat & est semper naturaliter patri similis, sed nullius indigēs, perfectus atq; incommutabilis.

*Quod ex substantia patris filius est, nec extra productus, ut hæretici aiunt: & quoniam non extra productus, ideò similis patri est.*

CAP. III.

NOn esset, inquiunt, deus excellētior homine, si sicut homo ex seipso pariat hominē, sic deus ex seipso pariat filium. Verum quoniam super omnem creaturā est, non pariet ex substantia sua ut homo filium, sed extra ipsum producet: non erit ergo filius natura similis patri. Libenter interrogauerim, utrum isti nulla in re uestigium similitudinis dei esse in nobis, & in cæteris creaturis opinantur. Nam si aliquod esse cōsenserint, inane inuenitur quod nobis proposuerūt: sin uerò nullum similitudinis uestigium esse contendant, dicant nobis quæso, an homo substātia est? & si substantia est, quur non negant deū substantiam esse? Et rursus, uerbum habet homo, rationalis enim est. Et erit ergo deus secundum illos absq; uerbo, si nullum uestigium eius in homine est. Si autem, quantū natura nostra patitur, similes in his deo erimus, quur etiam in generādo aliquam similitudinem nobiscum deus non habebit? Oportet certe intelligere atq; credere, quoniam ad imaginem diuinæ naturæ facti sumus, id quoq; cū multis alijs habere, ut ex nobis positus generare: quoniam & creator Deus ex seipso generat filium, nec extra seipsum producit, & ideo etiam similis illi natura in omnibus est. Sed nos, inquiunt, corporei alimēti abundātia, quasi materia usi, filios inde generamus: sicut quando etiam extra nos quicquā facimus, materia nobis opus est. Deus uerò ut cuncta ex nihilo creat, nulla materia indigens, ita nulla in seipso multiplicatur materia, ut ex ea posit filium parere. Sicut ergo non ex præsubiecta materia creat, sed extra ex nihilo cuncta producit: sic ex seipso generare filium non potest: non erit ergo filius naturaliter patri similis, quoniam neque ex seipso, sed extra ipsum ab ipso productus. Quomodo igitur, ô ingeniosissimi uos, unigenitus esse filius scribitur, si etiā ipse ueluti creatura creatus ad extra est? aut quomodo uerè filius, qui ex substantia genitoris non effulsit? Nam si possibile esset, quæ ex nihilo, id est, ad extra producta sunt, filios naturaliter appellari, non esset unigenitus filius uerbū dei, quū in hoc cum omnibus creaturis conueniat: sin autem possibile non est, sed solus unigenitus est filius dei, non ut creatura, à nō esse ad esse uocatus est: sed sicut uerè filius ex patre prodijt, atq; ideo similis ipsi est. Præterea, si omnia ex nihilo producta sunt, et ipse similiter filius, quamobrem ille natura dominus est, omnes autem creaturæ natura seruæ? Aut eīm domini nomine, naturaliter cuncta honorari par est, aut ipsum quoq; filium, seruum cum omnibus appellari, si similiter creaturis ex nihilo ad extra productus est. Id autē nusquam in diuina scriptura legitur: sed filius quidē
Psalm. natura dominus scribitur: creaturæ uerò natura seruæ. Ecce, inquit, omnia tibi seruiunt. Et filium quidem unà cum patre adorare & glorificari legimus, creaturas uerò adorare atq; glorificare. Nō est ergo (ut cætera) productus ad extra, sed ut natura filius ex patre generatur: similis ergo in omnibus genitori naturaliter est. Sed ignorare uidētur isti qui syllogismis inanibus, & sonitu magno uerborū magis quàm ueritate iactant: quia quod
Rom.9. cætera omnia non sunt antequam producantur. Quod igitur uere est, cui esse proprium nomen est, ipsum solum ex sua substantia generat. Cætera enim (ut uerbi gratia, homines) non ita ex sua substantia generare uidentur, quia non ex seipsis id habent, sed à diuina uoluntate ad hoc uocati sunt. Diuina enim lex, quæ creatoris uolūtas est, facit ut homo generet. quod patet, quia non omnia generant, sed solum quæ ipse uoluit. Quod igitur proprie generat ex seipso, deus est: cætera ad imitationem illius id faciunt. Quomodo igitur nō absurdum est dicere, creaturas quæ deum imitantur, filios ex seipsis parere, & exemplar illud ad quod creatæ sunt, non generare ex seipso, sed ad extra filium suum produxisse? Quo niam igitur id absurdum est, pater uere ex seipso filium generat, & ideo similis sibi filius in omnibus est, & æternitas atque incommutabilitas patris in filio quoq; naturaliter erit.

*De similitudine patris & filij, similiter proposito texto: Nemo bonus nisi deus.*

CAP. IIII.

SInemo, inquit, bonus nisi deus, ut ipse testatur filius, quomodo erit similis patri: qui natura bonus non est? præsertim quum apertissime à naturali, substantialiq; bonitate seipsum excipiat. Quur enim, inquit ad scribam, bonum me dicis? nullus bonus præter deū. Aut non uident quantum ex his uerbis sequitur periculū: aut si uident, ludere uolūt in re, in qua minime ludendum est. Patrem enim solum naturaliter bonum esse uolunt, filium uerò minime: quomodo igitur erit filius, si naturaliter patri similis nō erit? Sed in hoc, inquiunt, similem dicimus, quoniam pater talem uoluit ipsum facere qualis ipse pater est. Quemadmodum quando artifex domum ædificat, similis est domus & imago exemplaris quod in mēte artificis est: & tamen propter materiam alia est ædificata domus, quàm illa quæ in mēte artificis est, & longe alia quàm ipse artifex. Vt ergo domus imago & similitudo mentis est, sic & filius patris: non autem secundum naturam & substantiā imago ac similitudo est, ut uos prædicatis. Ridicula hæc sunt omnia, imò autē lachrymis digna. Quis enim non ingemiscet, tantam hominum impietatem considerans? Nam si secundum essentiam dissimilis patri est, similis autem secundum simulachrum & imaginē mentis, necesse erit primum ut compositus sit ex diuersissimis rebus atq; contrarijs: ex simili dico atq; dissimili, & ita non erit totus lux, nec totus ueritas, nec totus imago patris. Deinde ad hæc necesse est, ut ad ipsum quoq; patrem hæc impietas transeat. Compositus enim etiam ipse necessariò erit ex substantia & mente, uel imagine illa quā in mente habet: quippe quū secundum ustos filius substantialiter quidem dissimilis patri sit, similis uerò secundum illud mentis exemplar. Quomodo igitur pater omnium rerum principium erit, si non simplex, sed compositus erit? Primū enim simpliciter, haudquaquam compositū esse potest, quia nihil potest ipso præintelligi à quo componatur, nec ulla diuersitas in primo simpliciter est. Composita uerò congregationem diuersorū simplicium habent, quæ ipsis necessario præintelliguntur. Quoniā igitur hæc omnia impia, impossibiliaq; sunt, similis erit necessariò secundū essentiam patri filius. Nam si nō est substantialiter similis, nec perfecte similis erit: quomodo ergo non rapinam arbitratus est se esse æqualē deo? Nam qui æqualis deo est, is substantialiter quoq; similis est.

*Libri tertij Thesauri Cyrilli finis.*

EIVSDEM LIBER QVARTVS.

*Quod per participationem ad imaginem dei formamur.*

CAP. I.

NOn potuit homo ad imaginem esse creatoris, nisi spiritu sancto participaret. Si quis enim (Paulus ait) spiritum Christi nō habet, hic ipsius Christi non est. Sed si possumus absq; participatione spiritus ad imaginem dei esse, omnes profectò Christi essemus, etiam si spiritu sancto non participaremus. Ioannes etiam ait: Qui ser-
Ioan.14. uat mandata eius, in ipso manet, & ipse in eo. Et
Rom.8. cognoscimus ꝙd manet in nobis, ex spiritu quem dedit nobis. Si ergo seruātes mandata spiritu sancto participant, quo participantes ad imaginem creatoris formātur: perspicuum est non posse hominem deo assimilari, nisi modo quodam ipso

Universidad de Deusto
Biblioteca



participet. Et rursus saluator hominem renouans atq; restituens, insufflauit discipulis, dicens: Accipite spiritum sanctum. Quod igitur hominem renouat, id homo ante lapsum quoq; habuit. Vt ergo ad imaginem dei modo perfectiore homo sit, spiritus sanctus sibi donatur. Non enim ita perfecte ad imaginem dei esse uidetur, nisi spiritū sanctum habeat. Si ergo spiritum filij accipientes, ad imaginem reformamur, quomodo dissimilis erit patri uero deo, qui alios per spiritum suum ad similitudinem dei reuocat? Incommunicabilis, inquiunt, quia nemo participare ipso potest, pater propter excessum est. Non enim potest natura humana, deitate patris (quæ omnia excedit) participare: & tamen quum sit per se imparticipabilis nobis, per filium quasi per minorem in nobis habitat. Quomodo ergo similis est imparticipabili patri filius, qui à nobis participatur? Si uelut uos dicitis (qui tanquam uinolenti omnia turbatis) magna & ineffabilis deitas patris est: certè necesse est, ut concedatis magnam & ineffabilem bonitatem ipsius esse. Quomodo igitur erit adeò bonus, ut sit ipsum bonum, qui creaturas longè à bonitate sua disterminat? quum natura boni flagitare uideatur, ut omnibus se proponat, & frui se omnes uelit, prout singuli possunt, quod certè facit: habitaturum enim se in nobis promittit, & in filios adoptatorum. Ita ergo clemens & bonus deus est, ut bonitas sua per filium in spiritu sancto ad omnes transeat, et nemo à participatione suæ bonitatis repellatur. Patris uerò participatio, per filium in spiritu decenter et propriè fit: nã & sole per splendorem, qui ex eo emittitur, nec sine calore participamus, qui operationis spiritus sancti imaginem gerit. Sicut igitur splendor solis, per quem sol participabilis est, soli non dissimilis est: sic & filius non est dissimilis patri. Nam si participatio eius, participatio patris est, eadem omnino substantia patris et filij est, et ideo summa similitudo, imò eadem penitus essentia patris & filij est. Sed quomodo, inquiunt, eiusdem cum patre filius erit substantiæ, qui patre adeò minor est, ut ipsum non uideat? Id enim ipse testatur, dicens: Deum nullus uidit unquã. Vnigenitus filius dei, qui est in sinu patris, ille exposuit. Si ergo uniuersis pater est inuisibilis, & filius unus ex uniuersis est, quomodo essentialiter erit patris similis, qui adeò minor est, ut ipsum nõ uideat? Imò quomodo non aperte cum ueritate, & cum omnibus scripturis sacris uos pugnatis, qui dicere audetis non uideri patrem à filio? quum ipse clamet, neminem uidere patrem, nisi eum qui ex deo est: & aperte dicat, Qui uidet me, uidet & patrem. Quomodo autẽ & spiritus eius omnia quæ sunt, & ipsa dei profunda sciet, sicut & spiritus hominis ea quæ sunt in ipso? aut quomodo filius patrem non uidet, secundum uos: quum etiam angeli scribantur faciem patris uidere? Et quomodo filius uere dicit: Sicut nouit me pater, & ego noui patrem? & rursus: Nullus cognoscit filium nisi pater, nec patrem ullus cognoscit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Quis ergo non modò patrem cognoscit, uerumetiã à filijs reuelare potest, quomodo ipse patrem non uidet? Aut quomodo non cognoscit eũ, si ipsum cognoscit? ac ideo dicat ad patrem: Omnia mea tua sunt, & tua mea. Sicut igitur, si nõ uideret patrem, dissimilis ei secũdũ essentiã esset: ita quoniã uere uidet et uere cognoscit, erit ipsi uere & essentialiter similis. Concedimus, inquiunt, similem patri filium esse: sed ideo quia cum patre ipse perfecte participet, conformatus ad eum per participationem maximam quodammodo est: sicut & nos, quantum possibile hominibus est, diuina participantes natura, cœlestis patri imaginem (ut scribitur) gerimus, & quasi ad diuinos characteres conformamur. Nescio quis diuinarum scripturarum peritus huiusmodi poterit nugas audire. Nam illi quidem prædicant deum recentem non esse nobis colendum: uos autem recentem, & nuper factum deum non erubescitis filium dicere. Quod enim participatione dei reformatur ad ipsum, acquisitam habet nõ naturalem deitatem. Quod porrò acquisitum est, prius non habebatur, sed postea contigit atq; accessit, quare amitti etiam facile potest. Omnemque quod datur, auferri etiam potest: & quod accessit, nõ est inconueniens si abibit. Necesse est ergo ut uel concedant filium dei & deum atq; dominum posse amittere, quod filius dei & deus & dominus sit: uel si hoc dicere formidabunt, concedentq; essentiam filij nullum beatitudinis suæ casum accipere posse, necesse est ut etiam confiteantur non participatione aliqua ipsum conformari ad patrem, sed naturalem atq; essentialem similitudinem habere, tanquam uerbum ex ipsa substantia patris prodiens. Præterea, qui participatione sanctificãtis dei sanctificati sunt, donũ quidem conseruant, si mandata etiã obseruant, alios autem sanctificare ipsi nequeunt: nullus enim hominũ sancti spiritus participationẽ sanctus, propria potestate ac uoluntate idipsum cæteris potest donare: fons enim sanctitatis solummodo potest ex seipso sanctitatem quibuscunque largiri. Videmus enim quod angeli, sancti quidem sunt, participatione ac gratia, & ideo nunquam inueniuntur dedisse ipsi sanctitatem hominibus. Et beatus Moses septuaginta senioribus præpositis non dedit ipse spiritum, sed deus abstulit (ut scit: qui habitur) à spiritu qui erat in Mose, & donauit illis. Sancti ergo per gratiam atque participationem, ipsi quidẽ donũ consequuti sunt, sed alijs pro uoluntate sua dare illud non possunt. Filius uero non sic, sed ut sanctitatis fons, ex propria potestate discipulos sanctificat, dicẽs: Accipite spiritum sanctum. Idipsum pater quoq; facere inuenitur. Qui ergo sua potestate æqualiter atque ipse pater sanctificat quos uult, quomodo similis patri secundum essentiam non erit?

Captio hæreticorum.

Cauillus aduersariorum.

Ioan. 20.

Ioan. 14.

1. Cor. 2.

Matth. 8.

Ioan. 10.

Matth. 11.



*Item de similitudine patris & filij essentiali, euangelico textu propositio: Sicut enim pater uitam habet in seipso, sic dedit & filio uitam habere in seipso.*

CAP. II.

Ioan. 5. SEd quomodo, inquiũt, filius essentialiter erit similis patri? aut quomodo nõ erit posterior ipso qui ex ipso dãte multa recipit? Sicut enim, inquit, pater uitã habet in seipso, sic & filio dedit ui tã habere in seipso. Nihil õ uos phibet, si aliquid pater dicitẽ dare filio, et filius à patre accipere, non esse prius patrẽ quàm filiũ. Non enim filius prius non existẽs, nihil ex patre habuit, deinde ex eo ali quid accepit: sed naturaliter nat9 ex patre, omnia nascendo, quæ patri naturalia sunt, naturaliter cõsequitur. Quemadmodum si quis lucem, quæ prodit ex sole, accipere aliquid ab eo ideo dicet: quoniam omnia quæ sunt in luce, & ipsa lux ex sole sunt. Neque idcirco sol ante lucem esse uidebitur, quoniam lux quæ ab eo est, omnia solis naturaliter habet. Non est igitur posterior filius patre, quia pater sibi uitam dedit. Non enim prius genuit, deinde uitam dedit: sed ut coæternus patri filius est, ita & æterna uita est. Præterea, si essentia rerũ inde significari posset, quod aliquid accipere uiderentur, & tunc esse dicerẽtur solum quando accipiunt: quid prohiberet dicere tunc incepisse patrem esse, quando aliquid ab hominibus incepit recipere? Et quoniam Psalmista dicit: Date gloriam deo. Tunc incepisse pater uideretur, quãdo primum ab hominibus gloriam recepit? Sed hæc omnia nugæ sunt: filius enim æternaliter prodiens ex patre, naturaliter omnia possidet quæ patri natura insunt: sicut & filij hominũ uniuersa quę in patribus naturaliter sunt, à patribus habent, unde ipsum etiam esse habent, quum tamen ineffabilis illa generatio generationes creaturarum in infinitum excedat, & propterea oportet semper exẽpla & similitudines, proinquiunt, esse uidetur, ut quod aliquid recipit, non habere illud antea uideatur. Si ergo pater essentialiter uita est, & filio uitam dedit, non habebat ergo aliquando filius uitam: quomodo ergo similis erit patri, qui ab eo recipiat, quod ipse non habeat? Examinate porrò singula euangelij uerba, diligenterq; ponderate, quoniam magnus latet in ipsis sensus. Scribitur enim, quod pater uitam in seipso habet. Hoc autem, in seipso, nihil aliud significat, quàm essentialiter. Sed filius quo que dante patre (qui esse ipsum dat) uitam habet in seipso: substantialiter ergo, non quasi additamentum, ut uos putatis. quare patri æqualis & similis in omnibus est, quũ non aliter uita sit quàm ipse pater. Nam si non secundum naturam filius uita esset, quomodo uere diceret: Qui credit in me, uitam habet æternam? & rursus: Oues meæ uocem meam audiunt, & ego do ipsis uitam æternam. & rursus: Qui credit in me, nõ gustabit mortem in æternum. Non dixit, non dimittet pater eum gustare mortem, nec quod habebit uitam, quam dedit mihi pater: sed ipse pollicetur daturum se uitam, quæ in eo ipso est, quia naturaliter & essentialiter ipse uita est. Impium igitur est solummodo cogitare, quasi additamentum sibi uitam à patre dari. Nam, sicut diximus, quum ex patre prodeat, omnia naturalia patris habet, & ideo dicitur accipere ab ipso, à quo habet. Ad hæc, si filius dei uita naturaliter non est, sed ipsa participat, ut hæretici contendunt, erit ipse substantialiter aliud, quàm illud quod ab eo participat. Quo modo igitur ait: Ego sum uita, Ego sum panis qui de cœlo descẽdi? si quis comederit ex hoc pane, uiuet in æternũ. Nam si panis ille, secundum naturam uita non est, quomodo uiuet in æternũ, qui ipsum comedit? Nisi forte dicant ideo uicturos in æternum qui comedũt, quoniam panis ille uita participat. Sed si hoc uerũ esset, angeli quoq; quos uere credimus uitæ participes esse, uiuificare possent, quod falsum est: solus enim filius uiuificare potest. Solum autem filium ita dico, ut similiter patrem & spiritum sanctum uiuificare nemo ambigere debeat. Non ergo deforis uita filio accessit, sed ipse uita naturaliter est. Accedit, quod quando dicitur: Sicut enim pater uitam habet in seipso, sic dedit & filio uitam habere in seipso: incõmutabilis manifeste similitudo, & identitas essentialis patris & filij significatur. Sic enim habet uitam filius, inquit, in seipso, sicut & pater, naturaliter uidelicet ac essentialiter. Scribitur autem, dedit, ut naturaliter & essentialiter ex patre filius esse significaretur. Non enim pater aliquid dedit filio, quasi à seipso auferens, & ipsi non habenti afferens, secundũ locales ac diuisibiles corporis incisiones: sed quemadmodum planta fructui qui est ex ipsa, naturaliter suam qualitatem dat, sic & filio pater omnia sua dat. Omnia enim quæ pater est, filius similiter est, præterquam quod pater non est filius, & filius non est pater. Sed si filius etiam, inquiunt, uita secundum naturam est, quomodo uere de patre Paulus dicit, qui solus habet immortalitatem? Nam si filius quoque habet, non solus pater habet: sin uerò solus pater habet, non habebit profecto etiam filius. Multa patri soli dicuntur inesse, nec tamen filius illis naturaliter priuatur. Enimuero solus uerus deus scribitur: an igit ideo filius nõ erit uerus deus? & quomodo sicut naturaliter deus, & à nobis & ab angelis adoratur? præsertim quum aperte diuina lex clamet: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Quomodo autem seruabimus illud: Non erit deus recens in te? Nam si quia pater solus secundum naturam deus dicitur, ideo filius natura deus non erit, recens erit certe, & posterior quàm pater. Hæc quonim absurda sunt, non erit filius mortis particeps, quia solus pater dicitur immortalitatem habere: sed immortalitas patris naturaliter in filio etiam erit. Non est enim illis filius nudus, quæ ineſſe patri dicuntur. An forte, quoniam apud eundem Paulum scribitur, incorruptibili, inuisibili, soli sapienti deo, corruptibilis & uisibilis, nec sapiens filius secundum

Ioan. 12. Ioan. 9.

1. Tim. 6.

Ioan. 17.

Deut. 6. Psal. 80.

1. Tim. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca



uos erit: magnæ impietatis reus est qui sic intelligit. Quomodo erit corruptibilis largitor incorruptionis: aut quomodo natura deus uidebitur: aut quomodo sapiens is non erit, de quo scribitur, 1.Cor.1. Quia dei uirtus & sapientia est? Mirum certè est, quomodo sapientiam dei insipientem esse dicere auderis. Quare si etiam solum patrem aliquid habere dixeris naturaliter, non priuabitur tamen filius eadem re naturaliter. Solus enim ea pater habere dicitur, inquantum à nullo habet: sed omnia quæ sibi naturaliter insunt, filius suus ex eo prodiens consequitur naturaliter. Non enim mentitur ueritas de se, dicens: Omnia quæ habet pater, Ioan.16. mea sunt. & rursus ad patrem: Omnia mea, tua Ioan.17. sunt. Præterea si character incommutabilis paternæ substantiæ filius est, quomodo ipse non erit naturaliter uita, quū pater id habeat? Esset enim magis deprauatus, & falsus character quàm uerus. Ad hæc, si quis uidet filium, uidet & patrem: quum ergo pater essentialiter uita sit, erit etiam filius essentialiter uita. Nam si non essentialiter, sed participatione uitæ uita erit: quoniam qui uidet filium, uidet patrem, erit pater quoq; uitæ participatione uita: quod impium dictu est. Accedit, quod quæ diuersa necessariò sunt, eandem habere operationem non possunt. Operatio enim naturalis necessariò diuersa est in diuersis naturis. Nemo enim aquæ atq; igni eandē attribuet operationem. Si ergo pater uita est naturaliter, filius uerò nō sit, ut hæreticis placet, quomodo eadem est operatio patris & filij? Ipsa certe ueritas ait: Si- Ioan.5. cut pater uiuificat quos uult, ita et filius quos uult uiuificat. Non enim aliter, inquit, pater quàm filius uiuificat, sed sicut pater, ita & filius: eandem semper sibi & patri operationem attribuēs. Non ergo dissimilis genitori filius est, sed sicut pater naturaliter uita est, ita & filius. Præterea, si uerè dixisse Ioannem arbitrantur, omnia confitebuntur patrem per filium operari. Est autem una etiam operatio patris, ut quos uelit uiuificet, quare ipsos per filium uiuificabit. Erit ergo filius quoque uita secundū naturam, aliter nō poterit per ipsum quicquam uiuificari. Ad hæc, si dei & hominum mediator filius est, quia extrema in se uno copulauit: necesse est, ut quemadmodū hominem uerè assumpsit, uereq; homo est, ita uerus quoq;, ac secundum naturam deus sit. Et quoniā uerus deus essentialiter uita est, erit ipse quoq; sicut & pater, essentialiter uita. Adde, quod diuinæ scripturæ ueritatem filium appellant, quomodo ergo ueritas erit, si falsò dicit: Ego sum ueritas & uita? Nō Ioan.14. est enim ille uita, qui essentialiter uita nō est. Verum quoniam mentiri ueritas nō potest, impium enim id dictu est, substantialiter filius, non participatione uita erit. Quomodo enim non erit uita essentialiter, cuius cognitio sic cognoscentes ipsum uiuificat, quemadmodū & cognitio patris? Ioan.17. Hæc, inquit, est uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, et quem misisti Iesum Christū. Sed multi, quoniā humano more ducūntur (nec enim aliter dici possunt, & res ipsæ ineffabiles per se sunt) recte intelligere, uerba sequentes nolunt, & ita in magnam impietatem incidunt. Si enim pater uitam habet in seipso, erit (dicet quispiam) aliud ipse qui habet, aliud uita quæ habet. Quomodo igitur simplex secundum essentiam deus est? Id absurdum fugiemus, credentes filium ejse uitam, quam pater habet: & patrem esse uitam, quā filius habet. Non enim mentit ueritas, dicēs: Ego in patre, & pater in me est. & rursus: Ego sum ueritas & uita. Ipse igitur est uita, quam pater habet in seipso. Quūq; pater ipse uita sit, dedit ei ipsum filio, nō ut corpus corpori, neq; ut propriā hypostasin in filio cōcesserit, ita ut filius pater sit. Hæc enim absurda & impia sunt: est enim pater semper pater, & filius semper filius. Sed peridēm tatē naturæ, generans & uerbū genitū, ineffabiliter unum sunt. Accedit, quod dicere quoque possumus, omnia quæ patri naturaliter accidentialiter insunt, filium ipsum esse. Solus pater uerus est deus, quoniam solus habet filium, qui ueritas est. Solus pater sapiens & potens est, quoniā Christus dei filius, uirtus & dei sapientia est. Solus pater inaccessibilem lucem habitat, quia filius est lux uera, quæ illuminat omnem hominem. Solus uita est pater, quoniā habet filiū uere dicentē: Ego sum uita. Quando igiē dicitur, quod pater habet uitā in seipso, filiū in seipso habere significat. Est aūt etiā ipse in filio, & uita secūdū naturā, ideo & filius uitam habet in seipso. Postremo, quia uita secundum naturam filius est, accipere uitam à patre dicitur, non inquantum uerbum aut imago patris (sic enim ipse quoq; naturaliter uita est) sed inquantum homo factus est. Ita enim pater & tota trinitas, uitā filio ut homini præstat. Hic sensus â sequentibus confirmatur, in quibus eadē dandi exponitur. Potestatē enim, inquit, dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Si ergo, quia filius hominis est, & inquantum homo iudicandi potestatem accepisse dicitur: eodem modo dicemus, quia homo factus est, & homines à deo cuncta accipiunt, ideo & ipse ut homo, uitā à deitate accepisse dicitur, quæ nulla re participat, & cæteris omnia quæ habent & ipsum esse largitur.

*Libri quarti Thesauri Cyrilli finis.*

EIVSDEM LIBER QVINTVS.

D *Aduersus Arianos, qui proposito Prouerbiorum textu, Dominus creauit me principium uiarum suarum in opera sua: simpliciores seducebant, dicentes quod filius creatura esset.*

CAP. I.

QVi furorem Arij susceperunt atque amplificarunt, quia in Prouerbijs scribitur, Dominus creauit me: suam impietatem autoritate cōfirmatam credentes, creaturam esse filium prædicāt: nec tamen ut unam creaturarum genitū esse dicunt, nec tamen ut unum genitorum. Sed si filius creatura est, quomodo non erit sicut una creaturarum, & ita non erit creatura: aut si cum creaturis non connumerabitur, & ita non erit creatura: aut si cum creaturis cōsumatur, quomodo nō erit sicut una creaturarū? Sed putatis fortasse præcipuum quendam honorem filio facere, creaturam ipsum dicentes, sed non sicut unam creaturarū. Id aūt honorare filium non est. Nā si creatus esset sicut cæteræ creaturæ, nihil quantum ad creatum esse ab illis differret, etiam si naturæ diuersæ sit. Potest enim profectò similiter de creaturis omnibus dici, quarum altera altera naturaliter excedit. Nam de speciebus singulis rectè dixeris, creatura est, sed nō sicut una creaturarum: ut uerbi gratia, Sol creatura est, sed nō sicut una creaturarum: nulla enim alia præter soliem creatura huiusmodi est. Homo quoq; creatura, sed non sicut una creaturarum: nulla enim alia species præter hominem, homo est. Quælibet igitur creaturarum species, creatura est, sed non sicut una creaturarum. Illud enim solum omnibus creaturis commune est, quod à nihilo productæ sunt: figura uerò & natura, singulæ species inter se differunt. Quid igitur præcipuum in filio erit, si creatura est, sed non ut una creaturarum? Commune nanque (ut diximus) omnibus creaturis est, factum esse ex nihilo: nec excellentiores creaturæ, ut cœli & uirtutes cœlorum, quia naturaliter cæteris præstant, minus quàm cætera creaturæ sunt. Præterea, si creatura (ut uos dicitis) filius esset, et tamē haberet ut posset creare, quia nō ut una cæterarū creaturarū est, quur cæterę quoq; creaturę, quarum quia diuersa, uariaq; natura est, quælibet species non est una cæterarum, creandi uirtutem non habēt? Atqui oporteret, quoniam uniuersis cōmune æqualiter est, à nihilo esse productas. Et tamen in nulla creaturarum, creandi uirtutem inspicimus: omnia enim creatorem adorant, & gloriam eius extollunt. Cœli, ait, enarrāt gloriam dei, & firmamentum enunciat opera manuum suarum. & ut Esdras scribit: Omnis terra ueritatem uocat, & cœlum ipsam adorat, & omnes creaturæ ipsam tremiscunt. Filius uerò de seipso ait: Ego sum ueritas. Non ergo est creatura filius. Neq; ideo creare potest, quia non est ut una creaturarum: sed quia ex patris substantia prodit, & omnia naturaliter habet quæ in patre naturaliter sunt. Ad hæc, si creatura esset, & tamen adoraretur, quur cæteræ quoque creaturæ à se inuicem non adorantur, sed omnes creaturæ odorantur? Nam si creatura esset, & tamen adoraretur, esset aliquo modo in adorantium numero ille qui adoratur: quod impossibile est. Maxima enim inter hæc differentia est. Accedit, quod si creatura esset, seipsum ipse crearet: omnia enim pater per ipsum creat, quod dictu stultissimum est. Sequeretur enim, ut aliquid esset quādo ipsum non esset. Nō ergo creatura filius est, sed dei patris fructus, creandi uim ueluti deus uerus naturaliter habēs. Adde, quod ipse solus reuelat patrem, quod cæteræ creaturæ facere nequeunt. Solus patrem nouit, quod de cæteris creaturis non dicitur. Nullus enim, inquit, patrem nouit nisi filius, & cui filius reuelauerit. Et deum nullus uidit unquam, Ioan.1. ut Ioannes ait, uidet autem solus filius. Scriptum



est enim, à nullo uideri patrem, nisi ab eo qui est Ioan.6. ex patre. Si ergo solus filius, omnibus exceptis creaturis, & uidet & cognoscit patrem, & reuelat cui uult, quomodo ipse creatura est, qui scribitur uerbum patris propriū esse? Cognoscit igitur patrem, et uidet eum, quia ex eo est, & in eo est: & reuelat eum, quia in seipso eum demōstrat, quod creaturæ facere nequeunt. Non enim potest perfecta naturalisq; creatoris similitudo esse in creaturis, nec in ijs, quæ ex nihilo producta sunt, qui æternus est, perfecte unquam inspici poterit. Inspicitur autem perfecte in filio: imago enim eius incommutabilis est. Quare quum pater non sit creatura, nec filius creatura erit, in quo ut in uera naturalisq; imagine atq; charactere pater ipse inspicitur, et ideo ipse quidem adoratur à creaturis. Creatura uerò nulla se patitur apud scripturā adorari, nisi quæ seipsam ignorat. Beatus eñ Petrus quū uidisset ad adorandum se Cornelium parari: Act.10. Noli facere, inquit, nā ego quoq; homo sum. Similiter angelus in Apocalypsi ad Ioannem dixit: Caue ne facias, conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum, & custodientium Apoc.19. uerba libri huius. Manue quoque angelus pro- Iudic.13. hibuit sacrificium sibi offerre, dicens: Si sacrificabis hœdum, domino ipsum sacrificabis. Et de creaturis quidem ita scribitur, de filio autē longe aliter. Adorāt ipsum, inquit, omnes angeli eius. Psal.96. Et apud Esaiam: In te adorabunt, & in te uota fa- Esa.45. cient: tu enim deus es, & nesciuimus, deus saluator ipsius Israel. Quæ uox gentibus accommodari potest, posteaquam deum cognouerunt. Si ergo quia filium cognouerunt, & filium adorant, deum cognouerūt, & deum adorant, non est certè creatura filius: aliter non deo uero, sed creaturæ adhuc gentes seruirent. Christus etiam ad di- Ioan.13. scipulos ait: Vos me uocatis dominus & magister, & bene dicitis, sum etenim. Et quando Thomas ad ipsum clamauit, Dominus meus & deus Ioan.20. meus: non repulit eum, sicut angeli sanctos adorantes repellebant. Sed si creatura esset, non fuisset passus audire, Tu es deus meus. Sed quoniam deus secundum naturam est, & naturaliter patris filius, non suscipit solum, sed etiam exigit confessionem huiusmodi.

*Aduersus causam, propter quam hæretici putant creaturam esse filium dei.*

CAPVT II.

QVum uoluisset, inquiunt, deus creaturas è nihilo euocare: quoniam non potuissent meram illius uirtutem sufferre, filium primo creauit (quem & uerbum appellauit) talem, ut uirtutem suam ei totam infuderit, ut per ipsum, quasi per medium cætera fierent. Erat enim alioquin etiam indecens ineffabilem dei uirtutem ad hæc minima peruenire, & caducarum rerum curam habere. Verùm si capi non poterat dei uirtus à natura creaturarum, quomodo creatus à nihilo filius, capax eiusdem secundum uos est? Et quomodo meram patris uirtutem, quum creatura sit, ut uos dicitis, sustinuit? Necesse enim est, ut uel si fi-

Universidad de Deusto
Biblioteca



lius hoc potuit, quamuis sit creatura, uniuersa id possit creatura: uel si alia id nō possunt, quoniam creata sunt, nec ipse possit, quoniā creatus secundum uos sit. Quod si putaris indecens ad minima quoq; dei prouidentiam descendere, erubescatis
Matth.10. aliquantulum quæso, audientes Christum: Nonne duo passeres ueneunt asse, & unus ipsorū non cadit in terram absq; patre uestro qui in cœlis est:
Matth.6. Et rursus: Respice uolatilia cœli, quod non seminant neq; metunt, & pater uester cœlestis nutrit ipsa. & rursus, Si autem fœnum agri quod hodie est, & cras in clibanū mittitur, deus sic uestit: quāto magis uos? Quid autē fœno & passeribus, quibus ex bonitate sua prouidet, deiectius excogitari potest? Aut quomodo non erit creator omniū, de quibus prouidere dignatur? Superbię certè uitium deo inurere conamini, quū dicatis non esse decens, ut minimarū rerū creator sit. Ipse aūt omnium creator est, etiā minimorū, & omnibus prouidet, & se propter misericordiā suā participabilē præbet. Præterea, si quia uirtutē patris ferre creatura non possent, creatus est filius secundum uos: quoniam & ipse totius uirtutis paternæ ut creatura, capax non erit, necesse est ut aliud medium fingatis, quod totā operationē paternā potuerit capere. deinde aliud atq; aliud, q̄d ad infinitū simul atq; impossibile exit, et totā creationē rerū euertit.

*Aduersus obiecta hæreticorum quibus docere conantur, quoniam filius, quamuis creatura sit, creator tamen est, quod creaturarum proprium non est.*

CAP. III.

CReatura, inquiunt, filius, & tamē creat, quia id à deo quasi à magistro atq; artifice didicit ut esset minister ad opera sua. Si quod non natura insitum est, sed modo quopiam per accidēs acquisitum, id amitti quoq; aliquando potest: potest profecto secundum uos filius creādi uirtutem amittere, & sic dignitate ipsa qua creator est destituetur, si dedisset quod didicit. Nā qui quod nesciebat, per doctrinam assequutus est, is profecto poterit oblitione quoq; dediscere. Præterea, non est officium artis, ex nihilo creaturas producere: sed inaffabilis atq; creatiuæ uirtutis. Artis enim est, ea quæ sunt, quasi per subiectam materiam solūmodo immutare: creandi autem uirtus, ipsam rerum substantiam à nihilo ad esse producit. Si ergo arte atq; doctrina filius creator factus sit, quid dicent, si eadem quispiam patri accommodet: Nihil certe aliud ipsis relinquit, nisi quod pater quidem natura, filius uero doctrina creator est: sequetur igitur, quod possibile sit naturaliter uirtutem dei qua creat discere: & fieri per doctrinā, quod ille secundū naturam est. Nihil ergo inter filium & creaturas aliud intererit, nisi doctrina quædam superflua, & ita non naturæ præstantia, sed doctrina solum nos filius superabit: quam si habuerimus, omnes erimus creatores. Hæc quoniam stultissima sunt, relinquitur non doctrinam, sed naturalem creandi uirtutem esse in filio. Ad hæc, aliud est sapiētia, & aliud sapiens. Sapientia enim est, qua quis sapiens fit: sapiens autem, qui sapientiam habet. Quomodo igitur sapiens per doctrinam filius fiebat, qui sapientia ipsa est? Si enim doctrina indigebat, non erat ipsa sapientia: & si sapientiam didicit, dedisset quoq; per obliuionem. Sed nō didicit, qui semper sapientia est, ut scripturæ prædicant. Accedit, quod inuidiæ uitium inuriunt patri, ita dicentes: Siquidem poterat creandi artem multos docere, & non fecit. Quid enim prohibebat, si doctrina creatio datur, multos esse creatores, sicut multos angelos, atq; archāgelos? Nunc autem filius solus, creaturis omnibus exceptis, una cum patre in spiritu sancto creat: non igitur per doctrinam, sed par naturalem uirtutem creat. Nec pater ipsum docuit, sed ex seipso consubstantialem sibi genuit filium, per quem omnia creat. Adde, quod si filium pater ad creandum produxerit, ut uos prædicatis, creato filio ipse cessasset. Quomodo igitur saluator dicit, Pater meus usq; nunc operat, & ego operor? Quod si pater etiam nunc operatur, frustra secundum uos creatus erit filius. Hæc absurdissima dicta sunt. Non ergo ad producendas creaturas factus est filius, sed ex patre natus, cuncta cum patre ficuti filius operatur, natura deus & natura creator. Præterea si nutu & sola uoluntate omnino deus operatur: quid opus est medio? nonne superuacaneus filius uidebitur? Quod si hoc impium uel solummodo cogitare inuenitur, ipse filius subsistens & uiua patris uoluntas est, per quam à nihilo omnia produxit. Sed hæc quæ sequuntur multo inconueniētiora sunt atq; absurdiora. Nā si ut nos cæteras q̄; creaturas per filium deus produceret, ipsum (ut hæretici dicunt) à nihilo produxit, erit ipse propter nos factus, non nos propter illum: & ita nos præstantior ipso erimus creatura: ipse uerò instrumentum ad creandas cæteras creaturas. Quur ergo gratiam etiam nobis non ageret, qui propter nos est? Erit etiam ipse lię gloria nostra, ut fœmina uiri. Fœmina enim (inquit Paulus) gloria uiri est. Non enim uir creatus est propter fœminam, sed fœmina propter uirum. Nā si propter nos factus est filius, & non propter filium nos, erimus nos ipso multo præstantiores: quod absurdissimū est. Nec ergo creatura est, nec propter nos natus est, sed cum natura deus, ut etiam pater sit, ad esse nos à nihilo cū patre & filio produxit. Præterea, si propter nos filius factus est, ut dicere audent, primi nos erimus apud deum. Sic enim deus nos primo, deinde filium propter nos intendisse uidebitur. Adde, quod necessitate impulsus: quoniam aliter nos creare nō posset, filium produxit: quem secundum quæ non produxisset, nisi creare nos uoluisset. Quare nobis creatis superuacaneus esse uidetur filius, quum ipso pater creaturis productis iam non indigeat. Postremo, sicut caducus atq; imbecillis homo me. & rursum apertius: Sapientia ædificauit sibi domum ædificat, quærendum est, quis est qui dixit, Dominus creauit me? Christus igitur iam homo factus, id de se dixit, ut homo enim sapientiæ domus ædificatus est: ille inquam homo qui ex uirgine natus est, & in quo plenitudo deitatis corporaliter, secundum Paulum, habitauit. Qui ergo uerbum caro factum est, de ipso dicitur, quia dominus creauit eum, inquantum factus est caro. Istud enim, creauit me, non originem semper apud scripturas significat, sed plerunq; à re aliqua in aliam translationem. Et certe quum dicitur: Dominus creauit me initium uiarum suarum: si quis diligenter consideret, non ipsum esse sapientiæ significari potest. Nam quæ modò fiunt uel facienda sunt, creari modò dicentur: quando ergo nondum producta, creari dicuntur, necessariò ex nihilo ad esse procedere intelliguntur. Quando autem quæ iam sunt, nec possunt dici à nihilo ad esse modo procedere, si creari ea dicuntur, nō potest significari à nihilo ad esse ipsorum processio, sed ad aliud ab alio translatio. sicut quādo David dicit: Et populus qui creabit, laudabit dominum. &, Cor mundum crea in me Deus. Et Paulus de Christo: legem mandatorum decretis euacuans, ut duos condat in semetipso in uno nouo homine, q̄ creatus in iustitia & sanctitate à Deo est. Nec tamen Psalmista populum à nihilo creandum, sed ab errore in cognitionē dei transferendum significauit. Nec aliud quàm habebat in seipso diuinitus creari petebat, sed ab immundicia ad mundiciam cor suum transponi orabat. Nec Paulus duos homines ad naturalem unitatē creari dici à Christo, ita ut essendi principium tunc caperent: sed gentes & Israel duos populos in notiam & unam sententiam mutatos affirmat: à seruitute legis istos, ab erroribus illos liberatos. Et alibi omnibus mandat nouum induere hominē, qui secundum deum creatus est: nec à nihilo ad esse productum, nouum hominem induere nobis iubet, sed nouum uirtute, uoluntateq; meliori. Si ergo non semper creatio substantialem productionem à nihilo ad esse significat, sed plerūq; à peioribus ad meliora translationem: quomodo non erit stultum quando creaturæ creari dicunt, recte id intelligere, & quando sapientia dei creari se dicit: ubi maximè cauendum est, non diligenter id cōsiderare? Dominus enim creauit me, inquit: & statim addidit, Initium uiarum suarum in opera eius. Creauit, inquit, non ad esse à nihilo produxit, sed initium uiarum suarum in opera eius. Sic ergo, ut latius dicamus, intelligēdum est. Legalis uita in Iudæa colebatur, gentes autem nullo modo iusticiæ uitam cognoscebant. Filius ergo dei factus est homo, & creatus secundū carnem, ut initium uiarum domini & operum suorū omnibus daret. In Christo enim, primo euangelica uita effulsit. Quid enim aliud opera & uiæ domini significāt, præter mādata eius? quæ custodientes, recto itinere ad ipsum pergimus. Quod aūt opera domini, præcipuam iusticiæ uitam significent, illud audi: Væ qui faciunt opera domini negligenter. Vias autem domini mandata eius esse, Psalmista ostendit, dicens: Notas fac mihi



seruos & hæreditatem illius appellat? quum contra oporteret nos quidem hæredes esse, filium uerò sicut instrumentū propter nos factū, & seruum & hæreditatem esse nostram. Hæc absurda (ne stulticiæ plena dicam) si quis effugere uult (oportet aūt omnes uelle) eum necesse est credere, nullo modo creatum esse filium, nec propter nos natum. Nam etsi nullam creaturam deus producere uoluisset, uerbū tamen suum erat semper in
Ioan.1. ipso: & deus erat uerbū, ut scribitur. Quū tamen
Ibidem. creare deus creaturas uoluerit, per ipsum necessariò creauit. Nam quemadmodum sol nunq; sine splendore ac luce sua lucere poterit: sic nihil unq; operabitur pater, nisi per uerbum suum. Omnia
Genesis 1. enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Ideo & dextra & brachium dei nominatur, quia quasi per manū omnia deus per ipsum operatur. Scriptum est enim: Dixit deus, fiat lux: dixit, fiat firmamentum: dixit, fiant luminaria, & factum est ita. Dixit, faciamus hominem, & fecit deus hominē. Nec in his omnibus uerba à patre ad filium, quasi uolentē discere fiāt: nec enim docet pater quales debeat facere creaturas, sed cum ipsa uoce opus sit. Si autem uerbo secundum uoluntatem patris ipsa opera fiunt, uerbū profecto est uiuens, subsistens q; patris uoluntas, quæ in patre est, & in qua pater est. Præterea, ubi reperiē si-
Genesis 18. lius patrē interrogare, quasi discere uolēs: Quod & angelos & prophetas factitare inuenimus. Fi-
Exod.3. liūm Abrahæ promisit deus, et ipse interrogabat quo signo illud cognosceret. Mittebatur Moses ad filios Israel in Aegyptum, & dicebat: Si interrogabunt me, quod est nomen eius qui te misit: quid respondebo eis? Angelus etiā apud Zacha-
Zach.1. riā à deo quærebat, dicens: Domine omnipotens usq; quo nō miserebaris Hierusalem? & expectabat quousq; uerba consolatoria audiret. Et Aba-
Habacuc 2. cuc, in custodia mea stabo, inquit, & ascendam in petram, & cōsiderabo quid loquetur in me deus. Hi enim omnes sicut serui & creaturæ, mediatione indigentes uerbi, rogabant consilium patris ab eo discere: filius uero quum ipse sit uerbum patris, & uoluntas subsistens, doceri non quærit. Non ergo per doctrinam creator esse didicit, sed naturaliter, atq; substantialiter creator est.

*Quomodo intelligendum est: Dominus creauit me initium uiarum suarum.* CAP. IIII.

AD intelligendum autem propositum Prouerbiorum textum, primo illud dicendum est, quod omnia quæ prouerbialiter dicūtur, aliū uerba sensum significare uidentur, alium ex ipsis uerbis ueritas parturit: ideò saluator ad discipu-
Matt.16. los ait: Hæc in prouerbijs loquutus sum uobis, sed uenient hora quando nō in prouerbijs loquar uobis, sed palàm. Hinc patet, quod per prouerbia non palàm ostendimus quod uolumus. Sapientia igitur prouerbialiter dicit: Dominus creauit
Prou.8. me. & rursum apertius: Sapientia ædificauit sibi
Prou.9. domum ædificat, quærendum est, quis est qui dixit, Dominus creauit me? Christus igitur iam homo factus, id de se dixit, ut homo enim sapientiæ domus ædificatus est: ille inquam homo qui ex uirgine natus est, & in quo plenitudo deitatis corporaliter, secundum Paulum, habitauit. Qui ergo uerbum caro factum est, de ipso dicitur, quia dominus creauit eum, inquantum factus est caro. Coloss.2. Istud enim, creauit me, non originem semper apud scripturas significat, sed plerunq; à re aliqua in aliam translationem. Et certe quum dicitur: Dominus creauit me initium uiarum suarum: si quis diligenter consideret, non ipsum esse sapientiæ significari potest. Nam quæ modò fiunt uel facienda sunt, creari modò dicentur: quando ergo nondum producta, creari dicuntur, necessariò ex nihilo ad esse procedere intelliguntur. Quando autem quæ iam sunt, nec possunt dici à nihilo ad esse modo procedere, si creari ea dicuntur, nō potest significari à nihilo ad esse ipsorum processio, sed ad aliud ab alio translatio. sicut quādo David dicit: Et populus qui creabit, laudabit dominum. Psal.101. &, Cor mundum crea in me Deus. Et Paulus de Christo: legem mandatorum decretis euacuans, ut duos condat in semetipso in uno nouo homine, q̄ creatus in iustitia & sanctitate à Deo est. Nec tamen Psalmista populum à nihilo creandum, sed ab errore in cognitionē dei transferendum significauit. Nec aliud quàm habebat in seipso diuinitus creari petebat, sed ab immundicia ad mundiciam cor suum transponi orabat. Nec Paulus duos homines ad naturalem unitatē creari dici à Christo, ita ut essendi principium tunc caperent: sed gentes & Israel duos populos in notiam & unam sententiam mutatos affirmat: à seruitute legis istos, ab erroribus illos liberatos. Et alibi omnibus mandat nouum induere hominē, Ephes.4. qui secundum deum creatus est: nec à nihilo ad esse productum, nouum hominem induere nobis iubet, sed nouum uirtute, uoluntateq; meliori. Si ergo non semper creatio substantialem productionem à nihilo ad esse significat, sed plerūq; à peioribus ad meliora translationem: quomodo non erit stultum quando creaturæ creari dicunt, recte id intelligere, & quando sapientia dei creari se dicit: ubi maximè cauendum est, non diligenter id cōsiderare? Dominus enim creauit me, inquit: & statim addidit, Initium uiarum suarum in opera eius. Creauit, inquit, non ad esse à nihilo produxit, sed initium uiarum suarum in opera eius. Sic ergo, ut latius dicamus, intelligēdum est. Legalis uita in Iudæa colebatur, gentes autem nullo modo iusticiæ uitam cognoscebant. Filius ergo dei factus est homo, & creatus secundū carnem, ut initium uiarum domini & operum suorū omnibus daret. In Christo enim, primo euangelica uita effulsit. Quid enim aliud opera & uiæ domini significāt, præter mādata eius? quæ custodientes, recto itinere ad ipsum pergimus. Quod aūt opera domini, præcipuam iusticiæ uitam significent, illud audi: Væ qui faciunt opera domini negligenter. Hierem. 48. Vias autem domini mandata eius esse, Psalmista ostendit, dicens: Notas fac mihi Psal. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca



domine uias tuas, & semitas tuas doce me. Stultum igitur & impium est, ipsum esse uerbi creari nunc dicere, quum semper uerbū cum patre sit. Recte igitur etiam illo modo intelligetur: Creauit me, inquit, initium uiarum suarum. Mosen & prophetas uias forsan appellauit, quarū initium Christus est, transponens dicta illorum ad euangelicæ prædicationis pulcherrimam nouitatem,
Exod. 20. & id cum potestate absoluta. Lex enim, Non for-
Matth. 5. nicabis, ait. Christus autem, Ego dico uobis, inquit, non concupisces, & cætera. Vias autem sanctos uiros appellauit, quia possunt monendo ad deum ducere. Sic & illud Hieremiæ recte intelle-
Hierem. 6. xerim: State in uijs, & quærite semitas dñi sempiternas: & quum didiceritis quæ sit uia eius, ambulate in ipsa, & inuenietis mundicíam animarū uestrarum. Nam si quis sanctis prophetis mentē infigat, non cursim legens, sed sensum ipsorum diligēter inquirens, is certe uiam inueniet optimā,
Ioan. 14. illum uidelicet qui ait: Ego sum uia, per quā mundabitur, dimissione peccatorū inuenta. Creauit igitur, inquit, me: hoc est, fecit super legem & prophetas initium, hoc est, potestatem, ut non in uerbis illorū sistere faciam, sed ad opera meliora traducam. Vel etiam aliter: Dominus, inquit, creauit me: ut si quis diceret, carnem mihi pater apposuit, & ut hominem pro salute hominum creauit me. Nam quemadmodum quum Ioannes dicit:
Ioan. 1. Et uerbum caro factum est. & Paulus de Christo:
Gal. 3. Et maledictio pro nobis factus est. & rursus: Pec-
2. Cor. 5. catū pro nobis ipsum fecit: nec peccatū nouisse, nec maledictionem aut peccatū fuisse Christum dicimus: sed recte pro carne, pro maledictione & peccato, hominem intelligimus. Sic quando de seipsa dei sapiētia dicit, Dominus creauit me: hominem me fecit, intelligendum est.

*Quod dei uerbum creatura non sit.*

CAP. V.

SI filius dei, & uerbum dei à scriptura uocatur, quomodo etiā erit creatura? necesse enim est si filius est, ut nō sit creatura: uel si creatura secundum uos sit, ut non sit filius. Nullus enim quod genuit, hoc est, filium suum, fecisse se dicit. Est au-
Ioan. 1. tem & filius dei, & uerbū dei: non est igitur creatura. Præterea, unigenitus à scripturis appellatur. Quomodo igitur creari substantialiter in aliorū initium siue principium, quos prouerbia uias appellarunt, intelligetur? Nam si cum alijs connu- D meratur, pars eorum erit: & non erit unigenitus, quem multi sequuntur similes, quorum initium & principium se creatum dicit. Non enim quia
Gen. 29. primo creatus est, erit unigenitus. Nam & Ruben principium factus est filiorum Iacob, nec tamen idcirco unigenitus, aut alienus à natura fratrum suorum. Si ergo uerbum quoq; initium & principium creationis aliorum factum est, nec alienum erit à natura illorum. Et pater mentietur, filium ipsum appellans. Mentietur etiam Ioan-
Ioan. 1. nes, dicens: In principio erat uerbum. Quomodo enim erat, si creatus est? aut quomodo Dominus erit, qui creaturis connumeratur? Ad hæc, quo- A modo creandi uirtutem habet, si creatus est? aut quomodo creator omnium est ipse creatus? Etiā ipse creator est, quum creatus sit, quur cætera quoque creaturæ creandi uim non habent? Non est ergo sapientia dei, creatura: quum sit unigenitus filius. Postremo, uidete quæso, quot, quantaq; sequuntur inconuenientia. Nam si quia primo creatus est, principium etiam aliarum creaturarum secundum uos filius est, quomodo in operatione eius creatur? non enim dicit, Dominus creauit me ut faciā opera eius: sed, in opera eius. Creatum enim se dicit in opera Domini, iam prius creata: quomodo ergo primo creatū dicitis, qui post illa se creatum dicit? Aut quomodo erit ti- B tium aliorum, qui postea factus est? & quomodo uniuersa per ipsum facta sunt, si ipse post illa creatus est? Hæc nefaria dicta consequuntur, si deipsa natura uerbi textum illum intelligetis. Pie igitur à nobis ita exponitur, ut ratione incarnationis, initium uiarum domini in opera eius creari ut homo dicatur. Sed dominum suum patrem appellat (inquiunt) quia scit se creatum esse: omnia enim quæ creata sunt, deo creatori seruiunt. Certe sicut dominum, sic & patrem appellat: & si propter illud seruum se nouit, etiam propter hoc filium se cognoscit. Filius igitur non est creatura, sed ab ipsa substantia patris gignitur. Filius enim secundum naturam est: sed propter formam serui, quam accepit homo propter nos factus, dominum patrem appellat. Vtrunq; igitur uerè, quia mentiri ueritas non potest: quam distinctionem C ostendit, dicens: Cōfiteor tibi pater Domine cœli & terræ. & ecce patrem suum, dominum appellat: dominum uerò cœli & omnium quæ in cœlo sunt, & similiter terræ. Sed si ipse quoque ut cælum & terra à nihilo productus esset, non ut præcipuum sibi nomen, filij appellationem seruaret, ita ut omnia creata iugo seruitutis subiecerit. Nihil enim creatum, quum cœlum & terram nominauit, à seruitute excepit: seipsum autem excepit: nō est igitur creatura, sed filius. Sed ipsa (inquiunt) sapientia dominum suum patrem appellat: quod non faceret, si naturaliter filius esset. Iam dictum est, & dicetur etiam sæpius propter simpliciores. Seruimus secundum naturam factus, & tamen patrem nostrum Deum appellamus, neq; idcirco filij naturaliter sumus: quid ergo mirum, si dominum patrem appellauerit, qui sit natutaliter filius? Nam sicut nō natura, sed gratia nos facit patrem appellare Deū, qui dominos noster naturaliter est: sic & incarnatio filij facit, ut decenter ac uerè dominum suum patrem appellet. Hominem Iesus assumpsit, ut naturæ humanæ propria sine peccato uerè sibi attribueret, & sua homini largiretur. quod ostendit dicens: Vado ad patrem meum, & patrem uestrū: & Deum meū, & deū uestrū. Largitur eīm humano generi dignitatē suā, ut possint homines adoptati deum patrē suum appellare. Ipse uerò humanæ naturæ seruitutem assumit, & patrem suū deū suū uocat, ut ipsa filiū dei & deum suum appellet. Veluti ergo nos natura serui sumus, etiam



etiam si deum patrem appellamus: ita & filius nō A amisit, ut secundum naturam sit filius, quamuis homo factus deum suum patrem appellet: nō est ergo creatura. Nec certè simpliciter dixit, Dominus creauit me: sed addidit, in opera, & in principio uiarum suarum. Causa igitur posita quare se creatum dicit, perspicuum est quod nō significat productionem à non esse ad esse, sed quasi translationem ab alio ad aliud. Verbum enim in principio erat, & caro secundum Ioannem atq; homo factus, totius beatę uitę principium factus est nobis. Verbum igitur semper est & sapiētia, & imago, & filius Dei: sed homo factus, creari seipsum ad opera patris dicit. Obseruare nanq; licet diligenter, nunq; in scripturis sacris ullam causam ponit, quādo generatio filij ex patre significat: quando autem hominem factum dicunt Scripturæ, & B natum ex uirgine narrant, causam illicò subiungunt. Sicut enim nō quærimus, quur Deus filius, aut quur ex patre natus sit: ita scire uolumus, qua de causa factus sit homo. Quod autem hæc ita se habeant, ipsa scriptura docebit: In principio erat uerbum, nulla hic causa dicitur: Et uerbum erat apud Deum, nulla ferturratio: Et Deus erat uerbum, nulla causa dicitur. Similiter: ego in patre, & pater in me est. Ego et pater unum sumus. Qui uidet me, uidet & patrem. Ego sum lux, ego sum ueritas. Et apud Paulum: Qui quum sit splendor gloriæ, & character substantiæ eius. Hæc omnia habent causam: quum uerò de incarnatione scribitur, causas connecti uidemus. Descendi (saluator ait) de cœlo, non ut uoluntatē meam faciam, C sed uoluntatem patris qui misit me. & rursus: Ego lux in hunc mundum uenī, ut omnis qui credit in me, non mancat in tenebris. Et alibi: Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in hūc mundum, ut testimonium perhibeam ueritati. Et Paulus: Quoniam igitur pueri sanguinem & carnem communicāt, & ipse similiter eisdem participauit. & rursus: Nam quoniam per hominē mors, etiam per hominem resurrectio mortuorū. & rursus: Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum mittens in similitudinē carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnē ambulamus, sed secundum spiritū. Et alibi: Non enim misit Deus D filium suum in hunc mundum ut iudicet mundum, sed ut mundus saluetur per ipsum. Et saluator de seipso: In iudicium ego in hunc mundum ueni, ut qui non uident uideant, & qui uident cęci fiant. Quoniam igitur homo factus fuit ut hæc opera faceret, & initium fieret harum uiarum, iure dixit de seipso: Dominus creauit me, initium uiarum suarum in opera sua. Nam etsi ipse increatus æternusq; est, propter causas tamen dictas, assumptus creatusq; homo in ipso est. Præterea Paulus de saluatore dicit: Ipse enim est pax nostra: medium parietem maceriæ soluens in carne sua: legem mandatorum in decretis euacuans, ut duos condat in seipso in uno nouo homine, hoc est in euāgelicam uitam transferat. Nos enim sumus, qui creamur in ipso. Quare quoniam hominem assumpsit, & quoniam in ipso primo initia uitæ habuimus euangelicæ, ad meliora recreati, ut ita dicam, non irrationabiliter, quum pro nobis in unum creetur hominem, nunc etiam potest dicere: Dominus creauit me. Ad hæc scriptum Esa. 53.
est de saluatore nostro: Quia ipse infirmitates no Gal. 3.
stras accepit. & rursum: Factus est pro nobis ma- 2. Cor. 5.
ledictio. et rursus: Eum qui peccatum non nouit, 1. Cor. 1.
pro nobis peccatum fecit. Quemadmodum ergo infirmitates habuisse dicitur, qui nunq; infirmus fuit: ipse enim uirtus dei est. Infirmatus tamen dicitur, quia infirmitates nostras portauit. Maledictionem autem factum ait scriptura, non quia in 1. Pet. 2.
maledictionem mutatus sit, sed quia maledictionem nostram perpessus est. Peccatū etiam factus dicitur, nō quia mutatus à natura sua sit: sed quia peccata nostra tulit, corpore in ligno affixus. Ita quando nos in unum hominē nouū in ipso creamur, ipse quoque creari dicitur: idcirco dicit, Dominus creauit me. Nam si uerbū ipsum Dei, creatæ substantiæ (quod uos uultis) esset, & de seipso diceret, dominus creauit me: non esset postea homo factus, qui multo ante nostrā creationē creatura esset. Quod si ita esset, nec nos creati denuo essemus in ipso, nec ipse in seipso nos haberet. Quomodo igitur denuo in nouum hominē creati sumus? Nec erubescere facit uos Paulus dicēs: Ipsius enim creatura sumus, creati in Christo Iesu. Si autem in Christo creati sumus, non erit crea- 2. Cor. 5.
tæ substantiæ uerbum dei: sed quando homo factus est, tūc in ipso creati sumus, & ita modo quodam nostri loco ipse dicit: Dominus creauit me. Nam hæc uox nullo modo sibi, prout uerbū est, cōgruit. Sed factus creatura, ppter salutē nostram qui creator est, ut nos in seipso denuo crearet, dixit: Dominus creauit me. Et sicut æternitatē eius (semper enim cum patre est) narrans dicit: Ego eram quando gaudebat, & quotidie lætabar in fa- Prou. 8.
cie ipsius. & rursum: Ante omnes colles genuit me. sic quando pro salute omniū formā serui accepit, meritò ut homo dicit, dñs creauit me. Necesse enim est, ut sic de ipso quoq; ut homine, cōgruentia homini dicant: ideò scribit, dñs creauit me. Postremo, si quia dicit, dominus creauit me, creatus est: similiter quia dicit, ante omnes colles genuit me, creatus nō est. Aliud enim est genitum, aliud creatura. Genitum enim, ex substantia generantis naturaliter exit, creatū uerò ad extra producitur. Quoniam igitur & deus & homo est: ut homo quidē, dominus creauit me, dicit: ut Deus autem, exclamat, Ante omnes colles genuit me.

*Quod scriptura uerbis abutitur nonnunquam.*

CAP. VI.

SEd genuit uerbum, inquiunt, non demonstrat omnino ex substantia patris natum esse filium: indifferenter enim uerbis scriptura utitur. Nam etiam de creaturis, de quibus nulla dubitatio est, hoc ipsum uerbum dici reperies. Filios, inquit,

Universidad de Deusto
Biblioteca



Esa.1. inquit, genui, & exaltaui. & rursus: Deum qui te
Iob.38. genuit, dereliquisti. et, Quis est qui genuit glebas roris? Nec roris certe patrē naturaliter dicemus: quare in unum, genuit & creauit uerba, sensum reducuntur. Indifferenter utiq; uerbis nonnunq; uti scripturam, hoc est, abuti, non negauerim: nec tamē potestatem ipsam singulorum ignorare cōcesserim. Nam quando creaturas quæ productæ diuinitus à nihilo sunt, ostendere uult: In principio, inquit, fecit deus cœlum & terram. Et fecit
Genesis 1. deus hominem, non genuit. Verbi autem sui generationem ipse pater ostendens: Eructauit,
Psal.44. inquit, cor meum uerbum bonum. Et creaturas in principio temporis factas scriptura ostendens: In
Genesis 1. principio, inquit, fecit. De uerbo autē ait: In principio erat uerbum. quia non in principio tempo-
Ioan.1. ris, sed in principio, id est in patre æternaliter erat. Sicut igitur de uere creaturis, nō naturaliter, sed abusiue uerbum genuit, dicitur: sic quando de filio creatio dicitur, abusiue intelligenda est, ut naturalis eius proprietas conseruetur. Creaturis enim gratia dei largitur, ut generatio de ipsis prædicetur. Aeterno autem consubstantialiq; patris uerbo incarnatio creationem attribuit. Et creaturæ quidem rationales, uerbo atq; uolūtate dei ad
Psal.81. adoptionem uocantur. Ego enim dixi, dij estis, inquit, & filij excelsi omnes. Filius autem ineffabilem naturalemq; suam generationem ex patre
Ioan.16. significans, dicebat: Ego ex patre exiui & ueni. Et rursus, ut aliud esse creaturam, aliud se naturaliter
Ioan.8. ostenderet: Vos, inquit, de deorsum estis, ego de superius sum. Non enim mentis compos quispiam dixerit, localibus spacijs dei filium gloriari: sed humilitatem creaturarum naturalem ostendens, inferiores eos appellat, celsitudinē uerò deitatis suæ significās, desuper se esse dicit. Quantum igitur interfit inter genitū & creatum, recte primo teneatur: deinde nonnunquam quando nullum inde sequitur fidei detrimentum, indifferenter uerba capiantur.

*De eodem Prouerbiorum textu: Dominus creauit me initium uiarum suarum, & ante omnes colles genuit me.*

CAP. VII.

SI ante omnes creaturas (id enim colles significant) genitus est, non erit unus ex omnibus, sed aliud præter omnia. Cæteræ enim in ipso ut in principio sunt, & omnia ut creaturæ connumerantur. Filij autem generatio ante omnia est, quia propter necesse est, ut creatæ naturæ non sit. Natus igitur ex patre ut uerbum est, creatus uerò ut homo, et factus initium uiarum. Sicut igitur nos, quamuis naturaliter creaturæ sumus, tamē quum filium dei susceperimus, filij dei per eum appellamur: sic etiam ipse assumpta natura nostra, quamuis naturaliter filius sit, creatura tamen appellatur. Et sicut deus, quamuis creator noster sit, pater tamen etiam per gratiam fit: sic & uerbum dei, quamuis deus naturaliter sit, creatura tamē etiam propter nos factus est. Si ergo non secundum naturam, sed adoptione ac gratia nos filij sumus: erit etiam ipse necessariò non secundum naturam suam creatura, sed dispensatione ac misericordia propter nos, naturali dignitate nullo modo imminuta. Sed latius idipsum iterū exponamus. Adam primo homini uita salutis data diuinitus est, qui præuaricatione diuini mandati perdidit: ita decidit in corruptionem, & in mortem deductus est. Erat igitur opus alterius uitæ, per quam immortalitatē possemus recuperare. Hanc quia nullus hominū poterat dare, ipse dei filius increatus secundū naturā, necessariò ut homo creatur, ppter nos, bona uolūtate patris homine assumpto, ut (quēadmodū dicit Paulus) uiam nobis innouaret recentē simul atq; permanentem et opera patris ita perficeret, corpore nostro ad immortalitatē reformato, et morte, quę per peccatū irrupit destructa, & ipso peccato damnato, cæterisq; bonis generi humano per ipsum donatis. Si ergo factus homo, uia nobis bonorū factus est, & opera perficit ea, quæ à patre per ipsum fiunt, meritò dicit: Dominus creauit me initium uiarū suarū in opera sua. Aeternā aūt generationē suam significans, rursus ait: Ante omnes colles genuit me, & ante secula fundauit me. Si ergo & genitus & creatus est, cōmodandū est utrunq; decenter. Generē auēt, ut uerbū ex patre ante omnia secula, creatur uero ut homo. Verbū enim caro factū est. Psalmista enim de uerbo ipso canit: Qui est ante secula. Si ergo filius ante secula est, creator autē in operatoris, necesse est post producta opera & creaturas patris, ipsum qui fuit ante secula creari. In extremis certe temporibus factus est homo. Quare nō deitatem eius creatio significat, sed humanitatē, quando ad reparationem operū patris, hoc est hominū, caro factus est, ac ideo dicit: Dominus creauit me in opera sua, & initium uiarū suarū. Quarum porrò uiarū uirtutū profecto ac euangelicæ uitæ, quam primus ille iusit, & nos docuit: Efficiamus: ideò ait, Ego sum exemplū tradidit, ut faciamus: ideò ait, Ego sum ianua, ego sum uia. Talium ergo ille operum factus nobis initium, meritò ut homo dicit: Dominus creauit me principium uiarū suarum in opera sua. Quod resurrectioni etiam mortuorum accommodabis, & mutationi carnis à corruptione ad incorruptionē, & ascensui in cœlos. Nam horum etiam omnium factus initium est, creatus ut homo: & sicut mortuus pro nobis ut homo, ipse dei filius id etiam perpessus dicitur, quamuis immortalis secundū naturā sit: ita creatus ut homo, creari seipsum dicit, quāuis increatus natura sit. Nam quū homo assumptus à filio dei sit, hoc est non alius sit, nec aliam habeat hypostasin, aut per sonā à filio dei, non irrationabiliter quæ hominis sunt sibi attribuit. Adde, quod pulcherrima cēsuit bilium creaturarū homo est. Is præuaricationem perfectionē perdidit suā, & ex immortalitate ad mortem incidit. Quoniam igitur imperfectū semper esse opus dei non decuit, nec potuit aliter reparari quam incarnatione uerbi, necessariò dei filius homo



homo factus est. Ideò in opera domini creari se dicit, ut ipsa indebitam sibi perfectionem restituat:
Ioan.17. ideò ipse ad patrem ait: Ego te glorificaui in terra, opus perfeci, quod dedisti mihi ut faciā. & rur-
Ioan.8. sus: Opera quæ dedit mihi pater ut ipsa perficiā, testimonium perhibent de me. Si ergo factus homo domini opera perfecit, atq; hominē in se creatum assumpsit, perspicuū est non ipsam naturam uerbi significari, sed hominem assumptum, cùm dicitur: Dominus creauit me. Opus enim patris, homo factus absoluit, quia naturam hominis reparauit. Et adduxit patri ecclesiā sine ruga & macula mundam & sanctam. Ita facti sumus in ipso noua creatura, per obedientiam Christi à morte ad uitam restituti. Meritò igitur factus homo dicit: Dominus creauit me initium uiarum suarum in opera sua. Nam si creatura esset filius (ut hæretici dicunt) quomodo ei nos uniti, deo uniamur, & diuini efficimur? Quomodo autem mediator dei & hominū erit Christus, nisi deus uere, & homo uere fuit? Nam si creatura esset filius, nullo modo deo naturaliter uniretur. Nec em naturaliter uniri possunt, quæ diuersa naturaliter sunt. Quomodo autem
Psal.45. tem per creaturam saluati sumus? quum scriptura clamet, quia non legatus, nō angelus, sed ipse dominus saluos nos fecit. Quomodo etiam à morte liberamur per ipsum? quum id opus super creaturam sit: nec possit creatura datā à deo sententiam, Cinis es, & in cinerem reuerteris, reuocare. Quomodo etiam peccatum destruxit, si creatura est? Hęc igitur omnia non ut creatura, sed ut filius, & uere deus efficere potuit. Ad hæc, si per imitationem naturalis filij dei nos etiam filij dei per gratiam appellamur, necesse est ut qui natura filius est, essentialiter aliud sit ab ijs, qui per gratiam filij sunt: sed qui per gratiā filij sunt, creaturæ sunt: non est ergo creatura qui natura filius est. Nam si
Psal.103. esset creatura, secundum hæreticos, & non natura filius, quoniam scribitur: Omnia in sapientia
Psal.66. fecisti. & ipse deus ait: Manus mea omnia fecit, non potuerunt certe dicere, in qua sapientia, & per quam manum filium suum Deus creauerit. Nam
Ioan.1. ipse & sapientia, & manus, & brachium patris est. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Nō est ergo creatura dei filius: nec enim inuenitur sapientia et manus dei, per quam factus sit, quū ipse sit sapientia, & manus dei, per quam deus omnia fecit. Quod autem ipse creator, non creatura est, patet diligenter obseruanti scripturas. Tres enim illi adolescentes apud Babylonios, omnem generatim creatam naturam
Dan.3. ad benedicendum deum uocantes, nunquam dixerunt, Benedicat uerbum, aut sapientia, aut manus dei dominum. Nec enim ignorabant dominum ipsum esse, non creaturam. Diuinus etiam,
Psal.148. beatusq; Psalmista, quum ad laudandum deū angelos, potestates cœlorum, cœlos & lunam, & solem, cæterasq; creaturas ut seruas uocasset, non connumerauit cum laudantibus filium: sed con-
Psal.96. trà, adorabilem ipsum esse clamat. Et adorent, inquit, ipsum omnes angeli dei. Si ergo creatura omnis adorat, filius uerò adoratur, quomodo erit creatura? uel quomodo non erit uerus filius dei, qui cū patre simul adoratur? Ad hæc, omnia per
Ioan.1. ipsum facta esse scriptura clamitat. Omnia enim (inquit Euangelista) per ipsum facta sunt. &
1.Cor.8. Paulus: Vnus dominus Iesus Christus, per quem om-
Hebr.4. nia. & alibi apertissimè à creaturis ipsum separat, dicens: Viuum est enim uerbum dei, et efficax, & penetrabilius omni gladio ancipiti: & nō est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunc oculis eius. Si ergo creator omnium est, & omnia nuda sunt in oculis eius, non erit unus de creaturis creator: & cui omnia nuda & aperta sunt, non erit de nudis & apertis unus. Quum enim omnia dixerit, nihil creaturarum extra reliquit. Sic enim ipse Paulus, om-
1.Cor.15. nia exponit alibi dicens: Quum uerò dicat, omnia, nihil non subiectum ei dimisit. Si ergo quando dicimus, omnia, creaturas omnes complectimur, facit autem pater per filiū omnia, cui omnia nuda sunt: non erit unus omnium filius, sed aliud præter ipsa, præsertim quum scriptum sit, Omne
Phil.2. genu in nomine Iesu flecti, cœlestium, terrestriū, & infernorum. Si ergo illi omnia genu flectunt, nō erit ille unus genus flectentium, sed aliud præter ipsa. Scribitur etiam, quod omnis creatura ingemiscit, & dolores partus patitur usq; nunc, li-
Rom.8. berationem filiorum expectans. Si ergo creatura quidem omnis sic sperat, filius autem nec adoptionem, nec liberationem expectat: sed ipse est, qui hanc creaturarum spem adimplet, & ingemiscentes ad adoptionem uocat, ut libertatis largitor: non connumerabitur certe cum creaturis, quia ipsæ ingemiscunt auxilium expectantes: ille autem ut uerus dei filius, ingemiscentes, à seruitute liberat.

*Quomodo intelligitur illud in textu Prouerbiorum: Ante secula fundauit me.*

CAP. VIII.

SCriptum est: Deus sapiētia terram fundauit.
Prou.3. Si ergo sapientia terram fundat (per ipsam enim stabilis terra manet) diligēter scrutandū est, quo pacto sapientia quę terram fundat, à deo fundatur. Dictum igitur etiam hoc est conuenienti
Prou.8. modo Prouerbiorū, in quibus uera sententia occultatur. Hoc enim Prouerbiorū proprium est. Sapientia ergo, id est filius dei nō incepit esse, nec fundatur, inquantum uerbum, sed inquantū homo. Sic enim ipse principium & fundamentum ædificationis nostræ ad pietatem factus est per fidem, qua credimus ipsum, & qua in nouam sumus creaturam reformati. Ideò non dixit, uerbum me aut filium fecit: ne quis hoc quod hæretici dicunt suspicaretur: sed, fundauit me: ut idem significaretur hic, & quando dicit, dominus creauit me. Vt enim ibi, uiarū initium ad opera dñi se factam sapientia esse affirmabat, ita hic fundamentum se factū esse ait omnium qui superædificabuntur, eadem diuersimode dicens. Ibi enim initium siue principium uiarū dicitur, hic fundamentū ædificationis, uidelicet futuræ per fidem, unde

Universidad de Deusto
Biblioteca



unde Paulus quoque scribit: Nullus aliud fundamentum præter id quod iactum est iacere potest, quod est Iesus Christus. Si ergo Christus fundamentum iactum est, oportetq; ut quæ superedificantur, eiusdē naturæ cum fundamento sint (hoc enim pacto structura cohærens in templum ædificabitur sanctum) patet, quia non ut uerbum fundata est: hoc est, fundamētum facta est sapientia. Nulla enim creatura cum huiusmodi naturaliter fundamento construi potest. Facta est igitur sapientia fundamentum ut homo in omnibus, pecca to solo excepto, & in hoc homine fideles superædificantur propter identitatem naturæ. Et sicut alibi uitem ipsum appellat, nos autem palmites ipsius uitis: ita in hoc loco fundamētum seipsum elie ait, ut naturalem coniunctionem cum superædificandis aperiat. Aedificamur enim in nouam creaturam, ut habitantis in nobis spiritus templū efficiamur. Sed non erit inconueniens, exemplis etiam falsas hæreticorū opiniones refellere. Forsan enim erubescentes, uel conuertentur, uel saltem minore impetu minores aggredientur. Quod igitur fundatur, hoc est fundamēti usum præbet, non incepit tunc certe primo esse, quando in fundamentum iactum est. Lapides enim (uerbi gratia) in terra defossi, fundamentum facti sunt, nec tunc cœperunt lapides esse, quādo fundati sunt: sed quum etiam antea lapides essent, facti sunt postea fundamentum, nec priorem naturam amiserunt. Sic igitur pie sapientiam dei fundamentum factū esse intelliges: erat enim in principio apud deum, & deus erat uerbum, ut scribitur. Quando autem quasi lapis aliquis absq; manibus de monte demissus, hoc est ex substātia patris profectus, in carne nostra quasi in terra defossus est: tūc fundatam seipsam ait, quasi dicens: filius dei sum uerus, sed homo factus sum, ut principium et fundamentum superædificandorum per fidem fiam, ut propter carnis connaturalitatem mihi ipsi eos cō pingam. Sed quomodo, inquiunt, incarnatio uerbi per hunc textum intelligetur? quum sapientia ipsa clamitet, Ante secula fundata esse, antequam terra fundata, anteq; montes stabilirentur: quum incarnatio in extremis temporibus facta sit. Facilis cuilibet nostrum uidetur responsio, & tamen latius dicere cogimur, & multa sæpe repetere ad obstruenda hæreticorum ora. In extremis ergo temporibus incarnationem uerbi factam, nemo negabit. Sed deus qui futura omnia nouit, æternaliter quoq; fundauit, quantum ad cognitionem suam, filium suum: hoc est, fundamentum illum futurum constituit, ut nos superædificati in ipso à corruptione in corruptionem resurgamus. Sciebat enim mortales nos futuros propter peccatum, ac ideò ex misericordia sua ante secula cōstituit, ut uerbum suum homo & initium uiarum, & fundamentum fieret, renouaretq; hominem in seipso factus primogenitus in multis fratribus, & origo resurrectionis, quod Paulus ad Timotheum ostendit: Collabora in euangelio secundū uirtutē dei, qui nos liberauit & uocauit uocatione sua sancta, non secundū opera nostra, sed propositum suum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia: manifestata aūt nunc per aduentū saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem uitam & incorruptionem. Si ergo ante secula anteq; essemus facti, uidelicet gratia præscitis omnia dei, uocati sumus in Christo Iesu: perspicuum est hoc modo etiam ante secula, quamd ad præsciētiam, ut ita dicam, deliberationem dei, Dominum nostrum Iesum Christum fundatum fuisse. Ad Ephesios etiam scribens Paulus, ait: Benedictus deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos præ omni benedictione spiritali in cœlestibus in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi cōstitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum. Si ergo antequam creati essemus, ad adoptionem electi sumus per Iesum Christū, & spiritali benedictione in cœlestibus benedicimur: quare dubitabimus similiter, quantum ad præscientiam dei à sapientia dici, Ante secula fundauit me: Idipsum quoq; dominus ostēdit dicēs: Venite benedicti patris mei, & possidete regnū, quod uobis paratū est ante initium mundi. Si ante initium mundi paratum erat regnū nondum factis, & paratum in Christo, non irrationabiliter dicit de se: Ante secula fundauit me, anteq; montes stabilirentur, anteq; fontes aquarum prorumperent: quæ omnia creaturarum à nihilo adesse productionem significant. Causa uerò, ut sic dixerim, quare præsciti sumus in Christo, & in adoptionem ex charitate dei patris uocati, hæc est: Prouidit deus peccaturum hominem, & in mortem casurum: præuidit etiam conferentia generi eius, & quomodo renouaretur & ad immortalitatem rediret. Ideò quasi radices huius spei in filio tuo nobis depositum, per quem ad adoptionē nos uocauit, & omni benedictione spirituali nondum facto munuit: ut quando præuaricatione in mortem caderemus, ex prisca illa radice in uitam rursus resurgeremus, & ueluti iam benedicti, non omnino semperq; iacere possemus. Præfundatur igitur ante nos Christus, & in ipso nos omnes superædificamur: idq; ante initium mundi in præscientia dei, ut quū ordine diuino benedictio maledictionem antecesserit, & damnationē in mortem uitæ pollicitatio, & seruitutem diaboli adoptionis libertas: posset natura humana superatis malis quæ interim acciderunt in pristinā peregritiā Christi (qui fundauit eam bonis in bonis) diuinitatē recurrere, talisq; fieri, qualem deus ex charitate per filium suum futuram constituit. Sed similitudine, quomodo ante secula dei sapientia fundata sit paternis consilijs, sic intelligemus. Architectus, uerbi gratia, sapiens, ędes ędificaturus regias, dubitat uerisimiliter, ne quid procedente tempore altior ędium structura patiatur, ac ideò fundamentum iacit firmissimum, & radices ędificatorum robustissimas construit, ut si quid superstruatur, patiantur, possint rursus reparari fundamento seruato. Eodem modo creator noster Christum nostræ salutis fundamentum, etiam ante initium mundi fundauit, ut si prǫuaricatione caderemus, in ipso rursus renouaremur. Quantum igitur ad præscientiam, & cōsilium, & propositum patris, et omni deitatis, Christus ante secula fundatus est, & tempore congruo natus ex uirgine: in quo reparati sumus, qui ante initium mūdi salutis nostræ fundamentum ipsum habebamus.

*Thesauri Cyrilli libri quinti finis.*

## EIVSDEM LIBER SEXTVS.

*De æternitate filij, & quod inseparabiliter ex substantia patris emanat.*

### CAP. I.

AT quomodo (inquiunt Arriani) æternus esse poterit filius, aut quomodo inseparabiliter emanauit ex patre? Nā quod ex aliquo prodit, pars substantiæ illius est unde prodit: quod autem semel separatum est atque diuisum, id totum esse non potest. Quid igitur dicitis de sole qui splendorē hoc est lucem suam emittit? quid de igne ac de calore, qui ex eo emanat? separationésne ac decisio nes in his essentijs intelligetis? Atqui sol ita lucet, ut nullo modo imminuatur, nec aliquis potit localiter lucem à sole diuidere, nec separari calorem ab igne uidemus: sed exit ab igne inseparabiliter, quasi fructus essentiæ suæ, sicut & splendor lucis: nunquam enim erit lux sine splendore, neq; ignis sine calore. Semper enim cum istis rebus sunt, quæ ex ipsis generantur. Sic igitur & filium intellige ex patris essentia emanare, ita ut ęternaliter & in ipso sit, & in propria hypostasi essenō dubitetur, nec ullo pacto imminuere patris et essentiam credatur, nec ab eo separari intelligatur: nam & pater in ipso est, & ipse in patre, unde uere dixit: Ego in patre sum, & pater in me. Et quoniam propter incōmutabilitatem ipse in patre cernitur, & pater in ipso, uere illud quoque ab eo dictum est: Ego & pater unum sumus. &: Qui me uidet, uidet & patrem. Miror autem quare qui contendunt separatum esse à patris essentia filium, quoniam à patre prodit, & ita pars sit non integra: non dicunt splendorem quoque lucis diffeparatū esse à luce, & calorem ignis ab igne, & uerbum à mente siue intellectu: quare, inquā, non ostendunt has quoque partes esse, & quidem separatas à rebus unde profluunt? Ostendant splendorem lucis absq; luce unquam fuisse, & ignem absque calore, & mentem sine uerbo, & tunc forsan talia etiā de uerbo dei cogitare poterunt. Si uerò hæc corporea & creaturæ semper simul sunt, neque unquam separantur: quomodo non erunt impij, separationes, passiones, decisionesq; naturę deitatis accommodantes, quę in immensum creaturas omnes excedit? Sed quomodo, inquiunt, coæternus patri filius erit, quū posteriora parentibus sunt? aut quomodo filius uerbum patris aut imago erit, quum uerbum hominum nec per se subsistat, & postea quam dictū sit euanescat, quum manifesta fecerit, quę in mente et ip profundo cordis locata sunt? Si nihil plus in deo ponitis quàm in homine, erit secundū uos posterior patre filius. Sin autem multo excelsior illa natura quàm nostra est, nec est aliquid cōmune substantiæ nostræ, & substantiæ Dei, quomodo humanę imbecillitati deitatem subijcere non erubescitis? Nam quantum substantia substantiam excellit, tantum & generatio diuina hominis generationē: corruptibiles nos sumus, Deus incorruptibilis: à nihilo producti nos, deus semper & erat, & erit, imò autem est. Qualis uerò genitor in omnibus est, talis & qui ab eo nascitur: sed Deus pater æternus est, æternus ergo & filius sus est: lux est pater, huius lucis splendor semper cum ipsa est. Et hominis quidem uerbum ad nihilum redigitur, neque uiuum neq; subsistens est. Nam & homo qui hoc uerbum emittit, & ex nihilo productus est, & corruptioni subijcitur: uerbum autem Dei uiuum est, & ex uiuo patre profluit, & ideo semper est. Nunquam enim erat, sed nec erit unquam deus absque uerbo. Vnde Paulus de ipso: Viuum enim est uerbū dei & efficax. Creator igitur est, & omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sed non est (inquiunt) Christus innata uirtus dei et sapientia. Alia enim est quàm illa, de qua Paulus dicit, æterna eius uirtus & deitas. Nō enim Christus solum, uerumetiam multæ aliæ sunt uirtutes & sapientiæ præter illam innatam deo. Nam illa quidem innata, ueraq; dei uirtus creatiua omnium est, sed aliæ reuera per ipsam factæ sunt, quamuis præcipua quædam uirtus Dei præter alias Christus sit: ad hoc creata ut imbecilla cōfortet, ut in sapientiam stulta redigat, ut iustificet omnia quæ iustitia ingent. Illa igitur innata dei uirtus, inquiunt, æterna & increata & semper in patre est. Christus uerò propter dictas causas factus fuit. Si autem nōnulli, quia scribitur apud Paulum: Christus Dei uirtus, & Dei sapientia: ipsum putant esse innatam Dei uirtutem, quid dicent, quum Deum audiant dicētem: De eruca uirtus mea magna? aut quid faciēt, quum multas uirtutes esse psalmista significet, canens: Benedicite Deum omnes uirtutes eius? Si propter hæc factus est filius Dei (ut Arriani dicunt) ut ad sapientiam redigat stulta, ut imbecilla confortet, ut indigētia iustitię iustificet: nos ergo causa sumus ut ipse factus sit: quare nec factus esset, nisi deus creaturas uoluisset producere, & organum: hoc est, instrumentū creationis nostræ fuit. Si factus est propter nos, num igitur sicut sapiens propter stulta, quæ in sapientiam rediguntur, & uirtus propter corroborata imbecillia secundum uos appellatur: sic & filius nominabitur propter adoptatos per ipsum dei filios, ut nihil proprie sit propter seipsum, sed omnia propter nos? Quomodo igit in psalmis cantatur: Ipse nos fecit, & nō ipsi nos? Nam etiā si creationis nostræ ipse autor esse uideatur, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca



nos sumus causa secundum uos, ut ipse produce A
retur: sicut & cœlum propter generationem ge-
nerabilium factũ est, & sol ut tenebrosa illustret,
et terra ut animalia sustentet: & ita nihil magni e-
rit in filio, quod in creaturis non sit. Minister em
ille quoq; sicut creatura erit, imò maioris dignita
tis cęteræ creaturæ uidebuntur, quarum causa il-
le productus est. Vides quod impie dicta ex opi-
nione falsa hæreticorum sequũtur. Sed fatentur
innatam dei sapientiam et uirtutem non esse crea
tam. Nolint ergo quum filium audiant increatũ
patriq; coæternum esse, duo increata cogitare.
Nos enim ipsam sapientiam & uirtutem Dei pa-
tri coæternam ipsum filium esse credimus, qui o-
Ioan.1. mnia fecit, qui propter nos caro factus est, ut Io-
annes ait. Ad hæc omnia, quur pater uniuersa B
per filium operatur: quur in baptismate cum pa-
tre connumeratur, si creatura est, non creator:
Quid opus erat creatura ad sanctificationem no
stram: aut quur ut protectorem nostrum inuoca
mus, quum ad nullam creaturam sicut ad ipsum
refugiamus: ad solum enim refugimus ut ad coę
ternum patris filium. Quur etiam si deus ita uere
ut pater, non est, in ipsum creditur: aut quur ab i-
psis quoque hæreticis creator omnium nomina
tur, nisi eodem modo creator sit quo pater: Om-
Ioan.16. nia, inquit, patris, mea sunt. Est aũt in patre crean
di uirtus, eadem ergo etiam in filio est. Simili-
ter saluare, sanctificare, & omnia quæ deo conue
niũt, ita in filio sunt, sicut in patre. Deus igitur
uerus, nõ aliter quàm pater est, non factus (ut hæ C
retici fingunt) sed ex patris substan-
tia proprie profluens.

*De eodem, uidelicet quod filius creatura non est.*

CAP. II.

SI omnis creatura patrem ignorat, nouit autẽ
Matth.11. solus filius (nullus enim inquit, patrẽ nouit
nisi filius) non erit profectò filius creatura.
Præterea, nulla creaturarum Deus est: filius uerò
natura Deus est, non est igitur creatura. Nam si
filius natura deus non esset, miserius modò esset
genushumanum quàm antea: quia quum credat
se a seruitute falsorum liberari deorum, in eãdem
incidit impietatem, Deo seruiens, qui naturaliter
Deus non est. Ad hæc, omne creatum aliud pe-
nitus natura est, quàm increatũ, nec potest increa D
Esa.42. ti gloria æqualiter frui quod creatum est. Non e-
nim, inquit, dabo gloriã meam alij. Filius autem
in gloria patris uenit, & æqualiter illa potitur,
non est ergo creatura. Accedit, quod scripturæ
uerum esse deum filium affirmant, & omnes iam
Psal.80. ita credimus. Quod uerò creatum est, recens est,
nec fas est in recentem credere Deum. Increatus
ergo, & uerus Deus filius est. Longe nanque ali-
ud creatum ab increato est. Et sicut increatum a-
dorare iubemur, sic ab adoratiõe creati à scriptu-
ra uetamur. Filium autem adorare iubemur: non
est igitur filius aliud à Deo, nec creatura, sed uerus
deus, & increatus. Accedit, quod nulla creatura
rum libertatem largiri potest, quum ipsa seruiat.
Filius autem nos liberauit: non est igitur seruus,
sed dominus, & deus secundum naturam. Crea-
turæ nanq; omnes naturam diuinitus sibi datam
sequuntur, & ita deo seruiunt. Ipse uerò deus om
nem huiusmodi naturæ necessitatem excedit, &
ideo non seruit, sed dominatur. Ipse nanq; natu-
ram, ut legem speciebus singulis imposuit. Filius
autem liber est, & natura dominus: nõ est igitur
creatura. Adde quod nulla creatura Deo patri
naturaliter similis est: filius uerò ita similis natura
liter est, ut qui eum uidet, patrem uideat. Increa-
tus ergo, sicuti pater est. Dominus enim & rex
gloriæ, filius dicitur. Creaturæ uerò diuinæ glo-
riæ seruiunt. Adde, quod omnia quæ à nihilo
producta sunt, possunt etiam, si creator uoluerit,
ad nihilum redigi: quod de filio dicere nefas est.
Non est igitur à nihilo productus, ut creatura, B
sed ex patre genitus ut uerè filius. Præterea, o-
mnis rationalis creatura potest errare: filius uerò
nullo modo potest. Ad hęc, nulla creatura un-
quam substantiam à nihilo producere potest: fi-
nitæ nanque id uirtutis esse non potest. Filius au
tem creator omniũ est: quomodo igitur erit crea
tura? Accedit, quod creata omnia, in quantum
creata sunt, conueniunt inter se, nec ullam diffe-
rentiam in hoc habent: quare si filius etiam crea-
tura esset, conueniret in hoc necessariò cum cęte
ris creaturis. Sed nulla in re cum cæteris cõuenit
quomodo igitur uerus deus non erit? Præterea,
omnis creatura in tempore facta est, nullum ue-
rò tempus generationem filij præcessit, nec spacium, aut duratio ulla: non est ergo factus, sed genitus. Nam si tempus, siue duratio aliqua creatu-
rationem filij præcessisset, non esset ipse crea-
tor omnium: & si spacium siue duratio, quæ ge-
nerationem filij præcessit, increata sit, erit aliud
præter deum increatum, quod dictu nefas est. Si
ergo nec tempus, nec spacium, nec duratio nulla
ante filium fuit, quomodo dicũt præfuisse patrẽ
filio, quum inuenire non possint quo præiuit?
Accedit, quod rationales creaturas non natura,
sed participatione ac gratia deos scripturę appel-
lant: filium uerò nõ participatione ac gratia, sed
natura Deum nominãt. Soli enim naturæ deo de-
betur adoratio, filium autem adorare iubemur.
aliud igitur est quàm creatura. Postremo creato-
rem esse filium concedunt, creatũ etiam esse con
cedunt: quare si creator creatus est, est autem ea-
am pater creator, quur ipsum quoque nõ dicunt
à nihilo productum? Quia uidelicet impossibile
est, totius naturę creatorẽ ab alio creari. Quomo
do igitur & creatorẽ omnium esse filium, & crea
tum esse opinãtur? Num excogitare poteſt quis-
piam mẽtis compos, creare quod creatur, ea a ni-
hilo producere, quod à nihilo productũ est? cue-
linț quæso diligentius quid dicunt perpendere.
Præcipua enim dei ueri proprietas est, ut à nihilo
possit substãtias producere. Id filium posse
non negant: quomodo ergo non
deus uerus, sed crea-
tura erit?



*Quod non est idẽ in deo, generare & creare. Cap. III.*

Matth.3. SI generare et creare, & filius & creatura idem
esset in deo, nõ de solo unigenito pater dixis-
set: Hic est filius meus dilectus, quippe quum eti
am de creaturis similis oratio dici possit. Quid
aũt plus quàm nos haberet filius, si generare &
creare idem esset? Quod si creaturæ etiam gene-
ratæ proprie dici possunt, quomodo unigenitus
erit filius dei? Præterea quod à deo generatur, na
tura deus est: quod autem creatur, non est natura
deus. Quomodo ergo creatum et genitum idem
erunt? Quod si idem esse ponantur, erunt omnes
creaturæ filij dei: sed angeli tanto magis, quanto
cæteris creaturis præstant. Sed nulli unquam an-
Heb.1. gelorum dixit, Filius meus es tu: aliud ergo est
creatum, aliud genitũ. Nam si idem essent, esset B
qui creat naturaliter pater. Creat autem etiam fi-
lio, esset ergo ipse quoq; pater: quod dictu nefan-
dissimum est. Adhæc, si creatura etiam genimen
erit, erit omnis creatura uerè filius Dei: & ita ue-
rus filius non erit dominus, et deus omnium cre-
aturarũ, sed frater. Est autem dominus & deus o-
mniũ uerè: non sunt ergo cæteræ creaturæ geni-
mina Dei. Non est idem ergo creatura & genitũ.
Nam si idem essent, creator in quantum creator,
esset genitor, & genitor similiter creator: q̃d im-
possibile est. Creator enim ad extra producit, ge-
nitor uerò ex seipso generat. Postremo, si idem
est creatura & genimen: quoniam spiritum san-
ctum per errorem sacrilegum creaturam opinan
tur, erit ipse quoq; genimen. Si ergo patris, non C
erit filius unigenitus: sin autem filij, erit filius si-
lij: quorum utrunq; impium est. Adde quod fili-
um pater ex se, & non per alium generat: creatu-
ras uerò ipse per filium in spiritu sancto produ-
cit. Aliud igitur est generare, aliud creare ac face
re. Quod si facere ac generare idẽ sunt, quur non
dicitur Deus, terræmotum, pestem, diluuium q̃
generare, sed facere? Præterea, si unde generat
deus, inde etiam creat, ut hæretici uociferantur,
erit aranea q; similis, quæ (ut aiunt) inde generat un
de facit. Quod & si cõcesserimus in araneis, quæ
naturali seruiunt legi: pie tamen in deo non con-
cesserimus, qui nõ naturæ seruit, sed naturæ crea
tori est. Sed si, quia nulla cõpositio est in deo, id-
circo similiter generat & facit, ut isti cõtendunt: D
erit præscire quoque ac facere idem, ne uidelicet
cõpositio huic accedere uideatur. Et si hoc, quo-
niam præscire ipsum mala non negabitis, an con
cedetis mala quæ ab ipso præsciuntur, ab ipso
quoq; fieri? Certe non facietis. Quod si aliud est
apud ipsum præscire, aliud facere, neq; hinc sim-
plicitas eius lędetur: erit similiter aliud generare,
aliud creare in deo, nec ulla propter hoc compo-
sitio erit. Adhæc, si generare & facere idem sunt,
erit natura & operatio idem. Natura enim gene-
rat, operatio autem facit. Sed non sunt idem na-
tura & operatio: aliud est ergo generare, aliud est
facere. Accedit, quod qui facit, creator quidem
est: qui uerò generat, pater. Aliud est aũt pater, a-
liud creator: aliud ergo erit facere, aliud genera-
re. Postremo, si idem est generare & facere, simul
deus generat & facit, & omnia sunt eadem ratio-
ne & creatura & filij: quod absurdissimum est: &
deus similiter simul & pater & creator. Fuit au-
tem æternaliter re ipsa pater, fuit ergo æternali-
ter actu creator. Et ita secundum uos necessariò
non filius solum, uerumetiam creaturæ patri e-
runt coæternæ: quod falsum est.

Thesauri Cyrilli libri sexti finis.

EIVSDEM LIBER SEPTIMVS.

*Aduersus eos qui dicunt, quod filius non est uerum patris uerbum, sed aliud natura quàm pater.*

CAP. I.

SI filius, inquiunt, uerbum patris est,
& est ipsi cõsubstantialis, in nullo à pa
tre differre poterit: & ita pater etiam
poterit uerbum appellari, quod apo-
stolorum prędicatio, & diuinæ scripturæ non pa
tiuntur. Pater enim pater semper est & non filius, & filius solummodo filius à scriptura nomina
tur: aliud ergo ipse à patre est, nec potest eiusdem
esse substantiæ: quare nec uerum ipsius uerbum,
nec; ex seipso est, quum eiusdem naturæ non sit.
Qui hęc dicunt, Ioannis omnino obliti sunt. Ver
bum enim ipse filium hic appellat, ut hoc nomen
quasi proprium, & ipsius esse filij maxime signifi
catium, elegisse uideatur. In principio, inquit,
erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus Ioan.1.
erat uerbum. Vides quomodo ipsum esse filij se-
cundum naturam hoc nomẽ significat: deus em
erat uerbum, ait. Quod si non esse filij secundum
naturam uerbi uocabulum ostendat, aliud quid
certe significabit. Quare necesse est quærere quid
est filius secundum naturam, si uerbũ non est, nec
esse ipsius uocabulo uerbi significatur. Nã ueluti
si architectum aut lapicidam diceres, non natura
rei significaretur, sed artificium: ita si non esse filij
secundum naturam, quando uerbum dei dicimus,
significatur, sed artificiũ ponimus: cogemur quę
rere quo nomine propriè artifex ille appellatur.
Frustra enim Euãgelistam miramur & quasi ma-
gnum quid proprium tonasset, tonitrui filiũ ap-
pellamus. Multis enim nominibus scriptura fili-
um appellat. Sed Euangelista quum uerbũ dixe-
rit, quasi propriũ, idq; mirabile atq; inauditũ pro Marc.3.
nunciasset, nihil aliud apposuit nec dixit, ut de
Paulo uerbi gratia scribit, Paulus apostolus: suffe-
cit em̃ sibi ad significandũ ipsum esse filij, uerbũ Rom.1.
dixisse. Verũ igitur patris uerbũ filius est, neq; est
aliud uerũ patris uerbũ, quàm filius. Nam si ea de
causa putant hæretici non esse filiũ patri consub-
stantialem, quoniã neq; pater uerbũ est, neq; ver-
bum pater: & propter differentiã personarũ, sub
stantiarũ quoq; differentiã inducunt: quõ Abel,
et Adam cõsubstantialis dici poterunt? quũ neq;
Abel possit esse Adã, neq; Adam Abel. Quod
si differentia personarũ identitatẽ naturæ non de
struit in hominibus: quomodo non erit impium,
ea de causa putare supernaturalem dei substanti-
am diuersificari? Sicut igitur si non esset consub-
stantialis patri filius, non esset uerbum patris ue-
rum: sic

Universidad de Deusto
Biblioteca



rum: sic quoniam cõsubstantialis est, uerum eius A
uerbum est. Ad hæc, subſtantiarum nomina ip-
ſarum subſtantiarum ſunt ſignificatiua, & ma-
xime quæ prima et propria ſunt, magnam tamen
in ipſis differentiam inſpicimus. Alia enim uni-
uerſalem habent ſignificationem: hęc ab alijs uni
uerſaliora ſignificata in ſingula incidunt, ut uer-
bi gratia: homo ſimpliciter & abſolute ipſum hu
manum genus ſignificat, hoc eſt ipſum eſſe homi
minum. Paulus autem, & Petrus, & Iacobus, cęte
raq; huiuſmodi, in ſingulos uniuerſale illud ſigni
ficarum hominis ſcindũt. Nec iſta differentia ſin-
gulorum ſingulis nominibus notata facit, ut na-
tura ipſorum ſingularium alia atque alia in ſingu
lis ſit. Pater igitur pater eſt, & filius uerbum: nec
tamen ideo naturæ diuerſitas inducitur: quoni- B
am ſola diuerſitate relationis quæ diuerſis nomi-
nibus ſignificatur, nec alia re ulla diſtinguuntur.
Relationes autem cõſubſtantialium diuerſę, no-
miná; ipſarum relationum diuerſa, non poſ-
ſunt (ut exemplo docuimus) naturalem coniun-
ctionem delere. Quare neceſſe eſt ut eiuſdẽ ſub-
ſtantiæ cum patre filius ſit, quamuis ille ſemper
pater ſolummodo ſit, & hic ſemper ſolum filius
ac uerbum. Quum enim eſſentia patris ſimpliciſ-
ſima ſit, & ex eo prodeat uerbum ſuum, nihil ali-
ud inter generationem uerbi, & patrem intelligi
poteſt, quod poſsit prohibere, ne uerbum eiuſ-
dem naturæ ſit cum eo cuius eſt uerbum. Sed in- *Cauillatio ad-*
euangelio, inquiunt, ſcimus filium ad patrem di- *uerſariorum.*
cere: Pater glorifica filium tuum: & à patre ipſi C
reſponſum fuiſſe, & glorificaui, & rurſus glorifi-
cabo: quomodo igitur filius uerũ patris erit uer-
bum, quum ad eum pater loquatur? Loquutio e-
nim abſq; uerbo fieri non poteſt. Aut per ipſum
filium ſi uerbum uerum eſt, loquitur filio pater,
aut ſi hoc abſurdum eſt, aliud eſt illud uerbum in
terius, atque naturale, quod ad filiũ loquutus eſt
pater. Non eſt parua impietas, ſi quis credit mo-
do humano per labia, & guttur & linguam uer-
bum diuinum emitti, & aures audientium uerbe
rare. Non conuenit certe huiuſmodi fictio ulli in
corporali natura. Nec illa uox, patris proprie ac
naturaliter fuerat: ſed ſonus quidam factus, quo
ſignificabatur quãtæ dignitatis filius ſit apud pa
trem. Non enim ſolus dominus audiuit, ſed diſci D
puli quoq; omnes. Quod autem uox illa colliſio
ne corporis facta fuit, nõ ſolum hinc patet quod
aures diſcipulorum percuſsit, uertumetiã ipſe do
minus aperte oſtendit, dicens: Non propter me
uox iſta facta eſt, ſed propter uos. Nõ dicit certe, *Ioan.*
non propter me loquutus eſt pater, ſed facta eſt
hæc uox, non propter me, ſed propter uos. Si er-
go miraculoſe facta eſt illa uox uolũtate diuina,
nõ propter Chriſtum, ſed propter diſcipulos, qui
non poterãt uoluntatem paternam in glorifican-
do filio diſcere niſi uoce humana, nõ erubeſcent
iſti quæ propter nos miracula ac per diſpenſatio-
nem facta ſunt, ipſi naturæ deitatis
indecenter attribuere?

*De eodem, alio modo.* CAP. II.

SEd inuenitur (inquiunt) pater dicens ad filiũ: Faciamus hominem, & ipſe ſaluator ad *Gen. 1.*
Iudæos: Ego à me ipſo non loquor, ſed quæ à pa- *Ioan. 8.*
tre audiui, hęc nuncio uobis. Quid igitur reſpon
debitis, ſi quis interroget, utrum pater ad ſciẽrem
filium quod dicturus erat, an ad neſcientẽ loqu
tus ſit? Nam ſi ad neſcientem antea, & tũc diſcen
tem quando uerbum patris percepit: aliud profe
cto ipſe uerbum erit, quàm illud natura intrinſe-
cum quo didicit: ſin uerò ad ſcientem, quomodo
non erit ſtultum ſcientem docere? quippe nemo
id niſi ſtultus faceret. Quoniam ergo deo attribu
endum hoc non eſt, ut ſcientem doceat: non erit
filius ipſum intrinſecum ac uerum patris uerbũ,
neq; per ipſum ſcire poteſt patris uoluntarem, ni
ſi uerbo doceatur. Quid ergo differret à prophe-
tis uerbum dei, quod in ipſis loquutum eſt, & fu-
tura prædixit eis? homines enim erant, & utho-
mines futura ignorabant, quorũ præcognitio ſo-
li cõuenit deo. Quid igitur faciemus? quum ipſe
dominus longe ſe à prophetis his uerbis diſſepa-
ret. Si illos dixit deos, ad quos uerbũ dei factum *Ioan.*
eſt: nec poteſt diſſolui ſcriptura: Quem deus ſan-
ctificauit & miſit in mundũ, uos dicitis quia blaſ-
phemas, quia dixi, filius dei ſum. Si enim prophe
tis ſicut creatura exęquaretur, non ſicut à minore
ad maius cõparationem prophetarũ ad ſeipſum
faceret? Nã quũ dixit, ſi illos dixit deos, ad quos
uerbum dei factum eſt: aperte oſtendit non factũ
fuiſſe ad ſe uerbum dei ſicut ad illos: ſed quod ip
ſe ſit patris uerbũ in prophetis loquutũ. Quod
do igitur ut prophetam neſcire futura, & audi-
do diſcere, impie dicere audent? Nam ſi uolunta
tem patris ignorat, & ideo expectat ut peruer-
bum ipſius patris diſcat, nõ eſt maior propheus. *Ioan. 5.*
Quur igitur Pſalmiſta canit: Quis in nubibus ex- *Pſal. 88.*
æquabitur Domino & in filijs Dei? Neminem e-
nim aperte exæquari filio ait, nec in ipſis prophe
tis, quos & nubes tropologice dixit, nec in filijs
Dei, id eſt, per gratiã baptiſmatis iam adoptatis.
Si ergo impium eſt ſpiritum ſanctum per Pſalmi
ſtam mẽtiri affirmare, omnes excedet Dominus,
eritq; uerbum Dei uerum, & patris uoluntas ac
ſapientia. Præterea, ſi aliud uerbum inſitum patri
eſt ſecundum naturam, quàm illud de quo ſcri-
pturæ loquuntur, ut ſit aliud intrinſecum & qua- D
ſi occultatum in patre, aliud enuncians manife-
ſtans q; myſteria Dei, quod deũ eſſe Ioannes aſſe- *Ioan. 1.*
rit, erit compoſitio in deitate. Componetur enim
ſecundũ iſtos deus pater ex eſſentia, & uerbo ſuo
intrinſeco. Sed compoſitũ eſſe deum penitus im
poſsibile eſt, & omnibus ita uidetur. Vnicum er-
go uerbum Dei eſt naturale atque intrinſecum, *Ioan. 1.*
& id eſt filius ſuus. Aliter neceſſe eſſet confiteri
ſecundum iſtos, uerbum Dei quod per euange-
lium prædicatur, neſcire myſteria patris: ſed col-
loquutione paterna diſcere, atque ſic ex igno-
rantia ad ſcientiam commutari. Quomodo igi- *Deut. 32. Ioan. 10. Ioan. 8.*
tur uerè dicet: Ego, & pater unum ſumus? aut
quomodo incõmutabilis imago genitoris erit,
niſi forte



niſi forte dicant, patrem etiam ipſum ignorare, et A
cogitando adinuenire? Nam ſi omnia ſcit, ſicuti
certe ſcit, eſtq; uera ſua imago filius, impoſsibile
eſt non unam eandemq; patris & characteris ſui
ſcientiam eſſe. Eſtisne ſic indocti, inquiunt, ut
impoſita uocabula rebus non alia eſſe contenda
tis, quàm res ipſę ſint? Ecce cœlum opus dei præ-
cipuum, & nomen eius longe aliud: neque enim
res præcipua eſt. Præterea, cœlum ipſum res uí-
ſibilis eſt, uocabulum uerò ſuum non uiſui, ſed
auditui ſubijcitur: filius ergo Dei uerbũ dicitur,
nec tamen ita uerbum eſt, ut multi intelligũt, ſed
aliud quid naturaliter quàm uerbum. Tacere
oportet, nec ad huiuſmodi rationes reſpondere:
& tamen ne ſimpliciores ab iſtis ſeducantur, tace
renõ poſſumus. Dicimus igitur uocabula rebus B
impoſita ipſas rerum eſſentias ſignificare, etiam
ſi alia ſint præter ipſas. Homo enim, uerbi gratia,
uox iſta dico, aliud eſt quàm ipſe homo, & tamẽ
ſubiectum ipſius hominis ſignificat. Nam ſi non
ſignificaret ipſum hominem, hoc nomine audito
non intelligeretur homo, ſed aliud quippiam, q̃d
dictu ſtultiſsimum eſt: non ergo aliud intelligere
debemus, quàm quod per uocabulum ſignifica-
tur, et ita furor hæreticorum deprimitur. Aut de-
monſtret nobis Eunomius non eſſe proprium
uocabulum filij Dei, uerbũ: ut hoſtis diuinarum
ſcripturarum, & præcipue Ioannis Euangeliſtæ
reperiatur, qui appellationẽ hanc, tanquam ma-
xime propriam filio dei poſuit.

*Aduerſus aliam Eunomij obiectionem.*
CAP. III.

SEd quomodo, inquit, filius dei uerbum & ſa
pientia erit? quum ſapientia, ſciẽtia quędam
ſit, uerbum autem prolatio uocis: uoces autem,
neq; ſubſiſtentiæ, neq; animalia ſunt: Filius uerò,
animal eſt, quare nec ſapiẽtia nec uerbum patris.
Ad humana rurſum defertur, oblitus uerba de
deo fieri: ſed forſan neſcit humanis quidem uoca
bulis de deo nos uti, ubi omnia lõge aliter quàm
res humanę intelligenda ſunt. Verbum enim ho
minis non ſubſiſtit, ſed uox ex ore prolata diſſol-
uitur: uerbum autem dei non ita ſe habet, ſed uí-
uum ex uiuo, & ſubſiſtens ex ſubſiſtente. Simili-
ter etiam de ſapientia & ſcientia dicendum eſt: ſa
pientia enim noſtra non ſubſiſtit, dei autem ſapi- D
entia ſubſiſtit. Intelligere nanq; deberet, tantum
quæ de deo dicũtur, modum humanum excede-
re, quantũ humana ſubſtantia à dei ſubſtantia ex-
ceditur. Sed neſcio quomodo in tantam impieta
tem ex ignorãtia forſan incidit. Animal enim dei
filiũ appellat, neq; cõſiderauit aliud eſſe animal, *Ioan. 14.*
aliud uitam, ſicut ſcientem et ſciẽtiam: uita enim
eſt res illa, quæ participata uiuificat: animal uerò
quod uita participat. Dominus autẽ non animal
ſeipſum, ſed uitã appellat. Quod ſi quia uita eſt,
animal etiam ſecũdum ipſum erit, quur etiam pa-
trem animal non appellat? De quo ſcribitur: Vi- *Deut. 32. Ioan. 10. Ioan. 8.*
uo ego, dicit dominus. Illud ergo apoſtolicũ ad
Eunomium recte dicentes, excogitationes tuæ
recum ſint in perditionem: nõ animal ut ipſe, ſed

ipſam uitam dominum eſſe prędicabimus, qua o- A
mnia uiuunt. In ipſo enim, ait Paulus, uiuimus &
mouemur, & ſumus. Ad hæc, uerbum apud ſcri *Act. 17.*
pturas filius appellatur, & prolationẽ uocis acu-
tus homo intelligit, ignorans ex noſtra conſuetu
dine uocabulum eſſe ſumptum. Loquitur enim
pater ineffabiliter ad filium. Habet enim filius na
turaliter perfectam uoluntatis paternæ cognitio
nem, nec uerbum expectat, quum ipſe ſit uerbũ
dei. Quãdo igitur de deo humano more aliquid
dicitur, qui audit, non humano more, ſed ſpirita-
liter diuina intelligat.

*Quod uocabulum uerbi ſufficit, ad ſignificandam*
*ex patre filij generationem.*
CAP. IIII.

SEd nõ ſufficit (Eunomius inquit) uerbi uoca
bulum, ad ſignificandum uerum filium. Nõ B
enim manifeſtari poteſt per illud ipſum eſſe filij.
Multa enim alia uocabula uerbi nominãtur, quę
non ſubſiſtunt. Hac ipſa ratione Dei etiam uo-
cabulũ non ſufficit, ad ſignificãdum ipſum deũ.
Multi enim alij, quamuis natura dij non ſint, ſic *Pſal. 81.*
tamen appellantur, ſecundum illud: Ego dixi, dij
eſtis. Illud etiam quiſpiam poterit dicere, quoniã
bonus, ſanctus, cæteraq; huiuſmodi, de homini-
bus quoq; per participationem ueri boni, & ueri
ſancti dicunt, non proprie de deo iſta dici. Quod
ſi multa nomina deo & creaturis cõmunia ſunt,
& tamen de ipſo ſolo ſecundum naturam dicun-
tur, quid prohibebit uerbum etiam proprie filiũ
dei appellari, & hoc uocabulo maxime ipſum eſ- C
ſe filij, prout homines percipere poſſunt, ſignifi-
cari? quamuis multa quoq; alia uerba ſint abuſi-
ue, & ad imitationẽ ueri uerbi appellata. Hac de
cauſa ipſe de ſe dicit: Ego ſum ueritas. quare quic *Ioan. 14.*
quid de deo dixeris, ut ipſi uere cõueniat: de illo *Cauillatio Eu-*
quidem proprie, de alijs uerò abuſiue dictum nõ *nomij.*
dubites. Sed uerbum à ſcripturis dicitur (Eu-
nominus inquit) non quia ex patre ſecundum na
turam ſit, aut quia ipſe filius ſit intrinſecum atq;
inſitum patri uerbum: ſed quia patris uerbum au
diens, nobis enunciat: ſicut ſanctificatio quoque
dicitur filius, quia ſanctificat: et iuſtitia, quia iuſti
ficat. Si uerbum Dei appellatum eſt, ſecundum
Eunomium, non quia ſecundum naturam ex pa
tre ſit, & genitoris eſſentiam in ſeipſo demõſtret:
ſed quoniam quod à patre uerbum audiat, id no
bis enunciet: ſeruet in cęteris quoq; eandem con
ſequentiam rerum, ut ſua impietas apertius dete-
gatur. Namſi uerbum dicitur filius, quia uerbum
audit, erit participatione uerbi uerbum, & conſe
quenter ſanctificatio & ueritas, non ſecũdum na
turam, ſed participatione ſanctitatis & ueritatis.
Quæ autem non ſecundum naturam inſunt, ſed
extrinſecus adueniunt, facile quoq; perduntur.
Dicat igitur quæſo, quando filius Dei nec ſan-
ctus, nec bonus, & cætera huiuſmodi fuit, & quũ
dicat: Qui uidet me, uidet & patrem: hęc blaſphe
mia uſque ad patrem eius perueniet. Deſinas igi
tur has leges ſcripturis imponere. Nemo enim *Ioan. 14.*
ita inſanus erit, ut ſpero, ut cauillatorias expoſi-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tiones tuas de uerbo dei potiꝰ ſequatur, quàm ipſum ſpiritum ſanctum. Spiritus enim ſanctus filium dei uerbum per ſcripturas nominat: Eunomius autem, non uerbum, ſed uerbi participem. Nam ſi uerbum à patre ipſe audit, ac ideo ſic appellatur, ſecundum ipſum non erit uerè uerbum, ſed uerbi particeps. Aliud enim eſt participans, aliud participatum, ut exempli cauſa: Aliud eſt ſapiens qui ſapientia participat, aliud ſapiẽtia quæ participatur: & aliud grammatica, aliud grammaticus. Quare neceſſe eſt, ut uel uerbum eſſe filiũ dei, & non uerbi participem fateatur: uel ſi uerbi participem dicit, uerbum non nominet, ſed aperte bellum ſcripturis indicat. Nam utrunq; ſimul & participes, & participatum reſpectu ſuiipſius eſſe non poteſt. Quare nos qui pietatem ſequimur, ſacram ſequuti ſcripturam, uerè uerbum Dei filium credimus: & dicentes eum per participationẽ uerbi uerbum maxime abhorremus.

*Theſauri Cyrilli libri ſeptimi finis.*

## EIVSDEM LIBER OCTAVVS.

*Eunomij obiectio, ex textu apoſtoli: ideò & deus eum exaltauit, & cætera.*

### CAP. I.

*Philip.2.* SED ſcribitur apud Paulum, inquit Eunomius: Hoc ſentite in uobis fratres, quod & in Chriſto Ieſu, qui quũ eſſet in forma dei, non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem deo. Et paulò poſt: Ideò & deus eum exaltauit, & donauit ei nomen quod eſt ſuper omne nomen. Si ergo exaltatus à deo & glorificatus eſt, & per gratiam accepit nomen quod eſt ſuper omne nomen, idq; quando humiliauit ſeipſum, ut humilitatis mercedem acceꝑiſſe aperte ſcribatur: non poteſt eſſe natura Deus aut filius: quippe quum hæc ſibi acceſſerint, quoniam humiliauit ſeipſum. Et certe quod exaltatur per donum dei, humile per ſuam naturam eſt, & ab inferioribus ad ſuperiora ducitur. Et quod dono aliquid accipit, eget ea re quam accipit. Et qui ſe humiliat ut exaltetur, ſupremumq; nomen acquirat: nõ erit talis natura, ſed facto eſt per gratiã, quare nec natura deus poterit eſſe. Quẽ nam honoris acceſsio facta eſt illi, qui quum in forma dei eſſet, ſeruí formã accepit? imò quomodo non uidebitur potius exinanitus, qui ſumma & ſublimia ſponte dimiſit, & ad infima uenit? Deus uerus factus eſt homo, quam mercedem hinc cõſequutus eſt? Vel quomodo glorificatus eſt, qui à deitatis gloria in dedecora humana deſcẽdit? aut quomodo exaltatus eſt, qui à ſummitate deitatis diuinæ in humilitatem noſtram deuenit? Nam quem profectum hæc humilitas habet? uel quid melius homo factus inuenit, qui optima omnia cum patre ſemper habet? Nam ſi deus altiſſimus & in altiſſimis habitat, quò ultra altitudinem dei potuit exaltari? Quomodo aũt & humilis factus eſt, qui ſemper in ſinu habitat patris? hac de cauſa deſcẽdit ab altiſſimis, ut exaltaretur, quid erat opus deſcẽſu: altiſſimus eñ ſemper & fuit, & eſt. Similiter ſi ideo ſe humiliauit ut glorificaret: quid erat opus humiliatione illi, qui ſemper in deitatis gloria eſt? Stultiſſimũ dictu, mihi crede, cũ labore quærere, q̃d abſq; labore habere potes. Quid aũt nomen q̃d eſt ſuper omne nomẽ accepit, qui ſemper in eo ipſo nomine adoratꝰ eſt? ſemper. enim ut deus à creaturis colitur. Audi ſcripturam: Deus in nomine tuo ſaluũ me fac. &, Adorẽt nomen tuũ domine magnũ. &, Ante ſolem permanet nomẽ eius. &, Date gloriã nomini eius. & illi in curribus, & iſti in equis, nos aũt in nomine dei noſtri magnificabimur. Quomodo ergo accepit nomen, quod ſemper habebat? Sed manifeſtiũ delicet eſt, quia uerbũ in principio erat, & deus erat uerbũ, & erat ſemper in principio apud Deum. In extremis uerò tẽporibus, ꝓpter ſaluẽ noſtram uerus Deus factus homo uerus, humiliauit ſeipſum, & ideò dicit exaltari: nõ ſecundũ uerbinaturã, ſed ſecũdũ incarnationis myſteriũ. Nã cui humilitas congruit, hic exaltari quoque dicitur conuenienter. Humana uerò natura, res humilis eſt, ipſa ergo exaltari quoque intelligitur. Nunquam enim de uerbo Dei tale quid in ſcripturis inuenies, niſi ſecundum quod factum eſt caro, & habitauit in nobis. Si ergo ſecundum aſſumptum hominem humiliatio facta eſt, & exaltatio quoq; ſecundum aſſumptum hominem facta neceſſario eſt, unde Paulus ait: Pro nobis introiuit Ieſus non in exemplaria uerorũ, ſed in ipſum cœlum, ut appareat nũc uultui dei pro nobis. Quidam igitur, quamuis in cœlis et corã facie patris, & cum ipſo patre ſemper fuerit, futurusq; ſit: tamen pro nobis modò cœlum ingreditur, & apparet patri, ut homo uidelicet: ſic etiam nunc pro nobis exaltatur & glorificatur, & nomen accipit, quod eſt ſuper omne nomẽ: ut quemadmodum in ipſo cœlũ ingredimur, & patri corã apparemus: ſic in eo quoq; glorificati & exaltati, ꝺ per gratiam efficiamur. Quod aũt hæc ita ſe habeant, Pſalm iſtam audi, ſaluatoris aſcẽſionem in cœlos, in ſpiritu exponẽtem: Tollite portas principes ueſtras, & eleuamini portæ æternales, et introibit rex gloriæ. Hic enim ſanctis cœlorum introitibus per ſpiritum ſanctum imperatur, ut ingredienti Chriſto portas aperiant, qui tamẽ ut deus, intus in cœlis ſemper erat. Non erat igitur opus ſicut deo, ſed ſicut homini portas cœlorum aperire. Quare ſicut non ut deus, ſed ut homo propter nos & pro nobis cœlos ingreditur, ut nos per ſeipſum introducat, & hanc uiam nobis aperiat: ſic quamuis ſemper altiſſimus ut deus ſit, tamen ut homo propter nos exaltaẽ, ut in ipſo nos quoque exaltemur, & ita reformaret nos in ſeipſum, totamq; naturam noſtram ad creatoris imaginem reformaret. Hoc igitur modo uniuerſa hæc, & ſimilia quę de Chriſto dicuntur, intelligenda ſunt. Altiſſimus dei filius ſemper eſt ut deus, exaltatur ut homo. Nullius indiget rei ut Deus, & tamen multa ut homo accipit. Ad orabilis ſemper ut deus, & nunc adorari incipit factus homo. Et qui



uita eſt ut Deus, mortuus eſt ut homo. Sicut igitur mors uerbo Dei non detrahit, ſic qui accipit à deo multa ut homo, nihil hæc ſibi acceptio detrahet: & ideo Ieſus Chriſtus in gloria dei patris *Philip.3.* eſt. Homo eñ factus, perditos nos adinuenit, attritos reſtaurauit, & ab errore ad ſeipſum reuocauit: quæ oĩa tendunt ad gloriã dei patris. Nemo igitur perturbetur, ſi quæ conditioni ſeruorũ cõgruunt, ſibi accõmodantur. Nam ſi homo uerus ex miſericordia factus eſt, non iniuria quę hominis ſunt uniuerſa, præter peccatũ, ſibi quoq; accõmodantur. Eſt autẽ naturæ humanæ proprium à *2.Cor.4.* deo accipere. Quid eñ habet quod nõ accepit? ut ſcribitur. Vt homo igitur, per gratiam à deitate accipit, quę ut deus naturaliter habet. Quare à ſe quoq; ipſo ut à Deo, ipſemet accipit ut homo. Nam ſi omnia pater per filium facit, & ſine filio factum eſt nihil, neceſſe eſt credere, quod ipſe ſibiipſi exaltationem dedit, & gratiam patris deificatio aſſumpto templo. Recipit etiam à ſeipſo, prout eſt uerbum patris, & in ſeruí forma uiſus adorabatur, qui hoc cum patre ſemper habuit. Gratia ergo et exaltatio ipſi ſicut homini accidit: ſed uerbũ dei quod hominẽ aſſumpſit, quę homini accidebant, ſibi accommodat. Nõ eſt alterius illa caro quàm filij dei, & ideò filiũ dei hominem *Pſal.44.* in ſeculum ſeculi. & addit: Propterea unxit te deus, deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Sed uerbũ & filius dei regnabat, etiam ante unctionem cum patre. Quomodo igitur in regẽ ungitur, & ſanctificatur natura ſanctus, & ſemper regnans? Sicut ergo, quamuis ſemper rex erat, in ultimis tamen temporibus in regem ungitur: ſic altiſſimus quoq; ſemper erat, et tamen exaltari dicitur propter carnem. Exaltatur autem & ungitur, & ſanctificatur propter nos, ut per ipſum in omnes homines gratia percurrat, ipſi natureq; hominũ data, & toti generi elargita, ſicut ipſe in euangelio ait: Et pro ipſis ego ſanctifico me *Ioan.17.* ipſum, ut ipſi quoq; ſanctificati ſint. Omnia enim quæ in Chriſto, ut in homine ſunt, in nos quoq; redũdat. Non enim ipſe propter ſeipſum ſanctificabatur, ipſe nanq; ſanctificãs erat: ſed ut naturã noſtram ſanctificaret, & bonorũ noſtrorum initium fieret, ideò ait: Ego ſum uia, per quam uidelicet *Ioan.14.* cer gratia dei ad nos deuenit: exaltãs, ſanctificãs: glorificans, & deificans naturam noſtrã, in Chriſto primo. Et certe quũ nõ homo factus ſit deus, ſed deus factus ſit homo, & ungitur ſicut homo, ut glorificetur & exaltetur: perſpicuũ eſt ipſum, ut hominẽ gratiã accipere. Nã ipſe ut deꝰ ſpiritũ ſanctũ largitur, dicens: Accipite ſpiritũ ſanctũ: & *Ioan.20.* tamẽ accipere dicit ut homo. Ipſe igitur & largitur & accipit: ſed alterũ ut Deus, alterũ ut homo: ideò dicebat ad patrẽ, pro ipſis ego ſanctifico me ipſum. Certè qui ſeipſum ſanctificare poteſt, nec id ab alio quærit, is ſanctificationis ipſius dñs eſt.

Si ergo filius ſeipſum ſanctificat, quomodo ſanctificante indiget? Si ergo filius ſanctificatione nõ indiget, non eſt dubium quin ſanctificatio ad indigentẽ mittetur. Indiget aũt natura humana, ipſa igitur ſanctificat: & hoc erat certe, quod pro nobis in Chriſto adimplebat, ut in ipſo humana ſanctificaretur natura. Sed ſcriptum eſt, inquiunt: Dilexiſti iuſticiam, & odiſti iniquitatẽ, propterea unxit te deus, deus tuus. Aperte igit dicitur, niſi iuſticiam dilexiſſet, & odiſſet iniquitatẽ nõ fuiſſet unctus. Cauſa enim ipſa exprimitur, & mercedem uirtutis unctionẽ oſtẽdit. Quod ſi ungitur quia iuſticiam diligit & iniquitatẽ odit, nõ natura, ſed dono ſanctificatur: qui autem acceſſione hac indiguit, nõ erat certè perfectus, nec perfecto patri omnino ſimilis. Surge qui dormis, & *Epheſ.3.* ſuſcitare à mortuis. Non enim id ſcribitur, ut mutabilis filiũ dei naturæ intelligamus, ſicuti hominem nudum. ut uerbi gratia: Mutabilis naturæ pater noſter Adam fuit, eratq; innatum ſibi, ut poſſet modo iuſticiam diligere, & iniquitatẽ odiſſe: modo contra iniquitatem amplecti, & iuſtitiam reſpuere. Hoc enim mutabilis naturæ propriũ eſt, ideò à diabolo quoq; fuit ſeductus. Verum, quoniam ad repellendum hunc morbum, quem natura humana in primo patre noſtro paſſa eſt, opus erat ut immutabile Dei uerbum pro nobis diabolo ſeipſum obiiceret: ut ſicut mutabilitate primi hominis uicti ſumus, ſic per immutabilitatem uerbi uincamus: propterea ungit qui ſemper & incommutabiliter iuſticiam diligit, & odit iniquitatẽ, necq; id in ipſo immutari poteſt. Quando igitur dicitur: Dilexiſti iuſticiã, & odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus: ſic mea quidem ſententia recte intelliges, quoniam cętera omnia ſecundum naturã mutabilia ſunt, et mutabilia ſuperare diabolũ nequeunt: tu uerò ut immutabilis patris incõmutabile uerbum, ſemper iuſticiam diligis, et iniquitatem odio habes, propterea unxit te deus, ut in te primo natura humana perfectã à diabolo uictoriam conſequeretur. Accedit, quod multa huiuſmodi de Deo quoq; patre in ſcripturis dici comperiuntur. Iuſtus dominus, & iuſticiam dilexit. &: Odiſti omnes qui *Pſal.10.5.* operãtur iniquitatem. &: Ego ſum dominus, qui diligo iuſtitiã, & odi rapinas ex iniquitate. Num *Eſaiæ 61.* igitur ſi quis magnum eſſe dominũ diceret, quia iuſticiam diligit, & odit iniquitatem, quaſi merces deo patri magnitudo daretur, & uirtutis retributio: quia bona diligit, & mala odit? Ipſa certè inſania hoc nõ diceret. Sicut igitur ipſa pie in patre intelliguntur, ſic etiam in filio & imagine ſua intelligenda ſunt: ut quæ de primitiuo dicuntur, ea de imagine quoq; dicantur.

*Quod filius incommutabilis ſecundum naturam eſt, propoſito textu Apoſtoli: Sedet in dextera magnitudinis in excelſis, tanto melior factus angelis, & cætera.*

### CAP. II.

QVi uerbum dei inter creaturas audent numerare, illud quoq; dicũt cauillates, quod apud Apoſtolum ſcribitur: Tãto melior angelis *Heb.1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



factus,& cætera. Nam si melior factus est,inquiunt, mutatus ergo in melius est: factus enim est melior, quod non erat. Qui autem aliud fieri potest quam sit, is certè natura mutabilis est, quare etiam creatura. Nam mutabilitas creaturæ proprium est. Ante omnia, quando locum scripturæ aliquem rectè intelligere uolumus, tria diligenter consideranda sunt: tempus, quando scriptum est quod dicitur: persona quæ dicit, uel per quam, aut de qua dicitur: & res, propter quam, aut de qua scribitur. Sic enim absque errore sensum poterimus uerum inuestigare. Cognitione temporis opus esse non dubitamus, audientes a
Matth.24. apostolos dicere ad Christum: Quando hæc erũt:
2.Tim.2. & quod est signum tũi aduentus: Hymemęus etiam & Alexander ignorantia temporum putarunt iam factum esse omnium resurrectionem: personarum uerò cognitionẽ Eunuchus necessariam ostendit, dicens ad Philippum: Quæso Do-
Act.8. mine de quo propheta loquitur: de seipso, aut de aliquo alio? Et Paulus uolens saluatoris personã
Hebr.7. intelligi, in quem dicuntur hæc, inquit: In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu est. Manifestum est enim quia ex Iuda ortus est Dominus. Quod autem rei quoq; notícia necessariò requiratur, inde discemus, quod res quæ de saluatore scribuntur (ut uerbi causa: Ecce uirgo in utero concipiet. &, Sicut ouis ductus ad occisionem) ad neminem sanctorum referri possunt, quare proprie ad Christum referuntur. Quum hæc ita se habeant, sic apertè Paulus dicere uidetur: Quando filius dei propter nos factus est homo, quãdo immunditia peccatorum per ipsum purgata, sedit in dexteris magnitudinis in excelsis: tunc melior angelis cognitus est, non quia naturã in aliud mutauerit, uel quia factus sit postea quod prius non erat. Non enim de natura filij modò sermo habetur, sed de ea quæ tempore incarnationis facta fuit. Ita non angelorum naturam naturæ filij comparat: sed rerum & administrationum comparatione inducta, meliorem administrationem filij fuisse affirmat. Sed latius idipsum aperiamus. Ostendere uoluit ad Hebræos scribens Paulus, quod Christi administratio, & lege, quę per angelos fuit administrata, & prophetarum administratione
Hcb.1. melior fuit. Et à dignitate hoc ipsum demõstrat, dicens: Olim deus loquẽs patribus in prophetis, nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio, quẽ constituit hęredem uniuersorũ, per quẽ fecit & secula: qui quum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ, portansq; omnia uerbo uirtutis suæ, purgationem peccatorum faciẽs, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Maxima igitur gloria filio attributa, & paternæ naturæ propriis illi accommodatis, infert tanto meliorem ipsum angelis esse, quanto maius quàm illi nomen cõsequutus est. Filius enim & hæres, & splendor, & character, & imago, & in eodem solio sedens, & creator uere dicitur. Quod si propter hæc longe melior angelis esse cognoscitur: melior ergo est & administratio sua, quàm administratio angelorum,

A Quando igitur dicitur, effectus est, non significatur hic productio ex nihilo, uerbum enim in principio erat: nec mutatio à minore ad maius: filius enim perfecti patris perfectus est. Sed in comparatione gloriæ atq; dignitatis apparet quod maius & melius est. Quemadmodum si quis equo comparet hominem, dicatq; meliorem equo apud se hominem fieri, quia ratiõalis sit. Nam quod hic non semper naturæ mutationẽ significet, patet a multis. Fias, inquit, mihi in deum protectorem. & rursum: Factus est mihi dominus in refugium. & alibi: Factus est mihi dominus in salutem. Administrationis ergo ac gloriæ, non naturæ filij & angelorum cõparatione fit. Et certè comparatio
B melioris apud scripturam, non in quacunq; differentia solum, uerumetiam in immensa, aut secundum naturam, aut secundum dignitatem, aut secundum mensuram gratiæ dicitur. Quantum ad mensuram gratiæ: Melior, inquit, una dies in atriis tuis quàm mille. Nihil enim æquale inueniri potest cœlestibus atrijs. & rursus: Accipite doctrinam, & non argentum. Melior enim est sapientia, quàm lapides electi. & Deus apud Esaiam de eunuchis dicit: dabo eis nomẽ æternum, quod non melius est quàm filij & filiæ. Quantum ad naturam
C ptum sit: Et adorent eum omnes angeli dei. Comparatio ergo de naturalibus dignitatibus hic & de honoribus qui naturæ debẽtur, quod in eodem solio filius cum patre sedeat, quod etiam angelis adoretur, unde naturæ quoq; proprietas intelligitur, quod non sic creaturis cõnumerabilis filius, sed aliud præter creaturas, deus scilicet uerus, & uerbum patris æternum. Præterea, fieri & factum est per se, solumq; dictum multa significat, sed ab antecedẽtibus cõsequentibusq; uerificatur, sed ab antecedẽtibus cõsequentibus; uerbis potestas apparet sua. Aliud enim significat factus, si de homine dicitur, aliud si de architecto aut lapicida. Si ergo Christus melior angelis factus esse dicitur, comparatio non ad naturam fit, sed ut ab antecedentibus consequentibus
D percipitur ad honorem atque dignitatem. Sed comparationes, inquiunt, in eisdem solent specie bus fieri. Non enim rectè quispiam hominem asino aut ouí compararet, sed hominẽ homini, & ouem ouí: quare si filius angelis comparatus necesse est creatum esse filium, sicut & angelos. Certe sicut aliæ comparationes accommodatæ in eadem uersantur specie: sic comparatio melioris de diuersis specie dicit. Ioseph pulchrior quàm fratres sui fuisse dicitur, & stella non dicitur melior quàm alia stella, sed excellere in gloria scribit. Ipse saluator, quando ut homo hominibus comparatur, non dicitur melior, sed speciosus præter filios hominum. At uerò diuersa specie, melioris comparationẽ suscipiunt. Melior enim sapientia dicitur, quàm lapides preciosi: nec ulla cõmunitas naturæ sapientiæ cum natura lapidis est. Si ergo me-



go melius de diuersis specie dictum cõmodissime dicitur, & ipsam naturam naturæ præstare ostendit: nõ erit angelis similis filius, nec creatura utilli: sed melior illis in infinitum. Diuersitatem ergo naturæ filij ab angelorum natura comparatio hęc ostendit. Adde, quod si quoniam melior angelis scribitur filius, ideò eiusdem cum eis speciei erit secundũ istos: cogẽtur confiteri, posse angelos quoq; naturaliter cum patre simul sedere, & cum eo regnare. Nam quæ speciei eiusdem sunt, quãuis quibusdam alijs rationibus inter se differant, eiusdem tamẽ naturę sunt, & eandem possunt cõsequi dignitatẽ. Quid ergo prohibebit angelos quoq; unà sedere cum patre, &
Hcb.1. simul adorari cum patre, etiam si nondum res ipsa facta sit, sed quantum ad naturæ præstantiam?
B Frustra ergo Paulus dicit: Cui enim unquam angelorũ dixit: Sede à dextris meis? Quomodo enim id quasi præcipuum filio attribuit, si angelorum quoq; naturę congruit? Naturalia enim eadem sunt in omnibus, quæ speciei eiusdem sunt: quæ uerò extrinsecus accidunt, quoniam naturę non insunt, non eadem in omnibus sunt. Sed omnia eiusdem speciei, susceptiua eorũdem sunt: ut hominum natura quidem una, sed nõ omnes
Psal.109. diuites, neq; omnes reges sunt, quamuis et diuiti arum & regni susceptiui sint. Gloriam uerò filij suscipere angeli nequeunt: nam ille natura dominus, ij serui natura sunt: nulla ergo communitas naturæ filij ad naturam angelorum est: sed filius
C creator est, angeli creaturę, quę unius esse naturę non possunt. Aliud enim est quod naturaliter facit et creat, & aliud quod fit & creatur. Nam si res ita se non haberet, quid deũ à creaturis distingueret? Quoniam ergo uniuersa Deus per filium fecit, est q; angelorum natura una de uniuersis, per filium etiam ipsa facta est. Quare impossibile omnino est, eiusdem filium naturæ cum angelis esse. Adhæc, omne quod factum ex nihilo est, posteà etiam si creator uoluerit, ad nihilum deuenire. Nam quod natura suscipere potest, non est impossibile: quod uerò suscipere nõ potest, impossibile est. Aliud ergo naturaliter est, quod pati potest, & ad nihilum redigi, quàm illud in quo nihil passionis excogitari potest. Et similiter longe
D aliud naturaliter est, quod semper immutabiliter est, nec unquam incepit, nec desinet esse, quàm quæ cœperunt esse, & possunt non esse. Nec ullus unquam, nisi amẽs, in eadem natura tam longe diuersa collocabit. Si ergo de creaturis tãquã
Psal.101. corruptioni subiectis scribitur, ipsi peribũt: de filio autẽ, Tu uerò permanes: & illæ quidem uetemodo eiusdem naturæ cum angelis filius erit creator cum creaturis, æternus cũ illis qui cœperunt esse? Nam etsi angelus immortalis quædã res est, propter uoluntatem et gratiam saluatoris: sed tamen quoniã ortum habuit, & esse cœpit, occidere quoq; potest, & non esse. Nã quod naturis prę cipue insunt, ea respectu creatoris dei nihil sunt. Quare sicut ignis cõbustiuus quidem est, sed nõ

deo, sic & angelus immortalis quidem est, sed nõ deo. Solus em deus propriè immortalis est, quia naturaliter id habet: cætera per gratiam, sicut creaturæ. Quod uerò angeli serui sunt natura, filius natura similiter dominus: hinc maximè perspicitur, quia nullus potest peccata dimittere, nisi solus deus. Sed filius peccata dimittit, deo ergo naturaliter est, & non creatura. Et angeli quidem o-
Matth.9. rant, dicentes: Domine omnipotens, usquequò
Zach.1. non miseraberis Hierusalem? Filius uero ut dominus, summa cum potestate dicit: Dimittuntur tibi peccata tua. Quomodo ergo natura Dominus naturaliter seruienti, & largienti naturaliter, orans aliquid accipere, eiusdem erit naturæ? præsertim quum ad dandam legem angeli ministrarint, neq; unquam inuenientur potestate propria quicquam fecisse, ut filius. Perspicuum igitur est, ut tetigimus, non ad naturam angelorum & uerbi comparationẽ illam accommodari, incõparabilis enim deitas est: sed differẽtiæ administratio num conferuntur, ut ab administrationum differentia quantus sit administrator percipatur: maiora em negocia maioribus cõmittuntur. Quod autem administratio administrationi conferatur inde perspicuũ erit. Quũ uoluisset Paulus legalibus mandatis longe meliora euangelica demonstrare, administratores considerauit, & ex differẽtijs ipsorum administratorum, negociorũ differentiam ostendit. Angeli ergò legem administrarunt: per eos enim dictitata est, filius uerò euãgelium prędicauit. Sed melior (dicit Apostolus) angelis filio est: quare meliora maioraq; administrauit. Nemo enim ignorat parua paruis, & magna magnis committi. Magnus autem filius est, quia splendor & character patris: & quia ad ipsum à patre dicit: Sede à dextris meis: & quia unigenitus, & ab ipsis etiam angelis adoratus. Angeli uerò parui sunt, quia ministrantes spiritus sunt, &
Psal.109. Hcb.1. quia ut serui adorant. Longe igitur melior saluatoris administratio euangelica est, quàm legalis angelorum fuerit, quia hęc per filium administrata, illa per angelos. Tanto igitur (inquit) melior administrator uidelicet effectus est, quàm angeli, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Ita prima comparatio administrationes respicit, ut diximus: secunda, qua excellentius nomine angelorum nomen filij dicitur, essentiam demonstrat, quæ non potest esse alia filij, & alia patris. Quod autem primo comparatio, quando dicitur melior effectus angelis, ad ipsas ferè administrationes, ab ipso Paulo discemus. Si enim, in
Hcb.2. quit, qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus: & si omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam retributionem mercedis, quomodo nos effugiemus, si tantã neglexerimus salutẽ? quæ quũ initium accepisset, enarrari per dominũ ab eis qui audierunt, in nos confirmata est. & rursus: Irritã quis legẽ Mosi faciens, sine ulla misera
Hcb.10. tione in duobus uel tribus testib. moritur: quanto magis putatis eum deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcauerit? Atqui si quoniam

effectus

Universidad de Deusto
Biblioteca



effectus melior angelis dicitur, eiusdē sit naturæ cum ipsis, idq; ideo, quoniam soleant comparationes in similibus fieri: quur magis plectitur qui filium Dei calcat, quàm qui legem per angelos latam aspernatur, quum oporteat certè eandem afferre omnibus pœnam, qui similibus in rebus peccarunt. Secundum enim differentiam eorum qui iniuriam passi sunt, punitionis mensura iurè consideratur. Non est ergo eiusdem naturę filius cum angelis: quem qui spernit, longe magis peccat, quàm si angelos sperneret, quod ex pœnarū differentia Paulus docuit. Sed acerbius, inquiunt, punitur, qui peccauit in filium, angelis iam effectum meliorem. Ita autem, non penitus alienum ab angelorum natura ostendit. Ideò enim pœnarum differentia est, quia filius melior angelis factus iam est. Non ideò certè magis plectitur in filium peccans quàm legē, quia melior effectus angelis iam filius est: sed quia essentialiter aliud est filius, aliud angeli. Ille enim deus est uerus, isti à nihilo, producti, & creaturæ. Deinde differentia pœnarum in lege, non autorem legis, sed res in quibus peccatur, respicit. Vnde uidemus, quantum excellat filius cętera omnia, quum multo magis puniatur qui peccat in eū, quàm qui legem ipsam Mosi per angelos datā contempserit. Sed illud minime prętereundū mihi uidet, quod hæc administrationū comparatio, melioris uirtutem explanat. Hinc enim discimus, quomodo & quantū melior angelis filius est. Non angeli quidem legem edixerunt, nec aliquid per legem perfecerūt: filius uerò patris opus perfecit. Nam qui mandata eius sequitur, perfectus in pietate est. Deinde mors tempore quoq; legis regnauit. destructa uerò per Christū est. Non enim in Adam iam morimur, sed in Christo uiuificamur. Adhæc legalia præcepta in sola Iudæa ualuerunt, & erat ibi solum cognitus deus: nunc autem in omnem terram exiuit sonus eorū, factisq; sunt omne docibiles, non angelorum, sed dei. Nam quamuisetiam lex dei est, per angelos tamen data fuit. In euangelio uerò ipse filius præsens loquitur. Quare secundum Pauli uerba, quāto excellentiorem habuit administrationem, & quanto melius condidit testamentum, tanto præstantior angelis est. Non quia secundum naturam angelis possit conferri, sed quia tantum excellat secūdum essentiā, quantum deus creaturas excedit. Comparatio ergo qua melior angelis dicitur, in administrationibus facta ostendit: quod quāto maior & altior filij quàm angelorū administrationi inuenitur, tantum super creaturarū naturā filius exaltatur. Angelis enim sicuti seruis minora committuntur, filio autē ea quæ dominū decēt. Vnde Paulus ipse scribit: Quoniā q̄d impossibile legi erat, in quo infirmabatur per carnem, Deus filiū suū mittens in similitudinē carnis peccati: & de peccato damnauit peccatū in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui nō secundū carnē ambulamꝰ, sed secundum spiritū. Quod si lex nō potuit peccatum in carne condemnare, cōdemnauit autem

Caullus hæreticorum.

Ioan.6.

Rom.8.

A Christus peccatū in carne, quia sancti spiritū effecit eam susceptibilem, ut possimus iā dicere. Nos inimus in carne, sed in spiritū: profectò etiam in hoc melior angelis, per quos lex ædita est, Christus inuenitur. & rursum: Omnes sub lege conclusi nabuntur propter peccatum. Filius autem uenit, nō ut iudicaret aut damnaret mundum, sed ut iuuaret mūdum: neq; ut rationem peccatorum exigeret, sed ut peccatorū remissionē omnibus largiretur. Melior autem est qui iustificat, quàm qui cōdemnat: melior qui largitur quàm qui exigit. melior qui peccatum in carne damnauit, quàm lex quæ id facere non potuit. Quare in his etiam melior filius angelis est, qui legem imbecillem et condemnantē condiderunt. Nam si eiusdem naturę filius cum angelis secūdum istos inueniretur, quur nec angeli à patre filij appellantur, nec filius angelus, nisi per similitudinem? Nulli enim angelorū dixit unq̄: Filius meus es tu. Quur etiā ipse nō sedēt à dextris patris, sicut & filius, sed astitis ei quasi ministris? Quur angeli nō imperant, sicut filius? Nec ullus eorū inuenitur unq̄ dixisse: Ego dico uobis: sed, Ego missus sum, inquiunt, loqui ad te: & angeli quidem ministrant, filio uerò ministratur. Ecce angeli ueniebant, inquit, & ministrabant ei. Ille creator est, isti creati per ipsum: ille adoratur, isti adorant: illis mandatur, ut portas coelorum tollant: iste ut dominus uirtutum, & ut rex glorię ingreditur. Illi uita participā à deo sibi data, iste uitæ largitor est, imò autem uita omnigita, iste uitæ largitor est, imò autem uita omnibus ipse est: ille magna uoce clamat, Ego & pater unum sumus. &: Qui me uidetis patrem etiā uidet. &: Omnia patris mea sunt. &: Ego sum lux mundi, Ego sum resurrectio, Ego sum uita: cum tales emittere uoces nec audēt, nec debent. Et filij nomine si oremus, erunt nobis quæcunq; peremus: in angelorū uerò nomine nullus orat. Et filio quidem gloria unà cum patre debetur, angelis autem nulla debetur. Ipsi enim filium unà cum patre glorificant. Quomodo igitur cum tanta, imò immensa inter angelos & filium differentia inueniatur, eiusdem esse conditionis contra omnem rationem, hoc est, creaturam, filium quoq; sicuti angelos, irrationabiliter quispiā credet? Immensa enim dignitatum diuersitas, magnæ differentiam apprime ostendit. Nam si eiusdem esse, de patre quoq; similiter, id est, non essentialiter dicitur. Fias mihi (Psalmista inquit) in deum protectorē. & alibi: Factus est mihi in salutem. Quod si de filio hæc dicta cōtendāt, nec illi est nolint uelintue, confiteantur nō esse possibile eiusdem esse naturæ cum creaturis illum, qui ad salutem sanctorum uirorum ab ipsis inuocatur, tantaq; refugium omniū atq; protectio: hæc enim soli deo conueniunt. Quare patet, quod fieri & factum esse, non semper productionem à nihilo esse significat, neq; semper de substantia dicens. Efficiamini enim misericordes, inquit, sicut & pater uester misericors est. Illis enim qui erant, præcepit ut fiant misericordes. Plerunq; igitur nō de-

Psal.2.
Psal.12.
Ioan.5.
Ioan.7.
Ioan.8.
Ioan.10.
Ioan.14.
Ioan.16.
Ioan.17.
Ioan.1.
Ioan.5

Universidad de Deusto
Biblioteca



& filius dei erat semper, ut est omnium dominus. A In serui autem forma factus, unctus dicitur: quoniam id homini conuenit, & in potestatem dominandi, ut homo similiter ascendit. Hominem ẽ assumpsit, non ut liberam deitatis naturam in formam serui submergeret, neq; ut deitatis dignitate suppressa, in proprietate nostra teneretur: sed ut seruitutem nostram in dominandi honorẽ extolleret, & dedecꝰ nostrum ad nobilitatem suam traduceret: ideò fratres Christi uocamur, & filij dei gratia domini nostri Iesu Christi. Quando ergo dicitur, quod dominum ipsum & Christũ defecit, Deũ aut pro tota trinitate accipias: aut si ad patrem referas, nec sic uerbum patris ea operatione priuabis. Filij enim sunt opera, quæ patris opera sunt: ideò ipse saluator ait, Ego à me nihil facio: sed pater qui in me manet, ipse opera facit. Tunc igitur & dominus & Christus fit, quando homo factus & Iesus & seruus uocatus est. Et aduerte, quod mirum in modum non dicitur solum quod dominum & Christum ipsum fecit, sed additur, hunc Iesum quem uos crucifixistis: nec dicitur, quod fecit eum filium aut uerbum, sed dominum & Christum: quod non essendi principium, sed inductionem quandam in aliud (ut diximus) significat. Aut etiam hic, fecit, pro declarauit, uel ostendit, intelligendũ: ut ipse Petrus alibi: Iesum Nazarenum mirum declaratum à deo in nos uirtutibus, & prodigijs, & signis, sicut etiam ipsi scitis. Ostenditur enim & declaratur, quod ipse sit Christus per omnia, tum ea quæ ipse fecit, tum ea quę credentes in ipsum fecerunt per spiritum sanctum: ideò Iudæis Christus dicebat, Si mihi non creditis, credite operib. ut cognoscatis quia ego in patre, & pater in me est. & rursum: Si ego non facio patris mei opera, nõ credatis mihi. Si ergo, quia potest patris opera facere, & quia patrem in se habet, & ipse similiter est in patre, Deus uerus declaratur & demonstratur: in hoc factus est credentium dominus, & manifestatus quod ipse est Christus. Si uerò à deo factus esse dominus dicitur, etiã id probe se habet. Per opera enim patris uerus filius cognoscitur, & dominatur in eos qui olim nõ credebant. Ita patris testimonio deus cognoscitur, & dominator credentibus, non quia tunc cœpit dominus esse: semper enim deꝰ & dominus est: sed quia quando nos in eum credidimus, tunc & deum, & dominum nostrum esse cognouimus. Quod autem filius dei semper & rex & domin⁹ erat, inde cognosces, quod Abraham Dominus eum appellans adorabat, & Moses similiter. &, Pluit dominus à domino ignem & sulphur. &, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Rursum apud Psalmistam: Et solium tuum deus in seculum seculi, propterea unxit te uir ga rectitudinis, uirga regni tui. Et regnum tuum regnum omnium seculorum. Si ergo etiam ante incarnationem & rex & dominus erat filius Dei, quomodo non erit impius, qui ad essentiam eius uerbum fecit, refert? Credendum igitur, semper filium dei dominum esse: sed tunc credentiũ pro-

Ioan. 8 et 14.

Act. 2.

Ioan. 10.

Gen. 18.
Exod. 3.
Gen 19.
Psal. 109.
Esa. 44.
Psal. 144.

prie factum esse dominum, quãdo suo sanguine B omnibus redemptis Christus dominus declaratus est. Nã si de homine quoq; aliquo diceretur, alicuius rei factum ipsum dominũ esse, quis adeò insaniret, ut tunc factum illum hominem putaret ac initium essendi habuisse, quando dominus factus est? Non enim tunc ipse homo factus est, sed tunc dominus factus est. Nos igitur olim dijs falsis seruientes, corruptioni atq; dedecori eramus subiecti: sed dei filius factus homo, ab errore nos reuocauit, & ad seruitutem suam reduxit, factus dominus noster. Vnxit autẽ ipsum pater, ut per ipsum uirtus ungentis ad nos usq; perueniret. In primo enim Christo natura humana reparata est, & diuinarum gratiarũ dona quæ nobis concessa sunt, in ipso & per ipsum ut hominem sunt, & ab ipso ut deo: deus enim fuit in carne. Quod autem fieri & effici, non semper essendi principium significat, Psalmistam audi: Fias mihi in deũ protectotem, inquit. & rursum: Factus est dominus refugium pauperi. Nemo enim dicet tũc cœpisse deum esse, quando pauperi factus refugium est, sed eum semper fuisse, etiam antequam factus est. Psalmistæ & refugium et protectio. Quemadmodum ergo quod semper est, id rursus fit petenti atque oranti: sic etiam Christus quum sit deus, rex etiam & dominus semper est: factus autem etiam nobis deus protector, & dominus tunc est, quando diaboli reiecta tyrannide clamamus ad patrem: Emitte lucem tuam & ueritatem tuam. C

*De eodem, proposito textu: De die & hora illa nullus nouit, neq; angeli cœlorum, neq; filius, nisi pater solus.*

CAP. IIII.

SEd quomodo, inquiunt, eiusdem cum patre filius erit substãtiæ? quum fateatur nescire diem ultimum, patrem autem scire. Magna enim hinc naturæ filij ad naturam patris differentia emergit. Mirum est quod per ipsum uniuersa, tempora quoq; ac secula facta esse fateamini: deinde quasi obliti, unum ab eo ignorari diem contendis. Quomodo enim ignorare poterit ea quę ipse fecit? Et certè si diligentius examinatis quę ad discipulos dicit, facile inde prospicere poteris ultimum quoq; diem & horam ut deum non ignorare. Omnia enim quæ diem ultimum præcedunt, D discipulis suis narrabat, dicens: hoc et hoc erit. Et tandem addit, quod consummatio & finis erit. Finis autem seculi quid aliud est, quàm ultimis cle es? Eam ignorare dispensando dixit, ut homo, quem assumpsit congruẽtia diceret. Hominis enim naturę propriũ est, ignorare futura. Nec scripturarium igitur est ad intelligendas rectè scripturas tempora considerare, in quibus dicta sunt quæ scribuntur. Sic enim facile poterimus errores euitare, præsertim in uerbis saluatoris. Si ergo ante incarnationẽ humile aliquid dei filius dixisse ueniretur, ratiocinari quispiã uerisimiliter solitus posset de deitate ipsius uerba fieri: sin uerò quasi caro factus est, humano more loquitur, ut uere homine factũ ostendat, inconueniens est deitati suæ accõmodare illa, quæ ipse ut homo pronun-



quod certe nemo facit, qui dispensationis susciput A modum. Nam si homo factus non sit, cuncta ut deus loquatur: sin autem factus est homo, concedatur ut more hominũ etiam loquatur. Non ẽ ulla propter dispẽsationem incarnationis deitati poterit fieri iniuria, si pie cuncta intelligantur: q̃d a Paulo dictum sic est: Captiuantes omnem intellectum in obedientiam Christi. Vt ergo propriũ hominis est futura ignorare, sic uerbi dei, in quãtum uerbum est, apprime proprium est, ut omnium quæ per ipsum facta sunt, & principia & ultimos terminos cognoscat, creaturarum uerò una tempus est. Quare filius dei qui tempus quoq; facit, non potest ignorare quousque duraturum sit: ipse certe ad patrem dixit, Pater, uenit hora, glorifica tuum filium. Si ergo exacte horam ipsam scie B bat, quam iam aduenisse dicebat, quid prohibet eum ultimam quoq; diem scire ut deus, quam ignorare se ut hominem ait, ut conuenientia nostrę naturæ seruaret? Non oportet igitur propter hãc uocem ignorationem dici uerbo inurere: sed potius misericordiam eius admirari, quod non recusauerit propter nos ad tantã humilitatem descendere, ut omnia nostra, & ipsam etiam ignorantiã humanam susciperet. Quam enim ob rem angelos quidem & filium nominauit saluator, spiritus uerò sancti nullam fecit mentionem? Non enim dicit spiritum sanctum ignorare, sed angelos & filium. Nec filium dei dicit, sed filium solummodo. Perspicuum igitur est angelos ipsum dixisse, quia ignorant ut creaturæ. Quum autem discipu C lis id patefacere noluisset, ratione quadam occulta (quis enim nouit mentẽ domini?) ne mœrorẽ illis efficeret, filiũ etiam ignorare ait, de seipso ut homine loquens, nec sibi derogans ut deo: scit enim ut deus, quod ut homo ignorat: idcirco non addidit, quod spiritus sanctus etiã ignoraret. Spiritus enim omnia scit, ipsa etiam profunda dei, ut scribitur. Quod si spiritus sanctus non ignorat, quia à filio accipit (ille nanq; inquit, de meo accipiet) quõ filius ignorabit, qui omnia scientis spiritus est largitor? Præterea, si pater omnia per filium operatur (nihil enim sine ipso factum est) unum autẽ ex omnibus est diei & horæ illius determinatio, in qua mundi huius terminus erit, determinata certe res quoq; ista per filiũ est. Quod uerò per ipsum determinatum est, quomodo id ignorare potest? sed ignorat uidelicet, ut homo, quòd ut deus optime nouit. Ad hæc, omnia patris filij sunt, ut ipse ait, sed pater cognitionem illius diei atq; horæ habet, ergo etiam filius. Addequod si uere ab eo dicitur, Ego in patre, & pater in me est: non pater aliquid scire potest quod filius ignoret. Imago enim patris incommutabilis, filius est, & character perfectissimus. Si ergo aliquid ignorat quod pater scit, quomodo character & uera imago patris est? Accedit, quod ipse nouit patrem, ut scribitur. Quid ergo prohiber ultimũ huius mũdi etiam diem & horã scire? nisi forsan dicerent, magis esse hanc diem & horam scire, quàm patrẽ cognoscere: quod impium

est. Si uerò cognitio patris omnẽ cognitionẽ excedat, quõ qui maxima nouit, hoc minimũ ignorabit? Quod aũt ignorationẽ ultimæ diei atq; horæ sibi non ut deo, sed ut homini attribuit: facile intelliget, qui aduertet quõ quasi historiæ mentionem hominũ fecit illorũ qui erant in temporibus Noe. Quumq; dixisset, comedebant & bibebant, nubebant uiris & ducebãt uxores quousq; uenit diluuium, et abstulit omnes, statim addidit: Vigilate igit uos, quia nescitis qua hora dominus uester uenturus est. Et rursum: Qua non putatis hora filius hominis ueniet. Oportebat autẽ, si ut deus ignoraret, hoc modo dicere: Nescio qua die uenturus sum, quia qua hora nõ arbitror potero mitti. Verùm quoniam auditores uigilare hortatur, quoniam nesciant quando ipse uenturus est: patet, quia ipse ut deus scit, ignorat autem in quantũ serui formã assumpsit. Aduertere uerò diligenter debemus, quod dies Noe, diebus aduentus contulit sui, quando iudicaturus orbẽ terrarũ uenturus est, sed diem diluuij non ignorauit: ipse enim est, aut si uis, pater per ipsum qui dixit Noe: Ingredere tu & filij tui in arcã: ego em̃ post dies septẽ inducã pluuiã in terrã. Ergo nec diẽ sui aduentus ignorat. Sic enim temporũ atq; rerũ similitudo cõseruabit. Sed interrogandi hæretici sunt, quid facient quãdo saluator dicitur esurisse, sitisse, laborasse ex itinere, dormisse in gressus in scapham: audebúntne dicere uerbũ dei hæc esse per pessum? an hæc humanitati suæ attribuẽt, & uerbũ dei ab istis liberabũt? Sicut ergo uoluit, tanq; homo fame ac siti, cæterisq; huiusmodi laborare: sic etiã ut homo diẽ illũ ignorat. Aliquando enim ut deus, aliquando ut homo loquitur, ut & deũ et hominẽ se uerũ ostendat, ut deus dixit ad discipulos, Lazarus amicus noster dormit, quũ nullus ei nuncciasset: ut homo, quũ ad sorores Lazari lõgo peracto itinere peruenisset, interrogabat, ubi posuistis eum? qui longe absens mortuũ esse sciebat, quomodo iã præsens locũ ignorabat ubi corpus Lazari erat? Non enim est uerisimile illud eũ scisse, & hoc ignorasse: sed utrunq; ut deus sciuit, & utrũq; ut homo ignorauit. Ita igit diẽ illũ etiam & horã & ignorat & scit, alterũ ut homo, alterum ut deus. Similiter quũ esset in partibus Cæsareæ Philippi, ut homo discipulos interrogabat dicẽs: Quẽ dicunt homines esse filiũ hominis? Quũq; D Petrus respondisset: tu es Christus filius dei uiui: statim ipse intulit, Beatus es Simõ Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Nullus em̃ nouit filiũ nisi pater, ut scribitur: & quoniã per filiũ pater omnia facit, estq; unum ex omnibus etiã reuelatio, ipse quoq; filius reuelasse Petro inuenitur. Quomodo igitur qui reuelauit, quasi ignorans interrogat, quẽ me dicunt homines? sed perspicuum est, ut deũ non ignorasse, quasi ignorans ut homo dispensatiue interrogabat, nõ ignorãs quid discipuli responsuri essent, ut responsione ipsorũ approbata, fidẽ apertè stabiliret. Similiter igitur diẽ ac horã aduentus sui, in quantum uerbum & sapientia dei est, nõ i-



Gen. 1.

Matth. 24.

Luce 12.

Gen. 7.

Matth. 16.

Matth. 12.

Ioan. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca



gnorat: sed ne dolorem teneris adhuc discipulis A facceret, desiderantibus illud scire, uere se dixit ut hominẽ ignorare: infirmitates enim nostras omnes accepit: hac de causa ignorasse se dixit, quod inde patet. Nam post resurrectionem, quum iam ascendere in cœlos uellet interrogatus de rebus futuris, acerbius respondit dicens: Non est uestrũ cognoscere tempora & momenta, quæ pater po-
Actor. 1. suit in potestate sua. Quod si (ut hæretici dicunt) penitus ignorasset, non ita certe respondisset, sed iam dixi uobis me nescire, dixisset: nunc autẽ non ita, sed quasi irrationabiliter interrogantes redarguit, & dehortatur ab inquisitione maiorum rerum quàm ad eos pertineat. Hinc igitur patet, tunc ut hominem ignorare se dixisse diem & horam illam, quoniam maior erat illius rei cognitio, B quàm discipuli tunc capere potuissent. Sed respõ deant quæso, quando deus in paradiso Adam pa-
Gen. 3. 4. trem nostrum uocabat, dicens: Adam Adam ubi es? & quando Cain interrogabat: Vbi est Abel frater tuus? quid dicent? Nam si ignorantem deum interrogasse affirmabunt, manifesta impietate tenebuntur: sin autem dispensationis modo quodam sic interrogasse deum dicent, cur mirantur si filius quoq; dei, per quem etiam tunc facta interrogatio est, utiliter dispensans ignorare se dicit horam illam ut homo, quamuis uniuersa sciat ut sapientia patris? Quod autem dispensatiue solebat ignorationem sibi attribuere saluator, manifeste ab ipso Euangelista in alio loco dicitur. Nam quando miraculose multiplicatis panibus sequentes se uoluit alere, ut ignorans interroga-
Ioan. 6. C bat: Quot panes habetis? Sed addidit Euãgelista: Hoc autem dicebat, tentans Philippum: ipse eñ sciebat quid facturus esset. Si ergo, quamuis sciret quid facturus esset, tamen quasi ignorans interrogabat: quid etiam nunc prohibet utiliter dispensandi gratia dixisse ipsum putare, quod diem & horam illam ignoraret? præsertim quum uere ab eo dicatur ut ab homine: frarribus enim in om-
Hebr. 2. nibus similis fuit, secundum Paulum. Sed omCastillus hæreticorum. nia, inquiunt, pater scit, filius uerò non omnia, ut ipse testatur. Pater enim diem illum & horam scit, filius autem ignorat: hoc enim modo perpulchre demonstratur non eiusdem esse naturæ patrẽ qui omnia scit, filio qui non omnia scit. Necesse igitur erit credere, diuinas mentiri scripturas, quæ
Eccl. 23. D de ipso prædicant: Qui nouit omnia ante genera tionem ipsorum: in omnibus enim etiam ille dies connumeratur. Quomodo igitur omnia nouit, si illum diem ignorat? Sed scriptura non mentitur, dicens omnia scire filium. Frustra igitur uos contenditis, diem illum ab eo, quasi à deo, deiq; filio ignorari: nec in mentem uenire uobis potest, quoniam ut Deum & filium dei dixisse id affirmatis: sic quoq; posse conuenienter intelligi, si dicatur ideo nescire, quoniam inde naturaliter scientiam omnium habet, unde ipsum etiam esse habet. Ignorare autem, ut uos dicitis, quomodo potest, ni si nihil penitus ex futuris scire ipsum audebitis confirmare? Nam si antecedentes dies ante ultimum diem scit, non potest certe illum ignorare. Simile enim erit, si quis diceret ignorari ab eo denarium numerum, qui nouẽ optime nouit: nam qui nouem nouit, unitatem nouit, quare decem etiam numerum optime nouit. Christus autem antecedentia ultimum diem signa prædixit: quomodo igitur ignorauit post illa futurum finem? Vndique igitur ueritas elucet, perspicuumq; factum est, uniuersa sciri à filio dei nõ minus, quàm à patre, quamuis dispensatiue, ut homo se multa ignorare dicat.

Thesauri Cyrilli libri noni finis.

## EIVSDEM LIBER DECIMVS.

*De eodem, id est, de consubstantialitate filij & patris, proposito textu: Quod pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. & Quod omnia mihi tradita sunt à patre. &, Quod non possum ego à me facere quicquam: sed sicut audio, iudico, cæteriq; huiusmodi.*

### CAP. I.

SEd quomodo, inquiunt, similis patri filius erit, qui aperte ait, omnia se à patre accepisse? Nam si à seipso haberet, non accepisset: quoniam uerò se accepisse uere ait, certe non habebat à seipso. Quid facietis ô uos, quum audieritis ipsum dicere, omnia quæ habet pater, mea sunt, & omnia mea patris similiter? Nam si nihil haberet filius à seipso, nihil etiã habebit pater à seipso: patris enim sunt omnia, quæ filij sunt. Quod si omnia pater naturaliter habet, ea ipsa filius quoq; naturaliter habet. Quare necesse erit consequenter hunc ipsum defectum, quem filio imponere conantur, patri quoque imponere, ne quid eorum quæ filij sunt non esse in patre uideatur. Id si impium est, ut certe est, necesse erit confiteri omnia patris in filio naturaliter esse, & omnia filij similiter in patre. Nam dum filius à patre nascitur, omnia naturaliter, ipsum etiam esse à patre habet, & ideo dicitur à patre accipere. Non igitur quoniam non habet, accipere aliquid à patre scribitur. Habet enim omnia naturaliter, quum uerbũ & splendor lucis paternæ sit, uno solo excepto, quod pater non est. Accipere autem à patre se dixit, ut fitras hæreticorum opiniones radicitus euerteret. Nam ne quis omnia patris in filio perspicies, propter incommutabilem similitudinem atq; identitatem eundem putet patrem & filium esse, quod Sabellio accidit, necessariò à patre se accipere ait, quæ ab eo naturaliter habet: ut quum alter de altero accipiat, dualitas personarum demonstretur, non omnibus solum, sed uerè ac personaliter distincta. Nec tamẽ falsus sermo est. Nam quum ex substantia patris filius prodeat, omnia patris æternaliter habet: æternaliter etiam hæc ratione ex eo accipit omnia, quæ ipsius patris sunt. Quare nihil deitati filij derogatur, quoniam ab eo dicitur, omnia mihi tradita sunt à patre meo: sed potius hic sermo demonstrat naturaliter ipsum Dei filium esse. Nam si omnia sibi tradita sunt, nec ea quicquam præter numerum omnium, non ergo



ipse unus omniũ quæ sibi tradita sunt, sed ex pa- A tre atq; etiã à seipso, quæ naturaliter habet ut detre proprie nascitur, & ut secundum naturam filius habet omnia quæ patris proprie sunt. Proprium autem patris est, ut omnia possideat: possidet ergo etiam filius omnia, et sic solus est naturaliter hæres patris, in quem omnia quæ patris sunt, naIoan. 3. turaliter (ut ita dicam) defluunt. Non est ergo unus omnium, neq; creatura, sed solus proprie atque uere patris filius. Præterea, de seipso alibi dicit: Sicut pater uitam habet in seipso, sic dedit & filio uitã habere in seipso: similiter eñ id quoque intelligetur. Nam quia dedit, scribitur, & ex patre ipsum habere naturaliter significatur, & alium personaliter esse quàm qui dedit demonstratur. Quoniam uerò dicit, sicut pater habet, sic & filius habet: apertissime docet, quod sicut pater æternaliter in seipso uitam habet, sic & filius æternaliter uitam in seipso habet. Si ergo filius aliquã do uitam nõ habebat, nec pater tunc habebat: id quoniam impium est: semper enim pater habet uitam in seipso, habebit etiã filius sic, hoc est, semper habeat, accipere, ut & originẽ suam ostendat, & alium se personaliter esse à patre demonstret, nec idẽtitati naturali aliquid deroget. Nam si quis splendori, qui à luce profluit uocem attribuat, dicereq; illum confingat, omnia mihi lux sua dedit: illumino eñ sicut illa, audebit ne quispiam dicere, non fuisse aliquando in splendore illuminandi uirtutem? & quomodo splendor esset si non splenderet? Sin autem, quia semper splendet atq; illuminat, omnia lucis habet: & quia rursus ex ipsa profluit luce, accepisse ab ipsa omnia C uere dicit, quomodo non erit inconueniens altera, quàm per exemplum significatur in uerbo dei esse nõ cõfiteri? Nã quũ omnia naturaliter habet à patre: accipere ab ipso ait omnia ex quo nascit.

*De eodem proposito textu: Data est mihi omnis potestas. &, Glorifica filium tuum, aut unuersi filius, de eo quod filius glorificatur, & aliquid accipiat.*

### CAP. II.

NOn quod gloria, uel alia ulla re filius Dei inquãtum deus est indigeat: idcirco petere aut accipere aliquid à patre scribitur: sed quia dispensando factus est homo, quum deus uerus etiã sit. Nam quoniam homo facile potest amittere bona quæ à deo accepit, quod Adam perpessus fuerat, denudatus data sibi gratia propter inobedientiã, D necesse fuit ne rursus in eadem inciderемus, ut incommutabilis dei filius factus homo, ut homo gratias dei peteret, ut per ipsum qui amittere gratias non posset, naturæ nostræ firmiter seruarenetur. Omnis enim gratia in Christo abundantissime permanet, & inde ad nos propeer similitudinem transfunditur: omnes enim sumus similes ipsi ut homini. Sicut enim, & fratres eius, & unum cũ deo, gratia per ipsum facti sumus. Petit igitur, accipitq; à patre quæ naturaliter habet ut Deus: sed quoniã homo factus est, & carnẽ sumpsit, quæ non alterius quàm ipsius filij dei caro est, iure gloria petit, qua natura humana eget, & accipit à patre atq; etiã à seipso, quæ naturaliter habet ut deus. Ipse igitur petit ut homo, et dat ut deus, unà cũ patre. Cur igit huiusmodi uoces hos turbant? Nam si factus est uerus homo, cur non cõcedunt ei, ple runq;, tãquam uerus homo loquatur? Si enim factus homo non esset, ipsi uerbo hęc uiderentur attribuenda: sin autem crẽdũt uerum hominem factum esse, cur ignorationem, petitionemq; gloriæ, cæteraq; huiusmodi ut homini non attribuunt? Sed impie in filium Dei ita hæc inferunt, ut creaturam prædicare non uereantur. Præterea, si absurdum est opinari uerbum dei glorificari à patre, aut accipere aliquid, aut sanctificari, ut isti credũt: nos certe sumus qui accipimus, & sanctificamur atque glorificamur in ipso: & propter nos ipse ut homo, huiusmodi uocib. usus est. Nã si propter seipsum uerbũ dei glorificari, sanctificaB riq; petit, nihil nobis contulit incarnatio Christi, & natura nostra denudata dei gratia demonstratur. Nam si uerbũ glorificari & sanctificari eget: quõ nobis hæc largita per ipsum sunt? Deinde sui potius causa, quàm nostra factus homo uidebitur, si tunc glorificatus, sanctificatusq; potestatem accepit, & cætera quæ de ipso similiter scribuntur, quibus isti aiunt etiam ante incarnationem ipsum caruisse, & accepisse postea factũ hominem. Gratias igitur agat carni, per quam melior factus est. Verum quoniam impia hæc cogitata sunt (uenit enim ut hominem glorificet atque sanctificet) non accipit hæc dei filius ut uerbum: sic enim perfectus est, quemadmodum & pater: sed nos in ipso ut in homine tunc hęc accepimus, quando carnem assumpsit. Sicut enim nos per resurrectionem suam resurreximus, & per ascensum suum in cœlos renouata nobis ascendendi uia est: sic quando glorificari & sanctificari dicitur, nos in ipso omnia hæc accepimus. Itaque illa ipse naturaliter habet ut Deus, & ea propter nos petit ut homo. Pater, inquit, glorifica filiũ tuum. Ioan. 17.
&: Omnia mihi tradita sunt à patre meo. & post Matth. 11.
resurrectionem: Data est mihi omnis potestas in Matth. 28.
cœlo & in terra. Omnia eñ per ipsum facta sunt. Psal. 118.
& Psalmista, omnia sibi seruire ait. Et ipse de glo- Ioan. 17.
ria inquit: Pater glorifica filium tuum ea gloria, quam habebam apud te ante constitutionẽ mundi. Si ergo antequam mundus esset, gloriam hanc habebat apud patrem, quomodo eam petit? Perspicuum est propter nos ipsum petere ut hominem: ita naturæ nostræ petitio, ut glorificaretur in ipso, facta est. Potestatem etiam, quam post resurrectionem dicit sibi datam, ante resurrectionẽ quoque habebat. Nam si non habebat, quomodo repulit diabolum dicens: Vade retro satana? Matth. 4.
Et quomodo discipulis potestatem aduersus de- Luce 10.
monia dedit? Quomodo filiam Abrahæ (ut scri- Luce 13.
bitur) à diabolo ligatam, ut potestatẽ habens soluit? Quomodo paralytico sanitatem largitus est? Matth. 9.
quomodo peccatrici fœminæ peccata dimisit? Luce 7.
quomodo mortuos reuocauit à morte, & cęcorũ
aperuit oculos? Perspicuũ igitur undiq; est, nõ ut Ioan. 9.
uerbum ante incarnationem, sed ut hominem,

Universidad de Deusto
Biblioteca



quando factus est homo, patris gratias uobis pe- A
tere. Sic enim etiã deo participare dicimur: quia
ipse nostram humilitatem suscepit, ut nos ad celsi
tudinem suam extolleret, non ut ipse inferior fie-
ret. Idcirco nos quamuis homines natura simus,
dij tamen gratia in Christo (qui uerus & homo &
deus est) facti sumus. Quemadmodũ igitur, quã-
Ioan. 9. do per carnem miracula efficiebat (iputo enim
Lucæ 7. cæcum curauit: & manu extensa, feretrocp tacto
unigenitum uiduæ filium è mortuis reuocauit: &
uoce instrumentis corporis emissa, Lazare dixit,
Ioan. 11. ueni foras) non ipsi ut homini hæc, sed ut deo at-
tribuimus: sic quando humano more aliquid de
seipso dicit, quod alienum à deitate sua uideatur,
carni idipsum accommodare debemus. Sic enim
singula factorum atque dictorum congrue distri-
buentes, à uera cognitione saluatoris non aber- B
rabimus. Vnum enim Christum scripturæ prædi-
2. Cor. 8. cant. Vnus enim deus pater, inquit, & unus do-
minus Iesus Christus. Sicut igitur ab operibus ue
tus deus cognoscitur, sic necesse erat à conueni-
entibus homini dictis atcp operibus, addo etiam
passionibus, in quibus nulla delicti suspicio inue
nitur, ut uerus homo cognosceretur. Vtrunque
igitur in ipso cernimus. Interrogabat enim ut ho-
Ioan. 11. mo, ubi Lazarus positus esset: imperabat autem
ut deus, ut è mortuis rediret. Et matri: Quid mihi
Ioan. 2. & tibi ô mulier? ut homo dicebat. Et aquam in ui
num ut deus conuertebat. Duarum igitur natu-
rarum suarum cognitio, & dictis & factis neces-
sariò facienda erat. Quare ipsi quoque nos debe-
mus, quæ deo uero cõueniũt, diuinitati suæ: quæ
homini uero, humilitati nostræ, quã propter nos
assumpsit, accommodare. Sed ipse ait (inquiunt)
omnia mea tradita sunt mihi à patre meo. Cui au-
tem omnia tradita sunt ab alio, nihil habet à se-
Matth. 11. ipso: quomodo igitur is secundum substãtiam i-
dem erit patri, qui omnia possidet? Si nihil ex
seipso filius habet, secundũ uos, quoniã ipse à pa-
tre accepit omnia: pater ergo quũ dederit omnia,
nihil habet in seipso: quod absurdissimum est.
Quomodo enim pater poterit denudari ijs, quæ
sibi natura insunt? Habet igitur semper omnia pa
ter, quæ filio dedit: & filius similiter semper ha-
bet, quæ se accipere ut hominem ait, ut ipse dicit:
Ioan. 3. Pater diligit filium, & potestatem dedit ei iudiciũ
Ioan. 5. facere, quia filius hominis est. Si ergo iudicãdi po D
testatẽ datam sibi esse ait, non alia quadam de cau
sa, sed quia factus est homo: perspicuum est quia
non ut uerbum dei & deus ipse accipit, sed ut ho-
mo. Accipere igitur omnia, ipsi ut homini attri-
buendum, quæ ut deus naturaliter habet: & sic e-
rit imago patris incommutabilis.

*Aduersus ea, quæ dicitur ab hæreticis, quia Christus fleuit: & quia dixit: Nunc anima mea turbata est &, Transeat à me ca-lix iste. &, Tristis est anima mea. cæteraq; huiusmodi.* CAP. III.

QVasi ab homine nudo, has uoces dictas
credunt hæretici, quia mortẽ timuit, et tri-
stis factus est, cæteráque huiusmodi perpessus ut
homo uerus. Deus enim uero, sicuti Christus est,
quomodo ut deus mortẽ timuisset? qui ait: Ego
sum uita, qui alios ex morte reuocauit, qui dis-
pulos hortabatur, dicens: Nolite timere eos qui
occidunt corpus, animam autem nõ possunt oc-
cidere. Vt uerbum autem dei, quomodo timere
potuit? qui Abrahæ dixit: Noli timere quoniam
ego tecum sum, qui Mosen aduersus Aegyptios
ut uir: quomodo etiã alios ipse timuisset, ad quos
sancti clamant: Dominus mihi adiutor, & non ti-
mebo quid faciat mihi homo? Quomodo autem
si uenit ad interimendam mortem, mortem time-
bat quam interemit? Sed infernum timuit, inquit
unt. Mirũ est & hæc audeant dicere. Ianitores
nim inferorũ quũ primũ eũ uidissent, spiritus in-
clusos exire præ timore dimiserunt. Quod pater,
quia multi sanctorũ excitati à morte, in sanctã (ut
scribitur) ciuitatẽ intrarunt, & uisi à multis sunt.
Aut quomodo timebat mortem, qui non fugie-
bat dum quæreretur? sed dicebat ad quærentes,
Ego sum, dimittite istos, qui dicebat: Potestatem
habeo ponere animam meam. Et, Nullus tollit
eam à me, sed ego pono ipsam à meipso. Non ti-
muit ergo filius Dei mortem ut deus, sed natura
humana, quæ id pati nata est. Tempora ergo (ut
in superioribus etiam tetigimus) in quibus dicta
facta ue sunt, quæ de salutore dicuntur, diligen-
ter cõsideranda sunt illis, qui recte uolunt scrip-
turas intelligere. Si ergo antecp hominẽ assumpsis-
set uerbũ dei, fleuisse uncp, aut mortem formida-
se, aut aliquid tale perpessus scriberetur, sicut de
etiam hæc perpessum iure credere possent: sin ue C
rò posteacp homo factus est, hæc de ipso scribun-
tur, quare non credunt ut ab homine dicta, sic fie-
ri esse? Sed qui fleuit, qui timuit, tristisq; fuit,
quomodo erit natura deus? Creaturarũ enim, pro-
omniũ hæc propria sunt. Qui Lazarũ à mortuis
ad uitam redire imperauit: qui aquam in uinum
tu cõuertit, cæteraq; huiusmodi multa fecit, quo-
modo nõ erit natura deus? præsertim quum ipse
clamet: Ego & pater unum sumus: dei enim uerũ
hæc opera sunt. Quod si ex dictis, factisque huius
no more perturbamini, quare nõ proficitis ex il-
lis, quæ ut deus uerus & dixit & fecit? Etsi propa
ter humilia dicta factáue, humilia de ipso intelligi
tis, cur sublimia quoq; de ipso non creditis, propa
ter dicta factáue ut à uero deo? Nam qui humili- D
ter illa dixit, fecitq; ut homo, hæc ipse sublimiter
ut uerus deus & dixit & fecit, ut & uerũ deum, &
uerum hominẽ seipsum esse demonstraret. Nam
quoniã ita factus est uerus homo, ut uerus esse de-
us non amiserit: nec enim aliter nostrũ genus sal-
uari poterat: ne quis audiens ipsum factũ esse ho-
minem, mutatũ esse uerbum dei in naturã mortali
putaret, aut aliud factũ quam esset semper, ut ue-
tium quid (uerbi gratia) ex homine atcp deo, cum
positũ, hac de causa necessario modo more homi-
nis & loquitur & facit, sine delicto, modo ut uerus
deus: ut utrũcp ipse intelligatur esse. Ideò permi-
tebat ut natura hominis, quæ in ipso erat obliqua
peccato, passionibus nostræ naturæ mouerentur.



Operabatur autem etiam plerunq; ut deus, dice- A
batcp ad credentes: Si mihi nõ creditis, quia uide
licet hominem uidetis, credite operibus meis, ut
Ioan. 10. cognoscatis quia ego in patre, & pater in me est.
&, Ego & pater unum sumus. Quæ igitur Deo
conueniunt dicta factáue, deum uerũ esse demon
strant: quæ autem homini, uerum hominem. hoc
enim fidei catholicæ præcipuum mysterium est.
Vos autem hæretici ex proposito, filio dei repu-
gnates, quum audiueritis, Ego & pater unum su-
mus: in peruersum sensum id dictũ distrahere co-
namini. Quum autẽ uerba humanitus dicta aut
facta proferuntur, non ipsi ut homini, sed ut uer- B
bo dei statim accõmodatis: putantes hinc demõ
strari posse, non uerum deum, sed creaturam uer-
bum dei esse, quem tamẽ creatorem omniũ nega
re non audetis. Aut ergo attribuatis ei, ut unum
cum patre sit, sicut uerbum eius: & tunc non inue
nietis flentem, uel tristẽ, uel timentem. Aut si non
creditis dicenti se unum esse cum patre, neq; quo
niã timuit, credatis: ut ad Iudæos omnino reiecti,
quia nullũ uerbũ euangelicũ suscipiatis, à tot &
tantis turbationibus dei ecclesiã liberetis. Nos e-
nim articulũ esse fidei maximũ, imò fundamentũ
Phil. 2. nõ ignoramus, uerũ ipsum esse deum ut uerbum
patris, & hominẽ uerũ: quia seipsum exinaniuit
formã serui accipiens. Discernantur ergo dicta e-
ius & facta, & quum audias, Ego & pater unũ su-
mus: unã patris & filij deitatẽ intellige, & filiũ ex
patre nasci æternaliter credas. Et rursus, qũ audis
qa fleuit, quia timuit, qa doluit: hominẽ quoq; ue C
rũ esse cognoscas, et naturæ hominis hæc attribu-
as. Mortale nãcp corpus assumpsit, omnibus pas-
sionibus naturæ nostræ subiectũ, peccato semper
lõge remoto. Cõuenienter igitur, quoniã idẽ ho-
mo uerus, et deus uerus est, hominis passiones si-
bi attribuit, propter personalem identitatẽ. Sic di-
cimus etiam deum passum, & crucifixũ, mortuũ,
sepultũ: quæ omnia ut homini sibi, non ut uerbo
dei attribuuntur. Sic enim quæ homini conueni-
unt, ut ex homine dicta sunt, per insitos humanæ
naturæ motus naturales, quos ita mens percipit,
ut per linguam proferat, quæ in occulto absq; uo-
ce uerbo mentali dicuntur. Præterea, non alia
de causa uerbum dei homo factum est, nisi ut nos
liberaret, & infirmitatibus nostris deitate sua cõ-
iuncta, naturam humanam firmaret, & ad robur D
(ut ita dicam) suum conuerteret. Quando igitur
Matth. 26. formidasse mortem uidetur, ut homo dicebat: Pa
ter, transeat à me calix iste: ueruntamen non ut e-
go uolo, sed ut tu. Quãuis emi mortẽ ut homo ab-
horrebat, uoluntatẽ tamen patris, & suam ut uer-
bi, perficere ut homo nõ recusabat, ideo dicebat,
spiritum esse promptũ, & carnem infirmã. Quum
igitur dixit, Non ut ego uolo, de se ut homine in-
telligit: deinde quum infert, Sed ut tu pater uis,
Ephes. 5. de seipso etiã intelligere debemus. Omnia enim
quæ pater uult, uult filius quoque similiter: quod
inde pater, qa seipsum tradidisse & obtulisse pro
nobis scribitur. Morti ergo quam ut homo formi
dabat, seipsum pro nobis ut deus tradidit. Adhęc



si sanctos uiros cõtempsisse mortem inuenimus, A
& constanter per eam uoluisse ad uitam æternam
transire: idcp animi robur habuisse, quoniam ha-
bebant Christum in interiore homine habitantẽ,
quomodo pertimuit mortẽ ut Deus, qui faciat ne
alij timeant? Aut quomodo non absurdum erit,
fortitudinem eorum mirari, qui dei uerbũ in sei-
psis habuerunt: ipsum autem filium dei formido-
losum ita putare, ut timoris morbo uictum crẽda
mus? Sed omnia ille perpessus fuit, ut nos ab om-
nibus liberaret. Sicut igitur nisi mortuus esset,
mors non extingueretur: sic nisi timuisset, non es-
semus nos à metu liberati: nisi doluisset, non ces-
sassent dolores nostri. Et ita singulas passiões car
nis fuisse in Christo absq; peccato cõmotas inue-
nies, non ut ab ipsis homo ille superaretur sicut et
nos: sed ut commotæ uincerentur uirtute inhabi-
tantis uerbi, & sic natura nostra reformaretur ad
melius. Et quoniam in cruce sua gloriamur, credi
musq; nos saluos esse, quia dei filius homo factus
pro nobis, crucifixus & mortuus est, ut mortẽ no
stram moriẽdo destrueret, & in seipso nos omnes
à corruptione ad incorruptionẽ traduceret: opus
erat certe ad fidem nostram, etiam in ipso passio-
nis tempore, uerũ se hominẽ esse ostendere. Ideo
ne quis dubitare posset, ut homo clamabat: Deus Matth. 27.
meus, Deus meus, cur me dereliquisti? & rursus:
Transeat à me calix iste. His igitur atcp similibus
totum ad se hominem uerè assumptũ esse ostẽdebat. Tenebris uerò & terræ motu, cæterisq; hu-
iusmodi deum se quoque uerum demonstrabat.
Vnde nonnulli qui eum antea deridebant, com- Lucæ 23.
moti clamarunt: Verè filius dei erat iste. Quomo
do igitur non erit stultum perturbari, quando ut
hominem loqui eum audias, & more humano di
ctorum factorúmue recordari: quæ uerò ut deus
dixit fecitcp, omnino cõtemnere? Timebat ut ho
mo: sed illud semper tene, quod ut Deus dicebat:
Potestatem habeo ponere animam meam, & rur- Ioan. 10.
sus potestatem habeo sumere ipsam. Postremo,
maximæ ingratitudinis est, quũ scriptura clamet,
hominem filium dei esse factum: non ut ipse qui
est immutabilis, ad naturam nostram mutaretur:
sed ut nos sibi cõiunctos, ad suam, quantum pos-
sibile est, per misericordiã suã reformaret. Omnia
emi sua factus homo nobis dedit, & filios dei non
natura (id enim impossibile est) sed gratia fecit.
Maximę inquam ingratitudinis est, quoniam in-
firmitates nostras accepit conuenienterq; nostra
sibi absq; peccato propter identitatẽ personalẽ at
tribuit, ut etiã in nobis passiones carnis extingue
rentur propter illũ, qui eas propter nos in seipso
superauit, idcirco à nobis inter creaturas colloca
ri. Illud etiã non prætermittendũ, quod sæpenu-
mero per prophetas deus & cor & manus sibi at-
tribuit, & timorem & dolorem, et iram & animã.
Quum igitur perspicuum sit dei uerbum in pro-
phetis locutum fuisse, an audebunt isti huiusmo-
di passiones, et partes hominis dei uerbo ante in
carnationem accommodare? Non facient certe,
seu tropologice aut alio modo, quodã humano

Universidad de Deusto
Biblioteca



more dicent omnia hæc conscripta fuisse. Quō igitur postea quàm homo factus est, non intelligunt non naturæ uerbi, sed naturæ humanæ (quā uere cum omnibus suis passionibus sine peccato assumpsit) omnia hęc esse accommodanda.

*De eodem, uidelicet quod filius non sit creatura, proposito textu illo: Primogenitus totius creaturæ.*

CAP. IIII.

Coloss.1. SI creatura, inquiunt, filius non esset, non dicere tur omnium creaturarum primogenitus. Nam quia magnam habet cum creaturis coniunctionem, quamuis primus earum & ante omnes sit, hoc nomine appellatus est. Et si difficile non est ad rem ipsam statim respondere, primū tamen illud dicendum: Si quia primogenitus omnium dicitur creaturarum, cum creaturis connumeranB dus uidetur, omnem rursus excedere creaturā uidebitur: quia solus unigenitus dictus est. Nam sicut primogenitus uocatur, qui multos fratres habet: sic non est unigenitus, nisi qui solus ita natus est ut nullos habeat fratres. Quomodo igitur & primogenitus & unigenitus simul erit, quū hæc inter se manifeste repugnēt? Nam quoniā utroq; modo à scriptura nominatur, necesse est ut diligēter quæratur, quō unigenitus, & quō primogenitus est. Vnigenitus igit est, quia solus ex patre na-
Rom.8. scitur, et solus dei filius naturaliter est: primogenitus uerò nō simpliciter, sed in multis scribitur fratribus. Quando igitur natura ipse deus, homine assumpto frater factus est noster, tunc etiā primogenitus factus est in multis fratribus: quia multos filios dei per gratiā effecit. Primogenitus ergo uoC catur, nō quia tempore præcesit, nec quia eiusdē ipse, in quantū dei uerbū, cum creaturis essentiæ est: sed quia in ipso primo deificati sumus: ideo unigenitus nulla causa addita simpliciter appellatur, quia solus ut uere filius, in sinu patris est. Primogenitus uerò ita dicitur, ut & causa, & quorū est primus, statim afferatur. Primogenitus em̄, inquit, in multis fratribus, & primogenitus ex mortuis. Nam quum ipse natura increatus sit, & omnium dominus atq; creator, creatura etiā factus, primus inuenitur inter omnes homines, quos assumpta humana natura reformauit. Nō est igitur ipse ut uerbū creatura. Nam si in eo uniuersa crea-
Coloss.1. ta sunt (ut ait Paulus) nihil est creatū, quod per ipsum creatū nō sit. Aut si omnia quæ creata sunt, per ipsum facta sunt, ipse seipsum creauit, si creaD tura secundum hæreticos est: quod omnino impossibile inuenitur. Primogenitus igitur in multis fratribus, pie intelligitur, ut diximus: quia factus homo & frater noster, primus nos in seipso
Coloss.1. sanctificauit: primogenitus autem etiam ex mortuis, quia primus ipse morte calcata surrexit, & primus carnē nostram in cœlos reduxit. Ideò ait:
Ioan.14. Ego sum uia, & ego sum ostium, per ipsum enim natura nostra nouū iter facere docta est, & quasi per portam quandam cœlos ingreditur. Propter
Ioan.10. misericordiam igitur suam creaturis se factus homo cōnumerauit, & primogenitus earū factus uniuersa reformauit. Vnigenitus ergo filius patris secundū naturam est. Et uidimus, inquit, gloriam eius, sicut gloriā unigeniti à patre. Deus enim uerus est, ex deo uero, lumen ex lumine: primogenitus uerò, ppter nos, ut sicut per ipsum facta sunt omnia, sic etiā in ipso reformata saluentur. Quare sicut initiū uiarū creatus est, quia per ipsum omnes possunt in salutem recurrere: sic primogenitus uocat in multis fratribus, quia uocauit nos omnes ad adoptionem Dei per gratiam. Et rursus, primogenitus ex mortuis, quia primus ex morte resurrexit, & naturam nostram in incorruptionem reuocauit. Sed unigenitus (inquiunt) dicitur, quia solus à solo patre creatus est: cæterā uerò cuncta per ipsum. Si hac de causa unigenitus patris filius dicitur, non erit pater omniū uniuersaliter creator: sed omnia ex ipso esse scriptura clamat. Non ergo quia solus à patre creatus est, sed quia solus ex patre naturaliter nascitur, idcirco unigenitus appellatur. Nam si unigenitus diceretur, quia solus à solo patre factus est: nōne dies quoq; unigenita diceretur, quia solum modò fit? Nōne artes quoq; multæ aut imagines aut opera, quæ solus aliquis solaq; fecit, unigenita dicerentur? Nōne sol actuna, cœlum quoq; multaq; alia unigenita uocarentur, quia sola in specie sua facta sunt? Sed nemo, pfectò unigenitū illud dicit quod factū est, quamuis solum à solo factus sit: nec igitur etiam filius, quia solus à solo factus, sed quia solus à solo genitus, unigenitus dicitur. Opus enim non genimen appellatur, quod factū est: filius uerò genitus est ex patre, quia ex ipso naturaliter prodiens, essentiæ paternæ uerus per generationem heres inuenitur. Quod si unigenitus (ut nonnulli aiunt) appellatus sit, quia solus omnia excedit, pater quoq; unigenitus hac ratiōe dicetur: & quicquid in specie sua excedere uideretur, unigenitū uocaretur. Nō ergo propter excessum, sed quia ex patre solus nascitur, idcirco unigenitus est. Sed unigenitus, dicūt, est, quia solus paterni consilij angelus est. Si ergo insinū nobis quoq; uerbum cogitationes mentis solum enuciat, recte posset unigenitū mētis appellari: quod nemo unquā dixisse inuenitur. Sed unigenitus, inquiunt, dicitur, quia creator solum omniū est; quæ post ipsum creata sunt, ne sui quoq; ipsius creator putetur: at scriptura, ô uos, omnia simpliciter in ipso & per ipsum facta esse prædicat. Praterea primogenitum nonnunquā dicimus eum, qui primo natus est: hoc modo Christus primogenitus uirginis dicitur secundum carnem: non quod alios etiam genuerit, uirgo enim post partum etiam remansit: sed quia primum plerunque & absolute & in se, & non per comparationem ad alia dicitur: ita ergo etiam ex Deo primogenitus est, non ut multorū primus, sed ut solus ex deo genitus: ad hæc, quæ prima simpliciter sunt, causa sunt eorum, quæ secūdo loco sunt: dei ergo filius, primogenitus aliorū potest dici, quia ipse primus causa est, ut filij appellatio cæteris omnibus accōmodetur: ita & pater deus, primus pater est, quia primus omniū genuit, qui æternaliter generat.



nerat. Adde, ꝙd sibiipsis hæretici repugnant. Primogenitū enim filiū dicunt, quia solus à patre factus sit: cætera omnia per filium esse producta cōcedunt. Hæc certe repugnant. Nam si ea ratione primogenitus est, non ab eō certe, sed à patre solo cætera quoq; producta essent, quorum comparatione ipse primo productus dicitur. Sed quo-
Coloss. modo, inquiunt, si uerus dei filius uerbum est, cæteris eum connumerat scriptura dicens: Primogenitus totius creaturæ? Necesse enim omnino est tale esse uerbum secundum naturam, qualia sunt quorum est primum. Magna in huiusmodi oratione impietas est. Non enim quia creatura est filius, totius creaturæ primogenitus dicitur: sed quia omnes nos in ipso & per ipsum adoptaB ti filij dei per gratiam efficimur, cuius gratiæ ipse autor est, similes sibi per misericordiam faciēs credentes in eum. Quoniam uerò primogenitus est, idcirco imago patris uera demonstratur. Nam si cui ipse, primus filius uere est: sic & pater, primus pater. In ipso enim primus pater est & ipse primus
Heb.1. filius in primo patre: & per ipsum omnia facta sunt, & per ipsum omnis creatura rationalis adoratur. Postremo, si quia primus totius creaturæ filius dicitur, creaturam ipsum quoque creditis:
Heb.44. quid dicitis, quādo pater de se dixit: Ego primus & ego post hæc? An & ipsum primum creaturarū & creaturam audebitis prædicare? non arbitror. Sicut igitur pater non est creatura, quātus primus dicatur, sic & filius. Et sicut pater principium seip-
C sum esse omnium ostendens, dicit: Ego sum primus: sic & filius totius creaturæ primus dicitur, quia per ipsum omnia facta sunt, & ipse principium omnium atq; creator est.

*De textu euangelico: Sedere autem à dextris meis, aut à sinistris meis, non est meum dare.*

Matth.20. CAP. V.

SEd quomodo, inquiunt, si equalis patri filius est, dixit ad filios Zebedęi: Non est meum dare? Id enim aperte ostendit, non habere se potestatem dandi quod petebatur: non est igitur æqualis patri, quoniam pater omnium potestatem habet. Oportet certe non ita inconsiderate sacrarium uerba exponere. Nam si diligenter perpicere singula uolueritis, nihil inuenietis quo impietas uestra possit iuuari. Accesserunt Zebedæi
D filij ad Christum, supremosq; honores petebant, qui alijs debebantur. Ad quam petitionem conuenienter saluator respondit: Nō est meum dare: non quia potestatem dandi non habeat, sed quia præmia proportionaliter certantibus dantur. Nā quemadmodum, si quis certamen instituerit, & munera declauerit, ad petentes maxima præmia dicat, Non est meum dare: non enim certantibus dare quibuscunque, sed illis solum qui certantes superabunt. Sic saluator quoque: Non est meum dare, inquit, supremum honorem uobis petentibus, qui reseruatus est in præscientia patris illis, quos excessus certandi commendabit. Quare dominihæc respōsio nō potestatē negat, sed dispensationem ostendit. Quomodo enim ipse non potest dare equibus uelit, quū inueniatur omnibus discipulis id esse largitus? Amē amen, inquit, dico uobis, quādo filius hominis sedebit in Matth.19. solio maiestatis suæ, sedebitis & uos super duodecim sedes. Nō enim ut propheta hoc prędicit, sed ut autor benigne largitur. Quomodo ergo qui omnibus potuit dare duobus non potuit? Nisi forsan audebitis dicere, nō habituros (quod dicitur) apostolos. Quodsi facietis, nemo amplius Christianus alloqui uos debet, sicut ueritatis cōtemptores. Sicut igitur si Zebedei filijs nō posset id dare, non esset æqualis patri: quoniā omnibus discipulis dare potuit, æqualis genitori erit in omnibus.

Præterea, si uere dicit omnia sibi tradita esse a patre, & in omnibus gratia etiā hæc continetur: nō negat potestatē dandi quū dicit, Non est meū dare: sed dispensatiua oratio est. Esaias enim aper-
Esa.53. te clamat, dicens de saluatore: Propterea ipse dominabitur multis, & fortium spolia partietur, quoniam tradita est in mortē anima eius. Si ergo ipse honores sanctis uiris partitur, quomodo dicitis eū nō posse dare petentibus, si uelit? Certe omnia pater per ipsum operabit, quorū unū est distributio munerū singulis sanctorum: ipse igitur distributor munerū est. Sed sensum euangelicorū uerborum altius exponamus. Quum saluator noster dominus Iesus Christus discipulos hortaretur atque moneret, ut nihil in hac uita uellent habere: sed cultui diuino attenderent, ac ingentes honores mandata sua seruantibus pollicerer, accesserūt discipuli dicētes: Ecce nos iā omnia negleximus, Matth.19. & te solū secuti sumus, quid ergo erit nobis? Respondit Christus: Quando filius hominis in solio maiestatis suæ sedebit, tunc in illa regeneratione uos quoq; in duodecim sedebitis sedibus, iudicaturi duodecim Israeliticas tribus. Id quū filij Zebedæi audissent, nō conuenientē sibi mercedē cōcupiuerunt. Nam quod omnibus discipulis quasi pro mercede beneuolentiæ erga Christū erat proposirum, soli rapere studuerunt. Verū ne inanis gloriæ cupiditate uicti uiderentur, ipsi quidē pudore silent, matris uerò ministerio utuntur. Accessit igitur illa ad dominum, dicens: Dic ut isti duo filij mei sedeant, unus à dextris tuis, & alter à Matth.20.
sinistris tuis. Aperte igitur per hæc uerba uidetur mulier id quod omnibus debebatur, ad filios solummodo suos uelle traducere. Nam nisi hoc esset, qua ratione, quod datū omnibus erat discipulis, de numero, quorū etiam filij sui fuerunt, id ipsa rursus petit? Non alia uidelicet, nisi ut commune omniū præmium ad suos transferret. Hæc saluator quū sciret ut deus, filios Zebedæi ad se uocat, nec acriter propter misericordiam suam eos increpat, ne doloris magnitudine, mœstitięq; submergeret: sed dicit, non esse suum dare. Nec naturæ suæ his uerbis impotentiam (ut hæretici dicūt) ostendit. Stultū enim omnino id dictum est, præsertim quum iam præbuisse omnibus hoc inueniatur. Sed quoniā, inquit, iniustam petitis gratiā, quam me non decet uobis largiri, non est meum

Universidad de Deusto
Biblioteca



dare. Iustus enim sum iudex, & honores singulis, quos per gratiam affero, quasi debitos laboribus uirtutibusq; suis distribuo. Adhæc, inani gloria mori, à dextris & à sinistris meis sedere concupiſtis: id autem dare meum nō est. Non enim dabo morbū alicui, qui doceo atq; hortor, ut à morbo caueatis. Ita ergo id dicitur, quemadmodū si ignis refrigerari petenti ab ipso, diceret, Nō est meum dare id tibi: calefaciendi enim, non frigefaciēdi mihi natura inest. Sic Christus quoque dicit: Iustus sum munerū declarator in certaminibus positis: ac ideò non petentibus simpliciter largiri debeo, nec per iniuriam, certantium omnium ad duos solum honores traducere: sed pro rebus ab unoquoque gestis, quasi debiti à me honores distribuendi sunt. Illi ergo iure hoc accipient, quibus à patre meo (qui per me & in me omnia operatur) præparata hæc sunt. Nemo certè hic suspicari debet ideò à patre honores præparatos dici, quia ipse præstare non possit: sed propter dispensationem incarnationis, sicut ab homine dicitur. Solet enim omnia, quę naturam hominis excedunt, patri ut Deo attribuere. Nam quum ipse quoque Deus secundum naturam sit, & unum atq; idem cum patre, omnia profectò poterit sicut Deus. Ab inani ergo Zebedæi filio gloria, improbaq; ambitione deterret, ad modestiámque reducit: ut à sequentibus patet. Molestè nanque tulisse cæteri discipuli scribuntur, quoniam propositum omnibus honorem petitione mulieris rapi uidebant. Et certè, quantum ad ipsam & ad filios suos fuerat, ereptus hic honor à cæteris fuit. Saluator autem (ut scribitur) uniuersaliter, ne Zebedæi filios turbaret, ad doctrinam ipsorum & omnium dixit: Gentium reges & principes earum dominantur ipsis, non sic erit in uobis: sed qui uoluerit primus esse in uobis, erit omnium seruus. Deinde seipsum in exemplum proponit: Sicut, inquit, & filius hominis uenit, non ut sibi ministretur, sed ut ministret. Et demum quasi apicem apponens, & sensum uerborum suorum enodans, parabolam apponit: qua uocatis in conuiuium consulit nō rapere primum locum, sed expectare donec honor sibi à principe conuiuij tribuatur. Melius enim est, inquit, ab extremo loco ad primum honorifice uocari, quàm ab occupato imprudenter primo ad extremum turpiter depelli, ac alium ad primum ipso audiente uocari. Ita & Zebedæi filios eodem sermone honestissime castigauit, & cæteros accommodatissime consolatus est. Hac ergo de causa, non quia non potuit, nō est meum dare, Zebedæi filijs respondit.

Luc. 14.

*De textu Euangelico: Vt cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum.*

CAP. VI.

Ecce, inquiunt, ipse filius ait solum patrem deum uerū esse. Sed ipse quoq; pater dicere inuenitur: Ego deus primus, & ego post hęc, nec est deus præter me. Quomodo igitur ad primum & solum uerum Deum, alium uos quasi uerum Deum adijcere audetis? Sed nō ad deiectionem filij

Ioan. 17.
Esa. 44.

hæc à patre dicuntur, nisi forsan (ut apud fabulas gentium fertur) inter filium & patrem bellum esse credatis. Sed ad deiectionem falsorum deorum primum postremumq;, hoc est, sempiternum & pater Deum appellat, secumq; filium necessario intelligit. Vbi autem filius est, ibi spiritum quoq; suum adesse necesse est. Quod autem saluator ait, ut te cognoscant uerum solum deum: nōnne ut te cognoscant uerum solum deum, & quem misisti Iesum Christum? Vt ergo uerus deus pater cognoscendus est, ita non aliter Iesus quoq; Christus habendus est. Nam si uerbum patris est, sicuti certe ab omnibus esse conceditur, quis adeò mentis inops dicere audebit, patrem ut filium à deitate depelleret dixisse, nec est deus præter me? Creaturas igitur à quibus falso nomen dei occupatur, his uerbis pater, non filium repulit. Quod ut magis pertius intelligatur, ponamus nonnullos errore impulsos, hominis aut bruti animalis cuiusdam statuam erexisse, quam credāt lucis esse originē, quamq; lucis nomine appellēt. Adhæc fingamus solem ad huiusmodi homines magna uoce clamasse: Erratis nimium omnes uos: ego solus eius sum lux, nec alia est præter me. An igitur his uerbis splendorem solis & lunæ non esse lucem putabitis? uel aduersus falsam lucem illa uerba solis sancta interpretabiminí? Hoc extremum profecto iudicietis. Quare quum à patre quoq; dicitur: Ego solus sum deus, nec est alius præter me: falsos deos, nō filium extrudi firma fide credendum est. Quomodo enim non erit insanum de uerbo Dei hæc dicta esse confingere: per quod omnia facta sunt, sine quo nihil factum est: quod per prophetas loquutum est, quodq; semper in patre est. Falli ergo dij, deiq; filij, quos humana ignorantia finxit, repudiantur. Nec etiam quia solus pater uerus deus à filio dicitur: idcirco filius à consubstantialitate sua ejicietur. Verus enim & ipse deus est, quoniam uerè dicit: Ego sum ueritas. Quare uero patri (etiam si dirumpantur hæretici) æternaliter coniungitur. Quod ergo dicitur, Vt cognoscant te solum uerum deum: aduersus falsos gentilium deos necessariò accipiendum est. Nam si filius nō esset natura uereq; deus, ut pater: quomodo uere & cōiunxit uero deo, dicens, Et quem misisti Iesum Christum? Nō enim potest simul cum natura creata res increata cognosci, nec unquam cum creaturis cōnumerabitur. Nulli em̄ præterq; filio certè dabitis quod possit dicere: Vt cognoscāt te solum deum uerum, et quem misisti Iesum Christum. Dic quæso an poterit quicquam aliorū id deo patri proferre? nequaquā. Soli certè filio uerba congruunt: quia creatura nō est, sed ex patris substantia prodit, & genitori non iniuria connumeratur. Ipse nanq; nos docuit, quod patris uerū genimen uerum est. Manifestaui, ait, nomen tuum hominibus, quia uidelicet uerus pater es, & filii uerum habes. Ioannes etiam ait: Et simus in uero filio eius Iesu Christo. Non enim potest excludi filio, quādo solus pater esse uel facere aliquid dicitur, qui solus extendit cœlum. De patre à quo dam

A
B
C
D



Iob. 9. dam propheta scribitur: Et ipsius patris uox fertur, ego solus cœlum extendi. Et tamen aperte de filio quoq; legit: Verbo domini cœli firmati sunt.

Psal. 32. Si ergo, quamuis pater dicat se solum cœlos fecisse, filius tamen etiam fecisse inuenitur: perspicuum est, quia quando etiam solus pater uerus deus appellatur, unà cū eo semper filium (per quem omnia facit, per quem loquitur) intelligi necesse est. Sic enim est in uno solo primo, & uero deo naturaliter, quemadmodum in luce splendor.

*Proposito textu: Iesus autem proficiebat sapientia & ætate, & gratia apud deum, & apud homines.*

CAPVT VII.

QVomodo, inquiunt, æqualis erit patri substantialiter filius, qui non perfectus est? Inuenitur enim in sapientia proficere. Proficit autē, quod perfectum nō est: pater uerò perfectus est, nullius indigens rei, ac ideò nullū in melius susceptū profectū. Interrogandi hæretici sunt, de quo putant scriptū esse quod proficiebat in sapientia, & gratia: de Christo certè dicent, Christum porro quem arbitrantur fuisse? Nam si communem nudumq; hominē, in quo nihil ultra naturam nostrā fuerit, proficiat quoq; ipse ut homo: sin uerò deus est & homo propter nos factus, ut scribitur, quomodo profectum suscipiet? aut quomodo imperfectus erit, qui non rapinam arbitratus est, se esse æqualem deo? Quod si æqualis deo est, ut Paulus affirmat, & tamen proficiebat, maiorem iam patre secundum uos dicere eum necesse erit: quod absurdissimum est. Quum igitur perfectus sit, & perfecti patri filius, propter incarnationem dicitur esse iustus accipiatis. Nam si ut uerbū factus homo profecit, non ipse nobis profuit, sed magis caro quam assumpsit, profectum sibi attulit, & ad perfectionem imperfectum conduxit. Quomodo igitur nos gratias agimus sibi, tanquam propter nos homini facto? quum oporteret profecto, ut ipse nobis gratias referret? Quod quoniam uel cogitare impium est, non ut uerbum profecit, sed propter incarnationem illud dictum est, ut modò latius dicemus. Præterea, non nudis, sed ueris uocabulis uerbum dei appellatur deus, & Dei sapientia, & uirtus, & forma, & imago patris. Quomodo igitur, quum hęc omnia uere sit, profectus est susceptibilis? Esset enim aliquid maius deo, & sapientia, & uirtute, & forma, & imagine dei: quod impossibile est. Adhæc, principatus, dominationes, angeli, archangeli, & omnis rationalis creatura, participatione uerbi perficiuntur. Quomodo igitur imperfectus est ipse, quo cætera omnia perficiuntur? & quomodo sapientia dei proficere in sapientia potest? aut quomodo in gratia filie proficit, qui omnium gratiarum largitor est? Nisi forsan Paulo non credant, qui sapientiam dei filium appellat, & gratiæ largitorem.

Accedit, quod semper imperfectum quod est, ad perfectionem ascendere conatur: & primum locum in quo est negligit, maiorem autem atque meliorem desiderat: ut homines (uerbi gratia) in sapientia omniq; uirtute paulatim proficientes,

1 Cor. 1. Philip. 2.

A ad perfectiorem uitam ascendunt. Dei autem uerbum, hoc est, dei filius, quum totus in patre sit, & totum in se patrē habeat, quò ascendet? Nam qui patrem replet (ut modo corporum dicam) & repletur à patre, si recipiet incrementum, patre maius uidebitur, quod nefas dictu omnino est. Non ergo proficit qui perfectus est, nec mutatur qui immutabilis est. Sicut ergo quando Paulus dicit, humiliauit seipsum formam serui accipiens: non perturbamur, nec minora de uerbo Dei opinamur, sed misericordiam & gratiam eius miramur: sic non oportet perturbari, quando profecisse ipsum legimus. Nam quemadmodum nihil ex illa humiliatione uerbi deitas passa est, sic ex isto profectu nihil penitus fuit perpessa: sed sicut propter nos humiliauit seipsum, sic etiā propter nos proficere uoluit: ut nos in ipso in sapientia proficiamus, qui propter peccatum, quasi iumenta esse cti eramus, ut etiam in gratia in ipso similiter proficiamus, qui pulsi propter primi hominis præuaricationem à pristino Dei gratia fuimus. Omnia enim nostra propter nos Christus sine peccato suscepit, ut ad melius omnibus reformatis, omnium nostrorum bonorum fieret principium. Sed sensum nunc ipsius textus altius inuestigemus.

B Naturalis quædam lex facit, ut non subito nec in breui tempore, sed paulatim secundum profectum corporis, in sapientia etiam, omniq; uirtute homo proficiat. Verbum igitur Dei, quod factum caro describitur, quamuis sapientia & uirtus perfecta patris sit: tamen quoniam se uere factum hominem oportebat ostendere, non præter naturam hominum, sed secundum naturam paulatim crescente corpore, paulatim quoq; sapientior uidebatur. Occultam igitur sapientiam suam paulatim reuelabat, legem naturæ nostræ sequutus. Quum igitur audis profecisse ipsum in sapientia & gratia, noli putare quicquam ipsi additum fuisse, qui nullius unquam rei egere potest. Sed quia uidentibus atq; audientibus eum, sapientiorem gratioremq; indies se præbebat, idcirco scribitur profecisse. Ita detegendo seipsum indies, non ipse, sed qui mirabantur ipsum atque amabant, proficiebant. Et certè quod in re aliqua proficit, aliud est, quàm res illa in qua proficit. Si ergo Christus, qui est sapientia, profecisse in sapientia scribitur, non ipse profecto (sapientia enim in seipsa proficere non potest) non ergo ipse, sed humana proficiebat natura. Nam dum indies in ipso deitas manifestaretur, mirabilior & sapientior uidebatur. Proficiebat autem in ipso natura humana hoc modo: Assumpsit sapientia dei, hoc est filius dei, nostram naturam, paulatimq; tum uerbis tum factis deificationem assumpti hominis reuelans, proficere ipsum reuelando faciebat. Et sic ipsa natura proficiebat in sapiētia, in qua erat deificata, per quam etiam nos filij dei per gratiam effecti sumus. Et ita in Christo tantum profecit natura nostra, ut à corruptione ad incorruptionem, & ad dignitatem deitatis in Christo peruenerit. Sed nos, inquiūt, audiuimus per scripturā ipsum filium

C

D

*Cauillus hæreticorum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



filium dei hominem factum, Iesum Christum appellari. Ipse igitur filius dei est, qui proficiebat: nec istas distinctiones uestras suscipimus, quum
1.Cor.8. Paulus unum Iesum Christum prædicet. Si ergo unus est, & hic unus proficiebat, imperfectus erat certe: quomodo igitur perfectissimo patri erit æqualis? Vnus profectò dominus Iesus Christus est, & non duo, & unus hypostatice atq; personaliter in duabus naturis. Deus enim hominē
Ioan.1. assumpsit atque induit, & ideò uerbum dicitur caro factum esse. Quur igitur omnia, quæ homini sine peccato conueniunt, etiam uerbo non attribuitis? præsertim quum hinc nulla in re deitati uerbi derogetur. Quoniam igitur carni proficere proprium est, dicas eum ut hominem profecisse: sibi enim attribuit quæ carnis sunt. Sic enim mortem etiam perpessum prædicamus, neq; ut deum, sed ut hominē id perpessum credimus. Quoniam igitur uos quoq; ô hæretici hominem uere factum dei uerbū negare non auderetis: sicut quando auditis, splendorem esse ipsum Christum, & sapientiam & characterem patris, non hominem, quem assumpsit, sed filium dei, qui assumpsit intelligitis: sic quando apud scripturas aliquid dicitur quod non deo, sed homini conueniat, non ad uerbum dei, sed ad hominem, qui uerbo hypostatice unitus est, referre debetis. Vndique igitur patet, non sapientiam ipsam, inquantum est sapientia, sed humanam naturam in sapientia profecisse. Paulatim enim natura nostra manifestabatur, sicut instrumentum esse deitatis, quæ habitauit in ipsa: ideò non dicit uerbum dei profecisse, sed Iesum: ne scilicet uerbum proficere uideretur, sed humana natura, quæ profectus susceptibilis est. Sic igitur quæ de Christo scribuntur, intelligenda sunt, ut nec quæ deitati conueniunt, humanitati eius attribuantur: nec quę humanitatis propria sunt, ad deitatem ipsius distorqueantur.

*De eodem, proposito textu Apostoli: Quum uerò subiecta sibi omnia fuerint, tunc & ipse quoq; filius subijcietur ei, qui sibi cuncta subiecit.*

CAP. VIII.

1.Cor.15. ET quomodo, inquiūt, æqualis patri secundū naturam filius erit, si uere Paulus dicit, quod ipse quoq; filius patri subijcietur? Nemo enim negare poterit, minus esse quod subijcitur eo, quod subijcit: sicut uictore, quod uictum est. Non intelligunt hæretici se pugnantia dicere, & omnino absurda. Minorem enim filio patrem contendunt esse, idq; affirmare conantur, quia Paulus tūc, inquit (tempus enim determinate proponit) patri filius subijcietur. Vnde sequitur secundum ipsos, modò filium patri subiectum non esse: rationalis autem natura quando subiecta non est, in propria tunc suaq; uoluntate est. Quid ergo di-
Ioan.6. cent audientes Christum: Non ueni ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius, qui misit me patris? Respondeant igitur nobis isti, qui se acute scripturas intelligere prædicant, an qui facit uoluntatem alicuius, ei nō subijcitur? Quod quoniam dicere uerebuntur, quomodo si nunc quoque filius patri subijcitur, in futuro tempore tandem subijcietur? Credant igitur uere de ipsis nos posse dicere: Eratis, nescientes scripturas. Praterea, creaturam esse filium contendunt. Si ergo, ut scripturæ clamant, deo creatura omnis seruit, quomodo ipse nunc patri nō subijcitur? Necesse autem est, ut aut pater nō possit modo ipsum subiicere, & erit nunc filius maior patre, quod contra ipsos est. Aut si honestum est, ut filius patri subijciatur, turpiter facere ipsum istis concedendum erit, qui postea subijcietur, & modò subiectus nō fit. Quomodo igitur dictum est de ipso, quodpec. sit. Quomodo igitur dictum est de ipso, quodpec. catum non fecit? Imò, inquiunt, quomodo minor patre filius non est, qui ei semper secundum uos subijcitur? Perspicuum omnibus est, non destruxi æqualitatem subiectione. Subijcitur enim equali æquale plerunq; dispēsationis modo quodam. Nonne conceditis unum eundemq; spiritū in prophetis esse? Quur igitur Paulus scribit, spiritus prophetarum prophetis subijci: Quomodo autem subiectio ab æqualitate patris repellere filium poterit? Nonne in hominibus quoque filij patribus subijciuntur, nec tamen minores ullo modo sunt, quantum ad substantiæ, naturæq; rationem? Si ergo debere ita fieri nemo negabit in nobis, neq; idcirco maiores esse, aut minores natura dicet eos qui subijciunt, aut qui subijciuntur: quare id in deo quoq; similiter sine impietate fieri non putabimus? non enim subiectio in ipso esse filij est, aut ipsum esse filij in subiectione: sed quū in propria sit hypostasi, subijci patri dicitur. Vtde subiectio minorem filij naturam patre ostendit, quare non potest. Quod si putatis subiectionem, quæ si definitionem ipsius esse filij, uidetur inquantum impietatis hæc uos depellet oratio. Tūc enim uobis necesse erit dicere: filium futurum (quum uentura non esset) quando subiectionis uenerit tempus: quod Paulus nondū uenisse, sed uenturū ostendit. Sed quid dicetis, si pater quoq; subijciatur filio reperietur? Subijcitur certè alteri qui ei ministrat. Pater uerò ministrat filio, ut canit Psalmista: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorū. Si ergo pater, quamuis ministret filio, minor tamen ipso propterea non est: nec filius quia patri subijcitur, minor patre putandus est. Sed sensum uerborum Apostoli moderemus. Omnia pater per filium operatur: idq; subiectionis conditio est, ut uoluntatem patris in omnibus filius habeat. Vna enim uoluntas amborum est, unde quum dicat pater: Faciamus hominem: homo à filio diuinitus formatur. Docet igitur Paulus, in futuro quoq; seculo patrē in nobis nō aliter quàm per filium habitare, ideò scribit: Quando subiecta filio erunt omnia, tunc ipse quoq; patri subijcietur, qui sibi omnia subiecit. & addit: Vt Deus sit omnia in omnibus. Videtur ergo dicere, nemo putet aliter nos quàm per filium patris fore participes in uēturo seculo. Per subiectionem ergo nihil aliud significare uolui, quàm filiū nobis patrē etiā tunc largiturū. Erra subiectio non minorem filium ostendit, sed identitatem



utatem trinitatis demonstrat incommutabilem, quæ nunquam aliter se habebit, sed erit etiam in illo seculo pater per filium omnia in omnibus & uita, & incorruptibilitas, & gaudium & uirtus, & quicquid sanctis gratiæ dabitur, ex patre per filiū in spiritu dabitur. Sed uide quæso quàm prudenter, imò diuinitus uerba hæc Pauli conscribuntur. Nam quoniam à patre omnia subiecta in filio dixit, ne quis patrem non dominaturum postea omnibus credat, quoniam filio omnia subiecta sunt, necessariò filium subijcit patri, ut rerum omnium principatus ac dominatio in patrem per filium redigatur: & ita una deitas, pater scilicet in filio & in spiritu sancto regnet. Sed quomodo, inquies, si modo quoq; patri subiectus filius est, subijcietur tunc? Paulus inquit, & ita in uenturo seculo solummodo id futurum ostendit. An quia subiectus modo non sit, neq; patris peragat uoluntatem? qui seipsum humiliauit (ut scribitur) & seruiformam assumpsit, ut opus patris perficiat: quē admodum uerbo & in omnibus actibus suis reipsa comprobauit. Quomodo igitur iam subiectū in futuro seculo subijci (quasi modò non sit) tunc ipsum quoq; filiū diuina uox Pauli clamat? Verba igitur singula diligenter, & totus contextus ecorum consideranda est. Quando, inquit, subiecta ipsi erūt omnia, illo uidelicet excepto qui filio subijcit omnia, tunc ipse quoque filius subijcietur ei, qui subiecit sibi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus. Hoc igitur significare uoluit: Subiectus nunc quoque Christus patri est, non tamē pro omnibus, sed pro solis credentibus in eum, pro quibus seipsum tanquam immaculatum agnum patri obtulit, ut ab omni peccato liberatos patri offerret. Quando igitur omni undique exterminato errore, uniuersus terrarum orbis ad uerum deum conuersus, dominū deum Iesum Christum confitebitur, salutariaq; ipsius mandata sequetur: tunc, inquam, quia omnes ibi erunt subiecti, ipse quoque pro omnibus patri subijcietur, & pontifex omniū simpliciter factus, omnibus per seipsum participationem patris largietur. Sic ēm deus omnia erit in omnibus, per filium in omnibus habitans. Ideo non dicit, tunc ipse quoq; filius patri ut minor subijcietur: sed, subijcietur, inquit, ut sit deus omnia in omnibus. Vides quia me diationem filij, qui nos ad patrem adducit, sermo hic significat. Simul enim rursus cum sanctis erit, & seipsum proportionaliter ad gratiam singulorum omnibus largietur, ut per ipsum patre oīes participent: & hic est subiectionis modus. Patris enim benedictionem naturaliter per ipsum in spiritu sancto concessam, uocatis in regna cœlestia ipse ministrabit. Hæc aūt ministratio atque subiectio non repellit eum à naturali dignitate filij. Nā quamuis natura filius & æqualis patri, condescendens tamen etiam tunc ministrabit patri, cognitionem deitatis nobis largiens, ut tātum cognosca mus, quantū recipere poterimus. Illud ad hæc addendum uidetur: Subijcimur nos filio, nec tamen propter subiectionem nostra natura in aliud mutatur: uoluntatis enim atq; cognitionis subiectio est. Similiter ergo filius quoq; subijcietur patri, non mutata natura: incommutabilis enim deus est. Et modus subiectionis erit in illo tempore, quod omnibus secundum uoluntatem patris abundantius gratias in spiritu largietur. Nam qui tunc solummodo subiectum fore patri opinātur, aut æqualem modò, aut maiorem necessariò confitebuntur: tunc autem minorem, sicut subiectū, ut aiunt. Mutatio ergo erit in natura filij: quod omnino impium, & contra scripturas est.

*De eodem proposito textu: Pater glorifica me illa gloria, quam habebam apud te antequam mundus esset.*

CAPVT IX.

SEdquomodo, inquiunt, non est inconueniēs eiusdem dicere substantię filium patri, quum à patre filius gloriam petat? Glorifica, inquit, me pater ea gloria, quam habebam apud te antequā Ioan.17. mundus esset. Nam si superfluum est peterequod habes, patet hinc nō esse tam magnum petentem filium, quantus pater à quo gloriam petit. Non est possibile, ut gloria indigeat, gloriæ dominus, quū nihil deesse possit perfecto: nullo enim ferre uos poterit, si dei filium imperfectum in aliqua re dixeritis: quamuis alio qui turpissimūquid opinari quasi hominem nudū, cupiditate uictū gloriæ, à patre id petere. Sed altior dispensationis modus in hoc sermone recōditus est. Quū enim Christus dixisset, Pater glorifica tuū filium: illico pater respondit: & glorificaui, & rursus glorificabo. Si er Ioan.12. go talem filius gloriā petebat, qualē uos putatis, paterq; statim promisit, cuius gratia post petitionem statim contrariū sequitur? captus enim à ludæis, patibulo affixus est. Nō sibi ergo à patre gloriam petebat, qua sicuti natura deus non indigebat, sed paternā gloriā in hominē quem assumpsit petendo ut homo traducit: omnia enim in ipso & per ipsum bona consecuti sumus. Sed nō est ab re cum hoc & potestatē etiam uerbi cōsiderare. Doxa enim Græce, modò gloriā, modò opinionē significat. Quando igitur filius dicit: doxason me tu pater ea doxa, quam habebam anteq; mundus esset: hoc aperte dicit, Quoniā ô pater homo factus, id solū esse hominibus uideor, nec cognitus sum coæternus tibi esse: doxason me tu, id est talē opinionē atq; fidem hominibus de me largiaris, qualē haberent credentes me apud te semper fuisse, etiam antequam mundus esset, ut uidelicet me deum existiment, credantq; esse secundum naturam lumen de lumine, deum uerum de deo uero. Quod autē ita hic locus intelligēdus sit, ex sequētibus manifestum est. Nam postea quam hāc opinionem existimationemq; de se petijt, ut deus esse manifestaretur, causam intulit, dicens: Quoniā & ego nomen tuum hominibus manifestaui. Si er Ioan.17. go petit quod fecit: fecit autem ipse nomen patris manifestum hominibus, nihil aliud certè petit, quā ut homo hominibus deus esse manifestetur, non propter se, sed propter salutem ipsorum. Petit autē ut homo: & quicquid à patre ut homo petit, quoque à seipso ut deo, & spiritu sancto petit.

Gloriam

Universidad de Deusto
Biblioteca



Gloriam uerò petere filium quasi non habeat, & ea de causa inferiorem patre ostendi putare, nónne pudet? in filio enim pater inspicitur. Si ergo pater gloria non eget, nec filius eget profecto. Quomodo enim poterit esse non egens in egente? sed qui uidet patrem, uidet & filium. &: Ego & pater, inquit, unum sumus. Perfectè igitur filius, sicut & pater gloriam possidet.

Ioan.14.
Ioan.10.

Thesauri Cyrilli libri decimi finis.

## EIVSDEM LIBER VNDECIMVS.

*Aduersus dicentes, quod deus nihil plus sciat de substantia sua, quàm nos sciamus: & quicquid ipse scit de seipso, totum id homines quoque scire possunt.*

### CAP. I.

INgenita est, inquint, essentia Dei: nec esse Dei aliud est quàm esse ingenitum. Quisquis igitur scit hoc esse deum, ipsum Deum perfectè cognoscit. Sed ipse quoque Deus ingenitũ esse se non ignorat: nulla igitur scientiæ differentia est, quum & ipse & nos nihil aliud quàm ingenitum esse Deum sciamus. Ridícula hæc sunt, imò autem omni furore plena. Nam quum sitis homines, quos diuina essentia in infinitum excedit, eandem cum Deo uos habere scientiam imprudèter asseritis, nec audistis Esaiam dicentem:

Esa.40. Quis metitus est manu aquas, & cœlum palmo? quis cognouit mentem domini? Dicant ergo nobis, qui immensam dei naturam atque incomprehẽsibilem humana ratione assequi, qui se eam ad unguem intelligere credunt, quum tamen cœlum metiri palmo non possint, utrum ingenitum ipsum esse dei sit, an non? Nam si negabunt, tota hæc cauillatio impudenter dicta uidebitur: sin autem pergent asserere, deliramenta sua facile cognoscent, si attendere uoluerint. Non enim quia deus ingenitus sit, idcirco etiam dei esse, ipsum ingenitum est. Simile nanq; est, si quis diceret hominem, quoniam impennis, hoc est sine pennis est, hoc ipsum esse ipsius substantiam atq; essentiam: non enim quia impennis est, hac de causa homo est: sed quia homo, ideo impennis est. Præsuppositа enim substantia, cætera de ipsa dicuntur. Similiter igitur, ingenitum & increatum, cæteraq; huiusmodi de substãtia dei dicũtur: de ijs enim sunt quæ circa substãtiam dei cõspiciuntur, ita ut non ipsa substantia sint: nõ enim ipsum dei esse, sed nõ esse factam substãtiam dei significãt. Nã si quicqd de solo Deo dicitur, id erit substantia eius, ex multis erit substantijs cõpositus. Multa enim de deo secundum naturã dicunt, quæ de alijs nõ ita dicũtur: sicut rex, dominus, immortalis, inuisibilis, ingenitus, hoc est æternus & nõ factus, & mille huiusmodi. Si ergo singula pro substãtia capientur, erit Deus cõpositus: quod absurdissime dicitur. Ingeniti ergo uox unũ eorũ quæ in deo sunt significans, ostendit ingenitũ nõ ipsam essentiã Dei significare. Omnis enim substãtia ex eo quod est, nõ ex eo quod non est definitur: nullus em̃ mentis compos hominẽ definiendo, dicet impennem esse, & non quadrupedem: sed ex quibus est recte definiet, si dicet animal rationale. Ingeniti autem uox nõ significat, quid deus secundũ naturam sit, sed quid nõ sit: factũ enim nõ esse significat. Quæ ergo non ipsam substantiam ostendat, non significabit essentiam dei, nec esse dei erit ingenitũ esse. Nam quicquid ita dicitur de alio, ut quid sit essentialiter significet, uel sicut genus, uel sicut species, uel sicut differentia, uel sicut definitio de ipso prædicatur. Horum enim quatuor solũmodo aliquid interrogationi quid est, uerè accõmodatur. Ingenitum aũt nec ut genus, nec ut species dici de Deo potest. Genus enim & species, alterum specie, alterum numero de multis dicuntur: ingenitum uero de deo solo dicitur. Sed nec ut definitio de deo ingenitum prædicatur: tum quia definitio nõ uocabulum unum, sed oratio est: tum quia priuativa nomina non quid est, sed quid nõ est significant. Ingenitum enim unico, n, Græcè scriptũ, non ter prædicatur. Gemino autem, nn, scriptum, nõ natum, nec ex alio esse significat, & patri accommodatur. His ergo rationibus nomen ingeniti, nec definitio nec definitiuum est. Relinquitur ergo, si neq; ut genus, neq; ut species, neq; ut definitio ingenitum de deo prædicatur, ut sicut substantialis differentia prædicetur: quod etiam falsum est. Videmus enim substantialem differentiam in compositis solum inueniri, deus uerò simplicissimus est. Vndiq; igitur colligitur, quod ingeniti nõ quid est esse dei, nec essentiam eius significat: sed modũ ostendit quo est, quod scilicet factus & creatus non sit. Verum si putãt ideò essentiam dei per ingenitũ significari, quia solus Deus ingenitus est, erit secundum eos risibile humanæ substantiæ significatiuum: cæteraq; similiter quæ propria specierum sunt, substantias significabunt, quod falsum est. non enim substantiam rei, sed proprũ substantiæ significant. Ingenitum etiam, quũ nõ quid sit deus significet, sed modum quo est ostendat, qui modus in deo solũmodo inuenitur, quasi proprium eius esse uidetur, & de ipso inseparabiliter prædicatur, sicut de corpore color secundum uos. Ex huiusmodi autem inseparabilibus proprijs substantia proprie cognosci non potest. nec enim cygnum aut niuem quid essentialiter sunt, cognoscere poteris: ex eo quod scias res albas esse. albedo enim substantia non est, sed substantiæ accidit. Quare, quamuis inseparabile aliquid à substantia dei ingeniti nomine secundum uos significetur, substantia tamen dei non significatur. Vnde sequitur, quamuis homines sciant deum ingenitum esse, nescire tamen quid deus sit, secundum naturam sit: sed solum cognoscere nõ factũ, sed æternaliter esse deum. Sed ingenitum, inquiunt, nomen aut essentiam dei ostendit, aut accidens ei aliquid significat, accidens autem deo nullum inesse potest. Perfecto enim ex seipso nihil accidere potest: ipsa ergo substantia dei significatur ingeniti nomine. Omnes ergo qui sciunt Deum ingenitum esse, æqualiter id sciunt. Quare non minus ipsi Deum cognoscunt, quàm ipse Deus seipsum.



seipsum. Sapienter certè dicitur, nihil accidere substantiæ dei, quoniam in seipsa perfecta est: sed tamen cogimur nonnunquam quasi accidentia, etiam si non omnino accidant deo, hęc dicere, & mente accidentium modo cõcipere. Quid enim dicemus, intelligẽtes ante productionem huius mundi creatorem deum fuisse, sed non actu? creato aũt mundo, actu quoq; creatorem esse, id quo que modo quodam sibi accidisse, quamuis nulla mutatiõe sui, sed productione totius à nihilo ad esse, actu creator factus esse uideatur, qui æterna incommutabilíq; tunc creandi uoluntate, quando æternaliter uoluit, omnia produxit. Multa huiusmodi sunt, quæ quasi accidisse deo uidentur. Frustra igitur cõtenditis, nullo modo aliquid accidere deo posse, quũ multa in essentia eius, quasi accidentia esse cõspiciantur. Sed quamuis nullo metiri cœlum conantur, & diuinã essentiam nõ minus quàm ipse deus se intelligere pollicentur, dicant nobis quæso, utrum uocabulum hoc, pater, substantiam in deo significet, an accidens aliquod? Sed accidens in deo aliquid esse nõ improbe negant: erit ergo necessario substantiæ secundum ipsos significatiuũ. Sed eadem substantia ingeniti quoq; nomine significatur secũdum ipsos: nõ enim compositus, sed simplex deus est: erit ergo ingenitus & pater idem. Et si sic, quemadmodum quoniã est ingenitus, nõ incepit esse: ita quoniam pater idem ingenito est, nunquã incepit esse pater, erat igitur semper pater: quare filius quoq; coæternus ei est. Præterea, si nihil uultis quasi accidens, ratione ac mente in deo inspicere, magnæ uos undiq; difficultates aggredientur: si quis uos interroget, utrum ingenitus, immortalis, inuisibilis, cæteraq; huiusmodi, quæ secundum naturam in deo sunt, & de ipso solũ prædicantur, substantiam singula significent, an nõ? Nam si substantiam singula unam significent, ex tot deus substãtijs erit compositus, quotquot erunt quæ naturaliter sibi adesse uidentur. Et ad hęc oppositа quoq;, ut genitum, mortale, uisibile, eadem erunt substantiarũ significatiua. Ad eandem enim prædicationem oppositа reducuntur. Non igitur prohibebit eadem esse dicere genita & ingenita, mortalia & immortalia, uisibilia & inuisibilia, & ita maxima confusio in rebus erit. Nõ omnia ergo quæ in deo sunt, et de deo dicuntur, substantiam significant. Reliquum est igitur, ut uocẽ, modoq; dicendi accidentia esse dicamus, quoniam modo accidentiũ ea intellígimus. non enim potest humana natura maius aliquid quàm ipsa cõcipere possit, de deo dicere. Nostro enim proprio modo intelligimus & loquimur, ex ijs quæ in nobis sunt, quasi per exempla, maiora charta cœlestem circulũ describũt. Sed deus, inquiunt, naturã suam optime nouit, & substantiam suam maxime cognoscit. Si ergo nos quoq; ipso opinamur, sed aliter quàm res se habet. Erramus ergo, aliter ipsum cognoscentes, quàm ipse seipsum. Non intelligunt propter temeritatem, in quàm magnam impietatem sibi oratio exeat. Formidare nanq; uidentur, ne minores in intelligendo quàm deus uideantur, nescientes tantum à scientia dei scientiã nostram superari, quantum increata natura creatã excedit. Quomodo enim non est absurdum dicere, si non scimus aliquid, sicut is qui optime, uere, perfectèq; scit, lõge nos errare ab illius rei cognitione? Possumus em̃ minus scire quàm qui perfectè sciat, & tamẽ non aberrare. Scit aliquis (uerbi gratia) lunam eclipsari: sed qua ratione, ignorat. Alius quomodo id lunæ accidat, & ubi, & quando maxime nouit. Nũ igit ille qui solũmodo lunã eclipsari nouit, modũ & rationẽ ignorãs, errare dicẽdus est? Itẽ qui acute uidet, & qui obtusius uidet, similiter lunã eclipsari cognoscũt. Nec errat qui obtusius uidet: nõ em̃ aliter q̃ ille qui acute uidet, eclipsari lunã sentit: nec aliter eã passionẽ lunę appellabit, nec eclipsim appellãdo erret, quẽadmodũ uos elicitis. Si ergo possumus unã et eandẽ rẽ alij minus, alij magis cognoscere, et utriq; uere cognoscere: qd prohibet minus nos homines, et quidẽ in infinitũ minus Dei essentiã scire, q̃ ipse seipsum sciat, & tamen nullo errore implicari? Præterea, multis modis ueritatem consequimur, & alius alio melius: ut si interroges, utrum idem homini equus sit: & hoc duo aliqui negẽt, quorum alter rationem afferat, quia homo rationale animal sit, & equus irrationale: alter, quia homo animal risibile sit, equus non huiusmodi: nónne utriq; uere dixerũt, & ueram rationem reddiderunt, quamuis multo melius qui per essentialia respõdit, quàm qui per accidẽtalia? Certè ita. Quum igitur possibile sit, diuersis rationibus ad eandem ueritatem uenire, quid prohibet dei substãtiam perfectè ab ipso sciri: non sic aũt ab hominibus, & tamen ueras nos quoq; de deo habere opiniones? Præterea, cognitionem rationalium creaturarũ naturæ suæ commensurari uidemus. Minor enim in angelis est, quàm in archangelis, multo maior in superioribus uirtutib. quare cognitio quoq; hominis naturæ suæ commensurabitur. Et sicut rationalium creaturarum ultima homo est, sic & cognitio sua infima erit. Quomodo igitur cognitioni diuinæ in cognoscendo ipso deo, æqualis erit hominum cognitio, quum neq; angelicum intellectum homines assequantur? præsertim quum neminẽ lateat infinitam atq; incomprehẽsibilem dei scientiam esse. Ad hæc, multa de deo nomina feruntur, quorum singula non quid deus substantialiter sit significant, sed aut quid non sit, aut relationem quandam ad exprimendam distinctionem ostendũt. inuisibile nanq; atq; immortale de deo dicta, quid deus non sit ostendunt. Pater autem atque ingenitus, alterum genitorem filij demonstrat, à quo distinguitur, quia pater non filius est: alterum nõ esse factum ostendit. Sed hæc omnia non substantiam, ut diximus, sed aliquid eorum quæ in substantia inspiciuntur, significant. Si ergo per ista nomina & significationes ipsorum ad

Universidad de Deusto
Biblioteca



cognitionem Dei nos ducimur, quomodo essen A
tiam eius cognoscemus, si non quid est essentiali
ter de eo cernimur, sed sola ea quę in ipso inspiciuntur,
perdiscimus? Simile enim est, si quis diceret sub-
stantiam humanæ animæ optime se scire quid sit,
quoniam sciat ipsam incoloratam esse, & sine
qualitate & sine figura: Aut corporis alicuius (ut
humani uerbi gratia) naturā pulcherrime cogno
scere, quoniam non ignoret huiusmodi corpus
album aut nigrum esse. Nam substantię profectò
non possunt optime cognosci ex ijs, quæ in ipsis
inspiciuntur: sed ex seipsis perfectè intelliguntur
ab ea mēte, quæ ipsas perfectè potest concipere.
Postremo, non compositus, sed simplicissimus
deus esse ab omnibus prædicatur. Impium ergo
est, cognitionem suam de seipso nostræ cognitio B
ni similem putare. Aliud enim nos sumus, aliud
cognitio nostra. Quod si similiter esset in Deo,
ut aliud ipse, aliud cognitio sua esset, composi-
tio in ipso esse profectò uideretur: uerum quoni
am simplex est, non erit aliud ipse, aliud cogni-
tio sua. Non ergo ita nos ipsum cognoscere pos-
sumus, ut ipse seipsum. Nam ipse quidem ut in-
tellectus supremus atque optimus, seipsum opti
me cognoscit: nos uerò non possumus datam no
bis mensuram excedere, sed sicut in speculo et e
nigmate incomprehensibilem deum uidemus.

*Thesauri Libri undecimi Cyrilli finis.*

## EIVSDEM LIBER DVODECIMVS,

*in quo ex nouo testamento multæ colliguntur autoritates, quibus ostenditur filius Deus esse secundum naturam, non creatura.*

*Autoritates ex epistola ad Romanos collectæ.*

CAP. I.

Rom.1. AD Romanos scribens Paulus, Seruus, inquit, Iesu Christi, uocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei. De saluatore autem dicit, per quem accepimus gratiam & apostolatum in obedientiam fidei in omnibus gentibus pro nomine ipsius. Attendite diligenter, quia quum in euangelium dei segregatum se scripserit, statim addidit, ut prædicaret in omnibus gentibus pro nomine domini nostri Iesu Christi. Quare necesse est Chri- D
stum esse deum, in cuius euangelium segregatus
fuit. Quomodo igitur erit creatura, qui Deus na
turaliter est? In eadem epistola: Gratia, inquit, uo
bis, & pax à deo patre, & à domino Iesu Christo.
Aduerite simul cum deo patre Christum in gra-
tiæ ac pacis concessione connumerari. Quomo
do igitur non est naturaliter deus qui simul cum
patre dona sanctis largitur, & omnia facit simili-
ter, quę genitor suos facit? Nemo enim unam es-
se operationem dei ueri & creaturę concedet, ne
aut creaturam in dignitate diuinæ collocet essen
tię, aut deum in creaturarum conditionem depri
mat. Nam quorū uirtus & operatio una & eadē
Esa 26. penitus est, eorum una & eadem natura est. Esa-
ias quoq; clamat: Domine deus noster da nobis pacē. Hanc, ut Paulus ostēdit, filius cū patre lar-
gitur. Deus igitur est, et deus uerus, qui una cum
patre pacē & gratiā sanctis suis largit. Sed Chri- Ioan.
2.Cor.5. stus quoq; paulò ante quā pateret: Pacē, inquit,
meā do uobis, pacē dimitto uobis. Si ergo pacē
suā esse dicit, et quasi propriū naturalemq; bonū
in ipso insitam: quomodo non erit perspicuum,
nō participationis modo hæc præcipua bona pa
tris sic transire ad filiū, sicut ad rationales creatu-
ras: sed ratione identitatis essentię ac naturaliter,
genitoris propria bona ad genitum etiam filium
Matth.25. peruenire? Ideo ut collargitor naturaliter atq; in-
seperabiliter gratiæ ac pacis cū patre filius à Pau-
lo accipitur: quomodo non erit naturaliter deus,
Rom.3. qui una operatiōe simul cum parre dona sanctis
largitur? Quod si deus natura, secundū hæc uera
ba Pauli est, quomodo creaturā esse putatis? Re-
Rom.1. uelatur (deinde inquit) ira dei à cœlo in omnem
impietatem & iusticiam hominū, qui ueritatem
in iniusticia continuerunt, quia cognoscibile dei
manifestum est in ipsis. Deus enim ipsis manife-
stauit. Inuisibilia enim eius à creatione mundi, à
creaturis intellecta conspiciūtur, & æterna ipsius
uirtus et diuinitas. Si ergo ex creaturarū magnifi
centia creatoris deitas inspicitur, non erit creatu
ra filius, cuius deitas sicuti creatoris per creaturas
intelligitur. Adde, quod omnes qui à magnificē
tia & ordine creaturarū deitatem creatoris pos-
sunt cognoscere, inexcusabiles sit Paulo futuros,
quia quum deum cognouissent, non ut deū glo-
rificarunt, aut gratias egerunt. Si ergo deum co-
gnoscunt, qui creatorem cognoscunt: uerbo aūt
domini cœli firmati sunt: uerus profectò deus, &
nō creatura est filius, qui uniuersa creauit: quem
qui glorificare nolunt, inexcusabiles erunt. Ac-
cedit, quod glorificatio soli Deo debet, creatura
em aliena est ab huiusmodi dignitate. Quod fal-
uator discipulos exhortans ostendit: Reiplende
at, inquit, lux uestra coram hominibus, ut uiden
tes bona opera uestra, glorificent patrē uestrum,
qui in cœlis est. Vides quod bonorum operum
quæ apostoli facerēt, gloriā non ipsis, sed ut Deo
debitam, deo attribuit. Si ergo gloria Christo de
betur, ut ueritatis ipsius testis affirmat, quomo
do Christus deus non est? Præterea, traditos, inquit
Paulus in intellectum improbum, & in passiones
ignominiæ, omnes qui Dei ueritatem in menda-
cium mutarūt, qui & coluerunt & seruierūt crea-
turæ, & non creatori, qui est benedictus in secu-
la. Si ergo in mendacium ueritatem mutat, qui
creaturam, non creatorem colit: is profectò uera-
tatem conseruat, qui contrà non creaturam, sed
creatorem colit, & ei soli seruit: filius autem crea
tor est. Iure igitur ipsum ut deum omnium colu-
mus, nec erramus, nec ueritatem in mendacium
uertimus. Non enim potest esse creatura, qui ut
creator benedictus in secula est. Ad eos præterea,
qui nullam de peccatis suis pœnitentiam agunt,
sed obstinate uitia complectuntur, Paulus dicit:
Secundum autem duriciam tuam, & cor tuum im-
pœnitens, iram tibi thesaurizas in die iræ & reue-
lationis iusti iudicij dei, qui retribuet singulis se-
cundū opera ipsorū. & rursus: Omnes nos opor-
tet manifestari corā Christo, ut unusquisq; accī-
piat propria corporis prout gesit, siue bonū, si-
ue malum. Si ergo ad tribunal Christi omnes du-
cimur (pater enim neminem iudicat, sed omne iu
dicium filio dedit, & ipse retribuet singulis secun
dum opera ipsorum) quomodo non erit deus na
turaliter, quum Paulus dicat reuelationem iusti
iudicij Dei futuram? Reuelationem autem sen-
tiam de malis, & bonis operibus latam appel
lat, qua boni & mali manifestabūtur. Malis enim
dicet, Ite maledicti in ignem æternū: bonis uerò,
Venite benedicti patris mei. Item in eadem epi-
stola, Ex operibus, inquit, legis nō iustificabitur
omnis caro corā ipso. Per legem enim cognitio
peccati, nunc autem sine lege iusticia dei manife
stata est, cui attestatur lex & prophetæ: iusticia ue
ro dei per fidem Iesu Christi in omnes credentes.
Quoniam ergo credentes in Christum iustifica-
mur, certe natura deum, & uerū deum cognoui-
mus. Hoc enim ipse quoq; Paulus gētibus dicēs
concludit: Nunc autem cognoscētes deum, imo
uerò cogniti à deo. Quomodo igit̄ creatura erit,
qui deus esse et cogniti esse est, et ut deus nos cogno
uit? Eos etiam qui iustificantur per fidem in Chri
sum, approbans ait: Putamus enim fide iustifica
ri hominem sine operibus legis: an Iudæorum so
lum est deus, non autem etiam gentiū? Ira & gen
tium. Si quidem unus est deus, qui iustificabit cir
cuncisionem ex fide, & præputium per fidem. Id
aūt à Christo factum esse meminimus. Iustificare
nanq; polliceī credentes in ipsum, dicens: Amen
dico uobis, qui credit in me, nō iudicatur, sed ha-
bet uitam æternam. Si ergo solus deus iustificat,
Christus aūt iustificat, quomodo non erit natura
deus? & si deus est, quomodo creatura? De patre
quoq; nostro Abraham sic Paulus dicit: Qui est
pater omnium nostrū, ut scribitur: Quia patrem
multarū gentiū posui te coram deo, qui uiuificat
mortuos. Deus igitur est (ut Paulus ait) qui mor-
uos uiuificat. Filius aūt de seipso dicit: Ego sum
uita. & rursum: Qui credit in me, habet uitam æ-
ternam, & ego suscitabo ipsum in nouissimo die.
& rursum: Ego sum resurrectio & uita. Quare D
quis compos mentis non cōfitebitur deū uerum
filium esse? & ex ipso patre naturaliter genitum,
omnia in seipso naturaliter genitoris habere bo-
na? Deus igitur uerus, & nō creatura est. Ad hęc:
Recordamini uos gētes (Paulus inquit) quod ab
alienati eratis à testamētis promissionis, separati
deo uos fuisse in hoc mundo: nūc uerò cognoui-
sis deum. Cognitionis deinde modum explanās
dicit: Prope te uerbum est in ore tuo, & in corde
tuo: id est uerbum fidei quod prædicamus. Quia
si cōfessus fueris ore tuo, quod dominus Iesus: &
credideris in corde tuo, quia deus ipsum suscita-
uit ex mortuis, saluus eris. Si ergo qui credit in le
sum Christum, & confitetur quia dominus est, iu
stificatur tanquam uerum cognoscēs: quomodo



filius non erit secūdum naturam deus? & si hoc, A
quomodo erit creatura? Accedit, q̄d diuini my-
sterij ministratorem Paulus se ostendens: Auda- Rom.15.
cio, inquit, scripsi uobis ex parte in memoriā uos
reducens per gratiam datam mihi à deo, ut essem
minister Iesu Christi ad gentes, ministrās ad euan
geliū dei, ut fiat oblatio gētiū acceptabilis, sanctī
cata in spiritusancto. Nam etiā hic accepisse per
gratiā à deo ait, ut esset Iesu Christi minister. Ad-
ministrationis deinde modū exponens, ad euan-
geliū, inquit, dei. Nullū aūt euangelizabat, quam
dominū nostrū Iesum Christū. Verum igitur deū
& naturaliter deum cognouit esse Christum: nec
enim nominasset ipsum deum, nisi uerū deum co
gnouisset. Nec hac in re tam summopere gloriare Gal.1.
B tur, dicens, Voluit deus reuelare filiū suū per me:
si creaturam, & non uerū deum filiū esse sciuisset.

*De eodem, ex epistola Pauli ad Corinthios prima.*

CAP. II.

DE principibus huius seculi, & temeritate ip
sorū uerba faciens Paulus scribit: Si cogno
uissent, nō utiq; crucifixissent dominū gloriæ. Si 1.Cor.2.
gloriæ igitur dominus est filius, qui pro nobis pa
tibulo secūdū carnem fuit affixus, quomodo nō
erit natura deus? aut quomodo erit creatura, qui à
seraphim, cæterisq; cœlorū uirtutibus glorifica-
tur, plenos dicentibus esse cœlū & terram gloria
sua, & dominū sabaoth nominantibus? De ipso Esa.6.
enim hæc glorificantes dicunt, quū ipse domi-
C sit gloriæ, secundū Paulū. In eadē epistola sic ait: 2.Cor.4.
Nos hō existimet ut ministros Christi, & dispen-
satores mysteriorū dei. Si ergo filij mysteriū, Dei
mysteriū uocat, quomodo filio nō erit natura de-
us? aut quomodo si creatura est filio, uere poterat
Paulus mysteriū dei, mysteriū Christi nominare?
Aut quomodo ausus fuisset prędicare: Ego enim Gal.1.
nō accepi ab homine, hoc est, nō doctus sum hoc
ab homine, sed à deo uidelicet? Quis igit̄ hos ma
gis scripturas peruertētes, quam Paulū à deo do-
ctum audiet? Eodem loco præterea, inquit: Noli 1.Cor.4.
te ante tēpus aliquid iudicare, donec uenerit do-
minus qui & illuminabit occulta tenebrarum, &
manifestabit consilia cordiū, & tūc unicuiq; laus
fiet ab eo. In euangelijs aūt scribitur, quod in no-
uissimo die Christus oues ab hœdis separabit, &
alios uituperabit, dicēs: Ite maledicti in ignem e-
ternum. Alios laudabit: Venite dicēs, benedicti Matth.25.
patris mei. Si ergo uirtute ac fidei præditos deus,
secundū Paulū, quando ueniet laudabit, & Chri-
stus id facturus in euangelijs perhibetur: quomo
do non erit deus uerus ex deo uero, equalis in o-
mnibus atq; coæternus genitori suo? Ad hæc: 1.Cor.4.
Deus, inquit, nos apostolos nouissimos ostēdit, 1.Cor.9.
tanquā morti destinatos. Ecce rursus dicit: Deus
nos apostolos nouissimos ostendit: Christus aūt
est qui hoc fecit: quomodo igitur non erit uerus
deus, qui ubiq; deus & non creatura nominatur
à scripturis? Postremo: Factus sum, inquit, nō ha
bentibus legem tanq̄ non habens legem, quum
non sim nō habens dei legem: sed habemus legē
Christi. Deus igitē Christus est, cuius leges haben

Universidad de Deusto
Biblioteca



tes legem dei. Nec dubium est, quoniam deo soli A conueniat diuinas leges ferre atq; sancire.

*De eodem, ex epistola Pauli ad Corinthios secunda.*

CAP. III.

2.Cor.1. NOlumus, inquit, uos fratres ignorare de tribulatione nostra facta in Asia: quoniam supra modum grauati sumus, supra uirtutem, ut taederet etiam nos uiuere: sed ipsi in nobis metipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in deo qui suscitat mortuos: hoc est, responsum liberationis à morte in nobis ipsis cognouimus. Ecce rursus deum esse ait, aperte eũ qui suscitat mortuos: id autem Christus facit, qui est resurrectio & uita, in quẽ qui credit, uitam æternam habet: & ego, inquit, suscitabo eum in no
Ioan.11. uissimo die. Deus igitur secundũ naturã filiꝰ est, B
Ioan.6. quũ propria possit agere potestate illa, quæ deus solus potest. Rursum eodem in loco: Fidelis, inquit, deus, quia sermo noster ad uos non est ita & non. Dei enim filius Iesus Christus, qui per nos
2.Cor.1. in uobis prædicatus est, per me & Siluanũ & Timotheũ non est ita & non, sed ita in ipso est. Quo
Matth.3. niam igitur à patre ut filius demonstratur, dicẽte: Hic est filius meus dilectus. Et rursus: Ante luciferum genui te ex utero: quomodo isti qui creatu
Psal.109. ram audent ipsum dicere, non faciũt ipsum ita & non: nam neq; naturaliter ex deo genitus creatura erit, neq; creatura naturaliter dei filius fiet. Verum quoniã Christus ueritas est, & factũ est ita in
2.Cor.2. ipso: ut Paulus ait. Ipse eñ est Christus, & ita prædicatur, nõ erit creatura, sed uerus deus. Deo gra C tias (inquit deinde) q̃ semper triũphat nos in Christo Iesu, & odorẽ iustitiæ suæ manifestat per nos in omni loco: quia Christi odor sumus in Deo in ijs qui saluantur, & in ijs qui pereunt. Si ergo per sanctos apostolos manifestũ mũdo facit deus pater odorem cognitionis Christi: hoc est, rationẽ cognoscendi eius: quam qui acceperunt non erant, neq; cũ impijs, & spem non habentibus connumerabuntur (cognouerunt enim deum, ut ait
Gal.4. Paulus, imò etiam cogniti sunt à deo) deus profectò uerus est Christus, qui gentes à falsis dijs liberauit, & secundũ hoc ab ipsis cognitus est, & cognouit eas per fidem, quam habẽt in ipsum. Qui aũt uerus deus est, quomodo erit creatura? Non
2.Cor.2. enim sumus (ibidem inquit) ut multi cauponantes sermonem dei. Si ergo apostolorum sermo ac prædicatio de saluatore est, & est sermo de Deo: deus profectò filius est, cuius doctrinã uerè prædicantes non cauponãtur, negãtes ipsum esse creaturam. Non cauponantur autẽ, quia meram ueritatem prædicãt de filio dei, nec ipsam quasi aqua fallitatis adulterant. Et odorem, inquit, cognitionis suæ per nos manifestat. Quisnã alius erit præter Christum, qui per euangelicã & apostolicam prædicationem manifestatur? Ipse enim est odor cognitionis Dei patris: & ab ipso dicitur, Nullus
Ioan.14. uenit ad patrem, nisi per me. &: Qui uidet me, uidet & patrem. Quum ergo cognitiõis dei patris odor sit, consubstantialis ei necessariò est: & sicut odor qui naturaliter ex floribus manat, naturam unde manat ostendit: sic & filius, quũ quasi odor paternæ substantiæ sit, in seipso genitorem ostendit. Non ergo potest esse creatura, quoniã nec pater, qui in ipso uidetur, creatura est. Non enim Act.4
(eodẽ loco Paulus inquit) nosipsos prædicamus, sed dominum Iesum Christum: nos aũt seruos uestros per Christũ, quoniam deus qui dixit, ex tenebris lux fulgebit, is fulsit in cordibus nostris ad illuminationẽ cognitionis gloriæ suæ. Ecce gloriam patris filiũ nominat. Nam quũ pater fulserit in cordibus nostris, ad Christi cognitionẽ illuminamur, ut ipse ait: Nullus potest uenire ad me, ni
Ioan.6. si pater qui misit me, trahat ipsum. Trahit autẽ ad cognitionem filij, singulorum corda illuminans. Quum igitur patris gloria Christꝰ sit, quomodo erit creatura, & nõ filius, & deus uerus ex deo ero? Per naturalem enim suam magnitudinem facit filius, ut genitor glorificetur, qui uidet in ipso tanquam in imagine atq; charactẽre: ideo dicit, Ioan.14.
Qui uidet me, uidet & patrem. Præterea, si quum sit filius gloria patris, creatura tamẽ esset, diceretur etiã singulæ creaturæ gloria dei patris. Nam si creata natura potest ad id dignitatis ascendere, quid prohibebit singulas creaturas id posse alicui? Quod si possibile sit, erit aliquando, etiam si nunc̃ adhuc fuerit. Sed de nulla re alia id unquam dictum est: soli enim filio inest: nõ ergo creatura est filius, neq; cum alijs connumeratur, sed aliud quidem est præter cætera omnia: id autem uerus deus est. Omnes nos (deinde ait) oportet manifestari ante tribunal Christi, ut unusquisq; accipiat secundum ea quæ fecit, siue bonum, siue malum. Si ergo ad tribunal Christi adducemur, et ipse est qui iudicat terram: deus aũt est, qui hoc facit (Exurge deus iudica terrã, Psalmista dicit) deus profectò & dei filius, nõ aũt creatura Christus est. Solomon etiam deum esse iudicem ostendit, dicens in Ecclesiaste: Quia totam creaturã adducet deus in iudicium. Postea subiungit: Non iterum nos ipsos uobis cõmendamus, sed occasionẽ damus uobis gloriãdi pro nobis, ut habeatis ad eos qui gloriãtur in facie, & non in corde: siue enim mente cessimus deo, siue sobrijs sumus uobis. Eccetur sum Paulus Christũ deũ appellat, cui etiã mentecessisse ait: & quõ cessit ipse docet, dicens: Absit autem abs̃t gloriari, nisi in cruce Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mũdo. Gal.6.
& alibi: Hebrei sunt, et ego: Israelitæ sunt, & ego: secundum legem pharisæus, secundũ iustitiam legis factus irreprehẽsibilis. Sed hæc propter Christum iacturã puto, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam, & inueniar in ipso non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed iustitiã quæ est ex fide Iesu Christi. Vides quomodo omnem legis gloriam reliquit, ut Christũ lucraretur. Hoc ipsum saluator quoq; per similitudinem faciendum docet. Simile est, inquit, regnum cœlorum homini mercatori bonas quærẽti margaritas: qui quum unam magni precij inuenerit, iuit & uendidit omnia sua, & emit ipsam. Si ergo omnia reliquit propter Christum, idq; propter deum (scilicet



ait: Christo enim mente cessit, deo autem id se esse affirmat: quomodo nõ erit natura deus, Dei
2.Cor.5. filius? Et si deus uerus est, quomodo erit creatura? Deinde Paulus: Transierunt, inquit, uetera, ecce facta sunt omnia noua. Omnia autẽ ex deo, qui reconciliauit nos sibi per Christum, & dedit nobis ministeriũ reconciliationis, quia deus erat
Ioan.14. in Christo, mundum sibi reconcilians, nec reputans eis delicta eorum. Hic considerãdus est modus reconciliationis nostræ cum deo: nec dubiũ est, quia credẽtes in Christum quod filius dei, & deus uerus sit, per ipsum patri adducimur. Nullus enim uenit ad patrem, inquit, nisi per me. Sed
Matth.11. ipse quoq; saluator abalienatos homines, ppter peccatũ, misericorditer uocat ad seipsum, clamãs & reconcilians eos sibi: Venite ad me, dicens, omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiã uos. Si ergo Christo recõciliati, deo reconciliati
2.Cor.5. sumus, & remissionem peccatorũ consequimur: quomodo non erit deus uerus ex Deo uero, qui cum patre & in patre accedentem ad seipsum iustificat, totum sibi reconcilians mundum? Si aũt deus uerus est, quomodo erit creatura? Pro Christo (posteremum ait) legatione fungimur, tanquã deo exhortãte per nos, obsecramus pro Christo reconciliamini deo. eum enim, qui peccatũ non nouerat, deus pro nobis peccatũ fecit, ut nos essi
ceremur iustitia dei in ipso. Sicut igitur unigeni
tus dei filio in similitudine carnis peccati factus, ipse peccatum esse factus dicitur: sic & nos reformati ad ipsum per fidẽ, iustitia dei dicimur facti, C
quæ propriè filius est. Nos enim naturalium bonorum Christi per spiritum sanctum participes
pit, ad diuinam pulchritudinem naturã nostram in seipso reducens. Quoniam ergo Christus iusti
cia patris est, quomodo erit creatura? aut quomodo non erit patri coæternus? an non erit semper deus pater iustus? Sed certe semper iustꝰ est: qua reiustitia sua, hoc est filius suus, in eo semper est.

*De eodem, ex epistola Pauli ad Galatas.*

CAP. IIII.

Gal.1. SIquis uobis euangelizat aliud quàm accepistis, anathema sit. Modò enim hominib. suadeo, an deo? Si adhuc hominib. placerem, Christi seruus non essem. Si ergo Paulus deo persuadere, hoc est, ostendere conabatur quantũ ipsum amaret, id q̃ faciebat non ut hominibus placeret, D
sed Christi seruus esset, deus certe secundum naturam filius est, cui bonorũ operum seruitutem
Gal.3. offerentes, ut deo et domino rationẽ omnes reddimus: hoc enim est ipsi persuadere. Nõ est ergo creatura, qui deus naturaliter est. Itaq; lex (de in-
de ait) pædagogus noster fuit ad Christum, ut ex fide iustificemur. Sed ubi uenit fides, iam non sumus sub pædagogo: omnes enim filij dei estis per fidem in Christo Iesu. Quicunq; enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Si Christũ in-
duentes, per fidem reformamur in ipsum, & ita simus filij dei per gratiã adoptati efficimur: quod autem per gratiam & adoptionem est, semper fit ad imitationem eius quod secundum naturam est: natura certe & non adoptione Christus filius est. Qui autẽ, ut natura filius, ex deo nascitur, quomodo erit creatura? Ratio enim ipsa cogit, ut uel nolentes confiteamur consubstantialem esse filium patri. Præterea, eodem in loco: Dico aũt quod quã- Gal.4.
to tempore hæres paruulus est, nõ differt à seruo, quamuis sit dominus omniũ: sed sub tutoribus & dispensatoribus est, donec ad ætatem constitutam à patre deueniat. Sic & nos quando eramus paruuli, sub elementis mũdi seruiebamus: quando autem uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum factũ ex muliere, factum sub lege: ut eos qui erant sub lege redimeret, ut adoptionem filiorũ reciperemus. Si mundi elementis & creaturis seruiẽres, paruuli atq; amentes eramus, non minus etiam nunc, secundum hæreticos, paruuli & amentes sumus, creaturæ adhuc seruientes, secundũ ipsos: sin uerò Christo seruientes, propter nos ex muliere nato & facto sub lege, liberati sumus à seruitute creaturarum. Deus profecto uerus, Christus est: cuius nos facti participes adoptionem recipimus, & liberi iam sumus, liberum filium induentes: sic enim conditio seruitutis nostræ aboletur. Insuper eodem in loco Paulus ait: Significo aũt uobis fratres, quod euãgeliũ quod à me uobis euangelizatũ est, non est secundũ ho
Gal.1. minem. Ego enim non accepi illud ab homine, sed per reuelationem Iesu Christi. Videamus igitur quid dicit de Christo is, qui à Christo mysterium Christi didicit. Iesus, inquit, Christus heri & Hebr.13.
hodie ipse etiã in secula. Ecce quàm apertissime prædicat in cõ mutabilis naturæ filium esse, quod solius uerbi Dei propriũ est: nulli enim creaturæ inesse potest. Quomodo ergo qui naturæ immutabilis, sicuti pater est, nõ erit idem omnino cum patre, præterquam quod filius est, & non pater? Præterea subiungit Paulus: Ego enim per legem Gal.2.
legi mortuus sum, ut deo uiuam. Christo concruci
fixus sum, uiuo autem non ego, sed Christus in me. Si saluatoris nouam recipientes legem Deo uiuimus, & legi Mosaicæ mortui sumus: non eñ uiuimus secundum illam, deus profecto uerus et nõ creatura Christus est. Quod uerò Christo ipsi 2.Cor.5.
uiuimus, ipse Paulus testat, dicens: Si enim unus pro omnibus mortuus est, oẽs ergo mortui sunt: ut uiuentes nõ sibi ipsis uiuãt, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Si aurẽ uiuentes Christo, deo uiuimus, quomodo Christus nõ erit deus? & si deus, quomodo creatura? Rursum ibidem Apostolus: Quũ præuidisset scriptura, quia Gal.3.
ex fide deus gentes iustificat, antea euangelizauit Abrahæ, quia benedicentur in te omnes gentes. Ecce deus dicitur gentes iustificare. Christus autem id facit, qui tollit peccatum mundi, secun- Ioan.1.
dum Ioannem. Deus ergo filius est, & Deus uerus. Istud enim solum malicia Iudæorum uerè di Marc.2.
cebat, quod nullus potest dimittere peccata, nisi Gal.4.
solus deus, qui legis dominus est. deinde subdit: Sed tunc ignorantes deum, seruiuistis non natura dijs: nunc autem deum cognoscentes, imò cognitus

Universidad de Deusto
Biblioteca



gniti à deo, rursus uertimini ad imbecillia elemẽta mundi, quibus rursum seruire uultis. Si contra mũdi elementa, quæ naturæ creatæ sunt Christus distinguitur, nõ erit certe creatus ut illa: qui tãto sublimior illis est, ut ista quidem dij nõ sint, Christus autem deus esse uerus perhibeatur. Hãc eñ differentiam inter elementa & Christum hic sermo Pauli ostendit. Quod autem gentes ut deũ uerum, Christum cognouerũt, omnibus (ut arbitror) perspicuum est. In ipsum enim credentes, ab errore liberatę sunt creaturis nõ seruiẽtes. Quod uero rursus gentes non solum Christũ cognouerũt, sed à Christo quoq; cognitę sunt, ipsum Christum audiatis: Oues, inquit, meæ uocem meam audiunt: & cognosco meas, et cognoscor à meis, Ioan.10.

Gal.4. Insuper ait Paulus: Fratres obsecro uos, nihil me læsistis: scitis autem quoniam per infirmitatem carnis euãgelizauerim uobis iampridem, & tentationẽ uestram in carne mea non spreuistis neq; respuistis: sed sicut angelum dei recepistis me, sicut Iesum Christum. Et pietatem Galatarum in deum, & amorem erga se Paulus exponens, primo se dicit tanquam angelũ Dei ab illis susceptũ: deinde maius addẽs dicit, sicut Iesum Christum.

Hebr.1. Quantum autem Christus angelos excedat, ipse
Psal.96 et 2. docet, quando, inquit, primogenitum in orbem
psal.109. terrarum introduxit, dicit: Et adorẽt eum omnes
Psal.103. angeli dei. Cui enim dixit unquam angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellũ pedum tuorum? Scriptum est autem rursus de ipsis: Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignis flammam. Quum igitur tanta sit differentia ut filius adoretur, angeli adorẽt: & ille rex atq; dominus sit, angeli uero ei ut serui ministrẽt: quomodo non erit deus, qui ut uerus deus ab angelis adoratur? Nã si creatura esset, ut hæreticorũ impietas asserit, non solum nos qui homines sumus, uerumetiam cœlorũ uirtutes errarent, creaturam non creatorẽ adorantes. Sed recte illi adorant, quem uerum deum cognoscunt. Non est ergo creatura filius dei. Gal.4.

Rursum, inquit apostolus: Nõ sumus fratres ancillę filij, sed liberę: libertate enim nos Christus liberauit. Si domini est liberare: liberauit autẽ nos Christus, & à iugo seruitutis in filios pro misericordia sua uendicauit: non erit certe ipse seruus, sed Dominus, & filius secundum naturã, qui etiam cæteros per gratiam ad adoptionem dei patris adduxit.

*De eodem, ex epistola ad Ephesios.*

CAP. V.

Eph.1. PAulus apostolus Iesu Christi per uolũtatem Dei, sanctis omnibus qui sunt in Epheso, & fidelibus in Christo Iesu. Qui per uolũtatem dei
Hebr.1. patris apostolatum accepit, ut ipse ait, is ipse esse rit splendorem patris & characterem filium esse: quomodo igitur increatæ patris hypostasi filius character erit, si à nihilo ipse, secũdum hæreticos creatus est? Necesse enim est ut imago perfecta habeat similitudinẽ illius cuius imago est. Quare si erit pater increatus est, ita & filius increatus erit:



A & sicut pater deus uerus est, ita & filius uerus est deus. Deinde paulò post: Quare memores estote quod aliquãdo uos qui eratis gẽtes in carne, qui dicebamini præputiũ, ab ea quæ dicit circumcisio in carne manufacta: qui eratis in illo tempore sine Christo, alienati à cõuersatione Israel, & peregrini à testamentis promissionis, spem non habentes & sine deo in hoc mundo: nunc autẽ in Christo Iesu uos, qui olim longe aberatis, facti estis prope in sanguine Christi. Si in priscis temporibus, in quibus gentes errabant, abalienatæ fuerunt à Christo, nec spem habebãt ullam, & erant sine deo in mundo: Christus ergo spes omnium, & deus omnium est, quem gentes quum cognouissent, non sunt postea sine deo. Quomodo igitur creatura erit? qui ut deus cognitus saluat credentes in eum, & infirmam adducit spem, dicẽs: Serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra gaudium domini tui. Rursum Paulus: Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraq; unum, medium parietem maceriẽ soluens inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans. Scribitur cerse dele ge dei, ne quis audeat aut addere quicquam, aut subtrahere ab ipsa: nec enim fas est creaturę id facere. Solus autẽ Christus ut legis dominus id fecit: subtraxit enim, quum legem mandatorũ euacuauerit: addidit autem fidei & pietatis euangelicæ dogmata, quomodo ergo creatura erit legis B C divinæ dominus? Ad hæc: Ergo iam non estis hospites & aduenæ, sed estis cõcines sanctorum, & domestici dei. Quomodo ergo filius non erit deus, quum omnes qui sibi per fidem coniunguntur, domestici Dei propter hoc efficiuntur? Sed ipse quoq; spiritalis coniunctionis modũ ostendens dicit: Quicunq; fecerit uoluntatem patris mei, hic frater meus & soror, & mater est. Præterea subiũgit Paulus: Huius gratia flecto genua mea ad patrem, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. Quæ positione, hoc est nõ natura, sed gratia, uel adoptione fiunt, naturalibus (quantum possibile est) similia sunt. Similiter omnia quæ ad imitationem aliquorum fiunt, quamuis non omnino assequantur eorum naturalia & propria quorum imitatione fiunt, similitudinem tamen non minimam habent ad illa. Si ergo paternitatis nomen à Deo in nos tranſit, ut Paulus asserit: quomodo non erit impium putare nos quidem natura patres esse filiorum nostrorum, qui per imitationem, qua suum creatorem & patrem, primo non uere patrem opinari, nec ex ipso essentialiter prodire filium confiteri, sed alienum paternæ substantiæ arbitrarię? Aut quomodo pater erit, si ex seipso non genuit? Quum nomen id proprie hoc ipsum significet. Quòd ciferum genuit te: & genuit eum ex seipso (hoc enim significat, ex utero) non erit creatura filius, quia ex deo, sicut ex patre naturaliter prodit. Iterum eodem loco: Vnus Dominus, una fides, unus



unus baptismus, unus deus et pater omnium, qui A est super omnia, & per omnia, & in omnibus. Quum unus sit dominus deus pater, quomodo filius esset dominus, si creatura esset? Perspicuũ eñ est, quia facta omnia naturæ seruilis sunt. Quomodo etiam quũ fides sit una, qui credit in filiũ, in patrem credit, si secundũ istorũ impietatem filius non coniungitur naturaliter patri? Certe igitur quũ deus pater dñs sit, dñs etiã filius est: & qui credit in eum, in patrem credit. Nam quũ ex patre & in patre naturaliter filius sit, & patrem rursus in seipso habeat, in unam necessariò deitatem fides uera colligetur. Quomodo igitur creatura erit, cui omnia paternæ substantiæ propria, communia sunt, sicut uerò patris fructui, & non per adoptionem filio, quemadmodũ nos? Præterea B imitatores dei sitis sicut filij dilecti, et ambulate in charitate, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit seipsum pro nobis. Aduerte rursus quomodo apertè Christum deum appellat. Nam quũ dixisset, sitis imitatores dei: statim Christum apposuit, & modum ostendit quo imitandus sit, dicens: Sicut & Christo dilexit nos, & tradidit seipsum pro nobis. Quũ igitur Christus à Paulo (cui euangelium Dei commissum est) deus apertè nominetur: quis audire poterit ipsos qui uerbũ Dei creaturã appellãt? Eodem quoq; loco: Omnis fornicator aut immundus aut auarus, quod est idololatria, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Ecce rursum quũ nominauerit Christũ, statim intulit & deũ: ut ostẽderet quod deus pater in ipso C filio regnat, & filius rursum in patre, sicut ab ipso filio dicit: omnia mea tua sunt, & tua mea. Vnũ autem ex omnibus regnũ est cõmune filio cũ patre, simul uidelicet etiam spiritu sancto regnante. Sic enim sancta & adorabilis trinitas ad unã deitatis naturam colligitur. Quomodo ergo creatura est filius, qui cũ patre & in patre simul regnat? Rursum ait Paulus: Nullus uos inanibus decipiat uerbis: propter hæc enim uenit ira dei in filios inobedientiæ. Sed qui possunt esse inobedientię filij, nisi omnes qui saluatoris doctrinã negligũt? aduersus quos nullus alius iram immittit, nisi saluator. Ite, enim inquit, maledicti in ignẽ æternũ. Deus ergo saluator est, & non creatura. Deinde subiungit: Surge qui dormis, & resurge ex mortuis, & illuminabit te Christus. Illuminare quidẽ, opus est lucis. Christus autem illuminat: lux ergo est, & lux uera. Tenebræ enim ipsam non cõprehenderunt. Et erat lux uera, quæ illuminat omnẽ hominẽ. Sed pater quoq; lux uera est: filius ergo lumen de lumine, & deus de deo est, & non creatura. Præterea, quod participatione lucis illuminat, id nõ proprie lux est, sed extrinsecus gratiam habet: filius aũt lux uera est, sicut & pater. Quomodo ergo erit creatura, nisi & patrem audeant creaturam appellare? Postremo dicit Apostolus: Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ipsa, ut ipsam sanctificaret, mundans lauacro aquæ in uerbo. Omnia quæ naturaliter diuinæ insunt naturæ, nõ possunt naturaliter ac proprie creaturis inesse, sed per gratiam innata sunt. Quid enim habes quod nõ accepisti, Paulus clamat. Quare sanctitas quoq; soli deo inest naturaliter, in alijs per gratiã. A deo eñ sanctificata, quasi à fonte sanctificationẽ accipiũt, & ideò sanctificare nõ possũt. Id autem Christus facit: sanctificauit enim ecclesiam: deus igitur uerus erit certe, & nõ creatura. 1.Cor.4.

*De eodem, ex epistola ad Philippenses.* CAP. VI.

OMnia facite sine murmuratione & hæsitatione, ut sitis synceri absq; ulla querela, filij dei sine reprehensione. & sicut ipse Paulus alibi dicit, à Christo de nobis illud dicitur: Ecce ego et filij, quos mihi dedit deus. Ipsius Christi ergo filij sumus per fidem & charitatẽ immaculati. Deus igitur Christus est, & nõ creatura. Rursum in eadem epistola: Nostra autem conuersatio in cœlis est. Vnde & saluatorem expectamus dominũ Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ conforme corpori gloriæ suæ, secundum operationem, qua ipse potest subijcere sibi omnia. Ecce Paulus eam potentiam attribuit filio hic, ut possit cũcta sibi subijcere: quæ res in sola uirtute patris est. Nam quoniam deus simplicissimus est, nõ est aliud ipse, aliud uirtus sua, hoc est filius suus, sed unũ & idem essentialiter ac naturaliter. Quomodo ergo nõ erit uerus deus, qui non aliter quàm pater cuncta sibi potest subijcere? Præterea, omne creatũ ex nihilo productum est: si ergo Christus qui est sapientia & uirtus patris, à nihilo productus sit, ut hæretici clamitant: necesse erit confiteri insipientẽ aliquando & impotentem patrem deum fuisse, postea uerò & sapientem & potentem factum, quando filius à nihilo ad esse productus est. Quod maxime impiũ inuenitur, sed stultum etiam. Nam si uirtute ac sapientia pater ante productum filium caruit: quomodo sciuisset aut potuisset tãtum filium producere, ut imago & character suus appelletur? quomodo enim absq; sapientia & uirtute filius qui omnẽ creaturam excedit, produci potuerit: quũ longe inferiores ipso creaturę in sapientia produ Psal.103. ctæ, à scriptura dicantur, & uirtute dei? Hæc, cæteraq; similia insaniæ referta sequuntur eos, qui filium patri consubstantialem, & coæternum esse negant. Deinde eodem loco dicit: Dominus pro Philip.4. pè est, nihil solliciti sitis. Dominum Iesum Christum propè ait Paulus esse. Per prophetã autem quendam scribitur: Deus appropinquans ego Hier.23. sum, dicit Dominus. Deus ergo Christus est, & Philip.4. non creatura. Postea subiungit Apostolus: Sed in omni oratione & obsecratione cũ gratiarum actione petitiones uestræ innotescant apud deũ: & pax dei quæ exuperat omnem mentem, custodiat corda uestra & intelligentias uestras in Christo Iesu. Saluator ad suos discipulos dicebat: Pacẽ meã do uobis, pacem meam relinquo uobis. Ioan.14. Christus ergo pacem suam esse affirmat: Paulus autem dei esse ipsam ait. Deus igitur Christus est, qui pacem suam sanctis largitur, ad quem spiritu sancto mot⁹ Esaias in persona fidelium dicebat: Esa.26.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Domine deus noster pacẽ da nobis. Simile illud
Philip.4. est eiusdem Pauli: Hæc cogitate, inquit, quæ didi
cistis, & accepistis, & audistis in me hæc facite, &
deus pacis erit uobiscũ. Christus igitur qui uere
dicit pacem esse suam, deus modò à Paulo appel
latur: quẽ ita sequi debemus, ut istos omnes, qui au
dent dicere filium dei esse creaturã, cõtemnam.

*De eodem, ex epistola ad Colossenses.*

CAP. VII.

Coloss.1. IN omni opere, inquit, bono fructificantes, &
crescẽtes per cognitionem dei. Qui dominum
nostrum Iesum Christum per euangelicam & a
postolicam prædicationẽ cognoscunt, non crea
turam, sed ipsum deum uerũ secundum Paulum
cognoscunt: quumq; filium cognoscant, patrem
etiam cognoscunt. Alter enim in altero cogno- B
scitur: nam & relatiua ita se habent. Et ipse saluta-
Ioan.17. tor ad patrem suum dicebat: Manifestaui nomen
tuum hominibus. Simul enim seipsum filium dei
esse operibus adaperuit, & patrem fecit manife
stum. Quomodo igitur creatura est, qui ex patre
uerè nascitur, ita ut simul & ipse, & pater cogno
scantur? Eodem quoq; loco: Gratias agẽtes Deo
patri, qui dignos nos fecit in parte sortis sancto
rum in lumine, qui eripuit nos de potestate tene
brarum, & trãstulit in regnũ filij dilectionis suæ,
in quo habemus redemptionem & remissionem
peccatorum. Omnem creaturarum naturam deo
Psal.118. diuina scriptura ut seruam subijcit. Omnia, in-
Psal.5. quit, tibi seruiunt. Solt autem deo regiam dignitatem attribuit, clamans ad ipsum: Tu es ipse rex C
meus, & dominus meus. Nã qui natura deus est,
is etiã rex est: & contrà qui natura rex est, is etiam
deus est. Si ergo nulla creatura regnare cũ patre
dicitur, filius autem id habet: quomodo erit crea
tura filius, qui unà cum patre in spiritu sancto re-
gnat? Rursum ibidem: in ipso creata sunt omnia,
quæ in cœlis & quæ in terra sunt, siue uisibilia, si-
ue inuisibilia. Si ergo omnia in ipso creata sunt,
quare uos cum omnibus ipsum creaturis connu
meratis? Nam quũ omnia dixerit, nihil eorum di
misit, quæ ex nihilo ad esse producta sunt. Aliud
ergo ipse est præter creaturas, & ideò non est crea
Coloss.2. tura. Deinde subiungit: Volo enim uos scire quan
tam habeo solicitudinẽ pro uobis, & ijs qui Lao
diciæ sunt, & pro omnibus qui non uiderunt faci
em meam in carne, ut consolentur corda ipsorũ, D
instructi in charitate in omnes diuitias plenitudi
nis intellectus, in agnitionem mysterij dei patris
Iesu Christi: in quo sunt omnes thesauri sapiẽtiæ
& scientiæ absconditi. Si omnis cognitionis & sci
entiæ mensuram mysterium dei excedit, & sublí
mitas sapientiæ & intelligentiæ in uerbis ipsius
conspicitur: sunt autẽ in mysterio Christi omnes
sapientiæ & cognitionis thesauri absconditi: quo
modo non erit deus, qui omnem intellectum &
sapientiam excedit, quem nullo potest cõprehen
dere creatura? Quis enim generationẽ eius enar
Esa 53. rabit? Deinceps ait Apostolus: Si ergo consurre-
Coloss.3. xistis Christo, superiora quærite, ubi Christus est
in dextris dei sedens. Nulla certe creatura in eo-



dem cũ rege omnium solio sedet. Cui enim dixit
unq; angelorũ, Sede à dextris meis? Solus autem
filius hanc dignitatem habet: simul enim sedet cũ
patre, & regnat simul cũ ipso. Non est igitur crea
tura, qui dignitate omnẽ creaturam excellit. Pre-
terea inquit: Quando Christus manifestatus fue-
rit uita uestra, tunc & uos in ipso manifestabimi-
ni in gloria. Si omnes in Deo & uiuimus & mo-
uemur & sumus, quomodo filius dei non erit de
us, quũ sit uita omnium? Creatura enim uita esse
non potest, sed particeps uitæ. Præterea, nihil in
Christo falsum, sed omnia uera sunt: ipse enim est
ueritas: uita autem esse scribitur: quare non falso,
neq; participatione, sed uerè uita est. Deus igitur
est, & nõ creatura. Ad hæc subiungit Paulus: No
lite mentiri adinuicẽ, expoliantes uos ueterem ho-
minẽ cũ actibus suis, et induentes nouũ heminẽ,
qui innouatur in agnitionẽ dei secundũ imaginẽ
ipsius qui creauit eum. In Christũ per fidem reno
mamur, quod ipse Paulus ostendit clarius, dicẽs:
Filioli quos iterum parturio, donec Christus for-
matus fuerit in uobis. Et sicut induti sumus ima-
ginem terrestris, sic induamur imaginẽ cœlestis.
Quoniam ergo in imaginẽ filij dei reformati, ad
imaginem creatoris reformamur: certe filius dei,
uerus deus est: ipse enim creator hominis est.

*De eodem, ex epistola ad Thessalonicenses.*

CAP. VIII.

A Vobis enim sonuit sermo domini, non so-
lum in Macedonia & Achaia, sed in omni
1.Thes.1. locum uestra fides ad deum exiuit. Si qui credi-
dunt in Christum, non in creaturam, sed in Deum cre-
dunt: nõ erit Christus, hoc est filius dei creatura,
sed deus. Iterum eodem loco: Conuersi estis ab
idolis ad seruiendum deo uiuo & uero. Vide quo
modo gentes ab erroribus suis ad fidem Christi
conuersæ, ad deum conuersæ scribuntur. Cui qui
seruit, euangelica mandata custodiens, Deo, in-
quit, uero seruit: quomodo ergo non est natura
deus, qui uerus deus est? Idem enim est, uerũ deũ
esse et naturã Deum: qui autem naturã uerus deus
est, is creatura esse non potest. Deinde paulò post
inquit: Ipsi enim scitis fratres, non fuisse introi-
tum nostrum ad uos. Nam (sicuti scitis) ante-
quam essemus in deo nostro, ausi fuimus in deo nostro
apud Philippos libere locuti sumus in deo nostro,
& locuti sumus ad uos euangelium dei. Ecce et
sus deum apertissime ipsum Christum appellat,
cuius euangelium prædicabat. Neq; id semel, sed
sæpius ab eo euangelium Christi, euãgelium Dei
appellatur. Voluimus, inquit, tradere uobis, non
solum euangelium dei, sed & animas nostras. Et
paulò post: Prædicauimus uobis euãgelium dei.
Insuper ait Paulus: Propterea etiam nos gratias
agimus deo sine intermissione, quoniam accipi-
entes uos uerbum dei, non ut uerbum hominum
accepistis, sed sicut est, uere uerbum dei, quod &
operatur in uobis credentibus. Si beati Apostoli
de fide Christi uerba fecerunt: Nos enim, inquit,
Christum prædicamus crucifixum: quis porro
compos mentis apostolis contradicere, & Chri-
stum uerum esse Deum negaret?



*De eodem, ex epistola ad Hebræos.*

CAP. IX.

Hebr.1. MVltifariè, multisq; modis olim Deus lo-
quẽs patribus in prophetis, nouissimè lo
cutus est nobis in filio, quem cõstituit hæredem
uniuersorum, per quem fecit et secula. Quum uo
luerit Paulus euangelicam doctrinam Mosaica
lege, & omni scriptura prophetica præstantiorẽ
ostẽdere, à personarum diuersitate hoc facit: de-
umq; per prophetas locutum patribus ait, & le-
gem ac uetus testamentum hoc modo ædidisse.
Nouissimè autem per filium nobis locutum asse
rit, qui tantum prophetas omnes excedit, quan-
tum natura dominus, natura seruis excellentior
est. Omnes eñ prophetæ sicuti uerè ministri, hęc
Matth.5. dicit dominus, clamant: filius autẽ ut uerè domi- B
nus: Dictũ est priscis, ait, non mœchaberis: Ego
autẽ dico uobis. Quomodo igitur creatura est
filius dei secundum naturam, aut quomodo erit
seruus, qui omnium dominus est & omnium hæ
res? Necesse est enim ut aliud ipse sit præter om-
nia, quorum hæres est. Sed per ipsum etiam secu
la facta sunt: erat ergo ante secula. Nulla uerò cre
atura ante secula fuit: omnia enim in tẽpore sunt,
præter solum deũ. Verus igitur deus & nõ crea-
Hebr.2. tura, filius est. Deinde subdit Apostolus: Si enim
qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus,
& omnis præuaricatio et inobedientia accepit iu
stam retributionẽ mercedis: quomodo nos effu-
giemus, si tantam neglexerimus salutẽ: quæ quũ
initium accepisset enarrari per Dominum, ab ijs C
qui audierũt, ad nos confirmata est. Hic apertis-
sime per differentiam personarum demonstrat,
quantum euangelica prædicatio legales umbras
excedit. Si enim, inquit, legis, quæ angelorũ mi-
nisterio data est, tanta erat autoritas, ut præuari-
catores, cõtẽptoresq; ipsius grauiter puniti sint:
quomodo non magis punientur, qui euangelicã
doctrinam contemnunt, quam ipse filius dei no-
bis tradidit? Quantum autem filius angelis præ-
stet, perspicuũ est: quia illi ministri sunt, & ad mi-
nistrandum mittuntur: filius autẽ cum patre glo
rificatur, et angeli sibi ministrant, ut in euangelio
Hebr.4. scribitur: Et ecce angeli uenerunt & administra-
bant ei. Quomodo ergo natura dominus, natura
minister erit? aut quomodo natura rex, inter na- D
tura seruos collocabitur? Insuper in Christũ bea-
Psal.8. tus Paulus referens, quod in octauo scribitur psal
mo: Quid est, inquit, homo, quod memor es e-
ius? aut filius hominis, quoniam uisitas eum? Mi
nuisti eum paulo minus ab angelis, gloria & ho-
nore coronasti eũ, et constituisti ipsum super ope
ra manuũ tuarum: omnia subiecisti sub pedibus
eius. Deinde statim infert: Quũ enim omnia sibi
subiecerit, nihil dimisit nõ subiectum ei. Nónne
igitur natura rex, et natura dominus ab omnibus
recte prædicabit is cui omnia subiecta sunt? Deo
certe soli omnia subijciuntur. Quomodo igitur
cum creaturis numerabitur, qui super omnia est,
& cui omnia subijciuntur & seruiunt, & qui om-
nibus dominatur sub pedibus eius subiectis? ut
per prophetam quendam dicit: Sedes mihi cœlũ
est, terra uerò scabellum pedum meorũ. Præterea Esa.66.
subdito eo loco Paulus: Vnde fratres sancti, uo- Hebr.3.
cationis cœlestis participes, cõsiderate apostolũ
& pontificem cõfessionis nostræ Iesum Christũ,
qui fidelis est ei qui fecit ipsum, sicut & Moses in
omni domo eius. Amplioris enim gloriæ iste præ
Mose dignus habitus est, quãto ampliorẽ honoro-
rem habet is qui fabricauit domũ, quàm ipsa do-
mus. Omnis nanq; domus fabricatur ab aliquo:
qui autem omnia creauit, deus est. Quum non æ-
qualiter creaturam, et creatorem honorãdos esse
doceat: patet quia filium non inter creaturas nu-
merandum ostendit. Maiorẽ enim, inquit, habet
honorem qui domum ædificauit. Quod aũt filius
cuncta produxerit, & hic & alijs multis in locis
Paulus docet: Per ipsum enim, inquit, creata sunt Coloss.1.
omnia, siue uisibilia, siue inuisibilia, siue princi-
patus, siue dominationes, omnia in ipso & per ip
sum creata sunt: & ipse est ante omnia. Quomo-
do igitur creator omnium, ipsorum etiam seculo
rum atq; temporũ (ex omnibus enim etiam hæc
sunt) creatura erit, qui ante omnẽ creaturam est?
Esset enim in tempore, si creatura esset. Omnia e-
nim in tempore sunt, præter deũ, qui est æternus.
Ipse uerò ante tempora est, ut temporũ creator,
quomodo ergo creatura erit? Præterea, continuò
subnectit Apostolus: Et fidelis quidẽ in tota do- Hebr.3.
mo ipsius Moses sicut seruus fuit: Christus uerò
sicut filius in domo sua, quæ domus nos sumus.
Ita & nominibus & rebus in dignitate utriusque
ostendit quãta differẽtia sit inter Mosen & Chri-
stum, hoc est, inter omnes creaturas: ad hãc enim
conclusionem sermo deducitur. Moses enim ser
uus fidelis est: Christus aũt filius, & ut filius fide-
lis in domo sua sicut hęres. Si ergo in eadẽ domo
utriq; fideles sunt: ille ut seruus, hic ut filius & æ-
dificator ipsius domus, quomodo creatus erit?
quũ aliud natura sit qui cõstruit & ædificat, aliud
quod cõstruitur. Sic à rebus, hoc est à dignitate,
quam uterq; habet in domo Dei, filius deus etiã
demonstratur & dominus domus. Nam persona
Mosi, & domus ipsa pro omni capitur creatura.
Præterea, Deus est qui per prophetam loquitur Leuit.26.
quendam: Habitabo in ipsis, & ero deus ipsorũ,
& ipsi erunt mihi populus. Quomodo ergo nos
domus filij sumus, si filius dei non est? Sumus au
tem domus filij, quia oramus (ut inquit Paulus)
Christum in interiori homine habitare. Deus igi Eph.3.
tur Christus est, & non creatura. Deinde subiun- Hebr.3.
git Paulus: Videte fratres, ne forte sit in aliquo Ioan.6.
uestrũ cor malum incredulitatis, discedẽdi à deo
uiuo. Fides in Christum est, & per eam nobis uí-
ta æterna datur. Qui credit in me, saluator ait, ha
bet uitam æternam. Sed qui hanc fidem negligit,
corde cogitatiõibusq; prauis à deo uiuo recedit.
Quomodo igitur filius non erit deus uiuus? Est
autem etiam pater deus uiuus: idem ergo natura
deus, pater & filius. Rursum eodem loco: Viuũ Hebr.4.
eñ est uerbũ dei & efficax, & penetrabilius omni
gladio ancipiti, & perueniẽs usq; ad diuisionem
animæ

OPERAY

Universidad de Deusto
Biblioteca



animæ & corporis, iuncturarũ quoq; & medulla rum, & discretor cogitationum et intentionũ cordis, nec est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia uerò nuda & aperta sunt oculis eius. Hic etiam uidere licet, omnes dignitates naturæ patris proprias, filio quoq; ab Apostolo dari. Omnipotẽs deus pater est, omnia uidet, corda etiã
Iob 42. & renes non ignorat. Quis enim, inquit, iste est,
Hier.23. qui me consilium cælat? et deus appropinquans ego sum, dicit dominus, et nõ deus de longe: nec poterit aliquid à me occultari. Hæc ipsa filio quoque inesse Paulus testatur. Viuus est pater, imò uita ipsa: uiuus & filius, & uita secundũ naturam. Quomodo ergo nõ erit impius, qui filium inter creaturas enumerat? quarũ nulla uere dicere potest, Ego sum uita. Vel quomodo nõ erunt eiusdem naturæ atq; substantiæ illa, quorum naturales operationes & proprietates eædem omnino
Hebr.11. sunt? Deinceps dicit Paulus: Fide intelligimus apta esse secula uerbo dei, quod ex inuisibilibus uisibilia facta sunt. Nulla certe creaturarum ante secula fuit. Verbo enim diuino, id est, per filium dei, ipsa quoq; secula facta scripturis dicentibus credimus. Quare necesse est ipsum ante secula esse, qui à nihilo ad esse ipsa produxit. Quomodo ergo seculorum creator creatura erit, quum æternitatem deo soli conuenientem habeat? Postre-
Heb.13. mò idem ait: Beneficentiæ & communionis non obliuiscamini: talibus enim beneficijs deo placatur. Aperte hic quoq; Paulus filium dei appellat. Ipse enim iudex est, qui reddit unicuiq; secundũ C opera eius. Et placatus honorificentia dicit: Venite benedicti patris mei, & possidete regnũ uo-
Matth.25. bis paratum ab initio mundi. Esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere. Quomodo ergo non erit uerus deus, cui sacrificãdũ est, & qui reddit unicuiq; secũdũ opera sua?

*De eodem, ex epistola ad Timotheum prima.*

CAP. X.

1.Tim.1. PAulus apostolus Iesu Christi secundum imperiũ dei saluatoris nostri, & Christi Iesu spei nostræ, Timotheo proprio filio in fide. Ecce rex imperio dei saluatoris nostri, apostolatus ministerium se accepisse Paulus asserit. Videamus ergo, si Christus in apostolatu eum constituit. Quis ig
Act.9. norat in Actibus, quando ab Hierosolymis Damascũ aduersus Christi discipulos proficiscebatur, uisum sibi fuisse Christum atq; dixisse: Saule Saule, quid me persequeris? Paulo uerò interrogante atq; dicente, Quis tu es domine? Ego, inquit, sum Iesus, quem tu persequeris: sed surge, et intra in urbem, & dicetur tibi quid oporteat te facere. Quid autem sibi dictum sit, in eisdem Acti-
Act.13. bus rursum inuenitur. Ieiunantibus enim ipsis, & administrantibus domino, dixit spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabã & Paulum, ad opus ad quod eos uocaui. & rursum: Illi missi per spiritum sanctum, inquit, profecti sunt in Seleuciam, & inde in Cyprum, & postea in Salamina, & annunciauerunt uerbum dei in synagogis Iudæorum. Vides quia mandato saluatoris nostri per spiritum sanctum in apostolatũ segregatur. Quum etiam & Deus, & saluator, & spes nostra Christus appelletur: quomodo non erit impium inter creaturas ipsum annumerare? Aut quomodo non erimus idololatræ, creaturam colentes, et spem in ipsa habentes? Eodem item loco ait Paulus: Iusto, inquit, lex non est posita, sed iniustis & 1.Tim.1.
inobedientibus. multisq; cõnumeratis, tandem infert: Et si quid aliud doctrinæ aduersatur, quæ est secundum euãgelium gloriæ beati dei, quod creditum est mihi. Cuius igitur euangelium Paulo creditum est? nõne Christi? Cuius etiã Apostolus, prædicatorq; fuit? nonne Christi saluatoris nostri? Hunc igitur beatum deinde appellans, ostendit creaturam non esse. Non est enim Deus, qui ex nihilo factus est. Nam omne huiusmodi recens est. Quicquid aũt recens est, deus esse nõ potest. Non erit, inquit, tibi deus recens. Non est 1.Tim.1.
igitur filius dei creatura. Quod aũt euangelium saluatoris sibi creditum sit ab ipso saluatore, in sequentibus significat, dicẽs: Gratias habeo Christo, qui me cõfirmauit, quia fidelem me existimauit ponẽs in ministratiõe: qui prius blasphemus fui, persecutor, cõtumeliosus: sed misericordiam dei cõsecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Fidelis sermo, & omni acceptatione dignus: quia Christus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorũ primus sum ego. Sed ideò misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus omnem clementiam, ad informationem eorũ qui crediturí sunt in ipsum ad uitam æternam. Si per fidem qua credimus in Christum saluamur, & uitam æternam iugo mortis excusso assequimur: quomodo non erit secundum naturam deus, qui uitam æternam credentibus largitur, & à morte liberat? Solus enim deus saluãs id facere potest, ut scribitur: Ego sum deus saluãs te, & non est præter me. Verè enim nec legatus, nec angelus, sed ipse Dominus saluauit nos, qui nobis salutem per prophetas pollicitus est, & cernè assumpta clamat, Ecce adsum. Venit enim, & annunciauit pacem nobis, qui longe aberamus, & ijs qui propè erant, ut Paulus dicit. Insuper dicit ibidem Apostolus: Regi seculorum, incorruptibili, inuisibili, soli sapienti deo, honor, & gloria in secula amẽ. Rex seculorũ filius est, ficut domínus & creator ipsorum. Ipse ergo est deus incorruptibilis, inuisibilis, solus sapiẽs: hæc autem naturales, substantialesq; dignitates patris sunt. quomodo igitur non erit consubstantialis patri, aut quomodo creatura erit, quum hæc sibi naturaliter insint? Quod autem rex seculorũ sit, audi quæ Gabriel archangelus ad sanctam uirginem de Christo dicit: Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur, & dabit ei dominus deus sedẽ Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Præterea quum orare pro uniuersis ac præcipuè pro regibus & principibus Paulus iusserit: hic deinceps ad discipulum scribit: Hoc honestum est atq; acceptabile coram saluatore nostro deo, qui omnes homines saluari uult, & ad cognitionem ueritatis uenire. Vides quod saluator omnium deus est: uides quod saluamur, ad ueritatem conuersi. Veritas autẽ filius dei est. Ipse igitur est deus saluator noster. Natura igit deus est, & non creatura, deus saluator ex saluatore Deo patre æternaliter natus. Rursum in eadem epistola: Vnus deus, & unus mediator Dei & hominũ Iesus Christus, qui dedit seipsum in redemptionẽ pro omnibus. Mediator dei & hominum Iesus Christus est, non solum quia recõciliauit homines deo, uerum etiam quia naturaliter & substãtialiter & deus et homo in una hypostasi est. Hoc enim modo naturã nostram sibi deus reconciliauit. Nam aliter quomodo unũ mediatorẽ Christũ Paulus dixisset? Multi enim sanctorũ mediationis ministerio usi sunt, & ipse Paulus clamat: Rogamus pro Christo, reconciliamini deo. Moses quoq; mediator fuit: ministrauit enim filijs Israel legẽ datam à Deo. Mediator etiã fuit beatus Hieremias, precipuè quando clamabat ad deum: Recordare mei stantis coram te, ad loquendum pro ipsis bona. Quid multa? singuli prophetarũ mediatores fuerunt, Apostolorũ quoq; singuli. Quomodo igitur unicus mediator dei & hominum Christus est, nisi noua inauditaq; in alijs mediatio sua sit? Sed modũ quoq; perstringere nõ alienũ est. Quod igitur duo quæ dam sicut mediũ coniungit, ab utroq; necessariò tangitur: & hoc modo diuersa per medium coniunguntur. Est autẽ Christus mediator dei & hominum, quia in eo uno deus & homo cõiungun
Ephes. tur. Non est tamen ipse aliquid tertiũ præter deũ & hominem, sed deus uere, & homo uere: ipse enim est pax nostra. Et quoniam naturaliter nobiscum coniungitur, diuinæ substantiæ natura nostra in ipso coniungitur, & hoc modo diuina natura communicamus: quomodo igitur erit creatura filius dei, si natura nostra ipsi coniuncta, deo uerò coniungitur? Deinde subiungit Paulus: Fi-
1.Tim.4. delis sermo, & omni acceptione dignus: in hoc laboramus & certamus, quia speramus in Deum uiuum, qui est saluator omnium hominũ, & maxime fidelium. Futura per spiritum sanctum, & saluatoris aduentum prœuidens Psalmista, clama
Psal.24. bat ad ipsum: Spes omniũ finium terræ, & in mari longe. Si ergo spes omnium Christus est, & in ipso fideles omnes speramus, & is in quo speramus, deus à Paulo uiuus appellatur, quia naturaliter rufta sit: quomodo creatura erit spes nostra, & non filius uiuus, ex patre uiuo æternaliter nas-
1.Tim.6. citur. Postea eodẽ in loco dicit: Præcipio tibi coram deo, qui uiuificat omnia, & Christo Iesu, qui testimoniũ reddidit sub Pontio Pilato bonã confessionem, ut serues mandatum sine macula, irreprehensibile usq; in aduentũ dñi nostri Iesu Christi, quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens, rex regũ, & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatẽ, & lucẽ habitat inaccessibilem. Aut ipse certe Christus aduentum suum ostendet, aut pater suus. Si primũ, quomodo creatura erit, qui rex regũ, & Dominus dominantium est, & solus beatus? Hæc enim, cæteraq; huiusmodi non possunt naturaliter creaturis inesse. Nihil enim naturæ diuinæ & creaturis commune inuenitur: sed omnia quæ deo patri conueniunt, filio quoq; inesse scribuntur. Non est ergo creatura filius dei, sed uere deus. Sin aũt non ipse filius, sed pater aduentũ filij ostendet, & ipsi patri soli immortalitatẽ, cæteraq; Paulus attribuit: quomodo si solus pater immortalis est, filius quoque immortalis perhibetur? immortalis enim natura est, qui uita naturaliter est. Christus autem ait de
Ioan.14. seipso: Ego sum uita. Perspicuum igitur est, quod non ad extra productus est, ut creatura, sed ex patre natus, omnia quæ patris sunt naturaliter habet. Et ideò deus uerus est de deo uero, lumen de lumine, uita de uita, immortalis de immortali.

*De eodem, ex epistola ad Timotheum secunda, & ex epistola ad Titum.* CAP. XI.

1.Tim.1. NOli igitur erubescere testimonium domini nostri, neq; me uinctum eius: sed collabora in euangelio secundũ uirtutẽ dei, qui nos liberauit & uocauit uocatione sua sancta. Ecce rursus Christũ deũ & saluatorẽ nominat. Ipse eñ est qui
Matth.11. uocat nos, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã uos. Quomodo igitur creatura erit, si est deus & saluator? Nõ enim creatura, sed solus deus saluauit nos. Appa-
Titum 2. ruit gratia Dei saluatoris omnibus hominibus (Paulus ad Titũ ait) erudiens nos, ut abnegantes impietatem & secularia desideria, modestè, iustè, & pie uiuamus in hoc seculo, expectãtes beatam spem, & aduentũ gloriæ magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi. Si spes omniũ Christus est, & ipse deus quoq; magnus & saluator est: quomodo non erit furor inter creaturas eum collocare? aut quomodo non omni benedictione priuabitur, qui sic ingratus reperitur, ut patri cõsubstantialem esse ipsum neget? Benedictus enim homo
Hier.17. (inquit Propheta quidã) qui sperauit in dño, & est dñs spes eius. Qui ergo nõ sperat in naturaliter dño, hoc est naturaliter deo, maledictus est: cõtrariũ enim ex contrario sequitur. Si ergo seruus et creatura filius est, nec natura dñs: quomodo secundũ Psalmistam, benedicti nos à dño qui spera
Psal.33. mus in ipso? Aut quomodo Paulus uere dicet,
Eph.1. Benedictus deus & pater dñi nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali? Dominus ergo secundum naturam est filius: quare non creatura. Omnis eñ creatura serua est.

*De eodem, ex actibus Apostolorum.*

CAP. XII.

PErtransierant aũt Phrygiam & regionẽ Ga-
Act.16. latiæ, & prohibiti sunt à spiritu sancto prædicare in Asia. Venientes autem per Mysiam, tentabant in Bithyniam ire, & non dimisit eos spiritus Iesu. Ecce hic etiã manifestè spiritus sanctus spiritus Iesu dicitur, est aũt etiam spiritus patris: quomodo ergo filius non erit natura deus, si spiritus sanctus ita suus est, quemadmodũ patris? Nam si cuiusdã unius creaturæ spiritus sanctus appellatus



in

Universidad de Deusto
Biblioteca



in scriptura est, credatur etiam filio creatura esse: A sin antem patris solummodo & filij spiritus scribitur, quomodo erit creatura, qui adeo creaturas excedit, ut solus cum patre spiritū sanctum possideat? Deinde paulo post subiungitur: In media uero nocte Paulus & Sylas orantes laudabant deum, & uincti audiebant eos. Factus est autem repente magnus terræmotus, ut fundamenta carceris quateretur, & portæ omnes apertæ sunt. & post pauca: Tremens, inquit, custos carceris genua flexit Paulo & Sylę: & educēs ipsos foras dixit, Quid oportet me facere domini, ut saluus sim? Illi aūt dixerunt: Crede in dominum Iesum, & saluaberis tu & domus tua. Et locuti sunt ipsi sermonē domini, et toti domui eius. Et accipiens ipsos in illa hora noctis lauit à uulneribus, & B baptizatus est ipse, et omnes sui statim. Et ducēs eos in domū suam, apposuit mensam, & gauisus est: quia cum tota domo sua credidit in Deum. Vide quod qui crediderit in dominum Iesum, secūdū apostolorū præcepta, sicut in deum credens cum tota domo gaudebat. Si autem creatura filius dei esset, secundum hæreticos: quare non ueritas custodi ab apostolis aperitur? quare hortatur credere in dominum Iesum? quare quum in eum credidisset, in deum credidisse dicitur, & non in creaturam? Manifestum igitur etiam hinc est, quod deus secundum naturā filius est, & non creatura.

*De eodem, ex epistola Iacobi, Petri, Ioannis & Iudæ.*

CAP. XIII.

Iac.2. IAcobus dei et domini Iesu Christi seruus, duo C decim tribubus, quæ sunt in dispersione. Deū hic & dominū Iesum Christum appellat: id enim natura esse Iesum, non ignorabat prædicator ueritatis. Quomodo igitur audent isti deum & dominum natura creaturam prædicare? Nisi forte patrem etiam, qui similiter secundum naturam Deus & dominus est, creaturam esse opinantur. Nam si natura deus, & dominus creatura potest esse: cur filius solum erit creatura, & non pater? Sed creaturam esse patrem recte negant. Credāt igitur etiam filium, qui similiter secundum naturam dominus & deus est, creaturā esse nō posse.

Iac.2. Deinde eodē loco: Fratres, inquit, nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi gloriæ. Quomodo igitur gloriæ do- D minus filius erit, si cōsubstantialis patri non est? Nihil enim potest habere gloriam Dei nec ullus gloriæ dominus appellari, præter Deum. Non enim mentiri potest spiritus ueritatis, per quē pater in sanctis prophetis locutus est, dicens: Gloriam meam non dabo alteri. Non erit ergo filius Esa.42. dei creatura. Nam si creatura esset, non esset Dominus gloriæ. Presbyteros (Petrus inquit) qui in 1.Pet.5. uobis sunt, obsecro compresbyter, & testis Christi passionū, qui & eius quæ in futuro reuelanda est gloriæ particeps, pascite gregē dei, qui est in uobis. Sapienter admodū Petrus filium dei deū esse hic asserit. Quūq; audisset à saluatore nostro Iesu Christo: Simō Ione, diligis me? Pasce agnos Ioan.21. meos, et rursum, Pasce oues meas. Similia successoribus suis scripsit præcepta, & gregem dei saluatoris fideles appellauit. Nec per carnem aut fanguinem, sed desuper ab ipso patre dei mysterium cognouit. Quomodo igitur erit creatura filius, qui deus ab apostolis est prædicatus? Præsertim quum creaturæ atq; creatoris differentiam ostendens Psalmista, clamat: Ipse fecit nos, & non ipsi nos: nos aūt populus eius, & oues pascuæ eius. Deitatis igitur natura in hoc cognoscitur, quia creatrix est. Natura uerò rerum productarum à nihilo, in hoc percipitur, quia creata est. Quoniā ergo rerum omnium filius creator est, non potest esse creatura, qui uirtutem creandi habet: nec potest esse seruus, qui natura dominus est. Scribo uobis patres (Ioannes in epistola inquit) quia cognouistis eū qui est à principio. Nulla certe creaturarum aut à principio, aut in principio est. Omnia enim in tempore, uel in temporis quodā momento uocata sunt ad esse. Filius aūt, quem hōnes cognouerunt, à principio, & in principio est. quomodo igitur erit creatura? Subiungit deinde in eadem epistola beatus Ioannes: Qui negat patrem, filium quoq; negat: & qui negat filium, is quoq; patrem negat. Non aliter certe filius negatur, nisi creatura esse credatur. Negant enim ipsum, qui non esse patri cōsubstantialem asserunt, confitentur aūt, qui uerum filium dei prædicant, & eiusdem esse cū patre substantię fatētur. Quicquid igitur de patre dicitur, id de filio quoq; necessario dicitur, præterq; quod nec pater filius est, nec filius pater. Deus secundū naturam pater est, omnipotens, creator, Dominus, rex, incorruptibilis, immortalis, uita, nō à nihilo productus, sed æternus. Hæc omnia incommutabiliter filius est. Si autem patrem hæc esse cōcedis, à filio autem hæc remoues, inter creaturas ipsum cōmerans, à patre quoq; rerum consequentia congeris hæc remouere. Similis enim omnino, imò idem natura filio suo est. Imago enim eius filius est, & qui uidet filium, uidet & patrem. Quare si pater non creatura, sed creator est: filius etiam creator est, non creatura. Rursum eodem loco ait Ioannes: Et uidimus, & testamur, & annūciamus uobis uitam æternam, quæ est apud patrem, & manifestata est nobis. Aeternitatis uocabulū deinde dicitur apud scripturam, productionem enim à nihilo penitus interimit, et ideò æternitas dei ommodo naturæ substantialiter ineſt. Si ergo aterna uita filius est, & est apud patrem: quomodo erit creatura, quū creatura æterna dici nō possit? Postremo ibidē Ioānes: Et scimus quia filius dei uenit, & dedit nobis mentē, ut cognoscamus uerum Deū, & simus in uero filio eius Iesu Christo, hic est uerus deus, & uita æterna. Quid dicent hi retici ad hęc beati Ioannis uerba, quibus apertissimè deus uerus filius appellatur? Nam si deus uerus est substantialiter, non participatione hoc ipsum est, sicut creaturę. Qui autem deus uerus est, natura deus est. Quomodo igitur erit creatura, niſi hanc impietatem in ipsum quoq; patrē transferre uelint? Sed nullo modo deus uerus à nihilo



producibilis est. Est autem filius deus uerus, non A est igitur productus à nihilo, sed natura deus, &
Iude.1. uita æterna. Commonere autē (Iudas inquit) uos uolo, scientes semel omnia, quoniam Iesus populum de terra Aegypti saluans, eos qui non crediderunt, perdidit. Si Iesus, secundum apostolū Iudam, populum eripuit ex Aegypto, ipse certe est
Exod.3. qui dicit ad Mosen: Ego sum qui sum: & audiens gemitum filiorum Israel descendi ad liberandos ipsos. Si ergo ipse est qui est, quomodo erit creatura? Nam qui est, semper est: creatura uero non semper est, nec essendi principium unquam (sicut creaturæ) habuit.

*De eodem, ex euangelio secundum Matthæum.*

CAP. XIIII.

Matth.1. IOseph fili Dauid, ne timeas accipere Mariam B uxorē tuam: quod enim in utero habet, de spiritu sancto est. Pariet aūt filium, & uocabis nomē eius Iesum: ipse enim saluabit populum suum à peccatis suis. Saluat populū suum filius, & dimittit peccata populi ut deus, et dominus legis. Quis igitur inter creaturas ipsum, nisi temerarius atq; impius, collocare audebit? quū nullus possit peccata dimittere nisi solus deus: quumq; populus nullius possit dici proprius, nisi solius dei, qui omnium populorum deus & creator est. Rursum eodem loco: Hoc autē totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam,
Esa.7. dicentem: Ecce uirgo in utero concipiet & pariet filiū, & uocabitur nomen eius Emmanuel, quod interpretatur, nobiscum deus. Nisi filius naturaliter deus esset, non uocaretur nomē eius Emmanuel, quod est nobiscū deus. Per uirginem enim sanctam, et de spiritu sancto factus est homo: quē non angelus, nec; aliqua creatura, sed ipse deus Emmanuelē uocauit: sicut ipse ostendit prophe-
Esa.56. ta, dicens de Christo: Et uocabunt nomen eius nouum, quod dominus nominabit. Nouū enim nomen Emmanuel filio impositū. Nam ante incarnationem autē non solum deus, sed etiā noster ipse dominus & pater, deum filium suū appellat: incarnationem deus solummodo uocabatur: post hoc cum deus, hoc est deus homo factus. Quū igitur erubescant aliquādo qui temere audēt ipsum creaturis connumerare. Præterea subiungit Mat-
Matth.5. thæus: Audistis quia dictum est priscis, non occi- D
Exod.4. des: quicunq; autem occiderit, reus erit iudicio. Hincrecte filij deitas uera (ut mihi uidetur) colligitur. Regi enim maxime legū latio conuenit, ac ideo rex deus nulli permittit addere aut auferre aliquid à lege Mosaica. Filius aūt quod minus est abstulit, & addidit quod maius est, atq; perfecit. Vt deus ergo et legis dominus id fecit. Aut si deus uerus nō est, ut hæretici dicūt, iniquus uidebitur, quia legis Mosaicę nō parua, neq; pauca
Esa.29. addidit. Sed non est iniquus. Peccatum enim nō fecit, ut scribitur. Vt deus igitur & dominus legis, magna cum licentia addidit, dicens: Ego aūt dico uobis. Quomodo igitur erit creatura, quę ut uerus deus magna cum potestate Mosaicā legem ad melius atq; perfectius mutat? Deinde subiungit: Si enim dimittetis hominibus peccata ipsorum, dimittet etiā pater uester cœlestis. Si autem non dimittetis hominibus, nec pater uester dimittet peccata uestra. Deus pater peccata potest dimittere: sed filius quoq; id potest. Fili, enim dixit ad quēdam, dimittuntur tibi peccata tua. Quum Matth.9. ergo dimittere peccata solus deus possit, quomodo audent hæretici creaturam filium dicere, si eadem potestate dimittendorū peccatorum fulget, qua pater? Postea subdit Matthæus: Non potest Matth.7. arbor bona malos fructus facere, nec arbor mala bonos fructus facere. Sententia hæc sic uniuersaliter à saluatore nostro dicta ueriſsima est. Quare modò placet ad diuinam essentiam hanc ipsam reducere sententiā. Bona, inquit, arbor bonos fructus facit. Simile enim omnino est quod producitur, eiquod producit. Sed ipse pater increatus est, non potest ergo creatum ex se naturaliter filium generare. Nam si posset ipse increatus creatū ex se naturaliter filium generare, posset arbor bona malos fructus producere. Nam increatus pater, bonus naturaliter, hoc est, ipsa bonitas est: creatura uero quælibet ipsum bonum esse non potest. Quare si pater increatus est, & filius creatus, non esset arboris fructus bonus, quum arbor sit bona: quod contra dictam saluatoris sententiā est. Non est ergo creatura filius, sed patri consubstantialis.

Consequenter ait Matthæus: Et ecce leprosus Matth.8. adorabat ipsum, dicens: Domine, si uis, potes me mundare. & extendens manum, tetigit ipsum dicens: Volo, mundare, & statim mūdatus fuit. Ita enim saluator, sicut dominus iusserat: quomodo ergo seruus et creatura erit, qui omnia potest quę uult: quod dei solius proprium est? Omnia enim, Psal.134. inquit, quæ uoluit dominus fecit. Qui ergo hac potestate ac omnipotentia, qua pater, fulget: quomodo non erit consubstantialis patri? præsertim quū semper eiusdem substantiæ sint omnia, quorum una operatio est. Sed filius uiuens & cōsubstantialis actio, & uirtus, & sapientia patris est: non potest ergo esse creatura. Iterū ibidem: Tūc Matth.8. surgens increpauit uentum & mare, & facta est trāquillitas magna. Homines autem mirati sunt, dicentes: Quis est iste? quoniam & mare & uenti obediunt ei. Porrò ad ostendendam omnipotentiam suam, deus per quendam prophetarum aduersus improbos huiusmodi uerba dicit: An non Hiere.5. timebitis me, dicit dominus? an non pauebitis à facie mea, qui posui arenam terminū mari, mandatum æternum, quod non pertransibit? Simile quid etiam apud Iob: Posuit (inquit ipse) mari ter- Iob.38. minos, & imposuit claustra & ostia, & dixit ei: ad hoc usq; uenies, & non pertransibis, sed in teipso cōterentur undæ tuæ. Beatus quoq; Psalmista spi- Psal.88. ritalem pulsans lyram, sic canit ad deum, dicens: Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuū eius tu mitigas. Quoniam igitur diuinæ naturæ propriū est, mari quoq; dominari, & aquis leges imponere, ac omnia elementa sub iugo suo domare, idq; summa cū potestate filius dei facit: quomodo nō erit natura deus? aut quomodo erit

Universidad de Deusto
Biblioteca



creatura, qui omnia potest facere, quæ pater quo
Matth.8. que potest? Rursum, inquit Matthæus: Dæmones autem rogabant eum dicentes: Si eijcis nos, mitte nos in gregem porcorū. Et dixit eis Iesus: Ite. Illi autem iuerunt in porcos, & ecce uniuersus grex ruit præceps ad mare, & mortui sunt in aquis. Id quoq; proprium naturæ deitatis est, ut omnia cōtineat atq; gubernet, res etiam deiectas atq; humillimas. Ad cuncta enim prouidentia sua peruenit, quod ipse saluator testatur, dicens:
Matth.10. Nonne duo passeres asse ueneūt? & unus ex ipsis non cadet in terram sine patre uestro qui in cœlis est. Si ergo quammaximū id ipsum est, deiq; proprium, & inuenitur non magis in patre quam in filio, cuius potestas detinebat dæmones, ne uel porcos, abiecta certe animalia possint inuadere: quomodo erit compos mentis, qui audebit negare non eiusdem cum patre ipsum esse substantiæ? Deinde ibidem: Et quū aduocasset, inquit, duodecim discipulos eius, dedit eis potestatem contra spiritus immundos, ut eijciant ipsos & curent omnem ægritudinem & omnem languorem. Vide rursus hic potestatem filij, non potestatem esse creaturæ, sed dei ueri. Nam facere aliquid mirū, quod naturæ uires excedat, sancti quoq; uiri possunt: sed non à seipsis, neq; naturaliter, sed participatione spiritus sancti, & per gratiam dei. Donare autem cæteris eandē gratiam, longe remotum est à sanctis uiris. Non enim potest creata natura spiritus sancti gratiam quibuscunq; uelit largiri. Dominus uero noster Iesus Christus, sicut deus natura & filius dei uerus, summa cum potestate sanat ægrotos: non per orationē ad deum ut sancti faciunt. non enim alienam uirtutem inuocat, sed à seipso, quibuscunq; uult, gratiam spiritus largitur: quemadmodum & ignis appropinquantibus calorē suum naturaliter emittit. Quomodo ergo qui participes dei per uirtutem spiritus sancti facit appropinquātes sibi, creatura erit, & non
Matth.11. deus uerus? Præterea, inquit Matthæus: Omnia mihi tradita sunt à patre meo, & nemo cognoscit filium, nisi pater: neq; patrem aliquis cognoscit, nisi filius. Non potest certe rationalium creaturarum mens diuinam essentiam apprehendere. Omnem enim mentē excedit pulchritudo substantiæ diuinæ, nec ab ullo quid sit secundū naturam nisi à seipsa cognoscitur. Quare pater & seipsum & filium cognoscit, & filius similiter & seipsum & patrem. Sic enim uerum illud esse inuenietur:
Ioan.14. Ego in patre, & pater in me est. &, Qui uidet me, uidet & patrem. Quum igitur nulla secundū naturam inter patrem & filium differentia sit: quomodo filius erit creatura, quū pater sit increatus?
Matth.11. Insuper: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā uos. Tollite iugū meum super uos. Omnis creaturarum natura sub iugo dei est, & soli seruit creatori. Sed saluator noster omnes ad ferendum suum iugum uocat: quomodo ergo ipse sub iugo seruitutis creaturarum erit, qui gubernacula omnium tenet? Aut quomodo poterit oneratos & laborantes reficere, nisi deus uerus, & non creatura sit? Ad hæc, an non legistis in lege, quia die sabbatorū sacerdotes in templo sabbatum non custodiunt, & tamen sine culpa sunt? Maior est, & ideo magis colendus deus, qui in templo habitat, & sanctificat ipsum, cuius in gloriam templum quoq; constructū est, quàm ipsum templum. Quomodo ergo templo maior & sanctior Christus est, si non est ille deus quia ipso templo colitur? Est autem maior & sanctior ipso templo, sicut filius dei, & non creatura. Ipse certe est, quem Israel in templo adorabat: ipse, inquam est, de quo scribitur: Dominū deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Rursum Matthæus, à fructu, inquit, arbor cognoscitur: aut ergo facite arborem bonam, & fructū bonum: aut arborem malam, & fructū eius malum. Si ergo à fructu arbor cognoscitur: est autē filius patris fructus, erit profecto talis filius, qualis pater. Quare si filius creatura est, erit etiam pater creatura: sed pater creatus est, erit ergo filius quoq; increatus: & sic arbor à fructu suo cognosceī. Deinde dicit idem, quod agitabatur apostolorum scapha uehementius, quia non paruæ lacū procellæ diffundebat: & noctis quarta custodia saluator, quasi per terrā ambulans, in medio lacu à discipulis conspicitur. Clamabant autē discipuli, non cognoscentes eū: saluator autem dicebat: Ego sum, nolite timere. Quumq; suscepissent ipsum in scapham, omnis uentorū & maris turbatio cecidit atq; requieuit: tunc omnes qui erant in illa nauicula, adorarunt ipsum dicentes: Verè filius dei es tu. Quid igitur dicent ueritatis inimici, quū uideant, uniuersum apostolorum ordinem eum cultum filio dei referre, ut non solum filium dei appellent, sed uere filium, quasi iurantes addant. Nam si creatura est, quomodo uerè filius dei erit? Nō enim potest esse filius esse alicuius ille, qui naturaliter nō habet esse ex eo, hoc est ex substātia eius, cuius filius esse uerè dicitur. Quod si discipulos dicant falsam de saluatore habuisse opinionē, quomodo saluator tacuit, & errantes non correxit? præsertim quum in multò minoribus errantes aperte corrigat. Petro enim nō rectè respondenti: Vade satana post me, inquit: scandalū enim es, quia non sapis quæ dei sunt, sed quæ hominum. Quoniam igitur uerè filiū dei esse discipuli adorantes dicebant, neq; Christus quasi falsa dicentes redarguit: quis nisi insanus, audebit creaturam dicere ipsum, qui uerè filius dei est? Non eñ potest filius dei simul esse uerè & creatura. Idem enim uerè filius & naturaliter filius significat. Non ergo adoptione ipse filius est, sed naturaliter. Nam per adoptionē filij, per similitudinem quandam dicuntur filij. Quare nisi prius naturaliter filium deus habuerit, nullo modo poterimus nos ad similitudinē uerī filij per gratiā adoptari. Deinde subiūgit Matthæus: Quum autē uenissent Iesus in partes Cæsareæ Philippi, interrogabat discipulos suos, dicēs: Quem dicunt homines esse filium hominis? Illi autem dixerunt: Alij Ioānem Baptistam, alij Heliam, alij Hieremiam, aut unum ex prophetis. Et dixit eis: Vos autē quem me dicitis esse? Respondens Petrus dixit: Tu es Christus filius dei uiui. Respondens Iesus dixit: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Animaduerte, credeq; quod ipse pater reuelauit Petro. Non igitur ab alio Petrus quàm ab ipso patre didicit Christum esse filiū dei uiui. Nec; dixit ipsum unū esse de filijs dei, ne per adoptionem & gratiam filius esse putaretur: sed, Tu es, inquit, Christus filius dei uiui. Et quia unicus naturaliter filius patris est, hac professione Petrus à Christo laudatur, quia maiora discere diuinitus potuit. Quomodo igitur creatura erit, quē
Matth.16. ipse parer per Petrum apostolum credentibus filium esse suum reuelauit? Accedit quod postea di
Mat.25. citur: Venturus enim est filius hominis in gloria patris sui cum angelis suis, & tūc reddet unicuiq; secundum opera sua. Si uere dictum per deum patrem est, Nō dabo gloriam meam alteri: quomodo eam dat filio, si creatura est, & non eiusdē substantię cum patre? Sed nefas est opinari non uerè dictum esse à patre: Non dabo gloriam meam alteri. Dedit autem ipsam filio, ut euangeliū loquitur. Eiusdem igitur essentiæ atq; naturæ filius & pater est, spiritu etiā sancto semper connumerato: Quomodo igitur creatura erit filius, si eiusdē
Matth.17. substantiæ cum patre est? Et ecce (inquit idem) nubes lucida obumbrauit eos, & ecce uox ex nube, dicens: Hic est filius meus dilectus. Magna est inter filium dei & creaturam differentia. Nam si idem esset creatura & filius, ut quibusdā uidetur: quicquid creatura est, filius dei esset. Verum qui hæc dicunt, non uident etiā in hominibus quantā differentia inter filios nostros, & ea quæ facimus sit. Filios enim ex nobis ipsis consubstantiales nobis parimus. Quæ uero facta sunt à nobis, extrinsecus, & alienam à nostra natura capientes naturā ea facimus. Similiter & in deo dicendum est, nisi quod materia non indiget deus. Quomodo igitur potest filius dei creatura esse? quū sit ex ipso deo & in ipso, nō autem ad extra productus sicuti creaturæ, sed uerè atq; secundum naturam filius, de quo pater desuper clamat: Hic est filius
Matth.17. meus dilectus: per quem nos adoptati, in spiritu eius dicimus, abba pater. Præterea, Quid faciēs magister bone (dixit quidam Christo) uitam æternam possidebo? Et Christus ad eū: Cur me dicis bonum? Nullus bonus nisi unus deus. Illud proprie bonum est, quod nō participatione alterius, sed secundum naturā, hoc est essentialiter bonum est. Quum ergo alius sit personaliter pater, alius filius, quem dicit iste essentialiter ipsum bonum esse? Non dubito quia patrē respondebūt. Quis igitur audebit negare, filiū quoq; naturaliter atq;
Luc.10. essentialiter ipsum bonum esse? quum ab ipso audiat, Ego & pater unum sumus. Qui uidet me, uidet & patrem. Nam si ipsum bonum essentialiter filius non esset, quomodo patrem qui bonus essentialiter est, in se ipso ostenderet? Non aliter igit & pater, ipse quoq; bonus est. Sed quomodo inquiunt, unus ab eo dicitur esse bonus? quia uidelicet sanctissima trinitas unum est. Vna enim & eadē essentia in tribus personis est: ideo unum bonum essentialiter est, & nullus bonus nisi ipse deus. Non est igitur creatura filius, sed patri consubstantialis. Rursum, quum à sacerdote summo
Matth.26. interrogaretur Christus, si filius dei esset: non negauit, sed annuit dicens: Tu dixisti. deinde addidit: Veruntamen dico uobis, ex nunc uidebitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis dei, & uenientem super nubem cœli. Nihil autem aliud intelligitur, quando de deo sedere, & sedes, aut solium dicitur, nisi principatus & regia potestas, quam naturaliter super omnes habet creaturas. Magna enim amētia est, sessionem & sedem, aut omnino situ aliquem deo attribuere: sed quæ corporaliter nostro more de ipso scribuntur, conuenienter intelligenda sunt. Quare quum filius à dextris sedere uirtutis dei etiam scribitur, nihil aliud significatur, nisi non esse filio minorem, quàm patri cultum & honorem attribuendū: sed eundem omnino. Id autem assumptum est à consuetudine nostra: in dextris enim nostris collocamus, quos non minoris dignitatis putamus. Quomodo igitur hæc omnia filius habeat, nisi patri esset cōsubstantialis? Secundum istos enim non solum deus regnat super omnem creaturam, neq; solus deus adoratur, sed creatura quoq; simul cū ipso: quod omnino impium est. Vnus ergo est deus ipsa trinitas sancta. Quumq; ipsa unus sit deus, & pater similiter, & filius & spiritus sanctus deus est: ita ut tres personæ sint, & unus deus. Nō est igitur creatura filius, ut impie multi contendunt.

*De eodem, ex euangelio secundum Ioannem.*

CAPVT XV.

Ioan.1. IN principio erat uerbum. Si erat in principio, quomodo isti dicunt factum atq; creatum esse? Principium enim necessariò ante omnem creaturā est. Nec potest quod à nihilo ad esse productū est, in principio esse. Sed ipse filius etiā principiū est: nō est igitur ipse ab alio principio creatus. Ita enim duo principia, unum ante alterum darentur: quod dicere stultum est. Deinde si erat filius, quomodo à nihilo productus est? Nam si à nihilo productus est, nō erat: sed erat: nō est igit à nihilo productus. Et uerbū erat apud deum. Apertius nobis Euangelista principij uocabulū explanat, nihil aliud esse dicens quod principiū appellauit, quàm ipsum deum patrem: unde filius effulget, sicut lumen ex sole: alius quidem hypostatice à patre, sed non alius ratione substantiæ. Principium igitur filij pater est, non temporis aut aliud huiusmodi: sed ex quo filius, & in quo simul est, sicut calor ex igni. Caloris enim principium ignis est, & tamen ex ipso & in ipso inseparabiliter calor est. Et quamuis omnes huiusmodi similitudines in infinitum à diuinis distare nō ignoremus, hinc tamen intelligere possumus filium ex patre & in patre æternaliter esse, nullo tempore intellecto. Nam uerbum erat, sic nos intelligere cogit. Et deus erat uerbum. Apertissime hic non esse recentem deum filium asserit, deus enim erat, ait,

Universidad de Deusto
Biblioteca



& in principio erat: quomodo igitur isti creaturam ipsum esse opinantur? præsertim quum non possint dicere, per gratiam deificatū. Nam quod per gratiā alicui datur, id addi postea necesse est. Præintelligitur enim necessario natura & essentia & hypostasis, cui conceditur gratia: sicut & nos quū simus natura homines, per gratiam dei dij appellamur: & homines nos esse, per prius intelligitur, quū simus per gratiā deificati. Sed nō habent dicere qui creaturā esse filiū mentiuntur, quid filius secundū naturā esse per prius intelligatur, quū deus esse dicatur. Deus enim erat uerbū, secundū Ioannē. Hoc erat in principio apud deū. Non ad extra productū, sed ex ipsa patris substantia emanare filiū ostendit, sicut in ipso & ex ipso secundū naturam effulgentē: neq; id in tēpore. Hoc eñ ait, erat in principio apud deum. Quomodo igitur uerus genitoris fructus aliud natura quàm genitor suus erit? Nam sicut non nascuntur ex dumis uuæ, sic nec ex uite nascūtur dumi. Quoniam ergo pater
Luc.6. natura deus est, erit filius quoq; deus natura. Aliter minoris erit dignitatis & creaturæ suæ. Creaturæ enim consubstantialem sibi fructum ex seipsis producunt: deus autem secundum istos non natura deum ex se generabit: quod absurdum penitus est. Omnia per ipsum facta sunt. Nihil factū est, quod ab ipso factū nō sit, ut ipse asserit. Quare qui numero factorum non comprehenditur, aliud est præter ipsa facta. Ipse autem est filius dei, qui adesse uniuersa uocauit. Non est igitur creatura creator omnium, sed deus uerus, & patri con C
substantialis. Scriptum est enim, inquit, Do-
Deut.6. minum deum tuum adorabis, & ipsi soli seruies. Quomodo igitur si creatura est filius, secundum istos, & à nobis & ab angelis adoratur? cuius rei
Hebr.1. testis Paulus est: Quando autē introducit primogenitum in orbem terrarum, & adorent ipsum, ait, omnes angeli dei. Certe si homines solū eum adorarent, dicerent forsan isti non esse mirum, si nos erramus: nunc uerò cœlorū uirtutes adorāt, nec errare ipsas (quum angeli dei sint) audebunt dicere. Accedit, quod præmia in cœlis deposita sunt colentibus Christum. Non est igitur deus re
Psal.80. cens, quem colere prohibemur: sed deus uerus, et natura deus, quia colere ipsum iubemur. Præterea, si creatura esset filius, quum omnia per ipsum D
facta sint, non deus, sed creatura erit creator. Magna itaq; ostentatione iactaret deus, quum dicit: Manus mea fecit hæc omnia. Sed nihil factū, creandi uirtutem (quæ infinita est) suscipere potest.
Esa.66. Ad hæc ab omni creatura, deus esse uerus creator prædicatur. Magna igitur impietas est, filium dei creaturā appellare. Deinde ait Euangelista: Erat
Ioan.1. lux uera: Non possunt negare, lucem ueram patrem esse. Est autem & filius lux uera. Quomodo igit aliud pater natura, aliud filius erit? Aut quid magni deo patri attribueretur, quādo dicitur lux uera, si aliqua etiam creatura posset esse lux uera? Quare si nihil creatū proprie, hoc est, essentialiter
1.Cor.4. id potest esse naturaliter quod deus est: nihil eñ habet quod non accepit, cōsubstātialis patri cer-

tè filius erit: quia naturaliter lux uera, & idipsum est quod pater est. Non est igitur filius creatura. Subiungit ibidem: Quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Lux quæ ad mundum à patre missa est, uerbum eius, hoc est filius suus est qui ex ipso nascit. Ego, inquit, ex pa-
Ioan.16. tre exiui, & ueni. &, Ego lux in mūdum ueni. Ad
Ioan.12. ipsum igitur etiā illud Psalmistæ dicitur: Quia tu
Psal.17. illuminabis lucernam meam domine, deus meus illumina tenebras meas. Quomodo ergo creatura est, quèm Dauid in spiritu sancto dominum &
Ioan.20. deum suum appellat? Rursum ait Ioānes: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatē filios dei fieri. Conditio quædā atq; proprietas, uel (si ita uis) dignitas alia creaturæ, alia creatori necessario inest: creatura serua est, creator dominus: sed creatura quoq; domino suo coniuncta, à propria conditione liberatur, & in meliorem traducitur. Ita natura nostra à filio dei assūmpta, mensuram suam excesit, & in conditionem assumentis eam, per gratiam translata est. Qui aūt suscipiunt filium, hoc est, qui credūt in eum, filij dei per gratiam fiunt. Quare qui dedit potestatem hominibus filios dei per gratiā fieri, non potest ipse filius dei per gratiā esse. Necessario igit filius dei secundum naturā est, & non creatura. Deinde subiungit: Et ex plenitudine eius nos oēs accepimus. Sola deitatis natura perfecta est, sola nullius rei indiget, sola omnia replet. Sed hoc ipsum filius quoq;
Coloss.2. dei habet naturaliter: quomodo ergo erit creatura? Postea subnectit: Quia lex per Mosen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est.

Si filius dei non est deus secundum naturam, sed creatura: falsus esse uidebitur deus. Quomodo igitur gratia & ueritas per ipsum facta est? Deinceps ibidem: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Esaias etiam dicit: Quis deus sicut tu, qui deles iniquitates? Si ergo dei est propriā delere peccata: Christus autē id facit, quomodo erit creatura? In crastino (Ioannes inquit) quum exisset Iesus in Galileam, inuenit Philippum, et dixit ei, Sequere me: & ita Philippus saluatoris discipulus ostenditur. Sed aduerte quæso quomodo etiā hinc colligitur, quod deus secundum naturā filius sit. Nam quum multos undiq; concurrentes
Ioan.4. ad fidē saluator uideret, dixit ad discipulos: Messis quidē multa, operarij autē pauci, rogate igitur dominū messis, ut multos in messem suam operarios immittat. Nec ullā rem aliam messem appellat, quàm uenientiū hominum ab idololatria ad fidem Christi, quorū dominus ipse Christus est. Quomodo igitur non est deus uerus? præterquū etiam Paulus per pœnitentiā oēs ad Christū uocet, dicens: Rogamus pro Christo, reconciliari deo. Quoniā igitur solus deus, qui est dñs omnium, messis quoq; huiusmodi dñs est, ipse solus erat operarios in messem missurus. Sed hoc ipse
Ioan.1. fecisse saluator inuenit. Iussit enim Philippo ut sequeretur se. Deus igitur uerus est, & nō creatura. Postea, Tollite ista hinc, inquit, et nolite facere domū patris mei, domū emptorij. Si filius creatura est, &



est, & per gratiā filius dei uocatur, sicut & aliæ ra- A
Psal.81. tionales creaturæ, quibus non natura dignitatem huiusmodi præstat, sed gratia dicentis: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes, erit de numero omnium, qui filij dei per gratiam appellantur. Quomodo igitur si nihil plus cæteris ipse habet, com-
Ioan.1. munem omnium per gratiā patrem, suum solius appellat, dicēs: Nolite facere domum patris mei? Non enim ita iure dicere potuisset, si creatura esset: sed illo potius modo, Nolite domū patris nostri, domum negotiationis facere. Quum igitur sibi soli magna cum potestate dignitatem attribu-
Ioan.2. at, non gratia, sed natura filium dei seipsum esse cognoscit. Deinde subijcit: Quod signum nobis ostendis, quia hæc facis? Respondit Iesus: Solui-
Ioan.2. te templum hoc, & in tribus diebus suscitabo B
ipsum. Quod uerò suum corpus templum appellaret, statim Euangelista ostendit: Ille autem dicebat de templo corporis sui. Quando igitur surrexit ex mortuis, recordati sunt discipuli, quia hoc erat quod dicebat ipsis. Templum aūt proprium, atq; uere nullum dicitur, si deus in ipso non habitet. Nemo enim corpus suum animæ templū appellabit. Sed tunc per gratiam homo templū dei
Coloss.2. fit, quando per fidem Christi spiritussanctus in eo habitat. Corpus uerò Christi templum est uere: in ipso enim uoluit habitare corporaliter tota pleni tudo deitatis, ut ait Paulus. Nec ullus dubitat, quia uerbum dei caro factum sit. Quomodo igitur erit creatura filius dei, qui corpus in quo habitauit, sicuti uerus deus templum dei effecit? Rur- C
sum eodem in loco: Quum aūt esset Iesus in Hierusalem in festo paschæ, multi crediderunt in nomine eius, uidentes signa quæ faciebat. Ipse uerò Iesus nō credidit seipsum eis, quia ipse omnes cognoscebat, nec indigebat ut aliquis testaret de homine: ipse enim sciebat quid erat in homine. Di-
Psal.32. uinam admiratus naturam beatus Psalmista, illi soli testatur propriū esse ut corda hominum sciat. dixit enim ad deum: Qui finxit singillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum. Quoniam ergo solus uerus deus corda hominum scit, & occulta hominum intelligit, & hæc ipsa filius
Ioan.1. quoq; scire ac intelligere perhibetur: quomodo non erit uerus deus, aut quomodo erit creatura? Rursum, quum saluator noster ad Nathanaelem D
dixisset: Antequam Philippus uocaret te, quum esses sub ficu, uidi te. hoc solo signo Nathanael ad miratus, Rabbi, dixit, tu es filius dei, tu es rex Israel. Si ergo secundum ipsius saluatoris testimonium Israelita uerus erat Nathanael, in quo dolus non erat, necesse est credere ipsum non mentiri, dicentem de Christo: Rabbi tu es filius dei, & tu es rex Israel. Nam si mentitus est quum hæc dixerit, dolus erat in eo. Sed saluator mentiri non potest: nec igitur Nathanael etiam mentitus est, filium dei & regem Israel Christū appellās. Quam quidem dignitatem regni, non gratia, neq; ut homini (nullus enim uidebat satellites) sed ut uere filio dei incarnato attribuit. Quomodo igitur filius dei & rex Israel, creatura & seruus erit? Le-

gimus præterea saluatorem non rectè interrogantibus pharisæis dixisse: Erratis, ignorantes scripturas. Decebat enim ipsum sicut dominum & Matth.22. magistrum, non rectè dicentes corrigere, & ab ignorantia homines ad ueritatem reuocare. Si ergo Nathanael errauerit, filium dei & regem Israel ipsum appellando, cur statim non corrigitur? cur statim non fuit ad ueritatem reuocatus? cur non audiuit illico, Erras ô amice, non enim sum rex, sed seruus: nec filius dei, sed creatura? Si enim & Nathanaelem ab errore reuocasset, & nullam sibijpsi reprehensionem relinqueret, quod sic falso tantæ dignitatis opinionem uenaretur: nunc autem qui semper alios errantes reprehendebat, Nathanaelem, ut rectè dicentem honorat. Rex ergo Israel & filius dei est, & non creatura. Adhæc, scribit Ioannes, Sic Ioan.3. enim deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum dederit: ut omnis qui credit in eum, nō pereat, sed habeat uitam æternam. Si præcipua, mirabilisq; dei patris dilectio erga mundum ex hoc cognoscitur, quia filium suum hominem factum mundo dederit, certe, uere ac naturaliter filium suū assumere hominem uoluit. Parua enim res, nec magni existimanda esset, si non uerè filiū, sed creaturam quandam pro mundo dedisset. Et ad hæc, non uere unigenitus filius diceretur, quū etiam aliæ rationales creaturæ filij nomen per gratiam habeant. Sed præcipua, maximaq; dei patris in mundum dilectio est. Nō ergo creaturam, sed uerè filium assumere hominē pro mundo uoluit: quod inde significauit Euangelista, quia unigenitum ipsum appellauit. Deinde ait: Vt omnis qui Ibidem. credit in ipsum, non pereat. Quomodo ergo creatura est, si fides in eū saluat? Nam si creatura esset, perirent certè omnes qui in eum credūt: nunc autem qui syncere atq; integre in ipsum credunt, saluantur. Non est igitur creatura, sed patri consubstantialis. Postea subiungit: Nō enim misit deus filium suum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Dominam rerum omnium naturam significare uolens deus, per prophetam Esaiam: Ego, inquit, sum deus, & non est præter Esa.43. me qui saluat. Sed filius etiā saluator mundi est, & à patre missus est in mundum saluare ipsum. Ipse igitur est qui per prophetā clamat: Ego sum deus, & præter me nō est saluator. Non est igitur creatura, sed patri consubstātialis. Insuper scribit Ioannes Baptista de Christo dixisse: Quia illū Ioan.3. oportet crescere, me autem minui. Neq; certè incrementum aut decrementum corporis hic intelligendum. Dignum enim aliquid mente Ioannis dictū ab ipso existimare debemus. Maior igitur fiebat Christus, & Ioannem indies minorem magnitudine sua efficiebat. Non quia quantum homo homini, aut creatura creaturæ præstabat, quotidie homines animaduertebāt: parua enim hæc, & indigna differētia est. Sed quia ipsa opera Christi, dei opera erāt, & ita indies ab operibus deum esse ipsum uerum homines colligebant: & ita sequebatur, ut quanto magis Christus secundū opinionem

Universidad de Deusto
Biblioteca



nionem hominum ueram, in sublimitatem deitatis ascendebat: tanto Ioannes, ut homo nudus & creatura, minor uideretur. Quomodo igitur non erit amentia, filium dei creaturã appellare? Præterea eodem loco ait: Qui desuper uenit, super omnia est. Nihil aliud desuper in hoc loco (ut ego arbitror) significat, quam substantiã dei patris, quæ super omnia est. Nemo enim dicet locali altitudine filium gloriari, aut Baptistã de huiusmodi spacijs intellexisse. Nec ullus nisi omnino amẽs, motum à loco in locũ hic intelligi dicet. Quid aliud igitur significare desuper hic potest, quam ex sublimi ac ineffabili patris substantia? quomodo igitur, qui ex illa uenit, hoc est ex ipso patre secundum naturam nascitur, non erit eiusdem naturæ cum patre? Aut si erit creatura, quomodo uere di
Psal. 118. cetur super omnia esse, qui non dominus, sed seruus ut cæteræ creaturæ naturaliter erit? Serua enim est omnis creatura, secundum Psalmistam: filius uerò super omnia est. Nõ est igitur creatura, sed uerus deus. Quare si est super omnia, non erit unus ex omnibus, sed aliud præter omnia. Super omnia enim est, nõ locali (ut diximus) spacio, sed sublimitate & ineffabili natura, in qua nihil ex creaturis cum ipso potest conuenire. Nam si aliqua conueniret, nonesset ipse simpliciter super o-
Ioan. 3. mnia. Idem quoq; Ioannes Baptista de saluatore ait: Qui acceperit eius testimonium, signauit quia deus uerax est. Qui ergo credit omnia quæ Christus dicit, is signauit quia deus uerax est. Christus ergo deus est, qui ut uerus ab audienti-
Psal. 80. bus fide suscipitur. Quumq; nullũ recipere deum
Ioan. 11. recentẽ iubeamur, quomodo erit creatura filius
Ioan. 14. dei, quem sicut deum iubemur recipere? Ego (inquit saluator) sum uita. & rursum: Ego sum ueritas. Veritas autem mentiri non potest. Vita igitur est secundũ naturam. Nulla uero creatura secundum naturã uita est. Sola enim uita est secundum naturã, quæ semper & essentialiter uita est: creatura uero nec semper est, quum ex nihilo producta sit, nec essentialiter uita esse potest. Rur-
Ioan. 5. sum, ait saluator: Pater meus usq; modò operatur, & ego operor. Ideo igitur magis quærebant Iudæi occidere Christum Iesum: quia non solum soluebat sabbatum, sed etiam patrem suum dicebat deum, æqualem seipsum faciens deo. Infesti erant Iudæi Christo: quoniã quum homo sibi esse nudus uideretur, non cõmunem patrem, sed suũ proprium, deum esse dicebat. Pater meus, dicens, usq; modo operatur. Ex his illis uerbis, quia deũ patrem suum appellabat, ad naturalem & ueram sententiam uocati, dei æqualitatem sibi Christũ rapere quærebantur. Nam quod ex aliquo naturaliter est, æquale illi naturaliter comprobatur. Huius sententiæ quum Iudæi essent, quis unquam illos redarguit? Aut quis dicere ipsis ausus est, non esse saluatorem æqualem deo, quamuis proprius sibi pater deus est? Sed neq; ipse saluator hãc illorum increpauit opinionem, quum soleret etiam occultas cordis eorum cogitationes, quando improbæ erãt, reprehendere; nunc contrà æqualem

A se ipsi deo patri cõprobat, dicens deinceps: Quecunq; enim pater facit, hæc et filius similiter facit. Suum ergo naturalem patrem deum esse omnibus manifestat, & se patri æqualem ac cõsubstantialem ostendit: quomodo igitur creatura erit? Iterum dicit saluator noster: Sicut enim pater suscitat mortuos, & uiuificat: sic & filius quos uult uiuificat. Quid ad hæc saluatoris uerba hæretici dicẽt, si eos interrogabimus quomodo pater mortuos uiuificat: utrum tanquam particeps uitæ, an sicut ipsa uita, secundũ naturam ac essentialiter? hoc ultimũ scio dabunt, & quum ipse pater uita sit, ipsum uiuificare mortuos dicent natura, & non participationis gratia. Quoniã igitur etiam filius non aliter uiuificat mortuos quam pater, uita etiã ipse naturaliter ac essentialiter erit. Quum
B ergo idẽ sit quod pater, uita enim uterq; est: quomodo filius erit creatura, si pater nõ est creatura? Deus igitur uerus de deo uero, & uita de uita filius est. Deinde subiungit: Nullũ enim pater iudicat, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorent filium, sicut honorant patrem. Deus secundum naturam, pater etiam ab ipsis concedi-
Ioan. 5. tur, filius autem creatura esse dicitur, & non uerè deus secundum istos: quomodo igitur æquali ter poterit ab istis & ita sicut pater honorari, si pater sicut uerus deus honoratur, & filius non ita ab ipsis? Aut quomodo ipse pater eum honorem iubet filio suo dari, qui sibi datur? nonne ipse dixit per Mosen: Dominũ deum tuum adorabis, & illi soli seruies? Nisi forte credant, ab ipso deo patre nobis iuberi, ut creaturam colamus: quod dictu impium est. Quare quum pater iubeat, ut non aliter colamus filiuum suum, quàm seipsum: non erit filius creatura, nec ad extra ex nihilo productus, sed ex ipso patre natus. Deinceps ibidem addit: Sicut etiam pater uitam habet in seipso, sic dedit & filio uitam habere in seipso. Pater nõ per participationem, sed essentialiter uita est: sed filius sic habet uitam ut pater: non habet ergo per participationẽ, sed ipse essentialiter uita est. Nec conturbetur aliquis, quum audiat uitam filio esse datam à patre. Simile enim est, quemadmodum si calor, qui profluit ex igni, diceret: Sicut ignis ex
C lidus est, sic etiã mihi dedit ut calidus sim. Nulla enim participatio est, quamuis calor idipsum quod est, ab igne accepisse dicatur: sed nec diuisio aut separatio aliqua intelligitur, sed propter unitatem, quæ est in emittente & emisso consubstantiali, rectè dicitur, quicquid habet emissum, ab emittente accepisse. Quomodo igit filius, qui sic incõmutabiliter uitam habet sicut pater, creatura erit? Præterea, ad Iudæos ait dominus noster: Si ego testimoniũ perhibeo de me, testimonium meum non est uerum: alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quod uerum est testimonium, quod perhibet de me. Vos misistis ad Ioannem, & ipse testimonium perhibuit ueritati: ego autem non accipio testimonium ab homine. Perhibuit certè Baptista testimonium, quum dixerit de saluatore: Ecce agnus dei, qui tollit peccata



Ioan. 1. cata mundi. Verum quoniam saluator dicit non A accipere se testimonium ab homine, sed aliũ esse qui de seipso testimonium perhibet: quis est iste alius Ioanne, imò simpliciter homine maior? pa-
Matth. 3. tet de patre ipsum dicere. Pater enim dixit ad Iohannem: In quem uideris spiritum descendentem & manentem in ipso, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Spiritu autem descendente in Iesum, uox patris audita est dicentis: Hic est filius meus dilectus. Quum igitur ipse deus pater filiũ suum Christum appellet, idq; testimonium uerum sit, quia ab ipsa ueritate de ueritate dicitur: nõne manifeste impietatis crimine isti seipsos damnant,
Ioan. 5. qui filium dei creaturam audent prædicare? Ego (inquit deinde Christus) habeo testimonium Ioannis testimonio maius. Opera enim quæ dedit B mihi pater ut faciam, ipsa opera quæ ego facio, te stimonium perhibent de me, quia pater me misit. Parum posse Ioannis testimonium Christus dicit: non quia Ioannes non uere testimonium per-
Ioan. 1. hibuerit (uenit enim in testimoniũ missus à deo, ut testimonium perhiberet de lumine) sed quia iam apud Iudæos testimonium eius, quamuis uiri magni, & omnis uirtutis genere integerrimi, parum dependebatur, operum magnitudine atq; miraculorum demonstrari recte saluator ait, quia ex ipso patre exiuit ac uenit. Non enim potestate propria ut deus, tot tantaq; præter naturam fecisset, nisi uere filius dei esset. Quum igitur quæ pater potest facere, filius quoq; facere possit: nonne
Ioan. 5. ut impij fugiendi sunt omnes, qui non deum, sed creaturam dicere ipsum audent? Postea ibidẽ sub C dit: Ego uenit in nomine patris mei, & non suscepistis me: si alius ueniet in nomine proprio, illum accipietis. Quomodo filius uenit in nomine patris? uidelicet ut deus, ut dominus, ut uita, ut omnipotens, ut lumen, ut ille qui potest mortuos uiuificare. Hæc enim omnia pater potest. Quare si hæc omnia filius quoq; non est, non uenit in nomine patris. Venit autem in nomine patris: quia omnia quæ pater est, ipse quoq; est, uno solo excepto, quod pater non est. Quomodo igit creatura
Ioan. 6. erit? Rursum: Sicut misit me uiuens pater, & ego
Philip. 2. uiuo propter patrem. et, Qui manducat me, uiuet propter me. Missum se filius dicit à patre, aut secundum incarnationis modum, quia seipsum exinaniuit, formam serui accipiens, & factus est obe D diens usq; ad mortem: aut quia sicut ex sole lux emittitur, uel ex igni calor, sic inseparabiliter ex patre emanat. Viuere autem propter patrem dicitur, nõ quia particeps uitæ (sicut nos) sit: sed quia omnia paternæ substantiæ propria, naturaliter in ipsum, sicut in filium transeunt. proprium autem patris est uiuere: uel ut apertius dicam, ipse essentialiter uita est: hoc igitur & filius est propter patrem, quoniam ex eo nascitur. Non enim potest
Ioan. 8. ex uitio patre non uiuus filius nasci, nec ex increato creatus. Postmodum apud eundem Euangelistam legimus, quod respondit Iesus: Nec me cognouistis, nec patrem meum. Hinc etiam animaduerte, ueram patris imaginem filium esse. Nam si

à cognitione ipsius filij cognitio patris habetur: quomodo non erit necessarium, eandem naturã, hoc est, essentiam patris & filij esse? Si igitur nulla differentia est inter patrem & filium, nisi sola personalis: quia hic pater est, ille filius: quomodo filius erit creatus, quum pater increatus sit: præsertim quum relatiua nomina alterum ad alterum dicantur, & uno dicto, alterum statim intelligatur: nam qui patrẽ dixit, filium illicò intellexit: & qui filium appellauit, ad patrem confestim retulit. Si ergo creatura filius est, nõ poterit ad patrem uere referri, sed ad creatorem: & ita nõ poterit aliquis à cognitione filij cognitionem patris habere. Sed qui nouit filium, nouit & patrem. Verè igitur filius est, & consubstantialis patri. Iure igitur audire isti simul cum Iudæis possunt: Si me cognosceretis, patrem quoq; cognosceretis. Præterea dicit Euangelista: Responderunt Iudæi: Nos èx fornicatione non sumus nati, unum patrẽ habemus deum. Dixit eis Iesus: Si deus pater uester esset, diligeretis utiq; me: ego enim ex deo exiui & ueni. Non ueni enim à memetipso, sed ille me misit. Qui filium dei nõ dilexerunt, quomodo possunt dici deum patrẽ, ex quo filius est, dilexisse? Et qui fructum nõ honorarunt, quomodo arborem honorasse uidebuntur? Si autem dei patris fructus ipse filius est (hoc enim significat, quod ex patre exiuit & uenit) quomodo erit creatura? aut quo modo ex ipso deo patre non deus nasci naturaliter poterit, quũ nec creatura quidem ulla hoc patiatur? Homo emẽ ex homine, & bos ex boue nascitur. Deum igitur uerum de deo uero nasci necesse est. Aliter uerior in creaturis generatio, quàm in Deo inueniretur: quod absurdum est. Missum autem se filius à patre dicit, non mutatione locorum (non est enim deus in loco) sed sicut calorem ex igni, aut illuminationem ex lumine. Rursum Ioannes ait: Pater meus qui dedit mihi, Ioan. 10. omnibus maior est, & nullus potest rapere de manu patris mei. Ego & pater unum sumus. Maior omnibus pater est, nõ ut corpus corporibus, sed ut creator creaturis: sic enim omnia excedit, & super omnia est. Sed ipse pater qui super omnia est, unum est cum filio. quare ipse quoq; filius similiter ut pater, maior est omnibus, & super omnia est. Non est igitur creatura, sed unum & idem essentialiter cum patre. Insuper inquit: Multa bona opera ostendi uobis ex patre meo, propter quod igitur ipsorum lapidatis me? Responderunt Iudæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: quia tu quum homo sis, facis teipsum deum. Quũ saluator noster diceret, Ego & pater unum sumus: non intelligentes Iudæi à quo id diceretur, & in carnem solummodo respicientes, eum impietatis crimine accusabant, & lapidare conabantur. Id enim solum rectè intellexerunt, quod opinarentur deum seipsum facere illum, qui dicebat, Ego & pater unũ sumus. Meliores igitur Iudæi Arianis uidentur: quippe qui, quoniam Christus dixit, Ego & pater unum sumus: hoc admisso uiderunt necesse esse Christum

Universidad de Deusto
Biblioteca



deum uerum & æqualem patri concedere. Quomodo enim unum potest esse cũ deo uero, si creatura est? secundum ergo naturam deus uerus est, & unũ cum patre. Deinde dicit Euangelista: Respondit Iesus, Nonne scriptum est in lege uestra: Psal. 81. Ego dixi, dij estis? si illos dixit deos, ad quos uerbum dei factum est, & non potest solui scriptura: Quem pater sanctificauit, & misit in mundũ, uos dicitis quia blasphemas, qa dixi: Filius dei sum. Animaduerte quomodo seipsum aperte distinguit ab ijs, qui per gratiam dij sunt: ut ostendat se non gratia ut illos, sed natura deum esse. Quomodo igitur natura deus erit creatura? Insuper, Si opera patris mei non facio, inquit, nolite credere mihi: si autem facio, & si mihi non creditis, operibus credite, ut cognoscatis & credatis, quia in me pater est, et ego in patre. Quę natura, hoc est essentia dissęparantur, diuersas habent operationes: quorũ autem eadem simpliciter operatio est, eorum substantia etiam eadem est. Id saluator ostendens, dixit: Si non creditis in me, quia hominem esse uidetis, operum tamen inaudita potestas, & magnitudo facile uos potest impellere, ut credatis quia deus uerus de deo uero sum. Nam qui deo patri æqualis in operibus est, quomodo erit aliud ab eo secundũ substantiam? imò uerò, quomodo non erit unum & idem in omnibus, ita ut & ipse in patre sit, & patrem in seipso habeat? Insuper ait saluator: Ego sum resurrectio & uita. Si pater resurrectio & uita est, & idcirco ut deus uerus colitur: cur filium quoq; similiter hæretici nõ colunt, quum ipse quoque resurrectio & uita sit? Quum autem uita sit, quomodo erit creatura? Omnis enim creatura particeps uitæ, nõ uita est: solus autẽ deus uerus, ipsa uita est. Quare pater, & filius, & spiritussanctus ipsa uita essentialiter est. Rursum ibidem: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. Si ita unum cum patre filius est, ut qui credit in filium, in patrẽ credat: quomodo non erit stultum dicere filium esse creaturam? nisi fortasse quis diceret, ipsum quoq; patrem creaturam esse. Verùm, quoniam pater increatus ab omnibus (sicut est) creditur, erit filius quoq; increatus. Sic enim solummodo uerè filius erit, & pater in ipso conspicietur. Omnia (deinde inquit) quæ pater habet, mea sunt. Si omnia quæ patris sunt, filij quoq; sunt: est autem præcipuum essentiæ patris, ut increatæ substantiæ sit. Erit ergo etiam filius similiter increatus, & ita in principio cum patre, & in patre, uerbumq; eius & filius eius est, secundum ineffabilem & incomprehensibilem generationis modum. Deinde subiungit: Exiui à patre, & ueni in mundum. & rursum: Dimitto mundum, & uado ad patrem. Dicunt ipsi discipuli eius: Ecce nũc palàm loqueris, & prouerbium nullum dicis: nũc scimus quia nosti omnia, nec opus est tibi ut quis te interroget. In hoc credimus quia à deo existi. Maximũ est sanctorum apostolorum testimonium, & quasi quoddam sigillum fidei. Credere enim iam dicunt, quia à deo exiuit: hoc est, ex ipso patre natus æternaliter est, & uerè filius est. Hoc enim nõ certe aliud significat, quia ex deo exiuit. Sed adhuc quæso, unde & quibus argumentis in hanc uerã & firmã fidem deducti apostoli sunt. Nunq; inquiũt, scimus omnia te scire, nec esse tibi opus, ut ab aliquo interrogeris. In hoc credimus, quod à deo exiuisti: quia omnia Christum, corda eriam ipsorum scire uiderũt, ideò filium dei uerum esse crediderunt. Deo enim uero solum modo rerum omnium scientia conceditur, nec minus cogitationum nostrarum: quomodo ergo creatura erit, qui omnia non aliter quàm pater scit? Rursum ait: Hæc autem est uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Solus est deus uerus pater: quia dij gẽtium omnes falsi erant: sed cũ patre simul etiam filius Deus uerus est, & spiritus sanctus similiter: quia pater & filius, & spiritussanctus unum sunt. Ad hæc adiungit: Manifestaui nomen tuum hominibus. Quod nomẽ patris manifestum saluator hominibus fecit? an quia deum esse prędicauit? Sed prophetæ quoq; omnes dominũ omnium deum appellant, & significatio huius nominis, etiã ante incarnationem uerbi dilucida erat: an quia creatorem esse ipsum patrem Christus docuit? Sed beatus Moses Genesin scribens, ita statim incepit: In principio fecit deus cœlũ & terram. Quod igitur nomen à salũatore declaratum est? Non aliud certe quàm nomen patris. Nemo enim ante incarnationem uerbi aperte declarauerat, quod deus haberet filium ex seipso natum. Per euangelicam autem doctrinam in filium Dei credidimus. Et ita patrem quoq; ipsum uerè patrem esse cognouimus, à naturali pulchritudine filij ad pulchritudinem genitoris sui deducti. Si ergo filius creatura esset, non cognosceretur per ipsum deus esse pater uerè, sed creator: filius enim sic ad patrẽ dicitur, ut creatura ad creatorem. Quare si re ipsa & uerè deus pater cognitus est, errant uehementer qui filium dei ex ipso deo uerè natum non cõfitentur. Aliter enim non erit uerum, quod nomen patris hominibus Christus manifestauit. Præterea, Noli me tangere, saluator ad Mariam post resurrectionem dixit: nondum enim ascendi ad patrẽ meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis, quòd ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum: & deum meum, et deum uestrum. Hinc etiam si quis aduertat, nõ creatura, sed uerè filius dei Christus esse ostenditur. Nam quũ uerè homo propter nos factus sit, sicut propria naturæ nostræ sibi uerè assumit: sic sua nobis attribuit, & ad honorem diuinitatis suæ hominẽ exaltat. Homines enim nos sumus secundum naturam, ipse uerò deus secundũ naturam, sed factus est homo ex misericordia. Serui nos dei sumus secundum naturam, ipse dominus quidem secundum naturam, quia deus: sed seruus factus est, quia uerè horum. Contrà etiam deus ipse secundum naturam est, nos per adoptionem ad fraternitatem eius uocati. Si ergo nos per gratiam dij & filij dei sumus, erit uerbum Dei (cuius gratia dij & filij dei sumus) re ipsa uerè filius dei. Non enim potuisset si per gratiã ipse quoq; deus esset, ad similem gratiam nos exaltare. Non emẽ potest creatura, quod à se non habet, sed accepit à deo, alijs propria potestate donare. Non est ergo creatura filius Dei, sed uerus deus. Pax uobis, saluator ad discipulos ait: Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Quũq; dixisset, sufflauit, & dixit ipsis: Accipite spiritum sanctum. Creatiuus secundum naturam spiritus Psal. 103. sanctus, à Psalmista etiam prædicatur: Emittes enim (inquit ad Deum patrem) spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Quum igitur spiritussanctus & creat & renouat omnia, sicut substantialiter uerus Deus: quomodo erit creatura filius, qui creatoris spiritus est largitor? Insuper, Quum discipuli Thomæ condiscipulo dicerent surrexisse saluatorem è mortuis, seq; ipsum uidisse subdubitans Thomas, respondit: Si Ioan. 20. non immittam manus meas in locos clauorum, non credam. Quum dominus deinde rursum apparuisset, & manus atq; latus Thomæ ostenderet, ad firmam reuocatus fidem, ille magna uoce respondit: Dominus meus, & deus meus. Quo dicto, & tunc laudatus fuit, & nunc à nobis in admiratione habetur: quia saluatorem uerè & dominum, & deum appellauit. Nec minus beati ab ipso Christo dicuntur, qui quamuis ipsum non uiderint, Dominum tamen & deum (ut Thomas) cõfitentur. Quomodo ergo erit creatura, si deus & dominus est? quum istæ appellationes uerè ac secundum naturam, increatæ solum naturæ uerè cõgruant. Quod si creatura esset filius, ut isti mentiuntur, non erraret aliquis profecto, si cæteras quoq; creaturas (ut uerbi causa angelos) dominos & deos uocaret. Errat autem, & impius existimatur, quicunq; recẽtem, hoc est creatum Deũ & dominũ sibi facit. Non est igitur filius dei creatura, sed patri coæternus. Deniq; dicit Euangelista: Multa etiam alia signa fecit Iesus coram discipulis suis, quæ non sunt scripta in libro hoc: hæc autem scribuntur, ut credatis quia Iesus est Christus filius dei. Non considerant profectò hæretici, quæ differentia sit inter creaturam & filium. Creatura enim non est ex ipsa creatoris substantia, sed ad extra producta. Quod uerò ex aliquo nascitur, & ex ipsa natura eius, hoc ipsum à similitudine creaturarum ad deum commode reduce- Ioan. 20. mus. Cuius igitur gratia, si creatura esset filius Dei, multa dicit Euangelista, facta signa per Christum, ut credamus quia ipse est filius dei? an quia difficile esset credere ipsum esse creaturam? Profectò non, scripta enim esse signa, inquit, quæ Iesus fecit, ut credatis Christum esse filium dei, deum uerum de deo uero. Ad hunc enim intellectum signa illa & miracula, summa cum potestate nos impellunt.

Thesauri libri duodecimi Cyrilli finis.



EIVSDEM LIBER DECIMVSTERTIVS.

*Quod spiritussanctus deus uerus est, quod ex substantia patris & filij emanat, & quod per filium creaturis donatur.*

CAP. I.

Obiectio hæreticorum.

SIquoniã spiritus ex deo à scripturis dicit, idcirco cõsubstantialis patri est, erunt omnia cõsubstantialia patri. Omnia emẽ ex deo esse scribũtur, & ita innumerabilis multitudo deorũ introducet, quod nõ solũ impiũ, uerumetiã stultũ est. Solutio. Opus est, ut qui uolunt rectè scripturas intelligere, parati ad fidem sint. Nisi enim crediderit is, nõ intelliget is, quidã ait propheta. Verum quoniam impudenter multi hæc nobis obij- Esaiæ 7. ciunt, necesse est pro uirili parte conemur in ueritatẽ eos reducere, aut saltẽ à rectè credentibus hu iusmodi tela ipsorum repellere. Dicimus igitur, quod non similiter spiritussanctus, & cætera omnia dicuntur ex deo esse. Nam spiritus quidẽ sanctus in ipso deo essentialiter est, & inseparabiliter ex eo prodit: creaturæ uerò ex deo patre per filiũ in spiritu sancto ad extra productæ sunt. Quod si ex deo patre omnia esse dicuntur, & spiritussanctus similiter, cõtendantq; non esse differentiam inter creaturas & spiritũ sanctũ: dicãt nobis quæso, quare nulla creaturarũ scit ea, quæ dei sunt? & quare nulla inuestigat profunda dei? cur etiã per nullam creaturam secreta sua deus pater reuelat, sed solummodo per spiritũ sanctũ? Quoniam igitur per spiritũ creaturis reuelatio fit, ipse uerò spiritus profunda quoq; dei nouit: patet quia nõ est ad extra productus ut creatura, sed in ipso deo, & ex ipso inseparabiliter est: & ita Deus uerus unà cum patre & filio est, & non creatura. Hæc autem ita se habere Paulus testatur, dicens: Nos aũt spi- 1. Cor. 2. ritum dei accepimus, ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis. & rursus: Quis hominũ nouit quæ hominis sunt, nisi spiritus hominis qui est in ipso? Sic & quæ Dei sunt, nullus nouit, nisi spiritus dei qui est in ipso. & alibi: Nobis enim reuelauit deus per spiritum sanctum. Spiritus enim omnia Ibidem. inuestigat, etiã profunda dei. Aduerte quod spiritus hominis non per reuelationem scit quæ in homine sunt, sed proprie ac naturaliter occulta cordis cognoscit. Sed spiritussanctus similiter scit quæ sunt in deo patre, secundum Paulum. Sicut ergo spiritus humanus nõ est alienus à natura hominis: sic & spiritus dei patris eiusdem substãtiæ cum ipso deo patre est. Vos autem (idem ipse cũ Paulus ait) non estis in carne, sed in spiritu, si qui- Rom. 8. dem spiritus dei habitat in uobis. Si quis autẽ spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si autẽ Christus in uobis, corpus quidem mortuũ propter peccatum, spiritus aũt uita propter iusticiam. Disce rursum à Paulo rectas de spiritu sancto sententias: hinc enim habes ex saluatoris substantia spiritũ sanctũ esse, nec alienũ ab unius deitatis essentia. Nã quũ spiritũ dei uocauerit, statim & spiritum Christi appellauit: ut ostenderet, omnia quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca



quæ patris sunt, in filium suum dum ex eo nascitur naturaliter pertransire. Sed spiritum sanctum, Christum etiam uocat, dicens: Si autem Christus in uobis est: ut ostenderet spiritū non esse alienū à substantia uerbi, sed ita unū cū uerbo, ut quamuis in propria hypostasi sit, in ipso tamen uerbo sit, & uerbum in ipso. Ex deo patre igitur spiritū sanctū esse confitemur. Sed hæretici cætera quoq; omnia ex deo patre similiter esse aiunt, & Paulū
2. Cor. 8. dicentem nobis incutiunt: Vnus deus pater, ex quo omnia, & sic non ex substantia patris, sed ad extra productum spiritum, sicuti creaturas cōtendunt, quoniā ex deo patre ipse quoq; dicitur esse. Neq; animaduerterunt, quod spiritus sanctus in deo, & ex deo inseparabiliter est: creaturæ uerò ad extra per uoluntatem dei productæ. Quod ita esse patet, quia quū spiritus sanctus in nobis habitat, ipse Christus qui est deus uerus, in nobis habitat. Non autem ita fit, si creatura in nobis habitat. Non enim si angelus (uerbi gratia) uel archangelus in nobis habitaret, deus quoq; statim diceretur nobiscum habitare. Quum igitur tanta differentia inter spiritum & creaturam sit, patet spiritum non esse creaturam: quia naturaliter in ipso creatore est, & ita eiusdem essentiæ cum patre & filio necessariò inuenitur. Rursum idem Paulus:
Rom. 8. Qui, inquit, spiritu dei ducuntur, filij dei sunt. Nō enim accepistis spiritum seruitutis in timore, sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus
Gal. 4. abba pater. Si ergo spiritus sanctus filios dei facit eos in quibus habitat, & participes dei ostendit, eosq; deo ipsi cōiungit, adeò ut possint clamare, abba pater: non erit certe seruus, nec creatura: sed essentialiter Deus uerus, ex ipso deo patre per filium creaturis donatus. Et ideò deos & filios dei per adoptionem facit eos, in quibus habitat. Ipse, inquit, spiritus contestatur spiritui nostro, quia sumus filij dei: nam quia ex substantia filij est, ideò Christus largitur ipsum sanctis hominibus. Verbum igitur dei per spiritum sanctum in nobis habitat: & sic adoptamur in filios dei, ipsum filium in nobis habentes, ad quem spiritus sancti participatione reformamur, & ad filiorum conditionem per gratiam suscepti, dicere audemus, abba pater. Natura igitur & essentialiter spiritus sanctus deus est: quoniam qui ipsum suscipiunt, diș
1. Cor. 15. per gratiā efficiuntur. Sicut enim induimus (rursum Paulus ait) imaginem terrestris, induamus & imaginem cœlestis. Terrestrem hominem appellat primum omnium hominum: cuius imaginem induimus, in similitudine præuaricationis eius ad mortem atq; corruptionem impulsi. Cœlestem autē uocat, dominū nostrū Iesum Christum: cuius imaginem, hoc est, uiuificantem spiritum si acceperimus, ad ipsum uiuum dei uerbū reformamur, & ad incorruptionem reducimur in æternam uitam renouati. Spiritus enim est qui
Ioan. 6. uiuificat, ut saluator ait. Quemadmodum igitur, quoniam filius imago patris est, si quis filium susceperit, patrē etiam habet: sic quoniam spiritus sanctus imago filij est, si quis eum susceperit, filiū quoq; habet. Itaq; si quis spiritum sanctum acceperit, & filium & patrem similiter accepit. Quomodo igitur spiritus sanctus quū sit incōmutabilis imago filij dei, inter creaturas connumerabitur? Non puto aliquem ita insanire, ut audeat dicere, posse creaturā aliquam incōmutabilem creatoris imaginem esse, & uerā atq; perfectam, ita ſcilicet ut omnia in seipsa sint, quæ in eo sunt, cuius imago est. Deus igitur uerus spiritus sanctus est, quoniā filij dei (qui est uerus deus) imago perfectissima est. Scriptū est rursus: Prophetæ duo uel tres loquātur, & deinceps. Si aūt omnes prophetent, introierit autē infidelis aliquis uel idiota, redarguitur ab omnibus, & occulta cordis eius manifesta fiunt, et sic cadens in faciem adorabit deum, annuncians quia uere deus in nobis est. Quoniā igitur qui spiritū sanctū acceperunt, sicut dei habentes in seipsis prophetant, & ideò in admiratione habentur: quomodo erit creatura spiritus sanctus? aut quomodo non erit uerus deus, a patre per filium ad idoneos procedens, sicut & calor ex igne ad reliqua corpora? Qui enim loquitur linguis inquit, nō hominibus loquitur, sed deo: nemo enim audit: spiritu autem loquitur mysteria. Ecce aperte Paulus dicit deo ipsum loqui, qui linguis loquitur. Deinde non minus aperte deū esse spiritum sanctum ostendit, dicens: Spiritu autem loquitur mysteria. Quomodo igitur non erunt impietatis rei, qui inter creaturas audent spiritū sanctū collocare? Ad Corinthios itidem scribens Paulus ait: Nos enim templa sumus dei uiui, sicut dixit Deus: Inhabitabo in ipsis, & inambulabo in illis, & erunt mihi in populum, & ego ero ipsis in deum, & paulo post: Nolite contristare spiritum sanctum dei, qui habitat in uobis. & rursum: Si quis templum dei corrumpit, corrumpet hunc deus: templum enim dei sanctum est, quod estis uos. Si ergo sancto spiritu accepto, domus et templum dei efficimur, & deū habemus in nobis habitantem & inambulantem: quomodo spiritus sanctus nō erit uerus deus? aut quomodo erit creatura, ut cō tendere audent, qui scripturæ obtemperare non solent? Idem Paulus seruū seipsum Christi, & uocatum Apostolum dicens, destinatum se in euangelium dei ait. Idipsum etiā aliter significans scribit ad quosdam de deo: Qui sufficientes nos, inquit, ministros noui fecit testamenti, non literæ, sed spiritus. Si ergo testamentum spiritus, ipsum euāgelium dei ad quod destinatus fuit, appellat, quomodo spiritus sanctus non erit deus? Idē Paulus rursum scribit: Si autē spiritus eius qui Iesum Christum suscitauit à mortuis, habitat in uobis, ipse qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra per spiritum suū, qui habitat in uobis. Si creatura spiritus sanctus est, secundum hæreticorū furorem, quomodo totam operationem dei habet? Non enim puto posse aliquos adeò insanire, ut audeant dicere, deum uerum, organis atq; instrumētis aliquibus operationes suas ad extra emittere. Quoniam sicut uita secundum naturam filius est, & spiritus etiam



etiam sanctus, quē ipse largitur, uiuificat: necesse est omnino cōfiteri spiritū sanctum ex substantia patris et filij esse, totamq; ipsius uirtutē atq; operationem habere: ueluti si ex aqua uapor ascendat, & eos frigefaciat ad quos peruenit. Non enim aliam naturam, quàm ipsius aquæ ostendit.

*Quod spiritus sanctus deus est, & eandem operationem cum filio habens: nec est alienus à substantia filij: & quod quando deus dicitur habitare in nobis, ipse spiritus est qui habitat.*

CAP. II.

2. Tim. 1. Rom. 15. PAulus ad Timotheum scribens ait: Bonum depositum serua, per spiritū sanctum qui habitat in nobis. Ad Romanos autem: Non audeo loqui aliquid eorum, quæ non fecit Christus per me, in obedientiam gentiū uerbo & opere, in uirtute signorum & prodigiorum, in uirtute spiritus dei. Et rursus: Obsecro igitur uos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatē spiritus sancti, ut adiuuetis me in orationibus
1. Cor. 6. uestris. Ad Corinthios: An ignoratis quia membra templum spiritus sancti sunt, qui in uobis est,
Ibidem. quem habetis à deo? Et rursum: Qui adhæret domino, unus spiritus est. Ecce aperte hic spiritum
1. Cor. 3. sanctum dominum esse ait. Quod dilucidius facit, dicens de Iudæis: Vsque ad hodiernum diem idem uelamen in lectione ueteris testamenti manet. Nonne quum legitur Moses, uelamen super cor ipsorum iacet? quando autem conuertuntur ad dominum, aufertur uelamen. Dominus uerò, spiritus est: ubi autē spiritus domini, ibi libertas.
Ibidem. Et rursus: Nos autē omnes discooperta facie gloriam domini intuentes, in eandem imaginē reformamur à gloria in gloriam, sicut à domini spiritu. Quoniā igitur unus est dominus Iesus Christus,
1. Cor. 8. ut ipse Paulus ait: et quoniam spiritum sanctū dominum similiter appellat: nullam certe differentiam essentialem filij & spiritus nouit. Et ideò spiritum sanctum dominum similiter appellat, sicut
1. Cor. 2. ex ipso filio, & in ipso naturaliter existentē. Idem quoq; Paulus scribit: Quis cognouit mentem dominis? deinde ait: Nos autem mentem Christi habemus. & intelligit spiritum sanctum, qui habitat in nobis. Si ergo mens Christi uocatur, quomodo erit creatura? quum nullo modo possibile sit, ut deitatis natura, quę simplicissima est, habeat aliud in essentia sua nisi æternum atq; increatum?
1. Ioan. 4. In hoc (inquit euāgelista Ioannes) cognoscimus quia in nobis est deus, ex spiritu quem dedit nobis. Et rursum: In hoc cognoscimus quia in ipso manemus, & ipse in nobis, quia de spiritu suo dedit nobis. Si ergo spiritu sancto inhabitante in nobis, deus est qui inhabitat: quomodo spiritus non erit deus? quum omnia propria quæ dei sunt habeat, & à deo pater per filium creaturis præbeat?
Luc. 11. Christus etiam ad Iudæos ait: Si autem in digito ego dei eiicio dæmonia, uenit ergo in uos regnū dei. Digitum hic dei, spiritum sanctum nominat: modo enim quodam ex substantia dei emanat, & naturaliter inde dependet, sicut ex humana manu digitus. Brachium enim & dexteram dei, filiū dei scripturæ uocant. Saluauit enim, inquit, dextra eius, & brachium sanctum eius. Et rursus: Domine sublime est brachium tuum, & nescierunt.
Quemadmodū igitur brachium toti corpori naturaliter coaptatur, omniaq; facit quæ menti uidentur, inungere quoq; solet digito: sic filiū quidem dei ex ipso et in ipso patre naturaliter esse intelligimus. Ex filio autem naturaliter ac essentialiter spiritum sanctum, sicut ex patre prouenire credimus, per quem filius omnia inungens sanctificat. Nō est igitur aliud spiritus à deitatis essentia, sed ex ipsa & in ipsa naturaliter, sicut & digitus in manu, et manus in corpore. Eiusdem enim substātiæ digitus cū manu, & manus cū corpore est. Hęc quū ita se habeant, deus certe uerus & nō creatura spiritus sanctus est. Quò ibo à spiritu tuo (Psalmista canit) & à facie tua quò fugiā? Si
Psal. 138. ascendero in cœlū, tu ibi es: si ad infernū descēdero, ades. Si susciṕiam alas meas in mane, & habitabo in extremis maris: etenim ibi manus tua deducet me, & detinebit me dextera tua. Spiritū sanctū tuū faciem patris appellat, quoniā ostendit ipsam essentiam dei, unde est: tum manum, propter uirtutem omnipotentem quæ ipsi inest. Quomodo igitur non erit uerus deus & consubstantialis patri spiritus, qui ex ipso & in ipso est, non separatus ab eo, quemadmodū & manus non est separata à corpore humano? Quod aūt spiritus sanctus deus sit, ab apice quoq; Apostolorum Petro, cui
Matth. 16. hęc mysteria (ut saluator ait) nō caro nec sanguis, sed pater ipse cęlestis reuelauit, discere possumus.
Actor. 5. dicit enim ad Ananiam: Anania, cur satanas impleuit cor tuum, & mentitus es spiritui sancto, tibiq; attribuisti à precio loci? Et addit: Non mentitus es hominibus, sed deo. Si ergo spiritui sancto mentitus, deo mētitur, deus recte spiritus est, & non creatura. Paulus item ad Galatas: Filioli
Gal. 4. quos rursum parturio, quoadusq; formetur Christus in uobis. Formatur autem Christus in nobis per operationem spiritus sancti, renouatis nobis in similitudinē suā, & spiritalibus effectis. Deus igitur est spiritus Christi, quo in nobis ipse Chri-
Hierem. 3. stus formatur. Deus etiam ipsius aduentus saluatoris bona nobis prænuncians, de gregibus suis
Actor. 20. dicit: Suscitabo ipsis, pastores secūdum cor meū, & pascent greges cū scientia. Paulus uerò Ephesinis presbyteris scribens, dicit: Attendite uobis ipsis & omni gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos. Aduerte quod Deus solicitus est hoc facere, quod cū potestate spiritus sanctus facit, pastores suscitans, ut prædictū est à prophetis. Non est ergo alienus à deitatis essentia spiritus sanctus, sed quasi operatio naturalis ac essentialis: in propria tamen hypostasi ex ipso prodiens deo, & in ipso manens, omnia quæ dei sunt operatur. Ad hæc, Christus ad suū patrē de nobis
Ioan. 17. dicit: Sanctifica ipsos in ueritate tua. Et ipse deus
Ezech. 18. rursum per Ezechielem prophetam: Et ero ipsis deus, & ipsi mihi erunt populus. Et cognoscent gentes quia ego sum dominus, qui sanctifico ipsas. Vide q; deus est qui sanctificat permanentes

in

Universidad de Deusto
Biblioteca



in charitate sua: spiritus autē sanctus sanctificat: deus igitur est, & nō creatura. Insuper, hominē à dei uerbo assumptum esse, uniuersa scriptura clamitat, nec isti negare audent. De ipso igitur Christo scriptū est, quia ducebatur spiritu in eremū, & ducebatur Iesus in uirtute spiritus in Galilæam. Dicant ergo nobis, qui spiritū inter creaturas collocant: quomodo filius dei, qui est sapiētia & uirtus patris, ipsius spiritus sancti uirtute modò in Galilæam ducebatur, modò in eremo diabolum uincebat? An ita imbecillem dicūt filiū dei fuisse, ut creati spiritus secundum ipsos auxilio indigeret? Et quomodo dominus uirtutū, creaturæ adminiculo quasi necessario uteretur? Quoniā igitur id dictu stultissimum est, necesse est deum esse spiritum sanctū, qui naturaliter ex patre in filio est, & totam ipsius habet operationem. Verbum autem per spiritum sanctū uincit. Vtitur enim ipso, ut propria uirtute. Est & in eo essentialiter, quo & diabolū in eremo uicit, & in Galilæa signa effecit: omnia enim ex patre per filium in spiritu sancto facta sunt. Rursum, deus ex parte cuiusdam prophetæ: Nonne ego cœlum et terram impleo? dicit dominus. Implet autem, quia ubiq; per spiritum suum est. Quod ostendit, dicens: Quò ibo à spiritu tuo? Si ascendero in cœlum, tu ibi es, & cætera. Si ergo deus omnia replet, idq; per spiritum sanctū, deus certe spiritus sanctus est, & nō creatura. In deo uerò (Paulus ait) uiuimus & mouemur, & sumus. Dominus autē noster Iesus Christus has operationes à deo nobis datas, à spiritu sancto daras asserit, dicens: Spiritus est qui uiuificat. Si ergo deus est, in quo uiuimꝰ & mouemur, secundum Paulum: uiuimus autem in spiritu, secundum saluatorem: nō erit creatura spiritus sanctus, sed deus uerus. Insuper: Ego (ait saluator) & pater ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Sed nemo dubitat patrem & filium in sanctis uiris per spiritum suum habitare. Quoniam ergo patris & filij simul præsentiam spiritus sanctus, quum in hominibus habitat, facit: per spiritum est ipsum non esse alienum à deitatis essentia, sed ex ipsa naturaliter emissum, totam patris & filij habere operationem. Quod autem spiritus sanctus à patre per filium ad sanctos uiros mittitur, ipse saluator ostendit, dicens: Quando autē ueniet paracletus, quem ego mittam à patre spiritum ueritatis, qui à patre procedit, ille testimoniū perhibebit de me. Et rursum: Paracletus autem spiritus sanctus, quē pater mittet in nomine meo, ille docebit uos omnia, & suggeret uobis omnia quæ dixi uobis. Præterea, Paulus seipsum in principijs epistolarū apostolum Iesu Christi uocatum appellat, apostolatū ab ipso Iesu Christo accepisse ostendens. In Actibus uerò apostolorum huiusmodi aliquid scribitur: Ministrantibus autem ipsis domino & ieiunātibus, dixit spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabā et Paulum ad opus ad quod uocaui ipsos. Si ergo à spiritu sancto in apostolatum uocatus, à Iesu Christo uocatus dicitur: manifeste probatur spiritus sanctus non esse alienus à substantia filij, sed esse in ipso filio, & exipso, sicut operatio quędam naturalis in propriahy postasi: & ideò omnia facere posse quæ uult, sicut & filius.

Matth. 4. Luc. 4.
Hierem. 23.
Actor. 17.
Ioan. 6.
Ioan. 14.
Ioan. 15.
Ioan. 14.
Rom. 1.
Actor. 13.

*Quod spiritus sanctus perfectus est, nec quicquam in eo est imperfectum.* CAP. III.

Obiectio hæreticorum.

SEd quomodo, inquiunt, non erit stultum ex substantia dei patris spiritū prædicare, & deū ipsum putare: quū deus perfectus sit, & nihil habeat imperfectionis: spiritus autem imperfectus, quippe qui nihil habeat ex seipso: sed quicquid habet, participatione habeat: quod liquide saluator in euangelijs dicit, Non enim, inquit, loquetur à seipso, sed loquetur quæ audiet. Certè si spiritus perfectionē haberet, loqueretur etiam à seipso, nec admonitione alterius semper egeret.

Solutio. Non iniuria mirabitur aliquis tantā elle hæreticorum uel superbiam uel amentiam. Quibus enim doceri possiunt, deum esse spiritum sanctum & fructum (ut ita dicam) diuinæ essentiæ, quoniam in ipsa est, & ex ipsa inseparabiliter prouenit, & eiusdem substātiæ cū patre & filio, & in propria hypostasi, illis ipsis magis turbari uidentur: sed peccatis (ut scribitur) proprijs oppressi, rectā discipulorū Christi uiam agere nō possunt. Non enim hæc saluator de spiritu sancto dicit, ut imperfectionē eius ostendat: sed ut auditores intelligant se non aliud audituros à spiritu sancto, quàm quod ipse uelit. Id aūt eiusdem substantiæ spiritū & filium probat. Mens enim filij spiritus est, secundum Paulum: Nos autem mentem Christi habemus, inquit. Non ergo potest spiritus aliqui, quàm ille cuius mens est. Nihil ergo ex seipso locuturū spiritū dixit. quasi diceret: ego ipse rursum locuturus uobis sum, quemadmodum humana mens de prodeunte ab ipsa sermone diceret: nihil loquetur à seipso, sed loquetur quæ audiet. Non enim propter hoc sermonem hominis quidem hic unum uere & essentialiter bonum ait, quod est Deus. Psalmista uerò, Spiritus, inquit, tuus bonus deducet me in terram rectam. Si ergo bonus non est aliquis præter Deum, spiritus autem sanctus bonus est, quis ambigat ipsum Deum esse uerum, qui à scriptura bonus appellatur? Et Paulus: Notum, inquit, facio uobis, quod nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere, Dominum Iesus, nisi in spiritu sancto. Quare patet nemi nem scire Iesum Dominū esse, nisi qui participat spiritu sancto: & neminem ignorare Iesum non Dominum esse, nisi qui participat spiritu sancto. Sed quomodo, qui particeps est spiritu sancti, cognoscit quod Iesus dominus est? Nō aliter certe, quàm qui mel gustarunt. Isti enim quum gustarint, ex qualitate propria ipsius sciuerunt, quia mel dulce est: sic & spiritus sancti particeps, Iesum cognoscit Dominum esse. Ex substantia igitur filij, spiritus sanctus est, & quasi (ut ita dicam) Dei ipsius qualitas, ex ipso est. Deus igitur est, & non creatura. Ad hęc, gratiarum distributionem Paulus spiritus sancti operationi attribuit dicēs: Alij per spiritum sermonem sapientiæ dari, alij fi-





sancti ad deum formatus fuit. Sed quem spiritū Moses per sufflationem datum homini asseruit, hunc Christus denuo post resurrectionem in nocipite spiritum sanctum, ut reformati ad pristinā imaginem, creatori conformaremur per participationē spiritus sancti. Quoniam igitur spiritus sanctꝰ nobis datus conformes nos deo efficit, & quoniam ex patre per filium prodit, patet quod diuinæ substantiæ est, in ipsa substantialiter, et ex ipsa prodiēs: sicut & spiritus qui ex humano prodit ore, quamuis parua & indigna similitudo uideatur: omnia enim Deus excedit. Vtilem sanè Paulus doctrinam ecclesijs tradit, præcipiens singulis quomodo apparere deo debeant. Vir, inquit, non debet caput uelare, imago enim & gloria dei est. Mulierem autem in eodem loco uiri gloriam asserit esse. Quærendum igitur utrunq; est, & primo quomodo uir imago & gloria Dei sit. Sic igitur appellari uirum putamus, quoniam spiritus sancti particeps factus est, hoc est, ipsius diuinæ naturæ, & ita gloria etiam Dei fuit repletus. Quia igitur spiritum Dei habet in seipso, & participatione ipsius in similitudinem eius formatus est, ideò imago dei, et gloria uocatur: quod etiam inde apparet, quia & mulier gloria uiri esse dicitur, quoniam ex substantia eius facta est. Cepit enim Deus, inquit, unam de costis uiri, & feri dicitur, quia ex parte membrorum uiri facta est: sic & uir gloria Dei dicitur, quoniā particeps Dei est per habitantem in eo spiritum. Non est igitur creatura spiritus, sed deus uerus simul cum patre & filio adoratus. Insuper, adijt quidam dominum nostrum Iesum Christum, & dixit ei: Magister bone. Cui Christus respondit: Quid me dicis bonū? Nullus bonus nisi unus deus. Et Christus quidem hic unum uere & essentialiter bonum ait, quod est Deus. Psalmista uerò, Spiritus, inquit, tuus bonus deducet me in terram rectam. Si ergo bonus non est aliquis præter Deum, spiritus autem sanctus bonus est, quis ambigat ipsum Deum esse uerum, qui à scriptura bonus appellatur? Et Paulus: Notum, inquit, facio uobis, quod nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere, Dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. Quare patet nemi nem scire Iesum Dominū esse, nisi qui participat spiritu sancto: & neminem ignorare Iesum non Dominum esse, nisi qui participat spiritu sancto. Sed quomodo, qui particeps est spiritu sancti, cognoscit quod Iesus dominus est? Nō aliter certe, quàm qui mel gustarunt. Isti enim quum gustarint, ex qualitate propria ipsius sciuerunt, quia mel dulce est: sic & spiritus sancti particeps, Iesum cognoscit Dominum esse. Ex substantia igitur filij, spiritus sanctus est, & quasi (ut ita dicam) Dei ipsius qualitas, ex ipso est. Deus igitur est, & non creatura. Ad hęc, gratiarum distributionem Paulus spiritus sancti operationi attribuit dicēs: Alij per spiritum sermonem sapientiæ dari, alij fidem in eodem spiritu, alij operationes uirtutum, alij prophetiā, alij discretiones spirituum, alij genera linguarum, alij interpretationem sermonū. Hæc autem omnia operatur unus atq; idem spiritus diuidens unicuiq; sicuti uult. Ita quum sciret spiritū sanctum deum esse, in eadem epistola scribit, quod deus cōstituit in ecclesia primū apostolos, secūdo propheras, & tertio magistros, postea uirtutes, deinde gratias curationū, opitulatiōes, gubernationes, genera linguarū. Quis ergo mentis compos posset ambigere, deum esse uerū spiritum sanctum? Ecce enim apertissimè Paulo genera linguarū à spiritu sancto diuidi, quibus uult ait: deinde deum asserit eum, qui huiusmodi gratias in ecclesia distribuit. Quare si autoritatē Pauli suis cauillationibus præferrent, spiritū sanctum sicut Deū cum patre & filio adorarent. Insuper, leges mulieribus distribuens Paulus: Mulier, inquit, quāto tempore uiuit uir eius, ligata est: si autem mortuus uir fuerit, libera est nubere cui uelit, solum in domino. Beatior autem erit, si sic manebit secundum sententiam meam. Videor autē ego spiritū dei habere. Quid igitur à nobis colligitur? Hoc certe soli deo congruit huiusmodi leges ferre. Paulus uerò has leges scribit, sicut spiritum dei habēs. Deus ergo spiritus sanctꝰ est, qui in Paulo erat, & leges per ipsum dictitabat. Ipse etiā Paulus alibi inquit, Nos uobis annūciamus spiritalia dei esse: quæ spiritalia ideo Paulꝰ appellauit, quia spiritum sanctum deum esse non ignorabat. Saluator itidem in euangelijs ueritatem seipsum appellat: deinde ostendens spiritum sanctum ex substantia patris & filij esse: Spiritum, inquit, ueritatis, qui à patre procedit: In epistola uerò Ioannes euangelista, Spiritus, inquit, ipsa ueritas est. Quō ergo spiritus sanctus, qui à patre procedit, qui spiritus ueritatis est, & ita ut sicut filius ueritas est, sic & ipse ueritas sit, creatura erit? Impossibile certe id est, dictuq; stultissimum. Deus igitur spiritus sanctus est, & uere ueritas, qui ex patre procedit. Ad hæc, Ioannes euangelista uerbum Dei lucē ait esse uerā, quæ illuminat omnē hominē uenientem in hunc mundum. Paulus uerò ipsum spiritū sanctum illuminare asserit corda nostra, ad illuminationem cognitiōis gloriæ dei in facie Christi. Si ergo dei uerbū lux uera est, quę illuminat omnē hominē, illuminet aūt etiam spiritus sanctus, necesse est ut unum et idem essentialiter filius & spiritus sint. Ita enim filius per spiritū sanctum omnem hominem illuminat, quasi quēdam radium naturæ suæ protendens ipsam illuminationem spiritus sancti. Sed insultant nobis hæretici, molliunturq; ueritatem ipsam subuertere. Sanctorum, inquiunt, animos ungi à deo spiritu sancto dicitis, quia spiritus quasi unguentū uobis erit, quō igitur erit cōsubstantialis deo? Nōn ne uidetis etiam apud nos, aliud esse natura quod ungit, aliud quo ungitur? Solutio. O temulentos omni amentia homines, & turpissima fatuitate refertos: in Theologia enim omnia quæ dicuntur de Deo, accipiunt tanquam si de corporibus dicerent:

Matth. 19.
Psal. 42.
1. Cor. 11.
Gen. 2.
1. Cor. 12.
Ioan. 14.
Ioan. 15.
1. Ioan. 5.
Ioan. 1.
2. Cor. 4.
Obiectio hæreticorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



dicerent. Dimittant quæso corporum proprietates, & quæ de deo uerbis dicũtur hominum (nec enim aliter loqui possumus) non aliter intelligãt, quàm diuinam decet naturam. Nam si nos quoq; ístorum amentiam sequeremur, & carnalia, non spiritalia saperemus: quíd prohiberet dicere, quoniam Deus spiritu sancto nos ungit, non solum aliud natura esse spiritum sanctum, aliud deum, uerumetiam compositionem esse in spiritu sancto, quoniã loco ungenti ipso perungimur? Vnguẽtum enim ex multis atq; uarijs compositum est. Ad hæc, irrationalis creatura unguentum est. Quoniam ergo spiritu sancto perungimur, erit etiam spiritus sanctus irrationalis creatura. Sed hæc talia atq; impia, in capita hæreticorum cõuertantur, nos autem respondeamus: Si non esset cõ B substantialis spiritus Deo, qui ipso perungit sanctos suos, quomodo spiritu sancto habitãte in nobis, ipse filius dei, qui est patri cõsubstantialis, etiam in nobis habitare dicitur? Quod sciens Paulus dicit: Vt det uobis secundum diuitias gloriæ suæ confortari uirtute per spiritum suum in interiori homine, & habitare Christum per fidem in cordibus uestris. Quoniam ergo per spiritum sanctum in interiori homine Christo habitat, nõ potest spiritus sanctus alterius esse naturæ, quàm sit ille qui habitat in sanctis uiris per ipsum. Insuper extreme puniri lex Mosaica iusit eos, qui blaphemia usi sunt. Vnde filius Aegyptiæ in eremo lapidibus à tota multitudine iussu dei oppressus C fuit. Sed nõ minus ipse quoq; dominus noster Iesus Christus eundem naturæ deitatis seruans honorem, dimitti peccatum dixit in filium hominis blasphemantibus: blasphemãtibus autem in spiritum sanctũ nec in hoc seculo dimitti, nec in futuro. Sed si creatura esset spiritus sancto, & nõ uerus deus unà cũ patre ac filio, quomodo blasphemia in ipsum sic puniretur, sicut blasphemia in deum uerum? Ex deo igitur, & in Deo spiritus sanctus est, & deus ipse quoq; uerus: aliter enim nõ ut Deus à scripturis honoraretur. Præterea, qui natus est ex spiritu, spiritus est, saluator ait. Hic aũt nec ex sanguinibus, nec ex uoluntate uiri aut mulieris, sed ex deo natus est. Spiritus sanctus ergo deus est secundum naturã, quoniã ipse homines regenerat ad unitatẽ dei. Nam quum habitat D in ipsis, naturæ suæ eos participes facit. Quare si deos participatione sui per gratiã fideles facit: ex deo ipso igitur naturaliter erit, cuius largitor est filius. Per ipsum enim renouat creaturas ad ipsum. Et sicut luminis illuminatio opus est, sic & spiritus sancti opus est, in deos per gratiam reformare participes suos: quod facere non posset, nisi ipse Deus natura esset.

*Ephes. 3.*

*Leu. 24.*

*Matth. 12.*

*Ioan. 3 et 1.*

*Quod spiritus non participatione dei patris sanctus est, sed natura: quia essentialiter ex ipso est.*

CAP. IIII.

*Obiectio hæreticorum.*

SAnctificare, inquiunt, spiritum sanctũ etiam ipsi cõfitemur, sed non quia ipse per seipsum sanctus sit: sed quemadmodũ uasculum quodpiam, ex ferro (uerbi gratia) uel auro, uel ex quacũque materia uelis, quum participatione ignitum fuerit, ignis ipsius opera facit: sic & spiritus sanctus quum sanctitate dei participatione refertus fuerit, creaturas ipse sanctificat. Cuius rei saluator ipse testimonium perhibet, dicens de spiritu: Quía ex meo accipiet. Solutio. Vndiq; argumẽtum hoc suum impietate refertum probatur. Non enim intelligere scripturas, sed peruertere conari uidẽtur. Nam uerba etiã quędam saluatoris ad cõprobandam falsitatẽ proferunt, neq; sensum textus exponentes, & multa consequentia, antecedentiaq; consulto prætereuntes, ut ad sententiã suam euangelij uerba dolose accõmodet. Non enim, inquit saluator, ex meo accipiet et eiusticabit uos, quamuis etiam sic recte intelligentibus pia ueritas pateret: sed de meo, inquit, accipiet, & annũciabit uobis: Non, enim inquit, loquetur à seipso, sed quęcunque audiet loquetur. Nam quoniam canis dispensationeiã fere abluta, ascensurus erat ad patrem, & paracletũ missurus, ne quis suspicaretur alienã fortasis doctrinam spiritus sancti à sua fore, ut ostenderet suum esse spiritum sanctum, ac ideò non alia uerba locuturũ, quàm ipse uellet, & eandem uoluntatẽ ac unam doctrinã suam, & spiritus ostenderet: Non loquetur, inquit, à seipso, sed quæcunq; audiet loquetur, quia ex meo accipiet. Simile emp ene est, si mel quoq; de dulcedine sua (quæ qualitas sibi naturaliter ineſt) diceret, nihil sui dulcedo mea dabit à seipsa gustãtibus, sed de meo accipiet. Naturaliter enim substantiarũ qualitas atq; inseparabiliter prodit ex ipsis: ut uerbi gratia, dulcedo ex melle, calor ex igni, frigiditas ex aqua. Sicutigitur istæ qualitates non dicuntur participare substãtias in quibus sunt, sed naturaliter in eis esse, & ex eis prodire: sic de spiritu quoq; sancto intelligendum est. Præterea, quicquid per participationem sanctitatis receptaculũ est, in propria natura constitutum prius intelligitur: ut uerbi gratia, homo, angelus, aut aliqua alia rationalis natura. Dicant ergo nobis isti, qui per participationẽ dei patris nõ naturaliter sanctũ esse spiritũ sanctũ contendũt, quidnã aliud est ipse spiritus sanctus per se? Sed nihil aliud, quàm sanctũ esse ásciputis didicimus. Non ergo per participationẽ, neq; per cõpositionẽ sanctus est: sed substantia est per seipsam, & naturaliter sanctificatiua, ex deo prodiens, sicut dulcedo ex melle, aut sicut ex flore odor. Adhæc, q̃d per participationẽ alicui datum, auferri etiã ab eo potest. Sola eũ quæ naturaliter insunt, inseparabilia sunt. Si ergo, quasi accidẽs, spiritui sancto sanctificatio accesit, poterit fieri dum ipsos ipsa sanctitate spiritus sanctus priuet: quod impiũ omnino est. Non igitur participatio ne sanctitatis sanctus est spiritus, sed quia ex deo naturaliter est. Accedit, quod scriptura spiritum dei, sanctũ semper appellat. Vnde ostẽditur, non accidẽs aliquod, sed ipsam essentiam spiritus sancti significari. Sanctus enim spiritus dicitur, quia sanctus essentialiter est. Naturalis enim & uiua, & subsistens Dei operatio est, quæ creaturas per



suam participationẽ sanctificando perficit. Postremo omnium rerum nomina aut substantias ipsas, aut operationem uel ministerium significant. Vt si hominem dixeris, substantiam, hoc est ipsum hominem significasti. Prophetam autem, aut apostolum si appellaueris, ministerium homini datum expresisti. Si ergo spiritus sanctus per participationẽ sanctus est, erit sanctitatis nomen ministerij sui, non substantiæ significatiuũ. Quare si non erit secundum essentiam sanctus, necesse est aliud aliquid ipsum spiritum esse, & sanctificandi proprietatem extrinsecus sibi adiectam à deo: et ita erit imperfectus essentialiter, quum dei sanctificatione indigeat. Quomodo igitur ipse si imperfectus est, omnes perficit creaturas? Aut quomodo si participatione sanctus est, nõ solum homines, uerumetiam angelos, archangelos, Potestates, Dominationes, Principatus, cæterasq; cælorum uirtutes ipse sanctificat? Quomodo autem à patre ipse sanctificatione repletur? Quía uidelicet dicunt, uirtus & operatio sanctificans, à patre in spiritum transit. Sed quid opus est ô uos, qualitates & accidẽtia in deo fingere? Ipsam enim sanctificandi uirtutem, quæ ex patre naturaliter prodit, & creaturas sanctificat atque perficit, spiritum sanctum appellamus. Non enim per medium aliquod creaturæ perficiuntur aut sanctificantur: sed ipse Deus pro misericordia sua ad minima usque peruenit, & perficit atque sanctificat omnia per proprium spiritum. Omnia enim ex patre per filiũ in spiritu sancto facta sunt. Ad C hæc, lex inquit, per Mosen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Magnum quid, imo immensum inter Mosi & mediatoris dominostri Iesu Christi ministerium interesse uidetur. Necesse enim est Mosi legem imperfectam, & quasi mancam concedere. Nihil enim secundum Paulum perfecit. At uerò saluatoris gratia, uera & perfecta esse scribitur. Quæ igitur hęc gratia est: non alia certe quàm sancti spiritus in cordibus nostris facta infusio. Hæc quomodo uera erit, si per creaturam nobis ministrata est, sicut lex per angelos fuit? Si enim spiritus sanctus non est natura sanctus, sed per participationem deitatis sanctitate repletur, & datam sibi gratiam nobis infudit, perspicuum erit per creaturam nobis D sanctificationem infundi. Quæ igitur differentia erit inter legem per angelos ministratam, & gratiam saluatoris? Nulla profecto, aut parua, secundum istos. Euangeliũ autem immensam esse prędicat. Gratia enim, inquit, & ueritas per saluatorem facta est: gratia uerò effusio sancti spiritus in cordibus nostris est. Ipse igitur spiritus sanctus essentialiter ut Deus uerus, sanctus est, & non participatione sicuti creatura.

*Hebr. 7.*

Thesauri Cyrilli, libri decimi tertij finis.

EIVSDEM LIBER DECIMVS quartus, continens autoritates scripturæ, quod spiritus sanctus natura Deus est, & non creatura.

*Ex epistola Pauli ad Romanos.*

Cap. I.

AD Romanos scribens Paulus de saluatore nostro, prædestinato, ait, filio Dei in uirtute, per spiritum sanctificationis ex resurrectione de mortuis Iesu Christi Domini nostri. Sit ergo, quoniam ex mortuis Christus resurrexit, & uiuificatiua spiritus sancti uirtute uincula mortis soluit, idcirco filius Dei uerus cognoscitur: non erit profectò creatura ille, per quem diuina hæc uirtus ostenditur, hoc est spiritus sanctus. Nam si creatura esset spiritus sanctus, per quem resurrectio Christi facta est, uideretur filius Dei creaturæ auxilio indigere, & non potius spiritu sancto, tanquam sua usus uirtute. Idem Paulus: Desidero, inquit, uidere uos, ut tradam uobis aliquam gratiam spiritalem ad confirmandos uos. Si spiritus sanctus per suam gratiam eos confirmat quos uult: non ambiget ullus, qui recte uoluerit intelligere, non esse ipsum inter creaturas, neq; inter seruos collocandum. Scriptum est enim: Confirmat iustos dominus. Si ergo dominus confirmat secundum Psalmistam, spiritus aũt sanctus est, qui sua gratia confirmat, dominus certe spiritus sanctus est, nõ seruus: omnis autẽ creatura naturaliter serua est. Non est igitur spiritus sanctus creatura, sed Deus uerus. Insuper, quanta misericordia usus erga nos deus pater sit, Paulus docet, dicẽs: Quod charitas Dei effusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Sed ipse deus amor & charitas est, secundum Ioannem. Nec aliud est ipse Deus, aliud charitas & amor qui in eo sit: simplicissimus enim atque incompositus est, qui effusus est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui habitat in nobis. Deus ergo spiritus sanctus est, qui quum habitat in nobis, ipsa charitas Dei, hoc est ipse Deus in nobis habitat. Exit enim ab ipsa substantia Dei, & intelligitur esse ex patre: in propria tamen substantia, & per filium creaturis donatur. Scimus, ait deinde Paulus, quía lex spiritalis est. Et post pauca, Condelector, inquit, legi Dei secundum interiorem hominem. & rursum: Lex enim, inquit, spiritus uitę in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati et mortis. Ecce quum legem primo spiritalem nominasset, legem uidelitet spiritus sancti, statim ipsam Dei quoq; legem appellat: Deus igitur spiritus sanctus secũdum Paulum est. Sed apertius deum esse clamat, dicens legem spiritus uitę. Nõ enim solum leges ferre spiritus sanctus dicitur, sed spiritus etiam uitæ scribitur. Sed quæ nã porrò uita est? Ipse profectò Christus qui dicit: Ego sum ueritas & uita. Quũ igiſ Christus leges ferat et statuat, spiritus quoq; sanctus, qui in ipso, et ex

*Rom. 1.*

*Rom. 1.*

*Rom. 5.*

*1. Ioan. 4.*

*Rom. 7.*

*Ioan. 14.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



ipso naturaliter est, easdem leges sancit. Praeterea quū motus carnis Paulus improbaret, ostenderetq; uellet quantum uoluntati spiritus repugnent: Caro, inquit, aduersus spiritum, et spiritus aduersus carnem. Hæc enim inter se opponūtur. Deinde post pauca infert: Ego igitur ipse mente quidem seruio legi dei, carne autem legi peccati. Ita legem quidem peccati, carnis ad uarias uoluptates motus appellauit: dei autem legē, spiritus uoluntatem dixit. Quare perspicuū est, quia spiritus sanctus deus uerus est, qui secundū uoluntatem suam leges nobis imponit. Non ēm ignoramus nulli conuenire, ut sua potestate leges ponat, nisi soli Deo. Vanitati, deinde ait, creatura subiecta est, nō uolens, sed propter eum qui subiecit eam in spe. Quare si creatura spiritus quoq; sanctus sit, secundum istos: necesse erit confiteri ipsum quoque uanitati subiectum esse, & conmiscere, doloresq; partus nobiscum pati: & esse modo in seruitute, libertatemq; uix habiturum in redemptione gloriæ filiorum dei. Sed contra hæc omnia Paulus clamat: Non enim, inquit, accepistis spiritum seruitutis iterū in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorū dei, in quo clamamus, Abba pater. Non est igitur seruus spiritus sanctus, sed liberator omniū, in quibus habitat, quos etiam reformat in libertatem & adoptionem filiorum dei per participationem sui. Deus igitur uerus est, & non creatura. Cōgemiscere autem Paulus creaturam dixit. deinde addidit: Non solum autem, sed etiam ipsi nos, qui primitias spiritus habemus. Quid igitur est quod dicere uolo? Primitiæ, rei alicuius primitiæ sunt: ut uerbi gratia, Vini primitiæ, uinum est: tritici, triticum: & hordei, hordeum. In futuro autem seculo, perfectissimam habituri sunt sancti uiri participationem deitatis, quātum fieri poterit in singulis. Cuius participationis primitiæ spiritus sanctus est, quia sanctis à filio etiam in hac uita donatur. Quare necesse est, quoniam primitiarū participationis dei futurę loco, nunc spiritus sanctus daf: deū ipsum esse, & nō creaturā. Deus igitur est, & ex Deo & in Deo naturaliter. Idem etiam Paulus ad eosdem Romanos scribens, ait: Dico enim per gratiam, quæ mihi data est, omnibus qui sunt inter uos, non plus sapere, quàm oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem, unicuiq; sicut deus diuisit mensuram fidei. Et idem rursus sancti spiritus potestati gratiarum distributionē attribuit, dicens: Alij enim deus dat spiritum sapientiæ, alij fidem, multisq; gratiarum generibus enumeratis, addit: Et hæc omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidēs unicuiq; sicuti uult. Si ergo ad cęteras gratias, fidei etiam gratiam spiritus sanctus largitur, & mensuram unicuique quātam uult, determinat: quomodo non erit impium, non ex Deo esse ipsum dicere, sed creaturis connumerare? Postremū, de actis per seipsum in utilitatē gentium à saluatore rebus gloriatur Paulus, scribens: Gloriari habeo in Christo Iesu. Nec enim audeo quicq; loqui eorū, quæ non perfecit

Rom. 7.

Rom. 8.

Rom. 8. Gal. 4.

Rom. 12.

1. Cor. 12.

Rom. 15.

A Christus per me, in obedientiam gentium uerbo & opere, in uirtute signorum & prodigiorum, in uirtute spiritus sancti. Si ergo prodigia & signa per Paulum Christus operatur in uirtute spiritus sancti, naturalis quædam uirtus & uiuens, & (ut ita dicā) qualitas deitatis filij, spiritus sanctus est. Quō ergo erit creatura, qui naturaliter in deo, & ex deo est? aut quomodo tota filij naturalis uirtus inter creaturas non impie collocatur?

*De eodem, ex epistola prima ad Corinthios.*

CAP. II.

NOn indigere prædicationem euangelicam ui orationis & eloquentia, Paulus docens, ait dicit ad Corinthios: Et ego in infirmitate & timore, tremoreq; multo fui apud uos: & sermo meus, B & prædicatio mea non fuit in persuasione sapientiæ humanæ, sed in demonstratione spiritus & uirtutis, ut fides uestra non esset in sapientia hominum, sed in uirtute Dei. Vide quomodo demonstrationem spiritus, hoc est, operationem ipsius spiritus sancti, uirtutē ait esse dei. Ex ipso enim, & in ipso naturaliter spiritus sanctus est, quoniam uersa perficiunt: quō ergo erit creatura, si deus in ipso naturaliter, quantum nobis possibile est, & quasi in specie & ænigmate cognoscitur? Praterea, nullū de turpiter uiuentibus cœlorū regnum posse adipisci Paulo docēs: enumeratisq; fornicatoribus et auaris, et rapacibus, statim infert: Et hæc quidē aliquādo fuistis, & abluti estis, sed sanctificati, & iustificati in nomine Domini nostri Iesu C Christi, & in spiritu dei nostri. Si ergo soli deo cōuenit posse peccata dimittere, dimittit aūt eā ipse spiritus sanctus: quia iustificat quos uult, & sanctificat eos, in quibus habitat: deus profectò uerus est, quoniā dei ueri habet in seipso naturaliter operationē. Insuper, An nescitis, inquit, q̄d qui coniungitur cū scorto, unū corpus fit? qui uero cū domino coniungitur, unus spiritus est. Coniungimur aūt per fidē & gratiā cum spiritu sancto. Dns ergo spiritus sanctus est: quare deus etiā uerus. Participatione nāq; ipsi⁹ participes dei efficimur: & cū ipso cōiuncti, deo cōiūgimur. Nō est igit creatura. Ad hæc, An ignoratis, inquit, q̄d uestra membra tēplū sunt spiritus sancti, qui in uobis est, quē habetis à deo? Si mēbra nostra templū sunt sancti D spiritus habitātis in nobis: templū aūt, Dei domus est, quō nō erit deus, sed creatura spiritus sanctus? Nulla ēm creatura, ut deus, in templo dicit habitare. Propriū enim id cū multis alijs, dei ueri est. Postremo, Qui loquitur linguis, inquit, non hominibus loquitur, sed deo: spiritu aūt̄ loquitur mysteria. Si ergo qui spiritu loquitur, deo loquitur, deus profectò spiritus sanctus est.

*De eodem, ex epistola secunda ad Corinthios.*

CAP. III.

REsurrectionis mortuorum uerissimum dogma introducēs Paulus, ait: Quod nos qui sumus in tabernaculo hoc, ingemiscimus grauati, eo q̄d nolumus expoliari: sed superuestiri, ut absorbeatur q̄d mortale est à uita: qui aūt effecit nos in hoc ipsum, deus est, qui dedit nobis arram spiritus.



spiritus. Arram uitæ spiritum sanctum appellat, A quia uita naturaliter est. Spiritus enim, inquit, uiuificat. Nihil autem naturaliter uita est, nisi solus deus. Pater enim uita est, & uerbum suum similiter. Sicut enim pater habet uitam in seipso, sic dedit & filio uitam habere in seipso. & rursus: Sicut ēm pater quos uult uiuificat, sic & filiꝰ quos uult uiuificat. Si ergo quū pater & filius uiuificet, spiritussanctus etiam uiuificat: quomodo nō erit consubstantialis patri & filio spiritussanctus, qui similiter uita essentialiter est? Nam si creatura sit, secundum hæreticorum amentiam, & tamen non aliter quā pater & filius uiuificat quos uult: quid magni erit in Deo, quum dicitur uiuificare? Aut quare scriptura de ipso dicit: Viuo ego, dicit dominus? Rursus si spiritussanctus, quamuis sit creatura, ipse etiam uita est, quomodo eadem erit operatio creatoris & creaturę? aut quomodo ex diuersissimis naturis, creatoris dico & creaturæ, æqualis, imò eadem profluet uirtus? Eadem enim uirtus, & eadem operatio unitatē substantiæ atq; naturæ arguit. Necessariò igitur ô uos, aut creatrem naturam in creaturā naturam indigne deducitis, aut creaturæ deo cōuenientem dignitatē accommodatis, & cōfunditis inter se, atq; permiscetis illa, quæ permisceri secundum naturam nō possunt. Si ergo nihil esse potest essentialiter increatura, quod in Deo essentialiter est: est aūt in spiritu sancto uita essentialiter: uiuificat enim nō aliter q̄ pater & filius: quomodo ex erit creatura spiritussanctus, qui naturaliter habet in se propriam uitam diuinæ substantiæ, quę est uiuificare? Quare C ex deo spiritussanctus uere est, & deus ipse uerus est, & non creatura, ut multi prædicare audent, qui temerariè bellū ueritati indixerunt. Rursum Paulus: Si quis, inquit, cū ipso noua creatura uetera transierūt, ecce facta sunt omnia noua: Christus ergo est qui nos renouat, atq; in uitam nouā tranfponit. Sed spiritussanctus etiā renouare scribitur, sicut in psalmis ad deū canitur: Emitte spiritum tuum, & creabūtur, & renouabis faciē terrę. Quare necesse est concedere spiritum sanctum consubstantialem filio esse: nam quia ex ipso naturaliter est, ab ipso etiam ad creaturas missus, renouationem facit, sanctæ nanq; trinitatis ipse cōplementum est. Deus ergo, & de Deo est, & non creatura. Prætera in eadem epistola Paulus: Sua D uirtus, inquit, gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Spiritus certè sanctus est, qui habitat in nobis, & per ipsum Christus: quare Christi uirtus spiritussanctus est. Quomodo igitur erit creatura, qui filio dei naturaliter inest? Nisi forsan uelint dicere, uerbum dei ex creatura, & increata natura, hoc est sua, compositum esse. Sed hoc impium, longeq; alienum à ueritate est. Non est igitur creatura spiritussanctus, sed ex incomprehensibili diuina essentia, ut uirtus eius, naturaliter emanat. Adhæc subiungit Apostolus: uosipsos tētate si estis in fide, uosipsos probate: an non cognoscitis uosipsos, quia Christus Iesus in uobis est? nisi forte reprobi estis:

spero autem, quod cognoscetis, quia nos non sumus reprobi. Perspicuum est, quia spiritussancto in probis habitat: ac spiritu sancto habitante in probis, Christus est qui in eisdem habitat. Quare necesse est dicere spiritum sanctum diuinę substātię esse, cuius fiūt participes omnes, qui ipso participant. Nemo enim non insanus dicet, participationem dei per creaturam in nobis fieri. Nihil enim longius distare potest, quàm creatura à creatore. Vnde fit, ut nullo modo per creaturam possit creatoris participatio in nobis fieri. Postremo dicit Paulus: Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei patris, & communicatio sancti spiritus sit cum omnibus uobis. Ecce rursum hic completiuus sanctæ trinitatis spiritussanctus ostenditur. Quomodo autem simplex deus erit, si spiritussancto, qui in ipso est, creatura sit, & aliud ab eo? Sed deus unus atq; simplicissimo, & ab omni cōpositione remotissimus est, ita ut unū simplicissimū sit, et nihil aliud ab eo in eo sit: quasobres spiritus eius, qui ex ipso, & in ipso naturaliter est, quasi fructus eius, nō ad extra productus est: neque à nihilo hoc factus est quod est, secundum hæreticorum furorem.

*De eodem, ex epistola Pauli ad Galatas & Ephesios.*

CAP. IIII.

FIlioli, quos iterū parturio, quousq; Christus formetur in uobis. Christus in nobis per solum spiritum sanctum formatur, & lineamenta (ut ita dicam) sua per spiritum sanctum in nobis imprimit, ad deitatisq; pulchritudinem naturam nostram per spiritum sanctum renouat. Deus ergo spiritussanctus est, sicut & ille qui formatur in nobis per ipsum. Non ergo ad extra productus spiritussanctus est, sed ipsius substantiæ filij proprius. Præterea ibidem Paulus: Fratres, spiritu, inquit, ambulate, & desideria carnis non perficietis: caro enim cōcupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, ut non quæcunque uultis, illa faciatis. Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Si per uolūtatem spiritussancti in deuotionem, & recte uiuendum conuersi, ad libertatē à seruitute legis uocamur: deus profectò spiritus sanctus est, qui potest nos liberare. Dignitas ēm hæc, & potestas liberationis huiusmodi, deo soli attribuitur: quod patet, quia nullus potest præter deū peccata dimittere. Sed saluator etiam id uerbis suis affirmat, dicēs: Nisi filius uos liberauerit, serui estis. Nulla igit creatura hoc facere potest: filius autem ut hæres & Deus de deo, potest. Sed potest etiam spiritussanctus, ut ex proposito textu Pauli perspicuum est. Quomodo igitur non erit eiusdem cum filio substantiæ spiritussanctus, qui eadem uoluntate & potestate cuncta gerere potest, quæ filius? Magna ergo impietas est, filij spiritum alienum ab essentia sua putare. Idem Paulus de saluatore nostro Iesu Christo uerba faciens, ad Ephesios scribit: In quo & uos quum audieritis uerbum ueritatis, Euangelium salutis uestræ, in quo etiam credentes signati estis

Gal. 4.

Gal. 3.

Mar. 3. Ioan. 8.

Eph. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca



spiritu repromissionis sancto, qui est arra hæreditatis nostræ. Si spiritu sancto signati, ad deum reformamur: quomodo erit creatura spiritussanctus, per quē essentiæ diuinæ character nobis imprimitur, quo suscepto, ipsius in creatæ naturæ signa in nobis imprimuntur? Non enim pictoris more diuinam essentiam spiritus sancti in nobis depingit, neq; nos ad similitudinem dei hoc modo ducit, ut possit dici aliud esse quàm Deus: sed quū ipse deus uerꝰ de deo uero sit quasi quoddā sigillum in cordibus suscipientiū, sicut in cera inuisibiliter imprimit: & sic communicatione ac similitudine sua in pristinam pulchritudinem naturam nostram depingit, & ad imaginem dei rursus hominem renouat: quomodo ergo spiritus sanctus erit creatura, per quem natura nostra reformatur ad deum, per participationem ipsius spiritussancti? Idem Paulus de saluatoris aduētu differens, ait: Et ueniens euāgelizauit pacem uobis qui longe, & pacem nobis qui prope, quia per ipsum habemus adductionem utriq; in uno spiritu ad patrem. Si quū spiritum Christi susceperimus, per ipsum ad Deum patrem adducimur, & participes diuinæ naturæ inuenimur: quomodo erit creatura spiritussanctus, per quē filio & patri coiungimur? Rursum eodem loco: Ergo, inquit, iā non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum. & domestici dei, in fundamento apostolorum & prophetarum superædificati ipso summo angulari lapide Christo Iesu: in quo omnis ędificatio constructa crescit in templum sanctum in domino: in quo & uos ædificamini in templū sanctum, in habitaculū dei in spiritu sancto. Templum sanctum per spiritum sanctum efficimur: per ipsum enim deus in nobis habitat. quomodo igitur non est impium, inter creaturas spiritū collocare, qui ex diuina profluit natura, & ut deus in nobis habitat? Adhæc Paulus ad Ephesios scribens: Mihi, ait, omnium sanctorum minima data est gratia hæc in gentibus, euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare quæ sit dispensatio mysterij occulti à seculis in deo qui omnia creauit. Dixit autē sic paulo antea: Sicut scripsi uobis paucis, ad quod potestis legētes intelligere intellectum meū in mysterio Christi, quod aliis generationibus nō est cognitum filijs hominum, sicut nūc reuelatum est sanctis apostolis eius, & prophetis in spiritu. Si ergo uere clamat ,ppheta ille: Quis cognouit mentem domini? perspicuum est à nulla creatura diuinum sciri consilium, nec solum homines id ignorare, quod omnes (ut arbitror concedunt) uerum etiam omnes cœlorum uirtutes. Angelus enim apud prophetā Zachariā orans dicit: Domine omnipotens, quousq; non misereberis Hierusalem & ciuitatibus Iudæ? Non enim interrogaret, si sciret. Nulla igitur creatura diuinum consilium scit: spiritus autē sanctus illud optime nouit, quin ipsa etiam profunda Dei scrutatur, & occulta in ipso Deo sanctis uiris reuelat, manifestaq; facit, quando uult, et quibus uult. Quomodo igitur pie negari potest esse cōsubstātialis deo? aut quomodo dicipotest non esse deus de deo? qui in ipso deo naturaliter est sicut spiritus eius, qui scit omnia quæ in deo sunt: quorum nihil rationalis scire potest creatura, nisi ipse spiritussanctus reuelauerit.

*De eodem, quod scilicet spiritussanctus deus sit, ueluti deus uerus de deo uero, atque ideo creatura esse non possit, ex epistolis Iacobi, Petri & Ioannis.*

CAP. V.

NOlite fratres mei dilecti errare, Iacobus inquit: omne datum optimū, & omne donū perfectum desuper est descendens ex patre luminum. Aduerte diligenter, quod ex patre luminū uaria diuinarum gratiarū dimittitur copia, quas omnes gratias Paulꝰ per spiritū sanctum dari ait. Spiritus enim sanctus, ait, diuidit eas unicuique sicuti uult. Quomodo igitur spiritussanctus non erit Deus de Deo: qui omnia operatur quæ deo cōueniunt, & diuidit summa cum potestate sicuti uult? Nō est igitur creatura, sicut impie cōtendunt hæretici. Petrus etiam: Modesti, ait, figilate in orationibus, et ante omnia charitatem inter uos habeatis: quia charitas multitudinem peccatorum operit, hospitales adinuicē sine murmuratione. Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in uos ipsos eam ministrantes, sicut boni dispensatores uariæ gratiæ dei. Aduerte rursus hic diligēter, quia quum spiritussanctus diuinas gratias summa cum potestate sicuti uult, singulis sanctorum distribuat: à deo huiusmodi gratiarū uariam distributionem Petrus fieri asserit. Si ergo Petrus spiritum sanctum deum esse affirmat: quomodo non erit impium simul & stultum creaturis ipsum connumerare, & sanctorum apostolorum doctrinæ atq; prædicationi repugnare? Sed & Ioannes quoq; in epistola: Hæc, inquit, scripsi uobis de decipientibus uos, & uos unctionem quā accepistis ab ipso, maneat in uobis: nec opꝰ habetis ut aliquis uos doceat, sed sicut unctio eius uos de omnibus docet: & uerum est, & non est falsum. Et sicut docuit uos, manete in ipso. Fertur quidam in prophetis sermo: Et erunt omnes docibiles dei. Quoniā ergo qui crediderūt in Christum, & sancto spiritu perunctī sunt, per ipsum sanctum spiritum omnia docentur: nec ibi hominum doctrina opus est, sed solū Dei docibiles secundum prophetā sunt, deus certè spiritussanctus est: quomodo igitur erit creatura? Insuper eodē loco Ioānes: Qui seruat, inquit, mandata eius, in ipso manet, & ipse in eo. Et in hoc cognoscimus, quia in nobis manet, ex spiritu quem dedit nobis. Si ergo spiritu sancto habitāte in nobis, nō alius quā ipse deus in nobis habitat, quomodo spiritussanctus nō erit deus de deo? quem qui habet, deum habet in seipso habitantem, qui per quendam prophetam dixit: Habitabo in ipsis & inambulabo, & ero deus ipsorum. Si ergo Deus, & de Deo spiritussanctus est, quomodo æternos fugere poterunt cruciatus, qui audent inter creaturas ipsum connumerare? Rursum Ioannes in eadem epistola ait: Quis est qui uincit mūdum, nisi qui credit, quia Iesus est filius Dei? Hic uenit per aquam & sanguinem & spiritum Iesus Christus: non in aquā solum, sed in spiritu & sanguine: & spiritus est, qui testimonium perhibet. Spiritus enim ueritas est: quia tres sunt qui testimonium perhibent, spiritus & aqua & sanguis, & hi tres unum sunt. Si testimonium hominum accipimus, testimoniū dei maius est. Aduerte rursus diligenter, quia hic etiam ueritatis prædicator, de uerum de deo uero spiritum sanctum naturaliter esse docet. Nam quum dixisset spiritum esse qui testimoniū perhibet, post pauca statim addidit, quod testimonium dei maius est. Quomodo igitur creatura erit spiritussanctus, qui non aliter quàm pater, deus ab apostolis appellatur?

*De eodem, ex Euangelio secundum Matthæum & Ioannem.*

CAPVT VI.

Matth.1. IEst autem Christi natiuitas sic fuit: Quum enim desponsata esset mater eius Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in utero habens ex spiritu sancto. Potestas creādi, diuinę solummodo inest naturæ: & hæc est inter alias deo conuenientes dignitates præcipua: sed spiritussanctus in utero uirginis templum filio dei creauit. Quis ergo nisi amens simul & impius, creaturam esse spiritum sanctum dicere audebit? Ipsam enim diuinam essentiam conatur hoc modo ad creaturarum conditionem reducere, quū recentem nobis deum tradere uelit. Sed non erit in nobis deus recens, ut scribitur. Increata ergo & æterna diuina essentia & natura est: quomodo igitur spiritus sanctus, qui in ipso Deo æternaliter est, creatura erit? Præterea, ad Iudęos calumniatores Matth.12. dominus ait: Si ego in Beelzebub dæmonia eiicio, filij uestri in quo eiiciunt? propter hoc ipsi iudices uestri erunt. Si autem in spiritu Dei eiicio dæmonia, ergo peruenit ad uos regnum Dei. Si per operationes spiritus sancti filius Dei & Deus ipse dæmonia eiiciens glorificatur: si creatura (ut isti aiunt) spiritus sanctus est, erit potestas Dei, hoc est, filij Dei in creatura: quæ maior quàm ipse Deus erit, aut certè æqualis, si quidem Deus ex dei filius in ea glorificatur. Quare si hoc impium uel cogitare solummodo est, non erit certè spiritus sanctus creatura, in quo deus pater per filium uniuersa operat atq; glorificatur. Adhæc, Quotquot autem receperunt eum (Euangelista Ioannes ait) dedit eis potestatē filios dei fieri: qui non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neque ex uolūtate uiri, sed ex deo nati sunt. Spiritus sanctus est, qui per fidem Christi ad salutem nos regenerat, & huius rei gratia filij dei efficimur. Quo modo igitur spiritus sanctus non erit Deus, per quem nos dij per gratiam efficimur, ab ipso regenerati? Quod autem de spiritu sancto fideles renascuntur, ipse saluator testatur, dicens ad Nicodemum: Spiritus ubi uult spirat, & uocē eius audis, sed nescis unde uenit, & quò uadit: sic est, inquit, omnis qui natus est ex spiritu. Denicq; alio loco dominus apud Ioannem: Quando autem ueniet paracletus, quem ego mittam uobis à patre, spiritus ueritatis qui ex patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. A deo patre spiritus sanctus procedit, quasi fructꝰ aut odor essentiæ ipsius. Est autem deus pater increatus: quomodo igitur spiritus sanctus, qui à deo profundi tur, creatus erit? Aut quomodo fideles suscepto spiritu sancto, dei templa efficiuntur? si ipse spiritus sanctus (ut isti temere contendunt) Deus non est?

Ioan.1.

Ioan.3.

Ioan.15.

**Libri decimiquarti & ultimi, Thesauri Cyrilli finis.**



DIVI CYRILLI OPERA

Universidad de Deusto
Biblioteca

# DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, IN LIBROS DIALOGORUM DE TRINITATE, PROLOGUS AD NEMESINUM

RES diuinæ, etiam his qui in arcanis & quę mentis captum transcendunt contemplandis exercitati multum ualent, cõprehensu difficiles sunt. Nam ut ualde crassa est hominum ratio, & propter frequentes cogitationes hisce impar, uident & ipsi iuxta Paulum sapientissimum, in speculo & ænigmate. Vnde haud mirum si de Deo loqui periculosum sit, atq; adeò ut sapiẽtes silentium magis eligendum censeant, quod nihilominus his quibus docendi munus concreditum, detrimentosum fuerit. Quod sciens beatus Paulus, inquit: Væ mihi, si non euangelizauero. Accedens itaq; ad præsentis libri lucubrationes, tibi Nemesine frater eruditissime, istum de sancta consubstantialiq; trinitate librum elaborauí. Totum autem uoluminis corpus in septem libros partitus sum, collatis quæ uel in genere, uel in specie de singulis quæri solent, colloquutus cum Hermia uiro & doctissimo & æquissimo, unde character dicendi sat humilis est, utpote dialogicus, duabus personis inter se colloquentibus, quarum una per ℟, altera per ℌ signatur. Necessaria autem usa est personarum introductio, propter magnam subtilitatem in crebris interrogationibus, dum semper id quod exquiritur, confirmatur ac confutatur. Diligenter igitur obseruentur prætermissa elementa, quo discreta & ordinata sententiarum inuentio, atque adeò totius libri ordo ac uirtus habeatur. Valere te in Domino precor, dilecte.

*Nos pro ℟ Cyrillum, & pro ℌ Hermiã non sine causa posuimus.*

Contenta in hoc uolumine dialogorum de Trinitate.


Quod consubstantialis & coæternus sit Deo & patri filius. Liber I.

Quod & coæternus Deo & patri, & ex ipso secundum naturam genitus sit filius. Lib. II.

Quod Deus uerus sit filius, sicut & pater. Lib. III.

Quod non creatura neq; factura sit filius. Lib. IIII.

Quod deitatis proprietates ac gloria naturaliter in filio sint, sicut & in patre. Lib. V.

Quod humanitatis proprietates, & quæ non ualde diuinè dicta de filio, conueniant magis dispensationi cum carne, & non naturæ Verbi, secundum quod intelligitur & est Deus. Lib. VI.

De Spiritu sancto, quod & Deus & ex deo sit secundum naturam. Lib. VII.


DIVI



# DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, CVM HERMIA DIALOGORUM Liber primus, Quòd consubstantialis & coæternus Deo ac patri sit filius.



CYRILLVS.

HERMIAM illum sanctum & heri & nudiustertius nobis uidere non licebat. Neque in forum emendi gratia, neq; aliam ob causam domò egressum opinor: sed domi hyems illum detinebat, & factum est id nimirum recte: at nunc illum uix tandem clara ostendit serenitas. HERMIAS. Vera dicis. Senes enim semper ad egrediendum difficiliores quàm adolescentes. CYRILLVS. Iucunda hæc res est, miramq; si dicatur, gratiam habet. Senes utique marinis piscibus recte quis comparârit. si enim uento tempestuoso et ualido, aquam magno stridore turbante & concutiente, secessus profundos, quasi syluas uel florulenta loca ingreisi, commoditati suæ consulunt: uerum ubi radiorum solis splendor aquis redditus fuerit, & totum mare arridere quodãmodo uiderint, resumunt animos & renatant, abiectoq; metu & desidia, in summis ludunt fluctibus. HERMIAS. Ita scias amice non uerò quum à turbis & negocijs semotissimus sis, & mens tua, ut opinor, non minus quàm iuxta focũ uacet. Quid hinc afferes nobis emolumẽti? certe aut nihil boni solitudinibus tribueremus? HER. Omnino. CYR. Verum hunc sermonem per Psaltis lyram à Deo cantatum comprobant. HER. Quid nam cantatum dicis? C HER. Vacate & scitote, quia ego sum deus. Nã oculus quidem corporalis, à puluere & fumo, & aliijs quæ obturbare possunt, liber, in obiecta sua, subtilem minimeq; impeditam efficaciam habet: ac si affectione quapiã offendatur, utilibilibus minus quàm res postulat intentus erit, aberrabitq; quamuis & de diligentia eius nihil desideretur. Humana quoque mens, si quieta fuerit, & secum habitans, atq; phantasijs friuolis & abominabilibus abscedere solita, acutè & pspicuè aspiciet, citraq; errorem rerũ cognitionem percipiet. Quod si perturbationibus crassior facta fuerit, nũquam diuinam pulchritudinẽ cõtuebitur, & in his quæ magis terrena sunt residebit, similis passeribus cõplutis, madefactione à subuolando in sublime prohibitis. HER. Bene dicis. CYR. Nunquid igitur ô Hermia ociosus domi sedens, huius diuinæ uocis memor es, quid scilicet proferat ter ra tibi etiam, sicut heri & olim? Sunt enim tibi ad manum libri sancti, & sedet in animo tuo alacritas discendi auida, et ad indagandum omnia quę discenda sunt, tanquam sagacissimũ canem queri dam incitans. Num fortasse etiam uacationem ab istis rebus tribuemus ætati decrepitæ, & tempus accusabimus: uel certe aliud quiddã, tametsi minus uerum, dices: suauiter ita loquens te incesserim, quod uir senex, dictis suis haberi fidem uult, etiam mendacium non horrendo. HER. Multas quidẽ corporis ægritudines accusare possem. Venimus enim ad uitæ crepusculum, sed dicam, quod magis necessarium, istis nunc præteritis. Mens sanè mea gaudet in discendis utilibus, nihilq; aliud quàm id solum desiderat. Cæterum sicut generosus, pernicissimusq; ac pedibus ualẽs pullus, in campis non admodum planis cognoscitur (nam uelit nolit roboris latentis indiciũ prodere cogitur) num deses sit, uel minus admirabilis. Pari modo me quoq; feruida irrefrenabiliq; alacritate quadam correptum urgent loca in diuinis scripturis minus accessa & peruia, aditũq; habentia non simplicem, sed cursui obsistentem, ut sic comparet quis, quo asperitas à desidia mẽtem illuc se conferentem uindicet. Sic sermo de fide, quæ est summa spei nostræ, prę omnibus aliis me accendit. CYR. Etiam, fateor te uera dicere. Verum omnibus perspicuum est, quod supernũ aliquod bonum, diuinumq; munus possidere, ut opinor, haud absq; sudore contingat. Quæ enim naturam excedunt, & singularem opinionem habent, nec uolentibus tam accessa sunt facile, & ardua ac difficilia ægre capiũtur, & quem non exigunt laborem ac molestiã? HER. Iam quid facient interim ñ, quibus est optimorũ illorum studiorum desiderium ingens & alacre, quæ tamen ægerrime assequi possunt? CYR. Quid autem aliud his faciendũ cẽses, quàm ut sermonibus ob temperent sanctorũ, qui id dicti crebro clamitãt: Si qs uestrũ sapiẽtia indiget, petat à deo, qui omnibus dat simpliciter, & non cõfundit, dabiturq; ei. Diuina eñ spiritualiq; luce, omnia quæ luce indigent, illustrantur. Et sapientia, sapientiã dat his q̃ sapientiã & intelligentiã nõ habẽt. Cæterũ lux & sapientia intelligatur Christus, qui fulsit in cordibus nostris, ut illustretur agnitio eius. Eripuit enim nos deus ac pater, ut diuinus Paulus inquit, ex potestate tenebrarum, et transtulit in regnum D filij charitatis suæ in lucem. Quin illum et sanctus quidam uocauit diei irradiationem, & luciferum præterea. Dicit enim: Donec dies irradiet, & lucifer oriatur in cordibus uestris, nominans nimirũ diei irradiationem, & luciferum orientem, illuminationem in spiritu per Christum. HER. Nemo dubitârit Christum quidem esse, & mensem,

*Psal. 45.*
*Iacob. 1.*
*Coloss. 1.*
*2. Pet. 1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



& diem, & iubar, et luciferum eorum qui sunt inter eos ad fidem uocati. At nunc te rogauerimus, ut sermonem de fide clarissimum, prorsus syncerum, minimeq; fallentem exhibeas: aut negabis te dicturum, more meo, torporem perpetuum senectutis incommodum, & mihi haud rarum, deligens? Innumera enim sunt quæ à multis diuulgantur, qui rectum ueritatis sermonẽ adulterant, & uarijs modis, pro sua libidine deprauant. Ad hæc, tum ciuitates, tũ regiones, quasi agrestes uespæ, passim uolantes grauibus bombis implent,
Hier.23. loquentes ea quæ in cordibus ipsorũ sunt, & non ex ore domini, sicut scriptum est. CYR. Demiror tuum in rebus diuinis incomparabile studiũ, oroq; te charissime, ne ab hac laudatissima sententia desistas unquam. Absque labore & abunde, apud te assequi liceret ea de quib. rogas, nihilominus tamen quæris, ut spiritualem rationem exquiras, ac promittis te discturũ. Etenim satis de hoc sancti patres conscripserunt, in quorum lucubrationibus si quis uigilanter ac attente uersari uoluerit, breui, diuina luce mentem replebit. Non enim ipsi locuti sunt iuxta saluatoris uocem, sed spiritus Dei ac patris qui loquebatur in eis. Om-
Matth.10. nis item scriptura diuinitus inspirata & utilis.
2.Timot.3. Nonne? HER. Etiam, hoc quoque uerum est, at si grauaberis ipse, & nihil cooperaberis, clausaq; quodammodo intra dentes lingua otiosus fueris, persuaseris ue quod satis & copiose de talibus nobis locuti sint patres? Verum hoc factum neutiquam laudarim ego, qui conor, ut studiosis auditoribus muniantur argumenta, quæ nullo a- C
gone subuerti queant: oro autem, ut illud quod peto, mihi dicas. CYR. Quid à me rogabis? non attendis ingenij mei mediocritatem? HER. Absit, ne ea sit mihi mens, ut quantus sis tentem. Itaque responde mihi, & ne me euagatione uaga abducas ab his quæ tibi proponens, scisciror.
CYR. Igitur si placet, post hac dicito. HER. Nonne si quis nostrũ pascere uellet in agro oues forte uel capras, opus habebit pedo, & canibus, quibus se à feris, quæ inuadere possent, defendat, dum illi aut latratibus terrentes, prohibent aggrediendi audaciam, & domino illæsos greges custodiunt. CYR. Recte dixisti.
HER. Quod si tempore procedente mori contingat canes quosdam, & deinde alios pastor admiserit, nunquid superuacaneus horum latratus, D
& inutilis uigilantia, quandoquidem priores satis probati fuêre? CYR. Et quomodo pro inutili censeretur conducibile? HER. Iam committens nos patrum scriptis, irreprehensibileq; tuum silentium putãs, dicis superuacaneam rem, uelle eadem diuinissima studia amplecti, tametsi animas simpliciores, ferocium hæreticorum ora impudentia perdere non cessent? CYR.
Igitur quoniam me uehemens incessit desiderium (extimulatus enim, & impulsus sum non mediocriter, ne laborem hunc detrectem) age igitur, allatis in medium his quæ accurate & exquisite in sancta & celeberrima synodo, quæ olim in



A Nicæa ciuitate congregata fuit consideremus, quid reprehensibile sit in ijs qui diuersa asserunt. Nam si quis fidem illam à sancta & magna synodo, optime & diuini afflatu definitam ac expositam dicere uoluerit, basin animarum nostrarum, fundamentumq; inconcussum & munitum, is utique probatissime loquetur, & ab ipso Christo laudem habiturus est, fidelis quoque & uerus adorator relucebit. Suis autem uerbis à nobis scribatur, diuinum & sanctissimum synodi illius oraculum, hoc est elaboratum & tornatum ad omnes ueras fidei sententias symbolum. Atq; adeo
B nullus prorsus accipiatur sermo eorum, qui illa quæ uitio nobis obstrepunt, dum alienis nos adauriuntur dogmatis, & relicta uia regia, in alteram deflectuntur, prout sibi solis uidetur. Quem sane mentis morbum, equidem curatu difficillimum censuerim. Sapientia enim quæ redarguinequit, errat, sicut scriptum est. In hunc autem modum fidei nostræ expositio habet:

FIDEI NOSTRAE EXPOSITIO SE-cundum concilium Nicænum.

Πιστευομεν εις ενα θεον, πατερα παντοκρατορα, ποιητην ουρανου και γης, ορατων τε παντων και αοράτων ποιητην. και εις ενα κυριον ιησουν χριστον, τον υιον του θεου γεγεννημενον εκ του πατρος, μονογενη τουτ' εστιν εκ της ουσιας του πατρος, θεον εκ θεου, φως εκ φωτος, θεον αληθινον εκ θεου αληθινου. γεννηθεντα ου ποιηθεντα, ομοουσιον τω πατρι, δι' ου τα παντα εγενετο, τα τε εν τω ουρανω, και τα εν τη γη, τον δι' ημας τους ανθρωπους, και δια την ημετεραν σωτηριαν κατελθοντα και σαρκωθεντα, ενανθρωπησαντα, παθοντα και αναστηντα τη τριτη ημερα, ανελθοντα εις τους ουρανους, ερχομενον κριναι ζωντας και νεκρους, και εις το αγιον πνευμα. Τους δε λεγοντας, ην ποτε ότε ουκ ην, η εκ του μη οντος γεγενησθαι, η εξ ετερας υποστασεως, η ουσιας φασκοντας ειναι, η κτιστον, η τρεπτον, η αλλοιωτον τον υιον του θεου τους τοιουτους αναθεματιζει η καθολικη και αποστολικη εκκλησια.

CRedimus in unum Deum, patrem omnipotentem, omnium tam uisibilium quàm inuisibilium factorem. Et in unum Dominum Iesum Christum, filium Dei, genitum ex patre, unigenitum, hoc est ex substantia illius, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum uerum de Deo uero, genitum non factum, consubstantialem patri, per quẽ omnia facta sunt, quæ in cœlo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est, passus est & sepultus, & resurrexit tertia die, ascendit in cœlos uenturus est ad iudicandos uiuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos qui dicunt: Erat aliquando quando non erat, uel non erat priusquam nascereturr, uel ex nihilo factus est, uel ex alia subsistentia, uel dicũt esse filium Dei, uel creatum, uel conuersilem, uel mutabilem filium Dei, anathematizat catholica & apostolica ecclesia.

HER. O purum, & summum puritatis filigium, mea sententia, singuli qui hæc locuti fuêre, meritò



meritò Boanerges, hoc est filij tonitrui appellan- A
diserunt. Insolitum enim quiddam ac supernaturale dicunt. CYRILLVS. Optime igitur mihi uidetur hæc ita considerare & facere ut præter hæc nulla alia uel sentiẽda, uel in lingua habenda sint, sed sequi potius oporteat iudicium, & sermones per spiritum inuẽtos. Equidem nosti ut omnem hunc sermonem in precio habuerim. HER.
Recte dixisti, sed non persuadebis, ut eadem quę tu, sentiant & aduersarij. Nam sicut uituli abarmentati & dispersi eunt recta, ad id quod sibi arrider, & prætercursis optimis & uere pulcherrimis pascuis, ad tribulos festinant & spinas, dum pascuntur imprudentium quorundam falsorum doctorum sermonibus. Et Sapientiæ sermo illos deplorauit: O uos, inquit, qui dereliquistis uias rectas, ut iretis in uias tenebrarum. Qui lætami- B
ni in malis, & gaudetis in iniquitate praua, quorum semitæ peruersæ, & flexuosæ uiæ eorum.
CYRILLVS. Bene dicis. Deplorare eos etiam decet cum propheta Hieremia, qui inquit: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo populum meum die ac nocte. Nam qui insipienter neglecta ueritatis uia declinant ad impostu ras & subuersiones, & ad prophana mendacia, quomodo non erunt dignifluctu? Et ex nobis quidem exierunt, ut sanctus quidam Christi discipulus scripsit, sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, utique mansissent nobiscum. In quo possunt taxare hanc ram rectam & exactam, & quæ extra omnem reprehensionem est fidem, uel certe fidei confessionem? HERMIAS. Etiam inquiunt: C
ὁμοούσιον, hoc est, in diuinis scripturis non repertum, asserẽtes. CYR. Insipientissime hoc dixerint amice. Nihil enim damni uerbum secum affert, siquidem uerissimum fuerit, quod per id significatur, non ne & tu concedes uerũ esse quod dico? HERMIAS. Vtique uerum est. CYRILLVS. Vide igitur, an non & alias eiusmodi uoces solemus interdum diuinæ naturæ attribuere, tametsi in sacris & diuinis literis nõ legantur. HERMIAS. Quas nam dicis? CYR. Nam si quis deum appellare uoluerit incorporeum, & infigurabilẽ, & absque quantitate, & absque magnitudine, nunquid male fuerit locutus? uel etiam si incircumscriptum, & regi non subdi- D
tum dixerit, nunquid illi necessarium ex diuina scriptura uocabulum, licet quæ uera sunt sentiat? HERMIAS. Hoc planè esset delirare.
CYRILLVS. Cur igitur tam pueriliter ad reprehendendum propensiores sunt, homousij & consubstantialis uocabulum, quod tamen notissimũ & usitatissimum nomen est, quum his qui diuina mysteria diligenter exquisierunt, et docuerunt re ipsa manifestum sit, quod filius Dei ac patris, natus nobis ex ipsa substantia, non alterius naturæ sit, sicut illis uidetur, neque etiam externus ab eo qui genuit, sed consubstantialis ei & conformis, ac æqualis naturæ. Nulla enim dictione uti erubescam, quæ ad ueritatem explicandam conducit. Omnino enim sub genere & specifica differentia diuinitas non est. Nã si uitare uoluerimus talia, per quæ quis uel in paruam summæ omnium substantiæ cognitionem uocetur, & incredibili & imperiti euademus, nunquam eruditẽdi, quis nam Deus, qui natura & uere Deus existat, sed tempestatibus ac quasi omni uento circumagitabimur, si hoc quoq; contemnamus & reijciamus, licet etiam sic in speculo uideamus & cognoscamus ex parte, surdis insensatisq; saxis omnino similes erimus, & ut Græcorum poetarum quidam dixit, inutile pondus terræ. HER. At nomen ὁμοούσιον, hoc est, consubstantiale ubinã ponit scriptura? CYR. Ad priorem sermonẽ redire me facis amice. Vbi nam, oro, nominauit scriptura deũm incorporeum, infigurabilem, incircumscriptum, & inregnatum? & nihilominus ita est, etiam nolentibus illis. Itaque si uoluerimus recte sapere, nomina quæ ad ueritatis cognitionem faciunt, uitanda sunt minime. Non ne non existimabunt non falsiloquũ deum, qui ad sanctũ Mosen Exod. 4.
dicit: Ego sum ὁ ὤν, qui sum. Hoc eĩm meũ nomen est inquit, & memoriale æternũ in generationes generationum? Vtiq; non uenient in tantam dementiam, ut contradicere audeant, quod is Qui est, sit Deus. Est enim uere ὤν, is qui est, & ὤν, Qui est uocari, soli ipsi congruit proprie & particula- Vbi nomẽ co
riter: licet fortasse ut cęteras, hoc sicut abusiuum substantiale u
nomẽ alijs cõmunicatum sit à ueteribus. Et inde scripturæ sanimirum prisci ὁσίας, hoc est substantiæ uel essen- datum.
tiæ dictionem deriuarunt: idq; merito, adeoq; ut si quis filium patri dixerit esse connaturalem ac consubstantialem, nihil insolitum in nominis impositione nouasse intelligatur, quandoquidẽ primitiuum in diuina scriptura inuenitur. Etenim quæ à talibus nominibus deriuata sunt, non prorsus secundum positionem propriam ab illis ipsis seiuncta sunt, eo quod in primitiuo ut in radice plantata sunt. Si igitur extra uiam & consuetudinem sacram, ὁμοούσιον consubstantiale esse affirmârint, germanum deriuationis nominum modum impugnant. nam ab ὄντος est οὐσία, & ὁμοούσιον, hoc est ab esse essentia, uel à subsistare subsistantia cõsubstãtiale, uel coessentiale. Atqui sic indociles sunt, hoc pacto facile è medio tollent etiam alias uoces, quibus parum id quod per speculum & ænigma de Deo uidemus, & diuinitatis tenues quasdam imaginationes accipimus. HER. Quid autem, si non dicant, filium ὁμοούσιον consubstantialem patri, sed ὁμοούσιον, hoc est, similis substantiæ? CYR. Non sic recte dicent amice, & ipsi primum à seipsis dissentire deprehendẽtur, dum uitant uerbum Consubstantiale, uel ὁμοιούσιον, ut nouum, & in scripturis non cognitum, & admittere nolunt: uolunt autem quod dicatur filius homœusios, hoc est, similis substantię, quod non minus à substantia deducunt quàm nos. Adulterãt autem uocẽ Homousion, quam clamant esse notham, & sacris literis incognitam ac erroneam. Quid enim talium nõ dicunt? suam uerò uocem

Universidad de Deusto
Biblioteca



Homœusion inter probatissimas scribunt. Et si A quis illis dicat filium patri cõsubstantialem, quid nam ipsi facturi uidebuntur? HER. Non mediocriter iniuria afficiẽt, & à dictionis uirtute abhorrebunt, utpote eius quę ueritatem dilucide et egregie demonstrat. CYR. Ne suspiceris, quod aliter se habituri sint, quàm ij, qui iuueniliter ineptiunt eliminantes filium à naturali habitudine & proprietate cum Deo & patre, idq; sola impudentia sua, & prophanissimis doctorum suorum præceptis, & uix imaginem & similitudinem habere commiserando permittunt, ut uideatur tandem parum differre ab his, qui secundum imaginem creati, uel certe ad modum qualitatis forma ti quasi ad diuinam & immortalẽ pulchritudinẽ. HER. Quomodo dicis? CYR. Non audis ô a- B mice Christum præcipientem, ac manifeste dicen
*Lucæ 6.* tem: Estote misericordes, sicut & pater uester qui in cœlis est? HER. Etiam. CYR. Non intelligis igitur quod & nos morum qualitas transformat, et uirtutũ efficacia, diuinus nobis character
*De charactere dei in nobis.* quodammodo insculpitur? Res enim bona inderiuabilis substantialiter est diuinitas. Huius autem per imitationem, et nos sumus capaces, si in omnibus rebus arduis uoluntarium desiderium & alacritatem honestate morũ declarauerimus. Nõdum enim censebimur, si mente ac corde fuerimus boni, diuinam habẽtes effigiem in nostris animabus morum qualitate relucentem, expressam etiam et plenam imaginem eius habere, quæ & substantialis sit, et immobilis, & æqualiter decenterq; ad omne quod illi adest, se extẽdat: alioquin concederemus diuinitatem nobis esse similem, nullamq; prorsus à nobis discriminare differentiam. Conditi enim sumus ad imaginem & similitudinem eius. At non ita habet res, absit. Innumera enim inter nos & illum intersunt. Nos enim non simplices sumus natura, deus uerò simplex, & omnino incompositus, diues quoque est omni perfectione in seipso, nullo egens. At omnis corporea natura, ex particulis quibusdam ad unius cuiuspiam integri plenitudinem ac constitutionem concurrentibus, & nos quidem de terra secundũ carnem scilicet corruptibiles, & marcescẽtibus floribus agri similes, at deus ab his est semotissimus. Est & hominis anima ad lapsum procliuis, uarias habẽs uicissitudines, ita ut ab o- D ptimis ad praua, & à prauitate ad bonum transeat. Firmatus autem & fundatus, ut sic dicam, est Deus in suis bonis, nec de uno in alia transitionẽ in se admittens, imò substantialiter est ipsa firmitas, non secura uolũtariæ electionis inuentio. Igitur manifestũ est, quod creaturis nõ ineſt naturalis quædam ad deum similitudo, & expressa effigies, sed quodammodo in opere & operum qua-
*Natura adhuc salua post peccatum.* litate refulget. HER. Vltrane sermo noster decorem suũ amittat? Vbi angeli non seruato principatu suo, & nos quoq; à familiaritate cum Deo excidimus, offensi quidem sumus in natura nihil. non enim omnino in nihilum recidimus, sed sumus, licet uirtute, ac scientiæ & artis cognitione,



magna desidia, & in nequitiam propensione, destitutiimmutati uerò, iterum uocati sumus ad resumendam primæuam, & exemplarem pulchritudinem per Christum ad hoc eruditi. Etnõdum dicimus, quod in aliam quandam naturam ex humanitate transeuntibus concedat ad hanc pertinere nobilitatẽ, sed studio laborioso, in hoc ut fiant & sentiant melior, enitentibus. CYR. Igitur nõ est obscurũ ô Hermia, diuinæ imaginis cha-
tacteres in nobis lucere, qui alacriter enitimur, ut bonum operemur, sicut & ipse iam confessus es, & propter similitudinem cum deo, aliquo modo cum eo conferri possumus, & nihil impediret (siquidem sic se res haberet) quí eiusdem cum conditore essemus naturæ. Quæcũq; enim omnimodam similitudinem inter se habent naturaliter, ea nulla opinor ratio à naturali proprietate quã habet se habent, separabit. An non secundum naturam angelus similis angelo, & homo item alteri sibi simili? HER. Sic habet. CYR. Hoc modo ij qui sola peruersa sapiunt, prætereuntes nomen Homousion consubstantialẽ, quum signan-
ter identitatem naturalem manifesterent, tanquã filium esse non alterius naturæ, quàm ex ipsi inuenerunt, nempe ad suum Homœusion, id est similis naturæ, uerbulo isto externam similitudinem inferentes, miraq; uersutia assertionem facerent. Quippe uere sanctus & sapientissimus Paulus, imò omnis sanctorum chorus nouit & affert nobis de filio (postquam unitus est carni, hoc est factus est iuxta perfectam similitudinem, absque peccato tamen) duplicem sermonem. Etenim uariam nobis contexens doctrinã, nonnunquam nudum, & à creaturæ conditionibus destitutum, & prorsus nostræ naturæ nõ adiunctum ostendit unigenitum: aliquando autem



quàm alienum esse à communi omnium creaturarum natiuitate, fontemq; habere solum deũ patrem? HER. At si non ita intelligendum uelint uerbum Supernè, ut tu nunc dixisti: sed sic, quod Christus non sit ex hac quæ infra est humanitate, et terrena, sed ex cœlesti uel saltem ex alia natura, multò melius quàm hæc nostra habẽte: quid tum diceremus eis? CYR. Quid aliud quàm hoc diceremus eis? Si ita habere dicent, quemadmodum et intelligere solent, quid eximiũ in naturã & gloria filij dei spectauerit quispiam? An non & omnes sancti angeli supernè sunt, & ad nos ueniunt, hoc est ex cœlo? & throni, potestates, dominationes, ac alij Seraphin, multo melius habent, quàm nostra natura? Itaq; si nihil sublimius est in filio, et ipse in naturalibus istis cõditionibus uidetur, ut ego reor, nihil differet à rationalibus creaturis, quæ scilicet supernè ad nos olim ueniũt, & in ministerium emittuntur, spiritus ministratorij propter eos qui hæreditatem salutis accepturi sunt.
*Luc. 1.4.* Aduentitia igitur & extranea diuinitatis gloria et tribuetur, & falsè loquetur, dicens: Ego sum ueritas. Quomodo enim, uel ubi esset ueritas, quod non sic se habet, sicut in scripturis diuinitus inspiratis nominatur? Quid autem omnino dicunt de hoc, quod filius non sit de hoc mundo? HER. Ego dicam. Non dicunt quidem consubstantialem deo et patri secundum naturam ineffabilem: obseruant autem, nescio quomodo coactè eximium quiddam in eo, ultra creaturam. Non enim dicunt esse eiusdem naturę cum creaturis, sed occupare quasi mediam regionem quandam, hoc C est habere rationem naturæ, qua neque omnino substantialiter iunctus sit ei qui genuit, neque etiam omnibus modis ad id quod infra est, hoc est, ad creaturam accedat. CYR. Itaque siquidem aperte dicere uoluerint, filij naturam, confusi opinor dicent, quod neque Deus secundum naturam sit, neque factus. Nam siquidem substantia Dei & patris inferior est, & melior quàm creaturarum natura, amiserit quidem digne, quod sit uere Deus, & nescio quo pacto, ne inter creaturas numeretur, effugier. HER. Recte intelligis. Ergo tenim de uerbo errantes, mediatorem ipsum dicunt nominatum esse Dei & hominum, non alia sanè quàm hac de causa, ut opinor. CYR. Iã quid his stupidius? Inimici nostri insipientes, sicut scriptum est. Quo pacto enim non essent quàm se- D motissimi à cordis inculpata sapientia, ij qui frigidissimis suarum cogitationum adinuentionibus suspicantur ueritatis dogmata expugnare se posse? Quippe uere sanctus & sapientissimus Paulus, imò omnis sanctorum chorus nouit & affert nobis de filio (postquam unitus est carni, hoc est factus est iuxta perfectam similitudinem, absque peccato tamen) duplicem sermonem. Etenim uariam nobis contexens doctrinã, nonnunquam nudum, & à creaturæ conditionibus destitutum, & prorsus nostræ naturæ nõ adiunctum ostendit unigenitum: aliquando autem quasi seruili figura adumbratum, ueruntamen fortiter iunctum, & adhærentem bonis suæ naturæ congruis, & diuinitatis dignitatibus inseparabiliter conspicuum. Diuinus enim ille uir dicens: Iesus heri & hodie, idẽ & in secula, declarat quod *Hebr. 13.* semper similiter se habeat, uersionisq; adumbrationem ac uicissitudinem pati nesciat. HER. At hæc uerba cum illis ut conueniunt? CYR. Quod ad sacras literas non ignauam uel supinam mentem afferre oporteat, quasi in tam eximijs rebus ludere licitum sit, dum à uia recta, nescio quomodo excidunt, et in alteram mouentur ac deflectunt. Regia enim uia incedendum esse non aliud esse dixerimus, quàm nec in dextram, nec in sinistram declinare. Vide enim, quàm incircumspectè ad omne quod ipsis probatur, contendant, non expendentes uel probantes, quæ nam scripta congruant Verbo nudo, hoc est, ut ante incarnationem intelligitur, & fuit, & quænam Verbo, postquã ad nostram similitudinem descendit. Nam siquidem arbitrantur nihili faciendam horum rationem, sed recipiendum simpli citer, & absq; consideratione ulteriore, quicquid scriptum est. Doceant, oro, ipsi, quid obstat, quo minus dicatur comedere, & dormire, & non posse absque labore incedere? Fatigatus enim est ex itinere. Et quod amplius est, mori, & alimenti indigum, laborisq; & infirmitatis capax, & morti obnoxium esse Verbum dei confiteri debemus. Horum igitur nullam ne distinctionem dicis necessariam, quæ cuique seruientia tempori secernat & distribuat? HER. Quomodo non maxime necessaria? CYR. Itaque quum demonstratum sit, omnibus modis bonum esse, discernere singula, ut de illo dicta sunt: audias iam quis sit secundum naturam, dum scribit Paulus: Qui quũ sit splendor gloriæ, & expressa imago substantiæ illius, portansq; omnia uerbo uirtutis suæ suæ. Et alio loco iterum: Viuum enim uerbum dei & effi cax, & penetrahtius quouis ancipiti gladio, & *Hebr. 3.* pertingens usque ad partitionem animæ ac spiritus, compagúmque & medullarum, & discretiuum cogitationum & intentionum cordis, nec est ulla creatura quæ non sit manifesta in conspectu illius, sed omnia nuda & resupinata oculis eius, ad quem nobis est sermo. At de ipso, ut factus est nobis similis et in carne, inquit. Qui in diebus carnis suæ preces & supplicationes ad eum qui *Hebr. 5.* ipsum saluare poterat ex morte, cum clamore ualido & lachrymis obtulisset, & exauditus esset pro reuerentia, tametsi filius erat, tamen didicit ex his quæ passus est, obedientiam. Nonne incõgruè secundum id quod de ambobus manifestatur, rerum natura secum pugnat? splendor gloriæ dei ac patris, diuinæ substãtię character, portans omnia uerbo uirtutis suæ, uiuum & efficax, & penetrantissimum uerbum preces dicitur, & supplicationes adhibere, idq; fusis lachrymis, ut mortis reprimat insultum. Verùm in diebus inquit, carnis suæ, hoc est quando deus existẽs Ver

Universidad de Deusto
Biblioteca



bum factum est caro secundum scripturas. Nec fuit in homine sicut in cæteris sanctis quos per participationem inhabitat, in spiritu scilicet sancto. Itaque duplex de filio sermo est. Referenda igitur ea quæ Dei sunt ad Deum, quæ autem nostra, hoc est humana, facto nobis simili. Valde autem cauenda est inepta & indiscreta operum confusio, quæ exactam & exquisitam sententiarum considerationem suffuratur, et ueritatis decorem non parum honestat. HER. Bene dicis. CYR.

NOTA.

2. Cor. 10. Quando igitur dicitur mediator, nomen illud non est substantiæ unigeniti definitiuum. Absit: aptetur autem potius ad obedientiam Christi. Nam sic destruet cogitationes crassas, & omnem celsitudinem, quæ extollit contra cognitionem Dei, & captiuum ducet omnem intellectum ad obedientiam Dei, sicut scriptum est. HER.

Scopus scripturæ. Verus est sermo, sed de his satis dictum est uir egregie, quæ alioquin extra controuersiam sunt. Porrò de mediatione filij libens te audierim, quis à uobis intelligatur modus. Hoc enim seductorum sermonem diuersa sentientium, friuolum de clarabit. CYR. Pergat igitur, si placet, & ad hoc se conuertat sermo noster. Examinandum tamen ante alia, quando filium in mediatoris ordine posuerit scriptura. Dixit igitur Paulus: Mediator

1. Tim. 2. Dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit seipsum redemptionis precium pro nobis. Itaque non arbitror aliud tempus congruere mediationi filij quàm nouissimum, quando, sicut dixit, ipse in forma Dei existens, non rapinam est arbitratus se æqualem esse Deo, sed semetipsum exinaniuit, humilians in forma serui, quamuis Deus existeret ac Dominus, ut nos per se ipsum lucrifaceret Deo ac patri, & conciliaret omnia sicut scriptum est, pacificatis per crucem,

Philip. 2. tam his quæ in cœlo, quàm his quæ super terram, mediator erat ut homo. Itaque rogamus pro Christo, conciliemini Deo, Christi perso-

2. Cor. 5. na assumpta iterum dicebat Paulus: Quoniam enim humana natura propter imbecillitatem suam, ad nudam & synceram diuinitatis gloriam accedere non poterat, utiliter unigenitus nostram substantiam induit, ut ineffabilem Dei ac patris reuelans uoluntatem, spirituales efficeret adoratores, non iam figurarum astrictos umbris, & addictos legi, quæ nihil perficiebat. D Sed quoniam Deus spiritus est, ut etiam nos in spiritu, & ueritate adorare & colere illum conaremur. Esaiæ 9. An non & optimus Esaias natum nobis puellum dicit, & uocatum nomen eius, magni consilij angelum? HER. Optime dixisti, at si copiosioribus persuasionibus agere uoles, apte accommodandis, ad demonstrandum Christum esse mediatorem, etiam ex uetere instrumento plurimam, ut nosti, habiturum est gratiam. CYRILLVS. Igitur ad ipsum sacrorum ducem Mosen euntes, & factorum dictorúmque per illum uirtutem, quasi lucidissimam mediationis in Christo imaginem erigere molientes, elaboratum de illo sermonem proferamus. Velle enim aduersarios increpare, & confundere semper prout sibi placet, tametsi abludatur à Sacris literis, & sic ijsdem quibus illi capti lapsibus, opinor equidem summæ stulticiæ partem habere. HER. Bene dicis. CYR. Itaque Israelitæ, mole necessariæ seruitutis exculti, & iugo disrupto, à terra Aegyptiorum profecti sunt, quum habitarent circa montem, qui uocatur Sina, legesq; iam figurabantur quæ decernerent, quid faciendum, uidebaturq; deo, ut cõgarentur ad radicem montis, ac abluerent uestimenta, & sic præcipiebat ad insolitam diuinã uisionem accedere. Vbi autem hæc ad prænominatum montem Mose perfecta sunt, descendit Dominus in specie ignis, fumi explicabantur, & exiliebant, & nebula caliginosa, & ignis discursiones, & tenebræ, & procellæ, quæ usque in summum æstuando feruebant, & distinctus tubarum sonus audiebatur. Tum Moses quidem eduxit populum in occursum Dei ad pedem montis. Scriptum est enim sic: Res autem hæc typus erat mediationis Christi. Dicit enim manifeste: Nullus uenit ad patrem, nisi per me. Accedimus enim non aliter ad Deum ac patrem quàm per Christum, dum omnem ueterem abolemus cicatricem, & omne in-

Ioan. 14. quinamenti genus eluimus, induimus uerò quodammodo mentem in puritate quæ est in Christo. Induimini enim dominum Iesum Christum, & diuinus nobis dicit sermo. Sic sanè spiritualis sanctificatis uim, uestimentorum ablutio figurabat.

C An non & hoc uerum esse dicis probabili ratione persuasus? HER. Dixerim. CYR. Quum igitur Deus in specie ignis descendisset, & gloriam sensibilem etiam non summam, sed speciantibus insolitam ostenderet, facta est facies eius Israelitis intolerabilis. Attoniti autem & tremuli rogabant pædagogum, Mosen inquam & loquebantur: Loquere tu nobis, & non loquatur nobiscum Deus, ne forte moriamur. Ecce manifeste rogabant, ut mediator esset, utpote non ualentes ad puram Dei gloriam accedere. Itaque quasi ex manifesta imagine, ex his iã dictis, scias et de unigenito, quod quoniam non nudam diuinam gloriam nos accedere non ualebamus, ut nos doceret dei ac patris uolũtatem, factus est nobis similis mediator dei ac hominũ. Ipse enim D est pax nostra secundum scripturas. Ne autem existimes me nugari conferentem ministerũ Christi cum ministerio Mosis. Hinc autem facile discetes. Repetens enim in Deuteronomio, de congregatione filiorum Israel, sic dixit: Perfectus eris coram domino deo tuo. Gentes enim illæ, quas tu ab hereditate sua destituis, diuinationes & auguria audient. Tibi autem non sic. Dedit dominus Deus tuus propheram ex fratribus tuis, ut me, suscitabit dominus deus tuus, illum audiens, iuxta omnia quæcunq; petiisti à domino Deo tuo in Horeb die congregationis, dicentes: Non adijciemus audire uocem Domini Dei nostri, & ignem





& ignem magnum hunc nõ uidebimus ultra, ne A quæ illorum erant. Postquam autem illis iustissimè punitis, quidam eiusdem factionis ægreferentes, sicut serpentes adorti sunt Mosen, tum Deus ad iram prouocatus est. Scriptum est autem sic: Et loquutus est Dominus ad Mosen ac Num. 26. Aaron, dicens: Segregamini de medio cõgregationis huius, & semel exterminabo illos, & ceciderunt in faciem. Et dixit Moses ad Aaron: Accipe thuribulum, & pone in illud ignem ab altario, & mitte thymiama super illum, & defer statim in castra, & propitiationem fac pro eis. Exijt enim ira à facie Domini, & cœpit sauciare populum. Accepitq; Aaron sicut loquutus est ei Moses, & cucurrit ad synagogam, iamq; cœperat pestis in populo, & immisit thymiama, & propitiationem fecit pro populo. Et stetit inter mortuos & uiuentes, & cessauit lues. Nunquid ubi adhuc mediatio filij etiam post hoc obscura erit ô Hermia? HER. Etiam: Dixerim sanè diligenter spectandum, quid sub historia lateat. Itaque manifesta, tu enim id poteris, ac decenter. CYR. An

Aaron typus Christi mediatoris & sacerdotis. non putas Aaronem ad imaginem & figuram sacerdotij seruatoris nostri etiam ab initio positũ, quum podere succingeretur, humeralicq; ornaretur & aureo petabo in summis temporibus, ac lapidibus sculptis, & quod his multo clarius solus permitteretur semel in anno in sancta sanctorum ingredi, idq; non sine sanguine, ut sacrificium pro toto populo perficiat. HER. Bene di- Hebr. 9. cis, quoniam & diuinus Paulus scribit: Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, per maius & perfectius tabernaculum, non manu factum, hoc est, non huius conditionis, neque per sanguinem hircorum & uitulorum, sed per proprium sanguinem ingressus est semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Et quod uetera quidem figuræ ac umbra, hæc autem, id est ea quæ Christi, clara & dilucida ueritas sint, quis uel mediocriter eruditus dubitaret? CYR Igitur assumpto in pontificem & apostolum confessionis nostræ Iesu Christo, & deformioribus figurarum typis, omnigenæ ueritatis colore illustratis, age dicamus porrò. Omnes latum hunc & immensum habitantes terrarum orbem, uoluntatem nostram, diuinis dogmatis ac dominicis ora Omnes peccatores sumus. culis opposuimus, & in conditorem desiderantem, gloria & honore congruo hominem beare, non mediocriter impegimus, unde corruptio insurrexit, quæ nos depascitur, & morte sauciat. Et regnauit mors ab Adam, & usque ad Mosen, e- Rom. 5. tiam in eos qui non peccauerunt in similitudine transgressionis Adæ. Et dilatauit quidem inferuus animam suam, sicut dicit Esaias propheta, a- Esa. 5. peruit autem os ita ut non cesset, licet uniuersam depopuletur terrã, extenta sagena quam nullus effugeret, nec egrederetur, nisi unigenitus Dei Verbum, iuxta beneuolentiam dei ac patris, qua si è quodã superno & cælesti tabernaculo ad nos descendisset & aduenisset. Nam seipsum inanuit forma serui sumpta, ut & appelletur pontifex, & loco thymiamatis seipsum Deo ac patri sa-



Christi typus Christi. scitabo eis de medio fratrum eorum sicut te, & dabo uerbum meum in ore eius, & loquetur eis secundum quod præcipiam ei: & homo qui non audierit uerba eius, quę loquetur propheta in nomine meo, ego ulciscar de eo. An non euidenter ut in figuris & in umbris adhuc Mosaicis ostensum est, humanitatis infirmitati opus esse mediatore? ueruntamen hoc est considerandum. HER. Quid nam? CYR. Israelitæ accedentes Mosen, dicebant: Loquere tu nobis, & ne loquatur nobis Deus, ut ne moriamur. Et hoc quærebant in Horeb, in die cõgregationis, quando deus erat in specie ignis super montem Sina. At B conditor illos quidem ferebat tanquam optime loquutos & considerantes: præfigurans tanquã in figuris ueritatem, Christi mediationem pollicetur, dicens: Rectè omnia quæcunque loquuti sunt. Prophetam illis excitabo de medio fratrum, sicut te, mediatorem scilicet, asserentem populo cœlestes ac diuinos sermones, explanantemq; ineffabilis ac indicibilis naturæ uoluntatem, id quod facillimè uideri potest per ipsum Christum consummatum esse. Clamabat enim manifestè: Ego ex me loquutus non sum, sed pa- Ioan. 7. ter qui misit me, ipse mihi mandatum dedit quid dicam & quid loquar. Et iterum: Verba quæ ego loquor, non sunt mea, sed eius qui misit me pa- Ioan. 3. tris. Scribit quoq; & sapiens Ioannes de illo: Qui accepit eius testimoniũ, obsignauit, quod Deus ueræ est. Quem enim misit Deus, uerba Dei loquitur. Nunquid ô amice, suffragaris mihi, quod uera loquar, uel renuere negabis? HER Minime. CYR. Itaque sic de Mose dictum sit. Vis & aliud quiddam præter hoc dicamus, quod no bis modum mediationis filij arcanè figuret, uel his præteritis putas alia nobis transeundum uia? HER. Sed quare uir egregie, præteritis his, quæ in manibus sunt, & quæ plurimum profutura spe ramus, iremus ac properaremus ad aliarum sententiarum indaginem, quum satius sit hoc facere, maxime dum ociosi sumus, & à nullo impedimur? CYR. Vertam itaq; me ad istud quod non ingratum & lubens edicam. Core, Dathan, & Abiron nati erant ex tribu & genere Leui, sed non constituti inter eos qui ad summam sacerdotij functionem admissi, sed inter eos qui seruile ministerium in tabernaculo testimonij perageb ant, Leuitæ tamen nihilominus & ipsi, & hæc illorum conditio: deinde sacerdotij gloriam intempestiue sitiẽtes, & de honoris loco à Deo data imprudenter ingrati, non uocati ac temerarij in medium proruperunt, & seditiosum fecerunt populum contra Mosen & Aaronem, & mitissimum amaris sermonibus perstringentes, irrita bant & contristabant. Porrò hi pœnam facinoris luentes, iusto iudice uindicante, & cum tota domo perierunt. Terra aperto ore suo absorpsit eos, & filios eorum, & iumenta eorum, & omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca



crificans placaret lucē. Dicit enim scriptura: Stetit inter uiuentes ac mortuos, medius, & cessauit lues. Nonne & per hæc uidere licet mediatorem Dei & hominum fuisse Iesum? Nam soluto quodammodo uetere dissidio, & amoto omni pristino intestitio, inter se conuenerunt quæ erant seiuncta, hoc est Deus & humanitas, mediatore nimirum Christo, qui summa cum infimis per se-
Ephes. 2. ipsum colligauit. Proinde diuus Paulus dicebat
Rom. 5. ipsum esse pacem nostram, qui fecit ex utrisq; unum, & interstitium maceriæ diruit. Et iterum: Iustificati igitur fide, pacem habemus cum Deo per dominum nostrum Iesum Christum. HER. Nunquid, quod unigenitus, peccatum interclu dens, & excludens nos à charitate & familiaritate cum Deo, è medio sustulit, reduxitq́ue nos ad
B ínitium & aboleuit inimicitias, sola causa est, propter quam intellígitur mediator, uel etiam alius quidam modus ponitur? dic oro, libenter enim & cum siti quadam discerem. CYR. Vtique dicam, non enim grauor. Ex confesso est, quod
Ephe. 2. aboleuit quidē inimicitias in carne sua, sicut scriptum est, & quasi conciliator factus & mediator quidem nostri, qui à charitate in Deum excidera mus quàm longissime ob mundanæ uoluptatis amorem. Et quoniam creaturæ præter creaturam seruiuimus, per seipsum ad Deum ac patrem nos adduxit, iustificatosq; fide luceri fecit: uerum tamen non propterea dicimus quod propter solam dispensationem uocatus sit mediator. Porro est & alius arcanus & mysticus sermo, ad no-
C men & rem mediationis accommodatus. HER. Quomodo igitur & hoc dicis? CYR. Et quomodo aliter, quàm iuxta hoc quod scriptum est: Hoc sentite unusquisque in uobis ipsis, quod &
Philip. 2. in Christo Iesu, qui in forma Dei existens, non est arbitratus rapinam æqualem esse Deo, sed ipsum exinanuit, forma serui sumpta in similitudine hominum factus, & habitu inuentus ut homo? Ipse enim quum existeret syncera pulchritudo, & forma, & species Dei ac patris, ex ipso & in ipso deus Verbum, demisit se in exinanitionē, non aliquopiam ad hoc coactus, sed in beneuolentia patris iuxta suam uoluntatem factus est homo, seruans interim in seipso naturæ suæ dignitatem prorsus incorruptam & non uitiatam. As-
D sumpta autem humanitate, unus ex utrisque intelligitur filius, dum diuina humanaq; natura in unum concurrerunt, & congregatæ sunt ineffabiliter, ac indicibiliter, nec intelligitur quod sint in unitatem compositæ. nondum enim dicimus Verbum Dei in naturam terrenæ carnis conuersam esse, uel saltem in ipsius Verbi carnem. Hoc enim ego extremæ dementiæ morbum esse concesserim. Nomen autem conuentus illius significat concursum summum & indiuulse ad unitatem se habentem, interim utroque manente in suo termino & sermone. Idem em deus simul est & homo. Neque si deum dixeris, ab humanitate liberaueris post unionem: neq; etiam si nominaueris hominē, deitatis dignitates amoueris, siqui dem recte sapere uolueris. Et est unigenitus ac Verbū, ut ex Deo patre prodijt & genitus. Est ite rum primogenitus, quando factus est homo, & in multis fratribus. Et sicut nomen unigenitus proprium existit Verbi, & seruatum est illi iterum etiam carni unito: ita primogenitus, eius propriu quum non sit, factum est proprium eius cum carne. Mediator igitur & hac ratione intelligitur, quia ostendit in seipso collatas & unitas diuinitatem ac humanitatem, quæ secundum naturam ualde discretæ sunt, & magnum habent intestitum, & coniungit nos per se Deo ac patri. Nam Deo est cognatus, quandoquidem ex eo est, & in eo: sed & nobis quoque cognatus est, quandoquidem ex nobis est, & in nobis. Neque nobis alienus est secundum humanitatem Emanuel, sed per omnia absque solo peccato assimulatus. HER. Rectissime dixisti, huc enim sermo tendit, ut & consubstantialis Deo ac patri dicatur filius. CYR. Consubstantialem dicimus, quandoquidem est uerè ex ipso, & in ipso secundum naturā, & subsistantialiter. Nam sicut nec uerè, nec exactè, nec decenter, intelligeretur uel diceretur esse consubstantialis nobiscum, nisi factus esset homo: ita nunquam esset ex Deo & in Deo, nisi naturalibus ad unitatem cum ipso rationibus colligaretur, neque aliter humanitas diuinæ naturæ participeps esset, nisi per mediatorem filium posideret, naturalem quodammodo sortita copulæ modū. Bonum autem fuerit, audire filium dicentem patri cœlesti, ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint, ut credat mundus, quod tu me miseris: & ego gloriam quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut nos unum sumus, & ego in ipsis, & tu in me, ut sint perfecti in unum. HER. At si diceremus unitatem filij cum patre talem fortasis esse, qualis & de nobis ipsis intelligeretur, quid nam cogitaremus? Scriptum est enim: Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una. Et nimuerò unionis nomen & res, unam omnium quotquot erant in omnibus, animam fuisse, dicens, utique non naturam ipsam definiens, sed affirmat potius, unum fuisse & idem considerare ac uelle, & unitatem tribuit indiuulsis uoluntatum propensionibus. Et quoniam filius semperidem uult ac probat, ac sentit quod pater, hac ratione ei hoc ei competit. Hæc sane miseri illi pafsim mutilant. CYR. At facile deprehendentur mentem suam impleße etiam in hoc summa & extrema stultitia, adeò nulla tam infirma est & abiecta cogitatio ac absurda, ut uideatur, quæ illorum mentem non depopuletur, idq; absque labore. Stultus enim stulta loquetur, & cor eius uana cogitabit, loquendo contra deum errorem, sicut scriptum est. Quomodo enim posthac quis non existimabit stultitia, temeritateq́ue omnium extrema plenum esse, dicere & uelle contendere, unionem filij cum patre, non esse naturalem, sed uoluntariam potius? Nam si ira res haberet, uera & nonnulla



ad nomen diuinitatis per uoluntatem patris asciA tis, qui & eximijs uirtutum meritis iam nobilem & claram gloriam sibi compararuit. Sed dicant illi, quid iam prohiberet etiam omnes sanctos, qui sentire & facere uolunt ea, quibus Deus ob lectatur, & quæ propria uidentur, quasi facta uoluntate quadam, quin hanc admirabilem filij uocem loquantur, & clament ad patrem: Sicut ego & tu unum sumus. Afferant autem tadem quandam sancti cuiuspiam uocem, sed non poterunt: Absit. Contrarium, opinor, facile quis animaduerterit. Nam etiam pientißimi, quod sint peccatores, multifariam deplorant, quamuis probè suam naturam nouerint. Et fortasis haud difficile foret multas uoces coacerua re, ex sanctis scripturis colligentibus: atqui satius fuerit nobis & huic instituto conuenientius, ut talia studiosis inquirenda exercitationis gratia relinquamus: conuertam autem me rectius ad ea, quæ illi tradunt, & quæ nunc magis necessaria, & repetens dicam sermonem de unitate nostra. Etenim ad unitatem, quæ est per fidem circa controuersiam collecti ac cōgregati sumus, differemus autem inter nos in nullo diuersitate substantiæ, licet singuli quodammodo in subsistentiam diuidantur. Sumus enim eiusdem speciei, & substantiæ omnium una est definitio, unaq; ratio, quæ de omnibus ex æquo prædicatur. Vnitatem autem cum Deo, non ex solis & nudis uoluntatis propensionibus assequi-
Cyrill. mur, sed ex alia arcana, ac necessaria ratio cogit. rudiuit: Etenim quemadmodum diuinus nos Paulus exuno pane participes sumus. An ignoras dicit, & gentes unum corpus Christi factas, unionem cum illo per fidem foritas? nam & mysticæ benedictionis participes factæ sunt. HERMIAS. Profectò ita est. CYRILLVS. Itaq; naturalem simul, & uoluntariam unionem in nobis ipsis posidemus: dispiciamus autem num tabis sit nostra, & ea quæ in Christo. HERMIAS. Quomodo dicis? non enim satis assequor. CYRILLVS. Amice, nihil arduí in his esse dixerim, id quod quisquis sapit ac recte sentit, facile discet, expendens secum primum quidem identitatem, qua nos homines naturali constitutione inter nos districti sumus, coniuncti autem & alio modo. Dissecti enim quodammodo in subsistentiam propriam, hoc est, singularem, iuxta quam hic quidem est Petrus, ille Thomas uel Matthæus, eiusdem corporis facti sumus in Christo, una carne pasti, & uno spiritu sancto ad unitatem obsignati. Et quandoquidem est indiuisibilis Christus (nullo enim modo diuisus est) unum omnes sumus in ipso. Propterea & ad patrem cœlestem dicebat, ut unum sint, sicut nos unum sumus. Vide enim quomodo in Christo & sancto spiritu unum sumus & secundum corpus, & secundum spiritum. Redarguendi igitur sunt, qui secus sentiunt, quòd neque illa recte intelligunt, quæ de nobis scripta sunt. HER. Redarguendi utique sunt, recte enim dixisti. Nihilominus, ut mos mihi est, interrogo utrum filium unitum esse deo ac patri recipiemus, sicut scilicet & nos mutuum, uel ultra hanc, admittet quis & aliam unionem? CYR. Vnitum esse dicemus patri filium sicut nos, & ultra quàm nos. Nam ex confesso, genitori filius omnino cōsubstantialis est, quandoquidem est uerè filius, & ex ipso. Sanè quum in propria existat subsistentia, qua ualde recte creditus est se habere non sicut nos inter nos, uel certè iuxta legem corporū distinctus erit, habens & ipse à patre in uniuersum sectionem. Ad diuersitatem scilicet singularem, natiuam habet ac ineffabilem unitatem, non cōfusionem quandam, quam patiuntur mutuum subsistētiæ, sicut quibusdam uidetur, ita ut idem sit pater ac filius: sed quum uterque sit ac subsistat propriamq; habere dicatur existentiam, substantiæ identitas unionem declarat. HER. Dicis igitur filium esse in propria substantia præter eam quæ à patre? CYR. Non in substantia alia ab ea quæ ut Dei, sed in subsistentia quæ ut filij. HER. Aliud igitur est subsistantia, alia subsistentia. CYR. Etiam. Magnum enim inter illa discrimen est, quandoquidem substantia singularia continet. HER. Quomodo dicis? tardior enim adhæc, ut apparet, sum ego. CYR. An ignoras, quod & ipse non sim adeò expediti sermonis adhæc explicanda, nihilominus tamen eundem ad propositum examen diuinæ eminentiæ, quæ in summis est fastigijs, idq; quasi in imagine. Itaque substantiæ declaratio uidetur sicut commune & uniuersale quiddam esse: nomina uerò subsistentiarum singularum, sub illo uniuersali prædicantur ac discuntur, putas me nunc illud declarare? HER. Quod nam? CYR. Definiuimus hominem esse animal rationale mortale, iuxta rationem illi congruentē sic ponentes, & hunc dicimus substantiæ eius terminum esse, qui conueni at omnibus particularibus sub eo existentibus, unde sub hoc communi, hoc est, sub homine, uel hominis definitione cadit opinor & Thomas & Marcus: uel si dicere placet, & Petrus, & Paulus. & hoc sanè modo, substantiam quis designarit: eorum autem, quæ ut singularia intelliguntur, nondum manifestam & euidentem fecerit declarationem. Non enim si quid est homo, id mox est Petrus ac Paulus. Et si quis dixerit Thomas uel Petrus, non mox subsistantiæ terminum enunciarit, etiam si declaretur. Homo enim nihilominus est, at ostēdit fortasis in specie tali, & in propria subsistentia & separata. Igitur nomē subsistātiæ habet se ut homo, & gerit in se nomen uniuersale et communem rationē generis. Contra subsistentia intelligetur conuenientius ut singulare, quod neque à cōmunitate destituat quod explanatur, neq; etiam singulare cum obscuro confundit & commiscet. HER. Intelligo nunc. uidetur enim mihi non imperite dictum. CYR. Igitur confitentes filium Deo ac patri consubstantialem existere, in propriaq; subsistentia coniunctim

*Substantia & subsistētia differunt, ἀσύγχυτος.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



cum & differetim unitum esse dicimus, identitatis A sermonibus coaptantes maxime necessariam per
sonarum, uel nominum distinctionem, uel subsistentiarum uarietatem, quæ ut in patre & filio, secundum hoc ipsum & solum, ut non omnino substantiæ expressissimam similitudinem, & sicut illa, similiter & absque uariatione habeat, in patre & filio deducat modum quendam & differentiam, & ualde ægre dijudicabilem proprietatem utriusque quodammodo efficiat. Nam ille quidem pater est, & non filius: hic uerò iterum filius, & minime pater. HER. Itaque si placet, dicamus esse duas substãtias: unam quidem patris, alteram autẽ filij. Sic enim manifestior & ad discernendum magis faciens, unicuique esset differentia. CYR. Non magis faceret ad discretionem, B absit. Caue ne in alienum sensum illorum sermonibus aucharis, & relicta quodammodo uia regia, per male trita & impertusa incedas. HER. Quo pacto? CYR. Nam si una natura patris esset, præter illam autem una & alia filij, quomodo non necessarium sermonem intelligi in duobus, quæ inæqualis naturæ inter se, & separantia ac distinguentia simul sint? quomodo enim eadem natura, una et altera intelligeretur? Si enim fas est de hominibus qui unam & eandem consubstantialitatis rationem sortiti sunt, unam & alteram substantiam dicere, & unicuique rei, quasi proprium quendam communitatis sermonem tribuere. Nã si hoc fecerimus, & quasi necessariæ differentiæ modos adiecerimus substantijs, nempe dicentes C unam & alteram, euanescet uniuersale. An non diuersitatem quidem substantialis differentia, & quod unum aliter & aliter habeat in definitione naturali, diuersitas in his ostendit ac parit? HER. Opinor scilicet. CYR. Confectaneum igitur erit, etiam si dicere nolint, filium iam deo ac patri non consubstantialem, sed alium ac diuersum natura, & à diuinitatis definitione separatum, siquidem propriam habuerit rationem â dei ac patris substantia extraneam. HER. Nam contendunt, quod aliter habeat filius quàm pater, secundũ naturam existere intelligitur. Igitur ubi abiecerint nomen Consubstantiale, & subornarint nouum ac insolitum aliud, dicunt debere nos confiteri eum esse ὁμοιούσιον, hoc est similis naturæ, addentes D quod hoc mediationis nomẽ sit illo dignissimũ. & cõgruentissimũ. CYR. Et quid hoc aliud, quã deliramentũ, & uere anile nugamentũ? Nã si mediam quandã naturã in ipso intelligũt, & propter eam putant mediatorẽ nominandũ, insipientissime dicunt. Quid igitur hinc, uel qualis contemplandi inferatur ratio, equidem non uideo, tu uerò ipse dixeris: ex te discere cupio. HER. Quid dicerem ad hæc? CYR. Dic igitur, & doce, utrũ genitus uel ingenitus sit mediator, utrum uere deus, uel & ipse sit inter creaturas? Nam iuxta illos neq; pure deus, neq; manifeste creatura est. Quẽ igitur apud illos obtineat inter entia locũ, etiam si uel obiter uellem dicere solum, nõ possem ego. HER. Inter ambos, nempe inter Deum ac creaturam ponunt, etenim & hanc ob causam eum mediatorem uocatum esse aiunt. CYR. Obscurissime loquuntur, & crassissime sentiunt, qui sic sentiunt. Etenim dum omnium rerum naturam, mente mea susq; deq; uerso, & quomodocunq; habere possint, anxie inquiro, non licet uidere ullam talem naturam, uel cogitatione, uel sermone comprehensilem, quæ & extra definitiones ueræ deitatis egrediatur, & effugiat, ne factura dicatur, melioremq; suam nobis ostendat existentiam, quàm creaturam. Nunquid est aliquid inter genita, & ingenitum, non factum & factura? HER. Equidem non admiserim, recte enim dicis. CYR. Duas igitur contemplemur in universo naturas. unam eius qui semper & eodem modo se habet ac est: alteram eorum, quæ recenperunt, quod ab alio sunt facta. Iam illam quidem quæ est eius qui absque natiuitate exsistit, & tam super omnia, & super omnia prospectare, & in summis maioribusq; dignitatibus supernatare: hanc autem subiacere, & quasi subiectam esse tãquam sub pedes domini, scies manifeste, dum Christus Iudæorum turbis dicit: Desubtus estis, ego supernè sum. Supernè autem uenire unigenitum ad nos etiã sapientissimus Ioannes declarat, dicens: Qui supernè uenit, super omnes est. Sentiebat enim tribuendam substantialiter Deo, secundum naturam existenti, & ex Deo secundum naturam nato, summam excellentiam perfectionemq; eminentissimam. Aduerbium autem supernè non loci esse significatiuum: sed potius substantiæ Dei ac patris, quomodo non certissimum, sancto quopiam Apostolo manifeste disserente: Omnis donatio bona, & omne datum perfectum supernè est, descendens à patre luminum, apud quem non est commutatio uel conuersionis obumbratio? Enimuerò licet quis prætercurrat angelos, superioraq; ac media omnia, ita ut ad ipsos perueniat Seraphin, summassi consideret glorias, nondum tamen creaturarum transilierit naturam. Quid enim est ἀνωτάτω supernè? hoc est ex patre luminum, & propter hoc desuper quæ est eius qui absque natiuitate exsistit, & tam inuestigare, quæ maligno studio ab illis præparata & adinuenta sunt. HER. Optime dicis. CYR. Itaque si uolebant suam sententiam, & opinionem non haberi, ut reiectaneam, sed momenti alicuius, oportebat eos de illo non inquirere, ea quæ nulla ratio solet, uel nudis & solis cogitationibus apparentiam præ se ferant imperfusibilem: sed aduertere simpliciter filium in naturalibus deitatis fastigijs intelligi, expendentes, quod genitus ex patre, hoc est ex substantia eius etiam euidentem & necessariam consubstantialitatis cum eo habiturus sit rationẽ. Quandoquidem filium uere filium esse confessus est de us ac pater, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacitum mihi est. Cur non magis clamare uidetur: Hic est mediator? Nam cum secundum illos mediator sit, optime dixisset etiam sic. Factum enim mediatorem ostendisset, ac quoniam homo factus erat filius, illam meritò uocem proloquutus est Deus ac pater. Dic mihi obsecro, & hoc aperte, num & in hanc stultitiam sint prolapsi, ut neque filium confiteantur. HER. Filium quidem esse, & natum esse dicunt, sed ut mihi uidetur, erubescunt tam impudenter ac aperte omnibus, ut ita dicam, sanctis obluctari scripturis. Veruntamen non ex ipsa nobis substantia patris, neque naturalis natiuitatis uocabulum suscipiendum uel intelligendum putant. CYR. Ficta mente filiationis & natiuitatis nomen se ac alios sentire tradunt. Nam ut uides, uerum generationis modum decutiẽtes, à substantia patris ac Dei auferunt, & unigenitum quoque priuant ne sit secundum naturam filius. Dura enim & amara uerba esse aiunt, ut sunt elegantiarum studiosi. Quo pacto nam & illud prætereunt? non enim sentiunt, quod & ipsam Dei patris naturam in hoc simul dehonestant, quandoquidem contendunt non esse fructiferum, & spoliant eum gignendi facultate, cuius tamen figuras parturiens & fructificans creaturarum natura in se declarat. HER. Fortasis autem & ad hoc dicent, quod siquidẽ natiuitatis nomẽ omnimodo uere, iuxta quod dictum est & impositum est, necessario omnino sentiendum, & recipiendum quod innumeri sint geniti ex Deo ac patre. Dictum est enim alicubi & de Israelitis: Filios genui & exaltaui. CYR. Comperimus eos, sicut Dauid Esa.1. in Psalmis cantat, prætextus in peccatis prætexentes, & ad sermones iniquitatis declinantes. Psal.140. Nam siquidẽ aliud quiddã esset ex cõfesso filius, quàm id quod est, & creditus est à nobis, et nobiscum sortitus esset uocabulum natiuitatis & filiationis, nihil obstaret, & hæc maiore abusu dicta, & credita esse. At quoniam ueritati uim facientes, & quantum in ipsis est, maligne studio, ipsum in aliam quandam naturam transferentes, mediatorem nominauerunt, & nugaciter hanc de illo fabulam finxerunt, non mediocriter reprehenduntur, quod non desinunt illum à sua substantiali eminentia expellere: & nothis quasi quibusdam dignitatibus, cum contumelia illudere ei, qui uere ex patre, non grauantur miseri. Non enim in sortem nobis similem, sed neque in gloriam adoptionis filiorum cum factis æqualiter uocatus est filius, neque etiam extraneam eminentiam agnominatio ei parit. Absit. An numeratus enim esset, & cum ijs qui secundum gratiam filij, siquidem res sic haberet, & creaturæ mensuris circũscriberetur. At nugæ hæc sunt, & multiloquium inane, blasphemiarumq; turbatio, ac nihil præterea aliud. Quod autem inter adoptiuos filios sese numerare noluerit unigenitus, sed scierit se habere diuinam & ineffabilem super omnia eminentiam, & adoptionis filiorum ueram dignitatem, disces facile, dum dicit ludeis de Mose & sanctis prophetis. Si illos deos dicit, ad Ioan.10. quos uerbum dei factum est, & non potest solui scriptura, quem pater sanctificauit, & emisit in mundum,



coordinata. At si hoc non asserentes dixerint esse A genitum, quomodo à quopiam intelligeretur nõ cognatum creaturæ, quod illi cognatum? Igitur quomodo adhuc mediator maior quidem, quàm Deus secundum naturam, & maior quoque quàm creaturæ uel gloria, uel natura sinat? Si per hoc quidem, quod unigenitus est, ad gloriam diuinam pertineat, & longe mediationis mensuras transiliat, per hoc autem quod genitus est, ad inferiora uadat, & inter creaturas locum mediationis dimetiens, se humi collocet? Quandoquidem quod factum est, factum est cum omni quod factum, iuxta rationem eius qua factum esse aliquid dicitur) quale est hoc delirum & insipientissimum cauillum, quod incomprehensibilia ut cõprehensibilia proponit, & naturæ nobis formatB loca, ad quæ nulla unquam mens pertigit? Nouus enim & obscurus sermo est. Operepretium uero dixerim, ut sermones illos euidens sequatur demonstratio. Viderit autem quis impostura illorum ingeniose ad decipiendum compositam. Nam quoniam prophanissima faciunt, & stultissima sentiunt, qui debacchati sunt in filium, ut à consubstantialitate cum Deo patre eijciant, suffurantur sibi interim per impudentiam breuem gloriolam, & afferunt quidem creaturis paruum decorem, excludunt autem quasi à transitu ad summa, ut non intelligatur secundum naturam Deus, dum illi medium locum partiuntur, & tantam gloriam metiuntur, quanta ipsis placuerit, quali scilicet definitores ac legislatores con-C stituti essent filio, quibus in locis illum esse decebat. Quemadmodum statuarij, in suo artificio nobiles, humanæ formæ speciem in lapide uel ligno insculpunt, & deinde superadditis ornatibus decorant, uel auro solidant, uel alijs quibusdam coloribus ornant, adeóque spectatorum mentem demulceant, non permittentes ut ridendi intus & occultas materias, sed ut externis & caducis mundi splendoribus applaudant: eodem modo & ij mediatoris idolum delineantes, simpliciorum mentes deprædantur, & tanquam ferros sub hastam mittunt, ne possint diligen-D ter inuestigare, quæ maligno studio ab illis præparata & adinuenta sunt. HER. Optime dicis. CYR. Itaque si uolebant suam sententiam, & opinionem non haberi, ut reiectaneam, sed momenti alicuius, oportebat eos de illo non inquirere, ea quæ nulla ratio solet, uel nudis & solis cogitationibus apparentiam præ se ferant imperfusibilem: sed aduertere simpliciter filium in naturalibus deitatis fastigijs intelligi, expendentes, quod genitus ex patre, hoc est ex substantia eius etiam euidentem & necessariam consubstantialitatis cum eo habiturus sit rationẽ. Quandoquidem filium uere filium esse confessus est de us ac pater, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacitum mihi est. Cur non magis clamare uidetur: Hic est mediator? Nam cum secundum illos mediator sit, optime dixisset etiam sic. Factum enim mediatorem ostendisset, ac quoniam homo factus erat filius, illam meritò uocem proloquutus est Deus ac pater. Dic mihi obsecro, & hoc aperte, num & in hanc stultitiam sint prolapsi, ut neque filium confiteantur. HER. Filium quidem esse, & natum esse dicunt, sed ut mihi uidetur, erubescunt tam impudenter ac aperte omnibus, ut ita dicam, sanctis obluctari scripturis. Veruntamen non ex ipsa nobis substantia patris, neque naturalis natiuitatis uocabulum suscipiendum uel intelligendum putant. CYR. Ficta mente filiationis & natiuitatis nomen se ac alios sentire tradunt. Nam ut uides, uerum generationis modum decutiẽtes, à substantia patris ac Dei auferunt, & unigenitum quoque priuant ne sit secundum naturam filius. Dura enim & amara uerba esse aiunt, ut sunt elegantiarum studiosi. Quo pacto nam & illud prætereunt? non enim sentiunt, quod & ipsam Dei patris naturam in hoc simul dehonestant, quandoquidem contendunt non esse fructiferum, & spoliant eum gignendi facultate, cuius tamen figuras parturiens & fructificans creaturarum natura in se declarat. HER. Fortasis autem & ad hoc dicent, quod siquidẽ natiuitatis nomẽ omnimodo uere, iuxta quod dictum est & impositum est, necessario omnino sentiendum, & recipiendum quod innumeri sint geniti ex Deo ac patre. Dictum est enim alicubi & de Israelitis: Filios genui & exaltaui. CYR. Comperimus eos, sicut Dauid Esa.1. in Psalmis cantat, prætextus in peccatis prætexentes, & ad sermones iniquitatis declinantes. Psal.140. Nam siquidẽ aliud quiddã esset ex cõfesso filius, quàm id quod est, & creditus est à nobis, et nobiscum sortitus esset uocabulum natiuitatis & filiationis, nihil obstaret, & hæc maiore abusu dicta, & credita esse. At quoniam ueritati uim facientes, & quantum in ipsis est, maligne studio, ipsum in aliam quandam naturam transferentes, mediatorem nominauerunt, & nugaciter hanc de illo fabulam finxerunt, non mediocriter reprehenduntur, quod non desinunt illum à sua substantiali eminentia expellere: & nothis quasi quibusdam dignitatibus, cum contumelia illudere ei, qui uere ex patre, non grauantur miseri. Non enim in sortem nobis similem, sed neque in gloriam adoptionis filiorum cum factis æqualiter uocatus est filius, neque etiam extraneam eminentiam agnominatio ei parit. Absit. An numeratus enim esset, & cum ijs qui secundum gratiam filij, siquidem res sic haberet, & creaturæ mensuris circũscriberetur. At nugæ hæc sunt, & multiloquium inane, blasphemiarumq; turbatio, ac nihil præterea aliud. Quod autem inter adoptiuos filios sese numerare noluerit unigenitus, sed scierit se habere diuinam & ineffabilem super omnia eminentiam, & adoptionis filiorum ueram dignitatem, disces facile, dum dicit ludeis de Mose & sanctis prophetis. Si illos deos dicit, ad Ioan.10. quos uerbum dei factum est, & non potest solui scriptura, quem pater sanctificauit, & emisit in mundum,

Universidad de Deusto
Biblioteca



mundum, uos dicitis: Blasphemas, quia dixi: Filius sum Dei? Iam quum eos ad quos factum est uerbum Dei, deos declarauit & filios, quomodo non magis ipse, & filius, & Deus esset, meliusq; & uerius, is per quem illi dij & filij? Non adūenticium igitur unigenito esse filium, sed ita se habere significatiuum nomen fuerit, quemadmodum scilicet & ipsi patri ac Deo pater. Nam pater quidem pater, quia genuit filium: filius autem filius quoque, quia genitus est à patre. Huius rei gratia ego opinor, quamuis naturæ diuinæ bona uarijs, & plurimis dictionibus proferamus, licet ad paruam eius notitiam uenientes, nomen tamen paternitatis & filiationis non connumerarim cum illis, tametsi etiam alia recte ac inculpate de utrisque dicantur. HER. Quomodo dixisti? CYR. Quia tanto studio quæris, libenter dicam. Bifariam prærogatiuas diuinæ naturæ denotare solemus. Vel enim agnoscitur à nobis per ea, à quibus est, uel per ea à quibus non est. Nam dum uitam esse dicimus, & lucem eam nominamus, dicimus uere ab his quæ esse creditur. At dum dicimus, quod corruptibilis non sit nec uisibilis, quæ in ea non sunt loquimur. Quod enim corruptione & ne à quopiam uideatur, superior sit, nostrorum uerborum uis declarat. Nonne sic est? HER. Verum dicis. CYR. Num existimabimus nos patrem aliquid facere in mundo, si quis illum dicat uitam esse ac lucem, sicut reuera est, & etiam incorruptibilem ac inuisibilem, modo recte sentiat, & filij naturæ ea accommodet, & æqualibus nominibus honestare, Verbum ex Deo patre uoluerit. HER. Etiam. CYR. At si & regnum dicat, & omnibus dignitatibus uenerari uellet, quibus diuina solet natura, nonne & illud commune esse diceremus filio? HER. Quomodo non? CYR. Igitur omnino indocte loquuntur, utcunque studiosi sint. Quoniam utriq; communes sunt gloriæ & eminentiæ prærogatiuæ. Neque enim mentietur ueritas, hoc est Christus patri cœlesti, dicēs: Omnia mea tua sunt, & tua mea, & glorificatus sum in eis. Itaq; siquidē dignitatis lege, sicut cætera accidere dicimus patri quidē quod pater sit, & filio quod filius. Quid obstaret & impediret, dic mihi ex medijs nominibus fieri differentiam? amboscp uocari & patres, et filios? ut pote æqualiter cōmunia sortitos opera, dignitatumq; eminentia æqualiter redimitos? HER. Omnino haud uerisimile est, ut hoc uel dicant, uel sentiant. Esset enim non aliter se habens pater, quàm sicut est, hoc est pater, & similiter filius. maneret enim filius, & non intelligeretur pater. CYR. Rectissimè & uerè ô Hermia. Itaque comprobabis & corroborabis manifeste sermonem, qui ostendit quod patri patris nomen non sit dignitatis significatiuum. Opinor enim sic dicendum ijs, qui uenerantur congruam rei manifestationem. Neq; etiam filij appellatio, quasi esset in utroq;, sicut de uita, luce & alijs eiusdem ordinis dicere licet, sed manifestandum utriusq; nomen, ut habet. HER. Planè ita est. CYR. Sa-

*Deus bifariā indicatur.*

*Ioan. 17.*

nè repelli quodammodo confusionem, nominū uirtutem, firmam autem quasi exigere in ipsa sedem immobilem, utriq; esse taliter attribuit. Nam pater, pater, & non filius, quia genuit: filius autē iterum filius, quia genitus est. Age enim, si placet, parumper à patre quod patris est per imaginationem & sermonem amoueas, & iterū à filio quod filij, ô amice, quomodo nobis utriusq; persona significari poterit? Itaq; dum dicitur deus uel uita, uel lux, uel incorruptibilis, uel inuisibilis, uel rex, inde non satis discernitur quid manifestetur. Verum enim de utroq;, quod proprie utriq; inest, quomodo euidentem manifestationem faceret. Solitarie autem & uerè pater significatur, dum intelligitur quod genuit: solitarie autem & uerè filius, dum intelligitur quod genitus sit. Itaq; proprium alteri quod eius & solius, quātuis alia indifferminatim de eis dicantur. Illa enim in naturalium dignitatum ordine relicta sunt, ista uerò non sic se habent, sed partim genitorem, partim genitum demonstrant.

Dialogorum libri primi finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI Alexandrini, cū Hermia diologorū Liber secūdus, quòd cōsubstantialis & coæternus deo ac patri sit filius.

CYRILLVS.

Onnè uerè dicitur ô Hermia, simplicem ueritatis sermonem, in simplicibus cordibus, præcipuam & optimā habere sedem. Sæpenumero autem dulcior melle labor est, id quod uerum esse persuadebit diuinus Psaltes ad omnium saluatorem deum, dicens: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. HER. Etiam. Veritatis sermonem simplicem & ego fatuis dulciorem astipulor: at simplicitatis in uis quotuplex modus à nobis intelligitur? CYR. Quid enim aliud simplicem ueritatis sermonem nobis ostenderet, quàm liberari à multiplicibus cogitationibus, & mēte quæ torue & retrorsè spectans & maligne affecta, latentem morbū suum ostentat, non in his quæ ad ueritatem inuenienda conducunt, sed quibus auditores multum ingenio modantur. Poteris autem, si placuerit, tanquam in tabula clare uidere sermonem illum meum æquissimum esse & honestissimum, si Arij & adhærentium ei hæresim cognoueris. In quos recte illud dici posse arbitror: Si immutauerit Aethiops cutem suam, & pardus maculas suas, & uos poteritis benefacere, quum didiceritis mala. Mentem sanè aduersariorum à pardo nihil differre opinor. Pardus enim uarijs notis, & omnigenis coloribus interstincto tergo est: illi uero inæqualem & non cohærentem animum habent, & sermonem quem in cordibus tenens, sursum mittunt. Sagitta enim uulnerans lingua eius est, ut scriptura dicit, dolosa uerba oris eorum, proximo suo loquitur pacifica, & intra se gerit inimicitias. Simulatur enim, quasi nullo modo gloriæ Christi obloquatur: uulnerant autem sicut iaculum acutum uerba molesta, & blasphema linguæ illorum uerba.



HER. Qualia nam dicis? CYR. Nam ualde recte filium dei unigenitum uerbum nominant, & non deuitant, quin genitum confiteantur, Veritatis sermonem detorquēt clandestina ui, & prophanè in diuersum illius gloriam, & in aliam plane naturam transferunt, quæ in patre non intelligatur, quasi extra substantiam illius, & alterius naturæ sit, imò in uniuersum subsistat extra naturalem habitudinem eius, qui gignere dicetur, ita ut ultrà iuxta eos nō dicatur esse genitus. Quod autem in hanc soliditatem peruenire soliti sint, nihil aliud in causa esse dixerim quàm hoc.

*Manifestè uersutiæ.*

HER. Quale hoc? CYR. Quod ualde arrogantes sunt, ac putant quod possint sapere & loqui abstrusius quiddam quam alij, adornaréque uerborum pugnas, unde uideātur in bonis artibus enutriti esse, & posse suarum cogitationū uersutijs in omnia ualide trahere eos qui simpliciter uiuere uoluerint, dum arundineum quodāmodo suis animabus subdunt baculum, mundanam sapientiam, & adulterinorum sensuum paleas colligunt, quod à rectitudine dogmatum non abertunt, quod sanctus chorus filiorum Aaron igne exultus est, quia sacerdotium ui inuaserat, & adulterinum altario ignem attulerat, neq; obtempera rat legi clamanti: Et nō inferes abominationem in domum tuam, & anathema eris, quemadmodum & hoc offendiculo grauiter ostendes, & ab ominatione abominabilis eris, quia anathema est. Vere enim alienus, deoque non dignus ignis feruidus mentis impetus diabolica sapientia plenus, & non sacra scriptura accensus. Abominatio autem ista est idolum ad figuram dei effigiatum. Talem & illi effinxerunt filium Dei honore quidem, & præclara, deoq; digna gloria coruscum, ueruntamen non uerum, sed nothis & suppositijs quodammodo nominibus, & diuisionis uocibus ficticiū Deum. Nam dicere quidem natum esse & filium nominari eum, non autem adhuc putare natum esse & filium natura, quid aliud est quàm hoc? Nobis autē, qui thesaurum habemus in uasis testaceis humanæ sapiētiæ, dia bolicæq; deceptionis expers ueritas amica est.

*Ioan. 10.*

*Egressa diabolo.*

*Esa. 28.*

HER. Amica est, & optime dixisti, sed perge nunc ad examinanda ea, quæ illi de patre & filio suspicantur. nam id lectoribus plurimum conducibile fore admiserim. CYR. Proderit hoc plurimum, scio, & quoniam hæc recta tibi uiden tur age, sicut Græcorum poetæ dicunt, Funibus solutis, & quasi littore & portibus relictis, sermonem tanquam nauem in pelagus mittamus.

HER. Abeundum igitur. CYR. Proprie certè deum & patrem, patrem nominari & esse, per ea quæ iam elaborata sunt affirmauimus, & non ob aliam causam, quàm quod genuit ex seipso filiū. Proprie autem & filium esse & nominari asserimus, quia natus est ex deo & patre. Videtur autem hæc sententia ab omni calumnia longissimè abesse. HER. Vtique uidetur, ueruntamen illud interrogo, formidans & turbidus, dum uideo quorsum nos cogitationum perducat discursus. Finge peruersum dicere, si Deus & pater, pater propriè nominatur ac dicitur, quia genuit; filius quoque, quia genitus est, & uerè dicitur filius, significata non habitura mutuam in se mutationem. Erit enim semper pater pater, qui in filium nō transformatur, & filius quoq; filius, qui in patrem non transfertur. Proprium erit patris esse ingenitum, quoniam proprium filij esse genitum. Et siquidem uerè aliud est esse ingenitè ab eo quod est esse genitè, aliter habebūt & ipsi, & non in similibus, absque uariatione esse intelligantur. CYR. Iam quid deinde qui tales sunt aliud facerent, quàm ut obliterent simplicitatis quam in Christo intelligunt pulchritudinem, quemadmodum & qui aureum numisma adulterāt? Vide enim quomodo rectum ueritatis sermonē detorqueant, & adulterinæ sapientiæ commentis exultent. Dum autem loquuntur sublimia, respuendam putant Domini congregationem, sicut arrogans Goliad. HER. Res quidem sic habet, ueruntamen scito hoc eos interrogare & urgere his quæ nuper dixi uerbis. CYR. At post hac fas est omnibus uidere illos mente sana, & corde bono destitutos, qui ob suam inscitiam se deplorare debeant, si hæc dicant bene habere, dicetur hic quod & alijs recte dicitur, quasi de se dicant: Posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protegemur. Ignorant enim, ut opinor, primum quidem quod non idem est, neque similem habet expositionem, Ingenitus & pater. Non enim si quid pater erit, mox omnibus modis & rationibus ingenitum: neque si quid ingenitum, hoc est & pater. An non sic habet? multa enim ingenita, & pauci patres, innumeri quoq; patres, tot autem esse & ingenita ostenderet nobis cogitationum examen. Nam si rerum considerauerimus naturam, & uniuscuiusq; rationem ut unum dignouerimus, non omnia, per natiuitatem ad hoc ut sint, producta esse conspicabimur, ut sit maxime friuolus & eneruis peruersorum sermo, dum non unum quid proprie ingenitum significat, multa enim ingenita etiam specificis differentijs secundum naturam diuersa.

Quid igitur dicendum, si quis rogarit fortasis, nomen pater quid significat, utrum quod non sit genitus ab aliquo, uel magis quod genuerit? HER. Opinor quod genuerit. CYR. Recte igitur si quidem paternitatis ratio omnibus modis patres facit exaltari, ut & ipsi ingeniti sint, cur nō & nos ipsi, qui reuerentiam habemus ut patres, in ingenitorum ordine constituimur? Iam quum naturæ lex ea quę nascuntur non ducit ad hoc ut ex se ipsis nascantur, & nō aliter res habeat, quare ueritatem corrumpentes, proprium dicunt esse dei & partis ingenitum esse, quum & in nobis ipsis patris a gnominatio nihil aliud manifestare possit, quàm hoc solū quod genuerit. HER. Finge quis nos rogare uelit, utrū genitus uel ingenitus sit deus an pater? quid dicendum? CYR. Di

Universidad de Deusto
Biblioteca



xerim & inculpate quod ingenitus quidem dica
tur, uerum nō quia pater ideo omni modo & in-
genitus, sed quia non genitus est ab aliquo: uerū
dum est modo ingenito, habet ex se & in se pro-
prium filium genitum, atq; hac ratione pater no-
minatur. HER. Et sint hæc, dicent, ueruntamen
quod ingenito modo est, ab eo quod genito mo
do est, aliter habebit, & non idem intelligetur. Si
enim non est aliud et aliud, finge uerò esse idē, se-
queretur iterū in utrisq; inseparabiliter mutatio,
& nominū proprietas similiter esset patris & filij,
sicut dicitur incorruptibilis & inuisibilis, &c.

CYR. Tergiuersari nullus potest quin aliud sit
esse ingenito modo, & esse genito modo. Hone-
sti enim & ueri ordinem non obliuiscemur, ue-
runtamen in talibus nominum differētia, nec di-
uersitatem, ut Dei tanquam Dei, insinuat, sed si-
gnificat tantum, quod nō taliter est, hoc est, non
genitus. Proinde quid ad hoc dicent, omnia in-
ter se promiscue confundentes, tametsi in his ual
de seueri, supercilioq; elato inflentur? HER. Ac
cidit igitur deo & patri ingenitum? CYR. Mini
me. Nam simul intelligitur deus & cum ipso om
nia quæ eius sunt cum eo, nullumq; accidens in-
telligitur in eo. Nec mireris, quoniam et in nobis
ipsis rem sic habere qui uolunt absq; difficultate
uidēt. Qui enim in tempore esse cœpimus, simul
cum his quæ substantialiter & inseparabiliter in-
sunt definimus. Nihil igitur intelligitur meritò
in deo quod ei accidat. Et siquidē essent acciden
tia quę substātijs quorundam naturaliter insunt,
non omnino tamen ipsa per se in propria & di-
stincta differentia, sicut in homine intelligimus,
uel saltem in quopiam alio quod est. Videtur au
tem magis circa rerum essentias, qualem locum
habere in deo coniectare debeamus ingenitum.
Nam si staret ipsum ingenitū esse per se, & habe-
ret propriam existentiam, esset autem hoc, sicut
illi dicunt, propriū dei ac patris, aliud esset ab eo
cuius est propriū. Nā quod est & existit proprie
subsistens, aliud certe omnino est ab eo cuius est,
et consequēter duplex facta esset simplex patris
natura, ex patre & ingenito composita. Attēn-
dendum autem est non ad umbratilem illorum
sapientiā, sed ad saluatoris uoces bene discernen
tis inter suam & eius qui genuit naturam. Ingeni
tum quidem nullo modo, patrem autem nobis
ipsum nominauit. HER. Mulge lac, et ede bu-
tyrum, cantat nobis Salomonis sermo, & sapiēs,
ut mihi uidetur, oraculum. Nam ut is cuius mens
arcanis sententijs & diuinis doctrinis impleta,
necessaria quędam dicat, meo iudicio nihil aliud
fuerit, quàm studiose ingrere & quasi lac quod-
dam, exprimere sermones ad religionem pertī-
nentes. Proinde si permittis interrogando talis
ero, ut alacritate quadam interponam semper
pro maiori intelligentia quod obijci posse uide-
tur. Itaque interroganti & hoc respondē: Nun-
quid scit, inquit, filius ingenitum esse patrem?
CYR. Etiam, minime enim negabo, neque de-
prehendar usquam manifeste contendere. Ve-

*In deo non est accidens ingenitum.*

*Proverb. 30.*

*An filius sciat ingenitū patrē*

runtamen sciens esse ingenitum sicut incorrupti
bilem, & immortalem, & inuisibilem, nullius ho-
rum mentionem fecit, agnominauit autem pa-
trem, dicens: Pater sancte, serua eos in ueritate tua. Et iterum: Confiteor tibi domine pater cœ-
li & terræ. Quin & hoc dicit: Ego à patre exiui
& ueni. Cur autem non et hunc terminum in san
cto baptismate constituit, & in principijs funda-
mentū immaculatæ fidei ijs qui in uniuerso mun
do iecit. Nonne illis incorruptibilem esse & inge
nitum dico, preteritis, baptizare iussit in nomine
patris, & filij, & spiritus sancti? Per quæ adducor
perspicacibus rationibus, ut opinor, per illa san-
ctam nobis trinitatem minime declarari, sed col-
legit, & præ alijs proposuit nomina, distinctissi-
me nobis constituentia uniuscuiusq; significati
propriam existentiam. Communia enim, ut hic
dicam, totius trinitatis dicerentur quæ substan-
tiæ summæ agnata sunt. Et diuinam quidem si
quis agnominaret naturā, integram nobis quasi
in uno significato ostenderet statim sanctam Tri
nitatem, quæ in una deitate intelligitur. Veruntamen nondum manifestaret unus persona pro-
prie. Patrem autem, & filium, & spiritū sanctum
dicens, non eorum ex quibus est indiscrete om-
nis deitatis natura, manifestationem facit, sed eo-
rū ex quibus sanctæ Trinitatis dignoscitur ideni-
titas, in substantiam eorum quæ intelliguntur in
subsistentijs proprijs, sermone unicuiq; distribu
ente conueniens nomen & ponente in propris
subsistentijs, quæ substantialiter unita sunt. Nam
summam quidem radicem ultra quam nihil intel
liges patrem, & summa radice natum et genitum
accipies filium, non in ordine æquali cum creatu
ris sortitum in tempore habitudinem, neque mi-
noribus quàm in his in quibus pater est, suæ de-
clarantē naturę pulchritudinem, sed simul et coe-
ternum, & per omnia æqualem mensuram ha-
bentem, excepto hoc quod genuit id quod soli
deo & patri conuenit. Sanctum item spiritum a-
gnominamus ex Deo patre per filium profundi
naturaliter, & quasi in figura spirationis quæ ex
ore illius, nobis designare subsistentiā. Sic enim
manifestam & inconfusam trium subsistentiarū
in proprijs existentijs proprietatē seruans unam
& consubstantialem naturam omnium reginam
adorabis. HER. Optime dixisti, dicta enim hoc
sunt à me, non quod sic habeant. Dicunt nihilo-
minus quod per uocē ingeniti dei & patris pro-
prie definiatur natura, ita ut postea absque labo-
re declarent alterius naturæ esse filium, quando-
quidem genitum non est idem cum genito.
CYR. Igitur optime dixerimus eis, & meritò si
filij naturam definit genitum, alterius q; naturæ
hac ratione, & alienum à substantia patris, quid
inde sequetur? stupenda quidem crimina, blas-
phemæq; opiniones quæ temere audeāt subsitan
tiam unigeniti summam ad inferiora decutere,
quamuis dicat manifeste ad nos tāquam factos.
Vos de infernis estis, de sua autem subsistentia,
ego de supernis sum. Quomodo autem summus
& superne

*Matth. 23.*

*Ioan. 8.*



& supernè descendet ad nos, ad inferius, & alie-
num à se, intellectu facile est rem consideranti.
Igitur non quod unigenitum cum ingenito om-
ni concedat quis communem habere rationem,
dixerim quātum ad id quod ingenito modo est.
Sic esset iuxta sermonem, qui ratiocinationem
consequitur, etiam cum omni genito, genitum si
mile & æqualem habens rationem. Deinde quo
modo hoc ambiguum: eadem enim ratiocinatio
est in utrisque absq; immutatione. Itaque ô Her-
mia, haud contemnendam adhuc impietatem di
ces, uel obliuisci potes fallacis sermonis aduersa-
riorum, qui fucatam quidem speciem habet, et di
uinis uerbulis illustratus est, ita ut possit simpli-
ciorum mentes auferre, & terrimā parere bla-
sphemiam. Nam delato nobis filio inter creatu-
ras, etiā inter ea quæ natiuitati & corruptioni ob
noxia sunt, computabitur is in quo uiuimus, mo
uemur & sumus. Nam si terminus filij secundum
illos erit nomen genitus, & susceperimus uocem
hanc substantiæ significatiuam, eandem habebit
rationem, secundum quod intelligitur genitus
cum omni genito. Innumera autem & uilissima
quæq; utputa culices & mures, & adhuc turpio-
ra huc usque pertingunt. HER. Recte dixisti.
CYR. Quare autem & filium nominant, uel sal-
tem putant patrem existere Deum, si non ex sua
nobis substantia uere filium genuit? Itaque neq;
patrem, neque filium adhuc nominant. Amica
enim semper Christianis ueritas. Quomodo nō
melius esset silentium quàm illorum uomitus?
Nerespondeas enim insipienti, inquit, secundū
insipientiam suam. Verum ut ne indicta causa
perseguentes impotentius & sæuius urgeant, fa-
te, putantesq; subuerti non posse sermonem ab
syllogismis confirmatum: age instructos illos in
fraudibus & omnis doli armatura, nos leues qui-
dam, & quodāmodo non thoracati milites, Chri
sto præsente & propugnante pro utrili, obiectio-
nibus quæ à communibus sumptæ sunt senten-
tijs manifestabimus, cātando opportune quod
per uocem Dauid dictum est: Non enim in arcu
meo sperabo, & gladius meus non seruabit me,
seruasti enim nos à tribulantibus nos, et odientes
te confudisti. HER. Tene hoc ualde firmiter.
Dimicabit enim nobiscum in acie, & simul arma
sumet omnium dominus. CYR. Satis quidem
alacer sum, minime enim torpescendum est, opi-
nor autem hoc ante alia dicendum esse. HER.
Quod nam? CYR. Quam imprudenter & im-
perite ingenitum dei terminum esse dicunt. Ter-
minum uerò uoco, quod habet definitionis uim.
An non talis apud illos natus est sermo, & in
hanc uenisse impudentiam deprehensi sunt?
HER. Etiam. Nam absque formidine sic habe-
re dicent, & urgebunt. CYR. Neutiquam men
tiris. Res enim audax est, & ignauiam imperitia
roborat, nec ullius rei curam gerit. Nam minime
timere solet, & si rectum et irreprehensibile con-

*Psal. 63.*

*Psal. 26.*

demnet absque inquisitione ad omne quod sibi
uidetur uergit, etiam si uideatur maxime absur-
dum. Vide igitur laqueis imperitiæ in hoc gra-
uissime detentos. Nam substantiarum terminos
non in nomine & dictione unica facere inueniē-
mus eos, qui dialectices sapientissimi sunt, et cō
periemus hoc absurdum apud eos, qui sermones
diligentissime probant & examinant, quod unū
aliquid dictione unica terminos faciat. Nam ne-
que eum qui duas accipiat dictiones perfectam
definitionem daturum dicunt, sed si tribus uel
pluribus perficiantur termini, tunc tandem erūt
magis manifesta quæ definiuntur. HER. Exem
plum uellem. CYR. Nam si quis affirmare uo-
luerit fortasis quid sit homo, & deinde respon-
sum angustissimū quasi uno uerbo dare uelit &
definiat, dicens animal, obscurissime dixerit.
Nam quamuis homo animal sit, nō tamen solus,
& ita proprie. Conuenit enim hæc agnomina-
tio & alijs, nam & multa alia animalia sunt, est &
canis, & bos, & pardus animal; Si autem quis pri
mæ dictioni & aliam adijciat, definiens esse ani-
mal mortale, neque sic perfectam & plenam de-
monstrationē fecerit, quamuis uere dixerit. Sunt
enim canes & boues & cętera animalia mortalia.
Quod si quis deinceps ponat omnia alia quæ ho
mini insunt substantialiter & generaliter ac pro-
prie, simul uocans animal rationale & mortale,
mentisq; & scientiæ capax, definitionem protu-
lerit, in qua nihil deest quod ad definitionem ne-
cessarium. Intelligis quomodo sermo noster re-
ctus sit ac uerax? HER. Intelligo, & quomodo
non? CYR. Quando igitur dum definitionis
uim unico uerbo comprehendunt, declarant se
imperitos, uiles & in sua arte nullos, quid dice-
rent (quamuis ualde sapientes uideantur) si Dei
& patris substantiæ terminum esse affirmauerint
ingenitum? Valde autem inconsiderate in tales
sermones incidunt, quamuis subtilem & defeca-
tam mentem habeant, ut putant. Nam hoc eos
opinor latet & præterit. HER. Quod uel quale
dicis? CYR. Si substantiarum definitiones pro-
ferantur iuxta propriam rationem, ipsis congru-
am, à genere quidem incipiunt, & cum genere si-
mul inferunt uniuscuiusque significati substan-
tialem differentiam uel differentias. Vis ne ite-
rum dicendum exemplum? HER. Manifesta,
sic enim nobis sermo ille tractandus est. CYR.
Si igitur quis te interrogārit, & uellet sibi dici,
quid sit canis uel bos, quid dixisses ô Hermia?
HER. Dixissem, quod animalia. CYR. Vltrà
dic mihi, si hoc & solum dixisses, num putabis te
congruam fecisse manifestationem. HER. Mi-
nime. Nam si uoluissem quæ congruunt dicere,
adiecissem etiam alias differētias utrique conue-
nientes. CYR. Verissime & bene habet. Itaque
non est contendendum, sed manifestum sit quod
primum per genus, deinde per specificam diffe-
rentiam quæ unicuique conuenit eundum est.
HER. Non aliter habet. CYR. Vide igitur,
imò declarent nobis qui ingenitum imperite in

*Definitio non fit ex una dictione, et quomodo cōstituatur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



definitionis uirtutem recipiunt, utrum eam dictionem uelint esse genus, uel differentiæ significatiuam. Itaque si genus esse dicunt, significet nihil ac alijs exemptum, ut non deprehendamur specificæ differentiæ uirtutem generi adiungere, ipsumq; à propria uirtute amouere. At si hoc transeunt, & dixerint esse differentiam, indicent simul nobis cuius sit differetia, quum nullius generis uerbum adhuc præmittatur. Quomodo igitur definitio substantialis sufficiens erit, & iuxta propriam rationem ex sola differentia componetur? An non risum necessariò excitabunt, si sic se gerere pergent? HER. Excitabunt plane, nec est dubium. CYR. Igitur siquidem quis uelit ad hæc dicere, quod & ipsum extrema calumnia plenum omnino dogma eorum deturpet, quomodo non uerissima dicet? HER. Dic cum exemplo, quid? CYR. Sic antea dixi ab uno quopiam, substantiæ definitio nunquam recte fit. Prius enim genus quodammodo semper intelligitur quàm propriæ differentiæ, à quo sicut à repagulo succincte uadens sermo, & immittat distincte sequentibus, rectámque & indubitatam facit manifestationem. Si igitur ingenitum termini uirtutem implet, imperite contendunt, differentia enim non erit. Nam significat nobis non ultra quidem quod non genitum sit, sed neque dictioni permittemus, quod talem uirtutem habeat. Assumatur itaque potius apud illos sicut genus simpliciter & indistincte, quamuis cõgruam rationem non habeat, ueruntamen supponatur quod genus in ipso ingenitũ, secundũ quod illis inconsideratis placet. Genus autem omnino nobis nihil significat, ut ne differentię accipiat locum & uirtutem, dum non affert ultra uox ingeniti expositionem eius, quod est nõ genitum esse, qualem nobis differentiam exhibebit patris cum filio, uel quomodo habebit minus secundũ aliquid, etiamsi existere intelligatur esse genitus? Equidem profecto non intelligo, tu autem quid dicis Hermia? HER. Quid posset, obsecro, ad hoc dici? CY. Iam opinor satis redarguimus & manifeste quod ingenitum, nec sanè, nec docte definitionis uim recipiat. Neq; mos est nobis talibus sermonibus uti, sed tribuimus hoc necessitatibus, quod præter uoluntatem & ultra debitum in illorum disciplina uersamur. Non est difficile tamẽ etiam alias sententias iam antea inuentis adiungere. Attentabo autem quatenus potero. Dicunt enim ualde diserti & studiosi, & exercitati in talibus, omni definitioni conuenire conuersionem. HER. Et quid nam hoc est, quàm cupidè ex te audierim. CYR. Itaque in ijsdem sermonibus sum, & scholastice rogaturus. Nam definimus quidem hominem tali sermone: Est animal rationale mortale, equum uerò tali, est animal hinnibile. Faciemus autem & aliam prædictorum manifestationem, omnino non à primis, sed à postremis uocibus retrorsum, euntes ad definitionem principij. Si enim quid mortale est & rationale animal, ipsum intelliges & hominem: uel rursus, si quod hinnibile animal, hoc equi monstrabit naturam. Si igitur ingeniti est definitio, cur non accipit conuersionem? Fatentur enim, quod si quid est ingenitum, hoc sit remotius & substantia Dei patris, sed non est uerus sermo. nam innumera sunt, & difficile esset enumerare. Sentis in quantam absurditatem sermo pertingat? HER. Etiam, in ualde grauem CYR. Considerabimus autem, si & alia ratione quàm ista ingenitum non possit esse definitio. Definimus enim unumquodque ex his rebus, ex quibus esse creditum est, & est uere. Non enim euenit, ut priuetur quis illis ex quibus non est quasi ex aliquibus. HER. Quomodo dicis? CYR. Nam ignem uel aquam quid uel quale utrunque sit, natura prædicare uolentes. Dicimus quidem dicimus, quod corpus sit calidum & siccum: de altero autem, quod humidum sit & frigidum, & hoc opinor, est definire ea ab ijs ex quibus sunt. Si aũt diceremus, explicantes naturam ignis, quod neq; frigida, neq; humida sit, & omnino dicere, quod sit calida & sicca: de aqua uerò, quod neque calida, neque sicca, quum debeat dici quod sit frigida et humida. Vnde tibi uidemur fecisse manifestationem? HER. Exilis quibus priuata sunt, & quæ ex confesso non sunt. CYR. Igitur si cui uidebitur de quacunq; re sic sentiendum & loquendum, demonstrauerit distincte & simpliciter sic ueritatem in unaquaque? HER. Minime. CYR. Proinde si de Deo & patre solum ingenitum nobis quod non esse genitum manifestat, quo pacto & definitionis uim habet? eo quod non quid est, sed quid non est, hoc modo significat. HER. Quod non genitus est omnino dicis? CYR. Sic dixi, nam dictionis uis hoc quodammodo habet. Quid autem iterum iterum cogitãt, si adiecerimus & dixerimus, quod substantiarum termini cum nullo habeant differentiam oppositam necessariò, neque in ordinem relatiuorum suscipientur, ita ut si quis nominauerit unum, alterius quoque omnino quodammodo meminerit. Semper enim per utrasq; alterius manifestatio simul adiudicatur. HER. Non ualde manifestus sermo mihi est. CYR. Attamen nihil obstat, quin clarè te intelligatur. Nam patrem si quis nominauerit, utique inducit audientium mentem ad cogitandum de filio, uel simpliciter & ruditer de prole: id quod & e diuerso de filio etiam uerum fuerit. Simul enim uenit gignens cum significatione prolis. Similiter autem se habent & æquali modo, dextrum & sinistrum, nam alterum cum his nominatur & simul enascitur. Qui autem hominis substantiæ definitionem enunciarit, uel alterius cuiusli-bet animalis, nullumq; illi coniunxerit oppositum, hoc est quod necesse ex oppositorum exurgat, quemadmodum scilicet est in dextro sinistrum, uel in patre filius, uel in gignente quod gignitur. Homo enim homo est, & lapis lapis est, & nihil





illis est contrarium, sed sua illis & propria nomina sunt. Vox autem ingeniti habet secum cogitationem quandam, eius quod est, non esse genitum. Vnde quodammodo genitum simul insinuatur, cuius qualitatem effugere, illa sua proprietate contendit. Præterea quomodo uox ingenitum esse definitio, quæ non se habet similiter iuxta id quod ex utrisque declaratur? HER. Nihil ergo esse dixeris in deo patre ingenitum? CYR. Neutiquam, nihil. Equidem dixerim, seruatam eam uocem esse uni, & coniungendam illi, iuxta rationem eius quod est, non genitum esse, quamuis hoc minime ferendum sit ad uim definitionis. HER. Sed ad definitionis uim, inquiunt, non ordinatum est ingenitum. Attamen in dei & patris substantia sit hoc eius, & quamuis ingenito oppositum esset genitum, non esset tamen idem cum patre secundum naturam filius, nominum qualitate nobis substãtialem differentiam definiẽte. CYR. Quàm acutus iste sermo, & quàm uerlutis cogitationum ab alijs in alias discursionibus leuiter & uarie se uertit. Videntur & mihi impiorum istorum dogmatum propugnatores, qui qualecunque tale supponendum dicunt, facere sicut solent ij, quorum ars in tabula & pictura qui quando ostendunt animal quoddam alieno colore, fallente ipsorum cogitatione & manu, iterum alijs tincturis colorem uariant, ut recte habere uideatur, præter naturam, ita ut putet spectatores picturæ uix eò peruenire, ut non fallantur, etiam si magna illis sit exercitatio: at dum inde se probari putant, obliti quomodo dudum lapsi sint, quodãmodo seipsos laudibus celebrant. Verum correctionis laus ostendit indignitatem eorum quæ ab illis imperite facta sunt, an non uerum est quod dixi? HER. Verum quidem est, attamen relinquam hoc inultũ, & eamus ad illa, etiãsi ipsi ad alia concedere uellent, ne supercilioſe nobis obijciant, uellenos super hoc certamen uitare. CYR. Permittamus igitur, & esto quod recte hæc se habeant, quamuis imperite dicunt, ingenitum esse substantiam Dei: sed statim opinor quis, & ad hoc multum ridens dicet. Si hoc ingenitum substantia Dei est, innumera quæcunque ingenita sunt in mundo, & omne quod ingenitum est, id est substantia Dei: hoc est habebit ingenitum in ratione substantiæ. Est autem ingenitum, ut sol, & similiter luna, stellæ, & cœli: transeo etiam principatus & thronos, & omnem creaturam quæ super nos est, quæ non per natiuitatem sicut nos subsistentiæ accepit initium. Sed non omne ingenitum substantia dei est, neq; his quæ ingenito modo sunt, in substantialem definitionem ingenitum computabitur. Num ingeniti adhuc seruantes sensum? Alioqui, ut opinor, oporteret etiam hoc inferre: Si quod ingenitum substantia, substantiæ autem nomen, neq; generis, neque speciei, neque differentiæ uel differentiarum plenitudinem auditoribus ostendet. Veruntamen quia substantia nihil in deo significat, solum ingenitũ, non etiã quod non genitus sit reputetur significatiuum, sed quod solum substantia, & incertum cuius. Caret enim & genere, & specie, ac differentia. Dicamus autem sic & de filio natiuitatis nomen, & intelligatur solum substantia nude absque omni ulteriore definitione. Itaque quum utrunq; nomen simpliciter & absque distinctione proferatur, ita ut nullam aliam cogitationem afferat, quàm solam essentiam, quæ erit ultra differentia patris à filio? Nam quũ nullus substantiam substantiæ addat, neq; enim maius, sicut dicit, neque minus recipit, neque diuersum faciens habitura est, sed omnino similitudo substantiæ cum substantia absque distinctione quadam erit, apud recte sentientes, licet substantiæ intelligantur solum & nominentur. Proinde imperite & indistincte substantiam dei esse ingenitum excipientes, erubescant de sua imperitia, & non filij naturæ obstaculum dictionem ædificent, dogmatum contra ueritatem latrantium uarietatem nusquam nobis uisam tanquam manifestam afferentes. Et si ingenitum in deo & patre, non est non genitum esse, neque certe aliud in filio genitum esse significat. Substantiæ enim ambo sunt, & absque oppositione. Monstrauit autem dudum sermo noster, quod nihil separet substantiam à substantia in hoc scilicet, ut aliter & aliter habeat secundum quod dicimus & intelligimus esse substantias. Nunquid igitur, manifestus & sanus sermo est, uel corriges, & emendabis? HER. Minime, bene enim habet. CYR. Quod si ipsi abstulerint à uoce ingeniti, manifestationem eius quod est non genitum esse, & substantiam simpliciter existere institerint, quæ ratio nos cohibebit, uolentes auferre à genito nati uitatem, & illam in substantiæ uim distribuere, quemadmodum scilicet & ipsi ingenitum? Iam quomodo adhuc dignoscemus, & qualis ratio nobis deputabit? differentiã patris & filij, uel filij & patris, in persona & subsistentia? Quis enim adhuc qui genuit, & quis qui genitus est? Obscurum iam quomodo. Itaque periculum, quod omnis fidei nobis sermo disperiturus sit. Vnde iam & quo modo in patrem & filium credimus tanquam in genitorem & genitum? Non enim suscipiemus nudam & corruptam, inq; ijs maxime nominibus significationem. Absit. Dixerim meritò, quod si quidem fidem habemꝰ incertam & necessariam ueritatem, etiam nõ aberrauimus à uera cognitione, qui in patrem, & filium, & spiritum sanctum baptizati sumus. HER. Bene dicis. Audiui autem, quod & illud dicunt: Vocatus est pater, ut conditor, & ijs qui ex nihilo ut essent productis quasi natiuitas & origo. Vnde & nos quoque edocti sumus, aiunt, nominare ita Deum, & prædicare in precibus: Pater noster, qui es in cælis, & cætera. CYR. Vltra, uir optime, dicemus ad hoc illis: Iussi ne sumus uo-

Proprietates substantiæ.

Ingenitum nõ est substãtiale.

Universidad de Deusto
Biblioteca



care Deum patrem, ideo quia ipse omnium creaturarum genus perfecit, uel quod gloria adoptionis filiorum redimiti sumus, & inter filios reputati? HER. Propter naturam quidem tanquam creaturæ, propter gratiam autem filij. CYR. Sed hic quidem si non nominaretur pater, & filius quoque, ne simul inferatur esse factura, neque uideatur tunc aduentitia ei facturæ ratio. Quoniam patri quidem est habitudo ad filium, et filij ad patrem nullo obstante, quemadmodum scilicet creatori ad creaturam, & creaturæ ad creatorem. Iam si abstulero suum cuique decorum, & uirtutem eorum quæ dicuntur ad aliquid, deprehendemur contumelia afficere, patrem quidem ut creaturâ, distribuere; filio habitudinalem quandam uim ex significatis ad factorem. Quomodo non inde & ualde meritò in summa dementia risum excitabimus? HER. Tanquam filij patrem uocabimus Deum, sed insipientium fuerit arbitror in superfluis contendere. CYR. Sed neque pater secundum ueritatem esset, neque etiam filius, nisi quis intelligatur, qui genuit, & qui genitus est. HER. Recte dixisti. CYR. Vocatus itaque Deus sit, si placet tropo abusiuo, unde ergo amice inuenit agnominationem, siquidem ipse non est pater secundum naturam, num fortassis à nobis, dicent qui natura & ueritate patres sumus? HER. Benescis, quod & hoc dicunt. CY. Quod nam? An non ponemus beatum Paulum, paternitatis initium non nobis, sed neque ulli creaturarum tribuere, segregare autem & consecrare quodammodo soli Deo, & primo patri. Scribentem autem nobis audiet quis: Ex quo omnis
*Ephes.3.* paternitas tam in cœlo quàm super terram nominatur. Responde enim ô Hermia, ut sermonem nostrum exerceas. Si uoluerimus discere. Nunquid in tempore ingenitus factus est deus, qui is non fuerit ab inicio, uel certe simul intelligitur ingenitus, & fuit ingenito modo? HER. Ingenito modo erat. Nam aliud quiddam quàm hoc dicere, quomodo non ualde ineptum. CY. Num uox ingeniti significat nõ genitum esse, uel quomodo? HER. Scilicet, non genitum esse. CYR. Cur deum qui principio caret, uideri talem omnino oportebat? uel qualem illi distinctionem contra quosdam afformauit dictio uel natura, si quidem ipsius natura est ingenita, quum nullum adhuc esset genitum, uel coexistens, quando quidem patrem dicunt non esse genitorem filij. Ad quid enim ingenitus, si genitorũ substantia prorsus adhuc occulta sit? Nõ enim dixerint, ut ne uideantur quæ genitorum modo condita sunt, simul initio carere & coæterna esse cum deo ingenito. Et siquidem esset ingenitus semper pater, quum sit deus, supponendum omnino necessario dici esse, & eum propter quem ingenitus est, hoc est propter filium qui natorum modo, cuius imagine locupletati, & propter uirtutem ac pietatem assecuti figurationem, patrem uocamus Deum, & nos quoque iuxta similitudinem summi & primi patris patres nominati. Imaginibus exemplaria antiquiora sunt. HER. Et quid prohibet aduersarios Deum uocare patrem abutiuo modo, quandoquidem nos omnino secundum naturam sumus patres, uocatus autem pater, quod his qui facti sunt autor fuit ut essent? Existentiam habens ingenitum in substantiæ uim. CYR. Atqui diuus Paulus uere nobis attestatus est, quomodo accipiatur ab ipso paternitatis nomen, contra omnem rationalem facturam, secundum similitudinem & imitationem primi, ostendentis manifeste hoc quod est, & in nobis ipsis. Dixit autem minime, quod & ab ipso sit omnis innasci in cœlo & in terra. Num oportet omnino natum esse nihil, ut & in sanctis ingeniti signi
B ficetur imago? Nihil enim æque creaturam decorat, ac figurari & effigiari ad id quod supercorat, ac figurari & effigiari ad id quod supercorat, ac figurari & effigiari ad id quod superc

Universidad de Deusto
Biblioteca



iste sermo? CYR. Vtiq; ultra summam impietatem potius dixeris, si recte loqui uoles. Nam si apud deum & patrē idem esse dicunt condere & gignere, uereq; indistincta, & non diuerso modo se habere propter substantiæ simplicitatem, primum quidem affirmant fabulosam esse sacram scripturam, quæ unigenitum filiū nominat eum, quandoquidem uere est (id quod dicunt aduersarij) inter multos fratres, imò inter omnes simul, quibus esse cōcreditum est. Vel genitum fortassis, uel quasi artificum industria productum ad existentiam. Videntur enim illis ambo hæc esse idem, & nō diuerso modo se habere. Esset autem & in sermone lapsus etiam ipse magnus doctor noster Ioannes, dum de filio arcana pronunciat, quod unigenitus sit in sinu dei ac patris. Non ementitum arbitror hūc illius natiuitatem, quam demonstrans nos audaciores efficit. Iam quum Verbum sapiens facile Iudæorū indiscretos impetus repellere posset, audentiū inuadere quod se dixisset filium, deprehendetur quod illos magis in se exacuerit. Cur enim nō potius dicebat: Ioan 5. Ego sum creatura & factura Dei, patremq; proprium nominabat deū, æqualem se faciens Deo? Quid item oportebat dicere in synagogis: Qui credit in filium, non iudicatur? & non id quod erat uerisimile, & ualde facile, demulsisset auditorum implacabile odium. Qui credit increaturam, non iudicatur. Opinor enim, si hoc clamantem audisset quis, non putare illis onerosum, neque uoluisse lapidare ipsum, et necp; usq; ad superciliū montis deducēte ut præcipitēt attentare. C Quid autem faciebant sapiētissimi discipuli, sentientes esse filium, & non creaturam? Nam postquàm ambulās in summis fluctibus, & liquidam ac defluentem aquarum naturam ineffabili uirtute substernens pedibus, latū transiret pelagus, insolitum sanctis Apostolis spectaculum exhibebat. Vix autem simul ingressus nauī uectus est: quamuis facile siquidem uoluisset, potuisset etiamipsis uehi fluctibus. Considerantes autem illi, & inuictam potestatem reputātes adorabant, Matth. 14. dicentes: Vere dei filius es. Nūquid non & cum iuramento iam causam agentes esse filium dei uere dicunt? arguentur meritò ut mendaces, & à uero aberrātes, deprehendenturq; et reprehendentur. Si enim est non filius ex genitoris substantia D narus, sed creatura potius filiationis gloria honestatus, et agnominationem humiliorem sortitus, quam ob causam adorarunt, cur autem & filium nominarunt doctores, & ueritatis præcones?

HER. Optime sermo noster habet. CYR. At diuinus & sanctissimus Paulus, quamuis uas electionis nominatus à Deo, & ordinatus minister ad gentes, & diligens promus sacramentorum saluatoris nostri, quid uoluisset significare, quan- Hebr. 1. do clamat de filio et sanctis angelis: Qui existens splendor gloriæ, & character substantiæ eius, & purgatione peccatorum facta consedit in dextra magnificentiæ in excelsis, tanto melior factus angelis, quanto excellentius præ illis hæreditauit nomen. Cui enim angelorum dixit aliquando: A Filius meus es tu, ego hodie te genui? Et iterum: Sede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Nónne omnes sunt ministratorij spiritus, qui in ministerium propter eos qui hæredes futuri sunt salutis? Et iterum: Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est solidus. Et omnis transgressio, & præuaricatio accepit iustā remunerationē, quomodo nos effugiemus, tantam negligentes salutem? Quomodo enim omnino intelligetur à nobis ipsis, & sanctis angelis ineffabilis gloriæ character. Et tiam splendor substantię dei ac patris filius, si iututem filiationis non reipsa uere recipiat, sed ilum nudis honestet uocibus, aliter secus habens B secundum naturam, & coordinatus creaturis? Neq; enim, ut uidetur, est quod impediat etiam ipsum patrem inter creaturas ponere, quandoquidem ipsius character & splendor factus existat, sit filius. Quomodo autem adhuc nomē existens præ angelis sortitus est? Nam si generare & creare apud deum idem sunt, manifestum esset, quod & in filij ordine indiscrete cōputata esset etiam factura, & quod inter creaturas uere esset connumeratum, nihilominus esset & genitum. Cur igitur deus adhuc moratur etiam singulis angelis dicere: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Quod enim habent uolentes intra se ac essentialiter, cur non eis tribuere uidetur? immò (feruentius enim dicetur) quid declinat & offendit eos, qui sortiti sunt natiuitatis gloriam etiam in filij ordine numerare? Differet enim omnino nihil secundum illorum stultam mentem, gignere à creare apud deū, sed confunduntur duo hæc in unum quiddam, quod manifestatur, & adidem titatem recurrat. HER. Etiam, uidetur quod illi sic sentiant & dicant. CYR. At nos non dicemus sic se habere. Absit. Nos enim magnum discrimen habemus nominum, & rei. Reliquum autem, si placet, mihi interroganti. HER. Interroga quæ uis. CYR. Diuinarum nostrarum doctrinarum magister optimus & eminentissimus Ioannes scripsit de filio: In propria uenit, & sui eum non receperunt: quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatē filios dei fieri. Nunquid, his qui non habent in sua natura datam esse dicemus filiationis gratiam, uel his qui minime opus habent ut accipiant, sed dominice & substantialiter locupletes sunt, rehocab aliquo accipiant? HER. His qui non habent, hoc enim opinor & uerè. CYR. Vltra. Quis inter eos qui sunt, omnino non habere deprehendetur, siquidem genitum nō est aliud à condito, imò siquidem unum ambo & idem, & nulla diuersitate distant. Genitum enim esse dabimus omne quod est, utcunq; productum fuerit. HER. Nunquid igitur ex sua propria natura genitus nos pater? CYR. Non genuit quidem extra nos natura Deus & pater, alioqui id quod minquo nostrum uidetur indecorum & inæquum, non esset, id quod omnino repugnat filio æquali secun-



secundum naturam. Conditi quidem nos sumus A citra controuersiam. Ille autem ex substantia natus est dei ac patris, ad quē & nos configuramur, & in natiuitatis ordine recipientes ex benignita te gratiam, in filios ordinamur dei, extraneam & adoptiuam assecuti dignitatem. Appositi filij, & formati ad uerum, & uocati ad gloriam eius, qui secundū naturam. Adoptiui autem omnino non essent filij, si secundum naturam non præexisteret, & uere natiuitatis in posterū, imago prius appareret in ipso archetypo. Itaq; si non genuit uere pater, & apud ipsum gignere à creare nō est diuersum: cessat quidem nobis de filio sermo, et nō generās etiam patris deprehendetur natura. Inanis quoq; spes erit susceptorū ad fidem. Vbi enim omnino filiatio adhuc? ubi autem quæ inde B dignitas? quomodo qui inter creaturas est, ut melius habēs reformare posset, siquidem æqualis rationis cum genito, quod factum est, concurrente iuxta illos in unā quandam rem, creatione & generatione? An non omnino deliramentum & onitum fœdorū esset turpissimum? HER. Vtiq; ita est. CYR. Si autem eiusdem sedis esse dicitur, & est uere filius cum patre, dum non externe adducitur in ueritate natiuitas ei modis omnibus, ut fulgeat in natura gignentis, propter omnimodam similitudinem & æqualitatem: nō manifeste existentem, ac eo dignam, & ad ipsam iam pertinentem dicent quodammodo gloriam in generante Hebr. 1. gere genitorum naturam, & seruilia ad dominum peruenire dignitatem? Etiam diuinus Pau- C lus scribit: Cui enim dixit aliquādo angelorum: Filius meus es tu: uel, Sede à dextris meis? Quale enim hoc uoluit deus? nam illos quidē sibi uoluit assistere & ministrare, & dignam ipsis sortiri gloriam: hunc uerò summis sedibus deitatis imorari, & eum qui nullo pacto æqualis natura, & eiusdē throni ac sedis habere participē? Magnum utiq; momētum patris uoluntatem permouit, ut hunc illuc poneret, illos autem tametsi nō contemptibiles in suis dignitatibus. Tribuitur enim hoc eis, quod immutabiliter persistant, & q̄ seruare possint suum principatum, ac sursum & deorsum transire ministrantes deo. Iniuria affecisset igitur, ut uerisimile deus & pater, si non æqualibus & ipsos permisisset potiri? At nō sic habet. Absit. Neq; enim tam alieni à bono corde sumus illi erimus. Maximum enim interuallum & incomparabile discrimen est inter factum ac genitum. Et ille quidē filius est, & existens æqualis throni, illi autem assistunt ad hoc conditi à Deo. Quid igitur commiscent quæ non commixtar? et colligare attentant in identitatem absurde, à mutua cognatione secedentia, in tantum quantum ipsamet rerum natura testis existens celebrārit? Verum, ut apparet, studium illis nihil uelle dispicere, uel urgere quod uerum, impiè autem quasi hudentes immorari in multiplicibus uerborum ambagibus & irrefrenata nugacitate. HER. Falleris minimè, nihil enim illis necessarium cuiæ est, conjecto tamē quod hoc dicant. Quomodo quod simplex uarias nobis faciat operatiōes, & generet quidem uario modo, uel sic forte operaretur, & operetur non sic, uel quodammodo generet etiam simplicitatis non corrumpens rationem? CYR. Et hoc quoq; est quod ego iterum opinor, nihil aliud quàm quod propheta Esaias dicit, arundineū baculum in manus capere. Esa. 36. Etenim tam putribus & fragilibus rationibus utentes, existimare quod prudenter sapient, & firmis fundati sint: quomodo quis non iure dixerit arundineum baculum manibus suis substituere? Facile enim subuerti posse, quod sapiens uidetur esse, uidebis: sic dogma probaturus, et intendens animo diligentiore & curiosiore in res ipsas. Innumeræ enim rerum naturæ sunt, quorum aliæ quidem ad differentiam inter se, & pugnantiam minimè coactæ ab eo qui ea quæ aliquando non erant produxit, sed separatæ potius ad propriam sortem, ut secus habeant quàm aliæ. Aliæ autem non hoc sortitæ solum, sed mutuis se perimunt coniunctionibus, non conuenientem habentes inter se ad idem concursum. Lex enim ipsis naturæ accendit inimicitias. Nunquid tibi pedetentim dictorum sensus uenit. HER. Non multū.

CYR. Intellige igitur, quod dixi, dixerim absq; mora. Igitur producta sunt arte & efficacia Dei, angelus ac homo, cœlum similiter ac terra, bosq; & equus, lignum ac lapis. Horum autem unumquodque in sua & separata intelligitur natura, & non modis omnibus absque uariatione in omni bus, quàm in quibuscętera, nec diuerso modo habent se ad alia. Res enim est non repugnans, neque aliter non adiungibilis, homini quidem angelus, angelo uerò homo. Contrariæ enim nullo modo inter se naturæ. Cœli autem existentia, uel certe & existentiæ ratio non repugnat alijs. Nulla enim inimicitia distat terra à cœlo, uel à terra illud, uel à lapide lignum: neq; esse repugnantium, & in diuersitatem sectorum sortita sunt. Præterea omnia facta esse dicimus efficacia Dei, ignemq; adustinum, & aquā refrigeratiuam, sed unius simplicis opera ambo sunt: & siquidē sunt hæc simplicis efficaciæ opera, quamuis diffidentia inter se tāto discrimine, quomodo adhuc multiplicem efficaciam simplici substantiæ detrahemus, impietatis occasionem, ueritatis sectam, ne scio quo pacto suspicantes? Vide autem si tibi uidetur, & cū his aliud quiddam. Si enim, quandoquidem est simplex deus, efficax est uniformiter ad eandem speciem, & decere dicunt hoc eum maxime, cur non & simplicem affectionem inesse ei credunt? HER. Quomodo dicis? CYR. Non enim ô optime, abominabitur & despiciet impios, ac exosum habebit peccatorem, oblectabitur autem in sanctis, et dignam laudem distribuet eximie bonis. HER. Et quomodo non? CYR. Concedes autem esse motionem quidem ad iram delinquentium uindictam, mansuetudinis uerò fructum, honorem & gratiam quæ sanctis impenditur? HER. Concedo, etenim sic habet. CYRILLVS. Igitur quoniam dicunt

Universidad de Deusto
Biblioteca



dicunt diuinam naturam simplicem esse, & inde A prouenire multiplicia opera, propter hoc simpliciter habere putent etiam non uariam in ipso affectionem. Vnde quos laudat, eosdem & uituperat: & quos approbat, eosdem etiam uituperat, et opus furoris & iræ est fructus mansuetudinis. Esse autem idem cum mansuetudine existimabimus iram. Adiecerim itē prædictis & hoc. Nam natura quidem deitatis unica & simplex. Dicimus autem ipsam esse uitam & uirtutem, ac sapientiam & gloriam. Et uita quidem uiuit quod uiuificatur, uirtute autē corroboratur quod forte, & sapientia sapientiam accipit, quod sapiens est: gloria quoque glorificatur quod gloria indiget, hoc est quod glorificatur: an nō uerum id quod dixi? HER. Vtiq; uerum. CYR. Substantiæ B autem simplicis, quo pacto esset fructus, id quod operatione tam multiplex, secundum quod illi suspicantur bene habere. Multis autem modis efficax est, quamuis natura simplex existat deus. Nunquid ô Hermia putas aliquid his esse absurdius? Nónne melius & magis rationabile uidetur, putare quidem Deum, naturam simplicem, gerentemq; se & operantem uario modo: permittere autem ut ipse & solus sciat, neq; ultra curiosius agere: Deus enim & quæ eius sunt, mentem sermonemq; transcendunt. HER. Bene dixisti. CYR. Itaq; bene habebimus, si intellexerimus minime aridam & sterilem absque fructu se decente & proprie, uniuersorum procreatricem naturam manere, ad quam omnia quæ fructum C proferunt effigiata sunt, & secundum hoc suum fructum producentia. HER. Melius sanè & incomparabiliter, simul autem petent, iuxta quod uerisimile est, ut dicatur: Quomodo intelligatur pater, qui genuit? deinde cur nō passus sit ea qualia gignentibus accidere solent, diuisionem, inquam, & defluxum? Quo pacto causa ipso causato non sit omnibus modis cogitatione & positione antiquior? CYR. Difficillima ô Hermia inuestigatu res est, & eloquētissimo nō effabilis, imò nec intelligibilis. Mente enim ea quæ super mentem sunt, neutiquam comprehendi possunt, neq; sermone quæ super sermonē, explanabilia sunt. Nam quod pater quidē deus genuit uerè ex propria substantia filium nobis tradidit fides, obligD nauit autem, & uerum esse declarauit, diuinitus inspirata scriptura, patrem & generationem ubique nominans. Opinor autem id quod fide susceptum, non ulterius inuestigationibus audaculis inquirendum. Etenim quod ultra inquiritur nō est fides, quemadmodum enim spes. Quod enim uider quis, cur et expectat, iuxta sapientissimi Pauli uocem? sic certe fides quę scrutinio exquiritur, fides non esset secundum rationem spei congruentem. Probatio enim qua fides appreciatur omnino libera est. Dico uolentem accedere, oportere credere quidem quod sit Deus, inquirere autem nō item. Ita setiendum est, quod pater Deus & genuit. Vlterius autem inuestigatio, quomodo sit, relinquenda. Neq; deridendū aliquem opinor, qui modeste desiniat, quod uincamur ab his quæ nos excedunt. Diuinæ autem generationis modus omni mente superior existimatur. Porro audiendus est manifeste clamans Deus ac pater ad Verbum, quod ex ipso secundum naturam natum est: Ex utero ante luciferū genui te. Eternum Psal.109. q̄d quasi germana natiuitate nobis exipsa substātia patris enatum esse filium bene ostenderet, recte hoc dictū. Ex utero, quasi ab exemplo sicut nos habemus utilissime assumptū est. Porro ante luciferi natiuitatē dixisse, significat forsitā, quod in obscuritate & incomprehensibilitate, & quasi in tenebris profundis generationis modus uocatus sit. Nam lucifero quidem ex orientalibus iam finibus oriente, & ad superna transcendente, radij dispergunturin aere, & lux dubiae impotens cū prenunciante solis splendore simul ascendit, & noctis tenebræ abeunt, nondum aut illa abeunte nocturna prævalēt, quādo & crassæ tenebræ offunduntur oculis æqualiter cæcis ac uidentibus. Alioqui diceres ipse nobis, quid miraculum deo dignum in eo quod natus est filius, etiamsi intelligatur ante luciferum? HER. Minarares est amice generatio. Antiquitatem enim eius & uetustatē eius didicerit quis per hoc quod dicitur ante luciferum. CYR. At cur non potius dictum est natum esse ante solem ac lunam, imò cœlum ac terrā? antiquiora enim hæc sunt astris & lucifero, atq; adeò ante cœlū ac terram, & simpliciter ante omnē creaturam esse dicit filiū, existimarim ego paruum & uile. Natus enim est ex patre, qui principio caret, modo generationis ineffabili et inexcogitabili omnibus modis. Eapro pter & ipse noster celebris Esaias inquit: Generationem eius quis enarrabit? Vitam autem existentiam bene uocans, quàm ab omni terra sublatam esse, hoc est alleuari & excedere omnem terrenū sensum inaccessāmq; & inuestigabilem humanitatis mensuris. HER. Verisimè mihi dicta uidentur. CYR. Quod autem omni tempore ulterior & principio tali superior natus sit filius, minor quàm pater, alius quidā prophetā sanctus nobis persuadeat, clamans: Et tu Bethlehem domus Ephrata minima es, ut sis in millibus Iudæ. Ex te mihi egredietur ut sit in principem in Israel, & egressus eius ab initio à diebus seculi. Existentiam ex patre, proprium egressum quasi factum esse dicit, iuxta quem ab initio, retro quod nihil omnino cum suo patre, non ingeniti, sed geniti modo intelligatur. Quantum igitur putas risum excitare eos humanis considerationibus, & crassis cogitationibus suspicantes sepse, nescio quo pacto, tam sublimia attingere? Quis enim uiderit, quomodo Deus gignat, an non is qui prius didicerit quid nam secundum naturam sit? HER. Verum hoc impossibile fuerit, posuit enim tenebras latibulum suum fecit scriptum est, & in circuitu eius tabernaculum eius, quod opinor inuisibile, imò & incomprehensibile. Dicens igitur tenebras, & appellans tabernaculum, in quod modo quodam



Luc.1. is qui omnia implet recipit, ipse à seipso, & à solo A suo filio nosci tur. Dicebet enim: Nullus agnoscit quis sit filius, nisi pater: neq; patrē quis agnoscit quis sit filius, nisi filius, & cui filius reuelarit.
CYR. Bene dicis, sed nunc tuos admiror sermones. Igitur si quis curiosius inquisierit, & perciose inuestigarit mente incomprehensibilia & sermonum uirtute non attingibilia, talem dicemus minime quidem quod discendi auidus, sed quod uanis & superfluis laboribus deditus sit. Dicetur autem de tali non absurde, qui nititur mēdacijs, hic pascit uentos, & ipse sectatur aues uolantes. Hos.12. Reliquit enim uias uineæ suæ, & errare fecit arma agriculturæ suæ, ambulatq; per solitudinem inaquosam & terram siticulosam. Relictis enim his quæ ad utilitatem quasi necessaria & ueritate B plena, insipientissimè mēdacia loqui amplectuntur, & recipiunt tanquam necessarium quod frustra pietatis caret. Ascendit mens illarū arrogans eo, ut postea quasi crimen uocet, permittere soli deo scire quomodo natura ipsius habeat, quamuis diuina scriptura clamet uias diuinas ineffabiles, & humanas mentes multū transcendere, hoc Hebr.11. est quæ sit dispēsatio & absolutio singulorum factorum. Diuinus enim Dauid iterum atq; iterum psallit: In mari uia tua, & semitæ tuæ in aquis multis, & uestigia tua non cognoscentur. Nam ramus quidem secundis uentis compellentibus, & in profundum peruenientibus pelagus, obscurū uestigium, & sicut aratrū insculpit, & super dorsum maris per medios fluctus transijt, qui mutuis concursibus confundunt statim quod sectum C esse uidetur, an non sic est? HER. Vtiq; sed consideratu potius, quomodo natiuitas absq; passio ne & defluxu erit, & siquidē possibile est dicere causatum non fuisse ante causam. CYR. Non an tea extitit? Quomodo hoc? Absit, sed neq; natiuitatē ulla secuta passio fuerit, si in deo intelligatur quod possit pati, & oporteat in tēpore quod nascitur generari. Nam siquidem de corporibus sermo esset in præsentiarum, quibus congruit etiam pati, natura defluxum incitatum habente, etiam congruo tempore sequi, tempore definiri: & natiuitatis habere principium, id quod absque principio meritò haud dixerim, uix enim hanc suspicionem euadere possent. At quoniam de sum D ma natura nobis sermo, quæ supra omne tangibile, uisibileque corpus est, uel ipsorum seculorum est opifex, & omni tempore antiquior: quòmodo non omnino stupidi esset putare aliquid pati illam generantem, & ex ipsa habere temporalem natiuitatem, quod proprium sit & existat in ipsa? Causam autem & causatum neque nominare fas est, decet item de deo potius dicere patrem ac genitum filium. HER. Sed esto, quod hoc quoq; fortasis admittant. nam hoc sic quidem uidetur se habere. Dicendum tamen, quomodo si genuit pater ex seipso sicut nos, & non prius est sustinēs dissectionem & defluxum, qui in aliud quid ab ipso, siquidem est uerè ex ipso secundum substantiam, per se subsistendo filius. Quomodo autem non gignens omnimodo non præexisteret genito, & præintelligeretur. CYR. Stultus stulta loquitur, & cor eius uana cogitabit secundum prophetæ uocem. Qui iure non mediocriter erubescerent, siquidem esset eis aliquid rectę mētis, nescio quomodo audent imprudenter in seipsis diuinam naturam definire, & tribuere ei sectiones & defluxum, & quod in tempore generet. Deinde, quomodo non fuerit melius intelligere, neq; in tempore, neq; secundum corpus, natiuitatem decere intelligi uel dici? Nō enim possent dicere, quod in tempore factus sit pater deus, sed sit absque tempore & principio hoc quod est, simul existēte cum hoc, per quod scilicet est pater. Effulsit enim modo quodam non intelligibili. Et, quod nullus dixerit, patris substantiæ filius non secundum partitionem uel diuisionem eius qui genuit, propriam existentiam ut aliam habens, sed existens quidem proprio subsistendi modo, natus autem sit ut nascitur incorporeum, quod sectionis & partitionis omnino expers est. Nam si uerè sectionem & partitionem diuina na- *Corpora non*
tura, ut illi dicunt, reciperet, intelligeretur & cor- *sunt sine loco*
pus. Si autem hoc, & in loco omnino, & in mag- *et circumscri-*
nitudine & quantitate, & si quanta facta esset, nō *ptione.*
effugeret circūscriptionem, sequereturq; ad hæc etiam aliarum cogitationum nostrarū turbatio. Vnde tribuerentur absurde ei cogitationes, nempe eorum quæ reliquis corporibus propria sunt.
HER. Assentior & ego. CYR. Amice, nec hoc C dixisse uererer. HER. Quod? CYR. Nam si corporum moribus & legibus natura Dei & patris est subdita, pariet quidem, & nō absq; passione, sufferetq; partitionem. Erit omnino & in proprio quodam situ & loco quod generatur, ut egrediatur in omnem quantitatem eius qui genuit. Hæc enim à corporibus nascuntur. Igitur siquidem opinantur omnia implere deum ac patrem. Vbi igitur quod ex ipso ponemus, & quem locum inueniet? HER. Optime dixisti, quod inde futura sit prophanarum cogitationum multitudo. Igitur deuitandum aiunt, esset natiuitatis negocium, & ne sentiatur uerum de Deo. Dispericit enim sic & cogitationum absurditas. CYR. Quin etiam hoc est nihilominus aliter fidei sermonem impugnare, quomodo enim adhuc identitatem in trinitate, diuina & ineffabilis possidebit natura, si uerum natiuitatis modum abstulerimus? Nugæ, opinor, hæc sunt, & Iudaicæ dementiæ imperita temeritas. Aequales certè erimus & nos ipsi ijs, qui unum quidem sentiunt esse uniuersorum autorem ac patrem Deum, minimè autem recipiunt dominum nostrum Iesum Christum. Cur autem sic uocare se, illum uetuerint reprehendentes Iudaice: De bono opere nō Ioan.8. lapidamus te, sed de blasphemia: quia tu homo quū sis, facis te ipsum deū. Si em̄ ueræ natiuitatis modum impie tollent, nō opinor quis posthac in eam perueniet cogitationū leuitatem, quod deū esse secundum naturam putet filium, sed solum uocatum sicut & nos ipsos, & adoptionis ueræ deitatis

Universidad de Deusto
Biblioteca



deitatis nomen sortitum esse, utputa non ex ipsa A
prodeuntem substantia dei ac patris. Quoniã aũt
iuxta illos iam non est filius, sed est ut uidetur, no
biscum creatura, nondum quidem redempti su-
mus ne seruiamus creaturæ supra creatorem, ado
Rom.1. rantes illum. Et iniuste propter hoc deus nos im-
pietatis accusat, quin in seipsum culpas reuehat,
quandoquidem introducens primogenitũ in or
bem terrarum, dicit: Et adorẽt eum omnes ange-
li dei, qui autẽ & ab ipsis angelis adoratur, & glo
riam deo ac patri conuenientẽ habet ut propriã,
quomodo non esset ex patre naturaliter, & idcir-
có deus? Sentis igitur qualis illorum finis, qui pu
tant nihil quærentes, non tenendam ueram nati-
tatem de deo, neq; uolunt ipsum naturam habe-
re generantem, & adijciũt quasi ex ineffabili po- B
stea necessitate ei sectiões & fluxurã, & proprias
corporum passiones? HER. Intelligo quidem.
Quomodo autem gignit, & non omnino sequetur patrẽ? CYR. Sicut antea constanter dixi, pium
est intelligere incorporeum non esse subiectum
corporum legibus, neq; quoniam nõ sine passio
ne & partitione gignit corpus, gigneret sic non
aliter in corporeum: sed sicut secũdum rationem
qua est, ut aliter habeat quàm corpus, etiam nati-
uitatis modum habebit omnino sibi congruen-
tem & proprium. Et quoniam in tempore cor-
pus gignit, gignet omnino dissimiliter quod in-
corporeum. Singulæ enim res non aliorum, sed
suas seruant leges & proprietates. Et commune
quidem est entibus esse, sed natura distribuit sin-
gulis diuersitatem, suis constitutionibus prohi- C
bens ad hoc, ut non se habeant omnino, perinde
ac essent aliud. Itaq; subiecta sint corpora consue
tudinibus & legibus corporalibus, & gignant si-
bi similia, & partitiones experiantur. Incorporeũ
q; suas seruet rationes, gignat sibi simile, naturã
habeat à sectione & passione liberam. Et pertin-
gat quidem mẽs ad hoc, ut possit perspicere quo
modo corpus gignit, intelligit autem non iam in
corporeæ naturæ natiuitatem. Cur suã inscitiam
non uituperat, dum quod maius & melius quàm
corpori simile, & incomparabiliter trãscendit, in
deterioris locũ detrudit, & non erubescit illi pas-
siones nullo modo conuen entes attribuere? Et
si id quod nobis haud facile est intelligere, uel e-
tiam incomprehẽsibile scitu, hoc omnino etiam D
negabimus, & quoniam quid sit pater secundum
naturam nullus addiscet. Nulla enim mens ido-
nea est opinor: quid impudentius impijs & neq;
ipsum esse dicentibus? Vel certe, quoniam nulla
creatura à passione libera est, contendatur quod
& ipse qui ingenitus est quiddã patiatur, & crea-
turarum legibus subiaceat. At nulla opinor ratio
deum illuc deponet, qui manet firmiter in bonis
suis, in quibus esse creditur. HER. Manet quan
doquidem diuinæ natura prorsus nihil decedere
potest. Sed dicunt, siquidem genuit deus, prius o-
mnia intelligẽtur quam filius, & ante suam pro-
lem subsistit. CYR. Itaq; dicam iterum, quod si
incorporeum nõ sequitur leges corporum, gig-
nit certe omnino sibi simile, & non secundum
corporum naturam. Nam prius intelligi & sub-
sistere quàm genita, necessaria & inuicta demon
straret ratio: & siquidem est unum, ex uno cense-
buntur & antiquiora, & sicut secundum à primo
procedent secundum tempus, non absque inimo
ex his quæ gignere solent prognata, quoniã neq;
ipsam radicem suæ natiuitatis absq; principio ha
bent. Quod autem absq; principio exilit, & in-
terire nescit, deum puto, quomodo dic, oro, suæ
& naturæ legibus obluctaretur? Principium suo
filio secundum naturam, in tempore afferens.
Esset enim quod gignitur ex alia natura & alte-
rius ingenij, & falso referret gignentis naturam,
imò res erit portentosa. Etenim putare id quod
gignitur a gignente separatũ esse naturali diuer- B
sitate, non ualde à monstriloquentia aberit. Itaq;
incorporeum pariet iuxta propriam naturam, ita
ut proles non habeat temporalem natiuitatẽ, sed
intelligitur & subsistit simul cum gignentis exi-
stentia, & minimè sequitur, quandoquidem pro-
dijt ex principio sine principio, etiam à seculis se
moto. HER. Recte dixisti. Veruntamen si fie-
ret manifestus sermo, & dimitteretur quodam-
modo ad facturarum naturam, ostenderetur id
de quo quæritur. Hi enim sensus, qui longe ab
auditorum mente resiliunt clarius manifestiaren-
tur, si per euidentia exempla commonstrarentur.
CYR. Verus quidem sermo est optime, sed si ue-
ram naturam expenderis, posses ne exacte dice-
re, cuipiã ex omnibus assimilatus est deus, quod
possit expressam & inuariabilem per omnia effi- C
giem referre. HER. Minime. Quandoquidem
deus secundum naturam nihil est ex his quæ in-
ter creaturas sunt, admirari itaque multum opor
tebit sanctum nostrum Paulum sucellamantem:
Videmus enim iam per speculum & in ænigma-
te, quin & quod iam cognosco ex parte, sancti
& prudentis fuerit admirari. HER. Bene qui-
dem. CYR. Eundum itaque quàm citissimè ad
ipsam sanctam scripturam. Volantes autem ut-
cut apes per amœnum & florulentum pratum,
multigenis uariegatum germinibus, & inliden-
tes exemplis sermoni conuenientissimis, natiui-
tatis illius ineffabilis modum assimilamus, &
quasi corporeo oculo literis minutioribus adhi-
bito, ita & mente intendamus, tametsi ex parte
& ut in ænigmate, diuinam ut se habeat naturam
quodammodo cognoscamus. Pater igitur fi-
lium uerbo comparans, inquit: Eructauit cor
meum uerbum bonum. Sciãs igitur amice, qua-
lis uel modus, uel locus dissectionis & fluxurę in
his intelligatur. Nam mens humana parit & e-
mittit à seipsa uerbum, & mota subtili parturitio-
ne, profert quod placet, & discurribus ad supe-
riora & exteriora substantiali quodammodo na-
tiuitate uerbum nobis fingitur, & aliud quid-
dam esse a prolato uidetur, separabitur autem mi-
nime, neque etiam mens antiquior existimabi-
tur, uerbo quod sursum translit. Est enim uer-
bum semper ex mente & in mente, insuper etiam
mens



mens in uerbo. Vel si dixerint quod secus sit, & A
mens sine uerbo erit, & uerbum sine mente, & id
quod ambo hoc quod sunt intelligi facit, uanum
Mens enim semper uerbi radix & origo, mentis
autem uerbum fructus & proles, & illa quidem
sine uerbo minime, tametsi uerbum pariat, hoc
autem gignentis qualitatem & speciem quasi na
turam propriam sortitum est, proditq; in offenso
parente. Stultum autem opinor dicere, in his ma
xime, quod gignens genito sit antiquior, prodit
enim ex mente uerbum. Quoniam autem est
mens, quia uerbum habet, & iterum uerbum
quia refertum est mẽte, quomodo intelligeretur
aliquando absque uerbo mens, & uerbum men-
te priuatum? Quæ enim habent aliquid quod ha B
beri dicitur, antiquiorem in seipsis exigunt opi-
nionem quod sint, & nudis cogitationum appa-
rentijs incauerunt, non minus quàm ut patres
se habent ad filios. At necessariũ omnino ut exi-
stat cum his, quod cum aljs simul cogitare cõue
nit: perficitur autem sic, esse, & simul subsistere
aliquid, si quis adaptat quod minus in tempore,
& quod antiquius, & non magis, quod simul pe-
reat dicimus, si inter se alius alio prius oriatur &
appareat. HER. Tametsi non sim tardus adhæc
discenda, non tamen bene intelligo quod dicis.
Igitur manifesta, & ne mihi ignauiã opprobres,
neq; eam silentio ulciscaris. CYR. Et ego dicere
paratus sum; non est locus tarditati in tam subtili
bus causis, ne minus feliciter currat sermo. Theo C
remata enim illa uix comprehensibilia, sursum,
deorsum, ac in circuitu uersare nihil nocet, sed &
magnam utilitatem affert. Videris enim hoc ma-
nifeste, si colorum consideraueris naturam. Al-
reant suis substantijs quibus adhærent, nunquid
putabis illas posse per se existere? HER. Mini-
me. Accidant enim aljs hæc magis, deinde hoc
quod sunt uix tandem demonstrant. CYR. Re-
cte dixisti. Itaque substantiæ quædam sunt, ante
albedinem ac nigredinem antea cogitatæ et præ-
suppositæ, uerum sunt inter ea quæ habentur &
accidunt. At si quis uelit seorsim secare, id quod
habet & id quod habetur: & hoc quod habet an
tiquius dicat, istud uerò quod habetur posterius D
esse cogitet, in quem substantiæ locum reponet
hoc quod natum est esse album, si nondum est al
bum? uel quomodo esset albedo, id quod esse di
citur, nisi significetur per hoc quod accidit habẽ
tibus & scientibus quod albedo sit? Nam nisi ea
quæ concurrunt ad constitutionem unius quod
cunque illud est, neque aliter se habere possunt,
nisi eodem tempore concurrant, considerari qui-
dem poterunt, seu nondum iuxta rationem sibi
conuenientem, existentiam sunt habitura.
HER. Sic quidem res habet, & uere sic dictum
esse ipse sentio: opinor autem alios nõ minus sen
tire, quàm me. Iam patri & filio quomodo pote-
rimus ambo exempla accõmodare? CYR. Quia
uerbi quidem ex mente enunciatio, etiam natiui
tas est passionis expers, & genitum nõ diuidetur,
manet autem magis in mente quę genuit, et men
tem quæ genuit in se habebit, sufficientissimeq; &
manifeste demõstrabit. Et ad hæc, preterea quod
cõnaturalem absq; medio & simul subsistentem
habet, eam quæ in cogitationibus existẽtiam. Al
terum autem exemplum dicimus, res quasdẽ ne-
cessario natas esse in quibusdam substantijs, &
quod necessariam habentiũ coexistẽtiam unum
non possit altero esse antiquius. nam æquali cur-
su ad eiusdem temporis initium currunt. Diuinæ
quidem natiuitatis modus quis a nobis intellige
retur, non possum manifestare: sed illud quod li-
quidem est pater deus, nõ in tempore hoc quod
est, inuenit. Est enim semper eodem modo, & si-
militer, & superior uersione quæ in utroq; intel-
ligitur. Perfectissimus enim est, & nulla bonorũ
plenitudine indiget, neq; ipsum cõtristare potest
creaturarum casus. Idem etiam omnino de mani-
festatione filij iudicatur & de existẽtia eius, quod
non posterior fuerit tempore, neq; sequatur gig-
nentis gloriam. Propterea q; oportet de deo om-
ni modo & simul intelligi, & semper coexistere fi
lium quidem patri, & patrem filio, in antiquitate
illa principij nescia, testimonium exhibere per se
ipsum, licet sit genito modo tanquam ex patre se
cundum naturam. Etiam splendorem gloriæ dei
ac patris, diuinus Paulus ipsum nobis nominat, Hebr.1.
quin & quod character sit substantiæ eius. Obs-
gnat autem sermonem, sicut opinor, nuper factũ
reprehendi minime debere, et ad ueritatem ac re
ctitudinem rei cõduxit. HER. Quomodo dixi
sti? CYR. Rem igitur considerans, iterum sic di
co: Lux quæ ab alia effulget, ipsa affert opinor,
exteris agnitionem fulgurantis substantiæ impli
citam sensibus semper per oculos, uel alio modo
applicando se familiariter corporibus. Hæc quid
est secũdum naturam? nonne promicans & efful
gurans eius radix & origo? Verum sermo sit ordi A sole & ra-
natior, sumpta in exemplum solis, & radij ex eo dijs eius doce-
promanantis natura. Quid enim secundum natu tur diuina na-
ram est ille splendor, qui ex eo progreditur, decla tiuitas.
rent. Nunquid solis natura, uere diuisionem, hoc
est sectionem, & defluxum, & passionem quan-
dam inexplicabilẽ perfert, quum effundit & sub-
stantialiter ex se lumẽ emittit? sed est quidẽ per- D
fecte in ipso, licet emanet: habet puoq; iterum in
se proprių lumen, quod non eradicatur dum dif-
funditur, & uidetur quodãmodo iam per hoc &
in propriam diuersitatem currere. Vbi enim ra-
tio solem seorsim separauerit, imaginatur quis il-
lum esse per se secundũ substantiam. Lumen aũt
quod in ipso, & ex ipso promanat, proprium qui
dem esse eius, ueruntamẽ in diuersitatem indiui-
sibilem, quæ nudis & solis cogitationibus conci
pitur, bene dispensat. Propterea opinor, nullum
cordatum uel sapiẽtem dubitaturum ridiculum
esse, si quis ob processionem ex ipso sole, ad exter
na, solis originem esse antiquiorem: uirtutem ue-
rò luciformis efficaciæ, quæ in illo est, aliquantu-
lo posteriorem. Idem sane esset dicere solem non

T esse,

Universidad de Deusto
Biblioteca



esse,uel non habere coexistens,id per quod intel A
ligitur hoc quod est.Itaq; hanc sensibilium exem
plorum uim, recte ut figuram quandam, si in at
tentissimis cogitationibus acceperis, diuinã na
tiuitatem non corrumpes, nec sectiones & deflu
xus,& passionẽ insipienter admittes. Natiuitas
enim summæ omnium substãtiæ, passionum ex
pers est,& etiam substantialis prolis existentia,et
libera est à sectione, & concurrit cum gignente,
nec deuitari potest quin simul intelligatur &ince
dat simul.Sapiens enim Ioannes testimoniũ per-
Ioan.1. hibuit filio, quod temporali initio careat, dicens
In principio erat Verbum.Et iterum:Qui est,qui
erat, qui uenturus est. HER. Optime de hac re
sermo elaboratus est. Putas autem, uerisimile es-
se, à negocijs nos liberatos, nullaq; ulteriore di- B
sputatione opus esse ad demonstrandum, quod
pater nullo modo prius substitisse uideatur quàm
filius,sed intelligendus sit connaturalis & coexi-
Vtrũ deus uo- stens,neq; satisfaciant menti, quæ tam difficilem
luntario uel in & arduum habẽt aggressum? CYR. Quæ nam
uoluntario ge dicis? HER. Scis enim acerrimos sermones di-
nuerit. cturos, nempe utrum uoluntarie uel inuolunta-
rie pater genuerit filium? CYR. Iam scire uel-
lem libenter, ubi nam malignitas tam importu-
nas adinuẽtiones reperierit. HER. Adiecturos
dictis suis etiam hæc opinor,quod siquidem præ
ter uoluntatem patri est filius,peperit non uolẽs,
sed ab eo in hoc compulsus, adeoq; deprehende
tur,uel necessitatem,uel aliquid præter uolunta-
tem passus.Afferentes autem tam absurdum ser- C
monem, concludũt, oportere confiteri posthac,
dicendo filium à patre nõ præter uoluntatem es-
se genitum. & sub finem addunt: Si non præter
uoluntatem genuit pater filium, sed uoluntario,
& secundum uoluntatem, utiq; uoluntas patris
prius cogitabitur & apparebit fuisse ante natiui-
tatem filij:quum autem prius substitisse consi-
deretur, inquiunt,etiam prole antiquiorẽ gerit uo-
luntatem. CYR. Quam prophanas adinuentio
nes contra nos moliuntur peruersi,sic aũt ueritā
tis dogmatibus insultat sermo, ut si quis uel pes-
sime uellet & absurdissime agere, haud amplius
opinor, posset. At sic ignobilem assecuti uictoriam dum imperitioribus impietate summa præ-
stant,audiant dein: Iustificata est Sodoma ex te. D
Ezech.16. Sed heus abunde sat amaritudinis & peruersa-
rum cogitationũ: quin recta ad ueritatem eamus
& dicamus, quod nunquam intelligatur pater,
qui absq; principio & sempiterne est, absq; filio,
qui simul subsistit? An licet non sit præter uolun
tatem filij pater, nec præter uoluntatem patris fi-
lius,non tamen prospectabit & emerget ante ge-
nitum uoluntas. Nam quum sit in sapientia &
Verbo uoluntas patris, neq; enim sine sapientia
& uoluntate dicent uoluntatem diuinam,sapien
tia autem ac uerbum est, dei ac patri filius. Ipse
enim est ille,in quo omnis uoluntas patris,atque
adeò nugatores grauí conatu & temerario cona-
tu obsistunt his,qui contrarium dicunt, neq; nos
qui ab absurdis cogitationibus abstinuimus, ex-
cluserint ne interrogemus. Vtrum uoluntario,
uel etiã inuoluntario existat & sit pater, & siqui-
dem non uoluntario, necessariò ejcietur,ne exi-
stat:at si non sic,sed uoluntario, uelle eius iam co
gitabitur ante ipsum existere. Et quoniam uelle
manifeste exigitur scilicet, & non absq; uerbo, là
pientia autem & uerbum filius prius substitit,
quàm pater.Consilium autem & uoluntatem dei
ac patris diuinus nobis nominat sermo,psallẽs em
in spiritu diuinus Dauid,quasi in persona creden
tium : Apprehendisti manum dexteram meam, Psal.72.
in consilio tuo deduxisti me. Et etiam alio loco: Psal.
Domine in uoluntate tua præstitisti pulchritudi-
ni meæ uirtutẽ. Deducimur enim in Christo ad
uoluntatem patris,& ad summã pulchritudinem
per ipsum configuramur,roborati in omni gene-
re bonorum. Igitur quantum pertinet ad cogita-
tionum uanitatem & rationũ absurditatem, ipse
filius existens uolũtas ante patrem extitit, & ge-
nitus apparuit ante genitorem. Vide igitur quan
tum aberrent, & si illos probaueritis,num longiẽ
sime à fide absitis? HER. Videtur. CYR. Obij
ciet autem illis quis absq; labore magno,etiam a-
liam absurditatẽ dicens respondendũ illis, hunc
esse anilem prætextum. HER. Quem nam?
CYR. Vtrum conditor & rex misericors & bo-
nus intelligatur ac dicatur à nobis & ab angelis
pater,uel non? HER. Et hæc certè ut sint,absq;
pœnitudine dicerent,uel quomodo non? CYR.
Dicant igitur,uoluntariò ne est ista,uel inuolun-
tariò. Nam si est inuoluntaria, dicent passiũ esse
ipsum uoluntatis coactionem, & ex necessitate
passionem. Quod si non præter uoluntatem,ut ipse
tabunt, sed antea extitisse uoluntatem, ut ipse,
eaquæ est, non semper uirtute fuit conditor, neq;
etiam sine initio rex, uel misericors, uel bonus:
tempus autem quoddam apperiet, quo quum ad
huc non esset illa cõsideratus sit quod esse cœpe-
rit. Quis igitur tales audiet sermones? at illorum
nugas nos deplorabimus,& dicto uale relinque-
mus,melioraq; quàm illi consideremus, & rerum
contemplemur naturam. Ratiocinatio est, quod
in operabilibus quidem,uolitio & noluntio locum
habeant,in generationem autem nõ item: & cau-
sam quærentibus responderi solet, quod quibus-
dam celebre est ac decantatũ. Natura cõsulebat,
cui leges nõ sunt curæ:additur autem, quod con
silium, inconsiderantiamq; nihil curat. An non
tibi uideretur recte intelligere, si responderẽ, quod
quæcunq; est substantialiter deus ac pater, nõ ex
incremento iuxta uoluntatem habet conuentus
ad præstantius, neque uoluntatis modo obtinet,
quod sit pater. HER. Quomodo dixisti? CYR.
Num sanctum dicis esse patrẽ & etiam bonum?
HER. Vtiq;. CYR. Nunquid substantialiter
ei agnatæ sunt uirtutes, uel extrinsecus adhibi-
per uoluntatem,quod si & patiatur forte uolitio
nem, abituræ sint? Motio enim illa uoluntaria
est. HER. Substantialiter. rideretur enim opi-
nor,si quis audeat asserere bene dici quod sic ha-
beat. CYR. Amice, bene dixisti, tuamq; do-



cilitatem demiror. Iam quomodo deus ac pater A
uoluntario modo esset,uel certe inuoluntario pa
ter,& non magis substantialiter,quandoquidem
est sic sanctus & bonus, & non nudis uolitioni-
bus habet quæ est. HER. Cur autem? CYR.
Quomodo hoc non uides, quod ita grauiter mo
lestum est aduersarijs? HER. Nondum didici.
CYR. Sed scies, dicam enim libenter uolenti di-
scere,intelligis autem ipse quod dico. Nunquid
putabunt quod confitendum sit genitorem esse
secundum naturam patrem, & substantialem ei
hanc rem dicent, uel prophanissime sentientes
etiam hoc negabunt? Si enim non dicũt esse sub- B
stantialiter genitorem, negabunt in uniuersum
existentiam filij, qui suam esse absque generatio-
ne non habet,sed est & subsistit ex patre, iuxta si-
dem sanctarum scripturarum. At si deus ac pa-
ter non habet uere naturam generatiuam, uoli-
tione autẽ mouetur ad hoc ut possit gignere, tũc
iam dicendum quodammodo,quod ipse demõ-
stretur suam fecisse naturam generatiuam, & in-
ducturs in hoc quod non erat. Vnde meritò intel
ligetur & seipso antiquior, siquidem consultaue
rit id esse, & subsistere quod est,nempe pater. Ve
rum incolerabilia hæc absurda, in maris fluctus,
uel in montes relegentur, quoniam friuolum &
uanum est opinari, patrem existere genitorẽ uo-
luntario uel præter uoluntatem, sed pater est na-
tura & substantialiter. Est enim non absque uo-
lutante, quæ est naturaliter, quum uoluntas cum
natura eius simul currat,ut sit quæ est. HER. C
Hæc sic habere & mihi uidetur. CYR. Præterea
& in aliã quandam absurditatem periculose la-
buntur, quod dicendum putant de deo ac patre
antiquiorem esse uoluntatem quàm filium. Con
siderandum igitur,si placet,utrum nam nunc tan
dem deus ac pater,dignitatem se decentem habe
at quod genuit, uel inueniemus magis congru-
um,quod generandi uim non habeat? Itaque si-
quidem diuinæ naturæ conuenit, quod genuit,
non disparebit : cur igitur miseri tribuunt ei uo-
litatem quæ ex non generando proueniret? At si
melius esse ac decentius quod non genuisset,
quid eum prouocauit ad generandum, quo de-
teriorẽ futurus erat? Itaque aberrauit,nequid sede
ret,cogitans: & assumptum est ab eo uoluntas
rie, quod offendere poterat eius & naturam & D
gloriam. Et ita insolitum quoddam pullulat cri-
men contra ineffabile cõsilium dei. Nónne quo-
uis uomitu hæc magis abominabilia sunt, sum-
mam simul maliciam & impietatem referentia?
HER. Etiam. CYR. Age igitur istis præteritis
ad illud eamus. HER. Ad quod? Quid dicis?
CYR. Dico, debere nos animabus nostris de
deo sententiam optimam includere & cogitare,
quod nihil quidem præcesserit filij natiuitatem,
neq; prius orta sit uoluntas quàm is qui genuit:
fuerit autem simul pater deus, & uolens, ut esset
pater. Est enim non sine uoluntate quod est,neq;
necessariã in hoc sustinet uolitionem. Quemad-
modũ uidelicet si intelligatur sanctus & bonus,
& uolens esse quod est,ita & non aliter de deo cõ
iectandum est. Simul enim est deus, & simul pa-
ter,non posteriorem habens natiuitatẽ quàm es-
sentiam. Sed simul cõcedendum est,quod sit pa-
ter,& subsistat intelligaturq; in tali natura, & si-
mul subsistat sine principio genitus,hoc est filius.
HER. At si uis, dicunt,habeat se sic & intelliga-
tur simul existere. Erat enim semper pater poten
tia deus. Nuda autẽ contẽplatione,et sola imagi-
natione accipiatur filius ante generationem, na-
tus autem sit postea. CYR. Itaq; ueram quidem
tunc, & ex patre uero postea confiteantur natiui
tatem. Qui enim natus est esse potentia et actu pa
ter,non habet uolitionem utraq; moderatẽ, sed
sequitur magis leges naturæ,quibus & genuisse
intelligatur:sed neq; externi cuiusquã est pater,si-
quidem semper quod gignitur eiusdem naturæ
esse oportebit cũ gignente. Quod autem patri & Luc.1.
uersionis ignominiosam maculam aspergunt,
licet scriptura diuina dicat,apud quẽ non est im-
mutatio uel uersionis umbratio,etiam hinc scies.
Quid enim obsecro amice,est hoc quàm conuer
sio & crassa quædam quodammodo cõmutatio,
ex potentia,inquam,concedere ad efficaciam &
actum? Aliquid enim esse potentia,quę secundũ
naturam consideratur, non iam monstratũ est &
efficacia uel actu:sed stat adhuc in potentia,susce
pit autem nondũ modum ad actum & operatio-
nem,quandiu moratur in principio suo. Vbi au-
tem cœperit moueri ad actum,transibit nimirum
ad aliud quiddã opinor,ab eo quod erat in princi
pio:siquidẽ non unum & eundem locum tribuũt
ei quod secundum potentiam, & ei quod secun-
dum efficaciam uel actum. HER. Non opinor. Deum esse sine
CYR. Itaq; si dicent nihil distare, sed referent & plicem actum,
collocabunt simul in uno & eodem loco. Actus uel ἐνέργειαν
uel efficacia pater, & sine principio fuit pater.
Hoc enim dicere,non excludet, ut ad idem coga
mus, id quod secundũ potentiam, & id quod se-
cundum efficaciam uel actum. At si minime qui-
dem sic, distinguent autẽ inter illa & non media-
cri differentia:quomodo nõ uariatio erit in deo,
quum iam statũ non seruet, qui est secundum po-
tentiam, sed experiatur quodammodo motionẽ
ad actũ. HER. Dixisti quidẽ probabiliter,uerũ-
tamẽ & illud opinor aduersarios cogitare, & uel-
le dicere:Nunquid,quoniam semper quidem est
secundũ naturam, & sine principio conditor pa-
ter, fecit in tempore quæ facta sunt? non enim co
æternam habet naturam, sed in tempore produ-
xit illa ex nihilo,& dabimus propterea moueri &
uersionis adumbrationem pati inconuertibilem
eius naturam? & quis hoc auderet dicere? Igitur
nónne cõueniet aiunt, etiã similiter dici gignere
ex potentia progredi ad actũ, licet non tribuatur
res & motus uersioni ad mutationẽ, sed magis na
turę quę hoc studiũ habeat circa generationem?
CY. Quàm uersatilis tibi mens est, si quid ur-
gẽs putas habere aduersarios. Exquirẽdus enim
est in utriusq; motionis modus, & quid in medio
iacens mediam ostendat differentiam, sciesq; po

Universidad de Deusto
Biblioteca



stea illorum sermonem esse anilem imperitiam. Quod enim ex seipso aliquid gignere dicitur, & progredi à potentia ad actum, quasi in propria natura commotum est. Pateretur enim ab alijs quibusdam, quàm in seipso motum secundũ actũ uel efficaciam. Quod autem transit à non faciendo aliquid ad operandum, non in seipso motionẽ, sed in alijs habere, & facere inuenimus. HER. Profuturus es non minus quàm dudum, si clario rem feceris enarrationem. CYR Itaq; dicamus, ut de homine exempli gratia, qui natura quidem est generatiuus & potentia, hoc est statim ab initio, procedit autem cũ tempore ad actum, idem autem & sapientiam habet, non sine exercitatione, & substantialiter ac natura insitam, ut possit facere aliquid per artes ac scientias quod homini cõ B uenit. Fabricat enim nauem onerariam, figurat ærearum formarum species, uel etiam aliud quid dam simile operatur. Nunquid æquali modo & ratione motus tibi esse uidetur, & is qui ut sit pater ad efficaciam & actum, ex potentia adductus est, & is qui ut sit opifex eorum, quæ callet, uenit? HER. Nunquam opinatus sum. Nam hic quidẽ non à seipso motus est, sed circa externa, suæ artis demonstrationem facit: at ille substantialiter in seipso quodammodo mouetur, & post stationem quandam & uersionem, circa ipsam naturã quæ ex nobis operabitur, hoc est naturæ in quouis actum & potentiam. CYR. Et hoc quoque est id, quod iam dicebam, differentiam motus cõsiderãdam in utroq; uolens. Vnde nihil est, quod cogat quasi ex necessitate dei naturam motã esse dicere, & sustinere ablationem substantialiter, si tempore procedat ad aliquid condendum, pateretur autem motum ad substantiam ipsam, expotentia ad actum gignẽdi adducta, nescio quo pacto. HER Recte habet. CYR. Aliter quoque opinor, sagaces canes imitari oportet, siquidẽ ueritatem indagare uoluerint. Viderit sane quis imbecillem ac rudem aduersariorũ sermonem. Nã opinor nullam necessariã aut dignam rationem obstare, quo minus diuina & summa proles cum suo genitore subsistat, qui sine principio, pater ac deus intelligitur & est. Quoniam autem creatura est opus conditricis potentiæ maximæ, quomodo & unde haberet cum deo subsistere, & gloriã quæ semper existat: quoniam neque sine principio in tempore, & motionem ad esse haberet: an non necessarium esse dicis prius intelligi & præsubsistere omnimodo cõditricem naturam ante uniuersum quod ab opifice ut existeret uocabatur? HER. Etiam dixerim. CYR. Igitur creatura sic quidem producta est, erat autem & tunc conditor deus, et non quia conditor ea ratione et pater, sed quia genuit, filius autem quia genitus est. Quando igitur non est necessaria coexistentia conditoris & creaturæ: diligens autem cogitatio afferet ineuitabilem coexistentiam in deo, siue pater, siue filius nominetur: quo pacto igitur alterum altero prius apparuerit, & ortum fuerit? siquidem est id quod est alterum, dum intelligun tur simul existere, et nõ priuata mutuo inter se cõcursu. nã ut pater ad filiũ, ita ediuerso. Videtur mihi sermo hic reiectaneus tanquam minus bene habens? HER. Minime profecto. CYR. At si deo ac patri uidebatur optime habere ac sapientissime, oportere ex ipso gigni, & se filij secundũ naturã uideri patrem. Quæ illa cura & deliberatio, ut oporteat gignere, & unde esset? Quid quod obstet, quare nondũ deus fuisset pater unici & necessariò de terrens? Nã quod homines quidẽ semper potẽtia patres & nõdum efficacia & actu, nulli obscurum est. Manifesta autẽ & ante pedes posita est excusatio. Nam quum statura corporis nondum ob ætatem perfecta est, naturg uirtus reconditur & quiescit, & congruum expe C tat tempus quo se clare exerat. Deus autem qui perfectus sit semper, nec ipsi ex incremento accedat aliquid nondum agnatum, & quod accessio ne temporis suam demonstrationem habeat, sed effulgere faciat ex sua substantia filium, ut substãtialem characterem, & sic natam in ipso propriã habeat prolẽ: quomodo intelligeretur quod non semper & simul esset gignens secundum efficaciam, magis quàm stans in potentia, & ferens substantialem motionem, recipiensq; mutationem quæ non erat ab initio? Impij autem erimus & in filium non uulgariter, nisi aduersariorum obluctemur opinionibus. Non enim ultra erit conditor seculorum unigenitus, tempore clam ingressio, & quasi antiquiorem habente imaginationẽ, quam secundum actum dicatur gignere pater & deus. Siquide quod exagennesia adhuc, hoc est ex potentia ad generationis actum, nõ absq; tempore peruenisset, etiam minimũ quod dã momentum intelligeretur medium. Id foret fœdissimũ, ac turpissimum, solem quidẽ cogitare & ignem, nunquam quidem id quod sunt non esse, sed neque sedem & stationem habuisse unquam, quæ quasi in motione temporali & secũdum naturã, in sola intelligatur potentia, & uenire sic ad actũ, imò & accidentia eorum simul nata cum principio generationis concurrere. Deum uerò neque corporibus superiorem dicere, necq; etiam cogitari, quod uel naturæ sequatur leges ut gignat, quæ admodum ipsi congruit.

D Dialogorum libri secundi finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI Alexandrini, cum Hermia dialogorũ Liber tertius, quod consubstantialis & coæternus deo ac patri sit filius.

CYRILLVS.



PTIME quidem Hermia dixeris, & ipse scio, debere nos clarescere in hisce studijs quæ adiututem ducunt, uersariq; potissimum in libris qui pietatem docent, & de deo loquuntur. Proinde & sacra scriptura dicit: Et loqueris de his, sedens in domo & ambulans in uia, quiescẽs in lecto, & surgens. Nam opinor diuinum sermonem iugiter in lingua habere, pluri A mũ conducibile, & non alios magis decere quàm eos, qui pie in amore dei uiuere curant. HER. Equidẽ assentior, nihil enim hoc melius. At quia in præsentiarum de diuina & ineffabili natiuitate sufficienti sermone examen fecimus, quod nõ aliunde prognatus sit, sed ex ipsa substãtia dei ac patris effulserit filius, sic enim habere uidebatur. At quid moratur adhuc aduersatios, quod putãt unum quidem esse deum patrem secundum naturam & uerum, nullum autem prorsus cũ illo connumerandum, sed naturam solius & uerí filij appositã etiam alijs à uera deitate procul semotis? CYR. Quid sit quod moretur illos sic decernentes, liquidem placet ut dicatur tibi, ipse dixerim: Vitis quidem illorum de uinea Sodomorum est, & palmes eorum de Gomorra, uua eorũ uua fellis, botrus amaritudinis illis. Inebriati enim falsiloquijs, quæ nescio unde exquisiuerint, de malo thesauro cordis sui eructant mala. Laxant autem ad blasphemias in filium, linguam freni impatiẽtem, & laborant eadem & cognata impietatis de mentia, ut negent eum esse deum, qua & pharisæi olim, proinde & cum illis audiant: Progenies uiperarum, quomodo potestis bona dicere, quum mali sitis? Atqui decebat, ut ij qui tam uenerãda & arcana mente indaganda suscipiunt, non mox quod sibi probatur, putare, quod omnino bene & inculpate habeat, sed quasi in circuitu internũ & occultum oculum circumferentes, & per pluri marum cogitationum latitudinem discurrentes, B discedere quidem ab his quæ leuiter composita, probantes uerò diligenter, quid conducat ad apprehensionem recti sensus, et clari sermonis in solis ueritatis dogmatibus comprehendendam ac quiescere. Apoplexiam enim & defectionẽ mentis arbitror, dicere non esse deum secũdum naturam, & uerum eum qui ex patre prodijt filium, sicut uerbum ex mente, uel sicut ex lumine splendorem, & friuolis quasi natantes inniti cogitationibus, & adulterinis adinuentionibus gloriari. Nonne satius foret, docili mente illud spectasse, quod ubi quidem est gigni secundum naturam, uere illic genitũ ad gignens non tam secundũ habitudinem quàm falso nomine, sed naturalis proprietas? Nam quod nascitur, est ex ipsa generantis essentia. Quomodo igitur secundum illos âue ritate deuium est, quod is qui ex deo genitus uere deus sit? HER. Etiã, & ipsi forsitan dixerint, quod sit deus et ex deo, ueruntamen alio & diuersimodo. CY. Itaq; quid nã sit illud diuersimodo, equidem parum intelligo, proinde tuũ nosti, dicito, non enim absq; causa te interrogo. HER. Audiui, nam deum quidem esse dicunt uerum patrem, filium uerò non sic se habere, etiamsi uocetur deus, & ex deo. Etenim dicunt et omnia ex deo esse. CYR. Hoc scilicet fuerit aperte clama re, quod filius neq; deus sit, sed æqualis alijs qui ex deo, eo scilicet modo, quo creaturæ. Itaque ut esset, productus est, quum antea non fuerit, & ad ductus ut cũ cæteris creaturis quasi cognatis co-



ordinetur. Etenim existimo utilissimum & prudentissimum detegere uaniciẽ & artificium istarum adumbrationum & fucorum: at non permitto ut aduersarij comptis uerbis filij naturam inaurent, nihil uerum de illo sentientes: sed manifeste quod de illo credunt, dicendum suadentes. Omnis enim illorum stultitiæ sermo deijcietur. Et quod ex deo prodijsse filiũ, non aliud quid esse suspicetur quis, iiquidem mentem habet incorruptam, quàm quod natus sit, & quod ex ipsa patris substantia prodierit, proximus noster & iã absolutus sermo demonstrauit, nũc autem mens indaginí idonea, recte opinor aliud mordicus insectabitur. HER. Quàm gratissimum fuerit, si id molitus fueris. Quod autem sermonibus enarrandum, putant nostri familiares, hoc est. Dicunt enim: Vnus nominatus est deus uerus, pater, tam in antiquioribus quàm recẽtioribus literis. Quippe Moses dicit: Audi Israel, dominus deus tuus, dominus unus est. Quin et in psalmis inducit ipsum deum, qui clamat: Videte uidete quia ego sum, & nõ est deus præter me. Et iterũ: Ego deus primus, & ego posthæc, & non est præter me. Insuper & ipse filius dicit ad patrem suum: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deũ. Adiecerint autem sexcenta id genus citra laborẽ conferendo, sed magis strenue laborant in suis dictis, atq; adeò spem non paruã habent, quod qui dam cum eis cõsentire uoluerint, quod sit quidẽ unus & solus uere ac natura deus, pater, cum ipso autem alius omnino nullus. CYR. At dicito unde persuadentur illi, quod noua sapiant. Nam in hoc nullo nobis labore opus fuerit, quãdoquidem in his prõmptissime cum eis currimus, & nõ refragamur. Quo pacto enim uel unde dubitarit quis, quum receperimus in fide unum, & naturã & uerum deum patrem. At si præterea dixerint, quod cum ipso alius omnino nullus, minime id filij naturæ præiudicarit. Nam extra omnia est, & non inter omnia subsistũs cum suo patre, & unà fulgens semper, & in deitatis natura, cum eo qui genuit unitus. Propterea unus deus, & hic uerus. Redempti enim sumus à deorũ multitudine, maculamq; hanc abluimus, & uix tandem unum & uerum dominum cognouimus. Porrò his nunc D præteritis, ad illud eamus, sic enim oportere fieri tibi uidetur. HER. Quod nam dixisti? CYR. Vnum dixit deum uerum filius patrem? HER. Vtiq; dixit. CYR. Item, quod nullus alius sit deus præter illum, uetus nobis eloquium clamauit. HER. Verum. CYR. Pergendum itaq; & nobis ô amice ad sacras literas, & sanctorum qui diligenter hæc scrutati sunt, sermones. Age uideamus num certe quis solum dixerit sibi um deum, nominauerit; & uerũ. HER. Bene dicis. CYR. Itaque mox aderit nobis quidem sapiens Ioannes, tonitrui filius cognominatus, manifeste clamans: Et scimus, quod filius dei uenit, & dedit nobis sensum ut uerum deum sciamus, & sumus in uero filio eius Iesu Christo. Hic est uerus deus & uita æterna. Accurrit autem ad nos Baruch, Baruch.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca



& manifestam facit mentionem naturæ & gloriæ filij, sic & ipse clamans, tantumq; non digito demonstrans. Hic deus noster non reputabitur aliis cum eo. Inuenit omnem uiam disciplinæ, & dedit eã Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc aũt super terrã apparuit, & cũ hominibus cõuersatus est. Quin etiã dicere possẽ, quod unum quidẽ dominũ Iesum Christũ sanctus nobis Paulus dixerit. Psallit autem & Dauid in spiritu: Quis præter dominum, & quis deus præter deum nostrum? Nonne unigenitus manifestissime, euidentissimeq; theologorum uoce, unus & uerus Deus prædicatus est? HER. Verum.

1. Cor. 8.

CYR. Quia igitur solus & uerus introductus est deus pater, & iterum æquali modo & absque uariatione se habere filius introducitur. Nullus enim alius reputabitur cum eo. Quonam igitur curret credentium mens? siquidem ambo per seipsos pellantur, nec in gloria diuina stabiliantur? Nonne uerum est dicere, quemadmodum si acceperimus esse unum uerum deum patrem, obsignabimus statim aliam naturam filij, & a ueræ deitatis definitionibus repellentes illum, in alia quapiam natura factum dispiciemus: ita si soli filio, uerę diuinitatis nomen ac uocabulum tribuerimus, nullum omnino cum illo reputãtes, nonne omnino patris gloriæ derogabimus? quæ neque dixisse fas fuerit. HER. Eò quidem sententiarum uis reptitat, nisi forte uerisimile sit aduersarios etiam illud dicere, quod omnino urgeamur, siquidem filius est deus uerus, non unum oportere dici, sed duos deos. CYR. Nihil illi quidem absurdum intentatum relinquunt. Vnde per omnes blasphemiæ uias, tanquam per latam uiam incedunt. Porrò noster scopus est non hoc dicere, absit. Sermo autem magis eò tendit, ut oporteat intelligere ex substantia Dei & patris per ueram natiuitatem natum esse filium, deum uerum ex deo uero, non in externam & alienam quandam naturam prognatum, sed existentem substantialiter istuc ipsum quod intelligitur esse & pater, excepto eo quod sit pater. Etenim sic connumeratur, & simul recensetur etiam spiritus sanctus in diuinitatis sermone, postea uera & secundum naturam deitatis inconsubstantiali adorantur trinitate. HER. Sed dicunt, si tres esse subsistentias dederimus, etiam diuinitas in tribus citate intelligeretur, iuxta uerisimilem scilicet rationem. CYR. At sermo diuinæ doctrinæ eruditum nos hæc non sic se habere. Baptizati enim sumus in patrem & filium, & spiritum sanctum, & nondum tamen dicimus, quod fides sit in tres deos, sed in unam deitatem quæ in trinitate adoratur. Quid igitur commodi affert humanis rationibus explorare ea quæ neque dici, neque cogitari possunt, quæ etiam opinor sola fide oportet uenerari, omni curiositate sepositæ? Nam uallde prophanum, et summe impium curiosius sum mam naturam exquirere, quomodo nam, & quæ trinitas, & quomodo per se habeat diuinitatis natura. At magis pium est uelle recte cogitare, quonam modo in sancta trinitate una adoretur deitatis natura. Age igitur ô Hermia, nónne hoc nos recte scimus & asserimus, aduersarij autem prophanè agunt, qui absque intellectu miseris suis inuentionibus, ea quæ omnium mentem transcendunt, exquirunt. HER. Bene dicis. Equidem illos hoc facere dixerim. Vnde igitur, & quomodo deus unus in nobis, siquidem suis subsistentijs & pater filius intelliguntur. CYR. Assumemus necessariò in hoc duplicem consubstantialitatis modum in adiutorẽ & socium. Ille quod duplex est in subsistentijs in unũ quiddam, quod per ambo, constringit, & quod uidetur diffundi in proprietatem quæ in utroq; & seorsim in identitate colligere bene poterit, atque ita neque duplicitas in simplici et in cõposita à quopiam omnino celebraretur natura: neque etiam deprehenderemur erubescẽtes simplicitatis sermonẽ obliterare, duplicitatẽ in subsistentijs tollẽdo. Sed uerum esse consubstantialitatis sermonẽ, & illa ipsa testimonia quæ de filio ex sacris literis à nobis prolata explanant. Pater enim quum unus existat natura & uerè deus, unicum existentem deã natura & uerè filium assumpserint non alia ratione, ad hoc ut propria existẽtia subsistat, & in identitate naturali, si nõ existeret quidem ille ex illo, & in illo, haberetq; filius in propria natura eum qui se genuit. Et hac ratione intelligerẽtur dici & existere unum. Quapropter & Christus increpabat nobis Philippum, docilem mentem non uallde exquisitis uerbis honestantem, tametsi in filio esset, dei et patris ostendi naturam rogaret, dicens: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Et ad hæc Christus inquit: Tãto tempore uobiscum sum, & non cognouisti me Philippe? Non credis quod ego in patre, & pater in me est? Qui uidit me, uidit & patrem: quia ego & pater unum sumus. Et uerus est sermo. Nam quomodo filius ex dei & patris substantia processit: Exiam filius ex dei & patris substantia processit? Existit quidem ipse in suo patre, demonstrat autem in seipso, per identitatem naturalem suã, & eius quæ genuit. Intelligitur itaque pater non aliter quàm per filium & in filio, quandoquidem est expressa similitudo subsistentiæ eius à quo ortus est, conseruans naturam in propria figura. Etenim arbitror hoc etiam secundum nos dicendum. Quapropter & de utroque, id quod de alio dicitur dici: erit enim omnino & seorsim in utroq; neutrius sanè incõmodabit gloriã. HER. Quomodo igitur & hoc dicis? CYR. Nunquid audis amice clamantem beatum Paulum de deo & patre, ut sit deus omnia in omnibus? HER. Sed quare hoc? CY. Scias itaq; & uide diffribus entẽ æqualitatem glorię filio, et insignientẽ naram unigeniti his, quibus et ipse pater beneh statur. Nã alicubi de illo dixit: Plenitudo eiusqu omnia in omnibus implet. HER. Dixit sanè.

Trinitas magis adoranda, quàm exquirenda.

CYR. Itaque opinor nullum qui hoc secum animo expendit, hæsitare quo pacto res habeat. Nam si deus & pater in nobis adimplet omnia, & est ac intelligitur, ut deum decet, in omnibus: ubi nam recipietur per filium repletio, aspicere non possum. Proinde necessariò considerandum est, quod nisi uterq; in utroque substantialiter sit, superflua quædam, ut uidetur, declaratur impletio quæ à deo & patre est, quum sufficiat nobis ea que per filium est, uel certe infertur rebus frustra, & non iam congrue impletio per filium, quum sufficientissimè, et abunde satis se habeat pater ad implendũ omnia. Iam cuius gratia ostendat quis opus fuisse, ut habeat plenitudinem à patre? Qua propter amice superfluè et frustra in libro suo scripsisse cognosceretur sapiens Ioannes de sanctis & filio dicens, quia de plenitudine eius nos omnes accepimus. Nam quo indigentes ea de pleni tudine filij sumerent, quum Deus & pater in suis sufficiat præstare creaturis, ne à quopiam alio ullo opus sit ut accipiant. HER. Rectissimè dixisti. CYR. Iam si & hanc impletionem, quæ scilicet per utrunq; est, uoluerimus diligenter inquirere, nónne foret unicuique manifestum, quod siquidem utriusq; essentiæ sermo dispensatus esset, ut diuerso modo se habeat, quasi alter natura habeat, & sic in nos operetur impletionem? HER. Necessariò. CYR. Et scilicet si quidem est deus uerus pater, diuina quædam erit omnino operatio, etiam à uera deitate excidẽte filio. Non enim ultra diuina, sed similis illi omnino etiam impletionis uirtus. Operationẽ igitur suscipiemus impletionis bifariam & dissimiliter, & nisi plenitudo patris his in quibus operatur ad salutem, sufficiens futura esset, diuina quædam existens & altera melior, quid etiam perfecte operatus esset in nobis filius, quum deteriorem apposuerit, siquidem non sic operaretur quemadmodũ & pater. Aeſsi ut utile & necessarium ad salutem uiaticum, impletionem quæ per filiũ accipimus: intelligendum utiq; erit et dicendum, quod deteriore opus habuerit id quod excellentius, & quod defecerat minus præstantiori apposuerit, quandoquidem non per omnia suffecisset Dei & patris ad saluandum nos impletio. Verùm quod hoc irreprehensibiliter habeat, putare & dicere, summæ stupiditatis crimen & culpam esse dixerim. Itaq; abijciamus id deliramenti tanq; absurdissimum: censeamus autem & credamus unam esse in nobis per utrunq; efficaciam & impletionẽ. Vna enim natura est. Iam naturæ quæ in differentiam inter se coactę sunt, intellectam, secundum diuersitatẽ, et in alienissimam enunciatæ, uniformitatẽ secundum actum, et omnibus modis æqualitatem non haberent in ullis rebus, sed ubi scilicet ratio essendi in aliquibus esset diuersa, sequeretur omnino illic, etiam quod secundum actum est, non similiter habere. HER. Verũ est, attamen libenter audirẽ te, quomodo in nobis & patris & filij impletio intelligatur & fiat, quum una quædam sit, & non diuersa. CYR. Quin etiam nullo modo in hoc quod difficile est, uel ęgre apprehensibile. Quomodo enim aliter quam per sanctum spi-



ritũ, implente nos diuinis donis per seipsum, & ineffabilis naturę participes faciente? Sic enim alicubi dicit saluatoris discipulus: In hoc cognoscimus, quod in nobis est, quia de spiritu suo dedit nobis. HER. Per unum igitur sanctum spiritum, impletionem utrique operantur, non diuisim. CYR. Etiam ô Hermia, hoc autem oportebat inquirere, & discere ac urgere, quomodo sit per unum spiritum utriusque efficacia, quæ perficiat ad impletionem. HER. Clarius exponas. CYR. Cogita itaq;, ut uerisimile est, quod siquidem inter se dissimilem naturam sortiti sunt, utpote quod filius substantialiter sit minor, quemadmodum illis, nescio quomodo, uidetur, & siquidem operentur in nobis non æquali modo & absq; omni diuersitate, operationem eorum perfectam esse: quomodo iam per unum sanctum spiritum quæ ab utroq; in nobis est, impletio intelligeretur? quum non ministrorum modo, quæ utriusq; impletionem significaret, & impleret in nobis ministri usum, sed quod in propria natura quæ utriusque est inueheret. HER. Prudentissime dixisti. Hoc enim in mente mea uersatur.

1. Ioan. 5.

CYR. Versetur itaque ad istuc ipsum sermonis nostri studium. Dixerim autem, quod faciens in alijs per se alicuius participationem, nullo modo recedet à natura, quæ illi iuncta, operabitur autem sic quasi æqualiter quodammodo & illud esset. Opinor enim cum substantiali identitate necessaria lege coordinata esse, quæcunq; inter se æqualis uirtutis efficaciam sortita uidentur. HER. Doce me per exempla, non enim bene assequor. CYR. Paratus sum, & dicam. Nam sol quidem per seipsum intelligitur, & est: at illud quid, quod sic se habere sortitus est, aliam quidem uiam transit, nutibus eius qui fecit? Demittens autem radium, & attingens terrena immittit quidem sensum caloris. Si autem qualem & quam multiplicem naturam sortitus sit, diligenter inquirere uoluerimus, absque labore recte faciemus, nempe quod calidus & igneus sit, unde unusquisq; qui semel facile particeps fuerit, intelliget radium ex ipso prospectantem & effusum manifeste calidum recepisse. HER. Bene dicis, utique intelliget, quandoquidem nullius laboris res est. CYR. Iam quomodo illud his qui mente prædicti sunt, postea non etiam est manifestum? HER. Quid nam dicis? CYR. Quia illud quod ex sole profunditur in ea quæ sunt sensus capacia, alterius naturæ non est à natura solis, qualis tandem illa fuerit. Nam quomodo aliter posset operari quàm ille, quod est sortitum naturam solis, suæ egressionis radicem quasi quandam matrem, ut ex illis ipsis ex quibus esse creditum est, substantiæ emittentis totam in se habere qualitatem declaretur? HERMIAS. Non aliter haberet. CYRILLVS. Itaque pergendum iam ad ipsam quodammodo sancti spiritus naturam, quam diligenti examinatione considerabimus. Non immorantes in difficilioribus quibusdam sermonibus, sed tempore nunc adhortante, ad alia magis congrua

Universidad de Deusto
Biblioteca



congrua transeamus, utrum nam spiritus ordine A
tur cum patre et filio, & in una deitatis natura de-
scribendus sit uel non? HER. Vnum dicunt ue-
rum esse deum patrem, & annumerant illi omni-
no nullum. CYR. Itaq; iuxta illos à uera Deita-
te eliminabitur cum filio & spiritus, & in creatu-
rarum decidet multitudinem: & eiusdem qui-
dem erit naturæ secundum illos cum filio, eo
quod uterque factus sit, quàm longissimè autem
aberit à substantia dei & patris? Igitur qualis iam
deus in nobis habitet, quum in his qui baptizan-
tur, & domicilium habeat spiritus, demonstrent
illi. Nam de deo & patre, neq; ipsi dicerent, sicut
opinor. Etenim nullus unquam deitatis uere &
secundum naturam participationem, per factum
spiritum uellet, alio qui neq; hæc illius naturalis
esset participatio. Relinquitur igitur ut dicatur, B
quod sit quidem in nobis solus filius, quamuis
secundum illos nominatus sit alterius naturæ, &
egressus de substantia Dei & patris, & propter
hoc connumeratur creaturæ. Itaque creatura in
nobis, & non ultra deus, & per spiritum creatum
creatura sanctificationem accipit, nihil habens à
deo & patre. Iam si præterito illo, ad meliora con-
uerterint se, & deum esse filium uelint, dicant il-
lud, utrum futura sit in nobis deorum dualitas,
quum pater & filius domicilium suum habue-
rint, uel iam saltem ille solus. Dixit enim Chri-
Ioan.14. stus: Si quis diligit me, sermonem meum seruа-
bit, & ad ipsum ueniemus, & habitationem apud
ipsum faciemus. HER. Non opinor, quod illi
ipsi uelint intelligere duos deos, sed ad hoc forte
se conuertent, quod recte se habet, & reprehendi C
nequit, si dimittatur deus unus esse in nobis, nem
pe uerus & naturalis. Adijcient autem fortassis
ipsi patrem & solum. CYR. Itaq; necessarium
etiam non uolentes quodammodo, ut illud au-
deant dicere, quod siquid em est in nobis unus &
solus deus pater, iam absque utilitate, imò & su-
perflue filius simul aderit, quum non possit esse
deus uerus. Esset autem quasi temeraria turbatio
in nobis, impletio quæ ab ipso est. Essent item &
alio modo non in ornatu conuenienti perfecta,
quæ opportuno tempore euenerunt. Nam tem-
pla quandoquidem sumus Dei, & minime deo-
rum, acclamabit quis, iam filio abeundum esse ex
omnium corde, imò quid prorsus & simul ingre-
di principio promittit, quandoquidem nullus e- D
rit qui simul ingrediatur, Deo secundum natu-
ram existente patre, & non satis bene templum
in quo fuerit, implente. Igitur repetam iterum
sermonem illum, neque Deus in nobis per spiri-
tum. Operabitur enim nullo modo diuinæ natu-
ræ in nobis participationem, quod non ex illa se-
cundum illum: superuacuum autem est, ut uide-
tur, ut cum suo patre ingrediatur filius, & nihil
iam prohibet dicere beatum Paulum sermone ip-
sum, & temerè nugatum, quum manifestè scri-
psisset: Christus in nobis ut Deus per patrem, qui
uocauit per illum ad participationem deitatis
ueræ & secundum naturam. HER. Delira-

menta hæc sunt, & ualde impij sermones. CYR.
Censeamus igitur, quod una quidem deitatis na-
tura sit, cui & hoc est esse secundum ueritatem, ad
quod est, & dicitur, omni modo sequeretur,
quod filius scilicet iam secundum illos non sit na
tus ex patre, sed quasi ex illo & in illo Deus exi-
stens uerus ordinabitur cum eo, qui genuit, ad
naturalem identitatem. Sic enim in nobis iam
non duo dij intelligerentur: unus autem & ue-
lus, qui in sancta trinitate adoratur. Putas illos in
his aliquid redarguere, uel attentare, ut dicant
quod non bene habeat? HER. Minime.
CYR. Itaque uide, si placet, ô amice, & ipsum
Mosen sanctissimum cum simplici & incompo-
sita natura Dei adaptantem Verbum simile per-
sona non simpliciter. Licet enim & illincabique
labore considerantibus uidere in una deitate tri-
plicitatem secundum hypostasin. HER. Ve-
lim audire, quod nam sit quod dicis. Dicigitur
obsecro manifestius. CYR. Nonne primum
composito suæ historiæ libro describit nobis de-
um authorem & factorem uniuersorum, in sola
autem hominis conditione, quum aliorum om-
nium generationem rudius tractasset, cœpit di-
cere: Faciamus hominem secundum imaginem
& secundum similitudinem nostram. & post pau
ca addit, dicens: Fecit hominem deus, secundum
imaginem Dei fecit illum. HER. Disco. CYR.
Quum autem turrim quam quidam stultissimi
decreuerant usque in cœlum extruere, demoliti-
rus dixit uniuersorum Deus: Venite, & descen-
dentes confundamus eorum qui illic, linguas.
Igitur quis ille loquens, & quibus nam dicit? Ve-
nite, & descendentes confundamus eorum qui
illic, linguas. Nō enim opinor dixerint quidam,
quod manu sanctorum angelorum opus habue-
rit, uel certe conspiratione & concursu aliquæ-
rum rerum ad hoc ut deus quod placebat ei per-
ficere posset. Nam diuinitas fortissima est & suf-
ficientissima ad omne quod ei placet facien dum.
Est item omnium rerum tota uirtus. Nam quem
admodum illum esse dicimus sapientiam & uitā,
& quod nihil possit uiuere, uel saltem partici pare
esse bonorum sapientiæ, nisi ab ipso quasi à fon-
te ebullientem habeat largitionem. Eodem opi-
nor modo uerum robur non assumerer in auxi-
lium. Nihil enim unquam prodijt, ut posit recte
operari, nisi ad hoc ab uniuersorum uirtute ada-
ptatur. Proinde licebit inculpate dicere, quod de-
us, neq; angelis, neq; alijs rationalibus uirtutibus
dixerit: Venite, & descendentes confundamus
eorum linguas, sed sancta trinitas quasi simplici
motione naturæ unius seipsam ad operandum
aliquid excitauit: quoniam opus erat ad solum
conditorem spectans, transformare expeditum
linguam pro suo arbitrio, & sermonis naturam
nostro similis & in nobis ex simplici uoce, quæ
tunc erat in multiformem & multisonam excre-
tionem extēdere, atq; ita etiam per inuiolatā quie-
dam, & olim incognitam uiam ingredi, ad com-
gendam mentē singulorū, qui peruerse egerūt. Vt



Vt igitur possimus intelligere, quod hoc minime A
angelorum fuerit opus, sed potius ipsius diuinæ
operationis. Venite, inquit, ipsa ad seipsam san-
cta & consubstantialis trinitas. HER. Recte ha-
bet. CYR. Quomodo autem si perfecte homi-
nis naturam configuratam ad Deum esse opina-
rentur, cuius imagine dicent homines insigni-
tos? HER. Quid si dicerent imaginem dei & pa
tris? CYR. At si solius dei & patris dicerent, ad
extremam cogitationum miseriam deduceren-
tur. HER. Quomodo? CYR. Primū quidem,
quia quod dicit (faciemus) & etiam (ad imagi-
nem nostram) non uni personæ conuenit, sed po
tius plusquam uni & duabus. Ad hoc quoque &
illud mente expendentes dicimus: Quod consi-
guratur, si à prima specie aberret, & in fœditatem B
deformetur, nónne reparandum redibit ad illud
quod erat in principijs, & ad illæsam naturæ fa-
ciem, redit iterum quod damno primo amiserat?
HER. Quomodo obsecro dicis? CYR. Audi
igitur & ualde manifeste, nam pro uiribi dicam. Si
quis optimus & perfectissimus ærarius statuam
fabricaret sua illi specie insculpta, illam si inuido-
rum quispiam e fundamento amoueret, lapsamq;
confringeret ac mutilaret, & sic deformaret: dein-
de si artifex ille rem ægre ferret, uelletq; feruentio
ri flamma inuidiam illius abolere, et ad pristinam
reduceret speciem, tolleret quicquid damni passa
esset; nunquid tibi uideretur recte sapere, si reli-
cta forma sua ruditer ad alterius formam illam
transformaret? HER. Neutiquam. CYR. Da- C
bit igitur illi speciem quam principio formauit
secundum ueritatem, & suam iterum insculpet i-
maginem? HER. Recte. CYR. Igitur quum
sic fecit ille sermo habeat, quid nam fecisse dicemus
patrem & Deum, si factum hominem secundum
imaginem & suam solius similitudinem dixeri-
mus? Sic enim dixisti intellexisse aduersarios.
Postquam ergo uoluit refigurare collapsum ac
deformatum, nónne potius reformauit illum ad
primæuam speciem, hoc est ad suijpsius similitu-
dinem? Indidisset autem illi formam aliam, siqui-
dem aliàs naturaliter ab illo filius, cui configura-
mur. Scribit enim sic quibusdam sapientissimus
Paulus: Filij quos iterum parturio, donec forme-
tur Christus in uobis. Et iterum: Quos præcog-
nouit, & prædefiniuit. Manifestum autem ite- D
rum, quod deus conformes imaginis filij sui hos
& uocauit. Reformat enim nos per spiritum ad
propriam imaginem Christi, & suæ naturæ pul-
chritudine spiritualiter & ineffabiliter, pie uiuen
tium animas insignit. Vnde opinor configurati
essemus ad deum quidem iam nō uerum, sed spe-
cie creaturæ nos ornasset. Quod etiam & olim
per psallentis uocem psallebatur: Renouabitur
ut aquilæ iuuentus tua: ueniret iam ad nihilum,
frustra, ut uidetur, demonstratum. Renouatio e-
nim minime secundum scripturas, sed nouitas
potius nostra res esset, regressum quidem nullo
modo ad superiora sortita, & recursum non ha-
bens ad id quod initio eramus, abiectiq; essemus

quodammodo ad aliquid minus quàm prius:
multa infirmi fœditate, esset item formatio prior,
incomparabiliter sublimior nouatione per Chri-
stum, siquidem nobis in diisset illam, ut fulgere-
mus in forma solius & uere Dei: & illa quæ nos
transformat ad filium, depingeret nobis speciem
non sic habentem. Quid igitur per Christum am-
plius accepissemus, etiam ista similitudine erga
Deum, ut uidetur, spoliati, & omnino conspicua
naturæ gloriatione exuti, quū cuncta nostra bea-
titas in hoc sit, ut fiamus secundum similitudinē
dei. Sed fabulæ hæc sunt, & ridicula, aniliaq; nu-
gamenta. Renouamur enim ad imaginem pri-
mam, euidenti signaculo obsignati, filio: ut sic ha
beamus, qui est character & similitudo patris, &
non alius ab illo, secundum identitatem in essen-
tia. HER. Diligentissime dixisti. CYR.
Vide enim in quantam absurditatem sermo illo-
rum peruenìat, qui solent reprehendere eos qui
sic sentiunt, & sapere uolunt. Deus enim si quì-
dem est solus & uerus pater, sic habere præ stupi-
ditate illi dicent, unde opinor quodammodo ne-
cessario sermone colligetur, quod filius non sit
deus secundum ueritatem. HER. Necessarium.
CYR. Sed erit omnino minor quàm pater, quan-
doquidem quod super omne est, deus natura est,
& uere. HER. Erit itaque. Nam quodammodo
ad hoc postea sermo deducit. CYR. Proinde ui-
de quod periclitamur ô Hermia, secūdum quod
imprudenter illis uidetur: quamuis imminutum
filium, meliorem quodammodo & præstantio-
rem etiam ipso deo reputare, si sanctorum uoci-
bus diligenter persuademur. HER. Etiam hæc
res non est ambigua. CYR. Audi igitur claman
tem diuinum Paulum, quod fuerit quidem secun
dum legem pharisæus, secundum æmulationem
persequens ecclesiam: Secundum iustitiam quæ Philip.3.
in lege, factus sum irreprehensibilis: sed quæ e-
rant mihi lucra, ea reputaui propter Christum
damnum. Quinetiam arbitror omnia damnum
esse propter eminentiam cognitionis Iesu Chri-
sti domini nostri. HER. Dixit sanè, sed quid hoc
uult? CYR. An non lex antiquis inter oracula
ostendit quod unus deus & dominus sit? HER.
Etiam. CYR. Hunc autem esse dicunt, patrem
scilicet. HER. Dicunt. CYR. At ille doctor
orbis arcanorum, Christi promptuarium nobis
seipsum ostendisse dicens, quid nam docebat uel
cogitabat? Ponebat cognitionē Christi meliorē
incomparabiliter ueteri legali doctrina, & præ-
stantiorem nominat, ruderaq; arbitratur ea quæ
in lege. Miratur autem, & ualde stupescit euan-
gelicam & salutarem prædicationem. An non
necessarium, quod nos cogitemus & sapiamus
sequi, quod ea quorum maior est cognitio, in tan
tum etiam excellere ea quibus comparantur?
HER. Opinor. CYR. Iam quomodo in hanc
peruenìat ruditatem ac fatuitatem mens nostra,
ut meliorem dicat aliquando, uel saltem putet pa
tre filium, qui quasi radicem habet & fontem ge-
nitorem. Nam simul iniuria afficimus cum arbo-
re fru-

Universidad de Deusto
Biblioteca



re fructum, & cum radice germen, & cum fonte flumen inde profluens, & non alienum ab eo, & cum luce splendorem, qui ex illa fulgurat. HER. Simul iniuria afficimus, uel quomodo nõ? CYR. Proinde necessariò assumemus in naturalem unitatem iunctum uerbum patri filium, & in naturali & uera deitate socium. HER. Necessarium plane, hoc enim sic habet. Veruntamen illud dic, quomodo cognitio Christi præstantior sit & eminentior uteri & legali doctrina, quum in naturalem identitatem assumptus sit cum patre deo et uero, et simul prædicatus per antiquas scripturas. CYR. Multo melior est, & transilit primam (manifestiorem enim habet narrationem) & ad scientiam dilatatur legi incognitam. Etenim & ipse noster sacrorum dux Moyses, precabatur sanè diligenter ut euidentem, & absq; umbris scientiam dei assequeretur. Proinde dicebat ad uniuersorũ saluatorem deum: Ostende mihi teipsum, cognoscens uideam te. Præcipiebatur etiam fodere in petra, & per angustissimum foramen si uellet uidere: per ænigma nobis significante etiam in hoc deo, quod lex de deo scientiam his qui docebantur, adeò paruam irradiabat, & quasi per angustissimum foramen lumen uix immittebat. Nam quod solũ unus sit deus, credere uoluit, separans eos qui aberrauerant in opinione deitatis: at quomodo per seipsam diuina & ineffabilis natura haberet non manifestè demonstrauit, quemadmodũ salutaris prædicatio, de ea loquor, quæ per Christum. Nam postquã agnouimus, quod filius prodierit & natus sit ex patre sicut ex radice, & prolis scientia genitoris naturam depingens quasi in tabula, præparauit oculum mentis ad inuestigandum ea, quæ super mentem & sermonẽ. Ea propter dicebat ad cœlestem patrem & Deum: Manifestaui nomen tuum hominibus. Et ad Iudæos:

*Quomodo cognitio Christi eminentior.*

*Ioan. 17.*

*Ioan. 8.* Neq; me nouistis, neq; patrem meum: si me nouissetis, & patrem meum nouissetis utiq;. At scirem quandam quod sit, & non item quomodo habeat, minus esse opinor unusquisq; dixerit qui discernit, quantum intersit inter quid sit, & quomodo sit. Sequetur itaq; Euangelicas prædicationes legalis eruditio, quæ prædicat quidem quod unus sit Deus, & nullo modo dilatat diuinitatis naturam ad triplicitatem secundum subsistentiã: nec iterum congregat ad unitatem naturalem.

*Nota lex docuit Trinitatẽ.*

Hoc enim nos noua docuit scriptura. Vnitate igitur & identitate naturali non demonstrata de deo patre & filio, imò esset ferè confusio quędam ex his quæ olim proposita sunt, & peruersitas, & sanctarum literarum fides nunquã ultra, sicut opinor, stabilitatem habitura esset. HER. Quo-

*Iacobi 4.* modo? CYR. Vnum enim esse deum natura & uere diuina scriptura nobis clamante, ab hac gloria & honore filium amandaremus, nisi substantiæ identitas nullo modo uarians, simul includat modum quendam cum deo & patre. An non audisti sanctos nobis de deo clamantes, interdũ quod unus sit legislator et iudex, interdum quod solus habeat immortalitatẽ: quomodo igitur cõ-



iectandum est, solum esse legislatorem & iudicẽ, & solum habere immortalitatem? HER. Opinor, quod alij omnino de patre, & de nullo alio dicturi sint. CYR. Et ipse scio quod dicunt: Venit enim ad eam inconsiderantiam illorum mens. Putabimus igitur minime esse legislatorem & iudicem filium? Possidere autẽ & immortalitatem, & possidere in se uitã externè adductam, & quid quod illinc sub lege iam quodammodo & iudicio erit, etiam non uoluntarius? Iam quomodo non deceptio & insania, atq; adeò si quid turpius est, diuina nostra erit prædicatio (de Euangelica loquor) quæ suadet nobis, ut ueris sermonibus de filio astipulemur. Dixit enim: Ego sum uita, quamuis iuxta illos immortalitatem non habẽs, quandoquidem solus pater immortalis est. Quin etiam quod sit iudex, & apparuit legislator, nullo ad intelligendum labore opinor opus habebit. An non audisti dicentem alicubi? Non mœchaberis. Ego autem dico uobis, quod omnis qui fre- *Deut. 18.* quentauerit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo. Et iterum alio loco: Non enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. HER. Audiuimus, attamen illud dic. Vis contradictionis argumentis sermonem exercitemus, uel quasi non audito aduersario, absq; exemplo eum consideremus? CYR. Quin scias ad hoc, quod mens magis acuatur, si aduersarius se opponat, & strenuerationes eorum qui obsistere uidentur, repellat. HER. Itaq; seorsim singula & manifestè iam dicamus. CYR. Dic quid uidetur, minime enim hanc tuam, sed potius aduersariorum sententiam dicemus. HER. Vnus est legislator & iudex Deus & pater, solam enim uniuersorum reginam naturam, decet leges ferre ac iudicare. Aduenitautem etiam filius ad hanc gloriam annuente Deo ac patre, ut illam sumeret. CYR. Et cui sapienti obscurum est, ô amice, quod friuolos sermones hauris, & frigidam ac inutilem cogitationum multitudinem coaceruas, nisi cum his quæ dixisti, etiam consonas sanctorum nobis scripturas ostenderis. Sequemur enim non eos, qui uolunt & solent suæ mentis eructare cogitationes, sed eos qui loquuntur ex ore domini, sicut scriptum est. HER. Bene dicis. Itaque alicubi psallit diuinus Dauid, quum faceret sermones quasi ad patrem & deum, de uocatione gentium: Constitue *Psal. 9.* Domine legislatorem super illos, sciant gentes quod homines sint. Impletum autem hoc, & uadique manifestè, de seipso, & ipse nobis se aduenisse dicens filius: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Zion montẽ sanctum eius, annuncians præceptum eius. Qui autem ut alterius uoluntatis donũ habet quod regnat & legislator est, quo modo non utrũq;, externa & aduentitia potestate, quæ neutiquam naturalis sit, haberet. CYR. Edormite ebrij uinum uestrum. Acclamat quis, & ualde meritò peruersos. Nam filius quidem existens in forma & æqualitate cum patre, inanitionem quidem sustinuit uoluntariam, demittens se in speciem nostram, factusq; homo est, cuius est regnare, & legislatorem esse nõ alio modo quàm datum est. Postquam autem unà no biscum pauper factus est, & seruilem induit mensurã dispensatiue, extraneã habere fatetur quod naturæ inerat, & cum inanitionis operibus ac sermonibus bene configuratur: & nihil opinor dam ni ex hoc, his qui in illum credunt, si in tempus respiciant sermonibus conueniens. Quando enim legislator factus est gentibus Christus? quando item aduenit annuncians in Sion præceptum domini: Nonne quando factus est homo? quamuis & manifestè uiderit quis in Mosaicis scriptis, quòd non alio quodam tempore missus est prædicans præceptum domini filijs Israel, quàm quando no strum induit paupertatem, et prophetarum dominus propheta nominatus est, & cõnumeratus est cum hominibus, & quod in sinu erat patris, monstratum est Verbum. Dixit enim aliquando deus sacratissimo Moysi, de illo copiosum præstãs sermonem: Prophetam excitabo illis de medio fratrum sicut te, & dabo Verbum meum in os eius, & loquetur illis sicut præcepero ei. Nunquid ô amice, Verbum nondum habens coniunctionem cum carne, & nondum unitum humanæ naturæ ineffabiliter & super mentem, frater intelligere- tur Israelitarum, & ex ipsis natum esse terrigenis? Vel certe illud dixeris esse melius & uerius, quod appellatus sit frater, & in locũ surrogatus sit Mosi, pædagogus scilicet, & ad hoc ut dicatur esse legislator, & ut seruile ministerium quoddam adimpleat, quando agnatæ gloriæ sublimitatem urgebat, ut in tempore opportuno demitteret seipsum in uoluntariam inanitionem. HER. Certe quàm optime dixisti, sciasq; & me intelligere. CYR. Itaque si quidem uellent recte cuiusque temporis quod oportet distribuere, utiq; non excidere- rent in mentem attonitam, & cor peruersum, & possent recte intelligere ueritatis sermonem. Adhucrim autem dictis etiam hoc. Si cui parum esse uideretur, & pro nihilo haberetur, singulis quæ scripta, oportere, apud diuinam scripturam, suũ tempus congruum & proprijssimum accommodare: quid obstaret etiam, si intelligatur forte nobis similem factum unigenitum dei uerbũ, mortuum esse dicere, crucemq; sustinuisse: & quæ in illa, etiam anteq; conuenisset in carnem hanc terrenam, debacchatos quidem impie Iudæos in eum, fecisseq; ac dixisse, quæ utiq; solam illorum infaniam decent, quandoquidem quasi iam passus alicubi dixit Christus: Tergum meum dedi in flagella, maxillas meas ad alapas, faciẽ uerò meã non auerti à cõfusione sputorum. Nunquid non insanũ & ridiculum meritò foret putare hæc non facta cõgruo tempore? manifestum autem, quod eo quo filius cum carne passus est. HER. Verum. CYR. Etenim relicto de hoc sermone, si tibi gratum uidetur, ad id quod præsens eamus. HER. Ad quale? CYR. Vt descendamus inquam, ad examinandum & addiscamus diligenter interrogantes aduersarios, an in eo quod constitutus est



rex & legislator, sit tale esse secundum substantiam, uel saltem tale esse sit filij. Non in eo quod constituitur, quemadmodum ego opinor, ut talis sit uel non, dicent esse filij. Non enim opinor in hanc peruenient stulticiam, quamuis deliret sine fine, ut dicere audeant, quod & constituti sit de definitione substantiæ. HER. Illud forte dicet, quod declaret naturam eius qui constituitur, ipsum constitui. Non enim ab alio accepisse dicent quod natura ei adsit. CYR. Igitur ô strenui à nobis dicetur iterum, quod deprehendemini minimè quidem recte sapientes, & receptæ rectæ doctrinæ amatores, sed ualde faciles ad præcipitantiam & ad deceptionem. Oblíti enim estis ea quę *Bene nota.* scripta sunt, congruis temporibus attribuenda, & ea quæ diuinitati minus conueniunt, incarnationis tribuenda temporibus, etiam si forte dicantur de unigenito. Quoniam enim non peruenistis omnino ad cogitationum rectitudinem, non esse substantiam dicitis, quod constitui prædicetur de filio: sed rei sit consignificatiuum, quid impedit opinari & dicere, quod deus & pater uoluerit regem & legislatorem substantialiter existentem filium, id quod est demonstrare hominibus? nec tamẽ dico quod cœperit propterea regnare, sed quod permiserit quodam modo, illis posteà legem ponere, & quod uoluerit proprijs sceptris eius subiugare eos, qui per errorem, quo colebãt multos deos, à potestate & principatu sub ipso exciderant. Absurdum autem opinor omnino, si Verbum patris nugari uelint quidam, beneplacito eius qui genuit, uocatum esse ad principatũ, ut legem ponat, & non iam putandum esse legislatorem secundum naturam ut deum. Nunquid enim si in domicilium tenebrosum, & nebula plenum ad tempus quoddam solaris radij non ingrediatur lux, si nullus ingressum promitteret, quo tamen facto, ingrueret statim, & abirent quidem tenebræ, & insolita lux in locis arrideret: id quod & si quidem uellet, uocem enarraret fortassis rem admirantibus, quod sit quidem à genitore sole, ad hoc quod oporteat infundi etiam in hoc loco, & illustrare semper quæ in tenebris comprehensa erant. Nunquid admitteret aliquis, statim primum & ad lucis productum esse naturam, quando & primùm ingressum est? HER. Neutiquam, ut est uerisimile. Erat enim semper lux. CYR. Igitur quid illi nobis, tanquam inexpugnabilem murum opponunt dici filium constitutum esse legislatorem, uel etiam regem à Deo & patre, quamuis ut legislator sit, minime tunc cœperit initium, quando ostendit gloriam naturalem, posteà constitutionibus proprijs, etiam gentium: sed quod debuerit turmas subiugare significarit, qui simul annuit & approbat Deus pater, qui solus iam superioribus temporibus Israelis ceruicem etiam diuinis legibus, subiugabat. HER. Sed siquidem uellent manifestè ostendi filium esse legislatorem, quomodo uel quando hoc fiet à nobis? CYRILLVS. Sufficeret in hoc mediocriter docilibus opinor id quod

nuper

Universidad de Deusto
Biblioteca



nuper diximus. Etenim de lege & de his quæ an- A
tiquis responsa sunt, deo manifeste dicente: In il-
Deut.12. lis non est addendum, & in illis non est minuen-
Deus solus est legislator. dum. Decet enim & solam uniuersorum reginam
naturam, legem ponere, adijcere que & adimere
quæ uoluerit: legem tulit filius & antiquam alle-
uiauit ut grauiorem legem, immisit que nouam,
hoc est Euangelicam: & hoc sicut legislator, non
trepidè & humiliter, sed in authoritate quæ Deo
congruit. Confirmabit autem sermonem & sa-
1.Cor.9. piens Paulus per epistolam scribens: Factus sum
Iudæis, tanquam Iudæus, ut Iudæos lucrifaciam:
iis, qui sine lege, tanquam sine lege, quum non
essem sine lege Dei, sed in lege Christi, ut lucri-
faciam eos qui sine lege. Vide enim quomodo si-
ne lege esse Dei urgeatur, ut dicat se esse in lege
Christi, quo in utroque gloriam illi tribuat: &
ut deo secundum naturam legislatorem esse, tri- B
buens tanq; eximium. Quando igitur secundum
uocem sancti, nõ expers sit legis Dei, quisquis est
in lege Christi, quæ iam causa depelleret filium,
quo minus sit legislator? HER. Nulla, quemad-
modum ego opinor. CYR. Adiecerit quis præ-
dictis apposite & hoc. HER. Quale? CYR.
Opinor equidem, quod minime demonstrabit
quis, quod antiquis uel posteris seorsim & solus
legislator fuerit deus, absq; labore autem uidebi-
tur cum filio & per filium. Vbi enim uel quibus
legem tulit pater, tacente & absente filio? HER.
Hebr.1. Vtique hoc & sapiens Paulus per epistolam de-
monstrat, quod olim deus locutus sit patribus in
prophetis. Moyses autem Israelitis iterum dixit:
Deut.1. Dominus Deus uester locutus est nobis in Ho- C
reb. CYR. Bene scilicet, ô amice. Nam seruanti-
bus sanctis, ut dixisti, personæ dei & patris, uetus
illud & in umbris respõsum. Age tibi ostẽdamus
proprium illum à filio nominatum. Venit enim,
minimè sublaturus & subuersurus quæ per pro-
phetas dicta, sed completurus potius & prophe-
tas & legem. Dico enim uobis, inquit, quod iota
unum uel unus apex non prætereat à lege, donec
Matth.5. omnia fiant. Cœlum & terra transibit, sermones
autem mei non transibunt. Intelligis itaq; quo-
modo dicens legem oportere impleri omnibus
modis in ueritate, illam uocauit sermones suos.
Viderit autem quis ipsum & per alium quendam
sanctum prophetam clamare manifeste: Ipse qui
loquebar, adsum. Homo factus enim, & in specie D
nostra factus, ille olim loquens, quamuis deus &
pater per sanctos prophetas locutus fuerit. Quo-
niam autem legislatoris gloriam naturaliter ha-
bentem sequitur omnino, ut etiam iudex esse de-
beat. Neutiquam dubitãdum est eos, qui id quod
definitum contemnunt, & ad id quod sibi uide-
tur declinant, amaris supplicijs obnoxios fore.
HER. Ita profectò modis omnibus. CYR. Ita-
que sicut si etiam diceretur unus quidem legisla-
tor, unusq; iudex pater, nullo modo filius à glo-
ria & ueritate, quæ in utrisq; excideret, quum ni-
hil sit quod filium à naturali identitate cum Deo
patre seperet: quomodo, licet solus habere im-

mortalitatem dicatur deus & pater, substantialis A
erit & in filio dignitas, & appellabitur omnino
immortalis, uel ipsa secundum naturam immor-
talitate, etiã eius qui genuit dignitatibus conjū-
cuus, & à nobis ipsis & sanctis angelis adorabi-
tur? At si dicerent hæc de se non sic habere, & me
daces nobis faciant Scripturas, quum uentarem
amandent, dicant illud. HER. Quale nam?
CYR. Primum quidem quod uitam ac immor-
talitatem possidet, & à se hoc non habens, morta-
le erit omnino, & aliunde sumit uitam quali ab a-
lio datam. HER. Mortale eñ erit uirture, quod
non mortale natura. CYR. Et ad hæc reipon-
deant etiam quæ intelligatur uitæ efficacia in his
quæ uitæ indigãt. HER. Viuificatio uidelicet,
quemadmodum scilicet & lucis opus esset illu- B
stratio. CYR. Bene dicis. Si autem opinaretur
uiuificari quidem ab alio uitam, illustrarig; & lu-
cem, nunquid uideretur tibi rectam similitudi-
nem afferre? HER. Minimè, sed aberraret, aug
recta ratione excideret. Iam enim non est uita,
quod ab alio uiuificatur. CYR. Quum igitur in-
genitus in mediũ prodeat, & clamet: Ego sum
resurrectio & uita, coniectandum ne, uitam esse
ab immortalitate destitutam, uel quomodo?
HER. Non destitutam, absit. Etenim uita est se-
cundum naturam immortalitas. CYR. Itaq;
quum unus Deus pater habeat immortalitatem,
sic enim alicubi diuinum habet eloquium, quo
pacto eam haberet etiam filius? sed opinor om-
nino, quod uocabulum unitatis facile in utroque
ostendat substantialem uitam, & insitam immor- C
talitatem, non aduentitium bonum. At si dei-
pientes omnino arbitrantur dicendum, quod ex-
ternus sit à deo & patre filius, & aliam quandam
& propriam habeat naturam, & nõ habeat quod
sit uere deus, licet secundum naturam immorta-
lis existens, immò sit ipsamet uita: an non ea quæ
soli diuinæ & ineffabili accidunt naturæ, & ea quę
quę uerisimiliter & nos & sancti admiramur, ad-
iecerint etiam, & dicent inexistere, quamuis po-
stea in creaturis sit secundum quod ipsis fuisse
uidetur. HER. Quomodo? CYR. Opinor (si
licet Deum uerum, & naturalem etiam ipsi dice-
rint, quod possit uiuificare & sit uita. Itaque si hoc
est substantialiter pater, excidit autem, ut ille di-
cunt, filius à naturali identitate cũ illo, & in ho-
minor existens, & uitã seipsum esse dicit: & quod
eximium est in substantia patris, suæ adscribit na-
turæ, quomodo non uerũ id quod dixit? Etenim
iam quod ineffabili naturæ proprium est, edi-
ctum est, & in hoc quod nõ est ex seipsa, simul osten-
tem quodammodo uocatum est. Intellexerunt e-
nim in his quæ credita sunt, deũ quidem esse ante
omnia, & post illum creaturam, intermedium au-
tem aliud omnino nihil. An non uerum est id
quod dixit? HER. Verùm. CYR. Vnde siqui-
dem est alterius substantiæ filius, & non in his
in quibus dicunt esse patrem, quomodo intelli-
geretur una & nõ uarians, efficacia naturalis eo-
rum qui inter se distant, secundum rationem quę
aliquo modo sunt. Dicit enim, sicut pater quos A
uult uiuificat, ita & filius quos uult uiuificat.
HER. Captus est profecto dicunt. Vita quidem
est filius, nihilominus dicit: Sicut misit me uiuẽs
pater, & ego uiuo propter patrem, igitur uita
est propter patrem. CYRILLVS. Itaque uiri
egregij, etiam ipsum uiuificari filium à deo & pa
tre, una cum alijs suspicabimur? & uita annume-
randa erit cum his, qui externam & aduenticiam
habent uitam? Vnde coordinatus sit, & cum mo
nientib. filius. Quod enim aduenticiũ, abijci po-
test, et pro quibus quis uoluerit creaturam cõmu
tabit, quantũ possibile: quando etiã naturalibus
legibus continentur, ut congruè habeant. HER.
Itaq; quomodo quis putarit illum propter patrẽ
uiuere? siquidem & ipse secundũ naturam est ui- B
ta. CYR. Etiam hoc est nobilitatis ex deo & pa
tre demonstratio, & euidens identitatis secundũ
naturam imitatio. HER. Quõ dicis? CYR. Nõ
eñ dixit alicubi manifeste uiuificati à patre, sed
uiuo propter patrem. HER. Quidnám igitur
hoc? CYR. Ei qui propriã habet naturam im-
mortalitate, & uita destitutam, & aliunde aduen
ticiam hanc rem accipit, conuenire existimarim,
et valde recte dici: Vitam dedit mihi pater, quũ
sciat quidem quod uita prodijt ex uita, & fructũ
habet substantiæ immortalitatẽ ut diuine dicat,
uiuo propter patrem. An non si hominis proles
rationalis ex rationali suo prodeat patre, dicet ra
tionale animal sum propter patrem, etsi ex igne
procedat calor, & dicat habeo calidũ radium eo
quod exipso igne processi: nónne ea quæ sortita C
sunt proprietatẽ naturarũ, uidebuntur alicui pru
denti illa per seipsa habere, uel certe aduenticiã,
& in ordine donatorũ ut taliter sit? HER. Vi-
detur. CYR. Viuit igitur filius propter patrẽ
uerus existens Deus, quẽadmodum scilicet & is
qui genuit. Facio aũt adiutorem meorũ sermonẽ
sapientissimũ Ioannem, de illo sic scribentem: Et
scimus quod filius Dei uenit, & dedit nobis sen-
sum bonum, ut cognoscamus uerũ Deum, & si-
mus in uero Iesu Christo filio eius. Hic est uerus
Deus & uita æterna. Quid? tibi ne aliquid mani
festius hoc iam uidetur? uel certe ad arguendum
neruosius, ne diuerso modo habere putetur fili-
us quam sicut se habet secundum naturã pater?
HER. Nullum, ut ego opinor, huic uoci theo D
logi, quæ inexpugnabile testimoniũ, aduersari-
us opponet. Veruntamen si dicatur uerus deus,
uident statim, & dicunt non esse deũ reipsa uerũ,
sed datũ ei esse nomen secundum uoluntatẽ pa-
Philip.2. tris. Dixit enim alicubi diuinus Paulus, inquiũt:
Exaltauit illũ Deus, & dedit illi nomen quod est
super omne nomen. CYR. Datũ quidem illi
nomen super omne nomen scias, quod & ipse di
xerim. Cæterũ stulte opinor theologorum uocib.
hoc opponi à stulta mente quapiam, & esse desi-
pientis & artoniti imbelle inuentum. Obstupe-
sco etiam aduersarios tam ineptos ad deceptio-
nem, qui occasionem quare datũ sit neutiquam
secũ animaduertunt: sed ita uenantur dictionẽ,



& magno desiderio rapiunt, ut omne quod filij A
glorię & honori obsistit, existiment melius, quã-
uis tempus quod donatum sit, non aliud definiat
nobis diuinitus inspirata scriptura, quàm illud
quo in figura dei existens unigenitus. Non est ar
bitratus rapinam esse æqualem deo, sicut scriptũ
est: sed seipsum exinaniuit, forma serui accepta
in similitudine hominũ factus, & habitu inuen-
tus ut homo. Humiliauit se factus obediens usq;
ad mortem, mortem aũt crucis. Tunc enim utiq;
deus illum exaltauit, et dedit illi nomen quod est
super omne nomen, ut in nomine Iesu Christi o-
mne genu flectat, cœlestium, terrestrium, & infer
norum, & omnis lingua confiteatur quod domi-
nus Iesus Christus in gloria dei sit patris. HER.
Itaq; quid hoc? CYR. Via sit plana ad ueritatẽ B
ducens eos, qui recte intelligere uolũt. Vnde a-
mice intelligas, quod accipere nomẽ super om- *Accepisse nomen super omne nomen.*
ne nomen tanq; in loco beneficij est, exinanitio
dicitur et humiliatio Verbi erga nos dispẽsatiua.
Si aũt in mensuris exinanitionis inuenitur accepisse is, qui antea omnino immunis erat eorũ quę
inanitiõis, uideẽ postea propter hoc quod posse
dit naturaliter id quod erat: hoc est, quod in for-
ma dei & patris, licet humiliarit seipsum opere
quodam singulari & excellenti, ueniens ad hoc
quod minus, redibit utiq; ad id quod erat quũ ex
altatur, non ad alienã rediens gloriã & honorẽ,
sed quasi propriam & primæuam. At si multum
laborauerint, ut affirment quod ad insolitam glo
riam & honorem redierit filius, accepto quod sit
super omne est, nomine, ita ut iam nihil à patre ob- C
sistat uerisimiliter, quod contrarium intelligatur
sacramento dispensationis cum carne: sed omni-
no secus habet. Dicam autem quomodo. Si eñ
non est inanitio filio quod accepit, sed inuentio
eorũ accidentium quæ nullo modo substantiali-
ter inanito accidunt. Inanitio quidem esset, & ut
uerius dicatur, tempus ante inanitionẽ, eminen-
tiæ & glorię, secundum quam, nescio quomodo,
inanitus esse dicitur, quãuis possideat ea quę su-
per naturam & mensuram suam, & ad ea quæ in-
cõparabiliter superiora, quàm ea in quibus erat
priusquã repente ad hæc ueniret. Vnde cõgruit,
quod recte se habere, & tibi uidetur, quod per
illud tempus deceat utiq; tunc datum esse nomẽ
filio, quod super omne nomẽ, quando & habitũ
sicut nos induit, quasi unus ex nobis. In filiũ scri-
ptus est dei, positus nobiscum et propter nos ger
manus, ut & nos per ipsum filij, aduenientes ad
nobilitatem super naturã, etiam diuinæ eius na-
turæ comprobemur esse participes. An non pu-
tas hunc nostrum sermonem de hac re recte in-
cedere? HER. Incedit utique. CYR. Quum
ut meliora quàm illi imprudentes tradunt sapia-
mus, operam impendimus, illæsam quidem ser-
uabimus unigeniti gloriam, cogitationes uerò
demoliemur, & omnem celsitudinem, quæ ex-
tollitur, sicut scriptum est, & omnem sensum ca-
ptiuum ducimus ad obedientiam illius: at si hoc
facere noluerimus, permittemus illorum syco-

Universidad de Deusto
Biblioteca



phantijs ut uincant, eijciemusq; unigenitum ne A
sit uere deus, ac dicemus quod nihil amplius pos
sideat quàm nos. HER. Dic, uel quomodo di
cendo tardus es? CYR. Equidē alacriter dixe
ro, & in his nihil morabor. Nunquid non uerè di
citur, quod siquidem ipsi donatum est nomen su
per omne nomen, & iam scilicet quodammodo
uocari deum, denegabitur ei id, cuius capax est?
Quod enim datum, non omnino firmatum, peri
clitaretur autem et ipse pater, quātum attinet ad
rationes eorum quæ nō est fas dicere. Erat enim
minor, quàm secundum filium, et ponetur super
naturam eius qui genuit, ea quæ secundum illos
minor, imò qui deitatis gloriam minus nobilem
habet, et nō germanis dignitatibus uix gloriatur,
siquidem in nudo homine & solo poterit uere uo B
cari deus. HER. Quàm grauia et absurda sermo
nobis affert? CYR. Vere quidē grauja, sed ne
cessariam habentia adiectionem: nam ueritatem
diligentius inquirimus in eo q̄d suspicamur non
recte habere. Vnde siquidem, ut opinantur, mer
cedem accepit filius, & quasi remunerationem
quandam suæ inanitionis tulit à deo & patre, no
men, ante inanitiōis tempus, etiam illo priuatus
intelligeretur meritò, siquidē uideatur accepis
se in tempore aduenticium illud facileq; reiecta
neum beneficiū. Iam quomodo fuisset in forma
& æqualitate dei ac patris. Inanitiōe quidē non
dum uoluntario susceptа, formam ac mensuram
seruilem non dignatus acciperet? Non enim rapi
nam arbitratus est esse æqualem deo, quū hoc ha C
buisset extraneum. Vnde siquidem esse ante ina
nitionis tempora dicimus filiū in forma & equa
litate patris, honore autem destitutū inanitum,
& redijsse ad mensuram gloriæ quę in ipso ampli
orem, utiq; ipse super patrem ipsum efferetur.
HER. Quàm austerus est sermo ille? CYR.
Nihilominus uerus est, quantū scilicet ad ra
tiones attinet, et siquidē aliquid melius accepis
set filius, sumpto nomine quod super omne no
men, cōsequeretur omnino quod ad hęc quę per
se habet, etiā dei et patris acquisiuisset naturam.
Hoc em̄ nobis austerus dudū sermo ostendit. Si
aūt minime meliorem quàm fuerit, etiamsi intel
ligatur accepisse cognoscet qs ipsum, adiectūq;
beneficij omnino nihil. Nonne inconditi & mē D
daces deprehendentur audaculi, qui non cauent
eò uenire, ut dicere audeāt sam, quod ineffabilis
deitatis natura paruam creaturam, ut ne dicā con
summatam non reddat locupletiorem, nihilq; ei
prosit, licet ad dignitates fulgidas prouehat, &
quę sua sunt tribuat: sed hoc cogitare absurdum.
Nam quæ Deo digna sunt, eminentissima sunt.
Iam seipso quodammodo etiam melior Deus &
pater uidetur, & meliorum quàm sunt ea quæ ha
bet, est dator. HER. Quomodo? CYR. Nā ex
istentem in forma & æqualitate cum ipso filium,
etiam ante inanitionis tempora, minoremq; nul
lo modo gloria quæ in ipso existit, summū & ex
celsum fecit, dans ei nomen, quod super omne
nomen. Nonne tricæ hæc sunt, & asperæ blas



phemiæ, cogitationesq; absurdæ fœtorem extre
mæ insciticæ olentes? HERMIAS. Valde pro
fectò. CYRILLVS. Et aliter quoq; opinor ad
uersus absurditatem illorum, si et illud cōsideret,
sermonem quis fecerit sustisime. Nam si hoc nu
do nomine deitatis filis seipsum uocat, et fructū,
hoc est rem naturę non habet, quid manifestè da
mans persuadet: Ego sum ueritas. Nam quod a
dulterinū est, non est uerum, & quod externis &
adductis utitur coloribus, non id est secundū na
turam quod uidetur, sed ui quidem intruditur ut
uerum putetur, habet autem non sic secundū ue
ritatem, et si examinetur, turpe redarguitur. Cur
igitur nō dijs cognominatis seipsum annumerā
dum censet, deus natura nō existens, sed seipsum
sequestrat à sanctorum multitudine, & in propri
um locum quendam, nullíq; aliorum accessum
concedit, dicens: Si illos dixit Deus, ad quos ser
mo Dei factus est, & non potest solui scriptura,
quem pater sanctificauit, & misit in mundū, nos
dicitis blasphemare: quia dixi filius Dei sum. Nā
si illi dicere uult: Vocati sunt dij, qui Verbū Dei
in suam domum recipiunt, & in anima assumpse
runt: quomodo non esset deus ille, per quem illi
dij? Deus enim Verbum erat iuxta Ioannis uo
cem. Dictio autem, Erat, non tribuit ei noticiam
gloriam, sed omni scilicet tempore antiquiorem.
Igitur ubicunq; tandem posueris dictionem, E
rat, laberis. Vel quando nobis uenit uerbum, E
rat, quod semper ulterioris temporis capax, et ir
refrenabili cursu mittitur, anti quiusq; est quàm
ut tempori tribuatur, & quasi ultra tempus præ
currere solet. HER. Bene dicis. Verbum enim
Erat, semper quodammodo tempore præsantio
us est. CYR. At diuinus Paulus filiū non alie
nis dignitatibus conspicuum, sed potius natura
existentem Deū una ligat cum patre & Deo te
nione substantiali & naturali. HER. Quomo
do? CYR. Scribit enim sic: Et siquidē sunt qui
dicuntur dij multi & domini multi, siue in cœlo,
siue in terra, sed nobis unus deus pater ex quo o
mnia, & unus dominus Iesus Christus, per quem
omnia. Itaq; siquidem credidit illum debere con
numerari his qui per gratiam dij sunt, cur nō mi
nori his qui per gratiam dij sunt, cur nō mi
sceri permittens eum alijs, unū ac solū demon
strat nobis Deum & dominum patrem, sed seor
sim quodammodo alterum ponens deitatis qui
dem nomen patri, dominationis uerò filio tribu
endum censuit? Porrò sapienter & necessariò in
telligetur, neque à deitate uera & naturali, glori
am dominandi & imperandi cunctis mouen
Neque etiam à uera dominatione naturam de
taris desilire: tribuatur aūt magis utriq; q̄d uide
tur esse utriusq; & seorsim. Euidēs uerò unius na
turę demōstratio, quod perfecte coronetur natu
ralibus proprietatib. quas uterq; habet, et ostē
utroque in omnibus æqualiter naturale, & testi
monium habēs identitate inculpabili, neutiquā
ut extraneum assumitur. HER. Quomodo?
CYR. Si autem quis interrogaret, utrum substan
tialem & naturalem filiationem filio apposuerit uel



uel certe eam quę in sola gratia patris, qualem sci A
licet quis etiam concederet nobis ipsis, quid tu
diceres ô Hermia? HER. Substantialem equi
dem dixerim, sed aduersarijs non existimarer ue
rax esse. CYR. Nonne opinaris etiam adiectu
ros quod sensu priuati simus, & ratione recta de
stitutis? Quem enim obsecro, ex his qui ipsis con
sentire nolunt non uituperant, siquidem eò per
uenerunt insaniæ, ut existimandum putent ado
ptiuum filium, & alijs coordinatum, quamuis in
suis inuentis ueritatem erubescant, gloriam ei fin
gunt eximiam, & alijs præcellentiorem, & tan
tam apud se fingunt nobilitatē, quantam sua po
testate metiri uoluerint: sed libenter interrogaue
rim illos modū filiorū adoptionis quæ de utrisq;
intelligitur, quō nam factos esse dicant. Vocati B
enim sumus nos in filios. Hoc autē quō factum
sit, non nos dicemus, instruat autē scribens Pau
lus: Quod autem estis filij, emisit Deus spiritum
filij sui in corda uestra, clamantem, Abba pater.
Igitur quandoquidem in nobis ineffabiliter ha
bitat per summum spiritum filius, nos ad adopti
onem spiritualem uocatos esse dicimus. An non
sic factum esse hoc dices? HER. Profectò. Me
mor enim sum & illius, quod sapientissimus Io
annes nobis de filio clamat: Quotquot autem ac
ceperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fie
ri. CY. Vide igitur amice quò tandem sermo
noster de unigenito se tēdat, si coordinetur æqua
li modo cum his qui ad filiationem uocati sunt.
Sic enim non aliter in ordine filij esset, quàm per
filium in spiritu. Et testificabitur Paulus, dicens:
Quod autem estis filij, misit deus spiritum filij sui
in corda uestra clamantem, Abba pater. In quo
in seipso, & per seipsum, quamuis inter eos qui
secūdum adoptionem numeretur, siquidem non
esset secundum naturam & uere filius, ut illi di
cunt. HER. Sed si dicerent, quod nos quidem
intra nos habemus filium, ipse autem patrē, quid
posses ad hoc dicere? CY. Dixerim, siquidem
ipsi ex seipsis diuinā nobis, ut habet, definierint
naturam, & leges de illa pronunciârint, idq; abs
que examine, breuis ualde, imò nullus qui uerisi
milis de illo erit sermo. Quādoquidem eructant
quidem de cordibus suis, nihil autem loquuntur D
de ore domini: & si putârint oportere ambulare
per uiam diuinę cognitionis lucidæ, & ita sapien
dum sciunt, obsignent uocibus ex diuina scriptu
ra. HER. Etiam inquit. Dixit enim filius ad Phi
lippum: Non credis, quod ego in patre, & pater
in me est? CY. Nunquid sanctificat filium pa
ter in illo factus? HER. Hoc omnino asserent.
CY. Quum secundum naturam sanctus sit, &
à seipso habeat sanctimoniam, & posse sanctifi
care eos in quibus fuerit, nunquid ab alio hanc
rem assecutus est? HER. Sanctus scilicet secun
dum naturam ipse existens. CY. Itaque ô boni
uiri, & ad omnia absurda propensi, sanctitate qui
dem naturali filius priuatus est, & sortitus natu
ram non liberam, uel saltem non omnino aliena

tam à peccando, quantum ad ipsam attinet. Vn
de siquidem permiserint ipsam, utilitatis aliquid
accipere, ex eo quod sanctificata est à patre, & su
mere stabilitatem & gloriam in his propter quæ
in admiratione est, & sanctificari nihil adderet fi
lio, tianum postea opinor dicere, diuersari ac ha
bitare in illo Deum ac patrem. Verum ipse est in
patre, & pater in ipso. At quis sit illius modus,
uel quomodo res habeat, optime sic considerare
mus. Nam filius quidem, secundum quod ipsis
prophanissime uidetur, intra se habet patrem san
ctificatione indigens. Quid autem intelligere
tur accepisse, & ipse pater filium habens in seip
so? Itaque siquidem est dicent, modus hic, quod
oporteat perfecte sanctificari quod sanctificabi
le est. Cur non & nos spiritū accipientes in ipsum
transiuimus, ut ille quidem in nobis, nos uerò in
illo iterum habitaremus. Porrò si ultra tumultue
tur ualde hoc esse indecens? Nam spiritus in no
bis, & non nos in ipso secundum naturam quo
modo non uarijs immergentur cogitationibus,
non identitati substantiæ tribuendum putantes
quod in patre quidem filius, pater̄q; iterum de
scribitur in filio: sed uolentes contendere & sape
re, genitorem in filio habitare partem esse exter
norum & accidentium bonorum. Alio qui illud
opinor dicere oportebit, unitate cū filio, qua per
spiritum in his qui uolunt operatur, ad filiationē
configuramur, ad gloriam quasi filio seor
sim figurante nos, & insigniente suæ formæ cha
racteribus, & quodammodo scribente in susci
pientium animabus. HER. Etiam CYR.
Igitur posse uiuificare, referetur ad filium qua
si naturalis efficacia, & non alterius gratia, sicut
opinor, irreprehensibiliter siquidem est filius.
HER. Esto, quid autem inde? CYRIL.
Patrem inhabitare secundum uerisimilem & eui
dentem rationem, non alterius opus esse dabi
mus. Sic autem consummari dicimus quod intel
ligatur & de filio quicquid per ipsum complet.
Patrem enim omnino, & non filium demonstra
uerit pater in quo uoluerit habitare, & ad suam
illum imaginem refigurare. HER. Nunquid
dic nobis diuinam imaginem in nobis, quam ho
minis natura accepisse dicitur (facta est enim se
cundum imaginem & similitudinem Dei) ad so
lam effigiem quæ in filio esse dicimus, uel ad hoc
accipiemus cum filio patrem, & ad totam diuinā
nos naturam dicemus formatos esse, quum dica
mur filij, & ordinemur inter filios? CYR.
Iam amice, an non putas intellígendum, quod o
mnis fidei nostræ sermo huc tendit, ut unam qui
dem uideamus deitatis naturam, quæ in tribus
subsistentijs proprijs, quæ cōformes, & eiusdem
speciei inter se ad unam quandam summam si
mul currunt pulchritudinē, ad quam & nos con
figuramur secundum scripturas, obsignemur au
tem ad filiationem per filium in spiritu. Sic enim
imago filij quidem filiatio, patris autem pater
nitas, unde filij per filium, imago autem Dei &
similitudo. Manifestum autem quod nos ad to

*An ad solā filij imaginem conditi simus.*

*Filij sumus dei per filium.*



CYRILLI OPERA

Universidad de Deusto
Biblioteca



tam principio formati naturam, nempe ad sum- A
mam. HER. Bene dicis. CYR. Itaque nugæ sunt nihil utilitatis habentes, uelle contendere indignis quæstionibus: sapientis autem fuerit considerare & sapere ea ad quæ semper & omnibus modis sequetur utilitas. HER. Profectò ita est. CYR. Nugæ sunt quæ illi tradunt, longeq; à nobis abeant summa mala, nos uerò minime opinemur, unquam externum quiddam esse, & nuper natum, Deum filium, sanctificariq; uel etiam ad filiationem uocari à Deo, et gloriam
Spiritus proprius filij. accipere aduentitiam nobiscum: sed lege naturæ id quod est possidere, in filiumq; receptum esse, non per sanctum spiritum. Quod enim proprius filij sit spiritus, quemadmodum scilicet & patris, didicerit quis absque magno labore, ipso quidē B
Luc.11. dicente: Vnde si uos quum mali sitis, scitis dona bona dare filijs uestris, quāto magis pater uester qui est in cœlis, dabit bona petentibus se? Et iterum:
Matth.10. Non uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Si autem & Paulo credunt per epistolam scribenti: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, siquidem spiritus
Rom.8. Dei habitat in uobis. Si uerò quis spiritum Dei non habet, hic non est eius. At si Christus in nobis, corpus quidem mortuum propter peccatū, spiritus autem uita propter iusticiam. Igitur nos homines filiationis gloria, honestans spiritus, quandoquidem & filij est, operabitur quidem in alijs filiorum adoptionem, ociosus autem erit omnino in illo cuius scilicet est, non aduentitius, neque etiam extrinsecus propugnatus, sed substantialiter existens eius, & per eum diffusus, ut à dignis accipiatur iuxta bene placitum patris, an non recte hæc dicere & sentire uideor? HER. Omnibus certè modis. CY. At diuinorum sacramentorum minister Ioannes, quando in medium prodit clamans de Deo & nobis: In hoc cognoscimus, quod in nobis est, quia de spiritu suo dedit nobis, quo pacto non omnino facile fuerit uidere, quod deus uerè, & ex Dei ac patris substantia processerit filius, siquidem est ut Deus, & non alius quidem habitat in nobis spiritus eius. Insuper & hoc dixerim: Si spiritus Dei & patris in quo naturam eorum quę ut sint producti sunt, uiuificat & sanctificat, proprius est & filij, quis in tantam mentium confusionem peruenire t, ut sapiat uel loquatur illum excidisse à consubstantialitate cum patre ac Deo, et inter creaturas esse, & non ea quæ diuinæ naturæ propria, & eximias illius definitiones efferat & largiatur creaturæ, ita ut nihil uideatur uariare, æqualem autem mensuram habeat creatura præclara & natura, cum ea cui est imperium super omnia? HER. Periculosa res citra controuersiam. CYR. Itaque quādoquidem apud sacras literas facile quis unigenitum uiderit ex patris effulsisse dignitatibus, age & alias sententias simul colligentes, imbellem ac stupidum expugnemus aduersariorū sermonem, proferamusq; in medium ea per quæ appareat æqualis opere, & uirtute cum Deo & patre. Insuper & Deus, non his qui secundum gratiam adductis, cōnumeratus est, neque etiam externa nobilitate illustratus, sed uerus magis, & euadens secundum aliquid saltem minutior ei, quàm sit patris eminentia, quæ super omnē creaturam intelligatur. HER. Quātum amice, imò prorsus hoc equidem fide dignum dixerim.

CYR. Putas igitur amice, inesse cuipiam creaturæ, ut possit operari, & facile perficere ea quæ uniuersitati imperans natura sola, & facile perficerit. HER. Nulli. CYR. Recte dixisti, proinde sacratissimus Paulus, quasi supernaturale et eximium, terminúmque uniuersæ transcendens facturæ, Deo patri attribuit uiuificare posse mortuos. Dixit autem sic: Vbi non est lex, ibi neque transgressio. Propter hoc ex fide, ut secundum gratiam, ut stabilis sit promissio omni semini, nō ei q̄d ex lege solum, sed etiā ei quod ex fide Abrahæ, qui est pater nostri omnium, sicut scriptū est: Quia patrem multarum gentiū posui te, eo quod credidit Deo qui uiuificat mortuos, & uocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Cognoscis igitur & hanc, si uidetur filij gloriam, nam non est minor quàm si pater, sed potius uide ipsum ornatum æqualibus efficacijs. Nam idem Paulus iterum nobis dicit: Quemadmodum enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificantur. Vitam enim non aliter in seipso habens, quàm si esset etiam ipse pater. Audi enim iterum alicubi eum dicentem: Sicut enim pater excitat mortuos & uiuificat: ita & filius quos uult uiuificat. Itaque diuinitas ipsius in operando, cum dens iudicium esse naturæ, ac gloriæ ipsius ostenditur, dum dicit: Si non facio opera patris mei, ne credite mihi: sin facio, & si mihi non creditis, operibus credite. Nonne per hæc quod Deus secundum naturam sit, dignabatur ostendere, & quod siquidem cuipiam uideatur accidere Deo, æqualiter posse operari, æqualis ille omnino gloriæ, & aliud nihil sit quàm Deus? Opinor enim eō seruamonem nos ducere. HER. Verisimile est, non enim dignus, qui æqualibus operibus absque ulla uariatione gloriari debeat, habēdus est, qui nō æqualem gloriam possideat. CY. Sancta autem scriptura nos alloquente: Omne donum bonum, & omnis donatio perfecta, desursum est descendens à patre luminum, apud quem non est transmutatio, uel conuersionis adumbratio. Vnde putas ipse distributionem diuinarum gratiarum nobis fieri? HER. Ex Deo patre scilicet. CYR. Quin & sanctis apostolis, autoritate sua dabat Christus uirtutem contra spiritus immundos, ita ut eijcerent illos, et curarent omnem morbum, et omnem languorem in populo: & quod his excellentius est, etiam ut possent ipsam mortem uincere, diuinissime præcepit, dicens: Infirmos curate, & mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmonia eijcite. Confessus est autem perquam manifeste diuinus Ioannes nobis dicens: De plenitudine eius nos omnes accepimus. Donum autem bonum & donatio perfecta. Estne aliud aliud quiddam



quiddam secundum quod tibi uidetur, quàm A
participem fieri spiritus sancti? HER. Nullo modo. CYRIL. Proinde uide obsecro amice, etiam ex his, filium proprium suum insitum ita, ut non abijciatur, spiritum sanctum, per quem omne donum bonum, de sua plenitudine demisisse. Nam postquam ascendit destructa corruptione, uinculis que mortis abiectis, reducens nos ad sanctificationem, & ad primæuam naturæ pulchritudinem, quemadmodum in principio generis humani tradens apostolis, insufflauit in faciem eorum, dixit: Accipite spiritum sanctum. At siquidem est supernè, & à patre omne donū perfectum, operatur autem horum distributionum non ut minister, filius, sed autoritate diuina: quónam modo posthea cessabit, ut non sit quod est B
secundum naturam, id quod est is qui genuit eum, uerus scilicet Deus, & non adulterinis quibusdam honoribus quasi in tabula deformans? HER. Nullo modo, ut ego opinor. CYRIL. Num uerbum fidei non sufficiet ad uberrimam demonstrationem, quod secundum naturam Deus sit filius? HER. Quomodo dicis? CYRILLVS. Quia Christo credentes, accedimus ad Deum uerum secundum naturam, & liberati sumus ab errore multorum deorum, edu
Rom.6. rantes, liberi essemus ab hoccine crimine. Vnde & uocatis per fidem ad ueritatis cognitionem sapiens scribit Paulus alicubi quidem: Ideò memores estis uos gentes, in carne quæ dicebamini C
præputium ab ea quæ dicitur circuncisio manufacta, quod fueritis tempore illo absque Christo alienati à spe Israel, & alieni à testamentis promissionis, spem non habentes, & impij in
Gal.4. mundo. Alio uerò loco iterum dicit: Sed tunc quidem nescientes Deum seruijstis ijs, qui natura non sunt dij: nunc autem ubi cognouistis Deum, imò autem cogniti à Deo, quomodo conuersi estis iterum ad infirma & egena elementa, quibus iterum ab integro seruire uultis? Impij autem siquidem fuerunt, qui absque Christo, & Deum cognouerunt, postea ubi aduenit fides, & non iudicatur, quia credidit in nomine unigenitus filij Dei: quomodo non intelligeretur Deus, D
non externis fucatis laudibus, & à nobis ipsis, & ab angelis honorem accipiens, sed substantialiter creditus, id quod est uerè Deus scilicet, & ex Deo secundum naturam. Cur enim, dic obsecro, concederes intellexisse Paulū, qui de illo scribens sibi, non imputans eis delicta ipsorum, & posito in nobis uerbo reconciliationis. Pro Christo ergo conciliamini Deo. Quando igitur, si in Christo quis conciliatur, deo conciliabitur, & in Christo mundus habet cum Deo coniunctionem. Nonne ualde ridiculum censebitur Verbum, quod ex patre natum, & est in ipso, non esse substantiæ illius? HER. Omnino. CYRIL. At imperare debere omnibus & summe excelle-

re super omne quod factum est, & incepit esse, tri buerésne cuipiam rei, & non aberrares? HER. Deo scilicet. Psallit enim alicubi Dauid: Quia omnia seruiunt tibi. Et iterum: Venite adoremus et procidamus coram eo, quia ipse fecit nos, & non ipsi nos: nos autem populus pascuæ eius, & oues manus eius. CYR. Bene. Deus enim in his nobis manifeste laudatur. Nulli igitur ut facturę, ut proprium tribuendum. Et siquidem hoc facere uelit, regni gloria carens, nónne reum criminis & accusationis dicemus? HER. Sic habet. CYR. Iam quid sentiens filius, credentes, qui patris sunt, suas uocat oues? Dicit enim: Oues meæ uocem meam audiunt, & ego do eis Ioan.10. uitam æternam, & non peribunt in æternum, nec rapiet quis illas de manu mea. Venisse etiam illum in propria dicit Ioannes theologus. Propria Ioan.1. illius dicens humanitatem super terram, & omne opinor quod factum. Operatur autem & in nobis patris operationem, non manca potestate: & dominationis gloriam non extraneam habere conspicitur, sed propriam potius. Differēs enim alicubi secum incedentibus, & sequentibus se discipulis, dicit: Messis quidem multa, operarij autem pauci, rogate igitur dominum messis, ut eij- Matth.10. ciat operarios in messem suam. Sed messorum demonstratione, quamuis se patris uoluntati subijciat, mox tamen se Dominū messis declarat, conferens tāquam rem eximiam apostolis, quod docere alios debeant. Illius autem esse aream & sapiens Ioannes affirmauit, dicens: Cuius uentila- Matth.3. brum in manu eius, & purgabit aream. Præterea eos qui illi crediderūt, diuus Paulus tanquam domino ac deo assignat, dicēs uno loco sic: Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum Gal.5. affectionibus & concupiscentijs. Alio uerò loco iterum: Si autem quis spiritum illius non habet, Rom.8. hic nō est eius. Quamuis deo dicat quidam, imò omnis sanctus: Tuus sum ego, saluū me fac, quia iustificationes tuas exquisiui. Nunquid aliquando ij, qui proprie esse intelliguntur patris, illi æ- Psal.118. qualimodo essent & Christi, si non utriusque substantia in unitate coniuncta sit? HER. Non dico, deus enim unus apud nos, & dominus unus, substantialiter autem utrunque in ambos pertinet. CYR. Verus sermo est, nam pater plenus dominatione & gloria quæ inde fluit refertus, ut Deus ut Dominus filius. Esset autem neque Deus pater sine dominio, neque uerè dominus filius, si à uera & naturali deitate amotus esset. Proinde ad indiuulsam societatem quodammodo, quæ utrisque conueniunt, commiscens diuinus Paulus, interim Dei patris, interim Christi euangelium esse dicit. Vis ad uberiorem demonstrationem ex sacris literis, proferantur aliquæ? HER. Maxime. CYR. Dixit igitur Pau- Rom.1. lus seruus Iesu Christi, uocatus apostolus, segregatus in euangelium Dei. Afferens autem quodammodo Dei gloriam ad filium, qui ex illo, & in illo, & cum illo, dicebat iterum. Sed non usi sumus potestate illa, ne quam offensionem de-

Universidad de Deusto
Biblioteca



mus euangelio Christi, amborũ nimirum nomi-
num manifestationem propter identitatem sub-
1.Cor.9. stantiæ in unum constringens. Audacius, inquit,
scripsi uobis ex parte, suggerens uobis propter
gratiam quæ mihi data est à Deo, ut sim minister
Rom.15. Iesu Christi inter gentes ministrans euangelium
dei, ut sit oblatio gẽtiũ accepta, sanctificata in spi
ritu sancto. Igitur unum euangelium Christi &
Dei, & quasi de Deo sermo, hic congruit & filio.
At si quid intercederet & separaret, & inæquales
faceret genitum & genitorem, esset iam nõ idem
de utrisque sermo. Nonne hoc uerum esse dicis
Hermia? HER. Ego plane. CYR. Separa-
turus igitur si quis est, & differre faciet narratio-
nes, ut aliter & aliter habeat, & quod quis recte
habere putauerit de Deo & patre, nõ hoc cogita B
bit conuenire & filio. Igitur unum quomodo es-
set utrorumque euangelium, præcederentq; no-
bis absque uariatione de illis ipsdem sermones, ni
si deus secundum naturam esset filius? & non po
tius seducerent eum qui docetur, uel nũquid ad
ueritatis cognitionem ueniretur? HER. Ve-
rum. CYR. At qui sacramenta Dei, hoc est fi-
dem in illum, his qui nondum discunt ministrat,
quomodo diceretur minister Christi, & Chri-
stum prædicaret Deo gloriam parans, & Dei mi-
nistrum quidem se uocans. Semper enim, dicit
commendantes nos ipsos ut Dei ministri. Alio
quoq; loco iterum de quibusdam: Ministri Chri
1.Cor.11. sti sunt, desipiens loquor, amplius sum ego. Nun
quid igitur est sermo in illis naturali inæqualitate C
separans à Deo & patre filium? HER. Non pos-
sum intelligere. CYR. Absurdum autem & alia
quadam ratione fuerit, quod filius nõ debeat pu
tari Deus secundum scripturam. Nam quum fa-
cræ scripturæ clament, Dei esse ecclesiam, & ite-
rum eandem esse Christi. Dicit enim sic quibus-
1.Cor.10. dam diuinus Paulus: Absque offendiculo sitis
& Iudæis, & gentibus, & ecclesiæ Dei. Se uerò i-
terum commendasse ecclesiam immaculatam, &
2.Cor.11. sine ruga affirmat filium. Præterea quum & De-
us dicat per unum prophetarum, se inhabitatu-
rum in nobis, & deambulaturum. Christus quo-
que inhabitat, & quod olim dictum est, ut Deus
Heb.3. operatur. Nam fidelis quidem erat Moyses in to
ta domo eius ut seruus, secũdum quod scriptum D
est in testimonia eorum quę dicenda sunt, & testi
monia eorum quæ dicta sunt: Christus autem si-
cut filius super domum illius, cuius domus nos
sumus. HER. Quid prohibebat igitur? nonne
omnino nihil, ut sentiretur uerè. Quod quan-
doquidem nobis ex ipsa substantia patris filius
prognatus sit, non alius intelligatur ab ipso esse
quantum ad identitatem naturalem. CYR.
Bene scilicet ô amice, sic enim sentire etiam bea-
to Paulo rectum uidebatur. Nam si Deus, in-
Rom.8. quit, pro nobis, quis contra nos? qui sanè suo fi-
lio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit
illum, quomodo non & cum illo nobis omnia
largietur? Vnde siquidem proprius uerè Dei &
patris est filius, nunquid recederet ad naturalem



A diuersitatem, excogitaretúrque sermo, qui non
possit carpi, diuidens æqualitatem & alienum de-
clarans, quod cuius quod sit proprium, eius pro-
prium intelligatur & dicatur. HER. Non opi-
nor CYR. Cur autem, nónne innumeros ei-
se dicimus ad filiationem uocatos quæ sub Deo
est? HER. Ita est, scriptum est enim: Ego dixi
dij estis, & filij excelsi omnes. CYR. Nunquid
unum fortasis uel duos ex immenso illo nume-
ro audebit quispiã dicere, esse proprios filios dei
ac patris, neque reus erit pœnæ, quæ debentur his
qui ueritatis pulchritudinem obliterare uolunt.
HER. Equidem dixerim, bene enim dicis.
CYR. Si autem uellem interrogare, quare in-
numeri alij uocati sunt dij, proprietas autem pro
prie & uere ad unum uergit, quid ipse diceres?
B HER. Dicerem, quod illi quidem adoptati
sunt ad filiationẽ, superna liberalitate donati hoc
& uocationem istam assecuti. At ille non licet
habeat, sed proprius uerè Dei ac patris, utpote &
cum ipso in naturam quæ supra omnia, separa-
tus. CYR. Proprium autem Deo naturaliter
quod si non Deus, ergo creatura, uel quomodo
dices? HERMI. Etiam hoc nullo modo dubi-
um. Nam diuinitas proprietas Dei est, quemad-
modum scilicet & creatum esse, creaturæ.
CYRIL. Si autem quis opinaretur creaturam
uel creatum esse, proprieratem esse Dei naturali-
ter, diuersam ab hoc sermone uiam incedere, sed
rum opinor. Proprietatem enim creaturæ dicere
C esse dei, nihilne offenderit? sed sic sapere nefas e-
set. Absurditate igitur cognitionum compellen-
te, ut recte sapiamus, proprius sit ergo Dei ac pa-
tris filius, non adoptiuis cõnumeratus, sed ut de-
us ex deo, & quoniam nullam differẽtiam diffi-
ctiuamq; essendi rationem, ut naturaliter exta-
neus sit, fortita sunt, ea quę scilicet ad unum &
ne uariatione colligant genus & speciem. Nam
unus fieret de omni homine sermo, & terminus
substantiæ significatiuus. Igitur deus natura non
est alius ab eo ex quo natus est filius, sed deus ue-
rus. Nam proprius nominatus est Dei natura &
uerè, & differens à multitudine adoptatorum, &
in gloriam unius & uerè filij transiens. HER.
Bene dicis. CYR. Porrò iterum sacra scriptu-
ra nobis dicit, seruandam filio cum patre subli-
tialem diuinitatem. Habet enim sic: Omnes
nim uiri caput Christus est, caput autem mulie-
ris est uir, caput uerò Christi Deus, propter eam
opinor substantiæ, & quod ex ipsa secundum ue-
ritatem ortus sit filius, per hoc significans.
HERMIAS. Quomodo dicis? CYRILL. Pu-
tas omnino examinandum à nobis hunc ser-
monem, quid arduum igitur & difficile habet
dicr? HER. Dicunt hoc maxime eliminare ab
um ab identitate cum Deo & patre. CYR.
Quónam modo hoc poteris dicere? HER.
Facile. Nã si uir, inquit, caput est mulieris, quod
cum ipsa æqualis sit natura & identitate substan-
tiæ, licet ex parte intelligatur melior. Capite
nim in corpore res dignior est, & maioris glo-



riæ. Viri autem caput nominatus est Christus ha-
A bitudine uidelicet naturali, uocante illum ad a-
gnationem cum creaturis, quemadmodum scili-
cet et de uiro & muliere quodammodo dicere-
tur. Deus adhuc et uerus, uel quomodo habere
posset cum deo patre identitatem naturalem qui
cum creaturis connumeratur, licet in ordine in-
telligatur capitis? Ponetur em, inquit, supra con-
ditionem creaturæ, sicut in eminentia gloriæ filii-
us. CYR. Papæ, quanta in omnia absurda facili
tas, quàm gratis nobis, & quàm præceps turpis
ille aduersariorum transit sermo. Manifeste em
creaturam esse, filium ex patre prodeũtem, blas-
phemauit. Sed de hoc considerabimus, cõsidera
tionibus illis opportunum tempus distribuẽtes,
& per ocium mentem ac linguam ad hoc accom B
modantes. At quod maxime admirãtur illud, di-
co quod nihil minus aberrauerũt à rectis cogita-
tionibus quàm olim etiam nũc ij, qui per omnia
indocti. Nam uiri quidem caput dictũ esse Chri-
sti, eo quod naturali habitudine coniunctus est,
minime negabo, utpote optime & recte dictum.
Quoniam autem Christi caput positus est deus,
quid obsistat generosi (diceret qs ipsis) uel quid
prohibet intelligere, quod si quidẽ est filius eius-
dem generis cum creaturis (quando quidem uiri
dictus est caput) audeamus etiam ipsum patrem
deducere inter creaturas? Caput em positus est
filio, quamuis creatus ille & factus secũdum uos
existat. Nam uidetur ijs, quod bene & absque re
prehensione sic sentiant qui delirare uolunt, sed C
opinor blasphemiæ pondus eos imminuturos,
quum ualde impudenter egerint, & in tam eui-
dentibus puerilit er luserint. Age igitur, his repul
sis, uel in montem translatis, uel in fluctus dilie-
ctis, æquius quippiam cõquiramus. Nam caput
quidem mulieris uirum dicimus, quãdoquidem
ex illo prodijt principio, & formata est ad imagi-
nem uiri, qui Deum habet archetypum, sic enim
factus est secundum scripturas. Definimus au-
tem caput uiri esse Christum ut radicem generis
secundam, & primitias humanitatis, redeũtis ad
incorruptionem per sanctificationẽ in spiritu, no
men autem Christo secundus Adam, nõ ob aliã
causam, quàm ob hanc et solã, nempe quod Chri
sti etiam caput, patrem esse sentiamus & creda- D
mus, ut consubstantialem illi coniunctam natura
liter, secũdum quod intelligitur & est deus, quã-
uis prodierit in carne, & factus sit nobis similis,
conterminus autem quodammodo deitati ac hu
manitati Christus, ut in uno utriusque copulam
tenens, & duorum natura distantium ad identita
tis concursum, secundum unionem dispensati-
uam, inaccessam rationi, linguaq; & sermonibus
non explanabilem. Deus enim simul & homo est
Christus, fontem quidem quodammodo & radi
cem subsistentiæ patrem habens, qui in cœlis, cũ
quo sine principio est, ac æternus, nullumq; secũ-
dariam primatum gerens, siquidem necessarium
est caput simul subsistere cum eo cuius caput esse
dicitur, iunctus uerò secundũ carnem etiam huic

A nostræ naturali habitudini. Quando igitur Chri-
sti caput Deus intelligitur & est citra mendaciũ,
quomodo non esset Deus uerus, qui radicem ha
bet deitatis ueram, & substantialiter iunctus ei
qui genuit? Etenim æquale natura quodammo-
do corpori intelligi reliquo caput necessarium.
Si autem oportere opinantur Verbum quod ex
Deo natum, à deitatis excidisse terminis & in
hanc creaturarum peruenisse mensuram, audi-
ant manifeste. Vel facite arborem bonam, & fru-
ctum eius bonum: uel facite arborem putrem, &
fructum eius putrem. HER. Optime dixisti
CYR. Etenim summæ stupiditatis & fatuitatis
manifestum indicium est, ponere quidem plan-
tam optimam esse & generosam, alteriusq; natu-
B ræ ab ipso fructum quodammodo afferre. Etenim
Deus generabit Deum, an non ita habere dicis?
HER. Ego certè dico. CYR. Quomodo em
nõ deus, ac deus uerus is, in quo & solo norit quis
deum esse secundum naturam & uere patrem.
Scribit enim sic credentibus Paulus: Deo gratia,
qui triumphare nos facit in Christo, & qui odo- 1.Cor.2.
rem scientię suę manifestat per nos in omni loco,
quia Christi bonus odor sumus deo. Quãdo igi-
tur in Christo bonus odor dei & patris apparuit,
& in ipso cognoscitur, quomodo igitur coniectã
dum, oportere hoc perfici? Nascuntur quidem in
pratis & hortis suis temporibus mala ac lilia. Igi-
tur amice malo insitus ne erit lilij odor, & lilio ma
lum, suum exuget, eritq; in utrisq; omnino, quod
C alteri extraneum? HER. Nullo modo, utrunq;
enim quod suum edet. CYR. Itaque quomodo
esset Dei ac patris scientiæ uere bonus odor Chri
stus, nisi ex deitate uera natus credatur? Monstra
tum est enim quod suam unumquodq;, quodam
modo olere facit naturam. Deitatis autem quæ
secundum naturam odor, quomodo fieret per
creaturam? & naturam alterius speciei, quomo-
do haberet Deus? Nam sicut non putârit quis, si-
quidem mentem habeat, deitatis fragrantiam es-
se in natura factorum: (Valde enim stulta res es-
set.) Sic non ingenitæ & super omnia deitati, di-
uersi generis & naturę ab illa fructum, quasi in il-
lius ordine adaptârit filium. Prognatus enim est
ineffabiliter ex dei & patris substantia unigenitꝰ
D totam nobis fragrantiam emittens in sesipso natu
ræ eius qui genuit. Ea propter etiã ad ipsum, qua
si in persona sponsæ ecclesia ex gentibus inquit:
Vnigenitum exinanitum nomen tuum. Propter Cant.1.
hoc adolescentulę dilexerũt te, traxerũt te. Per ip
sum & in ipso, odoriferam natiuitatẽ patris acce-
pimus, opulenti facti. HER. Assentior, uideris
enim recte hoc dixisse & considerasse. CYR. Es-
set iterum & alia ratione non obscurum, quod &
deus uerè, & ex deo prodierit filius, licet hunc de
illo consideraumus sermonem. HER. Quo-
modo dicis? CYR. Decebit ne, dic obsecro,
rem ullam posse distribuere ea, quæ diuina, &
sola largitur natura? HERMIAS. Nullo
modo. CYRILLVS. Pax igitur dei donum est,
& cœleste, & solis diuinis ueniens nutibus. Suf-

fragabitur autē sermonibus propheta Esaias clamans, et dicens: Domine deus noster, tuam pacē da nobis, omnia enim dedisti nobis: domine, extra te alium nescimus, nomē tuum nominamus, & ita etiam pacem esse omne bonum, illos opinor dixisse. HER. Est ita. CYR. Supernæ igitur efficaciæ fructus est pax & xenium, & sicut iam dixi, nullius quidem creaturę, sed solius Dei secundum naturā. Solum enim deum dicit posse dare, et præter eum nullum. HER. Verum. CYR. Vide igitur largitorem simul & munerarium, eorū scilicet quæ nobis tribuit Deus et pater, esse Verbum quod ex eo prodijt. Dixit enim alicubi sanctis discipulis: Pacē meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. Proprium autem bonum pacem esse dicit, & rem à Deo datam, & nō aliter. Quin adhæc dicit diuinus Paulus: Gratia uobis et pax à Deo patre nostro, et domino Iesu Christo. Qui autē simul cum Deo et patre suppeditator est ac dator, et pari absq; uarietate, liberalitate simul & magnificētia agit, quo pacto, dic mihi, diuina gloria minor, et non magis æqualis & par erit per omnia ei qui genuit? HER. Recte habet? CYR. Vade igitur & ad illud. HER. Quid nam dicis? CYR. An non uerum esse dicis, quod sanctorū opinionibus assentiri, nobis quidem ueritatē accessam facit, ad illud uerò referet quod Deo placet, et quod per sanctū spiritum de filio prædicitur? HER. Et quid nam hoc est? CYR. Hoc nempe quod deus secundum naturam & uerè filius. Dicit enim sapiens Paulus de Deo & patre: Deus et pater Domini nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in secula, quod non mentiar. Iam honoris & gloriæ æqualem coronam statim et filio imponens, nihil formidans, quandoquidem cognouit deum esse natura et uere, scribit per epistolam de illo, ubi de reiectione Iudæorū declarat. Optabam enim ipse ego, anathema esse à Christo, pro fratribus meis cognatis secūdum carnem, qui scilicet sunt Israelitæ, quorum patres, et ex quibus Christus secundum carnē, qui est super omnes Deus benedictus in secula, Amen. Hunc igitur super omnes deū sub Deo cum omnibus ponemus, quasi non sit uerè Deus, et connumeretur cum his qui per gratiam assumpti sunt. Quamuis qui sortitus est esse super omnes, de magna illa et diuina dignitate loquar, et benedici super omnes, idq; perpetuò ac sine fine, cum signaculo uerbi Amen: nunquid sana mente hoc cogitabunt aduersarij? HER. Minime, habet magis sanam mentem, qui deum uerum & ex Deo uero natum esse confitetur filium, per quem & cum quo Deo & patri gloria cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

Esa.16.

Ioan.14.

1.Cor.12.

Rom.9.

Dialogorum libri tertij finis.

## DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI Alexandrini, cum Hermia dialogorum Liber quartus, quòd filius non sit creatura neq; factura.

CYRILLVS.

NONNE is, qui deum ex deo iuxta ineffabilem natiuitatem prognatum, non ponit in gloria filij naturalis, sed asserit esse factum et formatum, meretur pœnam, quam dei gloriam blasphemantibus intentatam esse dicimus, sacra scriptura sic fulminante: Qui maledixerit Deum suum, peccatum accipiet, nominans autem & nomē domini, moriatur, lapidibus lapidet eum omnis congregatio, siue aduena fuerit, siue indigena eo quòd nominauit ipse nomen domini, moriatur. HER. Minime euasurum opinor, quin se dignum reportet supplicium. CYRILLVS. Optimum igitur fuerit Hermia, non curare aliorum procacitatem, qui probatam mentem nobis auferunt, sed magis fidei canonem rectum & non peruersum, hoc est sermones ab apostolis factos, necalijs quàm illis ipsis applaudere nos decet, ac dicere: Nō uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. HER. Rectissime dixisti. Igitur unigenitum Dei uerbum, minime quidem factum, uel transitum ut conderetur fortitum, adorare norūt: sed dicunt fructum esse substantiæ genitoris coæternum & concurrentem, et filium nominant ac Deum uerum, et uitam æternam. Vnde diuinorum mysteriorū doctor Iohannes: Et scimus, inquit, quod filius dei uenit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus deū uerū, & sumus in uero ipsius Iesu Christo. Hic est uerus deus et uita æterna. CYR. At uir bone licet sit deus uerus filius, nihilominus tamē est creatura & factura, quamuis tam nobilem sortitus sit gloriam. An non hæc assertio etiam dei ac patris iubstantiæ præiudicat, nullo impediēte? HER. Quo modo? CYR. Nónne deus quidem uerus nondum natus est & ipse, uiuificatq; omnia, uita secundū naturam existens. Viuimus enim in ipso, & mouemur, & sumus, quemadmodum & sapiens dixit sermo? HER. Verum. CYR. Pertingat ergo ad illum quoq; rudis ac blasphemus sermo, et uocetur factus. Nihil enim est quod prohibeat uel impediat, quum uera deitas semel patiatur liū esse inter creaturas, et nescio quomodo emoueri ab æterna uita, ut sit uita et alijs creaturis promiscuè autem quasi ex necessitate, & in tempore dimensam accepisse existentiam. Nam quod factum est, non est absq; principio, neq; omni tempore antiquius. HER. Amice, quàm grauis res est, & pietatis accusatio uere uix euitabilis? CYR. Itaq; bene uitari potest. Nam permittit quidem his qui uolūt, facile abire, & pernicioſum & damnosum sermonem aduersariorum repellendo, arbuunt pie uictoriam sanctorum uocibus. Nisi quam enim factorem unigeniti, sed patrem potius ut genitorem, illęq celebrarunt, quem & munti posuerunt lucem, eius propriam non ignorantes



rantes, naturam Christi inquam. Nam alicubi ad illos dixit: Vos estis lux mundi, insuper & mysteriorum doctores, ostendens illos, minime errantes & ueraces. Euntes, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Vbi autem pater, ibi uere & natiuitas, insuper & filius, non aliunde inuectam habens filiationis dignitatem, sed substantialem & ex patre. Qualem haberet locum cauillum illud de creato filio? HER. Nullum quemadmodum ego opinor. CYR. Nónne quidam omnino rectæ doctrinæ studiosi, in tam sinistras peruenerant opiniones, quod oporteat nos putare fieri Dei & patris generationem, hoc est natiuitatis, quàm ut imperiti erubescamus, ita ut patiatur aliquid inuoluntarium in seipso, & corporum necessitatibus adiectis laboret. Diuulgant eum quidam imperiti, & tribuunt ei defectiones & celebrant fluxuram, qui & se in perditionis profundum injciunt, & ineffabilem, summiq; spiritus Dei naturam, si tale quid suspicati sunt, dum dicitur generare. Etiam forte tale quiddam patiſuspicati sunt, omnino ignorantes quidnam secūdum naturam incorporeum, & quid corpus & quæ sint corporum. Nam omnino incorporeum, partitionis, defluxus et decisionis non est capax, sed hæc conueniunt palpabili & crassæ naturæ, quæ talibus obnoxię deprehenduntur. Igitur si dicatur de Deo, quod genuit, abjiciatur quidē suspicio omnis passionis, & præualeat ratio, quę diuinæ naturæ congruentia adaptat. Gignitur enim non sicut nos, sed sicut ipsa nouit & nata est. Vnde diuersa sentientium considerationes, nugæ sunt, & anilia deliramenta. Simulant enim se timere, ne diuina natura quid tale patiatur, & ipsam interim clarissimis honoribus priuant. Nam genitorem potius quàm factorem unigeniti conueniens sapiens suadet. Sic enim nobilior apparet, & tribuitur ei iusto calculo eminentissima gloria. Quandoquidem incomparabiliter etiam sublimius apud nos, quod à nobis genitum est, quàm quod à nobis factum. At si factor quidem erit deus, & gloriā obtinebit quod possit condere. Nō sit autē genitor, horruerim equidem blasphemiam illam absurdam dicere, nihilominus dicam, quamuis nō ualde uoluntarius. Quod gignere, quod est manifestę, clarius quàm aliquid arte fieri, licet artifex sit optimus, sequatur & minus sit. HER. Bene dicis. CYR. Itaque filius nobis ô Hermia, & non factura, ex Deo, factus secundum naturam & substantialiter, ac secundum ueritatem proles, non sapientiæ adinuentio, & arcanus fructus, hoc enim esse dicimus omnem creaturam. HER. Sic habet. CYR. Propterea sapiens Ioānes minime nobis mendacium dixisse asseritur, dicens manifeste: Multa quidem & alia signa fecit Iesus coram discipulis suis, quæ non sunt scripta in libro isto. Hæc autem scripta sunt, ut credatis quod Iesus est Christus filiꝰ Dei. Porro credentem summis & aureis præmijs or-

Matth.5.

Marc.ult.

Ioan.20.

nat. Scribit enim iterum: Quis est qui uicit mundum, nisi qui credit quod Iesus est filius Dei? Præterea amice, ipse filius non parum admiratus est dilectionem Dei & patris erga nos. Sic enim, inquit, Deus dilexit mundum, ut & filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in illum nō pereat, sed habeat uitam æternam. Quamuis autem aliquando coronidem quandam, & superstructuram suarum nobis conscriptionum fecit, oportere credere quod incarnatum dei Verbum sit Dei filius. Siquidem non esset filius, quomodo uincet totum mundum is, qui opinionem nō habet, quod sit factura & conditus, dignissimāq; retributionem tam recte cognitorum iuniorem et uictoriam mundi? Nam siquidem esset non periculosum dicere, quod deus peruersa sentientes colat, & obseruet, & diuinis donis coronet: dixerim ego, et merito omni honore uenerādos & maximi faciendos, minime filium, sed creaturam factum esse stulte sapientes, etiamsi generari dicatur & filius, nominatusq; sit patre & spiritu sancto. At si loqui fas non est, cogitareq; impium, uerum omnino erit contrarium. Coronat enim solos ueritatis amatores, et propter hoc credentes tanquam in filium uere, non in opus artificij. Nam hoc quidem grauis morbus esset, & summa stupiditas. Hac enim ratione diuinus nobis sermo dixit beatum Petrum eximium inter sanctos apostolos. Nam ubi interrogauit Saluator circa fines Cæsareę, quæ uocatur Philippi: Quem dicunt homines esse filium hominis? & quis rumor de illo per Indæorum peruagetur regionem, hoc est, finitimas ludææ ciuitates? pueriliibus & indecoris popularium opinionibus relictis, ualde sapienter & scienter clamabat, dices: Tu es Christus filius Dei uiui. Tam ueræ de illo sententiæ remunerationem, non multo post reportauit Christo dicente: Beatus es Simon Barlona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus cœlestis. Et ego dico tibi, quod tu es Petrus, et super hanc petram ędificabo ecclesiam meam, & portę inferorum uon præualebunt cōtra illam. Petram opinor per agnominationem, aliud nihil, quàm inconcussam et firmissimam discipuli fidem uocauit, in qua ecclesia Christi ita fundata & firmata esset, ut non laberetur, & esset inexpugnabilis inferorum portis imperpetuum manens. Petri autem fides sic in filium non incōsiderate fiebat, & tumultuarie, nec ex humanis mentibus scaturiebat, sed ex ineffabili eruditione superna, Deo ac patre manifeste suum filium indicante, & immittente in animas synceras, certam de illo manifestationem. Minime enim mentietur Christus, dicens: Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus cœlestis. Iam si beatus Petrus tam nobiles honores assecutus est, filium Dei uiuentis illū confessus, quomodo nō ter miseri & abiecti, qui id etiā quod Deo ac patri bene habere, & uerum esse uidetur, ranta temeritate contumelia afficiunt, quiq; substantiæ illius fructum ad facturam detrahunt, & uitæ germen coę

1.Ioan.5.

Fidei meritū.

Matth.16.

Super quā petram fundata ecclesi.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



ternum inter eos, qui aliunde datam uitam habent insipientissime connumerant? An non uaIde crassi tales sunt? HER. Vtique omnibus modis. CYR. Quoniam autem tam humilem & abiectam de filio habent opinionem, & ipsum magnũ & felix hoc de dei ac patris charitate subuertunt miraculum, deprehenduntur quoq; impudens os contra deitatis dignitates extollere.

HER. Dicas, quomodo? nondum enim assequor. CYR. Et ualde alacriter. Nihil enim arduum. Dedit ne pro mundi uita suum filium? HER. Etiam CYR. Melius autem certè genitum, eo quod per artem constat, unicuique uidebitur. Nam illud quidem est fructus ex nobis, & gignentis subsistentiæ. Hoc autem optimi consilij adinuentio & sapientię opus, nõ germen substantiæ HER. Quid igitur hoc? CYR. Nónne ut minorem quidem admiraretur dilectionẽ Dei ac patris, audiens expositum ad redemptionem totius creaturæ filium, qui est pars creaturę, siquidem esset factus, abundantius autem admiraretur quis nec iniuria, si cognosceret in precium uitæ mundi filium fuisse datum, et nõ pepercisse patrem fructui suo, quem carnẽ fieri & mori uoluit, suam ut melius sit durationem mundo sitiente. HER. Intelligo & ego, ut opinor, & nemo indignetur, si pia audacia repetam sermonem hunc, quod Christus non esset condignum precium totius creaturæ redimendæ, neque sufficeret ad bene redimendam uitam mundi, etiã si suam deponeret animam, ut precium pro nobis, & preciosum quoque sanguinẽ, nisi uere esset filius, & tanquam ex Deo Deus, creaturaq; & creaturæ pars. CYR. Bene dicis. Addiderim autem quod & saluata sit creatura, quum nihil omnino acceperit à Deo, & superna cooperatione non indiguerit. Quomodo enim uel unde ipsa? siquidem per seipsam et ex seipsa redemptionem haberet, ac ut bene sit durationẽ: saluasset enim ut ipsi dicunt, omnem creaturam creaturæ pars existens filius. Itaque quare nos gratiarum actiuos psalmos Deo referimus? Cur autem non ipso ut superuacuo pręterito, glorificamus creaturam? At magis accedimus obsecrantes & dicentes de omniũ domino Deo: Benedic anima mea dominum, & ne obliuiscaris omnes laudes eius. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit à corruptione uitam tuam. At qui dum illud facimus, sine dubio mente optima destitueremur, & in deum impingeremus. Cæterum dum in illum referimus, quæ & huic cõueniunt glorificationes, sapientes & ueri erimus adoratores. Quomodo igitur si est factura, qui unus & pro omnibus dignum preciũ, ut deus ex deo, et filius uere? An nõ sic res habet? HER. Quomodo non? CYR. Age, si placet, etiam hoc adiiciamus & dicamus, quod nomina quæ ad aliquid se habent, & relatiua sunt, ipsa per utraque significantur, et utraque mutuam inter se noticiam simul pariunt. Vnde si quis didicerit quid sit dextra, omnino facile etiã didicerit quid sit sinistra. Insuper & hoc è diuerso uerum unusquisque restabitur. Igitur nomen relatiuum uel ad aliquid est pater, æqualiter autem sicut illud est et filius: quorsum igitur & ad quod respicientem hæc facient relationem & mutuam habitudinem, cuius cõgruam rationem minime relinquent? et cui hoc obscurũ? Nam sicut pater cum filio, ita etiam et filius cum patre intelligitur et dicitur. HER. Iam quid peruersi illi, & dolose mente didicerũt nominantes quidem nobis patrem Deũ, contendentes autem facturam esse filium. An non stultum & incongruum ualde decere coordinatũ esse quod factum est cum patre, & patrem cum eo quod factum, idq; iuxta rationem ad aliquid? CYR. Itaque ualde incongruum est, ut ne & ipsum patrem dicamus esse factum, sortitum naturalem habitudinem relatiuam cum facturis, quantum ad rationes attinet. Itaq; me audiant et illi clamantem Christum: Neque me nostis, neque patrem meum: si me cognouissetis, et patrem meum nouissetis. Interrogantibus autem stupiditatis causam, respondit, dicens: Quia negat patrem et filium: et qui filium negat, neq; patrem habet. Et ualde meritò ac uere. Nã si non est pater quod natura genuit, neque filium subsistere dederit quis. Nam filius quia genitus, & si non est filius existens genitus, neque pater esset iuxta rationem congruam, pater quidem quia genuit. Igitur & simul subsistere & simul tolli per ambo utrunque uerum, & uno subsistente subsistat omnino, & quod ideò dicitur, & est quod est. Quid autem sentire uelint, si interrogarentur Christo dicente ad inobedientem Iudæorum populum: Ego ueni in nomine patris mei, et non suscipitis me, quum patrem quidem nullo modo se nominarit se Christus, sed filium, & ex patre. Quomodo ergo, inquit, quod ad nos missus sit postea in nomine patris? Num scilicet hoc in nomine, intelligendum in gloria et celebritate patris, quandoquidem diuina scriptura interdum nomen uocat celebrem gloriam, & insignem nobilitatem, quemadmodum scilicet in libro Prouerbiorum traditur: Eligibilius nomen bonum, quàm diuitiæ multę. Nunquid sermo Saluatoris qui dixit manifestè, quod uenerit ad nos in nomine patris, cessauit esse sapiens et uerus? HER. Sanum est dicere, quod ueritas non aberret à ueritate. CYR. Itaque si uerus est sermo, ne inducendus erit Deus & pater in creaturas, ne putetur plus gloriæ dare filio, uel certè filius subuehendus in deitatis dignitatem et filiationis naturam, quæ substantialiter intelligatur. Minime enim & nullo modo Deo ac patre minor fuerit, si sic habere uideatur. Suffragabitur & sapiens Ioannes nobis, dicens: Qui supernè uenit, super omnes est. Porrò quod uerbum superne commendet nobis excellam & summam naturã, docebit Saluatoris discipulus, dicens: Omnis donatio bona, et omne donum perfectũ superne est, descendens à patre luminũ. Itaque filius deriuatur à patre nobis sicut à fonte, et à summa radice prognatus, fulgorem. Sed hoc: Super omnes, ostendit nobis fulgorem unde natus sit, esse quem admodũ scilicet pater. Porrò super omnes in hoc maxime dicimus non secundum gloriam solam, neque quod habeat creationem eminentissimæ nobilitatis, sed transcẽdit super omnem substantiam, & simul cum patre qui genuit uniuersa excedit. Iam si super omnes est, quomodo inter omnia intelligeretur? Nam si creatura quidem est, uere cum aliis creaturis numerabitur, quomodo igitur alius ab omnibus & super omnes est, nisi naturaliter non sit numerandus inter omnia? Aut localibus ne sublimitatibus, incorpoream filij naturam uenerati, non frustra celebrabimus? HER. Quomodo dicis? CYR. Vis ut super nè dicamus quasi ex loco, contrarium intelligatur cum eo quod est infernè & infra, & ex mensurabili interuallo? HER. Iam quid faceremus filium, siquidem esset in tali loco. nam hoc proprie est corporum? CYR. Itaque optime dicimus, quod supernè intelligendum sit à patre, unde & à solo patre innotescit, & solus notum facit suum patrem, & Deum. Inuisibilis enim res quædam est, nullicq; rei cognita unquam uere ipsa secundũ seipsam summa natura. Nam quod subsistat & sit deus, credimus. Quid autem secundum naturam sit, scrutari absurdum est. Quin & incomprehensibile, Dei enim natura super omnem mentem est. Iam quomodo siquidem est conditus & factus ipse, & solo scit patrem, solus quoque à solo noscatur patre, cum scire quidem naturam dei omnino omni creaturæ incomprehensibileq; est? Edissere autem, quid hoc quod productum aliquando est & factum, non transilit omnem mentem, etiam si longe semotum sit à nostra mente? Itaque si solus ipse nouit patrem, & iterum à solo patre innotescit, meritò effugit, ne accusetur, & sentiatur esse factus. Nã summa & ineffabilis natura sola nouit seipsam, & res est omnino inaccessa creaturis. HER. Itaq; inaccessus est Deus, quoniam ultra omnem mentem est. CYR. Quomodo autem omnino diceretur à nobis filius creatus esse, quum & sapientissimus Paulus clamet: Dico autem quãto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, Dominus omnium existens, sed sub curatoribus est, & dispẽsatoribus, usque ad præfinitum tempus patris. Ira & nos quando eramus paruuli sub elementis mundi, eramus in seruitutem adacti. Quando autem uenit plenitudo temporis, emisit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erãt redimeret, ut adoptionem filiorum accipiamus. Igitur adhuc quidem ruditate infirmi, & antiquę pueritiæ criminibus obnoxij, mundi elementis addicti ac subditi creaturæ seruiemus, quum soli uerò & naturali Deo cultum offerre oporteat? At ubi nobis filius effulsit, tunc meliores & præstantiores puerorum mente declarati sumus, per quem iam usque ad ueritatis lumen, liberati quodã modo, sicut ego opinor, & comprobabis etiam ipse scio, ne mundanis elementis subditi simus.



Hoc enim nobis sacer ille sermo demonstrauit, quem sapientem & uerum esse dicent omnes, quibus ueritas curę. Loquitur enim de Christo sacramenta. HER. Dicerent. CYR. Nunquid ô Hermia sic oñe quod dicimus factoris nutu producta inter elemẽta mundi numerandum, uel etiam ut pars mundi cum uniuerso ordinabitur?

HER. Etiam CYR. Liberati autem sumus, adq; perfectionem mentis & cordis adducti, adulterinum & uile censentes, uelle subiacere elementis mundi. HER. Sic dico CYR. Nónne hi qui suscipere fidem in filium ut uere filium, uel quomodo? HER. Sic. CYR. Itaque non factus sit unigenitus, ut ne uideatur quidem ipse cum alijs elementis, & ne sit inter creaturas, & ne nos simus paruuli & gloriatione adhuc in perfectione mẽtis priuati, friuolisque cogitationibus dementati. Proinde siquidem uere spem firmam & cognitionem adepti sumus, nempe illam, quæ in filium. Quid enim omnino prodesset nobis ugenitus, quamuis propter nos factus homo, si non liberati essemus ne seruiremus creaturæ? Dic autem obsecro, uenientes ad fidem in illum, tanquam filium, nunquid aberrauimus? HER. Videretur, siquidem esset factus. CYR. Quid autem? nónne doctrina per Moysen melior esset ea quam Christus dedit, siquidem fides esset in aliquam creaturam. Dicerem autem, quod sancti postponentes euangelicis oraculis uetus manda tum, uane loquerentur. Nam lex nihil quodam- Rom.1.
modo consummauit. Et iustus nobis ex fide ui- Rom.8.
uet. Quamuis perderet quidem fidesin filium habita, profuisset autem antiquis lex, si peruersorum sermones receperimus. HER. Dic quomodo? CYR. Impigre certè & alacriter, puta autem, me hæc uoluisse dicere. HER. Quæ nam dicis? CYR. Lex respondit antiquis persapientissimum Mosen: Audi Israel: Dominus de- Deut.5 et 4.
us noster dominus unus est, & præterea non facies tibi idolum, neque similitudinem omnium, quæ in cœlo supra, & quæ in terra deorsum. Et adhuc ad meliora deducens, & abducens ad hus mundi elementis, inquit: Attende tibiipsi ne respiciens in cœlum, & uidens solem ac lunam, & stellas, & omnem ornatum cœli seductus adores ea. Igitur ad unum naturalem & uerum Deum lex uocabat, ab omni periculoso, & deteriore abducẽs. testabatur enim nullo modo adorandam creaturam ultra creatorem, & ut securiores in hoc uocatos faceret & fundaret, pœnam intentauit uolenti negligere sui sanguinis iacturam. Et illa quidem lex. Age dicamus, quomodo hæc apud nos præterierint. Præterijt quidem lex qua si in umbris & figuris prędicata, effulsit autem ueritatis lumen, quoniam fidem in filium suscepimus, quamuis, ut illi dicunt, factum existentem, & formatum. Nónne quidem nos ter miseri, qui meliorem partem sortiti uidemur. Qui iuxta legem, Deum unum & naturalem colere edocti, & quod multo amplius est, qui nõdum ueritatis lumen assecuti erant, uerum & naturalem Deum cognoue-

Universidad de Deusto
Biblioteca



cognouerũt. Nos autem ampliorem nactos nos exiſtimantes ſcientiam, quàm ij qui ante nos fuerunt, & illis non conceſſam, aberrauimus & diuina luce magis exęcati quàm illuſtrati miſere agimus? HER. Quàm aſper ſermo. CYR. Si autem & illud didiceris, admiraberis opinor multo magis. HER. Quid nam? CYR. Pædagogus nobis lex fuit ad Chriſtum. Audi eñ beatum Paulum, qui ſic ſcripſit. HER. Audiui. CYR. Examinandum itaq; in quantum et quomodo pędagogus noſter ad Chriſtum deducens lex fuerit, hoc eſt ad ſermonem et ſcientiam de Chriſto. Nũ quid ad meliorem & pręſtantiorem ea quę in illa & adhuc figurata in figuris, uel ad uiliorem & humiliorem? HER. Ad meliorem & clariorem. CYR. Bene amice, & ſic ſe habere cõprobabunt opinor omnes ſapientes, & recta mente prędĭti. Itaq; ſi lex pædagogus noſter, quamuis unum & naturalem prædicet deum, deducit nos ad ſacramentum quod eſt in Chriſto, non tanquam ad uiliorem cognitionem. Erit igitur filius non factus, ut ne lex nos offendere uideatur. Necq; quaſi ponens excellentiorem eam quæ eſt erga facturam cognitionem, quàm ſit illa quę erga deum, laqueus & rete diabolicũ inueniatur, quamuis per angelos pronũciata & data nobis in ſubſidium. Dicit enim quidam ſanctorum: Legem in auxilium dedit. Et quum plenitudo legis & prophetarum ſit Chriſtꝰ, quomodo poſſet eſſe uenerabilis diuinæ ſcripturæ ſermo? Deſineret enim in errorem, quaſi totius ſcientiæ complementum, quod concludat nos, ut adoremus factam & conditam naturam. HER. Rectiſſime dixiſti. Veruntamen opinor aduerſariũ tale quippiam dicturũ quod primogeniti nomen quiddam ſignificare uelit. CYR. Præſtare inter fratres quendam & antiquiorem præ aliis exiſtentiam per natiuitatem ſortitum. Iam quomodo nominatus eſt, aiunt, primogenitus omnis naturæ filius, ſi non fraternã quodammodo habeat naturam, utpote eiuſdẽ generis & naturæ: Itaq; friuolum, ut uidetur, & omnino inutile, manifeſtatur poſthac nomen filius, & demẽtia erit natiuitas, & fruſtra prædicatio ac ſermo patris de illo nobis uenit. HER. Minime, inquit, pater enim uocatus eſt filij abuſiue. Etem Eſa.1. & de filijs Iſrael dicit, Filios genui, & exaltaui. CYR. Nunquig igitur unigenitus erit nobiſcũ in filiorum adoptionem aſcriptus, & ſolo nutu erit natiuitas, ueritas autem de ipſo habebit quod factus ſit? HER. Sic dicunt, quamuis cur relicto ſtudio indagandæ ueritatis, tanquam inutili, tantum non propheticum illud dicunt: Poſuimus Eſa.28. mendacium ſpem noſtram, & mẽdacio protegemur. Dictus eſt enim primogenitus aliquãdo, & inter quoſdam factum uerbum. Diſcendum autem opinor, & præ aliis ſic cor dirigendum erat ad ſententiarum rectitudinẽ ſacramento conuenientiſſimam. Tempora enim nobis & perſonarum uarietates demonſtrauerint facillime minime errantem & corruptum, rectaq; uia uenientẽ ſacrarum ſcripturarum ſermonem. Vel ſiquidem non eſt uerum quod dico, temporaq; & articuli temporum non ſunt examinandi, nulla loquutio erit quam dei Verbum adhuc ſine carne reſpuat, etiã ſi abſq; iudicio de illo fuerit loquutus: nec erunt culpandæ blaſphemiæ, etiam ſi quis putauit mortuum fuiſſe ſecundum ueritatem, quamuis ſit uita ſecundum naturam uerbum ex patre, ſed arguet plauſus noſtros, & mendacij laudes: frino le autem locutus fuerit, qui dixerit mortuũ ipſum fuiſſe carne. Omnia enim in ipſo facta fuiſſe abiuituperio. CYR. Nónne autem & in altam abſurditatem deduceret eos ſermo, uel ſi parum ſit? CYR. Tenuus ille ſit. HER. In quam dicis? CYR. Trabutum colligebant quidam ſecundum legẽ, quã Moſe dederat, & didrachmi collationẽ conflictabant pro duobus capitibus exigẽtes unum. Vbi autem acceſſerunt ad Petrum, interrogandi cauſebant, num & ipſe Chriſtus cũ aliis tributũ daret, uel neget? Acceſsit quidem ſtatim diuinus diſcipulus, rogãs ut doceatur quidnam ipſos uelit dicere. Præueniens autẽ Ieſus cœpit dicere: Reges terræ à quibus accipiunt tributum uel cenſum, à filijs ſuis, uel ab alienis? Petro uerò dicente, ab alienis, adijciens hæc, inquit: Igitur liberi ſunt filij. Ne autem offendamus eos, uadens ad mare, mitte hamum, & primum piſcem accidentem tolle, & aperto ore eius inuenies ſtatẽrem, acceptum illum pro me & te eis dato. Itaq; ſentis, quod priæ naturæ libertatem uindicat. Hæc autem liper creaturam eſt. Seruile enim factum eſt, quicquid productum ex nihilo. Ita & diuinus nobis clamauit Dauid ad dominum uniuerſorum deus: Quia omnia ſeruiunt tibi. Itaq; filius minime eſt in noſtris conditionibus ſeruilibus, & ſub iugum mittentibus, ſed in diuina natura, & quæ omnes creaturas tranſcendit. HER. Verum CYR. Igitur ô Hermia, nũquid tam uenerabili dignitate ſplendidum ſeruitutis iugo ſubmittemus, dicentes in ſerui formã uenille dicatur? Et quomodo hoc, non fuerit craſſum ſentire? Nam ſi fuiſſet in ſerui forma, dixerim quod ante ſerui formam fuiſſet in libera & ſoluta natura. Non autem ſic omnino in libera & ſoluta natura. Non autem ſic aliquid quod erat. Quod autem in quibus erat, præeſſet, tranſitum ad aliud quiddã meriti facere. Igitur uenit nobis non ex miniſtris ad miniſtrum, ſed ex libera natura filius ad ſerui formam. At ſiquidem nihil eſt, quod impediat, ſi nihil uel temporis, uel perſonarum indago utilitatis in se habet, & ſi poſtea nudus eſt, & ſine carne: ſilicet quidẽ minime, ſed ſeruus uocetur, & inter creaturas numeretur. HER. Et quomodo hæc non ſint oñi abſurditate referta. CYR. Igitur audiant aduerſarij, qui non permittunt ut tempora & perſonæ exquirantur. Quò feriminí? quid facitis, uos qui ab omni malo ſpiritu agitati & captiui? Quid confunditis tempus & perſonam, quæ incongrua ſunt, & parcitis rationibus per quas manifeſta, & diſtinctior eorum quę de filio dicuntur, conſideratio? Nondum enim in carne factus Deus erat Verbum genitum ex patre. Illic conſidera diuinam dignitatem adhuc incommixtam, ſyncerã, & inconfuſam gloriam, abſolutam libertatem, æqualem cum patre potentiam. Nam ea quę non erant, producta ſunt, ut eſſent communi cõfilio & opere, & ſimilitudo non quælibet ſcripta eſt per Moyſen. Induxit enim nobis dicentẽ deum. Manifeſtum autem, quod ad Verbum quod ex ipſo, & in ipſo ſubſiſtit: Faciamus hominem ſecundum imaginem noſtram, & ſecundum ſimilitudinem. Nam uerbum, Faciamus, non uni cõuenit, ſed potius aliquibus ſuper unum & duos. Quoniam autem miſericordia & dilectione erga nos, exinſita & diuina mãſuetudine quaſi motus in figura dei & patris exiſtens, non rapinam arbitratus eſt æqualem ſe eſſe deo, ſed ſeipſum exinaniuit, forma ſerui aſſumpta, & habitu inuentus ut homo, humiliauit ſeipſum. Quis nobis ſermo perſuadebit, qui de ipſo recta ſapere cum diſcreti one ſolemus, ut illo propter nos, & ſuper nos demittente ad humiliationẽ ſuam excellentiam, inanitionis menſuras increpare & paruifacere audeamus. Tunc enim & primogenitus unigenitus, habitusq; eſt inter multos fratres, qui unus & ſolus tanquã filius ex patre. Deſcendit enim ad humiliationem, & apparuit nobis ſimilis, non ut aliquid pateretur quod offendere poſſit, ut abijciat quod ſit deus, & uere filius: ſed ut hoc quod natura eſt ſeruile et factum, hoc eſt nos, in gloriã quæ ſibi & ſoli proprie ineſt, deduceret, filios dei effici ens. Quando igitur connumeratus eſt nobis, ut propter hoc uocet primogenitus, nos ipſum nõ eniemus ad hoc q̃d præter naturã eſt. Ipſe aũt nos potius prouehet ad dignitatem ſupra naturã. Etenim diuinam & ineffabilem naturã coactam dicere, uel à creatura uinci, quomodo nõ omnino ſtupidi eſſet aſſerere? Igitur factus nobis, non nobis ſimilis erit, abſit hoc ſic fieri, ut quod propriũ ipſi abijciat, ſed nos propter illũ ſuper nos ipſos, gratia eius qui nos honorat, naturæ propriæ menſuram tranſilimus, & ad ſummum, & ad id quod tranſcendit recurrimus. HER. Quomodo diuocati ſimus? CYR. Non ne geniti à ſpiritu, & filij dei xiſti? HER. Etiam. CYR. Propterea & connumeramur. Etenim & aſciſcimur, ut ſuper terram nullum uocemus patrem, & noſtra deo tanquam patri tribuamus propter primogenitum inter nos factum, & non alterius cuiuſdam gratia, quàm ut & nos propter illum filij. Hic enim ſcopus ad diſpenſationẽ cum carne attinet. Etenim ubi iam ſapiens illud Chriſti ſacramentum, ſi ſtam offendit naturam, nihilq; nobis proderit? Deſcendit enim in hoc, ut eſſet primogenitus, & cum multis numeraretur. Quamuis quod alius ſit, & melior ſecũdum naturam ab illis cum quibus connumeratur, ſecũdum quod illa uidetur, minime habet. HER. Sed dicunt ut non mediocriter excellat gloriosus, & incomparabili ter emineat, his quæ coordinata ſunt, primogenitus omnis creaturæ uocatur. CYR. Et ubi eſſet incomparabilis illa gloria, uel ubi excellentię ma



gnitudo? eſſet enim in æqualibus rationibus nobiſcum ſecundum quod ſcilicet prædicatur de ipſo, & aliis omnibus, conditum eſſe oportere. Porrò ſermo noſter curioſius nunc quærit non quid excellat, uel minutius ſit in honore & gloria, ſed quid ſit productum ut eſſe cœperit, & quid illo ſuperius, & num natura ſeparetur ab aliis unigenitus, qua ſequatur illum, quicquid aliud conditum eſſe creditur. Etenim num ſi quis uelit dicere quid nam ſit ſol ſecundum naturam, et diceret, quid equus? utrum facti ſint, & ex nihilo, uel certe aliud quiddam à creatura, quid ipſe diceres? HER. Dicerem, quod facta. CYR. Si autem ulterius inquireret ac percontaretur, dicẽs: Quid autem in altero duorum priorem ordinem in gloria habebit? Nunquid nobis & rilum conciaret euidentiſsimam apponens quæſtionem, quæ & uolentibus reſpondere in promptu ſit? HER. Etiam. CYR. Nugamentum opinor res eſt, equus enim cum gloria ſolis quomodo certabit? Nam melioris uticq; conditionis eſt, et multum diſtantis: at ſi amborum ſubſtantię ratio trutinetur, & quis conſideraverit quid utrunque horum ſit, non alia ratione habebunt inter ſe, quàm ea quæ facta ſunt, quamuis in gloria tantum ſol diſtet. Igitur quando examinãt ſermo, qui de filio, & quid ſecundum naturam ſit uidendum eſt, frigida uere & ſimulata gloriatio, quod putandũ ſit ipſum præſtare in gloria, & aliis eſſe præpoſitum, ſi cum creatura locetur, & intelligatur nobiſcum ut factus. Quidam enim externis eminentiis eum ornant, perſtringentes quidem, & corrumpentes quæ maxime digna. Simulant autem ſe honeſtare & ornare gloriolarum & celebritatum ſplendore, fœdam qua ipſum aſpergunt, blaſphemiam. Quod enim omnino locatur cum creatura, ſubſtantialiter, et eſt inter facta: neque ſecundum naturam eſſet deus, neque etiam filius & Dominus uere, ſed ut eximius inter miniſtros & ſubditos, nuda & ſola gloria excellens. HER. Bene dicis. CYR. Tempus eſt, ut & illud, obſecro, admiremur. HER. Quódnam? CYR. Dum enim prætereunt, ne uideãt & ſentiãt quidnam ſit unigenitus, ſemper inſipienter dicunt, nomen primogenitus ſimplicioribus obijcientes, quamuis quomodo mẽdax fuerit, ſiquidem quis uellet ad hoc dicere: ſi nomen primogenitus conſcribescum creatura filium, ut in multis fratribus, & propter hoc primogenitum non eſſe connaturalem, & ſimul locandum unigenitum declarat. Nam quaſi non eſſet, alius ab illo ſecundum naturam eſſet unigenitus, ſed neq; ſi unigenitus propter hoc eſſet primogenitus. Vide fortaſsis, quod neq; ſubſiſtere omnino putandum unigenitum. Opponuntur enim inter ſe primogenitus & unigenitus, et quaſi inter ſe colliduntur, uariam ſignificationum uim habentia. Quomodo enim alterum ab uno contra idem ordinaretur, & uerũ intelligeretur? HER. Non aliter poſſet, ſicut ego opinor, niſi diſpenſatio cum carne ſimul admitteretur. CYR. Scias etiam, quod non aliud quid-

Universidad de Deusto
Biblioteca



dam uisam fuerit sanctis Theologis, qui hunc no A
bis de his sermonē tradiderunt & manifestarunt.
Diuinus enim Ioannes & unigenitum, & Deum
nominauit, Verbum ex deo. Insuper testimoni-
um perhibuit ut deo, quod nō habeat initium in
Hebr.1. tempore. Paulus uerò is, qui & Christo plenus,
ac spiritu sancto repletus, doctorumq; optimus.
Quādo autem inquit, introducit primogenitum
in orbem terrarum, dicit: Et adorent eum omnes
angeli Dei. Tribuit nimirum congruum tempus
primogenito, nempe tempus cum carne. Sic e-
nim in mundum inductus est, quum olim & sem-
per in ipso extiterit, & ab ipso non cognoscere-
tur, monstratus est autem sic mediator tandē Dei
& hominum, habens proprium & eximiū quod
sit unigenitus. Deus enim erat ex Deo, solus ex
solo, & ineffabiliter natus. Postquam autem fa- B
ctus est nobis similis, tunc & quasi cum fratribus
coordinatur, per hoc quod uocatur primogeni-
tus. Vbi enim exinanitio, nisi in eo quod factus
est primogenitus ex unigenito, & inter creatu-
ras nobiscum ut homo, is qui super omnem crea-
turā? quomodo item pauper factus est diues exi-
stens, nisi accepisse uideatur quod alienum, per
quod & pauper factus est? Nunquid autem in
sola exinanitione, & in tempore humiliationis
quod factum est, coordinari cum creaturis con-
gruit? minime, dum non exinanitur factum, sed
situm est super creaturam, & transit ultra gloriam
eorum quæ facta sunt. HERMIAS. Congrue-
rit. CYRILLVS. Quamuis primogenitus in
eo quod propter nos uoluit pati, celebrem pau-
pertatem aduenit. Simul enim pauper fuit nobi-
scum diues existens, congruum fuerit & uerum
opinor, debere intelligi quod sit unigenitus, etiā
si non sit pauper. Omnino enim nihil in nomini-
bus de hoc mentiendū, est autem in eodem et uni
genitus & primogenitus, sicut filius uere & non
factura. HER. Sed positum est, aiunt, nomen
filij propter manifestas facturas. Ego enim di-
xi dij estis, & filij excelsi omnes. CYR. Iam
dic quid uerum & naturalem deum, & filium ex
ipsa substantia dei ac patris natum, offenderet in
gloria, uel etiā in ipso uerbo, quod quodammo-
do esse intelligitur, si & nos ipsi quamuis natura
terreni uocemur secundum adoptionem filij, &
dijrimò quomodo non mediocriter proderit ip-
sis ad discendum aptioribus, inter sermones de si D
lio etiam hoc quod nobis tribuitur? HER.
Quomodo? CYR. Dixerim amice, quod neque
hæc neq; alia sublimem quandam naturā haben-
tia, deduxerit in conditionem deteriorem uerbo
rum abusiuorū uirtus. Neq; etiam quod minus,
& quod ab illorum nobilitate uincitur, ascendet
ad hoc quod super naturam, nudis uerborum ex-
cellentijs honoratum. Nunquid nostin quod di-
co, & bene intelligis? HER. Non admodum.
CYR. Audi igitur, quum unus sit, & adorabilis
secundum naturam deus, dij & ipsi secundū gra-
tiā nominati sumus, & etiā filiationis accepimus
gloriam, non ne hoc iam pronunciabas? HER.
Etiam. CYR. Quid igitur amice postquam dij uo-
cati sumus & filij, nūquid erimus quodammodo
& nos ipsi dij secundū naturā, et uere filij eius qui
super omnia situs est, et super omnia oritur, et cre-
dimur habere subsistentiā, non ut externū quen-
dam splēdorem, sed ut summæ naturæ fructum?
HER. Minimè, quod enim natura factum, quo
modo esset natura deus? CYR. Bene amice, mā-
net enim unumquodq; in sua natura, neq; dictio-
nis pondere simul exaltatur, neq; etiam subli-
licet dicatur aliquid humilius de eo. Igitur age ali
camus, licet dicatur de filio primogenitus, utpo-
te facto propter nos, quod apparuit nobis simi-
lis, nō abiecerit propterea quod est Deus, et filius
secundum naturam ac uere. Nam quemadmodū
nos quod dicti sumus dij, nō euexit ultra aliquid
quod est supra naturam: sic opinor nihil deduxe-
rit eum in hoc quod est præter naturam, ita ut est
creaturis ordinetur, propter humanitatem. At si
qui deprecentur, ne uerbū diuersa significet, ne-
ue abusiue capiatur, poterimus opinor, & nos &
illi in quouis sermone facultatem hanc habere, &
si cui placet, peruerse docere, urgereq; & dicere,
summam naturam, quæ super corpus & speciem
est sine quantitate ac magnitudine, impalpabilis
& materiæ expers, quare ad corporales figuras
deducunt, faciem domini, manusq; & pedes no-
bis nominantes facillime refutauerimus talium
increpationes, idq; strenuè, ac sapienter dicentes
quod indiscreta dictionum pronunciatio, quæ sit
necessariò ad utilitatem auditorum, nihil offen-
det incorpoream naturam, quò minus sit id quod
est. Nonne sermo iste probabilis est, et ualde bene
habet? HER. Optime. CYR. Quoniam autem
inflati isti uana sapientia, opponunt manifesta in-
sipientia quasi inexpugnabile argumentum con
tra unigenitum, nomen Primogeniti, dicentes el
se cum creatura numerabilem ipsum tāquam co-
gnatum, et omnino eiusdem naturæ sortitum na-
turam, secundum quod dicitur factus. Vis & al-
ud quiddam de hoc dicamus, quod nō inutile fu
turum? HER. Grauissimam rem dicendo mi-
hi feceris. CYR. Nonne per filium uocati sumus
ad adoptionem filiorum, qui accepta fide erga il-
lum configurati sumus ad illum, tanquam ad ex-
emplar imagines? HER. Etiam uocati sumus,
& configurati sumus ad filium. Scriptum est e-
nim: Quotquot acceperunt eum, dedit eis pote-
statem filios dei fieri. CYR. Optime dixisti. Ita
que recte ac euidēter de hoc dixisse te scio, quod
uocati sumus ad adoptionem filiorum. Nunquid
substantialem & naturalem, licet non uocatos es-
se contingat, sortiti sunt fraternitatem & cogna-
tionem, uel quomodo? HER. Non substantia
lem, absit, sed externam & secundum gratiam.
CYR. Quomodo igitur iam factus filius, pro-
pter hoc quod primogenitus? quomodo autem
substantialiter connumerabitur quum frantibus,
propter id quod est eiusdem speciei, quum acce-
perimus fraternitatem, cum eo non naturalem,
sed externam magis & temporalem, neque eam



quæ fuit ante aduentum cum carne, sed quando A
factus est nobis similis? Nō enim dixerint, quam-
uis ualde delirare uoluerint, quod ad fraternitatē
hanc cum filio antiquiores legalis litera uocārit:
Spiritus enim seruitutis erat in illis. Vnde ualde
manifestum esset, quod Verbum ex Deo non sit
nobiscum inter seruos. Quod enim situm est in
seruorum ordine, iam ad fraternitatem non acce-
ptum est. Veruntamen ad illud nunc nobis sapi-
enter & sine euagatione eundum est. HER.
Quod? CYR. Quod natura accidit rebus qui-
busdam ô Hermia, non in temporibus particeps
fit, sed neq; tanquam alienum assciscitur. Semper
enim magis uidetur in ipso existere, & comitari i-
psum esse: & ut exempli gratia dicam, rationalis
ab initio secundum naturam homo, sed non iam
diues. Non ne accipiet quidem ut externum & B
aduentitium ditationem, naturalibus autem legi
bus insitum habebit ac fundatum, esse & uocari
rationalem? Igitur uerum est, quod nullus intel-
lexerit, opinor, accipi, & hoc in tempore, quod i-
nitio cum esse concurrit. HER. Verum est.
CYR. Si igitur semper frater esset, & annumera-
retur creaturis filius, sicut genitus cum illis, & es-
set propter hoc primogenitus, qd naturæ nostræ
accederet quod non habentibus largiretur? Di-
co sanè fraternitatem. Cur autem & solis dedisset
his, qui crediderunt, quam omnes habuissent, eti-
am si non credidissent? Quid enim impediuisset,
& familiaritatem separasset? Eò quod commune
est geniti cum genito, factū esse. Sentis nunc quò
aduersariorum sermo tendat? HER. Etiam. C
CYR. Igitur amice sinamus illos in stultis cogita
tionibus uersari. Nos autem conferamus nos ad
ea quæ inculpata sunt, & recte sentiamus, quod
sit quidem propter nos primogenitus, quando fa
ctus est nobis similis: unigenitus autem iterum,
quia omnino cum nullo collocatur. Quando qui
dem & solus prognatus est, & ex ipsa substantia
dei ac patris genitus. HER. At siquidem uel-
lent & ipsi unigenitum illum dicendum putare,
quoniā solus ex solo genitus est patre, qd posses
ad hoc dicere? CYR. Censebitur meritò mente
destitutus esse, & amisisse cor, quod uirile & uali-
dum aliquid uidere soleat. Dixerim autem, quod
aberrārint non mediocriter ab exacta nominum
doctrina, quodammodo transilientes ea quæ per
illa significātur, & incircumspecte trahentes pro D
sua libidine quò uoluerint. Nam unigenitus si-
gnificat id quod ex natura cuiusdam genitū est,
non quod arte elaboratum. Vel certè prodeant
in medium, respondentes interrogantibus ubi di
ctionem hanc legerint acceptam de eo quod ex
arte & scientia. Non enim concedemus illorum
improbitati pro sua sententia legem ponentium,
fœdissime uim significatorum in peruersum de-
torquere. Nunquid enim si scapham unam & so-
lam fecerit faber lignarius, unigenitum uocaret
suum, quamuis artis ac scientiæ suæ opus sit. Iam
quomodo hoc non ridiculum, uel prudenter di-
cum tibi uidetur? HER. Minime. CYR.

Quod autem aduersarij & superflue conten-
dunt, & insipientissime dicunt, solum ex solo ge-
nitum patre filium, hac ratione & ualde eximi-
am naturam separatam esse, & ad summam nobi-
litatem peruenisse bifariam delinquere demon-
strabuntur, & rudes erunt. HER. Dic quomo-
do? CYR. Primum quidem, quod necessaria &
ineuitabili ratione, post filium accusant patrē de-
sidiæ, & semper mobilē, ociosum suis esse etiam
nolentes confitebuntur, & defunctum esse opifi-
cio nihil omnino iam post illum attingentem, sed
permittentem quodammodo filij potentiæ & na
turæ, operari & facere ea per quæ sola summa na-
tura agnosceretur, & ea quæ deitatis propria fru-
ctus erunt facta substātiæ. Et gloriabitur, ut uide-
tur, Deus ut pater, in unica & sola creatura filio,
qui in pluribus uersabitur, & magis sapiet quàm
pater, æqualis quidem substantia cum illo, eo qd
natus sit creaturas producere, & creare aliquan-
do ex nihilo: plus autem habeat, opinor, in hoc
quod est utilis, quando quidē boni est ad existen-
tiam adducere ex non existentia, & per gratiam
facere, esse, ea quę esse nōdum sortita erant. Pro-
inde ad hoc incōueniens, sermo repet, quod con
stituet ociosam naturā, quæ semper mobilis, cui
& soli cōuenit his quæ non sunt largiri esse. Nón
ne benignitatis fontem & originem suarum cogi
tationū rationibus freti miseri eatenus sistunt do
nec refutēt filium, secundum quod ipsis uidetur,
quamuis cur, si aliquando Deus ac pater ociosus
esse uoluit, et sine opere postea, sermones compo
suit nobis beatus Moses, & stultas dementias si-
cut probabile, uel saltem iuxta illos scribit, dicēs,
Et dixit deus: Faciamus hominem secundū ima-
ginem nostram, & similitudinem. Etenim uerbū
Faciamus, declarat minime in opere ociosum e-
tiam erga nos ipsos, sed operantem magis cum fi
lio & spiritu. Insuper & operatos manifestè osten
dit: Et fecit, inquit, hominem deus, secundū ima-
ginem dei fecit illum. Sed non uideatur mendax,
superno præconio insignis diuinus Moyses. Per
suadeat autem magis semper esse mobilē & ope-
rantem patris naturam. Verbū quod ex ipsa pa-
tris natura prodijt prædicans. Dixit enim alicu-
bi Christus Iudæos increpans. Nam indignaban
tur quidam quod aliquid faceret per sabbatū: Pa
ter, inquit, meus usq; hodie operatur, & ego ope-
ror. Et alio loco: Verba quæ ego dico uobis, à me Ioan. 5.
ipso non loquor, sed pater in me manens, ipse fa-
cit opera. An non absurdum ô Hermia, & perí-
culosum esse dixerim saluatoris nostri obluctari
uerbis: et quum scriptura diuina affirmet patrem
uniuersorum esse cum filio conditorem, illi circa
creaturam ociosum esse dicunt? HER. Perícu-
losissimum. CYR. Stultum autem & illud opi
nor. HER. Quod nam? CYR. Si filius ha-
bet eximium & excellenter meliorem modum fa
ctionis quàm ille, huiusq; & solius gratia sortitus
est quod solus à solo factus est patre. Dicant illi,
nam discere uelim, num creaturis post filium, &
per illum factis, inuiderit pater, ne ad fastigium

Universidad de Deusto
Biblioteca



beatitudinis perueniant. Num permittis illis, ut A
seipsa operentur, uel certe dicent illum superiorẽ
inuidia, & omni ocio. HER. Dicent, sicut ego
opinor. CYR. Recte sapientes amice, uel sal-
tem in hoc. Non enim deteriores apparent Grę-
corum sapientissimis, quorum unus de Deo di-
xit, nempe Plato. Bonus erat, bono autem inui-
dia nulla erga nullum inest. Quando igitur bo-
nus est pater, imò ipsamet bonitas, cur non crea-
turis omnibus, in summũ peruenire, ut rem com-
munem citra inuidiam protulit, ut bonus in ad-
miratione esset, quum id sola uoluntate & opera-
tione posset: concesserit autem alteri condendi offi
cium priuans reliquam creaturam re incompara-
biliter meliore? HER. Sed non in uniuersum,
aiunt, ocioſus est pater, simul enim operatur cum
filio, & simul subsistunt cætera. CYR. Quam B
igitur aliam à filio habet collationẽ ad hoc? Nun
quid meliorum operatione ipsius, hac ratione &
utiliter suis motibus assumptam, uel deteriorem
& minorem, & non necessariò assumptam? Itaq;
si ut meliorem & utilem, superfluus sermo est, i-
mò & blasphemia: eum enim ex quo natus est fi-
lius transcendet quodammodo, & abundantius
possidebit dei ac patris mensuram absoluens me
lius id quo ille opus habet. Si autem ut uiliorem
& non necessariam, & quodammodo facientem
opificium deterius, quid persuadet, dic mihi, ope
rari cum filio? Vel quomodo non dicet quis sta-
tim, quod nescio quomodo patrẽ pœnituerit me
lioris, & id quod non sic habet uoluerit seruare,
impulsus quidem uel etiam negligês per se ut ue- C
lit circa creaturam operari, quo et solo repente illi
pulchritudo induci potuerat, simul autẽ accepit
filium, ut ne deteriore nõ mixtum existentiam &
beatam productionem haberet. HER. An non
facta creatura aiunt subtitit per se operatione pa
tris. Erat autem aliter non probabile supernatu-
ralem et summam eminentiam deduci etiam usq;
ad uilissima. CYR. Etiam hoc fuerit scoria &
abominabilis cordis eructatio. An non insipien-
tis esset cogitare, quod si quidẽ patris per se ope-
ratio uere esset molesta & grauis, uel certe omni-
no inaccessa, factæ & conditæ naturæ, sit delicata
& amœna, & tolerabilis soli filio, qui secundũ il-
los eiusdem naturę naturã cum creaturis sortitus
est? Quod enim semel facturis intolerabile est, D
neq; uni tolerabile esset, etiam si supereminere &
longe excellentius attingere uideatur, quod pa-
trem decet, etiam in tam uilibus duplicem habe-
ret blasphemiam. Nam iniuria quidem afficiunt
filium, redarguent autem patrem quamuis uene-
rari putantes. HERMIAS. Quid cogitãtes uel di-
centes? CYR. Nam abducunt filium ab emi-
nentia quæ in patre intelligitur. Veruntamen o-
pinor illum uenire in summam eminentiam & di
gnitatem non negauerint, licet quidam sint ual-
de absurdi. Itaque quum sic habeat natura filij, &
ad hunc honorem & magnificentiam pertingit,
ut oporteat eum creare principatus & domina-
tiones, & quę ultra illa sunt, congruit ne etiam ei,

dic obsecro, passerculum facere, & illo inferiora
tribuemus ne alterius cuiusdam potentiæ? HER.
Minimè, omnia enim per illum facta sunt, & sine
ipso factum est nihil, sicut scriptum est. CYR. Et
quomodo non parvum esset & uile naturæ filij
condere passeres? quare autem & imago & simi-
litudo existẽs dei ac patris? Nónne & hanc seruā-
uit cum illo similitudinem, & uiuificam, produ-
ctiuamq; uirtutem alteri sublegat in tam abiectis
rebus? Nónne sicut dei ac patris summã eminen-
tiam parum dicunt esse ipsi condere angelos? Di
xerint meritò, demetientes & filium, quod repu-
lium factura & passeris creatio, & florum in agris
uaria differentia, multum absit à dignitate illo di-
gna: quãuis olim summis laudibus creaturas Psal
tis, & herbam seruituti hominum. Vel igitur sub-
introducant nobis alios conditores, qui secundũ
proportionem creaturarum se habeant, uel mani
festa cõtumelia aspergant unigenitum, eum con-
ditorem esse dicentes etiam uilissimarum rerum.
HER. Non parum periclitatur illorum sermo.
CYR. Quomodo igitur non superbè & imperite
contra patrem dicunt, quod negant eum esse con
ditorem illorum, quorũ dicunt esse deum, quam-
uis dicentem audiant Christum, qui dei & patris
admiratur prouidentiã. Nónne duo passeres asse
uno uenũdantur, & unus ex illis non cadit in ter-
ram sine patre nostro, qui est in cœlis? At ille qui
usq; ad passeres suam dilatat prouidentiam, quo-
modo respueret condere angelos & firmare cœ-
lum, & compingere terram, solemq; & lunam ac
stellas proferre, in quibus & admirabilis est laudi
bus illum sanctis angelis ut magnificũ prosequę-
tibus: Dixit enim quando facta sunt astra: Lauda
uerũt me uoce magna omnes angeli mei. Nónne
uidetur tibi probabilia considerasse, & recte dice-
re? HER. Valde. CYR. Dic obsecro mihi,
dices, non esse ex diuina uirtute? HER. Mini-
me. CYR. Iam quomodo non stultum est diui
na opera nominari, & dici per filiũ facta, non cre-
dere autem ipsum esse deum, sed connumerare fa
cturis tanquam illis cõnaturalem? Nam quod fa-
ctum, non iam deus. Quinetiam non essent ultra
creaturæ, eminentiæ substantialis factoris sui de-
monstratiuæ, non minorem & aliter habentem
naturam sortitæ, quàm quemadmodum intelligi
tur fortasse conditor. Et hoc bene intelligens di-
uinus nobis scribit Paulus: Inuisibilia enim eius
à creaturis mundi, dum ex facturis intelliguntur,
peruidetur sempiterna eius uirtus & diuinitas.
Nunquid dum intelligitur factus omnium con-
ditor Verbum, diuinitas eius cognoscitur, & sem
piterna & similiter se habens uirtus? Hæc enim
sempiterna. Sed opinor, nihil omnino iam impe-
diet deitatis appellatione creaturam, quin & ipsa
gloriari possit. Et quid illinc? suam nobis deita-
tem ostendent uisibilia, & non iam Dei. HER.
Quid igitur, si dicerent patris deitatem, & sempi-
ternam uirtutem per factorum magnificentiam



declarari? CYR. Ipsi suos accusare sermones, A
et suis sensibus obluctari facile demonstrarentur.
HER. Quomodo dixisti? CYR. Quia usque
ad exclusionem filij dimetientes, & definientes,
creatricem operationem patris, à creatura mundi
peruideri illum dicunt: quamuis sancta scriptura
mũdi facturam, filio tribuat. Scriptum est enim:
Verbo domini firmati sunt cœli, & spiritu oris e-
ius omnis uirtus eorum. Itaq; opifex mundi no-
bis prædicat Verbum, & potentiam ac diuinita-
tem commendat manifestam. Etenim creaturam
uidentes ut creaturam, admiraremur Verbũ con-
ditorem creaturæ. Et nihilominus meritò illũ co-
leremus uera pietate ac religione, deum esse secũ
dum naturam, & ex deo processisse credentes u-
nigenitum. Sic enim reij cientes crimen, ne uidea
mur aberrasse repellimus, & in ipsorũ capita pœ- B
nas remittimus, quas et diuinus nobis Paulus in-
terminatus est, dicit enim sic: Quapropter dedit
deus eos cupiditatibus cordiũ suorum in immun
diciam, ut ignominia afficiãt corpora sua inter se-
ipsos, qui scilicet mutarunt ueritatem dei in men-
dacium, & uenerati sunt ac coluerunt creaturam
ultra creatorem, qui est benedictus in secula, A-
men. Igitur si falsam & prophanam, & adulteri-
nam declararunt quidam per mendacium uerita-
tem, factæ seruiendo creaturæ supra deum uerũ:
reproba & nobis mens inesset, abiectiq; essemus
ad hoc quod non recte habet, & erraremus cum
impijs, seruientes factæ creaturæ filio. Factus eñ
est secũdum illos. Aut non esset creatura, quod
factum? HER. Et quomodo non? CYR. Vide
igitur ô Hermia, quantam in stulticiam illorum
sensus ruat? Nam diuinus alicubi & sanctus ser- C
mo dicit deum uiuentem, & uerum agnitũ à gen-
tibus cõgregatis per fidem in agnitionem filij, mi
serrimi illi in has deueniunt cogitationes, ut nul-
lo modo erubescant obijcere illi quod humiliter
factus sit. Scriptum autem est sic de his qui uolũt
sequi sanctos apostolos. Ipse enim, inquit de no-
bis: Quem ingressum habuimus ad uos, & quo-
modo conuersi estis ad Deum ab idolis, ad seruí-
endum deo uiuenti & uero? Iam si gentilis cultus
turpitudo est creaturam adorare, cõuersæ autem
sunt gentes ad Deum uiuum & uerum, ascriptæ
domino Christo, & translatæ ad adorationem fi-
lij cum patre, quomodo iã intelligeretur factus?
& non necessariò sentiretur, quod uana quidem D
fit fides, & falsa de Deo opinio, etiam apud nos,
quamuis euasisse nos dicamus ueteris erroris cri
men? HER. Etiam inquit: Conuersæ enim sunt
gentes ad Deum uiuum & uerum Dominum.
CYR. Et quis fieret à nobis conuersionis ad de-
um modus? & quomodo quis repellunt culturam
creaturæ ut friuolam & inanem, irent recte & si-
ne errore ad uiuentem & uerum Dominum?
HER. Per fidem opinor, hoc est enim, ex bona
conscientia stipulatio cum Deo. CYR. Verus
quidem sermo est, attamen illud dic, nónne in pa-
trem & filium, & spiritum sanctum est fides?
HER. Sic dico. CYR. Qui autem fidem im-

mobilem & inculpatam, & ab omni macula libe-
ram seruarunt magna alacritate, crediderunt ne
in Deum simul & creaturam, uel certe uno modo
in Deum colligantes filium patri ut connatura-
lem? HER. Vt in unum uidelicet Deum, hoc
est in unam deitatis naturam, uel certe uiderint,
quod non extrahunt à crimine pedem, copulan-
tes cum creatura naturalem Deum. CYRILLVS.
Cõgruit itaq; quod & in filium sit fides tanquam
in Deum uiuentem & uerum, sine labore autem,
hoc est manifestum etiam tibi, si audias dicentem
filium: Creditis in deum, & in me credite, non in
creaturam & deum. Absit, imò propter identita-
tem in substantia, & sine uariatione æqualem in-
unam deitatis adducens naturam, iterum dixit:
Qui credit in me, nõ credit in me, sed in eum qui
misit me. Credere enim in filium non destituit à
patre, sed in genitorem patrem per filium, germa
num adoratorem uere deducit. Quod autẽ Chri-
stum ut deum & uerum cognouerit, ac adorãrit,
eorũ qui idolis seruierant multitudo, facile disces
Paulo sic dicente: Ideo memores estis quod ali-
quando uos gentes, quæ dicebamini præputium
à circuncisione in carne manufacta, ut dicitur, qd
eratis tempore illo absq; Christo, abalienati à Re
pub. Israel, & alieni à testamentis promissionis,
spem non habentes & impij in mundo. Intelligis
igitur, quod existentes absque Christo deo natu-
rali, aberant gentes, & segregatæ erant à ueritate.
Etenim impiæ erant iuxta mundum. Postquã au-
tem filium cognouerunt per fidem, intraq; bonũ
spei apparuit, indignitatis gloriam effugerunt, &
exuerunt. HER. Bene dicis. CYR. Deus i-
gitur uereq; filius, nam sic inadulteratum manet,
ac cauillis carebit, quod in nobis per sanctum ba-
ptisma innouatum esse credimus. HERMIAS.
Et quid hoc est? nondum enim intelligo. CY-
RILLVS. Nõne renati sumus spirituali natiuitate,
ad filium cõfigurati, & reformati per spiritum ad
diuinam illius & summam pulchritudinem, diui-
nam naturam, participes esse facti filij ut Dei, o-
stendimur? HER. Etiam. CYR. Quomo-
do igitur adhuc factus? Iam in nobis sacramentũ
non est deceptio, nec uana spe, nudam, ut uide-
tur, habens, quasi in solo dicto, opinionem: nec
illusio uera, & ultra hoc apparẽtia existit, id quod
esse credimus. Diuinæ enim naturæ, quomodo
uel unde nos participes? uel quis nobis dei chara
cter imprimitur, quod cõfigurati sumus ad filiũ?
siquidẽ est non deus ut factus. Vide autẽ quod pu
tandus est non absq; factione existere etiam ipse
pater ac deus. Imaginem exemplaris refert chara
cter. Vel illud dic. Dicam enim: Nónne in animo
cõcipiens diuinam naturam, aliquid omnino in-
comparabile nec cõferendum cum natura dices?
& nulli rei sine uariatione assimilatum pones?
CYR. Omnibus quidem modis. Dei enim natu-
ra, quomodo non omne quod factũ est transcen-
deret? CYR. Igitur nunquid qui mente præditus,
exemplar rei factæ intelliget naturam non condi
tam & non factam? nihil enim in re quæ semper

Universidad de Deusto
Biblioteca



& similiter se habet unquam uiderit naturā, quæ aliquando non sit & facta. HER. Sic habet. CYR. Verum etiam opinor quod diuersum. Non enim in eo quod est nunquam, uiderimus semper & similiter existens. HER. Verum. CYR. Quid igitur iam admiratione dignum in nobis ex configuratione illa ad Christum? Vbi autē diuina pulchritudo in credentium animabus, ut res insolita? quum omni quod factū, ad id quod factum, secundum quod factum esse intelligitur, quid eiusdem speciei non extraneum, naturæ lex inscribat. Esset igitur semper conformis filio, si factus esset omnis creatura, qualis igitur pulchritudo in animabus nostris insinuatur per spiritum, qui superflue facit et frustra apponit, id quod etiā si quis nolit, assequatur? Quod ergo secūdum naturā possedimus, & intrinsecus habet quis, id ab alio non acceperit. Verum hunc omnis recta & erroris expers ratio ridebit. Diuinæ naturæ socij, ob habitudinem cum filio per spiritum, non tam in nuda opinione, quām ueritate omnes sumus qui credidimus, & configuramur ad deum, redeuntes ad summam pulchritudinem. Formatur enim in nobis ineffabiliter Christus, non ut factus in factis, sed ut non factus, & deus in condita & facta natura ad propriā imaginē, quām per spiritū insculpit, & ad dignitatē quæ super creaturā, creaturā hoc est nos, trāsfert. HER. Igitur nihil est, qđ auertit uel trāsfert à uera filiatione unigenitū. Dabimus aūt, factum esse ipsum, & non factū esse. CYR. Etiam, siquidem ipsum in deum sic recepimus, & adoratione nostri ac angelorum sanctorū colendum censuerimus, deitatisq; eminēti gloria coronare dignabimur, ut ne pretento creatore, & natura uniuersorum regina prætercursa creaturæ seruiamus, et non facti gloriā facto dantes iuste audiamus: Ecce stultus, & sine corde.
HER. Non enim & illud dicerent, quod & filius sit & deus. CYR. Et quomodo non stupidum & ridiculum est nudis quidem nominibus, & uocabulorum differentijs, quasi imagine & pictura illum colorare, positum autem inter creaturas diuina gloria spoliare? an non ualde turpe dicere ipsum factū esse, siquidem Deus ut adorabilis est?
HER. Bene dicis. CYR. Igitur siquidem sic opinari oportet, & prætermisis utilibus sermonibus illudere, ut efficiatur filius ab ordine diuinæ deitatis, extenta illud dicāt uoce, & manifeste blasphement. Audituri enim sunt propediem à nobis & sanctis angelis: Ite ad lumen ignis uestri, & ad flammam quam accendistis. Nos enim uertemur in uiam errore carentem, Verbum ex Deo secundum ineffabilem naturam prodiens, Deum esse, & uerum credentes. At si in mentem redierint non ualde indocilē et stultam, non negabunt blasphemia, ut opinor, minus molesti. Deum autem ipsum confiteri solent, & à substantia dei ac patris summouent. Meliorem autem quodammodo creatura esse dicunt, quasi in medio positū naturæ ingenitæ & genitæ, audiant quod Deitatis natura quō intelligeretur uaria? Deus eīm tanquam ad deum non aliter et aliter habet, secundū hoc scilicet quod est Deus, quām quemadmodū etiam & in nobis ipsis uiderit quis. Nam unam esse humanitatis naturam dixerimus, & substantiæ definitionem unam, & in uniuersali & in particulari non uariatam. Itaq; uel Deum esse credentes liberēt omnino eum ne inter creaturas sit: uel si hoc non persuadetur eis, omnino neque deum esse fateantur. Late enim ridentes dicemus, uel facite arborem putrem, & fructum eius putrem: uel facite arborem bonam, et fructum eius bonum. Nam ex fructu arbor cognoscitur. Nónne ô amice, manifeste & sine errore cognoscimus quid unaquæq; res sit secundum naturam ex his, ex quibus uere esse credita est? HER. Vtiq;. CYR. Age igitur consideremus quæ nam sit dei filij natura, & illud mente ponamus, quod siquidem nō est deus secundum naturam, factus est, et ut sitno biscum productus est, iuxta ebriorum & insanorum illorum sermonem. Quomodo igitur recessit ab eo mundus, et factura separata est: nunquid iuxta interualla secundum locum dimensa? sed quomodo non est nugamentum hoc: Vbi enim, uel quomodo quod incorporeum distinguet, uel qualis illud locus circunscribet? Vnde & beatus Ioannes testimonium perhibuit: In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Nunquid igitur ô Hermia, recte sapientes, apostasiæ modum, & defectionis interitus. Nam simul ut hominis natura ineffabilibus nutibus opificis producta est, etiam habitudine quadam cum spiritu honestata fuit. Sufflauit enim in faciem eius spiritū uitæ, non aliter quām in animal opinor, quod in sanctimonia & familiaritate cum deo clarum expiret, nisi sancti spiritus honestetur præsentia. Etēm quando unigenitus factus est homo, inuētam hominis naturam ab antiquis & primis bonis destitutam, iterum eam ad illa reuocare urgebat, quasi à fonte suæ plenitudinis immittēs, ac dicens: Accipite spiritū sanctū, sicq; carnali & manifestiore flatu spiritus naturam adumbrans. Erit igitur æquale cū primo initio, renouari ad initium, & hoc secedenti modo facta natura laborauit, non distantia secundum locum, abest: sed expulsa & prolapsa, à Deo, & copula cum deo per spiritum. Igitur siquidem filius iuxta illos est inter facturas, quónam modo egressā est, & separata ab eo creatura? Semper enim quod congenitum, amicum est, & non separatur factum à simul facto, secundū quod sunt facta. Nam extraneum semper quodammodo, in his quæ sunt diuersi generis, uel diuersæ speciei, non in his quæ unum & eundem naturæ terminū sortita sunt, uideri solent. Quomodo igitur habitat per spiritū in creatura filius,



filius, qđ electus est, uel donatus? uel ad quā sub limitatē euehit spiritualē? uel quid prestantius in illa signat? Quomodo aūt ipse nō existēs melior? factus eīn nobiscum, sicut illi dicunt, seipsum inanisse dicit? uel quo opus habebat descēdu, ut se demittēs ex summis quæ super creaturā iungeretur eū mundo, mundicq; pars fieret, nisi super mundi esset creaturā? HER. Opinor illos ad hoc hæsitaturos. CYR. Quare aūt solus ipse liber, & libertas quum omnis creatura deo seruilē seruicē submittat. Dementissimi aūt & deliri essemus amice, si filiū deo ac patri coæternū, in his qui ob gratiā assumunē, ponemus. Vbi eīn nostrū, uel quale denicq; exemplar? si descendat nobiscū, cui cōfigurati sumus, eo quod adoptamur cū eo, & imitamur eum.
HER. Distinctū quidē nobis & dilucidū sermonem absoluisse uideris, reor aūt aduersarios dictu bis sermones olim collaudarūt, magnusq; & diui nus apostolorū chorus nouit? Quin & Salomon dicit, prędicendo depingēs, dominus cōdidit me initiū uiarū suarū ad opera sua. Eximius quoque Præ alijs Petrus inqt: Certe igit sciat omis domus Israel, quod & dominū ipsum & Christū fecit deus. Quid igit diceremus, si talibus iterū nos oppugnarent sermonibus? CYR. Quid autem aliud, quā id quod uere dici potest: Inimici aūt nostri in tenebris? Mens eīn, sapientia quæ supernè uel ex patre luminū descēdit nō illustrata, sed crassa & ingra, & præ indocilitate caliginē euadere nō ualēs, ut mihi uidef, morbo graui infestatē. Vnde sic deo canit diuinus Dauid: Illumina oculos meos, ne unq; obdormiā in morte. Age igitur celerē ac sobriā propositorū scientiā inquirentes, & quasi sagaces canes & boni, nondū cōspectā & à malis nō deprehensam indagemus ueritatē. Etem abscq; dubio conditū esse seipsum, dixit filius, id q nō abscq; causa dicit hoc sibi euenire, ad opera aūt magis illius, & initiū uiarū illius, nempe dei ac patris. Igit creatura in his uerbis nō significat eā quæ ex nihilo, absit: sed eā quæ est existentis & subsistentis, in talibus quibusdā faciendis productionē: quēadmodū scilicet in intelligētibus extra se facere telā, uel ferrea quædā uolūtas excitātis ad opera facit quidē operari id quod utrunq; conat. Intelligitur aūt nullo modo illud ad esse, pduxisse. Igit siquidē quinihil omino illatū esset, dominus cōdidit me, modū scilicet filius, quantū ad cōsecutā attinet, probabile admodū esset, quod illi diuulgāt. Postq; autē nō simpliciter conditū esse, sed ad opera & initiū uiarū, cur non præterito indigniore quod melius est eligūt, intelligētes quod scriptū est de deo: Et factus est mihi dominus in refugiū? Nunquid cōcedes factū esse deū, siā quopiā celebret ut refugium? HER. Nullo modo. CYR. Quid igitur dic obsecro, discēdo mentem habēt rebellē, & aliō se inclinantē, & multiplicibus imposturis quasi bona armatura instructi, depellūt peruersi, cū oporteat uelle ad ueritatem dirigere, etiam quod si bona armatura instructi, depellūt peruersi, cū oporteat uelle ad ueritatem dirigere, etiam quod nō ualde diuina dictu uideatur propter humanitatem & similitudinem filij nobiscum. Opinor item & illud congrue dici posse, quod conditum esse dicens addiderit, quod & genitus sit. Ante omnes colles, inquit, gignit me. Vel igitur natiuitatem eo quod dictum est, cōdidit me, auferemus uel prætereuntes eo quod conditus est, natum esse concedemus. Verba enim inter se pugnant, quæ per utraque manifestantur, sed utrinque sermo ueritatem habet. Igitur ille genitus quidem est à patre, ut deus, conditus autem secundum carnem. Et persuadet hoc nobis sacer sermo. Ecce enim, inquit, uirgo in utero habebit, & pariet filium, & uocabunt nomē eius Emanuel. Quod est Esa. 7. siquis interpretetur, nobiscum Deus. Quomodo enim fieret nobiscum Deus, existens Verbum? nunquid propinquitate & habitudine secūdum locum & legem corporum? sed quomodo hoc non absurdum? Igitur quando conformitatem ad nos & seruitutis humilitatem suscepit, uaditq; nobiscum inter creaturas is qui non factus, tunc factus est nobiscum, quamuis in tantum præcellat & emineat, quantum intelligitur deitatis natura creaturæ & factuæ naturam præcellere. Etenim diuinus Dauid immensis quibusdam & incomparabilibus eminentijs super nos exaltatum & existentem in gloria ineffabili, uocabat, ut configuraret se nobis unigenitus ex Deo natus, dum psallit ac dicit: Vt quid domine recessisti à lōge, despicis in opportunitatibus in tribulationibus? Psal. 10. Etenim qui lege naturæ distans, & cum alijs omnibus, non connaturalem, & inaccessam sortitus proprietatem ac excellentiam uenit ad nos, quando uoluntariam propter nos sustinuit inanitionē. Si autem non sic habere dicent, quid prohibet ad huc, sicut ego opinor, citra ullum lapsum dixisse, quod frustra tradiderit nobis diuinus sermo nobiscum factum esse filium dicens: quando factus est homo. Quando enim fuisset non nobiscum, siquidem esset factus? HER. Bene dicis. CYR. Si autem dicatur Christus fuisse & dominus, cogitabis quod inaniuerit seipsum, mensuram seruilem subiens, propter similitudinem nobiscum: & erat, opinor, sapienter actum & necessarium, ne nostra & carnis humilitate diuina natura uincatur, indebilem seruitutis prædicationem habens, & inuectam ignobilitatem, sed Deitatis gloriæ cedat seruitutis humilitas. Igitur quandoquidem inter seruos appellatus est propter nos, redijtq; ad naturam quæ sibi inerat, & non reiectaneam, naturæq; legibus fundatam, Dominus uocatus esse dicitur, & nobiscum fuisse propter humanitatem. At si abstinentes à uera contemplatione, annexuri simus Verbo, omnia opera carnis: hoc est ea quæ propter carnem facta & dicta, non mediocriter impij erimus. Factus enim sub lege & etiam uisibilis ac palpabilis, & paulō minor angelis, & inter impios reputatus est, & sicut ouis ad occisionem ductus est, miserabilemq; mortem sustinuit. Referendum igitur ad naturam uerbi etiam si absq; carne hoc intelligatur, & in hisce humilioribus & ualde ignominiosis fortasis esse? Et quid inde? excidit ille dilectus,

Universidad de Deusto
Biblioteca



& patri cõsidens ab omni eo postea, quod diuina gloria ipsum retinet, imò et uix æqualis erit angelis. Quare igitur ille in diuinis conspicuus est thronis, & cõsidet cum patre? Illi autem in circuitu stant, non censentes ignominiam, quod seruilis sub eo cõditionis sunt. Et ille quidem est & dicitur dominus sabaoth, isti autem celebritatibus, ut dominum honorant, plenumq; esse cœlum ac terram gloria esse dicunt. Nunquid igitur tam admirabilem, qui ad summum nobilitatis fastigium peruenit, dicere factum esse, frigidi et uani cordis morbus fuerit? HER. Omnibus itaq; modis. Nam hęc probo. Nihilominus dicũt ad opera patris præmissum esse filium, nõ solum quando nostram induit formã, sed ex quo & apparuit ut per ipsum omnia operetur, quasi organicũ quoddã ministerium, in creaturis suam, motionem conferentem. CYR. Papę, quam grauem & intemperatam temeritatem, à quibus nam tandem abstinẽt sermonibus, qui & cõtra ipsum deum ac patrem oblatrãt, quod uanus opifex sit, & quod mínime sufficiẽtem ad quodlibet possideat uirtutẽ, & simul aberret à decoro, & summa sic priuetur potentia? HER. Quomodo? CYR. An non cogitas etiam ante alia illud etiã? melius suis motionibus, instrumentale ministerium semper simul adducere opificem uideri deum ac patrem, sicq; idoneum ad faciẽdum quæ uoluerit, quàm non euadere hoc crimẽ. Siquidem alio modo ad opus pergeret, quomodo nõ offendit, filium nõ in instrumento & mediatione alterius cuiuspiam adducens ad existẽtiam, dans autem ipsi nudam & solam suæ uirtutis per seipsum efficaciam. Et alias quidẽ creaturas, quas filij gloria inferiores esse dicunt, optimum & præstantem existendo sortita sunt locum: at ille quamuis honoratus sit inter tam excellentes creaturas deteriorem & ignobiliorem. At disceptarent fortasis quidam: Melior est per se operatio, & eam sortitus est filius. Et quid persuadet, respondeant illi, summæ & admirabili uoluntati patris, quod non præelegit potius meliorem quam deteriorem creandi modum, & sic relinquit decentissimum absurde negligens in perficiendis? HER. Dicunt igitur. Oportebat uniuersorum patrem applicare creaturis operationem sine medio. CYR. Quamobrem ô amice, instrumentale dic mihi, & ministeriale subsidium, ipsi accipere melius erat? quũ absurdarum cogitationum plurima nobis illinc oriatur & proueniat multitudo. Quæ enim ex cooperario utilitas Deo ac patri? Instrumenti & mediatoris etiam quæ utilitas, non uideo. Nam siquidem uere necessarium sciret sibi cõcreantis succursum & utiliter adduxisset in hoc uocatum filium, ut sit iuxta illos, inter creaturas, quomodo haberet quod perfecte potens dicatur, in hoc quod est conditor per instrumentum, & uix in seipso congregans, ut perfecte absoluat? & quod amplius blasphemum non dicam? Plenitudo enim deitatis prodijt iam factura, & in ordinem assumpta ministerialem conditoris, inq; utilissimum patris subsidium. Iam quomodo, dic mihi, quum nullus esset medius, sufficiens fuit ad faciendum filium quando quidem est factus, quanuis maior sit & incomparabiliter præstet? Etenim ipsum fallacibus honoribus fucare simulant, fœdam erubescẽtes opinor blasphemiam. Atille ad tam excellens & transcendens opus sine subsidio, & solus sufficiens, quomodo cooperarium non habens ad inferiorum subsistentiam, infirmus fuit? An non deplorare dignum eos qui etiam hæc cogitare tantum non abhorruerunt? HERMIAS. Quomodo non? uerumtamen audis iam. Nam parum esse dicunt Deo ac patri in omnibus esse per se operantem. CYRILL. Apage uir blasphemiarum, dixerisq; meritò, ut pote quàm longissime ponens animam tuam ab illorum causa. Domine, pone custodiam ori meo & ostium circumstantiæ labijs meis. Ne declines cor meum in sermones malitiæ ad excusandum excusationes in peccatis, cum hominibus operã tibus iniquitatẽ. Qui enim parum esse dicit deo patri, quod ipse operetur in omnibus superbia, et arrogantia illum non esse liberum dicit, ipsiq; abominabilium & inuisarum passionum illarum iugum imponet. Est autẽ & alio modo ineptus sermo, sed non intelligens quo tẽdat sermo tuus, re audire uelim. HER. Quod nam? CYR. Non enim dicunt factum esse filium. HER. Etiam. Porrò quid illud? CYR. Itaq; siquidem uidetur à nobis secundum quod comprehendi unus poteſt, cunctis imperans natura, nónne parum uidebitur omne quod ab illo factum? HER. Ex confesso paruum. CYR. Iam solum uolebas & solum opificem, erubescas autem, quod mox cõsequitur, quod alterius dat operationibus, quo care ea quę non erant aliquando ad existentiam, quum gloriæ & celebritatis pulcherrima & optima portio sit deo posse creare, quando per illam potestatem quis & quantus sit à nobis cognoscitur. Nam à magnitudine & pulchritudine creaturarum congruenter & ipsarum conditor spectatur. Si autem ea per quæ cognoscitur, parua censentur, suam ipse confundit naturam, fœdissima alicubi, sicuti uerisimile est, illa esse sciens. Quum ualde glorioſum sit omni homini & omni angelo ea per quæ uideri possunt, hoc quod sunt, perfecte posſidere, & nihil erubescent unquam ex his, quæ sortita sunt, siquidem quid secundum naturam sint cognosci uolunt? Quamobrem igitur confunderetur postea de his quæ potest deus? Num pro macula habebit ea per quę intelliguntur Deus? At si parum illi, & nullo sermone dignum fecisse Seraphim, & produxisse angelos, qui suæ naturæ magnitudinem & decentissimam eminentiam dimetitur, nónne eodem modo parum esset ab illis adorari & glorificari uelle? quorum enim non esse conditor dignatur, quomodo Deus intelligi uellet? Quare autem desideratnostrã honorem & cultũ, si neque producere nos ut sumus, dignatur? quomodo autem non suam ipse obscuratur gloriam, si paruũ arbitratur, quod ideò glorificatur?



ficatur? HER. Quomodo igitur? nónne dicũt: Condidit pater omnia per filium? CYR. Tanquam per sermonem et sapientiam & potentiam quæ est in illo. Omnia enim hæc sunt filius patri. Porrò hic amplius exerceamur, regiam uiam eũtes, & recta ad ueritatem pergentes. Nónne bene intellexisti, quod siquidem esse dixerimus patrem opificem, sequetur omnino intelligendum, quod neque impotens, neque insipiẽs existat, ne que etiam sine uerbo condat. HER. Sequetur utique, nam Psaltes dicit: Omnia in sapientia fecisti. Hieremias autem propheta clarius uniuersi natiuitatem enarrans clamauit, dicẽs: Dominus qui fecit terram in uirtute sua, qui statuit orbem terrarum in sapientia sua, & sensu suo exendit cœlum. CYR. Cur autem, nónne in sapientia & fortitudine, & etiam sensu omnia facta esse manifeste nobis scribente Hieremia. Omnia per filium facta esse dicit sapiens Ioannes: Omnia enim, inquit, per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. HER. Etiam, quid igitur hoc? CYR. Quia sapientia, & uirtus existens Dei ac patris, filius nobis manifestatus est. HER. Quomodo enim, uel unde, hoc dubium? CYR. Itaque dic, utrum filium in sapientia & intellectu & uirtute patris productum esse ad existentiam, uel certe absque sapientia & intellectu, & uirtute censebimus? Factum enim esse/dicunt. HER. Atho c omnibus modis indoctissimum foret loqui. Nunquam enim absque sapientia & uirtute fuit pater. CYR. Bene dicis. Laudabo enim recta & iusta sapere uolentem. Sed quid adhęc dicturi, qui describunt filium numeratum inter facta? Nam si non fuit semper, sed lege creature, ut subsistat etiam ipse productus est quum sapiẽtia & uirtus, & intellectus existat patris, sine robore, & uirtute, & sine sapientia & sine intellectu confitebuntur esse patrem ante illum: concedent factum esse aliquid filium absque sapientia & fortitudine, quamuis opulento illum circumfundãt miraculo, ita ut præter cæterarum creaturarum morem in incomparabilibus eminentijs existat. At si ridentes omnem suum sermonem, summo ab blasphemię ignominia, putabunt necessarium confiteri etiam illum in sapientia & uirtute patris productum esse, quod ipse illo antiquior erit, deceps & conditor. Constituet enim seipsum filius, siquidem existens ipse omnis sapientia & uirtus patris in uirtute sua, & sapientia factus est. In telligis igitur quomodo ubique sermo ad absurditatem prolabatur? HER. Et ualdè. CYR. Ostendetur autem & alio modo ualde stultum illorum dogma esse, idq; absque sudore. Age enim dei naturam cogitationibus, quantæ nobis possibiles sunt, expendentes quæ & quanta illi conueniat, sollicite inquiramus amice. Vtrum autem credimus oportere creare occasionem ad existentiam distribuentẽ creaturis, ut ille uelint, & quod oportebat existere solum concedentem his quę aliquando non erant, & sic absoluere omnem creaturam: uel certe ministeriumhabentem organicũ & subsidium, quasi necessariò à mediante assumptum, quasi quis marmorario, ea per quæ est marmorarius, et factor eorum quæ nouit, apposita esse dicat. HER. Iam dic, quis obsecro, negaret, quod sola uoluntate creare omnino diuinum sit? CYR. Optime dixisti, quoniam & diuinus Moses sic & non aliter ostendit nobis creantẽ deum. Dixit enim, inquit, deus: Fiat firmamentum, et factum est sic. Apparente simul cum uerborũ prolatione, operũ complemento. Necq; insinuat uillius mediationis mediatorẽ, ut illi dicunt & ministrũ operantẽ, qui & sicut instrumentũ moueatur. Operis enim quasi subsistẽtia. Verbũ erat firmatio & in sola uoluntate, eorũ quæ fiebant generatio. Quando igitur optimum & conuenientissimum deo ac patri sic condere, cur subsidiũ, nescio qua stultitia inuẽtũ, mediatoris & ministri utilissimũ ei tribuũt, filium factũ esse dicentes, ut ministreẽ per illũ esse cęteris creaturis. Ignorant enim, sicut uidetur, quod filium, quamuis factũ, & inter creaturas cõfirmatum, meliorem & digniorem patre declarent. HER. Quomodo? CYR. Si per mediatorem quidem necessariò pater, sola autem uoluntate & nutibus quæ uoluerit filius facit: leproſo quidem dicens cum potestate: Volo, mundus esto: morte quoq; iam comprehensos reducens ad uitam, & etiam cæcis immittens desiderati ſsimum & insolitum lumẽ. Nunquid igitur mediatorem & ministrum in clarioribus dignitatibus, quàm ipsum natura conditorem quis non uiderit? neq; illi sic subſtituet artificis cuiuspiam instrumentum? HER. Videtur. CYR. Et cur nam considerationem & uoluntatem, ut recte sapiatur, quasi inanem contemnunt, absq; deliberatione ad deteriora propendunt, & firmiter putãt quod ipſis placet? Neq; etiam illud secum expendentes, quod nũquam fecissent hominis facturã ea quibus esset conditor, neq; quod alicuius arte fit, nunquam naturalem & ueram subſtantiæ operantis recte posſidebit, & hoc absque uariatione. HER. Quomodo hæc? quandoquidem diuersum uerum est. Nunquam enim opera fabrilis artis, uel ærariæ, fierent artifex uel ærarius. CYR.

Recte dixisti, & certe industriam tuam admiror ualde, laudareq; debeo. Quomodo eñ siquidem est factus filius, æqualiter operabitur quidẽ absq; uariatione cum deo & patre, & summæ omnium subſtantiæ proprietatẽ & sublimitatem fortitus. uocat quidẽ ea quæ nunquã fuerũt tanquã sint, adfert autem sic potenter & absq; labore ad existentiam, ut sola uolũtate perficiat creationẽ. An non sic creauerit & ipse pater, habens sufficientem ad hoc suam naturam, & efficaciam nullius subsidij à creaturis indigam? HER. Sic habet. CYR. Igitur quemadmodum non est posſibile quod quæ fabricata sunt per humanã manũ & scientiã facere & operari quæ homo: sic eodẽ modo & ratione opera diuinæ manus nõ operata fuerint ea quæ deus. Quoniam autẽ filius creauit et operatus est, non permixtus alijs omnibus, gratum opus diuinæ manus & ipse erit. Neque etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca



etiã ex nihilo productus est conditor, sed substã- A
tialiter potius hanc rem sortitus est, & non minus
habet quàm quemadmodum & ipse pater. HER.
Sed efficaciam habens, aiunt, à patre. Dixit enim
Ioan.8. alicubi & ipse: Verba quę ego uobis loquor à me
ipso non loquor, pater autem in me manens ipse
facit opera. Et iterum: Opera quæ ego facio non
sunt mea, sed eius qui misit me. CYR. Itaq; hæc
quidem scio, quod obijciãt nobis aduersarij. Nõ
cessant enim ueritatẽ adulterare, & ea quę sanum
intellectũ cõsequuntur, si ad dispẽsationẽ cũ car-
ne malignitatẽ sophisticã amplexẽtur. Itaq; si ne-
gantes & condemnantes omnino sacramentum
Christi pueriles facti, repellãt à uerbo dispensati-
onem cum carne, & fingant insipiẽter, prout sibi
placet quas uoluerint uoces. At siquidẽ annue- B
rint his qui rectè sapere uolũt, quod Deus existẽs
Verbum factus sit caro, & uocatus sit homo, cur
dispensationis offendunt mysteriũ? & sermones
maximè illi congruos adaptant ad quoduis ipsi
uoluerint, & quantum ad ipsos attinet ac spectat,
docent obluctari unigeniti naturæ & gloriæ: Ete
nim miseros Iudęos quosdam narrationibus quę
super legem ac rigorem Mosaici sermonis, & mi-
raculis rationem excedentibus Christum clarum
admirari, & laudibus congratulari ac glorificari
ut deum oportebat, hoc quidem non faciebant,
exasperati autem in iram, & inuidia quasi omnes
commouentes prouocabant, ut uelint calumnia
ri impiè lapsi sunt. Etenim dicebant interdum:
Hic non eijcit dęmonia nisi in Beelzebub princi C
pe dæmoniorum: interdum autem, Vnde huic
sapientia & uirtus? Sed erat adhuc quodammo-
do asperum, & his qui à prudentissima dispensati
one abhorrebant, quod esset quidem ex Deo de-
us, apparuisseté; propter nos, & factus esset ho-
mo, manifesteté; diceret. Sum quidem, ô uos, sa-
pientia & uirtus, & admirabilium artifex, nec ad-
uentitiam habens potestatem, neque alienis glo
rior dignitatibus, sed proprie meis. Non enim si
hæc dixisset, sustinuissent ij, qui mediocribus ser-
monibus obstrepere, & canum modo inuadentes,
oblatrare ausi, sicubi quid proloquutus esset
ultra humanitatis conditiones. Igitur abducens
illos ab improbitate sua, & adducens ad melio-
rem considerationem, ciuiliteré; instituens, non D
oportere putare uniuersorum dominum & Deu-
m in Beelzebub operari opera clariora ineffabi
li uirtuti patris attribuit, & diuinæ naturæ accom
modat, quæ illi congruentissima erant: & sic exi-
stens ipse in patre, & proprium habens in seipso
genitorem, propter identitatem absque uariati-
one, & substantialem patrem dicebat, in ipso ma-
nentem opera implere. Non enim secundum ue
ritatem opinaretur quis mente præditus opus
Deo conueniens, quod proprie dicitur esse o-
pus carnis, hoc est humanitatis solius & per se.
Opinaris autem sermonem illum aberrare à ue-
re & euidente sententia? HER. Minimè, bene enim habet. CYR. Dixerim quod & suis ipsi pugnent sermonibus, operandi efficacia sum

pta, operari siquidem uoluerint filium, & adhæc A
etiam in ipsum patrem impij erunt. HER.
Dic quomodo, non possum enim intelligere?
CYR. Nónne amice datum quodlibet & au-
ferri potest? licet non auferatur fortasis, dum
nondum cogitat quispiam auferendum, & cum
qui posit hoc facere, quod certè naturæ legibus
non fundatum, aduentitium autem & non rei-
ctaneum erit, cuipiam posse pati abiectionem, e-
tiam si forte non patiatur. HER. Plane. CYR.
Vide igitur, quanta in hoc contra unigenitum
impietas. si enim actus ad operandum operatur,
& datũ illi à patre quod creet, quid offendit iam
quod non nobiscum dicit: Gratia dei sum id, B
quod sum, & gratia eius quæ in me non fuit va-
cua. &: Gratia autem uobis & pax à Deo patre
nostro, & domino Iesu? Quomodo adhuc præ-
dicaret ita, ac non mentiatur sapientissimus Pau-
lus? Quomodo enim esset cum patre, gratiæ da-
tor, qui gratia in seipso rationẽ iusta, ac uera de-
stituat minimè filium: siquidem opinaretur quis,
quod operari ei esset inutile, & aliquando cessa
datum, uolente patre auertere naturæ filij effica-
tiam, à qua, ut dicunt, qui mouetur & monstra-
tus est factor. Quod enim ab aliquo mouetur,
quiesceret, nisi moueatur, quia non ut naturæ pro-
priæ fructum, motionem habet. HER.
rum. CYR. Præterea quod illi inter acria &
grauia habent, inane erit cauillum. HER.
Quod nam? CYR. Nónne audiebas, quum
obijceremus grauiter quædam de patre, & non C
ut illi humilem sermonem de eo faceremus pro-
ductum, dicentes: Vtiliter ac necessario filium
(quando quidem est in omnibus per se operans,
indecorum foret patri, etiam esse creaturæ inten-
dentem) quod minus est quodammodo, uel si-
mile sibi, hoc est, filius operetur cætera. HER.
Audiui. CYR. Quò igitur sapiens eorum
figmentum peruenit? siquidem omnino opera-
tus est pater creaturas. Operari enim per medi-
um quoddam, motionem quidem non habens
propriam & per se operantem, quasi autem in-
strumentalem illam gerens, dixerim ego sine du-
bio per se operari. Vile autem iam & minus pul-
chrum, dicere Deo ac patri intendẽtem quidem
esse alijs ut paruis, filio autem non item. Quid
enim paruas res Dei naturæ tribuunt, & stant: de-
metientes immensam naturam, pauca quædam
illi ascribentes, & quod magnum, & super nu-
turam, nescio quomodo delirando dispendant.
HERMIAS. Optime dixisti. CYRIL-
LVS. Præteritis igitur cauillis superfluis &
austeris ad ipsam, & solam eamus ueritatem, con
fitentes quod sit Deus natus qúe secundum natu-
ram ex Deo patre unigenitus. Et siquidem ele-
res uerè sine principio & antiquissima, acpon ta
cta natura, ualeat calumnia & impostura. Quo-
modo enim reciperemus eum qui uerè exisit de
Verbum, tarde genitum & factum, & non dice-
ret nos quisquis rectè sentit, ab optimis exercẽ-
re consilijs? uel illud dic. Dicam enim: Nónne



uerum confiteris quod dico, filium enim si quidẽ A
quis nominaret dei, nõ alium, opinor, quis intel-
ligeret, quamuis multi adciscantur et adoptẽtur
in filios: sed illum ipsum unum & natura & uere
auditorum mẽs celeri et indubitato cursu accipi-
et. An non uera res hæc tibi esse uidetur? HER.
Etiam. CYR. Itaque quemadmodum quum u-
nus sit in nobis secundum naturam, & uerus de-
us, siquidẽ aliquis nostrum absq; adiectione de-
um nominare uellet, nunquam in mentem acce-
perimus alterius significationẽ, quamuis multi
sint domini ac dij appellati in cœlo & terra, sicut
scriptum est: ita unum & uere filium citissime cõ
fiderauerit piorum mens, si quidem quis omnino
filium nominet. Adiecerim autem dictis & hoc.
HER. Quid nam dicis? CYR. Amice, nónne B
diceres hoc quod uere est, unum esse aliquid, &
non multa? hoc autem est Deus, id est dei natura.
HER. Dixerim. CYR. Nunquid igitur nihil
sunt quæ facta, & uocata ad existentiã per illum?
HER. Sunt quidem entia, quomodo enim non?
attamen subsistant ad imitationem eius quod ue
re est. CYR. Suffragor ueritati quam optime te
nes, semper enim quodammodo quod ad imitati
onem fit, deficit à gloria quæ est secundum natu-
ram. Itaq; licet multa entia intelligantur ad imita
tionem eius quod uere est, unum tamẽ est, quod
uere est. Eodem modo, licet multi uocẽtur dij &
filij, sed unus natura filius ec Deus, radicem quo-
dammodo aliquã habẽs ineffabilis natiuitatis pa-
tris naturam. Igitur & coæternum nos & sancti C
angeli meritò prædicamus, & non productum
tanquam à conditore cum creaturis, sicut peruer
si contemnere illum audẽt, qui ueram ueritatem
ignorauerunt, hoc est Christum, per quem & cũ
quo deo ac patri gloria in secula, Amen.

Dialogorum libri quarti finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI
Alexandrini, cum Hermia dialogorum
Liber quintus, quod deitatis proprieta
tes & gloria naturaliter in filio
sint, sicut & in patre.

CYRILLVS.

ESto, colligatur ex omi nostro pbabili necessario sermone, ut uidetur, D
filium minime esse tardegenitũ, nec
indebilẽ maculam habere quod sit
factura: sed confitẽdum esse, quod
prognatus sit ex ipsa patris substantia, deumq; ue
rum ex deo uero, summam ac naturalem sortitũ
gloriam, & immensis ac incomparabilibus emi-
nentijs uniuersæ facturæ transcendentem natu-
ram, excellereq; in tantum, quantum & ipse pa-
ter. HER. Assentior, recte enim sapis, & si pla-
ceri terum interrogabo aliquid. CYR. Quin ô
amice, annuerim, quod libenter & impigre obsi-
stendum sit sermonibus eorum, qui strenuè ueri-
tatis sermonibus aduersantur. Etenim mansue-
tus sit & pugnax, sanctus nobis sermo clamauit:
Tu autem perfice quod placet, in mente habens

scriptum, mulge lac, & ede butyrum. HER. Sci
as igitur, si audierint te Deum uerum, & consub-
stantialem patri nominantem filium, statim di-
cent aduersarij in hũc moduin: Optime iuxta te
quomodo non donis suis gloriari illum cõuenit,
& non extraneis. Deus enim uerè ex seipso perfe
ctus, integer, & nulla re indigẽs, cum omni quod
suæ naturæ agnatum. CYR. Quid dicis? quàm
audax est sermo ille, & ad offendendum ualde
procliuis. Dic nihilominus manifestè, quo nam
modo nobis improba peruersorum turba, tam
condemnatarum blasphemiarum multitudinem
innouarit? HER. Si Deus, aiunt, uerus &
consubstantialis est filius patri, interne habet ea,
per quæ est Deus, & magis proprijs quàm pater
nis glorietur bonis. Quod enim habere uidetur,
hoc est à patre & deo datum. Viuere enim se di-
cit propter patrem, & glorificatur & sanctifica-
tur ab eo, & reuiuiscit tertia die uirtute patris, &
ipsum Deitatis nomen participatiue accepit, &
adorat nobiscum, & subijcitur patri, & regnum
accipit ac potestatẽ. nam sacri quidem ac diuini
hæc tradiderunt sermones. CYR. Heu ô Her-
mia, quantus & quàm grauis blasphemiarum nu
merus, ueritatem quali circumsistens undiq; pro
phane allatrat. Et tempus est, ut & nos armemur
armatura dei, & gladium spiritus, qui est uerbum
Dei, uiriliter sine metu educamus, licet fœdiori-
bus iam & agrestioribus aggressus nos sit sermo-
nibus. Sed siquidem theoremata hæc confuse ie
rant, ac sine ordine, excideret facile sermo noster
ex hoc in illud, & iterum ex illo in hoc, cognitio-
nem deformem, & obscuritatem in singulis faci-
ens. Bene autem monstrat ueritatem, & inculpa-
te habebit si seorsim & distincte singularum blas
phemiarum fiat examen. Age igitur distincte &
seorsim, & cum ordine dicamus. Prius autem in-
terrogare te uelim. Vtrum theologorum uoces,
ueris & rectis calculis probent, uel certè nihil fa-
cientes, insipientissime repellant. HER. Ve-
ras opinor esse dicent? CYR. Scribit igitur o-
ptimus & sanctissimus Paulus de unigenito: Is
affectus sit in singulis uobis, qui & in Christo le-
su, qui in forma Dei existens, non rapinã arbitra-
tus est se esse æqualem deo, sed semetipsum inani
uit, forma serui sumpta, in similitudine hominum
constitutus, & figura repertus ut homo, humilia
uit semetipsum, factus obediẽs usq; ad mortem,
mortem autem crucis. Quapropter & deus illum
in summam extulit sublimitatem, ac donauit illi
nomen, quod est super omne nomen, ut in nomi
ne Iesu omne genu flectatur, cœlestium, ac terre-
strium, & infernorum, omnisq; lingua confitea-
tur, quod dominus sit Iesus ad gloriam dei patris.
HER. Quid nam hoc uult? CYR. Igitur ô
amice, duobus temporibus, enarrationem ac
duplicem mysterij cognitionem distribuit. Vni
scilicet, quod primum, & in principio, secun-
dum quod Verbum erat in forma, & æqualitate
Dei ac patris: alteri uerò quod & in nouissimis,
secundum quod, quasi neglecto quodammodo
suo

Universidad de Deusto
Biblioteca



suo esse, & in forma ac æqualitate dei ac patris inaniuit seipsum forma serui sumpta, ipsam in cruce mortem sustinuit. Tunc enim quod natura ei ac substantialiter inerat, habitum est adoptatiue accepisse, & ut gratię loco, nempe habere nomen super omne nomen, & adorari à nobis & ab angelis. HER. Sic habet. CYR. Omnis igitur diuinitus inspiratæ scripturæ sermo ad duo spectat, interdum enim nondum descendisse filium ad inanitionem theologice narrat, sed in sublimitate deitatis, & in bonis paternis esse, interdū uerò misericordia, uoluntariaq; gratia, & in carnis humilitatem, eum qui supra erat deorsum uenisse, euidenter commendat. Igitur interrogabo nūquid sapienter ac industrie expēderint, qui geminæ naturæ ac duplicem sermonem his adaptant, et congruis temporibus arcanam doctrinā distribuunt, uel qui confusione quadam & commixtione operum ac temporū censent cogitare, & quasi non diuisim ea quæ carnis, & quæ propter carnem adaptare Verbo ex patre nato, & ea quę unigenito propria & eximia ascribere carni & tempori, quo illi adest? HER. Et quomodo dubium quod melius sit confiteri quidem Christum unū, & filium secundū scripturas, cōsiderationibusq; rationalibus? Quādiu unigenitus à copula & unione cum carne abfuit, erat diuinitatis dignitatibus gloriosus tāquam proprijs ac naturalibus: postquam autem carni coniunctus quidem, ac factus est homo, tunc & ea quę humilitatis sunt, accepit. CYR. Euidens igitur de utroq; sermo, si quæ quoq; tempore congruunt, examinentur. HER. Vtiq;. CYR. Omnino autē puerile permittere, ut in utrisq; confusio fiat. Etenim etiam, quod rectè scimus, traheretur ad offundendas tenebras, & perturbandos nos. HER. Verum.

CYR. Aliquando igitur tanquam uerbum existens et unigenitus ex patre, aliquādo autē uthomo, & propterea primogenitus, et in multis fratribus prędicatur. Nunquid conuenienter & artificiose per utrosq; sermones itur, & per eum qui in summū fastigium progreditur, & per eum qui ad inferiora & ad nos usque demittitur ac subsidet, quando quidem erat illi mens ac uoluntas suadere hominibus, quod sit quidē uerè deus ex deo, et descenderit propter nos in hęc nostra, inanitio nisq; cōditionem nō contempserit. Vel certè ipse seipsum condemnat, quod insipienter & parū consuluerit, quod factus sit quidem nobis similis non impulsus, et erubescat uerba, quorum nullo modo humanitatis erubesceret cōditionē. Quid enim oportebat, dixerim ego, & ualde meritò, descendere ad naturam, cuius ignominiam & paritatē subire molestum ac intolerabile erat, Deo scilicet semel ex deo nato, siquidem uitare uerba, quæ nobis tribuuntur, ei conueniret, ut possit seruare illæsam & synceram deitatis pulchritudinē? quomodo non et ante hoc cauisset uniri carni, & ignominiosissimam ferre humilitatem? Sed non opinor, quod ullus ita attonitus futurus sit, quod non ualde admiretur unigenitum, qui non rapuit propter nos conspicuam & summam dignitatem in forma et æqualitate patris, uoluit autē pati inanitionem in carne, & cum illa sermones ei cōgruentes et decētes, quod non magnificęit, ut nobis cōcederet suo opere nullis incommodis afficta natura ad suum redeunte principium, & in ipso reducta ad notiitatem uitę per sanctificationem ipsius. Declarat itaq; Paulus incarnationis caulam dicens: Verbum dei nō angelos suscepisse, sed semen Abrahę. Vnde debebat per omnia fratribus similis fieri, ut misericors esset & fidelis sacerdos, in his quæ ad eum. Et iterum: Quoniā enim participes fuerunt carnis & sanguinis, & ipse similiter particeps fuit eorum, ut per mortem aboleret eum qui mortis habentem imperium, hoc est diabolū. Ac quid hoc dico, cum his qui uolunt, manifestè audire liceat Christum clamantem ad cœlestem patrem ac deum: Sacrificium & oblationē noluisti, holocaustomata et pro peccato non cōprobasti. Tunc dixi ecce uenio, ut faciam deus uoluntatem tuam? Quam sapiens & salutaris erat ergo nos uoluntas patris, abolere in morte Christi peccatum, & peccati inuētorem ac autorem ab initio, & per sanctum sanguinem ab illis fieri redemptionem. Vnde & diuinus Paulus iterū scribit sic de filio: Et propter hoc iterum testamenti noui mediator est, ut facta morte ad redemptionē earū transgressionum quæ in primo testamento promissionem accipiamus, qui uocati ad æternam hereditatem. Testamentū enim in morte firmū est, alioquin nondum ualet, quam diu uiuit testator. Mori autem filium quādoquidem pertinebat ad dispensationis opus, & esset utile uelle mori, quomodo non necessarium & utile erat ipsi in naturam descendere, quæ mori potuit, non respuenti, dum semel illam uult pati, etiam sermones & nomina paritatis illius? Num igitur tibi uidetur audax, uel insulsus sermo ille, uel ad aliquam declinans impudentiam? HER. Minime. CYR. Nam erat & est Verbum etiam in carne factū quæcunq; a carne. Quæ autem assumpsisse uidetur per carnem, non erat in initio. HER. Tale autem quid elinam profundus sermo, & captu difficilis. CYR. Nónne deus erat Verbum, & uerbum erat apud deum. Et nónne lux erat uera, quę illuminat omnem hominē uenientem in hunc mundum? Nónne unigenitus, & in sinu patris? Nónne superne uenit, & super omnes est? Nónne et ipse de cęlo dicit: Ego non sum ex hoc mundo? HER. Etiā Dicis em nobis ea quæ & diuina scriptura. CYR. Nunquid putas inanitionē in Verbo operari naturam naturalium, & proprietatum quæ ab initio, ut conuersionē & immutationē quæ tandem offendant? HER. Nūquam existimarim: Nam scimus & credimus filium præstantiorem quam ut uertatur, nobis scribente Paulo: Iesus Christus heri & hodie, idem & in secula. CYR. Recte & mice, & per quam sapiēter. Nam si suscipias quod offendat ac contristet gloriam & naturam suam, uersione, quomodò adhuc idē intelligetur à nobis? Itaq; necesse est glorificare unigenitū, quod



stabilis sit in bonis in quibus erat, licet sit factus caro, & habitārit in nobis. HER. Necessarium est. CYR. Itaq; eundem iam ad ea quæ carnis, uel propter carnem. Palpabilis factus est, qui impalpabilis. Quapropter & Thomas manu & digitis clauorum uestigia attingens dicebat: Dominus meus, & Deus meus. Visibilis apparuit qui inuisibilis, & de hoc dulcem cantilenam afferens diuinus Dauid, dicebat: Deus deorum, dominus locutus est, & uocauit terram ab oriēte solis usq; ad occasum, deus manifestè ueniet de⁊ noster, & non silebit. Quando enim, uel ubi, & quomodo manifestè nobis uenit deus, qui et omnē uocauit terram, nisi & quando factus est homo unigenitus, & quia à nulla creaturarum uidebatur, cōspicuus monstratus est propter carnem. Laborauit ex itinere, quando Samaritanorū transiuit ciuitatem, & indigebat corporali cibo, quamuis daret esurientibus robur, iuxta prophetæ uocem. Is in quo uiuimus & mouemur, & sumus, nobiscum fuisse dicitur etiam in morte carnis. Igitur ô amice, tribuens hæc unigenito etiā ante carnē, nō leueris sanū & pium de illo sermonem? HER. Ita colligitur. CYR. Refutemus itaq; impiissimam uituperationē & impietatis crimina. Quæcunq; enim diuiniora sunt, & super nostram naturam, filio tribuamus nondum nobis simili facto. Quæ uerò humiliora sunt, & nostrarum proprietatum habēt opinionem, dispensatiue uertamus, & captiuum ducamus omnem sensum in obedientiam Christi, ut scribit Paulus. Necdum enim eius, iuxta scripturas. Ne dementia laboremus, quando Christus dicit: Et nullus ascendit in cœlū, nisi is qui de cœlo descendit filius hominis, etiā ipsam de cœlo carnē deferamus, quāuis prophęta manifestè ostendat nobis sanctā uirginem, & clamet aperte. Ecce uirgo in utero habebit, ac pariet filiū, & uocabunt nomen eius Emanuel, non enim putamus Verbū ex Deo in utero corporali habuisse excellentiā existentiæ quā habebat in principio, quando splendorē gloriæ ac characterē substantiæ patris Paulus uocās incorporalem & ineffabilē natiuitatem sentētijs rationem nostrā excedentibus designauit. HER. Omnibus modis. CYR. Igitur cum operibus, & quæ utrisq; cōueniūt intelligere oportet, sic em re ęta ad ueritatē peruenietes (necq; Verbi sublimita tē in ignobilitatē detorquebimus per carnē, & ea que sunt carnis, necq; ea quę sunt carnis, & per illā nostra) omnino referemus in illū propter dispēsationē, sed seruamus magis unigenitū, q̄d immutabilis sit. Nam illum ipsum esse scimus, & ante copulam cum carne, & quando factus est caro, qua nitatem dicantur. HER. Atsi uolueris omnia, aiunt, prout tibi placet, conuertere ad dispensationem cum carne, per quæ iam uerbi naturam quid nam sit, inueniemus? CYR. Igitur uix eximiæ, dixerim iā & ego tibi, si omnia torqueri uoleris in hoc quod aliquādo est Verbi natura, ut interpreteris, quod factum sit homo, quomodo scias uel unde? Non enim ex deitatis proptietati bus cognoscet quis humanam. Ei autem quod in comparabiliter transcendit etiam uniuersam naturam, ac præstat, indubitate credēdum est, quomodo dicoro, tribuetur manifestatio sic humilium? Bene autem uidere & manifestè quod deus erat Verbum, & non quod factum sit homo, nō habet sat utilitatis: sed si accesserit primo et sequētium fides, integri ad intellectum erunt fideles. Vnde sapiēs & dei prędicator Ioannes: Quis est, inquit, qui uincit mundum, nisi qui credit quod Iesus est filius Dei? nomē enim nouum Verbo Iesus, & concurrens cum carnis natiuitate. Et propheticum oraculum iterum nobis astipulatur q̄d dicit: Et uocabunt nomen eius nouum hoc quod Dominus nominauit. Nónne ô amice, Gabriel uirginī uoluntatem Dei ac patris conspicuam fecit, dicens: Ne tímeas Maria, ecce enim concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius Iesum. HER. Verum. CYR. Igitur libenter à te audirem, relictis illis qui respuunt sacrarum literarum simpliciorem & seniorem sensum, similes arundinibus, quæ ad omnem impulsum facile agitantur, quamuis beatus Paulus sic clamet: Fratres, firmi estote & immobiles. Et deus ipse plurimū accusat tam leues ac mobiles moribus, pœnamq; decerint morbo, reprobationē. Dicit enim sic de quibusdam: Dilexerunt enim mouere pedes suos, & deus nō complacitum habuit in illis. Etenim firmiter & immobiliter stabilitum, ad omne quod conducibile firmum ac securum. HER. Quomodo igitur illorum sermones repellemus, si participatiue in filio dixerint esse diuina? CYR. Vir bone, id fiet non absq; labore. Etenim res parum expedita est. Veruntamen ueritaꝫ ex euidentibus rationibus facile indagari poterit. Primum quidem, si sic sapere uoluerint, auferant illius, & prę alijs deitatis gloriam, omniaq; potius confiteantur, quàm esse filium, ut commonstrentur obcæcatis ludæis cōsentire, & ad summam impietatem detrahere illi, nihil parcentes. Volenti autem audire causas tam magnæ & intēperatæ arrogantiæ, dicentiq;: Multa bona opera ostendi uobis à patre meo, propter quod illorum lapidatis me? clament absque amore Dei: Propter bonum opus non lapidamus tē, sed de blasphemia: quia quum sis creatura, facis teipsum filium dei. Attēdere autem illis nos non debemus, nec audire in hunc stuporem cadētes, animo ægrotantes cordeq; & mente corruptos, sed eos in quibus ipse Christus per spiritum inhabitat, & indidit synceram sacramenti cognitionē. En Paulus qui deū audiuit, nominauit nobis filium unigenitum, & imaginem ac similitudinem patris, & charactēris loco suscipit propter omnimodam pulchritudinem, & acceptissimam, maximeq; perspicuuam effigiem. Corporeum autē cum incorporeo quid æquali typo effigiaretur? quomodo non iure uideretur idem specie intelligi? Etenim quod longissime à corpore formationes non sustinet, necq; configurationes admittit, et in summa corporum proprietates quomodo

Universidad de Deusto
Biblioteca



susciperet? Etenim quemadmodum eorum quæ sunt corporum, proprie corpora palpabilia et sensibilia erunt susceptiua: ita omnino quæ sensatione superiora, & incorporea natura, non sunt capacia eorum quæ sensibilibus accidunt corporibus. Vel intelligis aliquid, & dicere ipse potes quid diuersum est ab hoc? HER. Non possum, quomodo enim? CYR. Age quoniam nobis incorporeus pater, habeamus in cogitationib. nostris creaturam transcendentibus, naturam eius maxime ineffabilem & immortalem: ac antiquiorum indagemus opiniones, & deinceps ad imaginem eius ab ipso non uariantem, nempe filium eamus. HER. Eamus, recte enim dixisti.

CYR. Igitur descendit quidem in specie ignis super montem Syna, Iudaicam institutionem inci- B piens, quando & tubarum sonus altus, & distinctus in summitatem tendens, intolerabilem metum auditoribus incutiebat, sed ij parum sentientes de deo, & palmo cœlum metientes his quę in typo apparebant solis, dei gloriam includebant, arbitrati secum ipsam dei se uidisse naturam, quæ nihil aliud sit quam ignis, & uox instrumentalis in aures susceptа. Hac ratione & gloriantes de Moyse Christi doctrinas ridiculas esse arbitrabā tur ac dicebant: Moyses diuinus diuinam nobis ante oculorum sensus exhibuit naturam, et super nam uocē audire cōcessit, quomodo igitur Chri
Ioan.5. stus nos ut rudes, & à ueritate aberrantes, atq; ab ipsa causa deficientes redarguit? Amen amen, in quit, dico uobis, neque uocē eius unquam audi- C stis, neque speciem eius uidistis, & Verbum eius non habetis in uobis manens, quia ei quem ille misit, uos non credidistis. Etenim quum liceret in filio Dei ac patris naturam bene contueri, miseri illi hoc quidem non faciebant, in igne autem & caligine ac fumo deitatis speciem respirare existimabant. Propterea paulò post, melius erudiens, & utiliter diuino humanum connectens dicebat
Ioan.12. Saluator: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui me misit. Et qui uidet me, uidet eum qui misit me. Nam quum fides nō sit simpliciter
Fides non simpliciter in hominem. in hominem, sed in Dei naturam, & erat uerbum in carne, propterea non exerceri fidem in ipsum, bene declarauit. Quod autem sit in ideitate per omnia cum Deo ac patre propter naturalem effi- D giem, etiam substantiæ in specie identitatem manifestabat, dicens: Qui uidet me, uidet eum qui misit me. Quoniam autem pater clare in filio, & absque uariatione uidetur & cognoscitur, communia quodammodo iam omnia ipsis, imò unius deitatis propria intelligantur meritò, quæ in
Ioan.17. utrisque. Dicebat etenim ad patrem suum ac deum: Omnia mea tua sunt, & tua mea. Nihil est enim quod imaginem cum suo exemplari, & exImago & exē plar idem sunt emplar cum sua imagine, diuersa esse faciat, secundum quod in similitudine & in specie idem sunt. Vnde inconsiderantius interrogante uno discipulorum, ac dicente: Domine, ostende nobis pa-
Ioan.14. trem, ac sufficit nobis. Nō relinquens intaxatam quæstionem, inquit: Tanto tempore uobiscum sum, & nondum cognouisti me Philippe? Qui uidet me, uidet patrem. Non credis quod ego in patre, & pater in me? Ego & pater unum sumus. Nam quod quasi facies Dei ac patris sit, docebit facile Psaltes uno loco, dicens: Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Alio autem loco, in persona eorum qui in illum crediderunt: Signatum est super nos lumen uultus tui Domine. Obsignati enim sumus sancto spiritu ad effigiem & similitudinem faciei patris, hoc est filij. Et rursus
2.Cor.3. ficabitur Paulus, scribens: Nos autem omnes reuelata facie gloriam Domini speculo cōruentes, ad ipsam imaginem trās formatur à gloria in gloriam tanquam à diuino spiritu. HER. Quam- B minetur à nobis, nihil hoc propositionibus pręiudicabit. Non enim patris, sed uoluntatis eius imaginem & similitudinem ipsum esse dicimus. Itaq; secundum quod uoluntate idem, si quis uiderit filium, ipsum iam contemplatus fuerit patrem. CYR. Quàm stulta est hæc consideratio, & postrema improbitate plena, & quàm puerilis ter hoc dicūt facile est uidere. nūquid eīm uoluntatem esse dicunt patrem? & quia est uoluntas, hoc intelligi eum uolunt, uel ponentes eum in propria substantia, tunc tribuunt ei uoluntatem? HER. Et quomodo esset diuinitas simplex, si & in substantia intelligatur, inquit, & in uoluntate distincte. Nam sic quodammodo esset ex partibus concurrentibus ad integritatem unius compositus? CYR. Itaque quandoquidem simplex est Deus, & melior quàm ut compositus sit, recte tibi uidetur, non alia ab illo esse uoluntas eius. Voluntatem autem quis dicēs, Dei ac patris significauerit naturam? HER. Videtur

CYR. At uoluntas in subiecto, sicut & artis, cum species. Etenim uelle uel nō, accidit nō ipsi, nempe ei uelle, sed alteri potius, in quo est uelle, uel quomodo? HER. Sic. CYR. Est igitur in altero esse patris: & accidit cuipiam existere illi, & cōpositus erit tibi crassius & uilius nūc quam tunc. Nam alteri est quod est, non sibiipsi. Siquidem uoluntas quidem mea, mea: alterius autem uoluntas ipsius & in ipso. HER. Quomodo igitur in simplicibus, et incompositis alia ab ipsis sunt quæ ipsorum sunt? CYR. Quemadmodum si & ex mente intelligatur uoluntas, fontem habens scaturientem mentem, & radicem quasi ante substratam, in quo uersetur, tanquam mens. Mens enim motuum, qui in ipsa, & cogitationum dominatrix est, qualitas autem motionum in quodlibet & singula uoluntas multiplex quędam existens, & rerum qualitatibus ac differentijs, quasi quibusdam tincturis colorata, ad hoc quod aliter & aliter habeat. Plurima enim in nobis uoluntatum est differentia, quæ nonnunquā etiam inter se contrario distant. Non enim eo ipso uolumus bonum, eo & malum: neque ob quod uoluerit quis esse sapiens, ob hoc ipsum erit & contrarium. Proinde omnino stupidum arbitror dicere uoluntatem esse existentiam patris. Etiam.



CYR. Itaq; siquidē est uoluntas ipsa secū A dum se in differentijs. Nemo autē recte cordatus sic opinabitur se habere dei naturam. Non enim uoluntas pater, sed intelligitur in existentia propria, cōnaturalem & simul absq; principio, quasi uoluntatem habens suum filium, nō compositos sicut illi dicunt. Habēs autem sic, quod esse intelligatur, etiam ea quæ in simplici natura & sapiente, & quod præter illa ociosum sit: at diuinitas supra mentem & omnem rationem, amice. Nonne sic habet? HER. Dico quidem. Quoniam autem nominasti nobis consilium & uoluntatē patris filium, nunquid poteris hoc ex sacris literis astruere? CYR. Quomodo enim non? & opinor quidem abunde satis persuasurum nobis Da
Psal.39. uid deo ac patri cantantē: In consilio tuo dedu xi B me. Ostendit autem nobis sermo, etiam per alias sententias ueritatem exquirens. Nonne omnia facta sunt per filium, & absq; ipso factum est nihil, secundum uocem Ioannis? HER. Sic habet. CYR. Psallit autem alicubi Dauid, & uni-
Psal.103. uersorum opificem patrem ac deum admirās dicit: Quàm magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti. Sapientiā opinor filiū uocans. HER. Quid igitur hoc? CYR. Quia ô amice uoluntas dei siquidem ab illo nō est alia, ernō absq; sapiētia. Sapientia uerò filius est, quo modo intelligeretur in existentia quæ per se patet? transisset enim quodammodo in filiū, & qua si iam commutasset esse hoc quod est, sapiētia fa- C ctus. Siquidem est uoluntas nō participatiue habens sapientiā, sed ipsamet, & tota sapientia, adij cerem autem quod & imago sibiipsi apparuisset filius, siquidem existens ipse sapiētia et uolūtas, & imago patris, qui etiam nominatur consilium et sapientia. HER. Apage cum absurdis cogitationibus. CYR. Vere maxime abominabiles, & multam peruersitatem habent. Itaq; accepimus filium esse imaginem et similitudinē exactam substantiæ Dei ac patris, & non solam ipsi adaptamus eam quæ per se est, uoluntatem, dignum censentes eminētia super creaturam, sed in forma clarissima Dei ac patris ad omne quod illi agnatum, tribuentes ei naturaliter. At si quando quidem est simul uolēs, hac ratione dicūt ipsum existere etiam imaginem patris. Hanc autem habens naturam & conditionem, nō formidauit di D cere: Qui uidit me, uidit patrem. Ego in patre, & pater in me, ego & pater unum sumus. Probabilia loquendi soli filio cōgrua, quasi corona quadam redimiri Dauidem, & ualde gloriari in illo manifeste dicentem: Ego in patre, & pater in me: Qui uidit me, uidit patrem: Ego & pater unū sumus. Nōne uirum deo uiderit quis factum, idem uolentem? Dixit enim alicubi de illo ad beatum Samuelem: Inueni Dauid Iesse filiū, uirū secundum cor meum, qui faciet omnes uoluntates meas. HER. Probabilis sermo, ueruntamen non securus. CYR. Imò minime ô amice, ueri similis, sed ostendens absurdam nugacitatē, quā nescio quomodo proponere nō erubescant aduersarij. Nihil enim nos solum uelimus simul et idē quod pater, faciet ad imaginem et similitudinem naturalem eius, faciet autem hoc & sola naturę similitudine, substantiæ clara effigies, ex illa per omnia prodiens. HER. Itaque secundum diuinam imaginem quomodo ipsi essemus? CYR. Tanquam habentes in nobis filium inhabitantē, & characterem diuinum in nobis posidentes. Conformes enim per illum efficimur dei, species autem super omnes & summa, quæ est filius per spiritum, signatur in animabus nostris. Vnde &
Galat.4. Paulus Galatis scribit, qui in deterius leuitate ex ciderāt: Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus. HER. Optime dixisti.

CYR. Stultum autem, & alia ratione ualde inconsideratum, filium nō dici imaginem substantiæ patris, consilijq; ac uoluntatum. Etenim Philippus inquit: Ostende nobis patrem, & non uoluntatem patris. Filius autem seipsum exhibens in imaginē patris, inquit: Qui uidit me, uidit patrem: quamuis oportebat uolentem non mentiri, imò non habentem dolum in ore suo, quod illis uidetur non sic dicere, siquidem erat nō sic habens: sed solus sciens patrem, et à solo cognitus patre, non nudæ nobis et sine existentia uoluntatis imaginem, sed characterem magis substantiæ eius, qui se genuit declarauit, dicēs: Qui uidit me uidit patrem. HER. At siquidem sic sapere uerisimiliter cum ipsa ueritate persuasi sumus, uiam quidem imus bonam. Veruntamen scias et illud dicere, cuius, ô optimi, character esset? omnino non in subsistentia qua per seipsam, sed neq; propriam habebat existentiam, sed magis intelligetur in subiecto, & habebitur ut accidens, licet inseparabiliter insit, quemadmodum scilicet species corporibus. Itaque sine existentia filius, siquidem est sicut character in patre. CYR. Peruersis illis, inutile, ut uidetur, et turpissimis connumerandum, uelle intelligere optima, & quæ certa sunt, casumq; nullum metuūt: sed in precio est animo ægrotare, et pro nihilo habentur apud illos perpetuē solida, & bene se habere uitio dat. An non melius intelligere, quod naturā filij, quę nā sit, mēte nostra cognosci nullo modo sit possibile, multoq; amplioreē esse quàm ut possit uirtute sermonis enarrari? Gloria enim domini occultat sermonem, sicut scriptum est. Cognitionē uerò tanquam in speculo ex multis consideratio nibus, non sine sudore, & uix acquirimus: subtilibus autem ualde & eliquatis imaginationibus cogitationum, cōtemplationem quasi per specu lum in ænigmate, in mentem congregamus, firmitatem in fide lucrifacientes. Quoniam in creaturis & his quæ generationem & corruptionem habet, nihil exacte & proprie elaboratum est ad claram effigiem, summæ & naturæ & gloriæ, intelligimus uix ea de illa decernētes quod utile ad manifestationem in singulis utilibus rebus palma quasi metientes cœlum ualde breui, quantū situ est in nostra mente ad ea quæ supra uniuersa

Universidad de Deusto
Biblioteca



sunt, instruere non detrectamus. Lucem & uitã, A
& sapientiam, & uirtutem, & alia quædam cum
illis dicimus esse filiũ. Nominatus enim sic est à
diuinitus inspirata scriptura. Sed nõ in unoquo-
que nomine ineffabilem eius naturam includen
tes ex diuersis ipsum compositũ esse dicimus, &
in unum aliquod integrum uix complicatũ. Sim
plex enim est, & unius formæ, sed ex plurimis i-
psi agnatis substãtialiter imus ad subtiles quosdã
iplendores contemplationis et congruę conside
rationis de ipso. Itaq; si dicatur character substan
tiæ patris, inseparabiliter cognatum simul existe
re intellige, & quodammodo speciẽ eius qui ge-
nuit. Quando aũt & splendorẽ quasi luminis e-
missi & fulgurantis in mente habeam, quæ ex pa
tre quasi ad exterius euagatur, neq; omnino sepa B
ratim à substãtia à qua est, neq; omnino cõtractę,
sed quodammodo prospectantem, ut per se subsi
stat, & in propria existentia. Moratur enim in pa-
tris natura quasi radicem ipsum habens filius, &
sectionẽ omnino non sustinet. Veruntamẽ propri-
e subsistit, et est filius uerè, non sine subsistẽ-
tia character, neq; iniectus uel accidens sicut spe
cies in corporibus. Vita eñ existens secundũ na-
turam, quomodo intelligeretur non subsisterę?
an non audisti dicentem: Ego sum qui sum, hoc
meum est nomen, & memorale sempiternum in
Exod.4. generatione & generationem? HER. Bene di
cis. Tempestiue autẽ nobis existere dixisti, & ui-
tam filium omnino characterem & exactam si-
militudinẽ eius qui est & uiuit patris. At dicunt, C
quid? licet hæc sic se quidem habeãt, uitam tamẽ
accipit à patre. dicit enim ille: Quemadmodum
Ioan.5. enim pater uitam habet in seipso, ita et filio dedit
uitam habere in seipso. Quin & alio loco non ali
ter: Sicut misit me uiuens pater, et ego uiuo pro-
Ioan.6. pter patrem: & qui manducat me, ille uiuet pro-
pter me. Paulus quoq; nobis dixit: Deus autẽ di
ues misericordia, propter multã dilectionẽ qua
Ephes.2. dilexit nos: & nos quum essemus mortui pecca-
tis, uiuificauit cũ Christo. Gratia estis seruati, &
cõgregauit, et simul sedere fecit in cœlestibus in
Christo Iesu, & in summa per omnem, ut dicitur,
diuinam scripturam uiuificatur à patre, & uitæ ui
detur particeps. Quomodo igitur uerè obuiabi-
mus aduersarijs, libenter ex te audiuerim. CYR. D
Nónne tibi uideor optime dicere, & à scopo nõ
errare, astipularię; nobis scripturam diuinam q̃d
filius non sit intelligendus esse uoluntatis patris,
sed substantiæ & subsistentiæ character? HER.
Optime quidem, nunquã quod rectum est ac be
ne dicitur, negauerim. CYR. Ea quæ in rebus
non solum ad figuram & speciem cuiusdam for-
mata sunt, sed substantialẽ magis sortita sunt effi
giem, cõnaturalia omnino sunt, et similitudinem
ad quodlibet perfecte assecuta. HER. Quomo
do dicis? Nõ enim mihi sat manifestus est sermo.
CYR. Hominis statua facta ex ære uel saxo, utrũ
alicuius substantię uel etiam speciei ac formę effi
giatio est? HER. Speciei scilicet. CYR. Iam fi-
lius cuiuspiam ab ipsa substãtia in hoc formatus,
& summè elaboratus ad similitudinẽ eius qui ge
nuit, de rationib. loquor quæ sunt iuxta naturã,
nónne etiã postea intelligeretur naturalis et sub-
stantialis imago? HER. Etiã. CYR. Itaq; qui
sit manifestũ et euidens, quod filius existat chara
cter substantiæ dei ac patris, illæsamq; & syncerã
diuinam in se ostendit pulchritudinem, manife- Heb.1.
ste dicens: Ego in patre, et pater in me est. et: Qui
uidit me, uidit patrem. Quomodo igitur non fue
rit necessarium quod deitatis proprietatibus exi
stens ornatus, quemadmodũ scilicet & pater nul
lo modo amittat esse uitam & uiuificũ, ut ne per
imaginẽ is cuius est imago cõtumelia afficiatur.
Consectaneũ enim erit. (Siquidẽ non sic habet,
quantũ attinet ad filium qui est imago patris) ui- B
tam quidem nõ iam, sed uita potius indigum, &
ab alio participẽ, etiam ipsum patrem in suspici-
onem uenire, uel quomodo hoc quod uiuificat, quum a-
absq; uariatione ab hoc quod uiuificat, quum a-
bundanter possit alijs quib. opus habent dispen
sare, possit aũt propriè naturæ nõ sufficere. HER.
Bene dicis. CYR. Si aũt uitæ participẽ, et non
secundum naturam uitam existere filium negati
fuerint, unde diuinam eius naturã aliã esse ab eo
quæ in illo uitã, intelligere nõ possim, nónne ne
cessarium, quod in participatione cuiusdã facti
esse creditũ est, aliud natura ab illo esse, ut ne q̃d
dicatur & uideatur sui ipsius esse particeps, siqui
dem esset eiusdem naturæ? HER. Necessarium.
CYR. Itaq; si nõ est uita secundum naturã filius, C
in propria omnino erit natura particeps, quasi ad
terius quæ in ipso est uita, id quod ipse est: resp̃o-
deant igitur qui tam corruptis suffragantur do-
gmatibus, sub quónã genere erit iuxta illos? Pri-
us enim dixit sermo noster quod non sit factus.
HER. Vita, inquit, facta est à patre. Dixit enim Ioan.
Ioannes: Quod factum est in ipso, uita erat. Ver-
bum cuius est uita. CYR. Igitur qui iunxit am-
bo in unum, & collegit uitam, et filium nõ alium
esse dicit à uita quæ in illo, ut diuersæ nominis
naturam quæ à nobis intelligitur significati uni-
us, siue filius, siue uita dicatur. HER. Sic dico.
CYR. Num factã esse à patre suspicati sunt uitã:
& quomodo nõ stultitiæ accusabuntur? Nónne
quod factum est dicere productũ esse ex non ex
stentia, etiam nolentes necessarium? Illud quod D
productum est, ut esse inciperet, sortitum est non
esse, multo antiquius quàm esse. Atqui hoc non
est uita, absit. Vita enim est, nõ quod adductum
est ad uitam. Cõuenit autem ei potius semper es-
se, & existentiam habere principio, fineq; caren-
tem. At si sapienter esse putant considerandum, exi
stere illis uerbum in participatione uitæ, tamẽ
intelligatur uita dimisso filio, audiant quod uita
dicat, se uiuificam & non uiuificatam, quemad-
modum scilicet & lucem ipsum dicentes, & sapi-
entiam ac uirtutem, nõ quod luce indigeat, et sa-
pientia priuetur, & uirtutem quæ ab alio defide-
ret, sed magis illuminantem, & sapientes facien-
tem ac corroborantem alios. An non uiam uide-
or tibi ire rectam, & non deflexam, et calculis le-
galibus



galibus laudatam? Dixisti enim uadas uia regia. A
HERMIAS. Et ualde. CYR. Quod autem ha
bitudine naturali accipit, & uix omnino esse hoc
quod est, quomodo æqualiter fieret cũ eo quod
concedit, participem fieri, & largitur, assequi ea
Ioan.5. quæ proprie ei accidunt? Audio enim dicentem
filium: Quemadmodum enim pater suscitat mor
tuos & uiuificat, ita & filius, quos uult uiuifici- Ioan.
at: & ualde merito. Operatur enim æqualiter,
& non cum uariatione, patris & filij natura. ui-
ta enim est pater, uita autem & filius non minus
quàm pater. HERMIAS. Sed opinor dicerent:
Heus tu fabulas dicis, mẽs enim tua iam ad nihi-
lum transit, & aberrauit ab exactioribus senten-
tijs. Et quod pater est uita excellẽtiore modo, id
adulterat & extenuat. Vbi enim uel unde æqua- B
lis fieret filio, si uocaretur uita? CYRILLVS.
Si parum morati fuerimus in sermonibus illis, lu
dere nos putamur. Hi autem sua dogmata adiu-
uent, & attentent suadere quod melius, sed scio
quod non possint hoc facere: sed docebũt, quod
libuerit, & pugnabunt contra filium, etiam suis
legibus unitersorum reginam naturam subiu-
gantes, & honorare putant patrem, dum filium
exeo secundum naturam natum suis opinioni-
bus, ut minor sit, offendunt, quamuis manifeste
Ioan.12. dicat: Qui credit in me, non credit in me, sed in
eum qui misit me. Et qui uidit me, uidit eum qui
misit me. Nam quomodo uideremus uitam exi-
Ioan.5. stentem secundum naturam & filium? Cur au-
ctoritas, & uita? Cum articulo autem, & singula-
riter seipsum esse dicens uitam, an non patrem ac
Deum suum negauerit esse uitam, nisi unius na-
turę ambos esse dederimus, et per ambos ad nos
æqualiter uitam uenire, et non ex duobus, sed ex
uno Deo nos uiuificante. HER. Sic habet.
CYR. An non in ipso uiuimus, mouemur & su-
mus? HER. Omnino concesserimus uera-
cem esse sanctum Paulum. CYR. Verax qui-
dem, quomodo enim non? Nam uiuit in ipso, &
loquitur Christus, qui est ueritas. Vide igitur ô
amice, quod Deo quidem patri uiuimus, & mo-
uemur, & sumus. Atqui esse, & uiuere suppedi-
tat, non alius ab eo qui ex illo natus est filius, qui
existens in patris proprietatibus conspicuus, et D
uitę naturalis germen uiuificum quasi bonũ pro
prium uitam in digentibus immittit, et totã crea-
Ioan.6. turam, ut sit conseruat. Proinde & Iudæos allo-
quens, inquit: Amen amen dico uobis, non Mo-
ses dedit uobis panem de cœlo uerum. Panis eñ
Dei est, qui descendit de cœlo, & uitam dat mun
do. Iam propriam nobis significans naturam: A-
men amẽ, inquit, dico uobis, qui credit, habet ui
tam æternam. Ego sum panis uitæ. Igitur siqui-
dem æqualiter, & sine uariatione operatur in no
bis filius, uidelicet secundum quod est uita, et nõ
minus quàm pater, quomodo non in æqualibus
dignitatibus substantię ipsum ponunt nonnulli,
siquidem recte de illo sentire & considerare ua-
lent? HERMIAS. Sed sequemur ea quæ ipse

filius dixit. Dixit enim manifeste: Quemadmo-
dum pater habet uitam in seipso, ita dedit & filio Ioan.5.
uitam habere in seipso. CYRILLVS. Appo-
ne quod reliquum, uel certe ueritati iniuriam te
facere scias. HER. Quidnam? CYRILLVS.
Quia hoc quod his quæ dixisti necessario & uti-
liter subiunctum, hoc est, et potestatem dedit illi
ac iudicium facere, quia filius hominis est. HER.
Videris, opinor, uelle id significare, quod uitam
accipit à patre, non qua intelligitur & est Deus,
sed qua factus est homo, qui natura quidem non
habet quod sit uita, sed à Deo uitæ potius partí-
ceps est. CYR. Quid? Num tibi ipsi magis
tribuis ista, quàm ita inconsiderate mihi? Nónne
audisti dicẽtem, quod pater dedit filio habere ui
tam in seipso, et iudicandi potestatem, quia filius B
hominis est? HER. Audiui, sed dicunt nunc,
dari ordinatum esse ad solum iudicium. Nã lex
iudicium, ut eximium honorem Deo tribuit. Dí-
cit enim, creatura Dei est, accipit Dei gloriam, &
Dei honorem ut homo. CYR. Porrò uiuifica-
re ô optime, alteri ne magis quàm Deo congru-
it, quum & sapiẽtissimus Paulus Timotheo scri- 1.Tim.5.
bens nobis dicit: Testificor coram deo uiuifican
te omnia. HER. Congruit etiam hoc, aiunt
Deo: & cur non? CYR. Quod Deo congruit,
& substantialiter tribuitur, nónne hominis natu-
ræ datum est & aduentitium? HER. Etiã hoc
uerum est. CYR. At Christus homo sicut nos,
licet intelligatur deus secũdum quod prodijt ex
Deo. HER. Etiam, quomodo enim non? Ita- C
que quum proprium & eximium diuinæ naturę
opus sit, quod ut homini datum, nempe uita, sed
pater dicitur filio dedisse uitam. CYR. Appo-
ne tempus, & soluetur quæstio, tunc enim & ui-
uificari dicitur, & uita secundũ naturam ipse exi-
stens, quasi ex deo & uita. Vnde et quũ pater di-
citur quasi nõ habenti filio suppeditasse uitã. Vi
derit qs etiã absq; magno labore, filiũ illi esse, ui-
tæ suppeditatorẽ, & nõ dicim⁹ secundũ q̃d intel
ligitur deus, sed secũdũ quod apparuit homo, q̃d
uita donum sit, & externe adhibitũ. Dixit enim
beatus Paulus: Si autem spiritus eius, qui excita Rom.8.
uit Iesum ex mortuis habitat in nobis, qui suscita
uit ex mortuis Christum Iesum, uiuificabit etiam
mortalia corpora nostra, per hoc quod ipse spíri-
tus habitat in nobis. At Dominus noster Iesus
Christus non aliorum efficaciæ, sed suę rem hanc
tribuens, ad Iudęos dicit: Soluite templum hoc, Ioan.2.
& in tribus diebus resuscitabo illud. HER.
Quomodo igitur operatus est pater in filio uitã,
quum reuixerit Christus suis uirtutibus & effica
cia? CYR. Quia quum pater sit uita, filius de-
clarans substantiam genitoris, uita ex illo secun-
dum naturam, & uere prodijt, & totus quidem
existens in patre, ferẽs autem etiam integre in se
ipso patrẽ. Hac ratione patris opus, filij dicimus:
& id quod filius operat, hoc est opus patris. Vn-
de & demonstrans suam operationem esse ex pa
tre, & in omnibus æqualiter se operantem, eui-
dens suæ cum illo consubstantialitatis indicium,

Universidad de Deusto
Biblioteca



doctrinæ auidis apponit: Si nō facio, inquit, opera patris mei, non credite mihi: si autem facio, & Ioan. 8. si mihi non creditis, operibus credite. Alicubi iterū ait: Pater in me manēs ipse facit opera. Non enim ea quæ diuino modo facta sunt humanitatis conditionibus attribuenda intelliguntur, sed naturæ tribuit ineffabili, & omnem mentem transcendenti. Propter hoc dicit: Et si mihi non creditis, operibus meis credite. Etem quæ diuino modo et super rationem, non sinunt opinionem et fidem in illum uersari in exinanitionis mensura. Exaltatur enim quodammodo et homo minime nudus, sed deus etiam, quia et ex deo esse cognoscitur. An non uerum quod dico? HER.
Vtiq; ita est. CYR. Sed illud fere omissum esset. HER. Quidnam dicis? CYRILLVS. Pauli dictum commodum allatum, in quo manifestissime docebatur, quod per sanctum spiritum à patre uiuificatio, in ipso Christo, et in nobis perficitur. Dixit enim: Si autem spiritus eius qui suscitauit Christum ex mortuis habitat in nobis, uiuificabit & mortalia corpora nostra, eo ꝺd spiritus eius habitat in nobis. Igitur pater per spiritum uiuificus, non ut per creaturam uiuificans creaturā, sed ut in participatione naturæ suæ, in sui transformans uitam, quod uitam in propria natura nō habet. Datam enim creaturæ, scio dicent uitam. HER. Dicerent. Dicetur autem & à nobis hoc: Quid enim habes quod non accepisti? Igitur 1. Cor. 2. uiuificās est spiritus sanctus, quē qui accepimus, participationem dei solius & uerī ut uitæ, assecuti sumus. CYR. Assentior, recte em̄ sapis, quandoquidem & in nobis ipsis participationem dei & præsentiam spiritus implet. Memor enim sum 2. Ioan. 5. Ioannis sic scribentis: In hoc cognoscimus, quod deus in nobis est, quia de spiritu suo dedit nobis. CYR. Vide igitur amice, diuini spiritus suppeditatorem ac datorem filium, qui ex deo prodijt. Ioan. 20. Insufflauit enim in discipulos suos, dicens: Accipite spiritum sanctū. Iam quomodo non esset absurdissimum uitæ aliquem existere suppeditatorem, qui non sit uita, secundum quod illis, nescio quomodo, uidetur. Quamuis quid unquam meritò dixerim, si quidem non est uita, quod ut bonum proprium immittit spiritum, & modo quodam secundum insufflationem, se suppeditatorē D esse uitæ declarat? Quādo igitur dicitur uitę particeps filius, hoc est quod uiuificatur à patre, diuinam statim expende naturam, quæ tota quodammodo in patre intellīgitur, in quo & ex quo etiā filius & spiritus uiuificus ijs, qui uitā externè aduenientē habēt, uiuificationē operatur, nō quasi ineffabilis naturæ instrumentū, sed quasi donans per seipsum creaturæ totam illius qualitatē, et reformās id quod corruptibile ad longiorem uitā. Sententijs autē quę de hoc persuasus, uiuificationem in Christo factam esse inuenies, ad hoc solū uiuificabilem quatenus est homo. Etenim qui ex patre uere & unigenitus, suæ carnis corruptionē auertebat, & propriū templum morte reddebat præstantius. Etenim quia erat, deusq; est, & existens uita secūdum naturā, hoc est patre, natus est. A

Manifestus & uerus testis hic sit diuinus Ioannes, scribit enim sic de illo: Quod erat ab initio, quod 1. Ioan. 1. audiuimus, & quod uidimus oculis nostris, quod spectauimus, & manus nostræ palpauerūt de uerbo uitæ, & uita manifestata est, & uidimus, & testamur, & annūciamus uobis uitam æternā, quæ scilicet erat apud patrē, & manifestata est nobis. Manifestius quoq; faciens, quę nā sit uita ab ipso 1. Ioan. 3. dicta, iterum inquit: Et scimus quod filius de uenit, & dedit nobis sensum ut cognoscamus Deū uerū, & sumus in filio eius uero Iesu Christo. Hic est uerus deus, & uita æterna. Vbi enim omnino uel quomodo intelligeretur, & existens ab initio & deus uerus, si non sortitus esset esse perpetuū, & eodem modo se habens, multoq; antiquius & sublimius, quàm ut existere incipiat? Vita em̄ secundum naturam existens, tūc recte agnoscitur. Hoc enim deo uero congruit, & contrarium pugnat etiā cum nomine eius quo dicitur, Qui est. Exod. 3. Ego enim, dicebat, sum qui sum, hoc meum nomen est, & memoriale æternum in generatione & generationem. HER. Si concedis aiunt, patris efficaciam illi, & hoc absq; uariatione, quasi æqualis uirtute sit illi, ubi quod minus iam est iter Ioan. 14. uabis illi, quum manifeste dicat: Pater meus maior est. Et iterum: Vado ad patrem meum, & patrem uestrum: & deum meum, & deum uestrum. Sciebat enim esse deum suum patrem. CYR. Itaq; si nō natura, & uerè deum esse credunt filiū, creatura dicent omnino & aliud præter hoc mihi erit. De his autem qui sic sentire uoluerint, cōgruenter opinor illud dici: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & Ierem. 9. plorabo populum die ac nocte, & omnes pij amatores q; dei inclamēt illos: Abalienati estis à Christo, excidistis à gratia ipsius, & fors uestra Deus quidem non est, absit, sed nothus quidam simpliciter & falsi nominis, fictam deitatis gloriam habens. Seruierunt uerè creaturæ supra creatorem. Propter hoc quod crediderūt minorē esse quàm patrem, & aduentitiam uitam habere filium, imo & in his in quibus creatura non habet proprīū uitam. Iam cur adorare solent, quem creaturæ conditionibus allīgant, & substantiali eminentiā subtrahunt? HER. Etiam CYR. Hoc autem erat dixit? HER. Etiam CYR. Hoc autem erat filius: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud deum, & deus erat Verbum. HER. Iam quid dicemus, si obiecerint scriptū esse de patre, ꝺd dederit ei nomen, ꝺd est super omne nomen? CYR.



CYR. Si apponerent nobis ô Hermia, quod uelint docere, qua ratione & quomodo filius, quod sit deus externè habeat, quāuis sortitus sit dignitatem, quę se secundum naturam comitetur, hinc opinor se fundant, & contentionē relinquentes, ut morbum apoplexię, cessabunt quidem calumniari ineffabilem substantiam filij, saperecq; uolēt nobiscum recta. Veruntamen illi quidem, ut probabile est, urgebunt ad defendendas suas opiniones, & mendacio pugnandum, et alacriter patrocinandum nō alio ardore, quàm quasi uellent armari in bellum et prēliū ante pueros & mulieres. Nobis autem uolentibus subtiliter loqui, operęprecium est insirmare quæ iudicata sunt, & indoctoribus ueritatē quàm difficilius acceperāt demonstrare. HER. Bene dicis. CYR. Dixit enim B Phil. 2. diuino Paulus de unigenito, qui quum in forma dei esset, nō rapinam arbitratus est, quod esset æqualis deo, sed semetipsum exinaniuit, forma seruī assumpta, in similitudine hominū constitutus, & figura repertus ut homo, humiliauit semetipsum, factus obediēs usq; ad mortē, mortē autem crucis. Quapropter & deus illum in summā extulit sublimitatem, ac donauit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu se flectat, cœlestium, ac terrestriū & infernorū, omnisq; lingua cōfiteatur, quod dominus sit Iesus Christus ad gloriā dei patris. Nūquid & ipse incarnationis uerbi tempus nōdum intelligentibus, manifeste dicet, quod nō ea ratiōe qua intelligitur deus existens Verbum, sed qua apparuit C homo, in deitatis ascenderit gloriā, & quando cū carne, et quādo exinaniuit et humiliauit seipsum et exaltatus esse dicitur. Porrò doce, audiam enim te libenter, & dic roganti. HER. Quid nā dicis? CYR. Humiliauit semetipsum unigenitus, dimittens se in seruī formam, & sustinuit crucem ignominia contempta, factus q; est obediēs usq; ad mortem, quapropter, inquit, dedit ei nomen quod est super omne nomē, ut in nomine Iesu omne genu flectat cœlestiū ac terrestrium, et in infernorū. Nunquid mercedem bonorum operum & donum obedientiæ, & coronā fortitudinis, sicut nos possedit, sic uocari & adorari à sanctis angelis, et ab his qui super terram sunt, & ab his qui sub terra sunt, & ab his qui inde emigrarunt. HER. Videtur. CYR. D Dicam, non curans etiā si nunc minus decorū uideatur: Quando quidē necessariū hominū lapsibus & nostris peccatis erat unigenitū pati, maximāq; quidē habeat gratiā ipse, sciat aūt quod humanitatis crimina illi diuinæ gloriæ occasio fuerint. Nā si nō peccassemus, necq; factus esset nobis similis, necq; sustinuisset crucē: & si nō mortuus fuisset, necq; assecutus esset ut adoreī, & à nobis, & à sanctis. HER. Audax quidem sermo est, ueruntamē probabilis. CYR. At si etiā in æqualitate ac in forma patris, conditionū exinanitionis nō existens particeps, qualē habeat glorię accessionē, suscepto nomine super omne nomen secundū inanitionis tēpus? Nonne intelligis unde sermonē ipsi colligant, si subtilius scrutin. ū fiat? HER. Intelligo. CYR. Vis igitur, ut hoc prætērito, quod subtilius uidetur ad illud eamus, quod unigenitus deus fuerit in principio, & in forma, & æqualitate patris, quamuis paruus in prætēritis insumptus sit super ea re sermo. HER. Et ualde. CYR. Itaq; per uocem quidem Esaiæ dicit de⁹ & pater: Ego dominus deus iam ab initio. Audiet autem quis ad illum etiam ipsos sanctos clamātes: Nōnne tu ab initio dominus deus noster, & non morimur? Ecce deus ab initio nominatus est, & est uerus deus ac pater. Cęterū diuinus Ioān. ad nos ser- 1. Ioan. 1. & 2. mones de filio faciēs, inquit: Quod erat ab initio, quod audiuimus, quod uidimus oculis nostris, & manus nostræ palpauerūt de uerbo uitę. Scribēs itē nobis, alloquitur quosdā, dicēs: Patres qui nouistis eū, qui ab initio, & quisnam ille sit: Idem iterum dicit: Hęc dicit, qui erat, qui est, & qui uenturus. HER. Dicēt aūt & ipsi, quod fuerit quidem Apoc. 1. ante creaturam: quod autem & deus sit, nondum manifeste. Accipitur enim, ut nō ita manifeste se habens. CYR. Iam quomodo non tempestiue ijs qui tam repudiabilem proferunt sermonē, merito indignamur, dicentes: Surdi audite, & cæci respicite. Nam licet Theologus et Euāgelista nō simpliciter scribat quod erat, sed manifeste, quod erat deus Verbum. Ipsi quasi ex uino & ebrietate inconsiderate ad omnia ruentes, ueritatem irridēt. Age etiam per alias sententias transeuntes agnoscemus, quod deus secūdum naturam sit filius. Nónne conuenit uerè et secundum naturam deo, cōprobare et laudib. celebrare eos qui legē habent uitæ suæ ducem, nobilemq; & circumspectam uitam uenerantur: punire autē eos, qui peccauerunt, utpote arrogantes et contumaces, et legibus supernis insane obluctantes. HER. Congruit. CYR. Quid? posse implere omnia, et transire per omnia, & sequi in omnibus, concedes etiam alterī naturæ à diuina? HER. Non equidē, quare enim non ita haberet. CYR. Deo uiuere, deoq; gloriari, nónne dices sanctis esse maximē congruum? CYR. Valde scilicet. HER. Perge igitur, & illud dic. HER. Quod nam? CYRIL. Nónne omnis donatio bona, & omne donum perfectum, supernè descendit à patre luminum? Sermo autem sapientiæ inter omnia Iacob. 1. clarissimum donum est. HER. Assentior, ita em̄ sacra scriptura dicit. CYR. Itaq; uide quum super na dona à patre ad nos ueniunt, filium esse dispensatorem & præfectum, & illorum potestatem habere. Dicit autem Paulus: Vnicuiq; uestrū Ephes. 4. data est gratia secundum mensuram donationis Exod. 4. dei. Quin & alio loco ad Moysen sanctissimū locutus est deus: Quis dedit os homini, & quis fecit mutum & surdum, uidentem & cæcum? Nónne ego dominus Deus? Nunc uade, & ego aperiam os tuum. Et loquebatur iterū sanctis Apostolis dominus noster Iesus Christus: Ponite igitur in Matth. 10. cordibus uestris non præcogitare, ut respondeatis: ego enim uobis dabo os et sapientiam, cui nō poterunt resistere omnes aduersarij uestri. Psallit aūt et sanctus Dauid: Quia deus iudex est quum Psal. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ita cõgrue se habeat, ut unicuiq; dispenset ea quo A
rum faciet retributiões & quos uoluit iustificare.
Deus est qui iustificat, quis est qui cõdemnat: si-
Rom.8. cut scriptum est: Videbimus in utroq; operantẽ,
Matth.10. non ut ministrum, sed diuina potestate. Quid e-
nim proderit homo sibi, si totum mundum lucre
tur, animæ uerò suæ iacturam faciat? Vel quam
dabit homo cõmutationem pro anima sua? Ven
turus est enim filius hominis in gloria patris sui
cum sanctis angelis, & tunc dabit unicuiq; secun
dum opera sua. Locutus est & infirmo cuidã: Re
Matth.9. mittuntur tibi peccata tua. Ad quem sermonem
pharisęi in omni sermone prophani, offensi, blas-
phemiæ crimina cõnectere ausi sunt, contra tam
diuinam et inculpatam uocem? Dicebãt autem:
Hic blasphemat. Quis potest remittere peccata, B
nisi solus deus? Itaq; & legis & supplicij domi-
& iusticię renumerator, et coronarũ dispensator,
& dimittens peccata, sed nulli inter creaturas nu
merato licet hoc facere. Quomodo non esset igi
tur deus secũdum naturam? Nunquid tibi hisce
recte glorificare deum uideor? HER. Ciuilissi-
me & irreprehense. CYR. Quum igitur deus sit
in omnibus, & à nullo abscedat, sed operatiõe di
uina adimpleat. Et propterea dicat ad Israelem:
Esa.ult. Cœlum mihi thronus, terra scabellum pedũ me-
orum, qualẽ mihi domũ ædificabitis, dicit domi-
nus, uel quis locus quietis meę? Hoc uerbum et
iam ualde recte ad Verbũ quod ex deo patre pro
dijt detorquẽs diuinus nobis scribit Paulus: ubi
non est Græcus & Iudæus, circuncisio & præpu C
Coloss.3. tium, barbarus Scytha, seruus liber: sed omnia &
in omnibus Christus. Iterum quoq; dicit: Qui de
scẽdit, ipse est & qui ascẽdit super omnes cœlos,
Ephes.4. ut impleat omnia. Nunquid igitur quod omnia
implet, et per omnia quidẽ transit, et est in omni-
bus, nõ maius est quàm creatura? HER. Quomo
do enim non? CYR. Quum autem omnis san-
ctus mundana et carnali uita deposita & oblata
quodãmodo deo sua anima gloriari soleat in nul
lo alio quàm in ipso. Scribit iterum Paulus: Ego
Gal.2. enim per legem legi mortuus sum, ut Deo uiuã,
nempe filio et per illum patri. Erit autem & hoc
tibi manifestum, ac indubitatũ, si apponẽtem au
dieris. Si enim pro omnibus mortuus est, ut uiuẽ
tes non ultra sibi ipsis uiuãt, sed deo ipsorum qui
mortuus est & resurrexit: et prętera addit, Mihi
2.Cor.5. autem absit gloriari, nisi in cruce Christi. Quam-
Gal.ult. uis omnis sanctus dicat: Gaudebo in deo & salu
Psal.19. tari meo, dominus deus meus uirtus mea. HER.
Sufficiant nobis illæ sententiæ. Filium enim esse
non falsi nominis, sed uerum deum, per innume-
ros sermones nobis apparuit. Igitur hoc prætери-
to illud dic, quomodo quis accipiat & intelligat
Ioan.20. recte: Vado ad patrẽ meum et patrem uestrum,
ad deum meum et Deum uestrum? Quid autem
docens deum suum patrem uocat? non enim ne-
gabis quod omnes hoc dicant. CYR. Harum
quæstionum facilis cognitio, si cui esset mens in-
tegra et sapiens. Scriptum est enim, quod omnia
coram intelligẽtibus, et recta inuenientibus sci-

entiam. Si autem quis uelit relicta uia recta, stul-
tissime in obliqua currere, & facili consideratio-
num uia permutata declinare ad alteram, nimirũ
in tribulos & foueas incidat, & præceps ruat.

Quod opinor, ænigmatice lex significãs: Viare. Num.
gia incedes, inquit, et non declinabis ad dextram
uel sinistram. Igitur quando aliqua minora sunt
quàm gloria dei requirat, nec transcendunt natu
ram factam, dicũtur; de filio, ne ineffabilem ita-
tim ex patre proprie naturã cogites, sed feliciter
uade quò consideratiõnũ scopus tendit, neq; ea
quę proprie deitatis sunt, humanitatis asscribas co
ditionibus: neq; humanitatis paruitatem summę
naturæ tribuas, quasi illi proprie agnatam, sed di
scretam & idoneam in unoquoq; distinctionem
fieri scias. Sic enim poteris, & non aliter cerusis- B
quam contemplationem capere. HER. Quid
nam dicis? CYR. Dixit beatus Paulus de unige
nito, quod & splendor gloriæ & sit character sub- Hebr.1.
stantiæ dei ac patris. Sursum igitur in his & super
omnem creaturã, mentẽ transfer, diuina ipsa spe-
ctetur pulchritudo, ineffabilis natiuitas cõsidere-
tur, & uidens existentiæ modum quasi in specu-
lo manus gratulãdo complodat. Quod autẽ fecerit
bit de illo: Qui in diebus carnis suæ supplicatio-
nes & preces ad eum qui ipsum seruare poterat a Hebr.5.
morte, cum clamore ualido & lachrymis quã ob
tulisset, & exaudito esset propter reuerentiã, qui
uis existat filius, didicit ex his quæ passus est obe
dientiam: descende parumper & humanitatis ex- C
pende cõditionẽ. Nõ enim character patris pat-
sus est. Postquam autẽ in diebus carnis preces fa
ctæ sunt, carnis sit timor, & humanitatis propriæ
sit formidare mortẽ. Vndelicet dicatur accepisse
nomen super omne nomen, non à deitatis defini
tionibus quæ uerbũ est, & ex Deo natũ est patre
erat enim natura & uere deus etiam ante exinani
tiõnẽ. Nónne etiam hoc dicis? HER. Vtique.
CYR. Postquam autem apparuit homo, & de-
misit seipsum in humiliationem ac formam serui
factus est nobiscum, & sub Deo non amittens id
quod erat, humanitatis quoq; conditionem non
despexit. Nam quum diues esset, utpote deus, no
biscum pauper factus est: quapropter sub lege, et
cum seruis, & cum iniquis reputatus est, & ipsam
mortẽ secundum carnẽ sustinuit. Atqui, nec cella- D
rium erat existentem natura & uere Deũ, perpe-
tuam in hoc habere gloriã, ne humiliationis con
ditionibus immoretur, sed in honorem superni,
et ab initio iterũ rediret cũ assumpto habitu. Au-
dit igitur ut homo, quamuis deus existẽs natura
& filius: Ego hodie genui te. &: Sede à dextris
meis, donec ponã inimicos tuos scabellũ pedum
tuorũ. Quoniã enim uere factus est homo, et de-
misit seipsum ad humiliationẽ facto sic est, ei sub
deo necessariò et congruè cum inanitionis figura
tur cõditionibus. Et deum nobiscũ asscripsit ibi
natura, et uere suum patrẽ. Deum quoq; nostra
(nam propter hoc et nos ipsi & sub deo habẽtes
naturalẽ seruitutem) patrẽ uocamus deũ, recipi-
entes appellationem illam, ipsa cũ deo cõgruen-
tione. Diuersatur enim in nobis, et inhabitauit fi- A
lius per spiritum suum, in quo & per quem clama
mus, Abba pater. Quod autem euidẽs indicium
& quasi signaculum adoptionis filiorum, quam
cum deo habemus, spiritus sit in nobis, per quem
cum filio configuremur, manifeste scribens Pau-
lus: Quod autem estis filij emisit deo spiritum fi- Rom.8.
lij sui in corda uestra clamantem, Abba pater. Gal.4.
HER. Bene dicis. CYR. Opinor ego aduersa-
rios obsistẽdo fatigari, & obluctãdo ueritatis ser
monibus, quasi distrumpi. Si autem hoc non faci-
unt, insistant, & dicant deũ uere filij patrẽ existere
non suscepta dispensatiõe in qua dixit deum suũ
patrem. Quomodo non necessariũ dicere, quod
legislatores quidã sint, & definitores eorũ q̃ uo- B
luerint, cogitare uel dicere? Susceperim» autem
eos minime. Conuenit magis ueritatem saluato-
ris nostri uocibus tribuere, quia uado ad patrem
meum & patrem uestrum, et deum meum & deũ
uestrum. Contendnat itaq; quod & nos filij cum
eo quidem ipsius secundum naturã, quandoqui-
dem est, nobiscum secundũ naturam sub deo. Va
do enim, inquit, ad patrem meum & patrẽ uestrũ.
Nomẽ uerò filij ex patre genitum esse significat.
Itaq; plurimi secundum naturam filij, imò innu- C
merabiles, & quod blasphemiæ tẽtetur latitudo.
Si omnes filij secũdũ naturã hac ratione et serui.
Sed opinor omnino statim ualdè dicturos, quod
alienũ quidem erga nos & longissimum filiatio-
nis dei nomen. Terreni enim existentes natura,
non ex deo geniti sumus, secundũ uerũ generati
onis modũ. Externum aũt & aduentitium nobis
est, quod uocamus deum patrem. Iam quid dice-
remus & illis ipsis? Heus uos qui auditis temere
omnia, cur nõ ijsdem rationibus deflectimini ad
id quod recte & inculpate se habet. Sic aũt delirã
tes parum erubescitis? Quomodo enim non es-
set melius sapienter in animo cogitare, quod quã
doquidem secundum naturam est ex deo, hoc est
ex substãtia patris, turpe est illi connumerari cre-
aturis. Conuenit autẽ magis esse deum. Et postq̃ D
apparuit homo, aduentitium illi est & accidens
cum cõditionibus carnis & humanitatis sub deo
esse quod ex ipso. HER. Sed si nihil, inquiũt, di-
uersum in filio, omnino & æqualem dices, & in
Ioan.20. nullo minorẽ: Deinde, quomodo dicebat ille: Pa
ter meus maior me est. CYR. Dei enim, dic obse
quio, cũ Deo si in utroq; intelligat, quod natura &
uere qualem quis uiderit diuersitatẽ? uel quid in
tercedit ad hoc ut aliter & aliter se habeat? Iã quo
niam asserimus filium charactẽrẽ dei patris sum-
mẽ & ultra rationem quodammodo ad naturalẽ
effigiem absolutum, quomodo nobis (siquidem
uere minor esset quàm pater, & nõ perfectus) de
signaret in seipso meliorem et omnes transcendẽ
tem? Neq; enim quod perfecto indiget, imago et
similitudo absq; uariatione omnino esset. Sed ne
que deus excelleret deum. Num uel deterior alte
ro intelligeretur, aliquando secundũ quod est de
us? at neq; homo ab homine secundum quod est
homo differt. Nam robore quidem & prudentia



uirtutibus q; & humilitate corporum, deformita A
teq; et pulchritudine, et colorum uarietate, unus
ab alio interdũ distare dicitur. At si quis uelit ma
nifeste Petri & Pauli substantiæ definitionem di-
scere, æqualem in utriq; inueniet, & similiter per
omnia habẽtem, & nõ quod minus sit. Num ad-
huc stulto, & non ex sapiente animo considera-
rent istæ? HER. Itaq; quoniam dicunt patrem esse
maiorem, ostendant ipsi quid excellentius in illo
& quid maius aduenerit, nunquid aberrauit à ue
ritate, dicens filius: Pater maior me est? CYR. Et
quomodo mentiretur, dicens: Ego sum ueritas? Ioan.14.
Sed quomodo quidem intelligi conuenit Salua
toris uocem transeam nunc, tempestiue enim di-
cetur. Narra autem nũc quod dico. Vna deitatis
natura uniuersorum opifex, & cunctorum con-
ditrix agnoscitur à nobis. Dominus eñ deus no
ster dominus unus est, uel non est uera lex? HER.
Vera est. CYR. Simplex autem & unius speciei
deitas in sancta trinitate creditur, & cognoscitur
in patre, filio, & spiritu sancto. Nunquid diuer-
sum ab hoc dicis, & docere potes? HER. Neuti-
quam. CYR. Igitur in unam quidem & eandẽ
naturam collatis, et in idẽtitatem collectis singu-
lis prædictis, unum adorabimus deum, cum hoc
quod prædicta in propriis subsistentijs existant,
& unum uniuersorum Deum colemus. At qui si
diuiserimus & secuerimus in naturalẽ diuersita-
tem, & seorsim singula in propria quadam natu-
ra posuerimus, tres iam deos etiam nolentes cõsi
tebimur, tum quis nos excipiet sermo, ne aberre-
mus si sic senserimus? Quomodo nõ ab omni bo
na & honesta cogitatione aberrauerit, si quis no-
bis tres pro uno prædicauerit deos? Sed opinor
formidantes, quod manifeste uideantur delirare,
deũ quidẽ & uerum patrẽ dicent, blasphemiã ue
rò contra filium, sibi ipsi soli congruã & solitã ef-
fundentes, factũ quidẽ dicent, & conditum in di-
uinitatis gloria, quemadmodũ etiam alios quos-
dam adornãt, & nudis nominibus honoratos es-
se credunt. Cęterum quod natura & uere sit deus
passim negãt. Iam quis ita segnis & dissolutus in
ter eos, qui recte sapere uolunt, qui non plurimũ
aduersus illos desperatos declamet, & immẽsam
uanitatem tidens dicat: Si filius non est secundũ
naturam deus, adoptatiuũ autẽ illi nomen secun D
dũ uos est, quid didicistis, quod ipsum deo ac pa
tri comparatis, & quod maius uel excellentius in
utroq; examinatis? quum omnis ratio euidẽs ac
sapiens, facere mutuas comparationes persuade
at esse decentissimum, in his quę eiusdem nature
sunt cum connaturalibus suis, & his quęcunq; ui
dentur talia secũdum substantiã, uel etiam nullo
modo abscedentia, ut aliter habeant. Nam ratio
nalis quidẽ res est angelus et homo, ueruntamen
in utriq; differẽtia est, neq; per omnia inter se ha-
bent differentiam, quãdo igitur ratio nobilitatis
& excellentię angelorũ examinatur, angelus an-
gelo conferendus est. Si autem quis & in nobis
hoc recte fecerit. Nã Paulus ab alio differet, & Pe
trus quoq; ab alio sibi simili: deus uerò omniũ, &
qui super

Universidad de Deusto
Biblioteca



qui super omnes res incomparabilis est, & incō- A
parabiliter transcendens. Et quoniam est super
omnia & summus omnium, & ad fastigium a-
scendit creaturis inaccessum, qualē haberet con
sequentiam? At paulatim & in hoc perueniens
quodammodo, quod audeant cōtendere, quod
non minus, non exacte sit cognoscendum. An
non uidetur tibi risum excitare, & à bona mente
excidere, amisisseq; sanum cor si quid inter crea-
turas numeratum dicat, omniū deus ac pater ma-
ior me est? Quibus, dic obsecro, rebus ipse tā au-
dacem & periculosam adaptaris uocē? Angelis
ne & archāgelis, uel etiam potestatibus, thronis,
& dominationibus? Quomodo enim uel unde,
quod factum est tam imperite cum suo cōditore
contenderet? Igitur omnimodo quod distat secū B
dum naturam, liquidem putant Deum quidem
non esse secundum ueritatem filium, sed pro-
ductum magis ad existentiam creaturarum modo,
opponunt patri. Iam quid æquale uel maius in u-
troque examinant? HER. Videtur, dicunt ta-
men quod deo quidem sit filius, sed pater maior.
CYR. Iam ubi maius in patre, & minus in filio
cōsideauerimus, si dei naturam quasi in uno spe
cularemur, nónne deum dicent incorporeum &
impalpabilem, sine quantitate & incremento, &
omni tempore antiquiorem semper existentem,
et similiter habentem, ipsumq; in seipso et ex seip
so perfectissimum? HER. Opinor. CYR.
Quomodo igitur transcendet et excellet deo deū,
an non necessarium quod secūdum aliquid
omnino id quod minus est à diuinitatis definitio
ne excidat, nisi in summum bonorū deitatis per-
tingat, & deprehēdatur nulla perfectione egere?
HER. Necessarium. CYR. Non enim opinor
dicerent, quod mensurabili quantitate, maius in
patre. Vltra enim magnitudinem est, quod in cor
poreum, neque etiam quod filius posterior natu
sit genitore. Quum enim semper sit pater, muta-
tione & uicissitudine, non ad aliud quiddam ab
hoc uocantem nesciet, sempiternum, & similiter
habentem deum. Erit autem omnino id quod ex
ipso simul absque principio & coæternum & gi-
gnentis existentiam comitans. HER. Minor,
aiunt, filius est, nō quantitate corporali. Quomo
do enim hoc, sed quod nō in ijsdem est in quibus
pater? CYR. Age deitatis dignitates dijudican
tes, studeamus diligenter uidere, num ea soli pa-
tri conueniant, minimeq; filio secundum eundē
modum, uel quemadmodum scilicet etiam ipsi
patri? Verum hoc mihi præ aliis dixeris: Nūquid
si præstet & antecellat filium pater, num sequatur
omni modo ob talem præstantiam non æqualiter
plus possidere, sed per omnia quęcunq; sunt dei-
tatis propria. HER. Etiam. CYR. At si æqua-
liter appareat cum filio quod in omnibus æquali
ter ponderetur, non facile repelleretur calumnia
in hoc quod oporteat esse minorem? Concessum
enim sit, quod & ualde transcendens uoluntarie
interdum ad subiectorum humilitatem suam de-
ducat gloriam. Quod autem in minoribus est & A
uere minus, quomodo ultra propriam transcen-
deret naturam, & ultra suas conditiones exiret,
cumq; summis contenderet possessionibus?
HER. Bene dicis. CYR. Quomodo igitur no-
bis filius dei patris substantiæ exactam figuram,
quasi & picturam illi similem exhibens, & ad ge-
nitoris demonstrationem propriam afferens na-
turam, dicis: Qui uidit me, uidit patrem. Ego &
pater unum sumus. Itaque si quidem nō est in his,
in quib. pater, quare ipsum in propria natura de
pingit & esse dicit, ad hoc quod perfecte habet,
quod illo indigum est & imminutum? HER.
Non sic habet secundum quod mihi uidetur.
CYR. Itaque conuertar deinceps ad ea quæ no-
bis diuinam & summam naturam decorant pro
uiribus nostris spectanda. Age igitur considere-
mus, utrum maius uel etiā minus in patre, quàm
diuinitatis exigat pulchritudo in filio perspicua.
HER. Quàm optime hæc mihi considerasse ui-
deris. CYR. Itaque diuinus Psaltes omne quod
inter creaturas est, deitatis subiicit sceptris, & ser-
uitutis iugo alligat, pie & rectissime hoc faciens.
Dicit enim ad uniuersorum conditorem: Initio
tu domine terram fundasti, & opera manuum tu
arum sunt cœli, ipsi pereunt, tu autem permanes,
& omnes sicut uestimentum ueterascent, & sicut
uestimentum euolues eos, & mutabuntur, tu au-
tem idē ipse es, & anni tui non deficient, quia uni
uersa tibi seruiunt. Præterea & glorificationibus
ipsum honorare præcipit, cœlis cœlorum, & soli, C
& lunæ, & stellis, & lumini, & aquis, & ijs quę su-
per cœlos. Et ad homines quidem dicit: Venite
adoremus & procidamus ei, et plorem⁹ corā do-
mino qui fecit nos, quia ipse est dominꝰ deus no-
ster, & nos populus eius, et oues pascuæ eius. De
angelis uero, & de his qui adhuc superis ministe-
rium sortiti sunt, dicit: Benedicite dominum om
nes angeli eius, ministri eius facientes uoluntatem
eius: Benedicite dominū omnia opera eius. Intel
ligis igitur quomodo seruitutis iugo omnia coer
cens, oues quidem manus eius nominauit homi-
nes, seruos autem & ministros angelos? HER.
Intelligo. CYR. Vide igitur oues manus patris
filium dicere suas, & imposuisse nobis iugum ser
uitutis. Dicit enim sic: Oues meę uocem meā au-
diunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, &
ego do eis uitam æternam, & nō pereunt in æter
num, & non rapiet quis illas de manu mea. Pater
meus, qui dedit mihi, omnibus maior est, & nullus
potest rapere de manu patris. Ego & pater unum
sumus. Igitur nos oues sumus, et dei et patris Ni-
hilominus etiam et filij oues appellamur et su-
mus. Iam quod et angeli ministrant ei, etiam ex fa
cris literis facile disces. Dicit enim sapiens Matthæ
us, quod quū abijsset et aufugisset satanas, ut iam
nō tentaret Christū, qui seiunaret: Ecce angeli ac
cesserunt, et ministrauerunt ei. Præterea et Sera-
phim circumstantes circa admirabilē et exaltatū
huius thronū, glorificāt esse sanctū, et dominum
uirtutem nominat, plenumq; esse dicunt cœlum
et terram gloria eius. Iam qui ex æquo domi-
natur omnib. & æquali manu & robore est cum A
patre, et non minus gloriosus, plena enim sunt
omnia gloria eius, et præterea maximum omni-
um in naturali identitate possidere, dicens: Quo
modo non haberet eandem reputationem: num
potes aliquid cogitare, uel dicere, quò transcen-
dat gloria patris, & minor sit filij quæ non comi-
tetur ita, ut illam indigentiam habeat? HER.
Nihil tale possum intellígere. CYR. Iam
quid nobis manus patris significat, utrum omni
um operatiuam efficaciam, uel robur? Semper
enim de deo sermo corporali imaginatione quo
dammodo sublimior. HER. Aptetur meri-
tò utrique, ut opinor, nihil enim offendit. CYR.
Bene dicis, sed hoc quod minus, & quodam-
modo humiliatius habitum, quàm ea in quibus B
superiora. Quomodo adhuc & æqualis opere et
momēto in uirtute uideretur & diceretur? Quo-
modo autem haberetur æqualis gloria cū patre
et unitate cum ipso, qui per summam effigiem
diligenter exprimit? Ego enim, inquit, et pater
unum sumus, quamuis ad summum peruenisse
fastigium testatus sit, dicens: Pater meus maior
est omnibus. HER. Non posset, absit: Mi-
nor enim si quidem esset, uel secundum aliquid,
simul cum ipso omnia eius subsiderent. CYR.
Itaq; patris dignitatibus conueniet, quod ne
in illo minor factus, atque adeò non sortitus sit
æqualitatem. Neque etiam dixerit ad ipsum quis
libere: Omnia mea tua sunt, et tua mea. Age igi-
tur tribuamus patri, quod superis collocatus sit. C
Dicamus autē indignum esse filium? Iam qualis
nobis imperitiæ apparebit modus, qui adaptet
quidem omnia patris filio, et quæ filij patri, in-
telligatur⁊ excellere sublimius? Iam quomodo
proprium hoc filio, qui sortitus est minus, & sic
quum minus esse propriū est filij quomodo esset
etiam patris, qui sortitus est superius esse? Ego
quidem in hoc perplexus sum, tu autē nobis de
monstres, quomodo? HER. Non possum,
nam ineuitabile quidem est argumentum. CYR.
Vadat igitur sermo suo fluxu, & propositam
uiam eat. Dicam autem et necessariū quiddam:
Nonne in sola patris potestate situm erit liberare
à peccatis, et peccatū nostrum quod difficile ab-
luitur deleri? HER. Dico. CYR. Et quo- D
modo nō est ualde periculosum, audere prohibe
re filium, quāuis æqualibus operibus conspicu-
um, et dicere quod sit minor cū est pater? Quo-
rumenim uoluerit, etiā ipse peccata remittit. Ad-
hortans enim, ut fratrum commissa in nos non
lesta sua, dimittet et uobis pater uester cœlestis.
Ex autoritate posse dimittere peccata quibus uo
luerit, refert in patrem, et ipse sibi hoc opus tribu
it, dicens: Vt autem sciatis, quod filius hominis
habet potestatem dimittendi hominibus pecca
ta in terris, tunc dicit paralytico: surge, tolle lectum
tuum, et abi in domū tuam. Igitur qui hanc habet po
testatem et efficaciam, quomodo esset indigus,
et in aliis rebus infra ordinaretur? HER. Non



fieret. Manifestus est enim sermo. CYR. Te-
stificabitur etiam prædicta diligenter diuinus no
bis succlamans Paulus: Quis accusabit contra
electos Dei? Deus est qui iustificat. Quis est qui Rom.8.
condemnat? & hanc magnificentiam in filium
translatam scribit, tribuēs ei posse iustificare eos
qui crediderunt, dum iterum sic dicit: Iustificati
igitur per fidem pacem habemus cum Deo per Rom.5.
dominum nostrum Iesum Christum. Familiares
enim facit nos deo ac patri fides, & p filium nos Fides in Chria
propè constituit, iustificat autem nos secundum stū iustificat.
uerum & syncerum sermonem. Non seorsim qui
dem Deus & pater, seorsim autem & proprie filius,
sed quæ esse intelligitur iustificatio à patre, ea
omnino est filij: & quam filius largitur, ea est &
patris. Nam quemadmodum res nostræ sortitæ B
sunt per filium suæ essentiæ initium: & non alí-
um habēt opificem, per quem productę sunt ad
existentiam quæcunque esse cœperunt, ita etiam
saluantur per illum quæ à primæua sua felici con
ditione exciderunt. Et suspiciunt, ut iterum bene
sint perseuerantem durationem ad suę naturę re
currentia pulchritudinem. HER. Persuade-
or. CYR. Vnde diuinus dicebat Moyses Isra-
elem, quamuis durum & contumacem misericor Deut.32.
diam superne & à patre consecutum esse. Scribit
enim sic: Sicut aquila tegens pullos suos, exten-
tis alis suscepit illos & suscipit super scapulas su-
as operatū autem & hoc se esse filius affirmat, di-
cens: Hierusalem Hierusalem, qui occidis pro-
phetas, & lapidas eos, qui missi sunt ad illam, Matth.23.
quoties uolui cōgregare filios tuos, sicut auis cō
gregat pullos suos sub alas, et noluisti? Ecce re-
linquetur uobis domus uestra deserta. Et nō in-
consultò reijciemus, sed quod in utrisque omni
modo æquale reputatur, & idem est in substan-
tia. Etiam quia uniformis & simplex est Deitas,
operantem per filium patrem ac Deum permit-
tit intelligere, omni suspicione, quæ in humilita-
te ministrorum intelligitur quam longissime a-
beunte, et nihil offendente, in hoc æqualitatis
& nobilitatis modo Verbum, quod ex Deo ac
patre prodijt. Operatur enim pater, ut propria
uirtute utens filio, uiuificatq; & non alia quàm il
le secundum quod est Deus ex Deo, et in deo na
turaliter, licet utrique accidat in existentia pro-
pria intelligi. HER. Bene dicis. CYR.
Quod autem natura & potestate, et operatione
diuina in omnibus, nullo modo filium indigere
uideamus, quā habet, sicut habere intelligitur pa
ter, disces, opinor, facile etiam ex his. Nam deus
ac pater per Esaię uocem dicebat: Conuertimini
ad me, et saluemini q ab extremo terræ. ego sum Esa. 45.
deus, et non alius, per meipsum iuro, si nō egredi
etur ex ore meo iustitia, sermones mei nō auertē
tur. Dico aūt insignē patris gloriam esse, posse eo-
os qui ab extremo terræ uocare et saluare, et iusti
ciam quidē uocare, et possidere tam potēs et in-
auersabile uerbū, dic mihi cui alteri ab illo tribu-
eres? HER. Non ego scilicet, nam quæ pro-
prie dei ac solius eius sunt, ei soli cōueniūt. CY.

Atsi

Universidad de Deusto
Biblioteca



At si æqualibus dignitatibus & filij natura deco A
ratur, & gloriam habet eiusdem sortis. Nunquid
congruit ei minus secundum aliquid? HER.
Minime. CYR. Igitur quum manifeste clamet
omnibus: Venite omnes qui laboratis & onerati
Matth.11. estis, & ego reficiam uos: Tollite iugũ meũ super
uos. Nonne hoc est: Ego sum deus, & non est ali
us? Omnia em diuino iugo subdita sunt, & seruitutis cõditionibus subiecta. Ante autem suos ser
mones sic inquit: Amen dico uobis, donec prete
reat cœlum & terra, iota unum & apex non præ
teribit de lege, donec omnia fiãt: cœlum & terra
transibunt, sermones mei non transibunt. Intelligis igitur quomodo sermones filij sicut & patris
non permittuntur irritari? HER. Intelligo. CYR.
Præterea dico posse prouidere, ne qua omnino
res e manu sua abeat, nulli alteri, sed soli uniuerso
rũ domino deo merito uidetur accidere. An non
hæc tibi optima uidentur? HER. Optima. CYR.
Inueniemus igitur patrem & filium in prouidentia rerum, eiusdem esse uirtutis. HER. Quo
modo dixisti? CYR. Etenim filius de deo ac pa
tre dixit: Nonne duo passeres asse ueneunt, & u
nus ex ipsis non cadet in terram sine patre uestro
qui est in cœlis? Videtur & ipse tantam beneuo
lentiam rebus uilissimis & non magnæ æstimationis impendisse. Nam postquam relictis Iudæorum terminis in Gergesenorum peruenit terram,
depulit quidem hominum mala dæmonia, quę il
lius nutibus cedere coacta, perebãt in porcos po
testatem. Verum qui omnia sub pedibus habet,
spõte permisit, & illa ire iussit, quæ subito immittẽtia se in aquas porcorum greges, turmatim suffocant. Dic obsecro, num tam abominabilibus et
immundis spiritibus concesserit id doni ut facerẽt
quod uellent, quum nihil uellent boni & uerisimile hoc minime. Vnde talẽ nos cogitare necessarium filium, quid non minorem rerum curã ha
beat quàm pater, id quod efficacissima opera
cõmonstrauit, ut per omnia æqualitatis pulchritudo clara & syncera in utrisq; appareat. HER. Et
quomodo fieret hoc inquit? Vbi autẽ æquale in
utrisq; uidetur, quum subijciatur & subtideat filius, de quo dicit diuinus Paulus: Quãdo subiecerit ei omnia, tunc & ipse filius subijcietur ei, qui
subiecit ei omnia? CYR. Iam cur dicunt hoc, D
quod filius patri subiectus sit. Nunquid & quodammodo, genitum ex illo secundum naturam,
ab æqualitate cum ipso, expellent? neque omnino naturæ sermo à nobis satis diligenter exquisitus est? Cur res subiectionis insipientissime subinducitur, quum non scribatur in rationibus substantiæ? HER. Aiunt quod ex eo quod subijcitur substantiæ qualitas, bene dignoscatur.
1.Cor.14. CYR. Amice, discès etiam hunc sermonem absque labore putrem esse, & imperitia plenum. Spiritus enim prophetarum prophetis subijciuntur,
sicut scriptum est, & si cuiuspiam, exempli gratia
dicam, filij suo genitori quemadmodum scilicet
dici posset, quod Abrahæ Isaac subiectus fuerit,
ei quoque iterum is qui ex illo, sed neq; prophe-

tarum spiritus propter mutuam subiectionem in
æqualem illis naturam faciebat. Neque beatum
Isaac alterius naturæ constituebat, quod reueren
ter patri suo obedit, & obedientiam, pulchrum filij munus, patri reddebat. Itaque si ij in quibus o
res, habent esse, secundum quod subduntur
dientia uideretur, omnino substãtia diuersi fi
erent, & naturalibus legibus differrent, bene firmatum hoc sit, & constet hoc etiam de filio, ue
rusq; sit sermo. At si substantiæ sermonibus ni
hil præiudicat, sed modus est, opinor, quidam ho
noris & obedientiæ filij erga patrem, & ciuili affectione decet officiose reuerentis. Quod autem nec in nobis prævalet contra rationes naturæ, cur hoc imperite tribuunt, & quasi ineuertibile argumentum obijciunt, miseri contra eum
qui secundum naturam ex Deo? Nonne scripsit
ipse Lucas de ipso Christo & sancta uirgine, &
patre secundum carnem reputato, quod erat sub
ditus illis? HER. Etiam manifeste scriptum
est. CYRIL. Nunquid bene uir coniectandum est, quod ille humanam naturam illis posposuerit, quamuis Deus ex Deo natus sit, & ineffabiliter genitus? Quoniam & ipsis subijciebat sua, & subijciebatur quidem matri secundum
carnem, reuerentiaq; humiliatus est erga Ioseph
quasi patri congruum honorem exhibens. HER.
Minime, ualde autem subiectio obturbat, &
sufficiẽtem ingenerat suspicionem, quod minor
sit. CYR. Sed nunquid his, qui in fide firma
fundati sunt, faciet, quod uel in aliquo hæsitent,
qui sermonem in suis animabus pium & syncerum retinuerunt, & ad fallacem ac rusticam per
uersorum opinionem non accesserunt, memores autem magis sunt Pauli scribentis: Cogitationes demolientes, & omnem sublimitatem quæ
extollitur contra scientiam Dei, & captiuum ducentes omnem sensum in obedientiam Christi.
Nam spirat interdum, & inflatur contra gloriam
unigeniti, aduersariorum sermo, & ex ipsis sacris
sermonibus præfocationem perficit. HER.
Quæ nam hæc est? CYR. Problema graue
& semper celebre illud putant. Quando autem
subiecta fuerint ei omnia, tunc & ipse filius subijcietur ei, qui subiecit illi omnia. Cæterum ijs qui
brij sunt in his quæ dei, ad intellectum sanum &
incorruptum, si uim fieri ueritati uiderint ex hoc
dicto, & minime per se (Scriptum est enim recte,
& contrariorũ subuersionibus impulsum ad hoc
ut nõ recte uideatur dictum esse) Tunc ueritatis
armis instructi omnem insipientium cogitationẽ
sublimitatem subuertunt, & dictum ad defectionem, rursum retorquent ad obedientiam Christi,
hoc est ad dispensationem quę cũ carne. Nomen
enim & res obedientiæ, seruitutis nostræ tempus
designat, quãdo deus factus est homo, & quod habens imperium super omnia non aduentitiũ, sed
quasi deus ex deo uocatus est seruus, existens in
forma & æqualitate patris, humiliauit seipsum,
demittẽs se absq; coactiõe, in uoluntariã inanitionem. Hac ratione, & ualde meritò, creditus est factus in nostris cõditionibus, communemq; hanc



omnium naturam cum alijs suis minoribus pos- A
sessionibus accepisse. Minor autem possessio na
turæ factæ, quodammodo ad deum est, oportere
subdi. Veruntamen non in eo quod subduntur
res, habent esse, secundum quod illis absque iudi
cio uidetur, & negligenter dictum est, sed existũt
& subsistunt secundum propriam rationem, &
quasi unicuiq; præmium dederit natura, uolunta
rie accipit obedientiam, & fit ea fructus mentis.
HER. Vtiq;. CYR. Igitur subiectio & contrarium eius, sita erunt in solis uoluntarijs motionibus, nõ autem substantiæ characterẽ imprimũt.
HER. Bene dicis. CYR. Cur autẽ & illud cũ
isto uidere non fuerit dignum? HER. Quodnã?
CYR. Sanctus nobis scribit Paulus de Christo:
Nunc nondum uidemus nobis omnia subiecta. B
Igitur si subijcietur per illud temporis patri, quãdo ipsi omnia subiecta sunt, tempus erit quoddã,
ut uidetur, rei congruũ. Nam usq; nunc filius nõ
eũ subiectus, quũ nondum instet tempus quo et
ipse subijciatur. HER. Assentior, manifestus est
eorum sermo. CYR. Si autẽ quis putet nunc quidem ipsum non subiectũ esse deo ac patri, fieriq;
hoc suo tempore, & definit substantiæ illius inæqualitatem propter obedientiam. Manifeste, ut
uidetur, illud dicit, quod erit aliquando, ut est ue
rissimile, filius secundum naturã sibijpsi inæqualis, & mutationem accipiet in aliud quiddam ab
eo quod nunc est, & esse creditur. Si enim ô opti- C
me, dixerim ego aduersarijs, obediẽtia coordinatur substantiæ rationibus, afferet omnino substantiæ uirtutem & contrarium, hoc est inobedientiam. Et si dicimus quod nunc sit nõ subiectus,
& hoc sit ei natura. Abscedit omnino ubi subijcietur patri, ad aliam quandam & perfectè separatam. & quæ contrario modo se habeat, naturam.
Itaque mutabilis nobis factus est filius, & iam nõ
ultrà immutabilis, mentietur q; diuinus Dauid,
tribuens ei præclarum honorẽ, quod stabilis sit,
et semper eodem modo se habeat. Dicebat enim: Psal.101. Cæli pereunt, tu autem permanes, et omnes sicut
uestimẽtum ueterascent, & sicut opertorium mutabis eos & mutabũtur, tu autem idem ipse es, &
anni tui non deficiunt. Testificatur autem et Pau- Hebr.1.
lus scribens: Iesus Christus hodie & heri, idem &
in secula. HER. Verum est. CY. Respondeant D
itaque optimi sophistę, quisnam et quotuplex uarationis erit modus. Nam propter hoc quod oportuit subijci, nihil conferret glorię omnium saluatori & redemptori: sed damnosum erit, futuri
eius regni tẽpus, hoc est quod in nouissimis quãdo et subijcietur patri, et nũc omnino melius habet, quãdo inanitus esse dicitur, & humiliasse se
ipsum. At si hoc prætercurso, quasi indocte allato, dicẽt mutationẽ fore ad aliquid melius. Quareadhuc nugantur cõtra subiectionem, & quod
minus illa quasi filio impingunt, quamuis ponant illa in summis & inexcogitabilibus ac inequalitate patris. Non enim rapinam arbitratus est
esse se æqualem deo, sicut scriptum est, sed seipsum exinaniuit forma serui accepta. Nonne hæc

tibi optime dixisse uideor? HER. Optime. CY.
Igitur quum sermo eorum ubique gratia careat,
& fœde langueat, age deinceps eamus ad hoc
quod minime damnosum, non uituperantes qua
si minus quidpiam in substantia unigeniti, propter celebrem subiectionem, quam & in extremis temporibus fore dicit diuinus Paulus, sed illud potius consideremus pie. HER. Quale?
CYR. Non enim opinor, dicet quis separari &
discedere, ad propriam quãdam uoluntatem ab
ea quæ est patris, filium, & uergere quodammodo extra in aliquod quod sibi probatur: sed potius coniectandum est merito, quod sit eiusdem
sententiæ & uoluntatis, utpote is qui & ex ipso,
& in ipso, secundũ naturã est & intelligitur. Nam
ut appareret colere patrẽ ex quo genitus est, eũ
summis laudibus extulit. Et alibi dicit: Sacrificium & oblationem noluisti, holocaustumata &
pro peccatò nõ postulasti, corpus autem aptasti
mihi. Tunc dixi, ecce uenio, in capite libri scri- Psal.39.
ptum est de me, ut faciam deus uolũtatem tuam. Ioan.5.
Aliquando autem iterum dicit: Quia descendi
de cœlo, non ut faciam uolũtatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me. Ecce ualde manifeste
dicit se uenisse de cœlis, habereq; sic, ut uoluntarie perficere uelit quod probatur genitori.
Quod siquidem esset omnino separandus à uoluntatibus, quę tendunt ad diuersitatem, ut contemnat quidẽ sua, lucretur autem ea quæ patris,
habeatq; hunc scopum & sententiam: nunquid
alicui uidebitur deprecari quidem quod ignobile, nempe uideri subiectum esse, amouericq; omne quod sibi placet? HER. Minime. CYR. Igitur qui & nunc eiusdem sententiæ est & uoluntatis cum genitore, imò consilium est & uoluntas
patris, quomodo subijcietur? & hoc olim quasi
nondum intelligatur simul uolès. Vtar enim uoce Pauli quæ unigenitum in ratione substantiæ
minime offendit. HER. Qualis igitur res est futura subiectio? CYR. Bona spe sumus ô Hermia, & iure credimus, quod uolentibus uiuere
honeste, sanctamq; & admirabilem uere agere uitam, omnis boni participatio exístat à deo, & ea
quæ super mentem ac rationem, sanctorum capitibus imponantur, sitq; horum omnium dispensator & renumerator filius. Omnia enim à patre
in nos per illum in spiritu, & non dicimus quasi
filius afferat ad hoc seruile ministeriũ: sed magis
quod autoritate dispenset ut filius eaquę à patre,
ut sit deus omnia in omnibus, subtilis scilicet &
sapientia, gloriaq; et incorruptio. Quod autẽ subiectis omnibus filio, simul ipse iterũ dominetur
cum eo, & regnet uniuersorum deus ac pater, uidebitur facile: quod congruè intelligamus eum
eiusdem sententiæ cum eo, et in omnibus idẽ uelle filium, & per suam mediationem implere alijs
quæ sperant. Istud obedientiæ nomine abusiuè
indicasse dicimus diuinũ Paulum. Sciebat enim,
quod nullo modo offenderet, etiam talia quædam dicẽs. Semper enim seopus est filio honorare patrem, quia & ex ipso secundum naturam est,

Universidad de Deusto
Biblioteca



æqualisq; & similis per omnia, & nullo modo minus habens. Per illum & cum illo sit patri gloria cum sancto spiritu in secula, Amen.

Dialogorum libri quinti finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI Alexandrini, cum Hermia dialogorũ Liber sextus, quod humanitatis proprietates, & quæ non admodũ diuinæ (θεοπρεπῶς) dicta sunt de filio, cõueniant magis dispensationi secundum carnem, & non ipsi naturæ uerbi, secundũ quod intelligitur & est deus.

CYRILLVS.

ITAQVE de æqualitate, & etiam de eo quod substantiæ dei & patris, filij natura, euidens demonstratio sit, & expressissimus character, sufficiente, ac ualde manifesto sermone elaboratum est. Ostendit enim quæcunque eximia de deo & patre dicta sunt, ea esse filij, imò declarauit ipsum filium esse omne id quod naturaliter proprium patris esse dicitur. Finge ô Hermia, alterius forte proprietatibus tanquam propriis, ipsum adornari posse, quod nunquã illi naturaliter unitum est, sed quasi in externam diuersitatem separatũ. HER. Quomodo dicis? CYR. Non enim res omnes proprio naturæ sermone designãtur. Videntur enim in uniuersum fugere, ne cum alijs eadem esse uideantur, etiam si quid in cõmuni illis conueniat. Ad animal enim pertinent homo & equus, sed in unoquoq; alia quędã ratio prospectat, quæ separet ab alijs, & declaret non omnino dã & perfectam identitatem eis cõuenire. Propria enim quædam ratio est homini, boui, & equo. Si autẽ quis tollat quod intercedit & genus, & substantialis differentiæ rationes, humanæq; naturæ proprietates, & omnia circumponet alijs, an non humanam naturam nobis describeret, & nihil aliud erit quod significetur? HER. Verum. CYR. Igitur docere nequit, imò modis omnibus impossibile, posse cognosci aliquid alterius proprietatibus, & non putari esse istuc ipsum quod illud secundũ naturam est, cuius proprietatibus agnoscitur. HER. Recte dicis. CYR. Itaq; filius in nullo minor est deo & patre, si diuinitatis proprietatibus integre cohonesteturquid nam sit, secundum naturam agnoscitur, eaq; ratione est & character subsistentiæ patris. Per ipsum enim & in ipso patris naturam contemplati fuerimus. HER. Vis igitur dicamus ea quæ causæ ut necessaria conducunt, uel certe relictis illis aduersariorum opinionem cui te opposuisti, quasi non audiendam relinquamus? CYR. Etiã amicorũ, optime, libere quidem quod uidetur dicendum erit. Nos autem meliores quàm ut torpescamus, exerceat & temporis cura, quæ extimulat ut oporteat etiamnũ ueritatis dogmatibus uelle certando adesse. Hortatur item, ut hoc aggrediamur

A æqualisq; & similis per omnia, & nullo modo minus habens. Per illum & cum illo sit patri gloria cum sancto spiritu in secula, Amen.

Dialogorum libri quinti finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI Alexandrini, cum Hermia dialogorũ Liber sextus, quod humanitatis proprietates, & quæ non admodũ diuinæ (θεοπρεπῶς) dicta sunt de filio, cõueniant magis dispensationi secundum carnem, & non ipsi naturæ uerbi, secundũ quod intelligitur & est deus.

CYRILLVS.

ITAQVE de æqualitate, & etiam de eo quod substantiæ dei & patris, filij natura, B euidens demonstratio sit, & expressissimus character, sufficiente, ac ualde manifesto sermone elaboratum est. Ostendit enim quæcunque eximia de deo & patre dicta sunt, ea esse filij, imò declarauit ipsum filium esse omne id quod naturaliter proprium patris esse dicitur. Finge ô Hermia, alterius forte proprietatibus tanquam propriis, ipsum adornari posse, quod nunquã illi naturaliter unitum est, sed quasi in externam diuersitatem separatũ. HER. Quomodo dicis? CYR. Non enim res omnes proprio naturæ sermone designãtur. Videntur enim in uniuersum fugere, C ne cum alijs eadem esse uideantur, etiam si quid in cõmuni illis conueniat. Ad animal enim pertinent homo & equus, sed in unoquoq; alia quędã ratio prospectat, quæ separet ab alijs, & declaret non omnino dã & perfectam identitatem eis cõuenire. Propria enim quædam ratio est homini, boui, & equo. Si autẽ quis tollat quod intercedit & genus, & substantialis differentiæ rationes, humanæq; naturæ proprietates, & omnia circumponet alijs, an non humanam naturam nobis describeret, & nihil aliud erit quod significetur? HER. Verum. CYR. Igitur docere nequit, imò modis omnibus impossibile, posse cognosci aliquid alterius proprietatibus, & non putari esse istuc ipsum quod illud secundũ naturam est, cuius pro- D prietatibus agnoscitur. HER. Recte dicis. CYR. Itaq; filius in nullo minor est deo & patre, si diuinitatis proprietatibus integre cohonesteturquid nam sit, secundum naturam agnoscitur, eaq; ratione est & character subsistentiæ patris. Per ipsum enim & in ipso patris naturam contemplati fuerimus. HER. Vis igitur dicamus ea quæ causæ ut necessaria conducunt, uel certe relictis illis aduersariorum opinionem cui te opposuisti, quasi non audiendam relinquamus? CYR. Etiã amicorũ, optime, libere quidem quod uidetur dicendum erit. Nos autem meliores quàm ut torpescamus, exerceat & temporis cura, quæ extimulat ut oporteat etiamnũ ueritatis dogmatibus uelle certando adesse. Hortatur item, ut hoc aggrediamur

diuus Petrus alicubi dicens: Parati estote adrespondendum omni petenti rationem, de ea quæ in uobis est spe. Quæ autẽ alia spes à Christo Iesu domino nostro esset in uobis? HER. Itaq; scias, quod omnino & illud dicunt, quod nũquam fuerit deo & patri uel æqualis uel similis filius, iuxta naturæ rationem, qui ab illo sanctificatur, & exaltatur, & glorificatur, & corroborari dicitur, nam quod & adorauit nobiscum, & consumationis dies ignorare se confessus est, ex ipsis sacris literis ostendere parati sunt. Porrò in singulis prædictis quæ uoces, uel quæ fides adhibendæ sint, ex scripturis diuinitus inspiratis facile cõmonstraretur, si tibi probaret. CYR. Equidẽ iã omne certamẽ confectũ, mihi uidebatur, sed adhuc feruet contectus, & quodãmodo pubescunt insidiæ. Quoniã autem spe fraudatus sum, & ad alia exordia ueni- B mus. Cumulatim enim aduersariorum ruditas propositiones in diuinis adducit. Age denuo uerum & inculpatum particulatim de unoquoque sermonem apponentes, arguemus eos planè ignorasse mysterium Christi. HER. Et ego quoq; perquam alacer sum, ut eadem tecum incedã uia. Etenim nõ aliter exquisitius uniuscuiusq; iudicium habituri sumus, quàm hoc sermone. Proinde dicunt, quod filium esse participem sanctificatio nis, manifestet beatus Paulus de illo scribẽs: Quo modo niam enim qui sanctificat & qui sanctificantur ex uno omnes, propter quam causam non erubescit fratres uocare illos, dicens: Annunciabo nomen tuum fratribus meis. Quoniam & sapiens Ioannes dicit, uidisse se spiritum sanctum descendisse super eum sicut columbam. Porrò adhæc etiam ipse filius ludęis dicebat loquens: Nonne scriptũ est in lege uestra: Ego dixi dij estis? Si illos dixit deos ad quos factus est sermo, & non potest solui scriptura, quẽ pater sanctificauit & misit in mundum, uos dicitis: blasphemas, quia dixi filius sum dei. Et innumera alia quis istis coaceruare posset, per quæ addiscere possemus, quod à patre sanctificatus sit filius. CYR. Vellem scire ex te, quis modus sanctificandi intelligendus erit, si & sub illo unigenitus ordinetur. Nam in diuinis literis huius rei magnum discrimen uidetur. Dicuntur enim quidam sanctificari quasi in præscientia dei præuisi, quod probatissimam legisq; seruantissimam uitam, magno studio bene operantes actuari sint, & sancti spiritus participes futuri, quales sunt de quibus Paulus per epistolã scribit: Quos præcognouit & prædefiniuit, conformes imagnis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus: quos autem prædefiniuit, hos & uocauit: quos autem uocauit, hos & iustificauit. Dicebat autem deus ad sapientissimum Hieremiam: Antequam formassem te in utero, cognoui te, & antequam tu exires ex utero, sanctificaui te. Sanctificantur autem & alij quidam, quamuis deum uerum non agnouerint, neq; illorum sanctificatio habitudinem & proprietatem quandam cum sancto spiritu designat, sed potius assumptionem & deductionẽ quandam, ut hoc quod deus uolue-



rit, perficere debeant, sicut de Cyro & Medis po- A
Esa. 45. tenter Babylonẽ destructuris, & à diuina in hoc
adducendis ira dicit: Gigantes uenient, ut imple
ant uoluntatem meam, gaudentes simul & iniu-
ria afficientes. Dicit autẽ quod sanctificati sint, &
Esa. 42. ego ducam eos. Cæterum Aggæo prophetæ dicit deus: Si acceperit homo carnem sanctã. Opinor inmaculatam sacrificium adductũ, & in odorem suauitatis deo oblatum, sanctam carnẽ uocari. Dicimus autẽ sanctos & uere per fidem sanctificatos, sicq; diuinæ naturæ participes demõstratos. Quo igitur modo sanctificatũ esse intelligũt filium, quũ missionem eius in mundo simul cum sanctificatione iunctam necessariò dicant? Sic enim dixit Christus: Quẽ pater sanctificauit & mi- B sit in mundum. Quod enim ex utriusque cõcursu, nõ imperfectũ, recta cogitatione bene dignosci arbitror. Mittens enim pater filium sanctificare dicitur, & non ante missionẽ. HER. Sanctificatum eum esse dicũt à patre, sanctificasse autem patrem aliter, ueruntamen per spiritum sanctum. Ad quid ultra? CYR. Vide igitur amice in quot absurda illorum sermo effluat. Nam si quidẽ ante incarnationem, & ante missionem in mundũ participeps spiritus fuit Verbum, sicut illis bene uidetur dici, quare iterum illum & cum carne suscipere? Superflua enim res & friuola, sed nullus unquam cordatus in illis, ineffabilis dei naturam cõ- C stituisse habitus est. Non enim aberrauerit à deo ro, & inculpate habens, non in longe considerationũ & cogitationum productione, sed statim id uiderit in principio motionum, consilij & sapientiæ quæ illi insunt. Si autem postquam apparuit si hoc præclaram gratiam nactus est, ubi exinaniuit seipsum & aduenit quodammodo ut proficeret, & humiliatione factus est melior? Igitur inquiũt, id etiam à summis malis nõ abstinẽtes, inter quorum leuiora fuerit, si non accepto spiritu factus esset ad sanctificandum, redderet deteriores eos in quibus est. HER. At ne hoc quidem cogitabunt, ut est uerisimile, sed quod sanctificatus sit dicent, uolante super eum spiritu in specie columbæ. CYR. Dein quis est qui dicit se uidisse simul ex cœlis aduentum spiritus supet illum? HER. D Ioannes Baptista testimonium præbuit, dicẽs: Vidi spiritum descendentem quasi columbã, & mãsit super ipsum. CYR. Igitur metitur tẽpus quo sanctificatus est. Non enim ante tempus sanctificabatur deus, existens: Verbum sed quando factus est sicut nos, quibus sanctificatio non est frustra naturæ propriæ, sed aduẽtitius & externus. Aut ignoras, quod humana natura principio qui dem ubertim recepit, ut particeps esset diuini spiritus, & per sanctificationẽ ad dei effigiem forma retur? Factus est enim homo etiam secundũ hoc ad imaginem conditoris. Vbi autẽ diuinum mandatum præuaricata, amisso munere morti adiudicata est, & peccati iugum subijt. Igitur quoniam oportebat ob insitam sibi mansuetudinem, perditum genus reduci ad sua initia, uolebat deus alterum quodammodo generis initiũ exoriri Christum, & perferre natiuitatem per sanctam uirginem, neque carnalem præterea patrem habere, ut & cum ipso deum habeamus omnes patrẽ per ipsum & in ipso, ad exordium talis gloriæ perueniamus. Oportebat factum hominem spiritum accipere, ut quãdoquidem erat & est nescius peccati, consequenter in ipso libenter inhabitaret spiritus & requiesceret, sicut in initio generis & radice secunda. Hoc enim opinor significare diuinũ Baptistam de spiritu clamantem, quod uiderit illum descendentem è cœlis in specie columbę. Dicendum autem, quod & mãserit in illo: non enim mansit in nobis propter præuaricationem, mansit autem in Christo. Naturæ enim erat non ferentis ullam ex peccatis maculam. Sicut autẽ coexistens semper rex, & coæqualis throni cum deo & patre ordinatus esse dicitur rex, quando sicut nos factus est homo, cui & superne datum est regnare. Et quemadmodum semper coexistens cũ patre filius per spiritũ declaratur, eo quod is qui secundum uoluntatem filijs, assimilare uoluit secundum carnem: & quemadmodum configuratus uobis sub deo, patrem uocabat, quãuis deus esset ipse: sic & sanctificatus esse dicitur, pertinente ad humanitatem, hoc est ad hãc carnem sanctificatione, eo quod non possit intrinsecus habere hominis natura sanctificationem quandam. Inest enim hoc uere diuinæ & summæ naturę, cuius quoniam est fructus Verbum, habebit omnino tanquam propriam naturæ, quæ ipsum genuit, sanctificationem. HER. Qualem ne dicunt absurditatem sequi, si sanctificetur à patre filius? CYR. Reuoluens mecum quod nuper dixi, id nũc quoque dico. Nam si quidem secundũ quod homo, ut hominem, sanctificatum esse dicunt, nihil hoc ad Verbum, tametsi in hoc damnum sit nullum. Quod si dimissa ueritate, et submota probabilitate, in fœdissimam quandam, & præsumptuosissimam incident sententiam, ipsum sanctificari dicentes, quod ex deo patre natum est Verbum, ita ultra omnem absurditatẽ perueniet Verbum. HER. Itaque ostendas nobis modos absurditatis eius in illis. CY. Etenim grauabor minime, adiutorem & cooperatorem nobis ueritatis ducem fore Christum expectans. Negligẽtes igitur, quod adhuc remorari propositorum examen posset, iam procedamus. Et dic oro illud iterum. HER. Quid hoc est? CYR. Cuius proprium dicimus esse spiritum sanctum, utrumne solius dei & patris, uel etiam filij, uel seorsim alterius, & amborum quasi unum ex patre per filium, propter identitatem substãtiæ? HER. Sic ego dico.

CYR. Recte inquis amice, & ob ingenium in sacris scripturis exercitatum admiror quod hanc delegeris sententiam. Nam intelligitur quidem deus & pater in existentia per se, substitit autem & filius proprie, quamuis proprijs subsistentijs utercq; seiungatur. Vnde non omnem separationem admittit. Non enim secernitur pater à filio si

Universidad de Deusto
Biblioteca



cut angelus ab angelo, neque sicut nobiscum aliquis ab aliquo: totus à toto distinctus est. Neque etiam utrinque unum differentiæ ratio seorsum omnibus modis utrique constituit. Nónne essent etiam duo dij, quum una & sola intelligatur deitas, uiuentem & subsistẽtem uide in patre filium, & e diuerso in filio patrem, character enim subsistentiæ ipsius. HER. Assentior. CYR. Vnius igitur naturæ unus etiam spiritus, & procedit quidem quasi à fonte patre, est autem non alienus & à filio, proprietatem omnium habens in seipso. Et quoniam est summæ diuinitatis fructus, quomodo à bonis diuinitatis nudus intelligeretur? Proprium autem deitatis est sanctificatio, cuius spiritus est capax. Sanctus enim est secundum naturam, & omnis creaturæ sanctificator. HER. Et quæ erit horum fides, uel quomodo manifeste discerem, quod spiritus sanctus prius sit filij sicut scilicet patris? CYR. Non aliena, sed ipsum Christum afferam dicentem: Adhuc multa habeo uobis dicere, sed nõ potestis portare modò: quãdo autem uenerit ille spiritus ueritatis, deducet uos in omnem ueritatem. non enim loquetur à seipso, sed quæ audierit loquetur, & quæ uentura sunt annunciabit uobis. An non intelligentes sermo ille sufficientibus argumentis docet, quod proprium quidem dicat paracletum, spiritum enim ueritatis nominauit illum, non alia autem ab ipso est ueritas. Adijciẽs, quia de meo accipiet, substantialem & naturalem proprietatem ostendit euidenter, secundum quam unus est cum ipso spiritus eius. Non enim participatiue sapientem fore ab ipso spiritum dicit, neq; ministrorum modo, filij sermones allaturum: sed quasi si quis fragrantissimus flos, suum diffunderet odorem, & circumstantium sensibus se infundens dicat: De meo accipiet, naturalem proprietatem significaret, & non aliquid quasi participans discretim. Sic intelligas de filio, & de spiritu. Spiritus enim sapientiæ & uirtutis existens, sapientia omnino & uirtus est totam ex toto efficaciam emittentem, in seipsa conseruans, & quasi in propria natura bene ostẽdens eam cuius scilicet. Postquam autem dixit, De meo accipiet, apposuit necessarie: Omnia quæcunq; habet pater, mea sunt: Propter hoc dixi uobis, quod de meo accipit. Quemadmodum enim spiritus semper est secundum naturam, quoniam est spiritus sancti patris, ita & sapiens, quandoquidem sapientiæ spiritus est, imò substantialiter potius, & quasi naturalis quædam qualitas sanctæ & sapientis diuinitatis, quæ sicut in patre & filio intelligitur, & ipso spiritu. Quod autem patris spiritus, spiritus est filij, ipse per seipsum erudiat, dicens: Quando uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre, spiritũ ueritatis qui à patre procedit, ille, inquit, testimonium perhibebit de me. Intelligis igitur, quomodo proprium promittat missurum nobis ex patre, & spiritum quidem ueritatis uocet, emanare etiam ex ipso definiat patre, & quod etiã testimonium de se perhibiturus sit prænunciet?

*Spiritus sanctus est patris ac filij.*

HER. Et quis intelligetur testimonij modus? CYR. Nam quoniam ea quæ dei operatus est per manum sanctorum, testificatus est euidenter, quod deus est uere filius, cuius & spiritus est, quẽ admodum scilicet patris. HER. Satis quidem diuites sumus amice. Quod enim manifestum & absque controuersia, nullo opus habet disputatore. Spiritus eñ est & filij spiritus sanctus, & cõtra dicturũ opinor omnino nullum: relinquens igitur laborem & studium quod in hoc insumis, pergas potius ad illa nunc per quæ licet addiscere, quod filius secundum naturam sit sanctus, & nõ secundum participationem ex patre. CYR. Ego uero & hoc reor, quod nullus non, modo non sit mente captus, obstupuerit, siquidem definientes proprium esse filij spiritum, attestentur iterum, eius esse participationem, & sanctificationem ex deo patre per spiritum possedisse dicãt, datumq; tanquam aliquando non habuerit. Quanquam cur nam interdum non ferunt inquiri istius absurditatis damna, ad unum solumq; hoc contendãs, quod ipsi suidetur nihil considerantes? Particeps enim filius sui spiritus secundum quem modum? num quasi extrinsecus aduenientis? nihil enim suimet est particeps. Neque etiam in cogitationibus sapientibus, ea quæ natura quibusdam absunt sanctificationis, malitiæ & peccati detritio ac depositio est. HER. Astipulor. CYR. Igitur siquidẽ uoluerint sentire & dicere, filium sanctificatũ esse cũ creaturis, non difficile erit inuenire tẽpus, quo liceat dicere. Erat adhuc natura filius infirmus, & nondum melior quàm ut non posset delinquere. At si sic se habere intelligitur, quo pacto esset etiam imago dei & patris? quomodo itẽ & splendor ac character substantiæ eius? Non enim in tempore factus est character, sed erat ante illud, secundum naturam, & in principio. Ad hęc, quomodo non fuit sancta & syncerissima patris pulchritudo, & substantiæ ille character? An non semo nos coget necessario & nolẽtes, ut postea debeamus dicere, & patrem ipsum aliquando nõ esse sanctum? HER. Ita est, nam omnino consequens erit, oportere uideri cum imaginibus eundem esse speciei ea quorum sunt imagines. CYR. Quid autem amice, an non seipsum dicit esse ueritatem filius, & lux uera esse à sacris nominatur scripturis? HER. Etiam. CYR. An non frustra & imperite scripsisse deprehenduntur, si lucem ueram indigere secundum naturam sancti ficatione dicant? nihil enim aliud affirmãt, quàm hoc manifeste dicentes, sanctificatum esse lumen uerum, sua quidem natura minime factum, factũ autem aliquando. HER. Prorsus. CYR. Itaque qui illum in ordinem cogũt eorum, qui uel in minimo delinquere possunt, plane mendaces sunt. Non enim egit peccatum, neque inuentus est dolus in ore eius, sicut scriptum est. Quare nihil erubescebat dicens sanctificatum se à patre, & nihil illis adsciebat, egregie autẽ sentit de se, & in hãc sermonum magnificentiam & excellentiam uenit, ut absque distinctione dicat: Pro illis ego sanctifico meipsum. HER. Quomodo ergo quis



mus, ad exordium redeũtes per spiritum ad imaginem conditoris, nempe filij, per quem omnia à patre. Proinde sapientissimus Paulus inquit: Filij, quos iterum parturio, donec formetur in uobis Christus. Etenim quot species formationis, quæ hic dicitur per spiritum sanctum, insinuetur nostris animabus, ipse indicabit clamans: Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini in speculo representantes, ad ipsam imaginem transfiguramur à gloria in gloriam, sicut à spiritu domini, dominus autem spiritus est. HER. Optime dixisti. CYR. Itaque creaturæ quidem & sanctuis data est sanctificatio, quam intra se non habẽt. Vnde & dimitti potest, & qui eam habent, præuaricationem per se accersere sibi ualent. Cecidit enim & angelorum natura, & principatum suũ, ut scriptum est, quidã non seruarunt. Et nos quoque præuaricationum causis obnoxij sumus. Igitur si quis existimarit & ipsi filio datam esse sanctificationem, nónne omnino affirmabit, quod & præuaricari possit? pateretur enim quod posset pati, etiãsi non diceretur pati. HER. Verũ. CYR. Quod aũt tam uenerandum, tamq; sanctã, neutiquã obnoxium est peccato, imò neq; morbo quo in malum propensum esse argueretur, quãdoqui dẽ sanctificatio, malitiæ & peccati detritio ac depositio est. HER. Astipulor. CYR. Igitur siquidẽ uoluerint sentire & dicere, filium sanctificatũ esse cũ creaturis, non difficile erit inuenire tẽpus, quo liceat dicere. Erat adhuc natura filius infirmus, & nondum melior quàm ut non posset delinquere. At si sic se habere intelligitur, quo pacto esset etiam imago dei & patris? quomodo itẽ & splendor ac character substantiæ eius? Non enim in tempore factus est character, sed erat ante illud, secundum naturam, & in principio. Ad hęc, quomodo non fuit sancta & syncerissima patris pulchritudo, & substantiæ ille character? An non semo nos coget necessario & nolẽtes, ut postea debeamus dicere, & patrem ipsum aliquando nõ esse sanctum? HER. Ita est, nam omnino consequens erit, oportere uideri cum imaginibus eundem esse speciei ea quorum sunt imagines. CYR. Quid autem amice, an non seipsum dicit esse ueritatem filius, & lux uera esse à sacris nominatur scripturis? HER. Etiam. CYR. An non frustra & imperite scripsisse deprehenduntur, si lucem ueram indigere secundum naturam sancti ficatione dicant? nihil enim aliud affirmãt, quàm hoc manifeste dicentes, sanctificatum esse lumen uerum, sua quidem natura minime factum, factũ autem aliquando. HER. Prorsus. CYR. Itaque qui illum in ordinem cogũt eorum, qui uel in minimo delinquere possunt, plane mendaces sunt. Non enim egit peccatum, neque inuentus est dolus in ore eius, sicut scriptum est. Quare nihil erubescebat dicens sanctificatum se à patre, & nihil illis adsciebat, egregie autẽ sentit de se, & in hãc sermonum magnificentiam & excellentiam uenit, ut absque distinctione dicat: Pro illis ego sanctifico meipsum. HER. Quomodo ergo quis

*Gal. 4. 2. Cor. 3.*

*Spiritus sanctus ex patre per filium.*

*Matth. ult.*

ueritatem agnoscet? CYR. Si sapienter supputet, quod secundum naturam sanctus sit ut deus, sanctificatus autem nobiscum ut homo, proprio spiritu suũ ipse templum inungens. HER. Quo modo igitur pater ipsum sanctificasse dicitur? CYR. Quia omnia à patre per filium in spiritu. Sanctificantem autem & sanctificarum naturam uere filium, quando factus est homo induxit nobis beati Pauli sermo, dum dicit: Sanctificans & sanctificati ex uno omnes, propter quam causam nõ erubescit ipsos fratres uocare, dicens: Annunciabo nomen tuum fratribus meis. Sanctificat quidem ipse sanctus existens secundum naturam ut deus, sanctificatur autem nobiscum secundum humanitatem, nostra suscepta similitudine, secundum istud dico eum sanctificari, neque mentitus fuerit dicens, se sanctificatum. Nam quamuis omnium potestatem habeat ut deus, non tamen fratres uocare erubescit. HER. Quin & hoc dicunt, non mentiri se, si dicant sanctificatum esse à patre, etiam excepta dispensatione, quam nobiscum habuit, extremis temporibus, quibus apparuit homo. Veruntamen ante hoc, cum his qui esse cœperũt, simul factus, & frater creaturarum, secundum quod & ipse non est ingenitus natura, factus autem est à patre. Vere iteque dicit & fratres nos uocans, & consanctificatos dicens. CYR. At ô uos, qui ad omnia prompte curritis, etiam ad ea quæ præter rationem & decorum, ubi etiam nunc audax uester & attonitus sermo desiturus sit cogitare non ualeo. Nam quod filius quidẽ nõ sit genitus non uestris doctrinis, sed sanctis & diuinis doctoribus magis est auscultandum, inter quos & ipse Christus recensetur, dicens: Ite, & docete omnes gentes. Ioannes dixit nobis manifeste de filio: Et scimus, quod filius dei uenit, & dedit nobis mentem, ut cognoscamus deum uerũ, & sumus in uero filio eius Iesu Christo, hic est uerus deus, & uita æterna. Deus autem uerus non est factus cum creaturis, quando igitur iuxta id quod illis imprudẽter uidetur, particeps est sanctificationis, quamuis deus existat uerus Verbum, & quando intelligitur secundum se, & absque carne, uenisant in medium, & deum nostrum uerum, aduentitiam habere sanctificationem, & quibuscunque uoluerint demonstrent causis. Vel non est uerum dicere, quod siquidem est in filio deo secundum naturam existente & uero datum sanctificari nihil prohibeat, etiam insipienter suspicari patrem ex quo est filius, licet deus esse creditus sit. HER. Videtur. CYR. Vt autem undequaque illorum impiam audaciam expugnem, minime grauabor dicere etiam aliquid ex absurdis. An non congruit soli & præcipue tribuere ei, qui secundum naturam est deo, quod possit sanctificare, sicut scilicet, & ex nihilo omnia producere? HER. Tribuendum erit. CYR. Si igitur inter creaturas numerabitur filius, iuxta turpem & abominabilem illorum sermonem, ea quæ deitatis secundum naturam sunt propria, & eximia perficiuntur, & ad naturæ pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca



prię gloriam ſpectant. Seipſum eñ ſanctificare dicit, delata quidē à ſumma omniū ſubſtātia, in creaturam erūt. Opinor aūt ueriſimile, quod nos ſanctificare dicēdus ſit ſecundū ſimilitudinē quæ eſt filij. HER. Quomodo hoc dixiſti? CY. Si enim ipſe exiſtit factus, &adeò ea quæ diſtātis ſubſtantiæ ſunt, propria facit bona, quid obſtat quin & nos implere poſsimus ea quæ illius ſunt? Proxima eñ illi eſt, & nihil diſtat, noſtra ab illo proprietas, eo quod unicuiq; genito, adgenitū cognatio quędā & habitudo eſt, nempe ſecūdum id quod genitū eſſe dicitur. HER. Nō abludere à uero uidetur hic ſermo. CY. Erit aūt & alia ratio impie ſimul & imperitè dictū, credere ipſum ſanctificari. HER. Qua ratione? CYR. Quod ſanctificatur, nónne re quapiā meliore & præſtātiore, quàm ſit ipſius natura, ſanctificatur? Nō eñ uiliore dicendū ut opinor, quādoquidē ſanctificatio ad aliqd utile adducit. HER. Optimè dixiſti. CY. Igitur quandoquidē eſt uerum, quod ſanctificatus eſt, ſecundū illos, per ſpiritū filius, omnino quaſi re meliore inunctus erit, & ea quę natura melius habeat quàm ipſe. Nihil eſt eñ particeps ſuiipſius, ſed aliud in alio participiū habet, iuxta rationem prout fuerit. HER. Sequetur & hoc. CY. Vltra quomodo in nobis filius per ſpiritum ſanctum inhabitat? quomodo autem quod melius eſt ſecundum naturam per ſeipſum, deterioris efficiet participationem, & diuina efficiemur ſocietate ſpiritum ſuſcipientes? quomodo poſterior erit filio ſpiritus? uel quomodo melior ſeipſo? & nónne potius ſicut ipſe & ab ipſo, ſpiritus ipſius omnem habet efficaciam? & ipſius participationem
Ioan.14. *Chriſtus nunc largietur?* Vnde dicebat filius: Non relinquam *in nobis eſt per uos orphanos, uenio ad uos.* Poſtquā aūt aſcen- *ſpiritum.* dit ad patrē, & ex mortuis reuixit, in nobis eſt per ſpiritū. Proprius enim ipſius eſt, & non extrinſecus ſuſceptus ſpiritus eius, ſicut ſcilicet & hominis humanus. Vbi aūt carnem quæ immēſe diſtabat propriā ſuæ diuinę & ſummæ ſubſtātiæ fecit, tunc inquā, tunc & ſanctificatus eſſe dicitur, tunc ſapienter ac decenter ſanctificatione ad humanitatē pertinente, etiā ſanctificādi impletionē, hoc eſt efficaciā, tanq; in perſona patris, naturę deitatis aſcribit. Nam illi ſoli propriū eſt ſanctificare. HER. Aſſentior, nec opus eſt, quū recta dicas, ut prolixi ſermones tibi obijciātur. Sanè ſapiēs hoc minimè fecerit. Dicunt autē, quod ſi ſoli & uero deo potētiam ſanctificandi tribuere decet, huius aūt filius manifeſte apparuerit, nihil eſt quod ꝓhibeat, quod & deus ſecundum naturam ſit, imò manifeſte cōfiteri oportet. Et ſi hoc admiſerimus quum deus uerus & naturalis nulla re indigeat, quid docuit is, qui ſecūdū nos filius & deus oſtēdens naturam ſuam opus habere gloria, regno & dominatione, dū ad patrem cœleſtē ſic dicit: Pa-
Ioan.17. ter, uenit hora, glorifica filiū tuum, ut & filius tuus glorificet te, ſicut dediſti ei poteſtatē omīs carnis, ut quotquot dediſti ei, det eis uiā eternā. Hęc eſt aūt uita æterna, ut cognoſcant te ſolū uerum deū, & quem miſiſti Ieſum Chriſtū. Ego te glorifi-

A cauí ſuper terram, opus cōſummauí, quod dediſti mihi ut facerem. Et nunc glorifica me tu pater apud temetipſum gloria quā habui, priuſq; mundus hic eſſet apud te. Manifeſtauí nomen tuū hominibus, quos dediſti mihi de mundo, tui erant, & mihi eos dediſti, et ſermonem ſeruarunt, nunc cognouerunt quod omnia quæcunq; dediſti mihi, dedi eis: & ipſi acceperunt & cognouerunt uere quod à te exiui, & crediderunt quod tu me miſiſti. Dixit aūt & Lucas in Actis quaſi ex perſona Petri: Certō igitur cognoſcat omnis domus Iſrael, quia & dominū ipſum et Chriſtum fecit deus. Intelligis igitur, quod ubiq; pater dat gloriā & dominationem, accipit aūt, idq; placide filius. Iam ſi talibus quibuſdam nos laceſſant ſermonibus, adijcientes & alia, quodnā foret effugium & quæ euitatio laboris, his qui quàm optime ſentire cupiūt? CY. Diuinus ſermo prædicauit. Manſuetus ſit pugnator. Ergo aūt dixerit, debere nos aduerſarijs reſiſtere, nihil formidantes. Deus enim, qui operatur in nobis, & ſermonem quidē linguis immittit, mentem autem piorum, ut bene ſe habeat, dirigit. Loquí uerò extra rectam uiam, & afferre aliquid quod indecorum ac peruerſum perſuadere, hoc fuerit. HER. Quid nam hoc dicis? CYR. Quid? opinor negligere tanquam rem inutilem, cognitionem temporū, quibus unūquodq; quod fit, deceat, & ita fieri incōſideratam ſermonum obſeruationem. Nam ſiquidem non eſt uerbum caro factum, nec habitauit in nobis, negligatur quaſi uana temporum obſeruatio, & diligentiæ in illis habendæ, indifferēsq; ſit omnis ſermo de unigenito. Tunc ſplendor patris ille per quem omnia facta ſunt, Verbū, quod conſidet cum eo qui genuit, & coæternum eſt, ileſq; intangibilis & inuiſibilis, dicatur pati in propria natura, & in dorſo plagas, & in manibus ac pedibus clauorum penetrationem, & uulnus in latere, & ſummum malorum, mortem inquam.

HER. Verum hæc omnia dicent uenisſe ſecundum humanitatē, paſſus enim eſt ſecundū quod homo. CYR. Quid autem amice, nónne ex cō- *Iſa.53.* fuſione & ignominia dicimus accidiſſe filio paſſionem? HER. Etiam. Scribit enim beatus Paulus, quod ſuſtinuit crucem confuſione contēpta, Et ipſe alibi per uocē prophetę dicit: Propterhoc non ſum confuſus, ſed poſui faciē meam ut firmā petram, & ſcio quod non confundar, quia prope eſt qui me iuſtificauit. CY. Excitauit ne, dic mihi, templum ſuū, ubi mortē & corruptionem ſuſcepit? utrū ſicut nos ut homo, uel ut deus ex deo quum apparuiſſet in carne? HER. Sicut deus ex deo. CY. Confuſio igitur illa & erubeſcentia indecorū diſparuit poſtea, & glorificatus eſt per reſurrectionem filius, quamuis antea propter ſpontaneam exinanitionē, indigniſſimā et ignobilem mortem nō declinauerit. HER. Sed hāc gloriā à patre aſſumpſiſſe dicitur filius. CY. Recte dicis amice, aſſentior enim. Nā poſtq; apparuit homo, quāuis ſapientia & uirtus ſit patris, per ſemetipſum abolita morte, & uita quę ab ipſo ſuū corpus



replebat, quaſi ſonti ſuæ ſubſiſtentię, quod fiebat A tributens. Decebat enim nullam aliā rem & creaturam uiuificare poſſe, & corruptione ſuperiorē, terrenam carnem oſtendere, etiamſi intelligatur eſſe Chriſti ſecundū quod caro dicitur, niſi ſolam diuinitatis naturam. Quod aūt filius potens fuerit reſuſcitare templū ſuū, etiam ſi dicatur, hoc do- *Ioan.2.* quidē Paulus dicit de patre, quod excitārit eum *Rom.4.* ex mortuis, & gloriā ei dederit. Ad Iudæos uerò ipſe filius dicit: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo ipſum. Mortuus eñ eſt ut homo ſecundū carnē, quamuis uita ſecundū naturā exiſtat ut Deus, reuixit aūt ineffabili uirtute, & indibili efficacia uſus, quamuis ſicut nos exiſteret, quantum ad humanitatē dico. Itaq; glorificatur B quidem à patre, non quod gloria indigeat, quum extra carnem & deus ex deo intelligatur, ſed quoniam erat homo, quaſi propriæ naturæ fructum, non habens potentiam operandi efficaciter diuine, accipit quodammodo illam per unionē & inēffabilem concurſum, qui intelligitur dei eſſe uerbi cū humanitate. Glorificat aūt & ipſe patrē, pa- *Ioan.17.* ter enim Dei cognoſcitur eſſe, qui omnia poteſt, quamuis apparentis in carne, & cū terreno corpore conuerſantis cum his qui in hoc mundo. Propter hoc inquit: Ego te glorificaui ſuper terram, opus perfeci quod dediſti mihi ut faciam. Magna enim alacritate inquit ô pater, audax & arduum mortis imperium deſtruere aggreſſus ſum. Verum hoc facere & ita implere, poſſe non erat carnis & ſanguinis, ſed tuæ uiuificæ et immobilis naturæ: ex qua quoniam natus ſum, quod placebat ſtrenue egi, nullam habens utilitatē ex humanitate, nihilominus ſacrificiū peregi, quamuis in carne & ſanguine eſſem. Cur igitur? quia ex tua natura ſum ſubſtantia, ex æquo uirtutem habere creditur. Glorifica itaq; tu me, qui propter hominem inglorius factus ſum, concedens mihi tua uirtute & efficacia uiuifica, ut morte ſuperius oſtenſum templū mihi ineffabiliter unitum. Iam quod ſolitum & non ita olim præſentem ſibi honorem ac gloriam aſſequí petat, liqueſcit. Dicit enim: Et nunc glorifica me pater, gloria quam habui antequam mundus eſſet apud te. Quí enim ſemper & quod ad humana deſcendiſſet, ad eam quæ prius D & natura in ſe erat gloriam reducit eos, qui ſuam humiliationem decebant, ſermones: illam diſpenſationi cum carni donans poſtquā paſſus eſt. Proinde neceſſarium, ſcire tempora, quibus conueniunt ea quæ carnis & ignobilitatis, & quibus ea quæ ante aduentū, in quibus gloriæ dominus exiſtens, gloriam non accepiſſe, ſed ut propriam habuiſſe repetitur. HER. Quomodo igitur aſſumiſ quoſdam de mundo à patre, de quibus etiam dicit ad ipſum: Quos dediſti mihi ex mundo, tui erant, & mihi eos dediſti? CYR. Igitur iterū dicā aliquid: Abſurdis cogitationibus (ad id quod ab initio dicebam redire cogor) fruſtra ut uideſ, eſſe dicitur exinanitus, quāuis factus fuerit ſicut

A nos, qui in forma & æqualitate erat unigenitus. Nā ſi aduentitiū habet poſſe imperare, & accipit quędā à patre quę priushabere nō uideſ, innouat aliquid ut uideatur in filio, & inde nobilitate quadam honeſtatur. Adducit aūt illū quodammodo gratia hæc ad melius, & ſuperius quiddam quàm prius erat. Iam unde unq; diminutionis ſermonē afferemus? uel qualiter exinanitū uiderit quis, ſi quidem omnino aliquid quod olim nō agnatum erat accepiſſe deprehēdetur, quaſi aliquam incarnationis mercedem, & uindictam cōtra quorundam poteſtatē lucrifaciens? HER. Sic habet. CYR. Falſe aūt dixerit ueriſimiliter etiam ſapiens Ioannes, dicens de illo: In propria uenit, & ſui eū non receperunt. Quomodo enim propriū eius, quod uix in nouiſſimis & ab alio datū? quamuis in numera antea ſecula exacta fuerint, in quibus Chriſtus coæternus erat Deo & patri, ſi poſtq; factus eſt homo accepit illos à mundo, & ſceptri nouitatem aſſumpſiſſe ſe uidetur iſtam, nihil igitur uerer dicere, quod ſtatus uerbi dei per incarnationē factus ſit melior, quàm initio fuerit. Et ſi accipiēs in æqualitate patris intelligatur: nā ut uides aſcendit ad excellentius, & incōparabiliter melius in gloria. Igitur ſibiipſi benefecit filius, diſpenſationem carnis & humanitatis modum ſuæ largitus gloriæ. Quomodo igitur adhuc propter nos incarnatus eſſe dicitur? uel quomodo precium redemptionis uitæ omnium fuit, ſi morti ſuæ tam inſolitam et non olim habitam emit gloriam? HER. Optimè dicis, etiā ſermo noſter audax quiddā & aſperius meditatur. CYR. Itaq; abijciatur etiam ab ipſis tam acerbum & malignum dictum. An non intolerabilis tibi res uidetur eſſe, & neceſſariò compellens etiam inuitos nugari? Negligentes enim aptare temporibus congruentibus, uoces, ſuſq; deq; omnia miſcere & confundere ſolent: quamuis quomodo non melius fuerit intelligere, quod propria quidem fuerint omnia Verbi, etiam productorum natura eius ſubiugata eſt, qui fundauit ea gloriæ. Nam ubi humanū genus ab officio ſuo excidit, non ſuſceptū à quibuſdam, ubi apparuit propter nos in carne Verbum, perſuaſos autem breui & credentes iugis ſubiecit, & diſcere uolētes meliora, ſuſcepit. Curuatur enim eí omne genu, & omnis lingua cōfitebitur, quod dominus Ieſus Chriſtus eſt in gloria Dei patris. Accipit autem hæc ſecundum humanitatem. Igitur propria quidem Verbi omnia, ſecundū quod natum eſt ex deo, & dominatur omnibus cum patre, accipit autem hæc ſecundum humanitatem, quando factus eſt ſicut nos, ſuper quibus regnet & imperet potentia ei à deo data eſt. HER. Gloriam igitur propriā habere dicimus ipſum, nihilq; ad hoc aſſumpſiſſe à deo & patre? CYR. Etiam, ſecundum quod intelligitur deus, & gloriæ Dominus. Ita enim nominatus eſt à diuinis Scripturis: unde & ſaluatoris diſcipulus Iacobus ſic inquit: Fratres, ne in acceptione perſonarum habete fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti, gloriæ. *Iacobi 2.*
HERMIAS. Deinde quæ erit filij gloria, præter

Universidad de Deusto
Biblioteca



eam quæ est patris? CYR. Non excellentior, A
neq; minor, sed eadem, imò quemadmodum sapientia & uirtus patris, ita erit & gloria subſtãtiæ quæ genuit ineffabiliter effulgens & demõstrans eam naturã unde nata est, quasi iubar quoddam solis, & lucis splendor ex subſtantia mittẽtis prospectans, ita & ut illud postea ex quo est per summam similitudinem speciei q; equalis qualitarem bene intelligatur. HER. Num ex sacris literis horum fidem nobis facere poteris? CYR. Non admodum magnus labor insumendus erit, si sanctorum uoces tecum colligam. Dicit enim beatus Paulus Epheſijs ſcribens: Quapropter & ego
Epheſ. 1. quum audiſſem eam quę in uobis est fidem in domino Ieſu, & in omnes ſanctos charitatem, non desino gratias agere pro uobis, ut Deus domini
B noſtri Ieſu Chriſti pater gloriæ, det uobis ſpiritũ ſapientiæ, & reuelationis in agnitione ſui. Intelligis ergo, quod patrem Chriſti etiam patrem gloriæ nominauit, non aliud quid opinor Chriſtum oſtendens à gloria patris. Dixit autẽ iterum: Nos autem omnes reuelata facie gloriam Domini in
2. Cor. 3. ſpeculo repreſentantes, ad eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam, tanquam à domini ſpiritu. Reſpicientes in ducem noſtræ fidei & conſummatorẽ Ieſum, qui est gloria eius, qui ſecundum naturam & uere est dominus, nempe patris: transfiguramur autẽ in ipſum per ſanctificationem in ſpiritu. Petrus quoque quamuis clareſcens inter diſcipulos uenientes ex circunci
C ſione ad iuſtificationem quę in Chriſto per fidem ſalutãs, dicit, quod omnia nobis diuina uirtus eius quæ ad fidem & pietatem attinẽt donarit per agnitionẽ eius, qui uocauit nos sua gloria & uirtute. Igitur ſiquidem est propria gloria patris filius, per quem & uocati ſumus ad agnitionem eius, quis dicere audet quod datum & aduẽtitium gloriæ patris ſit, hoc quod est. Quæ enim alia est gloria in qua refulget gloria patris? nunquid cõparas, quod alij in medium prorumpentes audẽt fateri oportere fideiter dicere, quod ſapientiam quidẽ acceperit à quodam ſapientia patris: quod autem ſit uirtus, hoc est robur quod natura ſit in eo. Hoc est, filius acquiſiuit ab alio, & extraneam habet ſapientiæ gloriam. An non hiſce nos ſermonibus irritant aduerſarij in omnibus peruerſi? Igitur ſiquidem ſufficiunt dicta ad euidentem D
demonſtrationem, quod filius ſit propria gloria patris, bene habet, & tacebo: quod ſi adhuc & alia teſtimonia requiris, afferam tibi diuinum Pſalten, qui quaſi in perſona eorum qui in fide iuſtifi-
Pſal. 16. cantur, ad uniuerſorum patrem ac deũ dicit: Ego autem in iuſticia apparebo coram facie tua, ſaturabor ubi ego uidero gloriam tuam. Facies enim & imago patris & ſubſtantiæ character, quæ alia eſſet, præter Verbum, quod ex ipſo natũ est, per quod & ab hominibus cognoſcitur, quaſi tanq;
Num. 14. in propria gloria illuſtrans omnia? Alloquitur item & ſapientiſſimum Moſen: Sed uiuo ego, & qui uiuit est nomen meum, & implebitur gloria domini omnis terra. Impleta enim ſunt omnia Chriſto. Apparuit enim nobis in ipſo. Quod ſci-
Eſaiæ 6. ens diuinus Dauid iterum dicit: Aedificabit dominus Zion, et uidebitur in gloria ſua. Apparuit
Matth. 17. enim nobis in filio, qui manifeſte dicit: Qui uidit me, uidit patrem. HER. Igitur ſiquidem filius est uere propria gloria Dei & patris, ſequetur quod etiam ſecundum naturam, dominus quidem ſit uniuerſorum, & rex non aliter quàm ipſe pater. Porro quia iterũ dicit per uocem Pſallentis: Ego
Pſal. 2. autem cõſtitutus ſum rex ab ipſo ſuper montem ſanctum eius. Dominum autem & Chriſtum ipſum factum eſſe manifeſte ab ipſo patre ſapiens nobis diſcipulus atteſtatus est. CYR. Itaq; amice dilecte, diceres ne, tanquam minime offenſus, ſi quid à te rogare uellem? HER. Quare non? CYR. Nunquid non decebit intelligere aliquando non eſſe Dominum ad dominationem uocatum, & præter morem ad hoc adductum. Neq; enim exiſtens hoc quod est, ad ipſum quid dam quaſi ad aliud regreditur. HER. Et qui non? CYR. Itaque quando dicunt filium ad dominationem adductum eſſe: antequam aſcendere ret ad dominationem, gloria & honore illo priuatus erat adhuc. Hoc enim neceſſe est, ut & inuoluntarij dicant. HER. Cur dicerent, quod & ante incarnationem? CYR. Dicent ſcio, facile decorum tranſeuntes. Sed ueritatis ſermo ſe illis opponet. Nam incarnato & habitanti inter nos conuenire dicimus aduentitiam potentiam, ſumpſiſſeq; uideri regnum & dominium. Dominum enim & Chriſtum factum eſſe à Deo & patre dicit diuinus diſcipulus, non abſq; iudicio Verbum quod ex illo prodijt, ſed Ieſum crucifixum. Quod autem ante aſſumptam carnem & unionem factam dominus erat filius, abſq; labore uidebimus illud cum alijs in mente reponentes. HER. Eſt ut dicis. CYR. Nõne quando factus est homo, tunc & in ſerui formam uenisſe dicitur? HER. Sic dico. CYR. Proinde neceſſario intelligendum est ante aduentum in carnem, non in ſerui forma fuiſſe Verbum quod ex deo apparuit, ſed in dominatione naturali & in propriis ſublimitatibus, in quibus manere non magnificet, propter charitatem in nos, appellatusq; est ſeruus: ut quemadmodum ipſe in his quæ præter naturam uoluntarius propter nos, ita & nos ad ea quæ ſupra naturam, propter ipſum alacres eſſemus. Deſcendit enim ad exanitionem, non permittens exinanitioni, ut ſuperet inſitam & immutabilem ſuam gloriam, ſed ut id quod in humilitate & infra, hoc est, ut nos poſsimus per ipſum ſurſum aſcendere. Non enim quod deterius est, ſuperiori uim aliquando faciet, ſed cedet potius uincenti, & à præſtantiore incomparabiliter uincetur. Imperite igitur cenſent eum à noſtris rebus adactũ, ut nobiſcũ propter nos maneret infra. Sapienter autẽ & uere intelligitur ac dicitur quod ad ipſius deitatem, & inefabilem pulchritudinẽ aſcenderit humilitas, quæ à ſumma gloria eius uincitur. Quemadmodum enim euenit carnalem mortẽ ipſum paſſum eſſe, propter



propter carnem morti obnoxiam, quum uita exi A
ſtens ſecundũ naturam, reduxerit illam ad ſuam, nihil ſuſtinens in propria natura, & concutiens potius mortis imperium, ſic dicimus, quod ſeruitutem eum paſſum eſſe contigerit diſpenſatiue. Quoniam autem ſecundum naturam est deus, & dominus, permittit & offenſam, & ignobilitatem ſeruitutis, excellẽtia gloriæ uictam aboleri. Itaq; ſi manſiſſet inter mortuos, ſecundum carnem inquam manſiſſet etiam inter ſeruos. Quia autem regreſſus est ad uitam, diſpenſatiue morti permiſit, putare ſe uiuere, redibit ſane & ad alterũ, hoc est ad claritatem naturalis dominij, diſpenſationi ſecundum carnem, ad breue tempus permittens ſeruitutis modum. Hac ratione & æqualis gloria B
& throno exiſtens, quaſi filius cum patre, & deus
Phil. 2. cẽ deo, & ad initia tam præclaræ mundaneq; excedentis gloriæ redire uidetur, dicente ad ipſum deo & patre: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorũ. Id quod ſibi ſubſtrauerit, cõquieſcens ad palsionem diuina & ineffabilis natura. Hoc autem omne ſaluatoris noſtri ſubijcitur pedibus, quod non humano more operatus est. Neq; quia factus est caro, propter hoc prægualet non obedientibus, ſed quia humanitatis paruitas in ſummæ & excellentiſsimæ naturæ dignitatem peruenit, & ipſam in dignitatis ſolio collocauit, & cum carne unigenitus dei Verbum dominatur omnibus non abſq; patre. Nam quod est à patre, hoc omnino opus est C
filij: & quod dicitur transire per filiũ, hoc est omnino opus egregiũ patris. Omnia em̃ per utrũq; æqualiter. Pater em̃ operatur, & filius habet per ipſum & cum ipſo in ſpiritu efficatiam & uoluntatem ad quoduis agendum. HER. Ciuiliſſimè dixiſti. Nam rectam & immaculatam incedens uiam, nos erudis. Probas autem nõ minus quàm olim, dum cõſtitueres manifeſtius dominationẽ filij. CYR. Igitur ſi quis uelit interrogare, acce datq; dicens: Dic nobis amice, unde eſſe dicis dominationem patris, quia illam affirmas? HER. Dixerim etiam ea quæ ſuper terram. CYR. In tam uenerandis & claris non dicent eſſe filiũ conſpicuũ? HER. Dicent opinor, ueruntamen permittente illi patre. CYR. Vltra quomodo igi- D
Ioan. 5. tur non est mendaciũ & uana fabula ſummo deo patre clamante: Gloriam meam alteri non dabo. Neq; enim permittet ullis rebus alijs quàm ſi ſibi, iuxta ſubſtantialem dignitatem, ueræ deitatis ſublimitatibus magnificari. Quomodo enim natura facta, ad huius dignitatis conditionem peruenire, ut nihil nobilitatis ſupra ſe relinquat? An non neceſſarium omni quod factum, et ad naturam producti, inacceſſa, & ignota, ea quæ proprie dei, omnino intelligenda? HER. Neceſſarium. CYR. Et quomodo filius in paternis
Dan. 7. conſpicuus erit, & non alio opinor modo, quam ſicut ille: Ipſe enim beatus Daniel, & diuiniores nobis ſcribens uiſiones prophticas, conſtituit quidem ſuper ſolium antiquum dierum, adiectis miniſtris decẽ mille millibus ordinatis in aciem, & centũ mille millibus aſſiſtentibus. Eſaias quoque diuinus non in minori gloria uiſum eſſe dicit filiũ: Videbam enim, dicit, dominum ſabaoth
Eſaiæ 6. ſedentem ſuper ſolium excelſum & exaltratum, & plena erat gloria domus eius, & Seraphin ſtabãt in circuitu eius, ſex alæ uni, & ſex alæ alteri: & duabus quidem uelabant faciem, duabus uerò pedes, duabus autem uolabant, & clamauit alter ad alterum: Ter quidem in principio, ſub finem autem in unitatem & dominationẽ delinendo. Nunquid uidetur tibi iuxta antiquus in gloria, & ualens filius? ubi enim thronus ſummus & æqualis eminentia, & uirtutum cœleſtium aſſiſtentia per circuitum, creaturarum miniſterij munere fungentium, & ſedenti, dominationis gloriam cantantium, ambiguitatis locus non est, quod in ipſam imperitiæ profunditatem peruenerit, qui arbitratur filium naturali patris dominatione nõ eſſe conſpicuum. HER. Vtique est & ille ſermo uerus. CYR. Da autem amice, neq; me, neq; te dicendo falli, & ſiquidem etiam alteri cuipiã uideatur, quod uerò ſecundum naturam deo, ſemper gignentis iuncta ſit uirtus, & ſint omnia dei, ut in ſumma dicatur, cœlum & terra, & quæ in eis. HER. Mihi ſane. CYR. Igitur æquales deo & patri eſſent beatam ſupernã uitam agentes angeli & archangeli, & ſi quid ultra illos: eſſent autem & ipſius filij. Hoc autẽ ipſum & de his quæ ſuper terram, ſicut bene ſcis, ſentire quoſdam dicere liceret. HER. Recte quidem dixiſti, ueruntamen ſi ſingulos noſtros ſermones fide dignos feceris, ages optime. CYR. Itaq; diuinus quidẽ
Pſal. 102. Pſaltes: Benedicite, inquit, dominum omnes angeli eius, miniſtri eius facientes uoluntatem eius: patris ſubſtantiæ tribuens ſanctam ſupernorum multitudinem. Quod autẽ ueniat iudex ſuo tempore filius, prænuncians ipſe dicit: Venturus eſt
Matth. 16. enim filius in gloria ipſius patris cum angelis & ſanctis. Venturus enim utiq; est ſuo tempore, ut reddat unicuiq; ſecundum opus ſuum. Veruntamen non alienis ipſum miniſtris ſtiparí, & cõmorari dicimus, ſed ex angelorum agminibus tanq; proprio exercitu miniſterium habere. HER. Aſſentior. CYR. Cantat autem diuinus Dauid,
Pſal. 85. & dicit de deo & patre: Venite adoremus & procidamus ante eum, & ploremus coram domino qui fecit nos: quia ipſe est dominus deus noſter, & nos populus paſcuæ eius, & oues manus eius. Rationales autem greges, qui in hoc mũdo ſunt, ſuos quoq; eſſe dicit filius. Interdum quidem dicens, quum credidiſſent Iſraelitæ. Oues meæ uo-
Ioan. 10. cem meam audiunt. Interdũ uerò de his qui nondum crediderant: Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili. Itaq; ex innumeris quæ nobis facile foret indicare, quod glorificatus dicatur à patre, propter humanitatem filius, quamuis gloriæ dominus ſit, eiuſdemq; ſemper ſedis et throni cum patre. Eſſet igitur crimen, & meritò ineffugibile, & ignominia uix abolebilis, his qui aduentitiam ei gloriam tribuunt, & imperium ſuper omnes extrinſecus cõceſſum dicũt. HER. Igitur ſi non

Universidad de Deusto
Biblioteca



nō extrinsecus assignatum ei super omnes impe- A
rium, sed insitum est ei substantialiter, nō possum
1.Cor.15. dicere, quid nā diuinus Paulus edoctus, desinens
regnum eius affirmarit, dicens: Quemadmodum
enim in Adam omnes morimur, ita & in Christo
omnes uiuificabuntur, unusquisq; autem in suo
ordine primitiæ Christus, deinde qui Christi in
aduentu eius, deinde finis quādo tradit regnum
deo & patri, quando abolebit omnem principa-
tum, & potestatem, & uirtutem. Oportet enim ip
sum regnare, donec ponat omnes inimicos sub-
pedes suos, nouissimus hostis abolebitur mors.
Ecce enim diceret, cōfine quodammodo fieri re-
gni eius, cessare principatus & aboleri mortem,
tradendum enim & principatum tunc soli deo &
patri. CYR. Apage cum hac anili & maxime ri-
dicula sententia. Quando enim sensit ac dixit: B
Dereliquit quidem uias suæ uineæ, & arma suæ
agriculturæ aberrare fecit, transiuitq; per inaquo
sam solitudinem, & terram sitibundam, & mani-
bus sterilitatem congregat, sicut scriptum est.
Non enim à regni diademate, & uniuersorum
dominio extraneum aliquo tempore filium, di-
uinus nobis dicebat doctor. Sciebat enim, opi-
nor, lyram quidem pulsantem propheticum Da-
uid, cantantem uerò ad filium in spiritu: Thro-
Psal.44. nus tuus deus in seculum seculi, uirga æquitatis
uirga regni tui. Quid autem tum faciemus, qui
ad unumquodq; absurdum impudentes sumus,
& agrestem mentem habemus, quum beatus Ga
briel Christi laudem prius sanctæ uirgini desi-
Luc.1. gnarit: Ne enim, inquit, timeas dispensationem ô C
Maria, inuenisti enim gratiam apud deū: & ecce
concipies in utero, & paries filium, & uocabis no
man eius Iesum. Ipse enim saluabit populum suū
à peccatis suis, & dabit illi dominus deus sedem
Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob in
secula, & regni eius non erit finis. Viro igitur san
cto, durationem regni filij in secula immensa, in-
desinentem proclamante, & angelica uoce con-
sonante ueritati probaturum hoc cum laudibus
opinor bonum & modestum: condemnaturum
autem deliros & corde carentes, uel aliud dicere
uolentes, quamuis lex manifeste clamet: In ore
Deut.17. duū aut trium testium stabit omne uerbū. Nonne
multum execrāda impietate plena est oppositio?
HER. Equidem dixerim, ueruntamen scias lon-
ge aliter, atq; nos affectos aduersarios. CYR. D
Sed ut quàm optime sentiamus & discamus, situ
erit omnino in nobis, nēpe ne permittamus sim-
pliciter illorum ignauiæ, ut quicquid ei placet e-
ructet, silenterq; id deuoremus, sed repellamus
semper pro uirili, alieni cordis commenta, & stre
nue transilientes laqueos rusticæ nugacitatis, in
Psal.123. nobis ipsis cantemus: Benedictus dominus, qui
non dedit nos in captionem dentibus eorū. Quo
niam autem ut sapiens & parabolicus noster ser-
mo sonabat. Gubernant autem impij male, age
dicamus quod faciat ad utilitatem legentibus, &
ea per quæ possunt strenue imposturarum insi-
diæ repelli. Igitur in fide iustificatis, & his qui præ
claram spem in hoc abundanter acceperant, diui- Hebr.
nus scribit Paulus: Idcircò regnum immotum
accipiētes habemus gratiam, per quam seruimus
deo beneplacentes. Itaq; regni ne alicuius memi-
nisse ipsum dicemus in istis, dices amice? Vide au
tem quomodo ipsum firmatum fore dicat, & im-
mobilitatem sortitum per hoc quod immotum
dicit, significet. HER. Possem hoc ualde mani-
feste dicere, uolo autem te audire. CYR. Exami
nandum utiq; quandoquidem placet, utrum ne
filij regnū, uel certè quod ipsis sanctis datum, di-
cat? Etenim si aduersarij dixerint regnum & ex-
cellentiam filij, melius quàm ut intereat uel ad-
uentitium sit, frustra prius nugati, pudore suffun-
dentur. At si præterito & repulso filio, sanctos
dixerint immutabili regno potiri, primū quidem
sancti ipsi Christo præstantiores apparebunt, &
fortem adepti ultra suam conditionem, isille qui-
dem principatum obtineat reiectaneum, ipsi ue-
rò certā & perpetuam nactali lætitiam, quæq; so-
lidam gloriam habet, possideant. HER. Optime
dixisti. CYR. Tam agreste autem cauillum, qui
non explodendum meritò? Non enim ulli alteri
quàm Christo ipsi conuenit imperare & regnare
super omnia: cui id conuenit, non ut nobis. neq;
enim illi datum uel aduentitium est, sed naturalis Rom.8.
dominationis rationes comitatur. Qui uerò si-
mul pasi fuerunt, & conregnabunt, ut scriptum
est, cum ipso. Ipse igitur & imperando dominus
est, nos uerò ascīti, & participium honoris modo
quodam, assecuti: regnant enim cum Christo re-
gnāte. Deinde quomodo immobilem habebunt
ad hoc honorem, & perpetuò regnabunt, si com-
moueatur & desinat aliquando Christi imperiū,
cuius & illos participes esse dicimus. Et si regni
illis suppeditator & distributor, principatu detun
gatur, ubi erunt quæ illi possidebunt? quale habe
bunt fundamentum, ubi adhuc simul participes
erunt, si id quod uocat ad gloriam infirmum esse
an non necessarium collabi cū sustinente id quod
sustinetur, & cum infimis fundamentis ea quæ su
per extructa sunt? Quando igitur nobilitatis &
felicitatis fundamentum concutietur per illos, u-
triq; simul ad ignobilitatem perueniet, ac humi-
litatem omnino sanctorum spes. HER. Transi-
bit simul. Nam manifestus uerusq; sermo. CYR.

Cur autem & docens diuinorum sacramento-
rum minister, dei regnum nominabat regnum
Christi. scribit enim sic: Hoc enim scitote, quod
omnis scortator, uel immundus, uel auarus, qui
est simulacrorum cultor, non habet partem in re-
gno Christi & dei. Minimè enim dubitarim,
quod quandoquidem naturalis ei dignitas sit,
regnando sequatur omnino illud, esse oportere
deum. An non hæc sic habere existimabimus ô
Hermia? HER. Vtique, nam siquidem deus in-
dubitato est, omnino & rex est. CYR. Igitur si-
quando à regni gloria desisteret, excideret & ab
hoc quod est deus, & uita quidem & lux non ul-
tra erit. Taceo autem quod absurdum. Quæ ergo
postea filij esset natura, deitatisq; & regni, si ab eo



eo quod lux est, sit exuta, & uiuificari non posset A
quod luce priuatum, poteris' ne igitur dicere ô a-
micer HER. Non intellígo. CYR. Quod sanè
maximè formidandum, & persuadet fœdam &
reijciendam aduersariorum opinionem hoc est.
HER. Quale hoc? CYR. Quod nam dicunt
manifestari tempus, quo, ut putant, tradat deo &
patri regnum filius? HER. Dixerim quod nos
quidem, quātum ad hoc pertinet, minimè termi-
1.Cor.15. dicens: Primitiæ, inquit, Christus, deinde ij qui
Christi in aduentu eius. Deinde finis, quādo tra-
dit regnū deo & patri, quando abolebit omnem
principatum & omnem potestatem & uirtutem:
oportet enim ipsum regnare donec ponat om-
nes inimicos sub pedes suos. Vltimus inimicus
abolebitur mors. CYR. Senescente igitur quo- B
dammodo præsente seculo, & ad finem iam ten-
dente tempore, tradit regnum deo & patri secun
dum illos filius. Habet autem nunc principatum
super omnes, & est in gloria quæ deū decet. Sede
à dextris meis, donec ponā inimicos tuos scabel
lum pedum tuorum. HER. Verum CYR.
Est igitur eiusdem throni & paris gloriæ cum pa
tre, quum hi qui obsistunt, & obedientiæ modum
detrectant, nondum subiecti sint, repellentur au
tem à solijs deitatis quando subijcient ipsorū cer
uicem, & substrauerint iam quodammodo rebel
lem quidem olim & indomitam mentem, subie-
ctam autem & defluentem ad tenerum & tracta-
bilitorem habitum ac uoluntatem. Et quid hæc
res filio proderit? Cui em̄ subiectos esse dicimus
eos, qui tempore longo uix subiecti tandē? Nun C
quid enim quando illi afferuntur quidem prop-
ter obedientiam, & ille à thronis discedit, tunc di
spēsationis erit finis? Equidē intellígere nequeo,
ut uerò amice quid dicis? HER. Nihil sanè
ipse possum dispicere. CYR. Age & illud con-
sideremus. HER. Quid nam? CYR. An
non melius tempus filio, quo obluctantur qui-
dam, dum compelluntur ut subsint, quàm illud
quo necesse est excidere à regno, subditis iam ini
micis & subiugatis, qui se opponere solebant?
HER. Videtur. CYR. Adiecerim autem præ-
dictis absq; metu & istud: Euersionem regni filij,
ut uidetur, pater facit, subijciendo ei inimicos, &
conuertendo, ipsum odio habentes, sicut per uo
cem Dauid dicebat. Quin & ipse alicubi igno- D
rasse putabitur ea, per quæ posset longam & im-
mutabilem gloriam possidere. Non enim habi-
tus esset, ad obedientiam quę in fide intelligitur,
Matth.11. uenientibus, propter difficultatem morū huma-
niter loqui: Venite omnes qui laboratis & one-
rati estis, & ego reficiam uos, tollite iugū meum
super uos. An non sic loqui est eius, qui ad finem
tendit? Igitur amice subditis illis non esset domi
naturus? HER. Sic habet. CYR. Dixerim
Psal.2. quod falso dicat et pater, incarnato filio inquiēs:
Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tu
am & possessionem tuam terminos terræ. Vbi e-
nim adhuc filij intelligitur hæreditas, si tradat pa

tri? ubi autem uocabulum possessionis ratione
suam custodiet? ubi subsistet quod datū? Et quā-
do oportet bene firmatum, inexpectatam quo-
dammodo ferre ruinam? HER. Sufficientem
& non contemnendam oppositionē iam factam
dico: eas igit' deinceps ad id quod reliquū, quod,
ut opinor, dicta requirunt: non possum enim di-
scere, in ueritate quid nam sit tradi deo & patri
regnum à filio. CYR. Eximie, nunquid & ipse
dices, quod regnauit quidem blande certās pec-
catum, tyrannidemq; cōtra nos obtinuerunt cor
ruptio & peccatū, & dilatauit infernus animam
suam, & aperuit os suum absq; fine, sicut scriptū
est? HER. Etiam, nam manifestū hoc, & sic ha- Esa.5.
bet. CYR. Quid autem, nónne & maligni spiri-
tus hi qui in mundo, dicuntur uirtutes, & princi-
patus, & dominationes, & ad hæc mundi rectо-
res, & multitudini illorum præfectus, toto ferè
mundo illius pedibus substrato, deus huius secu
li nominatus est? HER. Verum est. CYR. Por
rò hæc omnia in nihilū deducturus, & prorsum
aboliturus, aduenit filius, ut eiectis à tyrannide
in nos, his qui olim imperarūt, dei regnum purè
illucesceret, & per uniuersum iret terram pecca-
to quidem per fidem fundítus euulso, traductis
uerò in triumpho principatibus, & his qui cum
ipsis potestatibus, per uenerandam crucem, con
cussa item & morte per suam ex mortuis resurre-
ctionem. Virtuti igitur propriæ, hoc est filio, hęc
scilicet omnia facere permittens pater, mundum
recapitulauit, & reduxit ad principium, hominē
qui fugitiuus erat. Vnde etiam filius ad ipsum di
cebat: Ego te glorificaui super terram, opus con Ioan.17.
summaui, quod dedisti mihi ut faciam. HER.
Optime dixisti. CYR. Vide igitur, quomodo in
præsenti tempore, quum tyrannidem adhuc fer-
uet mors, & peccatum nōdum omnino ablatum
sit, regnante super incredulos maligno & perni-
cioso dracone, distributum sit quodāmodo dei
imperium, & in utranq; partem inclinet, dum ex
cutiunt adhuc iugum eorū, qui nondum dæmo-
niacæ illusioni, & prophanæ huic et terreniori ui-
tę renunciarunt. Vbi autē apparuerit tēpus, quo
deficiet mors & peccati robur excidet, corrūpe-
turq; prorsus diaboli crudelitas, commendabit
quodammodo syncerum principatum, & dete-
riori non admixtum tradet deo & patri regnum
filius. Solus enim imperabit nobis per ipsum &
cum ipso. Igitur hanc expletionem dispensatio-
nis & totius mysterij, traditionis nomine signifi-
cauit ille spiritu dei prædítus. Nam quasi ab alio Tradere regnū deo patri.
detineretur regnum dei, & auellens filius ab his
qui subirrepserant, adducit & tradit patri, non
quod ipse extra regimen sit: sed quod cum suo
genitore omnino imperet, cuius & uirtus est ui-
uens, & in propria hypostasi est. Hæc sanè om-
nia meritò intelligitur efficaciter fecisse. Quod
autem indesinens Christi regnum, etiam si dica-
tur accipere humano more, sciet quis etiam ex
his quæ scripsit nobis diuinus Daniel in huma-
na forma & habitu, spe uidens unigenitum,

dixit

Universidad de Deusto
Biblioteca



Dan. 7. dixit autem sic: Et in diebus regum illorum suscitabit deus cœli regnum, quod in secula non corrumpetur, & regnum eius populo alteri non relinquetur. Imminuet autem & conteret omnia regna, & ipsum excitabitur in secula. Et iterum: Vidi in uisione noctis, & ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis ueniebat, & usq; ad antiquũ dierum peruenit, & coram ipso adducta sunt, & ipsi data sunt principatus & honor, & regnum & omnes populi, cognationes, linguę ipsi seruient, potestas eius potestas æterna, quæ non præteribit, & regnum eius non corrumpetur. HER. Manifesta et irreprehensibilis est dictorum fides, sed amicè, tollatur super hac re labor. Manifestũ enim esset, quod perseuerabit indesinenti duratione, quantum attinet ad regnũ & gloriam propriam, unigenitus. Habebitq; se similiter perpetuò, cõmutationem in alia repellens & nescIens. Nullam sanè remissionem ferret is, qui naturam sortitus est summam, & nullis passionibus obnoxiam. Quoniam autem quis ex peruersis illis cõtendit contra ea quæ locutus sum, insipiens quidem, ut uidetur, ueruntamen non absq; asperitate sermo. Intendat intendens arcum suum iuxta prophetæ uocem, & ad hæc: Qui accingitur romphæa sua, cui sunt arma eius, ut bene nosti. Grauinos liberabis cura, hanc etiam ambulans & afferens ad hoc rationis examen. Dicũt igitur, quod quum secundum nos, æqualem thronum cum patre, & sceptrum deo dignũ habeat, cur illum non & propriam possidere uirtutem, scripturæ diuinitus inspiratæ pronunciarunt? Viderit enim & C didicerit quis per ipsa Saluatoris uerba, quod effi
Ioan. 5. cacia à patre sumpta operet. dicebat enim: Amen dico uobis, nõ potest filius facere à se aliquid, nisi quid uiderit patrem facientem. quæ enim ille facit, hęc & filius facit similiter. Et iterum: A meipso nihil facio: pater autem in me manens ipse facit opera. CYR. Itaq; temerarius aduersarij sermo docet filium ex deo patre natũ, indigere uirtute deo digna, & imbecillẽ: illis merito à nobis ipsis & à Christo ipso dicatur: Erratis nescientes scripturas, neq; uirtutem dei. Nam quemadmodum est & facies & imago patris, & sapientia, & gloria, & splendor, & character: sic intelligitur, & uirtus per quam efficax est ad omne quod factum, fuitq; & est. Omnia enim per illum facta fuerunt, & sine ipso factum est nihil. Sicut enim D hi qui mechanicam quandam artem nouere, utpote chalcotypi, uel etiam marmorarij mire eximij, non aliter faciunt artis suæ opera quàm per manum suam, & existentem in ipsa fortitudinem & sapientiam operandi. Eadem opinor ratione Deus & pater, suam in quibus uoluit efficaciam
Psal. 67. quasi per uirtutem propriam faciet filij. Vnde & diuinus Dauid uiuentem & hypostaticam efficaciam & uirtutem patris sciens precabatur, dicens:
1. Cor. 2. Manda deus uirtuti tuæ, corrobora deus hoc q̃d operatus es nobis. Paulus uerò sapientissimus Christum esse dei uirtutem, & dei sapientiam manifeste clamabat. HER. Neq; ipsi dixerint sine robore esse filium, neq; equalem prophetis & Apostolis, dum operatur secundũ gratiam in tempore, sed habere potius in sua subsistentia, simul fundatum, posse quodlibet efficere. CYR. Inimici nostri insipientes, sicut scriptum est: Ignorare enim uidentur id quod quæritur, curiosè autẽ inquirat nunc sermo noster, non quando & quomodo pater dederit posse filio, sed siquidem omnino data, & non magis implantata possessio est. Proderit enim ipsum omne nihil, ut inculpate habeat, naturæ filij, quantum in ipsa quod in initio datum esse dicatur ei posse à patre. Quoniam uerò ignobile apparet, eo quod indignerit, & minime quidem in initijs, sed ut accessorium accepe-
rit. Oportebat autem omnino antea imaginari, quod uirtutis indigna natura filij, nõ propriis quidẽ uirtutibus, sed alienis ad hoc ducta sit. Et quid ad hoc dicerent, si rogarentur? HER. Qualenam? CYR. Sub corroborato ne dixerint esse corroborans, uel propter illud aliud? HER. Aliud quiddam opinor. CYR. Itaq; siquidem operatus est secundum illos in filio uirtutem Deus & pater, ipse propriam uirtutem suscipiet roborans, nunquid ualde ridiculum esset, imò ipsa stupiditas? HER. Vtiq;. CYR. Sequentes igitur fidem sanctarum literarum, & quasi trita à sapientibus incedentes in orbita, uirtutem Dei & patris ipsum esse dicamus filium, absq; medio simul & continuè, per quem & in quo ineffabilem super omnia efficaciam habet, & confirmauit quidem cœlos & quæ in ipsis, & fundauit terram: adduxit autem & ea quorum est uehiculum & alumnus: & fecit quidẽ angelos spiritus, ministros autẽ suos flammam ignis, sicut scriptum est. Quoniam autem annuente patre, & his qui in hoc mundo afferens salutem, appellatus & factus est homo, unigenitus qui est uirtus ac potentia patris, & uiuificat quidẽ mortuos, & corruptos è sepulchris excitat, & malignos expellit spiritus, & orbatis oculis insolitum dulcedinis lumen immittit, & eog-
nata ac similia istis prodigia secundum facultatẽ deo dignam operatur. HER. Sed efficaciter operante aiunt in eo patre. CYR. Et quis fieret operationis patris modus, non poterint opinor, interrogantibus dicere. Num tanq; per instrumentum, & ministerialem usum asserẽte patre filij uoluntatibus, uel id quod est melius & uerum, quasi per uirtutem propriam efficaciter operatus est pater? Si autem transeuntes quod melius est & quod meritò recte se habet creditum, stultissime transeurrentes, instrumentalem efficaciam tribuant ei miseri. Sciendum quod prodierit quidem nihil, defluet uerò ad fœditatẽ, eius gloria et gratia. Nihil enim omnino, quantum ad ipsum attinet, est ministerium per instrumenta: his aũt solis qui mouere solent, & ad quod cunque uoluerint mouere ea, nobiliter adiuncta sunt. Manifestum autem nobis erit per ipsam diuinam scripturam. Dixit enim alicubi deus, ministerium instrumentale quasi stultum deridens. Nam gloriabitur ferra sine curis sine incidẽte in ea? uel exaltabitur serra sine trahente eam. Igitur quãtum attinet ad propriam A naturam, intelligitur nihil, quamuis deus existat Verbum, efficaciam quidem nullam habens naturalem, inanimatis autem quasi instrumentis assimulatus, & mouẽtis uoluntatibus subiectus, natura autem sic habens. Videtur enim sic delirare
Ioan. 5. aduersarius, propter quod mire gloriatur, dicẽs: Pater meus usq; nunc operatur, & ego operor. Et ad hoc manifestissime ac euidẽter equalibus honoribus suam deliniat naturã, manifeste clamãs: Nam quemadmodum pater excitat mortuos, & uiuificat, ita & filius quos uult uiuificat. Quamuis quo pacto nõ bene doctum alienumq; ab omni falsilo quẽtia, propriam quidem omnino efficaciam, neq; in lingua habere: attribuere autem soli deo & patri, in omnibus quæ fiunt operatio- B nem, dum dicitur: Pater meus usque nunc operatur, & ego operor. Insuper & quos uult uiuificat. Sed hoc quidẽ nõ dicit. Particulatim uerè quasi tribuẽs & suis uirtutibus, facere absq; prohibitione, quæ scilicet uellet facere non minus quàm pater, ostendit manifestè quod ex dei & patris substantia natus, per omnia eiusdem uirtutis sit inefficacia. Non enim nostris rebus quæ ualde assurgunt, & excellunt metientes, sine substantia esse dabimus, secundũ proprium sermonẽ, eam quæ in deo intelligitur uirtutem, hoc est filium. Est enim uiuens, & in subsistẽtia uirtus, scaturiens quidẽ ineffabiliter quasi à fonte proprio patre, diuinitatis aũt proprietatibus bene firmata, substantialiter tamen magis conspicua. HER. Bene dicis. CYR. Hoc modo & diuinus nobis lo- C quitur Moses: In principio fecit Deus cœlum & terram. Non autem alienum à Deo, uirtutem ex ipso, & in ipso, hoc est filium sciens diuinus Da-
Heb. 1. uid: Verbo domini firmati sunt cœli, & spiritu oris eius omnis uirtus eorũ. Nunquid alius, secundum esse in quam, iuxta subsistentiam propriam intelligeretur, dic mihi, præter patrem & Deum, Verbum quod ex ipso & in ipso? HER. Alius omnino, subsistit eñ proprie, licet sit consubstantialis. CYR. Producente igitur ad hoc ut sint, omnia patre, & compingente cœlos, quomodo Verbum est omnium opifex? HER. Dicito ipse discere cupienti. CYR. Libenter, asperũ autem uerbum, & ad tenuitatem deductum. Vnius deitatis natura, in sancta & cõsubstantiali trinitate cognoscitur à nobis ipsis, & sanctis angelis. Et est quidem secundum propriam substantiam per sanctus, sed unius nominatorum operatiua uoluntas, à quo cũq; forte dicatur fieri, opus quidem eius, ueruntamen ad omnem, pertinet deitatem: & est effectus substantiæ quæ super creaturam, communis quidem aliqualiter, ueruntamen & proprie unicuique personæ congruens. Igitur quod excitat ab una natura, quasi à tribus subsistentijs, decebit et proprie unamquamque, omni modo sicut illas se habente. Operaẽ igitur pater, sed per filium in spiritu: & operatur filius, sed sicut uirtus patris ex ipso, & in ipso intellectus se-



cundum existentiam propriam: operatur & spiritus sanctus. Spiritus enim est patris, & filij omnipotens & efficax. HER. Non sunt omnibus quæ dicis comprehensibilia, latentem nihilominus habent ueritatem. CYR. Parum igitur submouentes tam subtiliũ cogitationum rationem, incedamus alia uia, si placet, colligentes ex syllogismis alijs certitudines. HER. Eamus, sequar enim libens. CYR. Igitur si non est filius, uirtus patris, adoptatiuã autem & ipse uirtutem habens similem facturis, operatus est super terram mirabilia. Dixeris quomodo non eum quis arguerit, & ualde merito: Non enim uoluit increpare dicentẽ leprosum: Domine, si uis potes me mun- Matth. 8.
dare. Remouens quodammodo ab eo ignorantiam indignam prompte pollicebatur, imò iam & parabat incipere petitionem. Volo enim dicebat, mundare. Quosdam uerò cæcos, quoniam accurrẽtes dicebant: Miserere nostri domine fili Dauid. Rogauit iterum: Quid uultis, ut faciã uobis? Petentibus uerò sibi desideratum lumen con Luc. 17.
cedi, reddebat nihil moratus. Quamuis quid nõ magis oportebat dicere leproso: Vis pater, mundare: & priuatis uisu, quid uultis ut faciat uobis pater? An non melius dicemus, cõsuluisse simul & fecisse sanctos apostolos, excutientes à se gloriam ualde bene, ne uiderentur propria uirtute et operatione efficere posse diuina signa. Dicebant enim assidenti ad Speciosam portam: In nomine Iesu Nazareni surge & ambula. Alteri quoque: Act. 4.
Aenea, sanet te Christus. Miram per hoc, quibusdam factis efficaciam manifeste dicebant: Viri Israelitæ, quid admiramini super hoc, uel in nos quid respicitis quasi propria uirtute uel pietate fecerimus hunc ambulare? Existimabant in Christum referendam gloriam, & nõ in seipsos. Quoniam Christus gratiæ & efficacię quę in illis, fons quidam quasi summus & radix uere erat. Nam quoniam præ alijs prælegerat, & proposuerat eos Dominus ad apostolatum, diuinis statim honestãs muneribus, & absque laboribus posse efficere, diuina opera tanquam Deus concedens, inquit: Infirmos curate, leprosos purificate, dæ- Matth. 10.
monia eijcite: gratis accepistis, gratias date. Itaq; optime & pulcherrime intelligẽtes quis uirtutis suæ dator & præfectus, ipsi nobilitatis gloriam plexunt, semper acclamantes infirmis: In nomine Iesu Christi Nazareni surgite. Ad quem & diuinus noster Psaltes cantat, dicens: Gloria uirtu- Psal. 88.
tis eorum tu es, & in nomine tuo exaltabunt toto die. An non laude dignissimũ esse dicis, quod sancti apostoli senserint, & ualuerint in suis efficacijs Christo summam gloriam dare? HER. Etiam. CYRIL. Quid igitur ad hoc dicerent ô Hermia, si rogaremus et diceremus, quamobrem nõ & ipse filius semel gloriam potentiæ à sua persona tollens solius meminit patris, sed propriis nutibus diuina signa describit? quod uiuificet quidem facile, quos scilicet uult, & uoluntate æqualis uirtus leprosi abluit morbum, & cæcis uisum manus impositione concedit. Nunquid du-

Universidad de Deusto
Biblioteca



bitatum,& non magis absq; dubio,quod ipse exi A una uolitio sit, unaq; uirtus patris & filij in omni
stens uirtus Dei & patris, reformat creaturam ad bus quæ sunt,certò demonstrat apponēs: Amen
principium suum, non adoptiuum, nec acquisi- dico uobis,non potest filius facere à seipso quid,
tum, absit: sed potius suæ naturæ habens fructū, nisi quid uiderit patrem facientem. Et differit qui-
& operandi uim in condendo, sicut scilicet & pa dem crassius quam oportebat de diuina subtilita
ter. Esset autem, ut mihi scilicet uidetur, opus nō te & eminentia. Non enim aliter dici poterant,ra
minus creatione cōdita & corrupta propter pec- tionem nostram excedentia. Intelligimus autem
catum,fractionémque sustinentia,& propensio- nos subtiliter & distincte,ac ut ipsam diuinam &
nem habentia ad deteriora & fœdiora transfor- inexcogitabilem naturā decet. Quæ enim uidet,
mare posse,ad id quod ab initio erant. HER. inquit,patrem facientem, ea & ipse filius facit. An
Ioan.5. Quomodo igitur dicebat: Amen amen dico uo non uerū est dicere, quod quasi uirtutis indigus
bis, non potest facere filius à seipso aliquid, nisi esset, ita ipse suam naturam ostenderit? Dixisset
quid uiderit patrem facientem. Quę enim ille fa- enim,opinor,manifestius,& decentius: Non po-
cit, hæc & filius similiter facit. Et præterea dicit: test ēm filiꝰ facere à seipso quid, nisi accipiat pos-
A meipso nihil facio,pater qui in me manet, ipse se à patre. Quoniam autem æqualis operis & ro-
facit opera. Quod siquidem recte didicerim hoc, B boris se esse nouit, ostēdit quod unamac eandem
beneficium debere non paruum scio. CYR. habeat cum ipso patre substantiam, & ipse adap-
Scias igitur,& memor sis eorum quæ nuper dice tat per se ad facienda,una uolitione ad quod libet
bamus de sancta & consubstantiali trinitate. Di- simul uadens cum genitore,& ad idem opus con
cebam enim,quod quū tres sint hypostases, pro- filium in omnibus,communibus quibusdam di-
prie simul,& inter se continuę,quod in una deita uinitatis legibus,simul cōcedens. Porrò dum di-
tis natura, unius operatio personæ etiā totius di- cit,Non potest, non omnino & in omnibus mo-
catur substātiæ,& uniuscuiusq; hypostaseos pro- dis infirmitatis habet manifestationem, sed & na-
prie. Tota enim quasi per totā & propriè per sin- turæ interdum significat durationem in qua fun-
gulas moueri solet. HER. Memor ero, uel quo datur & consistit, quemadmodū si quis dicat: De
pacto minus? CYR. Igitur operari uolente ali us peccare nō potest. Dicat etiā et lux: Non pos-
quid circa creaturam deo ac patre, nō otiosus e- sum nō esse lux. Ignis quoq; & aqua sua uoce cla
rit filius: neque si operetur filius, otiosus erit pa- ment: Non possumus nō esse ignis & aqua. Quo
ter,quādoquidem est deus ac opifex: alter enim niam aūt in his quæ mire facta sunt, & omnia ex-
in altero intelligitur, & est uere secundum quod C cedunt miracula, inereparent audacissimi debac
eiusdem naturę ac substantię. sunt etiam si intelli chando: Auferens à se operum efficaciam refere-
gantur disiunctim in subsistentijs et personis pro bat in patrē,dicēs: A meipso nihil facio,pater au-
prijs. HER. Recte dixisti. CYR. Hæc igi tem qui in me manet,ipse opera facit. Pater enim
tur nobis optime, & ut par est, considerantibus, operatur per filium, & non iterū alicubi absq; ut
age consideremus dispensationē de qua nunc a- tute quæ in ipso est,hoc est absq; Verbo quod ex
gitur, & industriam uerborum Saluatoris admi- ipso,& in ipso natum est & existit. Proinde & ip-
remur,miraculū ad fidem semper trahentis, dum se dicebat: Si non facio opera patris mei, non cre
sermones eius sequuntur mira opera, quò facile dite mihi: si autem facio, & si non creditis mihi, o-
eant,si qui uellent recte sapere, & iamiam multū peribus credite. Quod ad potentiam opinor per
ad defectionem procliues. Sciēs hoc quoq; Chri omnia æqualem,manifestū indicium consubstan
stus,Centurionem alloquens dicebat: Nisi signa tialitatis cum eo hic ponit. HER. Non pote-
& prodigia uideritis,non credetis. HER. rimus tam recte dicta increpare, simul autem ro-
Intellexi quod dixisti. Vis enim, ut ego opinor, gare concedas mihi aliquid breue,si uoluero,uel
dicere, quod mira operatus sit Christus, ut pro- putas quod sit res alio qui difficilis comprehēsu,
desset aliquo modo Iudæis, concedens, & uiam quandam,ut mansueti ac tractabiles fierent, ma- D onerosaq;? CYR. Minime ō amice,corpore em
gna industria instruendo eos,qui deitatis ueritā- melior est alacritas,et gloriosum est colloqui,ubi
tem discere prophanè renuebant. CYR. Sic di Saluatoris gloria calumnijs cuiuspiam expone-
co,uenit enim ad me, & beneuolam aurem occu tur. HER. Igitur autem,consubstantialis &
pat,quasi cantilena in calamū pergens. Itaq; quo æqualis opere cum patre à nobis creditus, adorat
niam operatus est aliquid,& in sabbato,quod ual- nobiscum,mulierem Samaritanam alloquens,di-
de admirabile,uellicabāt quidem Iudæi amari & cit: Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus
molesti: aperientes autem impudens, & irrefre- quod scimus,quia salus ex Iudæis est. Verū ō ge-
natum os suum, etiam sermonibus acerbissimis neroſe, aiunt, qui cum adorantibus numeratur,
exacerbantes,optime se dicere putabant,& legi- quomodo adhuc cōsubstantialitatis deportabit
solutionem obijciebant: Si esset hic homo à deo, gloriam? et cōparabitur cū patre qui adoratur?
dicebāt,neutiquam solueret sabbatum. At Chri- Quanq; & aliū quis modū uiderit eum ferre,quo
stus causas refutabat,& ipsum patrem in sabbato excellatur natura sua,in eo ꝙd patri cedit. dicebat
operantem demonstrabat, & hominibus uitā da enim: De die autem illo & hora, nempe de die ex-
re non negligentem. Dicebat enim: Pater meus tremo,nullꝰ nouit,neq; angelus in cœlo, neq; fi-
Ioan.5. usq; nunc operatur,& ego operor. Quod autem lius,nisi pater, CYR. Adoratur igit nobis pro
his qui deo, deiq; ac patris cōsiderationē æqualiter cum



his qui per ipsum facti sunt, facit quasi in ludo, ig A re coronatum. CYR. Deinde, quid(si didicerimus,dic mihi,quod meliorē sortiti naturam, qui
noratus filius,& subito apparens? An non ridicu in summa uersantur ciuitate, & locupletati sunt
lum hoc et alsimulatū scenicis ludis? belle uide- scientia dei,prorsus non aberrante nec deceptio-
licet. At talibus rusticitatibus,& humanis ratioci ni obnoxia) eum qui in minori natura & nobili-
nationibus,ad ruditatis pernicię uergētem quasi tate quàm illi, faciūt adorabilem, dixeris amice?
uolutabro cœni immissa mente,fragrantissimam HER. Etiam hoc tuum fuerit. CYRIL. Igitur
sacrorum non commutabimus cognitionem. Vi quando siquidem est idem simul inferior, & in-
dentur enim alicubi secundum quod par erat, o- comparabiliter excellentior, distribuemus discre
mnimodo obliti esse,quamuis sæpe audiāt à no tim humanitati quidem,id cuius illa capax est de
bis ipsis scripturam diuinitus inspiratā. Deus exi center,nempe inferius: multo ēm inferior est ho-
Hilar.2. stens Verbū, & in forma ac æqualitate patris ap minis natura quàm angelica. Et summæ deitatis
paruit sicut nos,non in sola specie carnis,sed et in est ualde excedere ac transcendere cōdita,omni-
humanitatis proprietatibus,quas siue sic,siue ali umq; rationalem substantiam, & omne nomen
ter nuncupari licet. Proprietas autem humanita- quod nominatur substantialiter. Si autem & sine
Phil.2. tis deo subiugatæ,& iugo seruitutis cōstrictæ,est carne,& nondum sicut nos quodammodo impli
cum obedientia adoratio. Et nescire quæ nam in B citum Verbum,hoc est in minoribus esse, & me-
deo uoluntas uel consideratio. Quis enim nouit rito ab ipsis distare angelis,dicatur: minus quidē
mentē domini, uel quis consiliarius eius fuit? Et esset suis creaturis,& ad hoc adorator,nihil adiu-
quemadmodum ubi apparuit sicut nos deꝰ Ver uante uel patrocināte adhuc plus quàm nos Ver
bum,transijt in carnem terrenam,ita & assumptū bo. Quod si hoc dicere & sentire impium ac peri
est ab illo,ꝙd humanū proprium q; factū est eius, culosissimum: Minor autē quia & homo, sequetur
quod de eo loqui & sentire nihil officit. Quia ge omnino intelligendum illud. Adorator enim
nuit dispensatiue simul cum humanitate ea quę quia & homo, quamuis deus existens natura, &
humanitatis. Hoc enim & exinanitionis uerbum æqualiter ab omnibus cum patre adoratur. Dicit
uolebat. Igitur despolient manifestē carne & his enim alicubi deus per unum prophetarum: Vi-
quæ per ipsam, Verbum, & interminant semel to uo ego dicit dominus, quia mihi flectetur omne Esa.45
tam dispensationem, & deum uidebūt pure filiū, genu, & omnis lingua confitebitur. Consubstan-
uel si hoc abhorruerint, quasi prophanum & ab tialem uerò patri ponēs diuinus Paulus,et in glo
surdū,quare adhuc humanitatis erubescunt men ria gignentis,sciens genitum: In nomine,inquit, Philip.2.
suras,& increpare solent, ea quæ maxime carnis C Iesu omne genu flectetur, cœlestiū, terrestrium,
dispensationē addecētr tametsi oportebat mani- & subterraneorum, & omnis lingua cōfitebitur
festē intelligere, quod sicut deus existens natura, quod Christus Iesus est in gloriam Dei patris.
& ex Deo natus, propria facit humana: ita & ho- HER. At profectò, aiunt, simul quidem cum pa-
mo factus deitate dignum honorem & gloriam tre adorari inuenimus filium, adorantem autem
tanquam propriam habet. Adoratur enim non ut honestatum, & quis secundum naturam sit nō
solum super terrā,sed & in cœlis, quamuis quod ignorantem: transcendit enim naturam conditō-
Heb.1. est. Quando enim,inquit,introducit primogeni rum,sed non est propterea in æqualitate cum pa-
tum in orbem terrarum, dicit: Et adorent eum o- tre. CYR. In donum igitur,& mercedem uir-
mnes angeli dei. Igitur siquidem in semine Abra tutis obtinuit diuinitatis gloriā: & adorari opor-
ham, Verbum quod ex deo prodijt,natū esse di tere non dignitas esset propriæ naturæ, sed pura
cunt, deliramus nos. Vocetur & Iudæus, & sit ad & sola adimpletum esset uoluntate patris. HER.
orator. At si summæ insaniæ est, hoc audacter fa- Sic opinantur & dicunt. CYR. Deinde ubi
pere conniuncitur: confirmabuntur magis, quod & quomodo permiserit filio adorationem pater,
nunc quidem assumpsit semē Abrahæ, prodijtq; indicent,nō enim hoc dicent. Quod si uoluerint
secundum carnem, & ex radice lesse, appellatus glorificare eum, sententia ea sit Dei & patris.
quidem Iudæus, factus & adorator sicut homo. D HER. Præcepit,aiunt,sanctis angelis adorare il-
Cur transeuntes quasi uino marcidi, dispensatio lum. Quid enim aliud quàm istuc ipsum significa
nis cum carne mysterium, ipsam uerbi naturam uerit hoc? Quando autem introducit primogeni Heb.1.
arrodunt,& consubstantialem patri impie deue- tum in orbem terrarū,et adorent eum omnes an-
hunt,ita ut oporteat adorare nude,et absque ami geli eius? CYR. Nunquid igitur ꝙd præcepit pa-
ctu. Etnisi forte intelligatur in his quæ nostra, ter filium adorandum, diligenter cognouerunt?
hoc est inter nos, in quibus siquidem uellēt eum Negabūt sanc,quod unigenito accesserit esse pri
adorare, nullus reprehenderit, imò res laudare- mogenitum secundum humanitatis modū simul
tur,utpote magnam uoluptatem afferens. An nō inuectum,sed necessariò adoptiuā esse uideri glo
scriptum est de ipso,quod subsideat secūdum hu riam ei. Quando enim, dic mihi, primogenitus,
manam sub meliore natura,hoc est angelica,& il uel quando factus est in multis fratribus? Igitur
lam nobilitate intelligatur paulò minor factus siquidem unigenitus, & nobis etiam ante carnis
Heb.2. esse? HER. Verum. Dicit enim Paulus: Pau- naturā frater fuisset unigenitus, quare non existit
lo autem minus ab angelis imminutum uidemꝰ talis ab initio, sed in tēporibus nouissimis natus
Iesum, propter passionem mortis gloria & hono esse dicitur? quomō igitur intelligit unigenitus,

Universidad de Deusto
Biblioteca



qui creaturæ coordinatus est? Quoniam autem non dubitatur, sed uerè bene congruebat, quod in nouissimis seculi tẽporibus factus est homo: & propter hoc primogenitus aduentitiam habet gloriam, etiam ut adoretur. Si autem nõ sic habere putant, necessarius sermo coget, quod fœdam et absurdam stulticiam cogitationũ dixerit quis esse, quod postquam factus est homo primogenitus, sit post hoc tempus ei quo adorandus. Quando igitur maxime exinanitus esse dicitur, ad uerã quidem gloriam erit ei exinanitionis tempus, & incarnatione antiquius quod minus decens & ignobile, etiam quando in figura & æqualitate patris existens, sicut scriptum est, ad sic fundatã per uenit naturam, humanam inquam. Quod si quidã fuisset ignobilis, & longe ab adoratione, quid docent Seraphim, qui filiũ in deitatis solo sedentem circumstant, hymnis cæ & glorificationibus honorant, & dominum sabaoth proclamant, plenumcæ esse dicunt cœlum & terram gloria illius? Quali enim gloria plenum erat cœlum, si adorari cum patre uix tandem accepit, quando sicut nos apparuit? Audi quomodo sapiẽs Esdras scribat: Omnis terra ueritatẽ inuocat, & cœlum eam benedicit, et omnia opera cõmouentur ac tremunt. Quoniam & beatus Dauid euidenter clamat de deo, qui omnibus præsidet: Qui respicit super terram, et facit eam tremere. Quando igitur ante incarnationem & antequam uocaretur primogenitus in Dei & patris dignitatibus extiterit conspicuus, quomodo, uel secundum quid omnino minor est quam pater? HER. Esto, inquit, secundum quod tibi uidetur, quando factus est primogenitus, quod tunc & adorari præceptum sit, an non hoc datum ei est à patre? CYR. Sed non simpliciter, si datum: sed & quando datum bene considerandum. HER. Quando & primogenitus? CYR. Propter fraternitatem qua nobis iunctus est, opinor primogenitum dici HER. Sic dico. CYR. Vltra dic oro, congruitne humanæ naturæ, si intelligatur per se, ut adoretur in ordine dei? HER. Minime quidem. CYR. Recte ô amice. Quæ enim illi propriæ conueniunt, solam decent uniuersorum reginã naturam. Igitur quãdo filius proprias dignitates despexit, & non est arbitratus rapinam esse æqualem Deo, sed natura seruile, & quod necessario adorat sibi appropriauit, tũc adorauit nobiscum. Quoniam autem omnino incomprehensibile, & excedens rationem cõmunem, in patris nobilitatibus non uideri consp icuũ eum qui ex ipso prodijt filium. Etsi factus est in carne per apparitionẽ spiritus, edocebit deinde sacramẽtum quod inest ipso. Cœlum, hoc est sanctorum angelorum multitudo, et primogenitũ demonstratũ, & in multis fratribus unigenitũ, & cum patre æqualis solij adorari iussum esse, patre illum non ad primitias talis gloriæ eum reducente, neq; etiã tanquam insolitũ & incõsuetum aliquid adorationẽ tribuente, sed eum qui semper ab initio seculorũ apud ipsum adoratur, & in carne factum adorabilem declarãte. Igitur referam rursum ad Verbum quod ab initio. Adorauit filius, quando & primogenitus, & ipso scriptutis apparuit habitu. Vnde maxime ipsa didicerit secundum naturam quæ in ipso est, excellentiq; sublimem dignitatem. Nam si solius seruitutis habitum decet adorare, cui mortaliũ adhuc obscura incarnationis libera pulchritudo? Quia tero doctrina hac quæ per spiritum, etiam ipsos cælos dicentes opus habuisse, non sanctorũ angelorum multitudinẽ iniuria afficimus, sed diuinas sequimur scripturas, & in hunc peruenimus sermonẽ. Certa indicia præstat Paulus: Vt nota sit nunc principatibus & potestatibus quę in cœlo per ecclesiam multiplex sapiẽtia dei iuxta propositũ seculorum, ꝙd fecit in Christo Iesu domino nostro. Præterea dicit diuin⁹ Psaltes: Tollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & ingredietur rex gloriæ. Nam postquam reuixit spoliato inferno, & morte depręda: a Christus, redeunti ad superiora, & recurrere uolenti ad patrem qui in cœlis, iussit sibi quàm primũ cœlestes portas aperiri. Spiritus omnino sonans in eis & secutorum uirtutibus Deum qui in carne prodijt demonstrauit, dicens: Dominus uirtutũ ipse est rex gloriæ. HER. Congruit ergo, quod adorauit quidem ut homo, quamuis Deus existat natura. Dixeris sanè, quod dicere nescire diem illũ & horam illam sicut ego opinor, ipsis humanitatis mẽsuris adaptamus nos qui recta sapere uolumus. CYR. Dixerim, & scias me nulla erubescẽtia dicendũ. Plurimæ enim exactissimæ rationes, tantum non, & supercilijs ipsis annuens cogitationũ turba, nudam ab omni difficultate, & in uia amplã iubet incedere opinionem super hac re. Etsi enim opinor ignorantia, non inconueniens cum mensuris exinanitionis, non propria immunitio naturę Verbi, secundum quod intelligitur Verbum & sapientia patris. An non hæc uideor manifeste uidere? HER. Maxime profectò. CYR. Quis enim nobis tam rusticus & malignè dissolutus sermo persuaserit intelligi uellet & lapere, quod ignorârit quippiam in deo occultum unigenitus, siquidem est uerè secundũ scripturas, & sapientia, & uirtus, & consilium patris. HER. Cordato nullus persuaserit. CYR. Non enim amice, mẽtietur alicubi sapiens Paulus nobis scribens: Quemadmodum nullus hominũ scit quæ hominis, nisi spiritus hominis qui in eo: ita et quę dei nullus nouit, nisi spiritus dei. HER. Omnibus modis ita est. CYR. Scit igitur spiritus dei quæ in illo, & nihil ei occultum uel obscurum. HER. Scit, & quo pacto non? CYR. Igitur scit quidem est spiritus patris proprius filij, quomodo ignorabit aliquid in deo reconditum, proprũ habens ipse spiritum, scientem omnia quæ in patre? Et dicentem audio manifeste sanctis apostolis: Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modò: quando autem uenit ille spiritus ueritatis, inducet uos in omnem ueritatem. Non eñ loquetur à semetipso, & uentura annuntiabit uobis: ille me glorificabit, quia de meo accipiet,



cipiet, & annũciabit uobis. Non tibi paret adductum eloquium, & aspexisti quod spiritum quidem ueritatis nominauit paracletum? Dixit etiã, quod procedit ex patre, propria sua omnia ostendens quæ patris. HER. Optime dixisti. CYR. Hoc sanè maximè ridiculum, & reiectaneam declarans aduersariorum opinionem. Nihilominus & per hæc quis didicerit. Intelligere enim Verbum ex deo patre natum, splendorem ac imaginem substantiæ, characterem fulgidum, æqualis gloriæ et solij, in quo omnes sunt thesauri sapientiæ ac scientiæ reconditi, ut scriptum est, uel paululum ignorare quantam eis & ualde merito ingenerat opinionem leuitatis? HER. Longe maximam. CYR. Sed neq; ipsum opinor patrem ac deum, saluam seruare gloriã, siquidem ignorauerit, quid secundum ueritatem cõsilium & sapientia dei. HER. Assentior, quod nullus, siquidem sciat, sit absq; consilio & sapientia suispsius. CYR. Age. Non enim aliter ueritatis ministros decet hic sapere. Prætereuntes igitur, ne superfluis & longis immoremur sermonibus, ad hanc consuetudinem Christi ueniamus, tale autem quiddam facere apud sanctos potissimum apostolos solebat, si interrogarẽt quid, ꝙd maiorem opinionẽ doctrinæ præ se ferebat, absque scrutatione ulteriore faciebat narrationẽ, & diligenter urgebat, ut quàm subtilissime tentare tur. Quod si quid scire uolebãt, quod supra captum eorum, comprimebat quiete, et suadebat eis diligentissime, ut uellent inquirere decẽtiora, et facerent ea per quæ fierẽt clari, & apud deum ex operibus bonis, decentissimam habeat claritatẽ. Volentes igitur, nescio quo pacto ea quæ supra mensuram propriam petere, ut quieti sint, persuadens, rationibusq; necessarijs placãs, quod neq; angelis, inquit, reuelauit pater, neq; ipsi filio fecit notum, siquidem esset purus, & sicut ipsi homo super terram, nec natura esset deus. Vrgentibus ergo & instantibus ut cognoscant, quodammodo adhuc etiam increpat dicẽs: Non est uestrum nosse tempora uel momenta, quę posuit pater in potestate sua, sed accipietis uirtutem spiritus sancti uenientis super uos, et eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & in Samaria, & usq; ad extremũ terræ. Vides quomodo minime quidem curiosè inquirere permittit quæ supra illos sunt, affert autem quasi quod in manibus & detinentius. Nam is erat ei mos. Vnde & cæcum à natiuitate adducebant aliquando, exeuntem ex sacerdotũ uestibulis, diuini discipuli. Deinde arbitrantur adhuc sectari Iudaica, argumentum facientes doctrinæ infirmũ, dicebantq;: Quis peccauit, hic, an parentes eius, ut cæcus nasceretur? Quoniã autem diuina iudicia attingebant, et ꝙd sic inuestigabile, incõprehensibileq; hominibus declarari sibi uolebant, & ultra quàm decebat, iubant, prædicando iterum eos cohibuit in hoc, ne uelint sapere curiosa, & quæ super hominis scientiam, amouebat, & amorem bonorum operũ habere, bonorumq; studiorum hortabatur, dicens: Neq; hic peccauit, neq; parẽtes eius, sed ut manifestẽt, opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, dum dies est, uenit nox quãdo nullus operari poterit. Audis quo pacto auferendo opinionem quasi indecorã, & Iudaicę ruditati cõgruentius uult, oportere benefacere magis quàm uelle scire ea quæ super homines sunt, diuinæq; naturæ tribuit, scire natura, & per se, ꝙd implere uelit. HER. Bene dicis. CYRIL. Igitur nõ aliter afficiemur sapientes recte, quàm quod & nobiscum ignorare dicitur aliquid propter hominem: sed quoniam est deus, scit omnia quæ patris, filius. Per quem, & cum quo Deo ac patri gloria cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

*Dialogorum libri sexti finis.*

## DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI *Alexandrini, cum Hermia, dialogorum liber septimus, De spiritu sancto, quod deus sit, & ex deo secundum naturam.*

### CYRILLVS.

QVOD sapiens quidam clamat, laborum bonorum inclytum esse fructum, et sermonem illum ut uerum commendans, eos qui operari maxime gaudẽt, quasi incãtant, nõne laudibus celebrabis, tanquam optime & recte factum? Laborũ enim sustinentia, res est sanctis dignissima, ô Hermia. HER. Si habeat. CYR. Age igitur postremum laborem summa alacritate aggredientes, succingam⁹ lumbos, & thoracẽ iusticię induti, assumptoq; gladio spiritus acutissimo, quod est uerbũ dei, ac scuto fidei, sicut scriptum est, male ac diuersa à nobis sentientium nugis uiriliter occurramus, qui mentem et linguam impudentem exacuentes, ipsum diuinum spiritum conttumelia afficiunt, infirmiorumq; corda defatigantes, dum ueram & erroris expertem scientiam auferunt, uenenumq; suæ insipientiæ infundentes, illos in perditionis lacus inijciunt. Quamuis lex quidem interminetur per Mosen: Homo, qui percusserit animam hominis, & morietur, morte moriatur. Christus autem manifeste ac aperte dicat: Quisquis offenderit unũ ex paruulis istis, qui crediderunt in me, expedit illi ut suspendatur mola asinaria in collum eius, & præcipitetur in pelagus maris. HER. Maximũ profecto & grauissimũ illorum iudiciũ. Debacchantes enim in fratres, et infirmam illorum conscientiam percutientes, peccant in Christũ. Igitur quisnam illis sermo est? CYR. Itaq; absurditas est, licet ab ijs qui sic desipiũt, opinio & ratio dicatur, dixerim tamen tibi, quandoquidem rogas. Sunt enim, qui in tam infrenem audaciam peruenerũt, ut nuda quodammodo impudentia usi, creatum & factum dei spiritum dicant, sunt & alij crassam illam blasphemiam nonnihil extenuantes: erubescunt quidem, ut uidetur, sic asserere, sermonem

Universidad de Deusto
Biblioteca



autem suum in ciuiliorem quendam errorē pro-
mouentes. Deum quidem non esse dicunt spiri-
tum, sed imperitè à summa substantia deducen-
tes, uniformem esse credunt, & propriam quan-
dam & mediam naturam separari, quæ neque in
summum peruenìat fastigium, & sortita sit ac ha-
beat miram ultra mensuram creaturæ excellen-
tiam. HER. Et quæ nam tandem esset natu-
ra illa, quæ neque Deus est, neque creatura? Nul-
lum enim opinor omnino medium. Vna enim
perfectissima differentia est, quæ distare facit na-
turis deum & creaturam, & nihil aliud in his quę
esse creduntur, uiderit quis quàm hæc & sola, an
præter hæc ipse aliquid admittendum cogitas?
CYR ILLVS Mìminè ô amice. Omnia enim per
filium facta esse dicit diuina scriptura, atq; adeò
si qua res ab omnibus separetur naturaliter, effu-
gìet etiam hanc paruitatem, quod facta sit, sed ob
naturæ propriæ excellentiam, Deus existere co-
gnoscitur. Et ueritas iterum nobis non elabetur.
Nam si quid nō est Deus secundum naturam, e-
rit omnino inter facturas. Vel igitur exaltent diu-
inum & sanctum spiritum, et confiteantur crea-
turæ substantialiter non coniunctū, uel à summis
& ultra omnem locū detrahentes thronis, in crea
turarū locis reputent, nònne naturæ alterius no-
bis nullus sermo datus, qui neget inter mediā co
gnationē cum ambobus? Etenim dicere unifor-
mem spiritum, & gloriam ei adaptare, quę in hoc
placeat, quomodo nō omnino triuolum? quum
id etiam in plurimis creaturis cōperiatur, uni-
formitatem in se habentibus. Vnus enim sol, &
una luna, & terra non altera præter eam quæ est:
una autem & uniuersæ aquæ natura, uniformita-
tem seruans, licet qualitatibus uariari uideatur.
Igitur imperitiæ puerilisq; calumnia cordis puta
re quosdam, quod coronent ac honestent tam fri
gidis nugamentis, ut summa nobilitate, spiritum
sanctum, & audere sic intra creaturæ mēsuras in-
cludere nō incomparabilibus eminentijs separa
tum, & excellentē præ ipsa, sicut scilicet & pater,
& filius, sed geniculantē ac subsidentem, & om-
nino locum nullum in rebus inuenientem, pro-
phanęq; expulsum. HER. Quid igitur dicerēt,
ubi deus nominatus est spiritus sanctus? CYR.
Dictū aūt, ubi, & à quo dic, q̄d cū creaturis ille e-
iusdē generis cū patre & filio coordinatus sit &
cōnumeratus, & in fidē unius ac summæ deitatis
cōiūctus. An nō sic docere iussit sanctos aposto
los Saluator? Euntes enim, inquit, docete omnes
gentes, baptizātes illos in nomine patris, & filij,
& spiritus sancti. Igitur et beatus Paulus rogabat
à quodam qui crediderat: Num spiritū sanctum
credendo accepistis? Negantibus autem hoc illi-
is, & dicentibus manifeste, (sed neque an spiri-
tus sanctus sit audiuimus) increpabat eos, dicēs:
Ad quid igitur baptizati estis? Non bene habe-
re sciens fidem, neque etiam unquam recte posse
habere, si non exigatur, in perfectam Deum pa-
trem & filium spiritum sanctum confessionem
proferre? Ita scilicet tradiderunt ij, qui ab initio
spectatores fuere facti & ministri uerbi, ita nos e-
rudierunt patres, sapienterq; agnoscitur scriptū:
Ne transferas terminos eternos, quos posuerunt Deut. 19. Prou. 22.
patres tui. Vnus dominus, una fides, unum bap-
tisma iuxta scripturas. Baptizati enim sumus in
unam deitatem, ac dominationē unam patris &
filij, & spiritus sancti, non ut multos deos nume-
remus, neq; etiā ut creaturę seruiamus. Alioquin 2. Pet. 2.
impleretur in nobis prouerbium: Canis reuersus
ad propriū uomitum, & sus lota in uolutabro lu-
ti. Qui liberati sumus, ne seruiamus creaturæ ul-
tra creatorem, per fidem scilicet, qui in unum ue-
rum & naturalem deum, gloriam adepti, ac spem
salutis, quod primū ac prophanum errorē depo-
suerimus. Nisi ueræ deitatis sedibus substantiali-
ter conspicuum fateamur spiritū, quónam & un-
de iremus? ut bene scis ambigui fuistis cogitādo:
dicere autem nō possum, imò manifestum fuerit,
ac facile scilicet. Via scilicet publica quod ammo
do excidissemus, erramusq; nihil minus quàm
olim. Seduxit autem, ut uidetur, sic dicens Pau- Gala.
lus: At tunc quidem nescietes deum, seruiebatis
autem ijs, qui non sunt dij: nunc autem ut deū ag
nouistis, imò agniti estis à deo, quomodo cōuer-
si estis iterum ad infirma & egena elementa qui-
bus iterum ab integro seruire uultis? Vbi em ue-
rum & substātialiter cognouimus deum, nisi de-
um cum patre & filio spiritum sanctum confite-
mur? HER. Profectò, inquit, Deum nouimus
patrem & filium, at nō item et spiritum sanctum.
CYR. Nunquid præceptoribus utemur ijs, qui
suam mentem perdiderunt? & nunquid ausculta
bimus spiritibus seductoribus, ut scriptura dicit,
imò credemus esse & existere substātialiter in deo
spiritum ipsius, sicut & in homine humanum. Et
quemadmodum si quis nobis Petrum uel Ioan-
nem nominaret, simul forte significārit cum ipsis
& proprium illorum & in illis spiritum, & totius
animalis faceret significationem. Eodem opinor
modo de patre & filio. Spiritus enim significatur
cum utroq;, & non ut pars eius, sicut & in homi-
ne intelligimus. Subsistit enim proprie in sua na-
tura ut pater, suppeditat autem dignis etiam ipse
filijs. Contentiosum item et ualde stupidum mu-
tilare dualitatem, & quodammodo audere con-
trahere deitatis naturam, quum sancta & diuina
scriptura explanārit quidē illam, ut in tribus sub-
sistentijs, congregārit iterum per æqualitatem &
similitudinem per omnia, in unitatem naturalem
et identitatē in substantia. HER. Vnde igitur
aiunt, uel quomodo intelligeretur spiritus deus?
CYR. Ex his, ex quibus natus est, ut egregie,
& ex quibus aliquando est secundum naturam,
pro uiribi cognoscitur. Cognoscuntur autem res
singulæ bene ex his quibus sunt: nominū autem
nobis non ualde multa ratio ad necessariam ma-
nifestationem eorum quæ sine errore nota sunt,
licet utilis rebus singulis sit conueniens appella-
tio. HER. Tenebricosus sermo est, neque ad-
huc intellīgo. CYRIL. Ego dicam. Expla-
nabo enim, exempli gratia, quod manifestatur.



Animal rationale, mortale, mentis & scientiæ ca
pax, si de aliquo dicat quispiā, quid illū definire
dices, bone uir? HER. Manifestum, quod homi-
nem. CYR. Si autem & animal dicat, adijciens,
quod sit hinnibile. HER. Dixerim, equum.
CYR. Iam si utriusq; definiti nomē reticeat, quo
pacto ipse dices hominē & equū? HER. Qđ ho-
minis, & equi naturam definierit. CYR. Si autē
hoc te dicentem quis increpet, & neq; hominem
esse animal rationale, neq; etiam equū dicat hin-
nibile, eo quòd nō adiecta ad definitiones nomi
na. An nō ut stupidū inutilē, & parum sagacē uo
candū illū tam rudem redarguimus? HER. Vti-
que. CYR. Quare autem hoc fecerit, si quis dixe-
rit tibi, & uellet discere, quid respondeam? HER.
Dixerim, quod bene & industrie definita, increpare, rusticū est & indoctum: proprius enim est
unicuiq; rei sermo, demōstrans uere id quod est.
Sepiusautem efferuntur nomina sub eodem no-
mine. CYR. Itaq; uerior & certior rerum mani-
festatio, si ex his quibus singula sunt secundum
naturam, examinentur, & non omnino ex nomi
nibus. Nonne summæ & uniuersorum regin̄ça
turæ recte atribuemus incorruptibile, et nulli cor
ruptioni obnoxiū, sempiternumq; & incōmuta-
bile? HER. Et quare non? CYR. Quid aūt, dic ob
secro, deus? HER. Dic ipse, conuenit. CYR. At
propriū quidem eius est incorruptibilem esse, &
corruptioni non obnoxiū: nomen uerò deus cō-
mune quidē angelis, cōmune etiā nobis ipsis, li
cet aduentitiū & datum. Similiter quidem est in i-
pso rationali, nomē aūt homo etiam his qui ex la
pide factis, uel certe ex alia materia ad speciē no-
stram bene formatis. Eas igitur in te, ut scruteris.
utrum spiritus deus & in deo naturaliter, utputa
in deitatis proprietatibus substantialiter conspi-
cuus, uel saltem secundū illos uerā appellationē
& sufficientem acceperit causam, quod ipse debe
ārā consubstantialitate cum deo excidere, ut alio
qui non sit nominatus deus, quāuis & in ipso fal-
sè loqui uolētes, absq; labore redarguemus, utē-
tesq; rationibus ad certamen attinentibus, & ex
sacra sumptis scriptura mētes nostras à frigidę ua
niloquentię damno liberemus. HER. Darē equi
dem quidā ualde & incōparabiliter melius ex-
tollendū (si deitatis proprietatibus cōspicuus sit
spiritus sanctus, et nihil minus in ipso quàm in pa
tre & in filio) quàm imprudenter anxie loqui, &
sudare frustra circa solam uerborū inquisitionē.
CYR. Discrete & perquàm recte ô Hermia. Hoc
enim opinor melius & euidentius. Aduersarij ta-
men, si diligentius quærent, uidere possunt spiri-
tum deum esse nominatū. Etenim diuinus & san- Act. 5.
ctissimus Petrus perdi fecit Ananiam, qui de san
ctis oblatiōibus furatus erat, increpauitq; dicēs:
Quare impleuit satanas cor tuum, ut mentireris
tu spiritui sancto, & sequestrares de precio agri?
Nonne manens apud te mansisset, & uenditum
in potestate tua erat? Quid posuisti in corde tuo
rem hanc? non mentitus es hominibus, sed Deo.
HER. Etiam, Deo enim mentitur, inquit, licet
uelit quis in spiritum sanctum hoc facere. CYR.
Quomodo autē nisi deus spiritus sanctus esset?
HER. Quoniam autem etsi quis uellet, aiunt, in
sanctos pie agere, in deū idē pie ageret. Quin et san
ctis apostolis manifeste dixit Christus: Qui reci-
pit uos, me recipit. Et nondum dicimus, rectas & Matth. 10.
necessarias sequētes rationes, deos esse secundū
naturam discipulos, licēt accipiat quis filium, san
ctos in domum suam recipiēs. Necessariò igitur
hac ratione, forte qui in spiritū delinquit, in Deu-
um etiam delinquit, qui illū misit. CYR. At hic
quidem quæ nominantur, et in manibus sunt, æ-
qualibus & non uariantibus proprietatibus na-
turaliter conspicua, euidentem consubstantiali-
tatis sermonem habent, inter se & relatione ad
melius. Illic enim omnino est superfluus tropus. Vbi superflua tropus.
Est autem magis iuxta identitatē in essentia: nam
ambo quidē in ambob. illud scilicet ut hoc: hoc
autem iterū sicut illud, in æqualitate autem natu-
rali separante quædam ut aliter et aliter se habe-
ant, non ego dixerim in decorum & minus ueri-
milem sermonem, si referatur ad præstātius. Itaq;
si quidem non est cōsubstantialis spiritus cū deo,
non in deū erit peccans, qui in illum peccat. Ha-
beat relationēm res in eum qui illum misit. Si au-
tem omnis ratio cogat eos, uel nolētes honorare
in consubstantialitate cum patre spiritum, erube
scant nunc tandem in suis adinuentionibus, deo
inæqualia cum æqualibus cōnumerantes, et po-
nentes consubstantiale, & pro eodem reputabi-
tur facere aliquid in sanctū, uel in spiritū sanctū.
At si quidam esset sermo quis de homine, meritò
referemus in deum præstantiorem relationē. Ve
niente autem in mediū spiritu sancto, quod fit, re
quiescat in ipsa diuina & ineffabili natura, non
per mediatorē currēs ad hoc quod excellentius,
resiliens aūt cōtinuè, et sine mediatore, & ad sum
mam, quæ ultra mundum est pulchritudinē. Igi-
tur per identitatem substantiæ congruit quidem
deo et patri, quāuis tertia secundum solam nomi
num coordinationem feratur à nobis spiritus ap
pellatio, adaptata est autem et filio. Quippe Chri
stus dicit, mulierculam Samaritanam bene erudi
ens: Spiritus deus est, et adorantes illum in spiri- Ioan. 4.
tu et ueritate adorare oportet. Scribit itē Paulus:
Nos aūt omnes reuelata facie gloriam domini ut
in speculo repręsentantes, ad ipsam imaginē con
figurati sumus, à gloria in gloriā, sicut à domino
spiritus. Et iterum: Ecce dominus spiritus est.
HER. Consubstantialis igitur est patri & filio spi
ritus. CYR. Quandoquidem sancti non alia ra
tione participium dei opulente accipiunt, quàm
dum spiritum assequuntur. Diuinæ enim naturę
socij efficimur secundum scripturas, utrum crea-
tæ & factæ iuncti naturæ, uel certè deitatis ueræ
utpote unū sortientes genus, sic uocati dei? HER.
Si absq; igne ignem non licet assequi, quomodo
quis & particeps esset deitatis non per Deum?
CYR. Itaq; quod in nobis ut deus, et dei ordinē,
ac efficatiam implet, nunquid quodāmodo non
esset deus? HER. Quomodo? CYR. Vide

Universidad de Deusto
Biblioteca



igitur deum alloquutum priscos quidem & anti A per Christum? HER. Valde. CYR. Atsi à sub-
quos: ego uobiscum sum, dicit dominꝰ omnipo- stantia spiritus, esset gratia separata eius, cur non
tens, & spiritus meus astitit in medio uestri, cõfi- dixit manifeste beatus quidem Moses, quod ad-
dite: nobis autem diuinũ Euangelistam: In hoc ducto animali, ut sit, inspirauit gratiam omnium
Agg.2. cognoscimus quod in nobis manet, eo quod de opifex quæ per spirationem uitæ. Vita enim ue-
spiritu suo dedit nobis. Quomodo em̃, dic mihi, ra deitatis natura, quandoquidẽ est uerè eius, qui
in antiquis erat deus, cũ spiritus esset super illos? inhabitat in animabus credentiũ, & immittit spi-
uel quomodo esset & in nos ipsos ueniret spiri- ritum, per ipsum & in ipso transformantis ad ipe-
tus? Etenim minime aduẽtum dei secundũ natu- ciem primæuam, hoc est seipsum, hoc est ad pro-
ram perficeret in nobis spiritus, alterius cum deo priam effigiem, per sanctificationem, & ita nos re-
naturæ. HER. Minime scilicet. CYR. Deus i- ducentis ad exemplar imaginis, hoc est characte-
gitur spiritus est, & ex deo secundũ naturã. Vel st rem patris. Nam character quidẽ uerꝰ & summæ
quidem illi non sic habere putãt, manifeste teme diligentięq; quæ in effigiãdo intelligitur, est filius
raria nugacitas & uere demẽtia, sapientissimi Pau similitudo quoq; lucida & naturalis filij, spiritus
li sermo apparebit sic scribentis his qui spiritũ ac- est, ad quem & nos configurati per sanctificatio
ceperant, & per illum prophetabant: Si autem o- B nem, ad ipsam dei formam conformamur. Id no-
mnes prophetant, ingrediatur uere quis, uel fide bis apostolicus sermo suadeat: Filij enim, inquit, Gala.
lis, uel idiota redarguitur ab omnibus, iudicatur quos iterũ parturio, donec formetur Christus in
ab omnibus, occulta cordis eius manifesta fiunt, nobis. Formatur aũt per spiritum, reformantem
& sic cadens super faciem adorat deum, annunci nos ad deũ per seipsum. Quãdo igitur ad Christi
ans quod uere deus in nobis est. Quin & linguа- formamur, & ipse in nobis signatur, & effigiatur
rum amatoribus, sic inquit: Qui lingua loquitur, bene ut per similem spiritum naturaliter. Nonne
non hominibus loquitur, sed deo. Nullus em̃ au deus spiritus est, qui transmutat ad deũ, nõ quod
dit, spiritu autẽ loquitur mysteria. Quomodo igi per gratiam quasi minister, sed ut diuinæ naturæ
tur omnino in his quí per spiritũ prophetant pos- participationem, ipse dignis donans. Quod aũt
sideri deus intelligeret, spiritusq; loqui mysteria, similitudo uera filij spiritus sit, scribentem audias
quomodo si cum deo loquuntur, spiritus eius ex beatum Paulum: Quia quos prænouit, hos præ-
traneus est ab identitate naturali cum deo? HER. definiuit conformes imaginis filij eius, hos & uo
Quàm recta & iusta dicis. CYR. Et ad hoc di- cauit. Reformamur enim ad effigiem quæ ad spi-
xerim, quod nos sapientissimarum cogitationũ ritum sanctum, quamuis ad deum per fidẽ & san-
maxima copia à blasphemia in spiritũ abducat, ctificationem & habitudinem ad illum. Manife-
& in ueritatis uia constituat. HER. Quomodo C stum autem, quod eius, quę per participationem
dicis. CYR. Nónne ad imaginem dei fabrica- & aduenticiæ, licet diuinæ naturæ, uocati sumus
tum esse hominem super terram dicimus? HER. socij. HER. Non possum in ullo dicta tua refelle
Et quomodo non? CYR. Hoc autem quod diui- re & increpare. CY. Templa etiam dei, & dij uo-
nam nobis insculpit imaginẽ & signaculum qua cati sumus, et sumus. Quare autem, interroga ad-
si operatur pulchritudinis cœlestis, nónne spiri- uersarios, quãdoquidẽ sumus uerè participes gra
tus est? HER. Verum non ut deus, sed ut diui- tiæ nudæ, & subsistentia carẽtis? sed nõ sic habet,
næ gratiæ minister. CYR. Non igitur ille, sed abst. Templa em̃ sumus spiritus & subsistentis,
gratia per illum in nobis significatur. HER. Vi- uocatiq; propter hoc dij, utpote diuinę & ineffa-
detur. CYR. Erat igitur necessarium hominẽ bilis naturę cũ illo copula participes facti. Atsi a-
uocari imaginem gratię, & non dei. Considera et lienæ naturę est, & à diuina natura substantialiter
hoc. Sapiens enim, ut opinor, & simplex est ser- separatus, qui nos deos facit spiritu per se, excidi-
mo. Nam formatum quidem est in principio ani- mus à spe, gloriatiõibusq; frustra nescio quomo-
mal, formante illud deo, & honorante quodam- do honestati. Vbi em̃ adhuc dij? & tẽpla dei secun
modo secundum scripturas suæ manus formatio dum scripturas propter spiritũ qui est in nobis?
ne. Postquam autem productum est ut esset, con- D Quod enim priuatur ne sit deus, quõ talis pone-
figurabatur ad deum, quum inspiratus est ei spiri ret in alijs? Cæterũ dij sumus et templa. Nõ est aũt
tus uitæ. Vbi uerò amisit sanctificationem per ca attẽdendũ seductis. Iraq; spiritus dei nõ est alteri
sum in peccatũ ad primæuam & antiquã reduxit us substantię cum ipso. HER. At si quidẽ non
pulchritudinem, innouãte quod inueteratum ad est alterius substantiæ cũ eo, ut tu dicis, quare nõ
speciẽ diuinã ac spiritualem Christo, & nõ aliam & hoc dicunt: uel pater est, uel filius? CY R. Iam
quodammodo, quàm olim in principio. Inspira- à summa, dic obsecro, & omnia excedẽte natura
uit enim sanctis apostolis, dicens: Accipite spiri- meritò ne excidisse suspicati sunt spiritũ sanctũ,
Ioan.20. tum sanctum. Vel nunquid erat quædam in Chri eo quod non est pater, neq; etiam filius? HER.
sto noua creatura? HER. Etiam. CYR. Igitur Sic opinantur. CYR. Etiam hoc componentes
uerè dicitur, imò & necessariò intelligitur, quod impiè & imprudenter, prosiliunt ad simpliciorꝰ
quãdoquidẽ uetustas et corruptibilitas debilita- eminus lesus Christus, per quem omnia: quum au-
uit imaginẽ in sanctificatione, nunquid concede tem unus sit Dominus secundum scripturas, do-
mus assumptionẽ effigiei diuinę, in recursu et no minus spiritus est, nónne uerum est quod dicor
uitate ad pristinã recursionem, & nouitatem quę HER. Sic scriptum est. CYR. Olim beato Sam
ibi



ibi sit et deitas secundum naturam? sic omne siue A erculę uoluptatibus se tradidit, et nũdatũ est fer-
genuisset, siue genitum esset, foret omnino & de ro caput eius, recessit, inquit, Dominus ab eo. A-
us uere. Atqui sermo ille manifeste temerarius. scẽsurus uerò in cœlũ Christus locutus est ad cre
Non enim pater deus est quia genuit, neq; filius dẽtes in se: Nõ derelinquã uos orphanos, uenio Ioan.14.
deus quia genitus est: sed deus existẽs genuit pa- ad uos. Præterea: Ecce ego uobiscũ sum omnib. Matth.ult.
ter, & filius existẽs genitus est filius. Itaq; nihil re dieb. usq; ad cõsummationẽ seculi. Misit aũt no-
pellit & prohibet adhuc, diuinæ naturæ esse cre- bis de cœlo paracletũ per quem nobiscũ est, & in
dere spiritũ sanctũ, qui ex illa et in illa naturaliter nobis habitat, nõ alienũ nobis effundens, sed suę
etiamsi neq; pater, neq; filius sit. At quæ nam sit substantiæ & patris sui propriũ spiritũ. HER.
spiritus natura, operæ precium est scrutari, allata Assentior. Memor enim sum & ipse diuinæ & sa-
huc nominum proprietate, non quę diuinitatem cræ scripturæ sic loquentis de sanctis apostolis,
indicet, sed quæ bene significet, quis modus exi- quod tentarint quidem in Bithyniam proficisci, Act.19.
stentiæ singulorum nominatorum à nobis intel- & non permisit eos spiritus Iesu. CYR. Quid au-
ligatur. Nã pater ostẽdit quod genuerit, & quod tem, nónne & ipsos sermones dei, ipsius spiritus
genitus sit declarauit filius. Insuper quod spiritus esse dicit? Diuinus enim Esaias reuerendã ac stu-
sit ex deo patre, proprius q; & ipsius filij: sicut et il B pendã nobis dei cõtemplationẽ enarrans: Vidi, Esa.6.
lenoster humanus spiritus, si et in subsistentia in- inquit, dominum Sabaoth sedentem super thro-
telligatur, & existere uere declaret appellatio. num excelsum & exaltatum. Et quibusdam inter
HER. Qualis igitur est spiritus natura? CYR. positis inquit: Audiui dominum Sabaoth dicen
Siquidem intelligeretur, & patris & filij, & arca- tem: Quẽ mittã? & quis uadit ad populum istũ?
ne quidem annuncianda esse, excellere autẽ men & dixi: Ecce ego, mitte me. Et dixit: Vade, ac dic
tis ac sermonis nostri mensuram, diuinitatis glo- populo istũ: Auribus audietis, & nõ intelligite, &
ria. His itaq; qui uidere solent, licet in speculo & uidentes uidebitis, & non uidete. At diuinus Io-
ænigmate, & cognoscunt ex parte, subtiles quo- annes de unigenito, inquit, quãdo uidit gloriam
Dedu. ut ha- dammodo oriuntur splendores, quę ætherẽ men eius, & locutus est de illo. Porro sapientissimus e- Ioan.12.
bea. tis illustrantes illustrent, scientiamq; quantam ca pere possumus, afferunt. Simplex igitur & incõ- tiam Stephanus loquens cũ Iudęis, dicebat: Du- Act.7.
posita est summa natura, & substantiarum pro- ræ ceruicis, & incircuncisis cordibus & auribus,
prietatibus, personarumq; & nominum dilatata uos semper spiritui sancto resistitis. Nũquid iam
differentijs, et in sanctam procedẽs deitatem: ue- quodammodo manifestum, quod secundũ pro-
runtamen naturali unitate, & inuariabili super o- C priã subsistentiã diuersum quiddã pater & quid-
mnia identitate, ad unum quoddam contendẽs dam filius, & quiddã spiritꝰ à nobis cognoscitur,
dei nomen ac rem, ita ut & in unaquaq; tota intel copulaq; cum unitate naturali, aduentus, & ser-
ligatur natura, cum hoc quod adest ei etiam sua mones, & participatio, & efficacia, ac gloria, &
proprietas. Manifestum autem, quod unũquod- quæcunq; diuinã docent naturam, omniaq; om-
que secundũ hypostasim manet id quod est, uni- nium addiscuntur. Verũ hoc me fermè præterfu-
one cum alijs naturali, quæ accipit in propria na- gisset. HER. Quod nãr. CYR. Audis amice cla
tura. Est enim pater in filio & spiritu sancto. Simi mãtes sanctos prophetas: Hęc dicit dominus, do
liter autem & filius & in patre, & in se mutuum. cẽtibus nostris, qui & ipsi spectatores ac ministri
HER. Et unde hæc erunt credibilia? CYR. Sa- uerbi fuerunt. Hęc dicit spiritus sanctus: Separa
cræ literæ, hoc est diuinitus inspiratæ scripturæ te, oro, mihi Barnabã & Paulũ in opus ad quod Act.13.
manifeste tradunt, quod spiritus dei in deo sit: ne uocati sunt. Iam siquidem minor est quodammo
que aliter nos dei sumus participes quàm per spi- do spiritus deo, et substantiã eius sequitur, habẽs
ritum sanctũ. Vnde dominus noster Iesus Chri- diuersitatem natura alienam, & uere existit alteri
Ioan.14. stus, de omni fideli & bono arbitror inquit: Veni us naturæ, nónne melius fuerit priscorum sancto
emus ego & pater, & mansionem faciemus apud D rum quàm Euangelicum & apostolicum minis-
eum. Et in hoc cognoscimus, quod in nobis est, terium, quandoquidem illi quidem sermonem
quia de spiritu suo dedit nobis. Videtur enim qui locuti sunt prædicatũ qui à domino & deo, hi ue-
spiritum dei accepit, quod acceperit uerum & na rò eos qui à spiritu. HER. Verisimile est.
tura deum inhabitantem, non alienum & separa- CYR. At quum alibi Paulus, condemnationis
tum substãtialiter, sed eum qui ex illo & in illo, & quidem ac mortis ministeriũ illud, hoc uerò no- 2.Cor.3.
proprius illius, & æqualem quasi cum ipso pro- minet uitæ, inquiens: Si enim ministeriũ mortis
prietatem ferẽs, sicq; nominatus quasi in loco as- gloria, quanto magis abundat ministeriũ iusticię
2.Cor.4. sumptus filij propter identitatem naturalem. Nã gloria. De seipso & cęteris apostolis: Qui nos fe-
unus quidem deus, per quem omnia, & unus do cit idoneos ministros noui Testamenti, non lite-
minus Iesus Christus, per quem omnia: quum au ræ. Litera enim occidit, spiritus uerò uiuificat. Ibidem.
tem unus sit Dominus secundum scripturas, do- Nunquid omnibus manifestũ & hinc fuerit, etiã
minus spiritus est, nónne uerum est quod dicor absq; labore, quod sermões qui olim et ádeo dati
HER. Sic scriptum est. CYR. Olim beato Sam cõdemnarint antiquos, & in summũ ferè malorũ
psoni cui coma nondum defecta erat, dicebatur induxerũt fastigiũ: iustificant autẽ nunc & uiuifi
adesse, & cum eo pugnare spiritus: ubi autẽ muli cant hi qui spiritus? An non sentis postea, quonã
tandem tendant nostri sermones? HERMIAS.
Etiam

Etiã,at nõnihil inde periculi ac formidinis,ne for
te quid amplius de spiritu,quã de deo patre ac fi
lio sentiamus. Porrò nunc hæc quidẽ uident ô a
mice,sic se habere, sine & bene dicta putentur.
Quoniam aũt deum & in deo spiritum secũdum
naturam dicimus in deitatis proprietatibus,non
habitudine ad deum, sed quasi in propria natura
spect.uerit quis illum decorum, sollicite inquira
mus. CYR. O amice,non hinc euincis, non ha
bitudine ad deũ, sed quemadmodum et nos ipsi
spiritum intelligamus adornatum,sed in propria
natura opulentum sit deitatis pulchritudine quẽ
admodũ scilicet et filius,qui dixit ad patrẽ: Om-
Ioan.17. nia mea tua sunt, & tua mea, & glorificatus sum
in eis. Quod enim honestatum est ad habitudinẽ
quandam non secundum naturam,gloriam om-
nino continet alienã. Quoniam autem suiipsius
nihil est particeps,sed quod particeps est eius,cu
ius est particeps,habitudine quadã ad alia parti-
ceps est. Vnde omnino necessariũ dicere, et alte-
rius esse naturæ. HER. Necessariũ. CY. Iam quis,
dic oro, auferret à substantia patris et Dei sanctũ
spiritũ, qui in illa & ex illa, nõnne in extremã per
ueniret temeritatẽ, etiam si tantũ hoc cogitare ue
lit? Equidẽ opinor solos eos sic cogitare debere
qui carent mẽte ac sano corde. Verum dicamus
quæ dei ac spiritus. Hoc enim & tibi, prudenter
ac necessariò comprobatur. HER. Dicamus.
CYR. Dic igitur,quæ intelligatur à nobis,dei glo
ria,& naturalis efficaciæ uirtus. HER. Dei glo-
riam esse dico,nõn conditam,qua omnis creatu-
ræ mensuram ac naturam transcendit & excellit.
Efficatiã uerò naturalem, posse condere ex nihi-
li,et uocare ea quæ non sunt tanquam sunt,conti
nere in suo esse bene,quæ sunt,uiuificare,sanctifi
care,dare sapientiam his quę sapientię sunt capa
cia. CYR. Examinãdus sermo ille de spiritu san
cto. Nam qui frigida ac puerilia de illo sentiunt,
scient nõ aliunde quàm sic quod minime quidẽ
minor sit,quàm filius qui in forma & æqualitate
dei ac patris, sed potius substãtialiter æqualis est
illi, & par uirtute secundum efficaciã à nobis om
ni modo assimitur. HER. Age igitur hoc,bene
fisus deo,qui dicit:Aperi os tuum,& implebo il-
lud. CYR. Dicam igitur posse facere deos illos
qui non sunt Dij, nunquid naturæ conditæ ac fa
ctæ conuenit? equidem non dixerim. Non enim
minora ut sic excellant,effecerit. HER. Recte
dixisti. CYR. Tuæ enim prudentiæ fuerit tam
hoc quàm illud considerare. Nam si creaturę par
ticipatio posset deificare creaturã, quomodo nõ
esset etiã contrariũ uerũ? Plus enim detrimenti,
quàm emolumenti afferret,fieri participẽ, secun
dum naturam dei. Sed nunquam intelligatur dei
fica creatura. Soli deo tribuenda hæc res, qui suæ
proprietatis participationem sanctorum anima-
bus per spiritũ immittit. Per quem et conformes
facti filio secundum naturam, Dij sicut ille, et filij
uocati sumus dei. Quod enim sumus filij, emisit
Gal.4. deus spiritum filij sui in corda nostra clamãtem:
Abba pater. Itaq; siquidẽ, posse deificare per se-
A ipsum,maius et prestantius est,quàm ut creatura
hoc possit, quis annumeraret spiritum sanctum
creaturis,nisi sit corruptę penitus mẽtis? aut quo
modo diceretur creatura posse efficere Deos?
HER. Non uideo. CYR. Seruitutis autem no-
men ac res, conditam ac factam naturam mẽrito
decuerit,longe autem à diuina aberit. HER.
Plurimum assentior,uerè enim psallit deo: Quo-
niam omnia seruiunt tibi. CYR. Igitur quod ser- Psal.118.
uile à seruitute liberat, & libertatis dignitatibus
honestat,idq; à seipso poterit,prius recedet à cõ-
ditione quæ seruorum est, naturæq; etit summæ
ac liberæ. HER. Annuo tibi tam recta dicenti.
CYRILLVS. Igitur quum clamet beatus Paulus: 2.Cor.3.
Nos aũt reuelata facie gloriam domini ut in spe-
B culo repræsentati,ad ipsam imaginem configura
bimur à gloria in gloriam tanquam à domini spi
ritu. Dominus autem spiritus est,ubi autem spiri
tus domini,libertas est. Insuper & aliter: Non e- Rom.8.
nim accepistis spiritum seruitutis iterum in timo
rem: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum
inquit,in quo clamamus: Abba pater. Sanè cum
gloria filiationis simul semper & libertas comita
bitur. Vnde & dominus noster Iesus Christus san
ctos apostolos, quoniã dignitatibus super natu-
ram honorabat, utpote qui nõ multo post parti-
cipes erãt futuri sancti et liberi spiritus, amicos tã
& liberos uocabat. Dicebat emi: Iã nõ ultra dico
uos seruos, uos amici mei estis. Quia igit domi- Ioan.15.
nus spiritus est,& ubi scilicet fuerit spiritus domi
C ni, quærẽda illic libertas. Quod igitur prognatũ
ex natura libera,nõ coordinatum cum creaturis
& annumerãdum cum creaturis intelligeret esse
id per quod, & in quo libertatis gloriã creatura
acquirit,per quã ex seruitutis ignominia educit,
et euadit? HER. At dicerẽt opinor, quod perfici-
at serui ministeriũ, dum spiritus ea quę Dei sunt,
sanctis affert. CYR. Reputabunt nẽ igitur,si-
cut par est, libertatem esse magnum quid, ex his
quæ per illũ suppeditãtur, atq; adeo dignitatem
ultra creaturarũ uim? Seruile enim est quicquid
productum ut sit. HER. Fortasis ita expen-
dent. CYR. Ipsum igitur ministrũ,non naturali-
ter liberũ, quando quidem sibi ipsi ministrat nihil
transfert aũt ab alio quodam gratiam, an non ne
D cessarium id quod ministrat & mediũ, non ipsam
rem intelligi quæ ministratur? HER. Necessari-
um. CYR. Quomodo igitẽ dominus spiritus est,
si libertatis gloria priuatus,nondum euadat om-
nino mẽsuram serui et subditi: et siquidem est in
naturali gloria deitatis, ministrat quidem non ul
tra, absit: distribuit aũt potius ut sirum naturale
bonum,libertatem. At si uerè illi deesset,esse deũ
secundum naturam, conscribetur quidem inter
ministros & seruos, ministrabit autem quod alie
num,& affert dignis,maius quàm ipse sit. Conce-
det enim his qui ex deo,ut uincãt. Igitur iam me
liores quodammodo et nos quoq; spiritu sancto
utentes gloria quę illo superior est. An non bene
hæc tibi dicere uideor, licet multas absurditates
sermones nostri afferant? HER. Valde bene.
CYR.



CYR. Pergamus autem & per alias rationes,ue-
A ritatem inuestigantes. Reges terræ,num familia-
res quosdã, uel eos qui ex suo sanguine & gene-
re orti,tanto honore honestãt,et regni gloria co-
ronant? quomodo hoc optime & equissime fece
rint? HER. Summis omnino honoribus exaltã
tes. CYR. Regiũ igitur honorẽ et gloriam,quo
quis coronaẽ,seq; et alijs excellẽtior fit, nunquid
reputabit aliquis eo qui honoratur,meliorem &
prestãtiorẽ, uel equalẽ forte,uel deteriorẽ? HER.
Meliorẽ certe & præstantiorem. Illustrem enim
facit quod honoratur. Nõ enim si quid cuipiã ac
cidat, quod gloria illius minus est, aliquo modo
illud dignius efficiet,imò ad fœditatẽ potius de-
ducet. CYR. Bene dicis,sic emi res habet,& recte
B cogitas. Igitur si spiritus sanctus nõ est in natura
& dignitate uerè libera, sed ministrat ut minister
gratiam quæ ab alio est, quomodo Christus in re
gem unctus est,qui spiritus unctionẽ recepit? le- Act.10.
ua enim ad nos scribit sapiens Ioannes: Et uos ac 1.Ioan.2.
cepistis ab eo unctionẽ, & manet in uobis,et nõ
habetis opus,ut quis uos doceat,sed sicut sua un
ctio nos docet de omnibus. De hoc aũt audiatur
Christus per uocem psallentis, gloriam unctiõis
exponens: Ego autem cõstitutus sum rex ab eo. Psal.2.
Nunquid seruus spiritus, dic oro, facit dominũ?
Regia dignitas suam habet naturam, sed apud il
los non est libera. Apage temeritatem. Perit enim,
qui in aduersariorũ incidit uomitus. Oporrebat
quippe libertatem & regiam dignitatem spiritus
C etiam illinc uidere. Etenim de his qui fide iustifi- Rom.4.
cantur magnus Paulus dixit nobis: Quis accusa Rom.8.
bit cõtra electos deiꝰ deus est qui iustificat. Quis Esa.50.
est qui cõdemnat? Soli itẽ diuinæ naturæ ac glo- 1.Cor.10.
riæ unctionem tribuit. Scribit enim iterũ: Et era-
ing t,sed sanctificati estis,iustificati estis in nomi-
ne domini Iesu,& in spiritu dei nostri. HER. Nũ-
quid ut deus iustificat spiritꝰ eos qui peccarunt?
CYR. Etiam ô amice. Deũ enim decet ac solum
à preuaricationibus et culpis abluere obnoxios,
et nullum alium. Deus autem ex deo secundum
naturam est spiritus, ut iam multis sermonibus à
nobis commonstratum est, & amplius common
strabitur, nisi forte onerosum sit. HER. Absit. D
Quod emi utile futurũ est, minime offendet cor-
datores. CYR. Impij igitur,& spe quæ sanctos
decet priuati uiuunt in mundo secũdum scriptu
ras, qui ultra conditorem & creatorem creaturæ
seruiunt. HER. Sic est. CYR. Nunc quũ co-
gnouerimus Deum, & cogniti simus à deo, uni-
uersorum patrem ac Deum nouimus per filiũ in
spiritu? Et testis ipse Saluator noster, de nobis di Ioan.17.
cens: Oues meæ uocem meam audiunt, & sequũ
tur me, & ego do eis uitam eternam, et cognosco
meas,et cognoscor à meis. De spiritu autem san- Ioan.16.
ctis discipulis dicit: Quando autem uenerit para
clet.us, spiritus ueritatis, quem ego mittã uobis,
à patre egredietur, ille testimonium perhibe-
bit de me, An non manifeste deus, qui ut deus co
gnitus & habitans in nobis, non ut creatura et fa
ctura, et seruituti nostræ astrictus, sed ut liber se-
cundum naturã, et ipsius ueritatis existens spiri-
tus, imò ipsa secundum unionem cum filio ueri-
tas. Spiritus autem est ueritas secundum scripturas. Porrò ueritas est Christus. HER. Itaq; natu
ralis identitas cũ filio, quod sit spiritus Deus sufficit nobis ad demonstrationem et uberem pro-
bationem. CYR. Etiam, quãdoquidẽ Deus est
filius, quũ unus sit deus ac pater: et Dominus est
pater, quum unus sit dominus filius. Cõcurrit e-
nim sic, & in utrisq; est ac intelligitur sanctus spi-
ritus, recta ad ueritatem feretur, & à rectitudinẽ
sensuum minime offendetur, credentium mens.
Etenim quod idẽ subsãtia dominus ac deus spi-
ritus est: ita & nominatus est à diuinitus inspira-
ta scriptura. Nam diuinus quidem Esaias inquit
de Israelitis secundum carnem: Descendit spiri-
tus à spiritu, inquit, et deducet eos, sic duxisti po
pulum tuũ, ut faceres tibi nomẽ glorię. Magnus
quoq; Moses deum ac dominum sciens, sic alicu
bi dicit: Dominus solus duxit illos, & nõ erat cũ
illis deus alienus. Et alloquebatur quidẽ in Can
ticis Israelitas: Memor esto, ne obliuiscaris, quan
tum exacerbaris dominum deum tuum in deser-
to. Designans iterum exacerbatũ dominũ ac deũ
propheta inquit: Non legatus, neq; nuncius, sed Deut.9.
ipse dominus seruauit eos, et exaltauit eos omni
bus diebus seculi: ipsi autem increduli fuerũt, et
exacerbarũt spiritum sanctũ eius, et cõuersus est
eis in hostem. An nõ in his manifeste dominum
ac deum, deducentem ac in uia dirigentẽ redem-
ptos, sanctum spiritum uocat, & nõ alienũ? Quo
modo igitur alterius naturæ esset cum Deo, qui
nõ separatus substãtialiter, neq; etiã alienus, sed
proprius eius? Exãcuentes autem, dic oro, quidã
quo nam modo exacerbãt deum? uel quomodo
possent diuersa sapere uolentes, his se opponere,
quæ spiritus probat? HER. Dixeris ipse, tuum
enim fuerit etiam hoc dicere. CYR. Dixerim ita
que spiritus deus cum unione ad Deũ, & spiritus
dominus naturali identitate cum domino. Fiat &
hoc statim maxime perspicuum, quamuis per ali
as uelit incedere cogitans. Vnde quũ nec loco et
circunscriptionibus, quantitatiq; et mẽsuris sub-
iectus sit, hęc emi creaturis magis conueniũt. Dei
tas autem quãtitate caret ac circunscriptione, &
magnitudine, nec situ secundum locum intelligi
tur, quãdoquidem omnino incorporea est, et ip-
se spiritus erit in diuinæ naturæ proprietatib. ho-
nestãdus, cum patre et filio omnia implens, & in
omnibus esse creditus. Dixit enim alicubi per u-
nũ prophetã, is qui omnia in omnib. deus: Nõn- Hier.23:
ne cœlum ac terram ego impleo dicit dominus? Ephe.4.
Apponens aũt hanc rem filio, scripsit nobis Pau
lus: Qui descendit, ipse est, & qui ascendit super
oẽs cœlos, ut adimpleat omnia. Modulatur item
ad deũ diuinꝰ Dauid: Quò ibi à facie spiritus tui Psal.138.
& à facie tua quò fugiam? Si ascendero in cœlũ,
tu illic es: si descendero in infernum, ades. Igitur
si locus nullus, ubi non est spiritus, et omnia im-
pleat

Universidad de Deusto
Biblioteca



pleat spiritus, deus qui implet secundum quod à A
Sap. 2. quodam bene dictum est: Spiritus domini replet orbem terrarum, & hoc quod cõtinet omnia, scientiã habet uocis, quo pacto fieret postea obscurum et incognitum, quod spiritus deus sit, uni one naturali cum deo? Si autem & omnia continet, quomodo esset conditus uel factus? Quum uerbum Omnia, omnem speciem & genus substantiæ factæ scilicet includat quodã modo in se ipso, & aliud manifeste præter omnia demõstret quod cõtineat ea. Quod autem non est in omnibus, sed extra omnia naturaliter, situm erit super creaturas, & naturam eorum quę ab ipso implentur ac cõtinentur transilit: at deus est id quod super creaturam. Nónne uerum est quod dico? HER. Assentior. Veruntamen scias iterum illos B
dicere, & quod sit spiritus conditus & factus. De us enim alicubi, inquit, locutus est antiquis quibusdam: Ego sum dominus, firmãs fulmẽ et condens spiritus, et annuncians hominibus Christũ suum, faciens diluculum & nebulã, & ascendẽs super excelsa terræ. CYR. Quin amice, sancti spiritus gloriam minime designarit quod iam ad ductum est, nisi infirmam & corruptam quis mẽ tẽ habeat. Spiritus enim nominatus simpliciter & absq; additamento, non semper & ubiq; diuinum & sanctum designat, alioqui nõ dicerem eos blasphemare. Sed ijsdem nominibus pronunciatur scpissime, quod dissimilimę naturę fuerit. Spiritus enim est angelus, & anima hominis, & motus aeris ac uentus. Iam cur prętereunt, quod C
suo tempori debetur ac manifestũ esset, et id deo conditori & super creaturam pro sua demẽtia tribuendum putãt? At propheta, imò per illum deus, non proprium dixit afferri spiritum. Absit, ne sic sentiamus. Sed hic est sensus: Quũ essent quidam præ nimia stoliditate putãtes quod absq; omni cœlesti gratia, sibijpsis & alijs possint benefacere, Deus qui super omnia, regios thronos & illustres principatus, & sceptri dominiũ, sibijpsi tribuens suis legibus ac nutibus omnem creaturam dispensari monstrat, ac inquit: Ego sum dominus firmans fulmen, remittens his qui in mundo spirituũ impotens. Condo enim sic spiritũ. Et manifestam faciẽs narrationem. Cuius enim uo- D
luero, inquit, Christi erit: hoc est eius qui ad regnum uncti, & imperium sortiti, nõ me inuito, sed meis imperijs. Diluculumq; et nebula euocatur, hoc est nox et dies, luxq; ac tenebræ. Alioqui dicãt illi quid commune fulmini & spiritui sancto, quid item diluculo et nebulæ cum eo qui ex deo & in deo, an non manifestus est sermo? HER.

Videtur. Quod enim nominatum non est con naturale, et opinioni illorum non consectaneũ, comprobat indecore illos loqui. CYR. Quomodo autẽ et alia rãtione creatura et factura esse intelligeretur, qui unâ cũ unico conditore conditor est, et habet in hoc uirtutem & potestatem non extrinsecus aduẽticiam, neq; ignobilem, neque eam quã ab alio acceperit, sed à seipso et pro
Iob. 24. priam ac naturalem. Dicit enim: Spiritu dei fecit



me, quamuis sacræ literæ affirment deum pulue
rem de terra accepisse, et quasi suarum manuum
opere hominem honestasse. Siquidem uerax est, Ephes.
qui dicit: Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me. HER. Vtiq; uerum est etiam hoc oraculum. CYR. Cur autem & reformationẽ humanorum corporum ac reparationẽ, in nouissimis temporibus non per spiritus efficaciam fore sentiemus? & ante diuinum eloquium inter cætera oracula protulit HER. Quomodo dixisti CYR. Nónne reuicturos mortuos, & suscitandos eos qui in sepulchris eloquiũ, ut opinor, propheticum clamauit, et nos credimus, ad uitam reducente nos deo omnipotente per suum spiritũ. HER. Etiam. Nam quum beatus Dauid & nostrum ex peccato in corruptionem et mortem lapsum scribat, & renouationem prædicit in resurrectione, bene psallit. Sic enim dicit ad deum: Auertente autem te faciem turbabũtur, auferes spiritum eorum, et deficiẽt, et in puluerem suum reuertũtur. Emittes spiritum tuum, et creabuntur, & renouabis faciem terræ. CYR. Itaq; renouatio & corrupti recursus ad innouationem & reformationem, ut probabile est, et mihi uidetur, opus fuerit eiusdem naturæ et efficaciæ, cuius uidetur et id quod in principio dũ inestabiliter formatum est. HER. Assentior. CYR. Quomodo igitur hoc per quod et in quo deus efficax, fado esset et conditũ? Vide enim iam quomodo confitebũtur etiam iam inuiti efficaciam dei esse genitam. Sic enim rem habere dicent, ut nos dicimus. Et quid illinc? Blasphemia deo abominabilis, infames opiniones, et summę imperitię crimina. Dicet enim quis amice, uiris illis congrua sapientia carentibus, deum simplicem et incompositum propriè et summè, non ex natura et efficacia quasi ipse intelligatur ex alio naturaliter compositus esse, sed unum quiddam omnino existere cũ quibus substãtialiter creditur se habere. Igitur si deus dicatur habere efficaciam creatã et factam quæ sit eius propria, hoc est spiritum, etiam ipse omnino erit creatus, alioquí non esset efficacia eius aliud quiddam ab ipso. Nónne odibilis et exosus est sermo ille, et ad magnam impietatẽ propensus? HER. Omnibus modis. CYR. Deducit autem opinio eos et ad aliam absurditatem. HER. Qualem nam dicis? CYR. Dominus uirtutum nominatus est deus, omnino autẽ et uerum est quod psallitur. HER. Verum est, uel quomodo non? CYR. Igitur si quid summæ et diuinæ naturæ subiacet, nec habeat propriam uirtutem, repat autem quasi à fonte dei (prout mihi uidetur) ad singula quę uirtute predita uirtus: quemadmodum scilicet et sapientia et ea quorũ est dator. Nam id quod est secũdum naturam omnium dominus, participatiue erunt et ab eo facta, atq; adeò admiror pulchre dictum. Quid enim habes, quod nõ accepisti? Congruit autem, ut uideatur, si quis sapienter expendere uelit, hoc nonnobis solis, qui super terram sumus, sed etiã omnibus creaturis. HER. Quid nam igitur inde colligitur?



Ephes. 4. colligitur? CYR. Audio beatum Dauid modulantem, & spiritualem quandam lyram pulsantẽ, qui dicit manifeste: Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Itaque dic, quod firmat cœlos, et omnis uirtus rerũ, deus ne sit, an creatura? HER. Deum quidem dico, & meritò. Non permiserim enim creaturis, quod deo non opus habeant, sed sibijpsis benefaciant, & possint saluari aliunde quam per ea quibus saluari possunt, & bene constituũtur, quum naturaliter ad corruptionem excidant. CYR. Firmat igitur spiritus cœlos, non cõditæ ac factę substantię participationem præstans illis, sed ut efficaciam dei propriam donans. Fouere enim ac cõtinere bene, ea quæ sunt, & firmare ita ut durent incorruptibilia & quę in sua natura ægra sunt, ac in nihilum se recursura minantur, fuerit naturæ uniuersum moderantis. Vnde et diuinus Paulus sua ad Hebr. 1. quę nam sit dei natura. Nam inuisibilia eius à creatione mundi, dum per opera intelliguntur, perspiciuntur sempiterna eius uirtus & diuinitas, ita ut inexcusabiles sint, eo quod cognitum deũ non ut deum cognouerũt, uel gratias egerunt, sed infatuati sunt in cogitationib. suis. Ea propter proferet diuinæ naturæ pulchritudinẽ, quasi sub oculos manifestiorem sempiterna eius uirtus ac deitas. Cæterum roborat omnino uirtus, & firmat spiritus cœlos, nõ sicut una creatura ab illo in sublidiũ assumptus, stupiditas enim esset hoc sapere uel dicere, sed ut proprius existens spiritus dei omnia cõdentis & roborantis. Aut siquidẽ non sic habere dicent, respondeant ipsi & cõdant nobis causam, propter quam omniũ conditor creaturis benefitas esse, & perfectũ habere ornatũ effecerit & dederit, per hoc quod participãt de spiritu sancto. Roboraret enim cœlos Iesus, siquidẽ sufficeret solos conditos esse ad hoc, ut bene sint fundata, nec necessaria esset omnino solidatio per spiritum. Sed etiã hoc nõ esse uerũ si examinauerimus, ostẽdetur. Proinde contrariũ probatius erit. HER. Recte dixisti. CYR. Curaũt hominis naturam in perfectionem illi maxime congruã, uix tandẽ ductam esse dicimus, quãdo diuini spiritus expulsionem in se recepit? At nec hoc est obscurũ, si naturæ lapsum & reformationem bonã esse, secum quis expenderit. Nam quũ animal esset propensum ad delictũ, & peccatum quod tunc alienũ & præ nimio amore carnis lanqueret: spiritus ad diuinam imaginẽ transformans, et quasi signaculũ indicius, separatus est, & sic corruptibile ac turpe, & nihil non absurdũ secum trahens apparuit. At ubi uniuersorũ conditor, id quod in corruptionẽ lapsum, ignobile & turpe factũ propter peccatũ iam illi insitum, uoluit ad primæuã firmitatem ac decorem reducere, permisit iterum diuinũ & sanctum spiritũ aduenire, & bene reformare imaginem pulcherrimã, et ad suam effigiem nosaptare. Itaq; cõtinere creaturam, ac ad suã habitudinem ornare, transfigurareq; animal ad similitudinem dei, conditore indigum, & perfectissima dare sin-

gulis creaturis, in alteram naturã reijciemus? uel æqualis naturæ & cõsubstantiale esse dicẽtes ipsi quod ex ipso, & in ipso secundum naturam, perfecto opificio honorabimus? et integram quodammodo illi in factis efficaciam tribuemus, perfectã per filium in spiritu? HER. Recte hoc dictũ esse dixerim. CYR. Quod autem per filium in spiritu omnia per omnia, atq; adeò in omnibus efficacia patris appareat, quomodo non & inde facile uidere licet? Nam sufficeret quidem ad demõstrationem firmatos esse cœlos uerbo domini, & omnem uirtutem illorum esse in spiritu, secundum quod olim bene decantatum est. Asseram nihilominus, quod Christus miracula fecerit per spiritus efficaciã. Scriptũ est enim, quod Iesus ductus est in uirtute spiritus in Galilæam, & quum Iudei impia quædam nugati essent, & efferã aduersus illum linguam exercuissent, eos meritò increpauit. dicebant enim: Hic non ejcit dæmonia nisi Matth. 12. in Beelzebub principe dæmoniorũ. Et post alia: Filij uestri in quibus ejciunt? propter hoc ipsi iudices uestri erunt: si autem in spiritu dei ejcio dæmonia, nónne peruenit ad uos regnum dei? Confiteri enim oportet, unigeniti ex deo patre natiui tatem esse quidem super omnem mentem & sermonem humanum. Vbi autem factus est caro, & habitauit in nobis, diuinę potestatis efficaciã etiã quũ homo esset declarauit. Etenim, inquit, quasi qui nostra conditione obambulabat. Si autem, inquit, in spiritu dei dæmonia ejcio, nónne peruenit ad uos regnũ dei? Hoc nihil aliud est dicere, q̃ quod descendit diuina potestas & uirtus in homines. Siquidem ego sicut uos propter uos factus, miracula operor per spiritũ. Opinor enim, Regnum dei.
quod regnũ dei uocet conuenientissimam in spiritu sancto operationẽ. Vel etiã ipse fortassis spiri Luc. 17.
tus iuxta illud quod de nobis dictum est: Regnũ cœlorum intra uos est. Quando igitur magnifica facit in spiritu filius, quũ deus existat, regnũq; dei uocet potentissimã et inuictam dei potestatem in illo & per illum. Quomodo, dic obsecro, factus esse dicetur, & nõ melior esse quàm creatura omnium conditor, & à nobis ipsis & à supernis spiritibus intelligetur? Glorificatus enim est in creatura, & sortitus est gloriam, ut omnia posset in seipso. Quamuis cur nam per eminentiam eorum quæ facit, & eorum quæ in nos operatus est in spiritu unigenitus, quod Deus secundum naturam sit, & æqualis opera cum genitore, consubstantialisq; uolebat credi, quamuis nobis similis factus Ioan. 8.
sit? Dic enim: Si non facio opera patris mei, non credite mihi: si aũt facio, & mihi nõ creditis, operibus meis credite. Quũ igitur diuina natura ex fulgore operum quæ super naturam fiunt cognoscitur: agnoscuntur autem omnia per efficaciam spiritus. Quomodo ultra creatum est, quod æquale est deo, & simul creat, simulq; uiuificat ea quæ uitæ indiga sunt? An non & posse uiuificare soli uere & naturali uitæ, hoc est deo cõuenit? HER.
Assentior. Scriptũ est enim de illo: Qui solus ha- 1. Tim. 6.
bet immortalitatem, lucem habitans inaccessam.

Universidad de Deusto
Biblioteca



CYR. Igitur quum solus deus in se & in propria A
natura immortalitatẽ sortitus sit, & uita esse creda
tur, quomodo esset spiritus uiuificus, quum sit se
cundũ illos, inter ea quæ uiuificantur, nisi hoc ei
decedat, quod sit creatura? At non sic habet ut illi
dicunt. Spiritus enim uiuificum quiddã est, nec
indiget, ut ab alio uitam accipiat. Insania utiq; fo-
ret, & uaniloquiũ ab hostibus Dei adinuentum,
hoc esse deprehendi tur. Verũ nos non ingrediemur recta, si sentiamus, & illorum nugis appropinquemus: liberabimus aũt mentem à propensione in omnem fœditatẽ ac peruersitatem: & solis sacris literis eruditi, & claram spiritus gloriam in his contuentes, deum esse & ex deo credimus, nõ alienis & externis bonis conspicuũ, sed ipsum secundum naturam existere, id quod & deus. Vnde omnino auscultandũ est apostolorũ uocibus:
Actor. 17. In deo uiuimus, mouemur, & sumus. Et de Deo
1. Tim. 6. ac patre, Timotheo dicit sapientissimus Paulus:
Ioan. 6. Denuncio tibi coram Deo uiuificante omnia.
Christus uero Lazari sororem erudiens dicebat:
Ego sum, inquit, resurrectio & uita. De spiritu item sancto: Caro nihil prodest, spiritus est qui uiuificat. Quis amputaret & eliminaret à uita uiuificam eius uirtutem, & nõ aliud quiddam quàm uitã? HER. Negare enim id quod esse scilicet creditur, imò nec uita crederetur, quod enim priuatũ est, ut secundum naturam non possit uiuificare, quomodo adhuc intelligeretur uita? HER. Viuificum spiritum esse dicunt, ut ministrantẽ creaturis uitam à deo, sed nõ ipsam per se uitam. CYR. Sed
ij qui legem posuerunt & definierunt de his quæ C
super mentem & sermonem, nequaquã tam adulterinam & peruersam reciperent sententiam, imbelle quiddam, ut illis uidetur inuehẽtes. Sed nobiscũ subscribent sacris & diuinis literis, quæ prædicant manifeste uiuificum & sanctum spiritum non ministrum uitæ ab alio, sed ipsammet uitam, & uitæ spiritum. Sic enim iterũ dicit beatus Pau-
Rom. 5. lus: Si autem spiritus eius, qui excitauit Iesum ex mortuis habitat in uobis, is qui excitauit Christũ Iesum ex mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, per inhabitantẽ spiritũ eius in uobis. Itaque spiritus uitæ omnino secundũ naturã ab illo nõ erit alius, secundũ quod irreprehensibiliter habet dum recte cogitatur. Nam esset quodammodo non uita radicem habens uitam, & fontẽ quendam perpetuum, & super omnes creaturas, Dei D
natura. Quod aũt & ex ipsa egrediatur dei & patris substantia non obscurũ, poterint aũt bene & uerè intelligere qui recte sapiũt, ex hoc quod manifestũ dictũ est: Qui excitauit Iesum Christũ ex mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, per hoc quod inhabitat spiritus eius in uobis. prius cm̃ dei, qui in nostris cordibus diuersatur, uiuificus est spiritus. Eum autẽ qui proprius Dei & ex ipso secundum naturam, num uita priuatũ esse concedemus, quandoquidem aduentitiam habet uitam, quomodo non intelligeretur mortuus? Quod enim pati possit, dixerit quis, etiamsi non factum sit in patiendo, ut omne quod aduen-

titium uidetur opinor, quod uel etiã uerè ascitũ, et non carens suspicione quod deficere possit, sed in periculo est quod cadat. Non enim stabilitum est legibus naturæ, nec; etiam inconcussum habet fundamentũ, quod quasi in ordine contingẽtis, & quasi in specie tincturæ, his qui semel suscipiunt, adiectum. HER. Itaq; congruit quod spiritus uitæ naturaliter scilicet sit, & non per participationem. CYR. Amice, etiam omnibus modis. Hoc autem scias bene, & ex aliis sententiis deum quidem dicentem audiet quis, & cõtra seuientes idololatriæ, tantum non fugitiui crimen effundentem. Obstupuit cœlũ super hoc, & horruit plurimum dicit Dominus, quia duo mala fecit populus meus, me dereliquit fontem aquæ uiuæ, & effoderunt sibi cisternas contritas, quæ B
non poterunt aquam cõtinere. Inueniemus autẽ & Dominum nostrum Iesum dixisse ad Iudæos: Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat, qui credit in me, sicut dicit scriptura: Flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Id quod diuinus euangelista Ioannes bene explanans & manifestans, refert in naturam & efficaciam sancti spiritus, & inquit: Ioan. 7.
Hoc autem dixit de spiritu quem acceperuri erant credentes in eum. Ecce iterum manifestè & euidenter aqua uitæ æquali modo & uirtute spiritus est & pater. Vnde & filius opinor ob identitatem substantiæ eodem nomine dicitur. Sic enim natura habet res. Insuper & alio quodam modo acceperit quispiam. Nam quum sanctus sit Deus secundum naturam, sanctus substantialiter spiritus est, perq; illum & in illo, sancti quis particeps fit. HER. Non ut propriam dicunt, sed ut adventitiam habentis sanctificationem. CYR. Itaque quum antea spiritus sanctificatus sit, creaturis liquam sanctificationem non immittit, quandoquidem dicimus uerè, in omni ad transferendum assumpto, id quod per illud alios pertingat esse omnino & alterius naturæ ab illo. Nihil enim trãsferret seipsum ad alios nõ ut seipsum. HER. Verum. CYR. Itaque si non est sanctus natura spiritus, qui in nobis, dicant illi quo'nam modo tandem sortitus sit naturam, si noluerint sanctam illi tribuere. Nõne omnino sermo ille in blasphemiam ineuitabilem tendere uidetur? HER. Videtur. Veruntamen illud dic, quod Christus de se Ioan. 7.
dixit: De meo accipiet, & annunciabit uobis. Et idcirco participem dicunt spiritum filij. CYR.
Minime, abs it. Nam quod ex illo, & in illo, & proprium eius, quomodo particeps eius esset utiquam, & æquali habitudine cum extraneis sanctificaretur, & alienum esset secundum naturam, cuius et propriũ esse dicitur? Graues autem illi, ut putant, diuinorum eloquiorũ scrutatores, & valde subtiles, quare prætermisis illis quæ oportet considerare tam sedulo externis & alienis incumbunt. Non enim naturæ suæ corruptionem manifestabat de se ac de spiritu dicẽs Iesus: De meo accipiet, et annũciabit uobis. Nũquid dixit manifeste, ꝙd accipiet quidẽ de me sanctificationẽ, ydẽ autem & uos quoque sanctificabit? Nam hoc na-



turæ manifestassset sectionem ad inæqualitatem, A
& quasi aliam in alio sanctificationem in spiritu demonstrasset manifeste. Sed hoc quidem nõ dicebat, uerum sermonibus usus est suis, propter identitatem substantiæ, & omnimodam naturæ operis & gloriæ æqualitatem: ita & siquidem aliquid per sanctos uelit forte loqui, uerbũ hoc esset Christi. Non enim loquetur, inquit, à seipso quic quam, sed quæcunq; audierit loquetur. Itaq; quẽ admodũ filius, qui est cõsubstãtialis cũ deo et patre, existẽs Verbũ illius ea quæ illius sunt loquit. Quẽ enim misit deus, uerba dei loquitur secundũ Ioannis uocẽ, quoniã non alia uolũtas est, quàm ea quæ est in deo & patre. Pari modo et sermone, opinor, et spiritus sanctus ea quæ Christi sunt loB
quitur, spiritus existens eius. Et quemadmodum est absurdum, & indocte dictum, nominari quidem hominem id quod uerè homo. Intelligi etiã præter hoc alium, sic stultũ ualde spiritũ quidem sanctum nominari spiritum, etiam ipsum repelli, ne sit secundum naturam sanctus, & ita in aliam detrudi naturam. Non enim gloriæ uel eminentiæ quendam modũ nomen eius signat, quemadmodum scilicet & principatus, & thronus, & dominatio, & de his quæ per illum producta sunt dicuntur. Etit autem potius substantialis quodammodo qualitatis ostensiuum. Quemadmodum scilicet patri pater, & filio filius. Iam siquidem est extremæ imprudentiæ euidens indicium, patrem quidem nominare Deum, intelligere uero ipsum C
non esse patrem: uel et filium quidem esse filium, dicere uero filium non esse ipsum. Quomodo illos ab imperitię culpa liberabimus, qui audẽt uere & natura sanctum spiritum naturali sanctitate despoliare? Quapropter siquidem sanctus secundum naturam deus, sanctus autem & qui ex ipso & in ipso intelligitur spiritus. Quis deinde diuersitatis modus, dico autem secundum substantiã? Vel quomodo non deprehenderentur putris & parui iudicij, qui creaturæ ascribũt hoc per quod & in quo deitatis natura est in nobis. Nõ enim in natura numerandum, quod super creaturam, an non uerus est iste sermo? HER. Et quomodo hoc ambiguum esset? CYR. In quo autẽ sunt ea, quæ sapientiam accipiunt? HER. In sapien- D
tia scilicet. CYR. Itaq; si sapientiã dat spiritus his quæ sapientiæ capacia sunt, sapientia omnino ali cubi erit & intelligetur. Hanc autem diximus esse filium. HER. Quid autem si & homines & angeli, dicunt, sapiẽtes sint, & idonei ad dandum alijs sapientiam? CYR. At non sapientiam ô amice, immittunt ut deus, his qui eam ab ipsis accipe
Actor. 2. re dicuntur, sed docilitatis suæ participes ostendunt. Sanctum enim oraculum hoc esse dixerim. Gratis accepistis, gratis date. Spiritus autem sanctus æqualiter operatur cum deo. Et ita quandoquidem per participationem & inhabitationem seipsum largitur, sapiens omnino faciet per seipsum, & in hoc iterum summæ naturæ efficaciam implebit. Vnde ad Moysen sacrorum ducem di-
Exod. 4. xit omnipotens Deus; Quis dedit os homini, & quis fecit surdum & audientem, uidentem & cecum? Nõne ego dominus deus? Præterea et alio loco per unum prophetam de turba Iudæorum:
Esaiæ 28. In alijs linguis & in labijs aliorum loquar populo huic, & nec; sic credent. Quæ res in Actis apostolorũ, spiritus efficacia agitur. Dicit enim: Cœperunt loqui uarijs linguis, prout spiritus dabat
Actor. 2. eloqui illis. Porro quum Christus dicat suis discipulis, quod ducentur quidem ad reges & præsides, minime autem illos formidare debeant. Non enim, inquit, solliciti quid dicatis uel loquamini, ego enim dabo uobis os. Sancti spiritus efficaciam & natura scripturam sanctam perfectam esse dicit sanctis promissionibus. Dicit enim Christus: Non uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Quomodo igit creatus & factus, & summa natura posterior ac humilior tandem, qui sapientiam docet, quum sapientia sit deus? Quomodo autẽ omnia noscens, & profunda Dei scrutans ordinatur cum his qui nesciunt ea quæ in deo, & seruilem gloriam in seipso à nobis accipiet, quum saluator manifestè di
Ioan. 15. cat: Seruus nescit quid faciat dominus suus. Proinde quum sciat spiritus quæ in Deo & Domino secundum naturam, quomodo non liber & super creaturam, identitate substantiæ, ordinabitur quidem cum deo & patre, ordinabitur autem & cum filio? cum quo & per quem deo & patri gloria cum ipso sancto spiritu in secula, Amen.

Dialogorum Libri septimi finis.

# DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, ARGUmenta euidentia, quod Spiritus sanctus sit Deus, & non creatura,

LIBER.

QVVM posse facere, & concedere creaturis dignitatem, quę creaturã excedit, amplius sit, quàm ferat creaturarum natura & gloria: & spiritus deificet, quomodo esset creatus, & nõ magis deus utpote deificus?

Quum habitante in nobis spiritu sancto, deus in nobis esse creditur, quomodo esset creatura? Non enim possibile est, deum qui super creaturã est, per creaturam in nostrum domicilium introduci. Sicut deo naturali habitante in nobis, non sumus participes creaturæ, sed deitatis: ita habitante in nobis creatura non sumus deitatis, sed creaturæ participes. Igitur spiritus deus, quandoquidẽ est in nobis, per illũ deus uers & naturalis.

Quum omne quod ex nihilo productum, seruiat cõditori, & ministri conditionem gerat: nos autẽ liberi sumus, facti participes spiritus sancti, qui secundum naturam omnino liber est, & quia sic se habet, nec; factus est, nec; seruilis sicut creatura, sed naturæ est liberæ & iugi nesciæ.

Quum spiritus sanctus operetur in nobis diuina dona, sicut uult. Hoc enim beatus Paulus di-

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ephes.1. xit: Deus est, qui operatur omnia in omnibus. Igi A
tur deus & ex deo secundum naturam est.

Psal.102. Beatus Dauid psallit ad uniuersorum Saluato
rem Deum de his quæ in terra sita sunt: Emittes
spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciē
terræ. Iam quod renouatur, sic renouatur, quem-
admodum & ab initio factum est. Et eiusdem uir-
tutis opus fuerit, & initio creaturam produce-
re, & corruptam ad primæuam integritatem re-
ducere. At spiritus renouat creaturā, sicut & eam
ab initio fecit, quomodo igitur est factus uel crea
tus? Non enim per creaturam creatura facta est,
quæ corruptionem passa renouatur, sed per Deū
secundum naturam. Deus igitur & ex deo secun-
dum naturam est spiritus sanctus.

Psal.32. Quum omnis uirtus creaturarū in spiritu oris
dei, sicut psallit Dauid, creatum autem spiritum B
sentientes dicant, à quo & ille confirmetur, & nū
spiritus existens conditę creaturæ, creaturam cō-
firmet, seq; ipsam confirmet creatura nullo mo-
do, deo indigens ad hoc, absurdum autem foret
hoc dicere uel sapere. Confirmamur enim à Deo
per spiritū, & uera psallentis uox est: Spiritu oris
dei omnis creaturarū uirtus. Itaq; spiritus est deus
secundum naturam, & ex Deo, & modis omni-
bus alterius naturæ, quàm creatura quæ ab illo
confirmatur. Iam quod omnino ultra creaturam,
alterius q; naturæ quàm creatura, deus utiq; est, et
aliud nihil.

Esaiæ11. Sapientes nos facit deus, & potentes per filiū
in spiritu. Nā uocatus est spiritus sapientiæ & po-
tentiæ, & quomodo erit spiritus creatus? Nam si C
hoc uerū esset, nihil, ut uidetur, prohiberet, quod
sapiens et potens in creaturis esset deus, factamq;
haberet suam sapientiam. Itaq; creatura ipsum or
naret, & non ipse creaturam, uerum hoc sapere
uel dicere impium. Proinde deus secundum natu
ram & ex deo est spiritus, per quem deus creatu-
ram sapientem ac potentem facit.

2.Cor.4. Beatus Paulus de filio inquit: Dominus autē
Ioan.4. spiritus est. Dicit autem & ipse filius: Deus spiri-
tus est. Aliquādo igitur significat patrem, aliquā-
do uerò filium, & quomodo non est inter illos?
non enim inter creaturas deus agnoscitur, sicut
neq; creatura in natura deitatis.

Quum nō possumus aliter participes fieri dei,
quàm per spiritum sanctum, quomodo extra dei D
tatem intelligeretur, id quod dei participes efficit
per seipsum eos in quibus est?

Aequalem opere & uirtute cū deo dicere crea
turā, hoc est unā ex facturis, summæ impietatis in
dicīū gerit. Quoniam aūt spiritus factus eandem
habet operationem cū patre & filio: manifestum
quod deus & ex deo patre secundū naturam est,
utputa operari potens ea quæ dei. Demonstran-
tur aūt prædicta, per hoc quod manifeste per bea
2.Cor.12. tī Pauli uocem dictū est. Diuisiones aūt donorū
sunt, & idē spiritus: & diuisiones ministeriorum
sunt, et idem dominus: & diuisiones efficaciarum
sunt, idem aūt deus, qui operatur omnia in omni-
bus. Viuificante aūt patre, similiterq; & filio, uiui
ficus est & spiritus sanctus. Vnde beatus Paulus
scribit: Denuncio uobis corā deo uiuificante o- 1.Tim.6.
mnia. Dixit aūt & filius: Oues meæ uocē meā au- Ioan.10.
diunt & sequuntur me, & ego do eis uitam æter- Ioan.6.
nam. Quod autem et spiritus uiuificet, docebit di
cens ipse saluator: Caro nihil prodest, spiritus est
qui uiuificat. Verba quæ ego loquor uobiscum,
spiritus sunt & uita. Scribit etiam beatus Paulus: Rom.8.
Qui excitauit Christum Iesum ex mortuis, uiuifi-
cabit & mortalia corpora uestra, propter inhabi-
tantem eius spiritum in uobis. Igitur qui æquali-
ter operari potest cum deo, deus est, & ex deo se-
cundum naturam. Ioan.6.

Dominus noster Iesus Christus Iudæorum tur
bas perstringens dicebat: Multa bona opera feci Ioan.10.
uobis à patre meo, propter quod illorū lapidatis
me? Et iterū: Pater in me manens ipse facit opera.
Ad hæc fatebatur, quod in spiritu dei ejiceret de-
monia. Quando igitur opera spiritus, opera dicit
esse patris, manifestū autē quod & sua, quomodo Matth.12.
esset ille creatus? Quod si uerum esset, per creatu-
ras pater glorificaretur, atque adeò & filius, si per
spiritum operatus esset diuina signa, id quod ab-
surdum. Deus igitur ex deo secundum naturā spi
ritus est, utpote adimplens opera patris & filij.

Beatus Paulus declarans nouū Testamentum
quod in Christo, nobilius esse uetere legali. Si ad- 2.Cor.3.
ministratio condemnationis gloria, quanto ma-
gis excellit ministerium iusticiæ in gloria? Igitur
lex quidem condemnationis erat ministerū, iu-
sticiæ aūt prædicatio euangelica, sed hi quidem
qui ministri ueteris Testamenti condemnantis,
dicebant: Hæc dicit dominus, hi uerò qui non iu-
stificantis: Hæc dicit spiritus sanctus. Igitur minī-
stri condemnantis Testamenti, meliores essent se
quentibus. Nam hi quidem diuinis ministrabant
sermonibus, illi autem creaturæ uerbis, siquidem
factus esset spiritus sanctus, quomodo igitur ad-
huc excellit ministerium iusticiæ in gloria? Virū
enim melius ac nobilius ministrare sermonibus
qui à deo, uel sermonibus qui à creatura? Verum
neq; meliores, neq; clariores priores quàm poste
ri. Igitur quando dicunt: Hæc dicit spiritus san-
ctus, et ipsi ministrant diuinis sermonibus. Quia
deus et ex deo secundum naturā est spiritus eius.
Quod autem clarius priore sit ministerium poste Matth.3.
rius, fidem faciat dicens ipse seruator ad sanctos
discipulos: Amen amen dico uobis, quia multi
prophetæ ac iusti desiderauerunt uidere quæ ui-
detis, et non uiderūt: et audire quę auditis, et non
audierunt, uestri autem beati oculi. Facti autem Matth.13.
sunt sacramentorum promi in quæ desiderant an
geli prospicere.

Dominus noster Iesus Christus dicebat sanctis
discipulis: Ne sollicīti sitis quomodo uel quid lo-
quamini, quando uos ducent ad duces, uel ad cō
cilia persecutores quidam, dabitur enim uobis in
illa hora. Non enim uos estis qui loquimini, sed
spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Iā bea- 2.Cor.3.
tus Paulus inquit: Num experimentum quæritis
eius, qui in me loquitur? In sanctis spiritus est qui
loquitur,



loquitur, quomodo ergo esset factus, & non ma- A
gis deus & ex deo secundū naturā, utpote cōsub-
stātialis filio, per quē & in nobis est, & loquitur?

Gen.1. Beatus Moses dixit in libro Geneseos: Et fe-
Psal.54. cit deus hominem, secundum imaginem dei fecit
illum. Dixit autem & ipse uniuersorum condi-
Ioan.14. tor per uocem Esaiæ: Ego feci terrā & hominem
super eam. Hoc esse uerum & beatus Iob compe-
rit, dicens: Spiritus diuinus fecit me, at siquidem
esset factus spiritus sanctus, per creaturā facti esse
mus. Iam quo pacto dicit sacra scriptura: Et acce-
pit deus puluerem de terra, & formauit hominē?
Igitur siquidem esset absurdissimum conditoris
Iudic.7. gloriam dare creaturis: est autem spiritus condi-
tor. Igitur deus & ex deo secundum naturam est.

Si quod minus est à maiore benedicitur, iuxta B
beati Pauli uocē, benedicitur aūt spiritualis crea-
tura, quæ sanctificatur à deo, per spiritū utiq; à lō-
ge & indubitato meliore secundum naturā bene
dicitur & sanctificatur. Si autem hoc uerum est,
non igitur creatus est spiritus sanctus, non enim
minus à meliore benedicitur.

Quum in loco & circumscriptione intelligan-
tur quæ facta, spiritus autem sanctus nō sic (scri-
ptum est enim: Spiritus domini implebit orbem
terrarum. Psallit etiā Dauid: Quo ibo à facie tua)
quomodo factum esset quod omnia implet, id
quod profectò ipsi diuinæ & summæ naturæ con
gruit? Nam scriptū est de filio: Qui descendit ipse
Ephes.4. est, & qui ascendit super omnes cœlos, ut impleat
Psalm.138. omnia. Quin & ipse pater dixit alibi ad Iudæos:
Cœlum mihi thronus, terra uero suppedaneum C
pedum meorum, qualem domū ędificabitis mihi
dicit dominus? uel quis locus requiei meæ? Et ite
Hieron.31. rū: Nonne cœlū et terrā adimpleo, dicit dominus.
Aggæ.2. Dicit alicubi deus Israelitis ex Babylone redē-
ptis: Et ego sum, inquit, in uobis dominus, & spi-
ritus meus in medio uestri, confidite. Quādo igi-
tur præsens spiritus est, in nobis est natura & ue-
re deus, quomodo intelligeretur factus, & nō po
Psal.32. tius deus & ex deo secundū naturam, utpote diui
nam præsentiā per se adimplens? Scriptū est: Ver
bo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius
omnis uirtus eorū. Quoniā aūt conuenit creatu
ram à deo roborari, & non à creaturis, quomodo
dubitaretur? Si autē creatus existeret spiritus san-
ctus, roboraret seipsam creatura, & ut bene habe-
at se contineret, nihil ad hoc à deo sumens: imò si D
licet aliquid absurdi loqui, in gloria summæ natu
ræ creatura inuenitur, quando quidē per seipsam
operatur, & propter hoc admirabilis est, sed hoc
absurdum. confirmat autem spiritus cœlos, & ro-
borat creaturam, est igitur naturæ quæ super om-
nem creaturam, hoc est deus.

Si uiuificat spiritus, & uita est secundū Saluato-
ris uocē, quomodo esset factus? nō em uita, quod
aliquando nō existit. Nā si cōditus, esset et ipse cū
aliis ex nihilo productus: sed hoc absonum, uita
autem secundum ueritatem & uiuificus est. Pro-
inde factus non est, sed fuit sempiterne, utpote ex
deo secundum naturam & deus.

Simplex & incōposita est diuina & incorrupti
bilis natura, & omnia ad esse producit ac perficit
per spiritū. Iā siquidē factus esset spiritus sanctus,
sicut dicunt aduersarij, per facturā perficerentur
diuinitatis opera. Quū aūt secundū naturam sim-
plex sit deus, quomodo cōpositus intelligeretur
spiritus eius? Nulla em creatura secundū naturā
simplex est. Etiā aiunt gloriæ spiritus obtrectato-
res: Sanctificationē accipit spiritus sanctus à deo.
Dicit aūt Saluator de illo: Quia de meo accipiet. Ioan.16.

Quod externe datū et agnatū est, etiam ab alio
omnino auferri potest, & quod nō secundū natu
ram possidemus, hoc & abijci possibile est. Igitur
poterit aliquādo spiritus sanctus à sanctificatione
destitui, licet nomē habeat substantię, cuius signi
ficatiuū esse credatur, nō dignitatis uel eminētię:
quemadmodū scilicet principatus & thronus &
dominatio. Nā talia nomina non substantias no-
minatorum cōmendant, significant autē honoris
singulorū mensurā. In sancta autē trinitate pater
& filius, & spiritus sanctus nō eminentiā quandā
manifestāt, sed quid sit id quod nominat, indicāt.

Si substantiæ, & eius quod quid est secundum
natturam spiritus, commendatitiū esse nomē eius
dicimus. Sanctus enim nominatus est, et sanctus
est deus, sic enim illum celebrant supernæ uirtu-
tes, non ut habentem aduentitiam sanctimoniā.
Spiritus ex se sanctus fuerit ac substantialiter, ne-
que erit à substātia eius, alienus spiritus eius. San Esaiæ 6.
ctus enim secundum naturam, quasi ex sancto &
in sancto secundum naturam deo.

Qui creatum esse dicunt & factum spiritum
sanctum, non intelligunt illud, cæci enim sunt,
quod omnis suboperans uirtus minor est uirtute
quæ per se operatur, ut sic dicamus & per suam
manum. Exempli gratia: Data est lex antiquis, di
cta per angelos, mediatore sapientissimo Mose,
sed qui olim legē locutus est, ipse operatus est in
nobis gratiam per fidem, unde & nobilius est mi-
nisterium Christi quàm Mose. Igitur si spiritus
operatur in nobis sanctificationem sub alio ope-
rans, utrum sanctificatum est magis à patre? non
enim aliter sanctificat quàm per spiritum sanctū.
Et sanctificatio per spiritum sanctum, summa &
maxime excelsa est diuina benedictio. Igitur non
subditi modo ministrat spiritus creaturæ sanctifi
cationem, neq; quasi ab alio datam, sed eam per se
ipsam in nobis operante deo ut per spiritum.

Dixit alibi Christus: Si quis me audiet, uenie- Ioan.14.
mus & ego & pater meus, & mansionem facie-
mus apud eum, & apud ipsum diuertemus. Quo
modo in nobis istuc ipsum efficitur ut promis-
sum est, docebit manifeste theologorum sermo.
Beatus enim Ioannes inquit: In hoc cognosci- 1.Ioan.5.
mus, quod in nobis est, quia de spiritu suo dedit 1.Cor.6.
nobis. Sapientissimus uero Paulus: Templum
dei estis, & spiritus dei habitat in uobis. Quomo-
do igitur factus est spiritus, si per illum participes
efficimur, non enim per creaturam erit in nobis
participatio dei. Vel dicant: si factus unus sancto
rum angelorum esset in nobis, essemus ne partici

Universidad de Deusto
Biblioteca



pes, diuinę naturæ? sed hoc non est uerum. Vnde deus in nobis per deum spiritum.

Iudic.16. Scriptura diuinitus inspirata tradit, Sampsoni, quum esset intonso adhuc capillo, affuisse spiritū sanctum, & iterum recessit, inquit, Dominus ab eo, quando capillus male defectus est: quomodo igitur factus est spiritus, siquidem secundum naturam Dominus? Non enim inter creaturas est, quod liberum, & uere dominus.

Ioan.14. Dominus noster Iesus Christus ascensurus in cœlos, sanctos apostolos cōsolabatur, dicēs: Nō relinquam uos orphanos, ueniam ad uos. Impleuit autem promissionem, misso nobis paracleto de cœlo, imo per ipsum facto inter nos. Iam quomodo est factus spiritus per quem in nobis est increata natura Verbi quod omnia condidit?

Valde impiè agunt, qui creatum esse, factumq; uel sentire, uel dicere audent spiritum sanctū. Nā quemadmodum spiritus Dei non est aliud quiddam à deo uero & naturali, etiam si secundum se in propria quadam intelligatur existentia, quemadmodū scilicet pater ac filius. Quod enim, quando in nobis est spiritus, filius in nobis sit propter identitatem substantiæ, & quod secundum nāturam sit proprius spiritus eius, fidem faciet scribēs

Rom.8. diuinus Paulus: Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt, uos autem nō estis in carne, sed in spiritu, siquidem spiritus dei habitat in uobis: si autem quis spiritum dei non habet, hic non est eius. Si aūt Christus in uobis, corpus quidē mortuum est propter peccatū, spiritus uero uita propter iusticiā. Intelligisigitur quomodo spiritū dei dicens, illū & Christū nominauit propter identitatem substantiæ. Quando igitur sicut Christus in nobis spiritus, quomodo esset factus, quum sit deus secundum naturam consubstantialis patri?

1.Cor.14. Beatus Paulus de his qui in ecclesijs prophetāt in spiritu, sermonem faciens, quando in ordine prophetant, & seorsim, tunc spectatores ædificari dicit, annunciantes quod reuera deus in nobis est. Sed & de his qui in scientia loquuntur, nō hominibus eos loqui, sed deo dicit. Spiritu enim loquuntur mysteria. Ecce manifeste eos, qui in spiritu prophetant, deum habere in se dicit, & lingua loquentes deo loqui. Spiritu enim loquūtur mysteria, deus igitur spiritus sanctus.

Omne quod est genitum & factum, hoc omni no minus est diuina eminentia, & summam gloriam longe sequitur. Nunquam enim eandem dignitatem cum domino feret seruile, & cum facto re quod factum. Itaq; iustificat peccantes uniuersorum deus, nimirum habentes potestatem dimittendi peccata. In equali autem ordine iustificat et spiritus sanctus. scribit enim Paulus: Et hæc quidem eratis, sed iustificati estis in nomine Domini

1.Cor.6. nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Itaq; si in æquali ordine cum deo secundum naturam iustificat & spiritus, quomodo non erit consubstantialis cum ipso? Creatura enim nos iustificare non potest.

Quod eandem operationem habet cū deo & patre, est omnino & consubstantiale cum patre. Itaq; quū deus & pater sit uiuificus, æquali modo & spiritus sanctus est uiuificus. Imò pater est uiui- 1.Tim.6.
ficus in spiritu, & testabit scribens Paulus germano discipulo Timotheo inquam: Denuncio tibi coram deo uiuificāte omnia, & domino nostro Iesu Christo, ut serues mandatū immaculatū. Insuper & alijs dicit: Si aut spiritus eius, qui excitauit Rom.8.
Christū ex mortuis, uiuificabit et mortalia corpora uestra per spiritū eius habitantē in uobis. Itaq; uiuificat deus mortuos, uiuificat autem, ut dixi, per suum spiritum, quomodo igitur adhuc est factus? Non enim in creatura uiuificus est pater, sed in consubstantiali & non facto spiritu sancto.

Dixit alicubi deus ad sacrorum ducē Mosen: Exod.4.
Quis dedit os homini? quis fecit surdum & mutum, uidentem & cæcum? non ne ego dominus deus? Et nunc uade, & ego aperiam os tuum. Matthæ.
Quin & dominus noster Iesus Christus promisit sanctis apostolis, si adducantur ad duces, daturū se illis linguam & os. Quin & in Actis scriptum Actor.
est, quod apparuerunt eis diuisæ linguæ tanquā ignis, & sederunt super singulos, & cœperunt loqui uarijs linguis, sicut spiritus dabat eis loqui. Ecce iterum quum deus det homini os, similiter dat spiritus sanctus: & quod æqualem operationem habet, uirtutemq; et potestatem cum deo naturali, quomodo non proprius spiritus eius: imò substantialiter & non creatus, neq; factus?

Si una deitatis natura in sancta & consubstantiali trinitate adoratur, quomodo erit factus spiritus sanctus? Nō enim adhuc erit trinitas, uel claudicabit omnino deitatis plenitudo, si sanctus spiritus connumeretur creaturis, quum beatus Paulus patri & filio spiritum sanctū annumeret. Scribit enim ad quosdam: Gratia domini nostri Iesu 2.Cor.13.
Christi, & charitas dei ac patris, & communicatio sancti spiritus cum omnibus uobis. Nō enim socios & participes creaturarum precabatur fieri eos qui crediderant, sed potius participatione diuinę naturę sanctificari. Impletur autem hoc per spiritualem societatem cum spiritu, per quem diuinæ naturæ efficimur participes.

Beatus propheta Esaias: Vidi, inquit, dominum sabaoth sedentem super thronum excelsum Esaiæ 6.
et eleuatum, circunstantibus scilicet Seraphim, et laudantibus eum. Adjcit autem: Audiui ipsum dicentem: Quem mittam, & quis ibit ad populū hunc? Et dixi: Ecce ego, mitte me. Et dixit: Vade, & dic populo huic, auditu audietis, & non intelligite, & uidentes uidebitis, & non uidete. Porrò hanc uocem à spiritu factam dicit beatus Paulus: Actor.28.
Scriptum est autem sic in Actis de illo & Judæis: Quumq; inter se non essent concordes discedebant. Vbi dixisset Paulus unum uerbum: Bene locutus est spiritus sanctus per Esaiam prophetam ad patres nostros: Vade ad populum hunc, & dic: Auribus audietis, & non intelligetis, & uidentes uidebitis, et non uidebitis. Iam quomodo quum dominus sabaoth loquitur, spiritus est qui loquitur, siquidem est factus? Sed hoc est uerum.



Quia autem spiritus domini sabaoth & proprius eius secundum naturam, loquitur quæ eius sunt. A

Quū deus dicat: Nonne cœlum & terram ego impleo dicit dominus. et beatus Paulus scribat de filio: Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cœlos, ut impleat omnia. Spiritus est, qui implet. Scriptum est enim: Spiritus domini impleuit orbem terrarum. Igitur non est alius à deo & patre secundum naturam, neq; etiam alius est a filio spiritus sanctus, sed ex patre per filium transit ad creaturam, quia & super creaturā est. Nam creatura particeps est non tui ipsius, sed eius qui secundum naturam super ipsam, hoc est dei.

Beatus Esaias dixit de Israelitis: Descendit spiritus, & deduxit eos, deduxisti populum tuum, ut faceres tibi nomen gloriæ. At diuinus Moyses in Deuteronomio iterum dixit: Dominus solus duxit eos, & non erat cum illis deus alienus. Ecce autem manifeste spiritus sanctus dominus & deus nominatus est, non alienus. At siquidem esset factus & abalienatus à diuina & summa natura, neq; uere dominationis haberet gloriam, esset autem & deus alienus. Sed hoc absurdū dictu & intellectu, dominus enim & deus nomina tus est non alienus, deus igitur ex deo secundum naturam est.

Quod & dominus & deus spiritus sit, scimus etiam per ea quæ scripta sunt in cantico Mosē: Memor esto, ne obliuiscaris quod exacerbaris dominum deum tuum in deserto. Beatus autem Esaias: Non legatus, inquit, non angelus, & ipse dominus saluabit eos, & assumpsit eos, & exaltauit eos omnibus diebus seculi. Ipsi autem inobedientes fuerunt, & conuersus est eis in amaritudinem. Ecce iterum quum sapientissimus Moses dicat: Exacerbasti dominum deum tuū, prophetaq; Esaias spiritum sanctum exacerbatum esse dicit, igitur non alienus est à domino & secundum naturam deo spiritus eius, hoc est sanctus.

Qui rectam habent fidem, diuinum numen dicunt esse spiritum sanctum. Scriptum est enim, q; spiritus diuinus fecit me. Atqui corruptam mentem habēt & ipsum factum esse dicunt, uarijs inhærentes uaniloquijs, etiam dicunt: diuinis dicitur est spiritus sanctus, non quod existat secundum ueritatem ex deo & deus, sed sicut etiam homo hoc: Beatus Paulus diuinum nominauit uniuersorum deum. Nam disputans cū Athenien sibus, dicebat: Itaq; genus existentes dei non debemus auro uel argento, aut lapidi sculpto, aut inuento hominis diuinum simile esse existimare. Θειον diui num dicens pro θεος deus. Insuper & Romanis per Epistolam scribit de deo: Inuisibilia enim eius à creatura mundi, dum in creaturis intelligun tur, perspiciuntur sempiterna eius potentia & diuinitas. Vaniloquium igitur est, quod aduersarij dicunt spiritum sanctum dici diuinum, sicut homo diuinus dicitur.

Dominus noster Iesus Christus inquit: Si quis sitit, ueniat ad me & bibat: qui credit in me, sicut dixit scriptura, flumina de uentre eius flueut aquæ uiuæ. Apposuit autem beatus Euangelista Ioannes: Hæc autem dixit de spiritu quem acceperi erant credentes in illum. Itaq; aqua uiua spiritus est secūdum Saluatoris uocem. Inuenimus autem per uocem Hieremiæ uniuersorum dominum dicentem: Obstupuit cœlum super hoc, & inhorruit plurimum dicit dominus, quia duo mala fecit populus meus, me dereliquit fontem aquæ uitæ, & effoderunt lacus contritos, qui aquam continere non possunt. Quando igitur aquæ uitæ fontem seipsum uniuersorum nominat deus: est autē aqua uiua & spiritus sanctus, quomodo non ex deo secundum naturam est, & æqualem & uiuificam efficaciam cum eo habet? Hier.2.

Beatus Paulus scribit: Num experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christi? Adipsos autem sanctos apostolus ipse dominus noster Iesus Christus dixit: Non uos qui loquimini estis, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Igitur quū Christus loquitur, spiritus loquit. Quomodo esset proprius spiritus Verbi quod omnia condidit factus? Omnia enim in ipso facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Ipse autem est, qui fecit omnia, & alius secundum naturā ab omnibus est, & in eminentia deitatis quæ super creaturam. 2.Cor.13. Matth.10.

Quod deus & ex deo secundum naturam est spiritus sanctus docebit, dicens beatus Petrus Ananiæ: Quare impleuit satanas cor tuum, ut mentireris tu spiritu sancto, & segregares de precio agri? non mentitus es hominibus, sed deo. Igitur si quis sancto spiritui mentitur, deo mentitur. Et quomodo non deus secundū naturā est spiritus? Actor.5.

Beatus Paulus seruum se Iesu Christi uocans, segregatum se esse dicit in Euangelium dei. Et iterū alio modo idipsum significans scribit ad quosdam tanquam de deo, qui idoneos nos fecit ministros noui Testamenti, non literæ, sed spiritus. Si igitur testamentum spiritus, nouit esse Euangelium dei, in quod & se segregatum esse dixit, quomodo spiritus sanctus non est deus? Rom.1. 2.Cor.3.

Scribit iterum: Quis autem nouit mentem domini, qui consilium daturus sit illi. Nos aūt mentem Christi habemus, spiritum dicēs habitantem in nobis. Quando igitur mens uocata est Christi, quomodo esset creatura, quum non sit possibile diuinam & immortalem naturam habere aliquid externum, substantialiter in illa? 2.Cor.2.

Galatis scribit Paulus, dicens: Filioli quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Si autem formatur Christus in nobis, spiritu operationem per omnem uirtutem reformante nos ad propriam similitudinem, & spirituales nos efficiente. Igitur spiritus Christi, qui similiter in nobis formatur, deus est. Gal.4.

Accedit quidam in Euangelijs, & dicit ad dominum nostrum Iesum Christum, dicens: Præceptor bone. Respondens Christus: Quid me dicis bonum? nullus bonus nisi unus deus. Quum igitur Christus unum substantialiter bonum esse dicit, & Psaltes alicubi dicit: Spiritus tuus bonus Matth.19. Psal.142.

Universidad de Deusto
Biblioteca



deducet me. Inde quum unus est bonus & spiritus est bonus, manifestum quod est diuinæ naturæ, is de quo uerè dicitur bonum.

2.Cor.7. Beatus Paulus definiẽs de mulieribus legis dicit: Mulier ligata est quanto tempore uiuit uir eius. Si autẽ mortuus fuerit uir eius, libera est: cui uoluerit nubat, tantũ in domino. Beatior autem est, si sic manserit, secundum meam sententiam: uideor enim & ego spiritum dei habere. Quid igitur inde colligimus, si soli deo congruit legem ponere? Legem autẽ ponit Paulus, ut habens spiritum dei. Igitur spiritus qui in ipso deus, qui & ipsi persuasit ut leges statueret.

Ioan.15. In euangelijs Saluator alicubi de se dicit: Ego
Ioan.16. sum ueritas. At beatus Ioannes ostendens spiritum ex substantia patris ac filij, in Euangelijs inquit: Spiritus ueritatis, qui à patre progreditur. In epistola autem: Spiritus est ueritas. Quomodo igitur qui à patre procedit, & spiritus est ueritatis, tantamq; cum filio habet similitudinem ut ueritas uocetur, & ipse sit factus & cõditus? Sed hoc est absurdum. Igitur spiritus est deus, quando quidem ueritas est, & ex patre procedit.

Si quemadmodum, inquit, Christus, qui nascitur ex spiritu, spiritus est: & qui talis, non ex sanIoan.1. guinibus, neq; ex uoluntate uiri uel mulieris, sed ex deo natus est. Deus igitur spiritus est secundũ naturam, qui sanctos regenerat in unitatem cum deo, propter quod habitat in ipsis, & suæ naturæ facit participes.

Participationis sanctũ receptaculum quodam C modo existens agnatæ sanctificationis ipsum per se, primum in natura sua situm erit. Quemadmodum & homo & angelus uel alia quædam creatura. Dicant igitur qui audent nobis dicere spiritũ sanctum esse ex participatione dei ac patris, & nõ naturaliter, quid nam unquam istud per se, sicut priuatũ per se habens. Sed nihil aliud audiuimus apud diuinas scripturas. Non igitur ex participatione, neq; ex compositione sanctus, sed substantia & natura sanctificatiua, & deitatis dei ac patris, ut sic dicam, pinguedo: quemadmodum & dulcedo mellis est, uel florum fragrantia.

Rom.1. Scribit ad Romanos Paulus de saluatore nostro Christo, qui declaratus est filius dei in uirtute secundum spiritũ sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri. Si igi- D tur per hoc quod resurrexit à mortuis, & uiuifica uirtute sancti spiritus soluit uincula mortis Christus, uerus filius declaratur dei, & sic existere intelligitur. Non erit creatura uel factura hoc, per quod diuine uirtutis indicium fit, hoc est spiritus, ut ne per creaturas uideat Christus modo aliquo adiuuari, sed potius propria usus est uirtute, quæ per consubstantialem spiritum.

Vanitati, inquit, creatura subiecta est non uoluntaria, sed propter eum qui subiecit in spe. Itaq; siquidem dicunt esse creatum & factum spiritum, necessario confitendum subiectum esse & illum uanitati, & congemiscere, & simul parturire, ita ut inter seruos liber uix ponitur ad redemptionẽ



est arrabon hæreditatis nostræ. Si qui obsigna- A mur spiritu sancto, cũ deo obsignamur, quomodo erit factus ille perquẽ diuina nobis imago inscribitur, & signacula naturæ non factæ manent in nobis? Non enim alicubi spiritus in nobis instar pictoris diuinam substãtiam pingit, aliud ab illa existens, neq; hoc modo ad similitudinem dei ducit: sed ipse deus existens, & ex deo procedẽs, tanq; in cera quadam in ipsis cordibus sapientiũ, quali signaculum uisibiliter infigitur, propter cõ munionem & similitudinem cum ipso, depingẽs naturam ad exemplarem pulchritudinem, qua secundum imaginem dei natura reformatur, ut dei fiat particeps.

Gen.1. Sitis igitur sobrij & uigilantes ad orandum, B ante omnia uerò charitatem habentes inter uos continuam. Nam charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales estote erga uos inuicem sine murmurationibus, ut quisq; accepit donum, ita alius in alium illud ministrantes, ut boni administratores uariæ gratiæ dei. Vide igitur iterum, quod quum spiritus sanctus potestate sua, & pro suo arbitrio diuina dona dispensat, & unicuique sanctorũ metitur, admirabilis Petrus ex deo hu- 1.Cor. us gratiæ uarietatem & donationẽ esse affirmat, non alienum à diuina natura spiritũ sciens. Deũ igitur quũ Petrus uocet spiritum, quomodo non impius simul & insipiens, qui creaturis annume- Num.5. rare illum, & sanctorum apostolorum prædicationibus contradicere temere audet?

Quis est qui uincit mundum, nisi qui credit C quod Iesus est filius dei, hic est qui uenit per aquã & sanguinem & spiritum Iesus Christus, non in aqua sola, sed & in sanguine: & spiritus est qui testatur, quia spiritus est ueritas, quia tres sunt qui testimonium præbent, spiritus, & aqua, & sanguis, & tres ad unum sunt. Si testimonium hominum suscipimus, testimoniũ dei maius est. Vide, oro, iterum præco ueritatis deum, & ex deo naturaliter spiritum uocat. Nam ut dixit quod spiritus sit, qui testetur, paululum progressus addit, testimonium dei maius est. Creatura igitur, quæ in diuina narratione cum deo patre omnium recensetur, & sanctæ trinitatis completiua est.

Iesu autem Christi natiuitas sic erat: Quum de- Matth.1. sponsata esset mater eius Maria Ioseph, priusquã ipsi conenirent, inuenta est in utero habens de spiritu sancto. Si posse creare soli diuinæ naturæ congruit, & hoc est inter præcipuas eius diuinas dignitates. Condit autem spiritus sanctus in uirgine remplum secundum scripturas, quis illum factum esse dicit, nisi impius simul & insipiens inueniatur, summã enim omnium uituperat substantiam, demittens quodammodo illam, & cui cegens intra creaturarũ terminum, quæ nuper esse inceperunt, & non erant ab initio. In nobis autem non est recens deus, sicut scriptum est: igitur non est factus uel conditus, sed erat in principio diuina & incorruptibilis natura. Si autem hoc, quomodo intelligeretur factus esse spiritus san- Psal.80. ctus, & diuinus qui in deo ac patre?

Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, qui non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. Si spiritus est, qui per fidem quæ in Christum nos regenerat ad salutem, ita ut propter hoc nos facti appellemur dij, quomodo non esset spiritus deus? Quod autem nos, qui credidimus nati sumus ex spiritu, testificabit dicens Saluator ad Nicodemũ: Spiritus ubi uult Ioan.3. spirat, & uocẽ eius audis, sed nescis unde uenit, & quò uadit. Sic est omnis qui natus est ex spiritu.

Quando autem uenit paracletus, quem ego Ioan.16. mittam uobis à patre spiritum ueritatis, qui à patre procedit, ille testificabitur de me. Si à deo & patre procedit spiritus sanctus, & quasi uapor uel qualitas est substantiæ eius, genitus autem & non creatus est pater. Quomodo igitur spiritus, qui ex illo procedit esset factus? Quomodo etiam nos templa dei appellamur, qui spiritum dei accepimus, siquidem secundum quorundam inconsiderantiam non esset deus?

Diui Cyrilli argumentorum libri finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



# DIVI CYRILLI ARCHI-

## EPISCOPI ALEXANDRINI, DE ADORATIONE ET CVLTV IN SPIRITV ET VERITATE, DIALOGVS AD PALLADIVM.

CYRILLVS.

VPeruacaneum opinor rogare ex te, quó nam et unde proficiscaris. Dices enim, sat scio, quod mora omni posita, ad nos è domo contendas. PAL. Verè dicis. CYR. Quis autem est liber hic, quem in manibus gestas? PAL. Euangelicus est, à Matthæo & Ioanne cõscriptus. CYR. Putas autem aliquo cuipiam hunc portandum? Non enim ô Palladi alienus es à studijs, & sunt ij labores siue domi, siue in scholis dulciores. PAL. Bene dicis. Exij ferès hũc sacrum librum, si forte in te inciderem. Quippe quum multum sudarim, neutiquam tamen intelligere potui, quid significare uelit dominus noster Iesus Christus in Matthæo dicens: Ne putetis, quod uenerim ut soluam legem, uel prophetas: non ueni ut soluam, sed ut impleam. Amen amen dico uobis, donec transierit cœlum & terra, iota unum uel apex unus non transibit de lege. In libro autem Ioannis ad Samaritanam mulierem: Crede mulier mihi, quoniam uenit hora, quando neq; in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quoniam salus ex Iudæis est. Sed uenit hora, & nunc est, quando ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu ac ueritate. Etenim pater quærit tales adorantes. Spiritus deus est, & adorantes eum in spiritu & ueritate oportet adorare. CYR. Iam quid in his tibi arduum & profundum, & tuo captui impar uidetur, dic oro mihi? PAL. Sanctus sermo nobis præcipit, à ueterum moribus recedendum, & relinquendam iusticiam quæ in lege. Nam Paulus ijs, qui post acceptam fidem talibus adhuc uacabant, dicebat: Euacuati estis à Christo. Quicũque enim in lege iustificamini, gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide, spem iusticiæ expectamus. Quamlibet autem speciosa & honesta suæ legalis uitæ specimina ostendens, iterum dicit: Quæ mihi lucra erant, ea arbitratus sum propter Christum damnum esse, propter excellentiam cognitionis Christi Iesu domini mei, propter quem omnia pro damnis duxi, habeoq; pro reiectamẽtis, ut Christum lucrifaciam, utq; reperiar in illo, non habens meam iusticiam. Vetus item mandatum non esse absq; omni reprehensione, manifeste affirmabat, & hãc ob rem manifeste etiam pro illa inductam nobis utiliter legem quæ est per Christum, nempe Euangelicam. Scribit autem sic: Abrogatur enim quod præcessit præceptũ propter imbecillitatem & inutilitatem. nam nihil ad perfectionem adduxit lex, uerum erat introductio ad spem potiorem, per quam appropinquamus deo. Et iterum: Etenim si pius illud tale fuisset, ut nihil in eo posset reprehendi, neutiquam fuisset secundo quæsitus locus. Namincusans eos loquitur illis: Ecce dies uenient, dicit dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum, non iuxta testamentum quod feci patribus illorum, in die quum apprehenderem manum illorum, ut educerem eos ex Aegypto, quoniam ipsi non perstiterunt in testamento meo, & ego neglectui eos habui, dicit dominus. Nam hoc est testamentum quod disponam domui Israel post dies illos, dicit dominus: Dans leges meas in mentem illorum, & in corde illorum inscribam illas. Egregie autem nouitatis nomen intellexit ac interpretatus est. Nam dum dicit nouam, antiquauit priorem. Quod autem ueterascit & senescit, abolitioni appropiat. Quando igitur lex nihil perfecit, et abolita uetus lex est, & introducta secunda quæ nos deo uendicet. Proinde quidnam dicit Saluator: Non ueni ut soluam legem, sed ut impleam, & quod congruat ut adoremus in spiritu & ueritate deum ac patrem. Manifestat, opinor, hoc, quod cessare debeat lex, & quod aduentu suo, ac cultu legali nos liberet. CYR. Et in quam latum pelagus quæstionum causa exit? Et quæ auris tam subtilibus contemplationibus sufficiet? & quis oculus clarè intuerì ualebit, ac demonstrare, quomodo noua scriptura, quasi soror & uicina sit, his quæ per sapientissimum Mosen olim diuinè dicta sunt, & quomodo easdẽ res tractent, & quomodo uita quæ in Christo non multum distet à legali conuersatione, si ad spiritualem ducantur contemplationem, quæ antiquis præscripta sunt. Figuræ enim & umbra sunt lex, & pictatis figuratio, quasi grauida in se latentem ueritatis pulchritudinem continens. Nónne ea quæ dixi ita se habere dices? PAL. Profectò ita se habent, sed quæ horum declaratio fuerit, uel quis modus euangelicæ conuersationis? Videtur enim, quod eximamur â uetere lege, & implenda non sint ea quæ per Mosen dicta sunt. CYR. Si quis cõferre uolet, non simplex est sermo. Virtutem autem opinor rem multiformem & multifidam, sic & Christianæ conuersationis gloriã, per plurima bona opera nobis effigiatur. Vnde & diuinus Dauid in Psalmo quadragesimo quarto, assistit quidem ecclesiam Christo uirginem ea stam, quasi reginam, uariegatam autem & deauratam illi addit stolam, sic dicens: Astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato circundata uariegata. Vbi mea sententia, per deauratum uarietatis pulchritudinem continens. Nónne ea quæ dixi ita se habere dices? PAL. Profectò ita se habent, sed quæ horum declaratio fuerit, uel quis modus euangelicæ conuersationis? Videtur enim, quod eximamur â uetere lege, & implenda non sint ea quæ per Mosen dicta sunt. CYR. Si quis cõferre uolet, non simplex est sermo. Virtutem autem opinor rem multiformem & multifidam, sic & Christianæ conuersationis gloriã, per plurima bona opera nobis effigiatur. Vnde & diuinus Dauid in Psalmo quadragesimo quarto, assistit quidem ecclesiam Christo uirginem ea sta, quasi reginam, uariegatam autem & deauratam illi addit stolam, sic dicens: Astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato circundata uariegata. Vbi mea sententia, per deauratum uarietatem honestissima gloria: per uariegatum uero, multigenæ uirtutum species recte significantur. In his enim longe ornatissima est ecclesia, deorem spiritualem habens, qui non carnalibus uidetur oculis, sed in mente & corde statuit iudæum, qui est in abscondito, et per plurimas pulchritudines floridum & eximium se nobis ostendit. Sic enim beatus scribit Paulus: Nõ enim qui in manifesto Iudæus, neq; ea quæ in manifesto in carne circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus. Et circuncisio cordis in spiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo. PAL. Igitur circuncisione spirituali allata, & sacrificijs legalibus subuersis, Iudaicoq; ritu nullum apud nos locum habente, nónne quodammodo parum ueri simile, quod Christus dicit: Nõ ueni ut destruam, sed ut impleam? Vel si non sic res habet, opinor nihil prohibebit & nos, boũ uictimis & thymiamatis, uniuersorum regem deum nenerari, offerre item ei turtures ac columbas, & si quid aliud priscis lege cõstitutum fuit, ut nos impleamus se stinare. CYR. Multum decoris nobis aufers amice, si ita penitus subuersam putas legem, ut nihil commode ex ea nobis proueniat, & ad manifestanda quælibet necessaria nihil utilitatis conineat, et nõ potius accommodatam ad ueritatem ostẽdendam, quamuis scribat beatus Paulus: Legem igitur abolemus per fidẽ? Absit, sed legem stabilimus. Lex enim pædagogus est, & bene ad ducit nos ad sacramẽtum Christi. Etenim ea quæ per Mosen olim dicta sunt priscis, dicimus esse elementa quædam initij eloquiorum dei. Iam si re pulerimus pædagogum, quo modo posthac, uel unde ad finem perueniemus? Nónne iuxta scripturas, impletio legis & prophetarũ est Christus? PAL. Etiam. Nam sic scriptum est. CYR. Impletio autem legis & prophetarũ est, si in ipsum spectent ac se uertant libri legis et prophetarum. Etenim & Iudæorum incredulitatem redarguẽs uos apud patrem. Est qui uos accusat Moses, in quem uos speratis. Nam si credidissetis Mosi, credidissetis utiq; & mihi, de me enim ille scripsit. Si autem illius scriptis non creditis, quomodo uerbis meis credetis? Aduenisse igitur si dicatur soluturus quidem legem minimè, sed impleturus eam, ne intelligas, quod omnino nõ oporteat facere ea quæ olim definita sunt, sed potius intelligenda est transformatio quędam, & ut sic dicam, eorum quę in typis tradita sunt, transfiguratio in ueritatem. PAL. Recte dicis. CYR. Et quid nam tale uelles fieri à Christo? Qui in tabulis & picturis artificium suũ ostentant, nõ statim quando pingere incipiunt, absolutam & ex omni parte perfectam speciem pingendo exprimunt, sed adumbrant prius & coloribus obscurioribus effigiant, & deinde ut libuerit liniamenta adhuc opaca decentibus & congruis coloribus illustrant, atq; ita figuram in claram speciem, quæ incomparabiliter melior quàm ab initio apparebat, trãsmutant. An non sic habet? PAL. Equidem diuerim. CYR. Porrò & fabri ærarij, statuam solidaturi, primum obscuram speciem in cæra faciunt, deinde illi igni liquefactę æs infundunt, et sic opus suum producunt, ut nouam speciem ac pulchritudinem habeat, adiectis ad umbras uarijs colorum speciebus. Et apparẽt quidem, dum æs æram liquefacit, aboleri prima liniamẽta, res autem ipsa non sic habet. Verè enim dicere possunt & faber ærarius & pictor: Nõ destruximus umbras, nec omnino inutiles figuras fecimus, sed impleuimus potius. Nam quod in umbris & figuris tãtum obscurè deformiterq; uidebatur, id ad meliorem clariorem q; formam productum, conspicuum est. PAL. Bene dixisti. CYR. Et siquidem sacram diuinitusq; inspiratam scripturam quis recte perscrutari uelit, planè sciet, uerũ esse quod dico. Moses enim uelamen super faciem suam ponebat, eo quod non possent filij Israel respicere faciem eius propter claritatẽ faciei illius, sicut scriptum est. PAL. Et quid hoc significabat? CYR. Crassiores Iudæorum mentes quæ externa legis uidebantur quodammodo ferre posse, hoc est, ea quæ per literam legis dicebantur: at intolerabilia erant & inaccessa quæ intus latebant, & ut sic dicamus, uera sensuum facies. Ea propter & diuinus Paulus scribit nobis: Vsq; in hunc diem idem uelamen, in lectione ueteris Testamenti manet non reuelatum, quia per Christum aboletur, sed usq; in hunc diem, quando legitur Moses, uelamen super cor eorum positum est. Hactenus Iudæorum res promouerunt. Nos autem omnes, inquit, reuelata facie gloriam domini ut speculo repræsentantes, ad ipsam imaginem transformamur, à gloria in gloriam, tanq; à domino spiritus. Dominus autem spiritus est. Quemadmodum enim qui in speculum uident, imaginem & figuram ueritatis, & non ueritatem intuentur: ita & qui Christianæ uitæ pulchritudinem uidere desiderant, & lege quasi speculo utuntur, uotorum suorum utiq; compotes erunt. nam illam rerum imaginem ad ueritatem transformantes, scient pure quid deo maxime placeat ac gratum sit. PAL. At quo pacto congruum fuerit, olim & ab initio priscis, nouam & Euangelicam legem non esse datam, sed figuras duntaxat & umbras eis præscriptas? CYR. Euidentior quidem dispensationis modus quomodo se habeat, deo qui scit omnia, relinquendus est. Nihilominus tamen uel in mediocrem noticiam, rationum bonarum cogitationes, quæ certiores sunt, nos adducunt, uel saltem ut dispensationis occasionem scire uideamur, Itaq; dicimus, quod liberati ex Aegypto opus habebant instructione & educatione quasi pueili. Erant enim adhuc crassi, & ad absurda quæq; facile seductiles. Nam his qui ineluibili & immodico carnis amore infirmi, & affectionibus quasi ineuitabilibus obnoxij erant, ferè impossibile erat, & minime integrum, ut statim arduam quandam ciuilitatem & uitæ rationem arriperent, quæ tam præclara sit ac admirabilis, ut ambuletur quidem super terram, nuncupatus autem habeatur in cœlis, secundum quod scriptum est. An non perfectorum quidem est solidus cibus, paruulis uerò lac conducibilius est? PAL. Vtique. CYRILLVS. Pueris igitur opus erat eruditione, quæ per

Universidad de Deusto
Biblioteca



per figuras, & ut sic dicam, uictu delicatiore, non A
sermone ad consummatam perfectionem ducen-
te. Iracliticæ enim leues erant, parumq; sapientes,
& in quamlibet affectionem facile rapiebantur,
& si quis mores & conatus eorum diligenter spe-
ctarit, opinor quod nec umbra digni erant, id q̃d
Exod. 32. Moses ostendit. Nam quum deus præciperet, ut
Moses legem susceptur us, in montem conscen-
deret, mox illi defecerunt à deo, & uitulo facto,
miseri dicere ausi sunt: Hi sunt dij tui, qui eduxe-
rũt te de terra Aegypti. Vnde Moses tantam in-
constantiam ægre ferens, tabulas in quibus lex e-
rat, confregit, neq; umbra, neq; figuris, neq; ulla
doctrina cœlesti dignos arbitratus. Ad hæc tam
stupidæ mentis erant, ut immemores omniũ mi-
raculorũ, quæ propter ipsos per diuinam poten- B
tiam facta erant, uitulo diuinum honorem tribue
rent iterum, & ad cultũ Aegyptium, uel memo-
ria redirent. Porrò in lapideis quidem tabulis lex
depingebatur digito dei, ut scriptum est. Et erãt
illa quæ fiebant, figura eorum, quæ credita sunt à
nobis per Christum esse facta. Quippe omniũ do-
minus deus sui consilij scientiam quodammodo
in nobis scribit, filio quasi calamo utens in spiri-
tu. Ita enim illũ per Dauidem nominauit, dicens:
Psal. 45. Lingua calamus scribæ uelociter scribentis. Pa-
tris enim calamus, hoc est filius omniũ cordibus
inscripsit omnis boni scientiam, quasi quodam di-
gito dei, spiritu tam suo quàm patris usus. Sanè
spiritum digitum dei nominabat, dicẽs quodam
Luc. 11. loco: Si autem in spiritu dei eijcio dæmonia. Et C
2. Cor. 4. Paulus nos uocat spiritualẽ epistolam: Vos estis,
inquiens, epistola nostra, uos estis inscripta quæ
legitur ab omnibus hominibus, declarãtes quod
estis epistola Christi subministrata à nobis inscri
pta, non atramento, sed spiritu dei uiuentis: non
in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis.

PAL. Et ipse fateor ea quæ in lege, umbram &
figuram fuisse, ut nosti. Age igitur tenui & subti-
li mente ea quæ in lege prædicta aggrediamur, et
ueritatis pulchritudinem diligẽter inquiramus,
sitq; posthac nulli sacramentum cultus in spiritu
obtectum. CYR. Fateor me abhorrere, & tar-
diorem ad hoc. Quæ enim tam reconditam & e-
minentem sortita sunt contemplationem, huma
num opinor captum transcendunt, atq; adeò ut
Hiere. 2. si quis profunditatem talium cõsiderationũ scru D
tetur, iure dicat: Quis sapiens & intelliget hæc, &
sapienter cognoscet ea? PAL. Non caret difficul
Luc. 11. tate res. Attamen Christus dicit: Petite, ac dabi
tur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperie
tur uobis. CYR. Eamus igitur ad uenandũ quod
cõducibile, sed premittamus preces, ac dicamus:
Psal. 118. Reuela oculos meos, & cõsiderabo mirabilia de
lege tua. Dicendum autem ante alia, ut uidetur,
de ruina hominis in peccatum, deq; seruitute &
captiuitate eius ab omnibus inimicis, & quomo
do oporreat à malicia regredi, ac excutere iugum
seruitutis ab illis impositum, sicq; redire ad deũ,
qui à principio nos seruauit & adiuuit. Hac uia si
sermo progrediatur, succedent, opinor, bene &

reliqua. PAL. Rectissimè sentis. CYR. Posse
afferre fructus & hostias spirituales deo, uel etiã
fortiter agere, & uirtutes probatiores facere, nun
quid conuenit his qui à seruitute ac tyrannide af
fectionẽ nõdum liberati? minime, sed his quorũ
mens aliquo modo ad libertatem remergit, & ite
exercet, ut diabolicæ improbitatis iugum excu-
tiat. PAL. Assentior, recte enim dicis. CYR.

Dicimus etiam, quod homo quidem initio pri
mum factus est, habens mentem peccato & affe-
ctionibus quodammodo adhuc superiorem, no
omnino quidẽ mutationis ad quiduis uellet ca-
pacem. Nam uisum est rectum deo conditori om
nium, permittere illi suarum uoluntatum guber-
nacula, & tribuere spontaneis motibus facere q̃d
placebat. Voluntaria enim & non quasi exne-
cessitate uidere oportebat uirtutẽ, neq; ita in na-
turæ legibus insitã, ut excidere nõ posset, id quod
summæ omnium substantiæ ac eminentiæ pro-
priũ fuerit. At ubi deo conditore animal hoc fuæ
naturæ tationibus absolutum est, accepit statim
similitudinem ad illum. Insculpta est enim ei diui
næ naturæ imago, inspirato sancto spiritu. Ipse e-
nim est spiritus uitæ, quandoquidem uita secun-
dum naturam est deus. PAL. Nunquid diuinus
spiritus, homini factus est anima? CYR. Et quo
modo non absurdum hic, uel cogitare tale quid-
dam? nunquid anima permansit immutabilis &
eadem, & nunc est mutabilis? at quod mutabile,
minime spiritus est, uel siquidem mutabilitate la
borat, in ipsam diuinã naturam statim transit ma-
cula: quandoquidem spiritus, qui substantialiter
ex utroq;, hoc est ex patre per filium procedit, est
dei ac patris & filij. Imperite igitur putant spiritũ
in animã esse trãsmutatũ, & in hominis transisse
naturam. Verum quod conditum est, ineffabili
uirtute animabatur, donoq; spiritus statim orna-
batur: non enim aliter diuinæ imaginis capaces
fiebant: non enim aliter diuinæ imaginis capaces
sumus nos. PAL. Bene dicis. CYR. Porrò ubi
deus opus suum ita adornauit, cõcesserit illi in pa-
radiso degere. Quoniam autẽ tam præclaris do-
nationibus ornatum oportebat, non sinere in arrogan
tiam facile prolabi, præsertim ignorantem seruitu-
tem, & conditionem mancipiorũ. Etenim no-
bilitatis immodica amplitudo, imò uel mediocris licẽtia, superciliosam & maledictã afferet affe-
ctionem, ea propter data est continentiæ lex, qua
dominum agnosceret, ut per eam ad memoriam
semper uocaretur, eius qui tanta cum potestate
imperauerat, & sciret manifeste, se imperantis le-
gibus subiugatũ. At non quiescebat interim pro
phana illa, deoq; exosa bestia. PAL. Dixeris, o-
pinor, satanam, qui e cœlorum summis tanquam
fulgur præcipitatus est: uidebatur enim admodũ
pueriliter se gessisse, quod uoluerat esse deus ima
ginando ea quæ super naturã suam sunt, sua esse.
CYR. Recte coniectas. Inuidiæ enim & pecca-
ti inuẽtor, otiosus esse nolebat, circa terrestrem hoc
animal, hoc est hominem: sed dolo & impostoris
latenter inuasit, & usus uersutię organo mulieris,
inobedientem effecit. Semper enim uoluptates,
quæ



quæ cum nobis & in nobis sunt, ad fœditatem, A
hoc est ad peccatũ decutiunt. Voluptatis autem
figura mulier est, & mens sæpe uoluptatum ille-
cebris ad id quod non uult decurrit. Itaque quod
in Adam quasi in crasso opere & sensibiliter ac-
cidisse uidetur, hoc & in unoquoq; nostrum spi-
rituliter & abscondite uiderit quis impleri. Vo-
luptas enim, præstigijs menti imponit, eamq; im-
pellit, ut nihil opinetur esse, si præuaricetur le-
Iudit. gem dei. Hoc credibile faciet Christi discipulus,
dicens: Nullus qui tentatur, dicat, quod à deo ten
tetur. Deus enim non est tentator malorum: ten-
tat autem ipse nullum, sed unusquisq; tentatur à
concupiscentia sua, quum allicitur & inescatur.
Deinde concupiscentia ubi conceperit, parit pec
catũ: peccatũ uerò consummatũ, progignit mor- B
tem. PAL. Verus hic sermo est. CYR. Destitu-
ta itaq; dote sua, gratia inquam diuina, & nudata
primis bonis, ejecta quidẽ est à paradisi delicijs,
& statim deformitatem induit hominis natura,
mortalemq; se esse declarauit. PAL. Impia em
diuinorum bonorum nihil aliud est, quàm boni
desperatio. Infirma utiq; erit hominis natura per
quam facile. Nam in quoduis absurdum prolabi
tur, nisi contineat illam seruatoris gratia, cœlesti-
bus suisq; bonis locupletãs. CYR. Bene dicis.
Probauerim enim & ualde meritò. Nutrit enim
robur spirituale, panis uiuens, hoc est Verbũ dei.
Scriptum est enim: Panis cõfirmat cor hominis,
liberatiq; à seruitute & affectionibus, & gloria li-
bertatis supra modum ornat. Cæterum ubi deus C
manum quasi contrahit, & auxilium suum suppe
ditare nobis cessat, necessariũ quodammodo est,
nos etiam in mala inuoluntaria incidere, & om-
ni uirtute excidere, & subire quasi alterius iugũ,
& in tãta peruenire mala, ut prope necessarium
sit, etiam intellectum qui nobis ad omne bonum
seruit, & intra nos habitat disperire, diuinaq; sa-
pientia uacuum ostendi cor eius, qui passus est il
lud prostituí satanæ, illiusq; libidini & contume
lijs subijci. PAL. Demonstres hoc uel nudis ra-
tionibus. CYR. Minime. Demonstrabo enim
bene ut habet, & ea quæ ueteribus euenerunt, in
dustrie ad figuram spiritualium tractabo. Quę e-
nim sensibiliter ac uisibiliter facta, eorũ quæ sub-
tiliter contemplamur, euidentes & manifestíssi- D
mæ imagines fuere. Scriptum est enim de patriar
cha Abraham: Et facta est fames super terram, &
Abraham descendit in Aegyptum, ut illic fieret
peregrinus, quoniam inualuerat fames super ter
Gen. 12. ram. Nam relicto dulci natali solo, profectus erat
ad eam quam dominus deus ostendit. Exi enim,
inquit, de terra tua, & de cognatione tua, & ueni
in terram quam demonstrauero. Quum uerò in-
grauascceret fames, & inuitabile damnum affer-
ret, cogebatur etiam nolens Aegyptiorum terrã
inuisere, & aduena quidem illic esse, licet non
incola PAL. Quid hoc fuerit? CYR. Optimam
nobis obscuriorũ considerationẽ figurat. PAL.
Quo pacto? CYR. Incredulitatem Iudæorum

olim increpans deus, dicebat: Ecce ego mittam
famem super terram, non famẽ panis, neq; sitim Amos 8.
aquæ, sed famem audiendi sermonẽ dei, & ab ori
ente usq; ad occidentem obambulabunt quæren
tes sermonem domini, & non inuenient. Amice,
nónne ij, qui tali fame oppressi sunt, & abundan
tia quæ uirtutes cõtineret, excidere, nec habuere
cibos cœlestes & supernos, cogentur omnino pe
regrinari, & mentẽ quasi exulem facere, quæ de-
scendat tandẽ ad fœdiora, & pellatur à sua in uir-
tute nobilitate quasi à propria terra, ac concedat
in alium habitum & uoluntatem, ut iam nõ deo,
sed diabolicis sceptris subdita sit. Pater enim &
rex est peccati, qui primus illud in mundum inue
xit. Ad cuius imaginem & figuram recte quis as-
similarit Pharaonem, Aegyptiorum principem, B
apud quem densæ ad seducendum & errandum
tenebræ, nullusq; omnino resipiscendi à pecca
to modus. PAL. Et quid hoc contristauit beatũ
Abraham, quod peruenit in terrã Aegyptiorũ?
CYR. Mire & fermè hoc erat ei supra omne ma-
lum, id quod facile discres, sacra dicente scriptura:
Factum est autem, quãdo Abraham ingressus est Gen. 12.
in Aegyptum, ut Aegyptij uiderunt uxorẽ eius,
quod esset ualde pulchra, & uiderunt eam princi
pes Pharaonis, & introduxerunt eam in domum
Pharaonis. Vides igit amice, quod ferè perissset
illi uxor? PAL. Res hæc ualde aspera, & ad con-
tristandum sufficiens. CYR. Etenim hoc circa
nos spiritualiter euenit, si quãdo ab honestate ac
uirtute cõsueta ac dulcissima, quasi à propria pa-
tria excidimus, & ad deteriora uenientes, satanæ
sceptris subditi efficimur, tunc undiq; malæ ac ad
uersariæ potestates, & insidiantur grauiter, licet
uiderint quempiam sibi non subditũ, habere uxo
rem deformem, operam adhibent & curant, quo
modo illam sui ducis seminationi & concubitui
subijciant, ut iam non deo, sed satanæ fructum fa
ciat. Cibi enim eius electi, sicut scriptum est. Con
taminant uerò mentem, quasi captiuam & perdi
tam quandam, & nisi quis multum ad libertatem Abacuc 2.
respiciat, in eorum abibit seruitutem. Afferunt
nonnunquam terrenas uoluptates, & inutilibus
delicijs locupletant, quemadmodum scilicet Ae
gyptiorum principes beatũ Abraham, ut dimit-
teret coniungem, cupientes illũ honoribus oble
ctare, & munerũ oblationibus mœroris eius gra-
uitatem lenire. Scriptum est enim, quod Abra-
ham bene usi sunt propter eam, Saram scilicet. Et
fuerunt ei oues & boues, uituli & asini, serui &
ancillæ, muli & cameli. Quærit enim satan occa-
sionem decipiendi nos, ut quasi semine & fructu
nos priuet libertatis, suæq; libidini & contume-
liæ mentem crudeliter subiuget, terrenisq; alli-
get concupiscentijs. Peruenit enim in eam olim
insaniam, ut & cũ Christo congrederetur. Et sur-
sum ducens eum, inquit, monstrauit ei omnia re-
gna mundi in momento temporis, & dixit ei dia
bolus: Tibi dabo potestatẽ hanc omnem, & glo- Luc. 4.
riam eorum, quia mihi traditæ sunt, & cui uolo

Universidad de Deusto
Biblioteca



do eas. Tu igit si adoraueris me, habebis omnia. A
PAL. Bene quidem habet, sed dic rogati, & quę utilitas sic afflicto, uel quomodo alleuiabitur?
CYR. Deus sua gratia, uir egregie, mentem ægram, diaboli pedibus omnino subiacere nō permittit, sed propugnat & eximit eum qui seipsum iuuare nequit. Videres si uelles hoc factum & in patriarcha Abraham. Nam quū iusto omnis spes adempta esset, nihilq; omnino haberet quod ageret, mediator affuit deus, & uxorem ab Aegyptiorum libidine eripuit. Corripuit enim Dominus Pharaonem cruciatibus magnis & terribilibus, domumq; eius propter Saram uxorem Abrahæ, dimittebantq; iusto uxorem absque contumelia. Deus igitur solus eripuerit facile captiuam mentem è diaboli manu, inq; pristinam restituerit honestatem. PAL. Destituimur igitur interdum cœlestibus bonis, & ad turpia et abominabilia detrudimur? CYR. Sic dico. PAL. Nunquid hoc decet deum optimum, ut in aliquid tale nos sinat incidere? CYR. Decet sanè hoc deum maxime, & nisi hunc erga nos seruaret animum, te ita uellet, minime bonus, & uirtutū amans esset. At nos ipsi accersimus nobis id mali, uniuersorum domi num ad iram prouocantes. Immittit enim sic in mentem infirmam ac imbellem. An non claman tem audis per unum sanctum prophetam: Ecce ego do super populum istum infirmitatem, & in firmi erunt in eo patres & filij simul, uicinus & Rom.1. proximus eius peribunt. Et de aliquibus scribit sapientissimus Paulus: Et sicut non probauerunt ut deum agnoscerent, ita tradidit eos Deus in reprobam mentem, ut facerent quæ non decet. Manifestum autem & hoc diuinus Esaias facit, dicēs quasi ex persona filiorum Israel, eorū qui in pec- Esa.54. catum ceciderant: Ecce tu iratus es, & nos peccauimus. PAL. Nunquid si nos ab honesto mentem auertimus, & peccatis obnoxij sumus, reijciemus causam in deum, & impingemus ei irā quasi propter illā peccauerimus? CYR. Minime quidem illum incusabimus. Nam hoc esset insania. Dicentes autem: Quia tu iratus fuisti, & nos peccauimus talē quiddā intelligimus. Nisi tua iuuaremur benignitate, ô domine, nihil prohiberet, quin à peccato uinceremur, propter naturæ nostræ infirmitatem, atq; adeò semper posthac malitiæ implicaremur. PAL. Intelligo quod dicis.
CYR. Diuina itaque protectione, & misericordia exuti, pœnasq; stultitię & animię in peccatum procliuitatis luentes, infirmi & captiui, & quicquid tale est, esse declaramur. Id tibi ex Hieremię eloquijs, si ea legeris, cōtueri liquido cōceditur. Etenim effera ludæorum multitudo, quamuis diuina beneficentia opulentas diuitias possideret, et in delitijs uersaretur, ac omnibus dominaretur inimicis, inq; summam & securissimam quæ hominibus cōtingere potest, nobilitatem peruenisset, inobedientiam tamē grauem, & peruicacissimam præ se ferebat, quasi uale Mosaicis mandatis dicto, & omnibus quæ prædicta erant, ita con



à Deo, & morali modo in Babylonem transmi- A
grat extorris, à finibus terræ sanctæ in qua notus deus, & magnum nomē eius. Etenim qui tantas ærumnas tulerunt, & in manus hostiles incide-
runt, & seruitutem apud inimicos ferunt, clama- Psal.78.
uere: Super flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus quum memores essemus Syon. Labo-
rat enim tali modo mens humana. PAL. Quid est hoc quod dicis? CYR. Nam ignaua quidem & supina semper illo est quo dammodo in desidę rijs bonorum, quę in manibus sunt, nec ualde intendit his quæ in potestate habet: at si aliò uocetur, & contingat priuari bonis preclaris quę possidet, tunc tandem sentit, quæ passa est, & quanto conatu ac robore insidiatorem & tentatorem repellere oportuerat. PAL. Verum est. CYR. B
Necessarium igitur, consultum & multum conducibile, prænoscere molestias, & inuoluntariæ seruitutis insidias, & præuertere uelociter dum tentamur, ea quæ omnibus malis nos subijcerēt, si succumberemus. PAL. Sic habet. CYR. Iam siquidē diuina ira nobis durissimæ seruitutis imponatur iugum, atq; etiam ut in reprobam mentem ueniamus, & obluctari difficillimum sit, dixerim utile esse, uel meminisse saltem ex quibus in quæ transierimus, & amarè deplorare ignominiam, supernię præsidij raritatem. Tristicia enim secundum Deum, pœnitentiam ad salutem non pœnitendam operatur. Quando autem diuina ira nobis nondum intentata est, & adhuc restat facultas uolendi ac faciēdi quod placet, possideC-
turq; liber & non coactus ad utrunque bonum inquam, & malum motus, strenue uitāda est mol
licies ad malum, & excutiendæ uoluptates hosti les, ne in aduersariorum manus ueniamus, qui huic seculo dicuntur imperare, etiamsi res postea feliciter succedant: de felicitate inquam, quæ in hoc mundo alicuius precij est. nam finis omnino secum turpitudinem & miseriam afferet. PAL.
Quomodo dixisti? CYR. Vis dicamus de uete- Gen.42.
ribus exemplis? PAL. Admodū placet. CYR.
Quum fames olim totam, ut dicitur, depopulare tur terram, uisum est filijs Iacob utile, ut proficiscerentur ad Aegyptios. Adolescētes autē erant numero decem. Profectionis causa erat emere ali menta, neq; ulla alia erat. Vbi aūt illuc uenēre, & D
agniti suis esse fratres Ioseph, qui frumenta distribuebat, & princeps Aegyptiorum erat, remq; ratio ad Ioseph: Dic fratribus tuis, hoc facite. Imple
te sacos uestros, & abite in terram Chanaan, ac-
ceptoq; patre uestro aduenite, nec parcatis ocu-
lis supellectilibus uestris, omnia em̄ bona Aegypti uestra erunt. Itaque Aegyptiorum dux quietem & delicias amplas illis promisit, & currus insuper exhibuit, ut demulceret eos, opinor, quibus descendere graue erat. At illi descenderunt cum tota domo, statim terræ ac regioni à deo datæ temporalium eduliorum præferentes usum. Multo sane satius & melius in illa agere, etiamsi aliquantisper labor insumendus fuisset. Cęterum ubi in Aegyptum uenerunt, sperabant fortasis posthac euasuros se laborem quem domi pertulerant, præsentiumq; uoluptatum sensus eis dulcis erat. Verum tempore procedente ignominiosum seruitutis iugum subijt illa olim à patribus generosa & libera multitudo. Itaque amice, si cū mundana felicitate accidat labi in peccatum, uale de cauendum, siquidem libertatem magnifacimus. Est enim abominabile & odiosum, seruiliter agere ac sentire. PAL. Optime dixisti. CYR.
Cur autem non & illud dicimus, quod non mediocriter ad utilitatem eorum quæ nunc à nobis dicta sunt, faciet? PAL. Quid nam dicis? CYR.
Rabsaces Babylonius Assyriorum dux, innume B
ram militum multitudinem olim secum adducebat, expugnaturus, imò à fundamentis euersurus sanctam ciuitatem. Admouitq; machinam suam solitam & potentissimam, nempe blasphemiā cō tra deum. Innumera enim blateramenta dicens, allocutus est tandem habitatores ciuitatis in hūc modum: Hæc dicit rex Assyriorum: Si uultis be- Esa.36.
ne dici, egredimini ad me, & comedite unusquisque de uinea sua & ficu sua, & bibite aquam cisternæ uestræ, usque dum ueniam & accipiā uos in terram, ut est uestra, terram frumenti & uini, & panum, et uinearū. Vide igitur, quod et iste promittat delicias & uoluptates uinearum & ficuū: apposuerit̄q; ire, et bibite aquam cisternę uestrę.
PAL. Sed quid insinuant hæc, si spiritualiter con
siderentur? CYR. Duplici sanè modo malitiæ nostræ uis perficitur: uel enim uoluptatibus externis, uel implantatis uobis et internis. Et quibus uoluptas persuasa est, pcliues in quoduis ab sonum flagitium prolabūtur. Exposuerit autem id nobis uerus Saluatoris discipulus alicubi dicens: Omnia quæ in mundo, concupiscentia car- 1.Ioan.2.
nis, et concupiscentia oculorū, & fastus uitæ. Legem autem peccati, & diuinus Paulus nobis no- Rom.7.
minat, habitantem in membris carnis, delectationes & uoluptates. Externæ uerò & aduentitiæ, ea quæ oculis conspiciuntur. Admiramur enim diuitias per oculos, item uestitus decentiam, & alia id genus quæ nonnulli sectantur, & multum extollunt sua sententia, quasi re suauissima fruantur. Itaque uineæ et ficus figura sunt externarum uoluptatum et deliciarum, ostendentes temporariam & statim marcescentem mundanarum rerū participationem. Habet item omnis mundana uoluptas cum suauitate breui & excæcationem. Oblectat enim fruentem illa, et simul obtenebrat et inebriat. Cisternæ uerò figura sunt internarum nostrarum affectionum, quæ nō externè afferuntur, sed in nobis scaturiunt, ab ipsa carne originem habentes. Horum igitur omnium & natura insitorum, & nullo opere acquisitorum liberam possessionem & usum amplum fore nobis promittunt aduersariæ potestates: siquidem cōtinentiam quasi sanctam & inconcussam ciuitatem reliquerimus, & ad regem Babylonis, qui typus

Universidad de Deusto
Biblioteca



est satanæ, defecerimus. Et Rabsaces quidem, his A qui ad Babylonios descituri erant, retributionem & uoluptatem promittebat, at illi recte sapientes non obtemperabant. Semper enim uoluntatem mundana diligẽtem comitatur, necessitas seruitutis inuoluntariæ, & ut cũ mancipijs cõnumeremur. PAL. Verus sermo est, oro autem, ut dicas libenter roganti, qua nam ratione ab his liberemur & soluamur. CYR. Quæ nám alia uia esset, quàm ut diuerso modo habeamus nos ad primam & ueterem? Nam quum propriæ uoluntatis motib. uergamus, ut fœde uiuere uelimus, relictaq; inculpatæ uitę honestate, in seruilem minimecq; generosam mentem incidimus, ea tantum quę super terram sunt sapientes, et carnis uoluptatibus modis omnibus incumbentes, & sic B nos tandem in reprobam mentem cadere permittit deus. PAL. Igitur ad uirtutem recursu necessarium est. CYR. Absque mora scilicet, amice, ne cõcupiscamus mundanam uitam, iuxta illud Colos.3. quod per uocem Pauli recte dictum: Mortua enim est, & uita nostra occultata est cum Christo in deo. Petamus autem magis & sitiamus, ut in cœlestibus conscribamur, superneq; patrię ac ciuitatis municipes simus, ad deum multũ clamantes: Remitte mihi, quoniam aduena sum in terra, & peregrinus sicut omnes patres mei. Nam qui ambulat super terram, & clarum municipatum in cœlis habet, ex ipsis operibus uere apparet peregrinus. Insuper & saluatoris discipulos hocnos pro summa gloria ducere & facere iubet 1.Pet.2. alibi, dicens: Fratres obsecro uos tanquam aduenas & peregrinos, ut abstineatis à carnalib. concupiscentijs, quæ militant aduersus animam. C PAL. Nunquid igitur sufficiet ad faciendum uirtutes, taliter esse affectos, nempe si desinamus à malis concupiscentijs? CYR. Si manifeste fiãt hæc & ex addita lenitate, nempe spirituali. Scri Psal.118. ptum est enim: Latum mandatum tuum nimis. Nónne duplex est coinquinatio, corporis & animæ? Consectaneum igitur opinor, & ualde meritò, ut hi qui se polluere soliti sunt, pari studio & certamine abstergere se contendant. PAL. Recte dixisti. CYR. Sicut igitur duplex macula, animæ & corporis, ita merito etiam duplex purificatio sit animę & corporis. Veruntamen quoniam uita quæ in hoc mundo, peregrinatio uocari solet, sic affectis, utile fuerit uidere, idq; absque labore (siquidem uoluerit quis) eius rei figuram in Abraham, ad quem dictum est à Deo: Egredere Gen.12. de terra tua, & de cognitione tua, & de domo patris tui, & ueni in terram quam monstrauero tibi, & faciam te in gentem magnam, & benedicã te, & magnificabo nomen tuum, & eris benedictus, & benedicam benedicentes te, & maledicentes te maledicam, & in te benedicẽtur omnes tribus terræ. Intelligis quomodo non de terra & domo duntaxat, sed & de cognatione & de domo patris abscedere iusserit, & uenire in terram quam scilicet monstrabat ei ipse qui uocabat? PAL. Quidnam hoc est? CYR. Quomodo nõ manifestum, quod quando Deus uocat, ut sectemur spiritualia, & uult eos quos hoc honore dignatur, egredi à mũdana uita, & à uoluptatibus, carnisq; concupiscentijs, stultum esse, si quis putet quicquam hac remelius? Nam pro nihilo cõputetur patria & genus, et domus, et terrenorum possessio. Sane ad similem nos fortitudinẽ & seruator noster uocabat, dicens: Qui diligit patrem Matth.10. uel matrem supra me, non est me dignus. Et qui diligit filium uel filiam supra me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Adijce autem, quod & omnis qui reliquit fratres, uel sorores, uel patrem, uel matrem, uel uxorẽ, uel filios, uel agros, uel domum propter nomen meum, longe plura recipiet, & uitam æternam in hæreditatem habebit. Nõne summę fortitudinis quæ in Christo intelligitur, opus esse dicis tam claram & celebrẽ uirtutem, an hoc pro nihilo apud te reputatur, se qui autem Christum pro magno habeturę? PAL. Vtiq;. Vnde optima spe, & felicitate quæ in Christo est exciderunt, ij qui ad nuptias uocati, negarunt se ituros, quorum unus quidẽ dicebat: Vxorem duxi, & non possum uenire. Alius uerò uillam se emisse dicẽs, temporaria, uocatione faciebat meliora. CYR. Euge ò Palladi, nam probabilia dicens, & magna docilitate ad intelligendũ sermonis finem tam alacriter procedens, multũ nos exhilaras. Vide itaque, quod eos qui integre & omnino deum sequuntur, & ea quæ carnis ac uoluptatum spe in illum postponunt, comitatur opulenta superne benedictiõis participatio. Etenim quid dicebat Abrahę? Et faciam te in gẽrem magnam, & benedicam te, & quæ sequuntur. Vides quantam ei spiritualium bonorum accumulat multitudinem? Iam quomodo Abraham à proprio loco discesserit, haud indignum fuerit uidere. Accepit eum, inquit, Abraham Saram uxorem suam, & Loth filium fratris sui, & omnium substantiam eorum quæ cunque possidebant, & omnem animam quam possederunt in Charan, & exiuit ut iret in terram Chanaan, & pertransiuit Abraham terram in longitudine eius usq; ad locum Sychem, ad quercum excelsam. Egrediebatur quidem ex Charan, nihil illic sibi relictũ, et cum omni genere ac supellectile, in terram Chanaan ocyssime abijt, quam monstrauerat ei deus, & transijt terram in longitudinem eius, & ad terram uenit excelsam. Etenim qui diuina oracula proxime sequi uult, & diuinam uocationem multa cura dignatur, exeat penitus à uita uoluptaria, & quasi cum tota familia suarum cogitationum, & nulla ibi relicta, ubi olim erat. Sic enim recte Ephes.5 discedit, & transit in terram in quam à Deo uocatus est, sicut beatus Paulus scribit: Contendite ut comprehendatis cum omnibus sanctis quid latitudo & longitudo, & sublimitas, & profundum mysterij Christi. Tunc enim ad quercum uenit excelsam, hoc est ad habitum uirtutũ sublimen, & nihil



& nihil quod ad sapientiam attinet uile uel abiectum habẽtem. Euntí autem iam adhuc, quæ bona cõcedantur, iterum ex sacris literis cognoscemus. Apparuit enim, inquit, Dominus Abrahæ, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc, & ædificauit Abraham ibi altare domino, qui sibi apparuerat. Etenim quum adhuc in terra patriæ suæ habitaret, & nondum in sanctam concesserat terram, unum datum est ei oraculum, quod in aliam relicta propria transire debeat. Vbi autem uenit in terram Chanaan cum omni familia & supellectili, et ad sanctã peruenit terram, diuinæ apparitionis gratia & spei securitas data est, cum firma promissione. Et primum quidem exiuit, deinde aram excitauit. Iam nobis quoque secundum similem sermonis figuram, quandiu manemus in mundo ac uoluptatibus abominandis, & nobis aduersantibus, nulla erit à Deo gratia: ubi aũt uocatifuerimus, et diuinis obediuerimus legibus, et ad promptitudinem ac desiderium transierimus quasi in terram omnibus bonis excelsam: tunc deus suæ claritatis cognitionem immittit, et firmam pacem promittit, sicq; stabilem in nobis mentem operatur, ut iam quodammodo possimus sacrificia offerre spiritualia, et bonę odor fieri Christi, deo et patri, ut scriptum est, exhibereq; ei corpora nostra sacrificium uiuum, beneplacitum Deo, rationalemq; et in spiritu cultũ, approbatum corã deo. Admittit enim libenter spiritualis cultus modos, remq; hanc spirituale censet sacrificium. PAL. Itaque eos qui à malis digredi C untur, decet ut ad meliora contendant, & admittere libentissime diuinã uocationẽ, immorariq; in his quæ à lege magnifiunt, & à deo laudẽ eximiam fortita sunt, atq; adeò ut si regredi uelint retrorsum, et redire ad aliquid nefarium, illum crimine liberaturi non simus. CYR. Profectò amice, rerum nosissimum est iterum uelle laborare eo morbo, à quo per uirtutem dei semel ereptí sunt. Mundana uita lubrica, atque adeò periculosum uel respicere in illam, et solam memoriã delictorum habere, mentem in eorum dilectione relicta. Auerte, inquit, oculos meos ne uideant uanitatem. Vanitas enim, ut uere dicam, est huius uitæ occupatio et distractio, & in temporalibus uoluptas. Quod autem uolens recte ambulare, ab illis auelli debeat ac discedere, & admittere eã solam quæ est in animo, & suauem ueri considerationem, discet quis & hinc facile. PAL. Vnde discis? CYR. Sodomorum incolæ exagitati grauiter uoluptatibus quæ præter naturam, & dehonestantes legem congressus, quam ad filiorum procreationem natura definierat, deperibãt adolescentum formositatem, & nihil non quod absurdum perpetrantes, ad iram prouocabant, & quasi ad uindictam contra ipsos cogebant cõdignorem quamuis misericordem. Quum autẽ tempus quo illi pati debebant, & quod longanimitatem qua tolerabãtur absumpserat, in foribus esse, contulerunt se in Sodoma, qui ultionem exe cutí sunt. Scriptum est enim: Venerunt autem duo angeli in Sodoma uespere, Loth autẽ sedebat apud portam Sodomorum. Vt autem uidit Loth, surrexit in occursum illis, & adorauit facie super terram, ac dixit: Ecce Domini declinate in domum pueri uestri, & manete, & lauate pedes uestros, & diluculo facto abibitis in uiã uestram. Et dixerunt: Non, sed in platea manebimus. Et coegit eos, & declinauerunt ad eum, & ingressi sunt in domum eius, & fecit illis conuiuium, & azymos coxit eis, & comederũt, priusquam dormirent homines. Etenim Loth, utpote cõsanguineus Abrahæ, & in rectis enutritus legibus, non paruam diuinæ pietatis rationem & curam habebat, & habitabat in Sodomis, eratq; apud illos hospes & moribus & genere. Quæ enim cõmu- 2.Cor.6. nio lucis ad tenebras, uel quæ pars fidelis cũ infideli, sicut scriptum est? Vincebat autẽ magno studio eius regionis mala, & solitam uitæ uiam ipse incedens sanctis occupabatur studijs, hospitalitati: ✠ legem, deo gratissimam sciẽs seruabat sedendo apud portas ciuitatis, et ingressuros amice compellando. Postquam autem uenerunt angeli, qui pœnam sumpturi erant de his qui in frenis libidinis rabie furebant, occurrit uelociter, solitaq; sua bonitate rẽ manifeste prædicit. Adorauit enim facie super terram, ut irent in domum suam, hortando ut fruantur charitatis legibus. Illi autem dixerunt non, sed in platea quiescemus. Per hoc signantes se hospites, & tecto carere, & incitabant opinor ad feruentius studium, eũ cui C hospitalitas placebat: tantum nõ ciuiliter insinuantes, quod non permittat ipsos honeste, domicilio, & in triuio abiectos esse. Id iustus intelligebat, & magis urgebat, non ratus rapinam uel lutrum, recusationem, quasi scilicet frigida, & minus seria mente inuitasset, unde & introducebat eos, et infermentatos panes apponebat, ac conuiuiũ apparabat. Et hęc quidẽ iusti faciebat. Sodomitę uero soli & obscœnę libidini dediti, iusti domunculã prophanè cingẽtes, et in summam per uenientes impudentiã, rogabãt ut permitteretur eis solita facere: et ꝙs oportebat hospitaliter tractare, uolebant libidine præter naturã diuexare. Quin & Loth à nepharijs facinoribus abstrahen- D tem, perdidissent, statimq; apprehendissent, ut id ipsum pateretur, nisi affuissent qui eũ seruassent. Extendentes aũt uiri manus, attraxerunt Loth in domũ ad se, & ostiũ domus clauserũt, uirosq; qui apud ianuã erant cæcitate percusserunt, à paruo usq; ad magnũ, & fatigati sunt quærentes ianuã, sed nõ in hoc solo adiuuerunt illum. Scriptũ est aũt iterum: Vt aũt diluculum factũ est, urgebant angeli Loth, dicentes: Surge, & accipe uxorẽ tuã & duas filias tuas quas habes, et egredere, ut ne et tu pereas cũ iniquitatibus ciuitatis. Et turbati sunt et apprehenderũt angeli manũ eius, et manũ uxoris eius, et manum filiarum eius, eo quod parceret dominus illi. Indicium autem tibi sit ualde manifestum, dum non solis uerbis nos exmu-

Universidad de Deusto
Biblioteca



lat,& adhortationibus mẽti immissis ut discedatus à peccato, sed tãtam benignitatẽ nobis etiã exhibet uniuersorũ saluator deus,ut efficaci subEsal.72. sidio adiuuet secundum quod scriptum: Apprehendisti manum dexteram meam, & in consilio tuo deduxisti me. Nam quoniam hominis natura non ualde generosa est, neque satis idonea ut malum effugere queat,simul quodammodo nobiscum certat deus, & duplex concedere beneficium uidetur, persuadens admonitionibus, ut subsidium inueniamus,& fortius illud præstans, quàm ut malum præsens & uiolentum,præualere possit. Vides uerum illud esse,quod pauci sint qui iusticiam exerceãt,et bonorum uirorum maHier.5. gna sit raritas: Virum enim fidelem inuenire arduum opus est, iuxta scripturam. Veruntamen qui talis est electus,& diuinam gratiam non perfunctorie assecutus. Nam licet cum alijs in hoc mundo misceatur, nihil tamen inde damni sustinet, sed ut lilium ex spinis decerpitur, nec perit cum impijs iustus, secundum sanctorũ uoces.

PAL. Nunquid igitur diuina misericordia & sanctorum angelorũ succursu, & malitiæ improbitatem abluimus,et sine dubio inueniemus nos nullo modo malorum supplicijs irretiri, deo manifeste credentes clamanti per unum prophetaEsa.41. rum: Ego dominus deus tuus,tenens dexteram tuam,dicens tibi ne timeas. Iacob paruulus Israel,ego clamaui tibi,dicit dominus,redemptor tuus israel. CYR. An non esse coadiutorem sanctorum, omnipotentem Deum exposuit, quod Loth angelorum manu apprehendit? Dei enim figura erant, tres quidem in principio Abraham accedentes ad quercũ Mambre, duo uero Sodo
Ioan.5. ma ingressi. Neque enim pater quenquam iudicat,iuxta ipsius Saluatoris uocem,sed omne iudicium dedit filio comitante illum manifeste, & in eo naturaliter existente sancto spiritu. PAL. Bene admodum intelligis, sed si placet consideremus & cætera. CYR. Sine mora dicã. Et factũ est,inquit,quando eduxerunt eos foras, & dixerunt: Saluans salua tuam ipsius animam,ne respexeris retrorsum, neque steteris in omni circum regione, in monte saluum me fac, ne forte simul comprehẽdaris. Ex illo dicto, Salua tuam ipsius animam, dico manifeste dici, Animam tuam castam serua, & ne communices peccatis alienis, sed esto mundanorum exemplis superior. Nihil enim omnino est, quod anima cõmutari potest. Quod enim commodum hominis, quamuis totum mundum lucretur, & animæ suæ iacturam faciat. Quod autem iubetur sine reuersione iter facere: significat quod non debeamus cõuerti ad malitiam, & uelle eadem sentire & eligere, quę hi qui propter intemperantiam ignis pœnam ferre
Luc.9. coguntur. Nullus enim,inquit, qui manu ad aratrum posita retrorsum spectat, idoneus est regno cœlorum, sed teneri in uia salutis, & neque hinc & inde distrahi, & mentem friuolis mundanarum concupiscẽtiarum imaginationibus leuẽ & agitabilem permittere, sed constantẽ ac uigilem semperq; ad meliora respicere meditãtem: seruare autem adhuc aliquid magis deberemus dicã. Dicit enim angelus illum iter facere non solum absq; respectione et reditu, sed apponit utiliter. Ne steteris in omni circũ regione, quod mea sententia significat periculosum & damnosum esse, segniter ac ignauiter à malo euolare. PAL. Dic Hier.4.b quomodo? CYR. Propheticus sermo scribit: Vias facientes opus domini negligenter. Currite autem ut comprehendatis, etiam ipse diuinus Pau- 1.Cor.9. lus alicui dicit: Nam non uelle strenue agere, & à malis celeriter exire, quum mens ad suum principium reduci non patitur, & quasi cum indignatione à singulis malis abstrahitur, ad omne autem quod utile est ægerrime impellitur: nihil aliud fuerit quàm stare in campo malitiæ, e quo tamẽ cursim exire oportebat, ne dum cessas ac moraris in malitia, sed ascẽde quodammodo ad eximiam quandam & spectabilem uitam, nihil habentem humile, sed excelsa, sublimiq; conspicuam uirtute, & ab humili sensu, hoc est terreno & carnali liberatam,tanquam in montem. Scriptum est enim: Potentes Dei super terram uehementer eleuati sunt. Sanctis enim dignum est ad pere quę longissime à terra. Et pulli uulturum ad summa uolant, ut scriptum est, quandoquidem habent in cœlo tanquam in monte municipatum, transferunturq; in supernam patriam. Scri- Colos.3 bit etiam alicubi Paulus: Quæ sursum sunt quærite,non ea quæ super terram. PAL. Vita igitur sancta, & spiritualis, & excellentior est ea conuersatione, quæ infra se intelligitur & immundis ac terrenis intenta, peccatum amat. CYR. Bene dixisti. Hoc enim noster sermo declarat, admireris autem & hoc. PAL. Quod? CYR. Nam beato angelo dicente, ut sine reditu & respectu diuinus Loth currat, & in monte transeat, ille rogabat, dicẽs: Quæso domine, quia inuenit puer tuus gratiam coram te, & magnificasti iusticiam tuam quam facis in me, ut uiuat anima mea. Ego autem non potero saluari in monte, ne apprehendant me mala, & moriar. Ecce ciuitas hæc iuxta,ut fugiam ego illuc,quæ est parua, illic seruabor. Et dixit ei, inquit: Ecce admiratus sum faciem tuam, & in uerbo hoc,ne euertam ciuitatem de qua locutus es, festina ergo seruari illic. non enim potero facere rem donec uenias tu illuc, propter hoc uocatum est nomen ciuitatis illius Segor. Sol exiuit super terram, & Loth ingressus est in Segor. PAL. Et quæ etiam inde nobis utilitas, uellem ut bene nosti, diceres CYR. Non intelligis, quum tamen docilis



docilis sis, uirtutem ab his qui nuper malitiã effugére, & in uiam salutis eundum arbitrantur, non statim neq; primis conatibus apprehendi,et uruellent, ad eam peruenire. Neq; repente quis ad eximiam conuersationẽ reducitur, neq; subito ab affectionibus sibi insitis quis alienabitur, sed paulatim ab his se elõgat, et quantũ ad promptitudinem ac initia maiorum & sublimium conatum attinet, concessurus est ad uitam probatiorem quasi ad terram aliam, sed nondum in excelsam, & quæ undique cum gloria cõspicua sit, qualis scilicet est institutio legalis ad initia uiæ optimæ ducens. Scriptum est enim: Initium uiæ bonæ,facere iusta. Quemadmodum discere cupientibus, & mysticas contemplationes desideranB tibus, utilis quidem initio, & maximè congruus initiationis sermo. Vbi autem peruenerint in uirum perfectum, & in uirum staturæ plenitudinis Christi, congruet iam quodammodo sublimior contemplatio. Sic & hic dico in moribus & bonis operibus, non statim qui attentant, ad prorsus inculpatam, hoc est ad summam & excellentissimam uitam redire poterunt, sed progressus sit paulatim ad habitum uitæ cœptum; exordio à paruis & congruis sumpto,& tantum non currit ad conuersationem ac uitam sublimiori & arduæ subiectam,ut in ciuitatulã monti excelso uicinam. Hac ratione & iustus Loth figura eorum est, qui sic affecti,nõ enim statim in montẽ ascendit, sed in paruam ciuitatem Segor diuertit. Nõn ne & in euangelicis prædicationibus id genus di
Gen.7. spensationum sæpe inuenimus? Vnde & beatus Paulus per Epistolã scribit: Bonũ uiro mulierem nõ tangere, propter stuprum autẽ unusquisq; suã uxorem habeat, & unaquæq; uirum suum. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum præceptum. Vellem enim omnes homines esse sicut meipsum, sed unusquisque propriũ donum habet à deo, unus quidem sic, alius uero sic. Vides quomodo summam continentiam quasi montem ascenderit, dicens: Bonum uiro mulierem non tangere, permittit autem nos diuertere in Segor, hoc est in doctrina quę sublimi inferior est, nempe quod licet iungi uxori soli & proprię. Terram quoque optimam fructus daturam hãc quidem cẽtuplos, aliam uerò sexagecuplos, aliã autẽ trigecuplos seruator noster dicebat. Quin & talentum non in æqua mensura, sed uni quidẽ quinque, alij uero duo, alij autem unum distribuit: opinor quod per hoc demonstrârit inæquales habitus distribui, unicuique ut studium & ratio est. Nam, ut iam dixi, unusquisque suum donum ex deo habet, unus quidẽ sic, alius uero sic. PAL. Bene dicis. CYR. Permittit quidem beatus angelus diuerti in Segor. Ecce enim, inquit, admiratus sum faciem tuam, et in nomine tuo ne subuertam ciuitatem illam, de qua es locutus, festina igitur ut saluetis illic. Deinde dicit: Sol exijt super terram, & Loth ingressus est in Segor. Admiratus autem ô amice, discere cupis, quæ sit & horũ dictorum mens? Admiratus enim, inquit, faciem tuam, ut ne subuertam ciuitatem hanc de qua locutus es. Etenim non probatur deo, uita in uirtutibus secundum ueritatem non perfecta, & adhuc ab affectionibus uinci ab eo reprobatur, atq; condemnatione non longe abest: ueruntamen per misericordiã permittit, ac indulget id cuius natura initio capax, seruari iubẽs etiam meditantes adhuc bonum, neq; ualde culpatam agentes uitam, sed & his qui ad id mensuræ pertingunt, & ad hunc statum contendunt, non absq; diuino lumine, & superna doctrina auxilium datur. Exortus est enim, inquit, sol, & ingressus est Loth in Segor. PAL. Valde ueri similia dixisti. CYR. Itaque beatus Loth permittente Deo in ciuitatẽ tum paruam ingressus est, redarguitur autem ad hoc infirma uxor eius, comes eius quæ sequebatur. Respexit autem retro, & facta est statua salis. Vide obsecro, quod mens quæ uir est, & uirilis sensus, etiãsi non perfecte assequatur opus quod deo placet, contenta uirtute, sed paulatim ad meliora pro uiribus affectionum habitus procedit. At si infirmior fuerit & non uirilis, cuius figura est mulier, sua ad malitiam conuersione, omnino fit inutilis. Hoc enim opinor significare, factam esse statuã salis, in symbolum insatiatorum cordis et mentis, eo quod ad stulticiam transire uoluit, & ut extreme insensata sit, obduruit. Nã et ipse seMatth.5. uator dicebat: Insatuatum sal ad nihil ultra ualebit, sed inutile erit prorsus, & foris mittitur, & ante hominum pedes proijcitur. Mulier itaque in lapidem obriguit. Apponebat autem nõ multo C postea Loth, scriptum est enim: Ascendit autem Loth ex Segor, et sedit in monte ipse, & duæ filiæ eius cum eo. Nam mens quasi per gradus & ascensus procedit ad perfectionem, et pergit paulatim ad id cuius principio non erat capax, et ad meliora ad quę accedere nõ erat idonea. Prudentiæ uero et fortitudini spirituali quasi duab. filiabus se cõmittens, et infra relicta mollicie, et deliciarum amore, quarum typus erat mulier, habitat dein quasi in monte et specu. Insinuatur autẽ nobis per montem quidem sublimitas et fastigium spiritualis perfectionis, per speluncam uero firmitas & soliditas perseuerantiæ in uirtutibus. Scriptum est enim sic de uiris bonis: Ambu Esa.33. lans in iusticia, loquẽs uiam rectam, odio habẽs iniquitatem & iniusticiam, & manus excutiens à muneribus, obturans aures ut nõ audiat iudicium sanguinis, claudens oculos ut non uideat iniquitatem, hic habitabit in excelsa spelunca fortis petræ. Est & alia ueri similis super hac re sermo. Nam petra quidem Christus, eo quod fortissima 1.Cor.12. et illæsa summa omnium substantia. Specus autẽ in Christo intelligitur ecclesia, quæ sanctorũ est diuersorium, pie uiuentium tegmen, quam inhabitant iusti, et quicũque ignis supplicium euaserint. PAL. Sermo hic, amice, bene habet, uellem autem et ego per alias demonstrationes cautam nostram tractari. Operæprecium etenim &

Universidad de Deusto
Biblioteca



digniſsimum arbitror de rebus utilibus abunde edoceri uelle. CYR. Etiam ô Palladi, uera dixiſti. Nam mentis noſtræ quæ diſcendi auidiſsima, res fructus erit. Porrò ſermo noſter omnem torporem ſuperabit, non enim iſtum, mihi uidetur, tam præclaris & iucundis narrationibus intempeſtiuum ſilentium quod clam irrepit expoſcere. Itaque quod oporteat, prout poſsibile eſt, modis omnibus ab affectione & ſocietate malorum ſeparari, & quod redire ad uirtutem nõ liceat aliter quàm hac ratione, conſiderabimus abſq; labore, mentalibus oculis attendentes, ea quæ diuinus Abraham mire egit, & filij Iſrael in egreſſu ſuo, quando olim tyrannidis uincula diſruperunt.

PAL. Dic igitur ſeorſim, quod ſi facere uoles, ut bene noſti, opulente nos exhilarabis. CYR. Dicebam itaq; quomodo diuinus Abraham intolerabili aliquando fame & rerum neceſſariarum penuria coactus, non ſponte ad Aegyptios deſcenderit, & neceſsitati ceſſerit: quũ autem hoſpes & aduena eſſet, moleſtus & tyrannus Pharao eum ſecum habitare fecit. Volebat enim concupiſcentijs temerarijs coniugẽ eius uiolare, ſed accẽtium ad turpis flagitij deſideriũ, perpetrare quod uo-
Gen.12. luerat, non permittebat deus. Cruciauit enim, inquit, Pharao cruciatibus magnis, propter Saram uxorem Abraham. Imago autem & figura diabolicæ intemperantiæ Pharao. Hoc enim ſpectat, ut ſuæ immunditiæ ſemina etiam in exercitatiſsimorum et ſanctorum intellectus inſicere poſsit, quo uelint fructus facere ſibi gratos & iucundos, omnis ſcilicet generis peccata, et conatur quidem ut omnes ſuæ tyrannidi ſubijciat, natura enim multum habet imbecillitatis. At deus minimè permittens, retrahit & impedit modo quodam conatus contra ſanctos, & maligni inſidias. Non aliter autem effugiſſet damnum diuinus Abrahã, niſi relicta Aegyptiorum rediiſſet ad regionem quã illi
Gen.13. ab initio deus dedit, & abiens in bonis operibus diligẽter ſeſe exercuiſſet. Scriptum eſt autem ſic: Aſcendit autem Abraham de Aegypto, et uxor eius, & omnia quæ eius, & Loth cum eo in deſertum. Abraham autem erat diues ualde in pecoribus, & argento, & auro, et abijt unde egreſſus eſt in deſertum, uſq; in Bethel, uſq; in locum ubi tentorium eius fuit prius inter Bethel & inter Hai, in locum altaris, quod fecit illic prius, et inuocauit illic Abraham nomen domini. Intelligis igitur, quod his qui ad aliam uitam recurrũt à mundana intemperantia, opus eſt, quaſi omnia ſua, cũ tota domo & toto genere ſimul afferre. Adiecerim autem, quod & cum omni ſupellectile ſua, ab Aegyptiorum terra patriarcha Abraham euaſerit. Abeundum enim, et contendendum modis omnibus cũ omni domo quodam modo in deſertum, hoc eſt ad imperturbatũ & purũ mentis ſtatum, unde & initio hominis natura egreſſa eſt, quæ ſupernorum bonorum inopia ad deteriora procliuis fuit. Hoc enim ænigmatice ad exteros ũgnat deſcenſus à terra, quaſi tentorio quod ab initio, et gratiſsimum erat, in qua & altare. Nam ſic recurrentes illuc uſque, erimus in regione et loco altaris primi, hoc eſt ſanctificationis agnatæ, inuocabimusq; & nos unjuerſorum deum, propheticum illud prouerbium dicentes: Eſaiæ. Domine, extra te alium neſcimus, nomen tuum nominauimus. PAL. Vrbaniſsime dixiſti, CYR. Videbis autem rem nõ aliter ſe habere, ſi ea quæ à filijs Iſrael olim geſta ſunt tecum expenderis. Quandoquidem Aegyptij olim fame depellẽte, etiam nobiles & ex radice ſanctorum liberos in ſeruitutem inopinatam et inexpertam ſubiugantes ſibi ferociter opprimebãt, talem ſuę in illos crudelitatis occaſionẽ componẽres. Surrexit enim, inquit, rex alius ſuper Aegyptum, Exod. qui neſciebat Ioſeph, dixit autem genti ſuæ: Ecce gens filiorum Iſrael, magna ualde multitudo prę ualet ſuper nos, uenite opprimamus eos fraudibus, ne forte multiplicetur, & quando acciderit nobis bellum, addantur et iſti aduerſarijs, et debellantes nos egrediantur de terra. Contriſtabat enim Aegyptiorum terræ imperantem, etiã uelle aliquãdo libertatem à uiolentis uinculis uidere eos, qui præter uoluntatem ſubiecti erãt. Et præfecit eis, inquit, præfectos operum, ut affligerent eos in operibus, & extruxerũt ciuitates munitas Pharaoni, Phiton, & Rameſſes, & On quæ eſt Heliopolis. Fructus enim erant intoleràbilis ſæuitiei, ærumnæ perpetuæ in luto & latere, ciuitates munitis turribus exaltatæ, et in agris palearum cõgregatio. Sine mercede autem hęc etiam gno ſudore & laboribus perficiebantur. Etenim mundi rectores huius ſeculi, ubi manib. ſuis coperint miſeras hominum animas luto & lateribus, & his quæ ſuper terram & circa diuexãt, moleſtaq; et inutili diſtractione addictas tenent. Sic enim carnalia opera uitam difficillimam, & anariſimã ſuſcipere cogunt. Vnde laborare coactis nulla utilitas. Quid enim utilitatis opera carnis, et affectiones miſeræ animæ afferrent; ſed à nobis diabolo & dæmonijs lucrum quoddam accedit, et aduerſariorũ regno, diuitiæ & gloria erũt, quemadmodũ ſcilicet & Pharaoni ad magnam cedebat gloriã, quod ciuitates illi extruere cogebantur ſine cibo & mercede filij Iſrael. PAL. Sic habet, etenim ſermo ille ualde uerè eſt. CYR. Itaq; labor filiorum Iſrael figuram & quaſi imaginem inanium & prophanorum ſuper terram ſitę diorum noſtrorum depingit, ſatana & aduerſarijs poteſtatibus malignis cum eo, urgentibus et compellentibus. Eos enim diuina ſcriptura nomine præfecti operum ſignificat. Ego autem hoc dixerim grauem occupationem, quæ plena quidem ſudore & labore, ſit autem quaſi luto & immundicijs et obſcœnis uoluptatibus. Verum miſerabatur et tunc Deus eorum, qui duriſsima et crudeliſsima ab Aegyptiorum tyrãni de ferre, et indigne ſeruire cogebantur. Miniſtrũ enim ſuæ in illos manſuetudinis optimum ſtatim excitauit Moſen. Nónne et erga nos hęc ipſum facere inuenimus? Nam quum prolapſi fuerimus in peccatum, concedit quidem miſericordiam, mediatorem autem ad liberam ducentem uitam, in omnium cordibus ſuam immittit legem. PAL. Intelligo quod dicis. CYR. Vis igitur lata hiſtoria diuiſa, ſequentia ut habent dicamus? PAL. Vtique. CYR. Scriptum eſt igitur ſic: Et poſt hæc Exod. 5. ingreſſus eſt Moſes & Aaron ad Pharaonem, & dixerunt ei: Hæc dicit dominus deus Iſrael: Emitte populum meum, ut mihi feſtum agant in deſerto. Et dixit Pharao: Quis eſt cuius audiam uocem, ut dimittam filios Iſrael, non noui Dominum, & Iſrael non dimittam. Etenim Moſes & Aaron affirmabant Iſraelitas debere dimittere terram & regionem Aegyptiorum, uocante deo ad feſtum. Feſtum enim reuerà eſt, liberari ab inuoluntario ſeruitutis iugo, & deo ſubdi, & quę grata illi facere, nullo obſiſtente & cogente, ut eligamus & diligamus quod illi placet. Multum autem nugatur Pharao, & contra diuinam gloriam blaſphemat, dicens ſe neſcire, quis ſit dominus: Moſes nullo modo ceſſat & affirmat oportere facere, quod deo placet. Nam impediente ſatana, eos qui ſub ſe ſunt, ne liberè abeant, oportet opinor uiriliter reſiſtere & ſuperare omnia præpedimenta, minimè etiam formidare, ſed urgere dicentes: Deus Hebræorum uocauit nos. Ibimus itaq; uiam trium dierum in deſertum, ut ſacrificemus deo noſtro, ne forte occurrat nobis mors & cædes. Hæc enim nobis tunc ſapiens clamabat Moſes: Non enim, ô Aegyptij, ſicut à nobis fit, uitulus à uobis Hebræis colitur, neq; ſus, neq; capra, neq; ſtatua uiri, neq; uolatilium figuratio, neq; reptilium imagines quæ in templis ſtatuuntur nobis ſunt. Vocauit autem nos deus & Dominus, qui uniuerſum hoc fabricauit. Magnus igitur Hebræorum Deus, & non ordinandus cum Aegyptijs, ſed eſt ſuper omnem creaturam, qui in deſertum nos uocat, ut offeramus illic ei ſacrificium ſibi gratum. Sanè Aegyptus obtenebrata dicitur. Recte autẽ opinor debere nos, ſiquidẽ ſpirituales ſumus, ſpirituali cõferre eam, quæ in umbra & figura. Oportet enim nos abire ab omni re quæ obſcurare ſolet. Et quemadmodum ingreſſos in regionem, quæ tyranno ſubiecta, ſatanæ inquam, pronitatem peccandi, ſtrenuè urgere, ut mutetur in liberam & puriorem uitam, & incedere in uiam conuerſationis quæ in lege, & non eam quæ ſubdita dæmonibus, tunc enim bene poterimus iuſticiæ fructus ſacrificare Deo. Mittendos uerò dicit filios Iſrael in uiam trium dierum per deſertum, hoc autem, ne ſint propè termini impietatis & uitæ purioris, ſignificat. Sapienterq; monet diuinus Moſes, & bona occaſione, multum ſeparari debere ab Aegypto, eos qui à deo uocati ſunt, ne forte occurrat nobis mors uel cædes. PAL. Et quid nam hoc eſt, non enim in promptu eſt omnibus qui intelligere uellent. CYR. Ego dicam: Aegyptijs mos erat, ſeruatus autem eſt mos ille ab idololatris uſq; in hunc diem, ut ingredientes in templa, caueant occurrere mortuo corpori. Summã enim coinquinationem hoc dicunt. Et hæc non ſolum in Iſidis requirunt feſtis, ſed & in communibus ſpectaculis. Itaq; ex ipſorum moribus ſentire illos uult, quod non poſsint ipſi ſacrificare in aperto loco, ubi eos prohibeat, ſi forte occurrat mortuus uel occiſus: hoc eſt uel lege naturæ mortuus, uel uiolenta morte interemptus. Vobis enim dicebat templa ſunt ac delubra, feneſtręq; & portæ intra quę confugientes purè ſacrificare poteſtis, ſicut uos putatis: nos autem cogeremur in media urbe, in triuijs & agris ſacrificare expoſiti periculo, quod mortuorum ſpectaculo polluamur. Hoc enim uidet omnino impedire. Et hiſtoriæ quidem ſermo ſic ſe habet, ut in Aegyptiorũ moribus ueriſimile. Eſt autẽ rectè dictum à Moſe ſapientiſsimo, etiamſi ſpiritualiter intelligatur. Oportet enim nos quaſi in deſerto ſacrificare, & ſanctũ feſtum perficere domino, ãque Aegyptijs ſeparatos cauere, ne mortuos uideamus. Ocioſa em mente & longe ſecendente, ne mundano more obtenebretur, et liberante oculum à rebus quę ad mortalitatem & corruptionem adducẽt, ſacrificemus purè omnipotenti deo. Opera autẽ mortuà ſunt ea quę carnis: mundana uerò obtenebratio, ex malis et friuolis occupationibus uapor purum & lucidum mentis oculum coinquinans, à quibus purè deo ſeruire uolentes, ſeparari debere, etiam hiſtoriæ docet ſermo. PAL. Etiam hoc eſt clarum, reliqua igitur pertractemus.

CYR. Iſraelitas magnum & ingens priſtinæ libertatis tenebat deſiderium. Vnde reſpicientes tum ad hoc, grauiter prouocabat ad iram eum qui ſeruitutis iugo ipſos alligabat, ita ut opus ocij eſſe id genus deſideriorum, dicens, intentari iubet operoſum laborem. Et conſtructio præter morem exigebatur, & diſtributio palearum inſolito modo negabatur. Dicebant enim: Quia uacatis, ocioſi eſtis, propter hoc dicitis: Eamus & ſacrificemus Deo noſtro. Nunc igitur euntes operemini, palea enim non dabitur, & ipſam laterificij conſtructionem dabitis. Videbant autẽ ſcribæ filiorum Iſrael ſeipſos in malis dicentes: Non relinquetis à laterificio, quod pertinet ad diem Occurrerunt autem Moſi & Aroni, uenientibus illis in occurſum: Reſpiciat ſuper nos deus et iudicet: quia abominabilem feciſtis odorẽ noſtrũ coram Pharaone, & coram ſeruis eius, ut daretis gladium in manus eius ut occidat nos. Nónne amice uerũ eſſe dicis, quod quãdo quis uoluerit à iugo diabolicę improbitatis liberari, & præclarã liberamq; gloriã cultus diuini eligere, uacare ſcilicet & uidere uerè dominũ, ſicut in Pſalmis cantatur: Vacate & ſciote, quia ego ſum Dominus. Pſal.45. Improperabit nobis id ſtudij tanq; prophanam rem, & qui inſurgit cum alijs malis & immundis ſpiritibus, omnium inimicus, ſecundum ſuam conſuetudinem crudeliter coget, carnali &

Universidad de Deusto
Biblioteca



terrena immundicia & mūdanis distractionibus occupari, nec permittet auelli à solita malicia, difficultatem & in hoc faciens, quasi non satis antea esset molestiarum & malorum. Hoc enim opinor significare laterum constructionem, & priuationem eorum per quę illa facile fieret, ut sunt fœnum et palea. Natura autem solemus tunc magis promptè ac fortiter solita inquirere, & feruentioribus desideriis ad ea accendi, quādo aliquid apparet intercedere, quod quasi necessario urgeat ad id quod impossibile assequi. Sanè diuina lex quæ humanam mentem potè peccatum instruit, ideò amara est, & ad id quod hæc maxime desiderat, inuitat, quasi contra legislatorem clamare docens. Quod in umbra demonstrent tibi scribæ filiorum Israel, qui diuexabantur operibus, & in his difficilem uiam uidebant, magna enim palearum charitas erat, unde multum increpābat Mosen & Aaronem, huius rei autores illos fuisse dicentes, & nunc molestiorem improbitatis occasionem tyrannis datam, non aliam ob causam, quàm quod persuasi sint illorum sermonibus, libertatis ipsos magno desiderio teneri. PAL. Non putas illos dicere cōsectanea & uera? CYR. Omnibus modis ô Palladi. Simul enim ac nos desiderium utile & recta ratio reduxerint, ut uelimus ea quæ Deo probantur, & legis quæ pietatem docet memores simus. Vrget omnium inimicus, ut deterius habeamus. Veruntamen prodit ac seruat deus. Vnde et dicebat ad Mosen: Vade, dic filijs Israel: Ego dominus, & educam uos de potentia Aegyptiorum, & liberabo uos de seruitute eorum, & redimam uos in brachio excelso, & iudicio magno, & sumam uos in populum mihi ipsi, & ero uester deus, & scietis quia ego dominus deus uester, qui educo uos de terra Aegypti, de potentia Aegyptiorum. Auertente enim nos satana, & destituente ab omni bono desiderio, adq; illud propēsione, per quę possumus impelli: adhortatur ad bonam uoluntatem lex Dei, immortalem quidem adiutorē ostēdens, & crassa spe extimulans ad audaciam & fidem, deoq; tribuens ut seruatori & redemptori salutem. PAL. Quàm bona res est ac salutaris credere & desiderare sequi deum? CYR. Recte dixisti. Venit ad bonum finem fides, siquidem nos sermonem ad suum scopum direxerimus. Postquam enim uenerunt ad Pharaonem Moses et Aaron, differentes iterum, ut dimitteretur Israel ex Aegypto, et soluerentur antiqua uincula: signis quæ eloquio potiora uidebantur placare uolebant, uirgæq; in serpentem transmutationem ostendebant, et adhuc maiora se posse facare opera promptissimè, per deum promittebant. Ille autē suis māgis præcipiebat, ut paria facerent, quasi per hoc clamās: Non ignari istorum operum sumus nos, plurimi autem apud Aegyptios uobis similes, et id magorum studium est, ut mira operentur, è quorum numero et uos estis. Quū igitur obduraretur, et Israelem non dimitteret, intentatæ sunt quatuor plagæ aliæ alijs grauiores. Aquę enim in sanguinem mutatio mirè facta est, ranæq; & cyniphes, & muscæ caninæ postremū. Mollior autem quodammodo ex intolerabili plagarum necessitate Pharao, accersito Mose inquit: Euntes sacrificate deo uestro in terra. Et dixit Moses: Nō potest sic fieri, nam abominationem Aegyptiorum coram eis sacrificabimus Deo nostro. Si enim sacrificauerimus abominationes Aegyptiorum, coram ipsis lapidabimur, uiam trium dierum ibimus in desertum, & sacrificabimus domino deo nostro, sicut dixit nobis. Et dixit Pharao: Ego mittā uos, & sacrificate Domino deo uestro, sicut dixit uobis. Et dixit Pharao: Ego dimitto uos, & sacrificate Domino Deo uestro in deserto, sed non longe procedetis eundo. Etenim satana se opponente, ut nostræ in bonis alacritati obluctetur, sciens illius malicíam deus strenuè eiresistit, et temerariū comprimit, plagisq; mansuetiorem facit. At ille uix & inuitus permittit, tentatq; ut persuadeat cultum Deo fieri non diligentem, & ne omnino à seruitute ipsius exeamus. Non enim extra suam terram, sed in ea deus Iudæis sacrificare præcipit. Sapientissimè autem dicit Moses, nō posse fieri. Fit enim semper malorum doctor, ille peccati inuentor. Reijcit autem lex diuina ea, & negat facere quę illi probātur. Attendendum igitur his, qui recte uiuere uolunt, non quid præscribat impostor malignus, sed quid diuinum nobis oraculum dicat: Lex enim, inquit, pedibus meis uerbū tuum, & lumen semitis meis. PAL. Verum est. CYR. Itaq; dū nos continet, uel cohibere & sub se esse uult malignus, dicamus: Seruiendū & unicitate animæ. Dicamus item: non potest sic fieri. Nullus enim potest seruire duobus dominus, uel enim unum odio habebit, & alterum diliget: uel uni adhærebit, & alterum contemnet. Scriptum est autem iterum: Væ cordibus timidis & manibus dissolutis, & peccatori eunti per duas uias. Oportet enim purū & immaculatū fieri culum deo omnipotenti, egressosq; semel à uia illa ire, & strenuè meliora quærere. Aliter etiam abominationes Aegyptiorū inquit, sacrificemus domino deo nostro. Si enim sacrificauerimus abominationes Aegyptiorum, coram ipsis lapidabimur. Et quantum ad historicum sermonem attinet, cōgrua est deuitatio. Abominationes hic inquit, cultus. Vituli autem ab Aegyptijs colebantur. Hoc autem dicit: Si Hebræorum deo sacrificauerimus, exacerbabimus in iram undiq; & omnino Aegyptios, intolerabilem rem facientes. Interim etiam probabilis sermo, quantum ad contemplationem attinet spiritualem, nō mediocrē habet utilitatem. Quod enim maxime colere solet, maximiq; facit demonum multitudo, nos mactantes, inde gratissimū deo cultū persoluimus. PAL. Quomodo dixisti? CYR. Nónne carnis affectiones in precio apud illos sunt? & non omninò propter seipsas, sed quoniam per illas permi-

Exod. 7.



mus, & in seruitutem per illas redigimur. PAL. Verum. CYR. Has igitur occidentes, & quasi immolantes in odorem suauitatis crimus Deo. Rom.12. Scribit autē Paulus sic: Exhibete corpora uestra hostiam uiuam, bene placentē deo, rationalē cultum uestrū. Recte hoc quis concedet. Mortuorū membra, ea quæ super terram, fornicationem, immundiciam, affectionem, concupiscentiam malam, & auaritiam. Vnaquæq; affectionū nostrarum, spiritualiū Aegyptiorū est abominatio, hoc est colendissimū quid. Quod enim mos sit diuinæ scripturæ abominationem dicere, quod inter idola habetur, & quod cultui prostat, persuadet deus dicēs per Hieremiæ uocē de Iudæotū synagoga: Dilectæ in domo mea fecit abominationē Aegyptiorū, hoc est execrationem & detestationem, negligente officium suū mente. Quæ enim mos est odio haberi, & abominalia esse, hęc à nobis in odorem suauitatis offeruntur Deo, & hostia spiritualis, fides, mansuetudo, cōtinentia, modestia, mutuus amor, & ad mutuā gloriam. PAL. Et quinā sunt, qui in terra maligni intelliguntur sacrificantes, & qui extra terram? CYR. Nam illi qui nondum egressi ex Aegyptiorū terra, & deo sacrificantes in ea, multi et innumerabiles: qui autem extra & in deserto ualde pauci & demonstrabiles. Vocati itaq; sumus omnes ad libertatem quæ est per fidem in Christo, & redempti à tyrannide diabolica, Christo nos ad hoc ducente, qui antiquis pulchre prefiguratur, nempe in Mose et Aaron. Nam in hoc Emanuelem legislatorem esse, & summum sacerdotem, & Apostolum dispensatiuè intelligimus. Multi enim ex uocatis ignorantur in antiquis malis, mente autem à mundano errore nondū perfecte egressi, quasi in nuda & sola fide seruiunt deo: hos esse dicimus eos qui in Aegypto sacrificant, hoc est parū egressos. Non multum enim contendit duricordis Pharao, etiam si quis egrediatur ab Aegyptiorum terra. Etenim qui in perfecto statu Deo in bono beneplacere uolunt, liberatiq; omnino sunt à mundana confusione, feruntur extra Aegyptum esse, & tyranni manum effugere, & quasi in deserto ociosa & libera uita puri, pure sacrificare deo diuerim ego; & quasi quemadmodum longissimè aterra Aegyptiorum habere decet eos, qui cum ad ueritatem, ex eo quod seruiunt creaturæ super creaturam, & ad agnitionem eius qui secundum naturam est deus ueniunt. Egressi enim nondum perfecte, qui reliquias antiqui erroris à mente sua nondum aboleuerunt. Obseruant enim quidam menes ac dies, & tempora, & annos, hi qui ad liberam dignitatem Christi uocati, adhuc habitantes in Aegyptiorum terra sacrificant deo, ualde inuoluntariam satanæ uitam seruantes. Si quis autem perfecte pristinis moribus uale dixerit, in deserto sacrificat, & laudatissimā agit uitam. PAL. Assentior, recte enim intelligis, sed noster sermo feliciter pergat. CYR. Itaque mendax sit, & non seruet promissionem Pharao, non dimittens Israelitas, & deinde tribus alijs plagis uerberatus, & uix missionem cōcedens, uerbis deprehensus est iterū mendax. Mendax enim est, & in ueritate non stetit, iuxta seruatoris uocem. Grandinem autem uiolentissimam immittit Aegyptijs interminante deo, & ulcera, & locustam campi uastatricē, siquidē iuxta Græcorū uocem ἀκρολεπισμὸν dicere uoluerimus, tunc tandem & uix iterum eloquentes & incorrupti Pharaonia cæ abominationis protectores, plurimam contra eū uocem extollentes dixerūt: Vsquequo erit nobis hoc scandalum? dimitte homines ut seruiāt domino Deo nostro, an scire uis quod perijt Aegyptus? Hic iterum mihi intelligere licet ea per illum uincere congruat. Sunt enim corda dura, & quæ mulceri nequeant, nisi tarde & ægre, uenientia tamē tandem ad mediocrem sensum diuinæ iræ, at ille ineffabili crudelitate excellens, & summè obturatus est. Scriptum est enim: Cor tuum consolidatum est ut lapis, & stetit sicut incus immota. Itaq; quum multum clamaretur contra eum, dixit tandem ad Mosen: Ite, & seruite deo uestro. Qui autem & qui sunt, qui ituri. Et ait Moses: Cum iunioribus & senioribus nostris ibimus, cum filijs & filiabus, & ouibus, & bobus nostris. Est enim festū Domini Dei nostri. Et dixit ad eos: Sit sic. Dominus uobiscum, sicut dimitto uos, nunquid etiam supellectilem uestram uidetis, quod nequitia inest uobis, non sic. Ite autem uiri, & seruite deo. Hoc enim ipsi quæritis. Intellige itaq; amice, quod Moses optimā dicendo fecerit copulam. At ille non sic inquit, sed ex parte dimittēdos, & dicebat obsides abeū tiū fore relinquendos, & remanere debere in Aegypto supellectilem. Eant enim omnes uestri adolescentes, inquit, & quicquid perfectę ætatis est. At diuinus Moses affirmabat, nullo contempto eundum esse, tam adultis quàm non adultis, filijsq; & filiabus, & boū armentis & alijs iumentis. Etenim hoc decet, ut sic agant, qui desiderant ueram libertatem adipisci, & à mundanis malis liberari, uiamq; uirtutum incedere, ut nullas suæ animæ & mentis reliquias relinquant, propter quas iterum maligni crudelitati subijciantur. Inuitat autem ad hoc diuina lex: Iuuenes & uirgines, senes cum iunioribus, iuxta psallentium uocem, & omne genus ætatis quæ in Christo intelligitur. Quos diuinus Ioannes alloquitur, dicens: Scripsi uobis filioli, quoniam cognouistis patrē: scripsi uobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio: scripsi uobis adolescentes, quoniā fortes estis, & uerbum Dei manet in uobis, & uicistis malignum, licet & aliter intelligi. Adolescentes gerunt fortitudinis typū, senes uerò prudentiæ, filij denique & filiæ puritiæ quæ in Christo intelligitur. Fortitudine enim ac prudentia, & simplicitate quæ in Christo, intelligitur discedimus à peccato in sanctificationem. Viriliter enim, inquit, agite, & confortetur cor uestrum. Et iterum: Estote prudentes sicut serpentes, & Exod.10. Matth. Ephes. Iob 41. Psal.149. 1.Ioan.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Psal.6.* & simplices sicut columbæ. Dicens autem, quod oues & boues simul abeant, designat, opinor, etiam corporales & crassiores nostras affectiones
*Matth.10.* satanæ non relinquendas. Vnde diuinus scribit
*Rom.10.* Paulus: Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire immundiciæ & iniquitati in iniquitatem: ita nunc exhibete membra uestra seruire iusticiæ ad sanctificationem. PAL. Quare igitur dimittit adultos, alios autem sibi acquirit Pharao.

CYR. Quæ nam dicis in Aegypto manere? PAL. Erant, opinor, mulieres, pueri, non adulti, & infirmi senes, & bruta animalia. CYR. Et quomodo uir optime, illud non intelligis? PAL. Quod nam dicis? CYR. Iuuenes & adolescentes floridæ ætatis, magis ad pietatem idoneos putat, & qui euadant etiam nolentibus his qui resistunt, ualentq; seipsos ab opprimẽtibus eripere,
*Iacobi 4.* secundum quod scriptum est: Resistite diabolo, & fugiet à uobis. Sed eos qui uiriliter agere nequeunt retinet, & imbelle, & infirmum genus amat. Itaq; in hoc intelligitur sensus muliebris & mollis, ac quodammodo non adultus, & sine robore puerilisq; adhuc, sicut in bobus & ouibus crassior & irrationalis figura ponitur. PAL. Bene dixisti. CYR. Iterum rigidus & austeræ mentis uir Pharao mentitur, & quum iam immisisse locustę, totam eius regionem, ut dicitur depastę essent, accersiri fecit Mosen. Cui ut ingressus est Pharao, inquit: Ite, seruite domino deo uestro, ue runtamen oues & boues relinquite, & suppellex uestra eat uobiscum. Et dixit Moses: Sed & tu da bis nobis holocausta & hostias, quas faciemꝰ domino Deo nostro, & iumenta nostra ibunt uobiscum, et non relinquemus ungulam, ab illis enim accipiemus ad seruiendum domino Deo nostro. PAL. Et quem sensum his quæ à sapientissimo Mose dicta sunt accommodabimus? uel quomodo quis accipiet ea quæ ab Aegypto & Pharaone, & offeret deo? CYR. Etiam amice, manifestus est sermo. Nam qui obluctatur his qui pie agere uolunt, & pugnat, nisi omnino liceat quosdam illi subesse, tametsi uel ex parte eos habere desiderat. Quod autem diuina lex celerrimum quendam discessum facere doceat, & nihil penitus sinere sub illo relinqui & manere, & neq; animæ particulam, neque corporalis sensus occasionem, præterea autem & optima & pulcherrima quæq; mundanæ uitæ, deo offerenda esse. Hoc enim opinor significare, quod acceperint de Aegypto, ut offerant Deo. Nonne hoc faciunt, qui per mundanã sapientiam sacris & diuinis doctrinis opitulantur, luculentum sermonem, & sensuum acrimoniam sectantes, cultumq; rationalem deo persoluentes. Omnis enim sapientia à Domi
*Iacobi 1.* no, sicut scriptum est: At non dicimus gentilium poetas, & librorum scriptores in tam præclaram eloquẽtiam peruenire. Vnde & diuinus Paulus:
*1. Cor. 2.* Non spiritum mundi huius accepimus, sed spiritũ qui ex deo, ut sciamus quæ ex deo donata sint nobis, quæ & loquimur, non in persuasibilibus humanis sermonibus, sed in demonstratione spiritus. Quod autẽ Moses uere in umbris adhuc, eximia mundanæ uitæ non reiectanea fore dices deo naturali, statim ostendit euidenter, ueruntamen ut in umbra & figura. Quũ enim Deus præciperet spoliare Aegyptios, uasaq; aurea & argentea mutuari debere inquit à contubernali & uicino, quod etiam perficitur per mulieres. Res enim stridula & loquacissima semper est, & ad deceptionem idonea. Vasa autem opinor argentea & aurea Aegyptiorum, quemadmodum iam dixi sunt ea, quibus ornari se homines putant, etiamsi Deum uerum non agnouerint. Est autem quod dico tale quiddam. Nam iterum communes sunt omnibus hominibus mentis & animæ motus, et in quolibet studium boni ac mali, sed alij quidem naturæ bonis usi bene præclaram et eximiam uitã agunt: alij uerò ad ea ad quę non decet, bona naturæ adulterantes quodammodo uertunt, ut ad turpia eant. Et fortitudo & prudentia bona sunt his qui bene utuntur, damnosa autem his qui non recte se gerunt. Nam licet quidem uiriliter agere & sentire cum plausu & laudibus, licet autem idem possidere, & cum multa deploratiõe. Hæc autem communia sunt, et in omnibus tã his qui errant, quàm his qui deũ nouerunt. Quando igitur pristinam in malo formositatem & prudentiam ad ea quæ deo placent conuertimus, quasi ab Aegyptijs recepta, & ex mundana uita, sacra & accepta Deo erunt, adaptantur enim uirtutis usui, & sanctificationis ministerio, quasi ex Aegypto uasa aurea et argentea ad constructionem & perfectionem sancti tabernaculi, cõducibilia esse declarata sunt. Porrò postquam spoliatos Aegyptios primogenitorum mortem, redempti sunt tandem filij Israel, immolato in figuram Christi agno. Neq; enim aliter redemptio obtineri poterat, quandoquidem ea omnis per Christum est, & per ipsum omne donum bonũ. Emittuntur autem circiter mediam noctem ab Aegyptiorum terra, qui à tenebris & seruitute liberabantur. Seruitus enim peccati semper quodammodo in tenebris spiritualibus, & non in diuino lumine esse solet. Nam quisquis male agit, odit lucem, iuxta domini uocem: Sine fermento
*Luce.* autem farina effertur, & absq; pulmento fugiunt. Cogebant enim, inquit, Aegyptij populum, ut festinanter de terra eijcerent eos. Dicebãt enim: Omnes nos morimur. Tulit autem populus farinam suam, antequam fermentarentur massæ eorum ligatæ in uestibus eorum super humeros. Non enim opinor Deo adhæsuros familiariter, efferre ullas malitiæ reliquias, neq; aliena & profana alimenta in uiaticum corradere debere, nempe spiritualia: sed amare non fermentata, & desiderare posthac panem uiuificantis mũdum. Qui enim tales sunt, purè festum agunt, accepti; Deo perficientes cultum sub ipso manent semper. PAL. Nonne ô amice, sentis q; oporteat sanctæ & religiosæ quæ sub Christo est, & ablęg



tyranno uitæ cupidos, ut sint boni & dei amatores, festinare, quo sacrificent non in hostium terra: hoc est non existentes in habitu & consuetudine peccãdi ac reprehensibili, sed in alacritate potius uirtutum, & statu morum à diaboli tyrannide alieno, uel aliter habere quàm sic suspicaris? CYR. Recte sermo noster habitus est, & si placet pergam, ut per aliam etiam imaginem istud ipsum cõsideremus. PAL. Placet. CYR. Postquam inhabitatores sanctę ciuitatis Hierusalem, unquam, uniuersorũ seruatorem deum, per suam in quibuslibet malis perpetrandis defectionẽ relinquere ausi sunt, in Babyloniorum uenêre manus, qui mancipatos seruire cogebant. Cedere enim imperantibus & obtemperare illis etiam nolentibus necessitas erat. Vnde mœrentes & calamitates inexpectatas deplorantes, uel sic saltem breue laboris refrigerium interdum quærebant. Licebat autem in diuinis laudibus et psalmis sui
*Psal.70.* mœroris hebetare acerbitatem. Memor enim fui dei, & lætatus sum, inquit diuinus Dauid. Festũ autem dixerim spirituale, laudũ cantus, sed perfecte perficiunt, tam dulcem uocem alienorum auditoribus immittere, et istud suauissimum et blandissimum melos, quodammodo iam & in aerem iactare, deridentibus interdum Babyloniꝰ, & in-
*Psal.98.* dignantibus per omnia organicæ modulationi. Proinde & dicebant: Super flumina Babyloniꝰ illic sedimus & fleuimus, dũ recordaremur Sion, C in qua secundum leges et ritus Iudęorum laudis sacrificium offerebatur, quod in chordis & organis perficiebatur, & oblectans modulationibus diuinum templum ingredientes. Quoniam autem erant alieno iugo constricti, dicunt: In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra, quod significat cessationem à cantilenis: per hoc lignantes sterilem, imò fructiperda est salix arbor. Sic enim ὡλεσικαρπον φυτὸν à Gẽtilibus poetis appellata est. Itaq; & in immundicia & neglectu iacebant canticorum organa, & huius torpo

ris causam deplorantes dicunt: Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Quũ autem attulisset eis Baruch Hieremiæ sermones, flebant omnes & ieiunabant, & uenerunt ut orarent coram domino, et congregabant pecuniam prout uniuscuiusq; manus poterat, et miserũt ad Ioakim, filium Helkiæ, filij Salom sacerdotem, et ad sacerdotes, & ad omnem populum, qui inuentus cum illo in Hierusalem. Et post alia: Et dixerunt, Ecce misimus ad uos pecuniam, et emite pecunia holocaustomata & pro peccato, et thus, & facite mencha, id est oblationem, et perficite super altare domini dei nostri. Congruere enim putabant, inquit, non sacrificare adhuc à terra quidem sancta separatos. Agebant autem tunc iam non sub deo, sed subiugati quasi alteri in tyranni manum inciderant, etiam his qui adhuc sanctam inhabitabant ciuitatem, & sancti sacerdotij gloriam sortiti erant, cultum assignant recta ratione gubernati, ad cõsiderandum id quod decebat et
*Dan.6.* oportebat. Quin et ipse sapientissimus Daniel sacris occupabatur studijs, existens cum alijs captiuis, necessariã rem sapienter ostendendo, et quomodo dicam? Orabat enim tribus diei temporibus, & erant ei apertæ ac spectantes uersus Hierusalem fenestræ in cœnaculis. Scriptũ est enim sic: Nam tũc uix fore acceptam apud deum suam arbitrabatur orationem, ex aliena infensaq; terra. Nam licet corpore separabatur, saltem uel cogitationibus, & animi oculis, Deo gratissimam terram uidere, sicq; in ipsum quodammodo templum, pro quibus uolebat preces immittere studebat. PAL. Euge, absolutus est sermo omnis perquam uere.

DIVI CYRILLI ALEXANDRINI ARchiepiscopi, *de adoratione in spiritu & ueritate cum Palladio dialogi finis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caxa.
D. CIRILI OPERA

Universidad de Deusto
Biblioteca

TERTIVS TOMVS HABET,

# DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI,

Contra Iulianum apostatam pro religione Christiana libros X.

De recta fide in Christum ad Theodosium, & ad Reginas, libros III.



BASILEAE.

D. CYRILLI OPERA

Universidad de Deusto
Biblioteca

EORVM QVAE IN TERTIO TOMO SVNT, ELENCHVS.

QVAE IN PRIMO LIBRO.

Theodosius laudatur, quod ueritatis amicos foueat, hostes persequatur, & Iuliani apostatæ uita delibatur. Quod Gentiles ab Hebræis suam eruditionem receperint. Quibus temporibus clarissimi quiq; uixerint. Trinitatem Abraham & Moses cognorunt. Deus unus & trinus ut cognitus fuerit & ab Orpheo & Homero, Hermete, Pythagora, Platone, Sophocle, Porphyrio.

IN SECVNDO LIBRO.

Quod fabulosa Gentiles tradant. Quare Christiani à Gentilibus defecerint, & quanta bona doceãt. Quomodo philosophi inter se dissideant. Platonis & Mosę, item Hesiodi & Mosę comparatio in factura mundi. Quod creare sit opus solius dei, & non angelorum. De Idæis Platonicis, de amicitia & lite Empedoclis. Quod deus non sit cœlum, & quid discendum ex astris.

IN LIBRO TERTIO.

De formatione Euæ & primi hominis. Quare deus homini dederit legem. Quod diabolus per serpentem loquutus. Quid sit cognoscere bonum & malum. Quod mors à deo bene ordinata. Quod Moses deum unum & trinum docuerit. Quod deus Iudæorum & Gentium. Quando cœperit idololatria.

IN LIBRO QVARTO.

De natura dæmonum, & quod homines cogere nequeant. Quare sacrificia data sint. Vnde quarundam gentium mores. Quare constructa turris Babylonis.

IN LIBRO QVINTO.

Decalogi explicatio. Quomodo deus sit zelotes, & iuret. De diuina prudentia in rebus omnibus. Quales apud Hebræos milites & sapientes, & quanto præstantiores Gentilibus.

IN LIBRO SEXTO.

Socratis, Cimonis, & Aristidis uitia, Mosiq; ac sanctorum uirtutes.
Signum crucis quare apud Christianos in precio. De picturis Christianorum.
De cessatione prophetarum, & de Aesculapio quis fuerit. Quomodo Christiani martyres colant.
Quod principes olim dij dicti. Qui ex obscuris clari euaserint apud Gentiles, ut Socrates & Plato.
Quare Christus uoluerit ex regina matre nasci.

IN LIBRO SEPTIMO.

De imperio Alexandri magni, & uictoria Christi. De officijs iudicum.
De lapsu Salomonis. Quare Christiani Gentilium libros legunt, & idolothyta non edunt. Quod linguæ donum Dei. Quod prophetæ non discordent à Mosę. De ciborum delectu contra Pythagoram. De Sacramentorum uirtute. De baptismo.

IN LIBRO OCTAVO.

Quod Christus à Mosę prædictus sit. Mosis cum Christo collatio. Quod regnum Iudæorum sub Herode defecerit. Quod una deitatis natura sit in patre & filio & spiritu sancto. Quod trinitas à philosophis sit credita.
De sacramento incarnationis. Virginitas Mariæ probatur. Quantæ autoritatis Ioannes Euangelista apud Ethnicos.

IN LIBRO NONO.

Quod homines dij dicti, & quomodo filius deus, dextra patris, uirtus Dei ac dominus. Quomodo intelligitur quod filij Dei uiderunt filias hominum.
Quædam hieroglyphica Aegyptiorum & Pythagoræ ænigmata exponuntur.
Quid sacrificia legis in Christo & nobis præfigurarint.
De ratione sacrificiorum multa. De cibis lege prohibitis, & quid uelint.
Quomodo Christus plenitudo legis. De ferijs Christianorum, & quomodo lex non seruata etiam olim ad literam.
Quod Petrus non fuerit hypocrita.

IN LIBRO DECIMO.

Christum esse Deum, testimonia ex euangelistis. Quod Sanctorum memoriam iuste seruemus.
Quod in somnia & uisiones mortuorum Christiani non curent. Qualia sacrificia Christianorum.
De circumcisione duplici.
Contra Astrologos nonnulla.

IN LIBRO DE RECTA IN CHRIstum fide ad Theodosium.

Pietatem esse stabilimentum regni docet.
Quæ falsæ de incarnatione Christi opiniones.
Contra eos qui dicunt Christum phantasticum assumpsisse corpus.
Contra eos qui dicunt Verbum in carnem uersum.
Contra eos qui dicunt filium esse Verbum pronunciatum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Contra Apollinaristas, qui negant in Christo fuisse animam humanam.
Quod apostolorum traditionibus credendum sit.
Quod filius dei uere animam & corpus assumpserit.
Quod anima Christi descenderit ad inferos.
De nomine Iesu, & Christum ut hominem non adorari.
Quomodo caro Christi uiuificet. De appropriatione idiomatum.

IN PRIMO LIBRO AD REGINAS.

Symbolum patrum. Quod Maria sit deipara. Hæreticorum dolus.
Incarnatio Christi ad renouationem humanitatis.
Quod deus sit Christus unione cum deo uerbo templi assumpti, & ad eius gloriam ascendentis. Quod uita uiuificans sit Christus.
Quod fides sit in Christum tanquam in deum.
Quod uita & propiciatorium sit Christus.
Quod Christi mors mundo sit salutaris.

IN LIBRO SECVNDO.

Eadem argumenta tractantur cum explanatione obscurorum argumentorum.
De obedientia Christi.
De sacerdotio & sanctificatione Christi.
Quomodo Christus spiritum sanctum acceperit.
Quod Christus gloriam acceperit.
Quod Christus in uirtute patris resurrexerit.

FINIS.

# BEATI CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, AD PIENTISSIMVM ET CHRISTI AMANTISSIMVM REGEM THEODOSIVM, EPISTOLA:

QVONIAM uestræ christianissimæ maiestatis opera, auditu digna, eximia, atque adeò ineffabilia ac studium quoq; erga religionem incomparabile (utpote sortem quandam supernè uobis collatam) à telis inuidiæ inuicta asseritis, insignita in cunctis honestis negotijs dexteritate quam hæreditario quodam iure à patribus & auis possidentes, in præsentibus negotijs nunc potissimum clarescere facitis: nimirum recte uobis Saluatoris nostri uoces aptarim, dicentis: Non potest ciuitas occultari supra montem sita. Fermè enim ea quæ in sublimi sunt, ita se habent, ut undiq; cõspicua sint. Quid mirum igitur, si hoc & uestræ serenitati, cui nullus status æqualis est, tribuatur: quandoquidem sceptrorũ uestrorum claritas in summum peruenit fastigium. Et æquissimarum quidem legum splendor, omnia undiq; iubare suo tanquam fulgur illustrat: at mansuetudo pietasq; in Christum exhilarat etiam cœlum ipsum, hoc est, supernas & rationales ac cœlestes uirtutes. Estis enim sic in utrisq; admirabiles, ut quum uestræ ille uirtutes de primatu certent, in omni celebritatis genere uictores euaseritis. Igitur ô Theodosi, rex Christianissime, dum uobis alij exhibẽt uictorias, coronas, gratulatoriasq; uoces, & alia quibus regis potentia iure honoratur: nostri, qui diuino fungimur sacerdotio, muneris fuerit offerre libros ad diuinam potissimum gloriam compositos. Quippe uobis familiare, & omnibus precibus opratum est, ut ueros sacerdotes concilietis, & eos qui debacchantur in illos abominemini, inq; maximorum hostium numero censeatis: honore interim omni dignantes cunctos, qui ea quæ ad gloriam Christi attinent, sapere & loqui uoluerint: quod studij ut sanctis dignũ, ita uestris cellitudinibus longe dignissimum dixerim. Sic enim diuinus propheta Dauid in seruatorẽ Christũ psallens inquit: Nonne odientes te, odio habui, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Neq; parum probabilis est sermo hic. Etenim quemadmodũ hi qui se eis qui uos diligere solent, ob quam nescio stoliditatem, nolunt opponere, euidens suæ erga uos beneuolentiæ specimen exhibent: ita & illi germanum erga Christum amorem declarant, qui calumniantibus illum, seobijciunt, & quasi quod in diuina scriptura habetur, dicunt: Zelando zelatus sum domino. *Regis est perse qui hostes uc ritatis.* *3. Reg. 19.*

Operepretium autem erit, ut narrem quidnam sermones mei oblaturi sint. Veniam date mihi: non enim tam contra regem dicere statui, quàm pro gloria Christi, qui cum summo uniuersorum rege patre suo principatum gerit, de quo & solo dicere decet: Per me reges regnant. Est enim idem gloriæ dominus & in cœlo & in terra. Igitur consectaneum ac necessarium fuerit, ut nos sanctorum dogmatum protectores, in hoc à deo præordinati, ut sermones ad patrocinandum apros, uolẽtibus gloriam eius contumelijs afficere, opponamus: ij lectoribus proderunt, & alijs quidem, qui cor habent hincinde agitabile, & quo facile ad ea quæ non conuenit, rapitur, utilissimum sit subsidium: alijs autem in fide recte incedentibus, baculus quidam quo se fustinere ualeant ad hoc, ut magis confortentur, & solidam rectæ fidei traditionem seruent. Quis igitur ille est, qui aduersus gloriam Christi pugnat? plurimi quidem, qui olim malignitate diabolica inducti, præ omnibus autem Iulianus, qui imperij gloriabatur insignibus, ignorabatq; regni & potentiæ imperij datorem Christum. Nam antecq; regnare inciperet, inter fideles recensebat: assequutus aũt erat & ipsum sacrosanctũ baptisma, quin & in sacris libris eruditus erat: ignoro aũt qui factum sit, ut flagitiosi & superstitiosi uiri facti sint ei familiares, qui eum sermonibus suis ut deficeret illicientes, deinde assumpto in hoc cõmilitone fana, ad gentiliũ ritus clàm induxerunt, & immundorũ dæmoniorũ cultorẽ effecerunt eum, qui in fancta ecclesia & monasterijs fuerat enutritus. Corrumpunt em bonos mores colloquia praua, sicut sapientissimus Paulus inquit. Aio aũt q̃d ij, qui solidũ sensum habere & rectæ fidei traditionẽ sicut margaritã quandã in mente retinere uolunt, etiam nullũ accessum, uel saltem cum fiducia loquendi locũ his qui superstitioſum cultũ sequi solent, dare debeãt. Scriptum est enim: Cum sancto sanctus eris, & cũ uiro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum peruerso peruersus eris. Quũ igitur potentissimus Iulianus linguã sortitus esset diserti, acuit eam contra nostri omniũ dominum saluatorem Christũ, & tres cõscripsit libros aduersus sancta Euangelia, & contra piam Christianorũ religionem, quibus multos commouit, & haud mediocriter offendit. Etenim leues, facileq; mobiles in eius laqueos cito cadunt, fiuntq; dæmonũ dulcis esca. Turbantur aũt interim nonnihil etiam ij, qui in fide profecerunt: credunt enim ipsum sanctas diuinas literas nosse, quandoquidem ex ipsis uaria testimonia in suis libris accumulat, quamuis ignoret quæ dicat. Quoniam autem plurimi superstitiosi, conuenientes eos qui Christum sapiunt, sulq; decq; prætexunt, nobis exprobrantes illius cõtra nos scripta, & dicunt tanta grauitate ædita, ut carpi nusquam ualeant, nullumq; adhuc inuentum esse ex nostris doctoribus, qui uel contradicere uel subuertere dicta illius queat. Adhortantibus itaq; multis atq; fusis Christo dicenti: Et nũc uade, & ego aperiam os tuum: accommodaui meut decuriam qui- *Prouerb. 8.* *Vtilitas libri.* *Iulianus in monasterio enutritus, & eruditus in idolorum latriã incidit.* *1. Cor. 15.* *Cauendũ præsum cõsortiũ fidelibus.* *Psal. 17.* *Iulianus tres libros scripsit contra euangelia.* *Ezech. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



dem Græcanicum supercilium, aduersus dominum Christum sese extollens: adiuuem autem, quantum licet, deceptos, demonstrando deceptum esse & ignorasse sacras scripturas eum, qui nostri omnium saluatorem Christum incusat. Cæterum istiusmodi sermones Christianissimæ uestræ obtuli celsitudini: quam semper custodiat deus iucundam & illæsam, prævalentemq; inimicis, quos sub pedes mittat, & propagantem usque in filiorum filios sanctum imperium, annuente Christo, per quem & cum quo, Deo & patri gloria, cum sancto spiritu, in secula seculorum, Amen.

# BEATI CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, PRO CHRISTIANA religione, ad ea quæ à Iuliano obiecta.

## LIBER PRIMVS.

*Vt sibi & alijs prosunt boni, ita obsunt mali.*

VT sapientia & ingenio præditi, A ipsi quidē ueritatis admirantur pulchritudinē, & omnis sermonis parabolam, ac obscurum sermonem, dictaq; sapientium & ænigmata intelligere possunt: tamq; diligenti & cōposita mēte sacris scripturis incumbunt, ut non solum suas animas diuina luce impleant, & admirabilē piæ, legumq; obseruantissimæ uitæ gloriam referant, sed & alijs summæ utilitatis autores fiant. Scriptum est enim: Fili, si sapiēs fueris, tibijpsi sapiēs esto & proximo: ita, qui peruerso corde, & inexercitata mente sunt, diuinę lucis minime participes: obluctantē quidē pijs dogmatibus, audaciq; temeritate cōtra ineffabilē gloriā extollunt, & emittētes blasphemias, iniustitiā in excelsum loquunt, iuxta id q̄d in Psalmis celebratur. Opinor aūt id ægritudinis accidere illis propter suū stuporem & imperitiā, imò, ut uerū dicatur, insidijs maligni, malorumq; principis draconis, sataną inquam. Et nos hoc docet beatus Paulus, qui sic scripsit: Quod si adhuc uelatū est euāgeliū nostrū, in his qui pereunt est uelatū, in quibus deus seculi huius excęcauit sensus incredulorum, ne illucesceret illis lumen euangelij glorię Christi. Quia non est obscurū, quod is qui existimatus est esse deus huius seculi, & summę gloriæ fur, obscurarit illorū cor. Indubitatò em̄ decepit, & innumerabiles præfecit uitæ deos, dęmonesq; & heroū animas, sicut ipsi dicūt & sentiunt. Illos prudentiū oculi haud multū deplorarēt, si quidē ea de quibus merito erubescerēt, silerent: nūc aūt impij eorū conatus eò tendunt, ut tam fœda ido

*Prouerb. 9.*

*Psal. 72.*

*2. Cor. 4.*

lolatriæ morbo etiā alios insicere quærant. Nam sicut serpētes in triuijs sedent, ut insiliant in eos, qui nihil sibi timentes securi ambulant, perditionis uenenū facile credētibus infundentes. Vnde meritò de eis quis dixerit: Serpētes progenies uiperarū, quō potestis bona loqui, cūm mali sitis? Neq; aberrauit à uero dominus, dicēs: Bonus homo de bono thesauro sui cordis profert bona, & malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala: & de abundantia cordis os loquitur.

*Matth. 12.*

*Luc. 6.*

Hæc autem loquor, quoniam in Iuliani libros incidi, qui aduersus sanctam nostrā religionem, intolerabilem affert accusationem, & aberrasse dicit nos, abductos quidem insipienter, quasi in uiam quæ ad rectum & irreprehensibile ducat, ire aūt per petras & ingratū modis omnibus deo facere cultū, qui neq; cū sapientissimi Mosi legibus cōueniat, neq; cum paganorū superstitionibus, hoc est moribus & cōsuetudinibus, mediam aūt quandē & utrinq; aberrantē eligere uiā. Ego uerò dixerim, nos quidē ab illorū dementia alienos, multisq; nominibus Christianas res ab illorū separatas nugamētis. Nulla enim cōmunio lucis cum tenebris, neq; portio fidelis cū infideli. Quod uerò nec à Mose libris dissidentē, & prę- C scriptis illius cōtradicentem agamus uitam, pro uiribus certis coniecturis ostendere tentabo, ubi id temporis requiret opportunitas.

*Præcepta moralia.*

*Ceremonialia.*

Atqui illud in præsentiarum dixisse operæpręcium existimarim, quod uerè à quibusdā celebratur, puerbiū, Sapiens alius ab alio. Manifestū aūt, q̄d posteriores à prioribus didicerint, & nō priores à posterioribus. Itaq; quēadmodū Græci de suis doctoribus magna sentiūt, & quosdā respuē dosputātes, Anaximādros nobis et Empedocles Pythagorasq; & Platones nominā: cum quibus & alios adiungunt, qui prophanorū ipsis dogmatum fuerunt autores, & ut sic dicā, imperitiæ tontes. Age dicendum primo diuersis illos opinionibus excitari et turbari inter se, deq; rebus singulis rationem incongruam pronūciare. Deinde cum hoc demonstrandū, Mosen temporibus fuisse antiquiorē, & sententiā rectā & infallibilē de ineffabili & summa omniū substātia attulisse, & de creatione mūdi optime disseruisse, legesq; uerò à quibusdam nominatos fuisse numero posteriores & iuniores, multa ex illius libris furatos esse, & suis inseruisse, quamuis nō usquaq; sanè, potuisseq; uix aliquā sententiā deo dignā inde eruere, & q̄d uero simile dicere. Fuerūt igitur horum quidem alij post Mosen, fuere & alij prophetarū, qui illi sequūti sunt, coætanei: quorū etiā sententias imitari non sunt dedignati, melius suis patribus asserē quuti, tametsi nec sic de gloria dei satis pure & uere respōderint. Igitur quod diuinus Moses antiquissimus quidem fuerit temporibus, illi autē lōge posteriores manifestū cōstituemus, sibiliton corū Chronica scrutabimur. Oportebit aūt lectorē in legēdo, & in recēsendis nominibus, reponere, & ad multa utiles, & ab incolis eius regionis seruatos esse, & ab illis

Universidad de Deusto
Biblioteca



Eleazar filij Aaron, mortuo scilicet Aarone. Centesimo & nonagesimo quinto anno post Mosen ferunt fuisse Proserpinam uirginem raptã ab Aedoneo, id est Orco rege Molossorum: hic canem maximum aluisse dicitur Cerberum nomine, qui apprehendit Pirithoum & Theseum, ueniẽtes ad raptum uxoris: quũ perijsset autem Pirithos, aduenientes Hercules, Theseum in mortis periculo constitutum, ex inferno liberauit, ut fabulantur. Ducentesimo & nonagesimo anno Perseus Dionysium, hoc est Liberũ occidit, cuius & sepulchrũ esse dicunt in Delphis iuxta aureum Apollinem.

Expugnata Troia quãdo.

Quadringentesimo decimo anno post Mosẽ, expugnatũ est Ilium, iudicante apud Hebræos Esebon, apud Argiuos Agamemnone, apud Aegyptios Vaphre, apud Assyrios Teutamo. Colligũtur igitur à natiuitate Mosẽ usq; ad destructã Troiam quadringenti decem anni. Et nunc uide eos, qui deinceps: dicam autem perfunctorie, neque in medio morabor, occasionem potius sumens loquendi de necessarijs personis.

Quinto igitur anno post captam Troiam, regnauit Apud Latinos Aeneas, apud Athenienses Demophon Thesei filius: iudex autem fuit apud Hebræos Samson. Sexagesimo & quinto anno post captam Troiam, mortuus est pontifex Eli, sicut scriptum est in primo libro Regum. Palæstini uerò arcam deuexere in terram suam. Prophetat beatus Samuel, & assumitur in regem Saul. Centesimo sexagesimo & quinto anno post captam Troiam, Homerum & Hesiodum fuisse dicunt, regnante apud Lacedæmonios Laboto, apud Assyrios Laosthene, apud Latinos Alba Syluio, apud Corinthios Agelao. Ducentesimo sexagesimooctauo anno captæ Troiæ, prophetarunt Elias & Eliseus, regnante apud Hebræos Ioram, apud Lacedæmonios Archelao. Ducentesimo sexagesimo & quinto anno captæ Troiæ, Lycurgus Lacedæmonijs leges dedit, regnãte apud Corinthios Agemone, apud Latinos Proca Syluio. Ducentesimo & octuagesimo anno post captam Troiam, prophetarunt Osee, Amos, & Esaias.

1. Reg. 4.

Homerus & Hesiodus quando.

Dicunt autem quidam, quod Homerus non fuerit tempore Hesiodi, sed in illis fuerit tempestatibus cõtemporaneus Hesiodi, sed in illis fuerit tempestatibus, regnantibus apud Hebræos Azaria & Ioathan, apud Medos Arbace, apud Latinos autem Syluio Ozia, apud Medos Arbace, apud Latinos Proca Syluio.

Colligũtur itaq; & à capta Troia usq; ad primã Olympiadem, anni quadringenti & quinq; Ab ea uero usq; ad primam Olympiadem de ciuitate autem Mosi, usq; ad primam Olympiadem anni octingenti & quindecim. Prima Olympiade fuisse dicitur Arctinus Milesius poeta, Rhesus quoq; & Rhomulus nascuntur, regnante apud Iudæos Ioatham, in Israel autem Phaceee.

Nona Olympiade fuisse dicunt Eumylum poetam & Sibillam Erytheam. Decima & septima Olympiade Sibyllam, quam & Herophilam nominarunt, fuisse tradunt. Vicesimatertia Olympiade Archilochus fuisse fertur, imperante Iudæis Manasse. Vicesimanona Olympiade illustres fuerunt Hypponactes & Simonides, & Aristoxenus musicus. Tricesima & quinta Olympiade Thales Examæi Milesius, primus physicus philosophus fuisse dicit, & productos annos eius usq; ad quinquagesimam octauam Olympiadem. Tricesimasexta Olympiade prophetarunt in Iudæa diuinus Hieremias & Sophonias. Quadragesima secunda Olympiade, Alcmæon & Pittacus Mytileneus, unus ex septem sapientibus, & cum illis Stesichorus poeta cognoscitur. Illis etiam temporibus fuit beatus Daniel. Quadragesimasexta Olympiade, Solon abrogatis Draconis legibus, sua iura dedit. Quadragesimanona Olympiade, quum essent Iudæi in Babylone, hoc est in termino Persarum & Medorum (erant enim captiui) prophetarunt apud eos Daniel & Iezekiel. Quinquagesima Olympiade, celebres fuerunt septem sapientes, & Anaximãder Milesius philosophus physicus. Quinquagesima sexta Olympiade, Cyro apud Persas regnante, prophetarunt Aggeus, & Zacharias.

*Hic deerant tria folia in exemplari.*



At forte dicet aliquis: Esto, Mosaica antiquiora sint his, quæ à Græcorum sapientibus scripta, adhuc tamen non est uerum dicere, quod suam sapientiã inde sublegerint, uel certè deprehendant, turtranstulisse. Igitur an non probabilis sit sermo noster, probent auditores studiosi. Nam illorum quidem historici, omnem peragrantes terram, semper aliquid discere uoluerunt, ut uetera scire existimarentur. Habebant enim pro decore magno, si nihil quod factum erat, in suis libris silentio præterijssent. Deinde, quo pacto hi qui tales erant, & seduli ad utilia quæque discenda, neglexissent tam uenerandarum historiarum cognitionem, dogmatumq; & legum antiquitate dignissimarum manifestationem? Quamuis Pythagoras Samius, & Thales Milesius haud ita longo tempore in Aegypto uersati sunt, et collectis quę illic discere poterant, & disciplinarum multitudinem, qua polluisse dicuntur, in patriam reportarunt. Quin & ipse Plato Aristonis in Timæo dicit Solonem ab Athenis in Aegyptum profectũ, & interrogasse illic quẽdam pseudoprophetam, hoc est sacerdotem, qui dixit ei: O Solon Solon, Græci estis semper pueri, senex autem Græcus non est, puerici; mentibus omnes: nullam enim antiquam tenetis seu doctrinam uel disciplinam annis canam, sed obliti estis uestri, eo quod multis seculis hinc destituti fueritis.

Porrò & ex his cognoscere poterit quispiam, Christianorum doctrinas esse antiquitatis magis uenerandæ. Tunc enim nõdum de literis sciebãt Græci, Cadmo eas uix tandem ex Phœnice ad illos transferente, & tunc Mosaica erant scripta.

Quid quod Solõ Atticarũ legum inuentor, et etiam ipse Plato, quia in Aegypto fuêre, præ alijs sapientiores habiti sunt?

Adhæc admirati sunt Mosaica. Nã quod Mosẽs Græcorum historicis notissimus fuerit, ex ipsis quos scripsere libris facile cognoscere licet. Nam & Polemon in primo historiarum Græcarum, mentionem eius facit. Præter hunc & Promeæus Mendesius, et Hellanicus, & Philochorus, Castorq;, & cum his alij. Diodorus uerò diligenter perscrutans Aegyptiaca, dicit se accepisse ab illorum sapientibus de illo, quæ sic scripsit. Nam post statum ueteris Aegyptiorum uitę, quę sub dijs & heroibus fuisse narratur, dicunt uirum quendam magnæ mentis, & uitæ apud Iudæos celeberrimum Mosen, qui dicebatur Deus, persuasisse primum, ut legibus scriptis uiuendo populi uterentur.

Etenim quia omni uirtute prędituṁ uidebant Mosen, etiam deum nominauerunt illum: honoris gratia illum Aegyptij sic appellarũt, uel fortasis dicerent: quod uniuersorum deus dixerat ille: Ecce posui te deum Pharaoni.

Sufficiẽter, opinor, hoc sermone, cuius irrepręhensibilis & manifesta est demonstratio, de antiquitate elucubratũ est, et q̃d Mosaica, quæ apud Græcos in honore præstãtiora, et antiquiora sint habita. Post hoc autem operęprecium dico, ut in quiramus Hebręorum opinionem, quam de deo & mundi natiuitate, hoc est conditione habuerunt, & deinde quid etiam Græcorum sapientibus uisum sit, lectoribus perspicuum reddamus. Nam ubi consonantillorum doctrinæ cum diuinæ scripturæ sermonibus, seipsis prestantiores, et concordes inter se præter morem apparent: ubi autem defendunt proprias adinuẽtiones, discordes esse, & extraneis opinionibus ebrios demonstratu facillimum fuerit. Neque enim possibile erat penitus uidere ea quæ mentem & sermones nostros excedunt, quum omnipotẽs deus adhuc nec lucem in mentem eorum misisse, nec sapientiam indidisse, nec linguam direxisse, nec ineffabile quiddam de se, ut capaces essent, uel sentire uel loqui concesserit.

Neque enim passim omnibus absque iudicio ea gratia conceditur: illis autem potius, qui fuerint à carnis affectionibus & terrena immunditia liberati, menteq; integri, ac scientes ueræ pietatis opera. Et ad hoc nos prouocat uniuersorũ deus per uocẽ Dauid: Vacate & scitote quia ego sum Deus. Quin & dominus noster Iesus Christus: Beati, inquit, mundo corde, quia ipsi Deum uidebunt. Videtur sanè summa natura, non corporalibus, sed intus absconditis oculis animi, qui te nuiter ac diligẽter intra se sublimia rapit, & radios diuinæ contẽplationis, imaginationibus, quæ sensuum captum excedunt, attrahit.

Nõ omnes ido neí ad Theologiam.

*Psal. 45.*

*Matth. 5.*

Homines sanè qui ab Adam usque ad Sem fuêre, Deum omnium natura, & uere uniuersorum conditorem et dominum coluerunt: nullus enim eorum taxatur, quod dijs alienis fuerit deditus, uel immundis dæmonibus obtulerit. At post diluuium, & constructionem turris, & linguarum discretionem, etiam de deo indignam habuerunt opinionem, qui per uniuersam terram dispersi erant. Mentem enim à ueritate abducentes, et eam temporalibus & terrenis negocijs, atq; adeò corporis uoluptatibus mancipantes, absurdis omnibus obnoxij fiebant, & quodammodo distribuebant inter se erroris, qui multos deos dicebat, crimina. Nam alij quidem cœlum coniectabant esse Deum, alij uerò solem & lunam, ac stellas, & elementa mundi, ignem, aquam, aerem & terram, ex quibus singula composita esse dicuntur.

*Ante diluuium non fuêre idolatriæ.*

*Variæ idololatriæ initio.*

Alij uerò qui in extremã omniũ ruditatem inciderant, usque in eam cogitationum depressi sunt confusionem, ut & templa erigerent, ac delubra pretiosissimarum materiarum, sedesq; in illis cõstituerent, ac hominum statuas: & quamuis ut mortuos lachrymis perfunderent, nihilominus tamen pro dijs habebant, libaminibusq; eos & sacrificijs honorare ausi sunt. Plurimi sanè qui tũc uiuebant, honorem soli Deo decentem, elementis mundi tribuebant. Chaldæi uerò tali picturæ præ omnibus alijs addicti erant, & curiosissime quidem astrorum motus metiebantur: auium autem uolatus, uaticinij occasionem faciebant. Veruntamen, ut dixi, ab illorũ dementia alienus erat diuinus Abraham, nõ eñ summã, et omnia excedentem

Universidad de Deusto
Biblioteca



dentem dei naturam, cõnumerabit uisibilibus & sensui subiectis, neque à uero aberrans, creaturis includebat: reputans autem secum, & summa & omnia initium habuisse, & condita esse, quia tribuebas ea excelso, merito admirandus erat, & sic assumptus est à deo. Etenim ille qui quærebatur ab eo, postea se ei conspicuũ exhibuit. Videamus igitur qualem habuisse uidetur fidẽ proauus Abraham, et deinde quis post illum fide dignus sit, ut eius fidem & opinionem nobis manifestet. Opinor autem quod ad hoc nobis satis idoneus sit Mose, qui illius fuit abnepos: & quæcunq; sciebat eum nouisse, illa nos & ipse scire uolebat, & scripturæ tradidit. Proinde Geneseos compositio libro dixit quidem, quomodo quidã expugnarint Sodomitas, & cum alijs captiuũ ducentes Loth, lætati sunt quidem ut uictores, spe autem exciderũt inexspectatos adobruente eos Abraham: & quũ uicisset robore, liberasset; captiuitate semel implicitos, postea reuersus est à strage quinque regum. Scriptum est enim sic: Rogabat autem eum dicens rex Sodomorũ Chodolahomor: Da mihi uiros, equitatum autem retine tibi. Ille autem non ferens alios facere iacturã mercedis suæ strenuæ operæ, iuramentum interponens dicebat: Extendam manum meam ad Deum altissimum, qui condidit cœlum & terram, si à funiculo usque ad sphæroterem calciamenti accipiam de omnibus tuis, ut non dicas, ego ditaui Abraham. Laudabat autem eum tanquam uictorem & rex Salem, hoc est Melchizedeck. Benedixit enim dicens: Benedictus Abraham Deo excelso, qui cõdidit cœlum & terram: & benedictus Deus excelsus, qui tradidit inimicos tuos captiuos tuos. Mittens autem quendam familiarem, hoc est beneuolentissimum ministrum, in Mesopotamiã, præcepit ut sponsam filio suo adduceret, & dixit: Adiuro te per Deum cœli & deum terræ.

*Abraham à Chaldæis idolo latris recedit.*

*Gen. 14.*

*Abraham unũ excelsum Deũ testatur.*

Vnum igitur & solum deum dicebat, confitebaturq; manifeste illum esse diuinus Abraham, quem nominabat excelsum, & uniuersorum natiuitatis autorem quæ in cœlo & in terra. Porrò summitatem, nõ sensibilem, neq; quasi in loco intelligebat, uel qualem quis secundum corpus accipiat: sed ex eo quod omnibus præesset, ut deum decet, factaq; sint ab eo oẽnia quæ in cœlis & quæ super terram. firmamentum, inquam, et terra, hoc est elemẽtum. Si autem omnia facta sunt ab ipso, omnino alius ab omnibus est, alius autem secundum naturam: quoniam neque genitus, neque etiam ex nihilo est: ingenitus autẽ potius, & sempiternus, & omni tempore antiquior, & uniuersorum initium. Itaque Deum esse, sicut iam dixi, & manifeste sciebat diuinus Abraham, cui & solum purum ac sanctum exhibebat cultum. Procedente uerò tempore mentem acuit ut plus cognosceret, & tunc firmiores de deitate sermones didicit. Non enim solum, quod unus sit Deus, & alius præter illum nullus, didicit: sed & quod uirtus & immaculatæ naturæ plenitudo, quasi in

*Abrahæ cognitio augetur fide.*



figuris adhuc, & sensibiliter docebatur. Propter quã causam nuper ad ueri agnitionẽ uocatis, neque exercitatã in hisce contemplationibus mentẽ habẽtibus, inaccessa quodãmodo uidetur, & uerè est, diuinæ speculationis lux. Opus enim habet ea cognitio mente prouecta & exercitata, & quæ uidere acute ualeat, fideq; domesticam habeat. Ista enim fundamentum & substructura incõcussa est sermonũ de deitate, id quod nos prophetа Esaias erudit, dicens: Nisi credideritis, non intelligetis. Quod autem omnino opus sit nouitijs per ænigmatũ doctrinam, habere de deo cõgitationes tenues, quomodo quis dubitabit, quũ etiã Græcorũ sapiẽtes hanc rem non ignorarint? Etenim Porphyrius apud illos in seculari eruditione non uulgaris existimationis, in primo libro de nominatis sapiẽtibus, hoc est de his qui apparent sapientes, ut & uanæ opinionem sapiẽtiæ habent, tale quiddam dicit: Non ualẽtes primas species & prima principia manifesto sermone tradere, tum quia cogitatu, tum quia enunciatu difficile sunt, accedunt ad numeros significationis doctrinæ gratia, imitando Geometras & Grammatistas. Nam isti quidem uirtutes elementorũ, etsi ipsa tradere uolentes, accedunt ad characteres, ipsos dicentes quasi ad primã doctrinam elementa esse. Deinde docent quod non characteres isti elementa sint, sed per illos fit conceptus quidam elementorum ad ueritatem. Et Geometræ non ualentes incorporeas species sermone commendare, accedunt ad figurarum deliniationes, dicentes hoc triangulare esse: non hoc uolentes triangulare esse quod oculis subiacet, sed tale, & per hoc conceptum triãguli constituunt. Et in primis collectionibus & speciebus hoc faciunt Pythagorici, quando non ualent sermone tradere incorporeas species & prima principia, accedunt ad manifestationem per numeros: & ita rationem quidem unitatis & identitatis, & æqualitatis, & cautam consparationis & compassionis, & salutis uniuersorum, dum se sicut ipsa & similiter habet, Vnum appellauerunt. Igitur quia propria & exmia deitatis difficilia sunt ad enunciandum, & non aliter contemplari possunt, etiam hi qui de ea fiunt sermones tenues, & posteriores ueritate deprehenduntur, per figuras & typos euidentiores quasi in speculo & ænigmate de illa discamus.

Sic eruditum esse & Abraham dicimus. Scriptum enim sic est de Abraham: Apparuit autem deus ad quercum Mambre, sedẽte ipso in ostio tabernaculi sui meridie. Quũ autem suspexisset, oculis suis uidit, & ecce tres uiri steterunt super eũ, & uidens occurrit in occursum eis, ab ostio tabernaculi sui, & adorauit super terrã, & dixit: Domine, si inueni gratiam coram te, ne præcereas puerum tuum. Et post alia dicit, dixit autem ad illum: Vbi est Sarra uxor tua? Porrò ille respondens, dixit: Ecce in tabernaculo. Dixit autem: Reuertens ueniam ad te secundum tempus hoc in horas, & habebit filium Sarra uxor tua. Ecce manifeste, inquit, apparuisse quidem illi deum: fu



isse autẽ tres uiros qui uidebantur, accurrentemque diuinum Abraham non tanquam tribus dixisse: Domine, si inueni gratiam coram uobis, ne præcereatis puerum uestrum: dominum autẽ singulariter nominasse tres. Dicebant iterum quasi ex una persona: Vbi est Sara uxor tua? Et, Reuertens ueniam secundum tempus hoc in horas. Vide obsecro, uide, tres quidem fuisse qui apparuerunt, subsistisse autem in propris subsistentijs singulos, sermone consubstantialitatis in unum cõprehensos, & ita dedita opera colloquia inter se miscuisse. Veruntamen eiusmodi imagines obscuræ quidem sunt, & ueritatem non satis exprimentes, quamuis miram utilitatem habeant, ut manuducãt ad ea quæ mentem & sermonem nostrum excedũt. Etenim purissimis cogitationib. in mentem diuinæ contemplationis lux ingreditur, ita ut à sensibilibus ad ea, quæ super sensus sunt, quodã modo subuolemus, & super uirtutẽ rationum quæ in nobis, constituamur. Nam unica quidem ex confesso est deitatis natura, quę super omnes, & per omnia, et in omnibus: dilatatur autem mentaliter in sanctam trinitatem ueneranda; ac cõsubstantialem, in patrem inquã, & filium, & spiritũ sanctum. Licet autem subsistant seorsim singula prædicta hoc existentia secundũ ueritatem, quod etiam esse dicuntur: ueruntamẽ consubstantialitatis ratio congregat ea in naturã immutabilem. Nam filius quidem ex patre natus est, & est in ipso & ex ipso naturaliter. Procedit ue rò & spiritus, qui est proprius dei & patris, & filius filij. Sanctificat enim per illum quod sanctificari solet, deus & pater. Itaq; non ignorauit patriarcha Abraham, eum qui in sancta trinitate adoratur, terræq; ac cœli, & uniuersorum conditorem esse, & habere potestatem super omnia.

Insuper & qui ex eo nati fuere Isaac & Iacob, non senserunt aliter, sed per paternæ uirtutis uestigia incedentes, eiusdem fidei fuerunt imitatores. Vnde & beatus Moses in Geneseos libro de ipsis nobis enarrans, dicit apparuisse quidem Iacob uniuersorum deum, & bonam illi spem dedo dixisse: Ego sum deus Abraham patris tui, & deus Isaac. Fatetur autem & ipse Iacob, dicens: Si dederit mihi dominus panem admanducandum, & uestimentum ad induendum, & erit mihi dominus in deum.

Et hoc quidem de illis sufficiat: nunc autẽ de ipso beato Mose sermonem attingere decet. Nam ipse unum natura & uerè deum prædicat, non ignorans eum per quem omnia creata sunt, nempe uiuens & subsistentiam habens, Verbum eius & spiritum in deo & ex eo uiuificantem, qui per illud creaturæ mittitur. Dicebat enim: In principio fecit deus cœlum ac terrã. Vbi autem in compendio & breui sermone uniuersorum conditorem esse docuisset, narrationem extendit, & monstrauit quod per uiuens Verbum, omnipotentem deum, ea quæ olim non erant, esse cœpisse, uiuificẽtur autem & in spiritu. Dixit inquit: deus, fiat lux, & facta est lux: fiat firmamentum in medio aquarũ, & factum est ita. Et in unoquoq; quod factũ est, licet uidere dicentem quidem patrem, Fiat hoc uel illud, creantẽ autem per Verbũ omne quod uolebat, absq; omni meditationis conatu. Viuens enim uerbum dei et efficax, etiamsi annuat tantum, erit quod placuerit ei. Dixit autem: Terra erat inuisibilis & inculta, & tenebræ super faciẽ abyssi, et spiritus domini ferebatur super aquam. Proinde ualde sapienter mentionem facit patris & filij & spiritus sancti.

Et alijs modis in sancta & consubstantiali trinitate, unam & natura et uerè deitatem prædicat. Nam quũ Sodomitæ grauissima peccata cõmisissent, immisit ignẽ. Pluit, enim inquit, super Sodoma ignem & sulphur, dominus à domino.

*Gen. 19.*

Ad hoc & illud opinor utilissimum lectoribus ut in medium proferatur. Sic enim scripsit de hominis conditione: Et dixit deus: Faciamus hominem secundũ imaginem nostram, & ad similitudinem. Deinde parum progrediens inquit: Et fecit Deus hominem, secundum imaginem dei fecit illum. Imago enim est dei & patris Filius, ad quem & nos formamur mentaliter, & hoc præcipuum, inter diuitias accepit hominis natura. Coruscat enim in ipsa conditoris imago. Vltra quid dicent hi qui nostris sermonibus obluctantur, fin gentes quidem pietatem quod confiteantur esse deum, unumq; & solum, sed non quod genuerit ex se filium? Ad quos dixit Deus: Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinẽ? An non ratiocinabitur, quis, quod ipsa ad seipsam sancta & consubstantialis trinitas hos de hisce facit sermones, quod hominis formatio non sit absque consilio facta? Volebat enim sapientissimus Moses ostendere factũ apud Deum, & consilijs quasi præcedentibus honestatum: nam consideratione & perscrutatione & examinatione singulorum diuina & incorruptibilis mens opus non habet. Simul enim aliquid uoluit, & ipsum est, recteq; ac irreprehensibiliter se habet. Itaq; ut dixi, honorata est quodãmodo præuijs consilijs, hominis natura. Iam neque impiorum reticebimus sermones. Dixerit enim forte quis ad aliũ statim: Non, sicut tu putas, & sapiendum censes, proprio uerbo & spiritui locutus est pater, sed dijs alijs qui cum eo, inferioribus & minoribus: quamuis omnibus manifestũ, quod uideatur & his qui in Græcis philosophantur, oportere unũ esse deum confiteri, qui omniũ conditor, & secundum naturam ultra omnia, factosq; ab eo, & ut essent productos, alios quosdã deos, sicut ipsi dicunt, & mentales & sensibiles.

*Expositio dicti: Faciamus hominẽ secundum imaginẽ, &c.*

Vnde manifestissime inquit Plato: Est igitur iuxta meam sententiam diuidẽdum primo, quid illud quod semper est, natiuitatemq; non habens: & quid illud quod fit, non autem semper fuit. Itaque illud quidem cognitione et sermõe comprehensibile est semper & per se existens: hoc autẽ opinione cum sensu irrationali opinatũ, & fit quidem, ac perit, non autem est semper. Etenim hoc quod est semper, & nunquam habuit natiuitatẽ: hoc est,

*Omnia à Deo facta Plato testatur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



hoc est nunquam cœpit esse, nominat naturam su premam, meliorem quàm ut fieri possit, nempe dominum deum, qui uere existit. Sic enim alicubi & uniuersorum deus ad sacrorum ducem Mo- Exod.3. sen inquit: Ego sum qui sum. Quod autem sit, neque unquam existens, hoc ex nihilo productum ut esset, ineffabili & inexcogitabili uirtute, hocq; totum deus suo artificio operatus est. Indicatum igitur est quod à me manifeste ostensum est, non ex solis nostris sacris scripturis, sed etiã ex his, per quas ipsi sapere & differre nouerunt, quod omnia à deo ut essent producta, et quod cõditis ipse naturam antea ignotam sit largitus est. Naturaliter enim inferius & omnino faciente minus est, quod factum est. Et quum res ita se habeat, ut dicimus, quidnam coniectando dicunt, alijs dijs deũ uniuersorum dixisse: Faciamus hominem secundum imaginem nostram & secundũ similitudinẽ. Quippe si quidẽ tanq; ad imaginẽ creaturarũ, rationale super terrã animal formare uoluisset, cur sua m personam cum illis intulit, Faciamus dicens secundum imaginem nostram? Sin ad solam suã ipsius deo decentissimam pulchritudinem figurari debere probauit, quur simul accipit aliorum memoriam, hoc est speciem? Vel quomodo quis hęc de illis bene dicet? Non enim in identitate naturæ & excellentiæ & dignitatis connumerati fuerint conditor & creatura, genita & ingenita natura, incorruptibilis et corruptioni obnoxia. Quando quidem uere dici potest, quod semper & omni modo quod natũ esse intelligit, subiaceat etiã corruptibilitati. Etenim diuinus Moses à spiritu sancto eruditus, ad futura spectans, præintellexit fidei nostræ mysteria, & quomodo hoc dicã. Nam quia in patre & filio & spiritu sancto, hoc est, incõ substantiali intelligitur trinitate, una et ineffabilis & inexcogitabilis dei natura: ut ne quis ex ingenti stoliditate stulte deceptus secundum imaginẽ quidem dicat et similitudinem dei patris hominẽ factum, & non etiam filij. Quod si ediuerso quis suspicaretur, & diceret quidem secundum similitudinem filij factum esse hominem, sed non item patris: præuidens enim, ut dixi, olim fore quosdã sic nugaturos, ipsam dixit sanctã trinitatẽ sibijpsi locutã: Faciamus hominem secũdum imaginem nostram & similitudinem: ut ad totã adintelligatur formatus mẽtaliter uidelicet, ineffabilem deitatis naturam. At hi, quamuis sibi ualde sapientes uideantur, stultum putant hoc dici, & propter stupiditatem plurimam, quum inculpatum ueritatis lumen habere possent, dijs quibusdam falso nominatis & nothis, Deum uocem hanc dixisse contendunt: quamuis indignum fuerit considerare, quod natura conditor, suæ gloriæ & eminentiæ summam dignitatem non concederet genitorum naturæ. Id quod non dicimus, quasi inuidus sit: quare enim hoc diceremus? sed quod natura eorum quæ facta sunt, nunquam pertingit ad diuinarum dignitatum eminentiam, neque opinor aliquid receperit, quod substantialiter est ex his, quæ soli et propriẽ ineffabili naturæ agnata sunt.

*Trinitas sibi loquuta est, dicens: Faciamus hominẽ ad imaginem nostrã, et nõ dijs.*

Est & aliud absurdum dixisse dominum & regẽ uniuersorum alijs dijs: Faciamus hominem secundum imaginem nostram & similitudinem. Quid enim passus est, quod cooperarios & quasi coadiutores quosdam fecit, in sola hominis conditione: quum omnem aliam creaturam quasi tumultuario fecerit, utputa angelos & dominationes, principatus, potestates, uirtutes mentales, cœlũq; ac terram, solem ac lunam, astra & lumen, & lumen matim, omnia quæ in cœlis & super terram? Num quid enim dixerit quis, quod quasi infirmus, hoc est carẽs efficacia ad hoc sufficiente, adiuocãti co adiutores? quamuis quomodo non esset extremę absurdum crimen, sic quosdam posse sapere? Nihil enim est, quod omnipotẽs et perfectissima ad omnia deitas perficere nequeat.

Relictis igitur deliramentis istis, ad illud accedamus, quod oporteat confiteri in sancta & consubstãtiali trinitate, ineffabilis deitatis plenitudinem esse intelligendam. Effícti autem sumus nos ad ueram et certissimam imaginem patris, hoc est ad filium: & in nostris animabus diuina eius pulchritudo per participium sancti spiritus ineffe ficrit. Etenim est in nobis sicut ipse filius. Spiritus enim est ueritas, sicut scriptum est. Ita nos uere sapientissimus Moses instituit, nec; alia quàm sapientissime dicens ipsis Dominus noster Iesus Christus: Non uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Proinde gloriamur in fide de deo, quam à sanctis patribus qui olim fuere, accepimus, non uitiatam: nec solemus his qui ex sanguine Israel, quasi melius sentiant, accedere: absit. Computamur autem & nos inter filios Abrahæ. Nos enim sumus secundum promissionẽ filij. Et persuadebit Paulus, scribẽs: Nõ enim omnes qui ex Israel, sunt Israelitæ: neq; quia sunt semẽ Abrahæ, omnino sunt filij, sed filij promissionis reputantur in semẽ. Igitur multa alia ad prędicta afferre de nostra religiõe et immacula ta fide, quæ nobis ab omnipotente deo concessa, non foret difficile: quoniam autem in sermones opportunos, singulas suis locis distribuere, & reseruare contemplationes decet, illis nunc præuertis, uertam me potius ad Græcos, ut exacto iudicio, quid illi senserint, perscruter. Itaque ferunt Orpheum Oagri filium, præ alijs in dæmoniorum cultu magis religiosum, qui & temporibus aliquot Homeri opus præcesserit, contexuisse fallo nominatis dijs odas & hymnos. Et mirum est eũ hanc opinionem delegisse, deindeq; condemnatis suis dogmatis, intelligentem quod uiam regiam dereliquisset, à uia recta egressus, ad meliora se conuertisse, & pro mendacio ueritatem assumpsisse. Vnde & sic de Deo dicit. Dicam



Dicam quibus fas est: ianuas autem occludite, prophani
Omnes simul, tu uerò audito Luciferæ Memoriæ fili
Musæ, effabor enim uera, nec; te ea quæ prius
In pectoribus apparent, dulci seculo priuent:
Sed ad diuinum uerbum spectans, illi aside,
Dirigens cordis mentalem profunditatem.
Bene autem incede
In uia, solumq; intuere mundi regem.
Vnus est, per se existens, unius progenies omnia facta sunt.
Ipse autem in illis melior est. Nec; illum quis
Intuitus est ex mortalibus, ipse uerò oẽs uidet.
Et post alia iterum:
Ipse enim firmatus est in æreo cœlo,
Aureo in throno, super terrã autẽ pedibus uadit,
Manumq; dexteram ad fines Oceani
Vndequaq; extendit: tremunt enim in circuitu
montes q; magni,
Et flumina, ciuitates, profundũq; iucundi maris.
Itaq; unũ & illum per se genitum per omnia, & super omnes nominat deum, & solium quidẽ illi dicit esse cœlum, sitam autẽ sub pedibus terrã. Incorruptibilem circumscriptũ, opinor, hac incorruptibili natura significare uolens, & quod per omnia ueniat, ut omnia impleat, & quod uniuersum cõplectatur, atq; adeo fines maris, trementibus & mõtibus & mari, & in summa, mundo toto. Sic enim inquit scriptura diuinitus inspirata: Omnis terra ueritatem inuocat, & cœlũ eã benedicit, & omnia operantur & tremunt. Et hæc quidem in his quæ Orpheus scripsit. At Homerum dixerit, opinor, quis, poetarum principẽ, parum differre ab his, qui in scenis saltant. Hi enim ad uidentiũ gratiam studẽt ita rerũ naturas figuris et gestibus repræsentare, ut spectatoribus ipse res uideãtur esse præsentes: at ille operam impendit, ut deificet uirtutes & uitia, & partes mũdi, & ipsam elementorum naturam. Vnde & contrarios inter se deos fuisse dicit aliquãdo in Ilio, & qui quib. se opposuerint manifeste narrat:

Nempe contra Neptunum regem quidem
Stetit Apollo Phœbus habens tela uolantia,
Ar contra Martem dea glaucis oculis Pallas.
Iunoni uerò obstitit aurea spicula gerẽs uenatrix
Diana telis gaudens, soror Phœbi.
Contra Latonam stetit fortis utilis Mercurius,
Porro contra Vulcanũ magnus fluuius profundus
demanans

Vide obsecro in his etiã manifeste, ipsum quodammodo studuisse, ut uirtutes cõtra uitia insurgere demonstret. Nam Martem quidem ut insipientem & insanientem, & ad hoc aliũ cõtra alium euocare facit, ut mos est Græcorum poetis. Pallada uerò ut astutissimam & ingeniosam singit. Latonam quoq; similiter oblitionem Mercurii autem memoriam & sermonem significare uult. Deinde & naturæ rationes attingit, & elementorum inter se diuersitates enarrat dicens:

Nempe contra Neptunum regem

Stetit Apollo Phœbus habens tela uolantia,
Iunoni uerò obstitit antea spicula gerẽs uenatrix: Stetit autem cõtra Vulcanum, magnum flumen profunde manans.

Et hic uidetur mihi dixisse Neptunũ humidã substantiam, Apollinem uerò solem, & Iunonem aerem, & uenatricem Dianã aurea spicula gerentem lunam, & Vulcanum ignem, flumen quasi in ordinem frigidorum accepi. Quamuis aũt ualde amãrit fabulas, attamen cõperimus eum non omnino ignorasse ueritatẽ. dixit enim alio loco iterum: Neque si mihi promittat Deus ipse senectute abrasa facturum iuuenem pubescentem, *Homerus fatum deum esse statuit.*

Nõ dicit: Nec; si quis deorum polliceatur mihi senectutis depositionem, & iterũ florentẽ iuuentutem: sed hanc causam soli qui super omnes est deo seruauit, tribuẽs solis illius uirtutibus posse omnia citra laborem perficere etiam ea quæ ultra expectationem, spem ac rationem nostram sunt. dicit emi: Nec; si mihi promittat Deus ipse. Dum dicit: Deus ipse, hoc nõ in quempiam qui in fabulis fingitur refert, sed ipsum solũ, & uere existentẽ deum significat. Et Homero quidem sic sentiendum & loquendum uidebatur. Eamus aũt & ad alios arrogãtes & supercilioso, qui sapientię opinionem nõ uulgarem apud Græcos habent. Itaq; Porphyrius quidem, qui amaros aduersus nos effudit libros, & Christianorum religionem tantũ non pedibus calcat, nominatos sapientes numero septẽ hac de causa appellatos dicit. Scribit enim sic in primo historię philosoph. lib. Quũ nouem essent, septem appellati sunt sapiẽtes hac de causa. Piscatore, tractũ quendã pisciũ adolescentibus uendente, accidit ipso tractu tripodẽ aureã inueniri. Piscatore aũt dicente, qd pisces, nõ mesam uendidisset, & adolescentibus ad fortunã inuentionẽ referentibus, uisum est iudiciũ à deo recipiendum. Ille aũt ut responsum dedit, dandã tripodẽ sapienti, primo Thaleti mensa adducta est, qui illam ad Biantẽ misit, quem sapientẽ dicebat: at is ad aliũ mittit: & ille ad aliũ, donec tripos per septem circuisset, & ad primum rediisset: placuit igitur ut offerretur deo, qui omniũ sapiẽtissimus est. Quales igitur illorum fuerint opiniones, dicẽtur à nobis ô amice. Nam Thales quidẽ Milesius mentem mundi dicebat esse deũ, Democritus uerò Abderites in aliquo cõcordat cum illo, sed addit etiam aliud quiddam, asserit enim & ipse Deũ esse mentem, uerumtamen in igne orbicularis speciei, essecq; illum animam mundi. At Anaximander prorsus alia uia incedit, desiniens Deum esse infinitos mundos, nesciens quid loquatur. At ille qui apud eos maximam & usq; ad miraculũ grauitatem sententiarum habet, Aristotelem, inquam, Stageritam, Platonis discipulum, speciẽ quidem separatam uocat deum, & ingredi cõtendit super uniuersi sphæram. Quin & ij qui Stoici appellãtur, deum uocant ignem artificialem, uia incedentem ad natiuitatem mundi. Scripserunt autem de his Plutarchus, & alij eloquentes eorũ & audax ille contra nos Porphyrius. Itaq; inter se diuersi

*Historia tripodis aureæ data sapienti.*

*De mensa Solt sapientissimo decreta.*

*Philosophorũ de deo opiniones.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



se diuersi sunt diuinatores, magis quàm ueritatis A iudices, qui tam multifariam opinionibus inebriati sunt, quamuis eos qui uere & absq; errore nouerunt, nullo modo ita inter se diuersis opinionibus ferri oportebat, quemadmodũ scilicet apud hos uidere licet.

*Apud nostros primos doctores de deo nulla hæresis.*

Cæterũ ad hæc, opinor, dicet quispiam: Quid dicis amice? An non & nobiscum hæreses multæ sunt: An non abscinduntur quidã aliter & aliter sentientes, & dicẽtes: At dixerim tibi, uir bone, quod hi qui nobis sanctorũ dogmatũ primi et ab initio fuere doctores, idem quidẽ inter se fatẽtur omnes, & cum primis quidem cõueniunt me dij & ultimi. Nõ enim alia quidem Moses sensit, neq; pugnantia cum dictis eius, hi qui illũ sequuti sunt, docuerunt: sed unus, ut dixi, omnium de B deo sermo fuit usq; ad apostolos & euangelistas. Vnum enim omnes fatentur, nempe eum qui super omnes, & per omnia, & in omnibus est Deus sine principio, & sempiternum ingenitum, incorruptibilem, uitam et uiuificum, cœlicq; & terræ factorẽ, & breuiter omniũ quæ in illis sunt. Quod si nõnulli qui illos sequuti, non intelligentes quę ab illis dicta, sic à uero deuiauerunt, erroris crimẽ non tam illis quàm his à sapiẽte uiro inscribetur. Quocirca si qui horum imꝑ ætatis inuentores, et prophanorũ dogmatũ doctores fuere, pugnãtq; doctrina inter se, ostendantur, & quiescam. At si de illis manifestum, quod primi doctores inter se fuerunt opinionibus diuersi, quomodo non omnibus liqueſcet, quod extra uiam rectam uadũt, C & errauerũt: Etenim si quis uellet, de deo qui est super omnia, rectum & inadulteratũ sermonem ab his discere, cuius opinionem amplexaretur, ut non aberret à scopo: Etenim Thales quidẽ & Anaximander, aliter (sicut iam ostẽdimus) et aliter, uane nugati esse deprehendẽtur. Pythagoras autem & Plato, qui uersati sunt in Aegypto familiares multis qui illic erant, uti disciplinarum, & scientiæ auidissimi, non ignorauerũt uirtutẽ Mosi. Erant em̃ apud Aegyptios Mosaica nõ in parua admiratione: & hinc, opinor, illos sermonem de deo absq; insolẽtia didicisse, ut sentirent & loquerentur de eo aliquanto sanius quam alij.

*Diuersi inter se opinionibus ethnici philosophi.*

Ad hoc cõperimus aũt & Athenienses quosdam cum illis, ad hoc ut idem saperent quod ipsi, D adductos. Iam memoria & sermone dignum existimo Aegyptium Hermetem, quem & ter maximum nominatum esse dicunt, quum adeo obseruaretur ab his, qui illo tempore uiuebant, et sicut quibusdam uidetur, assimilaretur illi quem ex Ioue & Maia fabulæ natũ ferunt. Ille igitur Aegyptius Hermes, quamuis sacerdos esset, & ad idolorum templa consideret, semper ea quæ Moses docuit, sensisse comperitur: tametsi non omnino recte, neq; irreprehẽsibiliter, sed aliqua ex parte. Etenim & ipsi fuit utilitas, & eius memoriã facit in libris suis, is qui Athenis cõposuit, inscriptos, Hermaicorum libri quindecim. Scribit aũt sic in primo de illo, dum adducit sacerdotem quẽdam dicentẽ: Igitur ut ueniamus ad similes, an non &

*Hermes Trismegistus quis.*

nostrum Hermetem audis, Aegyptum in sortes & fines diuisisse, funiculò mensum esse, & fossas diuisisse irrigationibus, & leges posuisse, & præfecturas ab ipsis cognominasse, et cõstituisse commutationes cõmerciorũ, & nuper dixisse summã legis astrorum, & diuisisse herbas, & cum numeris & geometria etiam astronomiam & astrologiam, musicamq; & grammaticen omnem inuenisse & tradidisse?

Narrabo igitur quid singuli opinati sint, & recordabor etiam aliorum, qui admirabile apud illos nomen in doctrina sortiti sunt. Opus aũt fuerit, ut lector magno studio, & absq; fastidio scripturis incumbat. Itaq; Pythagoras dicit: Deus quidem unus, & ipse non, ut quidam suspicantur, extra mundi gubernationem, sed in ipso totus in toto circulo, omnes generationes considerat, contemperatio existens omniũ seculorum, & lux iustorum uirtutum & operum, principiũ omnium, lumen in cœlo, & pater omnium, mens et animatio omnium, circulorum omniũ motio. Ecce quàm manifeste unũ dicit uniuersorum deum, et omniũ principiũ, & operatorẽ suarũ uirtutũ, lucẽ & animationẽ, hoc est uiuificationẽ omniũ, & circulorum omnium motionem: nisi enim per se mobile est, omnia autem ab ipso producta sunt, & ex nihilo uti essent, motionem sortita esse uidentur.

*Pythagoras.*

*Deus unus.*

*Deus totus in toto circulo.*

*Deus omnium principium.*

At Plato, & ipse in loco quodam dicit: Namq; patrem & factorem uniuersi huius inuenisse arduũ opus est, et inuentũ omnibus enunciare impossibile. Vtiq; hoc recte. Gloria enim domini fugit sermonem, sicut scriptum est: & omnis de eo sermo infirmus est, & dignitatem eius non assequitur: est enim ultra omnẽ cogitationem. Videmus aũt per speculũ & in ænigmate, sicut dicit sapientissimus Paulus. Dixit item in lib. quarto historiarum philosophi Porphyrius, sensisse Platonem, & dixisse quoq; de uno deo, nomen quidem illi nullum cõgruere, neq; humanã cognitionẽ posse cõprehendere, sed appellationes quæ de eo dicuntur, à posteriorib. esse, abusiueq; de ipso dici. Quod si omnino aliquid, nominibus quibus utimur, de eo dicere audendũ, magis appellationẽ unius et boni ei tribuendã: nam illud insinuat circa ipsum simplicitatẽ, atq; per hoc sufficientiam: nullo em opus habet, nec partibus, nec substantia, nec ututibus, nec efficacijs, sed est omnium horum autor. Boni autem uocabulum commendat nobis, quod ab ipso omne quod bonũ est, dum alij pro uiribus imitantur, illius, si ita licet dicere, propiciatem, perq; illam salutem accipiunt.

*Plato de deo.*

*Porphyrius philosophi.*

*Deus bonus.*

Iã & ter maximꝰ Hermes sic alicubi dicit: Deũ intelligere quidẽ difficile, eloq aũt impossibile, si cui etiã intelligere possibile. Incorporeũ em̃ corpore significare impossibile, & perfectũ imperfecto cõprehendere nõ possibile, & sempiternũ cõferre cum momentaneo difficile. Namhoc quidẽ semper est, illud aũt prætergreditur: & hoc quidẽ uerũ est, illud sub apparẽtia adumbratur: quanũ igitur infirmius à fortiore, & minus à meliore dictum, tãtum etiam à diuino & immortali mortale

*Ter maximꝰ.*

*Deus significatu difficile.*

*Deus significatu impossibile.*

*Proinde*



*Proinde* si quis incorporeus oculus egrediatur à A corpore ad contemplationem pulchri, & subuectus ac contempletur, non figurã, non corpus, non species intueri quærens, sed illud potius, quod omnia facere potest, quod quietũ, quod tranquillum, quod solidium, quod incõuertibile, quod ipsum omnia & solum, quod unũ, quod ipsum ex seipso, quod ipsum in seipso, quod sibiꝑipsi simile, quod neq; alij simile est, neq; sibi dissimile. Et iterũ ille: Itaq; de illo uno et solo bono intelligẽs, nihil impossibile dixeris. Omnis enim uirtus ipse est, neq; in aliquo ipsum cogites esse, neq; iterũ quasi extra aliquem. Ipse enim est qui sine termino, omniũ est terminus: & qui à nullo cõprehẽditur, omnia in se cõprehẽdit. Quoniã q̃d discrimẽ est corporũ ad incorporea, & genitorũ ad ingeni B tũ, & necessitati subditorũ ad libere existens, uel terrenorũ ad cœlestia, & corruptibiliũ ad sempiternã: nõ quod aliud quidẽ libere existat, aliud aũt necessitati subditũ. Quę aũt infrà imperfecta sunt, corruptibilia sunt. Quin & Sophocles sic dixit de Deo: Vnus ueriſsime unus est deus, qui cœlum ordinauit, & terrã ingentem, pontiq; iucundam undam, & uentorum uim. Plerique autem mortales corde errantes, extruimus in animarum iacturam deorum imagines ex lapidibus & lignis, uel ex auro fabricatis, uel elephantinis figuris, sacrificiaq; illis & ferias ociosas apparantes, eos colere arbitramur.

*Deus libere existens.*

*Sophocles de deo.*

Ad hæc & sapientissimus Xenophon: Igitur manifestum quod magnus sit & potẽs, omniaq; C concutiat & cõfirmet, ignotum autem qualis sit figura, neq; eñ uideretur esse lucidissimus sol, neq; hic uideretur permittere, ut ipse cernat: sed si quis impudenter eum spectet, oculis priuatur.

*Xenophon.*

Itaq; quod unus naturalis uerusq; deus longe super omnem mentẽ & sermonem incõprehensibilis absq; specie, uiuificus, & principium omnium, ingenitus, incorruptibilis, autor natiuitatis omniũ, manifestis testimonijs cõprobatũ est, ex diuinitus inspirata scriptura, et uocibus etiã eorum qui apud illos clari sunt poetarũ & scriptorum: nunc quod etiam filium, qui ex ipso secundum naturam genitus est, conditorẽ ipsius VERBVM cognouerint etiã illi, per ea quæ scripsere, D ostendentes, apponamus & de his sententias.

*Filius uox patris ab Orpheo dicta.*

Dicit enim Porphyrius in quarto libro historię philosophi, quod de bono dixerit Plato sic: Ab hoc autem modo quãdam hominibus inexcogitabilem mentem factam esse totam, et secundum seipsam subsistentem, in qua sanè, quæ uere sunt, & omnis substantia eorum quæ sunt. Hæc certe et primo pulchra, et ipsa pulchritudo à se pulchri cula, ab autore deo incitata, per se genita, existẽs & ipsa pater: non enim illo mouente ad natiuitatẽ eius processio facta est, sed de illo ipsa progrediente, per se nascendo ex deo. Processit itẽ non à temporali quodam initio: nondũ enim tempus erat. Sed neq; tempore facto, erga ipsum aliquid est tempus. Absq; tempore enim semper & sola, æterna mens. Sicut autẽ deus primus unus & solus semper, licet ab ipso facta sint omnia, in eo q̃d non connumeratur cum illis, neq; cum illorum substantia simul recensetur eius dignitas: ita etiã mens æterna sola & absq; tempore subsistens, & eorum quæ in tempore ipsum tempus est in identitate manens suæ æternæ subsistentiæ.

*Plato de deo.*

Insuper & Orpheus iterum sic dixit:

Cœlum adiuto te dei magni sapiens opus,
Vocem adiuto te patris, quam locutus est primũ
Quãdo mundũ uniuersum suis firmauit cõsiliꝭ.

Vocem autem patris quam loquutus est primum, unigenitum eius Verbum dicit, quod semper cum patre existit. Non eñ erat tempus, quando absq; sermone proprio intelligeretur existens deus & pater: in ipso autem & omnium conditorem esse deum demonstrauit.

Hermes aũt ter maximus sic loquitur de deo: Verbum enim eius procedens, perfectũ existens & fœcundum ac opifex, in fœcũdam naturam cadens, & fœcunda aqua fœcundam aquam fecit. Et idem iterum: Itaque pyramis inquit, subiacet naturæ & mentali mundo. Habet enim principale accumbens opifex Verbum domini omnium, quod post illum prima uirtus, ingenitum absque termino, ex illo prospectans et incumbens, ac imperat omnibus quæ per ipsum formata sunt. Est autem & è perfectissimo progenitus perfectusq; & fœcundus germanus filius. Et iterum idem:

*Verbum diuinum quomodò ab Hermete doceatur.*

Quum interrogasset quidam sacerdos Aegyptius & dixisset, Quare autẽ ô Maxime, bonus dæmon hoc nomine uocatus est ab omnium dominorꝰ inquit: Et in prioribus dixi, tu uerò non intelexisti. Natura Verbi eius mentalis natura est generatiua, & condere potens. Hoc sicut ipsius natiuitas, uel natura, uel consuetudo, uel quod uoluerit ipsum nominare nomina, hoc solum intelligens, quod perfectus est in perfecto & à perfecto perfecta bona operatur, et cõdit, & uiuificat. Igitur quia talem habet naturam, bene hoc appellatur. Et idem in libro primo Diexodicõn ad Tat. sic dicit de Deo: Cõditoris Verbum ô fili, perpetuum, per se mobile, increscibile, indiminuibile, incommutabile, incorruptibile, solum, semper sibiꝑsi equale est, simile et planũ, bene consistens, bene ordinatum, unum existens post præcognitum deum: significat autem per hoc patrem.

Sufficiat hoc ad consummatissimam demonstrationem, quod unigenitum dei Verbum intelexerint et illi. Nunc uerò censeo adijciendũ, quę et de spiritu sancto ab illis dicta sint. Dicit enim Porphyrius, exponẽs opinionem Platonis: Vsq; ad tres subsistentias diuinam substantiã progredi: esse autem summe quidem deum bonũ, post illum autem et alterum conditorem, tertium & mundi animam. Progredi enim usq; ad animã, deitatẽ. Ecce quàm manifeste in his usq; ad tres subsistentias, dei substantiam progredi affirmat. Vnus enim est uniuersorum Deus: dilatatur aũt, quantum de eo scitur, in sanctam & consubstantialem trinitatem, in patrem inquam, & filium, &

*De spiritu sancto ethnicorũ testimonia.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Spiritus sanctus anima mundi. Ioan. 6.*

spiritum sanctum, quem & animam mũdit dicit Plato. Viuificat autem spiritus, & procedit ex uiuente patre per filium, & in ipso uiuimus, & mouemur, & sumus. Vere enim inquit, dicens dominus noster Iesus Christus: Spiritus est qui uiuificat. Et iterum idem Porphyrius de Platone, Ideo occulte de illo insinuat, dicens: Circa regem omnia sunt, & illius gratia omnia, & illud causa omnium pulchrorum: secundum autem circa secunda, & tertium circa tertia. Nam quũ omnia quasi existant circa tres deos, attamen primo quidẽ circa omnium regem, secũdo autem circa deum ab illo, & tertio circa eum ab isto. Manifestauit autẽ & subsistentiam quam ex seipsis inter se habent,

*ὑπόστασις. ὑφαστς.*

inciperecq; à rege & subincelsionem et submissio nem earum post primum, per hoc quod primo et B secundo & tertio dicit, & quod ex uno omnia & per ipsum omnia seruantur. Videt igitur nõ prorsus sane, sed sicut Ariani separat & substituit, sub sistentiasq; subiectas ipsis infert, & tres opinatur esse deos distincte, sanctamq; et cõsubstantialem trinitatẽ. Veruntamẽ nõ omnino ignorauit ueritatẽ, opinor aũt quod & sane dixisset et intellexisset, fortasis is aũt & pronunciasset q̃d recte de deo sensit in alijs omnibus, nisi forte Anitti & Meliti timuisset accusationem, Socratisq; aconitum.

*Ariani Platonizant in trinitate.*

*Plato metu placuit.*

*Vide trinitatẽ.*

Dicit etiã Hermes in sermone tertio ad Asclepium: Non enim comprehendi possent, si proponerentur non initiatis talia sacramenta: sed mente audite. Vna sola erat lux mentalis ante lucem mentalem, & est semper mens mentis fulgida: & C nihil aliud erat quàm huius unitas semper in seipsa existens: semper sua mente, & luce, & spiritu omnia continet. Et post alia dicit: Extra illum nõ deus, nõ angelus, non dæmon, nõ substantia aliqua alia. Omnino enim est Dominus & pater, & Deus, & fons, & uita, & ueritas, & lux, & mens, & spiritus, & omnia in ipso & sub ipso sunt. Nam

*Filius mens de mente.*

mentem quidem de mente, sicut ego reor, filium dicit, & sicut lucem de luce. Meminit autẽ & spiritus, qui omnia contineat: neq; autem angelum, neq; dæmonem, neq; aliam quandam naturã uel substantiam, extra diuinam eminentiam esse sitã dicit, sed sub ipsa omnia, et per ipsam esse diffinit. Et iterũ idem in eodem sermone tertio, ad Asclepium interrogante quodam de diuino spiritu di- D xit sic: Nisi prouidentia quędam esset omniũ domini, ita ut & Verbum ipsum reuelaret, neq; uos nunc amortalis tenuisset, ut de hoc quæreretis. Nunc aũt quod restat in sermone, audite: Hoc spiritu de quo sæpe dixi prius, omnia opus habent.

*Spiritu dei omnia opus habent.*

Omnia enim portat, secundum dignitatem, omnia uiuificat & alit, & à sancto fonte producitur adiuuãs spiritu, & uita omnibus semper existens fœcũdus. Vnum esse igitur nouit illum & existere in propria subsistentia, & omnia uiuificare & alere, & sicut ex sancto fonte dei & patris productum: procedit enim ex ipso secundum naturam, & per filium suppeditatur creaturæ.

Diligenter igit perscrutati, & pro utribus quæ in illorum libris habẽtur, manifestissimã fecimus uniuscuiusq; opinionem: ut sciãt legentes, quod errarint quidem non pauci ex Græcorũ sapientibus, proprias sententias sequentes, & inter se diuersas opiniones habentes, non fuerint tamẽ expertes eorũ quæ in Mosaicis libris cõtenta sunt. Nam eapropter, etiam usq; in Aegyptũ disciplinarum studiosi peragrarunt, & hi melius aliquanto cæteris sapuerunt, propioresq; ueritati sunt facti, non ita turbidũ mentis habentes oculũ: quos opinor si quis strabos dicat, nõ aberrauerit. Itaq; satis hic liber ostendit, quod uetiora sint & uetustiora quæ à Christianis traduntur, longeq; melius habeant Græcorum nugis, etiam testantibus eloquentissimorum utrorum sententijs.

*Stratis.*

Libri primi finis.

## DIVI CYRILLI ARCHIEPI Scopi Alexandrini, contra ea quæa Iuliano obiecta, pro religione Christiana.

### LIBER II.

QVONIAM considerabamus non absurdum, imò cẽsebamus utile & necessarium, primò dicendum ſſee, qui nam inter scriptores tempore alios antecesserint & quam singuli de Deo habuerint opinionem, earum rum diligentissimam enarrationem fecimus. At si quis fortasse redarguturus dicet: Quare quum de Christianorum dogmatis statuisses, & Iuliani blasphemijs oppositurus sermonem defensorium paratus esses, non cogitasti, ut recta uia incederes, sed quasi licentiolius digrediens, quò ferebat monis decori ducebat impetus, genealogijs te occupasti, & Hebræorum Græcorumq; opiniones ut curiosius exquireres, studuisti: Itaque prehensiones illas refuturi, hunc sermonem tempestiue afferemus. Quoniam ille, Babylonium imitans Rabascen, intreni lingua contra Deum conuitia proferre non timuit, & contra sacrosanctam nostram religionem impie clamauit, philosophorúmque Græcorum frequenter memnit: multumq; illorum peruersas opiniones celebrans, contra autem heu in sancta ecclesiæ dogmata audacter insurgens, & Moysis semelquæ sanctorum omnium derisit historias. Idcirco ualde meritò, quasi quandam syluam ante contradictiones coacerua uimus manifestas euidentesq; demonstrationes, quod antiquior sit scriptura optimi Mosę, quàm omnium Græciæ sapientum. Quin & Christianorum fidei traditionem uiderit quis, incomparabilibus eminentijs, apud illos quoq; cõmẽdatã. Neq; aliter sequẽtes sermones a prolixiore digressione absolui poterant, & alio quin ualde longinqua à propositorũ sensu interdum afferenda uidebantur. Verũ de his quidem satis. Eundum aũt nũc ad illius scripturam, cuius sententias sub ipsius uerbis exponemus, scientes apposite, & decenter nostra illius obtrectationibus apponenda. Quoniã aũt, ut dixi, impudens os aperuit,



aperuit, ut plurimas calũnias & blasphemias uoces cõtra dominũ nostrũ Iesum Christũ iactaret, talium quidem nullã mẽtionem faciemus. Equidem pręteriens & ualde prudenter, ea quæ si uel solas aures pulsent uocib. pollucrent, necessarijs obsiliã: & ostendã illum ubiq; ita deditũ dicterijs mordacibus, ac uanis nugis, adeoq; aberrantẽ, ut omnino uerũ dicere nequeat. Sciendũ est et illud quod in primo libro uaria consilia captat, eadẽq; sursum & deorsum uersare & cõfundere nõ cessat, ita ut id quod in principijs dicere inuenit, hoc & per mediũ enarret, & postremis inserat: unde fit ut sermones contradictionis non admodũ ornate positi uideantur: uidereq; cogaris quantã amet contentionẽ in suis dictis, quibus eadẽ subinde nõ semel, sed sæpissime repetit. Diuidentes igitur decentiore ordine sermonem illius, & collatis sententijs nõ singulis sępissime, sed semel et industrię, quantum satis est, obuiam ibimus. Incipit igitur contra nos sermonem, & dicit:

IVLIANVS.

Operæprecium mihi uidetur cunctis mortalibus exponere causas, quibus mihi persuasum est, Galilæorum eruditionem, figmẽtum hominum malignitate compositum, nihil qui dem diuinum habere, uti uero fabulosa, puerili, & stulta animæ portiuncula, quæ monstriloquentia, & prodigiosorum narratione adducat in hoc, ut uera dixisse credatur.

CYRILLVS.

Galilæos quidem mea sententia, dicit sanctos Apostolos: monstriloquẽtiam autem, Mosis & sanctorum prophetarum prędictiones, et diuina eloquia. Ignorat autẽ fortasis, imò nõ absq; dei nutu, aduersus superstitionem suam commẽtus contradictionem. Sunt enim Galilææ duæ, qua uicina Phœnicũ ciuitatibus. Vnde in multis qui dem euangelijs scriptum est de communi omnium nostri saluatore Christo, q̃d ambulârit ad mare Galilęę, hoc est ad stagnum Tyberiadis, et fecerit electos discipulos. Dicit autem alicubi Deus per prophetam quempiam sanctum: Et quid uos mihi Tyrus, & Zidon & omnis Galilæa alienigenarum: Quin & diuinus Esaias inquit: Regio Zabulon & terra Nephthalim, & cæteri maritimam habitantes, Galilæa gentium, populus qui sedebat in tenebris, lucẽ uidit magnã. Itaq; Galilei nõ soli intelligitur Iudęa habitantes, sed et omnes gentes: Galilæa enim, inquit, gentium.

Obscurum ergo et nondum satis manifestum, contra quos rectius & uerius sermo illius tendat, utrum contra nos, uel etiam contra ipsum, & eos qui stupidam illicq; gratam superstitionem colurit. Galilæi enim & illi sunt: imò nullo modo uagantur quis: Græcorum stuporibus congruere dicerim. Vbi enim tam fabulosa, stolida & puerilia, frigida insipientięq; omnis plena, quàm apud solos illos: qui multa monstruose loquuntur, & mendacio fidem ueritatis parare tentant, estq; apud eos tanta obscœnitas, ut & electi, & inter optimos ab ipsis habiti philosophos, aduersus poetarum non diuinam, sed absurdam insaniam maxime declament. Manifeste igitur dicendum, quod ab illorum nugis secedere oporteat. Non enim Homero Plato accedit, deos & deas inuenienti, partim ob libidinem condemnatos, & hominum auaricia offensos, partim plorantes, & ægre ferentes mortuos quosdam ex ipsorum genere, muliebriterq;, Heu me dicẽtes, eo quod uolentes à morte eripere aliquem nõ potuerint: sed uicti à Parcis, etiã fato cedere coacti fuerint, quod fortius scilicet, & aliorũ deorum præside sit, quẽ summum appellant Iouem.

*Dij gentiũ Parcis subditi.*

Enimuero quũ et multa alia dicere possem, hic prætereo: et idcirco ne uidear diuertere à iusta ad propositum scopum redeo. Græcorum sunt fabulæ, & ipsi monstri dicẽtiam ut uera crederetur, non ex simplicibus, sed impie & flagitiose inuentis coniecturis inuehere studuerunt: & contra ineffabilem gloriam omnipotẽtis dei, scelẽstum figmentum composuerunt, ac quodammodo laqueo, simpliciorum animabus disciplinam instituerunt. Seduxerũt enim per uniuersum orbem, deos esse dicentes Cœlum & alia elementa: & quemadmodum sapiẽtissimus Paulus scribit, di centes se esse sapientes infatuati sunt, & mutauerũt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolatilium, & quadrupedum & reptilium.

*Rom. i.*

Vt autem illius coniecturis cedamus, quũ non possit alijs quod dicit magis stabiliri, sinamus insiliat in sanctos apostolos, uel saltem in sapientissimũ Mosen & sanctos prophetas. Veniat, monstret manifestẽ, quod est figmẽtum illud maligne conflatum: quam dicit esse monstridicentiam: et quid in Christianorũ religione uocat fabulosum & puerile: Nũquid fabulas nobis cõscripsit Moses: dicens, unum natura & uere deum esse, ingenitum, sempiternum, incorruptibilem, inuisibilem, absq; quãtitate, incommutabilem, impalpabilem, uitam, & uiuificatorem, sapientiam, uirtutem uniuersorum, natiuitatis autorẽ, regem dominum uniuersorum: nunquid aberrauit à uero sanctorum prophetarum sermo, quibus curæ fuit uestigia Mosaicorum dogmatum proxime sequi? nunquid aliter se habere sanctorum apostolorum doctrinam inueniemus? non profectò.

*Quæ Moses de deo dicat.*

Ad hæc, quo pacto affirmat ea quæ Galilæi tractant, nihil continere diuinum, sed fabulas friuolas & prodigiosas esse dixit: quamuis fatendũ sit nihil esse melius quàm bene & absq; omni errore nosse unum & naturalẽ & uerũ esse omniũ opificem & dominũ. Dicerent aũt, sat scio, & ipsi contemplatiuã, pulcherrimã & eximiã philosophiæ partem, & esse & dici, per quam diuina attentius considerare ualentibus, prout hominibus conceditur, comprehensibilia sunt.

*Contemplatiua philosophia potior.*

Cæterũ quoniam sibi persuasum esse dicit ipse, doceat unde uel à quibus. Neq; solũ glorietur se

*Re ipsa, nõ gloriatione probet.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



hoc scire. Sed siquidem hoc quod ipse persuasus est, ad perfectissimam demonstrationem sufficit, ostendat, unde sic putet, ac dicat, res Christianorum non habere bene, ne dicã, eas illi nugas esse: ueruntamen uersetur solũ in his quæ contra nos, at nos tã insenso iudice neutiq; utimur. Quod si arbitratur corrigentium sermones) qui uidelicet contra aliquos fiunt, ueros esse, & non mentitos, ne ipse sese solum dicat persuasum, sed etiam re ipsa probet. Quod aũt seipsum magis condemnet quàm nos in fabularũ figmẽto, deq; crimine illo sit suspectus, ex his quæ dicit iterum scimus.

IVLIANVS.

Facturus sermonem de omnibus dogmatibus quæ isti dicũt, illud præmiserim, quod oporteat eos qui contradicere uoluerint, quasi in prætorio nihil extraneũ curiosius exquirere, neq; cõtra id quod dicitur, loqui, donec de primis responderint. Id enim tutius fuerit ac manifestius, propriam quidem urgere causam, quando aliquid nostrum corrigere uolunt: nihil autem quando his quæ nostris recriminari obiectionibus respondent.

CYRILLVS.

*Indignæ præscribit Iulianus.* Elinguem igitur, dic mihi, oportebit esse eum, quem tu persequeris: & silere iubes quẽ fugientem apprehendis? neq; mentionem uis fieri ullorum dictorum tuorum, ne confirmetur aduersus te accusatio: quãuis quod non uis ut nos aliquid dicamus de tuis, hominis est, qui redargutionem timet, & iniucundã in suis fœditatem non ignorat. Itaq; dum ipse Christianorum religionem accusat, si etiam non omni laude prosequitur, nec summo præconio prædicat Græcorum superstitionem, par exigat. Si autẽ in sermonibus quos contra nos euomit, maiorẽ gloriam propriæ stultitiæ aptat, Græcorum dicta nobis tanquam præcellentia opponens, quomodo orat ut lileamus, & suarum rerũ omnino nullam uult mentionem fieri: quãdo nostris dogmatis patrocinari uolentes, de illis sermones facimꝰ. Itaq; si nõ liceret nobis ei aliquid obijcere, & repelleremur, ne ea quę ad Græcos pertinent, sola non commemoraremus, dixerim bene & non immerito factum esse ab illo sermonem. Occurrere autem & respondere uolentes ad omnia quæ ab illo dicuntur, quomodo adhuc redarguet, si cum ipsis loqui, & obscœnam Græcorum impietatem detegere studuerimus? Nam sicut si uariarum specierum colores componantur, color se offert magis apparẽs:

*Ioan.1.* Lux enim in tenebris, inquit, lucet. Hoc sane modo, etiam uirtutibus insitæ pulchritudines, rudium potissimum mentibus haud aliter manifestæ fiunt, quam per solam contrariorum turpitudinem appositam. Facit enim improbitatis fœditas, ut meliora, uictoriæ calculum mereantur. Adeoq; hac ratione & ualde meritò ueritus est sua, & in mediũ uenire non sinit, quæ ad eius confusionẽ cedunt, tacereq; uult eos qui accusantur.

*Cõtraria iuxta se posita magis elucescunt.*

Arguit autem & nos alijs modis, sic dicens:

IVLIANVS.

Parumper autem repetere operæprecium unde nobis, et quõ præmium in mentẽ dei assertio ueneri t; deinde opponenda sunt quæ à Græcis & Hæbræis de deitate dicuntur. Et post hoc interrogandi erunt hi qui neq; Greci, neq; Iudæi, sed ex Galilæorum facta, quare pro nostris suam elegerint: & ad hoc, cur non cum illis maneãt, sed desciscẽtes ab eis in propriã uiã uertũtur, & confitenẽ quidẽ, nihil uel bonum uel egregiũ, neq; ex his quæ nos Greci, neq; ex his quæ Hebræi, à Mose habent, sapiunt. Ab utrisq; aũt gentibus, quę perperam constituta sunt, quasi ceram colligunt, nempe deitatis negationem, ex Iudaica leuitate: improbam autem & dissolutam uitam ex nostrorum ignauia & confusione, et hoc optimum cultum dei nominari uoluerunt.

CYRILLVS.

En ille qui dicit eos qui calumnias, quas aduersus nos fabricat, legunt, siquidem cõtradicere uoluerint, quasi in prætorio constitutos, nihil extra neum curiosius inquirendo, neq; quod dicitis re criminãdo, debere se gerere: manifeste in istis promittit oppositurũ se ea quæ à Græcis & Hebræis de deo dicũtur. Igitur is oppositõis modus quò spectat? & quis ipsi scopus, qui Græcorum dogmatis opponit Hebraica, uel saltẽ ea quæ à Christianis dicuntur? nondum enim, dixerit quispiã, quod relicta contradictione se à calumniandi studio eripuerit, & lectoribus, tanquam rectis iudicibus sit iudicibus: ita ut ab illis discere uelit quid melius, uel quid deterius. Arbitratur enim, ut uidetur, non alia ratione opinionis suæ de deo laudatores quosdam fore, nisi Christianorũ tres perturbet, & collatione Græcorum, turpiores condemnentur. At qui hoc nunquam fit apud eos qui et mendaciũ infamitatem, & ueritatis nouere uirtutem. Verumtamen illud uide. Etenim ponẽs nobis quod dãmodo legem ut taceamus, nullamq; de rebus suis mentionem faciamus, quando pro nostra religione facimꝰ sermones, captus ipse ijs quæ interdixit, inuenitur. Affert etiã alicubi quæstionem, cur nam relictis ijs quæ à Græcis dicta sunt, ad Hebraica declinauerimus? Age & nos uicissim illi dicamus, quare nam relicta Christianorum religione, & à ueritate fugitiuis mendacium diligis, cõtam abominabilem idololatrarum factitiam religionem certę fidei de deo insipienter præposuisti, idq; putas bene consuluisse, quod potius omnium postremissimum & pessimum errorem recte dixeris?

At si uoluerit uerissimam causam cognoscere, propter quam ea quæ à Græcis dicta reliquerimus, & Hebraica elegerimus, quę ab ipso accepimus, dicemus. Igitur Greci quidem fabulas finxerũt pro dijs, incredibiles & mõstrosas. Dixere enim



enim Saturnũ deuorare filios, et iterum euomere: & nuptias item incæstas. Matri enim Iupiter congressus est, procreauitq; ex ea liberos. Idẽ duxit uxorem filiam suam, imo nõ duxit uxorem filiam, sed simpliciter cõgressus cum ea, alteri eam tradidit. Adhæc narrãtur Bacchi discerptiones, & membrorũ coherentię. Talia Græcorum fabulæ habent. Habes hinc sufficiẽtem defensionem.

Mœres idcirco, & nos corrigere cupis, quod tam fœdam & absurdam Græcorum nugacitatẽ dispungimus, & calculum meliorem ueritati tribuimus. Nam diuinus Moses, & sanctorum prophetarũ chorus, apostoli quoq; & euangelistę, unum naturalem et uerum deum glorificant, et ut nos quoq; sic sentiremus persuaserunt, dum à nugis et omnigenis monstrositatibus, turpiq; sensu abstinent, ac admirandam uitæ conuersationem probe instituũt. Nihil apud eos fictum est: nullæ sententię minus persuasibiles. Quippe quod nostra Mose sanctorumq; prophetarum prædicatio nibus conueniant, et euangelicę apostolicęq; doctrinæ ueritas à priscorum sententijs nõ abludat, tempore suo sermo noster manifeste ostendet. Iam quoniam cõtendit, nescio quare, quomodo in nostris nihil uel bonũ uel egregiũ sit, age ostendat hoc, neq; ita nude et absq; omni probatione accuset. Quomodo nihil egregiũ apud nos? An non exactus et elaboratus de deo, & mundi conditione, apud Christianos sermo inuenitur? An non recte agendorum irreprehensibilem et insugillatam ex sacris scripturis scientiam suppeditamus? Et quomodo non omnibus manifestum, quod optima philosophia non alia ratione recte tractatur? Nam contemplatiua & actiua philosophia, etiã apud illos, qui ea quæ à Græcis tradita sunt, studuere, cũ admiratione laudantur. Proinde ab Hebræorum fide impietatẽ ac negationem dei non didicimus, id quod et ille de nobis dicit: sed siquidem quis uoluerit uerũ dicere ex scriptura diuinitus inspirata, Græcorũ ruditatem condemnauimus, & quod magis est illorum impietatem, qui unum et natura uerũ deum ignorant, à nobis improbatã cui non est perspicuum?

Dicit autem uitam dissolutam nos ab ipsorum ignauia recepisse, cõfusionemq; & ignauiam uocat gentilium, ueluti citra delectum, et nihil uitare quod edi potest. nam in hoc potissimum pietatis uirtutem constituunt, & omni uirtute præditum arbitrantur eum, qui à cibis quibusdam abstinuerit. At quur sanctificationis modum in illis ponunt? An non omnia facta sunt à deo, & omnino bona sunt, quæ à bono? An non sanctissimus ac impollutus, quod nos polluere possit, fecit nihil? Quur enim cibus inficeret, uel quam maculã incurreret ijs qui illius sunt participes? Vitanda autem ea sunt per quæ contaminari quis possit: id quod faciunt improbi mores, adulteria, scortationes, obtrectationes, mẽdacia, calumnia, auaritia, ac cætera. Qui autem talia nihili faciunt, cõtaminantur interdum etiam, dum parum quidẽ edũt, & ab edulijs quibusdam cauent, omittunt autem nihil absurdum, ita summum Iouem lætificare, & colere uolunt, Veneris q; curant ardores.

*Iulianus librũ Geneseos taxat.*

Itaq; multa quidem ille aduersus nos euomit, contra Mosen iam intempestiue plura loquitur, & illius librum non uulgariter accusat. Dixit enim librum Geneseos nihil uspiam ueri dicere, collegisseq; illum deliros quosdã qui sentirent: & quæ summo eloquio celebrare conueniebat, ea omnia extenuasse: & dum ita simpliciter ac rudiciter conscriptus est, autorem uoluisse uideri, quod dicat quippiam sapiens & auditu dignum. Admiratus autem est sapientum Græcorum opiniones super ea re, Platonicaq; præ aliorum plausibus, & laudat & celebrat. Ego autem, quod hic iterum arroganter agit, prętereo, sed quod friuolum in Græcorum poeti surrectum supercilium inuenerit, pro uiribus tentabo dicere.

Operæprecium igitur arbitror, ex illorum libris colligere & apponere singulorum opinionem, quam de mundi constitutione habere uoluerunt: deinde quid de mũdi natiuitate Mose senserit subijciam: lectoribus enim apparebit, quàm inepte illi & anguste delirent, & quàm dilucida sit in scriptis Moseueritas:

*Diuersa de natura, de unitate, de figura et gubernatione mundi philosophi senserunt. κόσμος mundus. ὅλον totum, ἄπειρον uniuersum.*

Igitur Plutarchus, uir apud illos non ignobilis, in secũdo libro collectionis physicorum dogmatum, ita inquit de mũdo: Pythagoras primus nominauit uniuersorum continentiam mundum, à rerum ordine qui in illo est. Thales, & qui ipsum sequuti, unum mundum. Democritus & Epicurus, & illius discipulus Metrodorus, infinitos mundos in infinito secundum omnem circunstãtiam. Empedocles solis circuitum dixit circũscriptionem finis mundi esse. Seleucus infinitũ mundum. Diogenes uniuersum quidem infinitum, mundum autem finitum. Stoici mundum, & etiã totũ differre uolunt. Vniuersum enim esse, quod cum uacuo immenso, totum autem absq; uacuo mundum, & ita idem est illis totum & mundus.

Deinde de figura mundi iterum sic dicit: Stoici quidem mundum dicunt esse figuræ sphæricæ, alij autem simílem galeæ. Alij uero, ut Epicurus, mundos quidem esse sphęricæ figuræ posse, posse autem & alias habere figuras. Iterum quoq; dicit enarrans opiniones Græcorum philosophorum, num animatus sit mũdus, uel non. Sic enim alij quidem omnes animatum esse mundũ, & prouidentia administrari dixerunt. Democritus autem & Epicurus, & quotquot aroma acuacuum introducunt, neque animatum esse, neq; prudentia administrari, sed natura quadam irrationali sic se habere asserunt. Aristoteles neque animatum totum per omnia, neque rationale, neq; mentale, neque prouidẽtia administrari dicit: sed cœlestia quidem societatem horum omnium habere, & sphæras continere animatas & uitales: terrena autem nihil horum, bonum autem ordinem per euentum, non per prouidentiam sortiri. Et hæc quidem de illis.

Quoniam autem mens illis erat ultra examinare, utrũ corruptibilis sit mundus secundã naturã,

*De perpetuitate mundi.*

uel nō iterum opiniones habuerunt etiā de hoc. A Pythagoras & Stoici mundum quidem dicebāt esse genitum à Deo, et quātum ad naturā attinet, corruptibilem. sensibilem eñ esse, idcirco et corporalem, non corrumpendum tamen prouidentia & cōtinentia dei: Epicurus corruptibilem, ut animal & plantam: Xenophanes ingenitum & perpetuum & incorruptibilem mundum: Aristoteles partem mundi sub sole pasibilem, in qua et terrena finiantur. Audite ô uiri, & iam intelligite, quanta in his deliramenta. Nam qui opinionibus ita inter se pugnāt, & hoc ac illud confuse, simpliciter ac inconsiderate secūdum quod unicuiq; uidetur eructant: quomodo non existimarentur potius diuinatores quā ueritatem edocti? nam illi quidem unum mundum, hi autem mul- B tos: & iterum alij quidem genitū asserunt, et sunt qui his in uniuersum resistūt, et diuersum sentientes, aiunt incorruptibilem ac ingenitū esse. Adhuc & illi quidem prouidentia dei gubernatum, alij uerò aiunt esse absq; prouidentia, elementorum autem bene ordinatos motus, motibus per se, & accidentibus distribuunt. Et sunt alij qui ipsum animatum esse dicūt, alij autem neq; animatum, neq; mentalem, & in summa mens eorum similis est ebrio, hinc & inde se uolutanti.

*Aristoteles & Plato in quibus dissentiāt.*

Quoniam aūt in Platonis opinionibus, quem præ alijs elegit, maxime moratur: dixerim, quod Plato & Pythagoras ideò honestius de Deo, & mundo opinantur, quia conuersati inter Aegyptios, illorum eruditionem uel disciplinam sortiti sunt, apud quos certè creber de sapiētissimo Mose sermo erat, & doctrinæ eius usque ad miraculum obseruabantur. Veruntamen dicunt Platonem sensisse quę pugnent cum ipso, & discipulum eius Aristotelem noluisse cū illo sapere, sed maluisse contradicere, & illi se opponere. Nam Porphyrius dicit, opinari quidem Platonem de cœlo, dicereq; quod corporea eius species constiterit ex quatuor elementis, ab anima, inter se consonantiam habentibus. Ideò dicit, interdum consunctionem, interdum diminutionem dici. Interpretatur item nomen uocatum esse θεατὸν cœlum: ab ὁράσει uideri, eo quod uisibile quiddam uideatur. Aristoteli autem non ita se habere uidebatur. Vnde enim, inquit, compositum cœlum? neque enim ex quatuor elementis? Vnde imagi- D natur quintum quoddam corpus, quod cum patuor illis communionem non habet. Item Plato mundum animalem esse dicit, & animal mente præditum, tribuitq; ei prouidentia gubernari, genitumq; esse: & corruptibile, quantum ad eius naturam attinet, definit. Verum discipulo eius non idem sensit, neq; enim animatum totum, neque mentalē, neq; prudentia gubernatū: sed neq; genitum esse tribuit ei, sed uult incorruptibilē ac ingenitum. Et iterum, uehemens ille & celebris Plato, tria principia uniuersi esse asserit, deum & naturam, et Ideam: & deum quidem esse factorē, *Idea.* materiam autem subiectum, Ideam uerò uniuscuiusq; quod efficiendum est, exemplar. Iterum autem obluctatur illi Aristoteles, idq; non semel euenit, Ideam enim nec credere nec dicere uult. Duo aūt inquit esse principia, Deum & materiā. Tria iterum Plato principia esse dicens, deum, & materiam, & Ideam: adijcit etiam quartum, quod omnino animam uocat, & ante illa materiam ingenitam dicens et genitam: ipsam deinde Ideam, quæ aliquādo est, quod det ipsum secūdū se substere: pugnat aūt secū cum suis aduentionib, dicens in Dei cogitationibus subsistere ipsam, & non habere propriam subsistētiam, hoc est essentiam. Vtri igitur se addicet ueritatis scrutator, ut irreprehensibilem & absq; errore uiam sectetur? Vtrum ex nominatis asseremus â mendacio? Vtri suffragium feremus, quod in nullo sit lapsus? imò quomodo erūt fide digni, ut aliquibus persuadeant, qui tantum à ueritate aberrāt, ita ut nō solum ab alijs, sed inter se, & secum quiq; dissideant? Laudat hæc & celebrat sapiētissimus ille Iulianus, & Mosaica mordet, ac omnia peruertās, Platonis sermones illis opponere audet, & dicit.

IVLIANVS.

**Hic cōferri uelim Platonis uocē. Quid igitur hic de conditore dicit, & quas tribuit ei uoces in mundi factura, considera: ut Platonis & Mose uerba de creatione mundi conferamus inter se: sic enim apparebit uter melior, & uter magis Deo dignus, ille ne Plato qui** C **idolis seruiūt, uel, is de quo scriptura dicit:** *Euseb. Gen. 1.* **quod ore ad os locutus sit ei Deus: In principio fecit deus cœlum et terrā: terra aūt erat inuisibilis & inculta, & tenebræ super abyssum, & spiritus Domini ferebatur super aquam. Et dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux. Et uidit Deus lucem, quia bona, & discreuit Deus inter lucem & inter tenebras, & uocauit Deus lucem diem, & tenebras noctem, & factum est uespera, & factum est mane dies unus. Et dixit Deus: Fiat firmamentum in medio aquæ, & uocauit Deus firmamentū cœlum. Et dixit Deus: Congregetur aqua quæ desubtus cœlo, in congregationem unam, & appareat arida: & factum est ita. Et dixit Deus: Germinet terra herbam fœni, & lignum frugiferum. Et dixit Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli, ut sint in lumen super terram: & posuit eos Deus in firmamento cœli, ut imperarent diei ac nocti. In his autē neq; abyssum dicit factam esse à deo, neq; tenebras, neq; aquā. Et plane conueniebat eum qui de luce dixit, quod præcipiente Deo facta sit: siquidem ita est, etiam de nocte, & de abysso, & de aqua: ille idipsum dicere de his ut omnino factis nihil dixit, quamuis sæpe illorū mentionē faciat.**

Adhæc



Adhæc neq; natiuitatis angelorum meminit, A neq; facturæ, neq; quomodo producti sint: sed tantū de cœlis ac terrenis corporibus loquitur, ita ut Deus secundum Mosen nullius incorporei sit conditor, sed materiæ subiectæ ornator. Nanq; dicit: Terra enim erat inuisibilis ac inculta: quod nihil aliud est quam humidam quidem substantiam, materiam facere, ornatorem autem eius Deum introducere.

CYRILLVS.

Itaq; de Mose dixerim, si quis celebrare illum uelit, longum & prolixum sermonem haberet. *Iudith. 9.* Audi enim Deum manifeste dicentem: Noui te præ omnibus, & gratiam inuenisti apud me. Mul B tiplicem autem uirtutem qua præditus erat, satis manifeste indicat miraculorum uirtus, quę in Aegypto facta sunt. Subditus enim erat uniuersorum *Vniuersorum Deo.* Deo, ac ministrabat, ultionem contra Aegyptiorum insanias exigēti. At qualis Plato fuerit, etiamsi nemo dicat, satis diuulgabit eius in Sicili am ex Athenis peregrinatio. Nam quum Dionysio ob adulationem non placeret, dicunt tanquā illiberali mancipio pœnam dignissimam esse intentatam. At nunc de hac re parcat sermo, sed redeat rursum ad id quod in manibus.

Nam diuinus Moses sermones quidem uobis uidetur composuisse, nō ex ambitione fortuito in hoc incitatus, sed quod necessarium ad uitam cognouisset, tradere cogitarit. Non enim propo- C sucrat manifeste philosophari, hoc est loqui aliquid de his quæ dicuntur prima principia, uel de elementis quæ ex illis, nam curiosiora illa sunt, & quarundam mentium captum excedunt. Scopus autem eius erat, ut sui seculi homines, ad ueratis dogmata adduceret. Errantes enim, & adorātes singuli quod cuique uidebatur, oculis capti erant: & unum, ac natura, uereq; deum ob ruditatem nimiam ignorātes colebant creaturam. Etsi quidem deū esse scribebant cœlū, alij uerò solis circulū. Erant aūt qui lunæ et stellis, et terræ aq; plantis, et aquarū naturæ, uolatilibus et animalibus brutis summæ naturæ gloriā attribuere studebāt. Quū igitur res illorum eò peruenissent, & ea grauis infirmitas omēs qui super terrā erāt, de D pasceret, adiutor Moses & optimarum doctrina rum omnibus doctor demonstratus est, qui clamauit quidem: Vnus est uniuersorum conditor: quem & ab alijs separauit, quæ etiam per istū producta sunt ut essent & existerent. Propterea utilissime et ualde sapiēter omissis multis nugis, ad ea quæ magis necessaria sermonem uertit. Quid enim oportebat dicere, qualis sit aquarū natura uel etiam quomodo facta sit principio? et quur dimetiretur abyssos, et cœli naturam? et quur indagaret curiosius quomodo angeli subsistāt? oquidem essent omnino explicabilia, sapientiam dante deo, quis auditurus esset? uel certe quis intellecturus quæ tā subtilia, imò et super mentis

captum? Quamuis etiam illo tēpore fuisse inueniemus, Grecorum sequentes ruditatem, quo & sapientissimi Mosi scriptura fiebat: id quod inde probatur: nam è quibus dei gloria manifeste perspici poterat, per illa ipsa deprehensi sunt in posissemæ impietatis profundum incidisse. Dicit enim scriptura diuinit9 inspirata, debuisse priscos uniuersorum cōditorem & opificem, ex pulchritudine creaturarum cognouisse: at illi in hāc peruenerunt imprudentiam, ut etiam ex his per quę poterāt ueritatis cognitionem accipere, per ea ipsa passi sint capi se, ita ut mendacio adhærerent. Horum fidelis testis est sapiētissimus Paulus, sic scribens: Visibilia enim illius ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, peruidentur, ipsaq; eterna eius uirtus ac diuinitas, ut essent inexcusabiles: eo quod scientes deū, ipsum nō ut de- *Rom. 1.* um glorificauerunt, uel gratias egerunt, sed facti sunt uani in cogitationibus suis, & obtenebratū est insipiens cor eorum. Et hæc quidem decēt agrestem, uilem & irrationabilem omnium mendacij cultum, qualem seruabāt ij, ut dixi, ad quos sapientissimus Moses sermones habuit.

Quod autem in summum stuporem peruenisse deprehēsi sint, absq; labore uidebimus, ubi posteritatis illorum opinionem sollicite inquisiuerimus. Dixit enim de illis uir ualde acutus Plutar- *Vnde ortam opinionē dei dicant,* chus in primo libro collectionis physicorum dogmatum: Inde autem uenerūt in assertionē Dei: nam sol & luna & cæteræ stellæ, sub terram euntes, similibus coloribus semper oriuntur, & magnitudinibus pares, & in ijsdem locis. Et iterum in eodem libro: Definiūt autem Dei assertionem sic: Spiritum esse mentalem & igneum, non habentem figuram, transmutantem aut ē se in quod cunque libet, & omnium in se similitudinem assumentem. Habebāt autem cogitationem eius: primum quidem, à pulchritudine lucentiū coniectantes, quod nihil temere uel fortuito fiat, sed quod ista arte quadam formentur.

Afferam autem ad hæc quæ scripsit ter maximus Hermes ad suam Mentem: ita enim liber nominatur. Deinde, inquit, inuisibilis deus, lauda: et quis illo fulgidior? propter hoc fecit omnia, ut per omnia uideatur. Hæc est dei bonitas, hęc uirtus, ut ipse uideatur per omnia.

Videbimus autem quod & ipse Iulianus, qui ita sanctam nostram religionem impugnat, hæc confiteatur: etenim affirmat cognitionē Dei rem esse quæ doceri nequeat, sed per se discatur ab hominibus. Dicit autem sic: Quod autem doceri nequeat, cōiectura nobis sit primum commune studium erga deitatem, quod est omnibus hominibus, priuatim & publice, ubicunque uiri sunt & gentes. Omnes enim absq; doctore deitatē quandam credidimus, de quo diligenter loqui neq; omnibus facile est, neq; ijs qui nouerūt erga omes possibile. Et post alia iterum: Cumhac communi omnium hominum sententia adest & alia. Omnes enim homines natura quodammodo ita affecti sumus erga cœlum & deos, qui in illo lucent, ut &

Universidad de Deusto
Biblioteca



ut & si quis alium, præter illos susceperit deū, et is A omnino cœli domiciliū illi tribuerit, non destitu ens illum à terra, sed quodammodo quasi in id quod in mundo dignissimum, uniuersorum regē collocat, colligens, quod inde ille spectet quę hic agantur. Vide igitur, quomodo ij qui crassum & agrestem, & ut sic dicam, sordidū, non ferentes errorē, & abducentes ab agrestiū opinione, nō sint omnino expertes uerę cognitionis de deo: coniectent autem, quæ & quanta sit eminentia uirtutis illius, quod etiam legibus bene ordinatis tam magnam & dignam creaturam sustentatura sit. Et alij quidem ex ijs de quibus est sermo, necq; deū per creaturas nouerunt: sed fuerunt ita attoniti & dementati præter humanum morē, ut non solum cœlum & terrā & lunam & cætera B astra uoluerint adorare, sed et in templis multiformes imagines cōstituerint, insculpserintq; illis figuras non solum humanas, sed & brutorum animalium, uolatilium & reptilium, & deos eos ac saluatores uocârint

Deinde quis non admiraretur Mose industriam: quæ nihil loquitur superfluum, uel profundius, & quod ab illis æui hominibus capi nequeat: sed illa potius per quæ ipsos ut melius habeant, posśit edocere, & corrigere ea quę sciebat ad gloriam irreprehensibilem omnipotentis dei. Deinde adolescētulorum doctores laudauerit quis: & merito, si cum suis sententijs subsistāt & manudu cant paulisper, ad hoc ut possint aliquid arcanū uidere, nihilq; proponant in principio ualde elaboratum & arduum habēs accessum. Iam quum C hoc fecerit Moses sanctissimus, nonne illum summa laude dignabimur?

Si autem nihil necessarium dicēdum tibi uide tur, uis attingam, tuas dulcissimas doctrinas, & scrutemur diligenter pro uiribus exactam apud Hesiodum deorū natiuitatem? Nam fingit se audire â deo, & à Musis sibi acto tribuit, ut rem quā dam magnam & amore dignam, ac dicit:

*Mose et Hesiodi in factura mundi compa ratio.*

Dicite, quomodo primum dij & terra facta sunt,
Et fluuij, & mare, immensam undam
Pascens, astraq; fulgentia & cœlū latū Sursum.

Deinde dicit chaos & noctem facta esse, sed quomodo, non addit.

Terra primum genuit æquale sibi,
Cœlum stellatū, ut circū ipsum omnia tegat. D

Et terrę filiū incidans cœlum, quia & maria pepe rit cœlo congressa, Cœon & Oceanum, Hyperio nem, Iapetum, Thean, Rhean, Themidem, Mne mosinē, Phœbenq; cum illis, quam & aurea coro na insignitā nominat, et Thetē amabilē maximeque inter omnes armatum factum esse Staturnū.

Deinde adhæc addit uiles quasdam & uulgares & non subsistentes narrtiones. Sed forte dicit autoritate poetica Hesiodum finxisse fabulas, erubescit enim fortasśis illius narrationes. Igitur quare accusat Mosen sacrorum monstratorē, qui diluc idum & minime erroneū, uerarumq; narrationum composuit librū? Facta enim esse dicit à deo cœlum & terrā, solemq; ac lunam, stellas & lucem, uolatilia & natatilia, & irrationalium animalium genera, & arborum pulchritudines, fructusq; qui edi possunt, et herbas in agris. Vide autem quomodo per illos sermones, errorem quo antiqui delirabant, amputat. An non loquem quidem nominant cœlum, Cererem uerò terram, Apollinem autem solem, et uenatricem aurea spi cula gerentem, Dianam, hoc est lunam, & Neptu num humidam substantiam? & in summa unum quenq; deorum ut libebat celebrarūt, & ut deos adorauerunt.

Quod aūt sermo diuini Mose de factura mundi manifestus, perspicuus, nihil habens superflui, & elaboratus sit, age nunc dem ōstremus. In principio enim, inquit, fecit Deus cœlum & terram. Non enim ipse materiam ingenitam, ut quidam dixit, cum Deo ingenitam & æternam simul esse intelligendam, & currere, ac subsistere simul cum eo qui semper existit, hoc quod aliquādo non erat: & simul cum æterno, quod in tempore, & uix tandem ut sit productum: & cum incorruptibili, quod corruptioni non obnoxium. Describit autem creaturam, quæ tempore & initio quodam nata, ex nihil productum iuxta uoluntatem Dei ut sit hoc quod est: & non dicit prius fuisse & antea inuentam materiam, Deumq; tantum factum esse expolitorem ac artificem, qui informi dei formam, secundum quod informis erat: & qualitatum differentias, magnitudinesq; & pondera solū illi adijciat, sed ineffabili & indicibili uirtute, id quod non erat, necq; existebat omnino, ut ineiperet esse, produxit. Quomodo uerò condident, menti nostræ incomprehensibile est: esse autem dico & ineffabile omni sermoni. Quomodo enim quis ea quæ mentem excedunt, enunciaret: Opinor item intantum nostrę mentis captum, excelli ab operibus summæ substantiæ, & quæ nā sit uia ad quęlibet facienda, quantum ab ipsa etiā secundum naturam inferiores sumus.

Igitur quādo Moses dicit, In principio fecit de cœlum & terrā, intellige quod complexim quidem, & quasi in parua tabula omnia comprehendens, totius naturæ enarret natiuitatem. Deinde procedit pulchre ad dicēdū, quomodo ornatus ac dispositus sit mūdus, et quomodo singulę creaturæ suam pulchritudinē sortitę sint, nempe Verbo potentissimo ipsum omnia condidisse, inquit. Deus enim est, & ex deo secundum naturā, Verbum suum quo omnia condidit. Dixit enim Deus: Fiat firmamentum. Et uide obsecro, quomodo mox uirtute Verbi compactum sit firmamentum, quod & cœlum uocauit. Dixit Deus: Appareat arida, & composuit aquam in congregationem unam: dixitq; factum esse cum his solem, lunam & stellam & lumen, & animalia terrestria, & aquatilia, & cum his uolatilia.

Quod autem & ipsa elementorū natura nō habeat ex se, ut corruptionem effugere possit, sed opo habeat manu quæ ipsam cōtineat, ut bene ostendit dicēs: Spiritus dei ferebat̄ super aquas. Viuificat enim omnia Dei spiritus, uita etiam



ipse secundum naturam subsistens tanquā ex pa- A opifex ac dominus locutus sit: Stet terra, & appa
tre, omnia autem illo opus habent, et nō aliter po reat firmamentū, & statim initiū formationis terterunt firmè in sua essentia qua sunt, persistere. ra facta est. Et hæc quidē de terra: de sole uerò sic
Vide igitur, ut dixi, Verbo cōpactum firmamen iterū inquit & dixit Osiris, ô ter maxime bone dę
tum, & fundatam aridam, aquis in unum cōgre- mon, unde apparuit magnus iste sol? Et dixit magatis, uide herbis & arboribus terrā uiridantem, nus bonus dæmon: Osiri, solis natiuitatē uis nos
& seminale s in eis existere causas, quibus tēpo- dicere unde apparuerit? Apparuit prouidētia orraria perpetuam uim obtinentia, maneant ac sal- mnium domini. Est aūt natiuitas solis, per sanctū
uentur: uide in firmamēto luminaria non ob alī- uerbū eius, quod formādi uim habet, facta. Simiud quiddam à deo facta, quàm ut luceāt his, qui liter idem in libris Diexodicōn sermone primo di
super terram, signentq; & tempora ac dies, & an- cit: Omnium dominus statim dixit suo sancto, &
nos. Iussam autem dicit & terram irrationaliū ani mentali, et uim cōdēdi habēte Verbo, Sit Sol: &
malium naturā proferre, unicuiq; speciē, & quan simul apparuit ignis, qui natura sursum ferē, dico
titatem, & hoc quod in ipso est, conditore dante. sanè purū & fulgidissimū, & efficacissimū, & fœ-

Postquàm autem in mūdo uniuersa facta sunt, cūdissimū, attracta est natura suo spū, et in altū ab
nihilq; omnino quod hominis usibus seruiret o- B aquis erexit. Itaq; imperio dei per uerbū opifex fa
mnium esset, tūc sane quomodo & ipse homo fu- cta esse omnia, decet hominē & intelligere ac dicturus sit conditor deliberabat. Non enim sicut a- re: quomodo autē uel quo pacto, ipse solus sciat.
liarum creaturarum, eius natiuitas impræmedita ta condita est. Quoniam enim eximium & mag- Iam quod singulis creaturis factis, esse taliter,
num quid, imo ultra omnem rationem & sermo- sua potestate dispēset, & quod modum quo subnem, & miraculum, intelligitur & est, quod sum- sistunt omnia, ut ipse eis definit, habeāt, collique
ma natura, sibijpsi assimulari animal, ut capax e- fecet, et ex his quę Mose dicit: Fiat firmamentum,
tat, consilium cæpit, & idcirco ac ualde merito, & factū est ita: & congregetur aqua in congrega
nequid parum uel abiectum esse uideretur, uel tionem unam, & appareat arida. Hæc enim unietiam ab alijs parum differens, secundum imagi- cuique creaturæ naturam definiunt. Et eius rei item & similitudinem suam futurum erat animal, terum meminit illorum ter maximus Hermes, in
hoc est homo, quem nō absq; consilio format. Ta troduxit enim deum dicētem creaturis: Necessimen si à ueritate non aberret dicens, quod diuina tatem autem uobis qui sub me, ponā, hanc legem
mens nihil ignoret. Cognoscit enim perspicue o- per uerbum meum uobis datum: hanc enim lemnia priusquàm fiant: quid igitur consilij capit, C gem habetis. Quippe, ut iam dixi, singulis creatu
& deliberat, quum prænouerit hominis naturā? ris naturalem præscripsit legem opifex, & illius
Ait optimus Moses dispensatiue quodammodo nutibus esse uel nō esse taliter, obtigisse apparet.
cum consilijs præmissis honoratū esse hominem Et hic quidem sermo rectus ac syncerus est.
dicit, ut designet, quod non simplicem, & ut quis Formidat aūt Iulianus haud mediocriter Platodicere posset, nihil ab alijs differētem, natiuitatē nis sententiā, & inquit: Audi de mundo quid
asserat: sed dicat rem, quæ Deo multum curæ sit. Plato dicat: Totum certe cœlum uel mūdus, uel
Est ęq; hyperbolicę sermo, & bene opinor factum qualiter quis nominare mauult, utrum sit semper
esse uideri, si hominem, omnium quæ super ter- natiuitas initium nullum habens, uel ab initio
ram sunt animaliū dicamus optimum, factumq; quodam fieri incœperit. nam uisibilis est & tangi
esse ad imaginem conditoris. bilis, & corpus habens: omnia autem talia sensi-

Quod autem potentissimis dei nutibus omnis bilia imaginari possunt cum sensu. Et post alia:
creatura cōdita sit, absq; difficultate disci poterit Iam secundum sermonem hunc probabilem, oetiam ex his quæ scripserunt superstitionū docto portet dicere mundum istum, animal animatum
res. Visum enim erat omnibus & sapiendum & mentaleq;, uerè dei prouidētia factum esse. Eccę
dicendum simul ab ipso omnia condita esse men D manifeste etiam contra ipsum, diuinus & sapientalia & sensibilia, inuisibilia & uisibilia. Cōfessi e- tissimus Plato, totum hunc mundum, uel utcunnim sunt, quod circa omniū regē & dominū omque quis appellârit, genitum, & ab initio quodā
nia sunt: id certe etiā Plato dicendo cōtendit: Dij factum esse affirmat. Insuper asserit tāgibilem,
deorū, quorū ego opifex, paterq; operū. Iam igi- & uisibilem, & corporeum, & sensu imaginabitur Græcorum adducimus sententias, quas præter lem, & secundum opificis prudentiam factum esillas dicūt, nolumus eā idē sępe dicere: sed men- se. Porrò quod ille, qui Platonis sententiam sumtionē faciem⁹ Hermetis termaximi. Dicit eā sic mè prędicat, seductus sit cū ipso, et sapuerit quidē
in sermone ad Asclepiū: Et dixit Osiris, deinde ô irreprehensibile nihil, circunferatur autem quasi
maxime bone dæmon, quomodo tota terra appa- ab omni uento, declarabimus non post longum,
ruit? Et dixit magnus bonus dęmon, secundū or- iterum appositis Iuliani uerbis. Dicit enim sic:
dinē, & exiccationē ut dixi, iussis ad sese multis
aquis secedere, apparuit tota terra lutulēta ac tre IVLIANVS.
mula: sole aūt fulgente & iugiter exurente ac sic- Vnum autem uni solum cōparemus, nemcante, terrā durata est propter aquas, quę in circu pe quod & quale opificium faciat apud Mo- Gen. 1.
incrcōtinebatur ab aquis, Quāuis & alias omniū sen deus, & quale apud Platonē. Et dixit Deus: Faciamus hominem secundum imaginem
nostram

Universidad de Deusto
Biblioteca



noſtram & ſimilitudinem, & præſint piſcibus maris & uolatilibus cœli, & iumentis, & omni terræ, & omnibus reptilibus quæ repunt ſuper terram. Et fecit Deus hominem, ſecundum imaginem Dei fecit illum, maſculum & fœminam fecit eos, dicens: Creſcite & multiplicamini, & implete terram, & dominemini ei, & imperent piſcibus maris & uolatilibus cœli, & omnibus iumentis, & omni terræ. Audi igitur & Platonis opificium, quod uniuerſorum tribuit opifici. Dij deorum, inquit, quorum ego opifex, patérque operum, inſolubilia erunt, me ſcilicet uolente. Omne quidem quod compactum, hoc & ſolutile, & quod pulchre coaptatum, benéque habet, poteſt ſolui à malo. Idcirco quoniam nati eſtis, non eſtis quidem immortales, & inſoluti les omnibus modis ſanè neque ſoluemini, neque habebitis mortis ſortes, idcp ob meã uoluntatem, per quam maius adhuc uinculum & magis firmum ſortiti quàm illa, in quibus quando naſcebamini, coniuncti eſtis. Nunc igitur quod uobis dicẽs oſtendo diſcite. Mortalia adhuc genera alia tria ſunt nondum genita, quibus non factis cœlum imperfectum erit. Neque omnia in ſe genera animalium habebit. A me autem ſi hæc fierent, & uitæ participium haberent, dijs æquarentur: ut igitur & mortalia ſint, & nũc uniuerſum reuera uniuerſum ſit: conuertamini ſecundum naturam uos ad animalia formanda imitantes meã uirtutem, qua in ueſtra natiuitate uſus ſum, & inquãtum ipſis immortalibus cognomines eſſe conuenit, dij dicimini, ducesq etiam uos eorum qui uos ſemper iuſte uolunt ſequi, ſemina & initia ego tradam. Cæterum uos immortali mortale adiungentes, facite animalia, & generate, ciboq dato facite creſcere, et corrupti bilia iterum accipite.

*Angeli natura mortales.*

*Angeli iubentur tria animaliũ genera formare.*

CYRILLVS.

Ridet audax ille temerarijs ſermonibus, ea quę nos de hominis formatiõe aſſerimus, ſicut ab optimo Moſe enunciata ſunt: & paruifacit, hominis naturæ datum eſſe à deo, ſecũdum imaginem ipſi⁹ & ſimilitudinem factum eſſe ab ipſo: quam uis quo pacto omnes qui recte ſapere ſolent, nõ ſuffragabuntur, hoc eſſe quod omnium maxime ornet: Quid enim meli⁹ dicetur, dic mihi, quàm diuina ſimilitudine nos inſignitos eſſe? Nũquid non ſummam & ſublimiſſimam omnium, diuinam ſubſtantiam & ineffabili gloria cõſpicuam, ac per ſeipſam omnem uirtutis ſpeciẽ, & pulchritudinẽ eſſe dicimus? Et quomodo nõ omnibus manifeſtum id, quod dixi? Quur igitur deridet tam eximia? & quare cauillatur hoc quod prę omnibus principatũ honoris habet, quod mente prædituũ, ac ratione, maximeq deiforme inter animalia dei, hominem dico? & certè ipſa rerum natura idem fatetur, quod uerba Moſe ſonant. At qui ille nullam curam gerit, quidnã uerisimile eſt illis imperare uellet, quæ formare non dignatur? uel quomodo noſtris cultibus oblectabitur, ſi principio nos condere non eſt dignatus?

*Nihil homini melius datũ eſt quàm quod ad imaginem Dei eſt conditus.*

Inſinuat aũt & hoc pertinaciter, oportere Platonis uocibus firmiter adhęrere. Et dũ illas admiratur, nõ conſiderat q̃d oratio illa, quã feciſſe uniuerſorum deum ad quoſdam falſo agnominatos deos dicit, ficta ſit. de hoc quoq opinor nobis eũ illo loquendũ. Nam ſiquidẽ in his Plato poetarũ ſecutus uocẽ perſonę dei ſermones tribuit, quos illũ decere arbitratꝰ, nõ parũ aberrauit à ſcopo, ſi fingenda perſona: ſi aũt ſimulat ſe audiſſe à Deo, ualeat delirus. Nõ emꝫ fas eſt dicere, q̃d Deus quipotestatẽ in omnes habet, permittat dij nõ ueris glorię quę ipſi & ſoli proprie conuenit eſſe, participes. Dicit emꝫ: Gloriã meã alteri nõ dabo, neq̃ uirtutẽ meã ſculptilibus. Proinde paucis uerita-tem, Platonicis ſermonibus opponamus, & dicamus: Admiſſum eſſe, ſi placet, ſupernas & mentales uirtutes à deo factas, dei appellatione honorari. Dicimus emꝫ quoſdã in cœlo et deos et dominos nominatos: ſed & noſipſi tali nominatiõe appellamur, dño dicente nobis: Ego dixi dij eſtis, et filij excelſi omnes. Veruntamen hic eſt quædam urgentiſsima cauſa, quare liberalitatis Dei ergonos ſermo, rectiſsime ſe habeat. Nã omnium conditor, quia ſecũdum imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuam creaturã fecit mẽtalem ac rationalẽ, nimirũ quia bonus eſt, etiã dei appellatione honorauit. Neq̃ indignũ eſt. Solemꝫ emꝫ et nos humanã imaginẽ hominẽ cognominare. Itaq̃ mẽtalis et rationalis creatura maioris apud deũ dignitatis, quã ea quę nõ eſt rationalis et mentalis: meliorẽ etiam gloriam fortita uidetur, de appellatione inſignita. Etenim ex alijs creaturis nulla prorſus appellat̃ Deus.

*Angeli non dij ſed dei.*

*Mentalis creatura.*

Iam quod cœlum, hoc eſt mundus, planè non ſit animal, neque animatum omnino, etiam abſque alijs, quos ſapientes uocãt, ad reprehendendum ſufficit Ariſtoteles ille Platonis diſcipulus, qui dixit, ut dudum affirmauimus, neque animatum totum omnino mundum, neq̃ rationalem, neq̃ mentalem. Itaq̃ quod totum omnino mundum, uel uniuerſum, ut interdum uocant, neq̃ animatum, neq̃ mentalem eſſe dicendum, permittat illi ueritatis potentia: dom eſtice, ut dixi, et ex familiariſsimis, ſufficientiſsime ſe opponẽtes habebit. Illis enim qui omnino non ſunt dij, animati, uel mentales, nõ dixiſſe deum, quod aliquid formare debeant, oſtendit nobis ipſius rei natura, congruis probationibus utens. Quod enim omnino per ſe intelligens, uniuerſorum opifex alijs dijs cõmiſiſſet eſſe laborandum circa trium generum formationem, hoc utique dixiſſet, uel quod grauetur, uel quod omnino nihil curet noſtra. Quæ, ut arbitror, à ſumma omnium ſubſtãtia aliena ſunt penitus. Etenim ſi bonus eſt opifex, quomodo



quomodo illum ullius rei pigeret? Sic enim ipſe Plato dicit: Bonus erat, bonoq nullius rei ineſt inuidia. Dicere autem quod hoc non fuerit dignatus, nihil aliud eſſet quàm faſtum & indignabundæ ſuperbiæ crimen ei tribuere. Quomodo illis imperare uellet, quæ formare non dignatur? uel quomodo noſtris cultibus oblectabitur, ſi principio nos condere non eſt dignatus?

Porrò quod & coli uult à nobis, & obedientiam exigat, & in omni uirtute ſibi humanam naturam aſsimilari uelit, apponerẽ ſanè perquàm facile plurima ueraq ex diuinis literis teſtimonia: quia autem Iuliano magis probantur quæ à ſuis traditа ſunt, ſcripſiſſe dico Porphyrium libro ſecundo de abſtinẽtia ab animatis ſic: Sacrificemus igitur & nos, ſed ſacrificemus ſicut decet, deo, qui ſuper omnia eſt, ut ſapiens uir dixit, neque ſuffricientes, neq̃ adnominantes aliquid. Nihil enim eſt materiale, quod non ſtatim immortali eſt in mundũ. Ideo, neq̃ ſermo uocalis, neq̃ internus qui ab affectione pollutus, illi familiaris eſt: ſed puro ſilentio, & pura de eo cogitantes colamus eũ. Vnde conjunctos & deo aſsimilatos ſanctam uictimam offerre oportet, quæ laudat illum, & nobis ſalutaris eſt: In cõtemplatione dei, ab anima affectionum experte, ſacrificium iſtud perficitur.

*Creare ſolius dei opus eſt.*

Vultigitur à nobis coli deus, & perſanctam conuerſationem, dum mens ipſi aſsimilatur, & in animabus noſtris pulchritudo eius inſcribitur. Vltra dicẽdo, quomodo hæc à nobis petit, qui quaſi abſciat nos alijs opificib. & ut ſic dicã, priuãs ſua formatione, quã alijs omnib. creaturis donauit?

Prouidentiam autem deus omnino gerit terre norum, etiam eorum quę ſecundum Platonis ſudum alijs concredita ſunt. Nam quod prouidus eſt & uſq̃ ad mínima pertingat eius cura & mitis, docebit ipſe qui ſuum ſpiritum nouit deus. Nonne, inquit, duo paſseres aſse uenundantur, & unus ex eis nõ cadet ſuper terram, abſq̃ patre ueſtro, qui eſt in cœlis? Sed forte ipſe uocem hanc retrahit quaſi nõ ſit uera, abſurde etiã contra deũ pugnans. Recipiat ergo eos qui familiares ipſi ſunt, poſtquã aberrare cœpit. Scribit igitur Alexander Ariſtotelis diſcipulus in libro de prouidentia ſic: Non uelle dicere, deum gerere prouidentiam eorum quæ hic ſunt, omnino alienum eſt à deo. Inuidi enim cuiuſdam foret, naturæq modis omnibus indignæ, meliora nõ facere poſſe. Quia aũt utrunq horũ alienum à deo, neq̃ am bo neq̃ alterũ inuenies in eo. Relinquitur ergo, & poſſe & uelle deũ prouidentiã gerere corũ quę hic ſunt. Si autem uult & poteſt, manifeſtum eſt quod prouidet. Rationi enim conſentaneum, nihil omnino abſq̃ diuino conſilio & uoluntate fieri. Huius autẽ ſententiæ dicunt quidam eſſe & Platonem. Manifeſte autem Zenon Cittienſis & Stoici alij, dogma iſtud cõmẽdãt. Igitur quod ſummus, et naturã et ſolus uniuerſorũ deus prouidentiã gerat eorũ, quę circa nos, teſtati ſunt & ipſi. Vltra diceret, quid hoc, quod uoluerit prouidentiã gerere, non omniũ optimo humanum genus priuando? Hoc dixerim eſſe, ab ipſo magis creari, & non factos quoſdam, qui nudam & ſolam dei appellationem foris habeãt, fortitiq ſint formandi officium. Et hoc maxime contra diuinam gloriã militat, etiam alios putare poſſe creare, & ex nihilo producere. Non enim fas eſt dicere, quod ea quæ diuinæ & ineffabilis naturę propria & eximia ſunt, naturaliter poſsint ineſſe quibuſdam ab ipſa factis. Cõgruit autem magis ipſi & ſoli, & ad ſummam pertinet gloriã eius res illa. nam inacceſſa naturæ ſunt, ſicut dixi nuper, ea quæ proprie ſunt ſolius, & omnium ſummæ ſubſtantiæ: quorũ unum eſſe dicimus, efficaciter operari poſſe, ut creatorem, & producere res quæ aliquando non erant. Ad hęc quomodo genita & facta quæ omnibus modis, iuxta rationes naturę inſitas corruptibilia, operarentur diuina? nam ſiquidẽ ut modus ſcientię in deo intelligitur creare, non ultra rationem noſtram admitteret quis datum eſſe ab ipſo naturæ, creandi ſcientiam: alioquin noſipſi eſſemus conditores aliquando, materiam quandam habentes ſubiectam, & artificio circa eam utentes. Si autem creare, ut dixi, naturæ magnificæ operatio eſt & uirtus, & ultra menſuras creaturæ, digna eſt deo: quur ſummæ naturæ dignitatem detrahunt, & generationi & corruptioni obnoxijs donant, ut ſibi placet?

Iam qua neceſsitate intelligẽdum putant, imò diuinas calumniãtur uoces. Permiſiſſe eũ dicunt ingenitum, genitis, ut poſsint quæ illius & ſolius implere. Sed profecto aiũt, eſſet enim & neceſsarium, ſi à deo fiat aliquid. Melius enim ipſum eſſe quàm ſi moriatur & corrumpatur. Inuidiſſet igitur aliquibus opifex, & non cõceſsiſſet eis participes eius quod optimũ eſt fieri: permiſiſſet autẽ quaſi deteriora, per hoc quod nequeunt eadẽ formare. Num igitur formidaſſet neceſsitatẽ nõ permittentem ſibi poſſe facere mortalia, uel fortaſsis ignorauit omnino? Itaq̃ ſi ignoraſſe quidẽ dicũt illũ, ſciuit creatura aliquid amplius quàm ille. Cõdit enim, ut ipſi inquiunt, corruptioni obnoxia. Si autem hoc prætereũtes affirmabũt ſcire, quomodo boni fuerit, non facere bonum, id quod nouit eſſe bonum? melius autẽ eſt immortale quàm mortale. Præterea non imperite, ſed ſapienter etiam hoc dixerim. Deus enim, quibus hæc permiſiſſe aiunt uniuerſorum regem & dominũ opificem, non immortales dicunt eſſe, ſed compoſitos ac ſolutiles, & uolẽte deo in his quæ ſunt corruptibiles. Quomodo igitur ſecundũ propriã naturã incorruptibile, uel immortale, uel inſolubile omnino nihil eſt? quomodo nõ imperiti ſunt, qui dicunt non potuiſſe uniuerſorum deum tria mortalia genera formare, dediſſe autem alijs potius ut hoc faciant? Verũ relictis gẽtilium erroribus, dicimus quod in creatura uariũ & multigenum, & aliter aliud & nõ idẽ, ſicut in natiuitate & ſpecie formauit opifex poteſtate utens decẽtiſsima. Nam immortale quidẽ, ut dixi, uel inſolutile nihil: uoluntas aũt dei unicuiq creaturæ eſt natura, deueniq uſq̃ ad nos abſq̃ omni grauamine.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Vnus enim est & solus, non hoc ab alio discens, A cui agnoscere non scientiæ species est, sed naturę suæ, quæ & deum addecet, species, ipsiq; & soli propria agnata, sicut scilicet & aliæ dignitates: ambasin genita minime habent, tribuitur autem, ut dixi, naturæ isti & soli naturaliter.

Quod autem absurdissimum sit aliis diis nos asscribere opificij efficaciam, & à deo naturali & uero eam auferre, etiam ex ipsius doctoribus uiderit quispiam. Scribit enim Hermes cognominatus termaximus de natura uniuersi ad Asclepium sic: Igitur si confiteamur duo esse, nempe quod fit, & quod facit, unũ esse unione: illud quidem præcedens, hoc aũt sequens. Quod præcedit quidem, est deus faciens: quod autẽ sequitur, B id quod fit. Quod ita esse propter uarietatem eorum quæ fiunt, timens humilitatem & ignobilitatem, deo ascribere ne timeat. Vna enim ipsi est gloria, facere omnia: & hoc est opus dei, sicut corporis effici. At facienti nihil uel mali uel fœdi imputamus. Hæc enim sunt affectiones generata sequentes, sicut rubigo æs uel macula corpus sequitur: sed neq; ærarius rubiginem patitur, neq; maculam ij qui genuerunt. Et post alia iterum sermonibus agit feruentioribus, manifestũ exemplum ponens, & inquit: Ipsi pictori licet cœlum ac terram pingere, & mare, ac deum & homines, & omnia ratione ac anima carẽtia: deo autem impossibile ne fuerit facere? O crassam de deo ignorantiam & insipientiam, grauissime enim laborãt tales. Nam deum dicentes se colere ac benedicere, C non tribuunt ei, quod fecerit omnia: neq; deum sciunt. Et cum hoc quod ignorantes sunt, etiam plurimum in illum peccant impie, affectiones ei tribuentes, despiciẽtiam uel impotentiam. Nãsi non omnia facit, uel superbiens non facit, uel nõ potens, id quod est impiũ sentire. Deus enim unã solam habet affectionem, nempe bonitatem. Bonus aũt neq; superbus neq; impotens est. Hoc enim est deus. Bonum quod omnem potentiam habet faciendi omnia: quod autem genitum est à bono, & eo qui omnia potest facere, fit. Si autem discere uis, quomodo quidem ipse facit, quomodo autem quæ fiunt, fiãt, uide imaginem pulcherrimam & simillimam. Agricola semina in terram demittit, & ibi quidem triticum, illic uerò hordeum, alibi autem aliud quoddam semẽ. Vide eun D dem plantantem uineã, & pomum, & alias arbores. Ita & deus, in cœlo quidem immortalitatem seminat, in terra necessitudinem & mutabilitatẽ, in omnibus autem uitam & motum. Et hæc quidem ueteres Græcorum sapientũ non ignobiles senserũt, & alios sentire uoluerũt. Quod æquus ille, & ab aliis secedens, aliorũq; opinionibus ualedicẽs, à solius Platonis opinionibus uincit: & explanare tentat, quemadmodũ ipse putat, sapiẽter, sermonẽ ex persona dei factam esse illi, & dicit:

*Gloria dei est facere omnia.*

*Vna affectio dei bonitas.*

IVLIANVS.

*Dij conspicui, dij occulti & mentales.*

Atqui hoc somnium non esse, mente considerantes, discite. Deos nominat Plato conspicuos solem & lunam, stellas & cœlum: uerum hi occultorũ sunt imagines. Lucẽs enim oculis nostris sol, imago est mentalis, & non apparentis. Et iterum luna apparens oculis nostris, & singulæ stellæ imagines sunt mentalium. Illos igitur mentales occultos deos ut opifice existentes, & simul existẽtes cum ipso, & ex ipso factos & profectos, Plato nouit. Vnde merito loquitur opifex apud illũ: Dij (occultis loquens) deorum conspicuorum sic & genuit astra in mentalibus, quæ horum exemplaria sunt. Cõsidera igitur quod & quæ in illis bene se habeant. Deerant enim, inquit, tria mortalia genera, uidelicet hominum & animalium & plantarum. Vnum quodque enim ex illis proprijs definitum est rationibus, itaque dicit: Et singula hæc cà me si fierent, omnibus modis necessario immortalia illa fierẽt. Etenim dijs non est alia causa immortalitatis & lucenti mundo, quàm ab opifice factos esse. Quid igitur, inquit, quantum est immortale, necessarium est in illis esse, ab opifice datum esse: hoc autem est rationalis anima. Horum itaque species etiam nolentibus uobis semper nans & incipiens ego dabo. Quod autem reliquum, uos immortale mortali adaptate. Manifestum igitur quod opifices dij, à suo patre creandi potestate accepta, genuerunt de terra mortalia animalia: alioquin nihil discriminis habiturum fuisset cœlum ab homine, & profecto per louem, nec à bestia, & denique nec ab ipsis reptilibus & piscibus in mari natanti bus. Oportebat igitur unum & eundem esse conditorem omnium. Si autem multum est medium immortalium & mortaliũ, nullo augmento maius, nullo decremẽto minus, sicut temporaria & fragilia: causam esse conuenit, & horum illos, & aliorum alios. Verum in his quid omnia confundat, & commisceat inter se rerum naturas, qui uidere uolunt, facile possunt. Nam primum quidem magis conspicuos deos imagines esse dicit minus lucidorum, qui & mentales, & scibiles Platoni uidentur: quum imaginabilia cum sensatione nominet ea quæ uidentur.

CYRILLVS.

Videtur hic eximius noster Iulianus Ideas significare uelle, quas interdum essentias & subsistere



stere per se affirmat Plato, aliquãdo aũt & cogitationes dei definit: quomodo aũt res habeat, nec à discipulis ipsis sermonem capi posse, dicũt etiam artifices. Gaudeãt ideæ, inquit Aristoteles, fabulæ enim sunt, quum nihil ad rem faciant. Quare igitur ille proferre has dignatur, & quàsi irreprehensibilem sententiã afferre conatur: quod & doctoribus ipsius suspectum, quasi male habeat?

*Concurrit Scã.*

Insuper & aliũ eius sermonẽ comperimus, nõ mediocriter imperitia lãguentẽ. Dicit enim, Mẽtales & non cõspicuos deos, in ipso existentes, & simul existentes, & ex ipso opifice factos & progressos nouit Plato, addit autẽ quod mentaliũ & conspicuorũ opifex sit, uniuersorũ deus, qui cœlum & terrã fabricauit, astraq; genuit. Igitur quãdo, sicut & ipse manifeste confessus est, horũq; & illorũ natiuitatis autor est ingenitus deus, quomodo ex ipso genitos esse dicit ipsos coexistere, & in ipso existere? Quomodo, dic oro, cũ ingenito deo coexistit genitum? & quomodo existit in illo? nos.n. non factũ dei uerbũ, cũ eo qui genuit, necessario existere, affirmamus: & existere in ipso, procedere aũt ex ipso nascendi modo. Verum hic diligẽtissimus Platonianæ eloquẽtiæ præco, ingenitũ quidẽ esse dicit summũ deum, existere aũt in ipso & ex ipso genitos esse & progredi, eos qui ab illo facti sunt, omnia perturbans & cõfundens, & claritatẽ in diuinorũ contemplatione nihili faciẽs. Dixerit sane quis illi, quod multorum linguis celebre est: Seorsum Mysorũ & Phrygum termini. Apagesis cum friuola nugacitate, si tuus sermo de summo omnium deo, parum de ipsius gloria sentiat. Et deinde, uocans eum natiuitatis omniũ autorem, & solum sufficere ad tam præclaras & admirabiles creaturas, in minoribus alijs habere adiutores alios deos cooperantes ad opificium, qui & dicẽt forte summo deo: à nobis frudus cõgrega, & tria mortalia, quæ adhuc deerãt, uniuerso after generi, te enim dãte animã, nos corpus apponemus, immortale mortali adiungẽtes.

*Ingenitus deus ingenitos in deo*

Fortasis autẽ dicet & hoc, interim sua dogmata defendens, quod terrenorum corporum natura elementorum congregatio perficiat. Sequitur etiam in hoc doctores suos, dicũt enim & Empedoclem Melitoium ita sensisse, atq; sic etiã uoluisse loqui. Principia enim rerũ dicit esse ignem, aẽrem, aquam & terram: & iungit illis amicitiam & contentionem. Meminit horum & Plotinus D in libris de principalibus subsitãtijs, ita dicẽs: Empedocli quid contentio diuidir, amicitia unit.

*Aristoteles & Plotinus dicunt esse aẽrem, aquam & terram. Empedocles. &c. contra. Em pedoclem.*

Quod si quã terrenis corporibus conferat utilitatem, ex se elementorũ conuentus, non absque examine rem suscipiemus. Etenim necessariò inquiremus, cuius donum sit quod illa in unũ congruant, & quæ natura pugnant in unum congrentur, & quasi nutricentur, atq; adeò ut singula rum uis alijs impermixta sit, cõniueantq; quodãmodo inter se omnia in uniuscuiuslibet existẽtiã & natiuitatem. An non optimus omnium artifex deus, etiam hoc sapienter terrenis corporibus excogitauit, ut nullius elementi expertia, ab ipsis utilitatem capiãt: gratum enim semper quodammodo cognatum. Propterea ne sint alij quidam trium generum opifices, sed potius omnium natiuitatis autor merito intelligitur, summus & solus, qui & omnium principium, ultra quod omnino nihil, sed omnia ab ipso & sub ipso, & sub pedibus tanquam condita.

Gaudere autem deum in suis operibus etiam Græcorum sermones confirmant, & nos quoq; dicimus, confitente hoc diuina scriptura. Dicit enim Sapientia: Ego eram cũ qua lætabatur, quotidie autem lętabar in conspectu eius in omni tẽpore, quando lætabatur orbem terrarum perficiens, & lætabatur in filijs hominum. Et quomodo non melius est oblectari proprijs q̃ alienis creaturis? At Plato fortasis torpore dicet superatũ, uel saltem, ut dixi, inuidisse melius his qui super terram. Neq; mirum est, quũ ipsi opifici deo præponat Tagathon, id est, Bonum, ipsum quidem immobile, non tremebundum, bene subsistens, & abstinens à productione creaturæ alicuius, ut subsistat. Dicit autem in hoc cunctabundũ, quodammodo distribuisse secundo deo post se, & à se: sed ecce in illo simul collocat alios ex æquo operari scientes, & nihil in illo uideatur excellere.

*Sap. 8.*

*τ' ἀγαθόν.*

*Plato secundo deo tribuit ideas.*

Quoniam autem existimat aliquid se sapiẽter & exacte dixisse, quod si intelligatur uniuersorũ unus & solus opifex, cœlum nihil discriminis habiturum sit ab homine, uel etiam à bestia, & à uarijs natatilibus, addit & reptilibus: & ideirco oportere singulis creaturis sibi congruum esse opificẽ. Age & ad hoc respõdeamus ei, quãuis quid obluctaretur uel pugnaret fanis cogitationibus, si dicere quis uellet, omnia esse unius opificis? Nunquid uirtus quę omnibus superpositis sufficit, minoribus minus sufficiet? uel hoc quidẽ minime, sed excellendo & præstãdo alijs præstantibus sit illud, & quod solã à Deo sortitur operationem. Deinde quo pacto qui hoc agit, non afficit iniuria alias creaturas, quas seorsim ponit, & terrenis quasi magnũ ualere dicit? Verum hoc deliramentũ esse, & plenum extrema dementia prius diximus, attamen illud dicit:

*Omnium creaturarum unus est creator.*

Fecisse dicit deos relíqua tria genera. Nũquid in illis uidetur plurima differentia corporum nostrorum, secundum genus, species & magnitudines. Etenim à summis usq; ad uilissima omnia, sunt natiuitates, & nõ mẽtietur quis, si has & plãtarũ dixerit. Statuemus singulis suum opificem, ut ne contumelia afficiatur quod supremum est, licet ualde uilium, & in uno sedẽtium idem dicatur factor. Vnde alius quidem opifex hominum, & ualde merito: tot autem & quot erũt creata, & quot erunt minutissima, erũt opifices. Igitur obsecro, nunquid hoc ridiculum & nugatoriũ, quo sic abducimur à ueri simili & cogitationibus ad ueritatem ducentibus? Demum, quomodo non erit cuius liquidum, quod ille putribus & monstrosis oblectetur opinionibus, unà cum suis doctoribus? prodetur utiq;, quoniam asserit deum esse cœlum, & iterum sic dicit.

IVLIANVS.

Quid opus est me huc accersere Græcos, Hebræos que testes? Nullus est qui deum, hoc est deos, uel orans uel iurans, manus non subleuet in cœlum, & numinis quandam cogitationem concipiens, illuc feratur: & hoc non immerito accidit. Videntes enim nihil eorum quæ circa cœlum, minui, uel augeri, neque ullam sustinere deordinatam affectionem, sed congruam illius motionem, ac bene aptatum ordinem, definitas quoque leges lunæ, definitos ortus & occasus solis, statutis semper temporibus, merito Deum & Dei solium suspicabantur. Quod enim tale nullo augmento multiplicatum, neque decremento minutum absque mutatu & uersione externa, purum est abomni corruptione & generatione. Et immortale non natura, sed absque interitu mundum ab omni macula, sempiternum que & semper mobile, ut uidemus, nempe ab anima meliore & diuiniore quæ habitat in ipso, fertur circulo circa magnum opificem, uel ab ipso Deo: motum quemadmodū nostra corpora à nostris animabus suscipiens, incessabili & perpetuo impetu immensum euoluit circulum.

CYRILLVS.

*Deum non esse cœlum.*

Haud obscurum est, sermones illos delirantis, & ab omni ueritate destituti esse. Quoniā autem suspicatus est, nescio quomodo, sufficere posse sibi ad demonstrādum, quod deus sit cœlum, ex hoc uno, quod manus sustollimus in excelsum, & oculos quoq; quando orare cogitamus. Age ad hoc dicamus, nunquid dic obsecro, si quis putet se uidere nubes, & subleuet ipse oculum corporis in illas, sufficeret ne ad probandum esse oportere nubes deos confiteri? Præterea quomodo non esset risu dignus, qui tam frigidis cogitationibus in errorem raperetur?

Quoniā aūt dicit, quod cœlum ob ea quæ natura habet, meritò est in admiratione, & suspicantur multi & deum esse, & dei solium: doceat præteriens num idem esse censuerit, & inæquali posuerit mēsura quæ in utrisq; : sed nunquā opinor, ad eā stupiditatē peruenturus est, quod nullo modo differre putet esse deū et dei soliū. Etenim dubitaret ne quis diuina nō quasi sensibilia à nobis, uel quæ in corporibus sunt, censenda esse, etiamsi fortasse dicerentur minus quam oporteat? minime. Itaq; thronus si dicatur dei, regnū ipsius significabit: quemadmodū & de terreno ucrū est dicere, quod sit cuiusdā fulgidus & sublimis thronus, hoc est principatus & regnū. Præterea quomodo æqualis portio erit imperantis, & eorum quibus imperatur: regentis & eorum qui cum minore gloria regi subsunt; excellentis, & subiugato-

*Cœlū quomodo thronus dei.*

A rum: multa possidentis & minus possidentiū: igitur quomodo deum uel dei sedem appellat cœlū? *Quid cœlum.*

Dicit aūt, quod facit bene ordinatā, congruā & aptissimā motionem, & quod sol ac luna denticulatos definitos, ordinē seruēt, astrorū ortus & occasus, & circunferentiæ & cursus, ipsiq; suis locis motus sunt ijdē, et omni tēpore, absq; mutatione. Igit quo pacto nō sapiēter egit Paulus, qui ex illis ducem ostendit, & præfectum creaturæ ex bona ordinatione, & legibus, ut Deum decet, subdita gubernantem, secundum quod cuiq; ut sc habeat opus est: & ita magnum & immensum opificium ex his per quę tam bene habet, & admirationi est, declarat non carere præside. Dicit enim: Inuisibilia illius à creatura mundi, dum per ea quæ facta B *Rom.* sunt intelliguntur, peruidentur, nempe sempiterna eius potentia ac diuinitas. Idipsum ex doctoribus illius & sentiendum & dicendum uidebatur. Dixit itaq; Plutarc. de illis, ut suprà diximus. Sum pserunt autem ex hoc cogitationem dei. Semper enim sol & luna, astraq; cætera, ut sub terrā ierint, similia quidem coloribus oriuntur, & æqualia magnitudinibus, & in ijsdem semper locis. Igitur prisci & istorum dogmatum inuentores, non sic cogitarunt de cœlo, quū admirarentur solis cursum, & cōtemplarentur omnes alias creaturas, motus bene ordinatos, congruos & aptissimos fortitas, coniectarunt autem multo magis imperantis potentiam, nobilemq; & superexaltatum eius principatum intellexerunt. At ille, gloriā quæ in hoc ipso, trāsfert in omne quod à re ipsa diuersum est, C

Cœlum quidem nihil ferens inordinatum, facit sibi ordinem aptissimū. Iam quis est, dixerim, qui ordinem illi & aptissimum motum præfinuit? Quis mensuris subiecit solis cursum? quis singulis lunæ fulgoribus sua distribuit tēpora? Non ne unus ordinum omniū princeps, ut dixi? Cur igitur uteriores sententias reijcis, & ista admirantes ad ipsam dei contemplationem pergere non sinis? sed iubes ut ad solum respiciant cœlū, quod sit deus, quod alienum sit à mutationibus & uersionibus, purū à corruptione & generatione, immortale natura, & absq; interitu.

Quomodo obsecro dicis alienum esse à uicissitudinibus, mutationibus & uersionibus, cœlum D *Cœlum corruptibile.* quod factū est? Nā si omnino factum est, utiq; & motum est. Id conuerti est ac mutari, & quodam modo præcessit priuatio, quia aliquādo non erat. Nā ei quod ex nihilo factum, ipsum uocari de natiuitate ac pduci, mutatio et cōuersio est. Quod aūt ex confesso factum est, quo pacto extra corruptionē est? & quo pacto immortale natura, quod natiuitatis & corruptionis uim patitur? quo pacto item sempiternum, quod in tempore productum? tametsi manifeste dicat Plato, tempus factū esse cum cœlo, ut simul genita, simul & soluan- *Tempus.* tur, si quidem solutio illorum futura est. Quopā *Platonis.* modo igitur quod soluitur, immortale natura? quomodo autem & absq; interitu, quod sola uoluntate opificis incorruptionē fortitū est? neq; eīn natura in illis soliditatē habet, neq; bonū fundamentū singulis





Singulis proprium est esse in his in quibus facta A sunt, adiuuantur aūt magis cōseruantis nutibus.

Postea dicit, quod ab anima meliore & diuinio re illud inhabitante, feratur circulo circa magnū opificem, uel ab ipso deo motionem habeat, quē admodum & nostra corpora. At uir optime dixerim. Ingenitum, & incorruptibile & absq; interitu, inconuertibileq; & immutabile cœlū, quod purum ab omni macula, quod & sempiternum dicis, à qua meliore uel diuiniore anima gubernatur? Quid melius in illa ab illo, imò ab opifice deo? Quid magnum & optimum intelligere non possum, sicut summa gloria ineffabilem dei naturam plenam esse cognosco. At si qua dicuntur à nobis incorruptibilia et absq; interitu, extraq; mutationem & conuersionem, ingenita, sempiterna, liberaq; ab omni macula, & omnem habentia perfectionem, nulliusq; prīsus indiga, quid refert ista deo, tam præclaris & sublimibus dignitatibus creaturarum naturam ita honestans?

Porrò Hebræi, inquit, opinionem suam de cœlo dicētes, thronum dei ipsum dicunt, scabellum autem terrā. Recte uir eximie, memor enim sum quomodo deus ipse per unum prophetam dicat: Cœlum mihi sedes, terra autem scabellum pedū meorum: quam domum ædificabitis mihi? dicit dominus: uel quis locus quietis meæ? quāuis propheta deum non dicat esse cœlum, sed comparet Iolio, & terram quoq; scabello pedum: & si quis uelit rei causam addiscere, facile ueritas ostendetur. Extruebat Hierosolymis celeberrimum illud templum sapientissimus Salomon, quo multum gloriabantur Iudæorum populi, rati, in illo circūscriptim habitare uniuersorū deum: rudes enim & ad intelligendos sermones de deo semper tardi dei ciuitatem censebant esse Hierusalem, in ipsa que & sola ipsum habitare contendebant, eo quod dicebatur per uocē Dauid: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Parum itaq; sapientes arguit deus, & dicit: Vbi domū ædificabitis mihi, cui cœlum thronus, et terra scabellum? Oportebat enim his qui comprehendi & circumscribi locis, ipsius naturam suspicabantur, demonstrare liquido, quod sit ubiq;, neq; aliquid illum capiat: transeat autem ipse per omnia, plenaq; sint ipso cœlū et terra. Ad quod sit factum cœlum, multis testimonijs commonstrari facile, ex scriptura diuinitus inspirata. Dicit enim alicubi deus: Ego manu mea extendi cœlum, & omnibus stellis meis mandaui. Quin & beatus Dauid: Verbo domini cœlos firmatos dicit, & spiritu oris eius omnem uirtutem eorum esse dicit. Nouit autem illos & enarrare gloriam dei. Quomodo, uel qualiter? Etenim qui ea ex quibus sunt & facta sunt, bene admirantur, & illis tanquam uoce quadam utuntur. Etenim eximia & egregia licet uoce careant, quodammodo tamen clamant, artificis artem in se ostendentia.

Libri secundi finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPIscopi Alexandrini, contra Iulianum, pro religione Christiana,

LIBER III.

CALVMNIATVR quidem omnia, quæ apud Christianos sunt, mores, leges & sacramenta: & nihil tam bene factum uel recte dictum à diuina scriptura, quod ille improbis rebus conferre nō erubescit. Ea autem sola excolit, quæ ueri simile est, diuersa sentientem, non mediocriter egre latu rū si in his ad meliora instituatur. Et Platonis sermonem, quem ipse sibi composuit, diuinā et plus quàm naturalem sententiam esse dolose tradidit, nec mediocriter timēs, & adijciens quasi peccata peccatis, iterum transit ad librum Mosę, & in illū os suum exacuit, imo in excelsum sustollit cornu, & iniusticiam loquitur contra deum, aduersusq; ueritatis dogmata armatur, ac dicit:

IVLIANVS.

Illis conser Iudaicam doctrinam, & paradisum à deo plantatum, et Adam ab illo formatum: deinde, mulierem illi factam. Dicit enim deus: Non est bonum homini esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. quæ in nullo ipsum adiuuit, sed decepit: & facta est autor illi ipsi ac sibi ut exciderent ab horto deliciarum. Hæc enim fabulosa sunt. Igitur quomodo rationi consentaneum est, quod hoc quod factū ab ipso in adiutorium, non tam boni quàm mali occasionem exhiberet?

CYRILLVS.

Itaq; non credit, quod plantatus sit paradisus à deo: uel fortassis, quod hoc nō possit facere, ineffabilem potentiam condemnat: & quasi risus materiam facit, Adam & mulierem ex illo: cūq; qui peccare nescit, à cōsilio & considerationibus aberrasse dicit. Etenim inquit quod non tam boni quam erroris & ejectionis à paradiso delitiarum, autor fuerit Adamo. Vis igitur amice, ut præteritis his quæ tibi uana uidentur, tuorum potius doctorū sequamur sermones? Vis ut Hesiodi mundi generationē, cum Mosi Geneſi conferamus? Orans enim Musas, et ab ipsis petens, ut ipse inquit, suauem cantilenam, nugarū nobis exoletarum narrationes congesſit. Terræ enim inquit filium et Cœli fuisse Cyon et Hyperionē, et cū his Iapetum, et Prometheū quēdam qui ex illo: & nisi is furatus esset Ioui ignē, omnino neq; producta esset mulier, quam fabricauit quidem Amphigyeis, hoc est Vulcanus, ornatu aūt uario decoratam aiunt: à forti patre nata, hoc est Pallade, datumq; hominibus bonū malum. Iam quū non esset mulier, quam ex ira Iouis, ut ipsi aiunt, habebamus, quomodo cōstitutū fuit genus humanū? uel quomodo aliter facti sunt opifices, dij deorū immortali immortale adijcientes sicut Platoni ui

*Mulieris oríago secundum Hesiodum.*

*Mulier, κακὸν ἀγαθοῦ κακόν.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



detur? Hæc sapientissimi Mose scriptis opponere nõ abhorruerũt, quamuis quomodo nõ oportebat magis sapientis animi gloriæ applaudere? nam fortasis illud dixerint quod suæ disciplinæ lex permittat poetis libere & absq; reprehensione fabulari. Igitur si nihil prægnans adductum est contra nos, adueniant omnia quæ illorum sunt, nugæ & fabulæ, & aniles dicatur neniæ: & si quẽ de dijs habent sermonem, aduehatur & ille aduocetur & ampullosorum uerborum cõditrix poetice. At non sic se habere hæc uidentur illis. Absit. Dissident enim uarie, dicentes non ampullosa esse uerba & fabulas, ea quæ de dijs tradunt, sed accipiunt tãquam ueras & probatissimas uoces, idq; faciunt prudentissimi.

*Quæ de dijs Græcorum sapientes ferio sentirint.*

Itaq; Herodotus, qui celebrem historiam condidit, sic dicit alicubi: Hesiodum autem & Homerum ætate quadringentis annis et nõ pluribus, dicunt superiores fuisse. Hi autẽ sunt qui fecerunt deorum generationem Græcis, & dijs agnominationes dederunt, et honores et artes distribuerũt, formamq; ipsorum significarunt. At poetę qui dicebantur priores his uiris fuisse, sed mihi uidetur quod posteriores fuerint. Igitur qui deos nominarunt, honoresq; & nomina ipsis dederunt, & formam cõmonstrarunt, quandoquidẽ fabulas sibi conscripserunt, & nihil aliud, rideantur merito: & quæ illi tã uane nugati sunt, nullius fiant pensi. At si honorem assequuti sunt apud eos, & postea dij nominati, quare scribunt inuanũ tanq; stulta nugatiq; lam si quid absonum dixerunt, quare eos qui de diuinis fide digna scribere ipsis uidentur, contumelijs proscindunt, illorũ dictis fidem nullam dantes? Etenim Plato reijcit Hesiodi Theogoniam, id quod uel ipsius uerbis facile ostẽdi potest. Dicit enim sic: Cæterũ deos neque ignorare, neq; uim sustinere possibile est. Vnde siquidẽ nõ sunt, uel nihil illis curæ sunt res humanæ, & nobis enitendũ est, ut ignoremus: si autem sunt, & curã gerunt, non aliunde tales scimus & audiuimus, quàm ex sermonibus & poetis, qui genealogias finxerunt. At qui illi ut sunt, ita loquũtur, An non sacrificijs & uotis oblectari, & oblectationibus deos adesse persuadẽt? Vide igit quomodo manifeste cõfessus est, quod siquidẽ omnino sunt dij, oportet hoc scire & discere ex his quæ alij scripserunt de ipsis. Quod aũt Hesiodi de dijs sermonẽ non uilipenderit, manifestum est inde, quod iterum dicit: Terræq; & cœli pueri Oceanus & Tethys nati sunt. Ex illis Phorcys & Rhœa, Iupiter & Iuno, & omnes quos scimus fratres illorum dici. An non omnibus manifestũ, quod hic constanter appareat eorũ sermo cum dogmatum obscœnitate? & quod tribuunt nugacibus poetis fabulas fingere oportere, & pessimos solũ quos de dijs suis habent sermones admittũt? Quid igitur uir optime à Deo formatam mulierem, & de ea sermonem præteribimus ut turpem: suscipiemus autem potius Hesiodi Pandoram, optimum ne illud tibi uidetur?

Dicit aũt hic mendacia fingi in deũ, eo quod facta sit, ut adiuuaret, uiro usui futura, quttin fecerit horum nihil, sed contra haud contemnendum uidetur attulisse damnum & sibi & uiro: nã & ex paradisi delitijs ambo exciderunt, & ut morte ac corruptione superiores essent longe absunt. Ad hæc dicet qui diuinæ scripturæ oraculis mentem intendit. Itaq; facta est in adiutoriũ mulier. Oportet autem accurate adiutorij modum scrutari, propter quod facta est: ut opificem ab illius accusatione liberemus. Nõ hoc cõsilio uel his cõsiderationibus assumpta est cõmunis mulier, & producta, ut calculo dei omnia uidentis non habeat in se naturalem uertibilitatem & aptitudinem ad nuendi, ad id quod domino uidetur. Voluntarijs enim nutibus rationalis regitur creatura, ad hoc quod recte se habeat uel male, liberis ad ops prompens impetibus. Assumpta autem magis est in adiutorium, ut & filiorum procreationi ministret. dictum est enim de utrisq;: Crescite & multiplicamini, & implete terrã. Nam iam alia animantia condita erant, nempe terrestria, uolatiliaq;, & aquatilia, & spes erat, multiplicanda fore in magno numero. Masculi enim & fœminę erãt in eis. Homini aũt deerat qd' ei, sicut ipse, hoc est naturalis assimilatum, propterea necessariũ erat, ut ilicut in alijs, genus etiam ex ipso propagari.

Hic autem uide obsecro sapienter ac industrie productam mulierem, secundũ quod deo placebat. nam quamuis potuisset innouare aliquid, & iterum accipere puluerem de terra, & formare simili modo sicut formatus fuit Adam, hoc quidẽ non faciebat: sed uolẽs inserere uiro affectionem erga eam, abstulit quandam portiunculam eius, & reliquum coadiuuans, protulit absolutã humanæ naturæ rationibus. At ille accessit quidem blande, et raptus in amorem insitis affectibus, & quasi agnatus inquit: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Ista uocabitur mulier, quia ex uiro suo sumpta est. Vnde proprijssime in masculorum natura affectionem genuinam erga fœminas inseuit. Vnde optime ita res nostrę dispensatur, si afficiantur eodem modo erga mulieres qui secundum leges coniuncti sunt. Vnde auxilij potentia recte allata esse Adamo ab ipsa muliere, ut xta modum ut generentur pueri. Quod si aliter erat agendum, dicat, & silebo: at si hominis parentis non fit aliter, nisi ambo iungantur, nempe pater ac mater: quid frustra inuadit nos & conuicta sectatur, uellicareq; audet, quæ tã recte facta sunt, & plana quodammodo uia gradiuntur? Igitur opifex accusatione hac liberetur, non enim aliquid consiliorum in muliere monstrauit.

At profectò, inquit, non bene consultũ. Decepit enim Adam ut præuaricaretur traditũ mandatũ. Profectò manifeste fuit consiliaria non bona: minime enim quod uerũ est negabo. At siquidẽ habet in legibus naturæ, quasi aliquid non bene factum sit à Deo, arguat: doceat causas propter quas à scopo aberrasse accusat. Si aũt insania hæc est, & postremi stuporis indicium euidens, quare deceptũ esse inquit deũ. Mulier alterius sibilis persua-



sa est, ut facere uellet quæ nefas, quamuis humana mens potestatẽ sortita esset, quæ faciendi uel non, & permissa est uoluntarijs impetibus ut dixi, ad quodlibet ire. Vnde optimo artifici etiam hoc gloriã affert. Voluntaria enim operandi facultate conueniebat rationalem creaturam insigniri, & electionis liberæ declarari fructum, in bonis operibus dexteritatem.

Videntur autem & illius magistris hæc digna quæ laudentur. Vnde Porphyrius in libro ad Nimertium sic dicit: Nam uoluisse quidem deum, & ueritatis rerum socios esse homines, unde & rationales fecit, eo quod idonea illis sit ratio ad inuestigandum uerum: quum autem dedit libertatem, ac liberum arbitrium unicuiq;, ut in ipsis sit bonum uoluntarij ornatum laude, plurimi declinant ad absurdam & irrationabilem ignauiam, ut in pecuinam uitam excidant, & fallantur in operibus, quorum ueritas uix studiosis & sobrie laborantibus cõtingit. Et aliter quoq;: Nam quum anima liberum arbitrium sortita sit ad uirtutem, & libertatis possessionem uel uitij uoluntariam electionem, ut propter illam in unaquaq; probaretur, & quod dignum laudibus, & quod uitium, haberentq; locum in hominibus reprobationes & laudes, & honorum distributiones, & uituperia, & ignominiæ, & uindictæ his qui mala opera perperetrant. Dicunt autem sapientes, animas uitam eligere quã unaquæq; uoluerit, eo quod potestatem prouidentiæ acceperint. Num tibi uidetur aberrare à ueritate noster sermo? uel patrocinari tuis, sicq; hæc habere & ipse dicis?

Si autem opus esse sibi putat & aliorum testimonio, Alexandri afferã sermones, uiri apud eos acutissimi & diligentissimi. dicit enim sic in libro de prouidentia: Viderit enim quis & in illis ipsis diuinæ erga nos naturæ benignitatem: quoniam non possibile erat in nobis existere uirtutes natu ra dante facultatem, cuius ipsa sit domina, possessionem eius non in alijs quibusdam, sed in nobis ipsis fecit: ut id quod ab illa nobis habere impossibile erat, hoc per ipsa accipere quasi ab illa possimus. Nam si quidem natura uirtutes habere possemus, nullus certe uitio locus relictus esset. Quo niam autem hoc impossibile, natura solum proce dit usq; ad hoc, quod uirtutũ capaces nos simus. Necessario enim omne quod alicuius capax est, cui est contrarium, id & contrarij capax est. In libro autem de fato iterum dicit: Nõ enim omnes, neque plurimos uidemus habere uirtutes, quod eorum quæ secundum naturam fiunt indicium est. sed certum est, quod unus ille accipiat, qui per exercitationem & doctrinam, ostẽdit hominum ad alia animalia naturalem præstantiam, per hũc quæ addidit, quod necessario in natura nostra deficiat, derabatur. Propter hoc in nobis est uirtutũ possessio; & non inutiles neq; uanæ laudes uel uituperia, uel ad meliora inhortationes, uel legitimæ per meliores mores disciplinæ. Proinde minime dubitauerit recte uolens sapere, quod irreprehensibilis sit omnibus modis uniuersorũ deus, quasi male consuluerit hominis formationi: quamuis, ut dixi, fuerint quidam in priuilegium sortiti uirtutem uertendi se ad quodlibet: & potestatis acceperint gubernacula, uoluntario declinandi ad id quod cõtra legẽ, et quod conforme legi. Nãsi Adã seruasset mandatũ, iugis & perpetua ei obtigisset felicitas: sed quia peruasa est ei defectio, statim à spe sua excidit, & in deteriora, imò in omnia, quæ illum cõtristare poterant, deductus est.

Sed quur legem ferre, inquit, et à cibo quodam prohibere omnino uolebat? Præcepit enim ut de omni ligno comederent, præterq; de uno, quod erat in medio paradisi. Lege autem & mandato nondum propositis, nec; preuaricari contigisset. Quũ aũt bonus esset, quare punisset? Igitur quan doquidem omnium dominus bonus est, decẽtne dic quæso, ut ea quæ ille proponit, à nobis nihili pendantur, nosq; impune despiciamus? Tametsi ut ita sentiamus & sapiamus, nec; Græcorum sapientibus probatur. Dicit enim iterũ alicubi Plato: Sane deus quidem, ut uetus sermo habet, initium ac finem, mediaq; rerum omnium habens, rectà terminum adit, secundum naturam circumiens, & sic semper comes sit ultrix sententia eorũ qui diuinam legem præuaricantur. Igitur quum ultrix sententia ipsum comitetur, quæ iuste omnes contemptores puniat: nunquid deus propterea bonus, si ad omne quod nobis probatur, eamus, impune esse debere censuerit quispiam? An non potius æquum, ut intelligentes excellentem eius super omnia maiestatem, formidemus, & præceptis eius obedientem ac tractabilem mentis ceruicem subijciamus? An non admittet quis, quod bonum maxime deceat, ne mala ferat? quamuis uere dicatur, non contra iustos legum mensuram sæuire, sed contra eos potius, qui bene agere contemnunt, & hoc solum agunt, ut libere uiuant in delitijs, à mente sua uirtutum funiculis et legibus abiectis. Neq; dubiũ est quin leges constringant quod moratur, & quod propensum ad defectionẽ, uindictis remorentur, dirigant ad bonum, & à deterioribus recedere cogãt eos qui honesti rationẽ alioqui nõ haberent. Vnde nemo qui mente præditus est, redarguerit uel leges, uel legislatores, quod illas tulerint: non emi ipsi autores sunt, ut deprehensi patiantur. Quũ enim flagitiosis lucuerit recte sapere, & maluerint sectari suam libidinem, ipsi seipsos perdidisse malis conuincent.

Itaq; si dicat, non debuisse uniuersorum deum, primis parẽtibus legem ponere, uiciisim audiat, & meritò: Oportebat ne, dic obsecro, hominem sine præside esse, & omnino infrenem, nihilq; se superius esse scientem, num & sit imperans quispiam? quamuis semper uoluptates sequens, soleat periclitari, dum in omne malũ prouocatur, & ad stulta queq; abripitur. Quæ autem sub iugo et manu imperantis, modestius agunt. Nã quemadmodum equis conducunt frena, ut bene curtrant, & ornamenta sunt: & sicut nauibus gubernacula, per quæ ad rectum scopum contendant, ita & hominibus lex utilis est.

*Quare deus Adæ legem posuerit.*

*Legũ utilitas & necessitas.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Si autẽ frustra leges positas esse fatetur, quamuis etiam ipse legislator sit. Igitur oportebat, uir optime, & iudices publicis officijs defungi, & citra metum pœnæ delinquere utilissimum fuerit: & fortasse si parentes quoq; non dẽt pædagogos pueris, non fuerit absurdum. Verum neq; equus bene curret absq; freno, & alijs quæ illum in itinere manere cogũt: neq; naues ad suum scopum ibunt, si is qui scit dirigere auferatur: neq; ciuitas gubernabitur optimis legibus, si non præsideant iudices: neq; utiles pædagogi pueris, quorum parentes defuncti sunt. Vbicq; igitur lex præsit. Inquiramus diligenter & alias creaturas, nunquid creatoris legibus subiectæ sint. In mundo enim sic proprium cursum perficit magnus ille & fulgidissimus sol, & luna quoq; ac stellæ cæteræ: ex quibus ij qui uolunt uidere possunt, quod peroptimum gubernatorem & ordinis principem creatura prædicat: & dum tam bene habet, tantum non & clamat se obtemperare legibus, & inessabilibus optimi omnium artificis nutibus dirigi. Vnde propheta Dauid psallit, & dicit: Fecisti lunam in tempora, sol cognouit occasum suũ. Et plena est testimonijs illis diuina scriptura.

*Omnes creaturæ legibus dei obediunt.*

*Psal. 103.*

Persuadebit fortasse illi, imò etiam nolentem in uiam rectam coget eorum qui cum ipso sentiunt, fides. Vnde Alexander uere loquens in libro de Prouidentia dicit, nihil quod in mundo, factum esse absq; prouidentia, sed omnia deo plena, eumq; ad omnia pertingere, & per omnia quę sunt transire: unde & omnia quæ fiunt, secundũ uoluntatem eius fieri, & hoc testari quidem lucentia. Ordo enim eorum quæ fiunt natura, semper similiter se habens, magnum argumentũ est, quod non fortuito talia fiant. Insuper & alio loco: Eorum quæ hic sunt, salutem & generationẽ, secundumq; speciem perpetuam durationẽ, non sine diuina prouidẽtia Aristoteles dicit fieri. Virtus enim quæ à sole & alijs stellis cũ sole eandem legem habentibus, cum his quæ natura simul cõstituta sunt, generationis & salutis illorum habet causam. Itaq; si quis uisibilium bonum ordinem & motum congruum spectet, liquido sciet, quod imperantis legibus subsint. Cœli enim, inquit, enarrant gloriam dei, & opus manuũ suarum annunciat firmamentum. At si quis intime & mentem psalmorũ accipiat, & transiliens sensibilem naturam, feratur super omne quod uisibile, & spiritualem & supremam diligenter collustret creaturam, etiam illam inueniet congruis legibus gubernari, obedientemq; & sequacem omnibus modis in deum summum respicere. Ministrant eñ ei, & perpetuis glorificationibus eum honorant angeli & archangeli, habentes synceram in societate & nobilitate uirtutem. Vnde diuinus propheta Esaias, uidisse se dicit dominum Sabaoth super thronum sublimem & exaltatũ, & circumstantes Seraphim, uicisimq; inter se laudum cantus resonantes. Psallit item Dauid, ac dicit: Benedicite dominum omnes angeli eius, potentes uirtute, facientes uerbum eius, ut audiatur uox uerborum eius. Benedicite dominũ omnes uirtutes eius, ministri eius facientes uoluntatem eius.

*Psal. 18.*

*Angeli diuinis legibus gubernantur.*

*Esa. 6.*

*Psal. 102.*

Itaq; absit quod lex primis parẽtibus à deo data, in damnum data sit, ut ait: imò ad summam utilitatem, & ad eximia bona illis concilianda. Etsi cui uideor non dicere uerum, ex re ipsa causam uideat. Plurima enim in paradiso ligna erant: præcepit autem, ut omnia quidem essent ad edendum licita, uitandum autem unum hoc quod in medio erat. Quamuis dixerit fortasse quis, quod illud fuerit de multo precio sioribus, quàm fuerint ea quæ in extremis paradisi, & quasi in locis incognitis: concessum esse lignum illis in cibum, ut quum omnino non appareret, demulceret desiderium uidẽtium ad illud acquirẽdum. Et quid ad hoc dicemus? Dispensatio quædam erat prudentissima & solertissima dei, facientis ne obliti sui essent. Oportebat enim illud uidentes, per istud ipsum ad recordationẽ legis semper uocari, & uidere præcipientis excellentiam, & non ignorare ipsum legislatorem ac dominum. Erat autem & alia quædam utilitas. Ita enim in paruis assuefiebant ad obedientiam, & exercebantur ad sobrietatem. Præterea & illud, opinor, potuit dici: Licebat sane, idq; merito semper uidere eos aborem, & in illa legem non ignorare, sed recordari ad quãtas promissiones dei uocati essent, & sic ad diuinam contemplationem resilire, abductaq; à terrenis mente, cogitare, quis & quantus qui præceperat.

Nihil autem uera dei contemplatione est præcio sius: quando quidem nos summę beatitudinis hæc facit participes. Vnde dominus noster Iesus Christus, loquens ad patrem & deum qui in cœlis est, inquit: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quẽ misisti Iesum Christum. Et sapientissimus Moses quoq; id assequi cupiens, desiderabat dicens: Si inuenigratiam coram te, ostende mihi te, & scienter uideã te. Nam Israel quidem uidit illum, & cũ Israele etiam Moses, sed non ad scientiam, sed sensibiliter potius: descendit enim in specie ignis super montem Sina. Quod autem diuina & ineffabilis natura, neque ignis esse intelligitur, imò neq; subijciatur uisioni & oculis, id certis argumentis Christus in dicauit Iudeis, dicens: Neq; uocem eius audistis, neq; speciem eius uidistis. Fingebatur enim ut spensatiue in igni lumen. Quod item diuina contemplatio ipsam diligentibus, summam omnium felicitatem conciliet, etiam eorum qui à uobis dissentiunt sermones ostendere poterunt. Dicit enim iterum, cuius iam memores fuimus, Alexander: Dignum autem ut & illud non præteramittatur, quod & ipsum à diuina prouidentia hominibus donatum est, quod etiam: in pauloante prædictis commemorauimus. Est autẽ hoc, quod summa nostra felicitas sit in pietate erga deum, quando non externas quasdam merces præterlum expectamus, sed in colẽdo ipsummet, quod bonorum est maximum, assequimur. Hominum felicitas est, habere summam contemplationem.

*Iam*



Iam dignissima uirtutum animæ est, secundum mentem operatio. Contemplatio enim est, optimorum quæ sunt, uera cognitio. Optima autem inter omnia quæ sunt, sunt diuina. Igitur in diuinorum contemplatione nostra felicitas est. Quapropter quando & isti qui eiusdem cum illo sunt sententiæ, & cum ipso idola colunt, fatentur felicitatem esse in diuinorũ cognitione, quomodo non ualde admiratur uniuersorum deum, qui primis parentibus cõtemplandi occasionem dedit legem in ligno, quod & in medio plantatum est paradiso? unde qui contemplari uolunt, frequenter & ualde memores sint legis, quæ eis commendata est, & propter legis datam excellentiam, etiam eximiam pulchritudinẽ semper quodammodo imaginarentur. Idcirco quantum per tinet ad opificis scopum, non ad damna cuiusdam, factam esse mulierem, uidere quis poterit. Neq; ignorasse dicimus futura syncerissimam & summam mentem, sed nouit omnia priusquam fierent: humana autem ire permittit quodammodo ad fluxum, ut aiunt, maxime quia unicuique esse electio absoluta uidetur, faciendum ne aliquid uel non.

Si autem ideò quod bonus est, & exosum sem per habet quod officiũ negligit, & ignauiter uertit se ad deterius, quod melius esset, definiat aliquis, neq; oportuisse principio talia producere: & id nõ de solis, ut opinor, primis parentibus imo de omnibus alijs, qui post illos facti sunt, & fiunt & erunt in posterum, negligentesq; & peccatores, quicq; diuinas leges contemnere solent. Ar sapienter quidem ageretur, si ei quidem & solum tribueretur, quod sciat omnia, dispensetq; res nostras, quocunq; modo uelit: & certò etiam sciretur, quod omnia recte & inculpate habeãt, sitq; summæ impietatis crimen, uel in ulla re deum arguisse. Sic enim dicit propheta Esaias: Quis cognouit mentem domini? uel quis consiliarius eius fuit? Bene item propheta Dauid resonat, ac dicit ei: In mari uia tua, & semitæ tuæ in aquis multis, & uestigia tua non cognoscentur. Difficile enim & uisibilis est hominibus, imò & planè inuisibilis, uoluntas & consilium dei, in singulis rebus notis: hæc enim dicitur uia omnipotentis dei.

Subijciam autem suorum doctorum in hac re consentientem calculum. sic enim Porphyrius itedum dixit: Quum mens sit deus omnibus præsidens, & sapientiæ excellens magnitudine, incomparabiliq; uirtutis proprietate, singula ordinans, ministransq;: ignoret autem multas causas humanas, quæ parua est, etiamsi sapiens esse uidetur, & ueritatis indagatrix. Pia tum erit, si nõ curet dubia, ad exquirendum difficilia, nec audeat blasphemare, sed bene habere, ut habeat, censeat, ac dicat, quod bene habeat, factum utcunque fuerit. Quid enim mens tanta ac talis fecerit inique, ut quod bene habeat nostra intelligentia fatiamus licitum, uel quod male actum sit, quãdoquidẽ nõ intelligimus? Igitur quod omnia recte facta esse à deo, dicere et sentire oporteat, minimè alienum est à prudentium sermonibus: prophanum aũt & reiectaneũ, omnia curiosius scrutari, quæ nostra indagine inquirere nõ possumus, sed ultra mensuras cogitationũ nostrarum sita sunt. Apponit autem & alia quædam, his quæ dixi cõgerens sapientissimus Iulianus.

IVLIANVS.

Iam quonam idiomate serpentem, qui cum Eua loquutus est, usum dicemus? nunquid humano? Et quid differũt hæ fabulæ ab his quas Græci finxerunt?

CYRILLVS.

Ecce iterum ea quæ uera sunt uellicat, & fabulis similia esse dicit Græcanicis. Nouit igitur manifeste, quod ea quæ sapit, & in religione plurimum habere momenti arbitratur, fabulæ sint, & aniles nugæ, ac præterea nihil. Verum nos amice hoc de sancta & diuina scriptura non dicimus: nihil enim talium in illa usq; est, sed omnia ueritate sunt referta. Admiror autem quod quum ualde subtilis sit, & penitiores disciplinas sicut putat & dicit, non ignorauerit, sed etiam ultra sensibilia mentem nonnunq; transmiserit, uocem hanc impij & autoris malorum dæmonis operatione factam, serpente uelamentum malignitatis illius sic adumbrante, non intellexerit. Nam quũ tunc *Diabolus per* nõ esset aliud rationale animal, mulier impendio *serpentem lo-* simplex, existimabat fortasse & alijs animãtibus *quutus Eue.* datum esse humana uoce loqui posse.

Quod autem immundis spiritibus non sit difficile, nonnunq; & talia attentare, maximè quidẽ fide dignus esset Mosi sermo ad hoc demonstrandum: quoniam autẽ uerisimile eos qui eadem sapere uoluerint cum illo uellicãte Christianorum scripta, nostris sermonibus non auscultaturos: age ipsorum scrutantes historias, pro uirili rem ostendamus. Nam Homerus quidem, qui conscripsit ea quæ Troiani apud Troiam gesserunt, affirmat Achillis equum, cui Xantho nomen, prædixisse illi mortem, dixisseq; heroem: Xanthe quid mihi mortem prædicis. Minimeq; negligens fuit, ne uideretur fallere. Dicit enim quod loqui fecerit dea albis brachijs luno.

*Equus loquutus Achillis.*

Prætexet autem fortasis, poeticam fabulis assuetam, hoc ut ita fiat, suo modo petere. Igitur, si uidetur, mendacij Homeri poemata arguantur, & doctorum suorum crimen contra ipsum stet: solicite autem quæramus, num etiam alias quædam talia scripserint. Propterea Porphyrius socius eius, & calumniarum in nos pater, Pythagoræ uitam describẽs, sic dicit: Nam quæ recitantur de ea quæ Mycenis residet, cum Troianis spolijs apud Argiuam lunonem. Quũ Euphorbi Phrygis, et scuti eius monumentum transiuissemus, ut ualde uile, dicebant flumen Causum, quando cũ multis alijs transiret, omnibus alijs audiẽtibus ei loquutum esse, Salue Pythagora. Porrò forte dixerint quidam flumen ipsum alloquutum esse, non dæmonium: fuisse enim flumen rationale.

Verum

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Flumen Caussa Pythagorã salutauit.*

Verum & hoc delirantis animi, & rem impossibilem esse dicimus: itaq; dæmonium loquutum est, et indicium est magicæ Pythagoræ, flumen ei potuisse loqui: sed nõ est ueritas, imõ uituperium potius. Itaq; si artis quæ apud Græcos arcana dicitur, hoc est magicæ fuit peritus, liberatur à crimine, deliramusq; nos: At si incantator & magus, & talis artifex fuerit, quo pacto non est uerum, assidentia quorundam dæmoniorum, hoc colloquium fuisse paratum.

*Pythagoræ cõsuetudo.*

Scribit autem iterũ de eo Porphyrius sic: Neq; ipse cũ multis faciebat obambulationes, sed duobus uel tribus comitibus in tẽplis uel lucis, amœnissima, & maxime silẽtia loca quærebat: amicos autem ualde amabat, primus dicens: Amicorum omnia esse cõmunia, & amicum esse alterum ipsum. Et cum sanis quidem conuersabatur, laborantium autẽ corpora curabat: & animas quoq; languentes, ut diximus, consolabatur. Hæc quidem incantationibus & magice, illas autem musica. Nõ absurdum igitur opinor fuisse & serpentem loquutum. An non potuit serpens humana uoce uti, & Causus flumen magum salutauit?

*Pythagoras magis Zoroastris æmulus.*

Meminit autẽ huius sapientissimus Clemens in Stromatis, dicens: Zoroastren Persam quoq; imitatus est Pythagoras, libros q; occultos eius uiri, Prodici sectatores possidere se gloriantur. Magi enim Persæ genere plane dicent. Zoroastren quoq; nullus sermo liberabit, magicas artes non coluisse, cuius sane optimum æmulum fuisse dicunt Pythagoram, ita ut & libros eius arcanos habere se glorientur. Et hæc quidem Porphyrius ac Clemens.

Philostratus autẽ, Apollonij uitam delecti sermonis ornatu honestate attentans, & ad miraculum usque efferens: narrat quidem illum in summis finibus terræ Thebanorũ, & in ipsos fluminis incidisse strepitus, uenissecq; ad gymnosophistas illic degentes, qui & ipsi in arte magica præcipui erant. Deinde inquit præfectum uniuersis, cui nomẽ erat Thespesiõ, dixisse ad Apollonium huiusmodi uocibus: Quod autẽ possimus incantare arborem (ulmus erat tertia ab illa sub qua colloquebantur) alloquere sapientem Apollonium. & alloquuta est quidem arbor illa, sicut iussa erat, uox uerò erat articulata ac muliebris. Commorabo autem & Dodonæam quercum, quam humana aiunt usam uoce. Quin & Iligonus Cittiensis in Rhodo insula dicit Iouis taurũ sermonis nostri non fuisse expertem. Videigitur quomodo incantatorum ludi ostendant dæmoniorum naturam posse nonnunquam uoces perficere, & non in solis sensibilibus animantibus, sed etiam in his quæ sensu & uoce carent, ut pote in aqua & arboribus.

*Arbor loquuta Apollonio.*

*Dodonea quercus.*

*Taurus Rhodius.*

Igitur quum omnibus sit manifestum, quod serpens solus existens, per seipsum mulieri nihil ante loquutus sit, natura enim est expers sermonis & mentis, induerit uerò personam eius malorum autor satan, immortalitate concessa hominẽ deprædari uolens: unde ualde merito Iulianum arguerit quis, quasi hæc non intelligentẽ, quam uis multa contra nefarium & malignum dæmonem declamet. Licet autem hoc ipse non credat, dixerim, quod propterea à ueritate non erunt omnino aliena. At ille uera non confitens, ridere tur in iudicio. Cæterum sermonem suum, secundum quod sibi uidetur, producens aduersus sacras scripturas, iterum luctatur.

IVLIANVS.

Deum autem interdicere cognitionem boni & mali, hominibus à se formatis, quomodo non summam præ se fert absurditatem? Quid enim stultius foret, non posse bonum & malum discernere? manifestũ enim quod hæc, mala inquam, non essent fugituri: & illa, nempe bona, non essent sectaturi. Summam igitur prudentiæ prohibuisset deus homini opus sit prudentiæ, manifestum est etiam insipientibus.

CYRILLVS.

Ignorasse quidem illum scripturarum uim declarauerit examen: operæprecium autem existimo, ut pauca quædam illi loquamur, quo totius rei negocium manifestum fiat. Nam quid sit bonum, & cõtrà, quid sit malum, nescire peccatum est, et lapidi magis ac ligno dignum, ab hominе autem rationali prorsus alienũ. At uis uerbi, Cognoscere bonum & malum, designat apud sacras scripturas, non simpliciter, recipi rerũ scientiam nuda & simplici cognitione, sed uirtute & experientia quadam: id quod in progressu sermonis nostri manifeste & euidenter demonstrabitur. Illud aũt dicendum, quod deus hominem quidem creauit ad bona opera, sicut scriptũ est, nullo bono carentẽ: sed iam, prout rationes naturæ erant, bene habentem, tam in anima quàm in corpore. Facta autem est homini mens talis, ut posset uidere & deum & quæ illius, secundum mensuram dico, naturæ concessam (uidemus enim per speculum & ænigma, ut scriptũ est) & plane omnia admirabilia apprehendat, & quodammodo simplicẽ, uniusq; speciei habeat scientiam totius boni, ad quod indiuulse respiciat, quasi solum illud uideat, & integris uolitionũ conatibus ad ipsum propendeat, suaq; sponte ad illud eat. Corpus uerò ipsi factum quidem est ex terra, melius autem quàm ut moriatur & corrumpatur: tametsi quod dicitur rideant quidam increduli, audiẽtes quod deo uolente sit, cuius nutum rerum sequitur natura, qui ubiq; & omnibus modis, quod sibi placet, arcanis quibusdam efficacijs attingi posse declarat: quia quod ipse consuluerit, hoc & singulis creaturis natura est.

Sane Platoni non licebit dicere, tanq; ex persona dei dijs ab ipso factis, hoc est cœlo, & soli, & astris (et enim sensibiles quoq; nominat deos) Idcirco, quandoquidem nati estis, non immortales quidem



quidem estis, neq; insolutiles omnino, neq; item soluemini, uel in mortis sortes incidetis, ob meã uoluntatem, maius adhuc uinculũ & fortius quàm illa fortiti, quibus quando nascebamini, compacti estis. Bene credemus autem Mosæ scriptis, si extra corruptionem positum esse dicat, quod deo quidem uolente, corrumpi natum est. Erat itaq; corpus immortale: uitam enim inseuerat omniũ opifex. Quoniam autem incorruptibile erat, desideria ad edulia & cibos, ei inseuit: mens uerò nulla tyrannide ad hoc agebatur utique, admiratione digna. Faciebat enim libere quod uolebat, quum caro nondum affectionibus, quæ ex corruptione oriuntur, subiecta esset.

Vbi autem impegit in creatorem deum, mandatum traditum contemnendo, factum est ei iniũ intemperantiæ, cibus interdictus. Inde homo uictus est ab improbis uoluptatibus: & corporis naturã peccati subintrauit lex, & quasi ex contaminata corruptionis radice, germinarũt absurdarũ cõcupiscentiarũ desideria, & ferocit posthac in nobis, tanq; indomitæ bestiæ uoluptatũ amor, qui optimis quibusq; desiderijs obluctatur. Vnde & diuinus Paulus tantum non ingemiscens naturæ infirmitates, dicit: Scimus enim quod lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, uenundatus sub peccatum: quod enim operor haud scio. Et iterum: Scio enim, quod nõ habitat in me, hoc est in carne mea bonum. uelle enim adiacet mihi, nõ autem perficere bonum. Et enim quod uolo bonum non faciõ, sed quod nõ uolo malum, hoc operor. Si autem quod nõ uolo hoc facio, nõ iam ego operor illud, sed inhabitans in me peccatum. Etenim si quis uelit tenuiter perspicere genuinã carnis motionem, de ea loquor, quæ in absurdis simas affectiones trahit, non habitat in nobis bonum. Grauat enim humanam mentem, ut & ipsa circumspecte uelit facere quod illicitum est, & audeat contra libertatem, parcum mancipijs seruitutis subire iugum. Intolerabilẽ enim illam pugnantiam & sapientissimus Paulus declarat, dicens: Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem, sed uideo alteram legem, quæ militat aduersus legem mentis meæ, & qui captiuum me facit legi peccati, quæ est in mẽbris meis. Quis igitur hominis naturam in hãc deduxit infirmitatem simul ac miseriam? utiq; pessimus ille draco, qui subijt mentem mulierculæ simplicem ac innocentem, & contra ineffabilem gloriam lorum deũ prohibuisse, eos comedere de ligno q̃d esset in medio paradisi deliciarũ, interminatũq; esse legem præuaricantibus, mortem: decepit tamen dicens, Non morieminí morte. Scit enim deus, quod quocunq; die comederitis de illo, eritis ut dij, scientes bonũ & malum. Quocirca uide quod pessimarum doctrinarũ fuerit inuentor. Non eñ dixisse, inquit, illis ueritatem, uniuersorũ deũ: sed mentitũ potius, & per inuidiam prohibuisse ne comederent, utpote deos fore sciẽtem si comederent. Igitur & ipsam summã & ineffabilem natu-

ram calumniatus est, & pestilentẽ maliciæ doctrinã primis parẽtibus immisit: unde & ob hoc iure diabolus appellatus est. Venit aũt per prævaricationem in hominis naturã corruptio, simul etiã uenerũt multiplices quæ ex ea affectiones. Hoc, opinor, est cognoscere bonũ & malum: nõ quod proauus Adam, hoc est hi qui primi facti, simpliciter in mentem receperint scientiam mali: sed q̃ dum cognoscerent malum, etiam experti sint re ipsa. Vnde scriptum est: Cognouit autem Adam Euam uxorẽ suam. et nondum dixerit de ea quis, quod simpliciter in mente eius cognita fuerit. ibi enim cognitionem sacra scriptura ipsum congressum appellat. *Gen. 4.*

Mos itaq; est scripturæ diuinitus inspiratæ, experientiæ cognitionem, cognitionis nomine appellare eam quæ nonnunquam in ipso opere est. Vnde Verbum dei unigenitum reformans hominis naturam, in suam originem, aboleuit quidem peccatum in carne, factum homo: & transtulit nos, ut dixi, in nouitatem uitæ, & repastinare iussit primam naturæ dignitatem, in quam iterum plantetur admirabili gloria. Ea propter, inquit, dictum est antiquis, Non mœchaberis: ego autem dico uobis, non cõcupisces. Quamuis res sit, ut opinor, ad quam pertingi nequeat, utpote incomprehensibilis, & quodammodo super naturam. Sed sic sapere non sinit. Quod enim impossibile legis, in quo infirmabatur per carnem, deus misso filio suo in similitudine peccati mortis, & de peccato condemnauit peccatum in carne, ut impletio legis impleatur in nobis, qui secundum carnem non incedunt, sed secundũ spiritum. Igitur quum unigenitus propter nos homo factus esset, abolita quidem est lex peccati in carne, & sunt res nostræ reductæ, ut ad primam originẽ regrediantur. Etenim præualebãt mors, corruptio, uoluptates, & aliæ concupiscentiæ, quæ imbecillem & infirmã deprædabantur mentem, adiutricem habentes corruptionem. Necessario hæc quidem dicta sunt. *Matth. 5. Præceptum sic per naturam. Roma. 7.*

Quoniam autem in expositione illorum morati sumus, redeundum est ad cœptum. Parentes in paradiso non sunt conditi cum ignorantia boni & mali: rationales enim quum essent, humanam scientiam sortiti utiq; sunt, in omnibus quæ necessaria illis, & substantialiter agnita, demonstrante deo: liberã autem habentes mentem à carnis uoluptatibus, & absurdis concupiscentijs, sanctam beatissimamq; uitam agebant. Vbi autem corruptio intrauit, ut dixi, & motæ sunt in carne uoluptates, ad impietatem ferentes, non habuerunt simplicem scientiam mali, sed per experientiam ipsam infirmitate laborarunt.

Etiam si quis mentales substantias, quæ sunt ultra corpus & sensum, examinare uellet, certo dicet eis inesse quod sciant bonũ, & quid bono aduersum: non quod hæc huiusmodi affectionibus & experientia apprehendant, sicut scilicet in uobis euenire dicimus. Nam sancti angeli, qui adhuc seruant principatum nobilem ac beatum, *Quomodo angeli boni et mali scientiam boni & mali habeant.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



tum, & omnibus modis mirabilem agunt uitam, A mentem quidem habent omnibus modis in bono educatã & perspicacem: reprobant uerò quod non ita habet. non enim ignorant malum, quam uis libere, & sine coactione. Cæterum qui suum reliquêre domicilium, & meliora paruifecerunt, elegerunt autem potius turpiora, quamuis cognitionem mali etiam ante ipsam ruinam habuerunt, euidentiorẽ tamẽ assequuti sunt per experientiã.

Iam, si placet, ultra propositarum contemplationum ueritatem inquiramus, & ad summam omnium mentem sermo producatur. An non cõcedemus diuinam mentem, quæ super mundum est, quæq; tam uenerabilis & sancta est, scientiam boni & mali haberer? Vltra, quomodo legem ponit, & uetat quidem fœdiora, & peccatorum de- B monstrat modos: adducit autem ad meliora, & ad ea per quæ clarè uiuatur, & constituit ut in illo ipso uere approbatam gloriam uelint? Igitur bona quidem & bene operans eodem modo, imò ipsa bonitas est, diuina & ineffabilis natura: non ignorauit autẽ malum, sed nouit non practice, id quod nos sentimus, in omne uenientes malum. Quum igitur sic instructi de talibus simus, uideamus sequentia. Nam quodammodo conclusionẽ suorũ sermonũ facit philosophus Iulianus, ita dicens:

*Deus scit malum, sed non πραττικῶς.*

IVLIANVS.

Atq; ita serpens magis benefactor, quam damnosus humano fuerit generi. Neque hoc solum dicit, repetit enim ea quæ dicit. C Ad hæc dicitur inuidus. Nam ut uidit hominem prudentiæ factum participem, inquit, ut ne gustet lignum uitæ, eiecit eum ex paradiso, aperte dicens: Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis, ut cognoscat bonum & malum. Et nunc ne forte extendat manum, & accipiat de ligno uitæ, & comedat, & uiuat in æternum. Et eiecit eum dominus deus ex paradiso deliciarum. Singula hæc, nisi fabula sint, continere arcanam speculationem equidem censerem, sed multa blasphemia in deum referta sunt. Nam ignorare quidem quod adiutrix facta, lapsus futura sit autor, D & prohibere cognitionem boni & mali, qua sola uidetur contineri posse humana uita, & præterea æmulari, ne uitæ particeps, immortalis ex mortali fiat, utique inuidi & maleuoli est.

CYRILLVS.

Quæ prædicta sunt, ad redarguendam sermonum illius impietatem sufficerent, sed non offendet, imò in bonum cedet lecturis, si & nunc pauca quædam super istis loquamur. Etenim hominem uniuersorum deus è paradiso eiecit, nõ quia prudentiæ particeps erat, rationalis enim erat, & ita factus est initio: neque inuidiæ uel inuidentiæ opus erat, sicũt ausus est dicere, quod prohibuerit eum, ne comedat de ligno uitæ, ut ne uiuat in æternum. Admirabilis autem & in isto prouidentiæ modus esset, apud eos qui sapiunt. Non oportebat enim eis qui semel diuinis legibus, uẽtrisq; *Tribuebat*
erant uicti uoluptatibus, & in tantam postea miseriam deducti, ut et in ipso corpore propter peccati legem languerent, et idcirco uenturi essent in quaslibet ignominias, malum perpetuò in hoc mundo seruare, & sicut immundi spiritus longã, & exosissimam sanctissimo deo, degere uitã. Melius autẽ dixerit esse quis illos qui peccarant, non semper & perpetuo uideri malos: desinere uero aliquãdo, quemadmodum & ad crepusculum ac ad finẽ mali peruenire, ac coaceruare sibi, etiam uel misericordiæ alicuius spẽ, per hoc quod quasi pro pœna ferant mortem. Igitur ut ne per experientiam suam, electa scientia mali, uitam deo exsam super terram habeat homo, sapientissimè carnis morte humiliatus est, non ignorante deo tempus suæ serenitati & misericordiæ idoneum.

Et hoc scribens diuinus Paulus, præcognitum quidem fuisse Christi sacramentum anteqũ fierentur fundamenta terræ: manifestatũ autem esse in extremis seculi temporibus, quãdo oportebat eorũ quæ acciderant humanæ naturæ, correctionem fieri. Vnde hęc minime quidem fabulę sunt, sed neq; uulgarium nugatorum commenta, sermones autem potius sapientes & necessarij, & à ueritate neutiquam aberrantes. Quia enim uniuersorum opifex mira dispensatione, morti subiecit, tyrannide peccatorum humanam naturam uidens oppressam, in primis parentibus sufficit ætatum incertitudines.

Confirmat autẽ hoc præterea & socius doctrinarum eius Porphyrius. Dixit enim sic in primo ad Nemertium libro: Deus autem sciens futurũ, *Ex Porphyrio*
sæpenumero præuenit, hos quidem propter pietatem, adhuc adolescentes è uita eripiens: alios propter futuras in posterum illis pœnas: alios autem miserans, quos liberat ab immedicabilibus calamitatibus. Insuper & in alio loco: Chrysippus autem, qui Socratem sequebatur, nolebat ea quæ fiebant dici: Quis sciuit? sed hoc omnino erat melius. Nam quum nequeant res melius dispensari, quàm ut deus dispensat: decet omnino, ut in his quæ fiunt, existimare, quod sic erat melius habere, ut habet. Non enim tibi quidem sortito à rege, ut prouideas partem aliquam principatus humani, ad utilitatem reipub. obedientiæ legibus: aliter licuisset solidam rempub. conseruare, quàm ut hi quidem priuatim agant & subdantur, alij uerò publicis officijs fungantur, alij uerò occidãtur, neq; omnibus uita seruetur, quia neq; omnibus hoc prodest. Ei autem qui sic dispensat, nõ permittemus quæ sua sunt abiçq; reprehensione dispensare, quod bene habeant omnia ut iustificata sunt, & per mortes ac uicissitudines, & per ætatum incertitudines.

Accusauit igitur & suos doctores, qui scribunt quidem omnino nihil absurdum inter ineffabiles dispen-



dispensationes dei, qui potestatem habet in om- A nes: sed sine inquisitione magis optime coluerũt. nam existimarunt res nostras, summa scientia dei, quod bene sciat, & quod illi gratum sit gubernari: nullo enim modo aberrat is qui optimus & irreprehensibilis est, uel sermone, uel re, qui & alijs omnibus principium est sapientiæ & intellectus, & dator & præfectus. Igitur non inuidet Deus, neq; zeli stimulis, sicut nos, incitatus est: sed sapienter statuit quod euenit. Etenim draconis deceptionibus, in spem uanam aptus fuisset.

Fortassis & habitus fuisset pro deo primus homo, si de ligno comedisset, ut indicauit Moses. In uexit enim uniuersorum deum, dicentem: Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis. Non enim deus propter transgressionem erat, sed in extre- B mam miseriam inciderat. Plenitudo autem sanctæ trinitatis, manifesta fit etiam propter hoc qđ dicit nobis. Non enim ad aliquos angelos dixit, qui super omnem creaturam: Ecce Adam factus est, sicut unus ex nobis. Ipsa autem ad seipsam potius: una & ineffabilis, & super omnia natura, quę in sancta & consubstantiali trinitate facit sermones. Transiens autem iterum ad alia nostræ legis, comparare tentat miserrimis dogmatis Christianorum res, sic dicens:

*Trinitatis cognitionem habuerat.*

IVLIANVS.

At quę illi de deo uere magnificèq; referũt, ea nobis patres ab initio tradiderant. Habet enim nostet sermo intendentem huic mundo C opificem, quare Moses nihil dixit sublimius, qui neq; de angelorũ natura ausus est aliquid, quod ministrent deo, sæpe & multis modis dixit: an autem facti sint, uel ingeniti, uel ab alio facti, & alij ministrare iussi, uel alio modo, nusquam declaratum est. De cœlo autem & terra, & his quæ in illa, & quomodo ornata sit, tractat. Et hæc quidem dicit iussisse deum fieri, sicut diem & lucem & firmamentum, illa autem fecisse ut cœlum & terram, solémque & lunam, alia uero ut occulta insinuauit. Ad hæc neque de generatione, neque de formatione uniuersi dicere ausus fuit, sed solũ. Et spiritus domini ferebatur super aquas: D uerum autem, ingenitus ne uel factus sit, nihil declarat.

CYRILLVS.

Igitur quod inornato sermone uagetur, & relicta uia, quæ sermoni conuenientior, interierat de *Moses deorum naturam tacet.*
liramentum, haud difficile uidetur. Veruntamen & ad hæc dicimus ei: Opificem uniuersorum manifeste declarauit Moses unum, & summum, & transcendentem omnia Deum, ueruntamen per filium in spiritu sancto. Sic enim intelligitur ineffabilis naturæ perpetua cum creaturis fuisse habitudo. Quare igitur insipientissime mẽtitur, nihil prorsus dictũ esse de summo deo, ut ipse inquit. Quid est enim ultra eum, qui est super omnia? Quod intelligetur principiũ eius, quod est principium omnium?

Etenim pater ac doctor eius Plato, unum quidem esse definiuit opificẽ, autorẽ omnium, quẽ & intendentem mundo esse dicit: substitisse quidem ante illum, deum alterum, hoc est ideam boni, & simul intelligit etiam tertium autorem in ordine & natura primorũ, qui aliquanto imminuitur, quem & Animam omnium rerum uocat. *προσεχῶς λόγῳ*

Nos autem sapientius exactioris contemplationis diuitias assequuti, ultra omne ingenitum, unam & ueram, & in sancta trinitate deitatis naturam adorare didicimus, Theologorũ uoces imitati. Dicimus enim esse deum & patrem, per filiũ in spiritu uniuersorum opificem: cuius mentalẽ & ultra mundanam pulchritudinem coniecerit, opinor, quis, modo, quem utcunque capimus, ex his, quæ bene habent genita. Quin & in mundo creata, absq; labore apparent. Visibilia enim eius à creaturis mundi, dum per ea quæ facta sunt intelliguntur, peruidentur, nempe sempiterna potentia & diuinitas. Conuenit autem illis & Platonis sermo, dicentis: A pulchritudine sensibilium, mentalem dei pulchritudinem addiscere licet, & ex eo quod in legibus & studijs est, uirtutẽ eius contemplari oportet. Proinde laudamus nos etiam per hoc contemplationis modum, prædicat enim creatura conditorem. *Trinitatem adoramus.*

Non ex his solis, de quibus nuper diximus, patrem admiramur, sed quasi ex imagine exacta filij, amplius reueremur. Depingit enim nobis spiritualiter in propria natura suũ genitorẽ. Adhuc & ipse Plato deum primum, sicut dicit ipse ponẽs in immobilitate, minimeq; tremulum etiam secundum (ut ipsi iterum uidetur) qui alio modo, ut opifex moueatur, non ignorauit quod per ipsius sermones discatur. Dicit enim sic: Sũt autem istæ uitæ, hæc quidem primi, ista autem secundi dei: manifestum autem, quod primus quidem deus erit stans, secundus uero talis qui moueatur. Vnde primus circa intelligibilia, secundus uero circa intelligibilia & sensibilia. Iterúmne mireris quod hoc dixi, audies. n. qđ adhuc multo admirabilius. Nam pro motu, qui accidit secundo, statione quæ accidit primo, dico esse motionem, & contemplatam, à qua & ordo mundi, et duratio sempiterna, & salus in omnia profunditur. *Deus stans, & alter qui mouetur.*

Igitur quoniam statio primi secundum ipsum connaturalis intelligitur (idq; ualde meritò) accidenti alterius motioni, sicq; genita simul subsistere facit, ordinemq; ac durationem singulis distribuit, frustra conscripsit contra Mosẽ librum, illius accusator, nihil omnino eum affirmare dicens de primo & summo deo: quamuis manifestè scripserit, quod omnia producta sint à patre per filiũ, in spiritu, ut sint ac subsistant.

Sed nihil scripsisse de angelorum natura inuenitur, inquit. At non oportebat dicere, ea quæ *Quare Moses de angelorum creatiõe tacet.*
intelligi nequibãt. Nã si uerum est, quod ea quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca



in manibus, reperimus cum uiolentia, ut scriptū est, & ipsa sensibilium, & imaginabilium inquisitio, nostris mētibus fere inaccessa, quomodo quis diceret ea, quæ super sensum, & separatam cognitionem ultra nostram rationem sortiuntur? Etenim genitos esse quomodo dubitaret quis? cum ministros eos nominet, & alterius nutibus, quasi necessitate subiugatis. Seruum enim omne quod sub iugo, liberumq; natura omnino nihil, quod dicitur ministrare. Psallit item diuinus Dauid: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. *Psal. 103.*

Quoniam autē in accusationibus Moses tale quiddā est. dicit enim, nihil de diuino spiritu illū dixisse, quàm hoc solum, quod spiritus Domini ferebatur super aquā: audiat à nobis, tametsi quo pacto non magis prudenter & exquisite dictorū uis introspicienda erat? Nam si omnino diuinus nominatus est spiritus, quomodo intelligeretur genitus? uel quomodo creatus naturaliter est prius increatis? Itaq; in hoc solo quod dicit esse spiritum Dei, testatus est, quod & ingenitus sit: non enim ab illo alter apparet, & substantialiter adulterinus, qui ex eodem secundum naturam fuerit, nimirum iuxta rationem hisce cōtemplationibus conuenientem & congruam. *De spiritu sancto, quod sit Deus.*

Arguit præterea Mosen optimum, eo quod uniuersorum Deum nobis introducat, nonnunq; uerbo quædam ut essent protulisse, nōnunquam etiam fecisse. Respondemus ad hoc, quod sermo ille optime in omnibus ab eo dispositus sit. Oportebat enim autorem natiuitatis omnium affirmare deum. Quod autē uerbo & nutu dirigat quod sibi placet, utilissime adiscitur. Est enim & in nobis posse quædam formare, ueruntamen non æquali modo, absit: sed labore potius, & opere manuum materiam apparamus, industriaq; inuentores sumus, & opifices uocamur. Itaq; excellentes diuinæ & incomparabilibus interuallis. Producit enim interdum ea quæ nunquam fuerant, ueruntamen tanquam sola uoluntate perfector uidetur operum, & compingit quod Verbum approbat. *Deus Verbo creat,*

Cæterum fortasis ille horum nihil intelligit, perfricta autem fronte quodammodo laxat frena conuicijs contra deum, & semper aliquid excogitat, quod prioribus est magis impium: attentaq; demonstrare unum quendam ex multis & seorsim intellectis dijs oportere & dici & subsistere eum qui per Mosæ scripta prædicatur, qui minimam quandam sub sole regionem sortitus sit, nempe Iudææ: quicq; unum & solum ex Israel sibi subiugarit genus, & ægre fortasse ac uix potest prouidere subditis. deinde alienigenas quosdam & pueriles sibi componens cogitationes, idoneam putat se attulisse demonstrationem. Exponam autem particulatim singula quę nugatus est, plurimis præteritis, & in compendium quæ ab eadem mente elaborata sunt, coactis. Dicit itaque:

IVLIANVS.

Igitur quoniam apparet quod Moses neque de opifice intendente huic mundo omnia disserat, conferemus Hebræorum & patrum nostrorum opinionem inter se. Moses inquit mundi opificem elegisse Hebræorum gentem, & intendere huic soli, & illius curam gerere, datq́ue illi curam solius eius, at Iarum autem gentium, quomodo uel sub quibus dijs gubernentur, ne ullam quidem mentionem fecit. Veruntamen nisi quis concesserit, quod solem illis & lunam distribuit: sed de illis quidem etiam paulo postea. At ostendam quod dicat esse Deum solius Israel & Iudææ, & Israelitas electos esse, ipse q́ue & qui post illum prophetæ, & Iesus Nazarenus: sed & Paulus, qui omnes magos & impostores qui ubique terrarum sunt, excellit. Audite autem uerba eorum. Pharaonem dicit Mose: Tu autem dices Pharaoni: Filius primogenitus meus Israel, Emitte populum meum ut mihi seruiat: tu uero noluisti emittere illum. Et paulo pòst: Et dicunt ei, Deus Hebræorum uocauit nos, ibimus igitur in desertum, uiam trium dierum, quomodo sacrificabimus Deo nostro? Et post pauca iterum similiter: Dominus Deus Hebræorum emisit me ad te, dicens: Emitte populum meum, ut mihi seruiant in deserto.

CYRILLVS.

Cum his congregat etiam alias sententias, ex sacris scripturis collectas, & tētat inducere, quod solum Israelis appellatus sit deus, & in peculiarē sortem eius, genus Abrahæ distributum sit: deinde sermonum suorum conclusionem facit, quod Hebræorū deus non sit existimādus totius mundi autor, & omnium potestatem habens, sed huiusmodi quidem dijs alijs commixtus putetur. Hæc erat malitiosa eius intentio. At nos ueritatem contra linguam illius sermones afferemus, ut sciāt, qui hæc illius dicta admirantur, prorsus inepte sacræ scripturæ uocibus usum esse, quo uideretur esse sapiens, & in Christianorum dogmatis exercitatus. At quod prorsus nihil intelligat, arrogāterq; se multum sentiat, & intemperate mentiatur, res ipsa cognoscemus. Defraudat enim deum uniuersorum, contendens imperite, eum alias gentes omnino negligere, deputatum soli Iudææ, & iugum regni eius esse in solis Israelitis secundū sanguinem. Vnde quis recte colliget, infirma mente prāditum Iulianum.

Nam quod summa natura sub pedibus habeat omnem creaturā, & cunctis prouideat, ignorauit omnino. Etenim diuinam notitiam in natura hominis maxime fundatam fuisse, et ei genuinam omnis boni, & ad salutem necessariā cognitionem immisisse opificem dicimus. Nō enim erat absurdum, ut is qui talem formationem sortitus erat, à mundi generatione & ordine, ac pulchritudine & in illis duratione, in recta ueritatis uia incedēs, uideat, quāta sit mentis summæ cōditricis ac producticis sapiētia et potētia. De hoc bene nos edocuit Moses optimus, legē naturę insitam excitās: cōpositis. n. nobis de deo libris, natiuitatis mūditorius autorem ipsum nullo illum in hoc adiuuante tradit, dicens enim, In principio fecit deus cœlum & terram, comprehensim opinor paucis, etiā ea quæ in utrisq; contenta significat. & iterū: Hæc est liber natiuitatis cœli & terræ in die, qua fecit deus cœlum & terram, & omne fœnum agri. *Deum, esse omnium deum.*

Igitur si ex libris Moysi nobiscum pugnat, credat Moysi. At deus qui nutu uniuersum consolidarat, & uerbo produxerat, habens uim super naturam, & omni menti incōprehensibilem, qui & fecerat hominem super terram, quomodo uoluisset tam paucis imperare, cuum liceret ei ultra oēs dilatari, & nō mixtus intelligi alijs dijs, finitumq; habere principatum. Age & nos diligēter inquiramus causas quod noluerit, imò ipse ueniat dogurus. Infirma sanè fuisset, si non habuisset potētiam regendi uniuersa. Deinde quomodo uidere tur sufficere ad illa facienda: etenim non esse uerisimile opinor: sed uanum dicere, quod idoneus fuerit, sufficiens ac potens ut facere aliqua potuerit, sed præterea imperare ijsdem nō potuerit. Verum quod imperet sicut deum decet, quō nō facile uidetur? Creatura enim sicut facta est in principio, ita & in posterum moueri solet, & extra ordinem suū penitus nihil tumultuatur. Nam sol in mundo fertur, & ab oriente in occidentem circulo se uoluit: similiter luna imperat nocti, sicq; legibus gubernatur, etiam fulgidus astrorū chorus: uicissim aūt fiunt temporū successiones, noctis & diei reuolutio cōgruis interuallis, dimē sæ fructuū germinationes, pomorū uindemiæ, terrestriū animaliū generationes, uolatiliūq; & marinorū. Adijciam autem illis etiam nostras.

Igitur qui ineffugibile iugū suæ uoluntatis imposuit creaturis, potentissime mihi omnibus imperare uidetur, & non abijcere quidē ista alijs curanda. Falsò autē agnominatos deos, hoc est dæmones immundos, certum est amaros infensosq; esse creaturis. Proinde sapientissimus Moyses de rem. Vide obsecro, an non res ipsæ illius sermonibus conueniant? Dixit enim ordinatum esse cū sole diei principium, positumq; esse æquali modo lunam in potestatem noctis, & in tempora & signa, & ad hoc ut luceat his qui super terram, stellarum choris. Verum qui hæc scripsit, non uult opus esse alijs dijs, neq; cultum ullis creaturis tribuendum, sed addictos esse soli uniuersorū opifici, præcepit enim dicens: Et ne respiciens in cœlum, & uidens solem ac lunam & stellas, omnemq; ornatum cœli, seductus adoraueris ea quę dedit dominus deus tuus omnibus gentib. quæ sunt sub cœlo. *De dominij iustitia boni.*

Igitur quomodo dicit negligere deum uniuersorum, aliarum gentium multitudinem, & imperare solis Israelitis, quibus ipse prouideat? quum omnibus gentibus quæ sub cœlo sunt, creaturas utiles concessas esse dicat, sanctorum nostrorum conscriptor librorum. Tam magnum & approbatione dignum bonum dicendo ne extenuet, nisi quis non concesserit, quod solem eis & lunam distribuerit. Nam quem nos adoramus, eum receperunt per Moysi scripturas Israelitæ secundum carnem, & est uniuersorum deus, manifesteq; inuenitur ijs, qui ubicunq; sunt terrarum, suam curā impendisse: idq; dilucide ostendemus omnibus ex diuina scriptura, & quodammodo cōcatenantes superiores sermones, ad ipsum primum hominem Adam scilicet pergemus. Itaque formatus est à Deo, & ex ipso omne genus humanum in quā natum est. Igitur homo qui super terram, hoc est, omne humanum genus, summi Dei esse intelligitur. Radicis enim dominus, merito etiam illius germina possidet.

Ex primo autem nati sunt duo, Cain & Abel, ij sacrificarunt primi: & hic quidem recte, ille autem non item. Et laudauit quidem, recte sapientē & iustum Abel: alterius autem sacrificium nō approbat, ualde recte. Oportebat enim ex his qui reuerentiam & cultum erga deum incipiebant, eos qui ex illis nascebātur discere, quomodo bene & immaculate offerre debeant deo honorem illum decentem & profuturum: id quod erat prouidentis & curā gerentis, quo his qui eligunt uitæ probitatem liceat honeste uiuere. Magnam enim & uere dignissimam quandam possessionem dixerim diuinum cultum. *Cultus diuinus*

Cæterum post par fratrum, facti sunt, & alij iustitiæ curatores, uirtutibus admirabiles, & ad omne bonum opus alacritate præ alijs omnibus primatum nacti: quorum unum fuisse dico beatissimum Enoch, de quo dicit scriptura sacra qđ non inuentus sit, transtulerat eum deus. Itaq; Enoch quidem transtulit utpote amicum & familiarem suum. Itaq; proprium eius est omne quod excellens, admirabile, uirtutumq; splendoribus gloriosum. Postquam autem omnis terra corrupit uiam suam, sicut scriptum est, & propēsum fuit cor hominis ad mala ab adolescentia, diluuium immisit ijs qui per uniuersam terram, tanquam hortum quendam limo & luto obductum, & terram solidam possidens, ac nobilem plantam seruans optimum Noe, ut ex ipso humanū genus in aliud quoddam initium reduceret, quod iterum saluaretur super terram. *Enoch.* *Omne excellēs est dei.*

Iam quid ad hoc dicit, qui nullo modo uitupe rare nos negligit, potens ille nugator & locutule ius? Num si in sola Iudæa Hebræorum deus concluderetur, & exiguum haberet sceptrum, hominibus super terram immisisset cataractas cœli? Et iterum aquis totam prorsus uestiens terram,

una omnes sententia condemnasset? Sed si nō omnibus imperauit, sicut ipse dicit, quare tacuerūt alij dij? Oportebat enim eos suos adiuuare adoratores, & unumquenque pro regno suo strenue dimicare: sed nescio quomodo suos pessūdederint & torpuerint in sorte sibi distributa. Nunquid hæc ridicula sunt, & anilia deliramenta? Imò non sunt euidens demonstratio, ne oporteat dici unius regionis deum, & existimari quasi aliquem ex falsis nominatis dijs, eum qui per Moysen mundo prædicatus est? declarant enim eum hæc mundi factorem & uniuersorum dominum.

Sed Abrahæ genus ab illo delectum dicit, & præ omnibus alijs gentibus ornatum, ut ab ipso assumeretur, qui omnes ad Dei cognitionem instruit, & quasi radicem præ alijs uocat. Cæterum strenuus ille præteritis primis Moyse scriptis tentat, regnum dei ex eo solo quod electus est Israel, definire. Verum ô potentissime, hic tibi quis dixerit: Qui in postremis temporibus Abraham quasi sagena cæpit, & sententia honestissima illius genus honorauit, propriam suam sortem illud declarando, & propterea alias gentes nondū uocando, ille ipse & nō alius semel fundauit terram super stabilitatem suam, sicut scriptum est, & omnem absoluit creaturam uisibilem et inuisibilem. At si ille in lutum infidelitatis ingressus, improbabilem putat sapientissimi Moysi de deo sermonē, hoc omnino nihil ueritatis sententiæ præiudicauit. Sic em sapientissimus scribit Paulus: Nunquid infidelitas illorum fidem dei euacuabat?

Quoniam autem terminis & mensuris dei regnū, qui solus deus est, subijcere ausus fuit, appositis sanctorū sententijs, etiam ipsius sanctissimi Moysis uoces afferens, quibus uidetur deus propriam nominare sortem Israel: age & nos illi uicissim sanctorū uoces obijciamus, quæ illum deum uniuersorū declarant. Dixit enim beatus propheta Esaias: Sic dicit qui fecit cœlum, ille Deus qui demonstrauit terrā & fecit illam, ipse finibus suis terminauit illam, neque in uanum fecit illam, sed ut inhabitaret: Ego sum, & non est præter me. Insuper & alio loco: Ego deus tuus, firmans cœlum & condens terram, cuius manus condiderūt omnem militiam cœli, & non demonstraui tibi illa, ut ambulares post ea. Præterea alicubi uocauit & Cyrum, qui potenter destruxit & deuastauit Babyloniam: Ego uocaui te nomine tuo, & assumpsi te, tu autem non cognouisti me, quia ego sum dominus deus tuus, quia non est alius præter me deus: & nescíuerunt ut sciant qui ab occidente, quia non est adhuc alius præter me, ego dominus deus, & non est alius: ego præparans lucem, & faciēs tenebras. Sufficerent ista quidem uel sola. Si autem opus est alio quodam testimonio, adferam & illud. Scriptum est enim iterum: Respicite in cœlum oculis uestris, & uidete quis ordinauit illa omnia, qui educit numero ornatum suum, omnes nominatim uocabit, à magna gloria, & in robore uirtutis: ego deus primus, & insuper uentura ego sum. Cognouerunt gentes, & timuerunt extrema terræ. Ad hæc, quis audet dicere, & non irridebitur, quod breuem & contractū principatum sortitus sit? quamuis omnem creaturam produxerit ut subsisteret, omniumq; existat natiuitatis author ac dominus. At si quis uellet etiam Aegyptiacarum plagarum meminisse, demirabitur omnino robustissimam eminentiæ eius potentiam, quam nulla coniectura liceat cōprehendere. Omnis enim creatura imperātis obtemperans nutibus, cōtra eos qui in illum impingunt, armabatur. Quoniam autem primogenitus nominatus est Israel, quid prohibuit ne eloquens ille intelligeret? Non enim intelligitur primogenitus, si nō sint alij quibus præferatur. Proinde quia Israel est primogenitus, haber omnino & fratres alios, quasi sub patre deo. Nam licet posteriores etiam sint quidam filijs Israel primū uocatis, nihilominus propterea non sunt positi extra numerum filiorum dei, secundum quod omnium intelligitur pater: & ut ipse omnibus præstitit causam subsistendi, imò ipse omnium principium & natiuitas est. Enimuero quod inter filios Dei reputandæ comprehensim omnes creaturæ quæ super terram, hinc sciemus. Iudæorum synagogæ præfectus Caiphas conducibile fore dicebat Israelitis, si è medio tolleretur Christus. Adnotat autem Euangelista, dicitq;: Hoc autem à seipso non dixit, sed quum Pontifex esset, prophetizauit, quod Christus moriturus esset pro gente: & non pro gente sola, sed ut & filios dei dispersos congregaret in unum. Quippe in duas gentes diuisum est totum genus hominum, nempe in Iudæos & gentes. Vnde Christus non solū pro Israelitis secundum carnem mortem subiturus erat, sed ut & alios filios Dei, per diaboli malicíam dispersos, & ad errorem idololatriæ pertractos, congregaret in unum: hoc est in unam & erroris expertem dei cognitionem, congregatos duos populos in unum nouum hominem conderet, faciens pacem secundum Scripturas, & concilians multos in uno corpore patri. Porrò his blasphemijs contra Deum satiari non ualens, sic dicit:

Esaiæ 45.

IVLIANVS.

Iam quod Deus Iudæorum duntaxat curam habuerit, qui sors eius electa fuerint, non Moses & Iesus soli, sed & Paulus dixisse apparet, quāuis in Paulo hoc est mirum, nam sicut polypodes saxis adhærentes, pro euentus uarietate, mutat dogmata de deo: nonnunquam Iudæos solos hæreditatem dei esse cōtendit, iterum autem Iudæis persuadens, inquit: Non solum Iudæorum deus, sed & gentium, imò & gentium. Vnde quum iuste dixisset Paulus, nū Iudæorum duntaxat Deus, an non & gentium? imo & gentium, cuius gratia ad Iudæos misit propheticum spiritum, & Mosen, & unctionem, & propheras & legem, & mirabiles ac prodigiosas fabulas, audis'que ipsos clamantes: Panem angelorum manducauit homo. Sub finem autem & Iesum misit illis: nobis autem, non prophetam, non unctionem, non doctorem, non præconem, ut uel serā erga nos futura sit misericordia. Num & despexit innumeris annis, uel ut uos uultis, tot annorum millibus idolis, ut dicitis, seruientes in tali ignorantia, ab ortu solis usque ad occasum, à septentrione usque ad meridiem, & extra paruam gentem, quæ neque ante duo annorum millia integra, regionem Palestines inhabitauit? Nam si omnium nostrūm est deus, & omnium similiter opifex est, contempsit nos? Et post alia: Adhuc attendemus uobis, quod uniuersorū Deum uel nuda saltem cogitatione uos, uel uestræ quis farinæ imaginatus sit. Non'ne omnia partiarū sonant: Deus zelotes, zelat enim. quare? E. Deus ulciscitur peccata patrum in filijs.

Israel primogenitus gentis.

Rom. 3.

CYRILLVS.

Quod deus curam habuerit Israelis secundum carnem, sicut ipse dicit, quomodo non omnibus manifestum? oportebat enim diuinæ legi subiugatos, & ab idolatriæ errore abscedentes, à cura illius non destitui, sed instrui potius in his, qui uerisimile est, ad meliora erudiri, et paulatim progredi, ut discant mysterium Christi.

Iam quod magum et extreme pessimum uocat Paulum, quod patres suos accusat, neque extra reprehensionem illos ponit, dicere omitto. Nullus enim ignorat. At quoniā inquit, eum uariare pro euentu fortunæ sacras doctrinas, eo quod dicit: Num Iudæorū solus deus, an non & gentiū? imò & gentium, quando quidem unus est deus: cuperem interrogare eum, quid nam sit, quod non beneficium deo detrahit dignitates secundum uniuersorum deo detrahit dignitates secundum naturam illi insitas, quod quidam iugum eius excutiunt, & gloriæ eius eminentiam ignorant.

Num igitur si qui parum curauerint leges præsidum, uulgo propterea præsides non sinemus esse? etiam si quis immeritò à regalibus sceptris se subducat, nunquid à regno excidet in regalibus thronis sedens, & summa gloria redimitus? Item si quis nostrūm oculis priuatus, fulgidum solis iubar omnino non uiderit, nunquid propterea elementum hoc obscurum quis dixerit? nónne potius illorum miserebimur infirmitatem? Vndequidem recte uoluerit agere, dicat, quamobrem uenerandum ac admirabilem illum, nomiare audet hypocritam & incantatorem, Iudaicū fastum & quorūdam stultitiam sapientissime impugnantem? Nam quoniam nonnulli in eam peruenerant insipientiā, ut sentirent cum illo, qui contra nos scripsit, quod uniuersorum Deus, solius regionis luæorum curam habeat ac imperium: idcirco doctor noster, prudenter ualde supercilium istorum ac opinionem abradit, & ueritate armatus ita sentientibus obsistit ac dicit: Num Iudæorum deus solum? nunquid & gentium? profecto & gentium, quandoquidem unus deus. Si enim est deus super omnes, alius aūt præter illum nullus, omniū utiq; fuerit dominus, quia & omnium opifex: quippe quod & gentium deus est, & per insitas leges bene cōmonstratum fuit, quas omnium cordibus insculpsit opifex. Dicit enim: Gentes quæ natura legem non habent, quæ legis sunt, faciūt: hi legem non habentes, sibijpsis sunt lex, qui declarant opus legis conscriptū in cordibus suis. Iam si quidem solorum Iudæorū, & non etiam gentium fuit Deus & conditor, quomodo legē nō habentes sibijpsis sunt lex? instituis ad hoc instructionibus peruenientes. Natura enim per seipsam discendo, factore annuēte, recipit omnis boni scientiam. Dignatur itaque deus suæ prouidentiæ cura non Iudæos solos, sed etiam, ut dixit, uniuersæ terræ homines. Vnus enim uniuersorum dominus.

Lex naturæ.

Rom. 2.

Quoniam autem indoctissima & absurda conatur ostendere, quod solorum qui ex Abraham sunt, sit Deus dominus, quasi gentes nihili habitæ sint. Fuisset enim, inquit, necessarium, siquidem reputatæ apud eum & gētes fuissent, & propheticum eis mitti spiritum, & doctores ostendisse prophetas, & ante alia sanctis illustrari sapientissimi Mose legibus, ostendiq; diuina signa: id quod dicimus, ut linguam eius impotētem remoremur. Equidem uir potentissime, manifeste ex confesso esse reor, periculosum & absurdum esse cum diuinis pugnare iudicijs & tempestiue quis Esaiæ uocibus uretur, dicens: Quis mēsus est manu sua aquam, & cœlum palmo, & omnem terrā pugillo? quis ponderauit montes statera, et saltus libra? quis cognouit mentē domini? uel quis consiliarius eius fuit? Sufficientissimus em̄ deus, nullius eget prorsus, ipse aūt potius dat sapiētiam & intellectū his qui ut capiant digni sunt. Insuper quomodo equorum domitores & id genus artifices non digne illud dicerent? si multi essent ipsis equi, quos ad cursum assuefaciant, num gregatim uel seorsim ferrent iugum? Hoc opinor manifestum esse, quod non gregatim, sed seorsim melius cursum suum perficere docerentur. Quur autem quod alius prius aduenientibus, quidam postremi sunt, & non prius discunt? quis accusat? quum is qui docendos suscepit, non ignoret tempus unicuiq; congruum? quis illum liberabit ab accusatione, imò non ab accusatione, sed à crimine grauí, & calumnia? Docens enim neutiquam ignauus est, ac rei natura, primis dat, ut primi arti subijciantur. Itaq; si equorū domitori omnino cura deest eorū qui primos sequuntur, accuset iuste.

Deus propterea gentes non despexit, quāuis Iudæis primum prophetas miserit.

Exod. 40.

Sanè à tam parua ista imagine, ad maiora et plurimum exuperātia transeuntes, ineffabilē sapientissimi dei dispensationē cōsideremus. Israeli qui

Universidad de Deusto
Biblioteca



ante alia uocatus est, illa donata sunt, per quæ ue-
risimile erat, eum à primis liberandũ infirmitatibus, & melius habiturum, diuino timore illustrari, plenumq; naturali iusticia uideri admirabilẽ & imitatione dignũ. Contigit aũt cura & prouidentia dei congruo tempore, etiã alteri gentiũ multitudini. Vocatæ enim sunt post Israelitas, & fortem habent eximiã, suntq; primis meliores. nam illi quidẽ sub lege erãt et uindicta, hi uero sub gratia & remissione: & illi quidẽ mediatore utebantẽ ministro, hi uerò naturali filio: & in illis quidẽ spiritus erat seruitutis, in nobis aũt libertatis & adoptionis, hoc est sanctus: per ipsum em̃ clamamus, Abba pater. Quod si dicat, quare ante omnes gẽtes intrauit Israel? nullus opinor est qui nõ gradatim ferẽs dicat: Præteri hoc uir strenue, cognosce teipsum, si q̃d in opinione situ est, sapientis rationẽ & curã apud te mereat. Scit plane mens illa immaculata, uniuscuiusq; rei cõgruũ tẽpus. Cõcedamus et ad medicorũ experimẽta, qui bene se gerere existimant, si quibuslibet tẽporibus quæ iuuãt et prosunt ægris remedia adhibeãt: arguemus ne optimam & summam mentem, quod hæc non bene fecerit? Iam fortasis etiam illud periculose, quamuis quõ non melius fuerit, q̃d tanto inferiores sumus ab illo sapientia, quantũ rationes in natura habitæ, nos separant & sequestrant.

Rom. 8.

Et hæc dicta sunt de eo q̃ sapientissimus Moses mediator fuerit. Demonstrabimus aũt sine labore, deũ saluatorẽ omniũ, curã gessisse etiã gentiũ, & nõ solius Israelis. Manifeste enim uidetur, prius habuisse curam gẽtium, q̃ uocarit Israel ex Aegypto, ad ducendũ in terrã promissionis per Mosen. Qui enim subtiliter & accurate tẽpora ab initio seculi numeraueriũt, & prætereuntes multum fabularum, deducũt quidem ab Adam usq; ad Noe ab illo decimum, annos numero ducentos & quadragintos duos ultra duo millia. In sacris aũt literis, nullũ omnino inuenimus, qui per illud tẽpus idololatriæ crimini fuerit implicitus. accusantur enim de alijs, & pereunt non frustra, inducto diluuio. Corrũperat enim, inquit, omnis caro uiam suam. Idololatriæ item notam, ut dixi, nulli prorsus inustam inueniemus post diluuium ex filijs Noe. Erant autem illi tres ij ex quibus alio initio humanum genus in multitudinẽ immẽsam propagaretur. Porrò nõ gentis & quadragintа duobus annis exactis, dispersaq; posteritate Noe undequaq;, & habitantibus iam hominibus ad orientem & ad maritima, cõgregatisq; in ciuitates, primus regnauit in Assyriorum terra, uir superbus & arrogans Arbelus, qui & primus hominum dicitur à subditis nomen deitatis accepisse. Perseuerarunt igitur Assyrij & finitimæ illis gentes sacrificãtes ei & adorantes. Postea fuit Ninus Arbeli filius: Nini quoque Ninyas, & Nineui nomen accepit, quam & Semiramis illi cohabitans, mœnibus firmissimis cinxisse dicitur. Quum aũt Assyriorum terram regeret Ninus, uixit diuinus Abraham, abominatusq; est Assyriorũ conatus, & gloriã dei læsam ægrè tulit. Nam & ex medio

*Antequã Israel assumeretur deo gentes curæ erant.*

*Ante diluuium nulli idololatræ.*

*Arbelus primus appellatus Deus.*

*Nineui.*

*Abrahæ electio.*

A deceptorum eripiebatur, & ad lucem ueræ agnitionis dei uocabatur. Et quomodo ignorauit eloquens iste salutem gentium deo fuisse curæ? Ecce enim Abraham radix factus est eorum, qui per legem & prophetas ad pietatẽ eruditi sunt, quem & uocatum dicimus quasi ex idololatria, ad certiorem ueri dei agnitionem.

Itaq; dicimus, q̃d prouidẽtia dei omnipotẽtis tuberem in gentium cura, antiquior fuit quam uocatio Israelis ex Aegypto: & ita gentium uocatio est etiã ex antiquo. Hebræorum assumptio, utpote in principio generis, nempe in Abraham, perfecta, quem quasi ex sylua sterili rapiẽs deus germanum fecit adoratorẽ. Et certe tale quid dã per unũ sanctorũ prophetarum, dixit: Quasi botrũ in deserto inueni Israel, & ut fructum in ficu præcocem uidi patres eorũ. Res enim rara & difficilis inuentu in solitudine est botrus: inuentus tñ semel ab eo qui omnia uidet, desideratissimus, & ut decerperetur gratissimus. In ficubus aũt dulcissimũ q̃d præ alijs maturescit hoc est præcox, & præcurrens & in cibum gratius. Ita enim uidi, inquit, Israel: inueni aũt ficubus patres illorũ. Etenim idololatrę et superstitiosę ut ut dixi, quasi in deserto botrus, & quasi præcox fructus in ficu, diuinus Abrahã decerpebatur. Valde autem recte præcocibus ficis comparatur Abrahã. Nã præmatura sequuntur & alia. Ob id hãc uocationẽ sortiebatur, quia ad uestigia eius subsequuturæ erant etiã aliæ gentes, quæ adhuc quasi nõdum matureſcebãt. Itaq; præcox fructus erat Abraham principium uocationis gentium.

*Osee 9.*

*Abrahæ præcox fructus.*

Iam quis ille qui ad hoc produxit? Christus licet. Deus enim Verbũ erat, & sempiternus cum patre, quãuis in nouissimis seculi temporibus nobis similis factus sit. Arguit aũt illum, dicẽs, Quare non magis gentibus misit eum saluatorẽ & redemptorẽ, concesit aũt Israeli secũdum carnem? Igitur audiat sanctos, pphetas hæc de illo clamantes, ut discas manifeste spem gentibus factã Christum. Dicit igitur sapientissimus propheta de illo: Et erit in die illo, erit dominus unus, & nomen eius unũ, circumiens totã terrã. Et ipse alicubi inquit per unum prophetarum: Oblectare & gaude filia Zion, quia ecce ego uenio, et tabernaculũ habebo in medio tui, dicit dominus: & confugient gentes multæ ad dominum in die illa, & erunt ei in populum, & tabernacula habebũt in medio tui, & scies quia dominus omnipotẽs misit me ad te. Et iterum: Quare hæc dicit dominus omnipotens, quia ego semel mouebo cœlum & terram, & mare, & aridam, & commouebo omnes gẽtes, & uenient electa omnium gentium, & impiebo domum illam gloria, dicit dominus omnipotẽs. Possent coaceruari dictis illis & alia citra molestiam, sed rerum euentus indubitatam præstat demonstrationem. Vocata est enim multitudo gentium, & sanctificata per Christum fulgida fide in illum: proinde superuacuum esset adhuc multa plura huc citare.

*Zacha.*

*Zacha.*

Cæterũ quod scriptura uocat deum zelotẽ, & exe-

pecca-



peccata patrum ulciscentem in filios, in tertiam A & quartam generationem odientium eum, offendatur nullus. Diuina enim & ineffabilis natura, non est sicut nos: separata est aũt in tantũ, & eleuatur mẽtaliter, sicut & incõparabiles sunt excellẽtiæ sermones. Affectiones em̃ quæ in singulis rebus intelligũtur in nobis, ita ut insint affectiones: laborat enim natura infirmitate, & propensione ad delinquendũ. In uniuersorũ aũt deo significãtur illæ uocibus & uerbis nostris, neutiquam aũt sic intelligitur. Caret enim affectionibus deus, sed zelare dicitur, eo quòd nihil quod semel agnouit gloriã eius, in malis rapi uelit inclinatiões. Non enim fas est, imò prorsus nefariũ, ut per idolatriam paruisiat, & immundis ac prophanis de B monijs cultus impẽdatur. Igitur si dicatur zelare, id fit secundum modum, quem nunc diximus: quando quidẽ natura bonus est, & omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire: boni autem fuerit, nihil facere quod non est secundum ueritatem. At quod nonnulli à ueritate exciderunt, & diuinũ lumen à mente sua depulerunt, per imperitiam lapsi sunt, ut ea quę deteriora sunt sapiant, tenebrisq́ue & inconsiderantia mentem suam adimpleant. Etenim eos qui funda ti sunt in hoc ut constantes & sapientes inuenian tur, omnino honor apud deũ sequitur: propensos ueri ad illicita, pœna sententiæ sequitur. Zelat igitur, siquidẽ aliq̃d licet humano more loqui, mole referẽs si quoldã ex suis uiderit misere perditos. C

Oportebat aũt & hoc discere, eos qui semel receperit, ut sciant quod ignauia ipsis sit quàm damnosa. An non conueniet etiam proprijs patribus in bonos filios talem habere sententiam? & quomodo hoc ambiguum? Reddit autem peccata patrum in filios, in tertiam & quartam generationẽ: non enim simpliciter dictum est, quia sequitur ne cessario, Odientes se. Vnde etiã ualde admirabit quis irreprehensibilem mansuetudinem omnium domini. Nam quum sint homines quidam ignaui, & ad peccandum propensi, hac ratione accersentes sibijpsis legislatoris seueritatẽ, interdum eius patientia longanimiter fert primos, nec uestigio delictorum suppliciũ exigit: sed cõdotiam generationem. Eos autem qui ex illis progenitis sunt, si à patrum lapsibus noluerint recedere, sed sunt præfractiores ac deteriores, & ad ignauiam sic uidelicet spectant, tũc scilicet ac ualde meritò uix & segniter uindicat. Bonus enim est secundũ naturam & mansuetudinis omnis principium ac genitor. Memores autem sumus & per uocẽ Ezechielis nos manifeste edoceri. Dicit enim: Anima peccans ipsa morietur. Filius uerò non feret uindictam patris sui, neque pater feret uindictam filij, sed unusquisque in peccato suo, quod peccauit, morietur. Ista est sententia sancta iuste iudicans dei, neque ipse pugnat aduersus leges suas. Vnde pie intelligendum est, quod peccata patrũ in filios in tertia & quarta generatione odientes ipsum (hoc est, si neq; primi, neq; secundi, neq; ter-

*Deut. 24. Ezech. 18. Hieremi. 31.*

*Aristoteles & mulus Platonis*

tij, & qui post illos sequuntur, perseuerant in uoluntate impia, & ad peccandum dedita: hi enim sunt qui & deum oderunt, eo quòd diuinis eius edictis se opponere audent) tam desperatos nimirum, & suppliciorum leues subsequitur.

Libri tertij finis.

CYRILLI ARCHIEPISCOpi Alexandrini, contra Iulianum, pro religione Christiana, Liber quartus.

IGitur accusauit, & declamationẽ terrimã fecit, aduersus gloriã dei, & dogmata Mose, quasi nõ posset ipse alter Græcorũ superstitionibus melius suffragari, quã si res Christianorũ perturbaret, quantũ attinet ad dementiã & uituperationes illius: tametsi ut mihi uidetur, melius erat, re ipsa suis opinionibus ferre subsidiũ, ipsaq; uerborũ ueritate, et nõ quorũdã immodica põpa, sicut scilicet meretriculæ causę suæ fœditatẽ blandis uocibus, & externis ornamentis depellere uidentur. Etenim de Iuliano & his qui cũ illo senti unt, quicũq; illi fuerint, dicimus & nos iuxta Saluatoris uocẽ: Quãdo loquitur mendaciũ, ex proprijs loquit, quia mendax est, sicut pater eius, et in ueritate nõ stetit. Igitur difficile est, imò impossibile est, ex ore pagani & mente diabolica operatione plena, scaturire ueritatẽ posse. Sentit de se eximius ille uir, magnifice, & cõtra suos, progenitores insolẽter temerarius est. Nã poetarũ sermones nõ admittit, quos fabularũ pictores nominat. Arrogans aũt est & superbit, solasq; Platonis uoces recipit, quamuis alijs fuerit posterior, et sui cœtanei non parũ illi restiterunt. unus em̃ est & superciliosus, & ualde pompaticus, multa prædítus autoritate in logicis & dogmaticis alijs eius disciplulus Aristoteles, alijq; post illũ nõ minorem quam ille intellectorum sortiti, non cõueniunt aũt inter se. Quomodo uerò opinionibus inter se dissideãt, dicere omitto: dudum enim de illis dictum est satis. Cæterũ ad institutũ nunc redimus. Nam ille sequens, ut dixi Platonis opiniones, adijciens aũt opinor & suas, intendentẽ mundo opificẽ, sicut ille dicit, affirmat quidẽ uniuersorũ dominũ, & illius sceptris omia subijcit, & alio modo illum iterũ principatu suo supernos destituit, & quibusdã innumerabilibus dijs, ab ipso distinctis, regnũ eius tribuere non erubescit. Scribim enim sic:

IVLIANVS.

Porrò considera cum his etiam quid nos sentiamus. Nostri opificem dicunt omnium quidem esse communem patrem ac regem, cæteras autem gentes ab ipso dijs gentium principibus, & ciuitatum defensoribus distributas esse, ut suam quique functionem fideliter curent. Nam quoniam in patre quidem omnia perfecta sunt, & unum omnia, in particularibus autem alia alijs uiget potentia.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Mars enim procurat ea quæ ad bella genti- A
um. Pallas eadem agit prudenter. Mercurius
ea qui maiorem industriam, quàm audaciam
requirunt. Et ut sunt suorum deorum substan-
tiæ, ita singulæ gentes quæ ab illis procuran-
tur, se gerunt. Itaque siquidem experientia uer
borum nostrorum testis non est, ficta sint no-
stra, & intempestiua persuasio: sin omnino cō
tra, experientia ab ipso seculo nostris dictis ad
stipulatur, uestris autē sermonibus nihil pror-
sus consonum uidetur: quid tanta contentio-
ne obsistitis? Dicat enim obsecro, quare Celtæ
quidem & Germani audaces: Græci uero &
Romani quasi per omnia ciuiles & misericor- B
des, simul ac firmi & bellaces: Aegyptij uero
magis industrij & prudentes, quamuis imbel-
les ac molles: Syri item cum alacritate & intel-
lectu ac lenitate disciplinis apti? Hanc etenim
in gentibus differentiæ causam, siquidem nul-
lam quis uidet, sed dicit hęc proprio motu, uel
fortuito sic euenire, quomodo adhuc pruden-
tia gubernari mundum arbitratur? At si quis
aliam horum causam ponit, dicat oro per suū
opificem, & doceat.

CYRILLVS.

Opportune iterum à nobis dicetur, per uocē
Ezechielis prophetæ: Væ his qui prophetant de Ezech. 13.
corde suo, & prorsus non uident. Quis enim no- Rom. 11.
uit mentem domini, sicut scriptum est, uel quis
consiliarius eius fuit? Mendaciter enim loquitur
strenuus ille, & quasi diuinarum cogitationū con
scium se ostentans, gentes dæmonibus quibus-
dam, hoc est sicut ipse dicit, dijs gentium princi pi
bus & ciuitatū defensoribus distributas esse uult:
dicat igitur discere uolentibus, Vtrum deus ali-
quando infirmior fuerit, quàm ut potuerit præ-
se eis, nec sufficerint ei uires, uel fortissimus qui
dem existens, potentiam imperandi absque labo
re habuerit. Itaque siquidem inefficacem fuisse di
cit opificem mundi, principatum ei negans, defi- D
nit infirmam esse substantiam summam: si autem
nouit habere eum potentiam imperandi, sed non
uelle facere, dicit, doceat causas.

Nam siquidē dicit, gentiū turbas ideò distribu
tas esse dijs ciuitatū defensoribus, quod ij eos me
lius tueri queant: necessariū est confiteri, tam tur-
pium dogmatū doctore, etiāsi nolit, quod factor
omniū, & intendens mundo conditor, se melio-
res & magis industrios, nescio quomodo, fecerit.
Si aūt minus bene, non sicut ipse potest & nouit,
fuerit minime boni nō permittere facturis suis, ut
meliorē principem habeant. Verū non dignatus
est inquit, hoc facere. At hoc esset crimē superbię.
Quare aūt uoluit principio formare ea quorū cu-
ram despicit? paruiq; facit quasi esset extra gloriā



modo res sunt, & prorsus inutiles. Eruditiones A
item puerorum quæ ab his, qui optima quæque
docere queunt, superuacuæ sunt, & inutile opus?
Tollamus autem cum his & ipsas leges, quas par
tes statuerunt. Si enim unicuique non licet ire ui-
am quam uult, agitur autem magis aliorum nuti-
bus, et effugere, uel etiam ex hoc exire nequit uin
culo, amputandæ sunt leges, & alia quæ nobis
necessaria sunt.

Rogatum autem uellem aduersarium: Plurimæ enim et innumerabiles gentiū turbæ sub cœlo sunt, & aliæ quidem efferatis sunt moribus, & prorsus intractabiles, proq; gloria ducunt uitam omni accusatione dignam: alię uerò uitam agunt omni honestate plenā, maximiq; faciunt, si quam honestissime uiuant. Ciuitatum quoq; defensori B
bus & præsidibus dijs ac dæmonibus, insuper &
angelis, & animarum priuato generi, distributas
esse illas omnes sapientissimus ille contendit. Vtrum igitur, laudabitne Græcos, et Romanorum legibus gloriabitur, & illorum consuetudines & mores ut pulcherrimos approbabit? Nunquid admirabitur Barbarorum audaciam et auferitatem, uel propensos ad mansuetudinem iuste cæteris meliores reputabit, uituperando quidem quæ ab illis, & admirando ea quæ ab istis? Insuper quomodo omnium opifex & pater, alijs quidem feroces, & implacidos præstat præceptores, et nihil scientes afferre quod laudabile: alijs uerò mansuetos & prudentes? An non quis etiam nolens dicet mentem summam non bene consuluis- C
se, et reipsa quodammodo raclamabit? Licet em
uidere omnibus his qui uolunt Barbarorum ge-
nus facile quidem exasperari in iram irrefrenatā,
et sic ad homicidia ruere, ut nihil suis moribus me
lius censeant. Itaq; ut illi uiderint, horum omnium
malorum autor est insaniens Mars homicida, &
mortalium interemptor. Sic enim nominatus est
à poetis, qui illum nouerunt.

Insuper quomodo uirtutum amator deus, sub
iecit tanto malo, & homicidæ tot hominum tur-
bas? Nam siquidem mens ei erat hominis naturā
omni uirtute honestare, quur non pędagogis qui
hanc docere possent, et iustissimis quibusdam tra
didit? Si autem nullam nostri curam habuit, abie
cit autem simpliciter improbis magistris, imò &
dijs et dæmonibus et angelis subiecit, qui ad om- D
ne absurdum cogere consueuerunt: quid prętuari
cantes accusat, et non recte uitam agentes argue-
re solet? Diceret opinor aliquis sapientior: Pru-
dentes patres quibusnā præceptoribus suos pue-
ros committunt? nonne optimis et studiosissimis?
Quibus fabulis, ut alijs præsint, cōmittere sole-
mus? nonne fidelibus et iustis, et in eo quod do-
minis placet obtemperare consuetis? Quos autē,
dico obsecro, naucleros nauē gubernare decet? nō
ne maxime industrios & marini itineris peritos?
Quibus agricolis hortorum cura magis cōgruit?
nunquid negligentibus & ignorātibus quid ma-
xime opus sit, uel his qui hæc probè norūt factor?
Non igitur res diuinas minoris, quàm nostra fa-

ciemus, nec eas rebus humanis postponemus.

Adhæc, quomodo non omni stupore & insa-
nia referti sunt sermones? deprehēditur enim ma
nifeste per illa, quod nullo modo rebus humanis
prosit, iniuria antem magis afficiat, nec sinat pror
sus ad optimam uenire uitam: quādoquidem o-
mnes præsidentes dij uel dæmones, etiam nolen
tes cogerentur illius uoluntati obsequi. Dixit em
quod Mars procuret ea quæ ad bella gentiū, Pal- *Officia Martis, Palladis, Mercurij.*
las eadem agit cum prudentia, Mercurius ea quæ
maiorem intelligentiam, quàm audaciam requi-
runt: & ut sunt suorū deorū substantiæ, ita singu-
læ gentes quæ ab illis procurantur, se gerunt. At-
qui melius erat amice ijs, qui bene habituri erant
secundū quod deo placet, non naturam & consili
um procuratorū sequi: sed melius erat subdi uni-
uersorum opifici. Et quomodo? dicam: dixit em
ipse. Nam quoniā in patre quidē omnia perfecta
sunt & unū omnia, in particula autem alia alijs ui
get potentia. Mars enim procurat ea quæ ad bel-
lum, Pallas aūt & Mercurius alia. Igitur quando-
quidem omnia in patre perfecta sunt, & unum: in
particularibus autem unius rei, qualiscūq; illa sit,
scientia, nunquid gentibus melius et utilius ope
rari sub deo et sub eo solo doceri, in quo omnia per
fecte bona, an certè ab alijs, & nō omnino bonis,
et ad unū aliquod & solum studiose se habētibus,
quēadmodum scilicet et hi qui sordidas exercent
artes, ut sunt fabri ferrarij & figuli?

Quanquam & hoc respondere licet, ipsos non
esse deos. Qui em uerè et natura deus est, res quæ
dam intelligitur fortissima, & per se perfecta, &
ad omnia sua nullius indigēs, fons omnis boni &
origo. Quod autem non sic se habet, sed uix unū
quiddam etiam malignæ mentis inuentū gerens,
quomodo intelligeretur deus?

Licet autem ijs qui uolunt uidere quàm turpis
sit Græcorum opinio, etiam ex ijs quæ nobiscum
geruntur. Nā qui terreni regni solijs honesti sunt,
& sortiti super omnes potentiā, eosquidem quos
norunt sub sceptris suis sapientes, & optimatum
rerum scientes, in suis regionibus procuratores
ordinant, & principatus honore coronant. Præ-
claris autē dignitatibus uenerabiles, præsunt sub
ditis, non illos proprijs dirigētes legibus, sed ijs
quæ præscripta à rege, & omnē gloriam summæ
eminentiæ & regis gloriæ acceptam ferunt, utpo
te debita, uectigalia, tributa, exactiones, illorum
statuas erigunt domi, & fortasis publicè: & hoc
spectaculo subditos semper eminentię imperan-
tis memores faciunt.

Age igitur uideamus si à deo acceptoprincipa- *Dæmones gloriā dei rapiūt.*
tu, sicut ille dicit, ciuitatem defensores dij & dæ-
mones aut angeli illi seruauerint honores, adorati
onum oblationes, gloriam, & non magis suis ca-
pitibus illa imposuerint, quamuis manifestum id
quod dixi. Abduxerunt enim omnino homines
ne scirent quis natura & uere uniuersorum sit opi
fex & dominus, & sibi ipsis ab omnibus rapuerūt
honorem, sacrificia, festiuitates, hymnos, gratia-
rum actiones, & in suis ministeriis solis, ut re-

cumberent

Universidad de Deusto
Biblioteca



cumberent homines persuaserunt. Cur autem & A in templis simulachra tam multiformia & uaria non dixerit, Dei gloriam nepharia contumelia afficere? Naturam enim quæ omni specie caret, sub figuram & speciem, non humanorum corporum solum, sed & brutorum animalium, natatiliumq; & uolatilium deducere uoluerunt, talia fabricantes. At siquidem ciuitatum defensores Dij, & dæmones hæc faciebant, ut grata omnium patri, manifestum esse, quod displiceret illi, cognosci à nobis, reiecereq; eum adorationem: quomodo igitur putamus nos agere, ipsum adorantes, & ministrantes in sanctitate, quæ apud eum laudatur? Quomodo autem contemplationem Dei præcipuam facimus, & beatos esse dicimus eos, B qui uel in speculo, & ænigmate uiderint? Si autem ingratum Deo, seduci eos qui super terram, illi uere hoc ei tribuunt, eos etiam nolentes, qualis liberabit sermo, ne tyrannidis contra Deum accusentur? uel quales lachrymæ sufficiēt ijs, qui in id criminis inciderint?

Etenim plurimi olim erant inter sanctos angelos & supernorum spirituum choros numerati, qui beatam & sanctam uiuebant uitam, sed ut sacra scriptura dicit, non seruabant suum principatum, et ualedicebant diuino consortio, ad deteriora prolapsi. Etiam miseri hanc suam prouinciam arbitrati sunt, ut ad hoc, ne deo patri subiecti essemus inhortarentur, asperi et superbi à sanctorum multitudine separati, & terrebant homines auertentes illos ab omni uirtute, & prorsus non permittebant hominibus, uel saltem scire, quis natura uereq; esset uniuersorum deus & dominus, cui super omnia substantialiter præsens imperium: sed suadebant seruiendum præter illum creaturę, singulis gētibus cultum qui sibi probabatur, simpliciter ac inciri cum specte adinuenientibus, quas & ut templa ædificarent, & aras erigerent, oblationibusq; & uictimis se colerent, extimulabant.

Quoniam autem uerisimile erat homines naturalibus instinctibus, quibus instigantur ut sciant ueritatem, et subtili mentis oculo cōsiderent quis uniuersorum sit Deus & pater: ita illos abduxerunt sua malicia, ut addiscerent quidem deteriora, & respuerent quod conduceret: ipsis impietatis omnis magistri facti ac doctores, eos in omne quod deo aduersum, deducere non intermiserunt. Semper enim existimabant accendēdas inimicitias, ita ut ob excludens peccatum deo non coniungerentur, sed super terram permanerent. Vbi autem uniuersorum dominus & opifex, dei Verbum hominem omni bono opere destitutū, & gregatim in specus infernos incidere uidit. Dilatauit enim infernus animam suam, & aperuit os suum, ne deficeret (sicut scriptum est) apparuit nobis, tum ab improbis illis erepti sumus.

Et uirtutes sanctas ac rationales, ab ipso originem quidem sortitas, subsistentes autem absq; omni macula, assuetas humili sensu illius sceptris et dominicæ uoluntati obedire, irreprehensibilēq; prorsus præ se ferentes obedientiam, nobiscū qui



petram sciens esse Christum, eo quod diuina natu A ta firmissime in dignitatibus se decentibus fundata sit. Itaq; si uere deus gentes dijs tutelaribus subdidit, cur non magis ab illis oblationes donorum afferri præceperunt? Per omnia autem abducentes à sui cultu, imò non permittentes prorsus, ut à nobis cognoscantur: sibi uindicarunt cultus, & ab omnibus preces, confessiones, celebritates, dona: & interim persuaserūt ut adhāc confusionē & nefarios ausus perueniant, & sacrificia cruenta illis reddere uelint, id quod potissimum docuerunt eos, qui minime boni erant, sed corruptos, et ab omni bono opere alienos.

Vnde Porphyrius sic de illis scribit libro secundo de abstinentia animatorum: Per contraria sanę omnis incantatio perficitur. Illis enim, potissimum etiam præsidem suum colunt. Hi & per maleficia et omnes phantasias, ut decipiant per mira culorum operationes, idonei sunt, phūtra & amatoria ueneficia præparant cacodæmones: illis omnis intemperantia, & diuitiarum gloriæq; spes constat, & maxime deceptio: mendacium enim illis peculiare. Volunt enim esse dij, & præsidens uirtus uidetur esse Deus. Isti gaudēt libaminibus & nidoribus, quibus corpora & spiritus impinguentur, uiuunt uaporibus & sustitibus, & uarie uarijs roborantur nidoribus carnium, & sanguinum. Porrò intelligens ac modestus uir pieager, dum talibus utitur sacrificijs, quibus ad tales trahat, operam autem dabit ut animam omnino purget: puram enim animam non inuadent, eo quod ipsis dissimilis sit. Simulat etiam & alio loco, uoluisse quendam ex Aegyptijs pseudoprophetis, hoc est, sacerdotibus, interrogare causas, & uoluisse discere crudelem dæmonum ferociam, sic dicens: Quomodo diuini sapientes illos affectionibus obnoxios commendant, & gaudentes obscœnitate uerborum, alijsque malis quibusdam? At ille enarrabat uarietatem improbitatis illorum, dicens: Alij quidem pronuntiant esse extra propitium genus fallacis naturæ, quod in multa se transformat, multisq; modis simulat, & deos, & dæmones, & animas mortalium: & per hæc omnia facit ut appareant, uel boni uel mali: quum autem nihil prorsus possint conducere ad uera animæ bona, neque ea sciunt, sed in malis occupantur, & maledicunt, & uirtuti datutis operam sunt impedimento pleni fastu, gaudentq; uaporibus ac adulationibus. Videant igitur suæ sententię ac idololatriæ socīū Porphyri um has dedemonijs sententias uere annunciasse: ipsos enim dicit in malis occupari, et obsistere his quibene agere cupiunt, & gaudere uaporibus & cruentis sacrificijs ualde oblectari. Inueniemus autem & apud Homerū deos tam fœdum honorem ambire, siquidem & hic honoris quispiā momini mihi altare faciebatur cœna ex æquo distribuita, libamineq; & nidore, quem nos honorem sortitisumus. Sacrificarunt autem & Argiui tauros omnino nigros Neptuno cæruleis comis, Molestum fuerit fortasis singula dicere, quū nemo ignoret libaminibus & nidoribus omnino illorum deos oblectari, imò abominabiles ac immundos deos. Neq; em̄ mentitur diuinus Dauid, dicens: Omnes dij gentiū dæmonia. Sed dicit: Si Græcorum sacrificia taxas, et criminis non parui rem esse ponis, necesse erit etiā nos Mosaicā legem accusare. Præcepit oues mactare, et similib. modis deo offerre donorū oblationē. Age igitur diligenter inquiramꝰ, quis modus fuerit nos per legē eruditos: & quonā respiciens deus permisit priscis cruētis uti sacrificijs: proinde dispensatio quædā erat, nō tanq; rei necessariæ inuentio (amantis enim cruēta sacrificia esset, accurrere quidē alacriter ad eos qui perficere & offerre illa uolunt, pulcherrimaq; sententia colere, adhæc et iugiter desiderare ut fiant, imò necessariò petere honorē qui sibi ab omnibus debetur, et pro dāno habere, si is negligatur ab ignauis) maxime si declaret nō esse ad utilitatē necessaria, imò et displicere sibi eos qui sic sibi cū macula seruiūt, imò et obiurgare eos, & remorari eos eo tēpore quo offerre oportebat, tanquam frustra laborātes, et ad nullā utilitatem his uacantes adhortari ad meliora. Ad quid enim mihi, inquit, thus ex Saba affertis? & cinamomū ex terra lōginqua? holocaustomata uestra non sunt mihi accepta, & sacrificia uestra insuauia. Et iterū ad hęc. Quis quęsiuit hęc de manibus uestris? calcare atrium meum non adijcietis, si obtuleritis similam, frustra: thymiama, abominatio mihi est.

Dixit autem & per alium prophetam: Holocaustomata uestra cum sacrificijs uestris colligite, & comedite carnem: quia non sum locutus cum patribus uestris de holocaustomatis & sacrificijs, in die qua eduxi eos de terra Aegypti.

Neque enim sanguine deus habebat opus, neque tam crassum & carnalem requirebat cultum, sed tenuē ac spiritualē, nempe in spiritu, qui per ipsam uirtutem perficitur, egregiam & minime prophanam uitam, bonorumq; operum gloria conspicuam, & ad hoc contemplatione ornatam, dogmatisq; ad rectam & ueram uitam exquisitis per mentis fragrantiam, & uere boni ueram et irreprehensibilem scientiam.

Quoniam autem quodammodo impossibile erat, nuper & uix abductum Israelem à fœdis et irreligiosis moribus, et abominatione Aegyptiorum, quum adhuc infirmam et imbecillam haberet mentem, et non constanter incedere posset, ad hoc ut posset, inquam, tam sublime eximiæ uitæ iter incedere, et ad recta pertingere facinora. Manifestum autem quod legem illis instituit per Mosen, quasi spiritaliū puerorum alumnum, et ita ab idololatria abduci præcepit: permisitq; tūc subditis cultum, iuxta priscorum consuetudinē, offerreq; sibi gratiarum actiones et sacrificia sapienter ac solerter instituta, ut quasi in figuris et umbris præmonstrent ueritatem. Formam enim ueritatis lex habet, describiturq; per eam Christi sacramentum.

Semper aūt quodāmodo scientiarū initia perfectam

*Ruina & mali tia dæmonum.*

*Quare sacrificia ciis prisci usi.*

*Qualis cultus deo acceptus.*

*Sacrificia dispensatione data.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



ctam doctrinam non assequuntur, uerum profici A unt paulatim, ad hoc ut recte habeant, & paruum paruo adijciunt ac apponunt, & quasi gradibus, incrementis quibusdam ad meliora proferunt ad motu mentis magis adultæ. Vnde etiam, ut dixi, tempore opportuno, ubi Christus nostri omniũ saluator insulsit, abolitæ quidem sunt figuræ, cessauit autem quæ quasi in litera umbræ infirmitas perquã ille ueteribus scribebat. Itaq; resecuit cruentas hostias, quasi exercitationis opera, ueteribus dispensatiue concessa, & modum puerilis institutionis adimplentia. Dixit enim Christus: Spiritus deus, & adorantes illum in spiritu et ueritate oportet adorare. Quod autem & initio cultus secundum legem non fuerit à reprehensione liber, manifestat per ipsum sapientissimum Mo- B sen, qui legis mediator fuit, dicẽs: Si autem exterminauerit dominus deus gẽtes, ad quas tu ingredieris illuc, ut hereditate accipias terram illorum, attende tibijpsi, ne inquiras, ut sequaris illos. Post quàm exterminati fuerint ipsi à facie tua, ne requiras deos illorum, dicens: Quomodo faciunt gentes istæ deos suos, facia & ego. Non facias sic domino deo tuo: abominationes enim quas dominus odio habuit, fecerunt dijs suis, & filios suos exusserunt igni dijs suis. Prohibet igitur cruentas hostias, quas faciebant dijs suis, qui nesciebant illum. Impingit grauissimum & uere nefarium crimen, & ab ipsis naturæ legibus abhorrẽs, nempe cædem filiorum & filiarum. O magnam inhumanitatem tutelarium deorum, ô grauem crude- C litatem ac ferinam mentem. Nam homines quidẽ retaliant sæpissime lædentibus, & pari ira inimicis se opponunt: sed qudão usq; ad pueros uenit damnum, remorantur furorem & mutuum miserentur sobolis. At illi, sicut dicit Iulianus, propriè sibi, & prout unusquisq; habuerit naturam & uoluntatem, dispensant humanas res, aut eos qui omnino nihil offenderunt, imò & colere uoluerũt. efficiunt infanticidas, hominumq; oblectãtur sanguine, & suum adoratorem nefarijs altarijs mortuum uidentes, delicatam rem esse opinantur.

Ioan. 4.

Deut. 12.

Fortasis dicet quis etiam nos nugari, & contra illos urgere uanam accusationem. Non enim hoc unquam fuisse. Videamus igitur ex Græcorum historijs, an non humano sanguine & precio polluta fuerint altaria & templa deorum illorum. Aristomenes enim Messenius Ioui, cui nomẽ Ithomiti, trecẽtos simul mortuos dedit. Adiecit autẽ & his Lacedæmoniorum regem, cui nomẽ Theopempto. Hinc summus ille & maximus deorum, ac admirabilis: arridebat enim, ut est uerisimile, uiris misere pereuntibus, & refertum uidens suum altare, cibo ex æquo distributo. Deliciæ enim illorum in hominum calamitatibus.

Verum Scythæ circa Thauricã Chersonesum, hospites ad se uenientes Dianæ suæ immolant, su- *Varia exẽpla eorũ, qui bo mines immola bant.* spendentes in portis templi capita. Pulchra quædam deæ uenatio, dum hospitale quoddam mumnus, homicidium offerunt, ut & mari ac fluctibus crudelior appareat, eos qui affugerant rapiens, & ad terram peruenientibus salutis spem mortis facit occasionẽ. Erechtheum Athenienses subterraneis dæmonibus filiam suam occidisse dicit. Dorotheus historicus in quarto Italicarum rerum. Tradit item & Monimus in mirabilium collectione, Peleo & Chironi quosdam in Pellene Thraciæ immolatos esse. Quin & Lesbios Bacchi altare, uirorum sanguine irrigasse dicunt. Et quum adhuc uigeret Græcorum superstitio, erant olim apud Romanos monomachorum certamina, occultabatur autem sub terram Saturnus quidam, lapidibus arte seruatis dehiscẽs, ut incidentis precio contaminaretur.

Insuper & Porphyrius scribit libro secundo de abstinentia ab animatis: Sic enim iterum: Vnde historia nõ solum eorum quorum Theophrastus meminit: sed & multorum aliorum memoriam tradidit, quod etiam olim homines sacrificarint: quia hæc nõ simpliciter, sed quum plena sit historia, dicimus sufficere uel hæc alsignasse. Sacrificabatur enim homo Saturno in Rhodomeno mense Geitnione, die sexta. Et in urbe, quæ nunc Salamin, olim Coronis dicta, mense apud Cyprios Aphrodisio, sacrificabatur homo & nymphæ Agraulidi: & durauit consuetudo usq; ad Diomedis tempora, deinde mutauit ut & Diomedi hominem sacrificaret. Sub uno autem septo templi Palladiũ, & Agraulidis & Diomedis, qui uerò in molabatur, ab ephebis rapiebatur, & tertio circuibat altare, tum sacerdos ipsum lãcea percutiebat in os, & sic ipsum in accensam pyram trusum accẽdebat totum. Et post alia, Sacrificabant autem & in Chio Baccho hominem dilacerantes: & in Tenedo, ut dicit Euelpis Carystius. Apollodorus uerò dicit Lacedæmonios Marti sacrificare hominem. Phœnices autem in magnis calamitatibus, uel bello, uel fame, uel pestilentia, uel siccitate, a- micissimum quendam suffragio eligentes Saturno. Et post alia: Ister in collectione Creticorũ ita cribus arte seruatis dehiscẽs, ut incidentis precio contaminaretur.

Dixerit fortasse quis, cui res Græcorum curæ: Etiam olim fuerunt homicidia, quæ & dijs offerebãt, illa facere assueti, imò malis & terribilibus dæ- D monibus. Vbi igitur Saturnum & Iouem ponemus, Martemq; & Apollinis sororem, Venerem & Dianam, & Semeles filium percussorem Bachum, & eos qui post illos adorãtur, uel fortasis cia offerunt? Et dicant Græcorũ eloquẽtes, uel fateant importunos dæmones, prophanos & malignos, uel esse deos accusent nobiscum, qui in summam crudelitatem perueniant, dæmonumq; malitiæ in nullo cedant, imò & re ipsa electi, utpote sint & nõ alij abominabiles & importuni dæmones. Dicant illud: Quotuplex igitur sacrificantium scopus? Nũquid, ut nequid accedat illis deprecandum, facti sunt homicidæ? quum autem tales abominabiles & prophani, & extremis criminibus obnoxij omnes fieri possumus, si quis fieret etiam



suorum filiorum nefarius homicida, quomodo A non in summam illi miseriam, & imam profunditatem malorum res cederent? Quid fieret grauius quàm perire filium eius, paternáque dextra misere occumbere?

Medea.

Scythica illa & misera mulier, uxor Aretæ, loquax & maga, uiri amatrix quidem erat ab initio: ubi autem peccauit præter spem libidinis eius, facta est puerorũ interfectrix, & uitæ fabula, tragicæq; scenæ argumentum. Hæc proprijs adoratoribus, abominabiles ac prophani, & omnis improbitatis inuentores dæmones cõcedunt, quos dicunt cum dijs & angelis præesse nobis, idq; per mittente deo uniuersorum opifice.

Iam optimi, si nõ dijs, sed potius, sicut ipsi contenditis dæmonibus malignis & terribilibus cru- B enta sacrificia immolabant prisci, non hominum duntaxat, sed & brutorum animalium: interrogarim, quibus igitur per omnes regiones & ciuitates extruxistis templa, & in illis fundastis altaria? Quanquam quomodo non omnibus manifestum est, quod in omni templo & usque ad nostra tempora sacrificarunt, & non erat in illis nec magnus nec partus, nec priuatus, nec sapiens, ne que in summis dignitatibus, neq; inter contemptos & ultimæ classis homines, qui non omnino tam fœdis & cruẽtis usus fuerit sacrificijs. Itaque dæmonibus seruierũt malignis? Quos siquidem erat necessarium auersari, sicut ipse dicit, quomodo nõ erat attentandum sic recte agere ut per hoc studerent uniuersorum deo & patri adhærere? Hoc sane meritò fieret, modo magni quis faciat, C uelle recte ac irreprehensibiliter uiuere, per desiderium alacritatem ad omne bonum quærendo assimilari sanctissimo deo. Nam sic superiores illorum malignitate futuri essemus, & illorum insidijs non comprehensibiles. Et plena quidem est scriptura testimonijs in hoc tendentibus. Scriptũ Psal. 33. est enim: Castramerabitur angelus domini in circuitu timentium eum, & liberabit eos. Afferam autem & ipsorum Græcorum uoces.

Itaq; iam commemorauimus sic scripsisse Porphyrium: ideo prudens uir & castus pie aget, talibus utendo sacrificijs, quibus ad se tales attrahat, operamq; dabit ut prorsus animã purget. Puram enim animam non inuadunt, eo quod illis dissimilis sit. Vnde uidebatur sic sentiendum, etiam D termaximo apud illos Hermeti, qui scribit ad Asclepium de malis dæmonibus in hunc modum, quos oportet seruare, et quos fugare et per i sequi. Vna autem custodia est & ipsa necessaria, cultus. Pium enim hominem et castum, et uenerabilem, neq; dæmon malus, neq; fatum ipsum uincet, uel subditum faciet. Deus enim liberat talem piũ ab omni malo. Cur igitur prætereuntes, id quod ex confesso est, omni laude dignum, tendunt ad deteriora, abominabilibus & terribilibus dæmonibus sua sacrificia persoluí debere dicunt?

Quoniam aũt, ut dixi, Saturno et Ioui, Baccho & Mineruæ, & Marti & alijs offerebant ea, ipsi scilicet & non alij, essent maligni & pestilentes &

deuastatores dæmones, qui deitatis nomen furãtur. Instat & alijs uerbis, quibus non rectam opinionem inferre attentat, & dicit:

IVLIANVS.

Manifestum est, humanam naturam suas sibi leges ponere; ciuiles quidem & clementissimas, ijs quibus misericordia ferme agnata est: duras autem & inhumanas, ijs quibus diuersorum morum inest ingenium. Etenim legislatores paucas naturis & conuersationum studijs adiecerunt. Itaque neque instigantem Anacharsim Scythæ susceperunt. Neque inuenies facile ex occidentalibus, præter ualde paucos, ad philosophandum, uel ad geometriam, uel ad aliquid tale instructos, tametsi Romanorum principatus ualde apud eos inualuerit. Ex his enim ñ qui ualde ingenioſi, solam Dialecticen & Rhetoricen tenent, & præterea nullam aliam disciplinam, tam fortis solet esse natura. Quæ igitur differentia morum in gentibus & legibus?

CYRILLVS.

Arguis igit humanæ naturæ uarietatẽ? at non accusandus est unus iuxta subst ãtię rationẽ cõtra omnes? facti em̃ sumus nõ æquali modo, sed substãtia potius alter ab altero distincti sumus: ita ut unus ingenium sortitus sit liberale & uirtutibus fauens, alius autem fœdum & reprobũ. Ad hæc, ubinam cognoscet quis mentium singularum libertatẽ? Neq; enim erit situm in nobis facere uel bonum, uel malum: ferri autem oportebit nos etiam nolentes absque cõsideratione quo quo nos tulerit naturalis propensionis lex. Opus uerò repugnabit naturæ, imò & reprehensibile erit. Igitur etiam si quis forte crudelis & ferox naturæ legibus ad hoc compulsus fuerit, & liber quidem sit Scytha ab hoc crimine, absoluanturq; omnes, quorum mens ad asperitatem & inhumanitatem propendet. Et si sapientes, congruas naturæ inclinationibus leges ponant, apud Græcos quidem & Romanos, nullus ex mansuetis & sapientibus barbarus esset, nónne sic erit magna exercitationum iustitiæ penuria? Impossibile enim fuerit cogere naturam, ut non sit isthuc ipsum quod est.

Si autem, quemadmodum opinãtur, quidam laborarent naturali improbitate, esset opinor res hæc, euidens negatio creatoris. Formasset enim mala, quamuis secundum naturam sit bonus. Præterea, quomodo qui iusta remunerare solet, fecit quidem uerbo nos ac nostra, prænouitq; suas creaturas? imo quomodo non manifeste læsit, si quidem nonnullis insseuit naturaliter inhumanitatem & negligentiam, indocilitatemq; & insipientiam? quamuis dicat Aristotelicus Alexander in libro de prouidentia de Deo: Nam colligi-

Universidad de Deusto
Biblioteca



mus,ipsum continue & incessanter beatas & optimas efficacias operari secundum quas & nunc ea quæ hic fiunt,ab ipso curantur,inquantum bonus est,& beneficus. Propriũ enim est omnis boni,prodesse. Quomodo igitur bene operans profuit his qui natura sortiti sunt à deo quod ipsi nõ placet? Omnino autem boni est,uelle bona.

Fortasis autem dicet naturæ malũ non inesse tanquam ex necessitate, factas uero esse magis leges naturæ morum congruas. Verum quid hoc proderit ipsi ad demonstrandum quod tutelares quidam, & gentium principes, diꝫ uel dæmones uel angeli gentibus distributi sint? Etiam opinor, imperantium consuetudinibus & moribus conuenire dicet propensam subditorum mentẽ. Dicit enim quod gentes quæ administrantur, singulæ suorum deorum substantias sequuntur. Igitur quandoquidem Scythæ, & alij quidam crudeles & superbi,& ferinis moribus sunt: et ualde fœda & uituperabilia apud multas gentes honestãtur, omnino necessariũ erit tales etiam existimandos eos qui illis præsident, & talibus, uirtutum amator deus,subdidit uirtute prædituꝫ hominem?

Sed Scythæ,inquit,non receperunt instigantẽ Anacharsim. Quamobrem? dic optime, nonne quod natura erant inhumaniores? Deinde quomodo Scytha incitauit? nam & ipse Anacharsis genere Scytha erat, & apud Græcos tãquam sapiẽs admirabilis, atq; adeo ut quidam illum inter septem sapientes numerandum recensuerint.

*Anacharsis unus septem sapientum.*

Quoniam autem ad conformandam sententiam suam non rectam, taxat occidentalium gentium insciti am,& dicit nullum esse qui apud illos liberales doctrinas sciat præter pauciss imos. Age dicamus illi ad hoc,quo facto paucis discendi desiderium insit,quamuis hoc natura non habeant. Nam si quæ præter naturam sunt cõgruè inaccessa & incomprehensibilia,quomodo sapientes illi cum istis fuerunt? Proinde accusabimus nos qui dem minime uniuersorum opificem, quasi natiuam quandam improbitatem quibusdam insseuerit. Vidit enim,inquit,deus omnia quæ fecerat,et ecce omnia bona ualde: attribuamus potius corruptos gentium mores consuetudinibus & educationibus,et populorum præcipuis ducibus,qui leges statuerunt iuxta suas uoluntates: unde uolentes,facile uidere poterunt, improbos quidem esse, & pessime moratos Græcos & Romanos quosdam, tametsi leges illis sint ad optima & admirabilia quæq; ferentes. Sanè Berbaros certum est non omnes esse feroces, sed uenire quosdam ad eam mansuetudinem & iustitiam, ut & laudatissimum nomen obtineant.

*Vnde quarũdã gẽtiũ improbitas ac ferocia.*

*Etiã apud Barbaras nationes philosophi.*

Proinde Alexander cognomento Polyhistor, tradit in libro de symbolis Pythagoricis, Pythagorã uenisse ad Zoran Assyriũ genere. Philosophati autẽ sunt & apud Aegyptios qui dicti sunt pphetæ, sunt & Assyriorũ Chaldæi, & Galatarũ Dryidæ,& Bactrorũ Persicorũ Samanei, & Celtarum non pauci, & apud Persas magi, & apud Indos gymnosophistæ, & ipse Anacharsis, apud Scythas, Zamolxis in Thracia. Ferũt autem quidam etiam Hyperboreas gentes, quæ ultra Riphęos montes habitãt, iustitiæ fuisse studiosas,& abhorruisse à conuictu lauto, et carniũ assatarũ esu: amasse autem solum uesci arborum fructibus.

Aristobulus uerò peripateticus ita inquit: Omnia quidem quæ de natura apud antiquos dicta sunt, dicuntur etiam apud eos qui extra Græciam philosophantur, alia quidem apud Indos à Brachmanis ludæis. Recenset autem & illud: dixisse enim ferunt Chironis Centauri filiam, quæ habitauit cum Æolo, docuisse naturalem philosophiam, magisterium paternum quandam hæreditatem sortitam. Euripides item de illa dicit: Quæ prima quidem diuina prædixit oraculis, & manifestis altrorũ exortibus. Et de his fatis, ne coacerues altrorũ exortibus. Et de his fatis, ne coaceruatis pluribus, sermo auditoribus molestus fiat, ꝛ

Quod autem adinuentiones mentis illius imperitiæ plenæ sint, manifestum certe inde erit: nõ enim naturæ legibus constringimur, quasi necessitate & ui, ut simus improbi & boni, sed multo magis nati sumus liberis & improhibitis arbitriis, ut hanc uel illam uiam incedamus. Porrò uitiligator ille dicax & grauiter nos urgens ubique uolutatur, & ex alijs in alia transfert sermones, prout semper accidat aliquid. Et irridet quidem diuinam scripturam, nihil autem omnino intelligens infert iterum,

IVLIANVS.

Nam Moyses quidem causam reddidit ualde fabulosam de linguarum uarietate. Dicit enim: Quum filij hominum conuenissent, ut ædificarent ciuitatem & magnam turrim in illa, dixisse Deum, opus esse ut descendat, & linguas illarum confundat. Et ne forte existimet quis me hæc calumniari, etiam ex Mosaicis libris legamus cætera. Et dixerunt: Venite ædificabimus nobis ciuitatem & turrim, cuius caput erit usque in cœlum, & faciamus nobis ipsis nomen, priusquàm dispergamur super faciem uniuersæ terræ. Et descendit dominus ut uideret ciuitatem & turrim quam ædificauerant filij hominum. Et dixit Dominus: Ecce genus unum, & labium unum, & hoc cœperunt facere, & nunc non deficiet ab eis, omnia quæcunque aggressi sunt facere: uenite descendamus illuc, ut confundamus ipsorum linguam, ut non audiant unusquisque uocem proximi. Et dispersit illos dominus Deus super faciem uniuersæ terræ: & cessauerunt ædificantes ciuitatem & turrim. Insuper his ut credamus nos, rogatis: uos autem non creditis his qui ab Homero dicuntur de Aloadis, quod tres montes super alios positi



fuisse intelliguntur, ut accessum haberent ad cœlum. Etenim & ego dico, hoc sicut illud similiter esse fabulosum. Vos autem recipientes primum, quare, per deos oro, reprobatis Homeri fabulam? nam illud opinor tacendum apud rudes uiros, quod licet una uoce & lingua omnes per uniuersum orbem homines utantur, ciuitatem ædificare non possunt ad cœlum pertingentem, etiamsi in lateres totam terram coquant: infinitis enim opus esset lateribus æqualis magnitudinis cum uniuersa terra, qui possent fortiter usque ad circulum lunæ pertingere. Esto enim quod omnes homines conueniant, linguáque & uoce una utantur, omnémque terram in lateres & calcem coquant, quando usque ad cœlum pertingent? etiamsi fune subtilius producatur, ipsis filum ducentibus. Hanc igitur fabulam manifestam, quum ueram censeatis, & de Deo opinemini, quod territus sit humanæ uocis unitate, eiusque gratia illorum linguas confuderit, adhuc audetis uobis Dei scientiam arrogare?

CYRILLVS.

Quid confusius istis cogitationibus? opinatus enim est, quod deus summus humanas timeret iusdias, descenderitque ut confunderet illorum linguas, ne admirabili turre in cœlum tendente extructa, fortasis & ipsum ex regni sedibus deiicerent. Deinde quomodo formidare cœpit,sicut loquaci illi uidetur? descendit ut confundat linguas illorum, aspecturus ciuitatem & turrim surgẽtem: an fortasis si maneret quidem in summo & immoraretur suis sedibus, damnãret ex maleuolis ferret, absurdum nõ foret: si autem in terra pugnaret cum illis, facile deiicerentur uiribus, quamuis hoc formidantis esset, non transfugere, imò obuiam ire contra temerarios, sed desistui autem & longissime decedere. Nec ignorauerant insipientibus illis me immisi sermonibus. Deus enim fortissimus est, & nihil est quod perficere nequeat uel solo nutu. Erat autem operæprecium declarare, quod præ magna insipientem, & ad conuicia prosiliat, & attonita mente, & cor de plus quàm par est currupto, sermonum palea conuerrat.

Fingit autem, ut persuadeat, dicens non posse homines super terram, etiamsi eam totam in lateres coquant, perducere illam usque ad lunæ circulos. Dicimus & nos conatum illum impossibilem fuisse his, qui tunc erant. Causam autem rei necessarium fuerit dicere. Non enim dicimus, timentem, ut putat, Deum uniuersorum, diuisisse linguarum uarietate ciuitatem ædificantes, hoc est turrim in illa extruentes, sed potius benefacientem, & à nouis laboribus remorantem. Nam quandoquidem ij qui paulò ante illos fuerunt, ob plurimam impietatem perierãt funditus, Deo illis diluuium immittente: & idcirco timentes, ne forte hoc iterum paterentur, & idem quod illi exitium sustinerent, fœda & stulta studia aggressi sunt. nam suũ sensum diuinæ prouidentiæ quasi opponẽtes, turrim sibi super nubes excitare moliebantur, imprudenter agentes miseri. nam opinabantur fortasis quod diluuium euasuri essent, si aliquo iterum ingruente, ut dixi, ad sublime recurrerent. Vides delictum eorum qui tunc erãt, imperfecta cõsilia, nouam machinationem, quasi Deum promissionis suæ pœnituerit. Erat enim impossibile mentiri eum, qui promiserat se secundo non immissurum diluuium his qui super terram. Dixit enim sic ad diuinum Noe: Non adijciam ultra maledicere terræ propter opera hominum, quia intenta est cogitatio hominis studiose ad mala à iuuentute. Impossibile autem & ob aliam rationem fortissimam Dei manum infamari, quia punire quosdam uult: ut igitur ne utilibus & necessarijs studijs relictis frustra sudarent, dissipauit eos Deus, & multiplicem linguam misit eis, pro pœna & uindicta, uariæ linguæ remedium excogitans.

Quod si dicat, sacras literas dicere eos qui tũc erant, uoluisse usque ad cœlum excitare turrim: nunquid omnino usque ad ipsum cœlum præparamenta dicemus instruxisse? Impossibile enim. Mos autem sacræ scripturæ est, secundum communem etiam apud nos sermonem, pro summitate cœlum accipere. Vnde diuinus Dauid psallit, & hyperbolico sermone utitur, de nautis in mari periclitantibus: Descendentes in mare nauibus facientes operationem in aquis multis, ipsi uiderunt opera Domini, & mirabilia.

*Cœlum pro summitate.*

*Psal.106.*

Quoniam autem meminit Aloadarum, & fabulatorem esse dicit eum quem in admiratione habet, quiq; deorum suorum, quorum cultor fuit, originẽ dedit, age & nos de illo pauca dicamus. Quid admirabile est amice, si fuerunt olim adolescentes corporis firmitudine clari feruentes & tumultuarij, superbiaq; pleni, ac supercilium in cœlos extollentes: quorum mores quales fuerint significare uolens, quasi in exempli specie, ut ego reor, magnum quiddam & rarũ hyperbolico sermone adaptat eis, dicẽs: quod animus illis fuerit, etiã cœlũ ipsum sibi accessibile facere, & siquidẽ possibile esset se coacerua turos montes. Verũ licet hæc Homerus sit mentitus, et fabulose apposita sint, siue etiam aliter habeant, nihil ad nos.

Cæterum quoniam dicit quod in Mosaicis historijs uersantes, adhuc audeamus nobis Dei scientiã arrogare, quo pacto dic obsecro: quid impossibile factum esse dicit? Confessum enim esto quod temerarij illi cupiẽtes turrim super nubes extruere ob nimiam stupiditatem peccauerint, & tam condemnatas cogitationes habuerint, sicut uidelicet Aloei filij: quid hoc ad deum? Nam si conatum illorum timuit, & hoc scripsit Moses,

Universidad de Deusto
Biblioteca



reprehendat, & cessabo: Sin à uanis laboribus cessare facit quosdam, quur frustra scommatis incesit, & immodice impudens est? adijciens:

IVLIANVS.

Redeo ad illud. Moses enim dixit, deum confudisse linguas, hanc nimirum ob causam, quod timens ne quid contra se molirentur, parato sibi in cœlum accessu. Eadem enim tam lingua, quàm mente inter se erant. Opus autem quomodo perfecit? Descendens de cœlo. Non potuit sursum facere, ut uidetur, nisi descendisset super terram. Porrò de differentia iuxta consuetudines & legitima, neque Mose neque alius quis manifestauit, quamuis in legibus & conuersationibus gentium maius quàm in ipsis hominum linguis discrimen sit. Quis enim Græcorum sorori, uel quis filiæ, uel quis matri diceret debere commisceri? Hoc autem bonum censetur inter Persas. Quid opus est pertractare singillatim, & recensere quàm cupidi libertatis, & impatientes iugi sint Germani, quàm tractabiles & placidi sint Syri, & Persæ, ac Parthi, & in summa omnes Barbari ad orientem ac meridiem, & quicunque regnis quæ Latinis dominantur, subsunt, & ea amant? Igitur siquidem absque maiore prouidentia & diuiniore hæc congregata sunt, quur frustra maiora & digniora inquirimus, & prouidentem non colimus? Cui enim curæ non est, quæ uita, qui mores, qui modi, quæ leges, quis ciuilis sit status, nunquid conuenit, ut à nobis ambiat honorem? minime. Videte in quantam absurditatem sermo uester tendit? In bonis enim quæ in humana uita spectantur, potiora quidem sunt ea quæ animæ, posteriora autem quæ corporis. Si igitur, contempsit bona animarum nostrarum, neque curam habuit naturalis nostræ constitutionis, neque nobis misit doctores uel legislatores, sicut Hebræis Mosen & alios prophetas, pro quo poterimus ipsi gratias agere?

*Germani impatientes iugi.*

CYRILLVS.

Igitur quod & calumnietur, & arrogãs sit, dec; Deo nihil quod uerum sit senserit, iam prædiximus: opinator enim & mentem perfectissimam timore aliquando posse uinci, neque posse diuidere homines in multas linguas, nisi descenderit in terram, à supernis transiens, & à summis sedibus desiliens. Ad hęc illi quis dixerit: De deo tibi sermo est amice, qui uniuersum ineffabilibus operationibus fabricatus est, supraq; omnem mentem est, ad quem & diuinus Dauid lo quitur psal. Isa. 26. lens: Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. Et post omnia illius etiam adhuc nos ipse inducit, dicens: Nónne cœlum & terram ego impleo, dicit dominus? Præterea, quomodo non confunditur, dicens, nisi descendisset super terram, non potuisset diuidere in multíplices linguas eos qui tunc erant? nunquid fortasis secundum ueritatem, & corporalem putat fuisse aduentum? legibusne corporum incorpoream subiicit naturam, & localibus mutationibus usum putat eum, qui est sine quãtitate & magnitudine, & prorsum incircumscriptus?

Quod autem irridet Mose uocem, qui scribit superne descendere super terram uniuersorum deum, ignorat quod humanis usus sit uocibus scriens oportere sermones humanæ naturæ modo attemperare: non enim habemus uoces quæ possunt cum gloria Christi contendere. Quoniam curiose scrutatur, quomodonam & unde in gentibus, morum & legum uideatur differentia. Et Mosen quidem, uel illo posteriores prophetas nihil prorsus de illis dicere asserit: deinde differentiarum modos dimetiens, dicit Græcos quidem & Romanos ualde odisse incestas matrum & sororum coniugia, alijs uerò probari. Approbat autem Germanorum rebellionem, & aliorum mansuetudinem. Postea incusat ob nostram ignauiam uniuersorum Deum, nisi ipse fuerit tam scelerum, & infensorum iusticiæ legislator ac discretor. Age dicamus ipsi: Delinquis homo: nam his qui turrim usque in cœlum tendentem stultissime præparabant, damnosa fuisset tunc uocum concordia. Vnde confudit ipsorum linguas, & mentis & sermonis conditor. Sanè quomodo congruat optimo deo gentes in diuersos mittere mores ac ritus, qui inter se nihil conueniebant? Habet enim causam, & ut dicam totum exordium, est causa hæc. Non est omnibus animus ecundi uitam nobilem ac irreprehensibilem. Quippe naturam hominis ab uniuersorum opifice coditam esse dicimus, non indigam omnis boni, sortitamq; utilium scientiam. Adiuuat autem nostras rationes diuina scriptura. Voluptates enim & uariæ affectiones admissæ corrumpunt eos, & dignas cogitationes ab omnium mentibus auferunt. Et quibus quisque malis capiuntur, his eos & subijci necessum est. Vniuscuiusque enim hominis mens est sibi lex, & ad id quod uidetur libera. Atque ita etiam si malis & iniquis quibusdam imbuantur legibus, nihilominus tamen ad meliora & utilia facile uolentes transeunt: non naturæ legibus ad turpiora astricti, neque uinculis inuitabilibus ad hoc quod præter uoluntatem est coacti, sed liberi sunt ut eant ad hoc quod melius est. Quapropter non contemnendum quod diuisæ sunt gentes, iuxta morum & legum differentias, tametsi quomodo, non omnes consentient: quod



quod siquidem omnibus hominibus esset eadem mens & uoluntas uelle uiuere secundũ quod deo placet, idem nimirum foret omnium mos, eadem conuersatio, eadem lex, omnibusq; modis ad bona opera uergerent. Postquam autem, ut dixi, cõtempta uita, quæ homines decet, & relicta meliore, & legibus conformem, deoq; gratam conuersationem, pro deteriore, corporali ac beluina commutauimus, nimirum aurea pro æneis, iuxta Homeri fabulam: & multijugis uoluptatibus uicti, ea quæ maxime utilia à tergo relinquimus, momentaneas delicias præferẽtes. Et hanc ob rationem moribus & ritibus distincti sumus, ut alij quidem non omnino uituperandi, alij uero plurimum. Ne igitur hanc ob causam arguat deum, perinde ac nostram curam contempserit, naturalemq; nostram constitutionem neglexerit. Nam si cognosceret quosdam inter homines degẽtes, & aliud sortitos initium, neque esset naturæ nostræ, iam non, ut opinor, de hominibus sermo fieret. Nam si extra definitionem & rationem humanitatis positi fuerint, neutiquam inter nos eorum censendi, sed habendi inter alia quædam animantia, quæ nullo modo hominibus sunt assimilanda. Veruntamen in medium prodeat, & tale quiddam ostẽdat, ne uideamur frustra ipsum perstrinxisse, dicentem quod deus naturalem nostram constitutionem cõtempserit: sed nunquam poterit. Errat autem, & fortasse naturas cum legibus & consuetudinibus pro eodem ponit.

Quod autem & Mosen, & legem, & prophetas etiam gentium turbis donarit deus, superior sermo nobis abunde commonstrauit: ostendit enim quod qui ex sanguine Abrahæ nati, imò & ipse diuinus Abrahã, alienigena, & ex Chaldæa uocatus est à deo ad ueritatis cognitionem. Etiã eos qui in Aegypto idolorum cultui deditos seruauit Deus per mediatorem Mosen, & instruxit lege, ut recte ac inculpate se haberent, atque ita si quis rem diligenter expendat, principium uocationis gentium merito fuerit Abraham, & post illum qui ex eo nati sunt. Missus autem est et propheta Ionas, prædicaturus in Niniue, neque ipse ultro ibat, sed deus ut opus perficeret, imperabat. Dominus enim est uniuersorum: quia omnium est autor ac dominus. At ille contractam eius potentiam arbitratur, & uix posse usque ad terminos ludææ regionis pertingere, & quasi sortem quandam occupasse, deberecq; imperare his solis, qui ex sanguine Israel nati sunt, & ita parum differre ab alijs gentiũ principibus, quos ille crebro deos nominat ac dæmones. Dicit enim iterum:

IVLIANVS.

Sed uidete an non & nobis dederit Deus, quos uos ignoratis deos ac præsides bonos, non minores, quàm ille qui ab Hebræis ab initio colitur in Iudæa, quam solam, ut Moses & qui post illum usque ad nos, dicunt, curandam ille suscepit. Si autem qui adhuc colitur ab Hebræis, intendens esset mundo opifex, nos de illo melius sentireuus, bonáque nobis dedisset, meliora quàm illis, tam ea quæ animæ, quàm ea quæ extra animam, de quibus paulò post dicemus: misit etiam ad nos legislatores, non inferiores Moyse, si nõ & multo præstantiores.

CYRILLVS.

Quoniam ex his quæ scripsit Moyses & posteri eius sancti prophetæ, tentat monstrare, quod soli ludææ imperat Deus: age nos contrà, sermonem cõtexentes, mendacem eum declarabimus. Moyses enim unum naturalem & uerum deum prædicauit, summum ac super omnes, & ultra omne quod genitum est, & uniuersum hoc fabricasse dicit illum per filium in spiritu, id quod per nos prolixis sermonibus iam manifestatum est. At Iulianus ille bonus, summum & super omnes, & ultra omne quod genitum est, dominationisq; gloriam in omnes habentem immundis dæmonibus connumerans: Videte, inquit, an nõ & nobis dedit Deus, quos uos ignoratis deos, & bonos præsides, nihil minores quàm is est, qui ab Hebræis colitur.

Bonos, dic obsecro, deos & præsides tibi & tecum sentiẽtibus datos esse dicis: quales nam? & quibus præsidentes gentibus? Num Thauricam inhabitantib. Chersonensum, et Scythis, crudelissimisq; alijs Barbaris, qui mansuetudinem & pla ciditatem nihil faciũt, appreciant autem grauem iram, & impotentiam animi, prophanosq; alios mores, insuper & gloriam putant homicidium. Num Persas curant, quibus honestum & dignũ est, nuptias cum matribus habere? Etiam inquit, Græci & Romani æquis & humanis gubernantur legibus, optimosq; habent præsides uel dæmones. Dic præterea uir fortissime, quomodo non melius erat & consultius, omnibus esse bonos pædagogos, mansuetosq; suaues & benefícos? Hæc enim gloria dei erat. Et quoniam est bonus, quomodo non dicis esse necessarium, omnis boni subditis esse datorem?

Attamen inquit: Etiam si esset deus qui ab Hebræis colitur, princeps, ut alij, nos tamen sortiti sumus meliores. Si autem intendens mundo esset opifex, melius nos de illo intellexissemus. Vnde deducit eum quasi in secundum ordinem & naturam, post primum intendentem mundo opificem. Etenim bonũ ei præponunt, immobilemq; ipsum esse dicunt, & omnino res nostras non curantem, secundum uocant deum, quem & intendentem uocant creaturis. Verum siquidem hic esset, inquit, melius nos de illo intellexissemus. At de his nunc subtilius loqui prætereo. Dicat autem, quomodo melius de illo intellexerunt, qui dijs alijs & numero pluribus, regnum gentium inter se diuiserunt? Quamuis quo pacto non esset illi melius, omnibus imperare, & omnium celebritate coli? & quo pacto gratum ei doceri à quibusdam gentes, idq; non secundum quod ipsi placet? quando quidem bonus est, sic autem

uiuere (siquidem alicuius pensi bonum facit) & exasperari ad iras, suamq; uoluntatem non curari? Cæterum quod Græcorum legislatoribus & sapientibus & doctoribus, nostri incomparabiliter meliores sint, tempestiue ostendemus. Persistens autem ille in suis adinuentionibus, & quasi seipsum mendacio patronum conducens, iterum inquit:

IVLIANVS.

Igitur nisi id quod dicebamus, nempe quod unamquanque gentem suus princeps deus curat, angelusque sub illo, & dæmon, ac animarum priuatum genus (quod subditum est, & sub præstantioribus operatur) ponat in legibus & in moribus differentiam, ostendantur quo pacto facta sint hæc ab alio. Etenim non sufficit dicere: Dixit deus, & facta sunt. Confiteri enim oportet præceptis Dei, eorum quæ facta sunt naturas. Quod autem dico, manifestius dicam. Deus iussit ignem ferri sursum si contingat, terram autem deorsum, non ut præceptum fiat dei, hoc quidem oportere esse leue, illud autem graue. Ita & in talibus similiter. Et post alia: eodem modo de ijs. Causa autem, quia hominum genus corruptibile quidem & fragile, merito & opera eius corruptibilia & mutabilia, & omnibus modis conuertibilia. Cæterum deus quia est sempiternus, & præcepta eius talia esse conuenit. Porrò quæ talia sunt, uel naturæ sunt eorum quæ sunt, uel consentientia his quæ natura sunt. Quomodo enim natura cum præcepto Dei pugnaret? quomodo amitteret consensum? quamuis etiam imperauerit, sicut linguas confundendo, ne inter se se consonarent. Sic autem & gentium gubernationem non fecit solo præcepto, sed ad hanc etiam nostram præparauit fieri dissonantiam. Oportebat enim primum esse diuersas naturas his, qui uario modo inter gentes erant futuri. Videtur sanè hoc & in corporibus, si quis spectet, quantum Germani & Scythæ, Libésque & Aethiopes differant. Nunquid & hoc nudum est præceptum? Et nihil aer, nihil regio, ad situm ad cœlestia cooperatur?

CYRILLVS.

Abunde mihi dixisse uideor causam, ob quam gentes separatæ, diuersis moribus & legibus, aliter & aliter se habeant: nam quod quidam sic uel aliter uiuere solent, electionis impetui & progenitorum educationi tribuimus. Adiuuabit autē nos celebris ille in scenis & affectuum monstrator Sophocles. Dixit enim sic:

Ciuitas est enim tota ducum,
Exercitusq; totus, qui inhoneste agentes
Corruptorū magistrorū sermonibus fiunt mali.

Audis quod inhoneste uiuere liberum sit, & ex doctoribus, & nō ex naturali necessitate, quibusdam contingat. Si aūt, sicut ille dicit, quia principibus gentium dijs & dæmonibus tutelaribus distributæ sunt gētes, in legibus & moribus ponendæ sunt differentiæ: dicat ambo iterum, Vtrum humanis consuetudinibus & legibus, non uolentes annuerunt tutelares dæmones, ipsi aliud sentiētes, uel certe uicti cesserunt his superioribus, & secundum quod illis placet, persuaserunt, & non propriarū uoluntatum motibus accesserunt ad ea quę singulis uisa sunt preciosa. Igitur siquidem hominum uel cōsuetudinibus uel moribus congregati sunt dij, fuit cq; præter uoluntatem eorum res, non tam admonent, quàm edocti ipsi, & à subditis reipsa ceruice subiugata, correpti sunt.

Deinde, quomodo subijciūt deo gentes, dum illæ nesciunt & nequeunt afferre ea quæ uellent? Quę inde utilitas, doceat. Si aūt leges tutelarium deorum obedientiam inueniunt, referendæ erūt in illos meritò causæ diuersitatis gentium, in qualitate morū & legū, quantacunq; illa sit, & quamlibet dissimilis. Proinde erunt inter tutelares, hoc est gentium principes deos & dæmones asperi & inclementes. Nam quales spectātur subditæ gentes, tales necessario intelliguntur & præsides.

Præterea an non est manifesta blasphemia cōtra deum, dicere, omnes homines qui super terrā, subiugādos esse abominabilibus, & in omnia absurda deducere solitis? Et quod adhuc grauius ac intolerabilius: Oportet enim, inquit, diuersas esse naturas, dissimiliter futuris, ut respondeant tres ordinationibus dei. Igitur sicut erat necessarium, ignem secundum naturam esse lenem, ut sursum ferri: grauem autem terram, ut posset infra sidere, & semper manere: ita similiter oportebat, & malæ naturę esse quosdam inter homines agentes, et ita factum esse ab opifice, eo quod gentium principum uoluntatibus subditos esse oportebat; & quis illi ad emendationem sufficiens erit sermo, qui regitur ab aliquo qui recta sapere solet?

Et quomodo absoluet uniuersorū opificem, ne carpendus sit meritò, q̄d malarum naturarū sit factor? Etenim si non uoluntarie ad hoc ipsum adductum esse dicat, uincitur fortasis à quodā præsidēte & excellentiore, qui eum cogere potuit, & est aliquid melius illo. Si autem quod non inuoluntarie, sed ultro operans ad hoc uenerit cōtendat, quomodo bonus est, & ex bono? Dicit enim Plotinus de eo ita, & non propriam, sed Platonis potius affert sententiā: Quum aūt mens sit causa, patrē inquit bonū, & ultra mentē ac essentiā. Sæpe autem eum qui est & mentē, Ideam uocat. Ira ut Plato asserat, ex bono quidem mentē, ex mente aūt animam. Et sunt sermones isti, neq; nūc inaudites, sed olim quidē dicti sunt non aperte. Sermones autem præsentes illorū interpretes sunt, Iraq; si patrem



si patrem fuisse dicit bonum, opifici: condidit autem naturas non bonas, redijt uituperium in ipsum bonum, per mediatorem dico intendentem mundo opificem, uidetur enim ita illis dicere.

Cæterum admiror, quod & corporum colores accipit ad demonstrationem, utinde intelligatur, quàm diuersa sit natura gentibus. Quod si opinatur, hic se aliquid uerum uel sentire uel loqui, non sentit se delinquere: oportebat enim, ut ego opinor, uni colores omnes inter se eiusdem esse animi, & consentire: & siquidem esset quis candidi coloris, & iste bonus, nullus bonus foret qui nō esset talis. An non ridicula sunt ista? non ne temere nugatus est, & sermones omni confusione plenos eructauit? Demum quomodo hoc ambiguum. Temerè aūt cōtra dogmata loqui pietatis audet, & sanctum Mosen calumniatur, & existimat, q̄d sicut ipse senserit ac seduxerit, & ille mentiatur, ueritatemq; cancellet. Dicit eñ iterū sic:

IVLIANVS.

Quod autem & Moses sciens, occultauerit tale, neque linguarum confusionem in deū solum retulerit, hinc accipe. Dicit enim ipsum non solum descendisse, neque unum cum ipso descendisse, sed multos: eos uerò qui tales sunt, non dixit. Manifestum autem quod proximos sibi ut simul descendant suscepit. Si igitur ad confusionem linguarum non dominus solus, sed & ij qui cum ipso descendunt, manifestum quod ad confusionem morum, non ipse solus, sed & qui cum ipso linguas confuderunt, merito coassumuntur, ut huius distantię sint autores.

CYRILLVS.

Igitur consitetur Moses, non tam aperte uoluisse dicere, quod aliqui cum deo uoluerint descēdere, ut linguas confunderent, sed solum hoc. Venite descendamus, & confundamus ipsorum linguas. Iā quomodo ipse quod sibi placet diuinat, & deos esse proximos in æquali cum naturali deo glorię statu descendentes dicit? tametsi ualdè manifestè, & non semel, sed sæpissime, diuinus Moses, falso cognominatos deos taxarit, unum autē quit, deum tuum adorabis: & illi soli seruies. Et iterum: Qui sacrificat dijs alienis, exterminabitur: nulli præter quàm domino soli seruies. Dixit aūt & ex persona dei: Non erunt tibi dij alieni, præter me. Proinde quomodo nouit deos alienos, qui simul descenderunt, & aliquid operati fuerunt, cū naturali uero & unico?

Cæterum quomodo dixit: Venite, & descēdamus, posuit de uno. Non ignorauit Moses quod deus unus, hoc est una deitatis natura, in sancta et cōsubstantiali trinitate adoratur, nempe, in patre & filio, & spiritu sancto. Singula enim nominata personis & subsistentijs proprijs creduntur esse quod sunt. Pater enim pater, & filius filius, & spiritus spiritus. Veruntamen essentiæ identitas ad unitatem colligit. Quod autem & suis doctorib. qui maxime sapientes habiti fuerunt, & ob hoc ei admirabiles, uisum est, quod diuina & incorrupta natura, usq; ad tres subsistentias propagetur, superius indicauit sermo: nihil autē offendat, si paucis denuo repetatur. Vnde Plato deum quidem summum dicit bonum, & ex ipso effulsisse mentem, esseq; intendentem mundo opificem, quum primus in immobilitate existat, & tertium affert, animam, à qua omnia moueri dicit. Et hæc quidē ille: at nos sanum & expolitum ueritatis sermonē de summa deitate componimus, ac dicimus, genitum esse ex deo & patre, æqualem natura, & incomparabilem ad quodcunq; aliud quod sibi simile: procedere autem & spiritum sanctum, in quo omnia uiuificat. Igitur procedit ineffabiliter ex patre uiuificus & sanctus spiritus: suppeditatur autem creaturæ per filium. Sciuit ergo Moses in sancta trinitate uenerabilem & unam deitatis naturam, & ob hanc rationem interdum singulari utitur numero, & interdum plurali, ut cum dicit: Faciamus hominem secundum imaginem nostram & secundum similitudinem. Neq; enim deus alios quosdam ad formationem hominis adiutores fecerat: sed dum dicit, Faciamus hominem secundum imaginem nostram, sanctæ & consubstantialis trinitatis est manifestatio. Vnde & hic, Venite descendamus, & confundamus ipsorum linguas, non indicat alios simul assumptos deos. Quo pacto enim uel under nulli eñ sunt, sed sanctæ trinitatis uenerabile ac magnum & sanctum subostendit sacramentum.

Tvinitas & unitas.

Gen. 1.

Gen. 11.

Dignum autem & illud admiratione. nam licet uel sibi saltem uideatur sapiens, non confunditur deo uirtutum amatori, humanorum affectuum tribuere peruersitatem, & cum alijs ipsum autorem esse factum tam fœdarum & nefariarū rerum. Nam de linguarum confusione rationabilis causa dari potest. Si enim qui tunc erant in extruenda turri frustra laborabant: prohibere uoluit uniuersorum opifex, sicut et prohibuit multiplices faciendo linguas. Res autem hæc non lædebat eos qui nihil patiebantur, ut fierent mali ex bonis, & ex optimis moribus in deteriores transirent. Omni enim homini ineſt, posse probate agere, & uiuere honeste, etiamsi aliam & aliam habeat linguam, quæ græcitatē non resonet. Morum autem peruersitas, quomodo non his qui super terram, damnosa est? An non exosa sunt Barbarorū crudelitas, & irrefrenata ira, & intēperata desideria, & impunita homicidia, & quæcunq; nostris legibus castigantur? quomodo igitur optimus deus morum peruersitatem effecisset? Cæterùm recapitulans totum sermonem, iterum sic inquit:

IVLIANVS.

Cur igitur hoc tot uerbis dicere uolens, pertractaui? nempe, quod siquidem ille qui à Mose prædicatur, intendens mundo opifex esset, nos de illo meliores habeamus sentētias,

Universidad de Deusto
Biblioteca



qui communem quidem illum omnium dominum esse recepimus: gentium autem principes alios, qui sub ipso quidem sunt, & quodammodo sub rege principes agũt, singulos suarum prouinciarum eximiam curam habere, & non facimus illum in diuersa quadam subditorum deorum regione constitui. At ei quia unius cuiusdã regionis dominum illum facit, opponitur uniuersi principatus. Melius nobis agnouisse uniuersorũ deorum, & post hoc neq; illum ignorasse, quàm principatum minimæ prouinciæ sortitum, pro opifice uniuersorum colere.

CYRILLVS.

Igitur qui à sapientissimo Moyse prædicatur omnium opifex, idem & omnium dominus est, uisibilium ac inuisibiliũ, & nulla est mens quæ non certissimè illius sceptris submittat. At iste iterum tribuens regnum eius immundis & apostatis dæmonibus, melius de illo se sentire dicit: magnaq; sermonum ambage adijcit, si unus prouinciæ deus sit qui à nobis adoratur, melius esse unum, & prorsus non ignorari. Sed quod unũ & super omnes nos non ignoremus, non paruo sermone demonstratum est. Audiant autem & à nobis, qui cum illo errãt. Surdi audite, et cæci suspicite ut uideatis, desistite à tam abominabili & ridiculo cultu. Vnius regionis et falsi nominis deos, imò non existentes amandate, unum autem naturalem & uerum nobiscum adorate. Quod autem falso dicat, dijs alijs uicarijs, gentiũ principibus quibusdam distribuisse regnum suum, uniuersorum deum, absq; labore ex diuina scriptura qui uolunt intelligere possunt: attentabo enim demonstrare illam rem quam noluit. Igitur Israel olim contempta salute sua in deserto uitulũ fecit, propter quod indignatus deus dixit sacrorũ duci Moysi: Vade transi hinc tu & populus tuus, quẽ eduxisti ex terra Aegypti, in terram quam iurauí Abrahæ, & Isaac, & Iacob, dicens: Semini uestro dabo hanc: et simul mittam ante faciem tuam angelum meum. Non simul ascendam tecũ, eo quod populus iste duræ ceruicis sit. Et dicit: Populus audito isto uerbo duro, lugubrem planctum fecit. Et dixit ad eũ Moyses: Nisi tu ipse simul comes fueris, ne me hinc ascendere facias: & quomodo uerè notum erit, quod inueni gratiam apud te, ego et populus tuus, nisi tu nobis comes fueris. Et dixit dominus ad Moysen: Et hunc tibi sermonem, quem dixisti, faciam.

*Graue est non esse sub deo.*

Vide itaq; Israelem sub deo facere fructũ, & in summa esse felicitate. Vbi autẽ impegit nõ mediocriter uergens in defectionẽ, pro pœna accepit ut sit sub angelo. Diceret autẽ quis, quod & sanctũ illis deus promittat angelum. Verum incomparabiliter melius erat esse sub uniuersorum domino, & non quibusdam alijs sub illo subditum esse, id quod & ad preces & mœrorẽ sapientissimi Mosis facere omisit. Cæterùm siquidem fuisset necessarium & utile Israelẽ sub angelo fuisse, neq; Moyses hoc deprecatus esset, neq; uniuersorum deus deprecanti bonum annuisset. Postquam autem ab ira sua cessauit, seipsum fore comitem Israeli, licet multum peccanti, dixit. Manifestum hinc fuerit, quod neq; præter uoluntatem dei, neq; inhonestum Deo, dominari his qui super terram sunt, non per mediatorem aliquem, sed intente, & ut sic dicamus, ipsemet operans. Quin & detrimentosum hominibus, si sub alijs quibusdam sint uel gentium principib. uel angelis, etiamsi boni quidem sint, sanctiq;, & summo deo subditi.

Afferam autem & aliud quoddam lectoribus non parum conducibile. Nam maligni & apostatę dæmones eos qui super terram erant, à deo diuiserant: factus est autem homo, unigenitus Dei uerbum, fortissima dextra patris, omnium domi-natrix manus, ut liberans illorum crudelitati obnoxios, offerat deo & patri: & fidem faciat sapientissimus Paulus, sacramentorum eius minister, scribens: Quemadmodum enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur, unusquisq; in suo ordine: deinde hi qui Christi in aduentu illius, postea finis, quando tradet regnum deo & patri, quando abolebit omnẽ principatum, & omnem potestatem ac uirtutem. Audis, quod abolenda est omnis potestas, & uirtus, tollendaq; in uniuersum diaboli crudelitas. Tradit Deo & patri regnum filius, quasi liberans à tyranno direptum, & offerens illud genitori. Non enim statuens se extra regnum traditi illi regnum, sed liberum, ut dixi, & expulsis hostibus nullóque alio eorum qui super terram, regnante, quam ipso & solo per filium cum sancto spiritu. Præterea quomodo non ingratum esset illi, homines super terram esse sub quibusdam gentium principibus, uel tutelaribus dijs, qui & nobis similis factus est, & sustinuit crucem confusione contempta, ut nefariorũ dæmoniorum tyrannidem, & fatum in nos expellat?

Libri quarti finis.

CYRIL.



CYRILLI ARCHIEPISCOpi Alexandrini, contra Iulianum, pro religione Christiana, Liber quintus.

Ps.147. Beatus Dauid linguæ intemperiem, pessimum esse morbũ declarans, aq; illo seruari petẽs dicit: Pone domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labijs meis: Ne declines cor meum in uerba malitiæ. Etenim ea quæ docent uere sapientes sapere, & inculpato sermone proferre, omni laude dignũ quis meritò dixerit. Scriptum est enim: Qui in sermone non labitur, hic perfectus uir est, potẽs refrenare etiam totum os. Etenim linguam indomitam & dissolutam, inq; omne quod uituperatur, ruẽtem: quomodo quis non merito culpauerit? Planè, mea sententia, eos qui tam grauibus morbis laborant, recte quis intra extremam penetrare malitiã dixerit. Age igitur talem quendam demonstremus fuisse uitilitigatorem ac criminatorem Iulianum, cui nos omnia implere sua dicacitate: neq; ullus unquam ex his qui ante eum Christianam religionem impugnarũt, adeò conuicijs fuit deditus. Etenim præter ea quæ ausus est dicere, utiq; etiam sapientissimi Mosis legem perturbat, & contra diuina præcepta, quantum potest, clamat: ut siquidem impietia crimen esset, etiam propter illud meritò corrigeretur. Scribit enim sic:

IVLIANVS.

Admirabilis est illa lex Mosę, quam Decalogum uocant: Non furaberis, non occides, non dices falsum testimoniũ. Scribantur autem suis uerbis singula mandata, quæ ab ipso deo conscripta dicit: Ego sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Secundum post hoc: Non erunt tibi dij alij præter me, non facies tibi simulacrum. Et causam ponit. Ego enim sum dominus deus tuus, deus zelotes, reddens peccata patrum in filios, usq; in tertiam generationem. Non assumes nomen domini dei tui inuanum. Memento diei sabbathorum. Honora patrem ac matrem, non mœchaberis: non occides: non falsum testimonium dices: non concupisces rem proximi tui. Quæ gens est, per deos oro, quæ non mandata alia seruanda censet, præter illa: non adorabis deos alienos: & memento ut ferues diem sabbathi? atque adeò ut præuaricantibus posita sint nonnunquam supplicia grauiora, interdum similia, interdum etiam humaniora, quàm ea quæ à Mose irrogantur.

CYRILLVS.

Oblitus mihi esse uidetur instantiæ, quã sæpissime facit, declarare uolens, quod gentes nõnullæ æquis & mitissimis gubernẽtur legibus, nonnullæ ferocius agant, ita ut impune in quoduis malum ferantur. Singuli enim gentium principes, hoc est, tutelares dæmones, sicut ipsis placet, principatum sibi distributum gerunt, & subditis leges ferunt iuxta suam sententiam. Quomodo, inquit hic, omnes gentes, & fatetur esse nullas nolentes honorem dare? Quid igitur sit, quod tam uario & admirabili persuadeat, ut summe uituperet legem, dicere non possum.

*Decalogi explicatio.*

Duo enim maxime necessaria, & hæc præ alijs posita præcepta ut ordinentur cætera, quibus & recte ad optimam uitam contingit peruenire. Potentissimam enim omnium dico esse religionem in Deum, per quam omnem descisendi modum uitare licet, dum nulli tribuit, quod illũ & solum decet, solíq; debetur. Ego enim sum, inquit, dominus Deus tuus, & non erunt alij dij præter me. Igitur quando etiam in nostris rebus & negocijs recta ueritatem sectamur, omnibus iustis gratum est, & exosum est mendacium: quomodo non dignissimum fuerit, ut exactissima & diligẽtissima cognitio quæratur eius quod uere est, & nõ aliò, & ad ea quæ minus decet transeatur, falso nominatos, & hos qui non sunt, deos colendo?

Postquam autem ostendi unum & uere ac naturalem esse Deum, præcipit ut reuerentiam erga parentes diligenter curemus, propositis præmijs his qui illam curant preciosissimis. Honora inquit, patrem tuum & matrem tuam, ut bene tibi sit, & eris longæuus super terrã. Deinde post hoc omne genus improbitatis prohiber, nefarios que mores suggillat. Non enim occides, inquit, non furaberis, non adulterium facies, &c. Adhæc, quomodo quis non admirabitur sapientissimum Mosen, & legem ab illo positam omni admiratione dignã non censebit? nisi fortasse hi qui ea quæ Græci sapiunt, sectantur, & nihili faciunt præclaram ac religiosam uitam.

Dicit autem quod hoc sciant & seruent omnes etiam gentes. Dicat & hoc, num ab alio didicerint, & tulerit quispiã ante sapientissimũ Mosen leges tales? sed non poterit dicere fuisse legislatorem ullum Mose antiquiorem. Porro quum gentes habeant utilium scientiam natura à Deo insitam, & sortitæ sint facultatem discernendi mala à melioribus: utique optimæ sunt doctrinæ, quas & ipsa naturæ lex commendat. At dicit naturam hominis fuisse indigam, ut scientiã possideret qua per se utilia addisceret. Opus sane erat recte eruditione omnibus, qui per uniuersum habitant. Igitur meritò lex Mose admirabilis est. Ostendit enim his, qui nesciunt quæ facienda, quo pœnas effugiant, & honore digna perficiant. Dicat mihi & illud interroganti: Nunquid laudibus dignatur recte uolentes uiuere, & talia mandata seruare? non occides, non mœchaberis, non concupisces rem proximi tui, non dices falsum testimonium, non peierabis, & cet. uel etiam illos conuicijs impetendos putat? Igitur siquidem

Universidad de Deusto
Biblioteca



quidem laudat, quomodo accusationem tam admirabilem temere facit? Custodiunt enim, quæ omnium maxime admirabilia nouerunt. Si autem minime quidem probat, immò reprehendit potius, cognoscetur utique inde, quod dignatur admirari ea quæ Græcorum legibus interdicta: & colenda ea deligit, quæ omnium calculo condemnata sunt.

Nam Solon quidē & Lycurgus optimas Græcis leges condidisse dicuntur. Et antiquior utroq; Moses quidem fuit: hi autem multo posterioribus temporibus uixêre. Nunquid autem, dic obsecro, quum per mandatum Mose manifestè prohibeatur, non esse occidendum, neque alienis nuptijs insidiandum, condemnenturq; furtum, periuria, & falsa testimonia, & decernantur delinquentibus pœnæ: non uidebuntur hęc suis legislatoribus bene habere? non ne deprehenduntur hi similibus sermonibus usi. Itaque quod ea, quæ scripsit Moses, absona uideantur Soloni & Lycurgo, doceat uel obiter: nobis enim sufficit illius condemnari calculis eos, quos admiratur. Si autem conueniunt interdum cum Mosaicis illorum præcepta, multum' que probantur, quando cum Hebræorum legibus conferuntur, quomodo non sentit, quod nostros progenitores cũ suis, conuicijs afficiat? Sed quod per uniuersum orbem familiariter obseruata sint Mosaica, & quod dicit quia nulli displiceant, num idcirco obliteranda erant? imò quo pacto non magis admiranda, quæ omnium suffragijs honesta censentur? Doceat item quas res magis laus sequitur. Nonne rectius ea habere quis adstipulabitur quę omnibus placent, & quibus bene agitur, quàm quæ paucis, & fortasis ne uni quidē? opinor autem, quod ea quæ omnibus. Ita autem se habent Mosaica præcepta. Deinde quomodo per illa ipsa Mosen extremis criminationibus subijciet, per quæ ualde admirabilis est?

Si autem id quod Moses prius dixit, placetq; omnibus, uult ita obscurare, ut ne laudare quidē ea deceat. Dixerim sanè, quod & multis alijs, non obscuri nominis, eadem quis cum illo sentire uolens, meritò obiecerit. Primi quidam artium & scientiarum inuentores fuerunt in his quæ ad hanc uitam pertinent: et hi quidem textoriam, alij ærariam, alij coriariam, & cum his medicam, aliaq; multa necessaria à multis excogitarunt. Igitur quum hæc omnibus placeant, & necessariò curentur, & porrò seruantur, laudibus ne & admiratione priuabimus inuentores? minime hoc fiat. Hoc em plus laudis cõciliare debet eis quod industria illorum inuenta celebrantur ab omnibus. At impersuasibilis & audax ille non solum diuina accusat præcepta, sed & aliud quiddam adijcit ac dicit.

*Ex Græcorum legibus Mosaicæ leges probãtur.*

IVLIANVS.

Verum ille cum blasphemiam in deum dicit: Non adorabis deos alienos. Deus enim est zelotes, inquit. Et alibi iterum: Deus noster ignis est consumens. Insuper homo zelotes & inuidus, reprehensione tibi dignus uidetur. Laudas autem, si zelotypus dicatur deus? quàuis quomodo rationabile, rem tam manifestam falsè obijcere deo? Nam si zelotypus, inuito illo omnes dij adorantur: & omnes gentes deos adorant. Et quomodo non repressit zelans & nolens adorari alios, sed seipsum? Nunquid non tam potens fuit? uel nunquid principio uoluit adorare alios deos? Sed primum quidem, quod non potuerit dicere, impium fuerit: secundum uerò cum nostris operibus consentit. Desinite ab hoc deliramento, & hanc blasphemiam ne in uos ipsos prouocare.

CYRILLVS.

Fingit quidem religionem erga Deum, neq; abque causa uideatur diuinæ scripturæ sermonibus incubuisse. Turpissimum enim esse dicit ac stultum, nec pœna carituru, deum appellare zelotē. Audiat igitur, quod deus quidē est ab omni passione alienus, solidus & immobilis semper in suis bonis, neq; immutari potest eius duratio. Theologi enim affectiones quę in singulis operibus eius interpretari uolentes, nostris ac humanis utuntur uocibus, quandoquidem aliter loqui nõ possunt. Nam zelotypia quidem & ira, et quęcunq; in his æqualia sunt, in humanis cogitationibus affectiones ostendunt. Vincit enim animæ cuiusuis natura, quod infirmũ: et quod facile offendere solet ex ea, quod infirmũ: et quod facile offendere solet ex ira, quod infirmũ: et quod facile offendere solet ex pugnat. Quod si & de deo dicantur, tunc admodũ decenter, uerisimiliter que cũ natura ineffabili agendũ, infirmitatibus q; nostris inaccessam eam sentiendum, & ita nullo modo impie agitur. Quãdo igitur deus nominat zelotes, intelliges, quod inter ualde exosa sit id quod ab eo factũ ad fœdio ra facile fertur. Oportet em cõfirmari, & inuiolasa perseuerantęq; erga ipsum syncritate manere etem uelle diuerti, & ad ea quæ nõ fas est, esse uirorũ non bonorũ, imò gloriæ contra deũ intolerabilẽ præ se ferret contumeliã. Quapropter dicere quis illis qui unum & naturalem Deum deho norant, & alijs se inclinaut, falsò cognominatis Dijs, & his qui omnino Dij non sunt, tale quid dictum per unum sanctorum prophetarum, ad eos qui ex sanguine Israel: Quod deliquerunt inuenerunt patres uestri in me? quia discesserunt longe à me, & ambulauerunt post uanitatem, & uani facti sunt. Oportet enim rebellem, & deficientem à uero Deo, prius causam referre, quare cultum illum abhorreat, ut occasionem iustam deficiendi habeat: qui autem nihil habet quod causetur, & deinde uult hoc facere, amatq; maxime abominabilia, quomodo non iuste punietur? Vel enim ipse seipso melior erit qui patitur, uel certè in alios mittet utilitatem. Cauebit enim nõ prestãtioribus causis periculo implicari, et obnoxij



noxij fieri, si propter illas puniri odiosum est. Oportebat igitur uniuersorum opificem quum bonus sit, non simpliciter permittere quibusdã abscedere à se, sed potius ignauiã & dissolutionem ad defectionem metu reprimere. Et propterea Deus zelotes & ignis consumẽs per Mosæ nominatus est sermones. Iam quòd à Deo deficere periculosum, imò mortiferũ est, absq; labore uidebimus, rem ita considerantes. Nihil enim conferendum censeo cum certa cognitione, & subtili ac exacta contemplatione Dei, non pecuniarum substantiam, non mundanum splendorem, non dignitatum gloriam, non sapientiæ terrenæ, & animalis & diabolicæ existimationem. Proinde dominus per Hieremiæ uocem dixit: Ne glorietur sapiens in sapientia sua, & ne glorietur potens in potẽtia, & ne glorietur in diuitijs suis: sed in hoc glorietur, qui gloriatur, quia intelligit, & scit, quod ego sum dominus. Dixit autem & ipse saluator ad cœlestem patrem ac Deum: Hæc est uita eterna, ut cognoscãt te solum uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Igitur optima gloriatio, erit Dei cognitio.

Quod autem recte hæc habeant, etiam Græcorum eloquentibus uidetur. Vnde Alexander Aristotelis amator, in sermone de particularium prouidentia: Attamen oportet uerum dicere, inquit, de ipsa erga Deum pietate. Maximum enim est & perfectissimum bonum, omninoq; beata uita. Hæc enim existere in contemplatione ostenditur, cõtemplatioq; in cognitione optimorum: Deus iam cõfessione omnium optimus est. Hæc igitur quum ita se habeant, utique in cognitione diuinorum beatitudo sita erit. Itaque, ut recte dixi, nihil est splendidius cognitione dei, ueræ sapientiæ amatoribus. Non sinit autem illa falsis dijs addictum esse. Et quæ lux, uel quæ ueritas, si ignoretur id, quod uerè est, & desit diuina gloria? Iam quomodo nihil ad utilitatem conducet, homines scire, quod res hæc offendat Deum, qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire? Quemadmodum autem dicimus grauem omni homini, ac toleratu difficilem oculorum excęcationem: iucundissimum autem & desideratissimum, ualere oculis: ita abhorrendum & fugiendum est, idq; meritò, non posse uidere diuina, & lumine priuari mẽtis, quod cordis oculum illustrat. Dei contemplatio possessio est, & salutaris, & omnis boni nobis radix ac generatio. Quid autem? dic obsecro, uel ieiuare sub lege, quis non concederet esse interiora, quàm absque & sine lege uitam agere? imò omnibus manifestum est, esse melius. Quando igitur impij, dum adorare uolunt eos, qui non sunt Dij, necessariò & à fugo & à sancta uita aberrant: quomodo quis non laudauerit uniuersorum saluatorem Deum, homines ab huiusmodi affectionis causa abducentem? Sed fortasse impegit in hoc, quod Deus rebelles pœnis subijcit, & ijs qui misere pereunt modum quendam ponit, intercludens accessum ad impietatẽ, dum se dicit esse zelotem. Arguemus igitur etiã eos qui in terreni regni solijs considunt, si quando audientes milites suos à sua beneuolentia desicere, et aduersis Barbaris se iungere, indignantur. Vbi autẽ milites suos spectant inter hostes uersari, abiecto scuto negligẽtes, dum labore opus, minime indignentur: ita si ex caula auferantur pecudes quędã, et ferocissimi lupi inuadant, pastor tor pescat: patiatur autem & agricola, si horti eius lædantur. Laborent item ignauia parentes charissimi, filijs ipsorum in turpitudinem prolapsis. Sic & dominus insensatus uidens fidelissimos ministros despicere suam beneuolentiam, & uelle sentire cum his, qui maxime sibi aduersantur, conniueat. An nõ quis dixerit hanc summæ stulticiæ manifestissimam demonstrationem? Porrò quomodo neglexisset Deus suos, cum graui damno afficerentur? Oportebat utiq; timore quasi frenis quibusdam ad uiam rectam deflectere. Tale quiddam ad ipsum dicit etiam diuinus Dauid: In chamo & freno maxillas eorum constringes, qui nõ approximant ad te. *psal.31.*

Interroganti autem mihi & hoc dicat: Nunquid quos dicit, & putat esse deos, expostulaturos fateatur, imo & indignaturos, si qui sub ipsis sunt, impellantur ut uelint prudentissime se ad meliora conuertere, & ut sub Deo uero sint, Christianam religionem eligere: non ne & ad hoc dicit, quod non curant? Itaque si quidem hoc multum eis probatur, quur frustra increpat eos, qui à Græcorum errore ad ueritatem transeunt? quare non eadem cum dijs suis sentit? Etenim si quidem illi benefaciant, qui impulsi, peiora senserit ipse uel fortasis etiam increpat negligentes id, quod suos deos decet. Quod si ipse recte senserit indignando & contristando, quomodo non uere dicitur, quod meliorem sententiam sortitus sit, & sapientissimis dijs quodammodo uideatur melior? Iam si & hoc illos offendit, ergo æmulatio & in ipsis intelligetur. Igitur quomodo non stultum contra Mose scripta clamare, dum dicit, non debere indignari Deum, si qui ex suis subditis leues, & facile descisunt, & relicta Dei scientia uiuifica incidunt in perditionis barathrum? Iam quare non prohibuit, inquit? quamuis quomodo non abarcet à malo, & iram minando, & uindictam intentando, ignem' que se esse dicendo, ac timore ignauiam comprimendo? Verum, inquit, melius erat ex necessitate, & uiolentia. At ubi humanæ mentis libertas, & ad id quod placet permissio? uirtus enim res est non seruilis, & sub Domino, sicut & ipsi dicunt Græcorum sapientes, ut & sequantur bonos meritæ laudes, & ijs qui tales non sunt, supplicia iuste infligantur. Licebat enim bene sentire, si recte operari uoluissent: lapsi nunc in peiora, perierunt. Addit autem, & dicit:

IVLIANVS.

Si enim nullum uult adorari, quapropter nothum hunc filium adoratis? & quem ille suum

Universidad de Deusto
Biblioteca



suum neque putauit, neque unquam censuit, A id quod facile demonstrabo. Vos aũt nescio unde suppositititium illi additis?

CYRILLVS.

Igitur prohibet quidem alienos deos adorare, qui solus naturalis & uerus uniuersorum opifex est ac domiuus. Eius autem solius sunt, quæ Deo debentur. Quod autem nothum & suppositititium filium nominat, nescio quid dicit, imò contra Deum pugnat, & procacem ac infrenem sermonem contra summa dei sacramenta laxat, facileq; demonstraturum se dicta sua inquit, mentiendi latam uiam incedens. Nam quod non nothum neq; suppositititium filium sanctissimo Deo subornemus, confiteamur autem quod progredi B atur ex ipso secundum naturam proprium eius Verbũ deus, ubi tempus postulauit, sermones nostros in hoc acuẽtes absq; labore demõstrabimus.

Adiungens autem se Platonicis sermonibus, & maioris faciens diuinis literis ea quæ ab illo cõscripta, iterum nos accusat, dicens: Discedentes à Græcorum loquacitate, ad ueritatis sermones cõcessimus, & naturalem ac uerum deum cognouimus, quamuis Moses minus quàm oportebat, inquit, diuina laudarit: Nam zeloten & grauiter irascentem nominat: licet mansuetissimus & ipsamet bonitas sit. Verum de his quidem satis: prolixiore enim nobis de istis sermone est opus, & quam sæpissime: sed quoniam conuicia amat, & sermonibus audax est, age uideamus, quid nam aliud cum his excogitat, quod cum Christiana re C ligione pugnat. Dicit enim:

IVLIANVS.

Adhæc Deus non uidetur ægreferre, neq; indignari, neq; irasci, neq; iurare, neque in utranque partẽ statim propendere, neq; mutabilis esse, sicut Moses de Phinees inquit: Si quis uestrum legit Numeros, scit, quod dico. nam postq; eũ qui initiatus erat Beelphegor, cum muliere quæ illi suaserat, turpi & acerbissimo dolore occidit: Per uterum, inquit, mulierem percussit: introducitur Deus, dicens: Phinees filius Eleazari, filius Aaron sacerdotis, sedauit furorem meum, à filijs Israel, quia D zelando zelatus est illos, & non consumpsi filios Israel in zelo meo. Quid leuius hac causa, propter quam deus iratus non uere, ab eo qui hæc scripsit fingitur? Quid item absurdius si decem, si quindecim: ponamus autem & centum. non enim milledicent: ponamus autẽ nos etiam tot ausos esse aliquid contra leges à deo ordinatas præuaricari: oportebat ne propter mille sexcenta milia perdi? & mihi per omnia melius uidetur cum tot millibus uiris optimis etiam unum facinorosum seruari, quàm cum



uno tot millia pessundari. Postea illis lon- gos attexit sermones, dicens: Non oportet deum cœli ac terræ factorem, tam sæua ira excandescere, quod sæpe uoluerit totum genus absumere. Nam quum unius heroum, inquit, & ignobilis dæmonis ira, intolerabilis sit, integris ciuitatibus ac regionibus, quis subli- steret exacerbato & irascente tanto Deo dæmonibus, uel angelis, uel etiam hominibus?

CYRILLVS.

Opinatur quidem, ut dixi, summam & incorruptibilem naturam, & affectiones in singulis rebus non multum differre à nostris actionibus. Dicantur ergo, si placet, etiam humano more- les esse, & non aliæ, quales in nobis pessimus sunt, nominataq; in Deo sit ira: fortasis & exæstuatio uerba, impotensq; motus cordis accidere illi putetur: ut quum dicitur Zelotes, & eadem ferre quæ homines, & inuidentiæ flammis comprehendi non dedignetur. Atqui ita sentire hominis elinet stupidi ac attoniti, ignorantisq; prorsus, quid diuinæ proprium sit naturæ. Excelsa enim est & super omnia, non locali eminentia, sed naturæ præstantia, & incomparabili excellentia. Iuxta istum modum, opinor, transit omnes nostras causas, & extra omnem affectionem intelligitur, & submittentibus quidem tractabilem magno ipsius cerulcem, summa honorum dispensatrix: cæterum cor durum & siccum habentibus minores quàm oportet pœnas infert. Non enim dicimus in æquali honore habendos bonos & malos, sed neque nimia patientia eos qui uelint deficere, fouendos, ut ad quodlibet, & ad quæ fas non est, sine reprehensione abeant, quasi transilientes ab eo, & his in quibus beatus erat immorari, dicto uale, rapi ad deteriora. Vbi enim omnino bonus omnium opifex, nisi prouiderit creaturis suis, & eos reuerentia erga bonum inferiores, adiutorio ualidiores efficiat: eos autem qui sacra præcepta prophanant et minoris faciunt, modestiores reddat, timorisq; catena attrahat, optima castigationum subsidia addens. Quẽ enim diligit dominus, erudit, flagellatq; omnem filium quem suscipit.

Quando igitur definit contra præuaricatores quosdam pœnam, tunc à nobis irasci dicitur, quamuis iracundiæ affectionem ferre nequeat: quando quosdam bonos à familiaritate erga se abstrahi non uult, nec patitur, ut eos qui non sunt dij, adorent, æmulari ipsum dicimus, uerbo nobis familiari rem significantes, & uirtutem amoris qui in illo est, aliter enunciare non ualentes. Non enim exultat, si qui pereant: uultatem magis sibi subditos, uirtutum dignitatibus fieri conspicuos, imò etiam omnes qui super- ram sunt. Quod autem et iurare dicitur quibus- dã, improperetur hoc his qui credere nolurunt, adeò, ut & iuramento fuerit opus: iurat autem per



per suam gloriam: Leuabo enim, inquit, in cœlũ A cta condemnata multitudine, quomodo nõ omDeut.3. manum meam, & iuro dextera mea. Et iterum: nes gaudere oportet? quamuis suis capitibus huIsaiæ.22. Per memetipsum iuro, dicit dominus. Non enim manis infirmitatibus implicitis, ob sacras leges iurare poterat per alterum quempiam, quasi su- offensas, supplicium imminens uideant. Sufficiperiorem & excellentem, fuaq; gloria superiorẽ. ent enim & ipsis unius iusti preces in subsidium. Ad fidem sanctorum quempiam inducit, quod Quoniam autem blasphemiæ contra deum à Num.25. promissa euentura sunt, & cum iuramento non- zelante Phinees occasionem rapuit, age historiã nunquã loquitur ei. Mens enim eius est, ut ado- cursim attingentes, & eorum qui in sacris libris ratores proprios dirigat omnibus modis in firmi- sermonum mentionem facientes, temerè illũ nugtate fidei. gatum esse etiam in hoc arguemus. Scriptum est Quoniam autem summam calumniam putat, autem sic in Numeris, qui liber Mosaicus est: Et quod interdum in mansuetissimum uniuersorũ moratus est Israel in Setim, & prophanatus est deum transferamus iram, age etiam hoc dicamus populus scortando cum filiabus Moab, & uocaOsee.5. ei: Væ qui dicunt bonum malum, & malum bo- uerunt illos ad sacrificia idolorum suorum, & conum. Taxat enim insipienter, quæ sanè sapiens medit populus sacrificia illarum, & initiatus est omni modo debebat maximi facere. Est enim tar B Israel Beelphegor, & succensuit dominus furore dus ad iram uniuersorum Deus, hoc est, ut defini Israeli. Nunquid paruum delictum, & non sufficiat delinquentibus congruas pœnas: facillimus cebat ad offendendum et exasperandum naturã autem ad deponẽdam iram, & ad prompte misse- illam uirtutis studiosissimam? Quę miracula tam rendum his, qui in suis delictis cõprehenduntur. excellentia, quum delinqueret Aegyptus, prætet Vitulum enim fecerat in eremo Israel, & oblitus missa sunt, deo omnipotente naturam etiam exciat erat miraculorum, quæ à Deo in Aegypto facta. tante, ut ab intolerabili seruitute Israelem liberaDeut.32. Succẽssuit ob hoc deus, idq; ualde meritò, dixitq; ret? & mox pessimarum mulierc ularum formosiad sacrorum ducem Mosen: Vade statim hinc, tate ad illicitas uoluptates demẽtissime rapiebãtransi: iniquè enim egit populus tuus, quem edu- tur, adq; eam demẽtiam illorum mens peruenit, xisti ex terra Aegypti: egressi statim sunt de uia, ut idolũ quod apud illos colebatur, adorare uoquam mandasti eis: fecerunt sibi uitulum, & ado- luerint, abiecta omni in deum uerum & naturauerunt illum, sacrificaueruntq; illi, & dixerunt: lem reuerentia. Quoniam autem consectaneum Hi sunt dij tui Israel, qui eduxerũt te de terra Ae- erat, malum istud consuetudinem pariturum, & gypti. Et nunc sine me, et succensus ira in eos, ex- totum depasturum genus. Quod enim cœperat teram eos, & faciam te in gẽtem magnam. Oran- C in paucos, robur habiturum erat non multo post te autẽ sapientissimo Moyse, ut his qui peccaue- in omnibus. Vnde pauci apostatę amicorum marant, ueniam cõdonaret: Propiciatus est, inquit, nibus ceciderunt, ut per timorem utiliter aspera ut lucrifaceret populum suum. Quanquã uideat fieret, quæ plana erat ad fœditatem uia. Tunc eti *Zelus Phinees deo probatus.* quis interdum reges terrenos furore quidem im- am Phinees, quoniam affinis quidam impudenmodico percitos, in eos qui per insipientiã ipsos ter cum alienigena muliere rẽ habebat, & id maoffenderunt, nullisq; obsecranti cedentes, nõ sor- nifeste, sumpto pugione ambos peremit, trãsfostitis summos thronos, non exercituum ducibus, sis simul scortatore & scorto. Hic oro uide miseri non alijs quibusdam, summa dignitate conspicu- cordem deum, qui sępius ut occasio mansuetudis aures præbent. At ille summus & maximus de nis sit, asperitatem amplectitur. Phinees enim, in*Mansuetus con-* us, unius iusti preces admittit. Dicet aũt forsi- quit, filius Eleazar filij Aaron sacerdotis, sedauit *uersus deum.* tan aduersarius: Nunquid considerauit, & sensit furorem meum à filijs Israel, dum ego zelo zelũ fero meliora, & tardum consilium recepit, quam meum in ipsis, et non cõsumpsi filios Israel in zeuis oportebat futurũ non ignorare, nec permitte lo meo, sic dicens: Ecce ego do ipsi et semini eius re ab initio, ut postea ab ira cessandũ esset? Quod post ipsum, testamentum sacerdotis sempiternũ, autem diuersum sentire uolens, etiam progenito D eo quod zelatus est deo suo, & placatus est pro fi*Hebræi con-* rum suorum non meminerit, facile uidere licet. lijs Israel. Nam quoniam, inquit, pro affectu, qua*tra deum.* Obliuiscitur enim fortasis Homeri, qui de suis si meo zelo assumpto, nefaria perpetrantibus madijs dicit: Mutabiles autem etiam dij ipsi. Quod num immisit, cessauit deus ab ira, & præterea hoautem & ea in deo carpit, quæ ob nimiam suaui- noribus ipsum prosequutus est. Placatus enim tatem morum admirari decebat, manifestum & est, inquit, pro filijs Israel. At ille non intelligens minime laboriosum, si quis dispensationẽ in his quæ optima uel uera, leuem esse causam inquit, quæ acta sunt, addiscere uoluerit. Nam oporte- propter quã placatus sit Deus, ne exasperaretur bat quidem eos qui nefaria perpetrarũt, declara- ira eius in talia delinquentes. Quomodo nõ præri eos iudicij. Hac ratione & irasci dicitur. Verti multa imperitia, in sensum uisem & corruptum erat necessarium prẽterea nosse etiã nos, qui post fertur, perturbare molies ea quæ ipsum omni poMosen, benignitatis quæ in deo eminentiam, & tius admiratione uenerari oportebat? Nã quoquantum uirtus ualeat apud illum, & quanta uis niam deus uidit Phinees, religioso et syncero zeuirtutẽ concesserit? Etenim quod unius iusti preces lo armatũ, rependere ultionẽ his qui cultũ suũ cõ deus admittit, magna interdum et ob grauia deli spurcabãt, oblectat? facinore, dimisit alijs ea, ppter quę iustè pœnã extremã illos ferre oportebat.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Enimuero diuina & summa natura semper odit peccatorem, & turbatum iniusticia cor, sensumq; muliebrem, & ad degenerationem ac defectionem a bonis propensum: oblectatur autem in his qui firmi sunt, & recte incedere solent, cauentq; ne in utranque partem cadant, sed mente proficiente firmiter in pietate erga ipsum maneant, sæpissimeq; propter unum talem innumeræ multitudini, & interdum haud mediocriter condemnatæ, misericordiam largitur. Vnde & quũ omnis Hierusalem olim non uulgaribus culpis obnoxia, & adhortaretur in hoc pia prophetæ mens, certe iterum iustus iudex uoluit animaduertere in eos, qui sectari solebant, idq; alacriter, quęcunque lex damnabat. Quoniam autem pro illa preces faciebat ppheta Hieremias, audiebat
Hiere. 5. statim dicentem: Circumite in uijs Hierusalem, & quærite in plateis eius, si inueniatis uirum, si sit faciens iudicium, & diligens fidem, & propitius ero ei, dicit Dominus. Vide igitur, quomodo unum pro multis compensandum recipiat deus, & populosam ciuitatem cum uno iusto & bono potius seruet, quàm unũ iustum cum multis impijs perdat. Igitur quum tunc quidam omnino declinassent, rupto obedientię freno perijssent, quomodo non erat gerenda cura eorum, qui talia patiebantur, & parua quadam pœna intentata, aliorum remorari decebat impetum, timoreq; ad meliora firmari ac roborari? Nunquid iniuste agebat deo, omnis iusticia: uel quur hæc absurde facere consideratur: imò quomodo non est periculosum ipsius arguere iudicia?

Vnde Porphyrius ipsius in libro ad Nemertinum dicit: Atq; adeò sermo qui iusticiæ doctor deo fieri audet, refertus esse summa iniusticia cõperitur. Propterea sancta & irreprehensibilis penitus est sentẽtia, quę iuxta ueritatem dei esse intelligitur: & aliter sentire, mentis corruptæ morbus est & crimen. Cæterum quoniam nostris sermonibus aduersarius est, audiat iterum Porphyrium sic scribentem: Nõ solum autem ad utilitatem uniuersi, & ad plenam consonantiam ac decorem eius, aliud alij coaptat particulare tempus. Quin & curator est omnium, & saluator & medicus. Nónne et hominibus medicis, iuxta dara illis ab ipso scientiam prouidis, monstrauit
*Vide diuinam prouidentiam in rebus omnibus.* quę uniuerso euentura sint: nempe alias quidem partes ostẽdit secandas, alias uerò urendas, alias autem distrahendas, alias uerò corrumpẽdas, ut cõsistat salus totius. Nónne & matres ac nutrices assistentes, quamuis sciãt medicũ hoc facere propter salutem totius corporis, eiulant sæpe & luctuose lachrymantur: pater autem prudens assistens adhortatur, & ad eiulantis utilitatem adaptat fomentum? Deus autem ad curã uniuersi adhibuit, ut moriendum sit, ut unus ab alijs abeat, si cut digitus à toto pede ad utilitatẽ totius corporis. nam si possemus diuinam rationẽ inuestigare, sciremus utique omnino, quomodo ad bonũ alia quidem initio esse prohibet, alia autẽ prædicit fore damnosa, alijs autem pro pietatis præmio mortem donãrit.

Quamuis ante illum Porphyrius cum eius opinione multis sermonibus pugnasse uideatur, & ad ostendendum quæ senserit ac scripserit, arbitror hæc suffectura: adijciam tamen & alterum illius dictum, quod sic habet: Chrysippus autem Socratem sequens, in his quę fiunt, nolebat dici, Quis nouit? sed, Omnino melius erat, alioqui præscriberetur dispensatio melior quàm diuina. Omnino quę fiunt quod sic melius habent ut habent, censendum. Etenim quum tu fortitus proiiciam quandã principatus humani à rege, obe diasq; ad utilitatem reipub. legibus. Alioqui legi busue reipub. non seruaretur, quàm ut alij quidem magistratum gerant, alij uero priuate utuntur, aque occidantur: neque omnes in uita seruentur, quisa neq; omnibus hoc prodest. Ei autem qui tutumadministrat mundum, non permittemus sua abs que reprehensione moderari, quod bene habeant omnia, ut ab ipso iuste arbitrata sunt, & ea quæ per mortes & mutationes, & per gratum incertitudines fiũt: Quare igitur impie agit, & diuina iudicia impudenter inuadit, ac definit iniquã esse substantiã, quæ omnia sancte librat, clamatq; contra iram, quæ optimarum rerum contemptores in melius transformat, et uacillantes facit imiter cõsistant. Permittamus ut medico, sicut dicit tui falsi cultus pater, ad salutem totius corporis paruam quandã particulam abscindi: permitteut iudici subditos gubernare in republica bonis legibus instituta, si tollantur è medio improbi. Non enim, sicut iam prædixi, boni cum malis perierunt, sed cum uno bono potius, nempe Phinees, multa & innumera multitudo seruata est. Phinees q; honorem accepit, nõ quod grauiuulnere mulierculam transfodit, sed quod prudenter pro deo zelum amplexatus feruide cõtra apostatas se armauit.

Fortasis absonum uidetur Iuliano, quod apostatæ supplicia luere debeãt: bene enim in illorũ numero seipsum esse nouit, eo quod nõ sit extra pœnam summã abiecto scuto, & reipsa habitus à uirtute alienus ac transfuga, & in uia errorum in impietatis barathrum inuolutus. Opinatur autem fortasis quod possit contra deum legem ferre, & ut sibi placet, diuinorum iudiciorum uim auferre. Omnibus enim modis contra diuinam scripturam mentiens, interim dicit sacrorum ducem Mosen, populum magis dirigere, quàm uetros sermones facere, quos neque recte habere, neque sibi similes factos ait. Interim & Esram iuxta suam sententiam afferre quædam contendit. Est item & ille conatus eius perquàm durus: uellicat enim iusticiam erga deum, ut bona occasione uideatur dicere non bene factos sermones, qui de illo. Quin & contra sacras literas turpia uerba effundit: sed non proserabitur dolosus uenator, si cuit scriptum est. Non enim mentem eius ignoramus, qui mentem habemus Christi, si cut dicit sapientissimus Paulus. Quod autem & in summam peruenerit impietatem, manifestum erat ex his. Dicit enim:



IVLIANVS.

Dignum est ut conferatur ipse cum Lycurgi mansuetudine, & Solonis patientia, uel Romanorum in eos qui iniuria se affecerant, æquitate ac benignitate.

CYRILLVS.

Porrò, quomodo nõ reueritus est audax ille, Deum summum per comparationẽ, hominibus opponere, imò dicere, quod neque hominibus sit melior cœli ac terræ conditor, omniumq; opificem sapientiam, hominum sapientia inferiorẽ esse contendit, nostramq; sequi bonitatem eum qui omnibus cum subsitãtia, quicquid sunt tribuit. Ab illo enim omnis intelligentia, omnisq; uirtutis modus. Quin & desiderium bonorum, naturæ insitum est ab omnium opifice. Manifestissime igitur malignus, osorq; dei spiritus per illum est loquutus: et fortasse nihil absurdi erit si quis assimilare uelit eum draconi malorũ principi, hoc est superni qui in paradiso erat. Voces enim nõ tam ab illo fuerunt, quàm eius qui per illum quodammodo loquutus est. Verum ille quidem unã & solam decepit mulierculam, hic autem malicię illius imitator optimus, totum orbem corrumpere tentat, cornu in excelsum tollens, & iusticiam contra Deum loquẽs, sicut scriptum est.

Quoniam autem mansuetissimos homines fuisse dicit Solonem & Lycurgum, tribuitq; eis & patientiam, necessariò nunc & nos de illis dicimus. Nam Solon quidem apud Athenienses, Lycurgus uerò apud Lacedæmonios fuere legislatores. An non ciuitatibus uel regionibus utilitatem quandam præbentes, uel ponentes apud singulos leges, permiserũt dicere, pœnas debere luẽtes pronunciarunt eos qui uolunt honeste, & iuxta leges uiuere? nónne singulis delictis cõgrua supplicia decernentes, modestam uitam persuaserunt magnis & paruis, ornatos q; & iusticię studiosos reddiderunt ciues? Nã si illis horum non magna cura fuerit, fateatur, & quiescã. Quæ emuitio legislatoris maxime utilia negligẽtis? Si autem summæ curæ eis fuit prohibere mala & increpare improbos mores: nõ enim aliter ignauia eorum qui optimam uitam negligunt, uinci potest: an non uel huius rei gratia mansuetí ac pacifici dicentur? Quamuis ipsi uolẽtes Draconis leges ratas, quas de homicidijs tulit, laudant, opinor et nullo modo improbant. Soluere enim illas licitũ erat seruariq; & durare præcipiebant. At si me oportet etiam quippiam de legislatoribus illis dicere. Sunt sane mansueti ac patientes. Nõ itur autem inficias opitor, q̃d & flagitia oderint. Vnde quamuis interdũ grauia supplicia cõtra flagitiosos & scelestos, ac eos quib. p uaricatorũ uita placet, decreuerint: nemo tamen dixerit eos, quasi iræ obnoxios hoc uoluisse, sed potius ut iustos præsides, magno scelerum odio mala condemnasse, ut ad bona dirigant, & ab his quæ prodesse solent, id quod lædit, separent. Sic autem ignauiter uiuere uoletibus, timorem ut curam utilissimam, & pœnam quasi baculum quendam, adhibent. Cæterum quisquis cogitauerit quid legislatores spectarint, & quomodo affecti fuerint, non mentietur si dixerit, gratissimum eis esse, maximeq; fieri, si absque reprehensione uiuatur: quando autem uidentur arguere opera impia, non aberrabit si irasci dicat. Ex legum enim qualitate, quę affectiones in legislatorum animabus scriptæ quodammodo sint, absque molestia uidere licet. Proinde pœnas intentare malis, indecenterq; agentibus, suspicionem quandam irę continet in se, etiamsi nihil iracundiæ sit in legislatoribus. Ita & de Deo intelligas: imò & ualde exaltatus est ab his nostris affectiõibus, & omne quod factum est transcendit.

*Legislatoris scopus.*

*Legislatores puniendo non irascuntur.*

Igitur uir optime, si quis Solonis & Lycurgi leges adiecerit, & Draconis uiolare uoluerit, pedem luto immittet, ut dicitur, feretq; modis omnibus pœnas aduersus præuaricatores decretam. At qui diuinum mandatum neglexerit, si quæratur iudicium, non patietur in iudicio pœna. Propterea deo dicente: Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli seruies. & ad hæc: Non sint tibi dij alij præter me, quomodo non meruerunt mortem initiati Beelphegor, & obscœnis fœdarum mulierum uoluptatibus defectores facti?

Opinor autem & illud dicendum. Nam Solon & Lycurgus quidem, quos ille eximios legislatores fuisse dicit, utique curam habuerunt, ut legem ferrent Græcis, quo cultu, & quibus sacrificijs Deos suos uenerari deberent: id q̃d uerum, nec aliter se habere arbitror. Hinc enim fiebat, ut in crimine deprehensi extremis pœnis cõdemnarentur. Quid igitur dicemus de legibus contra sacrilegos, utpote deos contumelia afficientes? Quando igitur quis secum expendit animo, nullo modo tolerare oportere peccari in deos, addo & immundos dæmones: quomodo nõ euidenter iniuria afficit, qui dicit pœnam non esse intentãdam his qui nefario cultu deum contumelijs aspergunt?

Quin & Pythium dæmonem uaticinantem, hoc est Apollinem ex tripode ferunt respondisse, oraculumq; de Socrate dedisse, quod sapientissimus esset uirorum omnium, admirabilisq; apud Græcos uir, sed uinctus est, ac cicutæ potione ex hac migrauit uita. Crimen autem quod obijciebant accusatores, erat hoc quod ad deos qui apud Græcos erant, noua dæmonia inferret. Iam quomodo non oportet magis uniuersorum deũ honore suo spoliantes, & pro cultu illius uolentes deberi Beelphegor subdi, adorantesq; præter illum alios, etiamsi non Socratis cicuta fortasis, sed alio modo ferre pœnam, quæ neque ab ipsis Græcorum legibus, hoc est, eorum qui tulerunt eas, Solonis inquam & Lycurgi, anteq; illos Draconis absona sit. Igitur quamuis mansue-

*Socratis mors.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



ti fuerint illi, ac longanimes qui leges ponere debebant, non propterea minus erant patientes ac mansueti, quum punirent malos. Porrò quoniam & Romanos inquit bonos fuisse, & uindictę immemores, ergo eos qui se offenderāt, quomodo ignorat delicta in homines, ab his quę in deū, longe inferiora? Non enim par fuerit, peccare in eum, qui est super omnem naturam, & offendere eos qui super terram. Quippe quanto nobis sit prior est, tanto & crimen quod in eum, alia magis excedit. Comitabitur autem unumquenque pro sua portione congrua pœna. Quod autem manifestę & absque dubio, ea natura nostris affectionibus non subiecta, imò nulli quod offendere queat, ea unquam, quę super omnem mentem est, irę uim ferat, et ad iram motibus extimuletur, aniles quosdam, & summa impietate fœtidos sermones iterum effutit, ac inquit.

IVLIANVS.

Quando autem causa nostra potior sit quā illorum, & ex his considerate. Imitari iubent nos philosophi pro uiribus Deum, esse autem hanc imitationem in contemplatione rerum. Quod autem absque perturbatione ac passione fiat, manifestum est, etiam si ego non dicam. Quanto enim magis alieni ab affectionibus fuerimus in rerum contemplatione constituti, tanto Deo similiores efficimur. Quæ autem apud Hebræos laudatur imitatio? Ira & furor, & ferox æmulatio. Phinees enim, inquit, sedauit furorem meum à filijs Israel, dum zelo meo in illis zelor. Deus enim ut inuenit semel indignantem, ac condolentem, indignationem remisisse uidetur. Hęc & alia quędam id genus, deum fecisse dicit Moses non raro in scriptura.

CYRILLVS.

Itaque uir strenue, siquidem subiectum esse demonibus, hoc est desertorib. angelis, melius est quàm agere sub Deo, & ab illo solo regi, uincant tua. Si autem illud pijs pectoribus, & ueræ pietatis consideratoribus horrendum: ad hæc, si omnem felicitatem conciliet, uerecp desideratissimum est, certò scire quid hoc quod uere est, & omnibus imperet, ex quo omne uirtutis genus prodit, & ad nos uenit, & quasi ex fonte scaturiunt omniq bona, cœlestiumq munerum distributiones: quomodo nō incomparabili interuallo illorum nugis res Christianorum antecedunt, quæ sancti cultus unguento fragrant? Quamuis Græcorum mens in profundum erroris lutū descenderit, spemq mendacium habeat secundum prophetæ uocem.

Esa. 28.

Operæprecium autem fuerit, uidere profunditatem mētis eius, quam ipse putat esse sapientissimam. Nam sapientes ordinasse dicit, deos oportere imitari prout uires capaces sunt: id quod nō aliter recte fiet, nisi sola rerum contemplatione et impassibilitate. Impassibilitatem autem opinor dicit irę carentiam, et alias quoque uirtutes, quas in corde possideri necessarium est, & deinde ita imitationem dei quæ pro uirili exprimitur, & in hoc honestissimi artificij exercētur modo. Sane quod & ociosa mente, quæ mundanæ curæ renunciauit, utendum sit his qui ad ueram Dei cōtemplationem ire uolunt, dixerim ego, & quis mecum recte senserit. Adducit enim ad hoc uniuersorum dominus ac opifex, sic dicens: Vacate & cognoscite, quia ego sum dominus. Vnū autem & possessione dignum bonum, quod nos cum Deo assimilare solet, extra iram esse positū, et non pati fluctus quos ira ciet, secundum quod possibile est: quod quum uerum sit, & fateantur omnes, necessarium iam apparet, intelligi debere Deum non esse grauiter iracundum & crudelem, imò prorsus ab omni furore & ira liberatū.

Iam quomodo, dic obsecro, quum sapientissimus Moses, non unum quendam ex ignotis uel particularibus falsoq agnominatis diis, sed uniuersi opificem et artificem nominārit eum qui uere deus est, & substantialiter possideat gloriam domini super omnia, hic tamen nō est reuerendus, dei Hebræorum imitationem dicere esse iram ac furorem, ac zelum: nec sentit quod deum humana pati ac nobis connumerari ponat, per quem, & in quo creata sunt omnia. Atqui diuina scripturæ sermones illos de ipso ponit, non quod habeat natura ea, quę dicuntur, sed ut eo quò nos modo intelligere ac dicere possumus. Vtens enim nostris nominibus, & particularium rerum uocib. subtiles nobis imaginationes offert, & sublimiores uerbis cogitationes infert: atq ita sæpenumero humanorum corporum particulas illi tribuit, abutēs potius nostris rebus, sicq ciuiliter ad subtilem contēplationem inducit. Igitur quēadmodum incorporeum, & quod est sine magnitudine, & sine quantitate, simplexq ac incōpositum, meditans interdum cōponit, tāquam unaquæq particula agnata sit ei, oblique significāte oculo, quod deus omnia uideat, et auribus quod omnia audiat, & manu opificē efficaciā: pedibus uero, uiam latā & amplā, eorum quæ singulis fiunt: ita & ira de deo quodammodo dicitur, & ex his nostris permitti intelligi, quasi esset possibile deum passionē ferre, subiecisset se eorū quæ fiunt quali tati. Nā Deus quidē proprietate naturali impassibilis. Verum tamē non ob hanc causam excusatio foret, si quod sub manu & iugo negligeret officium, necp sceptro subditis minus damnosa foret ad defectionem prosilitio. Perstringendū ēn hoc dixerim, & meritò per iudices. Etenim malis inutile est præsidē destitutos esse, quēadmodū sci licet pueris immorigeris uerbera prosunt. Quādo igitur intentandæ sunt pœnę, quas ira Dei expoſcit, & postea intentantur, tunc & irasci dicitur, utētibus sanctis uoce nostra: ut intelligamus nos, quod siquidem possent diuinæ res humanis uerbis annunciari, neutiq furor ei tribueretur.

Oportebat



Oportebat igitur nostrę cogitationis mensuram & linguæ imbecillitatē expendere. Tametsi quis dicere posset: Heus quid tu facis? argue Theologos, quod res diuinas minus quàm oportet de deo loqui consueuerint. Itaque tuam accusa natēram, quod cum diuinæ eminentiæ fastigio contendere nequeat, & dominicam dignitatem sequatur, non habens sermones illi sufficientes, ad manifestanda ea quæ supra mentem sunt.

Interroganti item mihi et hoc dicat: Nunquid siquidem animus esset uiuendi mansuete & submisse, cuius ne dei fieret imitator, ne à suo propofito excidat: nunquid forte dicet, Martis homicidæ, iuxta Homeri sermonem? qui & hominum pestiundator & mœnium deuastator, sanguinarius, & insaniēs homicida ab eodem dicitur, & prę sens malum. Verum hunc quidem sinamus, si uidetur. Probemus autem Palladem, quæ fortem patrem habet, impudentem, & cynomyam quæ semper deos cum Eride committat. Procurabat enim & hac ratione bella, unde eam dæmonum pugnatissimam uocarunt. Honestant autem sermonem de illa: non enim dicunt insanire, sicut illum mœnium deuastatorem inquam, sed distribuere aiunt potius ea quæ ad bellum & prælium attinent prudenter ac considerate. Nihil autem eius causam iuuat, quod mansueta secum uideatur. An non hi qui in bello prælijs & audaciæ prudentiam coniungunt, & contra hostes insurgunt, inferiores esse uolunt illorum manu? certe imperium maximi faciunt, etiamsi prudenter eum inimicis pugnent. Quamuis quomodo res non manifesta eit? opponentes enim se, & non absque ira, tametsi prudenter hoc facere dicantur, quomodo mansuetudinis decor in illis integer & immaculatus māserit? Quod autem admirabilis apud illos Pallas in eam pusillanimitatem pertenerit, ut & consilij inops in utranque partem uacillarit, & quod ob eam rem etiam in Tragœdorum scenis rideatur, facile perspiciemus. Euripides enim in Troadibus opposuisse illam se Neptuno inquit, & sic dixisse ad eum de Troianis: Prudenter agere uolo, & amarum reditum Achæorum exercituí immittere. Postea illum ad illam dixisse: Quur hinc inde in alios & alios mores pollis, odisq ualde & amas quosuis ut sors fert: Dixisse autem ad hæc Palladē: Nescis quod contumelia me affecerunt, ac templa mea? Et ad hæc Neptunum: Scio, quādo Aiax Cassandram uiraputit. Offensam uerò illi respondisse: Nescio Achiuorum alium, neque uspiam auditum est: arqueita, siquidem triste quid, is qui Cassandram iniuria affecit, à Græcis passus esset, non contra totum exercitum exasperata fuisset Pallas.

Vltra quo pacto arguit Phinees, si iustissima contra unum pœna, iram omnibus imminentem sustulit? Verum dicis quod Poetæ omnia hæc in scenis finxerint, quomodo et apud alios eloquentes extra scenas, historicus sermo in precio est? Nam & in his quæ ad Palladem, & ad homicidam hominumq uastatorem ac insanientem pertinent, quædam narrantur. Quid Diana Apollinis soror, quum exhausisset Oenei diuitias, Aetolorumq & Curetum rem, regionesq ac ciuitates in pessimo loco posuisset, non uulgarem & paruam causam affert, quod Oeneus nō sacrificarit sibi uineæ primitias, inde totum ferè negocium mouit. Verum ille consanguineus eius, & æque promptus ad iram ob contemptum uniusfacerdotis, ab uno Atrei filio, nônne morbum malum in uniuersum exercitum misit? nônne mi fere multi perierunt? Vtrum igitur si Græcorum quis imitetur deos, māsuetus ne erit ac placidus, an iracundus, & grauiter succensens? Equidem secundum dixerim uerum. Si autem non sic res habet, progrediatur et doceat, quomodo quis extra furorem & iram, mente quietus fiat, si Græcorum deos, quos hoc loco bellígerantes & feroces facit, imitetur. Si autem Pallas Argiuis irata fuit, & Diana negligentem sacrificare Oeneum puniuit: Pyræ autem mortuorum flagrarunt frequentes apud Græcos, quod captiua uirgo à tabernaculis Agamemnonis dimissa non fuerit, simulq Chrysæ uittas dehonestārit, quomodo erat consequens, initiatos Beelphegor, & uniuersorum deum nefario consilio offendentes, & uoluptatibus obscœnis ac fœdis insipientissimè implicitos, apostatasq factos, impune hoc facere, et non potius pœnas luere extremis detentos malis? Illis autem apponit:

IVLIANVS.

Quod autem Deus non solum Hæbreorum curam gesserit, sed curans omnes gentes, illis quidem nihil magnum dederit uel eximium, nobis autem longe plura, & excellentiora, considerate autem quid hinc. Nam & Aegyptij dicere possunt apud se numerari sapientium non paucorum nomina, multosq se habuisse ab Hermetis successione. De Hermete inquam, qui tertio uenit in Aegyptum. Chaldæi autem & Assyrij eos qui ab Ano & Belo: Græci uero innumeros qui à Chirone, ex hoc enim omnes nati sunt natura sacerdotes & Theologici, id quod Hebræi sua magni facientes sibi soli tribuunt.

CYRILLVS.

Post hæc taxat beatum Dauid & Sampsonem, quos necp in bellis fortissimos fuisse dicit, sed inferiores robore multis Græcis & Aegyptijs, & intra Iudææ fines regni terminum cis fuisse. Igitur diligenter quæram, quali nam deo curę fuisse gentes dicit, ut Hebræis quidem nihil eximium uel magnum sit, Græcis uerò omnia maxima & eximia? Nunquid igitur eum qui per sapientem Mosen testimonium habet, quod sit uniuersorū opifex, cœli ac terræ, & à quo comprehensim omnia producta sunt, qui potestatem solus gerit, ac

Universidad de Deusto
Biblioteca



omnibus dominatur, sub pedibus habens creaturam, & ab ipsa adoratur: uel certe illum quem ipse, & impietatis suæ progenitores, præponentes Verbo, & contemplationibus ut primum autorem bonum: eum autem qui subsidet, & secundum nominat deum, & intendentem mundo appellant opificem. Igitur si per sapientissimũ Mosen prædicatum appellat Deum, quomodo eum nihil utile uel necessarium elargitũ esse dicit? tametsi notum, quod suam illis eminentiam & gloriam conspicuam fecerit, & particeps ueræ contemplationis esse permiserit, legislatoremq; eis dederit, sapientibus Græcorum etiam tempore antiquiorem, incomparabilibusq; interuallis sapientia, intelligentia, & uirtutibus tantum præstantem, quantum lux à tenebris, præscribentẽq; eis leges optimas, & res omnes ordinantem, ita ut immaculatæ sint, & posteritas illorum felicitatis primæ uiã haud facile ignorare possit. Et quid his melius? & quid habent Græci quod illis conferant? Nũquid apud nos principatus super omnia, gloriaq; & dominatio, ultra quam omnino nihil? Nonne omnis improbitas & malitia sententia legis condemnatur? nonne omnis turpitudo reprobatur, & in summa admiratione est omne genus uirtutis?

*Bonum. Opifex.*

Per quæ autem discemus in quibus Græci præcellant? Plurimi quidem & numero meliores apud illos sunt disuoluntatibusq; et consilijs inter se diuersi, hæreditariamq; singuli prouinciam habent præsidentes gentibus, ipsasq; dissimilibus erudientes legibus: ita ut alij uideantur iræ & furoris impotentis & absque reprehensione & impune occidant, abigendo & auferendo quę aliorum sunt, regiones quoque & urbes subuertant. Alij uerò tã concitis ac absurdis uoluptatibus irretiti sunt, ut & in matres ac sorores exardescãt sępius, suisq; filiabus non parcant. Hęc sunt sapientes principum gentium doctrinæ. Illis qui apud Græcos intendens mundo opifex, sicut ipsi dicunt, tradidit ducatum. Igitur reprehenduntur, deum quem blasphemant non colere. Quod autem fuerunt quidam apud Aegyptios uel apud Græcos mundanæ sapientię existimationem nõ ignobilem sortiti, nihil hoc ad Christianos. Antiquiora enim sunt quæ Moses scripsit, philosophiam habentia uerã et exactissimã ac syncerissimã diuinarum humanarumq; rerum scientiam.

Minime autem debacchetur in Hebræorum milites, uel reges, qd alijs manu, hoc est robore in bello & prælijs sint inferiores. Res enim hæc illis minime curæ erat. Terræ autem duces opponebant se uolentibus offendere, neq; aliorum res ferociter inuadebant. Etenim per Mosen à deo lex iusticiæ ipsis assistebat remuneratrix, ac administratrix. Cęterum probaturum se putans, quod omne quidem bonorum genus, Græcorum turbis donatum sit à Deo, Hebræis autem planè nihil, philosophorum honestans eloquentiã, dicit:

*Qualesmilites Hebræorum.*

IVLIANVS.

Sed nobis principatum dedit scientiæ, uel doctrinam philosophicam, & qualem? nam contemplatio astrorum à Græcis perfecta est, quorum prima obseruatio apud Barbaros in Babylone fuit. Geometria uero quę circa terræ mensuram, è lutosis in Aegypto initium habens, in tantam magnitudinem creuit. Arithmetice autem à Phœnicibus negociatoribus incipiens, iam apud Græcos scientiæ nomen obtinet. Tres illas cum Musica Græci in unum coniunxerunt, Astronomiam Geometriæ attexentes, utrisque autem adaptantes numeros: & quod in his harmoniam seruari couerunt, inde posuerunt Musicæ apud suos terminos inuenta rationum harmonicarum, ad sensum, aurium confessione certissima, uel quod huic proximum est.

*Astronomia. Geometria. Arithmetica. Musica.*

CYRILLVS.

Dignitatem igitur admit his, quæ & admiratus est: ad quod equidem dixerim, quod ignoret omnino, quid nam eos qui optime gloriæ studuerint, & ueram felicitatem assequuti censentur, deceat iure admirari. Virum enim admirandum & glorioſum efficit ac declarat, non solum eloquentia, & iucunda, ac congrua uerborum pronũciatio, ita ut differere etiam uanarum, tametsi nihilominus subtiliũ cogitationum profunditatem inquirere possit, & uerborum compositiones exacte coniungere: & ad hoc si attentet, quærere ea quæ mentem excedunt, & scientiam sensuum ueram fallant. At uere sapiens est, ac dicitur à nobis, qui manifestam & indubitatam de omnium Deo accepit opinionem, & pro uirili, quantum homini licet, inquam, diligenter exquisiuit, et cum hoc assequitur certam etiam in omnibus necessarijs scientiam, ut & perfectos uiros facere possit eos qui uirtutum studijs iure honestãdi sint. Quod enim curiosius inquiro, quid nam sit Geometriæ res & Arithmetices ac Multe dignantur: & his acquisitis, supercilium in sublime erigunt, quantum ad honestatem & irreprehensibiles attinet mores, inutile dixerim id studij & diligentiæ. Non enim uincet ideò quis illicitas uoluptates, neque contemptor diuitiarum uel gloriæ uanæ, neque liber ab iræ fluctibus, neque à conuicijs & inuidia alienus, neque continentiæ studio deditus erit, neque alia habebit bona, quæ accidunt & familiaria sunt quibusdã, ut ostendant eos alijs multo nobiliores: sed absunt, ut nullus frugi esse illi uideantur. Licet enim uidere aliquem præditum lingua nobili & diserta, loquacissimum, & planè Atticum, & in ornatu uerborum eximium artificem, moribus autem prophanum, & fœdissimarum concupiscentiarum laqueis irretitum. Porrò uere sapiens, rectęque sentiens, non nudis & solis uocalis erit talis. neque satis erit ad nobilitatis uirtutem inuenire



inuenire posse acerbam eloquentiam & peruersarum cogitationum incomparabilem uehementiam. Talis enim artifex in sermonibus, nondum omnino recte bonus est. Itaq; Geometria & Astronomia, & aliæ tales quædam scientiæ, eũ qui ipsas didicerit, nobilem & admiratione dignum non facient: sola autem potius exacta, clara, & irreprehensibilis de deo cognitio. At studio uirtutem parare, & quod illi contrarium, auersari, eam dixerim prælaræ irreprehensibilis philosophiæ gloriam. Sed quæ Græci tradunt, friuola esse, uanitatemq; multam, & cum inutilibus magnisq; sudoribus damnum habere censuerim.

Etnõ credes forsitan his quæ à me dicta sunt, uocabitur igitur in subsidium tuus Plato uir strenue, sic scribẽs in quinto de Reipublica: Igitúrne hos omnes, & tales quosdã mathematicos, et artifices id genus, philosophos ponemus? minime, inquit, sed similes quidem philosophis. Quos autem dixit ueros? Veritatis inquã diligentes contemplatores. Non enim in Geometria, quæ in petitionibus & suppositionibus uersatur, est philosophia, neq; in musica scholastica, neque in Astronomia, naturalibus & uulgaribus, et uerisimilibus scatente rationibus: sed in scientia & uerita te eius boni, quæ iũcta quidem sunt bono, & uiæ ad bonum. Itaq; non in paruis illis artibus quæ hic consideratæ sunt, consistit philosophia, sed in eo quod ueritas cognoscitur: hoc est, in eo, quod uere est, & id quidem est deus.

*Philosophi dementibus similes inter se dissident.*

Quin & in isto testimoniũ habent Hebræorũ dogmata etiam à dijs Iuliani. Nam quum profectus quidam in templum Apollinis Pithij, interrogaret, ac discere uellet, quænam gentes sapientissimæ sint, respondisse ferunt dæmonem qui illic erat: Soli Chaldæi sapientiam sortiti sunt, atque Hebræi, Perse genitum, regem ipsorum deorum colentes.

Meminit autem & Porphyrius Essęorum, qui in Iudæa erant, & de illis sic dicit: Ab illa autem exercitatione, meritò in illis multi etiã futura prænoscunt, utpote qui uersantur in sacris libris & uarijs purificationibus, prophetarumq; responsis, raro autem in prædictionibus aberrant. Quod autem scientiæ quæ dicuntur liberales, in quibus plurimũ gloriatur, & fastuosus est, non absque reprehensione, neque redargutione relictas inueniamus, ex his qui de sapientia mundana plurimum efferuntur, didicerit quis, & etiam ex his quæ illi scripserunt, atque adeò quę de ipsis & alij. Nam Xenophon Atheniensis sic inquit: Nullus unquam Socratem, uel impie, uel iniuste operantem uidit, loquentemue audiuit. Non enim de omnium natura, uel de aliorũ, differebat, considerãs quomodo qui plurimi, à sophistis mundus uocatur, habeat, & qua necessitate cœlestia singula fiant: sed & ea qui talia curabant, stultos esse demonstrabat. Et post alia: Admirabatur autem, quod eis non sit manifestum, quod homines talia inuenire nequeant: quoniam & hi qui se plurima de his nosse dicũt, inter se non eadem sentiunt, sed mutuum afficiuntur plane amentibus similes. Insanorum enim est, ut uel grauissima non metuant, uel quæ terribilia non sunt, grauiter timeant.

*Philosophi dementibus similes inter se dissident.*

Nam qui de natura uniuersorum solicíti sunt, alijs quidem uidetur unum solum esse, alijs autem multitudinem innumeram: & alijs quidem semper omnia moueri, alijs autem nihil unquam motum esse: & alijs quidem omnia fieri & corrumpi, alijs uerò nihil unquam fieri uel corrumpi. Porrò quid ad hæc dixerint sublimium perscrutatores? Qui ea quæ super terram sunt ignorant, curiose ea quæ in cœlis, inquirunt. Nunquid laudauerit quis Socratẽ propter hæc, dum dicit illis similes insanis, & ad superuacuas opiniunculas temerè se conferentes, & diuersos inter se, & de suis ipsorum adinuentionibus pugnantes? Plato quoque superuacaneum et inutile in hoc studium declarãs, in libro de Anima dicit: Ego enim ô Cebes, quum essem adolescens, mire hanc philosophiam desiderabam, quam uocant naturæ historiam. Eximium enim mihi uidebatur scire uniuscuiusq; rei causas, quare unumquodq; fiat, & quare corrumpatur, & quare sit: & sæpe me discrucíabam, primum talia considerans, num quando calidum & frigidum corruptionem quandam accipiunt, ut quidam dixerunt, tunc sanè animalia nutriantur: & utrum sanguis sit quo sentimus, uel aer, uel ignis, uel nihil quidem horum, sed cerebrum, suppeditet sensum audiendi, uel uidendi, uel olfaciendi. Ex his autem fiat memoria & opinio: ex memoria autem & opinione, si quietem acceperint, fiat scientia. Et iterum horum corruptiones considerans, etiam circa cœlum ac terram afficiebar, sic mihi uidebar ad hanc considerationem ineptus esse, ut nihil suprà. Certam autem tibi dicam coniecturam. Equidem quum quædam & manifeste scirem antea, ut mihi & alijs uidebatur, ipsa consideratione ita exercebar, ut dediscerem etiam ea, quæ antea me scire arbitrabar. Itaque si quis curiose inquirere uolet subtilia & sublimia, & menti nostræ inaccessa planè, si accedat utilitatis nihil, sed damnum & excęcatio, & quod dedi scendum etiam, hæc animaduersa supercilium deducent ei, qui contra nos inflatus se extollit. Etenim diuina est doctrina, & uitæ utilis ueritatis cognitio, quam & olim quidem Moses antea prædicauit. Venit autem ad nos de illa sermo clarior & fulgidior, illucescente nobis omnium nostri saluatore Christo, per quem & cum quo deo & patri gloria cum sancto spiritu in secula,

Amen.

Libri quinti finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



DIVI CYRILLI ARCHIEPI/ scopi Alexandrini, contra Iulianum, pro religione Christiana.

LIB. VI.

*In exemplari præscribebatur liber Secundus, nimirum pars secunda operis, quæ & ipsa quinq; Libros continet.*

Prouer. 18. TEMPESTIVE utique ex sacra scriptura iterũ dicemus: Mors & uita in manu linguæ: qui autem illi imperant, edent fructus eius. Nam quum liceat bona lucrifacere per linguam, sic componatur ad honestatem, ut loquatur ea, per quæ illa optime utentes in magnam ueniunt admirationem: sunt quidam qui uertunt ad ea ad quæ non conuenit, sermones suos. Progreditur autem eousque illorum improbitas & ruditas, ut summa mala pro malis non habeant, & procacem linguam contra Deum tendant, contraque ineffabilem gloriam arma moueant. Vnde fit, ut extremè mali omnino deprehendantur. Talis quidam fuit potentissimus Iulianus, quippe lingua præditus disserta, & admirabili dicendi uenustate, sacram scripturam uituperauit, contraque sanctorum multitudinem temerarius fuit ac importunus, ut & ad Psal. 51. ipsum apte dicatur per spiritum sanctum: Quid gloriaris in malicia qui potens es in iniquitate? tota die iniusticiam cogitauit lingua tua. Et iterum ad hæc: Dilexisti omnia uerba præcipitationis lingua dolosa. Multa sane sunt, quæ contra sapientissimum Mosen clamauit, sed ecce prædictis illis, nunc alia apponens sic dicit:

IVLIANVS.

Igitur utrum, studia ne an homines uiritim nominabo, utpote Platonem, Socratem, Aristidem, Cimonem, Thaletem, Lycurgum, Agesilaum, Archidicum, an potius philosophorum genus, militum, opificum, legislatorum. Inuenientur enim abominatissi militũ & pessimi, benignius usi his qui maxime offenderãt quam Moses his qui in nullo peccarunt.

CYRILLVS.

Itaq; reprehendit, ut opinor, iterum quod pœnas dederint Moabitæ, qui miserant ad Israelitas meretriculas mulieres, qui corporum formositate ad libidinem illicerent plurimos qui dei erant. Et quum deficere fecissent, deceptos satagerũt ut Beelphegor initiarentur. Et quum hæc ausi fuerint, dicit illos plane nihil deliquisse in deum, impietatem illam, ut uidetur, nihili faciens, & propterea crudelem ac immisericordem fuisse dicit sacrorum ducem Mosen. Leuiculum enim, ut dixi, illi uidetur peccatum, ac tolerabile, quod quidam à summo Deo deficiant: at inter optima recenset, si ad falsum cultum simulacrorum persuasi conuertantur.



A Itaq; audiat à nobis, quod nullum unquam qui hæc facere solitus sit, fœtum mater utero tulerit, Oxidem ipsi terram hæreditabunt. Si igitur dignissimum esse dicunt moribus placidum, et mansuetudinis serenitate decorum esse, & in lingua quoq; mitigentium perdendos eos qui alijs mortis laqueũ Prou. 11. struxerunt. Et sicut dicit quidam in scena nobilis, nihil molesti ferre eos, qui alijs molesti fuerint. An non hoc uere difficillimum ac intolerabile, in diuinam gloriam tanto periculo debacchari, & ineffabilem naturam, quantum ad temerarios ausus attinet, non uulgariter derelinquere? Quomodo hoc dubium?

Quum autem suæ sententiæ homines non minus admirabiles facit quàm fuerint prisci nostri, & sanctis comparare illos audet, age & nos uersimilia dicamus, conuicijs eius ueritatem oppo- B nentes. Putat enim eos quos admiratus est, nostris fuisse meliores. Aberrat autem à uero, & à scopo deuiat. Proinde uideamus, & præ alijs, qua lis nam fuerit celebris ille apud eos Socrates.

Itaq; admirabilis quidem fuit ob mundanam sapientiam, & eloquentissimum eũ fuisse dicunt, & moribus illo usum meliorem neminem, qui popullariter & in congregationibus uixerit. Et fortasis non credent quidem omnes his quæ de eo dicuntur, hi tamen his quæ Porphyrius de eo scribit, non contradicent, qui omnium antiquorum philosophorum uitam illustrauit. id enim a- C gebat perquam diligenter. Inquit autem Aristoxenus hæc de illo sic enarrans: Erat autem unus ex his qui aderãt, quum hoc ille diceret, quod ipse non cum multis fuerit, qui efficacius persuadere rent. Talis erat & uoce, & ore, & gestibus, & ad omnia dicta aspectus proprietate se accommodans. Faciebat autem hoc, quando non iracebatur: quando autem ab aliqua affectiõe succendebatur, tanq; eum fuisse dicit imprudentiæ, ut à nullo neq; nomine neq; re abstineret.

Iam quid turpius ira? an non pessimus animæ morbus est ira impotẽs & affectio implacabilis, & amaritudo uehemens? Nõ enim sic mare, uento æquor turbante sæuit, & graues fluctuum impetus terræ ac mari appellit, ut uiri animæ grauis & infreni ira laborans. Idcirco & diuina scriptura admonet, dicens: Quiesce ab ira, & derelinque furorem. Ira enim perdit etiam prudentes. Et ite- D rum: Vir iracundus non agit apte. Talis enim à quib. abstinet facinoribus? uel quomodo nõ totum frenum linguæ laxat? imò & temerarijs fermonibus illudet, & ipsos fortasse qui offendebunt nihil. Quemadmodum enim si lapis in præceps eat, & contra omne quod inuenit impetu ferfertur: ita etiam audax & asper, si ferocitatis & iræ moderantia, & iræ impotentia inuadet. Vbi igitur Socratẽ ponemus, qui morbo omnium pessimo ægrotauit? At diuinus Moses, super omnes homines mãsuetissimus erat. Scriptum est enim de illo. Dixit autem aliquando & ad nos omnium saluator ac dominus: Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus



animabus uestris. Et iterũ: Beati mites, quoniam A nia à dijs detur. Venereum enim ita amentum ipsi terram hæreditabunt. Si igitur dignissimum non dicunt esse, ita & dij & homines omnem poesse dicunt moribus placidum, et mansuetudinis testatem fecerunt amanti. Itaq; ut par est, suis serserenitate decorum esse, & in lingua quoq; mitimonibus consunditur ac erubescit, etiamsi aliogatem præ se ferre, uituperamus Socratem, idq; rum esse dicat illos. Laudat autem, quia quum de merito. Vtrunq; enim intermisit. Si autem quis ea re dubitaretur, increpauit minime sic sentire tiram & linguæ licentiam laudat, uituperabitur a- uolentes. O philosophorum doctrinas. Quanta pud illum & mansuetudinis negocium: & uitu- in illis est utilitas? Remorantur adolescentum in ἀφροδίσιους perabit quidem, quod laudatissimum est, & peio libidine uoluptatem. Suadent, ut caste & iuste ac ὄρους. rahonestiorum calculo approbabit. Rideatur u- honeste uiuatur. Sciant itaq; quod & dijs amantiq; talis, ualdeq; merito. bus propitij sint, ac ueniam dent, siue illi puero-

Itaq; laborauit quidem Socrates iræ feruore. rum, siue mulierum incontinentes & iniusti amaInueniemus autem eum & aliarum uirtutum extores sint: omnino enim remittetur ipsis, quod perem, unde grauissimis criminibus obnoxius non seruârint, siquidem & peierare uoluerint: est. Ira enim mulieres deperijt, tamq; uehementi quamuis reuerentiam in Deum neglexisse nullo illarũ amore correptus fuit, ut nihil ea re melius B tempore non sit damnosum. Iam quomodo, qui existimârit. Scripsit autem iterum de illo Porphy tam præclaram & celebrem opinionem habuit, rius sic: In alijs sane uitæ rebus frugi erat, nec mul quod posit & sciat esse philosophus, reuerentiã to apparatu indigebat, ut in diem uiueret. In ue- erga deum tam fœdæ & reprehensibili uoluptaneorum autem usu uehementior quidem, iniusticiam tamen non admittebat. Vel enim uxoti postponere debuit?

ribus, uel solis communibus utebatur. Duas si- Cimonem autem optimis præditum moribus, Cimon incemul habebat uxores, Xantippen quidem ciuis ut quisquam alius, uideat etiam is, qui tam subre- stus & fur. quoq; Aristidæ neptim Lysimachi. Et cum Xan- cto supercilio de isto glorietur. Nam Elpinicen, tippe clam congressus est, ex qua & Lamproclen eodem sanguine & semine ortam pro uxore hagenuit. Myrton autem cum nuptijs duxit, & ex buit, & Persas ipsos, imò & ipsum summum Ioea nati sunt Sophroniscus, & Menexenus. Iam uem imitatus, eodem cum sorore thoro usus est. quid ad hoc dixerit, qui Socrate admiratus est? Accusante autem illum strenue tyrannidis Cleoquando quidem, ut illi dicunt, in Venerem pro- ne, quum iudicaretur Athenis in isthoc crimine pior erat: deprehenditur autem reipsa, quod ual- deprehensus, pœnas iuxta leges luit. Scribit edemollis fuerit et intemperatus, faciet atemq; nul- tiam de eo Theopompus, quod furacissimus fulam in obscœnissimis uoluptatibus scies, utpote rit, & fœdis paruisse cõsilijs nõ semel redargutus C qui cũ duabus uxoribus neq; in ornatu fortasse sit, primusq; Athenienses milites dona recipere conuenientibus rem habuit, & cum alijs fœdis, docuisse ac corrupisse uidet: tametsi ꝙ pacto non hoc est mercenarijs mulierculis, corporis for- omnibus modis fœdum fuerit, & pessimarum in mam amatoribus uenalem facientibus. Et quo- firmitatum extremum, ita iniustis lucris uinci, modo hæc à conuersatione philosophorum, & à esseq; tam lucri auidum, & ob sororis nuptias, pauirtutum exercitatione non aliena? Nunquid rum barbarorum cedere dementiæ, atq; adeò in increpabat adolescentiores, si præter dignitatem naturæ leges peccare.

uituere uellent? qualem igitur cum illis sermonem habebat, quando albens canicie in tam fœdis facinoribus non solum deprehensus, sed & mentem affectionibus obnoxiam habere facile conuictus est?

Didici autem & aliquando ex Platonicis scripsisse, ad illum dixisse familiarem quendam: Vnde Socrates? Nũquid à uenatione Alcibiadis forma ueniat? Et hæc quidem de Socrate in istis. Diligenter autem inquiramus, quę Plato de ipso dicat, nunquid & ipse Socratem admiratus fuerit? & quod cum ipso earundem concupiscentiarum intemperiem expertus sit, suis capitur seranimibus. Nam in Philebo quidem dicit: Volup tas etiam omnium est insolentissimum, ita ut seraro sit, in Venereis uoluptatibus, quæ maxime uidentur esse, etiam peierare apud deos ueniam habere, quod similes sint pueris uoluptatis, nec minimum sensum habentibus. In Symposio uero dicit: Quod autem potissimum, ut dicunt mulieres, & soli iuranti si iuramentum non seruârit, ue-

Aristides. Aristides sane redargutus, pœnas luit, eratq; tam amarus ac inuidus, & ob aliorum gloriam insaniens, ut quũ aliquando Athenienses ipsum rogarent, quomodo optime gubernarentur, & omnia ciuitati feliciter succederent? dixerit, id nõ aliter fore, nisi ipse unà cum Themistocle sepeliatur: offenderat autem illum Themistocles, quod nauali prælio D optime se gesserat, & gloriam maiorem militiæ assequutus esset.

Prætereo autem nunc plurima & uera, quę de alijs qualescunq; tandem sint, dicere possem, conuerto aut me ad sanctorum bona opera. Quẽ suorum comparabit optimo Mosi, qui & à Græco- Mosi uirrum historicis testimonium habet, quod primus tutes. fuerit lagislator, maximeq; claruerit. Alias sane uiri uirtutes ex diuinis scripturis uiderit quis? deo enim illi dante potestatem, Aegyptiorũ flumina in sanguinem uertit, grauibusq; grandinibus, & in profunda & densa nocte habitantes flagellauit, & cognatos per medium mare euntes à Pharaonis crudelitate liberauit. Post illum autẽ Iesus dux exercitus designatus, similibus fere operibus

operibus effulsit, & rapidas Iordanis aquas à cursu moratus est, et ficco fere pede traduxit filios Israel: oratione facta ad uniuersorum Dominum, solis ac lunæ cursum sistit. Et hic plurima, memorabiliaq; adducere quum possem, omitto nunc. lib. 11. Vtar autem beati Pauli uocibus, qui scribens Hebræis, sic inquit: Et quid de Gedeone, Samsone, Baruch, Iepthe, Dauid & Samuele ac prophetis, qui per fidē expugnarunt regna, operati sunt iusticiam, adepti sunt promissiones, obturauerūt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugarunt acies gladij, ualidi facti sunt ex infirmitate, effecti sunt robusti in bello, castra euerterūt alienigenarum, acceperunt mulieres ex resurrectione mortuos suos. Et ad hæc: Obambularunt in ouillis & caprinis pellibus, destituti, pressi, afflicti, quibus non erat dignus mundus, in solitudinibus errantes & montibus & speluncis & cauernis terræ. Et quid his dic obsecro clarius? quid cū illis de uirtutū gloria certaret? Non erat illis mundus dignus, cedit autem dignitate, præstantia bonorum operum factus inferior. Per mundum hic eos qui in mundo erant intelligere decet. Porrò quoniam dicit uilissimos apud Græcos milites, maiore usos esse clementia in eos qui in se offenderant, quàm Moses in eos qui nihil peccarant. Audiat etiam à nobis: Nullus tibi pensi uidetur esse crimen, uir strenue, & paruum quid impietas erga deum, & deserto eius cultu, sceptrisq; & fugo contemptis, amplexari potius, & tanq; rem meliorem, immundis dæmonibus uelle esse subditum. At nisi ille ijsdem criminibus esset implicitus cum apostatis, uideretur utiq; ei uere arduum quiddam & graue, extremisq; dignū supplicijs. Verum quia diabolico laqueo irretitus est, & ineffabilem gloriam Dei contemnit, opinatur sua posse conciliari alijs, dicens nihil offendere eos qui in diuinā illius gloriam nefarie debacchētur.

*Impietas in deū punita.*

Quanquam & Græcorum legibus decretum sit, Deos alienos propter cognitos & ueros, non esse iudicandos, neque turpe quiddam & absurdum de illis dicēdum. Censebantq; se pie agere, si talia petrantes non pecunia mulctarent, sed capite plecterent. Vnde Anaxagoras dicens solis circulum esse lapidem ignitum, morte ab Athenensibus iudicibus est punitus. Diagoras quoque quum de dijs scripsisset, quæ discipulis suis non probabantur, impietatis accusatus est: & fere periisset, nisi ocyus relictis Græcis ad alios fugiens sibi consuluisset. Quin & ipsi Diagoræ Melio cuillanti aliquando sacrificia, festa, & sacramenta illorum, aiunt sacrarum legum præsides adeò fuecensuisse, ut occidentibus ipsum talentum argenti decernerent. Transeo & Socratem, dicentem sibi dæmonium uaticinari, & iurantem per quercum, & canem: & hanc ob causam, sicut prius dixi, accusatoribus urgentibus cōuictus est. Quod si falso cognominatorum deorum tantum Græci rationem habebant, quod & in ipsos irati animaduerterent, quasi omnes leges præuaricati essent. Arguit autem Mosen, & in castiganda multitudine, quæ & numero melior erat, durum esse dicit, quod permiserit paucos pati, qui omnes uerentia in deū deserta Beelphegor initiati sunt: quum magis decuisset illum, ut pium & cultorē dei, summis laudibus extollere. Hoc autem ille non facit, & unde illi tanta probitas? Traducens autem iterum Hebræorum exercitum duces, hoc est reges, sic inquit:

IVLIANVS.

Quod igitur uobis regnum annuncibo, utrum Persei uel Aeaci, uel Minois Cretensis, qui mare à piratis purgauit abactis barbaris usque ad Siriam & Siciliam, regni fines in utrasque proferens, non solum insulis, sed etiam maritimis imperabat: & quum diuideret cum fratre Rhadamontho, non terram quidem, sed hominum curam, ipse quidem ferebat à Ioue acceptas leges, illi uero permitebat, ut quod iustum erat, exequeretur.

IVLIANVS.

Dudum dixi, priscos Israelitarum reges, Mosaicis legibus bene ac sapienter institutos, & omne iusticiæ genus ad miraculum usque colentes, nihil uel auferre, uel abducere quod aliorum erat, uoluisse, cessisseq; eis res prouotis. At tuus ille ô strenue, Minos, quamuis à Ioue, ut dixisti, leges accepisset nō solis Cretensibus imperare uolebat, quorum princeps erat: sed ita ad ampliandas opes ac potentatus anhelabat, ut etiam eos qui nihil ad se attinebant, bello diuexaret, insulas q; iure belli diriperet, ac liberos in seruitutem mancíparet, demum & incursionem iniustam in ipsum dicit. Phædram enim & Prognen uide, inquit, pulchramq; Ariadnam filiam Minois pernicíem spirantis. Callímachus: Et insularum ceruicí graue iugum iniunxit Minos. At si quidem ita esset, quod iuste imperasset, planè neq; pernicíei mediatorem ipsum uocasset poetarum opticus, neq; taxatus esset insulis grauissimum & intolerabile seruitutis suæ iugum imposuisse. At hæc quidem sic se habuerunt. Quæ etiam in domo illius euenerunt, digna sunt ut uideantur. Erat enim ei uxor Pasiphae, filiæ uerò Phedræ & Ariadne, & uxorcula eius amans præter naturam etiam cum tauro rem habuisse fertur, et monstrum quoddam peperisse. At filiæ omnes tragœdorum impleuerunt scenas, propter libidinem male audientes.

Afferantur ergo & Persei gesta plena deliramentorum & fabularum, ac extremorum mendaciorum. Post illos de Minoe sermones, uenit in latum narrationum pelagus, Græcarumq; historiarum meminit, Dardanam dicens ex Ioue natum esse, & Atlantide Electra, fuisseq; incolam Dardaniæ: mortuum uerò regnasse cum Ioue, & alia quædam cum his delirij & uaniloquij plena. Com-



Commemorans autem interea & nostrum omnium saluatorem Christum, tollit iterum in excelsum superbiæ cornu, & de illo dicit:

IVLIANVS.

At Iesus, qui suasit quod nobis pessimū, ad paucos annos trecentos circiter nominatur, et quo tixit tempore nullum opus memoratu dignum fecit, nisi quis claudos & cæcos curare, & dæmones adiurare in Bethsaida & Bethania castellis opus esse maximum putet.

CYRILLVS.

De Dardano quidem nihil uel eximium, uel memoratu dignum potuit dicere: fabulosam uerò laudem pro pulchro bono opere ponit. Cæterum quod dicit, paucos fuisse congregatos à nostro omnium saluatore Christo. Paruum facit orbem, & facile numerabiles esse putauit eos, qui uniuersum orbem. Et ubinam multos inueniemus, si omnes sunt pauci? Quod autem non decipiantur, sed potius ex errore Græcorum recedentes ad ueritatem transferantur, qui ad euangeliorum sermonem accedunt, opera ipsa clamabunt, etiamsi nos tacuerimus. Diuina quoque signa per Christum facta perturbare audens, admirari nescit quæ admirari decet. Quomodo enim aliter deus esse cognosceretur, qui factus est homo, manens quod erat? Nunquid maximū illud, & immensum euolueret cœlum, & terram aliam præter hanc iuberet nobis ex aquis seruire, & innotaret quiddam circa solem et lunam, astraq; cęterā? Verum non huc spectabat, quum fieret homo: miserabitur autem potius hominem dæmoniorum seductionibus in extremam miseriam deductum, & ignorantē penitus quis natura & uerè sit deus omnium opifex, deiectumq; in mentē tam ignauam ac reprobam, ut adorare creaturam præter creatorem, lignisq; ac lapidibus exhibere cultum uellet. Itaque ut mentem ad scientiam ueritatis transferret, apparuit Christus in specie nostra, filium se esse dicens, per quem uniuersum hoc solidatum est.

Quoniam aūt miracula ferè conciliant fidem, & infirmos, cæcis lucē indidit, immundisq; dæmonibus imperauit, ut se in abyssi cauernas reciperent, eratq; necessariū facere, quod ab eo præciperetur: liberi etiam fiebant qui ab illis uexabantur. Mare & uentos increpans, iubebat tranquillescere, uocabat mortuos ex monumentis, fœtentissimis nutibus effecit. Quid his, dic oro, fulgidius? Quid ita magnificū? Itaq; si medicæ experientiæ ostentatio est miraculorum operatio, ne faciat uenerabilē, & irreprehensibile sit, quod non admiretur eam: sin uirtutis maxime diuinæ esse comprobatur, quomodo non est uerum id quod dixi? Etenim citra ullam affectationem, & ut uidetur, studium, admirationem merentur ea quæ maximi facienda sunt: tametsi tuum, ut sum

mum Iouem, et alios qui cū eo sunt, quos tu deos esse dicis, inueniemus impotentiores, quàm ut à mortis laqueo eripere possint detētos. Et id nos docet poetarum optimus, dicens:

C. terum mortem quidem, secum trahentem,
nec; dij quidem,
Etiam ab amico uiro poterunt auertendo iuuare, quando scilicet
Parca pernicíosa asperæ mortis destituit.

Inani autem de Dardano scripto absoluto, statim ad Aeneæ transit exilium, & à Troia ad Italorum gentes profectionem manifeste narrat. Remi quoque & Romuli mentionem facit, & quomodo Roma ædificata sit, & longos in hoc producit sermones, datumq; esse eis à Ioue dicit sapientíssimum Numam, de quo sic inquit:

IVLIANVS.

Sed postquàm extructa illa est, multis quidem bellis pressa fuit, in omnibus autem preualuit ac uicit: & quum increscerent pericula, opus que haberet maiore securitate, Iupiter ei sapientíssimum Numā misit. Hic Numa honestus & bonus erat, & uersabatur in desertis syluis, eratq; semper cum dijs, prout mire sapiens erat. Et post alia: Hic multas sacrificandi leges protulit.

CYRILLVS.

Itaq; quando quidem, sicut ipse dicit, honestus & bonus erat Numa, & splendida præditus intelligentia, etiam plurimas sacerdotū constituit leges. Diligenter ergo inquiramus, quem habuerit ille cultus modum. Scripsit igitur de illo Dionysius Halicarnasseus, qui Romanorum historiam diligenter composuit, quod templa quidem & delubra extruxerit, simulacrum autem in illis erat nullum. Nam quia Pythagoræ philosophiam commendabat, cuius & dogmata sequebatur, cognouerat Deum omnino specie & forma tali carere, affirmabatq; illum gaudere mentalibus & non carnalibus sacrificijs. Idcirco & constructa templa Fidei nominabat, qua sola Deus ab hominibus quantum capaces sunt uidetur: & subditis præcipiebat, ut per Fidem iurarent. Cæterum hic laudibus summis illum prædicans, Fidem in deum nepharię conspurcās, non confunditur lígna & lapides inter deos recensere, & omnigenas idolorum cōstitutiones approbare: nec cessat armenta boum illis immolare, ut & cum ipsis Numæ legibus pugnet. Ad hæc & alias quasdam friuolas & aniles, deliras q; fabellas annectit ac dicit:

*Simulacrum nullum in templo Numæ.*

*Iurare per fidem.*

IVLIANVS.

Igitur hęc q̄dē ex arreptiōe et inspiratiōe diuina, per Sybillā, et alios q per illud tēpus patria uoce oracula reddebāt, à Ioue orbi data esse apparet: sicut et ancilia de cęlo sunt lapsa, et in crista galeæ caput apparuit, opinor Numæ etiā magni Iouis sellā affuisse. Hæc ne inter prima uel

uel secunda dona numerabimus? Et ô miseri homines, quum seruentur arma, quæ magnus demisit lupiter, hoc est pater Martis, pignore dato, non uerbo, sed re, quod ciuitatem nostram perpetuo protecturus sit, cessatis adorare & colere? & interim crucis lignum adoratis, imagines illius in fronte & ante domus pingentes. Igitur digne quis uestros prudentiores odio habebit, uel misericordia dignabitur imprudentiores, qui uos sequentes in eam peruenitis calamitatem, ut etiam relictis æternis dijs, ad mortuum Iudæum transeant.

CYRILLVS.

Qui ista sic se habere sustpicatur, & impudens ac nepharium os cõtra eminentem saluatoris nostri gloriam dilatat, à maligno aduersario; Dei spiritu, à me minime denegabitur esse arreptus. Nullus enim dicit anathema Iesum nisi in Beelzebul, quemadmodum sapientissimus Paulus inquit. Quod autem ancilia à Ioue missa, & craniũ, hoc est caput inuentum esse, nescio quomodo dicit, ridicula sunt, pueriles qúe nugæ ac neniæ, nihilq; præterea, quare talia non ualde curamus. Porrò miseros esse dicit, quibus curæ est semper & domus & frontes signo precioſæ crucis signare: absq; labore demonstrabimus eiusmodi sermones à malis cogitationibus perfectos, extremam sapere imperitiam. Nam uniuersorum saluator et dominus, quamuis potuisser in forma cũ patre omnibus modis æquali agere, & in diuinitatis solio considere, non rapinam tamen arbitratus est se esse æqualem deo, sed seipsum humiliauit, formam serui accipiẽs, contemptaq; ignominia, crucẽ substinuit, ut corruptionis aboleret potentiam, unus pro omnibus mortuus, & excitatus, ut à mortis laqueis humanũ eriperet genꝰ, ut tyrannidẽ peccati quod in nobis dominat destrueret, ut legem in membris corporis sæuientem sedaret, et spirituales faceret adoratores, mortuumq; faciens in nobis sensum carnis, filios efficeret dei eos, qui in se crediderunt, & sanctificaret per spiritum, ut tyrannide in omnes spoliaret D satanam malorum autorem, & Iethiferã bestiam, ac malignas uirtutes quæ sub illo sunt, quas calumniator noster gentium principes & tutelares deos nominat. Hæc omnia recordari nos facit salutare lignũ, & suadet ut cogitemus, quod sicut dicit diuinus Paulus, Vnus pro omnibus mortuus est, ut uiuentes non ultra sibijpsis uiuãt, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.

*Quid signum crucis in memoriã reducit.*

Quod autem deo uiuere, hoc est, honeste & religiose conuersari beatissimos faciat eos quibus id studij est, omnibus manifestũ inquam, & propterea, ut dixi, precioſi ligni crucẽ facimus in memoriam omnis boni & omnis uirtutis.

Quoniam autem res illa ei uituperatione non carere uidetur, dicat oro iterum. Interrogabo enim: Vis congregantes tabulas intra domus septa, optimum accersamus pictorem, cui dicamus A Animus nobis est, ô pictor, uelle docere formosos pueros intemperantiam damnum ipsis afferre, uolumusq; suadere mulieribus quæ in domo sunt, inhonestam uitã ipsis esse perniciosam: sed fortasse istis sermo docere uolentium nõ sufficit, ut recte & inculpate uiuere uelint. Ponatur eis & ob oculos pictura quædam adiuuans sermones docentium, pingaturq; in tabulis ante alios deorũ summus Iupiter: assideat autẽ, si placet, Phryx adolescẽtulus Ganymedes, honestus item illius & memorabilis ludus, intemperataq; libidinis indicium: pingatur autem & Alcumena, apud quam nouem permansit noctes, qui & in fœdissi- B mis sacietatem non experiebatur. Steteat etiam Semele, & omnis mulierum chorus. Videatur præterea & Neptunus, assistentes habens quas flagitiose uitiauit Amynonen, Aellopen, Hippothoen, & alias. Et etiam pingatur simul adolescens Lydius Pelops, inquam. Decoram effigiem sumat in tabulis subridere solita Venus, quæ multos nouit amatores. Ferè me præterijsse, ô pictor, redolentissima illa planta, Daphnen dico, & quæ de illa celebrantur: pinge mihi Apollinẽ uictum modestæ puellæ fragrantia, & fugiat qui dem puella inquinamentum exosa, insectetur autem Apollo, etiamsi amantem nõ assequatur, coronetur ramis, ne lateat crimẽ. Vis igitur uir litterarum laudat & admiratur, reprehendit eos qui facere eadem quæ illi nolũt. Suadeat cultoribus de nue, ut lignum quod nos ad recordationem om. reprehendit nis uirtutis inducit, abijciamus, & relinquamus, deos. C puerisq; & mulierculis tua proponamus. An forte repugnabunt dijs & deæ, ne à pueris & mulierculis qui uident hæc planè inutilia, destruantur? An non ridicula sunt hęc, & euidens summę stupiditatis demonstratio?

Dicit nobis in summam cedere perniciem, si ab æternis recedamus dijs, et pro eis Iudæum eligamus mortuum. Obsecro die mihi, quomodo genitos & in tempore productos æternos esse dicis? Nonne tuus Plato conspicuos & mentales primitiue deos, conditos esse fatetur: quomodo igitur ex uisdeos, conditos esse fatetur: quomodo igitur ex uisnum, quod in tempore productum, & ad generationẽ ueniens, obnoxium corruptioni, quantum ad rationes naturæ insitas attinet: quando- D quidem mentitum non est, omne quod generatur, omnino etiam corruptioni subiacere. Mortuum autẽ nominat Christum. Nec mirabile est, errat enim, & uenerabile incarnationis nescit sacramentum. Non enim dixisset mortuum eum, qui secundum carnem mortem gustauit, ut mortem solueret. Quomodo enim uinceretur à mortem solueret. Quomodo enim uinceretur à mortem solueret. Quomodo enim uinceretur à

Universidad de Deusto
Biblioteca



Etenim non est solum nobis proprium, sed commune arbitror cum Græcis nostris cognatis. Iupiter enim in mentalibus ex se Aesculapium genuit, super terram autem per fœcundi solis uiam apparuit: is ubi ex cœlo super terram prodijt, circa Epidaurum quidem in hominis specie uniformiter apparuit: quum multiplicaretur autem inde progressionibus, super omnem terram salutarem suam dexteram extendit. Venit in Pergama, deinde in Ioniam, in Tarentum: posthæc iterum uenit in Romam, abijt in Con, & inde in Aegas, postea in uniuersam terram ac mare, non singillatim nos inuisit, & quodammodo animas negligenter uiuentes, & corpora infirma corrigit.

CYRILLVS.

*Aesculapius quis fuerit.* Arroganter quidem dicit, ex Ioue in mentalibus natum esse Aesculapium, apparuisse autem in hominis forma. Omnium autem sermone fertur ex Coronide & Apolline natus, quæ à sacerdotibus, ut uerisimile est, in Apollinis templo uitiata fuit. At hic de illo honestũ & sublime quiddam sentit ac loquitur, semper nimirum mendax: quamuis apud Græcorum sapientes plurima & absurda de illo scripta sint. Et enim Apis Aegyptius non obscurius inter eos qui illic erant templi ministros, & naturalis philosophiæ scientiam fortitus, dicit. Hunc ferunt primum artem medicam exquisiuisse & tradidisse felicius, quàm eos qui ipsum præcesserant, communicasseq; & Aesculapio. Hic ubi profecerat in ea disciplina, noluit ultra in Aegyptiorum ciuitatibus morari, sed lucri cupidus & turpibus consilijs obnoxius, omnem, ut ita dicam, circuit regionem, ab omnibus lucra petens, & uenale studium suum languentibus præponens. Inflatus autem ob scientiam, & superbiens etiam Deum se nominabat, & mortuos se suscitare posse delirans imaginabatur. Veniens autem ad Epidauros, & illic summã sibi gloriam arrogans esse se deum quendã, fulmine ictus est, pœnam illi dignissimã deo intentante, & per id quod patiebatur declarante se nihil aliud esse omnino, quàm terram ac puluerem. Sed quæ de illo dicat Odarum conditor Pindarus, uidere operæpretium fuerit:

*Aesculapius iterum ictus.*

Vicit & illum superbi animi,
Aurum in manibus apparens.
Manibus autem Saturnius per utraq; præcordia
traiectu deiecit ocyus.
Flagrans uero fulmen mortem intentauit.

Quin & tragicus Euripides dixisse Apollinem contendit:

Iuppiter em̃ autor mortis, filij mei Aesculapij,
Pectoribus iniecta flamma.

Quomodo igitur maximũ & eximium donũ solis & Iouis, sicut ille dicit, quem igne exusit is deus, qui hominũ opera iusta sententia trutinat, & reddere unicuiq; pro suis meritis solet, uel præmium uel pœnas.

Sed profuit uitæ, inquit, medica ars, nunquid propter hoc per eam & deos meliores factos esse dicemus? quamuis eõsiderare liceat, & alias scientias, & artes etiam sordidiores, non frustra inuentas, sed humanis usibus utiles ac necessarias. Nunquid propterea eos, qui initio illis operam dederunt, uel certe sortiti sunt in aliqua alia arte gloriam maiorẽ, diuinitatis honore coronabimus? Ita que si quidẽ fecit aliquid deo dignũ Coronidis filius, si cæcis quibus oculi adempti lucẽ immisit, si iterum redire ad uitã iussit mortuos, si claudos reẽtis pedib. incedere, & lęros ad pomũ redire fecit, etiam à nobis honorẽ accipiet, quod admirationẽ dignus sit. Si aũt probatus circa quosdã ægros fuit, laudetur quidem et ipse, utpote experientia medicæ artis clarus: sed nõ contemnat hoc dictũ, Nosce teipsum. Auarum igitur & arrogantem medicũ optimus ille in deorũ retulit numerum, et adhuc superbum surrigens supercilium, sic iterum de illo inquit:

IVLIANVS.

Quid tale sibi datum esse à Deo gloriantur Hebræi, ad quos à nobis uos sponte pertransistis? Si illorum quidem sermones attendissetis, non omnibus modis tam infeliciter ageretis, sed peius nunc habetis, quàm si adhuc nobiscum essetis: leuia autem quasi essetis, & tolerabilia. Vnum enim pro multis diijs coluissetis, non hominem, immò non multos homines miseros, usos lege dura quadam & aspera, agrestem'que barbariem ipsorante, pro his legibus quæ nobiscum iustæ & misericordes, & siquidem in alijs deteriores, sanctificatione tamen puriores & castiores: nunc autem uobis euenit quod sanguisugis, qui pessimum exugunt sanguinem, & puriorem relinquunt.

CYRILLVS.

Plurima sanè & dignissima, & quæ admirabiliter recenseri. Qui autem uolunt, poterunt & posthac uidere uiros uenerabiles, & sanctos, in uirtute Christi per sanctum spiritum increpare mala dæmonia, & eos quos illi deos & seruatores esse credunt, orationis uirtute conterere, manuumq; attactu flagellare, atq; adeò à uarijs morbis liberare oppressos.

Quoniam autem ijs qui mendacium condemnauerunt, & contra Græcorum errorem quasi ad rauim clamauerunt, prudenterq; ueritatem delegere, atq; deum naturalem, & uniuersorum opificem cognouerunt, insultat dicens: Auscultantes Christianorum sermonibus decepti estis, & non unum adhuc colitis deum, sed hominem, imo & multos alios infelices, etiam legi duræ & asperæ atq; barbaræ subiectos: operæpretium arbitror sermones, quibus iuuari possumus, etiam hic opponere. Itaq; hominem nominat Christũ, multos autem & infelices sanctos martyres, quos & sub lege dura fuisse dicit, eo quod dixerit dominus noster Iesus Christus: Ne timeatis ab his, qui occidunt corpus, animam autem occidere nõ possunt: timete autem potius eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehenna. Porrò nos, uir eximie, dicimus: Non (ut tu putasti) deificamus hominem, nec existentem natura deum adorationis honore dignamur, sed ipsum potius qui ex deo patre prodijt Verbum, per quem omnia producta sunt, qui decreuit saluare humanum genus, incarnatum esse, & hominem factum esse diximus, processisseq; ut hominem ex sancta uirgine, ut quoniam inaccessa, & nullo modo attingibilis, imò & omnino inuisibilis diuina & ineffabilis eius gloria, rẽporibus quibusdam definitis quasi unus ex nobis, secundum quod apparuit ut homo, dispensatiue cum hominibus conuersaretur. Et quis ille deus inquam est uniuersorum, naturaq; & solus, ut persuadeat sapere, uirtutisq; omnis scientes efficiat, nos sibi per sanctificationem confungens, abolito omni principatu, omni potestate & uirtute maligna, liberatisq; nobis à falso nominatis diijs? Proinde nõ, sicut tu putas & dicis, & sentire uelles, ut homo colitur. Quare enim hoc diceremus? sed hominem qui apparuit deiuerbum agnoscentes, & accedimus ad deũ secundum quod et deus est, & ex deo patre apparuit incõuertibilis et incõmutabilis. Quod de illo sacramẽto subtiliter et sapiẽter antea sapiẽtissimo Moyses prædixit, & prophetæ quoq; sancti prædixerunt, quæ cum illis sermonibus conueniunt.

*Quomodo martyres colãt.*

At sanctos martyres neque deos esse dicimus, neq; adorare consueuimus: laudamus autem eos ut et suam animam contempserint, & mortis terroribus ualedicentes præualuerint in summis periculis, tantæq; fuerint fortitudinis, quasi statuas sibi suæ uitæ excitaturi. Proinde non est indignũ, imò etiam necessarium eos qui tam claris operibus gloriosi sunt, perpetuis honorari laudibus. Quam rem etiam apud Græcorum uetustissimos



irrepudiabilem inueniemus. Etenim quum olim pro uniuersa Græcia in Marrhatone quidam periclitati essent, & postea confligentes cum exercitu Xerxis, nobili morte occubuissent, mos Athenis factus est, quod anniuersarijs laudibus eos coronarent, quum apud sepulchra illorum conueniretur. Et quoniam optimus iste sanctos non sinit absque reprehensione uenerari, quamuis & ipse Plato dicat de his qui optime uiuere uoluere & non ignobiliter mortui sunt, postea quasi dæmones factos, & mortuos, ita curabimus, & eorum loculos adorabimus. Eiusmodi sanè hęc censebimus, quando quis senectute, uel alio quodam modo defunctus fuerit, qui in uita præ alijs bonus iudicatus est. Et hæc quidem tuus Plato uir strenue, nos autem non deos factos esse diximus sanctos martyres, sed omni honore dignari consueuimus, quodammodo reponentes memoriam illis immarcessibilem pro honoribus & remuneratione fortitudinis tam conspicuæ.

Quoniam autem frustra cauillatur credentes in Christũ, quasi imprudẽtes elegerint pro unico deo colendo multos homines non deos, demonstrare conabor Græcorum insciticæ esse crimina, quæ ipsi in ueritatis adoratores nepharie reiecerunt. Ipsi enim hominibus sacrificarunt, idq; turpibus & libidinosis, & omnibus modis uituperandis, qualis sanè quidam fuit celeberrimus Hercules, quem fuisse Alcumenæ & Iouis filium dicunt, cui magnum & eximium præmium constituerunt, quod una nocte quinquaginta uirgines uiciarit. Honorantur autem & alij diuina gloria apud eos ex Thebanis Hermes, ille Memphites, Aesculapius, & cũ his Castor & Pollux, Apis & Osiris. Taceo Semeles filium libidinosum & scelestum: adijciam autem Cleomedem, quem puto gilem ferunt crudelem fuisse & atrocem, bestijsq; ferocibus parum cedentem: & hanc ob causam laudans illum Pythius ex sacra tripode loquebatur, sicut ipsi dicunt:

*Quàm indignis gentilitas diuinos honores tribuerit.*

Vltimus heroum Cleomedes Astypalæensis,
Quem sacrificijs colite quasi non ultra mortalem existentem.

Præclara humanitatis præmia certantibus largiris ô Pythie, ô deorum mãsuetudinem, ô libera litatem. Ascribitur dijs abominabilis & homicida. Hæc res illos decebat. Porrò Alexãdrum Philippi filium ter & decies decretum est nominari deum ab his qui per id tempus agebant, quin & ipse Alexander unum ex familiaribus & obscœnarum mulierum adductorẽ, cui nomen erat Hæphestioni, appellauit deum, altarioq; & sacrificijs coli præcepit. Sed si quis uelit singulatim dicere, longos insinuet sermones, innumerabiles enim sunt, qui diuinitatis nomen suffurati fuére.

Quod autem soliti fuerint deos nominare, secundum substantiam quos uoluerint, sciet quis etiam inde: Nam Clemens sequens sanctos apostolos, multasq; Græcorum historias proferens, *Senchoniathonis historia.* in sermonibus dicit, Senchoniathonis historiam Phœnicum literis scriptum, conuertisseq; in Græ

Universidad de Deusto
Biblioteca



corum linguam Iosephum Iudæum, qui admirabilem in doctrinis fortitus est gloriam. Dicit igitur Senchoniathon ille, quamuis Græcorum superstitione plenus: Antiquissimi Græcorū præcipue Phœnices & Aegyptij, à quibus cæteri homines hunc morem acceperunt, deos nominabāt magnates, qui aliqua ad humanæ uitæ utilitatem inuenissent, uel in aliquo gentibus benefecissent. Benefactores autem istos, & multorum bonorū operum autores censentes, quasi deos adorabāt, & utilitati cuipiā præfectis tēpla prēparātes, columnasq; & uirgas nomine illorū cōsecrabant. His quos ualde uenerabant Phœnices, dies festos maximos decernebant. Præcipuè aūt à suis regibus, mūdanis elemētis & quibusdam existimatis dijs, nomina indiderūt naturaliter. Solē & Iunam, & planetas, stellas, & elemēta, & quę cū illis sentiebāt, deos solos sciebāt: & hos quidē mortales, illos uerò immortales. Proinde nos quidem minime, Græci aūt potius deprehēdunt fuisse hominū cultores, et dei gloriā incircūspecte, qb. olim uoluerūt tribuisse. Cæterū dictis istis sapiēs Iulianus ubiq; cōtra Christianā religionem agens, etiā alia quędam addidit:

*Principes olim dij uocati.*

IVLIANVS.

Scitis enim, quod sanctificationis ne mētionē quidē fecerint: imitamini autem ipsorū furores & amaritudinē, subuertentes templa & altaria, & occiditis non solum ex nostris qui in paternis traditionibus manent, sed etiam ex hæreticis qui uobiscū seducti sunt, qui nō uobiscum eodē modo mortuū deplorāt, sed hæc potius uestra sunt. Nullo em̄ modo, hęc uel Iesus tradēs præcepit uobis uel Paulus: causa aūt est q̄ nō sperauerūt unquā eousq; res suas peruēturas. Gaudebant em̄ si ancillas deciperent & seruos, & per hos mulieres & uiros, quales Cornelius & Sergius, quorū unus si uidetur nominatus inter nobiles qui tunc erāt (sub Tyberio em̄ uel Claudio hæc facta sunt) credite, quod de omnibus mentiar.

CYRILLVS.

Audacter iterum loquitur strenuus ille, & sanctimoniæ negligentes esse dicit eos, qui se à Grecorum errore alienant, & ad ueritatē cōtendunt. An nō rídícula hæc sunt & aniles neniæ? Age ex suis sapiētibus dicamus ei: Desipis Menelae in aula nutrite, neq; aliquid te iuuat hæc insipiētia, resipisce, idq; suauiter. Nā nos quidē uerę sanctificationis modos inqrētes, omnē ueritatē meditamur, et q̄d in omnib. optimis, pbaē, admirabili studio obtinere assuescimus. Vos autē in tantum ab his nostris abestis, ut libidinosos uestros deos admireminí, et impudēter meretricātes eos adoretis.

Sed ira uincí nos dicit, & iniuste occidere. At ubi nam hoc factum inueniemus? Contrariū em̄ uerum opinor, id quod re ipsa colliquescit. Occisi enim sunt ab ipsis sancti martyres, in nullo absurdo redarguti: sed quod summo deo fidem seruârunt, beneuolíq; fuerunt, iniuste accusati.

Arguit aūt: Quare tēplis & altaribus manū admouistis, & impietatis officinas diruistis? quāuis dicentē audiuerimus, quod uni soli deo seruiendum sit: quibus igitur templa erexistis? & in illis aras extruxistis? Nā esse deum in humana specie neq; ipsi dixerint: obluctantur aūt nescio quomodo suis super hac re opinionibus. In tēplis enim multigenas & multiformes species collocantes, adorari illas absq; iudicio præceperūt, nec; ignorant quod putrefactos mortuos colāt: & quomodo non erubescunt uniuersorū saluatorē Christū nominare mortuum, quamuis passum carne, & propter nos mortem gustantem, ut hominis naturam ad incorruptibilitatem reduceret? Nō enim manſit inter mortuos, sed reuixit potius destructo mortis imperio, et ablata corruptione nostra, quæ ex preuaricatiōe Adæ tyrannidē exercebat.

Porrò non relinquit irreprehensam saluantis benignitatem, eo quod mulieres crediderint, uocatí que sint et serui & ignobiliorís uitæ quidam. Quamuis melius erat cogitare quod homo homine, secūdum quod natus est, nullo modo præstantior sit: sed eadem ratio substantię ad omnes perueneat, unusq; omnium ingressus sit ad uitam & aqualis egressus, sicut scriptū est. Externis scilicet sapientibus aliį interdū aliįs plus abundāt, ut in opum abundantia & dignitatum eminentia: et alius quidem est qui ministrat, alius cui ministratur. Veruntamen utcunq; hæc se habeant, omnibus hominibus una est natura Et proprium ei est, ut probe se gerat ad omne quod laudabile est. Etenim sapiēs est, et discernere ualet deteriora à melioribus. Pro inde nihil prohibet eum qui humilioris uitæ est, fieri sapiētem, et destitutum opibus studere iustitiæ, & existentem in ministrorum ordine, æquitate et honestate claréscere. Igitur quare arguit irrestra eos, qui diuina prædicatione ad ueră irreprehensibilē q; dei cōtemplationē, et ad omnis boni scientiā cōgregati sunt, nisi possint ijsdem diuitijs nè ego dixerim inopē, si quidē uoluerit recte et iuxta legē uiuere, incōparabiliter melís habere aua ro diuite, et sapiētē ministrū delirāte dño. Scriptū est em̄: Minister sapiēs imperabit stultis dominis, Videre aūt licet etiā apud Grecorū sapientes eos, q̄ alįs multo gloriosiores effecti, fuisse abiectio artifices, populareq; et sordidā exercuisse artē, q̄s illis parētes tradiderāt, admirabiles q; factos in sua sapiētia. Et transeo quidē multos, ad ipsum aūt uenio Socratē Sophronisci filiū, qui natus est ex matre obstetrice, patre aūt marmorario: nihilo minus primatū in sua arte obtinuisse dicūt, hoc men nō daē ei opprobrio. Scribit aūt sic de eo Porphyrius in tertio historia philosophi: His autē lic manifestatis, dicemus de Socrate quę apud alios memoria digna habentur. Nam alia quidem ad laudem & uituperium eius multipliciter à diuertis uiris fabulosę tradita sunt, qui parum amicè iudicantes inexquisitum réliquerunt, hoc num ipse



ipse laborauerit cum patre suo in cædendis lapidibus, uel pater eius solus. Nihil enim hoc obfuit ei ad sapiētiam, quod paruo tempore operatus est. Etsi sculptor fuisset purioris artis, neq; id ad confusionem illi cessisset. Et post alia, iterum opificē fuisse dicit Socratem cædentem paterna arte lapides, & Timæus in nono ait lapidibus operari dicisse Socratem: & si ille quidem minus fide dignus est, utpote minus amicus. Timæus autem propter ætatē, iunior enim Aristoxeni filius erat, utendū Menedeo Pyrræo, qui Platonis fuit discipulus, et senior Aristoxeno. Is dicit in Philocrate, quod non cessauit Socrates uel de patre ut marmorario, uel de matre ut obstetrice loqui. Quid, dic obsecro, nocebat Socratē, q̄d marmorarius esset, uel quod natus ex patre marmorario, in hoc quod posset recte agere, quæ censuerat bona esse opera. Licuit ne minus philosophari, q̄d ex mercenaria fuit matre? obstetrix enim erat, ut dixi.

*Socrates ex patre marmorario.*

*Socrates ex matre obstetrice.*

Verum grauis ille & celebris apud eos Plato nō uersatus in scholis & palæstris initio, sed ex suis et de illo dicat Porphyrius, quod apud Dionysium literas didicerit, apud Aristonem autem aryuū dicunt aliquí, quod didicerit quæ ad ludū illorum attinēt. Proinde & in Isthmijs & Pythijs certasse ferunt, & quid hac arte seruilius? ferret enim, ut opinor, nullus recte sapientiū nudato corpore palam in tanta multitudine fœde agere, id q; ob paruam mercedem.

*Socrates in doctrinis fortitus gloriam.*

*Socrates in sua sapiētia.*

*Socrates aūt uenio Socratē Sophronisci filiū, qui natus est ex matre obstetrice, patre aūt marmorario: nihilo minus primatū in sua arte obtinuisse dicūt, hoc men nō daē ei opprobrio.*

Iā quod dicit famulis inaccessam esse philosophiā, ridetq; quod dicunt ad ueritatē uocati: quāuis Zamolxis Thrax Pythagoræ minister, mirabilis fuerit apud illos, utpote in omni disciplina ualde edoctus. Meminit aūt & illius Porphyrius sic dicens: Erat aūt ei & alius minister, quem ex Thracia emerat, cui Zamolxis nomen, quē diligebat Pythagoras uacantem sublimiū cōtemplationi. Istaq; ministros nihil prohibebat fieri sapientes ac bonos, qui pro uirtute laborē ferre, & ueræ contemplationis splendoribus constare nolebāt.

*Zamolxis Thrax Pythagoræ minister, miralde edoctus.*

*Zamolxis Thracia emerat, cui Zamolxis nomen, quē diligebat Pythagoras uacantem sublimiū cōtempla tionibus, istaq; ministros nihil prohibebat fieri sapientes ac bonos, qui pro uirtute laborē ferre, & ueræ contemplationis splendoribus constare nolebāt.*

Vituperat etiā istud quod mulieres diuinā nostram prædicationē adeptæ sint, quamuis etiā ipse Plato in Sicilia Dionysij uxorē ad philosophiā uocārit. Sanè Porphyrius Marcellam ob eruditionē, admirabilem fuisse dicit, amiceq; inductā in domū, tanquam uxorem uoluisse simul uiuere. Ad hęc enarrās uitā Pythagoræ, sic affectam fuisse dicit Crotoniatarū urbem, quod seniorū principes multa & pulchra oratione animauerit, deinde iussus alias fecit admonitiones apud adolescentes pro principibus, postea etiā apud pueros iurmatim à ludo ueniētibus. Deniq; & apud mulieres, & mulierū conuentus illí præparatus fuit. His aūt factis, magna illius gloria creuit, & multos fecit sibi familiares ex ipsa ciuitate, non solum uiros, sed & mulieres. Igit quare accusat saluatoris discípulos, si omnibus diuinā prædicationem proposuerint, mulieresq; & uiros claros & obscuros, diuites & pauperes, & etiā ex seruis quosdam ad doctrinam uocauerint, docentes qui uniuersorum secundum naturam deus, & eōditor sit ac dominus? Adijcit autem & alia cauilla cōtra nos, pro sua libidine, ita dicens:

*Socrates in Sicilia Dionysij uxorē ad philosophiā uocārit. Sanè Porphyrius Marcellam ob eruditionē, admirabilem fuisse dicit, amiceq; inductā in domū, tanquam uxorem uoluisse simul uiuere. Ad hęc enarrās uitā Pythagoræ, sic affectam fuisse dicit Crotoniatarū urbem, quod seniorū principes multa & pulchra oratione animauerit, deinde iussus alias fecit admonitiones apud adolescentes pro principibus, postea etiā apud pueros iurmatim à ludo ueniētibus. Deniq; & apud mulieres, & mulierū conuentus illí præparatus fuit.*

IVLIANVS.

Cæterum, nescio unde quasi afflatus hoc dixerim, & unde egressus sim, quod ad Iudæos sponte transitis, erga nostros deos ingrati. Nunquid dij dederunt Romæ ut regnaret, Iudæos autem, ut paruo tempore liberi, semper uero seruiat peregrini essent? Vide Abraham, non'ne peregrinus erat in terra aliena? Vide Iacob, non'ne primum Syris, & inde Palæstinis, & demum senex Aegyptijs seruiuit? Non'ne ex domo seruitutis inquit Moyses ipsos eductos esse ex Aegypto in brachio excelso? Quum autem habitarent in Palæstina, non'ne crebrius fortunas mutarunt, quam colorem ut dicunt Chamæleon? Nunc quidem obtemperabant iudicibus, deinde seruiebant alienigenis. Postquam autem sub regibus esse cœperunt, taceatur nunc quomodo. Neque enim deus uoluntarie pernisit eis, ut sub regibus essent, sicut scriptura dicit: sed ab ipsis coactus & prædicens quod male sub regibus habituri essent. Cæterum habitarunt in terra sua, & agros coluerunt fere quadringentis annis, ex illo tempore primum seruierunt Assyrijs, deinde Medis, postea Persis, & nunc postremum etiam nobis ipsis.

CYRILLVS.

Quod mundano & immundo spiritu arreptus talia cōscripserit, dicturos arbitror omnes quibus sana mens est. Nullus em̄ cōtra ineffabilē & summam dei gloriā loquet: si quidē cor eius bene habeat, & à diabolici spiritus malicia liberum sit.

Quū aūt interroget quare permiserimus nos ad inuituperabiles Iudæorū mores & leges adduci, & ad illos spōte cōcesserimus (quandoquidē causas addiscere uult, propter quas erga deos illius ingrati simus) dicimus necessariò quod inuenimus apud Iudæos, hoc est apud diuinitus inspiratam scripturā, de uera & de unica deitate sentētiam perspicuā & exactā, omniq; persuasione plenam, leges & institutionem, quæ uirtutis studiosum recta ad omne bonum ducat, exhortationes sanctorū ad continentiā deducentes, bonorū promissiones, spē uerā æternæ uitæ, delictorū remissionē, diuini spiritus suppeditationē, adoptionis gratiā, & quæ omnē mentem & sermonem excedunt. Oculus enim inquit, nō uidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit, quę deus præparārit diligentibus se. Horū desiderio & uale de prudēter cōprehensi sumus in sagena fidei, ut contradicendū censeamus Græcorū ludis, & dilí genda ea quæ in diuina scriptura tradūtur. Nihil autem animi nobis est erga factitios deos. Nam

*Esaiæ 64.*

*Dæmonū malitia.*

quamuis olim conspicui fuerint in choris sancto A rũ angelorũ, mali facti sunt & apostatę: et principatu suo nõ seruato, exciderũt quidã ne sint ultra cũ deo, & prorsus alieni facti sunt a familiaritate illius, seduxerũt mundũ, terruerunt homines, & in baratra insciticæ illos immiserunt, & abstrahẽtes à melioribus peiora adornarunt, secę omnis maliciæ amatores declarauerũt: persuaserunt aũt non solũ ipsos adorari, sed etiã ipsa elemẽta mundi & brutorũ animaliũ simulachra, uolatiliũcę & marinorũ. An nõ iustè dicimus deberi ab illis alienari, qui et corruptores etpestes fuerũt uniuersę terrę?

Necę dixerit aliquis, quod abũdantia opum destituti, ægre tulerimus, sed quod in ipsa misera anima offensi & periclitati sumus. Discessimus igi B tur ab opinatis diis nihil prorsus apud illos inuenientes, quod non extrema malitia dignũ sit. Etenim masculorũ concubitus, & mulierũ scortationes, & omnis libidinis studia apud illos sunt fabulæ & risus: & portentosa mendacia eorum sunt sacramenta, mendaciũ, itẽ pro uirtute est, & omne genus immunditiæ tã sensuum cę animi. Et inuẽ tu quidẽ difficilis minime horum demonstratio. Ecce enim omnipotente deo suis nutibus etiãres Romanas gubernãte, suę nobilitatis autores eos qui nõ sunt, deos fuisse dicunt. Sed uir strenue dixerim, qui per ambitionẽ ad hãc dignitatẽ peruenisti, & alijs dederunt imperãdi potentiam, quõ ipsi suo honore priuati sunt: quã enim olim fraude & mendacio rapuerunt, omnino abijcere coC acti sunt, Christo mendacium denudante. Quõ igitur alijs dederunt imperium, qui imperandi potentia quasi necessario priuati sunt, & fere in subterraneos specus detrusi, ubi effugibilis supplicij tempus expectant? Angelos em̃ dicit qui non seruarunt principatũ suũ catenis caliginosis in tartarũ missos tradidit puniẽdos in magni dei iudiciũ.

Qm̃ aũt Abraham & eos qui illius peregrinos, & aliorum imperio subditos esse inquit, dicat obsecro iterum, quid res hæc illos offẽderit? uel quõ persuadebit, quod propterea minus boni habendi sint, ac dicendi? Nondum ostẽdit quod fœdis moribus fuerint, quod iniustis consilijs paruerint, quod criminatores & dicaces & auari, inuidicę & impostores, & in malis operibus exercitati, pe D
*Peregrinũ esse non dandũ crimen.* stesę & arrogantes illi apud iudices accusentur. Illos omnes increpant leges, illos insectati decet, & ferre corrigentium animaduersiones. Hos autẽ nullo modo declarat esse malos, quod sub imperio aliorum fuerint, hospitesę & aduenę. Vide enim propagatum sub cœlo Romanorum principatũ. Præest em̃ non solum Iudæis, sed omni hominum genti & generi. Nunquid igitur eos qui subditi sunt, & legalibus iugis obtemperare uolunt, obscuros esse dicemus omninoę indignos? Nũquid sub regno esse argumentũ est inexpectatæ calamitatis? sed hoc quis probabit? sũt em̃ res eorum iuxta ipsorum sententiam, imò ultra corũ spẽ feliciores quàm antea, & hoc ad gloriam magis quàm ad cõtemptum cedit. Liberet igitur ab hoc crimine & omni reprehensione diuinũ A-



brahã cum suis, tametsi aduenæ fuerint, & patria relicta in aliam cõcesserint, totamę perdeum posfederint Iudæam, seruieruntę Persis & Medis, alijsę finitimis gentibus Israelitæ? nunquid scis causam, uel uis discere? Quoniam reliquerant primum dei cultum, & diis alienis sacrificauerant, priuati omni cura, barbarorum crudelitatem experti sunt, & graue seruitutis iugum subierunt.

Præterea etiã propter hoc dignũ est, ut alienis animis erga Græcorũ deos simus. Nullũ em̃ exLuc. 1. istis saluarũt. Adijciã aũt utiliter his quæ dixi. Nunquid turpe et indecorũ uidet illi Israelitas subBaruch. 4. & 6. mersos regno esse, nõ approbãte omniũ deo? Oportebat enim, fortasse dicet, magis, & incõparabiliter intelligit, & ipsius sermonibus adstipulor. Igitur ingratũ deo, quod subducãt se quidã à iugo eius, & submittant insipientiæ ceruicẽ alij. Et quomodo omnia sursum decę mouens, diis gentiũ principibus quibusdam, & ciuitatũ defensoribus demonibus, dispensasse illũ dicit ipsam uniuersorũ prouinciam, quũ imperare alijs hominibus non permiserit, sed id sibi ipsi seruarit, sicut placebat: exasperaẽ enim petito Saule, unde dicit per unũ prophetarum: Et dedi eis regem in ira mea. Tametsi ex confesso fabuletur, & malarũ cogitationum adinuentionibus insipienter glorietur, etiã quæ uult tanquam crimina producit, tamen illi omnino reprehensione careant. Et quemadmodum plus quàm oportet in sanctos furit impius, nullamę satietatem omnes uituperãdi habet, ita etiam contra ipsum Iesum pergit, sic dicens:

IVLIANVS.

Qui apud uos prædicatur Iesus, unus erat ex subditis Cæsaris: quod si non creditis, paulo post ostendam, imo iam dicatur: dicitis eum Luc. 2. patrem ipsum descriptum esse cum patre & matre sub Cyrenio: sed natus quorum bonorum autor fuit suis cognatis? Non enim uoluerũ, inquit, obedire ei. Cur autem populus ille dum Exod. 32. & 34. Deut. 9. & 31. ri cordis & lapideæ ceruicis obediuit Moysi? Iesus autem qui spiritibus imperabat, & super mare ambulabat, & dæmonia exigebat, & fiMatth. 8. & 14. & 17. Marc. 1. & 5. Luc. 4. & 8. cut uos dicitis, cœlum & terram fecit (non enim hæc ausus fuit aliquis ex discipulis illius dicere præter quam solus Ioannes, idęę necę manifeste, necę aperte, sed dixisse cõcedatis) num potuit ad salutem suorum amicorum & consanguineorum uoluntatem mutare?

CYRILLVS.

Stultus stulta loquetur, & cor eius uanitatẽ cogitabit, iuxta prophetæ uocem. Igit si alius quis esset ex Græcorũ turba, qui tam friuolis & anilibus sermonibus fideret, dicerem utiq illum ignorare sacras literas, et ita à ueritate aberrare, et prorsus ignorare sacramentũ dispẽsationis unigeniti carne. At quia ille de se eximia & magna sentit, existimatq diuinæ scripturæ admirabile cognitionem



nitionẽ se adeptũ, audiat nos. Imaginariũ sapienA tem uirũ agis ò strenue, & quod nos magnificamus, id etiam deũputas magnificere? Ignoras aũt omnino quantũ interlit, & quantũ diuina gloria excelsa sit, quamq sint cogitationes nostræ angustæ. Nam si oportebat omnino Iesum existentem deũ, curam habere ne uideatur hominibus gloria minor, & desiderare nobiscũ momentaneas has gloriolas & parce dimensas prosperitates, pompasq uanas: quomodo non melius erat illi omittere dispensationẽ, & non fieri nobis similem hominẽ, quũ æqualem habeat cũ patre thronũ, summa gloria decorus, & diuinis dignitatibus cõspicuus? Igitur si quippiam uidetur arguendũ & dicendũ, cur non potius regis cuiusdam terreni appellatus est filius, & natus est ex regina matre, seB cundũ carnem scilicet? Reprehendat obiter etiã & homo factus est, & exinaniuit semetipsum forma serui accepta. Nam si omnino ignobilitas grauis & intolerabilis ei fuisset, quum tempus & res ipsa id postularent, melius utiq fuisset dispensationẽ non ferre: sed erant ut deo humana omni no nihil, & etiam terreni regni amplitudo res para ta ei erat, quamuis à nobis summis honoribus celebretur. Vnde & quando cum Pilato loquebatur, summam gloriæ suæ eminentiam manifestabat dicens: Regnũ meũ non est ex hoc mundo. Quocirca quare increpas eum qui secundũ naturam existit deus, quod uoluerit etiam exinanitionem dispensatiue pati? quamuis nemo dubitet cę intantũ sapientia dei sumus inferiores, quantũ & natura minores, id qđ ipse per uocẽ Esaiæ dixit: C Nõ em̃ sunt cogitationes meæ sicut cogitationes uestræ, necę sunt uiæ uestræ uiæ meæ: sed sicut distat cœlũ à terra, ita distãt uiæ meę à uijs uestris, & cogitationes uestræ à cogitationibus meis.

Vltra dicit: Natus autem cuius boni autor fuit suis cognatis? plane omnium, etiamsi nõnulli nõ credant. Nã propterea homo factus est, ut & genus suũ appellaremur. Iam cuius nobilitatis uirutem hominibus ostendemus cõferendam huic quod participes sumus diuinæ naturæ, sancto spiritu pleni sumus, mentalem cum deo familiaritatem acquirimus. Demisit se ad nostram fraternitatem, quamuis natura deus, & uniuersorũ opifex ac dominus esset: filij appellamur summi dei, & adhuc quæris cuius nobis boni fuerit autor? D num fortasis parum est, & pro nihilo censetur, quod tam eximium apud te est: & sic quidem si quis regis cuiusdam terreni filius esset, uel inter filios uel fratres numeraretur, hic tibi uideretur summam omnium gloriam assecutus esse, & nobis omnino nihil proderit deos nominari, & dei filios & fratres? Nam quare, inquit, in terreni regni solijs non sedit, necę summis dignitatibus desuper terram apparuit? Requirat igitur dispensationis pro uirili scopum. Nam seducta qui eorũ erat uniuersa terra, & erat unicuiq deus & cultus prout sibi placebat. Nam alij quidem adorabant creaturam, & elementis mundi cultũ assignabant. Alij autem suorum deorũ artifices erant.

Proinde uenit de cœlis unigenitus dei Verbum in specie nostra, ut omnibus ad ueritatem transire, & quodammodo ex caligine et tenebris ignorantiæ, quæ nobis inerat, ad fulgidum diuinæ cõtemplationis peruenire lumen suaderet. Quoniã autem uniuersorũ opifex sui iuris hominem esse uoluit, & in operabilibus propria gubernari uoluntate, ob hanc rationem, & ualde recte, omniũ saluatori Christo bene habere uidebatur, persuasione potius & non correctione necessitatis, homines à turpibus liberari, pro quibus meliora potius deligerent, & ea per quæ uerisimile meliores efficerentur. Quod si gloria regali ornatus inuictam habens potestatem, præcepisset hominibus sibi credere, non ultra fructus cognitionis fuisset credere, sed potius necessariorũ & ineuitabilium præceptorũ: & fuisset fortassis sicut unus qui humanis opinionibus diuinitatis gloria indigne honoratur. At quia tanę unus ex nobis modesto & submisso sensu usus est, & ab humana gloria abstinuit, partim sapientissimis doctrinis, partim ineffabilibus diuinis miraculis uoluntarios & certe cognoscentes ad meliora transmittit: posthac nõ ultra in mundo dispensatio uituperatur, imò captus est qui contra omnipotentẽ nugatur. Nõ fiat enim ignominiosa nobis descriptio, cogitetur autem cum hoc & illud, quod qui sub Cæsare nobiscum describi uoluit, perfector etiam fuit operum quæ sub manu Cæsaris, imò & totius hominis. Etenim excitauit ex sepulchris mortuos, increpauit importunos spiritus, contriuit uerbo satanam, operatus est & alia miracula. Itaq Cæsar quidem terreni regni purpura & externis bonis non substantialiter agnatis cognoscebatur. Christus autem omnium dominus propriam habens & non aduentitiam gloriam, per operum eminentiam clarescebat, intelligiturq & ipsius Cæsaris esse deus. Non enim quia quidam à iugo eius resiliunt, & rebellem ceruicẽ retrahunt, propterea minus imperabit omnibus rex & dominus omnium, sed illorum crimen erit rebellio, ipse autem suis bonis potens est, gloriamq eminentiæ super omnia ne in uno quidem imminuendã habet. Valde aũt puerile est, quod dicit nõ potuisse eũ amicorũ suorum propositum mutare. Oblitus enim mihi uidet, tametsi sæpius audierit, qđ homo sit sui iuris, uolũtarie uadẽs ad quodcũq si bi placuerit: ita bene habere gloriã uniuersorũ opificis, ut et q bene operari uoluerit laudãdi sint, et qui diuersam fuerint uiã uituperãdi iustè ab omnibus. Quod aũt & opifex sit cœli & terræ, & in summa, omniũ quæ in illis, unigenitus dei Ver Ioan. 1. bum, sufficit quidẽ & sapientissimus Ioannes, dicens: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Cõprehendet autẽ nihilominus etiã aliorũ apostolorũ consensus. Nam deũ confitentes illũ, dignitatem uirtutis & eminentiæ, quæ in illo erant, nõ ignorauerunt: enimuerò sacratissi- Rom. 9. mus Paulus Christũ ex Iudæis secundũ carnẽ etiam super omnes nominat deum, & benedictũ in secula esse dicit. Alij uerò discipuli uidentes eum

Universidad de Deusto
Biblioteca



ire super mare, obstupescētes in re tam mira, unanimi confessione dixerunt ad eum: Verè dei filius es. Et quum sic se habeat, quomodo non erit uniuersorum opifex, quum hoc & diuina scriptura cōfirmet, nec discordent opera, necp ipsi Græcorum sapientes dissentiunt? sicut & per ea quæ iam prædicta sunt, sermo noster antea mōstrauit. Matth. 14.

Libri sexti finis.

## DIVI CYRILLI ARCHIEPI scopi Alexandrini, contra Iulianum, pro religione Christiana, LIBER VII.



INVEXIT quidem in sacras literas potentissimus Iulianus, & tam temerè loquitur, inque eam peruenit uituperandi consuetudinem, ut quantum in ipso esset, nulla nostra crimine carerent. Opinatus est utiq; rem hāc ad gloriam suam cessuram. At recte dicent quidam de his, qui similia sapere uoluerint cum illo: Quorum gloria est in confusione ipsorum. Arbitror autem illis congruere & illud, quod à Dauide dictum: Quid gloriaris in malicia, qui potens es iniquitate, tota die iniusticiam cogitauit lingua tua. Dilexisti omnia uerba præcipitationis. Sed nihil horum cogitans, insultat sanctis, & insurgit contra nostri omnium saluatorem Christum, & dicit: Philip. 3. Psal. 51.

IVLIANVS.

Hęc quidem etiam paulò post, quando de Euangeliorum monstrosis operibus & doctrina speciatim inquirere inspiciemus, nunc autem respondete mihi ad illud: Nunquid melius sit perpetuò esse liberum, duobusq; milibus annorum imperare maiori parti terræ ac maris, quàm seruire & ad alienū imperium uiuere? Nullus tam impudens, quin malit secundum. Et quis est tam insensatus, qui putet deterius esse uincere bello quàm uinci? Si autem hæc uera uidentur, unum ostendite mihi Hebræorum ducem, qui sit sicut Alexander, uel sicut Cæsar. Nullum talem habetis, & per deos bene scio, quod uiros illos comparatione iniuria afficio: memini tamen eorum, ut notorum: qui enim his inferiores à multis ignorantur, singuli tamen eorum, omnibus qui apud Hebræos fuerunt, admirabiliores sunt.

CYRILLVS.

Igitur non sentit quidem, quod sermo suus decorem relinquit, & stultissima quæ indecens fuerit adducit. Nam quum proposuerit Christianorum religionem non esse sanctam, & sanctorum nostrorum dogmatum doctores ad diuinæ contemplationis lumen non peruenire, Græcorum autem sapiētes exactos rerum necessariarum exploratores, subtili indagatione diuina humanaq; inferre: iam nescio quomodo recta uia relicta, & dicto uale suo scopo proprio, inutilibus et imperfectionum cogitationum cōmentis immoratur. Verum ô potentissime, dixerim tibi, si nō uidentur aliorum res cum Romanorum gloria & regno posse cōtendere, sic; sunt aliqui apud illos generosi militiarum duces, in disciplina militari alacres & exercitati, ita ut bellis & prælijs præsient, aduersariorumq; potestati præualeant, sufficiet nè hoc, dic obsecro, ut meritò pia & memorabilia Hebræorum, hoc est Christianorum dogmata cōfundantur? quamuis omnibus manifestum sit, quod diuersa utrorumq; ratio sit. Nam liquidem proposuisset inquirere, quale quis regnum admiratur, utrum Romanorum uel certe Hebræorum, non aberraret à scopo, possentq; recte dicere, qui uerè uellent, quod uniuersorum potentatem habens deus, non ignorārit futura, annuendo Romanorum principatui, ut omnibus imperare posset, quo omnis regio & ciuitas, & unà cū alijs ij qui in sacris regni solijs honorifici sunt, ipsum adorarent, id quod tandem factum re ipsa uidere licet. Quia autem, ut dixi, de diuinis dogmatibus nobis est sermo, & quæritur apud quos sit ueritas, & utrum crimine careant uostra uel ipsorum: quid miscet non admiscenda, & sub idem reducere conatur, quæ in nullo inter se sunt similia? Quid enim, si Hebræorum res Romanis subsunt legibus & imperio? Nunquid hoc declarabit eos in fide sua malos, & errare, & erga deū non recte se habere? sed si uiuere sub imperio legum, & obtemperare imperantium eminentiæ, opprobrium quibusdam est, nónne qui imperare uolunt, subditos iniuria afficerint? & ipse inter Imperatores numeratus, quur ab auaricia sua non cessauit, siquidem subditis obedire malum est? Mea autem sententia leges minime reprehendendæ sunt. Nihil autem absurdum, imò necessariū esse dixerim, ut flagitiosos accusari eos, qui turbare uolunt sub illis uiuere uolentes. Proinde siquidem utile est corrigi legibus ad uitam omni laude dignam, quare reprehendit uiuere sub mandato? Non enim fieri potest, ut omnes homines regia dignitate conspicui sint, alioqui ubi esset obedientia? sed inde occasionem accepit opprobrandi Christo.

Et quomodo ignorauit, quod propter dispensationem cum carne, Christus Mosaicæ legi subiectus fuit, quamuis ipse per Moysen legem posuerit, & per angelos eam enunciarit? Vnde dicit per unum sanctorum prophetarum: Ipse qui loquebar, adsum. Sed ipse ad tempus et ad utilitatē legibus Mosæ paruit, qui seruilem, ut dicis, sub Cæsare Cyrenij descriptionē pertulit, qui & munditijs rex est: curat autem & idem Cæsaris sceptrum, & coronat eos qui illa habent.

Fortissimus fuerit dux, & admirabilis omnibus Macedo, & post illum Cæsar, atq; adeò & alij quidam, non inuiderim: sed non fuerunt pij, neq; in uere diuinæ contemplationis enutriti dogmatibus: seducti sunt autem & ipsi, innumerabilem immundorum spirituum colētes multitudinem, & in templis ex lignis & lapidibus factos deos. Porrò dicit, quomodo permisit illis uniuersorū deus, quamuis essent inimici, peruenire in eam nobilitatem, & multis prævalere? Reprehendis neigitur mansuetudinem, & patientiam dei perequeris, et crimen facis ex liberalitate? Nunquid accusabis ipsum & in alijs? non prohibuit enim solē oriente, et pluuias permittit se ignorantibus, & fontanorum fluminum impetus dedit, & tellurem fructuum matrem fecit. Sciebat enim in nouissimis temporibus futuram omnium conuersionem.

Igitur quando insipientissima loquitur Christianæ religionis uituperator, Vnum mihi ostendite apud Hebræos ducem Alexandro uel Cæsarissimilem: tunc uicissim meritò à nobis audiat, ô amice non est nobis sermo de militibus, & de his qui per corporalem fortitudinem gloriosi facti sunt, sed de diuinis & ueris dogmatibus.

Quoniam autem in dijs suis gloriatur, & illorum opus fuisse dicit, quod nobiles illi in hāc uitam & gloriam peruenerunt, sermo eius omnibus modis languet, & subsidio caret, re enim ipsa nihil ostendere potest: sed uaniloquum se esse bene declarat hoc quod seipsos iuuare dij nequiuerint, delubris diserptis, altaribus dirutis, sacrificio omni sublato, & imaginibus exustis, et ipsis omnibus modis per uniuersum orbē cōtēptis.

Quod aūt per omnipotentem deum sępissime uictæ sint fortes & inexpugnabiles hostiū acies, ex sacris scripturis, siquidē quis uidere uoluerit, poterit facile. Nam diuinus quidem Samuel Iudæorū terram Palestinis bello depopulantibus, grauemq; & molestū impetum facientibus, precibus ad deum fusis, grandinem de cœlo deiecit, et tam copiosum & grauem ac intolerabilem, ut pedestri exercitu cum equitum alis cadentibus absq; labore Israelitæ uictores euaserint, & pro his qui deum timebant, cœlum arma mouerit. Et Assyrij olim qui terram ab oriente usq; ad mare inhabitabant, cum Persis & Medis Hierusalem expugnauerunt, & sanctam ciuitatem innumerabili multitudine circundederunt, exusturos se totam interminantes. Vbi autē Rhabsaces blasphemas uoces contra ineffabilem dei gloriam emisit, grauiter tulit Ezechias pius ille rex, rogauitq; deū, ut uim passis auxiliū ferret, & cecidērūt una nocte in exercitu Assyriorū centum et octoginta quinq; milia. Quid his simile à suis dijs factum est, siquidem sunt, ut dicit, dij? uerū seipsos iuuare nequiuerunt, & reipsa coarguuntur.

Quia aūt pro Græcorū dogmatibus pugnat, & in medium affert fortitudinem hominū (quos admittimus, nihilq; impedisse, quod sordidas artes norint, & sicut ipse superstitiosi fuerint) sicq; ut uincat causa sua, illos ad demonstrationē assumit, quamuis adhuc à ueritatis contemplatione longe aberret, iterum aūt relinquit rectos sermonis, & commemorat alienas res per quas forte existimauit demonstrari posse Christianam religionem Græcorū superstitione inferiorem, & dicit:

IVLIANVS.

Vltra Reipub. institutio & iudiciorum forma & gubernatio, & honestas in ciuitatibus, & disciplinarum studium, & in liberalibus artibus exercitatio, non ut Hebræorum sunt rustica & barbara: quamuis malus Eusebius uelit esse quædam apud illos hexametra, & cuspit rationalem quandam artem esse apud Hebræos, cuius nomen apud Græcos audiuit. Quæ medicæ artis species prodijt apud Hebræos? sicut inter Græcos ea quæ Hippocratis est, & aliorum qui illum secuti.

CYRILLVS.

Quanq; demonstratum pluribus, quibus illius responsum est sermonibus, ex omnibus libris & legis conscriptione apud Græcos Mosaica antiquiora esse. Primus em omniū legislator Moses uidetur, alij aūt post illum, etiam qui rebus publicis, utilissimas condidēre leges. Quādo aliqui cō ueniunt cū illo, ualde probantur. Quas enim diuinas uel humanas res silentio præterijt? Nónne demonstrauit pietatis in deum modos, honestatis uiam, eorum quæ facienda sunt, uel non inculpatam scientiam? An non continet omnem speciem benefaciendi, & decernit supplicia pro uno quoq; facinore intentanda? Nónne condemnat furtum? nónne adulteriū & libidinē auersat, abominabiles q; & prophanas uoluptates? Nónne eorum qui ad principatus uocati sunt mores cōponit? Nam & præcepit, ut recti sint sapientesq; & uigiles, & meliores quàm ut dona & odia admittant, sed imperent iræ & furori: nō turbulentam mentem habeant, sed subditis omni modo iusta rependant, & in legū rectitudine incedant. Quare igitur tam ueneranda & antiqua transiens palmam dat postremis? & quomodo non est uerum quod dixi, posteriores uerisimiliter ea, quæ apud antiquiores, id est progenitores cognouerunt, imitari & dicere, sed non contrà. *Officium iudicum.*

Quoniā aūt in liberalibus artibus studiū & in disciplinis, puectionē quæ scilicet apud Grecorū sapiētes celebrāt, omni admiratione dignat. Rusticā aūt & barbarā nominat Hebræorū scientiā, quamuis remuneratricem emendatricemq;, & sapientissimam merito dixerim in omnibus quæ fiunt, legem à deo datā. Sanè quantū pertinet ad sonum & qualitatem uocis, iuxta solam prolationē multum probatur apud Græcos sermonū felix enunciatio. Eodem aūt modo arbitror & Hebręis suam patriam linguam bene sonare: unde si illos in hoc increpat, taxet etiā Romanorū uocē, quæ & ipsa aliter articulata est, & diuersum sonat: nullo enim modo cū Græcorum uocibus congruit. Veruntamen hoc quomodocunq; habeat, relinquaē ut multa plenū stulticia, uideamusq; aliud. Num si accidere quibusdā uideatur, posse diserto

ore

Universidad de Deusto
Biblioteca



ore loqui, & magno apparatu uerbis uti, essentné omnino glorioli apud deum, & bonis moribus præditi, æqui & continentes, uenerabilesq; & iusti & uitæ optimæ curatores? Nónne multis quidem concessa est facundia, at optime de deo sentire ac præstare uirtutibus, non item? Sed opinor quod hoc etiam ex re ipsa testimonium habeat, quod sit uerũ. Quid igitur sic admiratur, & summis honoribus celebret eos quibus Attica & uerbosa lingua est, cor uerò obtenebratum, & à diuina cõtemplatione alienum: uituperare autem & accusare solet Græcorũ idioma ignorãtes, quamuis in diuinis legibus sapientes, & uere diuinam agentes uitam? Nunquid enim nudum & solum splendorem sermonis à nobis deus requirit? num claris & diseris oblectatur linguis, uel magis cõsiderat bonis moribus ornatum, & optime uiuentem amat?

Gaudeo autem quod & Hippocratis mentionem facit, & alios medicos probatos in subsidiũ uictoriæ assumit, ut ita Christianam religionem deturpet. Esto enim quod & fuerint medici, optimi quidem artẽ, & sapientes ac scientes quomodo curanda sint ægrotantium corpora: quid hoc ô uir strenue, ad religionis sermonem attinet? nunquid propterea defuerunt medici apud Hebræos, quia apud Græcos fuit Hippocrates? apage cum inepto sensu tuo.

Quoniam autem ut semel sublimia sensit, supercilium, in re nulla, contra nos demittit, & etiã ad hoc respondere uerisimilia tentabo. Etenim conditor maxime infirmitati corporum nostrorum prouidens, fecit de terra remedia: meminit eã & huius sacra scriptura: at qui apud nos sunt medici, terrestribus remedijs non indiguere: diuina aũt & ineffabili uirtute & efficacia usi, mortis implicitos laqueis quosdam ad uitam redire fecerunt, leprosos à tam graui morbo liberárunt, & alia quædam auditu dignissima quũ fecerint, iure fuerint ualde admirabiles. Et quid tale tuus Hippoctates, uel certe alius quidam ex filijs Aesculapij fecisse uidetur? Omitto nunc dicere quæ per manus Apostolorum mire facta sunt, claudum in Speciosa porta, Aeneam in Lystris, & alia cum istis, quæ omnem sermonem & miraculum excesserunt. Redeo autem ad illud. Nam obscœnas & mercenarias quasdam mulieres, licet essent deformes, fucatis coloribus, & inficiendorum capillorum artificio mœrore liberat. At nostræ religionis hostis erubescit fortasse Græcorum errores: ut autem lucrum aliquod faciat, & causam suam adiuuet, omnem uiam attentat, & aliquando de medicis gloriatur, aliquando transit ad alios, quotquot sapientes fuisse putat, & ob hanc raram quandam gloriam reportasse se existimat. Vnde & dicit:

IVLIANVS.

Sapientissimus ne Salomon comparandus fuerit apud Græcos Phocilidi & Theognidi uel Isocrati? minime, Siquidem conferas Isocratis paranæses cum illius prouerbijs, inuenies Theodori filium sapientissimo regemeliorem. Sed, dicet, ille etiam deditus fuit idolorum cultui: quid igitur? Nónne & Salomon nostris seruiuit dijs, à muliere, ut dicunt deceptus? O uirtutis magnitudinem, ô sapientiæ diuitias. Non uicit uoluptatem & mulierem? Igitur siquidem à muliere deceptus est, eum sapientem ne dicatis. Si autem creditis esse sapientem ne credatis eum à muliere esse deceptum, sed iudicio proprio, & intelligentia, & doctrina dei, qui ei apparuit, persuasum coluisse etiam alios deos. Inuidia enim & zelus non peruenit usque ad optimos homines, tantum abest, ut ad angelos & deos. Vos autem circa uirtutum partes uersamini, quas dæmonia quis uocans non aberrarit. Hic enim apud nos ambitio est, & uana glorin, in dijs autem nihil tale.

CYRILLVS.

Versutissimè quidem præteritis alijs omnibus, qui & sancti fuerunt & illustres, ad Salomonis uenit uitam. Quemadmodum enim munitissimam ciuitatem subuertere uolentes, humillimis turribus machinas adhibent: ita & ille sanctorũ præter uecto choro, ad illum & solum uenit: sed nõ prospere cedet dolosæ bestiæ. nullo enim modo res Christianorum diffamabit, etiamsi excidet quispiam, & inexpectatum quiddam pallius esse deprehendatur. Quoniam autem illum suis doctoribus minorem rudioremq; , quantum ad sapiẽtiam attinet, fuisse dicit: discat iterum, quod primum quidem Homero coætaneus fuerit, nam admiratione autem erat Salomon, Parabolarum librum contexens, & Hierosolymitanum templum extruens. Deinde præterito multo tẽpore, nẽpe quinquagesima & octaua Olympiade Phocilides & Theognis fuêre, cõscripseruntq; & ipsi utilia quædã et ornata, qualia & nutrices puellis, & pædagogi admonendo paruulis dicerent.

Sane & Isocratem quidem eximium dicimus fuisse sophistam, & si quid utile adolescentibus attulit, propter hoc laudetur quidem: cedat autem Salomoni, qui ante illum scripsit, ac palmam præstet. Ea enim sunt quæ senibus & iuuenibus, ut arbitror, sufficiãt, ut scire possint honestos mores, etiam quomodo cuiuis honestè uiuendum, ita ut necà diuinis, necab humanis legibus per imperitiam deuiet.

Quod autem Salomon exciderit per uoluptatem, ad quas non licet, ne multum rideat calumniator noster, sed potius in mente ponat quod illum neq; cum sanctis prophetis, neq; cum Apostolis, neq; Euangelistis numerare consueuimus. Nam erat quidem industrius & sapiens, maiore



super omnes Iudæos gloria, simul autem in diuitijs & abundantia & mensis Sybariticis, quales scilicet eorum qui in talibus sunt dignitatibus, educatus, præterea uaria felicitate stipatus, & summa gloria fulgidus. In his sanè, qui tam bene agunt, stimulus cupiditatis delitiarum uehementior est, & mota concupiscẽtia totis quodammodo frenis fertur mens, nullo remorante. Semper enim quodammodo diuitijs comes est uoluptarum amor, sicut & ipse Isocrates sophista dicit. Diuitiæ autem uitiorum magis quàm uirtutum ministræ sunt. Erat is quem uituperat, ut probabile est, & diuitijs & delitijs ualde splendidus, alijsq; ualde exaltatus. Igitur si motus est quodammodo, & cessit uoluptatibus, delicijs & diuitijs, utpote insolentia, quæ inde prouenit grauis, quid hoc mirum amicę? Socrates Sophronisci filius in philosophia educatus, quamuis etiam parũ possederit, & manuariam scientiam primum studuerit, & assuetus sit parcè uiuere, & quasi ex necessitate, fortasis etiam summa indigentia pressus, humiq; ambulans, iuxta Homeri fabulam, iunctus est uxori Myrthoi inquam & Xantippe, ad hæc & scortis, nec sui iuris erat in obscœnis & in abominabilibus concupiscentijs. Age igitur & nos de Socrate dicamus, ô uirtutis magnitudinẽ, ô sapientiæ diuitias, non uicit uoluptatem.

Dicat etiam interroganti mihi illud, quos censeat esse deos? utrum sapiẽtes esse dicat, uel certe dementissimos uel parum scientes? Itaq; si insipientes illos esse cõtendit, accusauit imperitię deos quare scortantur nõ solum in mulieres, sed etiam in pulchros masculos insaniunt? Itaq; diceret opinor aliquis, & de his recte, ô magnitudinem uirtutis deorum luliani, ô sapientiæ diuitias, non uicerunt uoluptatem. Igitur posse uincere uoluptatem & amorẽ carnis, maxime laudârim: si autem quis delicatus à uirtute aberrauerit, quamuis ualde sapiens alioqui sit, non propterea ridendæ res Christianorum. Non enim propheta à nobis uocatur, ut dixi, neq; Apostolus, neq; Euangelista, sed uir potius delicate enutritus, & propter deliciας mentem parum cõstantem habens: ita ut naturæ etiam motibus incircunspecte nonnunq; cesserit. Oblectatur autem Salomonis lapsu, & dicit illum Græcorum seruisse dijs, exterarũ mulierum deceptionibus adductum.

Deinde acutum & malignum quiddam ponens, sicut putauit: Siquidem deceptus est, inquit, ne iam uocetur sapiens: si autem sapientem eum dicitis, manifestum utiq; sit, quod & alieni dijs adorandi sint. Sapientia sane non defuit ei, propter quam & admirabilis fuit. Itaq; propter hæc quæ scripsit, sapiens dicitur à nobis, etiam tãlis secundum ueritatem intelligatur Salomon.

Quod autem peccauerit manifestè, falsis dijs seruiens negauerit nullus. Porrò allectum dicimus eum ab alienigenis mulieribus. Deceptrix enim res est mulier, & idonea ad decipiendum semel suis captos laqueis; nam inter arma alia habet uoluptatem, qua mens uincitur. Corripiebatur autem amore in ipsa senectutis uia, mente iam defloreſcente, nec pristinum habente uigorem, sed quasi cum corpore senescente. Et sicut iuuentus secura, ociosa esse nescit, ita et senilis ætas: & quẽadmodum scilicet adolescentes ad omne quod operandũ est uadunt, & nihil requirentes ruunt: semper enim adolescentes insipientiores sunt iuxta Homeri uersum: ita & uiri decrepiti mens. Itaq; Salomon adolescẽs adhuc existens, & mente ephebus, celebre illud Hierosolymis templum construxit, & quæ ad gloriam dei pertinebant facere studebat. Vbi autem ad finem & occasum uitæ uenit, defecit simul ætas roboris & mentis. Deinde laqueũ illi per mulieres parauit satanas, & à recto abduxit.

Quod autem non, sicut ipse contendit, deo dolore ad defectionem & ad omne malum deductus sit, declarabit facile quod uniuersorum deus iratus fuerit illi, & statim pœnam delicto intentârit. Scriptum est enim in tertio libro Regum: Et 3.Reg.11.
factum est in tempore senectutis Salomonis, nõ erat perfectum cor eius coram domino deo suo, sicut cor Dauid patris sui, & auerterunt mulieres alienigenę cor eius post deos suos. Et dixit dominus ad Salomonem: Pro eo quod facta sunt hæc tecum, & non custodiuisti mandatum meum, & præcepta mea quæ mandaui tibi, dissrumpens dissrumpam regnum de manu tua. Quid autem erat, quod mandatum ipsi & omnibus sub lege? nempe ne uir duceret alienigenam. Dixit enim:
Filiam tuam non dabis filio eius, & filiam eius Deut.7.
nõ accipias filio tuo: destituet enim filium tuum à me, & pergens adorabit deos alienos. Proinde non curans hoc mandatum, alienigenarum iungebatur filiabus. Quoniam igitur, inquit, nihili fecisti mandatum à me datum excidens & deficiens alienigenarum seruisti dijs: & quum scires creaturam esse seruam meam, honorem & gloriam quæ mihi soli debentur ei impendisti, etiam ego regnum tuum dissrumpam, & dabo id seruo tuo, ut uel euentu ipso discas quid feceris. Vbi igitur dedit ei deus responsum quod debeat alienis dijs seruire, qui sic est offensus? Ne scilicet dicat uerisimile uideri, quod undequaq; sibi uenatur, & dicit:

Inuidia enim et zelus non usq; ad optimos uiros peruenit, tantum abest à dijs & angelis. Num inuidia erat uir strenue? minime, quoniam nec inuidiæ opus esse dicimus, quod deus & incorruptibilis mens non ferat errantes: &, nescio quomodo, adorare alios studentes, sed magis obseruat illud: Non bonum est multorum dominium, Homer. i diãt.
unus dominus sit, unus rex. Igitur quoniam sic ipse dicit, neq; ad optimos uiros pertingit inuidia. Esto, apud terrenos imperatores nihil referat, etiã si quis in regno illorũ inobediens sit, imò si rapere honores ipsorũ mediteť: at istequũ imperaret, talis nõ erat, sed si quis accusatus uel deprehensus esset, in illum animaduertebat seueriss-
me. Igit ea quæ nos inculpare habere possumus,

illa

Universidad de Deusto
Biblioteca



illa & alius citra inuidiam possederit. Redarguetur enim in tempore si quid inuidiæ in illis, et valde meritò. Eos uerò qui subditi sunt, si illam dei gloriam inuadant, uel etiam contradicere uelint, iuste & citra controuersiam puniri decuerit: nemoq; prudens propterea uniuersorum deum inuidiæ & æmulationi obnoxium putauerit: utilissimè autem & necessariò, ut ne ignoretur ueritas. Quod enim uiuificum sit, absq; reprehensione & errore cognoscere quis sit uniuersorum opifex & dominus, ipse saluator docuit sic loquens ad patrem in cœlis: Hæc autem est uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Quum igitur ex cõfesso sit, uiuificum esse scire manifeste eum qui uere & natura est deus, nullus dubitarit omni malitia plenum, uelle à ueritate aberrare, & à uiuifico cultu excidere. Miror autem, quum immundarũ potestatum, hoc est dæmonũ adorator ipse existat, nos nescio quomodo ad illas cõuersos esse dicit. Dictum autem esse mihi uidetur & ualde recte, quod per unum ex Græcorum sapientibus de uno quoq; enũciatum: Molesta res est, scorti cum honesta & amabili uxore corrixatio. Nam quum non possit iuste sanctam & honestã ac ingenuam illius uitam arguere, suorum criminum sordes in illam emungit, dicaciq; & abominabili lingua inuadit. Hoc opinor imitari & facere uelle strenuum Iulianum. Nam sua honestat, cauillatur autem iterum diuinam scripturam, & sic dicere audet.

Ioan.17.

χαλεπὸν πρᾶγμα ἐλευθέρα γυναικὶ τρὸς πόρνην μάχ.

IVLIANVS.

Quare uos disciplinarum, quæ apud Græcos sunt, conuiuæ estis, siquidem uobis uestrarum scripturarum lectio sufficit, quum melius sit ab illis homines arcere, quàm ab idolothytorũ cibis: ex illis enim, sicut & Paulus dicit, offerens nihil quidem læditur, conscientia autem uidentis fratris scandalizatur, ut dicam sicut nos sapientissimi. Per has autem doctrinas deterret ab impietate omne quod uobiscum natura generosum protulit. Itaque cui uel parua portio bonæ naturæ fuerit, is statim à uestra impietate deficiet. Proinde melius erat homines prohibere à doctrinis non sacris. Veruntamen scitote & uos, quod mihi uidetur diuersitatem in intelligentia diuinarum scripturarum, quæ apud uos, collatam cum nostris, malam esse: & sicut ex uestris nullus fit eximius uir, imò neque iustus, ex nostris autem unusquisque seipso melior fit, etiamsi omnibus modis crassus esset, modo sit naturæ tamen bonæ, & exilis eruditi se patiatur. Hominibus enim deorum bona absque multa contingent arte, siue lumen accendatur scientiæ, uel conuersationis genus doceatur, uel multi hostes repellantur, & per terras multaq; maria peragretur, & sic appareant heroici. Et post alia: Manifestum autem hoc argumentum. Exomnibus uestris elegistis pueros, & ut in scripturis exercerentur operam dedistis, etiamsi uiderentur magis ad seruilitatem nati. Delirare me & atra bile esse censetis. Deinde sic estis infelices & insipientes, ut & putetis dei quidem esse illos sermones, ex quibus nullus fiat prudentior, uel fortior, uel ipso melior: eos autem ex quibus licet fortitudinem, prudentiam & iusticiam accipere, traditis satanæ, & ijs qui satanæ seruiunt.

CYRILLVS.

Audi cœlum, & auribus percipe terra. Ecce enim Rhabsaces os contra deum iterum dilatat, & iniusticiam in excelsum loquitur, sicut scriptum est: nihilq; ut uidetur, melius censet quàm morbosam suam linguam cõtra nos exacuere. Igitur sufficit quidem diuina scriptura ad faciendũ eos qui in illa educati sunt sapientes, & probatissimos, & sufficientissimam habentes intelligentiã, indigemusq; ad hoc prorsus nihil externis magistris. Quoniam autem dulce est omnia scire, idcirco hac ratione & ualde prudenter, etiam Græcorum sententias diligenter discutimus, quas deinde naquaq; re habuerint: & ante alia de deo & inde quoq; ridendi occasionem accipimus quod uolunt innumeros deos, & immundorum dæmoniorum multitudinem honorare, quã ipsi qui ea adorant ignorant, dum habent in templis simulacra multiformia, & multarum specierum: & non solum ad similitudinem uirorum & mulierum facta, sed & ferarum & iumentorum & reptilium, uolatiliumq; & aquatilium, & sileo alias creaturas, nempe cœlum, & solem, & lunam, & alia astra, quibus diuinam & summam gloriam impenderunt, & omnia confuderunt.

Inuenimus autem illorum theologos de dijs suis scripsisse talia, quæ si quis uel solũ audiat, turpitudine & immundicia mentem suam impleuerit: conuiuæ igitur facti, sicut ipse dicit, Græcarũ disciplinarum, & multa damnosa in eis inuentes, tũc adhuc magis sacros & diuinos sermones admiramur (de scriptura loquor diuinitus inspirata.) Quid enim utile non inuenitur apud illis? Nam primum quidem quod & omnibus aljs clarior sit, uiderit quis in illa diuinæ contemplationis sermones uere fulgurantes. Clare autem illi & exacti, & separati mentem erudiendam euehunt ultra omne quod factum est, & locum quo dammodo distribuunt unicæ ac summæ & ineffabili naturæ: hoc est, ut intelligatur super omne quod uel sensu coniectatur, uel quod sciturac intelligitur, hoc est, super uisibilem omnem & insensibilem creaturam, ipsamq; & solam debere dominari aljs, ad hoc & posse creare & producere res



res ex nihilo. Bene autem obseruant honorem, quasi fulgidam & eximiam, imò propriam & naturalem dignitatem, nullicq; aliorum tribuẽdam: & cum his honestæ uitæ nobis modos inducit, le gibusq; diuinis & sacris instruit ad iusticiam, ad hæc & omnis nobis æquitatis euidentem constituit uitam. Commemorabo autem sanctos propheras, qui Græcas disciplinas omnino non attigerant, sancti uerò fuerunt, & optimo deo gratissimi, ineffabiliumq; signorum effectores. Venio itaq; & ad ipsum sacrorum ducem Mosen. Et quis illo sapientior uel saltem paucis & obiter doceat: Itaq; erat lingua quidẽ Hebræus, & mirus in sermonis artificio & contemplatione. Vnde & Eupolemus historicus in lib. de regibus Iudææ faciens sermones de illo inquit, Moysen primum fuisse sapientem, & grammaticã Iudæis dedisse eam quales tũc habebatur: Phœnices uerò ab illis posdidisseq; Græcorũ pueris, etiã mihi scilicet qui apud eos fui, & prima didici elemẽta. Huius historiæ signãter meminit in Stromatũ libris Clemẽs, uir eloquẽs ac doctus, qui tam diligenter Græcarum lectionũ profunditatẽ scrutatus est, ut pauci ante illũ. Quando igitur ipsa primorum elementorum scientia ab Hebræis ad Græcos uenit, illis à Cadmo allatis, demittat supercilium, qui dicere ausus est: Quare uos conuiuę estis disciplinarum Græcarum, siquidem sufficiens uobis est uestrarum scripturarum lectio?

Sed dicet aliquis, quod diuina scriptura cõmunem omnibus & uulgarem ac protritam habet dictionem, res autem Græcorum diserte dicuntur, & abundat gratia & eloquentia. Dicimus igitur, quod lingua quidem Hebræorum, prophetica dicta sunt, & Mosaica: ut aũt omnibus essent nota paruis & magnis, utiliter familiari sermone commendatæ sunt, ita ut nullius captum transcẽdant. Quod autem res Græcorum fastuosæ sunt, & bene resonant, sed decorum non seruare uidentur, & à ueritate aberrant. Nam innumeros fabulãtur esse deos, unumq; & natura & uerum omnino ignorant. At quisquis sapuerit, laudauerit non eũ qui diserte loqui, & rotũda uerbula proferre scit, & in isto ipso nudum fulgorem affectat: sed illum potius qui uidetur non habere in promptu dictionum pronunciationem, sed rectam opinionem de omnipotente deo inquam, & de parata in omnibus agendis iusticia, & omne genus uirtutis quasi in lata & omnibus patente uia. Itaque à diuina scriptura melior euadet quisquis fuerit, & aljs quoque non inutilis erit. Sed ex Græcorum nihil lucrabitur, ad hoc ut sit uenerabilis & iustus, continentiæq; & honestatis amator. Nam, ut iam sæpius dixi, apud illos inuenio deos ab absurdis non abhorrentes, & ad obscœnas uoluptates omnes se conferentes. Eum autem qui didicerit adorare pessimis omnibus irretitos, quas postea futurus sit, dicere prætermitto. Si autem uictoriam Græcorum sermonibus ideo tribuit, quod multa apud illos sit ciuilitas, apud nos non item, respondeat interroganti: Nunquid si quis aureo cocleari elleborum infundat, & alteri non aureo, sed ex uilissima materia apum laborẽ, hoc est mel imponat, & sorbere iubeat q̃d placuerit, nunquid materias inspiciens palmam dabit deterioribus, uel recte iudicãs utile nociuo præferat, etiamsi in uilissimo proponatur uasculo?

Vltra, quod dicit nobis esse melius, credentes à Græcis arcere disciplinis quàm ab idolothytis, audiat iterum. Quod ab esu idolis immolatorum credentes abducere cõsueuimus, minime autem prohibemus uersari in libris Græcorum: si quis uoluerit discere, causam dicemus. Quin unus & solus uere Deus sit, id scire solum, aliorũ deorum nomen exosum facere, & omni abominatione contaminare credimus: & hoc demonstrauit sapientissimus Paulus, qui scripsit: Scio enim, quod nullus deus nisi unus, & quod nullum sit idolum in mundo. Non enim si ludant quidam, imò & insaniant mente seducta, & ut sibi uidetur, nominare uoluerint deos, & in templis statuerint simulacra errantes, necessarium, ut et nos simul deliremus, afficiamurq; & sentiamus quod sint aljs uere dijs præter unum, & natura & omnium opificem. Igitur negantes omnino idola existentia, neque dijs immolatum aliquid esse dicimus. Edimus autem pura cõscientia, deo gloriam dantes, qui nobis omnium eduliorum liberum & nõ damnosum largitus est usum. Si autem quis infirmus adhuc est, nec ualidam mentem habet existimatq; esse aliquid etiam uere idolothyton, non dumq; progressus est ad tam synceram fidem, indulgemus: sicut quidam ludimagistri, paruulos instituentes, paulatimque prouehentes ad perfectissimam rei experientiã. Vnde utilissime Paulus dicit: Si ego cum gratia particeps sum, cur blasphemor proquo ego gratias ago? Proinde omnino nihil offendit eos, qui assederint in fide, si forte attigerint idolothyta. Igitur curiosius inquirentes Græcorum scripturas, & seruatos in sermonibus numeros, recedentes autem ab illorum dogmatis ad sanctas potius conuertimur scripturas: in quibus ueritatis pulchritudo fulget, & exacta dogmatum cognitio coaceruata est, & omne genus bonorum documentorum, quibus quis statim plenus uirtute, & bonorum operum gloria conspicuus euadat.

1.Cor.8. Quareab idolothytis magis quàm à gentilium libris arceamur.

2.Cor.10.

Post hoc instanti & sanctam atq; diuinam uellicanti scripturam, quod Hebræorum composita sit sermone, dixerit opinor aliquis: Nũquid uir optime, uituperabis & alias linguas, quæ à Græcorum idiomate separatæ sunt, & numerabis inter illas utique & tuam quam magnifacis, nempe Ausonum? quamuis uere dicatur quod Græca uoce minime censeamus esse inuentam religionem. Qui recta & probabilia sapere uolumus, dicimus unam & eandem fuisse linguam in multiplicem sonũ olim ineffabili uirtute dei diuisam, quum turrim usque in cœlum excitarent. Habiti enim quidam fuerunt Græcorum sapientes, in-

Universidad de Deusto
Biblioteca



uentores fuisse eloquentiæ, & suis capitibus inef- A
fabilis uirtutis opera tribuerunt, maledicit autem
Psal. 11. illis beatus Dauid, dicens: Exterminabit Domi-
Linguæ donũ. nus omnia labia dolosa, et linguam magniloquã,
qui dicunt, linguam nostram magnificabimus, la
bia nostra à nobis sunt: hoc est, nos inuẽtores fui-
mus eloquẽtiæ. Porrò à deo datæ sunt linguæ, &
fortassis unicuiq; eximia quædã gratia & pulchri
tudo, quantũ ad ipsam attinet, admirabilem au-
Attica lingua. tem ad illas collatam in pronunciatione Atticam
dicimus: sed ea sola uti nihil proderit ad hoc, ut
uenerabilis quis euadat, & rectæ uitæ uiam aspi-
ciat. An nos uides eos, qui in scenis cantillare so-
lent, auditores mulcere, & sunt nonnunquam ui-
tuperabiles, peruersamq; agunt uitam? Itaque
quod eloquentiæ numeros probè seruant Græ- B
ci, laudantur: quod autem optimas uirtutes negli
gunt, recte taxantur. Pueri etiam in sacris enutri-
ti literis, statim fiunt religiosissimi, etiamsi minus
eloquentes.

Dicit illos minime differre à seruis, quia non
sunt tam diserti. Fortassis ob hoc solum cẽset ad-
mirationem contingere, cõtempta omni alia uir-
tute, propter quam deo quis familiaris fit, & ad
summam peruenit nobilitatem. Doceat igitur,
utrum magis admiretur eum, qui eloquentia sit
instructissimus, quamuis abominabilibus sit mo
ribus, uel certe iustitia & uirtutibus ornatum, e-
tiamsi minus splendide loquatur? Itaque nos ex
sacris literis diuinæ scripturæ omnigenam uirtu-
tem didicimus, utimur autem Græcorum sermo- C
nibus, ut nobis uere eruditionis præexercitamẽ-
tum sint. Et quoniam Hebraicam linguam non
didicimus, piorum dogmatum promissionibus
Atticam subiecimus. Dei donum est lingua, si-
cut & alia, nec superstitionis Græcanicæ inuen-
tum quis esse dixerit. Omnis enim sapientia à
domino, & ab ipso omnis sermo: quia & men-
tis & sermonum idem dator est. Attentat au-
tem & aliter Græcorum impietati opem ferre, sic
dicens:

IVLIANVS.

Sanat corpora nostra Aesculapius, eru-
diunt autem animas nostras Musæ cum Ae-
sculapio & Apolline, & eloquẽte Mercurio. D
Mars & Bellona in prælijs simul certant,
Vulcanus artes perficit, & distribuit. Pallas
cum Ioue uirgo sine matre nobis præsidet.
Considerate igitur, an non in singulis simus
uobis præstantiores, dico circa artes & sapi-
entiam & intelligentiam. Nam siue conside-
raueris eas quæ ad usum attinent, siue eas
quæ propter bonum quoddam res imitan-
tur, ut est statuaria & medica ars Aesculapij,
cuius ubique terrarum sunt remedia, quæ
dat nobis Deus, ut perpetuò simus partici-
pes. Me certè sanauit sæpe Aesculapius,



ægrotantem subministrans remedia, horum
testis est Iupiter. Igitur quare traditis uos
apostasiæ spiritui? (nos & circa animam meli-
us habemus, & circa corpus ac externa) & qua
re uos relictis illis ad alia uaditis?

CYRILLVS.

Itaq; manifestum, quod deorum, quos ille ad-
miratus est, alij sunt arte medici, alij uerò eloquẽ-
tes: quemadmodum scilicet & sophistarum opti-
mi, & alij quidam homicidia docuerunt, & cædes
callent crudelitatis magistri: sunt & alij opifices,
& sordidorum studiorum inuentores: & in sum-
ma, singulis curæ est id ad quod nati esse dicũtur,
& functionem in uno & solo negotio sortiti sunt.
In cæteris autem negotijs arbitror nihil operis fa-
cient, & quomodo essent tales dij? quamuis quis
dicere auderet deum ullius rei bonæ esse indigũ:
Est enim sufficientissimus, fortissimusq;, & ipsa
perfectio, & ad omnia recte se habens, quæ sum-
mæ naturæ attribuere decet.

Itaq; diceret quispiam, opinor, quare si Coro-
nidis filius uerè deus est, infirmos non sanat? & a-
lia quoque adijceret, quare sufficientissimam na-
turam non ostendit? singuli autem seorsim ope-
rantur, & proprium suæ experientiæ specimen
præbent. Nam alij quidem, ut dixi, arte medici
sunt, alij autem sordidi opifices, uel ad utilitatem
doctrinæ ac sermonum. Alij etiam acies bellicas
instruere norunt, & quodammodo ipsa hominis
natura inferiores sunt. Vel quomodo res nostræ
deterius quàm illorum haberent? Doctores eni,
& artium & scientiarum plurimi & optimi apud
nos sunt, imò si uerè loqui oportet, nõ pauci sunt
qui meliores Græcorum dijs: quando quidem fie
ri potest, ut idem apud nos medicam artem tene-
at, & militaris disciplinæ peritus sit, & ad hoc elo-
quens, quin & in alijs studijs mirabilis. Tantã ni-
quidem illis unius rei, eiúsque solius cura est.
In homine uerò, ut dixi, hæc omnia simul con-
gesta uidere licet.

Excogitat autem & aliud quiddam, quasi inex
pugnabile propugnaculum simplicioribus pro-
ponens, & Græcorum ludum sancta Christiano-
rum religione meliorem esse dicit, ad demonstra-
tionem apponens esse quosdam apud illos picto
res, sculptores, marmorarios, & medicos. Dic ob-
secro, nõ erubescis hęc scribere? Nonne pictores
manu egregij, & industrij marmorarij declarant
deos ipsos non esse deos, imò immundos dæmo-
nes, uel certe homines corruptos? Oblitus mihi
esse uidetur igne exustum Aesculapium, & ful-
mine ictum in Epidauro, sicut suprà diximus.
Opinatur autem fortasse nullum fuisse Christia-
num, uel optimum medicum, uel eloquentissi-
mum, uel res bellicas callentem.

Quod si omnibus uir strenue, studijs humanis,
artibúsque & disciplinis deos præficere oportet,
uel eos qui inuenerunt, uel etiam docendo pro-
fuerunt, quanta sanè illis multitudo sufficiet? In-

numeræ



numeræ enim in hac uita res sunt, & studiorum A
modi etiam uilissimis dati sunt. Verum siquidem
cui mẽs est sapiens, uidet quàm insuauia omnino
Græca sint dogmata.

Admiratus est & Aesculapium, ut subindican
tem ægrotis, sicut ipse dicit, remedia, & hoc cog-
nouisse inquit Iouem. Iam quare testis nobis me-
dicorum assumptus est, & non potius ipse ægro-
tos curat? Nunquid fortassis quod ignorat ar-
tem, admiratus est tecum illam scientes? subindi-
cauit autem Aesculapius remedia, opinor, sicut
medici currules: quanquam oportebat Deum,
quem tu dicis diuino modo ab infirmitatibus li-
berare, non subindicare quo uti oporteat reme-
dio, sed cum autoritate imperare, ut decumbens
conualescat. Proinde meritò quis rideatur, di- B
cẽs deos esse eos, qui feliciter quasdam humanas
artes, hoc est functiones tenent, & dimensam sor-
titi sunt experientiam. Atqui nos ô amice, uni ue-
ro Deo seruimus, & ab ipso data esse dicimus hu-
manæ naturæ & sapientiam & intellectum, & o-
mnis rationis usum & diligentiam, ad quoduis
laudatum opus, admonitionesq; mentis tam sci-
entias quàm artes. Proinde factor omnium no-
bis autor & dator bonorum meritò dicendus est.
Atille auferre à uero Deo, quæ Marti & Vulca-
no, Musisq; & Mercurio eloquenti, & Aescula-
pio distribuens singula singulis, dicens eos dis-
partiri quasi hæreditariam quandam experien-
tiam.

Quod autem satis argueritres Græcorum no- C
stris esse meliores, eo quod ipsi sciant pingere &
lapides leuigare. Si igitur, inquit, nos, qui immun
do spiritui dediti sumus, melius habemus in ani-
ma & corpore, & in externis, cuius gratia relictis
illis ad alia pergitis? Depone supercilium uir stre
nue, uanus est fastus tuus in hac re, & ridiculum
fecisti argumentum. Vt autem tuis hoc permit-
tentes sermonibus meliores esse pictores medi-
cos, & marmorarios apud Græcos quàm apud
nos: nunquid tibi hæc propterea sufficient ad de-
monstrandum Christianos aberrasse à ueritate &
natura, & neque uerè Deum, neque optimæ ui-
tæ typos cognouisse? sed sint illi quidem pictores
multi & boni, marmorarijq; & medici, nos uin-
cere studebimus, & ab ipsa ueritate laudum co- D
ronam reportare, ut sciamus manifeste uerum u-
niuersorum conditorem, autorem & dominum.
At ille nihil horum animo reuoluens, inquirit
ultra, & dicit:

IVLIANVS.

Quare neque in Hebraicis sermonibus ma
netis, neque diligitis legem quam Deus He-
bræis dedit, relinquentes autem patriam, & de
dit ijs quæ prophetæ prædicauerunt, plus ab
illis quàm à nostris recessistis? Nã si quis pro
uobis ueritatem consideraret uelit, inueniet ue
stram impietatem ex Iudaica audacia & gen-

tilium confusione & indifferentia conflatam:
ex utrisque enim non quod pulcherrimũ, sed
quod pessimum trahentes, malorum contex-
tum operamini. Hebræi enim habent exacta
circa religionem legitima cultúsque & obser-
uationes innumeras, quæ ad uitam & sacer-
dotale institutum pertinent, interdicente le-
gislatore omnibus ne seruiant dijs, sed uni so-
li, cuius portio est Iacob, & funiculus hæredi
tatis Israel: sed, ut opinor, etiam addente,
Deut 32. Non maledices dijs. Superuenientium abo-
minatio & audacia, uolens omnem reueren-
tiam multitudini deorum adimere, sequi pu-
tauit non seruiendum dijs, quum non sit blas-
phemandum: quod certe & uos inde traxi-
stis solum, quasi nobis & illis nihil aliud com-
mune sit. Rapuistis itaque ab Hebræorum
hæresi, quod blasphematis uenerabiles deos:
à nostra autem religione, quod abijcitis pie-
tatem, & diuinum cultum: pietatem, in-
quam, erga omne quod natura melius, &
quod patriam diligit: solum autem recepi-
stis uesci omnibus, ut graminibus fœni, &
si ueritas dicenda est, omnino cupiuistis ue-
stram confusionem augeri. Hoc autem opi-
nor, idq; ualde merito, conuenit omnibus gen
tibus, & uitæ aliorum hominum, institorum,
teloniorum, saltatorum leuium: & putatis ue-
stra honesta?

CYRILLVS.

Vide obsecro quàm temere nugetur, & crude
les dirasq; contra nos coaceruet scripturas, ut se-
ueriter possit quicquid uelit dicere. Dicit enim
nos ab Hebraicis sermonibus defecisse, & legem
neglexisse, quamuis à Deo datam, & arripuisse
ea per quæ prophetas prædicata sunt. Veniat i-
gitur & ostendat, quænam à prophetis pronun-
ciata sunt, quæ à scriptura Moysi abludant: & i-
ta nobis improperet defectionem, & quod à sa-
cris legib. abscesserimus accuset. Quod si in nul-
lo discordant, sed potius idem loquuntur hi & il-
li, & omnino inter se coniunctos uidere quis po-
terit, ne persequatur frustra, sed potius liberet à
crimine & reprehensione cauillator iste, eos qui
de nullo absurdo condemnati sunt. Quanquam
liceat uidere sanctos prophetas id multis sermo-
nibus agentes, & frequenter contra Israelitas
clamantes, quod in eam usque inconsideranti- Prophetæ non
am peruenerint, ut etiam legem per Moysen ip- discordant à
sis promulgatam nihil fecerint, sed irritârint per Mose.
doctrinas mandata hominum. Est autem ualde
uerisimile, quod illi ipsi existimantur & redargu-

Universidad de Deusto
Biblioteca



untur legem Moysis paruisacere, etiam hoc facere deprehenduntur. Proinde sicut iam dudum dixi, prophetæ & leges inter se quidem conueniunt. Quoniam autem, ut dixi, diuinæ scripturæ Christus finis est & legis & prophetarum, ex ijs quæ de ipso scripta sunt in lege & sanctis eius prophetis deducimur ad fidem in ipsum: unde uenerantes ea quæ per legem & prophetas prædicata sunt, nos in posterum perduramus, & per typicum cultum ad ipsam ueritatis pulchritudinem uenimus, rectaq; euntes uia ad scopum, etiam uniuersorum saluatorem & redemptorem cognouimus. At ille, ut uidetur, quum nihil omnino proposuit, propter quod uituperare oportebat: Inueniemus, inquit, uestram impietatem, & ex Iudaica temeritate & Græcorum confusione conflatam. Proinde si putat uituperandum quod admirabile, & arguendos quos magis conueniebat laudare, omnino recte illum fecisse dixerim. Quod si sermones suos bene habere suspicatus est, oportere omnino sequi ex argumentis quæ ipse profert, dicens Christianam religionem impietatem esse, non possum intelligere quomodo nos uel Iudæorum temeritatis facti fuerimus æmulatores, uel cõfusionis Græcorum amatores.

IVLIANVS.

Etiam inquit diligenter quidem scripta apud Hebræos legitima & obseruationes, & quæ ad sacerdotalem uitam pertinent. Quum autem lex cõstituat non esse adorandos deos alios, sed unum & solum: uos qui repellitis & negatis quod oporteat uiuere iuxta legem, solam in deum blasphemiam inde assumitis: quamuis lex euidẽter dicat, Dijs non maledicas.

CYRILLVS.

Igitur quod uita nostra legitime & recte instituta sit, & omni uirtute plena, sermone quem paulo ante præmisimus, ostensum est, quum de illis loqueremur. Veruntamen sciat legem, imò legis dominum Israelitas urgere, ut demoliantur altaria, & simulacrorum delubra exurant. Dicit enim sic in Deuteronomio: Et hæc præcepta & iudicia legitima, quæ seruabitis & facietis super terram, quam Deus patrum uestrorum dat uobis in hæreditatem omnibus diebus, quibus uos uiuitis super terram: perdendo perdetis omnia loca quibus seruierunt illic gentes dijs suis, quæ uos hæreditate accipietis, in montibus excelsis & in collibus, & sub quercu frondosa: & subuertetis altaria eorum, & conteretis columnas eorum, & lucos eorum excindetis, & sculptilia deorum ipsorum exuretis igni, & perdetis nomen ipsorum ex loco illo. Qui Israelem incitat in altaria, & delubra, dicens oportere in ipsis exuri deos, dixit ne etiam de illis, effare precor, Dijs non maledices? quamuis indignum cogitare, quod diuina & incorruptibilis mens ab æquo aberret, & se decentia negligat, secumque dissidens contrarias leges statuere, usquam deprehendatur. Est enim ea res etiam apud nos turpis & ridicula. Nunquid igitur mens diuinæ legis intelligi poterit dum dicit, Dijs non maledices. Honorat humanam naturam appellatione summi Dei. Factus est enim homo ad imaginem & similitudinem eius, & celebrat lex summis honoribus diuinorum altarium sacerdotes, & eos qui dignitatis excellentia super alios exaltati sunt, in uita pulcherrima & uenerabili & sancta. Quod autem id quod dixi nõ mentitum, sed uerum sit, & reprehendi nequeat, ex ipsis sciemus legis uerbis, apponentes uersiculum qui sequitur: Scriptum est enim, dijs non maledices: ut manifestam faceret dicti uim, subiungit statim, inquiens: Principi populi tui non maledices: hoc esse dico, dijs non maledices. Quomodo enim linguæ parcerent sacris coerciti præceptis, qui igne iubentur templa, & quæ in illis sunt tollere?

Quoniam autem indifferens est edere carnes, crimen imponit Christianis, ad quod necessariõ respondebitur ei. Leges, omni honore dignantur opera eximia, & eos qui boni operis mores coluerint, optimáque uiuere uoluerint in summo precio habent. Carpunt autem omne genus improbitatis, & uolentibus absurde uiuere dignas intentant pœnas emendatióresque illos facere student. Quos igitur corrigunt, dic mihi adulteros uel comedentes? in quos animaduertit? nunquid in crudeles & afflictantes alios, deceptores & contumeliosos, & pessima quæque facere solitos, uel in eos qui libere pisces & carnes attingunt, siquidem in hoc, præscriptum esset tempus aliquod?

Sed dices: Impij sunt in deos, coinquinantur enim comedentes. Quomodo? dic mihi: Nunquid sufficiet ad purificandum hominis animam ad hoc, ut omnibus modis bene habeat, uitare edulia quædam, etiamsi non uideatur libera, ab improbis & nepharijs affectionibus, & agat uitam legis calculo condemnatam? & quis audet hoc dicere, & non excitabit risum apud recte sapientes? Præterea, cum hoc & illud dicat: Quis uniuersorum est opifex, animaliaq; terrestria, natatiliaq; & aquatilia produxit? Nos enim utilium & efficax, & quod suam subsistentiam habet Dei uerbum, factorem dicimus uniuersorum: & non uidetur aliquid ex his quæ ab eo facta, quod uel polluat, uel natura uituperabile sit, secundum quod factum est. Vidit enim, inquit, Deus omnia quæ fecit, & ecce ualde bona: & ipsi fortasse intendentem mundo opificem præcepisse dicerent dijs ac factis, ut tria mortaliũ faciant genera. Videntur enim hæc sic habere Græcorum sapientibus.

Iam quomodo ea quæ tam exosa sunt, & per quæ uerisimile erat coinquinandos illos produxisset ut essent ac subsisterent? Impedienda enim potius



erant, quæ nullo usui futura homini bus, sed in malum, & in coinquinationem, & in damnum. Et quod illis adhuc insipientius est: qui altrorũ situs exquirunt curiosius (ut opinantur & audent dicere) capricornum quendam & pisces scribunt in cœlo, & alia animalia, quæ apud illos abominabilia sunt, & inter immunda postrema dicuntur. Itaque optime & prudentissime nos in omni quidem re facimus, ut recte & inculpate uiuatur, condemnamusq; improbos mores, censemus autem odiosa, adulteria, fornicationem, mendacium, obtrectationem, & auariciam, cumque his mala alia. Hæc & sola scimus eos, qui his laborãt, coinquinare. Ita nullum uitamus edulium, ut immundum, corporales uero uoluptates moderatione compescimus, & aculeum petulantioris carnis hebetãtes, parce uictitare cõsueuimus, & omnino in delicijs esse inter optima non ponimus. Illle autem nos institoribus, & saltatoribus, & telonis comparare uult, Christianæ religionis libertatem ignorans, & quomodo probe in unaquaq; re agendum sit. Non enim utentes insipienter humanis traditionibus, ridiculam delegimus conuersationem: sed diuinis potius & sacris eruditis legibus, honoramus uere bonæ uitæ mores. Memores autem sumus eorum, quæ Paulus scribit: Cibus uos nõ cõmendat deo, neq; si edamus meliores sumus, neq; si non edamus deteriores. Et iterum etiam alio loco: Omnis cibus bonus, & nihil reijciendum, sanctificatur enim per uerbum dei, & orationem. Ipsum autem omnium dominatorem & legislatorem Christum audite, & intelligite: Non quod ingreditur in os, coinquinat hominem, sed quod egreditur ex ore, hoc coinquinat hominem: de corde enim exeunt cogitationes malæ cædes, adulteria, furta, scortationes. Et hæc sunt quæ hominem coinquinant.

Improbabit autem fortasis has uoces, quamuis ex re ipsa grauissimis sententijs pondus habeant: doceat autem causas propter quas ea quę ne scio quomodo increpat, uerisimiliter condemnata sint, quamuis omnium sententia testimonium habeant, & ex ipsa sua natura quod manducabilia sunt. Et animalium terrestrium plurimæ quidem sunt differentiæ, uolatiliumq;, & maritimorum, definitq; uniuscuiusque usum natura. Nam quædam sunt inutilia ad esum, alia uero utilia. Igitur quando aliquid quod natura nõ est accusabile, uituperatur ab ipsis, prodeant in medium, & ipsi nobis irrationales consuetudines proferentes, absurditate extrema laborare deprehẽdatur.

Miror autem, quod apud illos multi sunt fictitij dij (non enim simpliciter dixerim dij) uariantes sententijs, neq; una sententia laudant, uel etiã uituperant. Viderit autem quis insurgẽtes quodammodo inter se, & quod quibusdam exosum est, alijs probatur, & rationabile uidetur: quamuis quomodo nõ unusquisq; aspernabitur quod uere prophanum, non aliquibus tale sit, alijs autẽ purũ, etiamsi humana mẽs non diligenter attendat: oportebat certe deos ipsos, sicut ipsi delirantes dicunt, non aberrare ab æquo, uel certe ignorare uerum. Quare igitur non unus sensus in omnibus illis, sed uarius & diuulsus, & ipsorum leuitatem coarguens.

Cæterum fortasis illud diceret: ab omni anima libus abstinemus, & Pythagoræ nugas ueneramur: meminimus autem & empedoclis, qui turpissima scripsit. Iam enim olim ego eram uirgo, & adolescens, cespesq; & auis, & in mari nobilis piscis. Itaque si tales habent opiniones, & se fortasse puellas & pueros fuisse aliquando pisces q; & aues, haud mirum est, quod ita sentiunt & loquuntur. Opinor autem possibile esse, quod non uenerabiles uirgines fuerint, uel fortasse quales in scenis ludunt, uel forte ad latrocinia condemnati, & facere soliti quæ non est fas dicere, neque periculum est pijs uel cogitare. Vnde Euphorbum quidem se fuisse in Troia, dicit qui optimorum illis dogmatum fuit magister: ipsi etiam dicunt se fuisse quosdam ex antiquis. Nunquid & ipsi auis aliqua aut uolatile fuerunt, qui sic tradunt & uitã implent miseris ac fœtidis, & turpissimis fabellis, quas & nutriculæ fortasse dicerent somnum pueris cantillando conciliare cupientes. Pythagoræ error.

Igitur, ut dixi, plurimi quidem apud nos fuere summa bonitate conspicui, qui ad eam peruenere continentiam: & ita seipsos castigarunt, ut etiã ijs quę ad uitam utilissima, strenue abstinere uoluerint, nempe pane & oleo, & herbis, & legumi nibus ineuitabilem uẽtris necessitatem placarũt, usi pura aqua, & exercitationis labore gaudẽtes, ita ut nihil illis esse censuerint melius: & reiectaneus quidem apud ipsos nullus cibus fuit: abstinuerunt autem à nonnullis, ut dixi, mentis ad deteriora propensionem remorantes, & carnis lasciuiam compescentes, ita ut & mentis oculum magis subtilem haberent, quo fide contemplari certius possent, quid inculpate habeat, & à sacris legibus non abludat. Qui uerò Græcorum ruditate impliciti, dicebant sibi & alijs insipienter netangãs, ne gustes, ne contrectes, obijciũt alijs quę ab ipsorum mente oportebat procul abesse, siquidem ulla illis bene uiuendi ratio esset. Venerea enim nominantes scortationem, deterrebant ualde, quod offendatur Deus. Et alia mala impune faciunt, utpote impostura & masculorum concubitus, idq; intra templa dijs testibus, quod certe & nostris temporibus attentatum rerum experientia monstrauit.

In Saturni templis liberarum nuptiarum latrones facti, deprehensi sunt templorum ministri, uenante illis quas cõtaminabant, idolo quod adorabant. O quales uel quantæ lachrymæ sufficient deceptis? Mulier enim honeste educata ex uirginalibus thalamis uocabatur ad libidinis officinam in usum Dei, ut ipsi dicebant, petentis lectum illegitimum. Et quod intolerabile in illis, & omnium malorum turpissimum erat, graue illud, & fœlicissimum crimen consuetudine longa, etiam licentia appreciabatur, sta ut neque

Universidad de Deusto
Biblioteca



latere uellent suas nuptias uim passæ. Gaudens quidam misit ad adulterium coniugem, prostituensq; eam alijs, suam ut uidetur accusando naturam, quod non faciat ea quæ corporum. Nam semper abominabilia & nepharia dæmonia. Nũquid igitur tangentes suem uel pisces iure quis reprehenderit, uel potius ad adulterium uenantes, & apud sua templa quæ non licet facientes? Sugillare autem & alijs modis Christianam religionem conatur, sic scribens:

IVLIANVS.

Quod autem non solum ij, qui nunc sunt, sed & qui olim primi doctrinam à Paulo acceperunt, tales quidem fuerint, manifestum est ex his quæ Paulus testatur ad ipsos scribens. Neque erat opinor ita impudens, quod male sibi cõscius talia illis exprobraret de ipsis scribens, de quibus etiam si laudes tantas scripsisset, & si ueræ essent, erubescere oportebat: si autem falsæ & fictæ, fugere tam liberalem adulationem & mollis blanditiæ affectationem. Cæterum hæc sunt quæ de autoribus Paulus ad illos scribit: Ne erretis, neque idololatræ, neque adulteri, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrij, neque obtrectatores, neque raptores regnum Dei hæreditabunt. Et hæc non ignoratis fratres, quod & uos tales fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati in nomine Iesu Christi. Vides, quod & hos fuisse dicit tales, sanctificatos autem & ablutos esse, obtenta aqua quæ ad animam ingreditur, abluereq; & purgare potest. Et lepram quidem leprosi non repurgat baptisma, neque lechenas, neque impetigines, neque summas scabies, neque podagram, neque dysenteriam, neque hydropisin, neque paronychiam, neque paruum, neque magnum corporis peccatum, sed adulteria, & rapinas, & in summa, omnes iniquitates animæ tolleret.

CYRILLVS.

Non fuit mos Paulo, uir strenue, palpatione, hoc est adulatione uti, minister enim ueritatis erat. Hi autem qui ad ueritatis peruenerant sermonem & initiationem, doctorem sortiti illum, idololatræ quidem prius fuerant, & pessimorum dæmonum ministri, impurisq; & abominabiles moribus, & omnium uoluptatum seruj, scortatores, & masculorum concubitores, molles, & ebrij, & in summa, omnis improbitatis studiosi. Neque enim erat uidere uenerandos & sanctos, qui illorum deos sequebantur, sed omnium criminum rei erant: ne ijs qui adorabãtur meliores uiderentur, si cõtinenter & iustè uiuere studerent, & abstinerent omni reprehensione ambulare satagerent. Vnde quandiu quidem fuerunt, ô optime, tuorum deorum ministri, in peccatis, uolutabro, sicut sues se uolutantes, uiuebãt miseri. Postquam autem à dæmonica deceptione recesserunt, & erroris tenebras à mente sua ablegarunt, ueræ cõtemplationis luce recepta, uniuersorum regem & dominum agnouerunt, Christum scilicet, tunc sanè omni macula abluti, & pro turpibus elegãre ea quæ omni laude digna erant, ad uitam quæ in Christo, & factam uocati, hoc est ad Euangelium. Quoniam gentium apostolus erat sapientissimus Paulus, in fidei sagenam multos congregans, & à diaboli laqueo liberans, necessariam & utilem doctrinam eis faciebat: nempe, ut uirtutem fidei facerent comitem, & cum errore deponerent membra eius, scortationem dico, adulteriorum, masculorum concubitum, & cætera mala. Sic enim ingressum eis patère ad regnum cœlorum bene affirmabat.

Quod autem arguendum, uane putat Dominum nostrum Iesum Christum, quod malos idolatras ad se admittat, respondeat interroganti: Vtrum nam illi in malicia perpetuum habere debuerint fundamentum, & nullo modo uideri meliores ijs, qui à tam damnatis moribus recesserunt, uel debuerint uelle sapere meliora, & attendere omni studio, ut ad optimam perueniant uitam. Verũ dixerit arbitror aliquis, quod relictis turpioribus & neglectis malis, ad meliora concedant, & uitam Christianã & admirabilem meditantur. Quare igitur arguit Christum, quod pertantum euntes saluauit, & porrecta salutari manu humi iacentes erexit, languẽtesq; curauit? sed ignorat fortasis quod animarum sit medicus, & remissio nem donat affectionum quæ in corde sunt. Dixit enim: Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Et iterum: Nõ opus habent sani medico, sed ij qui male habent. Nam quos decet curari à medicis? nũquid infirmos, uel probi expertes? & quos solent in ciuitatibus, uel prouincijs optimi duces libertate donare? captiuos ne & in seruitutẽ redactos, uel eos qui intra mœnia salui manserunt, non facti præda barbaricæ crudelitati? Quos item congruit abluere? sordibusne coinquinatos, uel minime coinquinatos? Sed dicet mundos: quamuis iustè rideretur, nihil dicat laborantibus subsidia magis impendi decere, & non his qui morbo carent. Proinde quare, sicut dixi, accusare audet saluatoris nostri mansuetudinem & misericordiam? A morbis etiam, ab ipsis diabolicam auertit tyrannidem, misere sordidos mundos, & ablutos effecit. Psalmis gratiarum actionem testantibus honorẽ impende, dic et ipse iuxta prophetam Abacuc: Domine audiui auditum tuũ, & timui: consideraui opera tua, & obstupui. At qui sapiens etiam materiam risus facit ex ijs, in quibus ualde gloriari oportebat & exaltari?

Idololatræ pessimi.



Ignorauit autem omnino sancti baptismatis uirtutem, operaq; ueneranda deridet: dicens, ablui uenientes ad Christum aqua quæ abluere solet: & addit illis alias quasdam friuolas & aniles fabulas. Dicunt enim omnino inutilem esse baptismatis aquam corporalibus morbis, nosq; ferunt deliros, & dicere quod animæ maculas liberet. Sed dixerim uir strenue, salutarem baptismũ non assumi à nobis ad curandas corporis passiones. Neq; etiam, sicut putas & sentire uis, usq; ad sensibiles & uisibiles res tantum, Christi sacramẽtum pertingit. Subtilis & ualde profũdus de hoc sermo est, & errantium cogitationibus non comprehensibilis. Vnde propheta Esaias inquit: Nisi credideritis, neq; intelligetis. principium enim intelligentiæ fides: & hanc habet expositionẽ diuinum nostrum & uenerabile sacramentũ. Vt igitur non in aures eorum qui non initiati, occulta proferens, impingam in Christũ, dicentẽ: Ne detis sancta canibus, neq; proijciatis margaritas uestras ante porcos. Profundioribus relictis, conuertam me nunc potius ad ea, ex quibus uidere liceat aduersarium temerè nugari, & uituperare etiam scientem, quod uerum est. Non enim salutare baptisma, corporalium passionem depositionem annunciat. Vnde si hoc non faciat, ne ualde admiretur. Quod enim annuẽte Christo etiam ad hoc nobis sufficiat aqua citra cõtrouersiam, facile cõsiderabimus, ineffabilem eius & supernaturalem uirtutem reputantes. Quid enim admirabile non factum est ab illo? Quis enim modus diuinorum signorum demonstratus non est? nutu enim forti simo leprosos mundos fecit, hydropicos à malo suo liberauit, claudum sola uoluntate correxit, & ad currendum maxime idoneum fecit, salijt enim sicut ceruus: præcepit cæco abluere oculos aquis Siloah, quo facto illuxit ei insolita lux, & plane fundæ oculorum exẽptæ sunt tenebræ. Igitur qui tam eximia absque labore facit, etiam ipsis aquis uirtutis suæ efficaciã immissa, nonne interdum odiosum fiendit beneficium per sanctum baptisma, etiam quemuis corporalem morbum depellere posset? sed ob alia nobis datum esse dicimus. Nam quũ prius deposuerimus tenebras ueritatis Græcorũ amente nostra, & dæmoniorum turbis uale dixerimus, omnemq; ipsorum pompam & cultum prudentissime respuerimus, & tunc ueritatis lumine mentalem cordis oculum dilatauerimus, agnoscentes eum, qui natura & uere omnium natiuitatis autor & maximus rex ac Deus est: cõfitemur fidem in patrem, & filium, & Spiritum sanctum: & ita ad alterius uitæ exordium uenientes, ingressi uerò pietatis semitas Christo annuente, iustificamur. Per illum enim nobis misericors est pater, iustificante legislatore, & ab omnibus crimine liberante, & pœnam præuaricationum remittente, & etiam in mẽte sanctificante per spiritum sanctum, & reformante nos, modo quo ipse nouit, ad nouitatem mentis castæ & iustæ. Quis tum adhuc condẽnet, uel quæ adhuc sit macula, dicere non possum. Dicerem sanè de his etiam multa alia, & uera demonstrãs, per Mosen & prophetas præfiguratum esse hoc sacramẽtum, & non nouum, uel nuper ortum, & à nobis inuentum, nisi sicut iam prædixi, reuererer non initiatorum aures. Solent enim minus comprehẽsibilia à plerisque rideri, quod imbecillitate mentis suæ non uident, & omnino nihil faciunt, quæ omni admiratione prosequi decebat. Quem aduodum ille multo optimus expendens solo aquarum spectaculo sacramentum, quamuis Ioannes manifeste & euidenter dicat ad pœnitentiæ baptisma euntibus: Ego quidem baptizo uos aqua, uenit autem post me qui fortior me est, cuius non sum dignus calciamenta portare, ille uos baptizabit spiritu sancto & igni. Comparat enim igni spiritus sancti uirtutem & ablutiuam efficaciam, quæ ab illo in nobis operatur. sicut enim ad argentea uasa accedens ignis, sordes illis insitas deponit: eodem sanè modo etiam diuini spiritus uis tanquam ignis, quæ in nostras immittitur animas, mente scilicet & diuino modo ab omni nos macula liberat, & urget quodam modo naturam in omne nobis contrarium opus.

Eos qui per fidem in Christo congregati ad agnitionem & seruitutem ueri Dei, similes factos dicit seruis, qui à heroum domo abeunt, & ægre ferunt seruitutis iugum, & qui se quidem putant effugisse, sed falluntur spe, neque leuius habent quàm antea. Ego autem ad hæc dixerim, qd̃ decet illos comparari seruis, qui beneuolẽtiam domini contemnentes, & temeraria defectione facta, & libertatem quæ supra leges est, in tempore non sitiuerunt: & ad hæc ut grauibus & ineuitabilibus capti malis, & iugibus afflicti terroribus, difficilicq; & inemendabili ac admonitionem nõ recipiente paupertate pressi, necessariorumq; penuria, & alijs quibusdam seruire coacti, tarde, & uix iterum meliora deliberant, eligenda censentes prima, ut recurrant ad primum bonum dominum. An non uerè dicitur, quod uniuersorum natiuitatis autor & dominus est, solus uerè & natura deus? Itaq; qui dæmonijs seruierunt, si quidem uoluerint pœnitere, intelliguntur meritò non à suis dominis recessisse, sed sub omnium domino deo factos esse, optima spe inductos.

Propositum enim est eis in promissionem adoptionis beneficium, assequuturosq; se expectant etiam resurrectionem ex mortuis per Christum: id quod præ omnibus alijs ueritatis inimicus maxime irridet, quasi omnipotens deus nõ possit facere morte superius, quod secundum suam naturam corruptionis rationi subiectum est: quamuis Plato manifeste dicat, opificem mũdi dixisse quibusdam dijs deorum, quod immortales quidem non sint, neq; incorruptibiles omnino, neq; corrũpendi ipso uolente. Scripsit etiã heroum quendam, qui in Armenia morte occubuerat, reuixisse. Videbatur enim & ipsi sermonẽ de resurrectione mortuorum, utpote uerum & bene habentem admittendum: & quod is qui ab initio produxit hominem ex nihilo, etiam refecturus sit facile eũ,

Universidad de Deusto
Biblioteca



qui solutionem moriendo passus sit. Esset enim, ut opinor, uirtutis eius perfectio, & euidens demonstratio, quod ex nihilo produxerit ut esset, & per corruptionem collapsum ad initium reduceret. Num forsitan primo secundum minus erit iuxta mentem sanam? Maius enim opinor esse, producere aliquid ex nihilo, quàm iam productũ & graue aliquid passum, reduci denuo in id, quod principio erat. Quoniam autem secũdum naturam uita est, & uiuificus qui super omnem mentẽ est omnibus modis, si uoluerit quibusdam immittit uitam nullo impediente, inuictam enim habet efficatiam. At si quoniam miraculum hoc est super rationem, & modo perficiatur nostris cogitationibus incomprehensibili, plericq; non credunt, ne ignorent quod patiantur hoc & in plurimis aliis. Necq; enim dicere poterunt quomodo singulæ creaturæ sensibiles & mentales, hoc est uisibiles & inuisibiles factæ sint. Fide autem honorare decet uere sapientes, in his quæ mentis nostræ mensuram transcendunt.

Libri septimi finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPI. scopi Alexandrini, contra Iulianum, pro religione Christiana, Liber octauus.

TAcq; contra ineffabilem gloriam dei bellum suscipit sapiens ille, & suæ intelligentiæ tela contra ea quæ mentẽ excedunt iaculatur: sed omnia à scopo recedunt. Mentitur enim & arrogans est, & mentionem faciens scripturis, fingit quidem se illas scire, sed deprehenditur nihil intelligere, idq; nobis causarum examen ostendit. Dudum enim per fidem in Christo congregatos in populum sanctum, qui & bene ageret, splendidaq; ac admirabilia studia sciret, abominabiles & scelestos, miserabilesq; & abiectos, & nullo non ignominioso nomine appellat. Quasi autem non sufficeret ei contradictio, qua nobis insultauit, attentat etiam aliis modis demonstrare, quod nihil uspiam nobis mentis sit, & quod necq; ad uiam ueritatis ire sciamus, sed resiliamus à lata uia, negligamus quę omnino Mosaicam legẽ, ac secus sentiamus quàm ille & sancti alij prophetæ qui post illum fuerunt. Scribit autem sic:

IVLIANVS.

Quoniam autem dicunt se differre à Iudæis, qui nunc sunt, & se esse uere Israelitas iuxta propheras suos, & Moysi maxime credere, & prophetis qui post illum iu Iudæa fuêre: uideamus in quo maxime idem sentiant cum eis. Incipiendum ergo nobis à Mosaicis, quandoquidem Mosen ipsum dicunt prædixisse futuram natiuitatem Iesu. Igitur Moses necq; semel, necq; bis, necq; ter, sed sæpissime unũ deũ solũ uult coli, quẽ & super omnes nominat, deum autem alium minime, sed



angelos nominat & dominos, & etiam deos plures, & unum præcipuum primum, alium autem necq; suspicatur secundum, neque æqualem, necq; inæqualem, sicut uos fingitis. Si autẽ est apud uos de his unum Moysi uerbum, iusti eritis, si protuleritis. Prophetã enim uobis, inquit, suscitabit dominus Deus uester ex fratribus uestris, sicut me, illum audietis. Atqui hoc non est dictum de nato ex Maria: si autem quis uestri gratia cõcesserit, sibijpsi dicit illum similem fore, & non deo, prophetam, quemadmodum ipse non deficiet princeps de Iuda, necq; dux de femoribus eius, maxime dictum de hoc non est, sed de Dauidis regno, quod cessasse uidetur in Zedechia rege. Quamuis & scriptura bifariam habeat, Donec ueniant quæ reposita sunt illi: uos autem subiecistis, Cui repositum est. At quod nihil horum conueniat Iesu, manifestum. Necq; enim est ex Iuda. Vel quomodo, qui secundum uos non ex Ioseph, sed sancto spiritu natus est: qui enim genealogiam narratis, refertis in Iudam, quod & ipsum non potuistis bene fingere. Redarguuntur enim Lucas & Matthæus genealogia inter se discordare.

CYRILLVS.

Quod nos ueri Israëliti simus, qui per fidem in Christo iustificati, Paulus in lege eruditus ostendit, scribens: Non enim omnes qui ex Israël, Israëlitæ sunt: necq; qui ex semine Abrahæ, omnes filij, sed filij promissionis ij computantur in semen. Sumus autem nos secundum promissionem filij patriarchæ Abrahæ, utpote sequentes uestigia fidei illius. Vnde repromissionis filios, eosq; solos cõputari in semẽ Abrahæ congruit: decet & citra controuersiã Israëlitas nos uere esse & nominari.

Iam quod res Christianorum cum dogmatis Mosaicis de deo & sanctis prophetis conueniat, uidere uolentibus haud difficile erit. Illinc enim quasi ex fontibus haurimus scientiam ad optima quæq; ducentem: hoc & ipse nobis uniuersorum deus pollicetur, dicens per uocem Esaiæ: Hauritis aquã cum gaudio de fonte salutaris. Aqua enim uiuifice sanctum & diuinum sermonem comparat, quem salutares fontes scaturiunt, hoc est Moses, & prophetæ, apostolicq;, & Euangelistæ. Et idcirco necq; Mosis dogmatibus, necq; sanctis prophetis quis nos unquam uiderit contrarios. Magistros enim, ut dixi, ipsos fecimus piarum disciplinarum, dogmatumq; & morum scientiæ.

Quod autem unum & natura uere Deum uisibilium & inuisibilium opificem & dominũ cõfessus fuerit Moyses, & nobis reuelauerit, ibit



ibit nullus. Induxit enim ipsum manifeste dicentem: Non sint tibi dij alij præter me. Et iterum: Non facias tibi idolum, neque alicuius similitudinem quod in cœlo sursum, & quod in terra deorsum, & quod in aquis sub terra. Dicit etiam per uocem prophetarum: Sic dicetis illis: Dij qui cœlum et terram non fecerunt, pereant de terra & sub cœlo isto: insuper et deum præter me nescias, et saluans non est præter me. Psallit autem & diuinus Dauid: Omnes dij gentium dæmonia, dominus autem cœlos fecit. Sequẽtes igitur ea quæ per Mosen prædicta, & per prophetas annunciata sunt, unum quidem natura & uere Deum esse cõfitemur: scimus autem cum hoc, et indubitato credimus, quod omnes dij gentium dæmonia. Vbi ergo dissidemus à sanctis? uel quomodo illorum obluctamur sententijs, quasi alta quædam sentiamus, uel dicamus? ueniat ostendat. Non enim ut inanes, nostros reijciet sermones, grauis ille disputator & ueritatis reprehensor.

Miror autem, quod, quamuis non semel, sed sæpissime scire se fateatur, & optimum Moysen etiam confiteri, unum Deum & alium præter illum, omnino nullum, nominare angelos dominos & deos multos, nescio quomodo dicere audeat: Eximium autem præ aliis: Primum, sed præesse aliis non sufficit solum ut tollantur alij: sed si solus fit, & secundum naturam dicatur ipse, tunc et nullus erit cum ipso deus uere. Quare igitur corrumpit Moysis uerba? quamuis manifeste dicat: Audi Israel: dominus Deus tuus unus est. Non enim eximium præter alios unum, & super omnes deos uoluit sentire ac dicere, qui incomparabilibus excellentijs magis exaltatus sit, etiam ultra omne quod factum, etiam per se existentem & ingenitum solum credidit. Et quomodo uel unde dubitatur, quod cum sit unus & solus Dominus & deus, etiam si dicantur quidam dij et domini, nuncupatione honorentur, alterius ab ipso essentes naturæ, compositæ scilicet quæ aliquando non erat, productę autem ab illo. Vnde et nobis quidem appellationem, uniuersorum dominus dedit: Ego, inquit, dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Nunquid igitur qui honorati sumus, & honorem à benignitate eius accepimus, quod uocemur dij, propterea naturæ nostrę mensuram ignorabimus? minime. Sapiẽtiæ enim nobis est studium, & rationem habemus.

Quod autem licet Moyses dicat unum deum, patrem scilicet, fateatur omnino cum illo, eũ qui ex illo, & in illo, & proprium illius deum Verbum, quod simul existat, & absque tempore consubsistat, & coadorandum filium, spiritumq; sanctum, ubi de his sermo paulò processerit, iterum ostendemus, quamuis longos contra illum de illis ipsis produxerimus sermones. Non enim sicut ipse dicit, nouum quiddam sectantes finximus, et adiecimus sapiẽtissimi Moysi sermonibus, quod absq; iudicio placebat, sed potius ipsius dicta pro canone & pondere habuimus.

Quoniam autem Christi natiuitatem curiosius inquirit, & sapientissimi Moysi legem scrutatur: non enim dixisse aliquid de illis, istum nescio quomodo, contendit: discat à nobis quod scopus Mosaici negocij, in Christi spectat sacramentum, & scribitur apud illũ sæpissime Christus, id quod sciens diuinus Paulus scribit: Finis enim legis & prophetarum Christus. dignusq; fide de hisce rebus Christus ipse loquens Iudæorum turbis: Si credidissetis, inquit, Moysi, credidissetis mihi, nam de me ille scripsit. Age igitur quamuis plurima & uera testimonia afferre liceret, idq; absq; labore, prætermissis aliis, hęc quæ ab illo dicta sunt probemus, ut etiam sic mendacem ostendamus. Dicit igitur sacrorum dux Moses ijs, qui ex sanguine erant Israel: Prophetam de fratribus tuis, sicut me excitabit tibi Dominus deus tuus, illum audite, secundum omnia quæ petiisti à domino deo tuo in Horeb, die congregationis dicentes: Non adijciemus audire uocem dei nostri, & ignẽ hunc magnum non uidebimus ultra, ne moriamur. Et dixit dominus ad me: Recte omnia quæ locutus sum, prophetã suscitabo eis de fratribus ipsorum sicut te, & dabo uerbum meum in os eius, & loquetur eis, secundum quod mandauero ei: & homo qui non audiet, quę loquetur prophe ta in nomine meo, ego uindictam sumam de illo.

Rom.10. Ioan.5. Deut.18. Christus à Mose prædictus.

Vide quàm tempestiue Christi mysterium & appositè significabat. Descẽderat enim uniuersorum deus in specie ignis super montem Sina, & uox tubæ sonabat ualide, sicut scriptum est: sed uidentibus spectaculum inaccessum erat, & tubarũ uox ægre tolerabilis. Quapropter & immodica formidine correpti dicebant. Ignem hunc magnum non uidebimus ultra, & non audiemus uocem domini dei nostri. Opinabãtur enim adhuc gentiliter sentientes, uniuersorum deum esse ignem sensibilem, & à nobis uisibilem, & illius audiri uocem: & quoniam crassi erant, ueritatem ignorabant, tardeq; & uix discebant, Christo dicẽte eis de deo et patre: Necq; uocem eius unquã audiuistis, necq; speciem eius uidistis. Vnde quia inaccessum erat spectaculum eorum quæ ad gloriã dei formata erant, ijs qui tunc instituebantur, postea necessariò incarnationis unigeniti prædicabatur modus. Non enim aliter poterat conuersari cum ijs qui secundum naturam erat Deus, cum hominib. super terram, nisi fuisset tolerabilis homo sicut nos factus, cũ hoc quod maneret deus. Diuina emi et summa et quę super omnia est natura, in hoc glorioſa est, quod & uenit & inconuertibilis est.

Exod.19.

Nominatus autẽ est propheta, quamuis sit prophetarum dominus: oportebat enim demittentẽ se ad humiliationem, ut humanitatis subiret mensuram, non contemptibilia, quæ humana, facere. Prophetiæ autem donum in ordine summarum dignitatum humanitatis mensuræ recensetur.

Sed, inquit, non esse euidenter dictum de nato ex Maria: si autem quis uestri gratia admittat, et dicat illi istum similẽ fore et non deo prophetã, & sicut illum ex hominibus & non ex deo. Itaque

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca



quod deus & ex deo secundum naturam sit dei filius, dicemus non multo pòst. Quoniam aũt dicit hoc non esse scriptũ de nato ex Maria, aliũ nobis ostendat factum sicut Moseu, et non secundũ eos quos ipse uoluerit modos. Ignorat enim omnino ueritatem. Ad hoc statim quis diceret: etiam multi fuerunt prophetę post Mosen, & homines sicut ille, de quo nam igitur hęc dicit? Itaq; necessarium illud SICVT ME plurimis modis à nobis intelligi. Vnde Moysis ministerium pro uiribus cum saluatoris administratione componamus, & uirtutem prophetiæ eius: age, manifestare studeamus. Quippe Moyses liberauit eos qui ex sanguine Israel graui seruitute infestabantur, traduxitq; per medium mare, submersis in illo ijs qui pridem tyrannidem in ipsos exercuerant: aluit in eremo descendente manna: commendauit Deo: mediator factus illius & hominum, & legis minister fuit: quæ ad singula facienda bene illos cõponebat.

*Moſis cũ Chriſto collatio.*

Hinc tanquam ex figura & umbra ad ipsam deinceps ueritatis pulchritudinem eundum. Tyrannidem in nos exercebat crudelissimus Satan, & peccati iugo humanum alligabat genus, nullusq; prorsus calamitatis istius expers erat: proinde & superbiebat, & sublimia de se sentiens, & omnium infirmitatem non mediocriter contemnebat, dicens: Vniuersum orbem terrarum summam manu, sicut nidum: & sicut derelicta ouа tollam, & non est qui euadat & cõtradicat mihi. Atqui uana erat illius in hac re inflatio. Opinabatur enim nullum contradicturum, perterriturumq; se orbem, & quasi absque labore suis subiecturum pedibus terram, deiectus autem est à spe miser. Nam cõtradixit & obluctatus est Christus eripuit ex illius laqueis, eduxit nos è seruitute spiritali, & ingressos in lutum peccati extra periculum posuit: transire fecit Iordanem, qui hostibus quidem & persequi uolentibus eos qui bene uiuere uolunt, damnosus est: uiuificat autem & saluat eos qui sub Deo, & quę illi placent sentire student: dedit nobis non manna sensibile, sed seipsum potius in sanctum & uiuificum, & sanctissimum uere cibum: oblati autem sumus per illum patri, & mediator factus est illius & hominum: ad hæc & legem tulit non iterum in figuris & in umbris, sed qua ad optimam uitã peruenirí queat. Est itaq; & in ipsa lege ueritatis figuratio, postea autem refulsit ueritas.

*Legẽ meliorẽ Chriſtus dedit quàm Moſes.*

Vide autem quomodo non ignorarit Moyses quod unigenitus dei Verbum factus homo, hominibus super terram incomparabiliter meliorẽ legem quàm erat uetus illa, laturus esset. Nam quamuis scripserit de legibus à se dictis, quod nihil illis uel addi uel adimi debat, & dominicarum dignitatum eminentiã intelligens & gloriæ summitatem, & diuinæ potestatis magnitudinem promittens dicebat: Ipsum audite, iuxta omnia quæ uobis loquetur. quasi diceret: Licet etiam ipse uelit legem ponere, qua cessaturũ definiatur mandatum per me ministratum: hoc nõ curetur.

*Matth. 17*

legẽ enim cum autoritate ponet. Deus enim est & dominus, & ipsum & solum decet merito legẽ ponere. Vt autem non solus uideatur Moyses hanc de illo prophetiam in istis enunciasse, etiam ipse pater hoc cõfirmauit optime loquutũ illum esse asserens, ac dicens: Recte omnia quæcunque loquutus est: Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, sicut te, & dabo uerbum meum in os eius, & loquetur ipsis secũdum omnia quę mandauero ei. Et quid uolunt sibi ij sermones ó amice? Nónne dixerit prudentior aliquis, quod omnibus sanctis prophetis ipse uerbum dederit, qui superne & ab illo afferentes sermones, dicebant manifeste: Hæc dicit dominus? Et quid uult manifestare in hoc, dicens: Dabo uerba mea in ore eius? Intellige uir strenue summam eminentiæ saluatoris nostri dignitatẽ. Diuini enim prophetæ seruile suum ministeriũ agnoscentes dicebant: Hæc dicit dominus. At ille non sic. Causam scire uis, ipse enim dominus erat. Vnde paternis uocibus in quouis negocio magis utebatur, leprosos imperabat, ut reuiuiscerent. Dicit enim: Adolescens tibi dico surge. Et: Lazare uenì foras. Increpabat item creaturam, & remorabatur immissos feroces uentos, & fœuiens mare sedabat uoce & uerbo diuino. Dicit enim: Sile, compescitor. Hoc opinor est: Dabo uerbum meum in ore eius. Sicut enim sapientissimus Paulus scribit: Fert omnia uerbo uirtutis patris, id quod & maxime demonstrat non ad aliorum prophetarum uaticiná diuirtutem pertinere, sed manifeste ad illum qui ex deo patre quidem secũdum naturam, ut deus ineffabiliter natus, non de dignatus autem est & natiuitatem secũdum carnem ex sancta uirgine.

Vrgens autem iterum hoc quod sibi & soli soli, idq; absq; iudicio uidetur, quod dictum sit: Non deficiet princeps ex Iuda, nec dux de femoribus eius, donec ueniat cui repositum est, uel etiam cui reposita sunt, & ipse erit expectatio gentium: non de nostri omnium saluatore Christo scriptum sit, sed de regno Dauid, quod & cessasse dicit in rege Sedechia. Itaque quod sermo propheticus ille, mentionem faciet eorum, qui regnauerunt de tribu Iuda super Israel, etiam ego ipse dixerim. Quod autem ille mentiatur, dicens cessasse in Sedechia regnum ex Iuda, & Dauid, inde quis scire potest, Nam primus quidem regnauit Saul, & multo tempore exacto obuenit principatus Sedechiæ. Vbi autem capta est Hierusalem deuastata Iudæorum regio à Babyloníjs contra illos bellum gerentibus, abductus est captiuus Israel una cum rege suo, Sedechia inquam. Verum ubi septuagesimus annus præterijt, dimisit eos Deus à captiuitate per Cyrum: & quum redijssent in patriam, ac iterum lege Mosaica eruditi curabant, tunc apud illos sceptrum accepit Zorobabel, Salathielis filius de tribu Iuda. Quomodo igitur cessasse dicit regnũ Dauid in Sedechia, cũ Zorobabel ut dixi, post captiuitatis tẽpus in regni solio cõsederit,



sederit, fueritq; de tribu Iuda & Dauid, transmissumq; sit per posteros illius sceptrum usq; ad regnum Herodis, qui ex matre quidem fuit Iudæa, sed ex patre alienigena? Tum ubi sic defecerunt de tribu Iuda, qui principatum gererent, natus est Christus, qui & gentium fuit expectatio, quæ & ipsæ per fidem uocatæ sunt. Et hoc erat quod de illis dictum per uocem nostri omnium saluatoris Christi: Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & erit unum ouile, & unus pastor. Natus igitur, ut dixi, Dominus noster Iesus Christus, quum iam defecissent reges ex Iuda, & factus est spes gentium, hoc enim illi repositum. Non enim per unum sanctorum prophetarum accersitæ sunt gentes, neque etiam per sapientissimum Moysen, uel etiam per aliquem alium: sed ipsi potius, ut dixi, repositum fuit, ut imperaret non iam soli Iudæę, sed etiam omnibus gentibus. Dixit enim alicubi & prophetа Zacharias de illo: Et erit Dominus unus, & nomen eius circuiens uniuersam terram. Psallit autem et Dauid: Dominus regnauit, exultet terra.

*Deut. 4.*

*Deut. 6.*

*Eſa. 7.*

*Ioan. 1*

At ille importunis sermonibus dicit, manifestum esse, quod nihil horum conueniat Iesu. Non enim esse ex Iuda, quomodo quum uos nõ ex Ioseph, sed sancto spiritu natum esse dicatis? Ad id quidem unusquisq; recte sapiens dicet, quod corpus eius sanctissimum nõ fuerit ex Ioseph, sed ex spiritu sancto. Erat autem & sic etiam ex tribu Iuda, & de sanguine Dauid: habens quidem natiuitatem secundum carnem ex sancta uirgine, patrem autem assignatum Ioseph, qui ambo erant de tribu Iuda, ex qua Iesse & Dauid. Fortasis dicet: Sed non poteris uirginem quæ ipsum pepererit, demonstrare fuisse ex tribu Iuda de sanguine Dauid. Consule igitur de ea re sacras literas. Non erat permissum, ut coniungeret sibi coniugali sociarium, etiamsi nollent, ex sua tribu ducere uxorem, diuinaq; lege res roborata erat. Scriptum enim sic est in Numeris, est autem & hic unus ex sapientissimi Moysi libris: Et præcepit Moyses filijs Israel per præceptum domini, dicens: Hoc est uerbum quod præcepit dominus filiabus Salpaad, dicens: Quæ cuique placent coram ipsis sient mulieres, ueruntamen ex populo patris sui sient mulieres, & non confundatur hereditas filijs Israel de tribu in tribum: quia in hæreditate tribus familiæ suæ adhærebunt singuli filij Israel: & omnis filia cognata habens hereditatem ex tribu bus filiorum Israel uni de populo patris sui erit uxor, ut cognatione hæreditent filij Israel unusquisq; hereditatem suam paternam. Nónne tibi uidetur etiam per hanc legẽ iam consentiri, quod ex una ambo tribu sint: nempe Iuda & Dauid, tam Ioseph quàm uirgo? Sed non erat, inquit, Ioseph ex Iuda: suspendit autem probationem, igitur in tempore ueritatem sermo eius, ut quãnit nunc in eam temeritatem sermo eius, ut quãtum in ipso est, omnio & incarnationis unigeniti modum concutere audeat, & ipsius uerbi subsistentiam. Dicit enim Moysen sacrorum ducem, & sanctos prophetas illum sequutos, unum & solum deum patrem nouisse, adnumerasseq; illi omnino nullum, & scribit sic:

IVLIANVS.

Cæterum de hoc in secundo scripto diligenter inquisituri, dicere differemus. Concedatur autem esse princeps ex Iuda, non deus ex deo, sicut uos dicitis. Necq; omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Dictum enim est & in Numeris: Orietur stella ex Iacob, & homo ex Israel. Manifestum est quod hoc Dauid, & eis qui ab illo sunt conueniat. Dauid enim filius Iessæ erat. Itaq; si ex illis tentatis hæc concludere, ostendit unum uerbum illinc adductum, unde ego plura. Quod autem deum unum, nempe deum Israel putârit, in Deuteronomio inquit: Et ut scias tu, quod dominus deus tuus hic deus unus est, & non est alius præter illum. Et præterea dicit: Et animaduertes mẽte tua, q̃ dominus deus tuus hic est in cœlo sursum, & in terra deorsum, & non est præter illum. Et iterum: Audi Israel, dominus deus noster, dominus unus est. Et iterum: Videte quod ego sum, & non est deus præter me. Hæc itaq; Moyses dicit, unum contendens esse deum. Sed illi fortasse dicent, necq; nos duos dicimus, necq; tres: uerum ego hoc ostendã, quod ipsi dicant, testem adhibens Ioannem dicentem: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Vides quod apud deum esse dicitur, siue is qui ex Maria natus, siue alius quispiam sit, ut in interim & Photino respondeam, differt nihil. Ceterum contentionem hanc uobis relinquo, quod dicit quidem, apud deũ & in principio, sufficit quod hoc testimonium dederit: quomodo igitur confitetur eadem cũ Moyse? Sed inquit, adstipulatur Esaiæ dicti. dicit enim Esaias: Ecce uirgo in utero habebit, & pariet filium. Sit sanè & hoc dictum de deo, quamuis minime dictum sit. Non enim erat uirgo quæ nupserat, & priusquã peperisset, simul uocata est cum marito. Detur autem dici de illo. Nunquid deum dicit ex uirgine nascendũ? At uos non cessatis uocare Mariam uirginem. Sed non dicit eum qui ex uirgine natus est, dei unigenitum filiũ & primogenitũ omnis creaturæ. Iam quod dicitur à Ioanne, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum

Universidad de Deusto
Biblioteca



factum est nihil: poterit ne quis in prophetis
Esaiæ 26. cis ostendere uocibus? Quæ autem nos ostendimus, ex illis ipsis deinceps audite. Domine deus noster posside nos, præterea alium nescimus. Faciunt autem & Ezechiam regem
Esaiæ 37. orantem: Domine deus Israel qui sedes super Cherubin, tu es deus solus, nunquid secundo relinquit locum?

CYRILLVS.

Sufficeret igitur, sicut opinor, prædicta ad probandum quod maxime ad Christū pertineat hoc dictum. Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius, donec ueniat cui repositum est. Verùm quoniam & aliam prophetiam attingit, nempe Balaam dicentis: Orietur stella ex Iacob & homo ex Israel, et sauciabit duces Moab, et deprædabitur filios Set, et erit Edom hereditas, etiā ista in Dauidem, uel eos qui olim regnauerunt in Israel referenda dicit. Sciat iterum quod subuertere nititur ea, quæ ab omnibus sacrā scripturam non ignorantibus approbantur, & ut recte se habentia recipiuntur. Qui enim tunc regnauerunt in Israel nominatis gentibus non dominabantur: uiuebant autem nunc cedentes, & interdum etiā cæsi, magna rerum uicissitudine & discordes inter se omni tempore. Et alio etiam modo, si secundum quod ille dicit extendit se prophetiæ uirtus, ut afferat memoriam Dauid et etiam aliorum regum, cur non potius dixit: Orientur stellæ ex Iacob & duces ex Israel? in unum autem spectant electum, & quodammodo in stellis conspicuum, nempe Christum, qui ortus est ex Iacob, hoc est, Israel secundum carnem. Plurima etiam alia afferre difficile non foret, sed nunc reseruo in congruum tempus cōsummationem enarrationem.

Quoniam autem, ut prædixi, subuertere omnino audet ineffabilem generationem filij ex deo et patre, & dicit neq; subsistere omnino illum neq; esse deum, & præterea ridet incarnationis modū: necessarium esse dico, idq; pijs dogmatibus etiā de utriusq; sermonem instituere. Et nunc accedat illius probatio. Opinor enim dicendum prius manifeste, deum esse et Verbum ex deo, deinde suo ordine quod et homo factus sit, nō amittens esse quod erat: inconuertibile enim & incommutabile secundum naturam esse: sed in assumptione carnis & sanguinis nostram similitudinem subijsse ex sancta & diuinitus inspirata scriptura astruendum erit. Itaq; plurima dicta & ex Mose scriptis, & prophetis prædicationibus congregans, cumulatim suis immiscuit sermonibus, quibus unius & solius dei mentio sit.

Opinatur autem fortasis quod contra sanctorum opiniones nitamur, & deos tres esse confiteamur, si cum deo et patre existere semper sentiamus & definiamus recte eum qui ex illo et qui in illo, & proprium eius unigenitum deum Verbū, item & spiritum sanctum ut consubstantialem illi. Nam una deitatis natura in tribus subsistentijs intelligitur, in patre & filio et spiritu sancto. Nullo autem modo à nobis secatur in naturarum diuersitatem, neque nominata inter se in externum aliquod substantialiter recedunt. Vna autem & eadem ratio est per totam sanctam trinitatem in unum deitatis congregans naturam, tametsi una quæq; persona propria subsistētia subsistere intelligatur, atq; ita licet quis unum dicat deum, nihilo minus absq; suo filio nunq; intelliget patrem, neque absq; spiritu secundum naturam ex ipso emanante, qui & ipse eius proprius est. Sicut quemadmodum qui hominem dixerit, omnibus modis insunt, quę agnata quidem hominem perficiunt, at non item eorum quæ non insunt. Eodem, opinor, modo, & aliorum nominum manifestatio necessarium rebus affert contemplationem. Itaque qui patrem dicit esse Deum, cum ipso designat proprium eius, & ex ipso, & in ipso filium. Nam si non est falsum, quod pater nō est factus in tempore (omnino enim nihil ei accidit, sed est per se existens utiq;) quodammodo necessarium, ut dicamus cum ipso subsistere proprium quo est pater. Quādoquidē autem semper est opifex, et non in tempore appellationem accepit, simul utiq; cum eo semper est is per quem omnia operatur splendor gloriæ eius, & character substātię. nominatus enim ita est per Theologorum uocem. Quādo igitur absq; splendore intelligitur lumen? quando item non erat character substantiæ patris? Igitur & nos unum cōfitemur subsistere Deum uniuersorum opificē & dominum: scimus autem cum ipso subsistere proprium eius deum uerbum, qui ex ipso secundum naturā ineffabiliter natus est: et sicut ex luce lux effulsit, hoc est, sicut uerbum in mente & extra omnem corporalem imaginationem.

Quapropter qui negauerit filium, à luce splendorem auferat, & definit mentē sine uerbo. Et ualde quidem exilis est exemplorum propositio, sed ficit tamen ad euehendam mentē ultra eam, quæ excedunt nostram rationem. Nam quoniam quic quid productum est & natum, longe sub ea quæ omnium substantiarum summa est resident gloria, & nihil omnino est illi assimile, & prorsus respondet. Hac ratione ualde meritò ab exemplis aliquā utilitatem capimus, ex multis unum quiddam & modicum colligentes, uel in obscuram & mediocrem eorum quæ quęruntur comprehensionem. Vnde sapientissimus Paulus: Videmus, inquit, in speculo & ænigmate.

Quod autem omnino absq; filio à nobis pater intelligi nequeat, etiam filius nos docet, dicens: Qui negat filium, neq; patrem habet. Et Iudæorū quos turbis: Neq; me uidistis, neq; patrem meum: si me nouissetis, & patrem meum nouissetis. Etenim minime intelligitur pater uerè, nisi naturæ prolis fructum habeat filium. Nam quemadmodū secundum relatiuorum uirtutem filius nunquam esset, si nunq; intelligeretur & pater: eodē modo neq;



neq; pater intelligitur, quum non sit filius.

Item summè extollitur diuina & ineffabilis uerbi natiuitas, et supra omnis creaturæ mensuram. Neq; enim tempus erat quo illum non esse intelligimus, imò ipse est seculorū factor, & super omne tempus eleuatam habet subsistentiam. Vnde
Exod. 3. dixit ad Moysen: Ego sum qui sum, hoc est nomen meū, & ita illud, Ego sum qui sum, in filium accepit. Igitur is qui est uerbum, cum eo qui est pater simul subsistens, intelligitur meritò ut ex ipso, & in ipso, & cōsubstantialis ipsi. Non enim
Gal. 5. esset fructus substātiæ eius. Qui est hoc quod nō est, qui est. Et quum creaturæ quæcunq; sunt formatiuæ generatiuæ potentiæ uim non aliqua, quæ alterius substantiæ sint, gignere soleant, sed potius sibi similia, secundum omnia quæ substantialiter ipsis insita sunt: & quomodo igitur non esset absurdissimum opificem suis creaturis minorem fieri? Genuit ergo ex se filium pater, qui est ipsius & uerbum, sapientiaq;, & uirtus. Nam condidit quidem per illū omnia, & ut essent producit, similiterq; sapientiam dat his qui sapientiæ capacia, & quæ indigent uirtute roborat.

Patris enim proprietas bene & manifeste in filio manifestatur. Et quemadmodum ipse in sua natura delineat eum qui se genuit, & subsistit etiam ipse in patre, & unum est cū eo naturæ idem. Est igitur ex eo qui est is qui est, & nomen hoc maxime genuinum ei est. Vnde diuinus Dauid
Psal. 49. ostendit, semper, & eodem modo ac similiter illum se habere dicens: Cœli peribunt, tu autē permanes, & omnes sicut uestimentum ueterascent, et sicut amictum explicabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Nec miraris, si hæc de illo diuulgārint spiritu afflati, sic enim sentiendum esse etiam Græcorū sapientibus usum est. Vnde Plutarchus dicit prooemium. rem sermone alloquendum esse deum: Ipse es & unum. Et illis addit: Itaq; neq; numerum, neq; ordinem, neq; copulam, neq; ullam aliam cæterarum particularum nihil opinor literam significare: sed est per se existens dei prædicatio & appellatio, quæ uerbo faciat ut eum qui sonatur, uirtutem dei cogitemus. Et post alia iterum: Sed est deus, si dicere conuenit, secundum nullum tempus, sed iuxta seculum immobilis & inuariabilis, & quo nihil est prius, neq; posterius, neq; futurum, neq; præteritum, neque antiquius, neque recentius, sed unus existens in unico, nunc sempiternitatem impleuit, & solus est quod eodem modo uere est, neq; factum, neq; futurum, neq; cessaturum. Igitur sic illum qui uolunt, salutare oportet, uel etiam ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ὄντος dicere, sicut aliqui ueterum ἀπὸ τοῦ ὄντος, ex unum. Nō enim multa deus est, sicut nos omnes ex innumeris differētijs, sed esse oportet id quod est secundum unum. Igitur una deitatis natura, & τὸ ὄν, id quod est, ipsam maxime decet. Quocirca & Plato in Timeo inquit, utrum igitur recte unum cœlum, antea diximus, uel multos & immensos? dicere multo rectius erat unum, siquidem secundum exemplum formatum erat. Nam quod continet etiam omnia quotquot sunt mentalia animalia cū alio secundum nunq; erit. Ratio autē est unum deum sciens. Igitur, ut dixi, unus deus, & non in omnibus scilicet, sed alius ab omnibus, & in summa natura intelligitur & est: nam si omnia continet, quomodo ipse non est extra omnia?

Fortasis manibus plaudit aduersarius propter hunc sermonem, & dicet: Cum meo sermone conueneristi. Dicebam enim, quod & tuorum dogmatum magister Moyses, quem admiratus es, unius & solius dei mentionem fecerit. Dicit enim: Ante me non fuit alius deus, & post me nō erit. Et iterum: Audi Israel, dominus deus tuus deus unus est: aliaq; his similia. Quē igitur ô uir strenue dicimus putas, his qui sanctam & consubstantiale mtrinitatem crediderunt, per hos sermones significarir? Sed dicet omnino patrem. Etenim substantiam filij pernegat, & sermonis eius intentio istuc contendit. Diuina quidem locutus est Moyses in sancto spiritu, necnō & sancti prophetæ qui fuēre post illum: oportet autem omnibus modis sanctorum uoces non esse uanas. Igitur quum Moyses sic scripserit: Audi Israel, dominus deus tuus dominus unus est: aliaq; ad illa adiecerit similia. Dixit & alius sanctorum prophetarum quidam de nostri omnium saluatore
Baruch. Christo: Hic deus noster, non reputabitur alius ab eo, inuenit omnem uiam scientiæ, & dedit Iacob filio suo, & Israel dilecto suo. Et post illa: Super terram uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Nónne cum hominibus conuersatus est factus homo filius? quamuis omnem scientię uiā antiquis inuenisset. Posuit enim legem quæ per Moysen promulgata. Et quis de hoc dubitaret? Quoniam autem propheta inquit, Hic est deus noster, & non reputabitur alius cum eo, quid fa-
Vna deitatis natura in patre & filio & spiritu sancto. ciemus uirstrenue? negabimus patrem, ita quod solus filius deus? non suscipiemus filium quasi solus & unus pater deus sit? Et quonam perueniet uocatorum fides? Vna igitur adoratur diuinitatis natura in patre & filio, & spiritu sancto.

Cæterum quia uult, ut de his ipsis uel unum aferamus ex Mose testimonium, opinatur enim fortasis defore nobis, accipiat multa, & quę ipse, ut arbitror, admiratus est, quod cum substantia sibi pugnent, illa conuenire magis, ut iam dixi, ostendemus. Vide igitur sacrorū ducem Mosen, sanctæ nobis trinitatis plenitudinem in pluribus locis designantem. Adduxit enim uniuersorum deum dicentem: Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secūdum similitudinem. Itaq; in eo quod dicit, Faciamus, inducitur manifestatio simul existentis filij & sancti spiritus. Et dum dicit: Secundum imaginem nostram, naturalis identitas quæ non uariatur inspicitur. Nam si unum & solum quiddam esset subiectum, quomodo posset eorum quæ diuersæ naturæ essent imaginem capere? Sed neq; angelis, hoc est uirtutibus rationalibus dixit deus: Faciamus hominem secundum imaginem nostram & secundum
Genes. 1. similitu-

Universidad de Deusto
Biblioteca



similitudinẽ: quandoquidem nulla creatura substantialiter & absq; omni alteratione est, sicut ipse: alioqui forsan nihil referret inconsiderate dicere nullo modo in naturalẽ diuersitatem sectos deum ac creaturam. Similiter in destructione turris, eorum qui nepharia tunc molichãtur inquit iterum dixisse uniuersorum deũ: Venite descendentes confundamus eorũ qui illic linguas. Commemorans item peccatum Sodomitarum iterum dicit: Et pluit dominus à domino super Sodoma ignem & sulphur. Vidisse etiam aliquãdo Abraham sedentem apud quercum Mambre tres uiros, sanctæ & consubstantialis trinitatis figuram continentes, & quod ad ipsos dixerit diuinus Abraham nõ tam Domini, quàm in singulari: Domine, si inueni gratiam in oculis tuis. At hoc qui dem in alio sermone positum est, sed hæc iam in transcursu commemoramus. Opinor autem liquidum fore ex dictis ab illo adductis quæ mens eius fuerit.

*Pluralitas personarũ in deitate à Mose indicata.*

*Genesis 11.*

*Genesis 19.*

*Genesis 18.*

Nuper igitur cum Israel eductus esset ab errore Aegyptiorum, seruierunt enim illic falso nominatis dijs, quos ille gentium principes & ciuitatum defensores uocat, ad ueritatis agnitionem adducens deus, seipsum illis manifestum constituit, dicens: Audi Israel, dominus deus tuus dominus unus est. Et iterum: Vt scias tu quod ego sum deus, & quod non sit præter me. Insuper, & non erunt tibi dij alij præter me. Hæc autem ipsum dixisse sapienter asserimus, ut Græcorũ tollat errorem. Vnũ enim seipsum nominans deum, utiq; multos esse putare non sinit.

*Deut. 4.*

Quamuis autem & unum seipsum dicit, filium tamen non seponit, quo minus sit & nominetur deus. in ipso enim est, ut dixi, & ex ipso secundũ naturam sicut proprium eius Verbũ, sapientiaq;, & uirtus, per quem, et in quo uniuersorum dominator. Audiuit enim omnino dicentem: Dominus deus tuus dominus unus est. Et iterum ita: Vt tu uideas, quod dominus deus tuus ipse deus in cœlo & in terra. Scripsit autem alicubi & Paulus nobis, qui in lege eruditus, & diuinorum sacramentorum minister. Nobis enim deus unus pater, ex quo omnia & nos ex ipso: & unus dominus Iesus Christus, per quẽ omnia, & nos per ipsum. Intelligis igitur, quomodo unum deum nominat patrem, unum autem dominum filium? sed quum unus dominus sit filius, dominus utiq; intelligatur & ipse pater, sic deus: & quum unus deus dicatur pater, deus est filius, utpote & secundum naturam existens dominus. Sequetur enim omni modo diuinitatem quidem secundum naturam dominatio, dominationem autemquæ uere est, diuinitatis gloria. Igitur nullus dubitauerit, quod Verbum erat in principio deus, et apud deum erat uerbum. Et quod dum dicit, Erat in principio significauerit sine tempore, uere intra patrem semper, ut dixi. Non enim in tempore factus est: proinde omnino necessarium, ut qui secundum naturam in ipso et ex ipso, simul existat. Quod autem dicit, Apud deum, non secundum

*1. Cor. 8.*

*Deus secũdum naturam dominus.*



locum accipiendum est, quia & ultra omnem corporalem imaginationem deus est, sed quod cum deo, hoc est in deitatis natura. Deum enim esse oportet eum, qui ex deo secũdum naturam ineffabiliter natus est.

*Verbum quo dicit in principio erat apud deum.*

Nõ credentem autem sanctorum uocibus instruat etiam ipse Plato de suis dijs in hũc modum scribens: De alijs autem dæmonibus dicere uel cognoscere natiuitatem eorum nostras uires excedit, sed credendum est ijs, qui antea dixerunt, qui ex dijs quidem sunt, sicut dixerũt credamus quod suos progenitores mouerint. Impossibile itaq;, ut filijs deorum non credatur, quamuis sine probationibus & necessarijs demonstrationibus loquantur. Sed ut sequentes legem, dum dicunt & annunciant sua, non sinit nos homines ea quæ super mentem & rationem sunt, probationem adhibere. Dicit citra inquisitionem fidem illis adhibẽdam, quamuis & sine probationibus necessarijsue demonstrationibus talia differant. Si autem eos qui annunciant errorem, & plures deos esse perhibent, ac de suo corde loquuntur, & non ex ore domini, sicut scriptum est, imo diabolico spiritu ad hoc conducti, perstringere non sinit, & damnosum dicit obsistere sanctorum uocibus, quasi non norint loqui, & discernere mendacium à sancti spiritus sermonibus, quantam dæmentiæ excellentiam præ se fert? Testati sunt diuini uiri, uita sua bona, diuinisq; suis miraculis quod sunt uenerabiles, fideles, ac ueritatis filij. Itaq; deus Verbum erat, & etiam apud deum dixi, subsistens scilicet, uiuum & efficax, & non aliud à patre secundũ quod deus est, licet sit filius: est autem uiuum & uiuificum, & per ipsum omnia in hoc ut sint producta. Esse autem dicimus ipsum inuisibile, impalpabile, incorruptibile, per se existens, perfectissimum, excedens omnẽ tam mentem quàm sermonem.

*Filius deorum.*

*Filius proprie natus ex deo.*

Scimus item supercilio sissimos illos, & mundana sapientia inflatos, subtiliter hæc inquisiuisse, tametsi non omnino irreprehensibiliter, quandoquidem ueritatis lux eis nondum fulserat. Dicit enim Christus: Nullus scit quis sit filius, nisi pater: neque patrem quis cognoscit nisi filius, & cui filius reuelabit. Et quomodo intelligerent tam arcana & subtilia theoremata, filio eis non reuelante? Verum quod tres principales substẽtias etiam ipsi posuerunt, & usq; ad tres substantias essentiam dei attingere affirmarunt, interdum etiam Trinitatis nomen ponentes, cum Christianorum sententia conueniunt. In his certe nihil desideramus, si consubstantialitatis ratio nem tribus subsistentijs accommodare uellent, ut & una intelligatur deitatis natura, triplicitatem non habens in naturali diuersitate, & subsistentiæ inter se non uideantur minores: nam patrem autorem summum constituunt, stantem, immobilem, beneficum per omnia, & illum esse dicunt Bonum: ex ipso autem factum esse Mentem, quæ intuitu in ipsam perficitur: quam & secundum nominant deum, & præsidentem mundo

*Matth. 11.*

*Trinitatis nomen ponentes.*



dopificem: & illam substituunt, ac in secundo ordine post primum supputant. Præterea & tertiam narrant mundi Animam, ex se, ut perfecte habeat, fortitam minime, sed habitudine ad proximam mentem, diuiniorem & ad uiuificandi potentiam robustiorem effectam.

Commemorabo autem & uerba ipsorum, & quæ ab illis dicta sunt in medium afferam, ut sciant lectores Christianorum de deo sententiam recte expolitam: & quod illorum optimi ac sapientissimi, qui insigne & celebre in isto ipso nomen sortiti, exacta nostra dogmata secuti deprehẽdantur, nec omnino aberrare nostras sequendo opiniones. Scribit igitur Porphyrius in quarto libro historiæ philosophi, usq; ad tres substẽtias, dicit Plato, dei progredi essentiam: & esse quidẽ dicit summe deum Bonum, post illum autem secundum Conditorem: tertiam autem mũdi Animam. nam usque ad animam diuinitatem progredi. Cæterum id quod non est deus, à corporali differentia initium sumpserit, prædictis etiam in hoc contradicunt dicentes, Bonum non esse connumerandum cum ijs quæ ab ipso. exemptum enim esse ab omni societate, eo quod omnino simplex sit, & nullius coniunctionis capax. A mente eñ principium hoc, ut una seruetur trinitas. Igitur nos quidem minime tres confitemur deos, sed omni modo negamus deorum multitudinem, & in unam ac consubstantialem credimus trinitatẽ, quæ in patre & filio & spiritu sancto, nominata illa in unam deitatis congregantes naturam: & ita rectam absq; errore uiam ambulamus, neque filium uel in ullo minorem patre suspicamur, neque filio spiritum sanctum, sed potius dicimus esse in æqualitate & similitudine per omnia. Vna enim natura quomodo diuersitatem in se recipiet? nobis autem semel sufficit non mentiri, si dicimus & ipsos Græcorum sapientes sic sensisse, quod usque ad tres subsistentias progressa sit deitas, hoc est diuina & ineffabilis natura, & meminisse trinitatis.

*Numenij ferè catholica sententia de trinitate.*

Quod autem & dei Verbum esse crediderunt, et patrem uocauerunt deum, optime uidebimus. Sic enim dixit in Epinomide Plato: Et honores tribuamus, nõ ut huic quidem annum, alijs uerò menſem, alijs autem nullam partem deputemus, nullumue tempus, in quo ex suo egrediatur porro, simul perficiens mundum, quem constituit Verbum, quod omnium sapientissimum. Hoc beatus primum quidem admiratur, & addiscendi amorem habet quantũ mortali naturæ possibile. Scripsit item & in Epistola ad Hermiam, & Erastum, & Coriscum. Hanc Epistolam omnes quos quum tres sitis, legere oportet, & maxime, congregatos: si autem non binos simul, quãtum possibile est, sæpissime uti pacto & lege, & firmitate ista, sicut iustum est, adiurantes studio simul non indocto & studij sorore disciplina, & omnium eorum quæ sunt, quàm quæ futura, deum ducem. Huiusq; ducis & autoris patrem dominum quem recte philosphantes cognoscamus. Ecce quàm manifeste à diuino Verbo ordinatum quidem esse mundum dicit. Format enim omnia, ordinemq; & harmoniam eis indit, quum sit uirtus & sapientia patris, ducatumq; cum eo habet eorum quæ per ipsum facta sunt. Beatum quoque & felicem nominat eum, qui illum admiratur, & discere cupit quisnam & quantus sit. At quod humana mens minor sit, quàm quod perfecte contemplari illum ualeat, subindicat dicẽs, quo amorem habuit addiscendi, quantum mortali naturæ possibile. Videmus enim in speculo & ænigmate diuina, iuxta beati Pauli uocem. Dominũ quoque et patrẽ Verbi manifeste prædicauit. Quem etiam cognoscamus, inquit, recte philosophantes. Igitur si quis nesciat illum, non recte quidem philosophatur, sed uane superciliosus est, et delirans & insensatus, ad summam peruenit imperitiam: id quod et strenuo Iuliano accidisse dicimus, qui ausus est tollere, quantum in ipso erat, dei Verbi substantiam.

*1. Cor. 13.*

Nihil autem offendet, si ijs quæ iam à nobis dicta sunt, etiam alias philosophorum sententias ac cumulemus, quæ cum Platonis opinionibus nullo modo pugnant. Igitur Numenius sic dicit alicubi: Eum qui intelligere uoluerit de deo primo & secundo, oportet prius diuidere singula in ordinem, & rectam dispositionem: et deinde quando iam bene habere uidetur, tunc et attentare ut honeste dicat, aliàs autem non. Vbi uerò inuocauerit deum suum gnomonem factum, uerbo ostendat pollicitarum cogitationum thesaurum. Incipimus autem sic: Deus primus quidem in seipso ille. Qui est, est simplex, eo quod prorsus cũ semetipso est, neq; aliquãdo diuisibilis: deus etiã secũdus et tertius est unus. Et post alia etiam opifici assignare oportet patrem, primum deum. Ecce et hic dicit eum qui unus & simplex existit, etiã deum esse, & ad hoc quoq; indiuisibilem, insuper & secundum et tertium eum qui unus: cogens sicut nos, in unitatem naturæ nominata, tametsi secundum et tertium deum nõ recte nominet. Opinor autẽ, quod suis cogitationibus ipse obluctetur: quum enim illos unum dixisset, iterum diuidit in tres & singulos seorsim.

Veruntamen quod opifex deus & pater nominandus sit, etiam Plotinus dicit, qui quum ualde diligens sit inquisitor, et per omnẽ sermonis subtilitatem penetrauit, ut ita dicam, sic dicit de Bono: Quid igitur de perfectissimo dicẽdum? nihil ab illo, quàm maxima post illũ maximum autem post illum mens est & secundum. Etenim mens illa uidet, & indiget illo solo, at ille hoc nihil: & dicendum quod gignitur à meliore mente, mentẽ esse, & optima omniũ mens est, quia alia post illã: sicut & anima uerbũ mentis & efficacia quędam, sicut ipsum (Verbum) illius, sed animæ quidem obscurum uerbum, quasi simulachrum mentis. Et hac ratione ad mentẽ spectare oportet, mens autem similiter ad illum, ut sit mens. Videt autem illa nõ separata, sed quia post ipsum, & intermedium nullum, sicut neque animæ & mẽtis. En men-

*Plotini de trinitate dictum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



tem quidem esse dicit deum Verbum, sicut nos: quoniam & nos ipsi sapientiam illud nominamus, uerum non inferius, neque secundum in ullo, excellentia & gloria patris, neque quasi non habeat per se perfectionem perficiipsum dicimus intuitu in patrem, sicut scilicet istis uidetur, quod opus habeat primo autore mentis, & ipsum contempletur ut ditescat. Conformiter autem uult & animã, quæ à primo tertia dicitur, indigere mentis contemplatione & participatione, quam (mentem) & secũdam causam nominant, ut & illi (animæ) prosit. Verum illi quidem sic opinantur, & ad inæqualitatem naturarum, ea quæ apud ipsos sunt admirabilia, resoluunt, frigidis & puerilibus gloriantes cogitationibus. Nos autem perfectũ esse dicimus patrem, & filium tanquam perfectũ ex perfecto, ad hoc & spiritum sanctum. Diuina enim & ineffabilis natura nullo indiget quod ipsi accedat, sed perfectione dines est, idq; ex seipsa, in omni dignitate quæ diuinæ naturæ & soli conuenit. Veruntamen & in ipsis Græcorum sapientibus inuenimus sanctæ trinitatis cognitionem. Maxime enim continua, ita ut nihil medium sit, illa inter se esse dicunt, & ordinem quem mens habet ad primum, eundem similiter & tertiam animam habere dicunt ad mentem, quæ scilicet secunda à prima est.

*Gignens & genitus, unum.*

Iam quod imaginationes & geniti & gignentis accipiant, iterũ sciemus illo sic scribẽte: Amat autem omne quod gignit, & hoc diligit, maxime autem quando unũ sunt quod gignit & quod gignitur: quando autem & indiscretum est quod gignit, necessariò cum ipso est, eo quod solum diuersitate separetur. Audis quomodo dicat genitũ omni modo esse debere cum gignente? & propterea fortasis indiscretum, hoc est naturaliter continuum, & quod nihil in medio situm habeat, seperatum autem esse dicit sola diuersitate, & non sorte naturali, sed quod gignens cum genito unam quodammodo habet differentiam, nempe quod ille genuit, iste autem genitus sit.

Dicit autem & Hermes, qui apud eos ter maximus, de omnium optimo opifice deo. Etenim ut perfectus & sapiens ordinem et deordinationem imposuit, ut illa quidem mentalia tanquam antiquiora & meliora præessent, primumq; haberent locum, sensibilia autem tanquam secunda, illis subsint. Itaque quod à mentali magis descendit, & est graue, uerbum in se habet sapiens quod formare possit. Illud autem Verbum **eius, naturam** tenet, quæ formare ualeat, fœcundum **existens & uiuificum.**

Nam quod in omnibus quæ producta sunt, sit Verbum dei tanquam uiuificum, affirmamus & nos, fidemq; faciet scribens sapientissimus Paulus: Vnus deus, qui super omnia, & per omnia, & in omnibus. Non enim aliter quod productũ & ex nihilo motum, permanentiam solidam, ut bene esset, habere poterat, nisi dei corruptibilis et uere existentis participium haberet. Sciuit igitur filiũ esse naturæ, quæ formare ualeat, fœcundũq; & uiuificum, & alterius existentis naturæ ab omnibus quæ ab ipso uitæ capacia sunt. Viuificat enim omne quod uitæ indigum in spiritu sancto, & quemadmodum ipse filius dicit, Spiritus est, qui uiuificat. Et omnino confirmatio eorum quæ facta sunt, perficitur à patre per filium in spiritu sancto. Vnde diuinus Dauid psallit: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu eius omnis uirtus eorum. Itaque nos diligenti mentis oculo tantum sapientes pro sancto spiritu tertiam, ut dixi, introducunt animam, à qua omnia animalia animantur, dum immittit eis uitam, & sanctũ spiritus uirtutem & efficaciam illi attribuerunt.

Vnde Plotinus sic de illa scribit: Expendatigitur illud primum omnis anima, quod ista animalia quidem fecerit omnia, quum inspirauit uitam illis, quæ uel tellus alit, uel mare, quæ uel in aere, uel in cœlo, diuina astra. Et illa anima solem, & illa magnum cœlum, & illa quoque ornauit, & in ordine circumagit, natura alia existens ab his quæ ornat, et quæ mouet & uiuificat: necesseq; est, ut his sit dignior, & ijs quæ fiunt ac corrumpuntur, quãdo ea anima destituit, uel uiuere suppeditat. Quin etiam quum semper sit, seipsam non relinquit. Nam, ut dixi, deus & pater per filium in spiritu efficaciter operatur creaturas, & ea quæ non erant ut sint producit, & facta bene continet, ordinemq; illis optimum & harmoniam & leges decreuit, secundum quas singulæ sint. Vnde solem quidem posuit in potestatem diei, lunam uerò in potestatem noctis.

Congruit autem, quod et alia natura sit ab omnibus quæ per ipsum mouentur, diuinus & uiuificus et sanctus spiritus. Est enim ingeniti dei spiritus proprius existens illius, et ex ipso procedẽs, subsistentiam suam habẽs, et uiuens, et semper existens: quia est eius qui est, et ipse omnia implet, et omnia continet, quoniam & consubstantialis est cum implente omnia, & sine medio ubique existente. Ipso enim omnia plena sunt. Scriptum est enim: Spiritus domini impleuit orbẽ terrarũ. Sap. Proinde & Plotinus iterum dicit de Anima mundi, quam pro Spiritu sancto opinor ipsum ponere. Fiat autem manifestior & euidentior ipsius Anima mundi sententia. Quum uirtus & natura, consideretur quomodo consentiat suis consiliis cœlum (omni enim magnitudine nisi illi quantacunque est, seipsam dedit) & omne interuallum & magnum & parvum animatum sit, dum aliud corpus aliter mouetur: & hoc quidem sic, illud uerò sic habeat, & alia contrariam, & alia aliam habeãt inter se perfectionem. Arami **ma** non sic, neque facit uiuere **partem suam unaquæque** particula animæ in minimas partes diuisa, sed omnia uiuunt in tota, rota abest ubique ejus patre qui genuit, assimilis et secũdum quod unũ quid, et secundum quod ubique. An non manifeste sancti spiritus cõditionem & uiuificatricem efficaciam in alijs demonstrat? Mouet enim, ut dixi, in his quæ mouentur, & continet uniuersum & animat & uiuificat, & non alia natura est ab



ab ea quæ patris, uel ab ea quæ filij.

Cæterum qualis ipsa in nobis secundum quod cõnaturalis, inquã, hoc est consubstantialis, didicerit quis quod dico, & ex ijs quæ Plotinus ipse & sentire & dicere uisus es. Scribit enim sic: Quocirca accipe diuinitate diuinius hoc, nempe uicinitatem animæ ad superius, post quod & à quo est anima, quamuis una sit res quam demon *Imago mentis.* strauit Verbum, Imago quædam est mentis, sicut *Sapientia.* uerbum in prolatione uerbi eius quod est in ani- *Calor.* ma: ita & ipsa uerbum est mentis, & omnis efficatia profundit uitam ad alterius subsistentiam: sicut ignis, aliius quidem est calor coexistens, & alius qui fouet. Ecce & in illis, imaginem mentis dicit ipsam, & assimilare uult uerbo quod per prolationem ex mente prospectat, quod ad aliorum subsistẽtiam promittat uitam, sicut scilicet ex igne prouenientes calor. Valde etiam subtiliter exemplis usi sunt. Non possunt enim aliter diuina dici. Transcendunt enim sermonem & omnem mentem.

Reducendus est autem sermo ad initium, facta enim est prolixior digressio. Iulianus non permittebat filium secundum naturam esse deum, & nominari unum deum, in diuinis inspiratis scripturis, quæ tamen magis pugnant cum ijs qui errorem multorum deorum annunciant. Non finit enim scriptura nos ab eo qui uere deus est, & secundum naturam, abduci, adorareq; creaturã, & longe auehi à uia quæ ad rectitudinem & ueritatem adducit. Atq; ita licet deus dicat: Extẽdo cœlum solus, & firmaui terram: scire debet studiosus, quis sit qui extendit cœlum, & firmauit terram. Nam, ut supra dixi, Verbo domini cœli firmati sunt, & ipse fundauit terram super stabilitatem suam, iuxta psallentis uocem.

IVLIANVS.

Cæterum si deus, inquit, ex deo secundum uos Verbum est, & natus est ex substantia patris, quare uos uirginem dei genitricem esse dicitis? quomodo enim pareret deum homo existens sicut nos? & ad hoc inquit, manifeste, deo dicente: Ego sum, & non est præter me saluans: uos saluatorem eum qui ex illa, appellare ausi estis?

CYRILLVS.

Adiecta enim illius sermonibus & hæc erant. Oportet itaque quanta fieri potest breuiloquentia, nos inquirere modum incarnationis unigeniti. Quoniam autem Græcorum auribus instillatus mysterium, hoc est enarrationem sacramentum de Christo, omittamus probationem arcanorum: sed pauca quædam contra eos loquemur ex uerisimilibus collecta rationibus, diuina scriptura in hoc adiuuante. Porrò operæpreciũ arbitror primum causas narrare, propter quas incarnationis sacramentum factum esse dicimus. Igitur productis cœlo & terra, & in summa omnibus quæ in illis sunt: formatum quidem est ex terra humanum corpus, inessabilicq; uirtute omniũ opificis animarũ animal statim prodijt rationale & diuinissimũ: factum est enim secundũ imaginem conditoris sui. Dubitauerit aũt nullus, quod quoniã boni dei factura est non ad pessima opera, sed ad laudatissima queq; productum sit. Nam factũ est sui iuris & liberum, & suæ uoluntatis momento transiens ad potestatem quancunq; uellet, facien di siue bonũ siue malum. Deinde accepto mandato à deo, ne comederent de ligno in medio paradisi, quo exerceretur ad obedientiã & uirtutis meditationẽ. Captus enim est homo, nec seruauit quod iussus erat: & à tam parua uoluptate uictus, infirmitatẽ suam in seruanda continentia declarauit. Existimabat aũt cum hoc & deum se fore. De mentauerat enim illum Satanas maledictus, hoc dicens: ut & diuinam offenderet legem, & saperet quæ supra naturam. Deinde morte condemnatus est, & quis secundum naturam sit, redargutus: quamuis factus non ut mortis uinculis subiaceret & captiuus esset, sed ut præter naturam uinceret malum. Imperfectum autem omnino nihil uniuersorum opifex fecit. Necq; illi graue foret etiam quod mortis ui subiectum, quantum ad propriæ naturæ rationes attinet, morte rursus superius efficere, & in longiore uita seruare. Etenim ipse est qui & suis creaturis leges decreuit, iuxta quas tales sunt uel non, secundum quod sibi & soli uidetur: arduum autem & impossibile ei omni no nihil.

*Liberum arbitrium.*

Igitur capto primo homine, hoc est Adam, in inobedientiæ crimine & mortis laqueo inopinate intricato. Quãuis in peccatũ ceciderit ex nepharijs maligni & malorũ principis draconis satanæ insidijs. Ille enim erat qui totũ laqueum isti parauerat. Porrò quũ malum hoc depasceretur totum genus, quod ex Adam, regnaretq; mors usq; ad Mosen, hoc est ad tempora legis: cõcessit opifex nobis quasi iniuria affectis subsidium, misertusq; est misere perditis. Oportebat enim deũ existentẽ & bonum, iuuare perditos, et declarare inuidiam diaboli nihil effecisse, reducereq; & quasi ad immortalitatem reformare deformatum hominem, qui super terram, ac efficere passionibus superiorum oblitumq; antiquorũ peccatorũ, ac reddere omnis boni operis studiosum. Non enim erat faciens bonitatẽ, non erat usq; ad unum, iuxta psallentis uocem. Nam Græcorũ multitudo nescions omniũ opificem, & aberrans à naturali deo, & à recta uia auersa, insipienter persuasa est, ut seruiret ijs qui omnino non sunt, dijs, pecuniãq; ac uoluptariam ageret uitam. Porrò Iudæi iudicante lege onerati, et Mosaica mandata nõ mediocriter contemnentes, præuaricationum pœnæ obnoxij facti sunt, minimeq; meliores quãm ut delinquere non possunt. *Psal. 13.*

Quũ igit omnes homines ad extrema mala deducti essent, et Moyses quidẽ manifeste cũfitebatur quod ad saluandum illos non sufficeret, diceretq; aperte: Precor domine præordina aliũ potentem quem missurus es: negãtibus aũt et ipsum *Exod. 4.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



sanctis prophetis, diuino autē Dauide clamante: A
Psal. 79. Esa. 53. Hiere. 15. Qui sedes super Cherubin, appare, excita potentiam tuam, & ueni ad saluandum nos. Et Esaias quoq; Quis credidit auditui nostro? et Hieremia ægreferente quod præter spem, & ut aiunt, cōtra undam, prædicationis propositum succesisset, nemine pœnitentiam agente: Væ mihi mater, inquit, quod me peperisti, uirum quendam contendentem & disceptantem in tota terra, neq; utilis fui, neq; utilis fuit mihi quisquam.

Quid igitur postea oportebat facere uniuersorum opificem? nunquid permittere ut immundi dæmones imperarent toti terræ, & prætualeret uoluntati suæ inuidia diaboli, ne saluarentur pericli
B tantes, ne porrigeretur iacentibus salutaris manus, ne pessimis inoluti ad meliora traducerentur, ne illustraretur mens eorum qui in tenebris, ne errantes reducerentur? & quomodo bonus, si liceat ei & absque labore facere posit, nihilq; nos curaret? quare enim & omnino adduxit initio ut essemus & uiueremus, si non miseretur præter spem grauia patientibus, & male habētibus? Itaq; omnes sancti ad iuuandum inutiles erant, & iustam occasionē negandi habebāt. Erat enim eius & solius, difficillimum mortis concutere imperium, & remittere supplicium, et liberare à delictis, & illustrare cor, domareq; pessimam bestiam, ac eneruare abominabilem exercitum dæmoniorū, hominemq; qui errauerat, ad bonæ uitæ semitas reducere: misit utiliter de cœlo filium suū pater, qui & humanam formam induit, ut conuersans
C nobiscum sicut homo, & beatissimos faceret, ab omniq; malo alienaret. Nam quoniam inconuertibile & immutabile secundum naturam, sicut deus uiuens & subsistentiam habens dei Verbum, non ex propria natura unitum sibi formauit corpus, sed accepit de nobis, & non ex somno & uoluptate uiro operāte, sed ex sancta uirgine nouo & mirabili modo, & ultra naturæ leges.

*Virginitas Mariæ probatur.*

Oportebat enim talem eius fieri partum secundum carnem inquam, & ex muliere, ut habeat diuinum quiddā ingressus eius in mundū & ostensio. Nihil autem omnino ad faciendum difficile est omnipotenti. At non credere his quæ dicit facere damnosum, etiamsi cuipiam uideatur nō statim uerisimile: habēt enim sic se res admirabiles. Igitur tametsi nostræ mentis mensura à sublimitate eorum quæ fiunt uincatur, non propterea in
D effabilem eam et quæ super naturam est, naturam contemnere decet, & dicere eam non posse: sed potius decet, ut absq; ulla ulteriori inquisitione quæ facturam se dixerit recipiamus. Num fortasis & non credere, nihil absurdum, quod & omni no omniū sit opifex? Quis enim in nobis est, qui intelligere & dicere poterit quomodo maximū istud cœlum apparatū sit & apparuerit? quomodo sol & luna, &c. Itaq; ex uirgine assumpto sanctissimo corpore, & animato mentali anima processit homo, non relinquens quod erat deus, neque suæ excellentiæ dignitatem abiiciens. Etenim est, ut dixi, inconuertibilis. Nam sicut Plotinus inquit: Quid quærit mutari, qui bene habet? quò autem transiret, omnia secum habens? sed ne
*Perfectus. Salutaris. Propitius.*
que incrementum quærit perfectissimus existēs. Propterea & omnia quæ apud ipsum, perfecta, & ut omnino sit perfectus, nihil habēs quod non sit tale, neque habens in seipso quod non intelligat. Intelligit autem non quærens, sed habens, & quod beatum ipsi, non acquisitum, sed in omni seculo. Itaq; homo factus est unigenitus dei Verbum, non relinquens quod erat deus,

Admirabilis autem et super mentem ac sermonem dispensationis cum carne modus. Et magnū hoc & uere uenerabile sacramentum non nuper uel recens ortum, neque à curiosa, & nouitatis amatrice mente inuentum, sed antiquissimum, et ante mundi constitutionem in deo, secundum
*Cœl.* præscientiam. Istud consideramus per diuinam scripturam. Non enim dicimus ignorasse deum, & incorruptibilem mentem, in quo omnes sunt thesauri sapientiæ, & scientiæ reconditi, sicut scriptum est, quod futurum esset sub condemnatione, & maledicto humanum genus prolapsum in peccatum, subijciendumq; morti & corruptioni. Sed non inexpungibile & perpetuò inlitum habiturus esset damnum. Simul autem cum mortē exuturum peccatum in Christo per fidem, & iterum recursurum ad initium, & ad puram & incoinquinatam uitam rediturum.

Vnde dicimus sacramenti huius cognitionem
*Verbum salutare propitiatio.*
præ alijs datam esse Abrahæ, & propterea ipse filius alloquitur Iudęorum turbas, dicens: Abraham pater uester exultauit, ut uideret diem meum, & uidit, & gauisus est. Insuper qui ex illo nati, Isaac inquam et Iacob, & qui etiam post illos usq; ad sapientissimum Moysen, multipharia multisq; modis sacramenti uirtutem sub ænigmate didicerūt. Idcirco Moyses præfigurabat illud quum præcepisset in Aegypto carnalibus Israelitis, sacrificare
*Exo.* quidem agnum in figuram Christi, inungere autem sanguine postes: & per solam umbram docebat exterminatorem placari: id quod & factum est, & faciebat potentiores corrumpi, eratq; ille paruus ueritatis typus. Quin & Naue filius congnomen habens ueri Iesu, nam transuexit per Iordanem filios Israel, & circumcidit cultellis petrinis, introduxitq; in terram promissionis. Vide post illum & optimum inter prophetas Samuelē agnos quidem sacrificare, & in odorem suauitatis deo consecrare, aquam sacrificijs superinfundere, & obortis bellis innumera alienigenarum turba Iudæam populante, sine prælio uincere, & periclitantes seruare. Salutare enim Christi sacramentum omnibus qui in ipsum credunt. Præterea & omnis sanctorum prophetarum chorus antea clamabat, propterea diuinus Dauid quum promittens Deus diceret, De fructu lumbi tui *Psal. 131.* ponam super sedem tuam: quia omni modo euenturum quod promissum erat confidebat, incarnationis modū annunciat, dicens aliquando quidem: Deus manifeste uenīet, deus noster, & non silebit: aliquando aūt iterū ad ipsum: Sedes tua



*Psal. 44.* tua Deus in seculum seculi, uirga æquitatis uirga A regni tui, dilexisti iusticiam & odisti iniquitatem, propterea unxit te deus deus tuus præ omnibus consortibus tuis. Videsne deus ungitur à deo.

At quomodo hoc factum sit dicimus. Quando em factus est homo, mansit id quod erat: tunc *Ioan. 1.* & sicut nos humano more ungebatur in apostolum, factus est enim sacerdos & apostolus cōfessionis nostræ, sicut scriptum est. Quippe erat semper & est in cœlo, & in hoc mundo locus illo uacuus omnino nullus. Implet enim omnia deitatis natura, uenit autem ad nos manifeste inuisibilis, quando nostram induit formam. Quod au-
*Psal. 95.* tem imperaturus esset terræ, & humanum genus suis sceptris subditurus, declarabit iterum idem B Dauid, sic ad illum dicens: Omnes gentes quas fecisti uenient, & adorabunt coram te Domine. Et
*Psal. 71.* iterum: Et adorent te omnes reges terræ, omnes
*Psal. 85.* gentes seruient tibi. Et iterum: Benedicite gentes deum nostrum. Et iterū: Omnes gentes plaudite manibus, iubilate deo in uoce exultationis:
*Psal. 46.* quoniā dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram. Vides quomodo deum & Dominum excelsum & regem eum qui in carne apparuit uocat? Id quod ex illo natus filius Salomon, non ignorans promissionem à deo datam, sic inquit ad deum preces mittens: Et nunc domi-
*3. Reg. 8.* ne deus Israel credibile fiat uerbum tuum Dauid patri meo, si uere inhabitabit Deus cum hominibus super terram. Hoc & Baruch designauit dicens: Hic Deus noster, & non reputabitur alius C
*Baruch 3.* cum eo, inuenit omnem uiam scientiæ, & dedit eam Iacob filio suo, & Israel dilecto suo. Et post hęc super terram uisus est, & cum hominibus cōuersatus est. Ecce & hic bene & manifeste Deum super terram uisum esse dicit, cōuersatumq; cum his qui super illam. Esaias etiam admirabilem e-
*Esa. 7.* uangelizat, dicens: Ecce uirgo in utero habebit, et pariet filium, & uocabunt nomen eius Emmanuel, hoc
*Esa. 8.* est, nobiscum deus. Et iterum: Confortemini manus remissæ, & genua soluta cōsolemini pusillanimes mēte, confortemini ne timeatis, ecce deus
*Esa. 35.* noster, ecce dominus cum fortitudine ueniet, & brachium cum potentia. Et iterum: Tunc aperiētur oculi cæcorum, & aures surdorū audient,
*Esa. 35.* tunc saliet sicut ceruus claudus, & plana erit lin- D gua balborum. Et iterum: Vox clamantis in deserto, præparate uiam domini, rectas facite semitas dei nostri. id quod & fecit diuinus Baptista Iohannes. Interrogantibus igitur Iudæis quis esset, & propter quæ missus esset, declarauit manifeste
*Ioan. 1.* sic dicens: Ego uox clamantis in deserto, præparate uiam domini.

Quod aūt unigenito homine facto etiam gentium uocationem facturus esset, hisce argumentum ostendit, dicens: Gentes quæ nescīuerunt te,
*Esa. 55.* inuocabunt te: & populi qui non didicerunt, ad te cōfugiunt. Alius quoq; sanctus propheta: Lænio, & inhabitabo in medio tui, dicit Dominus. Et confugient gentes multæ ad dominum in die illo, et erunt ei in populum. Et ipse quoq; uniuersorum Deus dicit sanctis prophetis: Dicite filiæ *Zach. 9.* Sion, ecce rex tuus uenit tibi, iustus & saluans, ipse mansuetus, & ascendens super subiugalem & pullum iuuenem. Ascendit enim sic ad Hie- *Matth. 21.* rosolyma dominus pullo insidens. Daniel quoq; *Dan. 7.* sapientissimus: Et uidi, inquit, in uisione noctis, & ecce cum nubibus cœli, & ecce sicut filius hominis ueniens, & usq; ad antiquum dierum peruenit, & coram ipso adductus est, & datus est ei principatus & honor, & regnum, & omnes tribus linguarum ipsi seruient. Plures etiam alias quàm dixi, sanctorum uoces accumularem, plena enim est istis diuina Scriptura, nisi cogitarem quod fastidium pariat quicquid supra mensuram fit. Sufficiant autem & hæc ueris studiosis.

Quod autem quidam ex Græcis etiam philosophis non ignobiles, sed miram apud illos gloriam nacti, admirati sint hoc sacramentum, etiam hinc sciemus. Itaque Amelius Platonicus cū Plotino & Gentiniano Romæ clarus inquit. Ita em Porphyrius de illis in hunc modum scripsisse dicitur. Et hoc utiq; erat Verbum, secundum quod quæ semper existunt facta, facta sunt. Ita & Heraclitus censuit esse, & per Iouē Barbarus ille uult in principij ordine & dignitate cōstitutum apud deum esse, et deum esse, per quem simpliciter omnia facta sunt, in quo id quod factum uiuum et uita, et existens natum est, deinde in corpora cadere, & carne indutum, apparere hominē cum hac, & tunc monstrare naturæ magnificentiam, uidelicet & resolutum iterum deificari & Deū esse, qualis erat antequam in corpus & carnem & hominem deductum est. *Amelius de euangelio Ioannis.*

Barbarū itaq;, ut opinor, diuinū Ioannē uocat, eo quod fortasis externæ linguæ erat. Fuit enim Hebræus ex Hebræis, & non de regione & terra Græcorum. Veruntamen sciuit Verbum hominem esse factum, & hoc confitetur, nec reiicit diuinæ prædicationis sermonem. Antea igitur prædictum est Christi sacramentum, & sanctorum multitudo uaticinia præmisit, qui non eodem tempore fuerunt: & omnium uocibus res ipsę responderunt, & euentus maxime clamat. *Ioannes euangelista dictus Barbarus.*

Omnino opinor non persuasibile quosdam nolle credere, & mente seductos ueracibus obsistere, interimq; pauca concedere. Quamuis & ipsis Græcorum sapientibus res hæc quodammodo minus persuasibilis uideatur. Vnde & Plato dicit de suis dijs: De alijs dæmonibus dicere uel scire natiuitatem supra nostras uires est, credendum autem his qui antea dixerunt: hi quidem ne potes deorum fuerunt, ut gloriabātur, quod tanquam progenitores suos nouerint. Impossibile igitur filijs deorum non credere, etiam si absque probationibus & necessarijs demonstrationibus dicant, sed ut propria dicendo annunciantibus, siquidem legem sequimur credēdum. Iam ô uiri optimi admirati estis Aristonis filiū, quamuis sine probationibus & necessarijs demōstrationibus

dicentem uenerandos fide deorum nepotes de suis rebus annunciantes: sanctorum autem uoces cõdemnatis, et falsos esse dicitis sermones per spiritum sanctum factos: quamuis falsorum deorum nepotibus nullo modo daretur fides, nihil enim admirabile egerunt: at uitę honestas sanctis prophetis & etiam clara cum deo familiaritas testimonium præbuit: adde ad hæc, quod sua uirtute facultatem operandi habuerũt promptissimã, ea quæ plane supra uires nostras.

*Quare deus non solo nutu nos liberauit.*

Sed fortassis dicent aduersarij: Quare enim omnino & homo factus fuit, & carnem & sordes nostras tulit, licet hoc facile potuerit, siquidẽ est uerè deus, sicut contenditis, annuendo solum, & ineffabili uirtute terrena corda transmutando, ut facere uellent & sapere sibi placentia, religiosęq; uiuerent? Ad hoc ego dixerim: Aberrauit igitur à scopo, & indigne egit diuina & incorruptibilis mens, & nõ statim dicimus ipsam à decore abductam. Igitur nos meliores sumus ad omnem sapientiam intelligendã, & certabit cũ sole lucernula? & cõparabitur gutta unica cũ uniuerso hoc lato & immenso mari? Quamuis quomodo non admirabitur quis diuinũ prophetam Esaiam clamantem manifeste & prudenter. Quis mensus est manu aquam & cœlum palma, & uniuersam terram pugillo? quis constituit montes pondere, & ualles libra? Quis nouit mentẽ domini? Nam quemadmodũ impossibile est cœlum metiri palma, & uniuersam terrã pugillo, montesq; & ualles imponere trutinæ: sic impossibile est omni homini, imò omni rationali creaturæ, summã mentẽ peruidere & metiri. Itaq; si quis est, qui dicere audet summã sapientiam meliora potuisse præstare, increpet deum, ueruntamen delirabit. Insania enim hæc fuerit, uiri attoniti, menteq; moti.

*Esaiæ 40.*

Si autem omnes fatẽtur in tantum humanam mentem uinci à perfecta sapientia, quantum illa secundum naturã uidetur minor: quomodo non sapiẽtis fuerit cedere, ut ille & solus sciat, id quod deum maxime decet? Non enim si quid faceret quod non decet quod solum, & sic habeat ut factum est. Et secundum alium quoq; modum operæpretium arbitror illud uidere, addo & dicere. Nam omnis quæ in cœlis rationalis & mentalis creatura liberum habet motum, ad faciendũ quæ cunq; uoluerit, & propensio in unoquoque à necessitate libera est. Licebat enim sic, & non aliter bonos celebres fieri, & honores assequi, iusteq; condemnari improbos. Itaq; ut & nos quoque ad quoduis bonum sponte incederemus, cõsilio, non coactè, uiuere super terram hominem permisit deus. Et ita fuit ab initio. Arripuit enim suæ uoluntatis habenas, & suorum iussuum momento in utraque fertur, in bonum inquam & in malum.

*Liberum arbitrium.*

Itaq; si ineffabili quadam & diuina uirtute & efficacia usus, mutasset singulorum mentem ad bene agendum, & indidisset postea bonũ, à quo ægerrimè discedere posset, & nõ sponte, ultra nõ esset fructus mentis, neq; res digna laude, sed necessitatis & cupiditatis non uoluntariæ, & quomodo reprehensione & crimine liberaremus cõditorem, qui permisisset quidẽ initio, suæ uoluntatis motu gubernari hominẽ: subiectũ autẽ post hoc uarijs uicissitudinibus, & quasi ineuitabilibus quibusdã cupiditatibus alligatũ, ut oporteat bene transire ad hoc quod sibi placet? Si aũt esset melius, siquidẽ sic habeat, cur non fuit ab initio? tarde autem quasi dato cõsilio uix tandem reducit ut seruet genus, & transfert nõ liberè, sed coactè potius ad hoc ut uideri debeant fideles: num igitur dubitatur adhuc, imò nõnne omnibus manifestum, quod omnibus modis diuinum & inessabile consiliũ uituperabimus, quod non bene res nostras cõstituerit, sed quodammodo dignitatis obliuiscatur, nõ uidens ab initio quid decerat. Apage stulticiam. Etenim in hisce rebus tardius loqui pium oportebat, idq; non coactè.

Persuadet autem magis, ut transeant ad obedientiam ij, qui sacra studia cõtempserant, & quasi duram & rebellem suæ mentis ceruicem deo opposuerant. Hac ratione processit homo miro modo, & supra humanam mentem unigenitus Dei Verbum, & conuersatus est cum hominibus, partim persuadens signis & prodigijs, humanam naturam & uirtutem transcendentibus: ut intelligeremus quod deus esset in specie nostra, utilissimè faciens, ut dixi, & partim doctrinis ultra legem faciens, ut bonæ uitæ mores submonstrans, & ultra ueterè daicam nugacitatem prouehens, & illustrans uerè cognitionis scientia credentium corda. Est enim ipse ueritas dei, & patris germanus filius. Igitur si hominem quidem communem factum esse dicimus, & sanctæ ac cõsubstantiali trinitati deo aliũ inferimus, hominis cultus erit, & nihil aliud. Si autem dicimus eum qui natura & uerè filius, & Verbum quod ex substantia dei & patris effulsit, uniuersorum autor & conditor, usibilium & inuisibiliũ, sensuq; & scientia cõprehensibiliũ, & nostram similitudinem subire ineffabili modo & super mentẽ: diuinitus inspiratæ scripturæ rang; oraculum prodiderũt, mansisse scilicet & sic deũ. Nam secundum naturam incõuertibilis est, quid le prorsus in nostris uideatur dogmatibus?

Cæterum paruũ hoc corpus dicunt, quod humanum & sordibus plenum. Verum est, non negabo, ueruntamen illud uide. nam factus quidem est, ut dixi, in similitudinem hominum, sicut scriptum est, & in specie nostra uerè. Verũ eum qui capi nequit, non dicimus humiliatum, neque in corporis mensura comprehensum esse. Valde enim stultum hoc, & omnino insipiens tale quiddam de deo dicere, qui uerè & secundum naturam Deus est. Nam quum unus sit, & solus filius, & omnino ultra corporalem imaginationem perfectus est secundum passionem, in omni & ubique, & in singulis secundum habitudinem, non partibilis, nõ diuisibilis, sed extra omnia natura, & in omnibus ut Deus. In illo autem purissimo & sancto corpore habitauit



bitauit quidem plenitudo deitatis corporaliter, sicut scriptum est, nihilominus impleat & sic omnia. Quemadmodum autem si solaris splendor luto immissus fuerit, uel etiam alijs immundicijs, ipsi soli nihil damni erit: ita & immaculata & incorruptibilis natura, etiam si conuersetur cũ terrenis corporibus, prodest potius illis, & quamuis lædere nata sint, nihil ipsa patitur.

Opinor autem & illud dicendum. Nam corpora quidẽ nostra etiam passionibus uincuntur, & cadunt facile in uoluptatũ amorem, infirmaq; sunt lege peccati quæ in eis: sed in diuino & sancto corpore Christi non dicimus tale quid motũ esse, uerũ omnes absurdæ passiones euanuerunt, sicut in proprio corpore Verbi inhabitantis in illo & uniti, quod diues erat sanctificatione. Nam templum erat eius, qui etiam aliam omnem creaturam sanctificat. Miratus autem sum Porphyrij & Iuliani sermones & dogmata, quæ in magna admiratione apud Græcos sunt, quum uideant Christiana, quamuis quod in omnibus uerum in se parturientia. Nos certe, sicut prædiximus, unigenitum Dei Verbum hominem factum esse credimus. Porphyrius autẽ genus esse aliquod deorum contendit, quos olim in homines conuertendos dicit, uitam sicut nos quodam modo acturos. Iulianus etiam de Aesculapio dicit, nescio quid, secum cogitans.

IVLIANVS.

Oblitus ferè eram maximi doni Solis & Iouis, meritò autem hoc seruaui sub calcem. Etenim non est solum nostrum proprium, sed opinor etiam commune cum Græcis nostris cognatis. Iupiter enim in mentalibus ex seipso Aesculapium genuit, in' que terra per solis fœcundi uitam apparere fecit. Hic super terram ex cœlo progressum habens, in una quidem specie humanæ formæ, circa Epidaurum apparuit: multiplicatis autem inde circumitionibus, super omnem terram salutarem suam dextram extendit.

CYRILLVS.

Quamuis quis ignorat, quod medicam artem bene exercens, in eodem & solo loco apud eos, qui ipsum uiderãt, admirabilis fuerit, operatusq; sit mirabile nihil? Quid enim dignum auditu de Aesculapio fertur, imò quis tam miserabiliter perierit exustus enim est fulmine, & in futurum iacet mortuus. Neq; ubinam terrarũ sit ex his qui adorant eum, ullus nouit. Quod autem mentiatur, dicens progressum è cœlo, & super omnem terram porrigere salutarem dextram, etiamsi nemo nostrũm dicat, res ipsæ clamant. Vbi enim adhuc res illius? & qualem meruit memoriam? Est ad huc genealogia quędam apud medicos, eo quod natum ex Coronide misera, & ignobili muliere. Igitur licebit Iuliano fabulari quæ uoluerit, & nobis impingere nugas, magna fœditate laborãtes, & absque omni ueri similitudine instructas, nudasq; à demonstrationibus, quas ueritas & res palàm docent. Porrò impudentiæ occasionem sumpsit ab eximio & uere uenerabili sacramento, qd' prædictũ quidẽ est per legem & prophetas sanctos, & impletũ unigenito homine facto. Itaque siquidẽ rerũ exitus, antea promissus testimonia non adhibuisset, habuisset incredulitas eorũ ansam bonã. Si aũt licet ex ipsis coniecturis uidere, quod omnia ad finẽ perducta sunt quæ olim promissa, & excidit quidẽ Israel à familiaritate erga Deũ, ut Dominicæ cædis reus, assumpta autẽ est per fidem gentiũ multitudo: quid illos faciat non credere, intellígere non possum, imò sicut dicit unus Paulus scribit: Deus huius seculi, hoc est, qui habitus est esse Deus in hoc seculo, excæcauit sensus incredulorũ, ut non illuceat lux Euangelij gloriæ Christi, quæ illuxit in cordibus nostris ad illuminationẽ scientiæ eius: per quẽ et cũ quo Deo & patri gloria cũ sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

*2. Cor. 4.*

Libri octaui finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPIscopi Alexandrini, contra Iulianum pro religione Christiana,

LIBER IX.



Abunde satis, ut mihi uidetur, ueritatis dogmata defendentes, irridentium nugis oppositimus. Quoniam aũt totis, ut aiunt, uelis, contra ineffabilem Dei gloriam fertur aduersarius, & grauissimis quibusdam nepharia rum cogitationũ ictibus occurrere audet, et studio utilissimo dignũ putat affirmare omnino naturã dei & patris infœcundã esse, & filiũ ex eo uere natũ non subsistere. Nam illius omnẽ tollit substantiã, & ita grauissimũ facinus aggreditur. Age iterũ induti iusticiæ thoracem, & scutũ fidei opponẽtes, gladiumq; spiritus, hoc est uerbũ dei, in ipsum acuentes, mendacẽ ostendamus, & magna temeritate quasi contra stimulũ calcitrantẽ, etiam in profundum perditionis barathrũ desilire. Igitur iam, ut dixi, non contẽnendũ contra ipsum sermonẽ cõtexuimus, & demonstrauimus Verbũ, per quod omnia facta sunt, ex patre secundũ naturã & in ipso, secundũ unionẽ & essentialẽ identitatẽ cũ ipso subsistere, et semper cũ ipso existere. Quoniam aũt et alius sermo frigidus et eneruis à Iuliano elucubratus est, q̃uis, ut ipse putat, uehemens sit contra unigenitũ: necessarium sane fuerit, ut et nos, quos respõdere uult, audacter opponamus, cõpescentes, et quodãmodo catenis ligantes, furibundam facinorosæ contra Christũ linguæ aggressionem. Sic autem iterum scribit:

*Ephes. 6.*

IVLIANVS.

Quod autem Moyses nominat deos angelos, ex illius sermonibus audite: Videntes autem filij Dei filias hominum, quòd pulchræ

*Gen. 6.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



chræ essent, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant. Et paulum progrediens, & post illud: Postquam ingressi sunt, inquit, filij Dei ad filias hominum, & genuerant illis. Illi fuerunt gigantes à seculo nominati. Quod angelos dicit, manifestum est, & aliunde non appositum, sed ex eo quod dicitur manifestum: quia non omnes, sed gigantes factos, ab his dicit. Certum enim, quod siquidem homines putasset ipsorum esse patres, & non melioris ac fortioris cuiusdam naturæ, non ab illis natos dixisset gigantes. Vnde ex mortalis & immortalis commixtione, declarasse mihi uidetur gigantum genus subsistere. Sanè qui multos nominat filios Dei, & eos non homines, sed angelos. Vnigenitum uerbum, Deum uel filium Dei, uel utcunque ipse uocetur, siquidem cognouisset, non inter homines recensuisset. Quod autem hoc magni fecisset, de Israel dixit: Filius primogenitus meus Israel. Cur non igitur & de Iesu hæc dixisset Moyses? At quia Moyses unum & solum docebat Deum, filios autem eius multos, dispersos in gentes, sed primogenitum filium, uel Deum Verbum, uel aliud quid quod à uobis postea mendaciter compositum. Manifestum, quod neque sciuit illud, In principio: neque docuit, Ipsum'que Moysen & alios audit prophetas. Moyses igitur multa talia & ubique dicit: Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies. Quomodo ergo Iesus in euangelijs tradidit, præcipiens: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti? quandoquidem & ipsum culturi erant. Excogitastis & uos quædam ad hæc non sequentia, cum patre deũ dicentes filium.

Exod. 4.

CYRILLVS.

Igitur undiq; uenatur, & multam operam impendit, ut didicisse multa uideatur, & assecutus nostrorum dogmatum ueram & exactam cognitionem: rudem autem illum, & nunc non mediocriter, mentemq; sacrarum literarum ignorantem absq; labore demonstrabimus. Itaq; mens erat illi, ut dixi, ostendere multos deos, & fortasis opinatur maximum illi subsidium fore, & non procul à spe, si ualde sapienter arguere posset unũ & solum deum nominari per sapientissimũ Mosen, minimeq; filio conuenire sermonem, & omnis illius malignitatis scopus ad istud contendit. Et longo quidem iam demõstratum est sermone nostro, quod & filius subsistat cum deo & patre, & quod pater nunq; sine proprio intelligatur uerbo: demonstrabitur autem & nunc, & per ea quæ ipse Moyses dixit. Nam asserit quidem, quod omnino ille non meminerit Verbi, & nesciuerit cũ deo & patre existere filium, sed potius connumerasse multos alios deos, hoc est ciuitatũ defensores angelos, qui secundum gentes distributi sunt, sicut ipse dicit.

Igitur uir optime, quando audis in sacris literis nominari deos quosdam qui inter creaturas agunt, ne ignores quod nomen rationalem creaturam tali appellatione honorauit is qui uerè & natura deus est. Vnde diuinus Paulus hoc scribens dicit, quod multi quidem dij in cœlo & in terra non sunt, sed potius nominantur. Veruntamen unum natura, & super omnes patrem & deum, & cum ipso proprium eius & inseparatè insitum, & simul existens Verbum, quod & primogenitum omnis creaturæ nominatum esse dicimus, quod accepetit in fraternitatem gratiæ rationalem creaturam secundum similitudinem eius, & imaginem factam. Itaq; tanq; imagines existentes eius, qui secundum deitatem filius est et deus, dij & filij appellantur, non angeli solũ, sed etiam nos ipsi. Ego enim dixi, inquit, dij estis, & filij excelsi omnes. Igitur etiam si filiationis nomen creaturis quibusdam honestè tribuitur, unus tamen est, qui natura & uerè, cui configurati sumus tam nobilem & illustrem agnominationem beneficij loco ab ipso adepti.

Quod autem Moyses non infœcundum eum qui in cœlis patrem ac deum nouerit, sed ubiq; mentionem faciat Verbi ex eo nati, & diuersis illud uocet nominibus, quemadmodum scilicet & secuti eum sancti prophetæ, demonstrare conabor. Etenim illum dei & patris imaginem sciut, & sicut sanctissimus Paulus, characterem substantiæ eius. Scripsit enim euidenter in libro Geneseos: Et fecit deus hominem, secundum imaginem dei fecit illum. Audis in his distincte locutum, quod deus secundum imaginem dei hominem condidit: ad figuram enim filij formati sumus, signante spiritu diuinam & eximiam pulchritudinem in nobis per sanctificationem, mentaliter scilicet & spiritualiter. Quod autem imago est ac similitudo dei, ac patris filius, consideraurerit quis etiam per ea quæ ipse dicit: Et omnis qui effuderit sanguinem hominis, pro sanguine illius effundetur, quia in imagine dei fecit hominem. Nam ut delinquens in diuinam imaginem, pœnam merito luit delicto parem.

Quod item & Verbum ipsum nominare solitus sit Moyses, per uocem patris cognoscens & inde. Nam morabatur in deserto Israel, & abũdantia mannæ pascebatur: ubi autem desiderio cartia Aegyptiacarum tentatus est, ipsi quidem clamabant contra optimum Mosen. At ille accedens ad deum, dicit: Vnde mihi carnes, ut dem populo huic ad manducandum? Promittente autem & hoc deo, & hoc suppeditaturum se dicente, adhuc tristis erat Moyses. Deinde ad illũ,



uniuersorum dixit deus: nunquid manus dominon sufficiet? Iam cognosces num assumpserit te Verbum meum, uel non? Per illud enim, ut dixi, omnis efficacia est patris. Propterea & uirtus eius & manus dextera & brachiũ agnominatur. Vnde Moyses meminit dei dicentis in Deuteronomio: Leuabo in cœlum manum meam, & iurabo dextera mea. Nam in illis manũ et dexterã filium esse dicit, per quem omnia, et in quo omnia.

Quod autem non sit alius ab ipso, qui ex ipso & in ipso secundum naturam filius fidem faciet dicens iterum alio loco: Per memetipsum iurauit, dixit dominus. Iurans enim per suam dexteram, que est filius, omnino iurat per semetipsum. Prorsus enim nihil mediat, quantum ad unitatem inquam & identitatem naturalem, quæ in utrisque intelligitur, nisi solum quod ille quidem est pater & genuit, hic autẽ apparuit ex eo genitus, & est sempiternus cum eo, semper intra patrem, & non tinquam tempore id habens.

Quod autem filius sit dextera patris, etiam diuinus Dauid credidit, dicens: Dextera domini fecit uirtutem, dextera domini exaltauit me. Insuper & ipse Moyses: Dextera tua Domine glorificata est in uirtute, dextera tua manus domine sauauit inimicos. & iterum: Cadet super eos timor & tremor à magnitudine brachij tui, lapidescant donec pertranseat populus tuus domine. Alloquit etiam est Iudæorum populos. Nam sicut fecit dominus deus noster mare rubrum, quod sicauit Dominus Deus noster, donec pertranssiremus, ut sciant omnes gẽtes terræ, quia Virtus domini fortis est. Præterea & alius sanctus prophetad cœlestem patrem dicit: Exaltare domine in uirtute tua. Glorificatur enim in filio. & iterum: Lætanda Deus uirtuti tuæ, corrobora Deus hoc quod perfecisti in nobis. Corroborantur enim in filio. Insuper & sanctis apostolis præcepit filius à Hierosolymis ne discederent, donec induerentur exalto uirtute. Et quæ intelligatur iterum uirtus exalto, manifeste dicit Paulus: Induamini dominum nostrum Iesum Christum. Iterũ audio scripsisse & Moysen: Ne timeatis deos alios, & ne adoretis alios, & ne seruiatis illis ultra, sed Domino, qui duxit uos de terra Aegypti, in fortitudine magna & brachio excelso. Cõueniunt autem eæ quæ Moyses dixit ac sensit cum his quæ diuinus Dauid psallit: Emisit Verbum suum, & sanauit eos. Itaq; olim Israel per diuinum Verbum redemptus est, & ab animarum morbis liberatus.

Quod autẽ & dominũ nominet filium Moyses, dominum existere sciens & ipsum patrem, cognoscere quis poterit ex his quæ scripta sunt in Exodo? habet enim sic: Et mane surgens Moyses ascendit in montem Sina, secundum quod præceperat ei, & accepit Moyses tabulas lapideas, & descendit dominus in nube, & stetit illic, & locutus est in nomine domini, & transijt Dominus à facie Domini. Qualis nam locutus est dominus in nomine domini, & qualis transijt dominus à facie domini? nõne scilicet omnino credemus in filio apparuisse, & locutum esse? Nunquid duo domini, ijq; distincti, sicut intelliguntur duo homines? nam una dominatio & deitas una patris & filij & spiritus sancti, nisi quod unumquodque ex nominatis, in sua subsistentia intelligitur, qua per se demonstrat ubiq; sacra scriptura unius naturæ propria & eximia, & unicuique perfectè agnata esse docet. Vnde & filius tanq; totã habẽs in seipso patris proprietatem naturalem, & ipse existens in patre cum his quæ habet intelligitur, dicit manifeste ad illum: Omnia mea tua sunt, & omnia tua mea. Et iterum: Omnia quæ habet pater, mea sunt. Quum igitur sit, & non alio modo ubiq; sapientissimus Moyses designet filium, nõ dicat ultra. Qui multos filios nominat dei, atque hos non homines, sed angelos, unigenitum Verbum deum, uel filium dei, uel quomodocunque uocatur, non ad homines retulit?

Sed ô sapiens, manifeste & sæpissime commemorauit. Intelligis ne etiam ipse? minime profectò. Quamuis scripseris, & recte: Dominũ deum tuum adorabis, & illi soli seruies: & quæ cum illis conueniunt, non ad tollendum filium, sed magis ad subuertẽdos tuos deos dicta esse hæc intelligens, ausus es dicere. Qui multa talia etiam ubique dicit: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Quomodo igitur Iesus in Euangelijs traditur præcepisse: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti? Quæres igitur & à nobis ipse: Quomodo igitur, dic mihi, quum Moyses & prophetæ confessi sint sanctam & consubstantialem trinitatem, & tui sapientes rem non ignorârunt, tam graui & admonitionis experte inconsiderantia laborare te nescis? Nam & ipsi principales posuerunt tres subsistentias, et illas quidem inter se discriminârunt, et alias inter illas minores esse fecerunt. Nescieruñt enim purum de deo sermonem, ueruntamen non omnino expertes fuisse uidentur ueritatis.

Attamẽ iterum sentio, quod quidam fortasis cõsentientes cum illo dicerẽt forte etiam ad hoc. Profectò uerbum ô amice, et uirtutem quoq; brachium et dextram patris nominauit filium Moyses, sed nihilominus incarnationis modum ignorauit. Vide igitur uere sapientissimũ et ante illos ipsos sic scripsisse. Nam dixit quidẽ Iacob recessisse à domo Laban, & desiderasse patriã. Quũ autem uenisset ad Iabok, is erat torrens, transuexit, inquit, pueros suos, permansit autem Iacob solus, et certauit cum eo homo usq; ad mane. et post alia: Rogauit autem Iacob, & dixit: Annuncia mihi nomen tuum. Et dixit: Ad quid rogas tu nomen meum? Et benedixit eum, et uocauit nomen loci illius, Species dei. Vidi enim deum, inquit, facie ad faciem, & salua facta est anima. Adiecit autem & hæc diuinus Moyses: Ortus est autem ei sol quando transijt species dei. O magnũ miraculum, et uirtutem ad intelligendum claro sensu, et subtili mente sacramentum Christi. Certante enim homine facie ad faciem uidisse dicit

Deut. 6.

Matth. ult.

Iacob luctatus est cũ Christo, qui apparuit ei homo, & dicitur deus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



dicit deum, & speciem dei illum nominat. Deus enim erat uere & est Verbum, tametsi factum sit caro secundum scripturas, mansit tamen & character subsistentiæ patris, quamuis seruî formam indutus sit dispensatiue. nam incõuertibile & incommutabile secundum naturam est. Quod autem homo luctans contra Iacob sit unigenitus dei Verbum, quomodo futurus esset suo tempore in specie nostra, præmonstrans sanctis patribus, ex his quæ Moyses scripsit, admodum facile considerauerit quispiam. inquit enim: Dixit autem dominus ad Iacob: Surgens uade in locum Bethel, & habita illic, & fac illic altare Domino, qui apparuit tibi, dum tu fugeres à facie Esau fratris tui. Nunquid adhuc etiam post hæc dicet aliquis ignorasse Moysen incarnationis unigeniti modum? Quoniam autem strenuus Iulianus etiam angelorum meminit, & ad eam illos dicit peruenisse intemperantiam, quod et nescio quomodo mulierum formositate capti, & corporum concupiscentijs & uoluptatibus præter ipsorum naturam dediti fuerint: ostendamus quod & in hoc longe à scopo aberrauerit, & scio me usurũ sermonibus minime periculosis, prolata semel in medium narratione. Iam nihil offendat etiam ipsorum sanctorum angelorum naturæ patrocinari, calumnias ferenti: maxime quod & auditoribus non est sine damno, audire etiam ipsos sanctos angelos corporum formositatibus affici, & liquefieri, hoc est oblectari tam prophanis & absurdis uoluptatibus. An non uerisimile multos inde turbari, & cõtemnentes meliora deliciarũq; amorem deligere, dum considerant quod difficile & arduum ipsis sit carnalibus uoluptatibus omnino obluctari, & credideruut etiam ipsos angelos sanctos affectiones sequi? Igitur quod ignorauerit uirtutem scriptorum, ablq; labore demonstrabimus. Scripsit itaq; diuinus noster Moyses: Et factum est, quando cœperunt homines multi fieri super terram, & filiæ natæ sunt eis. Videntes autem filij dei filias hominum, quod pulchræ essent, acceperunt sibi uxores de omnibus quas elegerant. Et genuerunt, inquit, gigantes. Etenim & aliunde ipse ascriptũ esse affirmauit, Angeli dei: quamuis ipsa uerior scriptura & contextus habeat Filij dei. Sciendum autem, quod post uulgatam interpretationem Septuaginta, istud ipsum alij interpretantes dixerunt, pro Filij dei, filij potentium. Vnde quis eorũ quæ scripta sunt scopus sit dicere tentabo. Nam duo fuerunt filij Adæ, Cain & Abel: sed Abel quidem quum adhuc careret pueris, à malitia Cain grauiter afflictus defunctus est. Occisus enim est iuxta fidem sanctarum scripturarum. Vnde ex Cain propagatum est genus, & usq; ad Lamech, qui erat homicida. Confitebatur enim: Virum occidi in uulnus mihi, & adolescentem in cicatricem mihi. Et peperit Eua Seth, ex quo fuit Enos. Hic cœpit inuocare nomen domini dei. Nam quoniã summa uirtute præditus erat, meritò laudabatur, & uocabulo dei ab his qui tũc erant honoratus est: nominatus est enim deus, omnis iusticiæ & uirtutis existens studiosus. Propagatum autem est & ab illo genus usq; ad Noe tempora, qui erat iustus. Placuit enim deo, secundum quod scriptum est de illo. Igitur genus, quod ex Cain, paternos mores imitabatur, nephariam & abominabilem imitando uitam. Qui uerò ex Enos nati, cui cognomen erat dei, usq; ad Noe tempora progenitores secuti sunt uestigia, boni scilicet & iusti. Et cur non tales clarescerent? neq; enim erant promiscua illorum genera, & separabantur à propinis pueri, quos & filios uocabãt dei. Erant enim, ut dixi, ex sanguine Enos, qui cognominabatur deus. Certe in Noe temporibus filij dei, hoc est qui ex sanguine Enos, filias hominũ, hoc est eas quæ ex sanguine Cain & posteritatis eius, uidentes quod pulchræ essent, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant. Igitur generibus ita inter se conuenientibus quum obscurarentur boni deterioribus adiuncti, & non esset iustitia uel honestas uitæ super terram, immisit uniuersũ deus diluuium, desiniens æqualem & unam omnium mortem. Trutinat enim sanctè res nostras, & intolerabilis est ei impietas. Peperunt autem mulieres, inquit, gigantes, eo quod diuina tra-ctiam ipsas corporum pulchritudines signabat, eo quod iusticiam conculcassent propter fœdas affectiones, & abominabilem uoluptatem. Fuerunt autem gigantes potentes quidem, & fortissimi, sed aspectu ualde deformi. Mos autem est sacræ scripturæ gigantes uocare agrestes, & feroces, & robustos. Vnde uniuersorum deus de Persis & Medis Iudæam deuastaturum dicit: Gigantes uenient, ut impleant furorem meum, gaudentes & mul & iniuria afficientes. Non enim secundum Græcorum poetas, maximos illos & nos fuisse dicimus, tam sublimibus corporibus, ut & illas ex medio mari rapiant, & in cœlũ proficiant, sed fœdos aspectu & monstruosos & temerarios: nec adhuc tantum transcendentes humanitatis mensuram, quantum Græcorum sapientibus, qui mentiebantur, dicere uisum fuit. Absit igitur & reprehẽsio & accusatio, & in fœdis uoluptatibus sanctorum angelorum crimina.

Quod autem nihil sanctissimi Moysis dogmatibus diuersum statuamus, sed planè sententiam adducamus in omnibus congruam & consentientem, manifestè & satis liquidò sermo noster ostendit. Opinatur etiam nullo modo sibi iam-dictos, hoc est eadem sapere uolẽtes redargui posse, quamuis temerè nugatus sit, & multos contra se, quamuis temerè nugatus sit, & multos contra nos sermones effuderit. Dicit enim, res Christianorum neq; cum legibus Mosi conuenire, neq; uelle ut Iudaicis moribus uiuatur: etiamsi Græci in hoc cum eis consentiant. Nam moribus & consuetudinibus non alijs potius quàm suis usos esse dicit hos & illos, præter duos uix uel tres: nempe nescire deos alios, & sacrificium, quod præcipue apud illos nominatur: quia alia communia & eodem modo se habentia apud utrosq; contendit. Etenim apud Iudæos optima est circuncisio, quã



& Aegyptiorum sanctissimi ministri templi, & præterea Chaldæi & Saraceni recipiũt, ut ipse dicit, sacrificiorumq; ritus æqualiter honorant, ut decimas, holocaustа, cõfessiones, oblata propter gratiarum actionem, & secundum quod illi placet donaria, purificationes & pro ignorantia. Recensens enim sacrificiorum nomina, suis sermonibus immiscet. Fortasis ut uideatur nihil ex nostris inexploratum reliquisse, ualde enim desiderat haberi inter philosophos, & magnæ eruditionis opinionem uenatur. Ignorat autem, quod nihil difficile est ijs qui in legis uersantur scripturis, ut decet. Inaccessa autem omnino ipsi, et suis quę unis sententiarum in illis. Vnde alicubi deus per unum sanctorum propheratum dixit: Quis sapiens, & intelliget hæc, & intelligens etiam cognoscet hæc? eo quod rectæ uiæ domini, & iusti ambulabunt in illis. Impij autem in eis infirmabuntur. Quare quamuis plurimas nobis sententias ex diuina scriptura opponat, sciat se nihil intellegere. Hinc est, quod putauit sacrorũ ducem Moysen sacrificia persoluisse dæmonibus scelestis & perniciosis: et quod illis multo grauius est, ipsum dicit legislatorem permisisse hoc sibi facere, ut illenobis cõtrarias leges posuisse deprehendatur. Dicit enim: Qui sacrificat dijs alienis, extermina bitur, præterquàm soli domino. Si autem, sicut ipse dicit, uidetur præcepisse etiam malignis dæmonibus sacrificia constituta, quomodo nos ab hoc malo abducit, & non manifeste in eas semitas constituit? Et iterum qualem ipse calumniæ contra deum faciat sermonem uidere necessariũ. Dicit enim sacrificiorum modos cõmemorans, sed iterum audi de emissarijs quæ dicat.

IVLIANVS.

Et accipiet duos hircos de capris pro peccato, & arietem unum in holocaustum, & offeret Aaron uitulũ pro peccato, & propitiabit pro se & pro domo sua. Et assumet duos hircos, & statuet eos coram domino apud ostium tabernaculi testimonij: & imponet Aaron super duos hircos sortem unã Domino, & sortem unam emissario, ut ita emittat emissionem, & dimittat eum in desertũ. Igitur qui mittitur emissario, ita emittitur. Dicit autẽ & de altero hirco: Et occidet hircũ, qui pro peccato populi coram domino, & inferet de sanguine eius interius uelum, & asperget sanguinem super basim altaris, & propitiabit ad sanctuarium ab immunditijs filiorũ Israel, & ab iniusticijs eorũ de omnibus peccatis eorum.

CYRILLVS.

Ἀποπομπαῖον, hoc est emissarium uocat. ἀφοδεύειν, hoc est mala arcẽtem, nouo nomine sacris quidem legibus ignoto, sibi autem forte familiaris quamuis & illud admiror. Nam legem quę in umbris & ænigmatibus consistat, in solis hærens dialectoribus putat nihil habere occultum. Quamuis unicuiq; manifestum fuerit parabolam & ænigma, aliarum rerum emphasim potius esse quam earum rerum, quarum esse uidentur, ut exempli gratia quid dam dicam.

Eundum enim & ad res, quę magnam & mirã apud eum sortitæ sunt opinionem. Aiunt fuisse quosdam ænigmatum artifices inter eos, qui idolis seruiebant, & ad hoc magna industria et graui tate præditos, quos illi nominare solent Hieroglyphos, qui templis & obelis scripturas insculpebant, non uulgaribus utentes literis, sed alijs figuris rerum naturas effigiantes, arcanam quandam prudentioribus scientiam augebant. Etenim uolentes significare Deum, hoc est summã, & quæ super omnia est naturam, pingebant oculum: cui baculum substituebant, ut per hoc intelligatur quod omnia uideat, & sit ei regia dignitas. Nam sceptrum fere semper regis intelligitur symbolum: quamuis etiam per stantem baculum quod nullo modo diuina natura labefactari possit, sed quasi semper stare, & quodammodo sustinere & fundare omnia, discatur. Dicuntur autem aspidem fingere in figuram cœli, eo quod in circulum feratur: & serpentem in figuram tẽporis, eo quod longus sit, & multis uoluminibus se girat, reptitatq; absq; strepitu. Insuper & furorem & iram per ænigma declarantes, insculpebant craticulam, cui subijcitur ignis, & cor superponitur.

Deus oculus sine per baculum.

Pythagoras autem ænigmaticã manifestatiõnem nõ contemnit, sed magnificat, ut de illo Porphyrius in primo libro historiæ philosophi. Erat autem & aliud genus symbolorũ tale: Stateram ne transeas, hoc est, ne auarus sis. Ne ignem gladio fodias, id quod erat impudentem & iratum animum asperis uerbis non moueas. Et coronã ne uellices, hoc est leges ne offendas. Nam ciuitatum coronæ scilicet erant. Præter hæc & alia quędam, Ne cor edas: hoc est, ne cõficias teipsum curis. Neq; super chœnicem uel modiũ sedeas, hoc est ne ignauiter uiuas. Non suscipiẽdas hyrundines in domũ, hoc est loquaces & impotentis linguæ homines non esse faciendos cõtubernales. Et, Onus portantibus imponendum, non autem simul deponendum: per quod admonet, non oportere cooperari cuipiam ad ignauiã, sed ad uirtutes & ad labores. Deorum imagines in annulis ne feras, hoc est sententiam et sermonẽ de dijs ne facile manifestes & diuulges.

A enigmata Pythagoræ.

Itaq; si quis Hieroglyphicas scripturas uideat, uel etiam Pythagorica ænigmata, et nihil subesse dicat, quod maioris momenti, nonne statim hoc egreferret, qui Moysi legẽ solam literam esse cõstituit? Quid facis tu? Ne igitur sola manifestiora contempleris, neq; ænigmatũ usum offendas, utæ negocijs maxime necessariũ, sed potius scrutare quę occulta sunt, & ea quę per hęc oblique designata. Sciat igitur, quod legẽ offendat, nisi eadẽ quæ illa sapere uelit. Etenim historiã crassam nos sequentes, & sententiarũ arcanam uim percontantes, isti litera, Christi sacramentum figura-

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Phil.2.* tũ per ænigmata dicimus. Quod certe sapientissi- A
mus Paulus cõmendat, dicens: Hoc sentiat unusquisq; in uobis ipsis, quod & in Christo Iesu, qui
in figura dei existens, non rapinam arbitratus est
se æqualem esse deo, sed seipsum inaniuit forma
serui accepta, in similitudinem hominum factus,
& habitu inuentus ut homo, humiliauit semetip
sum, factus obediens usq; ad mortem, mortẽ au-
tem crucis. Nam quamuis in suæ naturæ dignita
tibus delicate agere, & in comparabilibus super
*Heb.11.* omnia eminentijs diuine uersari potuisset. Hoc
enim dicimus propositum illi gaudium: Exinani
uit semetipsum ad nostram usq; humilitatem de-
scendens, ut pro omnibus secundum carnem fe-
rens mortem, & per resurrectionem ex mortuis
calcata illa, latã nobis efficeret uiam, qua ad uitã B
recurrem⁹ possemus. Sic enim ipse mysteriorum
*1.Cor.15.* dispensator iterum alibi dicit: Nam quemadmo-
dum per hominem mors, ita per hominũ resurrec-
tio mortuorum. Et sicut portauimus imaginem
terreni, portemus & imaginem cœlestis. Veruntamẽ excitatus ex mortuis, genitum turbis se ex
hibuit, eo quod Israel in ipsum debacchatus sit, et
in stultitiæ barathrum peruenerit. Recalcitrauit
*Deut.32.* eum delectus, sicut scripsit Moyses, hoc est resilu
it quodammodo à charitate in ipsum, donec om
nino aufugiẽs maneret, diuinorũ bonorũ expers.

*Christus assimilatur hirco.* Vide igitur sacramẽtum, et quomodo in duo-
bus hircis bene delinietur. Caper enim, hoc est,
hircus pro peccatis sacerdotis & populorum oc-
cidebatur, secundum quod in lege iubebat. Quo C
niam autem pro peccatis nostris immolatus est
Christus, hirco assimilatur. Nam sic dicit prophe
*Esa.53.* ta Esaias: Omnes sicut oues errauimus, homo
uia sua erravit. Et dominus tradidit ipsum pecca-
tis nostris. Nam duo hirci assumuntur, non quod
*Christus unus, duo hirci.* duo Christi, hoc est duo filij secundum aliquos,
sed magis quod oportebat uideri etiam occiden
dum pro nobis: & moriẽtem quidem secundum
carnem, uiuentem autem secundũ spiritum. Sor-
tes autem & nomina hircis, uni quidem illorum
Dominus, alteri uero ἀποπομπαῖος, hoc est emissa
rius: non enim, sicut strenuus Iulianus dicit, præ-
cepit dimitti signaculo carentem dæmoni cuipi-
am ἀποπεμπαίῳ: & ἀποπομπαίῳ, hoc est mala arcẽ- D
ti: sed ipse hircus potius uocabatur apopompæ-
us, eo quod immolatiõe amandabatur, quem ad
modum scilicet & dominus qui occidebatur. De
scribebatur autem per utrunq; unus Christus, &
moriens pro nobis secundum carnem, & morte
superior demonstrabatur secundum diuinitatis
naturam, emittebaturq; in desertum, præ figuran
te terra deserta, & inarabili gentium sterilitatem.
Sic enim nominatã illam & per sanctos prophe-
tas inueniemus. Vnde scriptum est: Lætare deser
tum sitiens, exultet desertum, & floreat ut lilium.
*Esa 35.* Et iterum: Lætare sterilis quę non paris, erumpe
*Esa.41.* & clama quæ nõ parturis: quia plures filiæ deser-
tæ, quàm habentis uirum. Et iterum: Et faciam in
deserto aquam, & in inaquosa flumina: faciã de-
sertum in paludes, & sitientem terram in aquarũ

ductus: ponam in aquosam terram cedrũ, & bu-
xum, & myrrham, & cyparissum, & populũ. Nã
Iudæorum synagoga tantum non & subdita qua
si uiro legi, fructus afferebat suos, multosq; libe-
ros habebat. Verum sic sacra scriptura dicit: Plu-
res filiæ desertæ, quàm habẽtis uirum. Nam mul-
to plures ex gentibus crediderũt, quàm ex Iudæo
rum synagoga. Vnde sterilis & inaquosa illa, ex-
celsa sanctorum capita fœcunde protulit, quæ ce
dro & buxo & alijs lignis bene comparãtur. Ap-
paruerunt autem & fossæ aquarũ in ipsa eremo,
hoc est apostoli & euangelistæ & cœlestium do-
gmatum enarratores ac magistri, qui discipulorũ
animabus cœlestem & diuinum sermonem inbi
labant, & quasi aquis rigabant fidelium corda.

Possumus & alio modo ænigma in hircis intel
ligere. Nam ex confessio capra pro peccato quidẽ
assumitur: consecratur autem Deo secundum le-
gem. Veruntamen interdum significat et eos qui
in peccatis sunt. Etenim ouis ut argumento sola &
fructifera in se sanctorum personam figurat: quo
niam autẽ in caprisnihil tale est, eos qui spirituali
fructu carent, sæpissime designant, & in hoc nos
dubitare non sinit, dicens filius: Veniet quidem *Matth.*
de cœlis iudex, sedens autem in solio gloriæ suæ,
statuens oues quidem à dextris. Quod autẽ oui-
bus iustos assimilet, alios uerò capris demonstra
bit, dicens stantibus à dextris: Venite benedicti
patris mei in hæreditatem, accipite regnũ uobis
præparatum à constitutione mũdi. His uerò, qui C
à sinistris: Ite à me maledicti in ignem æternum. *Ephes.*
Igitur quum res ita habeat, age dispensationis cũ
carne modum, perfunctorie enarremus. Non
erat faciens bonitatem, non erat usq; ad unum,
iuxta psallentis uocem. Omnes autem eramus in
peccatis, neque iustificare poterat lex eos, qui ex
sanguine Israel, & Græcorum multitudo uitæ im
maculatæ uiam ignorabat. Igitur quum omnes
essent peccatores, unigenitus dei Verbum absq;
cõuersione & immutatione factum est caro, hoc
est homo, & nullum quidem fecit peccatum: ue-
runtamẽ in similitudine peccari apparuit nobis,
& cum peccatoribus reputatus est, secũdũ quod
fuit caro & appellatus est homo. Vnde & sapien
tissimus Paulus scripsit alicubi de deo & patre et *2.Cor.*
de ipso quoq; filio, eum qui ignoratuit peccatum, D
pro nobis peccatum fecit. Sacrificiũ enim factus
est pro nobis. Nominabãtur autem peccata quæ
pro peccatis immolabantur, & præ alijs capri &
hirci. Quapropter & de diuinis ministris, quibus
ex sacrificijs portio distribuebatur per unum pro
phetarum dixit deus: Peccata populi mei come-
dunt, hoc est sacrificia quæ pro peccatis offeren-
tur. Apparuit igitur unigenitus in specie nostra, *Phil.2.*
ut dixi, & cum iniquis reputatus est, & iuxta lega
lium ænigmatum uirtutem hœdus inter hœdos:
hoc est, hircus factus est inter hircos, eapropter
lex præcepit, duos hœdos, hoc est, hircos accipi:
ut hinc intelligatur Christus, secundũ quod etiã
dem naturæ et speciei homo est ad hominẽ, quẽ-
admodum scilicet et capra ad capram. Factus ait



similis nobis, nobis impendentem sustinuit mor
tem, ut nos à morte & corruptione emitteret. Cõ
fideraueris sane istuc ipsum quis impleri & in
duobus hircis: quorum unus quidem immolaba
tur, & in odorem fragrantiæ offerebatur deo, al-
ter autem à cæde dimittebatur. mortuus est enim
pro nobis omnibus, qui omniũ erat dignissimꝰ,
mortisq; solutio, mors Christi erat. Et hæc quidẽ
nobis legalium ænigmatum subindicat uirtus:
qui autem soli literæ mentem suam alligant, & di
gnorum ac occultorum nihil intelligunt: quod
etiam longe à ueritate absistant, & ridicula argu-
menta faciant, absq; labore monstrabimus ex ip-
sis coniecturis, quæ in manibus habemus, sermo
nis occasionẽ sumẽtes. Dicit eñ iterũ Iulianus.

IVLIANVS.

Itaque qui mittitur ἀποπομπαίῳ sic emitti-
tur. Dicit autem de altero hirco: Et immola
bit eum pro peccato populi coram Domi
no, & inferet de sanguine eius interius uela
men, & sparget sanguinem ad basim altaris,
& propiciabit ad sanctuarium ab immun dicijs
filiorum Israel, & ab iniustitijs eorum, pro om
nibus peccatis eorum.

CYRILLVS.

Igitur si hanc putat efficatiam esse in sanguine
occisorũ hircorũ, ut eos pro quibus occisi sunt,
ab omni immundicia et iniusticia liberare possit:
quare pœnæ & supplicia à lege intentabantur: C
Nam mœchos & homicidas, insuper puerorum
amatores, maleficosq; & incantatores, nec nõ &
apostatas, pœnam sanguinis luere absq; miseri-
cordia imperabat. Et quomodo periclitari opor-
tebat eos, qui peccârant, quum ad abluẽdos illos
ab omni immunditia, hirci occisio, hoc est sangu
is, sufficeret? Non enim dicet quis, quod tam rari
fuerint hirci, et inuentu difficiles periclitantibus.
sed ut dicit sapientissimus Paulus, Christum, qui
est ueritas in scipso habens: Non potest sanguis
taurorũ & hircorũ sufficere ad ablutionẽ peccati.
Quare dicit legislator: Et propiciabit ad san-
ctuarium ab immundicijs filiorum Israel, & ab in
iustitijs eorum. Nunquid lapsus est in uerbo ab- D
negatiuo, & non tam in ænigmatibus
quàm in ipsis quę per ipsa significãtur, ueritas in-
notescit. Christus enim est immaculatum sacrifi-
cium, & minime prophana uictima: quo mortuo
pro nobis secundum carnem facti sumus ἀποπε-
πόμεθα, hoc est recessimus à peccato & corruptiõe,
& illius sanguine redempti sumus, et ab omni im
mundicia liberati. Iustificati gratis in eius gratia,
sicut scriptum est: & gratiã, ne amplius memoria
esset peccatorũ, misericordia dei assecuti sumus.
Et ille tam ueneranda sacramenta non intelligit,
putat Christianos negligere quidem per omnia
ea quæ à sapientissimo Moyse præcepta sunt, uel
lege, ab eis recedere tanquam contaminare soleant. Et illi uituperationi obnoxij sint, quum Pau-

lus euidenter scribat: Itaque lex quidem sancta,
& mandatum sanctum & iustum ac bonum. Di-
catq; ipse omnium nostri saluator Christus: Ne- *Matth.5.*
putetis, quod uenerim soluere legem uel prophe
tas: non ueni soluere, sed adimplere. At ille, ut di-
xit, nihil intelligit.

IVLIANVS.

Itaque dicit: Quod sacrificiorum ritus sci-
uerit Moses, manifestum est per ea quæ dicta
sunt. Quod autem non sicut uos, immunda
esse putarint, iterum ex illius uerbis audite: A-
nima autem quæ comederit de carnibus sacri
ficij salutaris, quod est domini & immũdicia
eius in ipso, peribit anima illa de populo suo.

CYRILLVS.

Itaq; rogabit à nobis, qui tam frigidis quæstio-
nibus credentes in Christum pulsat, nunquid di-
uisi sumus ab his qui secundum legem uiuunt, &
uenerimus à figuris ad ueritatem. Omnibus ma-
nifestum est, quod assumptum est ad figurã alte-
rius, non propter seipsum fit, sed ut inferat ipsum
spectantibus quandam futuri præmonstrationẽ.
Quum autem uideatur ueritas, superfluus est ty-
pus, & inutile est quod illam ante prædixit. Quo-
niam autem ueritatis figurationem Mosaica lex
parturiebat, sancta est & ipsa. Nam sancta ueri-
tas, hæc est Christus, illius scilicet sacramentum.
Quod autem in spiritu & uera seruitute eam qui
in umbris & figuris promptiorem nos & melio-
rem habeamus, scribit iterum, & dicit

IVLIANVS.

Conueniebat ultra recordari priorũ, quo-
rum gratia sunt & hæc. Quare enim recedentes
a nobis non amatis Iudæorum legem, ne-
que manetis in his quæ in illa dicta sunt? Di-
cet omnino aliquis acutius uidens: Neque Iu-
dæi sacrificant. At ego tam ualde hebetem re-
darguam. Primo quidem, quod neque aliud
quidem quod a Iudæis lege cautum, à nobis
seruatur. Deinde quod sacrificant quidem in
propijs Iudæi, & nunc etiam omnia come-
dunt sacra, & deprecantur antequàm sacrifi-
cent, & dextrum armum dant, decimas sacer-
dotibus: destituti autem templo & altario, uel
ut ipsis mos est dicere sanctificationem, deci-
mas sacerdotum deo offerre prohibiti sunt.
Vos autem inuento nouo sacrificio, nõ ultra
indigentes Hierusalem, quare nõ sacrificatis?
quamuis hoc quidem ego uobis ex abundan-
tia dixerim, quoniam initio dixi uolens mon-
strare Iudæos eadem confiteri cum gentibus,
uno excepto, quod unum solum deum putat.
Nam illud ipsorum proprium quidem, à uo-
bis autem alienum. Quoniam alia communia
quodammodo nobis sunt, ut tẽpla, delubra al

Universidad de Deusto
Biblioteca



taria, purificationes, & obseruationes quędā, in quibus nihil omnino inter nos differimus.

CYRILLVS.

Igitur siquidē Iudaicæ leuitatis socius esse uoluerit, & magnifacit, quod ad res necessarias nullam utilitatem habere scitur, habeat prædam, nemo inuidet: nos autem regia incedemus, & recta ad ueritatem perueniemus, ualedicentes utrorumq; uanis consilijs.

*Externa sacrificia neq; dijs, neq; uero deo grata.*

Quoniam autē interrogat, dicens: Quare recedentes à nobis, non diligitis Iudaicā legē, neq; manetis in ijs quæ ab illa dicuntur? & quare non sacrificatis? Dicimus: Veritatis luce non illustratus, diligentes legis obseruatores, et deo gratis sacrificijs utentes, acceptūq; perficientes cultū, qui est per carnes & sanguinem, peccare existimat. Num fortasis putauit animaliū cædibus eū, qui natura & uere deus est, oblectari? quū docuerint nonnulli, eadē superstitione, qua ipse, capti, qui ante ipsum fuerūt, quod & suis dijs exosa sit quo dammodo per sanguinem accessio.

Vnde Porphyrius sic dicit in secundo libro de abstinentia ab animalibus: quod aūt non dijs, sed dęmonibus sacrificia per sanguinem obtulerūt, à theologis qui uirtutem totam norūt, creditū est. Adducit autem & Poetæ sententiā, sic habentē:

Quis sic stultus, & tam dissolutus,
Persuasibilis uir, qui speret deos
Ossibus sine carne, & felle accenso,
Quę & canibus esurientibus nō sunt camesti-
Gaudere omnes, & honorē illū sortiri? (bilia,

Quin & alio loco sacrificio per sanguinem exosa dijs esse dicens, sic iterum scribit: Etenim antiquitas, deo illa non sic approbante, sed ex fructibus unumquemq; deum honorabat. Nam illis quidē, natura & omnis humanæ animæ sensus cum his quæ fiebant placebant. Subdidit autem istis & poetæ uersiculum. Taurorum autem cędibus nō irrigatur altare: sed abominatio hæc erat in hominibus maxima, quod animum corrumpentes ederent terrenos fructus. Videre autem licet ex altari, quod adhuc apud Delon est, apud quod adhuc, quia nullum animal offertur uel sacrificatur, piorum uocatum est altare. Ita nō solum abstinebant ab animalibus sacrificātes, sed & his qui fuerunt hoc, & qui utebantur, pietatis nomen tribuebant. Quoniam igitur altare piorū apud Delios nominatum est, quū nullum illic animal immolaretur, quare prœuaricatores legis increpat et accusat, dicentes non cruentis sacrificijs oblecta-
Ioan. 4. ri Deum, desiderare autem potius adoratorem in spiritu & ueritate.

*Altare piorū in Delo.*

Sed dicet forte: Quomodo igitur uidetur illa præcepisse, nunquid fortasse decepit Moses antiquos, dum per singulas leges ponit: Hęc dicit dominus? Etiam ad hoc dicemus nos: non fuit mendax Moyses, sed fidelis potius diuinorum eloquiorum allator & lex quidem in litera pædagogus erat insipientium, & magister paruulorum. Dicit
Gal. 3. enim sic in lege eruditus Paulus, & quasi elemen-

tis quibusdam & disciplinarū principijs manifestioribus usos esse docens, exerceri tradebat figuris ueritatem, & puerilibus exercitamentis tunc assuefieri. Impossibile enim quodammodo erat eos qui ex Israel, quum haberent mentem nuper ad pietatē adductam, posse adimplere adorationem in spiritu et ueritate, perferreq; laborem sanctæ purissimæq; uitę, euāgelicæ, inquam. Virtus enim ardua est, neq; paruis capitur laboribus.

Optime aūt uidetur dixisse quidā ex Græcorū poetis: Paruis aūt laboribus quomodo quis magna assequeretur? Stultū fuerit etiā hoc uelle. Quę aūt honestę uitę uirtus & dogmatū subtilitas, intolerabile onus Iudæorū mentibus fuerit, declarat ipse legislator per uocē Esaię, dicens: Neq; noluisti, neq; credidisti, neq; ab initio aperti tuas aures, sciebā enim quod inobediēs rebellaturus esses. Etenim antiquus ille Israel uasde intractabilis erat, tantaq; ignorātia & inobediētia laborabat, ut & quū Moses à deo legē acciperet, & moraretur in mōte ad defectionē cōuersus sit, & diuinū honorē uitulo tribuere nō sit reueritus, laudareq; & dicere: Hi sunt dij tui Israel, qui eduxerūt te ex terra Aegypti. Tam imbecillē & attritā in malis mentē habentes, quomodo euangelicas disciplinas suscepissent, & ita in ordine spiritualis sacrificij mentalē deo consecrassent cultū, & pro anima lium cæde uirtutum redolentiam? Itaque sacrificabant quidem oues & boues & hircos, turturesq; & columbas.

Cęterum uidere licet etiā in his diuinæ dispensationis sapientiam in miro honore fuisse: permittēs enim sacrificare, eo quod in Aegypto id facere assueuerant, & quodāmodo ad immaculatā ut rē paulatim reducēs, sacrificiorū figurabat ritus, non sicut illi assueuerāt, sed adumbratos magno artificio & sapienter, ita ut & in se specialem cultum parturirent, ut exempli gratia dicā: Occisus est agnus in Aegypto ad festiuitatem paschę trāseuntibus Israelitis: immolatus est autem nō simpliciter, sed sapienter, ut dixi. Nam assūmebatur decima primi mēsis, occidebatur autem decima & quarta ad uesperā sub lucerna. Ethic erat conuiuarū habitus lege decretus. Sic enim, dicit, Comedetis illum festināter, pascha est Domini. & in singulis sacrificijs modus quidam est non sine arte dispositus, sed arcanum quiddam in se quod describitur habēs, & prolixus esset de his sermo, si qui uelint singula ut habent dicere.

Ad illud aūt nunc eundū, opinor enim operęprecium ut recte edoceatur, quod legalis cultus quantū ad literas & figuras attinet, ex uoluntate dei non fuerit. Vbiq; enim per uocem prophetarum talia manifeste dicere audit. Quis enim quæ siuit hęc de manibus uestris: calcare atrium meū, ne adijciatis: si attuleritis similam, uanū. Thimiama abominatio mihi est: nouilunia uestra & sabbata uestra odit anima mea, & diem magnum nō fero: ieiunium & ocium & ferias uestras odit anima mea.



accepta, & sacrificia uestra non oblectarunt me.
Psa. 94. Et per diuinum Dauid: Non accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos: num manducabo carnem taurorum? uel sanguinem
Osee. hircorum potabo? Sacrifica deo sacrificium laudis. Et iterum: Misericordiam uolo, et non sacrificium, et agnitionem dei magis quàm holocaustomata. Præterea et ipse filius introductus est, di-
Psa. 39. cens per uocē Dauid: Sacrificium et oblationē noluisti, holocaustomata et pro peccato nō combusti, corpus autem perfecisti mihi. Tunc dixi, ecce uenio, ut faciam deus uoluntatem tuam.

Diceret autem fortasis aduersarius, oportere eum, qui secundum naturā deus est, meliora pro spicere, quàm quæ sero consilio emendentur, & initio eligere quod optimū, & neq; permittere, ut uel in mentem ueniant sacrificia, quæ nunc repudiat. Ad hæc respondērim uir strenue, constituit quidem, ut dixi, quæ per sapientissimū Moysen tradita sunt in umbris et figuris, ut essent, congrua doctrina discipulorū mentibus, non ut semper crassis illis inhærerent, et spirituali ac mentali cultu excideret, sed in umbris, accepta ueriorū præmonstratione scirent bene prouehi ad melioratione, & pulcherrime ac scienter in uiam ueræ uitæ transirent. Etenim sicut ij, qui ærariam artem benorunt, & miram in ea gloriam assecuti sunt, li-
quefacta cæra utiliter præmonstrant futurorum figuras, non ut arsulterius non progrediatur, sed ut in illis, sicut dixi, eorum quę nondū facta sunt, præluceat pulchritudo. Vbi igit ille artifex opus suum perfecerit, si figuras è medio tollat, non ulla condemnabitur. Eodem sane modo & ratione, postquàm illuxit Christus qui est ueritas, et ipsius cultus introductus est, figurarum imbecillitatem meritò despiciamus. Imagines enim erant spiritualium.

Age & illud cōsideremus, quibus oblectetur deus, & quid illi placeat, utrum uitulus cadēs in cędę, & ouis ad hoc adducta, & thuris fumi ex so
cō explicantes, uel multiplicibus uirtutib. con spicua anima? Proponatur em aliquis, si placet, uiuens inter ludęos, circuncisus & sacrificiorum studiosus, non etiam in bonis moribus, neq; in iustitia enutritus, sed intemperās & turpiter agēs, irrefrenatæq; linguæ, & nihili uituperabile omittens: alius autem nō ex sanguine Israel, incircumcisus secundum carnem, & cruentis sacrificijs nō sed optimis moribus preditus, castus, iustus turpis lucri contemptor, nulli obnoxius quod in lege uituperatur, & in summa omni uirtute plenus: uter in duobus præstabit, & palmam diuina sententia referet? utiq; secundus, ut ego opinor, & meritò.

Si aūt opinatur, & dicit hæc ita se non habere, sciat, quod suis proauis obluctatur, & attentat ut ea confutet, quæ illi maxima admiratione prosecuti sunt. Vnde Porphyrius ueterum sequēs sententias ita dicit: Igitur oportet purgatis moribus esse, euntes ad sacrificandum, et offerendum deo gratas hostias, sed non sumptuosas. Nunc autem uestitu quidem splendido amiciri non sufficere sciatis ad sacrificiorum puritatem. Quando autē corpore quidem cum uestitu, impuram à malis animam habentes eunt ad sacrificia, nihil differre putant, quasi deus nō magis gaudeat, si quod diuinissimum in nobis pure se habeat, utpote ęd illi cognatū. Euntē intra sacrificatorium pura mē te esse oportet: puritas autē est sapere sancta.

Intelligis igit, quomodo sanctissimo deo morum puritas maximè placeat? Confirmat autem hæc per alia, & dicit iterum. Non enim conuenit esse soccos & cothurnos mundos ac immaculatos in templis, quę homines dijs sacrarūt: in mundo autem hoc, qui est templum patris, externam
B & extra nos uestem pelliceam sanctam nō seruare, & cum puritate in templo patris conuersari. Nam siquidem in hoc periculum situm est, si illa sola coinquinentur, licebit etiam animaduertere fortasis & belle componere. Nūc autem quum omnis sensibilis corporis defluat immundicia, quæ ex carne et sanguine, adest eius amica saluta trix uirtus dæmoniorum propter simílitudinem & familiaritatem.

Et iterum: Igitur quæ Platonici quidam diuulgarunt, hæc citra inuidiam appositā sapientibus, ut declararēt quæ proponantur. dicūt autem sic: Primus quidem deus quum sit incorporeus, immobilis, et indiuisibilis, neq; in aliquo unū quid existens, neq; illigatus in seipso nullo externo opus habet, quemadmodum dictum est. Cæteris autem dijs, & Mundo, & non Errantibus, & errantibus, ac ex anima et corpore existentibus Visibilibus dijs prædicto modo per inanimata sacrificia gratiæ agendæ sunt.

Quoniam igitur incorporeus deus nullo prorsus externo indiget, & accessus cum sanguine à magistris Iuliani reprehenditur: quare nūc accusantur, qui sacrificare consueuerūt? Scriptum est enim: Honora dominum de tuis iustis laboribus *Prouerb. 3.*
et da illi decimas de tuis fructibus iustitiæ. Dixit *Psal. 4 et 26.*
& diuinus Dauid: Sacrificate sacrificiū iustitiæ, & sperate in domino. Et iterum: Circuiui, & sacrificaui in tabernaculo eius sacrificiū iubilationis.

Quod autem illis in quibus non est bonorum operum splendor, omnino inutilis sit cruentorū sacrificiorum uirtus, ipse tibi fidem faciet legislator, dicēs per Hieremiā prophetam, quum offen-
disset Israel: Et túne orauēris pro populo hoc in *Hier. 14.*
bonum? quod si ieiunauerint, non exaudiam deprecationem eorum: et si obtulerint holocaustomata et sacrificia, nō approbabo ea. Et iterū: Su- *Esa. ult.*
per quem respiciam quàm super mansuetum & quietum, et trementem sermones meos? qui aūt iniquus est, sacrificās mihi uitulum, sicut qui occidit carnem: qui autem offert similam, sicut qui offert sanguinē porcinum. Prętera et patientissimus Iob: Dominus em, inquit, nō abijciet innocentem, omne autem donum impij non recipiet. Dixit et alibi alius sapiens: Sacrificium abiniusto, oblatio maculata. Et iterum. Nō comprobat

Universidad de Deusto
Biblioteca



altíſsimus oblationes impiorum. Etenim uitę honeſtas, & optimarum quorumuis ſtudium, & ad meliora propenſio, cum conatu recedendi à malis, eſt ſanctiſsimo deo ſacrificium quoddam fragrantiſsimũ. Præterea nos adhortatur ſapientiſſimus Paulus, dicens: Itaq; obſecrõ uos, exhibete Rom.12. corpora ueſtra ſacrificium uiuum, ſanctum, bene placitum deo, rationalem cultum ueſtrum. Igitur nõ quia ceſſauit ſacrificare domus Iſrael, etiã nos à ſacrificio deſtitimus: ſed etſi ipſi ſacrificarẽt & uellent implere ea quæ in priſcis umbris ſunt præcepta, nos lata uia euntes, ad id quod rectum, ueniemus, nempe ſpiritualem & mentalem cultum perficientes.

Quoniam autem dicit non habere Iſraelitas ſacerdotes ſuæ legem, & ideo non licere eis hoc facere, quũ à Hieroſolymis arceatur: diſcat à nobis etiam in iſto ipſo factam diſpenſationẽ. Nã quare, diceret quis, ſibi fieri præcepit ſacrificianõ potius in omni terra, quàm ubi ſunt ij, qui legi ſubiecti: ſed tãquam magnum aliquod et neceſſariũ in ſolis Hieroſolymis hoc debere fieri: Nunquid quod ſolum in iſta & ſola ſit deus ſuper omnia, uel noluerit ubiq; coli: Verum dixiſſe primũ deliramento plenum eſſe nemo dubitarit. Incircumſcriptus enim Deus eſt, & incorporeus, non in loco, dilatatur autem ubiq;, & omnia illo plena ſunt. At alterum ſi quis dixerit, quod non in omni loco coli uelit, non obſcuram reprehenſionem inſtãtibus negocijs exhibet. Nam adoratur Malach.1. à nobis ubiq;, & ſicut dicit propheta: Magnum nomen eius in gentibus, & in omni loco ſacrificium offertur nomini eius, & hoſtia pura. Scriptũ autem eſt & de nobis: Quod adorabunt dominũ unuſquiſq; de loco ſuo. Quod igitur in omni loco glorificatur deus, & hoc non reſcit, ſed negligentiam potius nõ impunitam relinquit, cur nõ & hoc ijs qui ex ſanguine Iſrael uidet licere, qđ ſi quidem uellent, ubi quę deo lege conſtituta, ſacrificarent: Vnde prudentiſsime legislator & futura præuidens, præcepit in ſolis Hieroſolymis ſacrificandum: ut quodammodo neceſsitate iudęi coacti, à priſcis moribus recedẽtes ad meliora contenderent. Amiſſuri enim patriam erant domínicæ cædis rei, & uerſaturi in gentiũ regionibus. Veruntamen erat incredibile et etiam forteſſe ijs qui ex gentibus conuerſi à malo, quod in omni loco ſacrificaturi eſſent. Nam ſi ij quidem, qui per fidem uocantur ab antiquis moribus ceſſaturi eſſent: alij uerò gratiſsimas deo cruẽtas oblationes, læſiſſent non mediocriter nuper ad ueritatem congregatos, & euangelicis doctrinis ad ſpiritualem & non carnalem cultum inſtitutos. Itaq; rebus ad ueritatem tranſeuntibus, & in melius mutari incipientibus, quàm ſub figuris & ænigmatis habebant, non ſolutam legem eſſe dicimus, ſed impletam potius tempore, quo nobis reſulſit ueritas, id eſt Chriſtus.

Cæterũ ſi, quod à figuris receſsimus, & claro mentis oculo ueritatis lucẽ conſpicientes, uitã à Iudæis non exercitatã agere uolumus, ſpiritualẽ cultũ obſeruando, cauſam noſtrã uituperat: perſtringat et alias ſciẽtias, & eos qui illis operã dãt, ubi elementarij eſſe ceſſarint, & doctrinarũ initia nõ ultra curauerint, quę tamẽ antea maximi faciẽbãt. Animaduertat aũt quis & in illiberalibus artibus fieri incremẽtũ, easq; illuſtrari: & nemo eſt qui id reprehendat. Figurabãt aliter primi tabulis picturas artificioſius q̃ primi ſtatuarũ figuras poſteri formabãt: & olim artificibus iſtis tanta induſtria deerat, quæ tamẽ cõceſſa eſt poſteris. qd aũt dicerẽ textoriã, marmorariã, fabrorũ inuẽtaria? Nõne quis uidet meliores q̃ olim fuerit? Itaq; ſi affirmat à nobis legẽ ſapiẽtiſsimi Moſe in deteri us deductã, arguat eos qui præuaricati ſunt, & diuina mandata tenere noluerunt, & quę omnium maximè eximia uilipenderunt. At ſi craſſitudinẽ quę in umbra legis, extenuantes, ipſam ad ueritatis trãſformamus pulchritudinẽ: & quod obſcurè in ænigmatis olim traditũ, nunc multò manifeſtiorem habet contemplationem: audiat à nobis aduerſarius: ne ſit contentioſus, graue enim eſt: ne ſit obiurgator, nam hoc exaſperat. Sermo ẽm eius contra nos non uſq; huc progreditur.

Quod aũt conueniãt res Græcorũ cum Iudęorũ moribus, præterquàm in uno ipſe multũ contendit. Nã hi quidem, inquit, uni & ſoli ſeruiunt deo, illi aũt plures eſſe dicunt. Nos uerò putat ab amborũ opinione aberraſſe, eo quod non admittamus multos deos, neq; unũ ſecundũ legẽ, ſed tres pro uno cõfiteamur. Opinatus eſt enim forſan ſanctã et cõſubſtantialẽ trinitatẽ, hoc eſt unius deitatis naturã in tres à nobis diuidi deos. Sed quod rectam & irreprehenſibilem omnino ſententiam in hiſce mens et corda noſtra receperint, ſacrarum ſcripturarum ſcopum contendamus, non contemptibili, arbitror, à nobis ſermone demonſtratum eſt. Cõmemorabo autem nunc meritò, quæ cũ iam dictis uituperat. Vlterius enim iterum ſic dicit.

IVLIANVS.

Quare circa uictum non ſicut Iudæi puri eſtis, omnia autem comedere ut herbas licere Deut.14. eſtis, omnia autem comedite, quia ille dixit: Quæ dicitis, Petro credentes, quia ille dixit: Quæ Deus purificauit, tu ne commune putaueris? Quæ huius coniectura? Olim quidem Deus putauit quædam immũda, nunc autem mundauit quædam immũda, nunc autem mundada fecit. Nam Moyſes de omnibus quadrupedibus ſignificãs dicit: Omne quod diuidit unguam, & ruminando ruminat, mundum ſit: quod aũt non tale, immundum. Igitur ſi porcus à uiſione Petri acceperit ruminationem, credamus ei. Miraculum enim, quod uerè acceperit illam poſt uiſionem Petri. Si autem ille mentitus eſt hanc ſe uidiſſe, ut ſicut uos di cam, reuelationem apud coriarium, qui in tantis tam facile credemus? Quid enim uobis prę cepit tam graue, ſi prohibuit comedere ſuilla, uolatilibuſq;



uolatiliaq; & marina, affirmans doctus à Deo, hæc cum illis repudiata eſſe & immunda uideri.

CYRILLVS.

Miraris igitur dic mihi, res Iudaicas? & munditiã illis in uictu tribuis? Chriſtianosq; illis quãtum ad frugalitatẽ & munditiam cibi attinet, eſſe dicis inferiores? Videamus igitur, ſi placet, quos illis cibos ſapiẽtiſsimus Moſes in lege interdixerit, & quæ edulia illis permiſerit. Scriptum igitur eſt in Leuitico: Et locutus eſt dominus ad Moyſen & Aaron, dicens: Loquamini filijs Iſrael, dicentes: Hęc animalia comedetis ex omnibus animalibus quæ ſuper terram. Omne animal diuidens ungulam, & ungues diuidens duarum ungularum, & reducens rumínationem, inter animalia, hæc comedite. Veruntamen de illis nõ comedite, ab his quæ reducunt ruminationẽ, & nõ diuidunt ungulas & ungues diuidunt. Camælus quia ruminat quidem, ſed ungulam non diuidit, immundus erit, & leporẽ, & chœrogryllion, quia diuidit ungulã, & diuidit ungues ungulę, & non reducit ruminationẽ, immundum hoc uobis. Et hæc quidem de illis. Pergens aũt ſermone ad uolatilia & aquatilia, & ad alia quædã genera iterũ dicit: Et hæc comedetis ab his quę in aquis, omnia in quibus ſunt alæ & ſquamæ in aquis & in mari & torrentibus, hæc comedite: & omnia in quibus non ſunt alæ & ſquamæ, abominatio uobis ſint, & abominabilia uobis erũt. Et poſt alia: Et hæc abominabímini ab auibus, & non comedentur, aquilã, gryphũ, haliętheũ, uulturẽ, & miluum, & ſimiles illi, & ſtruthionem, & larum, & corouum, & ſimiles ei, & accipitrem & ſimiles ei, & nycticoracem, & mergulum, & ibin, et porphyrionem, & pelicanum, & cygnum, & noctuam, et herodionem, & charadrium. Et poſt alia iterum: Erheq uobis immunda, de reptilibus repentibus ſuper terram, muſtela, & mus, & crocodilus terreſtris, mygale, & camæleon, & ſtellio, & lacertæ, & talpa.

Quam mira Iudæorum puritas, & in eſu munditia? inter cibos enim habere non dignantur camælum, chœrogryllium, aquilam, uulturem, mergulum, upupam, ululam. Vitant auteim cum his coruos, & ibes, & nycticoraces, & herodionem, & murem obſtreperum, muſtelam, & mygalen, ſtellionem, & talpam. Et quid enim talium legis reuerentia nõ paruifaciunt? Papę iuſticiam, quod nihil illorum, ut uidetur, uentri prębuerit, & pro optimis edulijs miſeram menſam cõmurmurant, ut ne legislatorem offendant. Iure reprehendentur Chriſtiani, qui legi ualedicentes à nullo talium auelli uoluerũt: omnia enim eis ſunt in cibum, ſicut herbæ campi, & in menſis preciosa cœtui & ibes, &c. Itaque laudo legem, quod Iſraelitis ea quæ in uictum electum conſtituit, iubendo ut recedant ab his quæ nullius momenti ſint, imò quæ omni homini ita aduerſa, ut ea ſolaiudere abominabile ſit.

Sed hæc quidẽ fœda omnino & repudiandã, dixerit, ſacrificent, & ualde meritò. Veruntamen eos qui ſub lege, laudauerit quis etiam propter

A continentiam. Etenim & à ſuillis abſtinent carnibus, pluribuſq; alijs uolatilibus, & marinis, ut ſtruthione, & his quæ ſquamas et pennulas non habent. Prohibuit enim lex hæc in cibum. Igitur niſi ſciret hæc ſecundum naturam bene habere, multorum et precioſorum uſus cũ alijs longe magis taxaretur, ſi non apud eos qui laute ſolent cœnas parare, alijs omnibus prælata eſſent. Si autẽ bona quidem ſunt uſu, per legem autem cenſentur minus bona, diligẽter inquirimus ab eo quæ ſint rerum non fœdarum crimina. Itaq; reiecta neum facit ſuem, quis diuidit ungues ungulæ, et non ruminat: et uituperantur ab eo quædam aquatilia, quia non ſunt ſquamata, neq; pennulata. Nunquid ſufficiunt prædictis ea quæ natura illis inſunt, ut uituperentur? Cur enim ſi findat B ſus ungulas in duos ungues, et non ruminat? et quid eſt quod quædã aquatilia pennulis et ſquamis careant? Nunquid aberrauit lex, taxãs temere impuritatem in his quæ non ſunt fœda? Non hoc dicimus. Prodeſt enim non mediocriter eis, qui ſubtili mente ſenſuum in ipſa lege recondito rum profunditatem uiderè poſſunt.

Nam quoniam mens legislatori erat eruditendos docere, quibus potiſsimũ aſsimilari deceat, et à quibus recedere, ſingula prædicta exempla ꝓponit ab animalibus, in quibus mores illi quodammodo inueniuntur. Manifeſtabo autem ſenſuum uirtutem: prohibet enim ne ſit in cibum camælus et porcus, et ille quidẽ quia ruminat, ſed diuidit ungulam: hic autem quia diuidit ungulas, ſed nõ ruminat: quamuis dicat quis, quod ſit in utroq; defectus. Nam ſus quidem, ut dixi, diuidit ungulam, ſed nõ ruminat, diuerſo modo eſt in camælo. Nunquid igitur lex ita imperat ea abominari, quod ex dimidio mala ſint et immunda, quum tamen hoc uerum non ſit? Quid hoc ſibi uelit amice, et quod ſit ænigma, uideamus ſi placet.

Mos eſt ſacræ ſcripturę, pedis greſſum et interdum totũ pedem ænigmaticè accipere pro eo quod oſtẽdit uiam eius, quod unicuiq; faciendũ, ut eſt in libro Prouerbiorum: Rectos greſſus fac pedibus tuis, et uias tuas dirige. Præterea et per uocem Dauid: Et cõuerti pedes meos in teſtimonia tua. Itaq; pes in figuram uiæ eſt in unoquoq; opere. Duplex autem iſta apud nos eſt: uel enim aſſueuimus nos ut iuſticia proſimus, ſemper aliquid utile poſsidentes et recludentes in theſauros cordis claram de deo cognitionem: uel etiam alijs in hiſce ſtudium impendamus plurimis modis utentes. Itaq; duplex pes in greſſu, ad duo incedere ſignificat. Ruminare autem prudentiæ fuerit ſymbolum: dico enim oportere, ſiquidem uenerabiles ſunt, et ſapientia eruditi, et uerorum dogmatum ſcrutatores, non ſemel, ſed ſæpiſsimè, ſurſumq; et deorſum uerſare ſenſus ſingulorum de quibus dubitatur, et quodammodo frequenter ructare, et iugi ſtudio inueſtigare difficiliora theoremata. Nam quod ſimpliciter ſuſceptum eſt, et abſque iudicio et inquiſitione,

Pes, uia & opus.

Prouer.4.

Pſal.118.

Ruminare prudentiæ ſymbolum.

fit interdum damnosum. Taxat itaq; lex eum qui A scit prodesse opere & sibi ipsi & alijs, non studen tem autem cũ hoc ut sit prudens. Et contrà quodãmodo apparet coinquinatus quis, licet sit maMatt.5. xime prudens, sed non probatæ uitæ. Qui enim fecerit & docuerit, inquit Saluator, hic magnus uocabitur in regno cœlorum. Igitur qui in utraque dexter fuerit, tam in uirtute quàm in sermone, meritò admiratione dignus est.

Quę autẽ uiuunt in aquis, & natura neq; pennulata neq; squamata sunt, semper quodammodo uoluuntur in profundissimo limo, & minime
Pisces nõ squamati nec pennulati. natare solent, segniaq; sunt & ægre mobilia: figuræ sunt & hæc eorum qui in luto intemperantiæ uolutantur, & limo deliciarum obruuntur, omniaq; facere solent nudè tantum & absq; uestitu: B hoc enim nobis significant ea quę in lege uituperantur, quod squamas non habent & naturalia indumenta. Item pennulis priuari, significat destitui studio ad hoc ut emergere uelint, & parum prospectare ex malis in quibus sunt. Homines autem corrupti & desperati & uentris mancipia, & in fornicatione, ut dixit, ac libidine enutriti, molles ac prophani, & omnibus exosa muliebriũ genera, & qui in omnibus obscœnis ineluibilem maculam habent, & sic uiuere solent, eos omnino aspernari, nec societatem cum illis habere uult suos cultores.

Quid aues in scriptura pro hibitæ significent. Insuper & alios quorum omnis uita in rapina & auaritia est, & in absurdis quæstibus, recte significant aquilæ & coruí, & stelliones, gryphes & uultures. Similiter figurę eorum qui in uersutijs, C coruus & similia: & indoctorum & quodammodo in tenebris & nocte etiam intelligentię lucem odientium, upupa & noctua & nycticorax & similia, quæ in nocte & in tenebris uolant. Mustela uerò & mus designant timida & minus uirilia, obstreperaq; furum genera. Et in summa, nulla prorsus difficultas est ueros & necessarios sermones unicuiq; prædictorum adaptare. Spiritualis enim lex non solum in manifestioribus sensibus consistit.

Igitur quum diuinus Petrus adhuc uellet Iudaicis moribus immorari, & ad meliora progredi quodammodo tardus erat, eo quod præualebat apud eum reuerentia erga figuras, demisit sudarium de cœlo deus animalib. in illo depictis, D quæ legis sententia ænigmaticè quidem, ut dixi, ueruntamen ut immunda iudicata erant, et iussit occidere, & si quidem uellet, comederet: discipuAct.10. lo autem adhuc tristi & Iudaicè dicẽte: Nequaq; domine, quia nunq; comedi aliquod commune uel immundum, neq; ingressa est in os meum aliqua caro immunda: uox reddita est, quasi etiam deo corripiente illum, et manifestè dicente: Quæ
Quid sibi uoluerit uisio Petri. deus mundauit, tu ne communia dixeris? Deinde statim intellexit quod instaret tẽpus transformandi in ueritatem umbras. At figurarum in ueritatem mutatio perficit magis illas, & non sicut quidam opinantur temerè positas declarat. Nam legislator non aliquando mundum putauit porcum, uel etiam alia, & aliquando non, sed scitu
Gen.1. bene condita. Scriptum est enim: Vidit deus omnia quæ fecit, & ecce omnia bona ualde, & benedixit ea: nam secundum naturam creationis suæ omnia facta sunt bona. Quapropter tametsi sues non ruminent, nihilominus mundæ sunt, & interim permissos cibos animalia: neque ullos, quantum ad suam naturam attinet, cõtaminant. Nam, ut dixi, lex figuræ sunt, & umbræ durantes usque ad tempus quo emẽdentur. Sic enim scripsit sanHebr.11. ctissimus Paulus. At ille fortasis nos delirare exi-
Ephes.4. stimat, qui sic sapimus et dicimus. Iterum autem ipse arrogans est, & sacris literis insipienter insultans, dicit:

IVLIANVS.

Sed quid ego prolixo sermone utor? Quę ab illis dicuntur, nunquid roboris habeant uidere licet. Dicunt enim Deum in secunda lege posuisse aliud, nam illam fuisse ad tempus definitis temporibus conscriptam, postea autem hanc apparuisse, eo quod lex Moysi tempore & loco descripta fuerit. Sed quod hoc falsè dicant, ostendam manifeste ex Moyse, non decem solum, sed innumera testimonia adhibens, ubi legem æternam dicit. Audite Exod.12. igitur ex libro Exodi: Et erit dies ista uobis memoriale, & celebrabitis eam, diem festum Domino in generationes uestras, legitimum C sempiternum celebrabitis istud, septem diebus azymis uescemini, à die autem primo tolletis fermentum de domibus uestris.

CYRILLVS.

Accumulans autem illis sententias, ostendit le gem ubique nominatam esse æternam: sed arbitror utile, ut à longis ambagibus liberetur sermo. Subinfert iterum:

IVLIANVS.

Relictis adhuc alijs multis à quibus lex Mose æterna dicitur, & propter multitudinem dicere cauebo. Vos autem ostendite ubi dictum sit, quod Paulus post hæc ausus fuit, nempe quod finis legis Christus, & ubi Heb.8. D bræis deus legem aliam promisit præter posi-
Hebr.8. tam. Nusquam profecto, neq; positæ correctionem promittit. Audi enim iterum Moysen: Non adijcietis ad uerbum quod ego Deut.12. mandabo uobis, neque auferetis ab eo: Iterum mandabo uobis hodie: & maledictus omnis Deut.27. qui non manet in omnibus. Vobis autem parũ uisum est abstulisse & addidisse ijs, quæ in lege scripta sunt: illã transgredi uirile omnino, & magnanimũ arbitramini, nõ ad ueritatem, sed id quod omnibus probatur respicientes.

CYRIL-



CYRILLVS.

Quemadmodũ dixi, nugarí nos temere, quãuis uera dicamus arbitraf, uel fortasis fallaci uerborum usos ornatu, quum lex non existat spiritualis, tenantes autem sensum eorum quę scripta sunt ad alia transferre, ut transgressionis crimẽ depellamus. Res autem nõ sic habet, absit. Non enim dicimus à nobis diuinam legem per omnia negligi debere, quasi nihil utile habeat, sed fatemur antea mittendum fuisse antiquis pædagoLex enim gum, qui Christi mysterium & per ænigmata ipmonstrans sis ueritatem demonstraret. Sic enim esse definimus plenitudinem legis & prophetarum Chriplenitudo stum, & ualde recte. An nõ omnis obscuri ænigmatis meritò intelligitur ueritas, & quomodo quis dubitaret? Ideo transitus ad ueri B tatem ab umbris legem Moysi non tollit, sed manifestiorẽ eius mentẽ exhibet. Et ita æternã legẽ nominatam esse dicimus. minime enim cessauit quæ in nobis implẽ iuxta spiritualis cultus modum. Venit enim Christus non soluturus legẽ & propheras, sed complens potius, sicut ipse dicit.

Et ut legem, quæ in manibus, & ab ipso allata, interpreter, manifestiorem, ut dixi, faciam demonstrationem, operæprecium est. Scriptũ itaq; est de festo azymorũ: Et erit dies ista uobis memoriale, & celebrabitis eam, festum domino in generationibus uestris legitimũ sempiternũ celebrabitis illa, septem diebus azyma comedetis. & hoc quidem per Moysen cõstituit dominus. At Esa.1. per uocem Esaiæ ijs qui ex sanguine, Israel loqui C tur, & dicit: Nouilunia uestra & sabbata & festiuitates uestras odit anima mea, facti estis mihi in satietatem. Quomodo erant, dic obsecro, perpẽtuæ & iteges festiuitates deo exosæ? Nunquid dicemus aliter deliberasse deum, & ea quæ ab inicio tanq; bene habentia suscepta et definita erãt per Moysen, uituperasse per prophetas, & à recto aberrasse, passum aliquid humanũ? Nam uel le odio habere quæ ante quis laudauerit, leuitatis notam inurit. Quid igitur dicemus, ut deum à uituperijs istis absoluamus? Recte legem tulit per sapientissimum Moysen, oportere impleri in figuris dies festos, odit autem in futurum obseruatos: quia non esset bonum ueteribus figuris alligatum esse, sed uolebat potius ut ex figura D & umbra ad ueritatis uenientes pulchritudinem gratissimum sibi cultũ præstarent. Manifestum autem quod cultum mentalem & in spiritu optet. Nam præcepit quidem festum diem agentibus, ut panem facerent absq; fermento. Hoc faCorinth.5. cientes Iudæi & nihil amplius, implere putabantur legem: qualis ergo hinc illis utilitas? gaudijs ne in hoc est aliquo modo deo? Sed dices, quod oportebat purificatos eos diẽ festũ agere. Quandam, quomodo si coinquinare poterat comedentes fermentum, non omnino ab illo abstinere debebant? & non solum septem diebus, si quidem fuissent studiosi conuersationis deo placentis, & illi addicti. Sed sicut iam prædixi, & etiam in hac lege, quemadmodum scilicet in alijs, spiri A tualis & mentalis rei ostensio ænigmaticè proposita est his, qui acuta & purificata mente tam sublimia considerare poterant.

Impletur etiam lex à nobis in azymis, maxime fide iustificatis & sanctificatis in spiritu, mentalemq; perficientibus cultum tali quodam modo. Solet diuina scriptura interdum accipere fermentum in typum improbitatis. Præcepit igitur Fermentum typus maliciæ. eos agere diem festum bene ablutos & purificatos, & quàm longissimè ab omni prauitate recedentes, non habentes carnalis immunditiæ fermentũ, & inutilium distractionũ, in negocijs parum frugiferis in quam. is enim qui sic festa celebrat, candidus est. Vnde scribit diuinus Paulus, Feriæ Christianæ. ut diem festum agamus non in fermento ueteri, B neq; in fermẽto maliciæ & nequiciæ, sed in azy-
2.Cor.5. mis synceritatis & ueritatis. Igit æterna lex quæ olim quidem apud Iudæos ænigmaticè, eadem autem nunc apud nos mentaliter & spiritualiter & uerè. Et tempus quidem ænigmatibus conueniens erat ante Christi aduentum: at quod ueritati congruebat, id post ipsum uenit, quando refulsit ueritas. Oportebat planè per sapientissimũ Moysen tanq; puerum erudiri Israelem, cui puerilis adhuc & rudior mens erat: at per omnium dominum Christum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi, descriptam ueram et consummatissimam uobis afferri scientiã, non subuertentem Mosaica, sed tradentẽ potius illa, ut opera rectius intelligantur: Quapropter Exod.24. C Moyses ad Iudæos loquens, uelamen ponebat super faciem suam, quasi re ipsa clamans, quod ueram legis faciem illi uidere non poterant.

Si autẽ dicerent aduersarij: Si secunda primis essent eligibiliora, atq; adeò multo meliora, cur non legislator ea in primis decreuit initijs? Quæ sæpissime dixi, in medium afferam, & nunc non dum satis instructam ad dei cognitionẽ mentem habebãt Israelitæ. Nam à suis honestissimis mox recedebant: quia faciles erant ad discedendum à deo, & admoniti non cessabant: ultulum enim fe cerunt, et dicere ausi fuerunt: Ii sunt dij tui Israel, Exod.32. qui eduxerũt te ex terra Ægypti. Proinde quia rudius & leuius cor habebant, obscura eis lex data est per figuram, ægre ad ueriores sensus deduD cere ualens, & nondum sanctæ conuersationis uiam manifestè inducens.

Quod autem Israeli quum offendisset, & desiperet, rectèq; incedere non posset, in umbris & literis quasi adhuc paruulis, legem constituerit deus, dicerit quis per uocem Ezechielis sic di-
Exech.20. centis: Et extendi manum meam super eos in deserto ad dispergendum eos in regionibus, eo q; iustificationes meas non fecerunt, & præcepta mea repulerunt, & sabbata mea prophanarunt, & post cogitationes patrum suorum fuerunt oculi eorum: & ego dedi eis præcepta non bona, & iustificationes, in quibus non uiuent in eis. Oportebat enim eos, qui à beneuolentia erga de-
Leges non bonæ. um resilierant, & implicíti facti uituli criminibus (hoc enim opinor significat, quod post

con-

cõcupiscentias patrum suorũ oculos habebant) a familiaritate erga deum excideranto mnino, & in gentium capi regionibus, omni dei cura priuatos. Quoniam autem bonus est deus, & sapientissimi Moysis preces honorabat, legitima quidem ipsis dabat rudimenta: ueruntamẽ nõ bona, sicut ipse dicit, neq; ualentia præstare uitam ipsa implentibus. Non bona autem legitima quomodo? quãtum ad ueritatis inquam pulchritudinẽ. Incomparabiliter enim utilior ænigmatibus ueritas: siquidem mentitum non est, quod his qui ex sanguine Israel nulla prorsus utilitas erat, qd comedebant panes non fermentatos: at ijs qui improbitatis fermentum abiecerant, & ablutum habebant cor, & nihil pollutum uel immundum diligebant, honorem eximium dedit deus, ut par B ticipes fierent æternæ uitæ.

Iam per umbrã in lege ueræ honestatis uitam non obtineri, neq; pergi rectã ad deum, consideraverit quispiam Esaia dicente in persona Israel *Esa.63.* ad deum: Seduxisti nos domine à uia tua. Et à *Psal.43.* beato Dauid: Et declinasti semitas nostras à uia tua. Semita enim quodammodo breuis, et statim ducens ad deum, non figura erat, ut dixi, sed ueritas quæ in illa depicta.

Quoniam autem sacrarum literarum aduersarius dicit, neq; legem aliã annunciasse filijs Israel uniuersorũ deum, neq; correctionem quandam ijs quæ per Moysen præcepta sunt artulisse, commonstrare tentabo illum in utroq; mentiri, pro- *Hier.31.* phetę uocem apponens, quę sic habet: Ecce dies C uenient dicit Dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quo testatus sum patribus eorũ, in die qua assumpsit eos manus mea, ut educeret eos ex Aegypto: quia ipsi nõ manserunt in testamento meo, quod testatus sum eis in diebus illis, dixit Dominus, dans leges meas in mentem illorum, & in corde eorum inscribam eas. Id quod opinor bene intelligens sapientissimus Paulus, epistolam scribens *2.Cor.3* quibusdam dicit: Epistola nostra uos estis, quæ cognoscitur ac legitur ab omnibus hominibus: manifesti estis, quod estis epistola Christi nostro ministerio scripta, nõ atramento, sed spiritu Dei uiuentis. Nam immisit nobis deus suæ uoluntaD tis scientiam, & inscripsit propter scientiam credentium cordibus ea per quæ essent maxime uenerabiles, quomodo non inutilis umbra?

*Legi nihil addi uel minui.* Patitur autem lex non additamentum, neque substractionem, sed eadem erit quæ impletur nõ secundum quod apparet, sed mentaliter & spiritualiter. Ad hoc quidem, ut opinor, dixerit quis, ea quæ à nobis dicuntur, etiam intelligi bene.

At ille nescio quid passus, Iudaica recipit, et iterum Iudæos uituperat, ut ab alijs omnibus abreptos quidem, insipienter autem sacrificare negligentes. Quamuis dicat Eliam sacrificasse in Carmelo, & non in sancta ciuitate, Hierusalem dico. Ego autem adijciam, & diuinum Dauid in area sacrificasse, quæ cognominatur Orna, quamuis



lex dicat manifeste: Et si quis immolauerit uitulum, uel ouem in castris & ad fores tabernaculi, exterminabitur anima illa de populo suo. Sed dixerit, opinor, quis, uir strenue, quum Elias sacrificaret, remplum erat, at non item quum diuinus Dauid. Et quid prohibebat legi non repugnantem sacrificare in tabernaculo? Veruntamen illud dico, ecce demonstratum est manifeste etiam apud illos sanctos non fuisse culpatum, quod legem ad literam non ualde curioso oculo spectarent, neq; exactissime adimplerent.

Meminit autem & sanctorum apostolorum epistola, quam dispensatiue scripserunt, quasi tenerum & nouitium seorsum habentibus ijs quæ ex gentibus uocati erant. Visum est enim, dicebant, sancto spiritui, & nobis, nullum amplius imponere uobis onus, præter hæc necessaria, ut abstineatis uos ab idolothyto & fornicatione, & suffocato & sanguine. Assignat autem & dicit, quod non uisum est in illis sancto spiritui Mosis legem soluẽdam. Visum est autem, dic obsecro, seruandam: & hõcne præcepit? quamuis uerè dicatur legis umbrã iam non magnificiendam præcepisse ijs qui per fidem ad ueritatẽ uocati sunt. Quæ enim uerisimile erat adhuc pueros posse perficere, per uocem sanctorum apostolorũ constituebat. Dicentes autem, Nullum uobis imponere onus, docebãt de lege, quod esset grauis, & omnino intolerabilis etiam ipsis Israelitis, quam non imponerent eis. Videbatur itaq; spiritus sancto seruandam ab illis minime quidem legem: quæ autem facilia et quę bene portare possint, ut adimpleantur, attẽtanda ab his, qui hactenus uacillante, uixq; tandem robur ad conuersationem & uitã, quæ est in Christo, assecuta mente ad maiores labores non sufficiebant.

Sub hæc cauillatur & eximium inter sanctos apostolos Petrum, quem & hypocritam esse dicit, & per Paulum reprehensum, quod interdum Græcorum moribus uiuere studuerit, interdum autem Iudæorum, ignorans omnino artificiosissimam in illis dispensationem. Non enim aliud sentiebat discipulus, sed tempestiue eõgruis utebatur dispensationibus, & omni modo ijs qui se accedebant prodesse studebat. Quoniam autem beatus Paulus unum morem seruabat, accedens submonuit: timuerat enim, ne fortasse mens illa ignoraretur, et dispensationis modus quosdam offenderet.

*Libri noni finis.*

## DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALExandrini, contra Iulianũ, pro religione Christiana.

### LIBER X.

DEDIMVS, opinor, satis exactis de umbra legis sermonẽ: quãdo quidẽ ueritatis inimicus pertinaciter executere sermones nostros, euidentissime uidere poterint, quod celebrent illũ diuinitatis dignitatib. et quęcũq; soli et summę omniũ naturæ



& diligentius, quãm si in solis & nudis uersarentur figuris, norunt. Quoniam autem nihil rerum nostrarum inculpatum ille relinquit, ecce & alijs nos quodammodo accusationibus aggressus, dicit, nos sanctis discipulis etiam nõ parere, & apostolorum traditionem nihil facere, sed uertere potius quò nobis libuerit, id quod ab illis accepimus. Scribitq; iterum sic:

IVLIANVS.

Ita autem estis miseri, ut & in ijs quæ ab apostolis uobis tradita sunt, non manseritis, & ea in deterius & impietatem maiorem quàm res habeant extenderitis. Vnde Iesum nec Paulus ausus fuit dicere deum, neque Matthæus, neque Lucas, neq; Marcus: sed bonus B Ioannes, censens magnã multitudinem in multis Græcorum urbibus hoc morbo captam. Audiens autem, opinor, monumenta Pauli & Petri clam quidẽ (nihilominus tamen audiens) circunferri, primus ausus fuit dicere. Et quum pauca dixisset de Ioanne Baptista, sermonem iterum ad eum qui ab illo prædicatur reducit. Et Verbum, inquit, caro factum est, & habitauit in nobis. Quo autem pacto nescio, turbatus, dicit nusquã ipsum uel Iesum, uel Christum ad hoc usque extollere, ut illum Deum & Verbum uocet: sed quiete C & clanculo auribus nostris imponit, & Ioannem Baptistam pro Christo Iesu hoc exposuisse testimonium, quod hic sanè sit, quem oporteat credi Deum esse Verbum.

CYRILLVS.

Et quare, dic obsecro, nullum apostolicorum mandatorum, uel paruum uel magnum à nobis est seruatum? & quidnam in deterius uiolenter factum est ab ijs, quibus à Deo post illos Verbi usus concreditus est, & qui in sanctis dogmatibus eximium honorem adepti fuêre? Nam siqui dem impune esset uolentes innocentibus, & nihil absurdi admittẽtibus, conuicijs esse molestos etiam morari in illis damnum nullum affert: sicut D beatus Paulus unum morem seruabat, accedens nihil facilius est ei, qui dicteria amat, quàm mentiri & temerè uituperare. Si autem opinatur contra quos sermones profert, ne frustra insectetur conuicijs, sed redarguat potius: Nam ita sermones illius fides sequetur.

Admiror aũt, quod, quamuis sæpissimè diuinã scripturam uario modo uerset, & nobilem scientiæ opinionẽ uenetur, à ueritate aberrauerit, idq; omnibus modis. non enim admittit uel Paulum, uel Matthæum, uel Marcum, uel Lucam dixisse Christum esse Deum: at si qui uoluerint diligenter executere sermones nostros, euidentissime uidere poterint, quod celebrent illũ diuinitatis dignitatib. et quęcũq; soli et summę omniũ naturæ cõueniunt, ea & illi ubicq; tribuere. Præterea deũ nominare solent. Vnde sapientissimus Paulus: Precabar enim ipse, inquit, anathema esse à Christo pro fratribus meis cognatis meis secundũ carnem, qui scilicet sunt Israelitæ, quorum est adoptio & legislatio, & testamẽtum, & promissiones, & ex quibus secundum carnem est Christus, qui est super omnes deus benedictus in secula, Amẽ. *Rom.9.* Et qualem præter hãc uocem aliam requiris? eũ, qui secundum carnem ex Iudeis, hoc est Christũ, & Deum super omnes, & benedictum in secula, Amen, esse dicit. Dicit autem & alibi: Qui aũt in carne sunt deo placere non possunt. Vos autem *Rom.8.* non estis in carne, sed spiritu: siquidẽ spiritus dei est in uobis. Si autem quis spiritum dei nõ habet, hic non est eius. Et iterum: Memor, inquit, sum *Rom.15.* uestri, propter gratiam quæ data est mihi à Deo, ut essem minister Christi Iesu inter gentes, ministraremq; euangelium dei. Igitur quando ij, qui spiritum Christi receperunt, diuinum habent spiritum, & etiam quia se ministrum ordinatum dicit inter gentes, ut dei Christi, & euangelium dei prædicationem de illo uocat, & præterea nominat ipsum etiam gloriæ Dominum. Dicit enim: Si enim cognouissent utiq; dominum gloriæ, nõ *1.Cor.15.* crucifixissent: quomodo non manifeste aduersarius calumniatus est, & meritò mendacij criminum reus esse uideturquũ is uerus scopus theologorum fuerit, et soliti sint nominare filium dei, eo quod sit Deus secundum naturam, & uere, & germanam prolem substantiæ eius qui genuit, tanquam semper existentem, subsistentem cum genitore, & in una deitatis natura intelligatur, existatq; & subsistat? Hac ratione & sapiens Ioannes in principio Verbum esse dicit, & deum esse, & apud Deum, & post hoc factum esse carnem, hoc est hominem. Vnus igitur & non insipiens theologis scopus est, dicendum esse filium secundum naturam dei, & ita in hoc omni modo possibile Deum esse secundum ueritatem eum qui ex deo secundũ naturam. Vnde iam uoces adhibuimus diuini Pauli, manifestè & absq; ambiguitate deum nominantis uniuersorũ saluatorẽ Christũ.

Apponendæ autem sunt, opinor, & aliorum sententiæ, propter quos tanquã dei meminerunt Christi. Dicit igitur Matthęus de Ioseph: Hęc au- *Matth.1.* tem quum ille cogitasset, ecce angelus domini in somno uisus est ei, dicens: Ioseph fili Dauid, ne timeas accipere Mariam uxorem tuam. nam quod in ipso natum est, ex spiritu sancto est. Pariet autem filium, & uocabis nomen eius Iesum: ille enim saluabit populum suum à peccatis suis. Dicit autem & admirabilem Ioannem dixisse: *Matth.3.* Ego quidem uos aqua baptizo in pœnitentiam: *Christum esse deum, testimonia ex Euangelistis.* at qui post me uenturus est, fortior me est, cuius nõ sum idoneus calciamenta portare, ipse uos baptizabit spiritu sancto, & igni, cuius uentilabrũ in manu eius, & purgabit aream suam. Insuper & ipsum Dominum alicubi dixisse ad nos affirmat: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati es- *Matth.11.* tis, & ego refocillabo uos, tollite iugum meum super

super uos. Et de cõsummatione seculi huius prę- A
Matth.13. dicens: Itaque sicut colliguntur zizania, & igni exuruntur, ita erit in consummatione istius seculi, mittet filius hominis angelos suos. Nunquid uir strenue, decebit aliquem alium posse liberare à peccatis, quàm solum eum, qui secundum ueritem est Deus? Domini enim legum essent, qui potuissent illas, & non alij quàm ipsi. Quomodo autem & suum populum saluare dicitur, quũ solus dei dominus sit eorum qui super terram? Est item in quam & super hominis manum & mensuram, posse baptizare in spiritu sancto eos, qui in illum credunt. Præterea & habere propriam aream, hoc est homines, qui intelliguntur in paleis. Non enim ullum hominẽ decet, sed solum Christum. Deus enim erat factus caro, hoc est homo. B
Sed cuius, dic mihi, iugum suscipient homines? an non soli subiectos esse Deo meritò quis illos esse dixerit. & quomodo dixerit Christus iugum suum tollendum super nos? Quomodo autem essent eius & qui in cœlo sunt angeli? Mittet enim, inquit, angelos suos. Et hæc quidem nobis Matthæus, quamuis reticeamus plurima alia testimonia, ne fastidium pariat ea coacernasse.

Mar.1. Etiam Marcus ijsdem sententijs ubiq; agit, & cum Matthæi uerbis consonat. Vnde scribit: Initium Euangelij Iesu Christi filij dei. At qui dei filius secundum naturam & uere, quomodo nõ omnibus manifestum, quod omnino & Deus sit? Dicit autem iterum Dominum quidem sanctis
Mar.8. apostolis dixisse: Tradetur in manus hominum peccatorum, & illudent ei, & crucifigent eum. Et C
diuinum Petrum cõtradixisse illi: Propitius esto tibi domine, ne sit tibi hoc. & ad hoc dixisse Christum: Vade post me Satana, offendiculum meũ es tu, quia non sapis ea quę dei, sed quæ hominũ. Non enim sapuit quæ Christi, diuersa dicens Petrus. Igitur Deum Christus nominauit seipsum, qui dixit Petrum non ea sensisse quæ sua, nimirũ
Mar.8. dei, sed quæ hominum. Narrat autem iterum dixisse: Qui erubuerit me & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, quãdo uenier in gloria patris sui cum sanctis angelis. At nisi sciret se deum, quomodo in gloria patris uenturum se diceret, satellites habentem sanctos angelos? Quomodo in nobilitate deitatis filius hominis? quomodo in summis & super omnem creaturam e- D
minentijs Iesus Christus, hoc est, qui ex mulicre secundum carnem? At indubitatum est ijs, qui diligenter ueritatem inquirere uolunt, quod eum qui deus est secundum ueritatem scientes, domi num in dignitatibus deitatis morari, dicant ipsum, tempore dispensationis exacto, secundum quod est consectaneum, factum in similitudine nostra, humanitatis semel mensuram non habere despectui.

Quod autem & diuinus Lucas senserit idem de illo, statim manifestũ erit, & ualde facile. Nar-
Lucæ 1. rat enim angelum dei ad Zachariam dixisse, qui erat pater Ioannis: Et erit gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt. Et post

A alia: Et multos filiorum Israel conuertet ad dominum deum suum. Quẽ igitur euangelizabat per uniuersam ludæam diuinus Baptista: Nõne Iesum, quem certe & demonstrabat, dicens: Ecce Ioan.1.
agnus dei, tollens peccatum mundi? Quos conuertebat tanquam ad Dominum deum? An non ad illum dicens: Ego uidi, & testatus sum, quod hic est filius dei. Et ipsum Zachariam prophetam inquit de proprio filio dixisse: Et tu puer propheta altissimi uocaberis, præibis enim ante faciem Domini ad præparandas uias eius, ad dandam sciẽtiam salutis populo suo in remissionem peccatorum eorum. Refer autem, sanctum angelum ad sanctam uirginem dixisse de Christo: Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Vide igitur quomodo altissimi prophetã Ioannem dixit uocari prophetans pater, altissimum esse et nus angelus nominat. Aequalis enim gloria cũ genitore, & per omnia æqualem mensuram habens qui ex ipso natus est filius intelligitur meribens, Non enim quia natus est homo dispensatiuè, minor in aliquo illi est. Sed dispẽsationis modus in proprijs erat sermonibus: alioqui absq; uariatione & cõuersione secundum naturam est Verbum, quod ex deo patre, in propria natura nihil habẽs, ex eo quod propter nos, nobis simile factum est: sed ut Paulus dicit, Iesus Christus heri & hodie, idem & in secula.

Opinor autem & à Ioannis uocibus, eum qui impie oppugnat, redargui. Non enim sicut ipse C
dicit, uidens circunferri monimenta sanctorum Petri & Pauli, inductus est ad dicendum, quod sit deus Iesus Christus. Non est enim utriusmile, quodd propter illam causam illos imitatus sit, ut sic diuina loqueretur: sed potius excitatus à spiritu sancto. Dixit enim Christus sanctis discipulis: Non uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis: neq; primus dixit deum esse Iesum, sed & ij qui ante ipsum scripserant, Lucas uidelicet & Matthæus & Marcus, Dominum autem & Deum nominarunt illum, summam illi gloriam tribuentes ubiq;. At ille uniloquium suum habere solet ut præclara facino ra. Nã cõtendit quidẽ dixisse diuinũ Baptistã: Et Verbum caro factum est. Vltra nihil hunc pudere arbitror. dicit autem, nusquã ipsum uel Iesum uel Christum usq; dum deum & Verbum uocat, quum tamen subtiliter & acute elaborateq; ueritatis de hisce rebus sermonem fecerit. Vt enim ne carnis natiuitati contemporale esse quis suspicaretur, Verbum quod homo factum, uel super apparens & recens esse dicat, deum esse prænon strauit necessariò, quod & erat in principio deus existens Verbum, & quod coæternum cum patre & apud deum fuerit. Vnum enim est cum genitore suo, identitate naturali, cum quo secundum subsistentiam suam subsistit & intelligitur, facta autem & omnia per ipsum. Hæc ante omnia prædicens artificiose, sic demisit sermonem suum ad enarrandum sacramentũ dispensationis cum



cum carne. Dixit enim carnem factum esse Ver- A
bum, hoc est hominem, non quod sustinuerit mutationem in id quod nõ erat. Deus enim conuersionis expers est, & nihil ille decedere, non est ei externum, sed potius subsantialiter insitum. Quod autem accepta mundissima carne ex sancta uirgine processerit homo, et manserit id quod erat, satis indicauit dicens: Et habitauit in nobis. Quo non ex mutatione & conuersione, in carnis naturam transisse ipsum subindicauit, sed quod habitauerit, hoc est, factus sit in corpore suo tanquam in proprio templo.

At ille dictorum nihil intelligens, maxime temerarium, contra theologum, facit sermonem, & ad hæc dicit Ioannem absq; iudicio de unigenito sermonem fecisse, & nec Christum nec Iesum nominasse. Verũ quod etiam nunc temere nugetur, & omnino inconsideratã uituperationem faciat, ex ipsis sacris literis uidere licet. Accipit enim sicut ueraces sancti Baptistæ uoces, quæ factę sunt de nostri omnium saluatore Christo, carnem sci- B
licet factum esse Verbum dicens: tunc sane & ualde tempestiuum & Christum ipsum nominat & Iesum, & in diuinis dignitatibus esse dicit, quamuis dispensatiue nobis similem factum.

Ioan.2. Scripsit igitur sic & ille: Quũ autem esset Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderũt in nomine eius, uidentes illius signa quę faciebat
Ioan.2. cum infirmis. Ipse autem Iesus non credebat se illis, eo quod ipse nosceba omnes. Et iterum: Quũ esset sero in die illa una sabbatorũ, et ianuæ essent clausæ, ubi erant discipuli eius cõgregati propter metum Iudæorum, uenit Iesus & stetit in medio, & dicit eis: Pax uobis. Narrat autem & alio loco,
Ioan.17. ipsum dominum ad patrem qui in cœlis & deum dixisse: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te uerum deum, & quem misisti Iesum Christũ. Quod autem seruârit diuina, quamuis factus nobis similis Dei filius per ipsius sermones docebitur. Sæpissime enim se & uitam & lucem nominat, præterea & æqualia operantẽ, & æqualis gloriæ cum patre, redimitum incomparabilibus eminentijs super omnia. Verum contentiosus ille et nihil bonum cogitãs, semper autem aliquid indagans, & inuenire tentans, per quod scilicet res Christiano D
rũ, ut putat, peiores reddere possit, & altera quodammodo uadit uia, ac dicit:

IVLIANVS.

Sed quod de Iesu Christo dicit Ioannes, neque ipse contradico, quamuis uideatur quibusdam impijs, alium esse Christum, alium autem qui à Ioanne prædicatur Verbum. Cæterum sic habet. Nam quem ipse dicit esse Deum Verbum, eundem à Ioanne baptista agnitum inquit esse Christum Iesum. Consideremus itaque uere reuerenter, quod placide & clanculum actui suo colophonem impietatis imponit, ita est uersutus & impostor, adeoque rursus se apparat & addit: Deum nemo

uidit unquam, unigenitus filius qui est in sinibus patris, ille enarrauit. Vtrum igitur hic est Deus Verbum caro factus, unigenitus filius, qui est in sinu patris? & siquidem ipse quem scilicet opinor, uidistis alicubi & uos Deum. Habitauit enim in nobis, & uidistis gloriam eius. Cur igitur in compendio addis: Deum nullus uidit unquam, etiamsi non Deum patrem, sed Deum Verbum? Si autem alius est unigenitus filius, alius autem deus Verbum, sicut ego quosdam audiui de uestra secta, uidetur neque Ioannes hoc dicere ausus.

CYRILLVS.

Itaq; fortasis opinatur quis ipsum hæc conferre, animo discẽdo auido et rectis cogitationibus adduci, ut eundem esse dicat Christum Iesum dei Verbum hominem factum, sed quod maligne etiam nunc hoc attentet, uidere licet per ea quæ dicit. Opinatur enim ostendi posse optimum Euangelistam suis uocibus esse contrarium, & pugnare cum ijs quæ ipse dicit, sed non assequetur dolosa bestia, secundum quod scriptum est.

Dicit enim, & ualde prudenter, quod Deum nullus uidit unquam. Inuisibilis enim ex confesso Deus est. Vidimus autem filium, mentis oculis, in Dei & patris gloria conspicuum, & genitoris sui pulchritudine relucescentem, et per ipsa opera hoc demonstratum est. Est enim character & splendor gloriæ eius, & non secundũ nostram imaginem illi similis. Deus enim, ut dixi, incorporeus est, & sine specie, & sine quantitate, & sine magnitudine, & in summa super mentẽ et rationem: sed secũdum quod intelligitur deus omnia existens, quæ et pater, absq; hoc solo quod est pater. Vnde & uno apostolorum dicente: Domi- 1.Ioan.14.
ne, ostende nobis patrẽ, et sufficit nobis. Respondit, dicens: Tanto tempore uobiscũ sum, et non cognouisti me? Philippe, qui uidet me, uidet et patrem: quamuis quomodo quis non recte cõiectârit quod siquidem esset eius mens uelle dicere, in corporis specie, patrem esse sibi similem, cur non magis dicebat, si non facio opera patris mei, non credite mihi: si aũt facio etiamsi mihi nõ credatis, operibus meis credite? Quorum enim est efficacia, se æqualiter absq; uariatione habens, illis utique est æqualis, & eadem naturæ ratio.

Igitur uir strenue, dixerim, non suis uocibus pugnãtem, inueniemus diuinum Euangelistam, etiamsi dicat Deum nunquam esse uisum, neq; si dicat: Quoniam uidimus Iesum, secundum iam propositos modos mẽdax fuerit ueritatis propugnator, sed potius in utroq; uerax est. Etem iuxta deitatis naturam inuisibilis est filius, uisibilis, fane in gloria diuina: & quãdo factus est homo, tũc 1.Ioan.1.
enim et ipsum uidimus, & gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre plenus gratia & ueritatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Vnde & Dauid incarnationis sacramentum prius clamabat, dicens: Deus manifeste ueniet deus noster, & non silebit. Insuper & propheta Esaias quasi & manum extendens demonstrat ut incarnatum, & dicit: Ecce deus noster, ecce Dominus in uirtute ueniet, & brachium cum robore. Afferam autem beatum Baruch concordem cum uocibus Esaiæ, dicit enim & ille: Hic deus non reputabitur alius cum eo. inuenit enim omnem uiam scientiæ, & dedit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo: & post hæc super terram uisus est, & cum hominibus cõuersatus. Igitur sicut hominẽ super terram cum hominibus conuersantem uidimus filium, inuisibilem quidem esse cum patre, secundum diuinitatis, inquam, naturam: uisibilẽ autem mentaliter & cum patre, in eminentia deitatis & magnificentia. Diuina enim signa perficiebat solo nutu. At uituperator iste omnis sanctitatis, absq; cura, in omnes suas adinuentiones ruens, quod reuerentiam sanctis martyribus exhibeamus nos accusat, & dicit:

Psal. 49.
Esaiæ 40.
Baruch 3.

IVLIANVS.

Sed hoc quidem malum accepit à Ioanne principium, quæ autem uos deinde adinueneritis, addentes ad antiquum illum mortuum, multos recens mortuos, quis pro dignitate abominaretur: omnia monumenta implestis, quanquam uobiscum nunquam dictum sit, aduolui sepulchris, & ea amplecti debere. In hanc autem uenistis malitiam, ut super hac re neque Iesu Nazareni uerba audienda esse putetis. Audite igitur quæ ille de monumentis dicit: Væ uobis scribæ & Pharisæi, & hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis. foris sepulchrum apparet formosum, intus autem plenum est ossibus mortuorum, & omni immundicia. Si igitur immundicia Iesus esse dicit plena sepulchra, quomodo uos apud illa inuocatis Deum? Adijcit item illis, quod & discipulo quodam dicente: Domine permitte mihi, ut primum abeam, & sepeliam patrem meum: ipse dixerit, Squere me, & sine mortuos sepelire mortuos suos.

Matth. 23.
Matth. 8.

CYRILLVS.

Multa quidẽ de his antea locuti sumus ei, prolixumq; superius insumpsimus sermonem, operæpreciũ autem arbitror & nunc quædam dicere. Nam corporum loculos immundicia liberari non dicimus, uerum hanc ob causam, mortuorum uirtutẽ à memoria amandare neutiq; dignũ fuerit: sed neq; quia lege naturæ q̃d de terra est, in terram est resolutum corpus eorum, qui admirabilem uitam hic egerunt, honor illorum nihili faciẽdꝰ est: alioqui quomodo laudauerit quis eos, qui optime & glorioßisime uiuere uoluerunt, & ipsam mortẽ sæpißime contempserunt, ut ad memoriam posterum memorabile quiddam de illis scribatur. Etenim didici in Homeri carminibus dicentem quendam:

*Sanctorum memoria iustè obseruatur.*

Neq; inhoneste & absq; gloria occubui,
Nam & me licet apud posteros audiri.

Nunquid eum qui honeste & cum gloria ex humanis commigrauit, & insigne quippiam fecit, de quo quis recte glorietur, dignum fuerit silentio & obliuioni relinqui, uel optimorum admiratione celebrare, longoq; et perpetuo honore glorificari ab his qui tantum non simul cesserunt, & fortitudinis illorum fuerũt socij? Etenim qui eximiæ uitæ confecerunt iter, passionesq; nihili fecerunt, ij sunt qui laudari solent: quomodo non iuste etiam socij bonorum illorum operum erunt? id quod superius dixi, & nunc iterum dico. Vnde dicunt Athenis maxime eloquentibus & facundis anniuersarios agones institutos, qui pro Græcis periclitati obstantes Barbarorum insolentiæ, numero minores fuêre bellatorum innumerabili turba: & quum uincere non possent, pro uictoria contenderunt, ne minus utiliter morerentur, memorias & encomia apud illos asseruti. Et ita etiam iurabant quidam. Dicebant enim: Non per progenitores, qui in Marathone occubuerunt. Non per eos qui Salamine naufragati sunt. Non per eos qui in Artemisio. Non per eos qui in Plateis cæsi sunt. Non per multos alios qui in uulgaribus sepulchris siti sunt.

Igitur quando & facundißimis Athenienßibus, quum essent idololatræ, honore et dignitate prosequi eos, qui gloriosam mortem non fugerant, & ad ipsos corporum loculos ire uisum est rectum. Nam apud illos, sermones bonorum operum fiebant. Quare Iulianus contra Christianorum iusticiã non recte clamauit, quod magni faciunt reuerentiam et honorem erga sanctos martyres, qui omnes effuso sanguine et præsenti uita, pro eo quod in fide situm commutata, melius habent. Nunc fortasis ipsos uituperandos putat, & non mediocriter ægre fert, quod eis non sunt facti apostatæ meticuloß et futiam ipsi non sunt facti apostatæ meticuloß et futiam ipsi non sunt facti apostatæ meticuloß et futiam ipsi

Universidad de Deusto
Biblioteca



CYRILLVS.

Reuixit igit̃ Christus dispensatiue, ut dixi, permittens suo corpori gustare mortem, per quam mors abolita est. Redarguat autẽ obiter ubi nam diuini apostoli tradiderint nobis, quod oporteat facere apud sepulchra, & uisiones à mortuis petere, hoc est insomnia: sed minime poterit, quippe & in hoc seductus est. Verũtamen ignorauit bonus ille se non tam nostræ quàm Græcorũ superstitionis crimina in isthoc ipso effundere et attentare, ut etiam ea quæ sibi grata sunt, & quibus studet, uellicet. Nam ludæi quidem et post illos nos sanctas, & diuinas leges sequentes, non per somnia uisiones inquirere soliti sumus, neq; pueriliter uariis apparitionibus oblectari: sed potius exosos habemus harũ doctores. Nam de illis sic habet lex in Deuteronomio: Si autem surrexerit in te propheta, uel somnians somnium, & ueniat signum uel prodigiũ quod locutus est tibi, dicens: Eamus & seruiamus diis alienis quos nescitis: nõ audietis sermones prophetæ illius, uel insomniũ illud somniantis. Igitur nos præceptũ habemus ut discedamus, iuxta Homerum loquar, ab infirmis somnijs: sed dæmonũ cultoribus hæc grata sunt, & omni studio obseruanda uidentur & magna.

*Deut. 13. Insomnia et uisiones à mortuis Christiani non curant.*

Vnde et Porphyrius uitã Pythagoræ diligenter percẽsens, sic inquit: Et Antiphon in eo libro quem de uita illorum qui uirtute præcipui, etiam uirtutem eorum qui in Aegypto, narrat, dicens: Pythagoram approbasse sacerdotum Aegyptiacorum conuersationem, cuius Polycrates tyrannus communicationem sibi fieri rogauit, scribẽs ad Amasim regẽ Aegypti, amicũ scilicet & hospitem, ut cõmunicet ei prædictorũ doctrinã. Qualis aũt ista, manifestat, apponẽs: abijt aũt et ad Aegyptios, inquit Pythagoras, et ad Arabes, et Chaldæos, à quibus et de insomnijs scientiam didicit, & uaticinio per thus, primus usus est, & in Aegypto cum sacerdotibus erat, & sapientiam didicit ac linguam Aegyptiorum. Proinde non frustra dixi fuisse artem hanc gratam imponendi suis parentibus, sed potius apud eos summo loco habitam, multosq; eius imposituræ gratia longinquas profectiones suscepisse.

Quoniam autem ad cõfirmationem eorũ quæ mentitur, etiam Esaiæ uoces proponit, existimauitq; se per illas posse redarguere eos, qui diuina lege instituti, quasi gratum illis sit aduolui sepulchris, et desiderare somnia. Audiat à nobis: quod quando sacris legibus submittentes ceruicẽ, unũ et natura & uere deum, et uniuersorum natiuitatis autorẽ et dominum colere uoluerũt, omnino fuere expertes huius criminis. Vbi autẽ falsis diis seruire cœperũt, tunc etiã licebat eos uidere conuersantes in sepulchris immundis et factos uatici niorũ per somnia amatores. Vtar igitur prophetæ uocibus ad hoc demonstrãdum, nam dixit ex persona dei: Populus iste exacerbans me corã me semper, ipsi sanctificant in hortis, et fumigant super lateres, dæmonijs quæ non sunt, & in sepulchris ac speluncis dormiunt propter insomnia.

*Esaiæ 65.*

Itaque quando receſſerunt à uero Deo, cui adherendũ erat, sacrificarunt & seruierunt Iuliani diis. Manifestum autem quando seruitum est immundis dæmonibus, tunc & in sepulchris dormiẽtes somniorum spectacula, uaticiniaq;, & malefico-rum more egerunt.

Miror autem, quum omnibus Græcorum historiæ in manibus sint, et facile uideri queat quid in illis scriptum sit, quod nobis mortuos ipse obijcit et sepulchra, qui et mortuos habet qui adorantur, et monumẽta templa, sepulti enim sunt in eis. Sufficeretq; ad demonstrationem experientia, ue runtamen ex antiquis etiam hoc literis & historijs demonstratu facile est. Etenim Dinarchus poeta non ignobilis acta Liberi enarrans, quæ ipse egit apud Indos: postquam dixit & Actæonem & Lycurgum quomodo ab illo occisi sint, contendit etiam ipsum à Perseo occisum, & in Delphis sepultum esse, apud Apollinem qui uocatur Aureus.

*Bacchus in Delphis sepultus.*

Porphyrius autem, de Pythagora iterum sic dicit: Posteaquam, inquit, Polycrates Samiorum tyrannidem inuasit, Pythagoras arbitratus in tali ciuitate uersari homine philosopho fore indignum, cogitauit in Italiam migrare. Vt autem nauigauit in Delphum, Elegiacum Apollinis sepulchro inscripsit, quo significat Sileni quidem filium esse Apollinem, occisum autem à Pythone, et sepultum in loco, qui uocatur Tripos, qui hãc cognominatiõem accepit, eo quod tres uirgines Triopi filiæ illic deflerũt Apollinem. Hæc est celeberrima illa Tripos, quæ Græcorũ ciuitatibus & regionibus oracula dans, & admirabilis eius qui dicebatur oracula dare, sepulchrũ erat, quem tres Triopi deflerunt filiæ miserabiliter, uidentes perditum & mortuum iacentem magno, ut dixi, luctu deplorantes.

*Tripos mirabilis.*

Neq; hæc sola scripsit Pythagoras, sed de illo addit Porphyrius: Vt autem descendit in antrũ quod uocatur Idæum, habens nigra sacrificia, leuitimos tres, et nouem dies ibi manslit, & descendens spectauit secundum consuetudinẽ Iouistra tum illic thronum, insculpsitq; in sepulchro Epigramma, scribens: Pythagoras Ioui. Summus hic magnus iacet Zan, quem Iouem appellant. Itaq; siquidem deliraſſe Pythagorã putant Iouis inscri bentẽ sepulchro: Hic iacet Zan, cur admirati sunt illum? Si autem dignissimum factum esse dicunt, non erit reprehensibile si dicatur. Scripsit enim uera. Et mortuus est illis summus deorum, cuius & Cretes sepulchrum fabricarunt.

*Spatium temporis.*

Dicit autẽ & Clemens uir eloquens, multasq; sciens historias, de diis & templis sic: Neq; enim hoc silebimus, sed ipsos coarguemus. Tepla quidem celebria nominata sepulchra fuisse, & sepulchra nominata esse templa. Vos autem etiam nũc oblitipudoris, superstitiose sepulchra honoratis. In arce tẽpli Mineruæ Larisseæ sepulchru est Acrisij. Athenis aũt in arce, Cecropis, ut dicit Antiochus in nono historiarum. Quid autem Erichthonius? Non ne in tẽplo Mineruæ sepultus est, quæ



quæ Polias dicitur? Ismaradus autem Eumolpi & Dariæ nõne in circuitu Eleusinij qui sub arce, & filiæ Celei in Eulesine sepulti sunt? Quid tibi non annuncio mulieres ex Hyperboreis? Aeropte & Laodice recumbunt in Artemisio, curatæ autem in Delo, hoc unum est sacrorum Apollinis Delij. Leander autem Clearchum Mileti sepultum esse in Didymæo. Hic Leucophrynes sepulchrum, indignum est præterire, sequẽtes Zenonem Myndium, in templo Dianæ Magnesiæ sepulta est. Neque etiam altare in Telmisso Apollinis sepulchrum situm, & illud Telmisso uates tradunt. Porrò Ptolemæus Agesarchi in primo de Philopatre dicit: In templo Veneris Paphiæ Cinnyram, & Cinnyræ nepotes sepultos esse. Nunquid adhuc audetis nobis sepulchra opprobrare et mortuos? uel reprimitis risum uestris diis mortuis condolentes, et loculos esse mortuorum credẽtes, quos sacra loca nominatis? Scribit item nos etiam mandatorum legalium contemptores, & sic dicit:

IVLIANVS.

Vos autem quæ deus ab initio quidem abominatus est, & per Moysen & prophetas, cu ratis: offerre autem sacra altario & sacrificare cauetis, Ignis enim, dicunt, non descendit, sicut de Moyse dicitur de cœlo sacrificia consumens. Semel hoc in Moyse factum est, & iterum in Helia Thesbita, alioqui ignem scilicet alienum inferre lex prohibet, usum autem Abraham patriarcham igne alieno, manifestabo paucis. Commemorat item & Isaac historiam, accipiens iterum in exemplum Abel, & sic dicit, quod & illi sacrificantes, non tam ex cœlo habuerunt ignem, quàm externe illum attulerunt altaribus.

CYRILLVS.

Admodum curiose inquirit interim quæ inutilisq; ratio. Nam Abelis sacrificium laudat deus, sed id quod Cain erat, repudiauit: & quod uoluerit significare hoc, nõnne si recte offeras, recte autem non diuidas peccasti, quiesce. Tentat autem hunc sermonem aptare aliquo modo cum diuinis theorematis. Viuenti enim Deo, inquit, gratius omnino esse animalium sacrificium, quàm id quod ex fructibus, & de terra: in his totus eius sermo completur. Et quum promittit se breuiter dicturum, temere prolixior est, ut manifestum sit eum ubiq; ueritatem odisse. Nam nos quidẽ nullo modo diuinis nutibus contradicere uidebit quispiã. Obtemperamus autem Mosaicis, legem spiritualiter adimplentes, & sanctorum propheta rum prædicationibus gubernamur, ad hoc, ut cognoscamus ueritatem, & sacrorum dogmatum ir reprehensibilem scientiam.

Quoniã aũt, inquit, quod nos negligimus cruentis sacrificijs uti, opinaẽ fortasis à tali nos cultu remoueri, quia ignis nõ descẽdit de cœlis, dicimus necessario q̃d aberret à ueritate. Nõ em̃ operam impendimus, ut boues immolemus, non q̃d ignem non demittat deus, sed quia ea quæ in typis et umbris, post̃q; transierunt ad ueritatẽ, præceptum habemus, summo deo spiritualem et irreprehensibilem cultũ cõsecrare. Spiritus enim, inquit, est deus, et adorantes eum in spiritu et ueritate oportet adorare. Sciat etiã fuisse sacramenti Christi prædictionẽ, quod descendebat ignis super altare, demittente illũ scilicet omniũ optimo artifice deo, & per sensibiles et uisibiles res eaq; super sensum et intelligibilia, formãte. Nam quũ excitatũ esset sanctum tabernaculũ in deserto ab optimo Moyse, ignem dedit deus, inextinguibilemq; & perpetuum esse præcepit: prohibuit autem magis, et diuina lege puniuit inferri ignẽ alienum. Nãita perierunt filij Aaron. Veruntamen ut dixi, umbræ parturiebant uirtutem sacramenti Christi. Nam in specie ignis semper aliquo modo accepit deum sacra Scriptura. Visum enim sic esse inquit filijs Israel in monte Sina, unde eximius et non alteri mixtus altarij ignis erat. Deus enim solus et unus, et secundũ naturam super omnia, altari Deo connumerari non potest: alioqui quomodo sacrum et diuinum tabernaculũ offenderet quis sacrificijs adhibens externũ ignem, nisi quodammodo cogitaret quis: quod si inferretur ignis alienus, lædatur ueritas figuræ, non obseruans modũ conueniat eam figurari. Quandoquidem est solus uerus et unus deus, connumerari autem ei omnino nullus, qui tabernaculũ uerius, hoc est, ecclesiam mẽtali illustrat lumine, accipit autem ab omnibus rationales hostias. Itaq; alius cum ipso deus intelligatur nullus, remouetur autem à nobis tanquam alienus ignis. Alia enim natura deitatis præter eam nulla est.

*Ioan. 4.*

*Leuit. 10. Num. 16.*

*Deus ignis.*

*Ignis alienus.*

Idem autem esset sermo, et de sacrificijs per Heliam antea immolatis. Demisit enim & tunc ignẽ uniuersorum deus, implente propheta olim figuram sacramenti Christi. Igitur quod non descendit ignis, oues occidere non detrectamus: sufficit enim nobis per ea quæ tunc fiebant, quemadmodum in tabula ueritatis pulchritudinem bene effigiatam mentalibus oculis considerare. Sacrificamus autẽ nunc multo melius quàm illi olim. Descendit enim cœlitus non sensibilis ignis, imaginem ineffabilis naturæ cõplens, sed ex patre per filium spiritus sanctus, illustrans ecclesiam. Adhibemus autẽ & sacrificia spiritualia scilicet & mentalia. Nam illi qui ex sanguine Israel offerebant Deo boues & oues, turtures & columbas, & ex fructibus & similã oleo sparsam, & lagana & thura. Nos autem tam crasso ministerio relicto præceptum habemus, ut tenue ac spirituale & subtile perficiamus. Offerimus enim in odorem suauitatis deo, uirtutes omnigenas, fidem, spem, charitatem, iusticiam, continentiam, obedientiam, facilitatem, perpetuas laudes, & alias uirtutes. Istud enim sacrificium minime carnale, simplicem et secundum naturam incorporeum decet Deum. Et

*Qualia sacrificia Christiano rum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



mentalis fragrãtiæ oblationes sunt uere honestæ A
Osee 6. uitæ modi. Ita enim alicubi dicit ipse: Misericordiam uolo, et nõ sacrificium, agnitionem Dei magis quàm holocaustomata. Et optimus Samuel:
1.Reg.15. Ecce an non auscultatio bona magis quàm sacrificium, & obedientia plus quàm ossa arietũ: Psallit autem & diuinus Dauid: Sacrificia deo hostiã laudis. Et iterum: Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hostiam iubilationis. Præcepit autem
Rom. 12. & Paulus, dicens: Exhibete corpora uestra hostiam uiuam, sanctã, placentem deo, rationale obsequium uestrum. Quod autem, in umbris secundum legem, eos qui ex sanguine Israel, absq; prudentia immorari non permiserit Deus, & ex ipsis sciemus sacris scripturis. Etenim præcepit quidẽ
Exod. 12. immolari agnum ad figuram Christi. Veruntamẽ B sic comedetis illum dicit: Sint lumbi uestri præcincti, & calciamenta in pedibus uestris, & baculi in manibus uestris. Vide igitur quomodo in peregrinorum humilitatæ comedere iusserit, ut res ipsæ significent, quod figuræ non semper duraturæ sint, sed quodammodo ad ueritatem currant. Igitur cum peruenisset figura ad ueritatem: nos pro igne sensibili, spiritũ accipientes, rationabile implemus ministeriũ. Ita enim dicitur Christus baptizare nos in spiritu sancto & igne.

Quod autem aries monstratus est Abrahæ, quem & sacrificauit pro Isaac. Dicimus quod & ille fuerit figura Christi, qui per nos, & propter nos, mortem secundum carnem sustinuit, ut nos morte & corruptione liberaret. Iam si sacrificasset Abraham ignem alienum, ut dicit, sacrificijs immittens, & non omnino illum qui est exigne, hoc omnino nihil ad nos. Nam cauentibus sacrificare Deo quæ lege definita sunt, & excusationis prætextum facientibus quod cessârint ipsæ, quod non superne & ex cœlo descendat ignis, attulit in argumentum fortissimum, nos diuinas leges cõtemnere, sed alieno igne usum esse Abraham. Quoniam autem melius nos quàm illi seruiuimus, sacrificantes deo spiritualia, et pro igne
2.Cor.5. sensibili spiritum recipientes, ne redarguat, dicẽs: Quare non adducamus sacrificia altaribus. Obluctatur enim diuinus Paulus tantum non clamãs, et dicens: Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Trãsmutati enim sumus ad nouitatem uitæ euangelicæ, & inducti ad perfectas disciplinas, relicta legalis literę institutione, et adolescen
Ephes. 4. tibus quidem adhuc conuenientis, nobis autem non item, qui in uirum perfectum occurrimus, & peruenimus usque in finem ætatis plenitudinis Christi. Commemorat autem ad hæc, & par fratrum Abel inquam & Cain, qui nati sunt ex Adã. Proinde & sic dicit:

IVLIANVS.

Et non hoc solum, sed & quum filij Adam primitias Deo darent, respexit, inquit, Deus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem
Gen. 4. & sacrificia eius non attendit, & tristem fecit Cain ualde, & concidit uultus eius. Et dixit Dominus Deus Cain: Quare tristis factus es, & cur concidit uultus tuus, nonne si recte obtuleris, recte autem non diuiseris, peccasti? Audite itaque, desiderate quæ illorum fuerint oblationes. Et factum est post dies, obtulit Cain de fructibus terræ sacrificium Domino, & Abel obtulit etiam ipse de primogenitis ouiuum, & de adipibus earum. Pro
C fecto inquit non sacrificium, sed distinctio nem reprehendit, ad Cain dicens: Non ne si recte obtuleris, recte autem non diuiseris peccasti? Hoc dixit ad me unus ex ualde sapientissimis episcopis. At ille decepit primum scipsum, deinde & alios. Nam diuisio reprehensibilis quodammodo erat. Sed is à quo ratio petebatur, non habebat quo effugeret, neque quod ad me frigide diceret, uidens autem ipsum dubitantem. Istuc ipsum, inquam, quod tu dicis, Deus recte reprehendit: par enim alacritas in utrisque erat, quia dona susceperant, & sacrificia utrique, ut offerrent Deo. Atq; diuisione ille quidem obtinuit scopum, iste uero aberrauit. Quomodo? Nam eorum quæ super terram sunt, alia quædam animata, alia uerò inanimata. Magis uerò digna sunt anima
C secundum quod & uitæ participium habuerunt, ac animæ magis familiaria sunt, propter hoc Deus in offerente perfectum sacrificium, oblectatus est.

CYRILLVS.

Itaq; arbitratus quidem est, sufficere sibi ad subsidium uituperationis cõtra nos factæ, quia sacrificare nos ludaice negligimus, quod demonstrauerit quidem sacrificanti Abrahæ in eius sacrificijs, ignem cœlitus delatum non afflitisse, sed alienum & communem. Repulimus autem, ut opinor, causas egregie, & non intelligere legem ipsum, uel aliquid uerum scire aut dicere monstrauimus. Infert autem primo Abelem sacrificasse, & ipsum dicit sacris legibus restitisse, cupiẽs per hoc etiam Christianos refellere. Quoniam autem curiose inquirit sacrificij modum, arbitraturq; aliquid arcani se scire, age, sicut ipse dicit, & in hoc ipsum friuole loqui ostendamus. Nam iterũ diuina dicit scriptura, Abelem quidem obtulisse fructus quidem oblationem, aspectu Dei honoratam esse, contemptam uero Cain hostiam auertione, & dicente sancto Mose causam euentus fuisse, diuisionem. Non admittit quidem sermones, gloriatur autem & tentat dicere ipse, quod simpliciter et absque examine bene habere suspicaris est. Nam



Nam quoniã uita est, inquit, & tuisificus deus a- A
animatorum oblationibus gaudet, & nõ inanimatorum, & de terra. Cæterum hæc dicens cum suis pugnat magistris. Nam Pythagoras ubique sacrificia per animalia dijs suis exosa esse dicit honoratq;, ac multò maioris habita ea, quæ de frugibus & thure. Vnde etiam Porphyrius de ea re cum Græcis sæpissime loquitur, ac dicit: Etenim posterius & recentissimum per animalia sacrificium causam autem accipiens non plausibilem, quod ex frugibus, sed quod ex peste uel aliquo alio infortunio calamitas sit. Itaque oblectari dicit non cruentis sacrificijs, utpote postremis, & non plausibilibus: floribus autem & herbis, & fructibus. Sed hæc quidem ille. Exquiratur autem à nobis lex Moysi, & mores sacrificiorum, qui in illa scri- B
temur. Igitur animalia non immunda sacrificauerit Deo, eos qui hoc possent, alios uero qui inopia presti similam sparsam oleo. Nam si non haberet, inquit, manus eius, similа erit donum eius, & infundet super illam oleum. Quod autem de fructibus qui sunt de terra, & primitijs olim honorarunt omnium bonorum nostrorum datorem Deum, ex Mose sciemus legibus. Dicit enim sic: Et loquutus est deus ad Mosen, dicens: Dic filijs Israel, & loqueris ad illos: Quando ingressi fueritis in terram quam ego do uobis, & messueritis messem eius, & afferetis manipulũ decimas messis uestræ ad sacerdotẽ, & reportabitis manipulum coram domino, acceptum uobis. Dixit autem & in Deuteronomio: Et erit quando ingressus fueris in terrã, quã dominus deus dat tibi in sortem, & hæreditabis eam, & habitabis in ea, et accipies ex ea decimas fructuum terrę tuæ, quã dominus deus tuus dat tibi, & immittes in cartellum, & ibis in locum quem elegerit dominus deus tuus, inuoca nomen eius illic, & ibis ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis, & dices ad illum Annunciabo domino Deo meo, quod ingressus sum in terrã quam iurauit dominus patribus nostris, ut daret nobis: & accipiet sacerdos cartellum de manibus tuis, & ponet illum coram altario domini Dei tui. Quando igitur præcepit & sacerdotum decimas & fructuum maturorum cõsecrare, quomodo sacrificium Cain repudiauit, quia non animata, sed inanimata obtulit? Demõ D
stratum enim est ex legibus & ualde manifeste, quod ex animatis simul & ex inanimatis oblatio nec accipiat deus. Vnde & diuinus Dauid, quod præcarantiquis cum irrationalibus animalibus offerre fructus, facit dicentẽ legislatorẽ filijs Israel: Non accipiam de domo tua uitulos, neq; de gregibus tuis hircos: meæ em̃ sunt omnes bestiæ syluæ, pecora in montibus, & boues cognoui omia uolatilia cœli, & pulchritudo agri mecũ est. Pullchritudinem agri maturos fructus nominat.

Quod autem propter diuisionem repudiatus fuit Cain, non mentietur quis si dixerit. Etenim nõ quia nõ sacrificauit agnos, sacrificium eius reprehensibile erat, sed quia de fructibus absque dele-
ctu, auferens optima, obtulerit Deo, quum Abel non negligenter, sed prudenter potius agnos totos concremârit. Obtulit enim de primogenitis & adipibus eorum, hoc est, optima quæq; & crassissima. Colẽdum autem sic à nobis esse deum, in quam, ut putemus non approbantem deteriora, sed pulcherrima & omnium electissima. Vnde & olim quum offerrent sacrificia Israelitæ non e-
lectissima, deus reprehendebat dicẽs: Et infertis Malach.
rapinas, & claudicatia, & languida, & dicitis: Hęc ex afflictione sunt, & exufflauit ea, dicit dominus omnipotens. Et adhuc grauiorem deducit reprehensionem, addẽs: Afferigitur ea ducì tuo, num accipiet ea, & accipiat faciem tuam? dicit dominus omnipotens. Etenim si quis uoluerit honorare principatum sortitos, omnino offendit eos si
deteriora donat. Turpia enim & maculam habentia, etiam hominibus repudiabilia & exosa sunt: & quomodo non est necessarium uniuersorum regi, & deo, prudenter offerre præstantissima & electissima quæ cuiq; data sunt? Vnde iterum di-
cit per unum prophetarum: Maledictus, qui ha- Malach. 1.
bet in grege suo masculum, & uotum eius in ipso, & sacrificat languidum domino, eo quod rex magnus ego sum, dicit dominus omnipotens.

Oportebat igitur primos homines, ut Abel sacrificantes, congruis donis uti, & scire sacrificiorũ modos, quomodo conueniat deum colere, ut scirent posteri, hoc est nos, in his rebus probatiorẽ usam. Iam quod sacrificarunt primi, oues & fructus, quid prohibet illos, qui meliora didicerunt
C nunc offerre melius quiddam quàm uctores illi? Quodsi omnino putat ueterum moribus absque Qualis Chri-
omni mutatione insistendum, age nihil prętermittentes sequamur illorum opera: pastores illi erãt, stianorum sa-
crificia.
& terram colere soliti erant, utiq; pellicеis uestibus: Et fecit, inquit, deus Adæ uestes pelliceas. Sit igitur & nobis pastoralis uita, agriculturaq; nostrum opus, & interdicatur quidẽ uestitus decentior, & sint omnibus pelles pro uestibus. Nulla apud illos medicinæ erat ratio, neq; ullarum aliarum scientiarum cura, non literarum usus, non fabriles experientiæ, non artiũ studia, quæ in medium tempus protulit. Igitur aberrauerunt quidẽ à scientia recte sacrificandi, ut placebat deo. Non enim cognouerũt rationalis cultus modos, uerũ-
tamen sacrificia illorum accepit deus, non respiciens ad hoc quod fiebat, sed animũ colere uolentis examinãs. Procedens autem tempus, fecit nos scire quæ placebant illi. Sacrificamus enim mentaliter, & spiritualiter, uirtutum fragrantias, quodãmodo cõsecrantes illi. Postea non erubescit deridere res nostras ad meliora processisse. Vir strenue, iniuria nos afficis & criminaris. Omnino enim nihil scis, quod oportebat, id quod ex sequẽtibus cuiuis manifestum erit. Scripsit enim sic:

IVLIANVS.

Redeundum est mihi ad illos. Quare enim non circuncidemini? Paulus, inquit, dixit circuncisionem cordis, sed non carnis datam esse, idq; Abrahæ. Non iam adhuc carnalia

Universidad de Deusto
Biblioteca



dixit credi, sermonibus non pijs abs ipso & A
Petro prædicatis. Audi autem iterum, quod
circuncisionem secundum carnem deus dicitur dedisse in testamentum & in signum Abrahæ. Hoc est testamentum quod obseruabis inter me & uos, & inter semen tuum in generationes uestras, & circuncidemini carne præputij uestri, & erit in signum fœderis inter me & te, inter me & semen tuum. Addit autem illis, quod etiam ipse Christus legem seruare iusserit, interdum dicens: Non ueni soluere legem uel prophetas, sed implere: interdum uerò, Qui soluerit unum mandatorum horum minimorum, & docuerit sic homines, B
minimus uocabitur iu regno cœlorum. Quãdo igitur dicit legem seruandam, absque dubio præcipit, uel unam præuaricantibus legem, intentandam pœnam. Vos autem semel omnes illas præuaricati, qualem excusationis modum inuenietis? Vel igitur mendax erit, inquit, Iesus, uel certè uos omnino non estis seruatores legis.

CYRILLVS.

Reprehendit insuper, quod neq; sabbata obseruemus, neq; Iudaice agnum immolemus, neq; panes azymos comedamus. Et dicit: Sola uobis excusatio cessandi ab his quod nõ liceat sacrificare C
ijs, qui sunt extra Hierusalem: & hæc quidem omnia longis sermonibus dixit, nos uerò dictorũ sensus in unum collectos sermonẽ à superfluo & inutili nugacitate liberauimus. Operæpreciũ autem fuerit proferendo ueritatem contra singula, quæ ab eo frigide dicta sunt, iterum ostendere, quod res Christianorum frustra cauilletur.

Itaq; circuncisionem in carne datam esse Abrahæ signum fidei in præputio diuinus dixit Paulus. Etenim studium illi erat decutere superbum
Rom. 4. Iudaice gentis supercilium, & ita narrat antiquio rem fuisse iustificationem in fide quàm in lege. Quam fidem recte dicit assecutum fuisse & Abraham non in circuncisione, sed in præputio. Verũ
Rom. 2. tamen quamuis admirabilis artifex fidei sit, profert ad hoc circũcisionem, quam eius fidei & men D
talis rei factam nouit imaginẽ. Neq; enim qui in manifesto, inquit, Iudæus est, neq; in manifesto, in carne circuncisio: sed qui in occulto Iudæus, et circũcisio cordis in spiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo.

Age enim si placet, examinetur à nobis quam rationem habeat carnalis circuncisio, quam non curamus. Quamuis siquidem esset melius his qui uiri sunt, puerilem corporis particulam incircuncisionis habere figuram, et reprehensum est apud deum præputiũ, cur non potius istud, sicut illi placet, formatum est ab initio? Et altero quidem modo dicimus: In humanis corporibus ex passione



non offensis, nihil omnino licet uidere, uel quod superfluũ sit, uel deficiat. Integra autẽ omnia, & utilissima & necessaria naturæ, & ita secundum quod mihi uidetur, neq; habuissent recte, nisi accessissent eis omnia quæ natura insita. Nunquid igitur nusquam ab utili & decoro aberrauit opifex, et circa solũ humanũ corpus aberrauit? Quilis igitur ex circuncisione utilitas?

Num fortassis prætexent quidam communem hunc & ridiculum sermonem, quem & dicunt simpliciores Iudæos & idololatras morem habere. Vt enim, inquiunt, uideatur corpus liberatum à pollutionibus & sordibus naturalibus, nudam à naturæ integumentis particulam esse oportere. Dixerim quod hi maxime offendunt, increpando naturam, quæ nihil superfluũ & inutile habet, sed honeste cõtegit etiam quod uideturquodam modo turpe. Veruntamen si congrue uitant carnales immundicias, quomodo abstinebunt à carne, & his quæ ab illa, & cauebunt ab interno & occulto fonte procreationis filiorum? oporrebat enim magis alacriter spectare ad internos fontes immundiciæ, non ea per quę ueniunt, præcisioni bus offendere. At non coinquinat animam corporis natura, etiamsi solitis modis ac suis legibus ueniat. Idcirco ualde friuolum est propter sordes carnales circuncidi, sicut illi dicunt.

Iam quid sibi igitur uult, dicet aliquis, circuncisio? Bona sanè est & utilis, amice, si typus esse credatur rei spiritualis. Absurdarum enim concupiscentiarum & uoluptatum, quę scilicet sunt in humana mente, abiectionem significat: quam per spiritum sanctũ in nobis omnibus Christus operatur. Innumerę enim sunt uoluptates, quę humanam mentem decipiunt, & partim quidem serentes ad amorem carnis, partim autem ad uulgares & stultas delicias, ad absurda lucra, ad pompas in utiles, et in summa ad omnia prauarum rerum genera, quæ et ipsa diuina lex prohibuit. Ab his omnibus sancti spiritus liberat gratia mentem inhabitans, & omnem immundiciæ speciem abradẽs, hæc est Deo gratissima circũcisio. Vnde prophetarum Hieremias Iudæorum populis parum scienta Hieremiæ bus quomodo legitima implẽda essent, loquebatur, dicens: Circuncidimini Deo, & circuncidite duritiem cordis uestri uiri Iuda, et qui inhabitatis Hieruſalem. Igitur dubitauerit nullus, quod sit circuncidit: quod facere nolentes Israelitas acriter redarguit uniuersorum Deus, dicens: Omnes gentes incircuncisæ carne, & omnis domus Israel incircuncisa corde suo. Dixit autem alicubi Hier. 9. & per uocem Hieremiæ: Ad quem loquar & testabor, & audiet? Ecce incircuncise aures eorum, & audire non poterunt. Insuper & diuinus Stephanus opprobrãs illis crudelitatem & inobedientiã: Incircuncisi, inquit, auribus uestris & cordibus, Proinde Paulus in lege eruditus optime dixit: circuncisio



cuncisio nihil est, & præputium nihil est, sed ob- A
Rom. 2. seruatio mandatorum dei. Quoniam autem semper quodammodo solet Iulianus etiam eos qui recte sapiunt uituperare, repetens malignum suum morem, dicit:

IVLIANVS.

Circunsio, inquit, erit circa carnem tuam. In hoc inobedientes, corda, inquit, circuncidimus. Profectò nullus scilicet apud uos male operans? nullus enim improbus. Ita circuncidi mini corda, bene seruando azyma, & faciendo pascha. Nõ possumus, inquit: Pro nobis enim semel immolatus est Christus, & prohibuit a- B
zyma. Quamuis per deos unus sim conuersõ rum, ut celebrem cum Iudæis festa, semper adorans deum Abraham & Isaac & Iacob, qui Chaldæi ex sacro genere & sacerdotali existẽtes, circuncisionem quidem didicerint Aegyptiorum facti hospites: coluerunt autem deũ, qui mihi & his qui eum sicut Abraham coluit, colunt, propitius fuit, quum magnus sit ualdè & potens, uobis autem non fauẽs. Non enim Abraham imitantes altaria erigitis illi, nec ædificatis sacrificatoria, nec sacerdotalibus mini steriis quemadmodum illi seruitis.

CYRILLVS.

Igitur uir strenue, apud te res optimè taxantur, propterea quod quidam illorum nõ rectè uiuunt circuncisione in spiritu. Nunquid esse aliquod bonum conferendum, uel æquale annunci as? Nunquid malum quod tam eximium? & ut ile uulgate esse tibi uidetur, & uituperabile quod liberat nos ab omni immundicia? At plurimi, inquit, sunt inter uos male operantes & improbi. Verum non circuncisionis, sed eorum qui non opti- Gal. 5.
me uiuere uoluerunt, hoc crimen meritò fuerit. An non omnibus hominibus utilem et necessariam esse dicis moralis sapientiæ utilitatem? quæ omnem passionum ferociam mitiget, at hæc quidem subsidia languentibus tribuit opifex. At D
qui affectuum intemperantiæ ut uincant, permit tunt, concutiuntur & tristantur, sicq; hanc artem impugnant, ut inutile esse putent, quod saluare possit. Nunquid igitur recta & iusta sapere uolentes, medicæ artis despiciemus imbecillitatem, quia quidam sanantur illi patrocinabimur, quod uel eis quia deterius habeatur? at illa quidem erat nihil inde utilitatis porens ad curandos ægros, illi autem suis uictu uoluptatibus à bonis illius artis exciderunt. Qua reigitur reprehẽdit datam à deo circuncisionem in spiritu? eo quod nonnulli inter nos sunt, qui sanctam conuersationem illam non susciptunt, & suis ipsorum capitibus inutilem faciunt desidera uissimam & optatissimam supernæ magnificentiæ dignitatem. Immolauerunt agnum Israelitæ, panes azymos comederunt, secundum quod in antiqua lege decretum erat: sed in umbris, ut dixi, præscribebantur priscis spiritualia. Refulsit ueritas, immolatus enim est pro nobis Christus agnus uerus, qui uere immaculatũ & impollutum sacrificium: discessimus à figuris, tempore ad hoc uocãte: cibum accepimus purissimum, nempe in euãgelicis præceptis, ut abstineamus animo ab omni fermẽto, hoc est diabolica malicia, multũ nobis curæ est: proinde, ut dixi à figuris cessauimus, & ueram seruitutem implemus. Finis enim legis
Rom. 10. & prophetarum est Christus, qui non mentitur, dicens: Non ueni soluere legem, sed adimplere.
Matth. 5. Et iterum, dico uobis: Iota unũ uel apex unus nõ præteribit à lege, donec omnia fiant. Nam quemadmodum præfiguratas in tabulis umbras, res ipsæ multiplices in tempore oblatæ minime quidẽ tollunt, transferunt autem, ut manifestius uideantur, modo illis cõueniẽte. Non subtilatas dicimus esse legis umbras, sed potius impletas orta ueritate, si tales parturientes pulchritudinem suo tempore ad hoc peruenerint, quo tempore fulsit Christus. Liberet igitur nos à culpa & crimine, si non figuris innixi fuerimus, neque etiam Iudaice feriari consueuimus, ad meliora rebus nostris transeuntibus. At si ægrefert in hoc, & rerum incrementa, dum ad meliora proficiunt, accusanda putat. Fortassis & ipse omnia huius uitæ opera impie taxat, si meliora reddantur. Et hoc uerum esse declarabit singulorum probatio.

Simulat autem se esse pium quendam & dicit, colere quidem se Deum Abraham, esseq; illum magnum & potentem, unum fortasse dicens & illum esse ex his dijs, qui particularibus prouincijs præsidẽt, quos sæpissime gentium principes, & ciuitatum defensores nominat. Malignissime igitur uidetur mihi etiam suæ pietatis ostentationem tractare, quum non credat illum esse deum unum, & natura, & solum & super omnia, sed cũ dijs suis connumerat.

Quod autem extructis altaribus non sacrificemus deo sicut diuinus Abraham, iterum arguit nos. Neq; enim, inquit, imitati estis illum. Non in
Filij Abrahæ. telligens quod ueram & necessariam morum illius similitudinẽ acceperimus. Nam quum simus in præputio quemadmodum scilicet & ille, credidimus deo & iustificati sumus. Scriptũ est enim: Credidit Abraham deo, & reputatum est illi in iustitiam. Computati autem & nos sumus inter filiGen. 15. os, & imitari illum deligimus: sacrificamus item & nos nunc melius quam illi tunc. Nam figurarũ tempore uigebant figuræ: demonstrata uerò ueritate spiritualem cultum necesse est uigere. Vellicat autem cum his diuinum Abraham, & dicit:

IVLIANVS.

Etenim sacrificabat Abraham quemadmodum & nos semper continuò: utebatur autem uaticinandi arte, & obseruatione cursus astrorum. Fortasis & hoc erat Græcorũ: auspicabatur aũt magis, quãdoquidẽ, & curatorem domus habuit symbolicũ adiutorem.

Quod

Quod si quis hęc non credit, ipse manifeste o- A
Genes.12. stendam, per ea quæ à Mose dicta sunt. Post hæc autem factum est uerbum domini ad Abram, dicens in uisione noctis: Ne timeas Abram, ego protector tuus, merces tua multa erit ualde. Dixit autem Abram: Domine quid mihi dabis, ego autē morior sine prole, & filius Masec uernaculæ meæ hæres meus erit. Et statim uox domini facta est ad illum dicentis: Non erit hæres tuus iste, sed qui egredietur ex te, hic erit hæres tuus. Eduxit autem illum, & dixit ei: Respice in cœlum, & numera stellas, si potes dinumerare illas, & dixit, Sic e- B
rit semen tuum. Et credidit Abram deo, & reputatum est ei in iusticiam. Dicite mihi hoc, cuius gratia eduxit eum, & stellas ostendit, oraculum dans angelus uel deus? intus enim existens non ignorabat quanta esset multitudo astrorum, quæ nocte semper apparent & fulgent: sed opinor ostendisse ea, quæ tunc mouebantur, ut uerba euidentiorem fidem haberent, omnia firmante & roborante cœli sententia.

CYRILLVS.

Itaq; sacrificia amans, & pius ualdè diuinus Abraham: atqui non iuxta Græcorum legem sa- C
crificabat. Nam ij quidem immundis spiritibus honores tribuerunt: at ille sub figura quidem adhuc, & quodammodo crasso Iudaico cultu, ei qui natura & uerè deus est, sacrificare studebat, & per regionem excitabat altaria. Opinetur autem forsitan uirum diuinatoris arte usum, & astrorū cursus obseruasse curiosius, & quà res necessarias interdum designant. At hoc crimen est Græcorum stupiditatis, pueriltsq; ludus & uana dementia nihilq; alitud. Nullo enim modo sapientissimus Abraham illa arte opus habebat. Viderit enim quis id quod dico etiam ex simplicitate sanctarum literarum. Nam quum iam ad senium peruenisset, lugebat se carere pueris, quamuis nothus ei esset Ismael: sed omnipotens deus prolem generationis D
de libera fructus promisit, qui cumaltris de multitudine contenderent. Ostendit enim stellas ei, dicens: Sic erit semē tuum. Igitur in his uidere licet illas in manifestum exemplum innumeræ multitudinis assumptas: nullo modo autem dictū est, quod obseruauerit stellarum cursum, uel quod promissum cursu confirmarent, & locali motu
*Contra astrologos.* monstrarēt aliquid dei occultum. Quid enim, etiam si uocatus ad uidēdas illas, ut in tempore & opportune dicatur, & ipsum: Sic erit semē tuum? At optimus ille absque iudicio, uisionem ad confirmationem ueritatis facere dicit: sed opinor ostendisse uolens illas stellas currere ei, ut uerba euidentiorem fidem haberent omnia firmante, & roborante cœli sententia. Valde scilicet, nihil eū nos latet futurorum, qui currentia astra & calculum cœli omnia firmantem didicimus. Vides illos habentes erroris officinas, & mendaciorū fora, ij admirantur semper astrorum cursus, & prominimis obulis interdum cœlestia loquuntur fāmenta, mulieres autem comprehendentes, & plebeiorum mentem demulgentes extenuāt maiestatem, & suffurantes paruos quæstus, suæ frigidæ uaniloquentię mercedem lucrantur. Quamuis secundum quod dicit ueritatis impugnator, sententiam cœli omnia firmantem ex astrorum motu dicerint: sed impostores & mendaces, & nihil uerum scientes decipiantur. Quis enim nouit mentem domini, sicut scriptum est? Factum autem ab ipso dicimus astrorum chorum, non quod sancto rum prophetarum dignitatem habeat, uel aliquiddam præterquam ut luceant hominibus, & sint in temporum signa. Nā ita testatur sacra scriptura. Itaq; frustra diuinat & musitat, Abraham usum esse astrorum uaticinio. Non enim cursum astrorum, sed multitudinem ei ostensam esse, dicimus. Sic enim erit, inquit, semen tuum. Cæterū quod & aues obseruauerit, de eo sic scripsit:

IVLIANVS.

Vt autem nemo suspicetur uiolentam esse illam enarrationem, appositis ijs quæ sequun- Cōgrue
tur, confirmabo. Scriptum enim est postea: Dixit deus ad eum: Ego sum deus, qui eduxi te de regione Chaldæorum, ita ut darem tibi terram hanc in hæreditatem. Dixit autem: Dominator domine, in quo cognoscā hoc quod hereditabo eam? Dixit autem illi: Accipe mihi uitulum triennem, & capram trimam & arietem trimum, & turturem, & columbam, & accepit ipse omnia hęc, & diuisit ea media, & posuit ea contrarias inuicem, aues autem non diuisit, descenderunt autem aues super diuisiones: & sedit cum eis Abraham. Apparentis angeli prædictionem, hoc est dei, per auspicium, D
uidete confirmari, non sicut nos ociosè, sed cū sacrificijs uaticinium perfici. Dicit autem, & auium aduolatu confirmatam ostenderit promissionem, & approbans fidem Abrahæ, apponit quod absque ueritate fides stultitia quædam uidetur esse & stupiditas. At ueritas non est ex nudo uerbo, sed opus est etiā ut aliquod euidēs signum sermones sequatur, quo quod factum est credatur, & prædictio adimplenda esse non dubitetur.

CYRILLVS.

Iterum in his deprauatur sanctarum scripturarum fides, uirtutem enim sententiarū ab illis aufert, dum hoc unum ualde inconsiderate, nescio quomodo, diuinat. Et quid ipse hic mali fert? mirum id quod contingit sæpissime ijs qui cum



tibus nubibus immittūt oculum. Nam ij qui hoc A
facere sælent, putēt interdū quod centauros quosdam & leones, & etiam homines uideant, quum sibi mens illorum ea quæ non nata sunt fingat, & in umbris significet quiddam quod omnino non subsistit. Opinor autem diuinæ scripturæ mentē manifestam auditoribus esse proponendam. Etenim uniuersorum deus promisit se daturū Abrahæ terram, quę nō post multum temporis implenda esset, & à semine eius inhabitanda. Quoniam autem promissionis magnitudo spem excedere uidebatur, res enim inexpectatæ etiam creditur difficiles sunt, signum petens addebat, dicēs: Domine, in quo cognoscā hoc? Itaq; oportebat qui- B
dem senem, deo dicente, nullo modo dubitare, qui autem erant adhuc principia fidei, deus coniuet ad hoc & confirmat in ipso profectū & solicitudinem in fide, & infirmo magna benignitate adcurandam pusillanimitatem quędam donat. Vo-
luit enim iuramento firmare promissionem. Sed erat mos apud Chaldęos iuramenta stabilire, tran-
seundo per medias diuisiones: & lex regionis e- C
rat, ius rem confirmabat. Hoc facere præcipit dicens: Accipe mihi uitulum triennem, & capram trimā, & arietem trimum, id quod & bene intelligēs diuinus Abraham, quamuis deus solus imperasset, debet accipere: ipse tamen & cætera addidit, & iuxta legem iuramenti occisa, in duo diuisit, ordinans collocans, eo quod statim per medium transiturus esset deus. Viderit enim quis apud posterio restalia quędam iuramenta apud barbaros facta, & apud quosdam antiquiores. Vnde Sophocles in Antigone introducit quendam nuncium, cui etiam præceptum erat Polynicis corpus seruare, Thebanorum duci dicentem: Chreon hic erat:

Eramus autem parati & ferrum tollere manibus,
Et ignem diuidere, & deos adiurare.

Nam euntes per medium ignem, & ferrum ferentes manibus, faciebāt iuramenta. Itaq; uniuersorum deus senioris indulget pusillanimitati, iusta Chaldæorum morem, dispensatiue iuramentum interponens. Scriptum est enim, quod sole existente ad occidentē faces ignis per medias trā- D
sierint diuisiones. Figurabatur autem iterū quasi in specie ignis diuina & immaculata natura. Et hoc quidem siluit ille, reueritus opinor redarguti onem. Adiecimus autem nos utiliter certè ostendentes, quod diuisiones magis assumptæ sint ad iuramenti usum, & non sicut ipse dicit, ad modos uaticinij in sacrificijs.

Quod autem carniuoræ & abominabiles aues ad sacrificia aduolarint, & illas depulerit Abraham, quid mirum est amice? non enim inconsequens erat assumpta in iuramenti usum derelicta esse diris auribus inuadenda, quamuis iuramenta nondum essent impleta.

Sine ueritate, inquit, fides stultitia quędam esse uidetur & stupiditas: dicimus, uirstrenue, quod si dei gratissimum est, non curiose inquirere. Etenim quod inquiritur, quomodo adhuc creditum est? Veruntamen fidei ueritas adiuncta est, non enim erat iuramentis melius diras & immundas aues sacrificijs aduolare: sed solidior fides erat, cui accedebat ex iuramentis stabilitas.

Coniectorē autem & symbolicum illi etiam famulum esse dicit tali cuidam negocio adhibitū. Nam diuinus Abraham electum quendā domus suæ procuratorem fecerat, & iusserat sponsam ad- Genes.24.
ducere Isaac, & de cognatione sua in Mesopotamia coniugium querere: illi autem imperatū perficere uolens, & abiens iuxta uoluntatem domini in Caran. Hæc est prima ciuitas Abrahæ, fusa prece, ut se iuuaret, dominum orabat: bene enim sciebat, dominum suum ad liberalitatē erga exteros ad se uenientes propensum. Etenim hospitalitate nihil apud illum antiquius censebatur. Ea propter liberalem, & ijsdem moribus prædītam quærebat puellam, ne se diuerso animo esset cum domino, iacturam faceret. Præterea & ob aliā causam. Domesticis enim seruis nihil tam optatum, et gratum, atq; clemens & bona materfamiliās, quæ ob liberalitatem laudatur: sicut parca & inuida, exosa est & odibilis. Quoniam autem corda nosse, solum uniuersorum dominum decet, orabat sepilsi me, ut contingeret ei uirgo bona & hospitalis, dominicq; moribus conueniens. Vnde orās dicebat: Hanc esse quæsitam, quę petentem potum, libera lissime exciperet. Et licebat inde mulieris mentē quodāmodo coniectare, et quasi arrabones quosdam, quid sperandum, inde colligere. Proinde uxorem illi monstrauit is, qui corda nouit & renes. Itaq; ne dicat coniectorem eum, qui petiuit preci C
bus designandam à deo: talem, inquam, quę esset eiusdem ingenij cum domino Abraham & filio ex eo nato. Quoniam & inter nos, siquidem cordati sumus & amatores dei, in omni opere adiutorem & assistentem fieri optamus, uniuerso dominantem deum, & in singulis operibus apud illum quærimus uiam. Neq; huius gratia dicetur quis symbolorum coniectura uti, sed laudabitur potius ob reuerentiam in deum.

Datas etiam & sibi uoces, inquit, quibus edoctus est quod in regni solijs sessurus esset. O uocales eius prophetas, prædixerunt ei de tam præclaris & electis operibus: picarum fortassis, & cypselarum uoces, addam autē & charadrios, & loquacissimum omnium passerem. At his qui eadem cū illo sapere uoluerint, auium examina musitent, quidnam futurum. Semper enim grata est illis deceptio, nos autem illis iure longum ualere dicentes omnium scientiam soli tribuimus uniuersorū dominatori, quem & ipsum ac solum dicimus regem & dominum, cœli & terræ opificem, uisibilium ac inuisibilium, sensibilium & intelligibilium. Produxit enim ex nihilo ut essent, ea quæ aliquando non erant, per filium, per quem & cum quo, deo & patri gloria, cum sancto spiritu in secula, Amen.

Librorū decē diui Cyrilli Alexandrini archiepiscopi, contra Iulianum Apostatam, finis.

DIVI

# DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, AD THEODOSIVM REGEM PIENTISSIMVM, DE RECTA IN DOMINVM NOSTRVM IESVM CHRISTVM fide, Liber, &c.

ADEO, cuius est summa celsitudo, uobis ô Christianissimi Reges, humanæ claritudinis fastigium, incomparabilibus excellentijs præ omnibus alijs exurgens & exaltatum, eximiaq; ac honesta sors sunt data: dignus nimirum super terram honor. Etenim illi quidē omni genu flectunt, throniq; & principatus, dominationesq; ac potestates seruam submittūt ceruicem, & decentibus illum semper colentes glorificationibus plenum esse dicūt cœlum ac terram gloria eius: uiderit autem quis & in uestra serenitate decorum et euidentem tam illustris & omniū summæ nobilitatis typum. Vos enim estis et summarum dignitatum fontes, & supra omnem eminentiam, humanæq; felicitatis principium ac origo. Et uestræ quidem Maiestatis clementissimis nutibus, quicquid regni solijs substratum est, ut uitam legitimam & admirabilem agat, gubernatur: at qui iugum nō ferunt, facile à uestro robore uicti, cadūt. Atq; adeo si uel regis scutū radiet, illi repulsa sua obscuritate pereunt, & ab insipientiæ suæ sensu recedentes, flexis genibus misericordiā quærunt. Ea propter & militum uestrorum multitudo, & militaris disciplinæ perita, & uincere semper solita mundum subiecit. Vos estis eorum qui uel ad orientem uel occidentem habitant, cātus & lyra, & omnis celebritatis argumentum. Vos qui Austrum & ulteriorem Aquilonis regionem inhabitāt, gratulatorijs uocibus celebrare nō cessant. Tam pij et præclari uestri imperij summum præsidium est dominus noster Iesus Christus. Nam per illum reges regnant, & potētes scribunt iustitiam, sicut scriptum est. Estq; illi potentissima uoluntas, & solus nutus, boni omnis impletio. Distribuit autem prompte diligentibus se, omnia quæ laudabilia & admirabilia ac eximia. Ad hæc quę dixi demonstranda, sufficiunt, uel ea quę uestræ Maiestati donata sunt, & adhuc danda, ut credimus.

*Quàm reuerē ter dē magistratuloquitur*

*Proverb. 8.*

Quod autē gloriosa in deum pietas regijs honoribus immobile sit fundamentum, etiam ex ipsa sancta diuinaq; scriptura docere attētabo, idq; quanta fieri potest breuitate. Nam plurimi olim fuēre, qui Iudæorum terræ præfuēre, & regni illius solium rexēre: sed qui ex illis impij reuerentiā in deum nihil faciebant, & legem iudicij administratricem contemnebant, sibiq; in amore sui indulgebant plurimum, misseri ac mali male perierunt. Grauissimum enim est offendere deum, & offendendo illum uel in ullo, ab æquo deficere. Qui uerò ex illis pietatis in deum cultores erant, & fideliter quę illi placent obseruabant, sine labore uincebant inimicos, & aduersarijs prævalebāt.

*Pietas stabilimētum regni.*

Talis quidem erat Iosias ille, qui cum suis templis & altaribus idolorum exurens ministros, & e medio omnia magorum & diuinorum genera auferens, diabolicæq; impostur ludibria destruens, regnum suum maxime uenerabile fecit, & admirabile tam apud antiquos quàm recentiores, et apud eos qui nouēre colenda omnia, quibus diuina mens oblectatur. Iam hæc omnia uestri progenitores, & uos feliciter curastis. Commemorabimus autem utiliter quę per sapientem Ezechiā olim gesta sunt. Vestræ enim pientissimæ celsitudini, narrationum uirtus haud mediocriter proderit. Vir quidam ex Babylone, quæ in Persarum regione est, cui nomē Rabsaces, hic omnem ut ita dicam, Iudæorum regionem deuastauit: destructa autem & Samaria, ad ipsam perrexit Hierusalem, stipatus innumeris satellitibus: & habebat quidem phalangem equitum haud contemnendam, imò inexpugnabilem, & peditum armatorum exercitum harenæ numero æquandū: qui iam adhibuisset mœnibus machinas, & apparatus bellicos, & non mediocri arrogantia barbarico more insultaret, potenter quidem se sanctam ciuitatē etiam cum alijs sublaturum, emittereq; temerarias & blasphemas contra ineffabilem gloriam uoces, laxans infrenem et impotentem contra deum linguam. Dicebat enim, etiamsi uellet ipsos deus seruare, inutile futurum id quo fideirent adiutorij beneficium. Vbi autem uenerunt quidam annunciantes regi facinora, & conatus impietatis illius et sermōes Persico fastu plenos, tunc ob solas in deum blasphemias dolens, eius ciuitatis capiendæ causam prudenter expendēs, discrupit uestem, & in domum dei ascendit, precibus scilicet diuinam iram placans, & sea criminibus blasphemiarum liberans. Et quid inde factū est? benignum & propitium habuit uirtutum dominum. uicit enim Assyrium, non armando feroces equos ad prælium, neq; sagittariorum agmina, neq; lācearionum turmas, neq; utendo subditorum bellatorū opera, sed potius diuina sententia Assyriorum exercitui una nocte mortem decernente. Exijt enim, inquit, angelus domini, & occidit de castris Assyrium centum octoginta quinq; milia: & quum surrexissent mane, inuenerunt omnia corpora mortua. Hi sunt pietatis in deum fructus, & si non tollerentur contra diuinam gloriam blasphemæ uoces.

Decet autem apud regum potissimū aures plenas, contra deum nihil blasphemum audiri: sed illa potius, quæ citra omnē reprehensionē & accusationem sint, dignæq; illo glorificationis præmium constituant. Id quum & ego optimum esse sciam, incitatus sum necessariò, rectę & apostolicæ fidei traditionem scribere quidem in hoc libro, & quasi spirituale xenium offerre uestræ maiestati, & ipsis quoque uere pientissimis reginis, quæ cum uestra serenitate illustres sunt: quarum una quidem optatissima uestra sobole glorians, regno spem perpetuitatis affert: altera autem & uirginali germine simul uigens, & nobilissimi regni uestri curas sibi uindicat.

*Virginitas ornat regem, ad imperior.*

Itaq; indicę gemmę reuerenda uestra adornāt capita: animæ uero & mentis spiritualis ornatus sit fides recta & inadulterata: quā seruaturos uos confisus offero librum quasi mentis fundamentum, & animæ splendorem, & cordis coronam.

*Ecclesiast. 8.*

Scriptum est enim: Melior est sapientia lapidibus sumptuosis, & omne preciosum non est illa dignum.

Igitur paucis dicere tentabo de incarnatione unigeniti, & ut semel posit explanari illius sacramentum, quam maxime manifeste, iuxta q̄d possibile est ijs, qui in speculo et ænigmate uident, et ex parte cognoscūt, iuxta mensuram doni quod spiritus suppeditauerit, sicut & diuinus scribit Paulus: Nullus enim dicit dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. Dixerit aūt, opinor, quis: Quoniam tibi uidēt ut in puluere hoc & hac palestra exercearis, grauissimūq; & intolerabilē exantles laborē, ocylsime manifesta uerum, & non deprauatum, sed omni reprehensione liberum de Christo sermonem. Oracula enim, quæ de hac re, et in recētiore & uetustiore scriptura tradita sunt, quidam uarijs opinionibus ebrij fœde detorquent. Itaq; non ignoramus nihil tam absurdum, quod insipientes non attentent: cadunt autem repente in laqueum inferni, sicut scriptum est, & in pedicas mortis, nescientes uel quæ loquantur, uel de quibus affirment. Operæpreciū autem fuerit narrare, qui singulorum sint rumores, & quæ honestæ illæ fabellæ. Nam alij quidem sentire & dicere ausi sunt, quod apparuit quidem homo Verbum ex deo patre, sed non portarit ex sancta uirgine & dei genitrice carnem. Mentiuntur autem solam sacramenti apparentiam ponentes. Alij uero dum considerāt erubescendo quod uideātur D hominem adorare, & terrenā carnem summa gloria celebrare, magna ruditate laborantes adulteri na & peruersa quadam reuerentia, cōuersum esse dicunt Verbum ex deo patre natum in ossium et neruorum & carnis naturam, ualdeq; Emanuelis humanitatem ex uirgine deridēt miseri, & immutabilitatem in optima & diuina dispēsatione taxant. Sūt qui & Verbum deo patri coeternum tarde natum esse crediderunt, & tunc tandem uocatum esse ut subsisteret, quando initium naturalis secundum carnem sortitus est. Sunt aūt alij, qui in eam insaniam impię deducti sunt, ut dicāt, sed simpliciter Verbū, quod secundū solam pronunciationem intelligitur in hominē

*Vbi docetur contra Christi inimicos.*



A factū esse. Inter hos sunt Marcellus & Photinus. Videtur insuper & alijs uere hominem factū esse, & in carne fuisse: at non item credendū, quod assumptam carnem perfecte animauerit anima rationali, & mēte, sicut nos habemus: sed in unionem omnino, quemadmodum putant, constringunt Verbum ex deo patre & templum ex sancta uirgine: et in illo habitasse dicunt Verbum, et proprium quidem fecisse corpus assumptum, ad implendo locum animæ rationalis & mentalis. Iterum alij annunciant diuersa illorum opinionibus, & opponunt, censentes ex deo Verbo & anima rationali & corpore, hoc est simpliciter ex perfecta humanitate cōstitutum, et compositum esse Emanuelem. Adhuc tamen sanctam & immaculatam de illo opinionem non omnino retinent: separant enim in duos unum Christum, & crassa quodammodo separatione seorsim utrunque separant, & etiam stantem demonstrant. Nā unum quidem esse cōtendunt ex uirgine natum perfecte hominem: alterum uero uerbum ex deo patre, non dijudicantes quod aliquando sit Dei natura, & carnis, neq; uolentes solis his differentijs inhabitare. Neq; aberrauerunt in hoc à uero sensu, quoniam non est eadem natura carnis & deitatis: sed unū quidem ut hominē seorsim ponunt, alterum uero Deum natura, & uere filium nominant, quamuis uelint esse Christiani, et libellos sanè de his conscribentes, dicere ausi fuerunt his uerbis. Nam ille quidē natura uere filius, qui ex deo patre est Verbum, iste uero per cognominationem cum filio filius. Et post alia iterum: Nō caro dei Verbum, sed hominem suscipiens. Nam unigenitus quidem præcedēter et per se filius dei omnium conditor est: is autē homo quem assumpsit quuum non sit natura Deus, propter ipsum uere Dei filium à quo assumptus est, per cognominationem cum illo appellatur. Nam nemo nouit filium, nisi pater, eum qui natura & uere manifestat ex patre filium. Quod autem dictum est à Gabriele, Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud deum. &, Ecce concipies, & paries filium, & uocabis nomen eius Iesum: homini adaptat. Sed hæc quidem illi, nos recte sentiamus, & nunquam sic. Minime enim persuadet secus sentientium sermo, qui relicta uia recta, peruersam & extra metam currunt. Et si quis uellet prolixiorem de singulis facere sermonem, & satis examinare, insumpturus esset utiq; multum temporis, & exantlaturus molestum & ineuitabilem laborem. Existimantes igitur prætereundum tumidū & ualde potentem sermonē, adhibendumq; breue examen, ad singula dicamus, & præ alijs opinatoribus: Erratis nescientes scripturas, neq; etiam magnę pietatis mysterium, hoc est Christum, qui manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, uisus est angelis, annūciatus est in gentibus, creditus est in mūdo, assumptus est in gloria. Opinor autem, quod aduersarij debeant uel condemnare ueteres, et dicere mendaces orbis doctores, quibus Christus dixit: Ite, docete omnes gentes: uel

*Nestoriū tangit.*

*Luc. 1.*

*1. Tim. 3. Pietas mysterium Christus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



tes: uel siquidem hoc facere abhorruerint, & recte de Christo sapere uoluerint, dicãt uale suis erroribus, & mordicus teneant sacras literas, percq; sanctorũ uiam errore carentem ad ipsam ueritatẽ pergant. Fuerit enim non aliud, arbitror, pietatis sacramentum, quàm ipsum Verbũ nobis ex deo patre, q̃d manifestatũ in carne, natum aũt per sanctã Dei genetricẽ uirginẽ, forma serui assumpta. Visum aũt & angelis, qui natũ honorauerunt, & dixerũt: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bona uoluntas. Quin & pastoribus significãtes propter nos in carne deum Verbum: Ecce, aiunt, natus est nobis saluator, qui est Christus dominus in ciuitate Dauid. Et hoc uobis signum, inuenietis puerum inuolutum, et iacentem in præsepio. Quũ autem tam manifestus partus eius per uirginẽ, & natiuitas in carne, quomodo nõ inutilis uaniloquentia, imò quomodo nõ insania et deliramentum, tam euidentem & claram dispensationẽ putatiuam nominare? Nam si umbra & apparẽtia fuit, et non uera incarnatio, neq; etiam uirgo peperit, neq; assumpsit semen Abrahæ Verbũ ex deo patre, neq; assimilatus est fratribus. Vmbra eñ nõ sunt, nec typus, quæ sicut nobis apparẽt, sed in corporibus passibilibus & uisibilibus, et terrigena carne uestiti, etiã corruptioni et affectionibus subditi sumus. Igitur si Verbũ non est factũ caro, neq; in quo passus est ipse tentatus, poterit eos qui tentant iuuare. Non enim aliquid pateretur umbra. Transirent sanè omnia, ita ne uere exhiberetur quicq̃. Nam quale tergũ dedisset pro nobis, uel quã maxillam cedentibus submittens, Iudæorũ plagas fortiter sustinuisset? Et quomodo clauis manus ac pedes tranfixum, in carnẽ apparentem quis putauerit? uel quale latus, dic obsecro, perfoderunt Pilati milites? et q̃d cum aqua preciosum sanguinẽ scaturiens spectãtibus ostenderũt? & si oportet dicere aliquid amplius, neq; mortuus est pro nobis, neq; etiam surrexit Christus. Quod si receptum esset ut ferunt, exinanita foret fides: transisset autem crux, mundi salus et uita, & perisset omnino eorum qui in fide obdormierunt spes. Etenim bene sic habere uidebatur & beato Paulo: Tradidi eñ uobis, inquit, in primis id quod accepi, nempe quod Christus mortuus est pro peccatis nostris secundũ scripturas, & quod sepultus est ac resurrexit tertio die secundum scripturas, & quod apparuit Cephæ & duodecim, deinde uisus est plus q̃ quingentis fratribus simul, quorum plerique manent adhuc, & quidam obdormierunt. Etiam uisus est Iacobo, deinde apostolis omnibus. Postremo autem omnium uisus est & mihi, quasi abortiuo. Et post alia iterũ: Si autem Christus prædicatur q̃d ex mortuis resurrexerit, quomodo dicunt ex uobis quidam, quòd resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit? Si autem Christus non resurrexit, uana est prædicatio nostra, & fides uestra. Inueniemur autem & falsi testes Dei, quod & testificati sumus de deo quod suscitauit Christum, quem non suscitasset, siquidem mortui nõ resurgunt. Etenim umbra, dic quæso, quomodo moreretur? Igit quomodo suscitasset Christum pater, quum esset umbra apparentiæ, mortisq; nexibus non teneretur? Proinde transeat illorum uomitus. Fabulam item & alia ratione ac impij consilij eructationes ea, quæ ab illis dicuntur censemus. Nam tales nobis antea scriptis designauit saluatoris discipulus: Quod multi falsi prophetæ exierint in mundum. In hoc cognoscite spiritũ dei. Omnis spiritus qui confitetur Christum in carne uenisse, ex Deo est: & omnis spiritus qui non confitetur Iesum, ex Deo non est. Et hic est ille spiritus Antichristi, de quo audistis quod ueniet, & nunc in mundo est. Etenim si non fuisset homo uerus, neq; etiam ascẽdisset in carne ad eum qui in cœlis est, patrem ac Deum, neq; reuersurus esset è cœlo nobis similis homo scilicet & in carne.

Luc.2.

1.Cor.15.

1.Ioan.4.

Cõtra eos qui dicunt Christũ phantasticum assumpsisse corpus.

Cæterum quod & alij putant & sentiunt immodicè stupidi negandam quidem esse natiuitatem per sanctam uirginem, Verbum aũt ex Deo natum, naturã quidem nostri similem neglexisse, conuersum uero in terrenã carnem, blasphemantium est dispensationem, et diuina opera increpare uolentium. Etenim omnium opifex misericors diíssimum Dei Verbum exinaniuit semetipsum propter nos factum homo, factum ex muliere: ut quoniam sanguinis & carnis participes fuerunt filij, hoc est nos, & ipsum similiter particeps esset horum, ut per mortem aboleat eum qui habebat imperium mortis, hoc est diabolum, & liberos faceret eos qui timore mortis per omnem uitam obnoxij erant seruituti. Sic enim dicit sacra scriptura. At illi optimum consilium indecens esse decernunt, et quasi possent meliora sapere, etiam sapientia opera incusant. Non enim dicunt conuenire partus dolorem, & partum ex muliere, & nos accusare unigenitum: putandum uero Dei Verbi naturam, in terrenum hoc & debile corpus transisse: & cõuersionem imaginantur eius, qui conuersionem nescit. Fundata enim est diuina natura in propriis bonis, & inconcussam seruat uirturem in ijs, in quibus est. Quippe natura facta & in tempore producta, pateretur utiq; mutationem, nec foret hoc absurdum uel indecens, uel falsum. Quod autem omnino initium sortitũ est, habet quodammodo et diuisibilitatem, ut mutetur. Deus autem qui est super omnem mentem, cuius substantia à generatione & corruptione exempta est, ac superior, idem etiam maior est quàm ut conuertatur: & quodammodo naturæ suæ ratione, omnibus quæ esse cœperunt, superior est, & superfertur eminẽtia incomparabili. Irascendit & ea quæ creaturæ suæ euenire solent, trãscendit iterũ, ut pati nequeat. Igitur deus quidem in bonis est, quę commutari nequeũt, creaturæ autem sunt in conuersione & mutatione, & in foribus habent corruptionẽ. Id quod sciẽs optime philosophans propheta Hieremias, clamabat ad Deũ: Quia tu sedẽs in seculũ, & nos peribimus seculo. Sedet enim quemadmodum in proprijs thronis semper

Cõtra eos qui dicũt Deũ esse mutabilem.

Hier.

Barruch.

Psal.



semper regnans & imperans omnibus, & à nulla affectione infestatur. At nos naturam habentes maximè uersilem, & propensissimã ad mutationem & corruptionem, perimus seculo: hoc est, omni momento & tempore corruptibiles sumus & conuertibiles. Itaq; neq; deus unquam à passionibus de propria stabilitate sua per cõuersionẽ extrudetur. Neq; conuertibilis, neque mutabilis natura, hoc est facta recipiet substantialem immutabilitatẽ, neq; gloriabitur diuinæ naturæ bonis, tanquam suis proprijs. Audiet enim meritò. Etenim quid habes, quod non accepisti? Quod autẽ inconuertibilis & incommutabilis omnino Verbi natura, omnino uero mutabilis creatura, uidere quis facile poterit, dum in spiritu diuinus David canit: Cœli peribunt, tu aũt permanes, et omnes sicut uestimentum ueterascent, & sicut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu aũt idẽ ipse es, & anni tui non deficiunt. Vbi igitur adhuc manfit ipsum dei Verbũ? siquidem uere dicitur, quod cõmutata stabili sua natura et in fracta trãsierit in id quod non erat, mutatumq; sit in carnis naturã, ita ut corrumpi possit. An non deliramẽtum hoc est & insania? de quo quis dubitat? Sanè tempus est illorũ ruditati respõdere, qui indoctius cõtendunt, quod non sit indignũ etiã terrenam carnem in diuinitatis naturã transire posse, & fieri cõplexionem summæ omniũ substantiæ. Nam si hęc diuinitatis natura iuxta illorũ stupiditatẽ, in carnis transiret naturã, nihil, ut uidet, prohiberet adhuc inferiorem illam, & priuatam naturam uolare super carnem, & transformari in deitatem, inq; summam substantiam. At illorũ insipientiam audire non dignabimur: sed diuinę potius scripturæ adhærebimus. Et quum propheta dicat: Ecce uirgo prægnans erit, & pariet filium, & uocabũt nomen eius Emanuel, obsignetq; uaticinium Gabriel, & superiorem sententiam uirginis interpretetur, dicens: Ne timeas Maria, ecce in utero cõcipies, & paries filium, & uocabis nomen eius Iesum. Ex muliere uere natum esse credimus Emanuelem, & splendidam & admirabilem nostræ naturæ gloriã non repellemus, recte sapientes. Assumpsit enim unigenitus non propriam naturam. Neq; enim res nostræ in aliquo fuissent meliores. Neque angelos assumpsit, sed semen Abrahæ, sicut scriptum est. Sic enim perditum humanum genus, & non aliter reparandum erat.

Esa.7.

Matth.1.

Heb.2.

Cur autem non & illud apud istos admirari dignum? nam quasi ualedicentes diuinę scripturę, & mentem suam spiritibus erroris accommodantes, in hanc stultam & puerilem impietatẽ peruenerunt, ut opinentur quidem seculorum conditorem cõeternum patri deo deum Verbũ cum carne genitum imaginari eum qui est super secula, & tempus, eo quod in extremis, & tandẽ incarnationis temporibus, pater quidem factus sit Deus, simul aũt immiserit quodammodo ad hoc ut esset, & subsisteret, templo, q̃d de uirgine, eum per quem omnia, & in quo omnia. An non in fastigium peruenere malorũ, qui anilem & abominabilem fabulam strenue tractant, & mẽtẽ suam miro torpore implẽt? Sepulchrũ uere patens gutturum eorum, linguis suis dolose egerunt: uenenum aspidum sub labijs eorũ, quorum os maledictione & amaritudine plenũ est. Necessariũ enim est eum, per quem omnia intelligi, etiam existere ante omnia, alioqui quid faceret? Et quum Ioannes scribat: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud deum, & deus erat Verbum, hoc erat in principio apud deũ, omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Et iterum: Quod erat ab initio, quod audiuimus, q̃d uidimus oculis nostris, q̃d spectauimus, & manus nostræ contrectauerunt de Verbo uitæ, & uita manifestata est, & uidimus, & testamur, & annunciamus uobis uitã æternã, quæ scilicet erat apud deũ patrẽ, & manifestata est nobis. Præterea quũ & ipse Christus suæ subsistentię inuisibile antiquitatem designaret. Nam quũ dixissent, quinquaginta annos nondũ habes, & Abraham uidisti: manifeste uicisti, Amen amẽ dico uobis, priusquàm Abraham fieret, ego sum. Vbi aũt hoc uerbũ erat, si nihil præterea addaẽ, & etiã hoc uerbũ SVM manifeste positũ est, q̃d generationis initiũ uiderit aliquis? uel quõ, qui erat in principio super omnem mentẽ, in tempore accipiat, ut ad subsistentiã uocet, & esse incipiat? Itaq; si quis uellet ijs ociosius obluctari, nulla difficultate afferet ex diuina scriptura sermones ad refellẽda stupiditatis illorum damna. At superfluum arbitror & inutilem curã adhibere ijs, qui tam manifeste reprehẽsibiles & turpes sunt. Igitur ad illud nunc eamus, quod est condemnatis illis consine.

1.Ioan.1.

Obliterãt enim quidam ueritatis pulchritudinem, & sicut numisma adulterant extollentes in excelsum cornu, & iniustiẽsam contra Deum loquentes, sicut scriptum est. Imaginantur unigenitum non habere existentiã, & proprie non subsistere, & per se quidẽ non esse in subsistentia. Verbum aũt simpliciter, & sermonẽ iuxta solam pronunciationẽ à deo factũ, quemadmodũ & in homine, inhabitasse dicunt miseri: & cõponẽtes sic Iesum, sanctis quidem sanctiorẽ esse dicunt, attamen nõ deum. Igitur sicut & saluatoris scribit discipulus: Quis est mẽdax, nisi qui negat quod Iesus non est Christus? hic est Antichristus, qui negat patrem & filium. Omnis qui negat filiũ, neq; patrem habet: qui cõfitetur filium, etiam patrem habet. Ambo enim & per ambos & in utroq; utercq; tam à nobis ipsis quàm sanctis angelis agnoscũtur. Non enim quis dicerit quid sit pater, nisi filiũ subsistentẽ, et genitũ mente acceperit: neq; etiã quod sit filius iterũ didicerit, nisi q̃d genuerit pater, manifeste cogitauerit. Proinde necessariũ opinor, & tutum dicere, quod siquidem filius est sine existentia, neq; patrẽ, patrẽ uere esse intellexerimus. Vbi enim est pater, nisi uerè genuerit? uel siquidem genuit quod non subsistit, & omnino non existit, genitũ minime erit. Quippe quod

Cõtra eos qui dicũt filiũ Verbum esse pronunciatiuum.

1.Ioan.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca



non subsistit æquale est nihilo, imò omnino nihil, & nullius erit pater deus. Cæterum uiri optimi, ego dixerim ad talia docentes: Vanæ nugæ sunt quæ dicitis, uel respondere interrogati, quomodo eximia est dilectio Dei & patris erga nos? Et si dedit pro nobis filium, qui secundū uos non subsistit, nihil ergo dedit pro nobis, neque Verbum caro factū est, neque preciosam pertulit crucem, necꝫ aboleuit mortis imperium, necꝫ etiam iterum reuixit: Nam si nihil est, & sine existentia secundum uos, quomodo illa ei conuenient? Igitur seduxit sanctæ scripturæ sermo eos, qui crediderūt, et fidei soliditas in nihilum peruenit? Cur autem non in figura Dei existere filium sacra nobis significauit scriptura? imaginemꝫ ipsum dicit & characterē eius qui genuit? Quamuis quo modo hoc est nō omnibus manifestum, quod imagines sicut sua exemplaria sint, oportet enim ea sic se habere, & non aliter. Igitur si absque subsistentia est imago, neque in existentia intelligetur: qua secundum se est character, necessariò etiam dabunt non subsistere eū, cuius est character. Et imaginis ueritas omnino refert ad ipsum exemplar. Insuper dicoro, Philippus Christi existēs discipulus, orabat ut uideret patrem existentem & subsistentem, dicens: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis: nunquid eū uolebat uidere, qui non existit, & non subsistit? sed opinor sine formidine quis dixerit, eū qui subsistit & existit. Idcirco, siquidem nihil est filius, utpote nō subsistens secūdum illorum infrenem audaciam, ad imaginem & cognitionem patris, se ipsum nobis quare attulit dicens: Tanto tempore uobiscū sum, et nō cognouistis me? Philippe, q uidit me, uidit & patrem: non credis quod ego in patre, & pater in me est? Ego & pater unum sumus. Sed nusquam, opinor, uiderit quis subsistentem in non subsistēte, neque unquam intellexerit quis, quod id quod existit, idem sit per omnia cum eo, quod non existit. Quomodo erit autem in filio quidem pater, & filius in patre? An non in promptu est dicere, quod siquidem non est Verbum in existentia, qua secundum se, periclitabitur & ipse pater, quod in se quidem habeat nihil, & intelligatur existere in nullo. Quod enim omnino existit, omnino nec intelligitur. Et asper quidem sermo est: nam plurima laborat absurditate, & nihilominus aduersariorū dogma ad absona ista urget. Admiretur aūt quis meritò, quō nam in filio, qui esse nondū sortitus erat, ea quæ sunt, pater fecerit. Si autem quis interrogauerit, utrum ijs quæ sunt, sit bonum esse uel non esse: responderit quis statim, quod esse. Nam qui dedit ijs esse quæ sunt, maxime bonus appellatur, & est conditor, & ita habet res. Igitur creaturę meliores essent, quàm is per quem cōditę. Nam ille quidem non subsistitisse dicitur, hæ autem subsiterunt, & esse intelliguntur. O absurdos sensus, apage cum blasphemijs. Viuum enim Verbum Dei & efficax, sicut scriptum est. Etenim & dicebat: Ego sum uita: sed nō in intelligeretur uita, nisi subsistē

Hebr. 1.

Ioan. 14.

Hebr. 4.

tiam habuisset. Vita autem est secundum naturā. Minime enim mentitur falsissimum esse sermonem, quod Verbum quod ex deo apparuit, dicatur non habuisse substantiam: est enim stultissimi cordis eructatio. Nam ipse dicebat Mosi: Ego sum qui sum: quomodo autē unquam hoc quod uere est, in substantia per se non seruari intelligeretur? & propterea eos qui sic sentiunt, mentōrum dissimos esse definimus.

Porrò neqꝫ illos laudabimus, nos diligenti inquisitione ueritatem edocti, qui priuari dicūt animā rationali unitam Verbo carnem. Carne enim sola & uitalem et sensitiuum sortita motum, uestientes, Verbum in mūdum afferunt, mentis & animæ efficaciam tribuentes unigenito. Abhorruerunt enim, nescio quomodo, ne cōtineretur humanæ carni animatæ anima rationali, secūdum naturam unitum esse Verbum, nihili faciētes prorsus fidei traditionem olim datam: uoluntate autem sola, quæ etiam secūdum ipsos humanas sequitur rationes imperite delegerunt, & uere delegerunt præter id quod oportet sapere. Et quæ ratio horum dogmatum? ego dicam. Media torem dei & hominum secundum scripturas dicimus constitutum esse ex humanitate nostræ simili, quę perfecta sit iuxta propriam rationem, et ex eo qui secundum naturam apparuit filio, hoc est unigenito. Asserimus autem concursum quendam & conuentū supra rationem in unione inæqualium & dissimilium naturarum factum esse, & nihilominus Christum & dominum Iesum & filiū nominari agnouimus, qui in eodem exsilat & intelligatur, Deus & homo simul, inseparabilemqꝫ omnino unionē seruare consueuimus, eundem esse credentes & unigenitum & primogenitum. Vnigenitum quidem, ut ex Deo patre Verbum & ex substantia eius prodeuntem: primogenitum uerò secundum quod fuit homo, et in multis fratribus. Nam sicut unus est Deus & pater ex quo omnia, ita & unus est Christus, per quem omnia. Deum enim esse secundum naturam agnoscimus Verbum, per quod omnia, quamuis factū sit caro, hoc est homo. Sed illorum dicta parum cum nostris opinionibus conueniunt. Nam unū quidem manifeste accipiunt & ipsi Christum Iesum, & ut rem impiā maxime reijciunt Emanuelem in duo separari. Attamen anima humana & rationali spoliatæ carni Verbum ex Deo unitum esse dicunt. Adinuenta est autem ab eis uerò similis, ut opinantur, ratio. Dicunt enim, quod partes quæ secūdum compositionem ad unius perfecti constitutionem concurrunt, uideri solent ex imperfectis eius quod per se perfectum est, & rangꝫ in propria natura indiget compositione ex partibus. Proinde aiunt, cauendum est meritò hominī concedere perfectum unitum esse Verbo templum, ut & compositio quæ scilicet de Christo intelligitur, exactam & inculpatam in se conseruet rationem. Quin & illud quoque apposuerint, quemadmodum ego opinor. Nam si ex homine perfecto, inquiunt, & Verbo quod est ex Deo, componimus



componimus Emanuelem, non parum timetur, imò uitari nequit quod quodāmodo appareat, etiamsi noluerimus, esse duos filios, et duos Christos dicendum & sentiendū. Et quid illis nos respondebimus? Primū quidem, q̄d fidei antiquissimam traditionē, quæ ab ipsis sanctis apostolis ad nos peruenit, indignum immodica inquirere ratiocinatione, quæ humanam mentē excedunt: sed neqꝫ in medium proferre, sicut quidā periculose definiunt, & dicūt quod hęc quidem recte se habeant, hæc autem aliter. Cæterum uerè melius erat, permittere sapientissimo deo suarum considerationum uiā, et non irreligiose, ab illo decretā, quasi minus bene habeāt, increpare. Audimus enim manifeste dicentem: Non sunt consilia mea sicut cōsilia uestra, neqꝫ sicut uiæ uestrę uiæ meę: sed ficut distat cœlum à terra, ita distat uia mea à uijs uestris, & cogitationes uestræ à cogitatione mea. Cęterum neqꝫ duos filios adorabimus, neqꝫ duos Christos asserimus, licet animatum esse credamus anima rationali unitū Verbo templum. Nam quemadmodum secundū illos bene habere uidetur, (licet ex sola uelint carne & Verbo, quod ex Deo & patre prodijt) quod nullus ipsis persuadeat modus seorsim ponere carnē, & seorsim unigenitum, ut ita fateantur duos Christos. Ita etiam humanitati nostræ simili ac perfectæ secundum fas natura rationem, quasi collatum & unitum dicimus ineffabiliter & supra mentis captum, Verbum ex deo, non filiorū par intelligentes, sed unum & eundem natura quidem existentem Deum, qui & ex ipsa dei & patris substantia apparuit, in nouissimis autem seculi temporibus factū hominē, & per sanctā dei genitricē uirginē genitū, qui et à nobis ipsis et à sanctis angelis adoratur secundū scripturas. At si dixerint, q̄d solo unigeniti aduētu indiguerimus, uoluerit̄qꝫ apparere hominibus super terrā, & conuersando cum eis, demonstrare nobis euangelicę cōuersationis uiam, & sic dispēsatiue nostram carnem induerit Deus secundum propriam naturam inuisibilis: ignorāsse deprehendētur incarnationis scopum, ac nullō modo intellixisse magnum pietatis mysterium. Nam si solam occasionē habet, quod apparuit hominibus unigeniti incarnatio, hoc est, quod factus est homo, & nihil præterea humanæ naturæ attulit, quomodo nō iam quodammodo melius & sapienter etiam nos opinantiū opinioni accedere, qui carne simul & terreno corpore uestientas Verbum, apparuisse quidem super terram ut hominem fabulātur miseri, à uero autem aberrare deprehenduntur absqꝫ magno sudore? An non melius, dicēt, si nihil prodesset hominis naturæ dei Verbum, quamuis factum sit caro, liberari quidem immundicia carnali, uiderit nihilominus esse terreno corpore usum, & sic perficere quod proposuerat? Igitur quæ esset aduētus ratio? quis incarnationis modus? Cuius autem gratia factum sit, si quis quæsiuerit forte à nobis, uidebisim audiet quod diuina docebit scriptura. Vade igitur uir strenue, interroga sacras scripturas, & bene funda mentis oculum in sanctorum apostolorū uocibus. Vide bene quod quæritur. Itaqꝫ sanctus nobis apostolus Paulus dixit, qui ipsum Christum habebat in se loquentem: Quoniā autem filij participes fuerunt sanguinis & carnis, & ipse similiter particeps fuit eorum, ut per mortē aboleret habentem imperium mortis, hoc est diabolum: & liberaret eos qui metu mortis per omnem uitam obnoxij erant seruituti. Insuper & alia uia nobis enarrans dicit: Nam impossibile legi quatenus infirma erat per carnem, Deus misso filio suo in similitudine carnis peccati, cōdemnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleatur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Igitur nōne manifestissimum est, & nulli obscurum quod unigenitus factus est nobis similis, hoc est perfectus homo, ut terrenum hoc corpus liberaret à subintroducta corruptione, immittens illi suam uitam ipsa per unionem dispensatione: & animam propriam quæ humana faciens peccato superiorem declararet, suam solidam & immutabilem naturam quasi uellus quod tingitur colore induēs? Existimo enim in hisce sermonibus obscurioribus simplicitatis uidinib. opus esse: quandoquidē uix uidemus in speculo & ænigmate diuina, & quæ mentē excedunt sacramenta. Itaqꝫ non indigne fieri reor, affert autem illi imaginē, imò uerā rationem. Porro quemadmodum quia facta est caro uiuificātis omnia Verbi, quod mortis & corruptionis imperium domat: eodem opinor modo, quia facta est anima eius qui delinquere nescit, fundatum habet in omnibus bonis immutabilē statum, & incōparabiliter fortiorem peccato, quod olim contra nos tyrannidem exercebat. Quando quidem primus & solus homo super terram Christus peccatum non fecit, neqꝫ inuentus est dolus in ore eius, & quasi radix positus est & initium eorū qui ad nouitatem uitæ in spiritu reformantur: & corporis incorruptionē & ex diuinitate securitatē et soliditatem, ut in participatione & secūdum gratiam nunc in omne humanum genus trāsmittet. Et hoc scīēs diuinus Paulus, scribit: Quemadmodum portauimus imaginem terreni, portabimus etiam imaginem cœlestis. Nam imaginem terreni dicebat propensum nostrū ad peccatū lapsum, & mortem quæ inde adiecta est. Imaginem autem cœlestis, hoc est Christi, firmitatem ad sanctificationem, & ex morte ac corruptione reditum, ac renouationem ad incorruptionem & uitam. Igitur totum nostræ humanitati unitum esse dicimus Verbum ex deo. Non enim quod melius in nobis, hoc est animam, nihili fecit, & soli carni aduentus sui laborē impendit: dispēsationis aūt mysteriū per utrūqꝫ operabatur, & utebatur tanquā organo sua quidem carne, ad carnis opera & naturales infirmitates, & cætera quæ reprehensione carent: anima autem sua ad humanas & inculpatas affectiones. Dicitur enim esuriuisse, fatigatusqꝫ esse ex multis itineribus, et pertulisse pauores, metus, tristiciam, & angorem mortemqꝫ in

Hebr. 2.

Rom. 8.

1. Pet. 2.

1. Cor. 15.

Quod Christus uerè animā et corpus assumpsit.

Imago terreni & cœlestis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



cruce. Nullo enim cogente, à seipso animam suam pro nobis posuit, ut & mortuis & uiuentibus dominaretur. Carnem quidem suam in redemptionis pretium pro carne omnium impendens, & animam suam similiter pro omnium anima redemptionis pretium constituens, quamuis iterũ reuixerit, uita secundum naturam existens, utpote deus. Vnde & diuinus Petrus: Viri fratres, inquit, licet cũ fiducia loqui ad uos de patriarcha Dauid, quod & defunctus est & sepultus, & monumentum eius est inter uos usq; ad hunc diem. Igitur propheta quum esset, & sciret quod iureiurando iurasset sibi deus, de fructu lumbi sui sessurum super thronum suũ, præscius locutus est de resurrectione Christi, quod neq; in inferno anima eius derelinquẽda esset, neq; caro eius uisura corruptionem. Non enim fas est dicere carnem unitam Verbo, corruptioni aliquãdo esse obnoxiam, & diuinam animam detineri intra portas inferni. Non enim derelictus est in inferno, sicut diuinus dicebat Petrus. Minime dicemus naturam quę omnino à morte deprehendi & capi nequit, hoc est deitatẽ unigeniti à subterraneis specubus remeasse. Neq; ea res miraculum haberet, nisi mansisset in inferno Verbum dei, diuinitatis quidem efficacia & natura mire & supra captum rationis omnia implẽs, et in omnibus agẽs (Deus enim supra mensuram & locum & circunscriptionem, & magnitudines) ipsum autem à nullo capitur: admirabile etiam est omnibus, quod corpus quidem resurrexerit natura corruptibile, erat eũ propriũ incorruptibilis Verbi. Anima quoque ad illud copulam & unionem sortita, descendit quidem in infernum: diuina autem uirtute et potestate utens, etiam spiritibus qui illic erãt, apparuit. Enimuero & dicebat compeditis, egredimini: & his qui in tenebris, reuelamini. Et tale quiddam etiam Petrus, quiddam etiã & diuinus Paulus dixisse uidetur de Verbo Dei, & anima ipsius secundum dispensatiuam unionem. Satius enim est, ut bene agentes quàm malefacientes, si ita uoluerit uoluntas dei, patiamur. Quia & Christus semel pro peccatoribus mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret deo, mortificatus quidem carne, uiuificatus autem spiritu: in quo, inquit, abiẽs etiam spiritibus, qui in carcere erant, prædicauit, qui inobedientes quondam fuerant. Neque enim opinor, dixerit, quod nuda & per se deitas unigeniti descenderit quidem in infernum, et prædicauerit ijs qui illic spiritibus, quę omnino est inuisibilis. Diuinitas enim maior est, quàm ut uideatur. Sed neque admittimus quod ipsa apparenter, & figura in animæ speciẽ transformata sit. Cauenda enim omnino est illa apparentia. Sed quemadmodum unigenitus cum ijs qui adhuc in carne, cõuersatus est cum carne, ita et animabus in inferno prædicauit, animam habens sibi unitam in qua fuit.

Act. 2.

Anima Christi descendit in infernũ.

1. Pet. 3.

Et profundus quidem fortasis et uere ineffabilis, cogitationibusq; nostris incõprehensibilis incarnationis modus, illud nihilominus expendere decet, nõ esse sine periculo curiosius exquirere ea quibus minus assueuimus: stultissimũ autem omnino fuerit examini subijcere ea quę mẽtem nostram transcendunt, & tentare intelligere quæ intelligere impossibile est. Vel ignoras, ꝺ profundũ hoc sacramentũ et mentẽ nostrã transcendens, fide curiositatis experte honoratũ est: Dicere uero insipienter, Quomodo possunt hęc fieri? tribuentes Nicodemo et illi similibus, absq; dubitatione. Suscipimus ea quæ per spiritum sanctum responsa sunt: & ipsi credimus, Christo dicente: Amen amen dico uobis quę scim⁹ us loquimur, & quæ uidimus testamur. Transeat itaque omne deliramentum, & imbecilles fabellæ, et falsa opinio, & fucatorum uerborum deceptio. Nihil enim admittimus quod offendere possit, tametsi aduersarij elaboratis, & uehementibus sermonibus inualescant. Est enim diuinum nostrum sacramentum non in persuasibilibus humanæ sapientiæ sermonibus, sed in demonstratione spiritus. Vnde unigenitus Deus existens & uniuersorum Dominus secundum scripturas apparuit nobis. Apparuit enim super terram, & homo factus, his qui in tenebris illuxit, nõ apparenter. Absit. Insania enim est ita sentire uel dicere. Neque etiam in carnem adductus secundum mutationem & conuersionem. Dei enim Verbum immutabile est, & semper eodem modo et similiter se habet, neque existere cum carne tempore incepit, ipse enim est seculorum factor. Prę terea neq; quasi Verbum subsistentia caret, neque quasi tenuis pronunciatio in homine factũ est. Etenim qui ea quæ non erant ut existerent et essent, iussit, necessariò subsistebat. Ipse enim est uita, quæ apparuit ex uita, quæ est & intelligitur secundũ suã substantiã deus ac pater. Insuper neq; solã indutus est carnẽ anima rationali carentem. Natus est enim secundum ueritatem ex muliere, et apparuit homo uiuens & existẽs, et coæternus patri et deo deus Verbum, forma serui accepta: et est sicut in deitate perfectus, non ex sola deitate et carne in unũ dominũ & filium et Christum compositus, humanitate dico & deitate in unum et eundem mire conuenientibus.

Dicet aũt qs uerissimiliter: Quænã peperit sancta uirgo hominẽ, uel certe Verbũ ex deo? Nos dicimus etiã hoc esse errorẽ, & aberrare à uero & honesto: ne eũ mihi diuiseris post unionẽ, neq; separaueris in hominẽ uerè, in et deũ seorsim, duplicis personæ figuras, Emanuelẽ. Ne forte quis nobis improperet quod nihil rectum sapere uelimus, sed illud potius quod per sanctam scripturã condemnatũ est. Vos aũt omnino memores eloquę uerborum prædictorum ab apostolis domini nostri Iesu Christi, quod in nouissimis temporibus uenient in illusione illusores, iuxta suas concupiscẽtias ambulantes, ij sunt qui segregant, animales, spiritum non habentes. Itaq; nullo modo segregari oportet, ut duo appareãt post unionem, & seorsim utercq; intelligatur.

Sciẽdum igitur, quod mens quidem naturaliter diuersitatem



diuersitatẽ contemplatur. Neq; enim idem quid dam est deitas & humanitas, simul autẽ de his cõsiderationes admittit, et utriusq; in unitate copulam. Igit natus quidem est ex Deo patre ut deus, exuitgine autem ut homo. Nam Verbum ex deo patre ineffabiliter, & ultra mẽtis captum eluescens, genitum esse dicitur, & ex muliere descendens in humanitatem, & demittens se in id quod non erat, non ut maneat euacuatum: sed ut Deus credatur, & in specie naturæ nostræ simili apparens super terram, non tanquam in homine habitans, sed ipse secundum ueritatem homo factus, cum hoc suam gloriã seruans. Vnde diuinus Paulus ostendens diuinitatem & humanitatem inter se consubstantialitate differre, & immenso interuallo disiungi, colligens in unum dispẽsatiue, & ex utrisque unum significans Christum & filium & deum. Paulus inquit: Seruus Iesu Christi, uocatus apostolus, segregatus in euangeliũ dei, quod antea promissum est per prophetas eius in scripturis sanctis de filio suo, qui genitus fuit ex semine Dauid secundum carnem, qui definitus est filius Dei in uirtute secundum spiritũ sanctificationis. Ecce manifeste segregatũ, inquit, se in euangeliũ Dei, quamuis manifeste scribat: Non enim nosipsos prædicamus, sed Christum Iesum. Et iterum: Non enim iudicaui scire me aliquid inter uos, nisi Christum, & hunc crucifixum. Filium autem ipsum nominans Dei, & etiam ex semine Dauid genitum esse dicit, definitumq; affirmat & in filium dei. Dic igitur obsecro, quomodo deus natus est ex semine Dauid? & qui etiã ante secula & æternus filius secundũ quod apparuit ex Deo, quonam modo filius Dei definitus est, qua si subsistere inciperet productus? Dixit enim ipse: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Quamuis Hodie designet nobis semper quodammodo nõ præteritum, sed præsens potius tempus. Grande mysterium, sed incomprehensibile ijs qui illam seorsim ponunt, & separant. Qui autem Emanuelem in unitatem coniungit, facile & prompte ad puram diuinorum dogmatum scientiam appropiare potest. Nam filius coæternus ei, qui natus est, & ante omne seculum, postquàm descẽdit in hominis naturam, non amisit esse quod erat, nempe Deus, accepta humanitate intelligit meritò & ex semine Dauid natus esse, & recentem in humanitate habere natiuitatem. Porrò quod assumptum nõ alienum ab assumente, sed uerè eius proprium reputatum est, igitur quasi unum cum ipso, quemadmodum scilicet & hominis cõpositionẽ quis considerauerit. Nam ex dissimilibus, natura animæ dico & corporis, composita est: attamẽ unus homo intelligitur, qui ex utroque. Ita ab una qui dem carne interdum totum animal nominatur, interdum autem & anima nominata, intelligitur utrunq;. Simili sanè modo & de ipso Christo accipiemus. Nã si unus dominus & unus filius Iesus Christus, & ante carnẽ, & quãdo apparuit homo eum qui nos redemit dominum nõ negabimus, quamuis significetur interdum nobis per humanas proprietates & humilitatis mensuram. Nam Iudæis quidẽ alloquens dixit dominus noster Iesus Christus: Si filij Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis. Nunc autẽ quæritis occidere me hominem, qui ueritatem locutus sum uobis: hoc Abraham nõ fecit. Scribit autem Paulꝰ de illo, qui in diebus carnis suę supplicatiões et preces apud illum qui poterat saluare ipsum ex morte cũ clamore ualido & lachrymis obtulisset, & exauditꝰ esset pro reuerentia, tametsi filius erat, didicit tamen ex his quæ passus est, obedientiam. Nũquid hominem hunc communem, & nullo modo nostri similibus sublimiorem existimabimus Christum? Absit: Dei autem sapientiam & uirtutem ad eam infirmitatẽ descẽdisse dabimus, ut formidans mortem petierit saluari à patre, & non tribuemus Emanueli esse secundum naturam uitam? uel torquebimus in humanitatẽ, & in mensuram nostræ naturæ, & ea sermonibus parui faciemus quę laudantur? ex quibus deũ esse et summam eius gloriam cognoscemus, eundem esse intelligentes deum simul et hominem, hoc est deũ incarnatum. Igitur ueniat in medium nobis probatissimus Paulus hoc clamãs & dicens: Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapiẽtiam autem non huius seculi, neq; principum huius seculi, qui pereunt, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ est absconditа, quã nullus principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, dominum gloriæ non crucifixissent. Insuper & hoc dicit: Qui quum sit splendor glorię & character substantiæ eius, ferens omnia uerbo uirtutis suæ, purificatione peccatorum nostrorum facta, consedit in dextera maiestatis in excelsis, tanto præstantior factus angelis, quanto excellentius præ illis sortitus est nomen. Quamuis esse & nominari gloriæ dominum, quomodo non eximium & ultra omne quod genitum, & creatum? & transeo quidem humana, dicam autem etiam si quis angelos nominare uelit & principatus, & thronos, & dominationes enumerauerit, adde etiam si summos cõmemorarit Seraphim, si mente profecerit, & sapiens sit, confitebitur illius gloria longe posteriora esse. Eximiam enim esse dico nobilitatem referendam in solam naturam regi nam omnium, quod fuerit gloriæ dominus crucifixus, & quod splendor patris & substantię charácter, ferens omnia uerbo uirtutis suæ, melior angelis factus esse dicatur, assumẽs quod erat minor ut ego opinor, quãdo apparuit homo. Scriptũ est enim, quod Iesum paulo minorem ab angelis uidemus propter passionẽ crucis, gloria & honore coronatũ. Nunquid remouebimus Dei patris natũ Verbum ab ea eminentia, quę illũ substantialiter decet, uidẽtes imminutum ab angelorum gloria eo quod per dispẽsationẽ humilior intelligitur? minime. Opinor enim dei Verbũ post assumptã carnem omnino nõ liberandam ab humanis, neque etiam humanitatem, si in Christo intelligatur & dicatur, diuina gloria non priuandam.

Ioan. 8.

Heb. 5.

1. Cor. 2.

Hebr. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Veruntamen dicturos quosdam non ignoro: A
Quis nam est Iesus Christus, qui ex muliere homo
scilicet Dei Verbum. Et stultum quidem est
ualdè contendere superflue, & ad ineptos sermo
nes respondere. Dico tamen, quod lubricũ sit &
Vnus Christus periculosum secare in duos, & seorsim cõstituere
hominem & Verbum, quum dispensatio hoc nõ
ferat, & diuina scriptura unum Christum clamet.
Dico enim ego, neq; Verbum dei absq; humani
tate, neq; etiam templum natum ex muliere non
unitum Verbo, Christum Iesum nominari. Nam
humanitati secundum unionem dispensatiuã in
effabiliter coniunctũ dei uerbum, Christus intel
ligitur, maxime quidem ultra humanitatem exi
stens, quod natura deus & dei filius, non contẽp
serit etiã propter homines in humilitate fieri. Vn B
Ioan.14. de dicebat: Qui uidit me, uidit patrem, ego & pa
ter unum sumus. Quod autem dicit, Pater meus
maior me est: non minor existit in identitate secũ
dum substantiam, et secundum omne in quo æ
qualis est, sed propter hominem.

Prædicatur autem & per sacras scripturas ali
quando quidem ut totus homo, fileturautem di
spensatiue eius diuinitas: aliquando uerò contra
ut Deus, & filetureius humanitas: nullo autem
modo hoc prejudicat unitati ex ambobus. Vnde
& diuinus Paulus Hebræus ex Hebreis, & tribu
Beniamin uocatus apostolus, scribit per epistolam, ijs qui per fidem iustificati, & mortificarant
membra carnis, fornicationem, inquam ac con
cupiscentiam malam ac auaritiam: Mortui enim
estis, & uita uestra occultata est cum Christo in C
Ioan.17. Deo. Ipse etiam dixit de discipulis suis: Pater san
Coloß.3. cte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut
sint unum sicut & nos: quando eram cum eis, e
go seruabam eos in nomine tuo quos dedisti mi
hi, & custodiui eos, & nullus ex eis periit nisi filius perditionis, ut scriptura impleatur: nunc au
tem ad te uenio, & hæc loquor in mundo, ut habe
ant gaudium meum impletũ in semetipsis. Intelligas itaque quomodo à sola quodammodo humanitate nobis in his designari uidetur. Existimabimus enim nullo modo occultatum esse, & ab
esse ab hoc mundo, quamuis manifeste dicat: A
Math.18. men dico uobis, ubi congregati fuerint duo, uel
tres in nomine meo, illic sum in medio eorum.
Et iterum: Ecce ego uobiscum sum usque ad con D
Matth.ult. summationem seculi. Videbis autem, quod &
ipse sanctissimus Paulus sæpe grauetur ipsum
prædicari hominem. sic enim inquit: Paulus a
Gal.1. postolus, non ex hominibus, neque per hominẽ:
sed per Iesum Christum. Et ad hæc iterum: No
tum autem faciam uobis euãgelium quod euan
gelizatum est à me, quod non est secundum ho
minem: neque enim ab homine ego accepi illud,
neque edoctus sum, sed per reuelationem Iesu
Christi. Et alio quoque loco dicit: Quamuis au
tem & nouerimus Christum, sed nunc non ultra
2.Cor.5. agnoscimus. Quis igitur est Iesus Christus, qui il
li tam arcanorum & certorum, diuinorumq; su
orum sacramentorum fulgidam immisit reuelati

onem? An non Verbum caro factum, quod pro
pter nos de muliere nasci non dedignatum est?
quamuis uerum sit id, quod dixi. Meminimus e
nim beatum Gabrielem ad sanctam uirginem di
xisse: Ne timeas Maria, ecce enim concipies in
utero, & paries filium, & uocabis nomen eius Ie- Luc.1.
sum. Nouum autem hoc nomen à patre per uo
cem angeli Verbo datum esse arbitror. Ita enim Nomen ho
& propheticum oraculum prædixit: Et uocabunt Esa.9.
nomen eius nouum, id quod dominus nomina
bit. Quando igitur coæternus patri, & ante om
ne seculum filius ac unigenitus, in extremis secu
li temporibus factus est homo, natusq; de mulie
re, & declaratus quidem est filius, appellatusq; ie
est, & fuit primogenitus in multis fratribus: tunc
& pater naturalis paternitate nomen eius decla
rauit, paternitatis leges, ut ita dicamus, sequens.
Igitur unus & idem est unigenitus & primogeni
tus. Vnigenitus quidem ut Deus, primogeni Primogenitus Christus.
tus in nobis secundum unionem dispensatiuam,
& in multis fratribus homo, ut & nos quodãmo
do in ipso, & per ipsum filij dei naturaliter & secũ
dum gratiam. Naturaliter quidem tanquam in ip
so & solo, per participationem uerò & per grati
am & nos per ipsum in spiritu. Igitur sicut esse u
nigenitum in Christo factum est proprium huma
nitatis per hoc quod unita est Verbo, iuxta dispẽ
satiuam unionem: ita esse fratrem in multis et elie
primogenitum, proprium est uerbo eo quod uni
tum est carni. Igitur quum deus stabilis sit, nec cõ
uersionem admittat, semper manet id quod erat,
etiam quando factus est homo, summa gloria &
eminentia præ omnibus coronatus erat. Nam ius
sa est nobiscum etiam illa summorum spirituum
sancta & beatissima multitudo illum adorare. Po
terant ohm et ualde meritò, humanitatis uidẽtes
paruitatẽ, tardiores ad colendum et adorãdũ ef
fe, & ad glorificãdum eum quem nobis similem
cognoscebant, ut discedere uiderentur quã lon
gissime ab errore. Inuisibile enim eis erat adhuc
in Christo sacramẽtum, reuelauit autem spiritus
eius, & sanctificatos nõ permisit impie agere. Ete
nim dicit diuinus Paulus: Quando autem intro Hebr.1.
ducit primogenitum in orbem terrarum, dicit:
Et adorent eũ omnes angeli dei. Etenim qui na
turali, proprietate toto orbe sublimior est, & extra
illum existit, secundum quod intelligitur deus, in
gressus est in hanc mundi partem apparens ut ho
mo. Veruntamen propter hoc à diuina gloria nõ
excidit. Nam adoratur quidem ut unigenitus, etsi
am si uocetur primogenitus, id quod manifestis
sime humanitatis mensuras maxime decet.

Num igitur tanquam hominem adorabimus Christus ad
Emanuelem? absit, deliramẽtum enim hoc esset, deiformis
& deceptio, ac error. In hoc enim nihil differe homo.
mus ab his, qui creaturam colunt ultra conditorem & factorem, qui scilicet mutauerunt uerita
tem in mendacium, secũdum quod scriptum est.
Quod si his fratres consenserimus, similiter cum
ipsis reprehendemur audientes: Dicentes se esse Rom.1.
sapientes, infatuati sunt, et mutauerunt gloriã in
corruptibilis



corruptibilis Dei insimilitudinem imaginis ho- A
minis & uolatilium, & reptilium, et quadrupe
dum. An non & nos ipsi eadem quæ prædicti, fa
cere & sentire censebimur, Dei gloriam in men
dacium mutantes in similitudine imaginis corru
ptibilis hominis, ueluti homini puro & uni ex
nobis Emanueli adorationem adaptabimus? cur
autem & ipsa superna angelorum multitudo, in
hanc uenientibus insaniam non obsistit? Etenim
huius erroris crimen tanquam nõ stulte factum
etiam paganorum multitudini non opprobrabi
mus. Habet nimirum ineluibile priscarum culpa
rum detrimentum. Erratur enim opinor et nunc
& nihil minus, quàm olim, & ignoratur uia ad
ueritatem perducens: & superflue, ut apparet,
Gal.4. beatus Paulus illos alloquitur, & dicit: Sed tunc B
quidem nescientes Deum, seruiebatis his qui na
tura non sunt Dij: nunc autem quum noueritis
Deum, imò autem cogniti estis à Deo, quomo
do iterum conuertimini ad infirma & nuda ele
menta, quibus iterum seruire uultis? Qualem e
nim adhuc deum nouerũt fideles, nisi natura de
us est Christus in quem crediderunt, & si colue
runt hominem, pristini erroris impliciti sunt la
queis. An non est uerum quod dico? Vtique ue
rum est. Vide igitur rex Christianissime, quod ne
cessarijs syllogismis quasi cogamur adorare Ver
bum, quod ex patre natũ, & in nostra figura ap
paruit, tanquam deum secũdum naturam, quum
duorum in unitatẽ concursus nihil habeat quod
satis sit ad obscurandum, ita ut propter solius hu C
manitatis suspicionẽ offendamur. Natura enim
Verbi quæ humanitatẽ suscepit, nõ est nuda hu
manitas, sed potius sua gloria assumptã superans
seruatur in incorrupta diuinę celsitudinis perma
nentia. Hæc sentientes discipuli adorando dice
bant: Vere dei filius es, quamuis incedentem ui
dentes, et in nostra carne. Etenim super summas
processias ambulabat mirè ut deus.

Dicet autem fortassis qui huic opinioni aduer
Deut.4. & 32.4. saria: Et quis erat dicens ad mulierem in Sama
ritia: Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus,
quod scimus. Et quomodo erit adorabilis, qui cũ
adorantibus numeratur? Responderim igitur,
quod dicere, Quis erat de Christo, omnino indo
ctum & imperitum est. Nullo modo enim diui- D
tus est. Qui autem mulierem allo quebatur, unus
& solus erat dominus noster Iesus Christus, ex a
dorante humanitate & adorabili deitate, uere in
habens, ut sit & nominetur Deus simul & ho
mo. Quẽadmodum scilicet de ipso et aliter quis
diceret: Nam si Deus est, intelligatur ipse gloriæ
dominus: si autem factus est homo secũdum gra
tiam, quam accepit à Deo, opus habet & gloria.
Ioan.17. Vnde & dicit: Pater glorifica filium tuum. Sed
unus dominus, una fides, unũ baptisma, sicut scri
ptum est. Igitur quemadmodũ est una fides quę
in Christum, et unum uere baptisma, quamuis ba
ptizemus & credamus in patrem et filium & spi
ritum sanctum: secundum eundem opinor mo
dum et rationem, etiam una adoratio est patris, et

incarnati filij et spiritus sancti. Nullo modo enim
propterea unigenitus excludetur, ut minus à no
bis et sanctis angelis adorari possit, quamuis fa
ctus sit caro, et habitarit in nobis, appellatusq; sit
primogenitus in multis fratribus: alioquin, quo
modo in illum credamus, indignum uideret Nã
non dicerent, opinor, qui recte sapere uolunt,
quod in solum credamus Verbũ natum ex Deo
patre, despoliantes illud carne. Neque iterum il
lud dicere prœteribimus, dictum est enim: Nõ e
nim tanquam in unum nobis similem, neque eti
am in hominem fides, sed in Deum tendit natura
lem, & uerum in persona Christi. Iuuabit autem
hunc sermonem etiam sapiens Paulus, scribens:
Non enim nos ipsos prædicamus, sed Christum, 2.Cor.5.
Iesum dominum: nos uerò seruos uestros per Ie
sum Christum, quia deus est qui dixit, ut ex tene
bris lux oriatur, qui illuxit in cordibus nostris ad
illuminationem scientiæ gloriæ eius in persona
Iesu Christi. Ecce enim manifeste & euidenter il
luminatio scietię dei et patris in psona Christi ef
fulsit. Vnde & dicebat: Qui uidet me, uidet & pa
trem, ego & pater unum sumus.

Diuinus autem character non est corporalis,
sed in uirtute & gloria Deo decentissima: hic aũt
erat fulgor in Christo, cognoscig; & per hunc uo
lebat, & per operum excellentiam in mentes au
ditorum ueniebat, quũ ipsum tacite uisa caro a
pud imprudentiores humilem ostenderet. Dicit
enim: Si non facio opera patris mei, nõ credite
mihi. Si autem facio, etiamsi mihi nõ credatis, o
peribus meis credite. Dixisse autem opinor Chri
stum, hoc, quod tũc utile erat nosse. Quoniã eũ
arbitrabantur deum quidem non esse natura eũ,
qui propter nos homo factus, sed simpliciter ho
minẽ sicut nos. nam hinc quidã ne fides in illũ re
ciperetur, curabant, necessariò ad periculũ & me
tumillum tollendũ, fidẽ referebat in deitatis natu
ram, & quasi in persona patris, & non nostræ hu
militate, dicebat: Qui credit in me, non credit in
me, sed in eũ qui misit me: qui uidet me, uidet e
um qui misit me. Nunquid autem non facile erat
dicere? ô meorũ sermonum auditores, ne parua
et humilia deme sentite: scitote aũt quod qui fidẽ
habetis, in me quẽ uidetis, num simpliciter eritis
credẽtes, sed in ipsum patrẽ, per me filiũ, qui per
oĩa æqualis, & in nullo uarius ab ipso sum, incar
natus autẽ propter uos, amictũ humilẽ humani
tatis mihi propriũ feci, & quod etiã æqualis na
tura & opere illi sum, & in identitate gloriæ om
nino cum ipso æqualiter me gerõ.

Discat autem quis: & aliter ipsum per fidẽ nõ
excludi, sed absq; omni distinctione & differen
tia recipi illam, quasi in propria persona, quam
uis sit factus homo: nam ut cæcum à natiuitate sa
nauit, et insolitum ei ac dulce lumẽ implantauit,
meritò eum omnes admirabantur. Sed ille qui à Ioan.9.
morbo liberatus, à Iudæis iudicabatur, & confi
tebatur medicum. Christus autem illum inuenis
dicebat: Tu credis in filium Dei? Illo uerò
clamante: Quis est domine, ut credam in illum?
respondit

Universidad de Deusto
Biblioteca



respondit ei dicens: Et uidisti eum, & qui loquitur tibi, ille est. At ille dixit: Credo Domine, & adorauit eum. Quamuis quomodo non omnibus manifestum, quod diuina & summa natura omnino inuisibilis: Deum enim nemo uidit unquã, sicut scriptum est. Igitur siquidẽ sic diuiseris ab eo humanitatem, quod istucipsum Verbum prodiens ex deo patre nudum & solum uis credi, cur nõ potiꝰ natura diuina existimabitur esse ea, quæ iusserit illum bene habere? Ostẽdit autem corporaliter, ut & oculis presens uideretur. dicebat em: & uidisti eum, et qui loquitur tecum, ille est. An non carnẽ monstrasse dicemus? Et quomodo postea ipse caro esset, nisi intelligatur secundum unionem, quod existat propria eius: quemadmodũ scilicet in nobis fieret, si ostenderet quis, nõ diuisim necꝫ imperfectè hominem nobis similem ex anima & corpore, etiam sola carne ostensa.

Scripsit autem alicubi & sapiens Ioannes nobis: Multa quidem et alia signa fecit Iesus coram discipulis suis, quæ non sunt scripta in libro isto. Hęc autem scripta sunt, ut credatis quod Iesus est Christus filius dei, & ut credẽtes uitam habeatis in nomine eius. Admiretur quis etiã simile quiddam quod diuinus Petrus Iudæis manifeste locutus est: Principes populi & seniores, si nos hodie dijudicamur, ob beneficium homini infirmo exhibitum, in quo ille saluatus est. Notum sit omnibus uobis, & omni populo Iisrael: quia in nomine Iesu Christi Nazareni, quem uos crucifixistis, quem deus suscitauit ex mortuis, in eo ille coram uobis sanus astitit. Et post alia iterum: Et non est in ullo alio salus, neque est nomen aliud sub cœlo, in quo oporteat saluari nos, quod datũ sit in hominibus. Igitur quis est, qui & mortem subijt, et surrexit in gloria, et ex Nazareth, nisi Christus Iesus, qui ante omne quidem seculum ineffabiliter ex Deo patre natus, in postremo & ultimo temporis articulo etiam corporaliter ex muliere? Vnde qui fidem in illum gerit, eximiam reportabit mercedẽ. Promisit enim filius Dei: quot quot enim acceperunt illum, dedit eis, inquit, potestatem filios dei fieri, his qui credũt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. Vt enim esset primatum gerens ipse in omnibus, sicut scriptum est, natus quidem est ex muliere. Quoniam autem est primitiæ, ijs qui reformati sunt per sanctificationem cum Deo, & ante alios ipse genitus monstratus est à spiritu absque congressu uiri & mulieris, nulla ignominia & reprehensione condemnans naturam. Honorabiles em nuptiæ sunt, & qui formauit ab intio masculum & fœminam fecit eos, sed meliori & incomparabili excellentia humanitatem honestãs. Voluit enim nos appellari genitos ex spiritu, nõ ex uiris. Vnde etiam dicit: Ne uocetis patrem uestrum super terram, unus est enim pater uester cœlestis, uos autem omnes fratres estis. Vnde omnino irreprehensibile est credere in illum, imò appreciatum est in tantum, ut delictorum ultra

Ioan. 1.

Ioan. 20.

Coloß. 1.

Matth. 23.

nulla sit memoria. Scribit enim hic iterum ex mius Paulus: Scientes autem, quod nõ iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Iesum Christum credidimus, ut iustificemur in illo.

Rom. 3.

Neutiquam aũt grauabor id quod iãdudum dixi, repetẽdo dicere, quod Iesus Christus nõ nudum & secũdum se ex deo intelligitur Verbum, sed quando accepit humanitatẽ, & incõfuse carni adiunctus est. Ita se habentem & uisibilẽ, & in nostra specie, sanctis apostolis ostendit pater, iuperne demissa hac uoce: Hic est filius meꝰ in quo bene complacui, ipsum audite. Intelligis igitur, quomodo non in hoc, inquit filius est, ut non seorsim, sicut alius ab alio, sed unus intelligatur & idem secundum opinionem dispensatiuam. Incõgruum autem, quod contradicitur etiam his, quę scribens: Ioannes persuadet esse periculosa, sic scribens: Hoc est testimoniũ Dei quod testatus est de filio suo; Qui credit in filium Dei, habet testimonium in seipso: qui nõ credit deo, mendacẽ facit illum, quia nõ credit in testimoniũ, quod testatꝰ est deus de filio suo. Testificatꝰ aũt est, quod hic qui in carne & in forma serui singulariter & propriè meus est filius. Et illã quoꝙ per sancti baptismatis nobilem gratiam, & in illo uiuificationem, & Dei participationem, per sanctificationem in spiritu, per Iesum Christum factam esse dabimus necessariò. Memores enim sumus Ioannis, dicentis: Qui post me uenit, fortior me est, cuius non sum dignus, ut calciamenta gestem, ipse uos baptizabit spiritu sancto, & igni. Nunquid igitur, dic mihi, nostræ humanitatis opus esse dicimus, in spiritu sancto baptizari, & igni? & quomodo esset hoc? Insuper uirtum dicens, qui nondum affuerat, & uidendus erat, ipsum dicit baptizare in igne & sancto spiritu. Non quod alienum his, qui baptizantur, immittat spiritum seruiliter, & ut minister, sed ut Deus secundum naturam, cum summa potestate. Quia ex ipso & per ipsum: per quem & diuinus nobis character imprimitur. Reformamur enim quodammodo ad imaginem diuinam, non corporalem sustinentes reformationem. Valde enim stultum est hoc putare, sed per hoc, quod participes simus sancti spiritus, etiam Christum in nobis recipimus, ita ut gaudentes illud dicamus: Exultat anima mea in domino: induit enim me uestimento salutis, & tunica lætitiæ. Nam quotquot in Christum baptizati estis, Christũ induistis. Si au tem quis accedens interrogauerit, nũquid in nomen baptizati sumus? hoc né esse dicemus uerum? sed à nobis uicissim audiet: Parcius amice, quid facis tur? & spem nostram deducis? Baptizati enim sumus non simpliciter in hominem, sed in Deum hominem factum, & remittentem peccatorum? Memores enim sumus Ioannis, dicentis: Qui post me uenit, fortior me est, cuius non sum dignus, ut calciamenta gestem, ipse uos baptizabit spiritu sancto, & igni. Nunquid igitur, dic mihi, nostræ humanitatis opus esse dicimus, in spiritu sancto baptizari, & igni? & quomodo esset hoc? Insuper uirtum dicens, qui nondum affuerat, & uidendus erat, ipsum dicit baptizare in igne & sancto spiritu. Non quod alienum his, qui baptizantur, immittat spiritum seruiliter, & ut minister, sed ut Deus secundum naturam, cum summa potestate. Quia ex ipso & per ipsum: per quem & diuinus nobis character imprimitur. Reformamur enim quodammodo ad imaginem diuinam, non corporalem sustinentes reformationem. Valde enim stultum est hoc putare, sed per hoc, quod participes simus sancti spiritus, etiam Christum in nobis recipimus, ita ut gaudentes illud dicamus: Exultat anima mea in domino: induit enim me uestimento salutis, & tunica lætitiæ. Nam quotquot in Christum baptizati estis, Christũ induistis. Si au tem quis accedens interrogauerit, nũquid in nomen baptizati sumus? hoc né esse dicemus uerum? sed à nobis uicissim audiet: Parcius amice, quid facis tur? & spem nostram deducis? Baptizati enim sumus non simpliciter in hominem, sed in Deum hominem factum, & remittentem peccatorum, & priora crimina his qui receperunt fidem in ipsum. Vnde diuinus Petrus Iudæos alloquens, dixit: Pœnitẽtiam agite, & baptizetur unusquisque uestrũm in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorũ, & accipietis donũ sancti spiritus. Sibi

Matth.



Sibi enim addictũ absoluens à peccatis, mox suo iunxit spiritu, quem ipsum quidem Verbum ex deo patre & ex sua natura nobis reseraturire facit. Communem autem quodammodo rem ponens in dispensatione cum carne, propter unionem, & sicut homo, inspirabat corporaliter: Suffauit enim in sanctos apostolos, dicẽs: Accipite spiritum sanctum. Et non ex mensura dat spiritum secundum Ioannis uocem, sed ipse ex se immittit, quemadmodum scilicet & pater. Vnde dicebat Paulus omnem in hoc depellens diuersitatem, aliquando quidem spiritum Deo & patri uidetur tribuere, aliquando autem filio. Scribit autem sic: At uos non estis in carne, sed in spiritu, siquidem spiritus Dei habitat in uobis. Si autem quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si autem Christus est in uobis, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus uerò uita propter iusticiam. Vnde cõgruit, quod & prius sit spiritus Dei, & nihilominus Verbum, quod prodijt ex patre, non est solum: sed quamuis intelligatur homo sicut nos factũ, non tamen destituitur proprietatibus deitatis tanquã in propria natura relictum. Vnde & ipsum omnium exsistit uita, et uiuificare dicitur nobiscum propter ineffabilem natiuitatem ex uiuente patre: attamẽ est uidere ubi tribuitur proprię carni, diuinę efficaciꝫ gloria, & propria facit uerbũ ea quæ carnis etiam quodammodo secũdum unionem dispensatiuam, et quę suę naturę adiecta. An non maxime decere dicet quis Verbũ, quod est ex deo patre secundum naturam desuper uenire, & ex cœlo uiuificare posse ea quibus immittere uoluerit uitam? Cur aũt creare, dic obsecro, diuino modo, concedat quis esse humanũ? minime. quomodo igitur suiuificat quidem nos ut Deus. Veruntamen non in solo hoc quod particeps est spiritus sancti, sed & manducabilem apponens assumptam carnem filij hominis. Dicebat enim: Amen amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguiuem, non habetis uitam in uobis. Illudentibus autem ipsum Iudæis, & attentantibus nescio quomodo beatũ Moysen dicere meliorem. Dicebant enim: Patres nostri comederunt manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de cœlo dedit eis ad mandu candum. Quod tu signum facis, ut credamus tibi? quid operaris? Sic supernè nobis de cœlo deferens corpus, inquit: Amen amen dico uobis, non Moyses dedit uobis panem de cœlo, sed pater meus dat uobis panem de cœlo uerum. Panis enim Dei est, qui descendit de cœlo, & uitam dat mundo. Et ad hæc iterum, quasi etiam digito demonstrans in corpore: Ego sum, inquit, panis, qui de cœlo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea est pro uita mundi: qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem: & qui mãducat me, etiam ille uiuet propter me. Quamuis uerum sit dicere, quod non descenderit quidem de cœlis caro, sed fuerit ex uirgine secundũ scripturas. Non est autem esibile Verbum, sed in unum ambo colligens, secundum dispensatiuam unionem, naturarum proprietates innumeris à nobis uidentur rationibus. Etenim Nicodemo non intelligenti sacramentum, & impe rite clamanti, quomodo possunt hæc fieri? Si terrena dixi uobis, inquit, & non creditis, quomodo si dixero uobis cœlestia, credetis? Et nullus ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis. Quum autem Iudæi iterum æqualiruditate laborarent, & nescio quomodo deridere uellent, quod dixisset se uiuificum, & proprium corpus de cœlo: Hoc uos scandalizat, inquit, si igitur uideritis filium hominis ascendentem ubi prius erat. An non dicimus natum esse ex muliere Emanuelem? Quò igitur ubi prius erat, uel quomodo ascendit, ubi scilicet esse dicit illum? quamuis natum per sanctam uirginem unito sibi corpore. An non & ociosam confitebimur fuisse terrenam carnem ad hoc ut posset uiuificare, quatenus proprietatibus deitatis tanquã in propria natura relictum. Vnde & ipsum omnium exsistit uita, et uiuificare dicitur nobiscum propter ineffabilem natiuitatem ex uiuente patre: attamẽ est uidere ubi tribuitur proprię carni, diuinę efficaciꝫ gloria, & propria facit uerbũ ea quæ carnis etiam quodammodo secũdum unionem dispensatiuam, et quę suę naturę adiecta. An non maxime decere dicet quis Verbũ, quod est ex deo patre secundum naturam desuper uenire, & ex cœlo uiuificare posse ea quibus immittere uoluerit uitam? Cur aũt creare, dic obsecro, diuino modo, concedat quis esse humanũ? minime. quomodo igitur suiuificat quidem nos ut Deus. Veruntamen non in solo hoc quod particeps est spiritus sancti, sed & manducabilem apponens assumptam carnem filij hominis. Dicebat enim: Amen amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguiuem, non habetis uitam in uobis. Illudentibus autem ipsum Iudæis, & attentantibus nescio quomodo beatũ Moysen dicere meliorem. Dicebant enim: Patres nostri comederunt manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de cœlo dedit eis ad mandu candum. Quod tu signum facis, ut credamus tibi? quid operaris? Sic supernè nobis de cœlo deferens corpus, inquit: Amen amen dico uobis, non Moyses dedit uobis panem de cœlo, sed pater meus dat uobis panem de cœlo uerum. Panis enim Dei est, qui descendit de cœlo, & uitam dat mundo. Et ad hæc iterum, quasi etiam digito demonstrans in corpore: Ego sum, inquit, panis, qui de cœlo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea est pro uita mundi: qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem: & qui mãducat me, etiam ille uiuet propter me. Quamuis uerum sit dicere, quod non descenderit quidem de cœlis caro, sed fuerit ex uirgine secundũ scripturas. Non est autem esibile Verbum, sed in unum ambo colligens, secundum dispensatiuam unionem, naturarum proprietates innumeris à nobis uidentur rationibus. Etenim Nicodemo non intelligenti sacramentum, & impe rite clamanti, quomodo possunt hæc fieri? Si terrena dixi uobis, inquit, & non creditis, quomodo si dixero uobis cœlestia, credetis? Et nullus ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis. Quum autem Iudæi iterum æqualiruditate laborarent, & nescio quomodo deridere uellent, quod dixisset se uiuificum, & proprium corpus de cœlo: Hoc uos scandalizat, inquit, si igitur uideritis filium hominis ascendentem ubi prius erat. An non dicimus natum esse ex muliere Emanuelem? Quò igitur ubi prius erat, uel quomodo ascendit, ubi scilicet esse dicit illum? quamuis natum per sanctam uirginem unito sibi corpore. An non & ociosam confitebimur fuisse terrenam carnem ad hoc ut posset uiuificare, quatenus proprietatibus deitatis tanquã in propria natura relictum. Vnde & ipsum omnium exsistit uita, et uiuificare dicitur nobiscum propter ineffabilem natiuitatem ex uiuente patre: attamẽ est uidere ubi tribuitur proprię carni, diuinę efficaciꝫ gloria, & propria facit uerbũ ea quæ carnis etiam quodammodo secũdum unionem dispensatiuam, et quę suę naturę adiecta. An non maxime decere dicet quis Verbũ, quod est ex deo patre secundum naturam desuper uenire, & ex cœlo uiuificare posse ea quibus immittere uoluerit uitam? Cur aũt creare, dic obsecro, diuino modo, concedat quis esse humanũ? minime. quomodo igitur suiuificat quidem nos ut Deus. Veruntamen non in solo hoc quod particeps est spiritus sancti, sed & manducabilem apponens assumptam carnem filij hominis. Dicebat enim: Amen amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguiuem, non habetis uitam in uobis. Illudentibus autem ipsum Iudæis, & attentantibus nescio quomodo beatũ Moysen dicere meliorem. Dicebant enim: Patres nostri comederunt manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de cœlo dedit eis ad mandu candum. Quod tu signum facis, ut credamus tibi? quid operaris? Sic supernè nobis de cœlo deferens corpus, inquit: Amen amen dico uobis, non Moyses dedit uobis panem de cœlo, sed pater meus dat uobis panem de cœlo uerum. Panis enim Dei est, qui descendit de cœlo, & uitam dat mundo. Et ad hæc iterum, quasi etiam digito demonstrans in corpore: Ego sum, inquit, panis, qui de cœlo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea est pro uita mundi: qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem: & qui mãducat me, etiam ille uiuet propter me. Quam-

Ioan. 3.

Ioan. 6.

Caro quomodo uiuificat.

Coloß. 1.

absq

absq; carne intelligatur post unionem. Primogenitus autem & ex mortuis secundum quod apparuit homo, non abiciens hoc, quod est deus propter incarnationem. Vides autem & alio loco spiritu sancto afflatos ijsdem sermonibus uti. Nam Ioannes quidem inquit: In principio erat Verbū, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud deū: omnia per ipsum facta sunt, sine ipso factum est nihil. Paulus autem: Vnus est Deus pater, ex quo omnia, & unus dominus Iesus Christus per quē omnia: sed siquidem esset aliquid quod mediaret, postquā unitum est carni uerbum, & in diuersitatem separaret quodāmodo in filiorum, dualitatem, sicut quibusdam uidetur: quomodo condita sunt omnia per Iesum Christum, & etiam condita per ipsum omnia? Itaq; manifestum est, quod quæ insunt natura & propriè Verbo ex Deo patre, seruantur iterum ei etiam, quando apparuit homo. Igitur periculosum est audere diuidere. Vnus enim dominus Iesus Christus, & per ipsum omnia condidit pater. Quapropter & cōditor ut Deus, & uiuificus ut uita, humanè autem et proprietatibus quæ supra hominem, in unum quoddam medium compositus. Mediator enim est Dei & hominum secundum scripturas, natura quidem existens deus, et non absq; carne: homo autem uerè & non simpliciter sicut nos, sed existens id quod erat, quamuis factus sit caro. Scriptum enim est, quod Iesus Christ, hodie et heri, ipse et in secula. Nonne ex sancta uirgine natum esse dicimus & credimus, in nouissimis seculi temporibus Emanuelem? & quomodo hoc non est uerum? Porrò quod dicit Heri et Hodie, ô Christianissime rex, tempus nobis præsens & præteritum significat. Quomodo igitur idem erat prēterito tempore, quamuis secundum carnem nondum natus sit. Itaq; erat Verbum in principio, & quodammodo ex æterno & inconuertibili deo et patre prodiens, habēsq; & ipse in propria natura perpetuitatem et immutabilitatem. Nunquid nouitium & currens cum temporibus incarnationis nomen Verbo datum Iesus Curistus? id quod à nobis etiam pluribus sermonibus ostensum est. Intelligis igitur quod Christum Iesum nō uniformiter Verbum heri & hodie idē esse dicit, et in secula. Quomodo haberet immutabilitatem, & in identitate durationem hominis natura, quæ motionem & prę alijs productionem ex nihilo adesse et uiuere ferat. Nunquid igitur scriptura sacra aberrauit à uero? & eum qui heri non fuit, prius fuisse dicit? Absit ut ego hoc dicam. Heri enim et hodie idē & in secula Christus Iesus. Verbum autem antiquissimum & immobile minimè quidē negauerim, quamuis factum sit caro. Opinabor autem secundum unionem cum sua carne, tanquam heri existentem, et prexistentem significasse ipsum iterum. Quapropter abominabiles quidem erāt delirii Iudęi, lapidare ipsum tentantes, fide exclusa. Abhorrebant enim, quum similis nobis uideretur homo, dignitatem quæ super hominem de

Hebr. ult.

Christus heri & hodie.

A se antiquissimam tribueret, dicens tanquā deus: Amen amē dico uobis, priusquam Abraham fieret ego sum: quando & ad hoc dicebāt illi, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham uidisti. Dixit autem & Ioannes: Hic est de quo dixi uobis, post me uenit uir, qui ante me factus est, quia prior me erat. Quamuis esse uirum eum scirens, & nominans Emanuelem ante ipsum & priorem fuisse, dicit serius genitū et post ipsum. Cæterum dicet quis fortassis, ante ipsum et priorem fuisse, secundum gloriam. Itaq; quemadmodum intelligere possum, non longus sermo, hoc etiam insyncere & stule intelligi, docebit. Nā si accepe-
B rimus ita priorem esse, ut præstantior sit in gloria eadem ratione & posteriorem dicemus, in gloria significari secūdum. Colligitur igitur quod Ioannis gloria necessario nobis minor erit Christo, & ipsum sequatur. Dixit enim, Post me uenit uir, ô absurditatem. Nos sanè cognoscimus non sic habere intelligētes quod in prophetis scriptū: Quis in nubibus æquabitur domino, similis erit domino in filijs dei? Itaq; ipsi etiam cum carne antiquitas ut deo secundum naturam unito carni tribuē da est, qui & suę naturę bona proprio corpori cō
C munia facere solet. Hoc autem sic habere discēs, & bene dictū etiam ex alijs statim testimonijs. Dicit quidē uolueris. Dixit enim alicubi deus de Christo, qui ex semine Dauid secundum carnem per Ioannem unum sanctum prophetam: Et ut Bethlehem domus Euphrata, non minima es ut sis in millibus Iuda. ex te enim mihi egredietur ut sit princeps in Israel, & exitus eius à principio à diebus seculi. Porrò de filijs Israel sanctissimus Paulus: Omnes in Mose baptizati sunt, in nube, & in mari, & omnes eundem spiritualem cibum comederunt, & omnes eundem spiritualem biberunt potum: biberunt enim ex spirituali petra, quæ sequebatur, petra autē erat Christus. Itaq; uide in Christo Iesu ostendi secundum unionem dispensatiuū, proprie Verbi antiquitatem. An non manifestus est mo? Bethlehem item illum ut hominē, & ex mu-
D liere ab initio seculi exitus habere, & bene dicit. In principio enim erat, & ante omne seculum, incarnatum Verbum, & ipse erat petra sitientem Israelem insperatis & inexpectatis inebrians fluentis: quamuis factus secundum carnem & humanitatem, in nouissimis seculi temporibus, & inuctus à deo patre in hūc mundum apostolus. Nominatus enim est non alterius rei gratia, sed propter hoc, Christus: Christus autē erat petra secundum Paulum. Confirmat autem hunc sermonem gratia & sapiens Ioannes, tantum non & naturas cōgregans, & uim proprietatum utriq; accidentium in unitatem colligās. Vide enim quid dicit: Quod erat ab initio, quod audiuimus, quod uidimus oculis nostris, quod spectauimus, quod manus nostræ cōtrectauerunt, de uerbo uitæ, & uita manifestata est, & uidimus & testamur & annunciamus uobis uitam æternam, quæ scilicet erat apud patrem, & manifestata est nobis. Ecce eum qui erat ab initio, uisum manifestè dicit, pertulisseq; factum:



factum: clamat enim Thomas: Dominus meus, & deus meus, cōtingens digito latus corporis et fixuras clauorum. Factos autem sanctos apostolos, dicit & diuinus noster Lucas, ipsos spectatores, & ministros Verbi. Factus enim est conspicuus, qui incorporeus erat: & palpabilis, qui intangibilis: amictum non uulgarem habens, terrenam carnem, et proprium ipsam faciens templū, & cum ipsa, & in initio innotescit, ut Deus & dominus. Scripsisse autem scio alicubi sacratissimū Paulum: Nullus enim nostrum sibi ipsi uiuit, & nullus sibi ipsi moritur. nam si uiuimus, Domino uiuimus: & si morimur, Domino morimur. Igitur siue uiuimus, siue morimur domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est & reuixit, ut & mortuis & uiuentibus dominaretur. Itaque uere congruit, quod & Dominus sit, & uiuentium & morientium, qui non ob aliam causam, quàm ob hanc solam mortuus est & resurrexit. Quem igitur dicimus, quod subierit quidem mortem & reuixerit: nonne filium? Vtique filium omnes consentiunt. Quid igitur dicemus? Vtrum mortuū sit, & corruptioni obnoxium, Dei patris Verbū, uel extra mortem & corruptione superius ut uita? quamuis omnibus manifestum quod morte superius sit ut uita. Et quomodo factū est in mortuis, & liberum secundum scripturas? Non enim secundum seipsum mortuum est Verbum. Vnde dicimus quod mortua eius carne ipsum hoc dicatur pati. Proinde non absque carne, sed potius cum ipsa, & in ipsa dominationis suscepit gloriam, qui lege carnis & natura nobis simili mortuus est & resurrexit. Nam humana est passio, monijnum autē opus, reuiuiscere: ut per ambo significetur et nobis similis, et super nos ut deus, & uniuersorum factus uideatur dominus, qui & ante carnē regnabat cum suo patre. Ita ipsum agnoscens Nathanael dicebat: Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel. Et ipse discipulis suis: Vos uocatis me, inquit, dominus et magister, & bene dicitis, sum etenim. Opere quoq; idipsum credi facit. Nam & emittit peccata, potestatem dedit contra immundos spiritus, ad eijciendos illos, ad curandam omnem infirmitatem & omnem contri-

Luc. 20.

Luc. 1.

Rom. 14.

Ioan. 13.

Ioan. 1.

A tionem in populo. In nomine enim Iesu Christi Nazareni curatus est, qui pedib. claudicabat, et ad Speciosam portam sedebat, infirmitatemq; diutinam deposuit, & fere ineffugibilem morbum effugit Aeneas, ad quem diuinus dixit Petrus: Curet te Iesus Christus. Act. 3. Act. 9.

Itaq; undequaq; coacti ad ueritatem, iuxta id quod sacris scripturis uidetur, incedere studentes, & patrum sequentes sententias, eum qui ex radice Iesse, qui ex semine Dauid, qui ex muliere secundum carnem, qui nobiscum sub lege ut homo, & super nos, et super legem ut Deus, qui propter nos & sicut nos nobiscum inter mortuos, qui super nos propter seipsum uiuificus & uita, uere filium Dei esse credimus. Neque spolian
B tes deitate humanitatem, neq; hac despoliantes Verbum post ineffabilem et inenarrabilem unionem: sed unum & eundem confitentes Christum ex duabus rebus in unum quoddam, quod ex duobus ineffabiliter apparuit secundum utiionē scilicet summam, & non naturæ conuersionem. Quantum enim lucrum accedet his qui sic sentiunt, manifestat scribens Christi diuinus discipulus: Qui confitebitur, quod Iesus est filius Dei, qui Deus in ipso manet, & ipse in Deo. Quod autem Iesus Christus, qui ex Dauid secundum carnem, secundum naturā sit uere filius Dei, secundum quod factū est caro Verbum, et habitauit in nobis, obsignabit dicens sapiens Ioannes: Et scimus quod filius dei uenit, & dedit nobis mentē,
C ut cognoscamus uerum Deum, et simus in uero filio eius Iesu Christo, qui est uerus deus & uita æterna, per quem, & cum quo, Deo & patri gloria cum sancto & adorabili & uiuifico spiritu in secula, Amen. 1. Ioan. 5.

DIVI CYRILLI ALEXANDRINI ARchiepiscopi Alexandrini ad Theodosium regem de recta fide libri, finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



# DIVI CYRILLI ARCHI-

EPISCOPI ALEXANDRINI, AD PIENTISSIMAS REGINAS

de recta in Dominum nostrum Iesum Christum Fide, liber.

HAVD immeritò, pientissimæ & deiamātissimæ reginæ, uos sanctas & castiss. Christi sponsas dixerit quis, orbis totius celebre præconium, & sancta rum nostri omniū saluatoris ecclesiarū gloriationem. Omnis em uariarum uirtutum pulchritudo, diuinis oculis gratissima & notissima, in uobis radiat: exercitatio autem & studium strenuum uobis est ut fides recta sit, & nullo modo uacillans ornetur. Scribit autem alicubi sic Paulus sapientissimus uere nominatus & administrans gentibus sacramentum Christi: Atque ita fratres mei dilecti, firmi estote, immobiles, abūdantes in opere domini semper. Nam ubi fides recta & irreprehensibilis cum bonorum operum honestate coniungitur, & æquo cursu admittitur, illic omnino fuerit in omni bono perfectio, & sanctificationis integritas. Igitur omnis sermo noster uestra nobilitate inferior est, & fatetur ingenue & absq; rubore se uictū. Esset autem uenia, si laudare ea quorū dignitatem asse qui nequit, reuereretur. At si quidem facultatem bene agendi habeat, accusetur autem quod multum cogitet infirmitatem, ac moras nectat, nemo ab ignauiæ crimināb. liberaret. Quare enim eos quos, ut par erat, uirtutum præconijs celebrare poterat, uolens silere contristat? Si autem imbecillis est, & metuit, fateturq; se uictum, non in ipsum culpā referemus, sed in uos potius quę tantis præclaris facinoribus illustres, facitis ut omnes etiam sermones ad orandum compositi, nihili sunt. Vester enim regius sanguis longa serie temporum descendit, & propagabitur etiam in posterum, ut credimus. Ecce & ualde sapienter confugientes ad regnum Christi, operam datis, ut quæ illi probantur, & sentiatis & faciatis: partim, ut dixi, operibus & irreprehensibili conspicuæ fide, & uestras & regum aulas uirginitatis gloria decoratis, partim sumptuosissima Christo templa erigitis. Concessum enim & hoc est cum alijs ab ipso uestris animabus. Idcirco dicam aliquid ex sacris literis acceptum: Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete, modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Itaque nota ea & promulgata etiam in omnibus ciuitatibus & regionibus, quasi imago quædam depictam habens pietatis in Christum pulchritudinem, uere refulsit, & in admiratione fuit. Operæprecium autem existimaui, ut uobis quæ ita omnibus bonis operibus deditæ, communicem aliquod spirituale donum, tanquam sanctis Christi sponsis, nempe nup: rà me elaboratum libellum, qui nō mediocrem, ut opinor, lectoribus allaturus est utilitatem. Eos enim, qui non recte sentire edocti sunt, hoc est decepti, de omnium saluatore Christo, ad correctionem reducet, & bene instruet: alios autem, qui recta mente incedunt, & ueritatis dogmatibus immorantur, securiores efficiet multis bonorum cogitatuum inuentionibus, & diuinæ scripturæ demonstrationibus. Ad discetur enim quod natura quidem & ueritate Deus sit Emanuel, & per illum deipara & uirgo pariens. Qui enim hoc dicere & sentire reuerenti sunt, non intellexerunt, ut par est, profundum pietatis sacramentum. Opinor autem paucis dicendam esse apostolicam & euangelicam traditionem, quæ de Christo omnium Domino facta est, & adiungendum omnis diuinæ scripturę de hoc scopum, & quónam spectet ueriorum dogmatum uirtus.

Credimus igitur in unum Deum patrē omnipotentem, omnium uisibilium & inuisibilium factorem. Et in unum Dominum Iesum Christum filium eius, genitum secundum naturam ex ipso ante omne seculum & tempus. Etenim est cū eo absq; principio secundum tempus, & coæternus suo genitori, & cum ipso eiusdē potestatis et gloriæ, & æqualitate per omnia coronatus. Charácter enim est & splendor substantiæ eius. Credimus autem similiter & in spiritum sanctum, non alium illum à diuina natura reputantes. Etenim est ex patre naturaliter, emanans per filiū in creaturam. Intelligitur enim sic una & consubstantia lis & in identitate gloriæ sancta, & adorabilis trinitas. Dicimus aūt, quod Verbū unigenitus Dei ac patris ex substantia eius sit ineffabiliter genitus omniū seculorum factor, per quem omnia, & in quo omnia, lux uera omnia uiuificans natura. Vita enim apparuit tanquā ex uita patris. In nouissimis seculi temporibus patre comprobante, ut saluet humanum genus in maledictionē prolapsum, et per peccatum in mortem et corruptionem deductum, semen Abrahæ apprehendit secundum scripturas, et particeps factus est sanguinis et carnis, hoc est factus est homo, et carne accepta & propria ipsius facta, natus est carnaliter per sanctam et deiparam Mariam. Sed quamuis factus est nobis similis, et seruī formā dispensatiue induerit, mansit tamē in naturali deitate et dominatione. Nō enim cessauit esse deus, quamuis factus sit caro, hoc est nobis similis et homo. Vbi autē immutabilis secundū naturam ut deus, manens id quod erat semper, et est et erit, appellatus est filius hominis. Et quoniam descendit sponte in humanitatis mensuras, demisit enim se in exinanitionē: necessariò sustinuit et natiuitatem ex muliere, non accipiente ut esset principiū diuina eius natura, quādo secundū carnem natus esse dicitur, (cū erat quidem & est, ut dixi, ex deo patre naturaliter, & uere uerbum. Quoniam aūt nō homo simpliciter intelligit sicut nos, qui ex sancta uirgine natus, sed ipsum incarnatū Verbū, & proprium habens corpus illius, propter hoc dicitur natum esse carnaliter, quia suæ carnis natiuitatem propriam sibi facit. Qui aūt stulte dicūt sanctam uirginē non esse deiparam, incidunt necessariò in hoc, ut duos dicant filios dei. Nā si nō peperit carnaliter incarnatū deum sancta uirgo, omnino necessario, etiam si nolint, cogantur confiteri, quod cōmunem genuerit hominem, qui nihil præstātius fuerit quām nos. Et quomodo illi fletur omne genu, & omnis lingua confitebitur quod dominꝰ Iesus Christus in gloria Dei patris est? Quomodo ipsum adorabunt angeli, & summarum uirtutum sancta multitudo? nunquid cō munem hominem nobiscum coluit etiam totum cœlum? Absit. Adoramus enim ut deum uerum Emanuelem. Erit aūt nō aliter adorabilis, nisi credamus quod ipsum Verbū, quod ex Deo, quod ab omni creatura adoratur, caro factum sit secundum scripturas, non in carnem mutatum, sed ex sancta uirgine carne accepta, ut dixi, etiam humanam nobiscū pertulerit natiuitatem, ut & homo factus pro nobis moreretur quidem ut homo, resurgeret aūt diuina uirtute, cōculcato mortis imperio, ita ut posset nos & nos quodāmodo in Christo uincere, et prævalere quidem peccato, exuere aūt corruptionem & effugere mortē, & ita dicendum est gratulando Christo: Vbi est uictoria tua mors? ubi stimulus tuus inferne? Nam quemadmodum in Adam cecidimus, ita uiuimus in Christo. Si aūt Emanuel cōmunis homo fuisset, quomodo utilis fuisset hominis mors? quamuis multi mortui fuerint sancti prophetæ, Abraham ille celebris, Isaac & Iacob, Moyses & Samuel, & cæteri sancti, nihil tamen profuit humano generi illorum mors. Saluauit autē mors Christi. Obtulit enim suam carnē pro nobis, & dans seipsum mortui propter nos, omnes à mortis eripuit uinculis. Sufficiens enim fuit unus pro omnibus moriēs, qui dignissimus erat omnium: quia & natura de uis Verbum ex patre est, et proprium eius corpus fuit. quod pro nobis in odorem suauitatis deo et patri oblatum est. Igitur impium & absurdissimū est unum dominum Iesum Christum secare in duos filios. Opponit autem se illis & sapientissimus Paulus sic dicens: Vnus dominus, unum baptisma, una fides. Si enim unus est dominus, & secāt unum in duos filios, cui dominationis gloriam attribuemus? nunquid uerbo ex patre nato? illi enim maxime congruit dominationis nomen, & resurrexit enim est Dominus omnium, iam ubi nā alium ponemus? alienus enim erit à dominatione, cedens ei qui prius extitit & incomparabiliter superexaltatus est. Sed ut ipsi dicunt, ei qui ex quomodo erit dominus Verbum ex deo patre, si quidem quum unus sit dominus secundum scripturas, homini nudo dominationis nomen concedimus? Quomodo aūt & una fides? Vel quomodo unum baptisma? Si enim duo filij sunt, secundum quosdam, in utrum credimus? opus ruditatis illorum esset dicere, quod in eum, in cuius nomen baptisati sumus, quum unū sit baptisma. At uidet omnino uestra solertia ebriū in hoc sermonem, fœdum, imò ad extremam impietatem propendentem. Opinor enim uos diuinū Christi sacramentum diligenter cognouisse, & acuto mentis oculo perspicere eos qui decipere uolūt, & personam pietatis suis sermonibus affingunt, qui tamen quouis iaculo penetratiores sint. Etenim negant quidem, si ueritas dicatur, eum qui ipsos redemit dominū, hoc est, Christum: timentes uerò eorū qui pie sentire solent offendicula et admirabilem zelum: confitent quod & deus sit, qui ex sancta uirgine natus est: atq; etiā quod et dominus et filius dei. Et siquidem quis simplicium illorū receperit sermones, existimabit quod uerisimile est, recta & uera dicere quæ à ueritatis dogmatibus nō abludant. At si quis uoluerit inuestigare diligenter, et examinare dicta illorum, non simplicia inueniet. Nam sunt quidē dij multi, et domini multi in cœlo et in terra, sicut scribit nobis beatus Paulus: sed nobis unus est deus pater ex quo omnia, & nos in ipsum: et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum. Veruntamen quando Iesum Christum nominamus ex Deo patre Verbum in humana forma apparentem, significamus habentem non ut donum gratiæ, et aduentitiam ac externam dignitatem, sed existentem uere id quod creditur: deus enim existēs natura etiam absq; carne, deus mansit & cum carne: & filius existens, natura etiam ante carnem, mansit filius etiam quando factus est caro: & dominus existens uere uniuersorum, in hoc iterū uidetur ordine, etiam in humanitate factus. Itaq; si deum uerum esse dicunt, eū qui ex sancta uirgine genitus est, hoc est Verbū ex Deo patre secundum naturam unitum carni, quare metuūt confiteri quod dei genitrix est sancta uirgo? sed mens illorum est simulare quidem, et dicere: Profecto et deus est et dominus, et considet cum patre, sed in ueritate non ita sentiunt. Dicunt autem quod in partem gratiæ & in proiectu ei qui natus est ex sancta uirgine, communi et nobis simili homini, datam esse filiationis et dominationis gloriam.

Quod igitur uox Deipara etiā familiaris fuerit sanctis patribus qui ante nos fuerūt, et qui ob rectam fidem admirabiles sunt, etiam in posterū, apud omnem, ut ita dicatur, regionem quæ sub cœlo est, operæprecium esse arbitror ut uerum ostendam. Vt enim non uidear simpliciter et inexquisite asserere quod in mētem uenit, ex libris quos illi fecerūt in utilitatem ecclesiarum congestos, & propositos in demonstrationem, obligna bo sermonum meorum ueritatem. Dixit igitur uere beatꝰ et pierate celebris Athanasius, qui olim Alexandrinus fuit episcopus, in libro de incarnatione Christi, in hæc uerba: Cōfitemur em, inquit,



Heretici fingunt se recte sentire.

Universidad de Deusto
Biblioteca



inquit, etiam esse ipsum filium dei & deum secun A
dum spiritum, filium hominis secundum carnē:
non duas naturas, unum filium, unam quæ ado-
ratur, & unam quæ non adoratur: sed unam natu
ram dei Verbi incarnatam & adorabilem cū car-
ne sua una adoratione: neq; duos filios, aliū qui
dem filium dei uerum, & qui adoratur, alium au-
tem ex Maria qui non adoratur, secundum gra-
tiam Dei filiū factum, sicut & homines: sed sicut
dixi, ex Deo unum filiū Dei, & Deum ipsum &
non alium, etiam ex Maria genitum esse secun-
dum carnem in nouissimis diebus, sicut angelus
deiparæ Mariæ dicēti: Quomodo hoc erit, quia
uirū non cognosco? aiebat: Spiritus sanctus ue-
niet super te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi,
ideo et quod nascitur sanctū uocabitur filius dei. B
Eapropter natus ex sancta uirgine filius dei natu
ra, & uerus deus, & non gratia & mediatione se-
cundum carnem solum, quæ ex Maria homo, se-
cundū autē spiritum ipse filius Dei & Deus. Pas-
sus quidem est secundum carnem, nostras passio
1. Pet. 4. nes, sicut scriptum est, Christo passo pro nobis
Rom. 1. carne. Et iterum: Qui filio suo non pepercit, sed
pro nobis omnibus tradidit illum. Impassibilis
Malach. 3. autem manens & immutabilis secundum deita-
tem, iuxta id quod dicitur à propheta: Ego deus,
& non sum mutatus. Moriens quidē nostra mor
te secundum carnem pro peccatis nostris, ut mor
tem auferret, per quam mortem pro nobis, iuxta
1. Cor. 15. Apostolum dicentem: Absorpta est mors in uic-
toria. Vbi tua mors uictoria? Vbi aculeus tuus C
inferne? Et iterum: Christus mortuus est pro pec
catis nostris secundum scripturas. Immortalis au
tem & inuictus morti manens, propter deitatem
Act. 2. tanquam impassibilis potentia patris, secundū
Petrū dicentem: Non enim erat possibile ipsum
detineri â morte.

Et interiectis quibusdam sic adijcit: Si autem
quis præter hęc ex diuinis scripturis alium docet
esse filium Dei, & alium qui ex Maria adoptatus
est in filium sicut nos, ita ut sint duo filij, unus se-
cundum carnē filius dei, nempe is qui ex deo: &
alter secundum gratiam, nempe qui ex Maria ho
mo: Vel si quis domini nostri carnem superne di
cat, & non ex Maria uirgine: Vel conuersam di-
uinitatem in carnem: Vel confusam, uel immuta D
tam, uel passibilem domini deitatem: Vel inado
rabilem domini nostri carnem ut hominis: hunc
anathematizat sancta et catholica ecclesia, obtē-
Gal. 1. perans in hoc diuino apostolo dicēti: Si quis uo-
bis euāgelizauerit præter id quod accepistis, ana
thema sit. Et hæc quidē beatus Athanasius: opi-
nor autem & aliorum sanctorum episcoporū uo
ces eundem sensum habentes apponendas.

Hodie Christus dominus humanitatis natiui
tatem suscepit. Nam iuxta eam quæ diuinę digni
tatis est, prius extitit. Et iterum addit illis: Ver-
bum quod homines amabat exinanitur, quū na-
tura non sit exinanibile. Seipsum enim exinani-
uit forma serui accepta. Is qui absque carne est,
propter te caro factus est. Verbum enim caro fa-
ctum est. Qui tactui non subiacet, utpote natura
incorporeus, palpatur. Qui sine principio, sub
principio fit corporali. Qui perfectus, crebri-
Qui inconuertibilis, proficit. Qui diues, in diu t
sorio nascitur. Qui circundat cœlum nubibus, la
sciis inuoluitur. Qui rex, in præsepio deponitur.
Quem heri immaculatis parturitionibus partu-
riebat salutē nobis Maria uitæ genitrix, pulchri-
tudinis mater, maximipara, lucifera, uirgo mater.
Veritas cognita est, gratia uenit, et uita apparuit,
Dei existens filius: qui ex Deo Verbum, caro fa-
ctus est propter nos, ut mortales in uitā æternā re
suscitet, & ex mortuis excitet. Qui factor uniuer-
sorum, qui ante omnem creaturam inuisibilium cum solo patre et spiritu existens im-
inuisibiliū cum solo patre et spiritu existens im-
mortalis, ecce hodie nobis ex uirgine natus est ab-
que omni peccato sine homine, hoc est uiro. Si
autē ipse Deus natura existens, utpote unigeni-
tus Dei filius in assumptione formæ serui factus,
dignatus est uocari etiā primogenitus filius san-
ctæ uirginis, & semetipsum redemptionē pro o-
mnibus dedit. Addit autē illis: Iam enim ostendi
impietatem in quam Arriani incidunt dicentes,
opus habuisse deiparā Mariā sacrificijs quæ pe-
cundum legem pro mulieribus quæ pepererant
offerebantur. Pro sole aūt, inquit, solem iustitię,
incircūscripto modo recepit, et ne interrogaris
quomodo. Vbi enim deus uult, ibi naturę uinci-
tur ordo. Voluit enim, potuit, descendit, seruauit
omnia deo conuenientia. Hodie ille qui est nasci
tur, & ille qui est fit, id quod non erat. Existens e-
nim deus fit homo, nō cessans esse Deus. Neq; e-
nim homo factus est sic quod à deitate receciderit,
neq; secundum profectum ex homine factus est
deus: sed Verbū existens propter impassibilita-
tem caro factus est immutabili manente natura.
Et præterea addit: Qui super thronum excelsum
& sublimem sedet, in præsepio nascitur: qui im-
palpabilis & simplex, & incorporeus, humanis
manibus capitur: qui peccati diſrumpit uincula,
fascijs illigat: qui natus est superne ex patre Ver-
bum ineffabiliter, indicibiliter, incomprehense,
et sempiterne, idē in tēpore nascitur infra ex uir-
gine Maria, ut ij qui prius infra nati, superne na-
scantur secundo, hoc est ex deo. Insuper & de di-
spensatione saluatoris secundū carnē credimus,
manente Verbo dei immutabili & inconuertibi
li, incarnationem factam esse ad renouationem
humanitatis. Filius enim uere existens dei secun
dum æternam ex Deo natiuitatē, factus est filius
hominis secundum natiuitatem ex uirgine, et est
unus idem perfectus filius secūdū deitatē, et cō-
substātialis patri, et perfectus homo idē secundū
natiuitatem ex uirgine, et consubstantialis homi
nibus secundum carnem. Si quis autem de cœlo
dicat corpus habere Christum, uel cōsubstantia
lem deo carnem, anathema sit. Si quis non confi
tetur carnem domini ex sancta uirgine, & homi-
nibus consubstantialē, anathema sit. Si quis do-
minum nostrum & saluatorem, qui ex spiritu san
cto & Maria uirgine natus secundum carnem,



inanimatum esse dicit, uel sine mente, uel sine ra- A
tione, uel sine sensu, anathema sit. Si quis separat
& distinguit Dominum nostrum & saluatorem,
et dicit alium quidem esse filium deum Verbum,
& alium assumptum hominem, & non confite-
tur unum & eundem, anathema sit, ut non solo
uerbo, sed et uirtute, deus uerus apparuisse creda
tur, qui factorum magnificentia seipsum certissi-
me declarārit. Nam quum perfectus sit Deus, &
perfecte homo factus, neque humanam similitu
dinem reliquit, hoc solo excepto, quod immunis
fuit à peccato. Etenim infans natus Emanuel dici
tur. Magis aduenientibus & adorandum ac deū
esse eum qui apparuit clamantibus: qui carne &
crucifixus solis repressit radios, & nouo miracu-
lo suam manifestās deitatem nullibi seipsum di- B
spergens, uel dissoluēs in duos saluatores. Quin
et discipulus dicebat: Ne uocetis magistrū super
terram, unus enim est magister uester Christus.
Non enim quando hoc apostolis præcipiebat, à
corpore quod uidebatur, suam segregabat deita
tem. Neq; quādo Christum se testabatur esse, ab
anima & corpore segregabatur, ita utrunq; exi-
stebat deus & homo, seruus qui uidebatur, &
deus qui cognoscebatur. Fastigium quidem dei
tatis occultans humili sensu incarnationis, humi
litatem autem corporis quod uidebatur, efficia
cia deitatis extollebat.

Itaq; non esset difficile etiam multa alia uera
testimonia afferre, sed transeo sciens esse scriptū:
Da sapienti occasionem, & sapiētior erit, notum C
facito, & addet ut accipiat. Veruntamen illud
dico, ecce omnes optimi & sapiētes, qui olim tue
patres, Deiparam nominant sanctā uirginem,
unitumq; secundum naturam carni afferētes dei
Verbum, in uterum factū esse dicunt uirgineo, &
ex ipso processisse secundum carnem, quamuis ti
ne principio & ante omne seculum et tempus ha
buerit natiuitatem ex patre. Quoniā autem ueri-
similē est in prolixioribus uersuum compositio-
nibus qui sequuntur, meorem negligentiorem fi-
eri magis, quām dum uidelicet paucis in compēdio
collecta seorsim sententiarum, ut sic dicam, corda
ex diuina & noua scriptura, missi uestrę in deo pie
tati. Quod si seorsim legentes ipsæ uestram men- D
tem eruderitis, & ueritate illustrauerit is, quibus-
cunq; uoluerit is profuturæ estis, apostolicis glo-
riationibus, uestra redimitæ capita. Diues enim
in hoc merces erit. Scriptum est enim: Qui
conuerterit peccatorem de errore uiæ suæ, salua-
bit animam eius de morte, & operiet multitudi-
nem peccatorum. In his autem sententiarum in-
uentionibus, hoc est conclusionibus, quando di
cimus deus igitur Christus, hoc est, unus igitur fi
lius & dominus Christus: nō hoc dicimus, quod
illi, deum secūdum gratiam, uel filium, uel domi-
num nominatum esse Emanuelem, uel ex profe-
cto, uel incremento ad hanc gloriam uenisse, qua
simum nobis similem & communem, sanctifi-
catumq; hominē: sed illud potius, quod deus exi
stens Verbū, & demittens se in exinanitionem,
& in formam serui descendens, non minus uere
deus, & natura uniuersorum dominus sit solus et
proprie filius, cui & nos configurati secundum
gratiam, per ipsum, ad adoptionis filiorum glori
am ascendimus.

Nomen aūt Christus, nescio quomodo non-
nulli asserant, congruere proprie, & seorsim, &
extra carnem Verbo quod est & intelligitur na-
tum ex Deo, congruere item & ipsi ex sancta uir-
gine nato, etiamsi intelligatur existere seorsim, &
per se, & tertio congruere ambobus ut uni, con-
iunctione Verbi, sicut ipsi dicunt, in unam can-
dem personam colligantis. Vnitatis enim secun
dum naturam & ueræ nulla ipsis ratio, quamuis
hanc habeant sacramenti uiam rectam, & mini-
me erroneam: & hæc consideratio eorum non
simplex est, sed amaritudine & errore referta.
Nam quoniam diuina scriptura Christum nomi
nans, omnia ipsi tribuit diuina. Scit enim in hu-
mana forma apparuisse, & incarnatum esse Dei
uerbum. At illorum qui alia præter hæc sapere
uoluerint, mens est communem hominem ostēn
dere, qui ex muliere, per incrementum, ut dixi,
& quasi ex propria & humana uirtute dignum se
exhibuerit ut coloretur, & connexione personā-
rum quæ cum uerbo ex Deo, etiam electus fieret
iuxta prædestinationem illud dicunt, quod no-
men Christi congruat & soli, & seorsim, & per
se Verbo quod extitit & intelligitur ex Deo pa-
tre genitum. Nos autem sic loqui uel sapere non *Christus quan-*
didicimus. Quando enim Verbum caro factum *do sic appella-*
est, tunc & nominatum esse dicimus ipsum Chri- *tus.*
stum Iesum. Nam quoniam unctus est oleo exi-
lationis, hoc est sancto spiritu à deo & patre, id
circo Christus nominatur. Cæterum quod unc-
tio sit secundum humanitatem, nemo qui recte
sapere solet, dubitarit. Nam si Deus est & Ver-
bum, non opus habet unctione. Non enim dixe-
rit quis unctum & sanctificatum esse Dei Ver-
bum suo spiritu, quasi alius ab ipso natura superi-
or & excellentior. Nam absque omni contro-
uersia, minus à maiore benedicitur. Quoniam au
tem humanitatis mensuræ conuenit sanctificari
& ungi, omnino necessarium est Christum nomi
nari Verbum, quod ex Deo, non quando adhuc
nudum erat & nondum incarnatum, sed quan-
do factum est sicut nos, hoc est homo, unctū est
secundum humanitatem: atque ita nomen Chri-
stus nullo modo conuenit Verbo ex Deo patre
nato. Si autem nominaretur alicubi Christus, in-
carnatum mihi intelligas illum, etiamsi sermo-
nem audias peracta iam incarnatione, & non fi-
at unitæ carnis mentio: seorsim uero & illi hanc
uocem congruere opinari, omnino stultum fo-
ret, imo impium uel sentire, uel dicere. Vnus e-
nim dominus Iesus Christus, & non diuisus est,
sicut inquit & ipse sapientissimus Paulus, qui
Christum in se habebat diuina loquentem sacra-
menta. Cæterum ex sequentibus capitulis inue-
nietis rectum & ad ueritatem elaboratum sermo

Universidad de Deusto
Biblioteca



nem. Opinor autem utile, ut & hoc protester. Nã A sicut est in deitate perfectum ex Deo patre Verbum, ita & in humanitate perfectum iuxta humanitatis rationem: nec inanimatum corpus accepit, sed animatum anima rationali. Demum uniuersorum deus, qui diligentibus se cœlitus bona distribuit, dignetur uestras animas implere suis donis, ut ascendentes in mensuram ætatis plenitudinis Christi, uitam agatis nobilem, & gloriosam atque admirabilem, sanctæ Christi sponsæ.

Quod deus sit Christus, unione cum Deo Verbo templi assumpti, & ad eius gloriam ascendentis, ex apostolicis. Ex catholicis sententiæ exceptæ in idem, ex Euangelicis sententiæ in idem.

Quod uita & uiuificus Christus, ex his quæ à Paulo apostolo in apostolicis posita sunt, inuenies.

Quod fides in Christum quasi in Deum, ex catholicis & Euangelicis.

Quod uita & propitiatorium sit Christus, diuersæ excerptiones.

Quòd Christi mors mundo salutaris, ex apostolicis & Euangelicis excerptiones.

## QVOD DEVS SIT CHRISTVS VNIONE CVM DEO VERbo templi, & assumpti ad gloriam eius ascendentis.

### AD ROMANOS.

Rom.1. PAVLVS seruus Iesu Christi uocatus apostolus, segregatus in Euangelium dei, quod antea promissum erat per prophetas eius in scripturis sanctis de filio eius, qui genitus fuit ex semine Dauid secũdum carnem, qui declaratus est filius dei in uirtute, secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri.) Itaq; siquidem est Euangelium dei, prædicatio Christi, quomodo non deus Christus? & si omnis prophetiæ finis in illum spectat, & filium dei prædicant scripturæ eum, qui ex semine Dauid, D rametsi definitus esse dicatur secũdum spiritum sanctificatiõis propter incarnationis mysterium, quomodo non filius uere testimonium habens per resurrectionem ex mortuis? excitatus enim est non communis homo sicut nos, sed ut morte superior, secundum quod uita est ac deus.

De his qui adorant creaturã præter creatorem dicit: Propterea quod cognitũ deum, non ut deũ glorificauerunt, uel gratias egerunt, sed infatuati sunt in cogitationibus suis, & obtenebratũ est insipiens cor eorum. Sapientes se esse dixerunt, & infatuati sunt.) Scribit Paulus his qui ex gentibus uocati sunt, hoc est nobis, nunc aũt quũ cognouerimus deũ, imò cogniti à deo. Quẽ igitur cognouerunt per fidem? nonne omnino Christũ Iesum? Igitur siquidem ut deum cognouimus, & ut Deum glorificauimus, uere illustrati sumus: si autem mutauimus eius gloriam, infatuamur & nos in cognitionibus nostris. Si eĩ omnino credimus in illum, ut in deum credimus. Vel oportebit semper & omnino confiteri, quod adhuc in laqueis pristini erroris irretiamur, communi homini fidem exhibentes: at hoc uerum non est.

Et sicut non probauerunt deum habere in notícia, ita tradidit eos deus in reprobam mentem, ut facerent quæ non conueniebat.) Si Christum agnouimus ut deum, gloriã eius ne reprobemus, dicentes communem esse hominem. Si aũt hoc propter ruditatem facere ausi fuerimus, omnino ibimus simul cum alijs in reprobam mentem.

B Secundum autẽ duricíem tuam & cor impœnitens thesaurizas tibijpsi irã in die iudicij, & reuelationis, & iusti iudicij dei, qui reddet unicuiq; secundum opera sua.) Beatus Paulus dicit nos omnes oportere manifestari ante tribunal Christi, ut reportet unusquisq; quod in corpore suo operatus est, siue bonum, siue malũ. Dicit autem quidam alius sanctus apostolus: Vnus est legisla tor & iudex. Psallit etiam ipse Dauid: Quoniam deus ipse iudex est. Quãdo igitur iustũ iudicium dei dicit esse sententiam, quam unicuiq; pro diuino tribunali Christus pronunciabit, statuemur enim ante tribunal eius, & non tanquam legislatoris & iudicis nobis similis, sed dei, quomodo non deus Christus?

C Nam per legem agnitio peccati, nunc aũt absq; Rom.3 que lege iustitia dei manifestata est, testificata à lege & prophetis. Iustitia aũt dei per fidem Iesu Christi in omnes credẽtes.) Absq; lege iustitiam quam & à sanctis prophetis testificatam esse inquit, eam dicit esse per fidem in Christum Iesum: & quomodo non deus, qui iustificat credentes & quomodo non deus, qui iustificat credentes quod scilicet sit deus uere? Vide enim in hoc fidei terminum & testificãtibus sanctis prophetis, fidei in Christum: quis audet dicere ipsum non esse deum propter humanitatem, hoc est quando Verbum caro factum est?

Omnes enim peccauerunt, & indigent gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem in Christo Iesu.) Si peccatum faciunt nos indigere gloria dei, quod nescierint peccatũ, scriptum est & de Christo, quía peccatum non fecit. Et ita nos qui peccamus, gloria dei indigemus. Deus uticq; est, & cum carne Verbum. Non enim fecit peccatum.

Legem igitur irritam facimus per fidem? Absit, sed legem statuimus.) Lex Moysi deum unũ adorare docuit Israelitas: Dominus enim, inquit, Deus tuus, dominus unus est. Et ipse deus allo- Exodus quebatur eos, dicens: Non erunt tibi dij alij præter me. Nũquid fides quæ est in Christũ uocatos in hoc mutauit, ut non unũ secundum naturam deum adoremus? Vticq; irrita faceremus legem, quæ uni uere deo adorationem affert. Absit, inquit, sed legem statuimus. Igitur ut deum accedimus Christũ, ne accusemur tanq; soluẽtes legem. De



Rom.4. De Abraham dicit: Pro eo quod credidit deo, A qui uitæ restituit mortuos, & uocat ea quæ non sunt tanquam sunt.) Igitur quando uiuificare posse mortuos, non alteri quàm soli & naturali deo congruit: uiuificat autem Christus per propriam carnem mortuos, tangens & resuscitans eos, quomodo non Deus uere, & qui alijs dat potestatem excitandi mortuos in nomine suo?

Rom.7. Itaque fratres mei & uos mortificati estis legi per corpus Christi, ut iungeremini alteri ex mortuis suscitato, ut fructum afferamus deo.) Mortificamur legi cessantes à cultu eius. Iungimur autem alteri ex mortuis suscitato, hoc est Christo, eius oraculis euangelicis obtemperare studentes, ut fructificemus Deo. Caput autem euangelicorum præceptorum est fides in illum, & hic noster B fructus qui affertur Christo & Deo. Itaque Deus est qui ex mortuis resurrexit, quia Verbum caro factum fuit.

Rom.8 Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu: siquidem spiritus dei habitat in uobis. Si autem quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Porro si Christus in uobis est, corpus quidẽ mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita propter iusticiam. Quod si spiritus eius qui excitauit Iesum ex mortuis habitat in uobis, is qui ex Christum ex mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, propter ipsius spiritum inhabitantem in uobis.) Ecce manifeste dei spiritus C dicitur Christi: sed siquidẽ est homo seorsim posi tus, solum in se Dei Verbum inhabitans habens, quomodo eius spiritus diuinus dicitur? sed quũ proprius eius spiritus sit, deus utiq; est, & non aliter res habet: nõ enim in homine factum est dei Verbum, sed factũ est homo uere, cum hoc quod manſit Deus. Sic enim intelligitur Christi spiritus, esse spiritus patris.

Ideoque quicunq; spiritu dei aguntur, ij filij dei sunt. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum ad timorem, sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus: Abba pater.) Beatus Paulus scribit: quod autem estis filij, emisit Deus spiritum filij sui in corda uestra, clamantem, Abba pater. Igitur si in spiritu filij fiduciam habemus inuocandi patrem Deum, utpote qui accepimus D spiritum filij secundum naturam, & uere filij sumus: quomodo non Deus Christus, non secundum quod intelligitur nobis similis homo solũ, sed secundũ quod Verbũ caro factum est, & pariter fuit similiter nobiscũ carnis & sanguinis?

Quis nos separabit à charitate Dei, tribulatio uel angustia? uel persecutio? uel fames? uel nuditas? uel periculũ? uel gladius? ) Lex Mosi dice- Exodus bat, et mandatum faciebat: Diliges Dominũ deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua: quãdo igitur dilectionẽ, quæ deo congruentissima, ex tota & summa fortitudine, etiam usq; ad animam & sanguinẽ, ipsi Christo offerimus: quis dicere audet quod nõ sit deus? nullo modo eũ aberrauit sanctorũ mens.

Nam mihi persuasum habeo, quod neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; potestates, neq; instantia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profunditas, neq; ulla alia creatura poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.) Si nihil omnino nos separare poterit a dilectione Dei, sit autem hæc à nobis in Christo Iesu, quomodo non Deus euidenter Christus? quandoquidem ipsum diligentes, uniuersorum diligimus deum. Hæc à nobis exigitur dilectio. Christum autem dicens, Dei Verbum incarnatum significo.

Omnes enim stabimur ad tribunal Iesu Chri- Rom.14. sti.) Statuemur enim Christo. Nam sedebit super thronum gloriæ suæ, iudicans orbem in iustícia. Quamuis Dauid dicat, quod deus iudex est. Psal.49. Igitur Deus est Christus.

Audacius scripsi uobis ex parte, ueluti cõmonefaciens uos propter gratiam quæ mihi data est Rom.15. à deo, ut sim minister Iesu Christi, in gentes administrans euangelium Dei, ut sit oblatio genitum acceptabilis, sanctificata in spiritu sancto.) Quibus sanctum ministerium concreditum est, ij deo ministrant soli. Sacerdotes enim non hominibus cõstituti sunt: ecce idcirco diuinus Paulus datam inquit sibi esse gratiam à deo, ut esset minister Iesu Christi, & administraret in gentibus euangelium Christi. Igitur deus Christus, si Christum prædicans, gentibus dei euangelium ministrare illis dicit, ut suscipiantur sanctificati in spiritu.

Habeo igitur quod glorier in Iesu Christo in his quæ ad deum pertinent. Non enim ausim loqui aliquid eorum quæ non operatus est per me Christus, in obedientiam gentiũ, uerbo & facto, per potentiam signorum ac prodigiorum, in uirtute spiritus dei, uta Hierusalem & circumiacentibus regionibus usq; ad Illyricum impleuerim euangelium dei.) In Christo Iesu gloriam dicit se habere, quod glorietur in his quæ ad deũ. Quod autem non humanum etiam in uirtute spiritus, in sanctis apostolis operari posse Christum mirabilia, quomodo dubitaretur? Nã quemadmodũ unusquisq; ex nobis in uirtute sua, spiritu utens, operatur mirabilia per sanctorũ manum: et quomodo non est deus cuius ꝓprius spiritus sanctus?

Salutant uos omnes ecclesiæ Christi.) Quam- Rom.16. uis dicat in alijs Timotheo scribens, ut scias quo 1.Tim.3. modo oporteat in domo Dei conuersari. Si autem Christi ecclesias nouit, et testatus est, deus utiq; est Christus.

Deus autem pacis conteret Satanam sub pe- Ioan.14. des uestros breui.) Quum deus dicatur esse pacis, dicit enim Christus sanctis apostolis: Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis: & quomodo non deus uere pacis dator, & dignis illam ut suum bonum dans?

### Ex priore ad Corinthios.

PAulus apostolus Iesu Christi per uoluntatẽ 1.Cor.1. dei, et Sosthenes frater ecclesiæ dei.) Obserua quod de Romanis suprà dixit, Salutant uos ecclesiæ omnes Christi: Corinthios per

epistolam scribens Dei ecclesiam esse dicit.

1.Cor.2. Dico autem hoc, quod unusquisq; uestrûm dicit: Ego quidẽ sum Pauli, ego uerò Apollo, ego uerò Cephe, ego uerò Christi, diuisus ne est Christus? Num Paulus crucifixus est pro uobis, uel in nomine Pauli baptizati estis? ) Igit si nõ est diuisus Christus, omnia ipsius sunt, & omnes ipsius: & si ipse crucifixus est pro nobis, & in nomine eius baptizati sumus, ipsi scilicet debitores facti sumus, non autem hominis alicuius, qui nobis similis est, sed dei. Deus ergo Christus apud nos.

Quando quidem & Iudæi signum postulant, & Græci sapientiam quærunt, nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem offendiculum, Græcis autem stulticiam. ) An non omnes confitebuntur, quod euangelij prædicatio totius mũdi homines ad ueram Dei cognitionem uocet? & quomodo uel quando de hoc dubitabitur? quomodo igitur prædicabunt doctores Christum crucifixum? nunquid sicut unum qui mortem in cruce tulit sicut nos? & futura erit fides mũdi in hominem? absit. Credimus autem deo uiuo & uero. Deum igitur nouit Christum crucifixũ, & mundo prædicat bona fiducia quod non fallatur.

2.Cor.2. Et ego quum uenirem ad uos fratres, non ueniebam cum eminentia sermonis aut sapientiæ, annuncians uobis testimonium Dei. Non enim iudicaui me scire aliquid inter uos, nisi Christũ Iesum, & illã crucifixũ. ) Deus igitur est, qui crucẽ propter nos sustinuit Iesus Christus, cuius etiã testimonium non in eminentia sermonis & sapientiæ mundanæ annunciatur mundo per sanctos apostolos, sed tanquam in uirtute spiritus.

2.Cor.2. Sapientiam autem loquimur in perfectis, sapientiam uerò non huius seculi, neq; principum seculi huius, qui abolentur: sed loquimur dei sapientiam in mysterio absconditam, quam præfiniuit deus ante secula in gloriam nostram, quã nullus principum huius seculi cognouit. si enim cognouissent, utiq; dominum gloriæ non crucifixissent.) Si dei sapientia mysterium Christi & mundo prædicatur, & deus non est uere sicut quibusdam, nescio quomodo, uidetur, & in ipsum est fides, quomodo sublime est mysterium, si uere homines à dei cognitione abducit, & mundum, hominis cultum docet: sed hoc non est uerum. Sublime uerò mysterium est quod deo adducit errantes. Deus igitur est Christus, proinde dictum est & iuste, Dominus gloriæ crucifixus.

1.Cor.3. Iuxta gratiam dei quæ data est mihi ut sapiens architectus fundamentum posui, alius autem superillud ædificat: fundamentum enim aliud nullus potest ponere præter id quod positũ est, quod est Christus Iesus. ) Si fundamur super eo quasi in fundamento quodam, & in eo per fidem ædificamur, ipse est omnium securitas, quomodo non esset deo uere is in quo omniar? Et fides nostra est non sicut in unum nobis similem. Quia nõ creaturam colimus, sed Deum natura & uere,

An nescitis, quod templum dei estis? & spiritus A Dei habitat in uobis? si quis templũ dei corrumpit, perdet hunc deus. Templum enim dei sanctũ est, quod estis uos. ) Spiritum Christi accipientes templum dei appellamur, quomodo nõ deus uere ille propter quem nos sumus templa Dei? 2.Cor.4.

Proinde ne ante tempus quicquam itidicetis, donec ueniat dominus, qui & illustraturus est occulta tenebrarũ, & manifestabit cõsilia cordium, & tunc unicuiq; erit laus à deo. ) Dominum nostrum Iesum Christum desecẽsurum expectamus olim, quando omnes assistemus iudicanti, & manifestanti consilia cordium. Quod autem & iustos laudabit, certi sumus ex eo quod stantibus à dextris dicet: Venite benedicti patris mei in hæreditatem, accipite regnum quod præparatũ est B uobis ab origine mundi. Quando igitur Christo laudante, laudem unicuiq; futuram dicit à Deo, quomodo non manifeste est Deus? 1.Cor.

An nescitis, quod corpora uestra templũ sunt habitantis in uobis spiritus sancti, quem habetis à Deo, & non estis ipsi uestri iuris? Nam empti estis precio: glorificate itaq; Deum in corpore uestro. ) Si spiritum Christi accipientes facti sumus filij Dei, redempti sanguine eius, ut iam non ultra uiuamus nobis ipsis, sed ei qui nos emit, quomodo non Deus manifeste Christus ille, per quem & templa Dei sumus nos, cui & tanquam Deo seruimus? 1.Cor.

De cibo idolis immolato. Scimus quod nullũ idolum est in mundo, & nullus Deus nisi unus. C Nam etiamsi sunt, qui dicantur dij, siue in cœlo, siue in terra, quemadmodum sunt dij multi & domini multi, nobis autem unus deus pater ex quo omnia & nos in illum: & unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia & nos per illum. ) Si unus solus est deus, & nullus alius præter illũ, coassumitur uerò in unam deitatis naturam unus Iesus Christus, per quem omnia. Deus igitur est, qui in consubstantialitate patris intelligitur diui nomodo, & quando appellatus est Iesus Christus. Obseruandum autem est, quod nominans Iesum Christum, per ipsum omnia facta esse dicit, ut tanquam unus sit filius secundum unitatem diuinitatis.

Factus, inquit, sum his qui sine lege sunt tanquã essem sine lege dei, et in lege Christi.) Si Christi legem habens, legẽ habet dei, quomodo Christus non Deus? D 1.Cor.

Tales estote, ut nullum præbeatis offendiculi, neq; Iudæis, neq; Græcis, neq; ecclesiæ dei.) Animorandum, quod dei ecclesiam dicẽs, Christi iterum eandem nouit ecclesiam. 1.Cor.

Volo autem uos scire, quod omnis uiri caput Christi est, caput uerò mulieris uir, caput uerò Christi deus.) Beatus Lucas Christi genealogiã nobis componens, incipit quidem à Ioseph, & peruenit usq; ad Adam, adijcit dicens, Qui fuit Dei, deum conditorem homini principium faciens: sic esse dicimus omnis uiri caput Christum; factus enim est per illum & productus ut sic, non tanq; per ministrum filium condentem, diuino 1.Cor. Luæ.



autem potius modo tanq; per naturæ opificem. A Caput autem mulieris uir, quia ex carne eius sum præsit, illum quodammodo habet principium. Caput autẽ similiter Christi Deus, qui ex ipso secundum naturam. Natum est enim Verbum ex deo et patre. Et quomodo Christus non est deus, quum caput eius secundum naturam positus sit pater? Christum autem quũ dico, in humana forma apparens Dei Verbum intelligo. 1.Cor.11.

Ideo notum uobis, quod nullus per spiritum dei loquens dicit anathema Iesus: & nullus potest dicere, Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Diuisiones autem donorum sunt, spiritus uerò idem: & diuisiones ministeriorum sunt, Dominus uerò idem: & diuisiones operationum sunt, idem autem dominus, qui perficit omnia in om- B nibus.) Si dicere quod non sit natura & ueritate deus Christus, nihil aliud est quàm dicere anathema Iesum, qui non admittunt eum secundum ueritatem esse Iesum, non faciunt hoc ex spiritu sancto. Et si diuisiones gratiarum interdum spiritum efficere dicit, interdum autem ipsum Dominũ, & interdũ deũ: utiq; nouit deũ esse Christum, qui per spiritum tanquam deus operatur, & sicut deus secundum naturam dispensat cũ autoritate, quæcunq; uoluerit superna dona. Cõmemorandum item, quod & Paulus dicit de Christo, quod ipse operatus sit in uirtute spiritus sancti.

Et alios quidẽ posuit Deus apostolos, deinde & prophetas, tertio doctores, deinde potestates, postea dona sanationum.) Quum deus dicatur omnia perficere, Christus est is qui operatur. Potuit enim ipse apostolos in ecclesia, & etiam doctores, ut operentur & uirtutes. Dedit enim potestatem sanctis discipulis, ut omnem infirmitatem curent, & contritionem in populo. Matt.10.

Salutatio mea manu Pauli, si quis non diligit dominum, sit anathema maranatha.) Quẽ nam dicit Dominum in istis? Nam ex confesso dominus etiam ipse filius, similiter & spiritus. Dominus enim, inquit, spiritus est. Beati Pauli mens in illis in ipsum Iesum refertur. Vnus enim, inquit, dominus Iesus Christus. Anathematizat igitur eum qui non amat illum. Cæterum illum non amat, qui neque natura, neq; ueritate dicit filium esse dei, sed quasi in altero esse ordine ponit iuxta D Verbum Dei, & offendens dispensationis sacramentum, in duos diuidit unum Dominum Iesum Christum. 1.Cor.12.

*Ex secunda ad Corinthios.*

DEo autem gratia, qui semper triumphat per nos in Christo, & odorem notitiæ manifestat per nos in omni loco. Quoniam Christi bona fragrantia sumus Deo in his qui saluifiunt, & his qui pereunt.) Et quomodo Christus non est Deus? liquidem ipse est odor notitiæ patris, non enim in hominis natura diuinæ notitiæ fragrantiam quis considerauerit: sed quem admodũ humanitatis fragrantia significat omnino hominẽ, sic & deitatis, Deum. Si autem fragrantia patris uere est, quomodo Christus non est deus, licet factus sit homo dispensatiue Dei patris Verbum? C

Epistola nostra uos estis scripta in cordibus nostris, quæ cognoscitur & legitur ab omnibus hominibus, dum declaratis quod estis epistola Christi, subministrata à nobis, inscripta non atramento, sed spiritu dei uiuentis: nõ in tabulis lapideis, sed in talibus cordis carneis. ) Dixit deus per unum prophetarum. In tempore illo dicit Dominus, dans leges meas in mentem eorum, & in cordibus eorum inscribam eas. Facti igitur sumus epistola Christi, scribente in nobis non atramento, id quod sibi placet deo uiuente, sed spiritu: nõ modo ministri, sed ut ita dicamus, per se operante. Proprius enim eius spiritus est, & quomodo non est deus ille, qui proprio spiritu scribit in nobis diuinæ cognitionis scientiam? 2.Cor.3. Hiere.

De Iudæis dicit: Obcæcati sunt sensus illorum. Nam usq; ad hunc diem idem uelamentum in lectione ueteris testamẽti, nec tollitur uelum quod in Christo aboletur, sed usq; in hodiernum diem quando legitur Moyses, uelamen super cor eorum positum est: at ubi cõuersi fuerint ad Dominum, tolletur uelamen. Domiuus autem spiritus est, ubi autem spiritus, ibi libertas. ) Si finis legis & prophetarum Christus, & nõ tollitur uelamen quod in lectione ueteris testamenti, nisi in solo Christo: quomodo rationi consentaneum est, illum existimandum esse communem hominem, qui sola filiationis appellatione honoratus sit? Inueniretur enim sic habere nostræ fidei finis, qd' C non in deũ, sed potius in unum quendã nobis similem spectaret, id quod est absurdissimum. 2.Cor.4.

Quod si adhuc uelatũ est, in his in quibus deus huius seculi excæcauit sensus incredulorum, ne illucesceret illis lumen euangelij gloriæ Christi, qui est imago dei. ) Si secundum quod uidetur quibusdam communis homo est Christus, unione sola qua secundum personam connexionem habet ex deo, ita enim illi dicũt, quomodo in his qui poreunt uelatum est euangelium eius? Senti unt enim gentes, non quod deus sit, sed quod nobis similis homo. Quomodo autem excæcati fuerint à satana, qui de homine sentiũt quod homo sit: qualis autem lux est in euangelio Christi, nisi deus sit, & ut deus existens glorificetur? quomodo itẽ esset & imago Dei, si pertingeret ad solam humanitatem, & non esset uere filius & Deus? 2.Cor.5.

Quapropter contendimus, siue domi præsentes, siue foris peregre agentes, ut illi placeamus. Omnes enim nos manifestari oportet coram tribunali Christi, ut reportet unusquisq; ea quæ fiũt per corpus, siue bonum, siue malum. ) Si omne studium sanctis est placere deo, contendimus autem ita apparere Christo, ut caueamus placere hominibus, quomodo non deus manifeste Christus? & si iudicat orbem ipse, quum dicat unus esse legislator & iudex, manifestum est etiam secundum hoc Deum esse, & Verbum factum esse carnem. Iacobi 4.

Charitas enim Christi cõstringit nos iudicantes illud, quod si unus pro omnibus mortuus fuit,

Universidad de Deusto
Biblioteca



fuit, utiq; omnes mortui fuerũt, & pro omnibus A mortuus est, ut qui uiuunt, posthac non sibijpsis uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.) Si omnes unum sumus, & illi uiuere precamur, honestam arbitrati nostram uitam, per hoc quod implemus uoluntatẽ eius, & uiuimus Christo: quomodo nõ deus esset cui debitores sumꝰ, & uiuere studemus tanq; pro nobis mortuo, & redimente omnes suo sanguine?

Itaq; nomine Christi legatione fungimur, tanquam deo uos obsecrante per nos, rogamus pro Christo, reconciliamini Deo.) Obserua, quod legatione quidem funguntur pro Christo, dicunt autem nos rogari à Deo, & iterum dicunt, rogamus pro Christo, reconciliamini deo. Igitur deus est Christus, cui & reconciliati deo recõciliamur. B

2. Cor. 6. Sed in omnibus commendemus nos ipsos ut Dei ministri.) Si Dei dicuntur esse ministri, dicti sunt & Christi, igitur Deus est Christus.

Nos enim templa Dei sumus uiuentis, sicut dixit Deus: Et habitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum deus, & ipsi erunt mihi populus.) Si templa dei uiuentis sumus tanquam inhabitãtis

Rom. 8. in nobis spiritus, qui & Christi esse dicitur. Si enim quis inquit, spiritum Christi non habet, hic non est eius, quomodo non Deus est Christus?

2. Cor. 11. Cognitiones, inquit, demolientes, & omnem celsitudinem quæ extollitur aduersus cognitionem Dei, & captiuum ducentes omnem sensum in obedientiam Christi.) Quomodo demoliemur omnem celsitudinem, quæ extollitur contra C cognitionem dei? uel quomodo captiuum ducemus omnẽ sensum in obedientiã Christi? Exinaniuit enim semetipsum Verbum uoluntarie, &

NOTA factum est subditum patri usq; ad mortem. Quando igitur ex ijs quæ dispẽsatiue uel facta sunt uel dicta propter carnem & humanitatem, extollun tur quidam contra cognitionẽ filij, dicentes non esse Deum uerum & filium secundum naturam eum qui humana forma: tunc omnem celsitudinem extollentem se demoliemur, si subuerterimus opiniones quas illi sentire uoluerunt, & accommodauerimus omnem sensum ad dispensationem obedientiæ. Filium enim factum in mensuris humanitatis decebat humana non auersari.

*auream regulam tractandi scripturam.*

Ex epistola ad Galatas.

Gal. 2. EGo enim per legẽ legi mortuus sum, ut Christo uiuam: cum Christo crucifixus sum. Viuo autem non iam ego, sed uiuit in me Christus. Quod autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij Dei, qui dilexit me & tradidit seipsum pro nobis.) Quidnam dicat in hoc loco diuinus Paulus, necessarium est uidere. Lex posita est à Deo

Abac. 2. per uocem prophetarum, & erat ista: Iustus autẽ ex fide uiuet. Posita autem est etiam lex per Mosen. Igitur sequutus legem fidei, mortuus sum legi quæ per Mosen data est, non operans ea, tanquam in umbra & typis ueteribus definita. Hoc

Legi Mosi mori. est enim legi Mosis mori, ut deo uiuamus, addicti fidei quæ est in Christum. Quando igitur morimur legi quæ est per Mosen, iustificationẽ quæ in Christo præferentes, quomodo nõ deũs Christus, per quem aboletur lex, tanquam fide illam præcellente? Si autem cõmunis homo esset Christus, quo pacto fieret lege præstantior fides quæ in illum?

Gal. 2. Itaq; qui suppeditat spiritum, & operatur uirtutes, utrũ ex operibus legis, an ex auditu fidei?) Si lex quæ per Mosen, quamuis esset lex dei et dicta per angelos, non habet suppeditationem sancti spiritus, neq; etiam præstitit ullis, ut possent operari mirabilia, acquirimus autem per fidẽ quæ est in Christum utraq;, quomodo non est uerere lege præstantior fides? Etsi esset homo simpliciter sicut nos, quomodo diuinam aboleuisset legẽ qui per fidem, quam hi scilicet qui erant per illud tempus, quo uigebat lex?

Antequam autem uenisset fides, sub lege custodiebamur, concluſi in eam fidem quæ reuelan da erat: atque adeo lex pædagogus noster fuit in Christum, ut ex fide iustificemur. Postquam uero uenit fides, non iam sub pædagogo sumus: omnes enim filij Dei estis per fidem quæ est in Christo Iesu. (Quotquot enim in Christum baptizati estis, Christum induistis.) Si pedagogus erat lex, non ad alium quàm ad solum Christum ducens, quum ueræ scientiæ magistra sit, quomodo non deus Christus? et si aboletur lex per fidem quę in illum, & instituendi munere eam defungi facit, eo quod hi qui docendi, ad summum bonum ad ducti sunt: nihil autem aliud est summum bonum, quàm scientia ueræ agnitionis dei: quomodo dubitarit quis quod sit deus? Item qui baptizamur in patrem & filium & spiritum sanctum, quo pacto baptizati sumus, siquidem est non uerus filius? at quum secundum naturam unus sit filius, & in ipsum baptizati sumus: igitur ipse est Deus.

Gal. 2. Sed tum quidem nescientes deum, seruiebatis ijs qui non erant dij secundum naturam: nunc autem ubi cognouistis deum, imò autem cogniti estis à Deo, quo pacto conuertimini iterum ad infirma & egena elementa huius mundi?) Si deum cognouimus qui confitemur Christum, & cognoniti esse à Deo dicimur, cogniti ipsi, quomodo non Deus Christus?

Gal. 6. A me autem absit gloriari, quàm in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.) Beatus Dauid Psal. 44. psallit: Gloriabor in Deo saluatore meo. Est autẽ sapiens, & sancto dignus sermo. Non enim magis in homine quàm in deo gloriari oportet nos. Quomodo igitur Paulus in cruce domini se gloria ri inquit, quod magis in deo fieri oportebat? Nã ille aliorum sanctorum scopus erat: iam erat & ipse Paulus diuino spiritu prædictus. In morte Christi se gloriari inquit. Igitur sciuit Deum esse, & propter nos passum carne.

Ex epistola ad Ephesios.

Ephes. 1. DE deo & patre inquit: Secundũ efficaciã roboris fortitudinis eius quam operatus est in Christo, suscitans eum ex mortuis, & cõstituens in



in dextra sua, in cœlestibus, super omnem potestatem, & uirturem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non solum in seculo hoc, sed etiam in futuro.) Ecce suscitatum à mortuis collocauit pater ad dexteram suam, super omnem & principatum, & potestatem, & uirtutẽ, & dominium, & omne nomẽ quod nominatur. Igitur homo, qui nobis similis intellígitur, sedet cũ suprema natura, & aliud nihil quam id quod est uere, utpote Deus homo factus, existens quidem eũ substantialis patri, secundũ quod prodijt ex ipso, assumpta autem humanitate dispensatiue, ut in ipsa intelligatur Deus & homo idem & unus, & propter hoc diuina gloria redimitus.

Idcirco memores estote, quod olim uos gentes in carne dictæ præputium ab ea quæ uocatur B circuncisio in carne, quę manufacta est. Quia eratis tempore illo absq; deo, abalienati à republica Israelis, & extranei à testamentis promissionis, spem non habentes, deoq; carentes in mundo.) Si Christũ Iesum non habentes gentes uiuebant in impietate iuxta mundum, postquàm autem ipsum habuerunt, non manserunt absq; Deo, quomodo non Deus Christus?

Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paretela in cœlis & in terra nominatur, ut det nobis iuxta diuitias gloriæ suæ, ut fortitudine corrobo remini per spiritum eius in internũ hominem, ut inhabitet Christus per fidẽ in cordibus uestris.) C Christus Iesus nomen, ut sępissime diximus, sem per significat Verbum, quod prodijt ex patre in forma humana: quomodo igitur in cordibus nostris habitat, nisi intelligatur Deus, quum Verbũ sibi uniuerit carnem, quod & diuino modo in nobis habitat per spiritum? Si autem communis homo est Christus, & alius filius præter eum qui natura, & qui solus inquam, & ex deo est, qui est ille qui in nobis habitat? uel quomodo per fidem habitat in hominibus? quum manifeste dicat Ioannes de Deo: In hoc cognouimus, quod in nobis est, quod de spiritu suo dedit nobis.

Ex epistola ad Philippenses.

Philip. 3. DE gloriationibus in lege inquit: Quæ mihi lucra erant, ea arbitratus sum propter Christum damnum esse. Quinetiam arbitror omnia D damnum esse propter excellentiam cognitionis Christi Iesu domini mei, propter quẽ omnia pro damno duxi, & arbitratus sum esse rudera. Quare damnum et rudera in lege? et cur propter excellentiam cognitionis Christi? quum lex quę per Moysen data, prisci s Deum naturalem & uerum prædicarit, nouæ autem legis doctores Christum mundo annunciarint. At siquidem fuerit homo communis similis nobis, non unione quæ est secundum hypostasin cum ea quæ ad uerbũ, quod ex deo deus creditus, quo pacto fides in illum excellet super fidem quæ ex lege?

Coloss. 1. Ex epistola ad Colossenses.

NVnc gaudeo, inquit, super afflictionibus meis pro uobis, & suppleo quod afflictionibus Christi deest, in carne mea, pro corpore ipsius, quod est ecclesia, cuius factus sum ego minister, iuxta dispensationem Dei, quæ data est mihi in uos implendi uerbum dei, sacramentum quod reconditum fuit à seculis & à generationibus: nunc autem patefactum est sanctis illius, quibus uoluit deus notum facere, quæ sint diuitiæ gloriæ sacramenti eius inter gentes, quod est Christus in nobis, spes gloriæ, quem nos annunciamus.) Quomodo absconditum fuit sacramentum, uel quomodo impletur uerbum Dei, quales item diuitiæ gloriæ sunt ei, siquidem communis homo similis nobis est Christus? Non enim magnum est, neque sermone dignum sacramentum, nisi tanquam ad Deũ accedamus Christum, & intelligimus quod Deus existens Verbum, & in æqualitate ac forma patris se ad exinanitionem demiserit factus homo, manens quod erat. Diues enim sic, gloriæq; multæ intelligitur sacramentum.

Sicut igitur accepistis Iesum Christum domi- Coloss. 2. num, in ipso ambulate, bene radicati, & super ipsum ædificati ac confirmati.) Quomodo igitur acceperimus Christũ, docet sapiens Ioannes dicens: Et Verbum caro factum est: & non cessauit esse Verbum, quamuis factum sit caro. Sedet enim etiam sic cum suo patre, & Dominus gloriæ crucifixus nominatur.

Obsecratione instate, uigilantes in ea cum gra Coloss. 4. tiarũ actione, orantes simul & pro nobis, ut deus aperiat nobis ostium sermonis, ut loquar sacramentum Christi, propter quod & uinctus sum, ut manifestem illud, sicut oportet me loqui.) Nisi Deus esset Christus, homoq; diuinæ gratiæ honore præditus, neutiquam haberet in se profundum sacramentum: quare igitur opus habebat ostio, ad manifestandũ illud, & loquendum sicut oportebat? Nihil enim magni uel arduí est, de homine quasi homine secundum naturam loqui. At si uerbum quod ex deo, factum, prædicatur homo, opus omnino fuerit deo ostium aperiente, & dante loqui, secundum quod conuenit.

Ex epistola ad Hebræos.

QVando autem introducit primogenitum Hebr. 1. in orbem terrarum: Et adorent eum omnes angeli dei.) Vnigenitus secundum naturam nominatur Verbum, quod ex deo patre, quia solum ex solo natum est patre. Dicitur autẽ & primogenitus, quando intrauit in orbem terrarum, factum homo & pars eius: ueruntamen & sic adoratur à sanctis angelis, quum adorari oportere referatur ad solum Deum, solíq; Deo debeatur, quomodo igitur non Deus Christus, qui & in cœlis adoratur?

Et ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. ad filium autem: Sedes tua Deus in seculum seculi, uirga uirtutis, uirga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odio habuisti iniquitatẽ. Propter hoc unxit te deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.) Si factor est angelorũ, qui sedem habet

Universidad de Deusto
Biblioteca



habet in seculũ seculi, dilexitq; iusticiam, & odio habuit iniquitatẽ, & propter hoc unctus esse dicitur prę participibus suis à deo & patre: quid igitur dicimus ad sententias illas de ipso uenientes? Si enim facit angelos suos spiritus, & sedem habet deitatis, quomodo ungit oleo exultationis? Igitur cõdit quidem ut deus angelos, ungitur autem ut homo: non ut unctio pertingat ad deitatis naturam, sed ad sapientissimam dispensationem. Deus igitur & homo Christus, deus quidem natura, homo autẽ dispensatiue similis nobis quando factus est ex muliere secundum carnem.

Hcb.3. Videte fratres, nequando sit in ullo uestrũm cor prauum incredulitatis, ut desciscat à Deo uiuente. ) Si negantes Christum deficimus à Deo uiuente & uero, manentes autem fide, quæ est in illum, nullo modo facimus defectionem, quo pacto non Deus Christus?

Hcb.9. Si sanguis taurorum & hircorum, & cinis iuuencæ, aspergens inquinatos, sanctificat ad carnis purificationem, quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum seipsum obtulit immaculatum deo, purificat conscientiam nostram à mortuis operibus ad seruiendũ deo uiuenti? ) Nisi Deus uerus esset Christus, quæ esset utilitas per sanguinem eius? uel quomodo nostrã mundabit cõscientiam à mortuis operibus? Sanguis enim cõmunis hominis quid magis habet quam sanguis hircorum? nihil certe, quam quod ille est rationalis animalis, hic uero bruti. Quoniam autem is qui ex Deo est, carne assumpta posuit pro omnibus suum sanguinem: hac ratione & purgare potest credentes in ipsum, & à mortuis operibus liberare, & adducere in obsequium Deo.

Hcb.10. Qui aspernatus fuerit legem Moysi absq; misericordia, sub duobus uel tribus testibus moritur: quanto putatis peioribus afficiet supplicijs, qui filium dei conculcârit, & sanguinẽ testamenti commuem arbitratus, & spiritum gratiæ contumelia afficiens, in quo sanctificatus est? ) Qui diuinam legem contumelia affecerit, uel aspernatus fuerit, non habet parem accusationem cũ eo qui peccauit in hominem, sed multo grauiorem. Vnde etiam qui legem transgressus erat, obnoxius fiebat supplicio mortis: qui uero in hominẽ deliquerat, erat quodammodo uenia dignus. Quomodo ergo existimantem communem sanguinem Christi, dicit gratius puniendum quam eũ qui peccauit in Moysis legem? idq; ualde meritò. Non enim communis est sanguis Christi. Deus enim erat Verbum, quod caro factum.

Hcb.12. Videte ne aspernemini loquentem: nam si illi non effugerunt, qui auersabantur eum qui loquebatur in terra: multo magis nos si eum qui de cœlis, auertamur, cuius uox terram tum concussit, nunc autem denunciauit, dicens: Adhuc semel ego mouebo non solum terram, sed & cœlum.) Quis ille qu loquebatur in terra, quem quum aspernarentur periclitati sunt? An non manifestũ quod Moyse sed nõ ex terra Christus, imò de cœlo: qui enim desursum & ex patre Deus Verbum homo fuit & Deus: grauior igitur pœna eorum qui illum auersantur, idq; iure. Nam sicut sapiens Ioannes dicit: Qui de terrâ est, de terra loquitur, hoc est humana: qui uerò desursum uenit, super omnes est. Hic autem erat & est Christus.

Hcb.13. Iesus Christus heri & hodie, idem & in secula.) Verbum quod ex Deo natum tunc uocatum ueniemus Iesum Christum, quando factũ est homo ex muliere, quomodo heri & hodie, & idem in secula: per unionem scilicet ad uerbum dei, in filium unum, carne ab ipso assumpta. Sic enim incommutabilitas uerbi secundum naturam manet, quamuis & cum carne intelligatur.

*Ex priore ad Timotheum.*

1.Tim.1. PAulus apostolus Iesu Christi, secundum delegationem dei saluatoris nostri Timotheo germano filio in fide. ) Saluatoris nomen non alij magis proprie conuenit, quam soli & naturali Deo: sic & nunc ipsum nominauit doctor. Sed est saluator & Dominus noster Iesus Christus. Nominatus est enim Iesus, & nominis uim, hoc est interpretationem manifeste ostẽdens beatus angelus dicebat: Et uocabis nomen eius Iesum. Matth.1. Ipse enim saluabit populũ suum à peccatis ipsorum. Igitur deus Christus, quandoquidem est saluator omniũ hominũ, sicut dicit diuinus Paulus.

*Ex epistola ad Titum.*

Tit.2. APparuit enim gratia Dei salutaris omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & mundana desideria, sobrie & iuste & pie uiuamus in præsenti seculo, expectantes beatam illam spem, & apparitionem gloriæ magni & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit seipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret sibi populum peculiarem, sectatorem bonorum operum. ) Qualis gratia apparuit nobis? uel qualis Dei? quum dicatur saluifera esse omnibus hominibus: sed est manifeste deus existens dominus, & apparuit nobis secundum beatum Dauid: Ipsius ex cœlis apparitionem gloriosam expectamus, & ipse est magnus deus & saluator noster Iesus Christus, qui dedit seipsum pro nobis, ut liberatos ab omni peccato, sibi paret germanos auditores. Deinde ego est dicens, non esse Deum uerum Emanuelem, quum beatus Paulus de illo dicat: Magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi?

*Ex catholica epistola Iacobi, quod Christus est Deus.*

Iacobi 1. NE erretis fratres mei dilecti: omnis donatio bona, & omne donum perfectum, superne est, descendens à patre luminum. ) Omnis donatio bona, bona autẽ donatio spiritus sanctus, & posse per illũ diuina signa implere. Vltra Christus sanctis spiritum largitur, & etiam posse facere mirabilia. Quomodo igitur non esset deus uerus Christus?

Subditi igitur estote Domino, resistite diabolo. ) Tollite iugum meum super uos. Qui igitur iugum ipsius tollunt, non alij subijciuntur quàm Deo, quomodo non esset Deus? Ex



*Ex priore epistola Petri.*

1.Pet.1. PEtrus apostolus Iesu Christi, uocatis aduenis sparsim inhabitantibus Pontum, Galatiam, Asiam, & Bithyniam, iuxta præcognitionem dei patris, in sanctificatione spiritus, in obedientiam & aspersionem sanguinis Iesu Christi: Gratia uobis & pax multiplicetur.) Ecce iuxta præcognitionem Dei & patris, apostolum se nominauit Christi, & apostolatus modum enarrans, in sanctificatione spiritus, in obedientiam & aspersionem sanguinis Iesu Christi, factum esse illum dicit. Quando igitur credentes in ipsum, sanctificamur à spiritu, aspergit autem nos & sanguine suo ad emundationem: quomodo non intelligetur Deus, sanctificans quidem proprio spiritu, purificans autem & sanguine credentes? De B us enim erat in carne.

Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem uiuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis in hæreditatem incorruptibilem & immarcescibilem & incontaminabilem, seruatam in cœlis.) Si Deus nos genuit in spem uiuam & manẽtem: fecit autem hoc per suam ex mortuis resurrectionem Christus: quomodo non esset Deus?

De qua salute exquisierãt & scrutati sunt prophetæ, qui de uẽtura in nos gratia uaticinati sunt, scrutantes, ad quos uel quem articulum temporis, manifestabatur in ipsis spiritus Christi. ) Eorum in illis Christi dicitur sanctus spiritus et C diuinitas: Deus igitur Christus, utpote propriũ habens spiritum.

*Ex altera epistola.*

2.Pet.2. FEruntautem & prophetæ, sicut & in uobis erunt falsi doctores, qui scilicet clam introducent sectas perditionis, & dominum qui eos mercatus est, negantes. ) Redempti sumus precio non corruptibili argento uel auro, sed precioso sanguine Christi. Igitur sumus redimẽti, quamuis deo seruientes uiuo & uero. Vltra, quo pacto mori deus est Christus, quem dominum assignauit, uiuentem? scimus, & uerum?

*Ex epistola Ioannis.*

1.Ioan.5. ET scimus quod filius Dei uenit, & dedit nobis mentem, ut cognoscamus uerum deum, D & simus in uero filio eius Iesu Christo: hic est uerus Deus, & uita æterna. ) Iesus Christus non est uerum & per se & extra patrem intelligitur Verbum, quod ex deo patre: sed quando factũ est homo, tũc nominatum est Christus Iesus: quoniam igitur ipse est uerus Deus, & uita æterna, quis fert diuersa sentientes?

*Ex epistola Iudæ.*

Iudæ. OMne studium adhibens, ut scriberem uobis de cõmuni nostra salute, necesse habui scribendo uobis, obsecrare, ut laboribus uestris assistatis, fidei semel sanctis traditæ. Clam enim introierunt in hoc iudicium, impij, qui Dei nostri gratiam transferũt ad lasciuiam, & solum dominum nostrum Iesum Christum negant. ) Quomodo hi qui semel crediderunt, negant Dominum nostrum Iesum Christum? quum acceperimus uerbum carnem esse factum? Ac fide existimus, quod alius quidem est Verbum ex Deo patre, alius uero seorsum qui ex muliere, negabimus solum dominum. Vnus enim Dominus Iesus Christus secundum unionem dispensatiuam, qua Verbum quod ex deo patre, in deitatis gloriam suæ, quam assumit carni unitur. Vnus igitur Christus & filius: erit enim sic omnium Dominus.

*Ex euangelio Matthæi, quod Deus sit Christus.*

HAec autem quum ille secum cogitaret, eccè Matth.1. angelus Domini per insomnium apparuit ei dicẽs: Ioseph fili Dauid, ne timeas accipere Mariam uxorem tuam. Quod enim natum in ea, ex spiritu sancto est, pariet autem filium, & uocabis nomẽ eius Iesum. Hic quippe saluabit populum suum à peccatis eorum.) Duo ponit quæ Deo, & non humanæ naturæ cõgruunt. Nati enim ex Maria proprium dixit populum eos qui per ipsum saluati sunt, quinetiam quod à peccatis illos liberaturus sit. Dei autem omnia sunt, & ipsius solius est eos qui peccârunt, à peccatis posse liberare. Vnde Deus est, qui ex sancta uirgine natus est, cuius & peculiaris populus sumus, qui & nos à peccatis liberauit, eo quod & huius potestatem habet.

Iesu autem nato in Bethlehem Iudææ.) In Matth.2. Bethlehem Iudææ natus est qui ex radice Iesse. Dicit autem de eo per unum prophetarum Deus & pater: Et tu Bethlehem domus Ephrata, non minima es, ut sis in millibus Iudæ: ex te enim egredietur ut sit in principem in Israel, & egressus eius ab initio à diebus seculi.) Igitur quomodo qui natus est in Bethlehem terræ Iudææ, ab initio seculi egressus habere dicitur: hoc est, substantiæ principium, quum natus sit in nouissimis seculi temporibus? Deus igitur uticq; est Christus, & digna est illo antiquitas Verbi dei. Deus enim erat carnalem habens natiuitatem, quæ ex muliere.

Ego enim uos aqua baptizo, inquit, in pœni- Matth.3. tentiam: qui autem post me uenit, fortior me est, cuius non sum idoneus calciamenta gestare. Ille uos baptizabit in spiritu sancto & igni, cuius uentilabrum in manu eius, & purgabit aream.)

Non dicimus humanitatem opus esse, baptizare in spiritu sancto, sed neque spiritualem aream, hoc est eos qui super terram, propriam dicimus esse hominis. Dei enim omnia sunt, & ipsum solum decet in sancto spiritu baptizare posse credentes. Operatus est autem hoc Christus, qui post Ioannem uenit: secundum carnem, hoc est iuxta tempus carnis, ipse autẽ & suam aream purgat. Deus igitur est uerus.

Et ecce leprosus accedens adorabat eum, di- Matth.8. cens: Domine, si uis, potes me mundare. Et extensa manu tangebat eum, dicens: Volo, mundus esto. Et statim mundata est illius lepra.)

Sic posse operari ut Deum decet, non est proprium hominis, sed ipsam potius & solam quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca



super omnia est decet naturam. Operatur autem sic Deus non humilis homo sicut nos, sed Deus potius in humana forma. Sic intelliges etiam de socru Petri, & de uentis quos uisus est increpasse. Vnde etiam diuini discipuli, uidentes mare & uentos ei subijci, admirati sunt, ac dixerunt: Quantus autem est iste? Non enim fuerit humilis hominis talia posse facere. Deus igitur secundum istud, & homo Christus.

Matth.8 At dæmones, inquit, obsecrabant eum, dicentes: Si eijcis nos, mitte nos in gregem porcorum. Et dixit eis: Ite.) Prouidere uniuersis & seruare ea, cuius fuerit? nónne solius eius qui secundum naturam Deus est? ita & saluator dicebat: Nónne duo passeres asse ueneunt, et unus ex

Matth.7. ipsis non cadit in terram, sine patre uestro qui est B in cœlis? Vestri autem & pili capitis omnes numerati sunt. Ecce hanc rerum prouidentiam faciebat Christus, ut non liceret immundis dæmonibus in porcorum gregem habere potestatem. Ad petitionem igitur ægre permisit, non ut illis morē gereret, sed ut nobis persuaderet, quod omnem prouidentiam gerat ut deus. Deinde quo pacto non est deus, qui deo dignam potestatem, & imperium habens, tollens ac saluans ut sua, ea quæ per ipsum facta sunt?

Matth.9. Tunc dicit discipulis suis: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate igitur dominū messis, ut emittat operarios in messem suā. Et accersitis duodecim discipulis suis, dedit eis potes-

Matth.10. tatē contra spiritus immundos, ita ut ipsos eijce C rent & curarent omnem morbum, & omnē contritionem.) Notum est, messem esse Domini, qui est omnium deus. Cuius enim est area spiritualis, hoc est humanum genus, eius est & messis. Sed ecce præcipiens rogari dominum messis, seipsum esse illum statim ostēdit, emittens operarios, hoc est sanctos apostolos, quibus dedit potestatē cōtra spiritus immundos, ut deus. Neque est in hominis uiribus, dare quibusdam spiritus sancti efficaciam, id quod Christus fecit ultra: quomodo igitur non est natura & uerè Deus, tametsi nunc Verbum caro factum sit?

Omnis igitur qui confitebitur me coram hominibus, cōfitebor & ego eum coram patre meo qui est in cœlis. Quisquis uero negauerit me co- D ram hominibus, negabo & ego illum coram patre meo, qui est in cœlis.) Multi sancti uocati sunt ad martyrij gloriam, & consummati sunt tormentis & morte, Christum confessi. Num igitur coronabantur confirmati, & dicentes hominem esse communem ipsum, uel potius deum confessione uenerati sunt? est est manifestū. Qui enim hoc negauerunt, etiam à martyrij gloria excident, et Christū ipsum inuenīet in die iudicij illos negantē. Iā quo pacto nō deus, qui martyrij gloria coronat confitentes, quod ipse Deus sit uere?

Matth.11. Venite ad me oēs qui laboratis et onerati estis, ego refocillabo uos: tollite iugum meum super uos.) Nisi Emanuel esset uerè deus, quomodo suum iugum nobis imposuit? Deo enim seruiūt omnia. Dictum est autem iugum & lex. Sed nobis imponit suum iugum Christus, sibiq; subijcit, quamuis omnia in patrem suggerat, Deus igitur est: unde omnia illi subiecta esse decet.

Luc.10.

An non legistis in lege, quod sabbatis sacerdotes in templo sabbata prophanant, & crimine uacant? Dico autem uobis, hic esse maiorem templo.) Si prophanantes sabbatum sacerdotes culpa uacant, utpote deo ministrātes, quomodo his quæ in templo fiūt, intelligitur maius Christi ministerium? sed est manifestum, quod hi quidē in lege & umbra & exemplo cœlestium seruierunt, isti uerò diuini discipuli assiduī apud Christum, & ministrantes ei, maiorem etiam gloriam habuerunt. Iam si ministrare Christo melius est, quàm seruire in lege, quomodo non intelligere-

Matth.12. tur Deus uerus?

Si ego in Beelzebul eijcio dæmonia, inquit, filij uestri in quo eijciunt? propter hoc ipsi iudices uestri erunt.) Si in nomine Christi curauerunt dæmoniacos discipuli, acclamabant enim, In nomine Iesu Christi Nazareni: quō non intelligere tur deus uerus? Non em̄ sufficisset hominis gloria & potentia ad expugnandum satanam.

Matth.25. Sicut igitur colliguntur zizania, & igni comburuntur: sic erit in consummatione huius seculi. Mittet filius hominis angelos suos, & colligēt de regno illius omnia offendicula, & facientes iniquitatem, & eijcient eos in caminum ignis.)

Psal.96. De Deo scriptum est: Benedicite Deo omnes angeli eius. Non enim angelus angeli est, sed omnia sunt Dei. Quomodo igitur inquit de filio hominis, quod emittit angelos suos? Deus igitur est, sic & suos habet angelos, & summi spiritus ei

Matth.26. ministrant.

Interrogabat Christus: Quem me dicunt homines esse, filium hominis? Respondens autem, inquit, Petrus dixit: Tu es filius Dei uiuentis. Porrò Iesus respōdens, dixit ei: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis.) Si communis homo Christus, quare admirabilis fuit Petrus cō fitens eum? & quomodo erat à Deo doctus, uel qua opus habebat illustratione superna, ut discat illud de eo sacramentum? sed cognoscens esse de um & filium Dei uiui confessus est eum: & propter hoc habitum est miraculum. Cæterum unum filium, non duos filios dicit.

Futurum est enim, quod filius hominis ueniat in gloria patris sui cum angelis.) Ecce ite-

Matth.16. rum angelos suos dicit supernos spiritus, quū dicatur filius hominis.

Quum autem uenissent ipsi in Capernaū, accesserūt qui didrachma accipiunt, ad Petrū, & dicunt: Magister uester num soluit didrachma? Et dicit: Etiam. Et quum ingressus fuisset in domū, præuenit illum Iesus, dicens: Quid tibi uidetur Simon? Reges terræ à quibus accipiūt tributum aut cēsum, à filijs suis, an ab alienis? Dixit autem: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filij.) Quomodo liberum se esse dicit, & extra legem,

nec cēsus debitorē & filiū uere, si nō est deus unione quæ est per hypostasin carnis & sanguinis par ticeps? Persoluit autem didrachmū, qui super legem filius, quasi factus sub lege. Qui autē homo est, non intelligitur super legem. Nam quomodo haberet secundum naturam libertatem, si non in telligeretur Deus in humana forma?

Ascendente in Hierosolyma Christo nostro omnium saluatore, pueri præcedebant clamantes, & dicentes: Osanna filio Dauid.) Omnino autem deo digna est glorificatio. Indignati sunt pharisæi, & aggressi sunt eum, dicentes: Audis quid isti dicunt? At Iesus dixit eis: Etiam. Nunquam legistis: Ex ore infantium & lactentiū perfecisti laudem?) Necessarium est in his memi-

Psal. nisse beati Dauidis, dicentis: Domine Dominus B noster, quàm admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. Quia eleuata est magnificentia tua super cœlos. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Nam pueri clamantes, dicebant: Osanna filio Dauid. Suscipit autem glorificationem ipse cui acclamabatur. At beatus Dauid hāc laudem non homini tribuit, sed communi domino, cuius & admirabile nomen factum est in uniuersa terra: eleuata enim est magnificentia super cœlos. Iam quomodo non Deus filius Dauid se-

Matth. cundum carnem Christus?

Quum uenerit filius hominis in gloria sua, & omnes angeli cum eo, tūc sedebit super thronum gloriæ suæ.) Igitur sicut homo nobis similis sedet Christus, assistentibus ipsi omnibus angelis, sicq; iudicabit mundum. Quām absonum autem

Rom. 14. foret hoc? Scriptum est enim: Vno est legislator & iudex. Deus igitur est Christus, qui est in gloria Dei, & sedem habet ac assistentes angelos, iu-

Apoc.22. dicans orbem in iustitia.

Et princeps sacerdotum, inquit, dixit ei: Adiuro te per deum uiuentem, ut nobis dicas, num tu es Christus filius dei. Dicit ei Iesus: Tu dixisti. Verumtamen dico uobis, ex hoc tempore uidebitis filium hominis sedentē à dextris uirtutis, & uenientem in nubibus cœli.) Quomodo filius hominis

Psal. sedet à dextris uirtutis, sed est manifestū, quod li-

Heb.1. cet Verbum ex deo factū sit filius hominis, nō tamen cessārit esse deus, sed eīdē erat. Hac ratiōe etiā sedet cū eo qui genuit, et in diuinitatis digni D

Heb.1. tatibus gloriosum uidetur, etiamsi factū sit caro. Iesus autem exclamauit uoce magna, & emisit spiritum. Et ecce uelum templi scissum est de sursum in duas partes usq; deorsum, & mota est terra, & petræ scissæ sunt, & sepulchra aperta sunt, & multa corpora dormiētiū sanctorū resurrexerūt.)

Si communis homo esset Christus, quomodo mortuo eo tantus in elementis factus esset tumultus. Nam sol radios contraxit, & in die tenebras fecit. Terra autem suum dominū uidens à Iudæis debacchantibus imperitum, diuisa est. Emisit autem & infernus animas sanctorum. Et quis hæc

Matth. uidebat: nónne Deus? Deus enim erat in carne, quo contumelia affecto, creatura quodammodo simul irascebatur.



Ex euangelio Ioannis.

Ioan.2. IPse autem Iesus non credebat se eis, eo quod ipse sciret omnia, & non habebat opus ut quisquam testaretur de homine. Ipse em̄ sciebat, quid in homine esset.) De Deo scriptum est, quod

Psal 32. formārit singillatim corda eorum, & ipse dixit: à me occultabitur nihil. Si autē omnia nouit Chri-

Hier.17. stus, & scit quæ in homine, quō non esset Deus, tanquam scrutans corda & renes?

Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus q̄d

Ioan.4. scimus, quia salus ex Iudæis est.) Audis quod salutem ex Iudæis esse dicit, quum saluatorē Deum scriptum habeamus. Saluauit enim nos, non legatus, non angelus, sed ipse dominus secundū scripturas. Nominatus enim Christus Iesus, natus ex Iudæis secundum carnem. Iesus quoq; iux ta interpretationem est salus. Ipse igitur salus est quæ ex Iudæis. Et ita licet Verbum caro factum sit, ac susceperit semen Abrahæ, Deus tamen est, & cum carne.

Amen amen dico uobis, opera quæ ego facio, Ioan.14. & ille faciet, & maiora illis faciet, quia ego ad patrem meum uado: & quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam. Vadit, inquit, ad patrem, quum natura Deus existat filius, ipseq; sit qui repleat omnia. Vadit igitur humano modo. Nam assumptus est in cœlum, sed ut deus annunciatur præstare petitiones adorātium, si in nomine eius fecerint preces. Iam cui magis cōuenit facere cōpotes uotorum sanctos, & largiri quod petunt, quàm ei qui solus natura & uere Deus est?

Non uos me elegistis, sed ego elegi uos: ut Ioan.15. uos eatis, & fructum afferatis, & fructus uester maneat, ut quicquid petieritis patrem in nomine meo, det uobis.) Ecce ubiq; ostendit, quod æqualia cum Deo & patre magna potestate operetur. dixerat enim: Quicqd petieritis in nomine meo, faciam. Nunc autem inquit: Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Nunquid igitur seorsim dat pater absq; filio, & seorsim filius absque patre? igitur duobus dijs sancti preces afferunt? At nō ita res habent. Absit. Nam unus deus pater, & unus dominus Iesus Christus. Distribuit enim pater per filium bona in spiritu. Cæterum petitio quæ in precibus, est per Christum Iesum. Et Dominus Iesus, incarnatum intelligitur Verbum, & nominatur.

Et in illo die non rogabitis quicq̄. Amē amen Ioan.16. dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis: in nomine meo petite, et accipietis, ut gaudium uestrū sit impletum.) Hæc ferè eandem sententiam habent cum superioribus: quin & quod sequitur in hunc modum:

In illo die in nomine meo petetis. Et non dico uobis, q̄d ego rogabo patrē. Ipse em̄ pater amat uos, quia uos me amastis, qa ego à patre exiui.)

Hæc autē est uita æterna, ut cognoscant te solū Ioan.17. uerum deum, & quem misisti Iesum Christum.) Si cum agnitione solius & uerè Dei iunctam esse necesse est adesse & agnitionem Iesu Christi, et uitam hoc æternam parit: quomodo non omnibus

Universidad de Deusto
Biblioteca



manifestum est, quod Deus uerus est Christus: Verbum caro factum est, & mansit uerbum

Vt mundus credat q̃d tu me misisti, & ego gloriam quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unũ, sicut nos unum. Ego in ipsis, & tu in me, ut sint perfecti in unum.) Diligenter mentis oculo intendamus & cõsideremus, qualem hic gloriam dicitur accepisse à patre filius, & hanc nobis concessisse: ipse autem nos in hoc scrutinio liberabit, dicens: Vt sint sicut nos unũ. Nam naturali quidẽ identitate unum est unigenitus Verbũ, quod ex Deo cum suo patre, tametsi secundũ propriam hypostasin intelligatur alter. Quomodo autẽ & unus è nobis factus est æquali modo, substantialiter in quam, & naturaliter, quum dei natura, cum creatura omnino nõ fit commixtua, tanquam in identitate & secundum substantiam, quomodo igitur unus ex nobis factus est naturaliter is, qui super creaturam. Factus est enim homo, ut quemadmodum est in deitatis natura cum patre, ita & nobiscum unum fiat habitudine secundum humanitatem, perfecti autem sumus & nos sic in unum.

*Christus unũ nobiscum.*

*Ioan.20.* Quum esset uespera die illo, uno sabbatorum, & ianuæ essent clausæ, ubi erant discipuli eius cõgregati propter metum Iudæorum, uenit Iesus, & stetit in medio, & dicit eis: Pax uobis.) Dubitârit quis meritò illud, dicẽs: Si in corpore & post resurrectionem erat Verbum, sicut & ante uenerabilem crucem, quo pacto clausis ianuis inexpectato, in medio uisus est discipulorũ? Ad hoc dicimus, quod diuina uirtute. Meminisse aũt oportet Pauli dicẽtis: Atq; adeò nos ex hoc tempore nullum nouimus secundum carnem, licet autem & Christum secũdum carnem agnouerimus, sed iam nunc non agnouimus. Quoniam postquam reuixit ex mortuis, completa iam dispensatione, in qua & carnis assumptio utiliter perfecta est, potestate et uirtute utitur deo digna, uolẽs per hæc potius, quàm per exinanitionis modos agnosci, tanquam congruo in tempore.

*2.Cor.5.*

Et quum hoc dixisset, flauit in eos, & dixit eis: Accipite spiritum sanctum, quorum cũq; remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorumcunq; retenueritis peccata, retenta erunt.) Quod factum est totum congruit deo, & omni sermone dignũ est. Nam principio nõ est humanum flare in apostolos, & dare spiritum. Deinde, magnum & super creaturam, talem potestatem concedere, & ita retinere peccata, quorumcũq; uoluerint, dimittere item quibus uoluerint. Quare autem & per carnalem flatum, spiritum dat, nempe quod nõ aliena à Verbo fuerit caro, sed propriè eius. Et humanus quidem flatus, propter carnem. Diuinæ autem uirtutis opus est affirmare particeps, & socios esse spiritum assecutos.

*Ex euangelio secundum Lucam.*

*Luc.1.* Angelus dei Zachariæ inquit de sancto Baptista: Et erit gaudiũ tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebũt. Erit enim magnus coram Domino, Et uinum & siceram non bibet, & spiritu sancto implebitur adhuc ex utero matris suæ, & multos filiorum Israel cõuertet ad dominum deum suum. Beatus Ioannes rogantibus eum Iudæis: Tu quis es, dicit: Ego uox clamantis *Luc.3.* in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Prophetãs & ipse Zacharias de filio suo, inquit: Et tu puer prophera altissimi uocaberis, præibis enim ante faciem ad parandas uias eius, ad dandam scientiã salutis populo eius in remissionem peccatorũ eorum.) Præcessit enim ante Christũ, et factus est præcursor eius, & ut præparentur uiæ eius prædicauit, & de ipso uaticinatus est sermonem, cõuertens tanquam ad deum, qui potest iustificare eos qui in peccatis, iam quomodo non Deus Christus?

*Luc.1.* Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur, & dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob in secula, & regni eius non erit finis.)

Nunquid cuipiam nobis simili subditi erimus, regnante illo perpetuò & fine fine, an deo potius regnante in Christo, & non quasi extraneo quodam mediatore in hoc derelicto, & aliter filio & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideo et quod nascetur sanctum uocabitur filius Dei.)

Nunquid uocabitur solum filius is, qui ex sancta uirgine ineffabiliter genitus, hoc est cõditus uelis, qui natura & uerè filius esse creditus est & Deus? Intelligatur itaque secundum hypostasim Verbum factum caro, hoc est, quod suam sibi sanxit carnem, quæ per spiritum ex sancta uirgine. Sic enim erit & Deus uerè.

Et factum est, ut audiuit salutationem Mariæ Elizabet, exilijt infans in utero eius. Et impleta est spiritu sancto Elizabet, & exclamauit uoce magna, & dixit: Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus uentris tui. Et unde mihi hoc, ut ueniat mater domini mei ad me?) Nullo alio modo fit quis propheta, nisi deo afflante. Quum igitur salutatio sanctæ uirginis Mariæ, adhuc secũ Iesum ferentis in utero, mouit Ioannem ad prophetiam, quomodo non Deus Christus etiam in uirginis aluo diuino more Baptistam ad prophetiæ uirtutem mouens?

Nunc dimittis seruum tuum domine secundũ *Luc.* uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.) Simeon Iesu in ulnas accepto, talia de eo dixit: quomodo igit est salutarer quomodo lumen ad reuelationem gentium, nisi deus sit uerè, & solus filius, natura quidem ex patre uerbum, ex uirgine autem idem secundum carnem? Qualis reuelatio facta est gẽtibus: nonne in ipso agnouerunt, quod deus sit, & seruiẽdo ei liberati sunt à crimine q̃d nõ seruiant deo alteri quam uni qui natura & uerè Deus est?

Cognoscens



*Luc.5.* Cognoscens autem Iesus cogitationes eorum, respondit & dixit ad eos: Quid cogitatis in cordibus uestris? Vtrum est facilius dicere: Remittuntur tibi peccata tua, uel dicere: Surge, & ambula. Vt autem sciatis, quod filius hominis potestatem habeat in terra remittendi peccata, dixit paralytico: Tibi dico surge, & tollens lectulum tuum, uade in domum tuam.) Si solus nos uniuersorum dominus liberat à delictis, & id non conueniat alteri, Christus q̃ hoc cum potestate deo congrua largitur, quomodo nõ esset deus? Vocatus enim filius hominis, natus secundum carnem ex *Luc.7.* muliere, quum Deus Verbum sit.

In illo die curabat multos à morbis ac plagis, & spiritib. malis, & cæcis multis donauit usum. Et respondens dixit eis: Euntes renunciate Ioanni, quæ uidistis & audistis: Cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperibus annunciatur Euangelium, & beatus est, qui nõ fuerit offensus in me.) Operibus ipsis demõstrans se Christus perfectorem diuinarum operationum maximarũ, in memoriam reducit ea quę per prophetarum uocem *Iesa.* de se dicta erant. Dicit igitur beatus Esaias: Confortamini manus remissiæ & genua soluta. Deinde quasi protensa manu ostendit Emanuelem sic dicens: Ecce deus noster. Ecce dominus cum fortitudine ueniet, & brachium cum autoritate. Dicit autem & alio loco: Tunc aperientur oculi cæ- *Iesa.* corum, & aures surdorum audient, tunc saliet sicut ceruus claudus, & expedita erit lingua ægrè loquentium. Et præterea etiam hæc scribit: Resurgent mortui, & excitabũtur qui in sepulchris, *Iesa.* ros enim à te sanatio eis est. Dixit quoque iterum ex persona Christi: Spiritus Domini super me, propter q̃d unxit me, ad euãgelizandum pauperibus misit me, ad annunciandũ uinctis remissionem, & cæcis usum. Quum igitur fidei in illum prophetarum uoces facit signum, uel reuelationem. Deum aũt ipsum prophetæ uaticinati sint, quis illis contraria dicere audeat?

Tempestatem ferebant, inquit, in stagno discipuli. Deinde accedentes suscitauerunt eum dicẽtes: Præceptor, perimus. Ille autem excitatus, *Luc.* increpauit uentum ac tempestatem aquæ, & cessauit, & facta est tranquillitas. Dictum est de *Iesa.* Christo per uocem beati Dauidis: Tu dominaris potestati maris, motionem fluctuum eius tu mitigas. Tui sunt cœli, & tua est terra, orbem terrarũ & plenitudinem eius tu fundasti. Quum igitur placanti mare, congruat etiam dominari uniuersis, habereq̃ proprios cœlos, & posse fundare tũ orbem terrarũ, tum plenitudinem eius: quomodo Christus nõ intelligitur uerè esse Christus, ma- *Iesa.* re & uentos increpans, idq̃ cum autoritate?

Rogabat eum uir à quo dæmonia exierant, ut eum eo esset, sed dimisit eum, dicens: Reuertere in domum tuam, & narra quæ tibi fecerit Deus. Et abijt, per totam ciuitatem prædicans quę fecerat ei Deus.) In Gergesenorum regione curauit Christus ferocem dæmoniacum, qui & cum ipso uitam agere orabat. Sed quamuis curasset illum, & eiecisset spiritum, sustit abire in domum suam, & prædicare quæ fecerat ei Deus. Vnde ipse operatus est ut Deus uerus. Nõ enim dicimus, q̃d minister fuerit diuinæ gratiæ sicut prophetæ uel apostoli, sed sua propria diuina uirtute conterebat Satanam. In nomine igitur eius & sanctis apostolis subijciebantur dæmonia, id quod & ipsi confitebantur.

De filia principis synagogæ, inquit Christus: *Luc.8.* Nolite flere, non enim mortua est puella, sed dormit.) Nunquid igitur mentitus est? Abslit, sed uera dicit, & quodammodo ipse interpretatur, dicens: Non est deus mortuorum, sed deus uiuorũ. Viuũt enim deo, uicturi. Igitur mortui iuxta homines sunt mortui, secundum uiuificam autẽ naturam, hoc est diuinam non moriuntur. Proindè uere loquitur de puella ut deus, dicens: Nõ mortua est puella, sed dormit.

Loquens cum suis discipulis, dicebat: Vter ma- *Luc.22.* ior est, qui accũbit, uel qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio uestri sum sicut ministrans.)

Vide quantum attinet ad diuinitatis maiestatem & gloriam, quomodo se usque in ministrorum ordinem humiliârit. Honestat autem hoc propter humanitatẽ. Ego aũt sum, inquit, in medio uestri sicut ministrans. Proinde licet ita se humiliârit, nihilominus ipse est qui recũbit ut dominus, & ab omni creatura ei ministratur ut Deo.

Dixit ergo eis Christus, nimirum principibus sacerdotum interrogãtibus, num tu es Christus? Si uobis dixero, non credetis: si autem interrogâro, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Cæterum ex hoc tempore erit filius hominis sedens à dextris uirtutis Dei.) Si sedet à dextris uirtutis Dei hominis filius, quomodo non Deus Christus, qui in summis thronis cõspicuus est, & sedet cum patre? Non enim sedet cum deo secundum naturã genita natura, sed filius hominis confidet. Deus igitur secundum unionem dispensatiuam, Verbo ex patre, facto carne.

*Quod uita & uiuificus Christus, ex epistola ad Corinthios.*

Tanquam prudẽtibus loquor, iudicate uos *1.Cor.10.* quod dico: Calix benedictionis cui benedicimus, nónne communio est sanguinis Christi? panis quem frangimus, nónne communio corporis Christi est? quia unus panis, unum corpus sumus multi, omnes enim de uno pane participamus. Hominis caro, quantum attinet ad propriam naturam, non esset uiuifica, sed neque sanguis humanus, si communis esset, & per se: uiuificatur autem corpus Christi & sanguis preciosus. Nam posse uiuificare id quod uitæ indigum est, soli deo conuenit. Deus igitur Christus, sic enim erit uiuificum corpus Christi: si autem homo seorsim intelligeretur Christi appellationem uenerabilem assecutus, & nudam filij personam gerens, quomodo esset uiuificum corpus eius?

Factus est primus homo Adam in animam ui-

uentem,secundus autem homo in spiritum uiui- A
ficantem. Et iterum: Primus homo ex terra terre-
nus, secundus autem homo Dominus de cœlo.
Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœle-
stis, tales & cœlestes: & sicut portauimus imagi-
nem terreni: ita portabimus & imaginem cœle-
stis. Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis
regnum Dei hæreditare nequeunt: neque corru-
ptio incorruptionem hæreditabit. Addebat au-
tem his: Quia clanget, & mortui excitabuntur in-
corrupti, & nos liberabimur. Oportet enim cor-
ruptibile hoc induere incorruptionem, & morta
le hoc induere immortalitatem.) In animam ui-
uētem primus homo factus est. Indigebat enim
ut factura, uiuificāte deo: atqui nouissimus Adā,
hoc est Christus, quia non indigebat uita utputa B
Deus, factus est in spiritū nos uiuificantem, quæ
uiuificatio diuinæ naturæ propria est possessio.
Et primus quidem è terra terrenus, secundus au-
tem ex cœlo, quamuis natus per mulierem. Nam
Verbum desursum est, & de cœlo, & ex deo, tam
etsi factum sit homo, & nihilominus est de cœlo.
Et licet corruptioni & morti obnoxij imaginem
terreni propter hoc ferre dicimur, incorruptionē
induti imaginem cœlestis gestabimus. Incorrup-
tio autem iterum proprium bonum secundū na-
turam est deitatis. Immutantur enim mortui, &
corruptibile induit incorruptionē, eo quod uni-
genitus factus est nobis similis, & mortalitatem
in immortalitatē transtulit, & corruptibilitatē in
seipso primū in incorruptibilitatē transformauit,
sic enim facta est uita ad uitam & nobis.

*Ex secunda ad Corinthios.*

2.Cor.1. QVin ipsi in nobis ipsis, inquit, sententiam
mortis acceperamus, ut ne confisi in no-
bis ipsis, sed in deo, qui excitat mortuos.) Si deo
secundum naturam congruentissimum esse dici-
mus, excitare mortuos, quia uita & uiuificus est.
Dixit autem Christus: Ego sum resurrectio & ui
Ioan.11. ta. Apparuit quoq; & suscitans mortuos. Deus i-
gitur est ut uita secundum naturam.

*Ex epistola ad Hebræos.*

Heb.2. POstquam igitur pueri societatem habent cū
carne & sanguine, & ipse similiter est partici-
ceps factus eorundem, ut per mortem aboleret
eum qui mortis habet imperiū, hoc est diabolū.)
Verbum ex deo particeps factū est carnis & san-
guinis, similiter ut nos qui inter filios dei ordina
ti, ut dato corpore suo in mortem ipse ipsam et ui
ta secundum naturam existens ut deus, iterum ui
uificet: alioqui quomodo abolesset mortis impe
rium, nisi lapsum in mortem corpus resuscitasset,
quod proprium est uitæ secundum naturam, hoc
est uerbi quod est ex Deo?

*Quod unus filius & Dominus Iesus Christus, ex prima epistola catholica Ioannis.*

1.Ioan.1. QVod erat ab initio, quod audiuimus, & q̄d
uidimus oculis nostris, & q̄d spectauimus, et
manus nostræ palpauerunt de uerbo uitæ, & uita
manifestata est, & uidimus & testamur, & an-
nunciamus uobis uitam æternā, quæ scilicet erat
apud patrem, & manifestata est nobis.) Ecce,
eum qui erat ab initio, hoc est Verbum ex patre,
uitam æternam uidisse dicit oculis suis, palpasse q̄
manibus, quamuis secundum propriam naturā
uerbi, quod ex patre, & inuisibile est & impalpa-
bile. Impalpabile enim omne incorporeum, sed
in carne factum Verbum uidisse & palpasse di-
cit. Vnus igitur est filius & Deus, & Iesus, etiamsi
Verbum caro factum sit.

*Quod in Christum sit fides tanquam in Deum, ex epistola prima Petri.*

ATque adeò inquit fidem nostram & spem 1.Pet.1.
esse in deum.) Quum Christus prædicatur
per sanctos apostolos. Et ipse quoque alicubi in- Ioan.14.
quit: Amen amen dico uobis, qui credit in me,
habet uitam æternam. Quando igitur in deum fi-
des Christo dicente, In me credite: quomodo nō Ioan.14.
manifesta esset Deus?

*Ex prima Ioannis epistola.*

ET istud est mandatum eius, ut credamus no- 1.Ioan.3.
mini filij eius Iesu Christi.) Si non est in-
gratum deo & patri, credere nos in nomen filij e-
ius Iesu Christi, exigitur autem à nobis fides, non
ut in hominem simpliciter, sed ut in deum uiuen
tem & uerum: Deus igitur Christus.

In hoc cognoscitur spiritus Dei. Omnis spiri- 1.Ioan.4.
tus qui confitetur Iesum Christum in carne ue-
nisse, ex deo est: & omnis spiritus qui non confi-
tetur Iesum, ex deo non est. Et hic est Antichristi,
de quo audistis q̄d uenit, & nunc in mundo est.) C
Confitebimúrne igitur Iesum tanquam hominē,
nobis similem, uel potius, quod quū sit deus Ver
bum factum caro, non paruifaciens quod sit De-
us, manens autem magis quod erat, etiam si factū
sit homo? Sed hoc haud dubium fuerit. Igitur nō
dicens esse deum uerum Christum, & separās ac
extenuans gloriam eius, Antichristi spiritum ha-
bere deprehenditur.

Et nos spectauimus & testamur, q̄d pater mi-
sit filium saluatorem mundi. Qui confessus fuerit
quod Iesus est filius dei, deus in ipso manet, & ip
se in deo.) Missum esse dicimus a deo & patre fi-
lium, hoc est eum qui ex ipso secundum naturam
unigenitum, Verbum: nominatū autem ipsum
Iesum, quando nativitatem secūdum carnem ex
muliere dispensatiue sustinuit. Igitur uerbum ex D
deo factum est homo. Etiam si quis confessus fue
rit ipsum, habet manētem in se deum: erit autem
et ipse in deo. Memor enim erit eius, habebiturq;
proprius, & quasi particeps eius. Qui autem non
confitetur quod ipse Iesus Verbum ex deo patre
sit, demittens se in humanitatem, neque deum su-
scipiet, neque ipse in deo erit, iuxta modum spiri-
tualis proprietatis.

Omnis qui credit, quod Iesus est Christus, ex 1.Ioan.5.
deo natus est.) Itaque qui non credit, neq; in-
ter filios dei computabitur. Si enim omnibus po
testatē filios dei fieri dedit, qui filium acceperūt,
sicut dicit Euangelista: qui nō susceperunt eum,
neque in filijs dei cōnumerantur, eum per quem
hoc existit non agnoscentes. Quis



Quis autem est qui uincit mundū, nisi qui cre- A
dit quod Iesus est filius dei, hic est qui uenit per a-
quam & sanguinem Iesus Christus, non in aqua
sola, sed in aqua & sanguine: & spiritus est qui te-
statur, quia spiritus est ueritas, quod tres testātur
spiritus, aqua & sanguis: & hi tres unum sunt.)
Vincit quidem mundū, qui credit quod Iesus
est filius dei. Quis autem est Iesus, ipse nobis disci
pulo explanat dicens: Hic est qui uenit per aquā,
& sanguinem Iesus Christus. Sed & in sanguine
inquit, & in spiritu, & tres unum esse dicit. Igitur
Verbum quidem caro factum est, sanctificat au-
tem nos spiritus, & purificat sanguine, & abluit ite
rum aqua munda. Vnus autem utique omni-
no filius, cuius & esse dicimus spiritum & aquam
& sanguinem. B

Si testimonium hominum accipimus, testimo
nium dei maius est: quia hoc est testimonium dei
quod testatus est de filio eius. Qui credit in filiū
dei, habet testimonium dei in seipso: Qui nō cre-
dit deo, mendacem facit illum, quia non credidit
testimonium, quod testificatus est de filio Dei.)
Testimonium autem perhibuit pater filio per spi
ritum, & per uocem. Quia enim est filius eius se-
cūdum ueritatem, testificatus est quod potuit ip-
se spiritum suum sanctis suppeditare, et per illum
uirtutes operari: quapropter dicebat, Ille me cla-
rificabit. Testatus est autem & alio modo. Glori- Matth.3.
ficauit enim eum in Iordane, dicens: Hic est fili-
us meus dilectus, in quo mihi bene complaticū.
Quicunque igitur separant illum, dicunt non es-
se filium uerum eum qui ex muliere, referunt au- C
tem filiationis nomen ad nudum & solum filium
ex deo, mendacem faciūt patrem. Incarnatum e-
nim Verbum monstrauit in Iordane, & tunc testi
monium perhibuit ei spiritus, quod & deus sit et
filius, & uere

*Quod sit uita, ex euangelio secundum Matthæum.*

Matth.9. DE filia principis sacerdotum scriptum est,
quod quum eiecta esset turba, ingressus Ie-
sus corripuit manum eius, & suscitauit puellam.)
Quare non potius sicut apud Lazarum con-
tentus fuit sermone ad resuscitādum puellam, &
tenuit manum illius? nimirum ut ostenderet ui-
uificum eius corpus, corpus enim est uitæ. Igitur
naturalis magis & uera est unio Verbi cū carne, D
& non sicut quidam imperite dicunt, quasi tan-
tum in personis facta sit, uel iuxta humilem laudē
uel concordiam, uel copulam simpliciter.

*Ex euangelio secundum Ioannem.*

Ioan.6. OPeramini, inquit, non cibum qui perit, sed
cibum manētem in uitam æternam, quem
filius hominis nobis dabit. Hunc enim pater si-
gnauit Deus.) Cibum nobis dedit filius homi-
nis manentem in uitam æternam, suam scilicet
carnem, quæ est uiuifica. Iam quomodo non de-
us uiuificare ualens, & per suam carnem assimila
tus per omnia Deo & patri? Hoc enim arbitror
significare dicere ipsum obsignatum esse à Deo,
quod obsignari significet diligēter illius expres-
sionem. Nam sicut si ceræ quis aureum sigillum
infigat, uel certè ex alia materia factum, totam ex
tota illius effigiem ei inscribit: ita etiam Deus, &
pater suæ naturæ charactēres substantialiter con
spicuos habet in filio: & hoc est dicere obsigna-
tum esse ipsum à patre.

*Ex euangelio secundum Lucam.*

SVscitauit Lazarum Christus, archisynagogi Luc.8.
filiam, & uiduæ filium.) Iam quo pacto
non uita secundum naturam est, qui non solum
sermone repellere mortem potuit, sed etiam ta-
ctu manus? Erat enim consequens ac nec neces-
sarium, uiuificum esse corpus, quod erat propri-
um uitæ.

*Quod Christus sit propitiatorium, ex epistola ad Romanos.*

DE Christo inquit: Quem proposuit propi- Rom.3.
ciatorium per fidem in ipsius sanguine, ad
demonstrandam iusticiam ipsius propter remissi
onem præteritorum peccatorum à Deo tolerato
rum, ad ostendendam iusticiam eius in præsenti
tempore, ut ipse sit iustus, & iustificans eum qui
est ex fide Iesu.) Si Christus non potuit aliter fi-
eri propitiatorium his qui in peccato, maledicto
& supplicij pœna, nisi per sanguinem propter re-
missionem præteritorum peccatorum effunden-
dum: quomodo nō necessarium carnem factum
esse Verbum, ut & sanguine suo, hoc est suæ car-
nis sanguine iustificet omnes in se credentes?

*Quod redempti simus, & conciliati cum Deo per sanguinem illius, ex priore ad Corinthios.*

EX ipso autem uos estis in Christo Iesu, qui fa 1.Cor.1.
ctus est sapientia nobis à deo, iusticiáque & Hier.9.
sanctificatio, & redemptio, ut sicut scriptum est:
Qui glorietur, in Christo glorietur.) Igitur re-
dempti à Christo & sanctificati, & sapientes facti
sumus. Omnis autem donatio bona, & omne do
num perfectum supernè est, descendens à patre Iac.1.
luminum, hoc est Deo. Iam quomodo non Deus
Christus, sapientiam & sanctificationē & redem
ptionem nobis largiens?

*Quod redempti sumus per sanguinem Christi, ex prima epistola Petri.*

SCientes quod non corruptibilibus, argento 1.Pet.1.
uel auro redempti sitis à uana uestra conuer-
satione, quam ex patrum acceperatis traditione,
sed precioso sanguine uelut agni immaculati &
incontaminati Christi.) Redempti enim sumus
Christo proprium corpus pro nobis dante: sed si
quidem ut homo communis intelligeretur Chri
stus, quomodo corpus eius ad rependendam o-
mnium uitam sufficeret. At si Deus fuit in car-
ne, qui dignissimus, sufficiens ad redemptio-
nem totius mundi per suum sanguinem meri-
to fuerit.

*Quod Christi mors munbo salutaris, ex epistola ad Romanos.*

COmmendat suam charitatem erga nos De- Rom.5.
us: quia quū nos adhuc peccatores essem⁹,
Christus pro nobis mortuus est, multò autem ma

Universidad de Deusto
Biblioteca



gis nunc iustificati, in sanguine eius saluabimur A per ipsum ab ira. Et iterum: Si enim inimici existentes reconciliati sumus Deo, per mortem filij eius, multo magis reconciliati saluabimur in uita eius.) Itaque si non alio modo saluandus erat mundus, nisi in sanguine, & corpore morti utiliter derelicto, & dispensatiue, propter remissionē præteritorum peccatorum quæ Deus tolerauit, saluati autem sumus per Christum: quo pacto nō necessarius Verbo ex Deo nato incarnatiōis modus, ut iustificet in sanguine suo in se credentes, & conciliet patri, per mortem sui corporis, ut & simul uiuamus cum ipso:

Rom. 6. An ignoratis, quod quicunq; baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem eius baptizati sumus. Itaq; consepulti cum ipso per baptismum in B mortem, ut quēadmodum ipse ex mortuis excitatus est, & nos in nouitate uitæ ambulemus.) Si omnino necessariū est homines unà cum Christo sepeliri, per baptisma in mortem, ut quemadmodum ex mortuis surrexit, & nos in nouitate ambulemus uitæ, tanq; sepulti & resuscitati unà cum ipso, qui pro nobis mortuus est & surrexit: utilissime et necessariò incarnatiōis operatus est sacramētum, carnisq; & sanguinis particeps fuit uerbum, ut moriamur & resurgamus cū eo, dum carnaliter dicitur mori, & etiam resurgere.

Nā si insistitj facti sumus illi similitudine mortis eius, etiam resurrectionis erimus. Similiter intelliges & hoc: Quoniā enim per hominē mors, etiam per hominem resurrectio ex mortuis. quē- C admodum enim in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes uiuificabuntur.) Secundus Adam uocatus est Christus: & sicut primus Adam demisit nos in corruptionem, ita & Christus reuexit ad uitam: non sicut homo cōmunis mortuus pro nobis, ut ne & in ipso maneamus mortui, sed ut Deus in carne et in ista passus huno modo, ut diuino modo resuscitanti templum suum nos simul resurgamus.

*Ex epistola ad Galatas.*

CHristus nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Scriptū est enim: Maledictus omnis qui pēdet in ligno, ut in
Gal. 3. gentes benedictio Abrahæ fiat in Christo Iesu, ut repromissionē spiritus accipiamus per fidē.) D

Vide, oro, & hoc loco, factam mundo salutarem Christi mortem. Factus est enim pro nobis maledictum, crucē ferens et pendens in ligno, ut soluat peccatū mundi, & in gētes benedictio Abrahæ ueniat in Christo Iesu: hoc est, ut iustificentur gentes per fidē secundum promissionē Abrahæ datam, ut promissionem spiritus accipiamus per fidem. Quando & maledictionem, quæ in lege, soluit mors Christi, & conciliauit gētibus benedictionem Abrahę: hoc est per fidem gratiam, & participes fecit etiam sancti spiritus, num hominis cōmunis intelligitur mors eius? Considerare autem oportet magis, quòd Verbum caro factum, carne passum est pro mundo, & facta est sufficiens eius mors pro mundi uita.

*Ex epistola ad Ephesios.*

NVnc autem in Christo Iesu, uos qui quon- Ephes. 2.
dam eratis longinqui, propinqui facti estis per sanguinem Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit ex utrisq; unum, & interstitium macenę diruit, simultatem per carnem suam, legem mandatorum in decretis sitam abrogās.) Si et eos qui longe absunt, eo quod aberrent iuxta mundū, & in impietate uersentur, propinquos fecit sanguis Christi: quomodo nō necessaria his qui super terram Verbi incarnatio, & colligēs quæ direpta, & acquirens deo eos qui longe absunt, condens autē duos populos in unū nouum hominem per ipsius carnem. Datus est enim in redemptionem his qui sunt in peccatis, & per ipsum omnia lucri facta sunt deo ac patri. Præterea et uetus lex aboleta, qua præstātior est lex fidei quæ est in Christo. Etsi hoc est uerū, quomodo supra legē est fides, si non tanquam deo credidimus Christo?

*Ex epistola ad Hebræos.*

IDeo ingressurus in mundum dicit: Sacrificiū Hebr. 10.
& oblationem noluisti, corpus autē aptasti mihi, holocaustomata & pro peccato non cōproba sti. Tunc dixi: Ecce adsum, in capite libri scriptū est de me, ut faciam deus uoluntatem tuā.) Factā quidē est mundo salutaris passio Christi: uerumtamē necessariū est uidere, quis ille qui in mundū uenturus (erat enim extra mundū omnino) quodāmodo ingressus est in ipsum qui extra mundum? Igitur secundū naturam existens super unum mundū tanquā deus unigenitus ingressus est in ipsum, pars eius factus est: hoc est homo, sicq; pro uobis afferens sacrificium, & seipsum offerens, saluauit mundum.

Quapropter & Iesus, ut sanctificaret per pro- Hebr. 13.
prium sanguinem populum extra portā passus est.) Quomodo sanguis cōmunis hominis sanctos nos efficeret? sed sanctificauit sanguis Christi. Deus igitur, & non simpliciter homo. Deus enim erat in carne, suo sanguine nos purificans.

*Ex epistola ad Timotheum.*

VNus enim deus, unus et mediator dei et ho- 1. Tim. 2.
minū, homo Christus Iesus, qui dedit seipsum preciū pro omnibus.) Ex confesso salutaris est mors Christi, sed si nō esset deus, quō ipse & solus sufficiet ad hoc ut sit preciū? sed sufficit solus pro omnib. mortuus, qa et super oēs est. deus igit̄ est morte suæ carnis à mūdo depellēs mortē.

*Ex Catholica epistola Petri.*

QVia Christus semel pro peccatis mortuus 1. Petr. 3.
est, iustus pro iniustis, ut nos offerret deo, mortificatus quidē carne, uiuificatus aūt spiritu, in quo & spiritibus in carcere, abiēs, prædicauit, olim inobedientibus.) Multi sancti prophetæ interempti sunt, sed nullus illorum pro peccatis mortuus esse dicitur, neque obtulisse nos Deo per suam mortem: sed neque prædicauit quis illis, qui in carcere spiritibus, id quod Christus fecit. Et in ipso & per ipsum redempti sumus, & eius passio salutaris fuit mundo. Mortuus igitur fuit pro nobis, nō ut homo nobis similis existēs, sed



sed ut Deus in carne, corpus suum dans in com- A
mutationem pro omnium uita. Christo itaq; passo prō nobis carne: nam tanquam existente deo Christo, sapienter ac prudenter discipulus, carne passum esse dicit illum, docens patiendi ineffabilem naturam, à passionibus alienam. Sua igitur carne passus est, quū uerbum ex deo expers passionū esse soleat. Deus igitē Christus diuinè quidem impassibilis, passibilis uerò secundū carnē.

*Ex euangelio secundum Ioannem.*

Ioan. 12. HÆc non cognouerunt discipuli eius principio, sed quando glorificatus est Iesus, tunc memores fuerunt, quod hæc fuerunt de ipso scripta. Et iterum: Iesus autem respondit eis, dicens: Venit hora, ut glorificetur filius hominis. Amen amen dico uobis, nisi granum frumenti quod ce- B
ciderit in terram moriatur, ipsum solum manet: si autem moriatur, fructum multum fert.)

Non est ambiguum, saluatum esse mundum, mortuo pro ipso Emanuele, uerumtamen illud dicimus, quomodo mortuo glorificatus est: quū Ioan. 12. res hæc imbecillitatis maculam habeat, unde & confusionem contempsisse dicitur, factus obediens usq; ad mortem, ueruntamen dices glorificatum esse ipsum propter resurrectionem. Bene se habet sermo ille, & uerus est. Num igitur resurrexit magis diuinè, quàm humanè, uerum opinor diuinè. Proinde quum ipsum Verbum ex Deo, carne passum dicitur, ne erubescamus passionē, finis enim eius est gloria, eaq; diuinior.

*Quòd unus filius dei, & dominus Iesus Christus, ex epistola ad Romanos.*

ITaque ego ipse mente quidem seruio legi dei, Rom. 7.
carne uerò legi peccati. Nulla igitur condemnatio nunc est his qui in Christo Iesu. Nam lex spiritus uitæ liberauit me à lege peccati & mortis. Quod enim impossibile erat legis, in quo infirmabatur per carnem, Deus misso filio suo in similitudine carnis peccati, præstitit, ac de peccato condemnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem uersamur, sed secundum spiritum.)

Etenim manifeste pugnant inter se caro & spi- D
ritus, hoc est prudentia carnalis & motus concupiscentiarum nobis insitarum, & uirtus uitæ secundum spiritum. Licet diuina lex nos urgeat, ut debeamus eligere bonum: in contrarium tamen concupiscentia carnis fertur. Solutum aūt nunc est quod obstat, & infirmatur lex peccati, præualuit uerò lex spiritus. Ob quam causam? misit enim Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, ut condemnaret peccatum in carne. Iam quo pacto nō fuit ualde utilis Verbi incarnatio? Condemnatum enim sic est in carne etiam nostrum peccatum, si autem Verbum non esset factum caro, manssissent res nostræ inemendatæ, & seruiremus carni lege peccati nullo in nobis illā abolente. Igitur necessariam esse dicimus hypostaticam Verbi cum carne unionem, & nō solam esse in personis, uel per unanimitatem: hoc est, simplicem copulam, ut quidam dicunt.

Quid igitur dicemus ad hæc. Si Deus pro nobis, quis contra nos, qui filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum? Quomodo non & cum ipso omnia largietur?) Si filium proprium, manifestum quod eum, qui ex substantia sua dedit pro nobis deus & pater, passus autem est secundum carnem, & non natura deitatis. Proprium igitur eius fuit corpus quod passum est, ut & ipse intelligatur passus dispensatiue, qui pati nescit. Vnde in duos separare unū, impium fuerit, comprobabitur enim sic non dedisse filium suum pro nobis pater, siquidem esset homo separatim, & non potius cum assumptione carnis uerbum ex deo.

Quis accusabit electos Dei? Deus est qui iu- B
stificat. Quis condemnat? Iesus Christus, qui mortuus est & resurrexit, qui est ad dexterā Dei, qui & intercedit pro nobis.) Si iustificat fide Christus, Deus autem est qui iustificat. Deus igitur uerus, Verbum, & siquidem est ad dextram Dei, & licet mortuus ac suscitatus, sedeat cum patre, proprium igitur Verbi corpus est. Sedet enim cum patre cum assumpta carne, sicut filius secūdum naturā, quamuis Verbū caro factū sit.

Fidei autē iustificatio sic dicit: Ne dicas in cor Rom. 10.
de tuo: Quis ascendit in cœlum? hoc est Christū deducere. Vel quis descendet in abyssum? hoc est Christū ex mortuis reducere. Sed quid dicit: Prope est uerbum tuum, in ore tuo & in corde tuo: hoc est, uerbū fidei quod prædicamus: quod C
si confessus fueris in ore tuo dominum Iesum, & credideris in corde tuo, quod Deus excitarit illū ex mortuis, saluaberis. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit.) Si secundum hoc quod quibusdā uidetur, homo deifer intelligitur Christus, & solam habet in persona unionem cum Verbo quod ex Deo, cuius gratia credentes in ipsum tanquam in dominum, confitentes autem & resurrectionem eius ex mortuis, iustificamur fide quæ in illum? Exigitur autem fides, tanquam in deum scilicet. Vnde necessaria hypostatica unio dei Verbi cum humanitate. Ita enim unum Christum ut dominū confitebimur, & eius carnis resurrectionem agnoscentes, quasi in Deum credentes iustificamur.

Nullus enim nostrūm in seipso uiuit, et nullus sibijpsi moritur. Siue igitur uiuamus, siue morimur, domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, & reuixit, ut & mortuis ac uiuentib. dominetur.) Loquebatur beatus Paulus cum his, qui Gal. 4.
ex gentibus, nunc autem cognoscētes Deū, imò cogniti à deo, quomodo cōuertimini ad infirma & egena elementa mundi, quibus denuo seruire uultis? Redempti igitur per fidē, quæ est in Christum à seruitute elementorum, & ad seruiendum adducti sumus Deo uiuenti & uero. Quod si & Christus mortuus est, ut & mortuis ac uiuis dominetur, & ut ipsi uiuamus tanquam Deo uiuo & uero, quomodo non necessaria Verbi uera unio cum carne? In ista enim mortuus est, dominatusq; est mortuis ac uiuis.

Ex

*Ex priore ad Corinthios.*

1. Cor. 10. BIberūt, inquit, ex spirituali, quæ sequebatur petra, petra aūt erat Christus.) Christi nomen impositum est Emanueli, quando natus est per sanctam uirginē. Quomodo igitur ipse erat petra quæ potabat Israelem? sed est manifestum, quod Christum et filium nouit unum scriptura sacra. Verbum enim caro factum est. Iterum ipse est spiritualis petra, non abiiciens antiquitatem suæ naturæ propter nouam dispensationem.

*Ex altera ad Corinthios.*

2. Cor. 5. ET ita nos ex hoc tempore nullum nouimus secundum carnem: licet autem nouerimus secundum carnem Christum, sed nunc non ultra agnoscimus.) Quid nam dicit Paulus, nunquid Christum negat secundum carnem post resurrectionem? nescit ipsum suscitatum carne, & assumptum cum illa in cœlum? Et quis est qui hoc dicere audeat? Sic enim nouit et assumptum et uenturum suo tēpore quemadmodum ascendit in cœlū. Quo pacto igitur nescit secundū carnem filium? quia post resurrectionem à mortuis, non iuxta mensuras, sed iuxta diuinam eminentiam, melius est ipsum uidere & confiteri. nondum enim impleuit dispensationem. Prędicabatur secūdum carnem, ut crederetur factus homo unigenitus. Postquā autem perfectum est sacramentum, ab his à quibus Deus est, melius fuerit ipsum confiteri, quàm ex eo quod exinanitus est propter carnem. Vnus igitur Christus & filius, & dominus.

2. Cor. 8. Scitis enim beneficentiam domini nostri Iesu Christi, quod propter nos pauper factus sit quū esset diues, ut uos illius paupertate ditesceretis.) Si Christus solum homo, & non secundum unionem ueram cum deo Verbo, diues ut deus, quomodo pauper factus est? Quæ em̄ omnino diuitiæ humanitatis? Dictum est enim omni homini: Quid enim habes quod non accepisti? sed pauper factus es̄t, quū diues esset ut deus. Pauper e-
1. Cor. 4. nim factus est humanitatis paruitatē dispensatiue possidens, uerè diues ex deo patre Verbum. Vnus igitur Christus & filius, & diues quidē ut deus, pauper autem quia factus est homo, ut nos ditet per ipsum.

*Ex epistola ad Galatas.*

Gal. 1. PAulus apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, & deum & patrem, qui excitauit illum ex mortuis.) Nónne deum hominē factum, & unum ex duobus per hæc nobis filium & dominū declarat mysteriorum doctor. Nam dicit, missum quidem se neq; ab hominibus, neq; per hominem. Et addidit: Sed per Iesum Christum, quē quomodo nesciret esse hominem, quum talem prædicarit per uniuersum orbem? Verum sciuit non esse hominem simpliciter, sed magis Verbum ex deo incarnatum: & non deum qui in homine intelligatur, sed ipsum hominem reuera factū cum hoc quod est deus. Quando igitur dicit ab homine nō missum esse, sed per Iesum Christum, quomodo non omnibus manifestum, quod & deum ipsum nouit esse uerū, cū hoc quod factus est in carne similis nobis? Ostēdit igitur ipsum nō à rationib. humilitatis, sed à diuina ipsius super oēs eminentia.

Quum essemus pueri, sub elementa mundi in seruitutem eramus adacti, quando autem uenit plenitudo temporis, emisit deus filium suum, factum ex muliere, factum legi obnoxiū, ut eos qui legi erant obnoxij redimeret, ut adoptionē ius filiorum acciperemus.) Quē misit deus, & pater qui fact⁹ ex muliere, & factus legi obnoxius? nū quid cōuenit & dignum est dicere ac intelligere quod miserit illum, qui nō fuisset natus ex muliere, neque subditus legi, nisi mansisset quod erat, nempe extra carnem & sanguinem: sed est manifestus sermo, Verbum ex deo patre, factum esse ex muliere secundum carnem. Dominus legis ut deus, factus est legi subditus, ut fieret etiam frater his qui sub lege. Sic enim accepimus ius filiorū dei, atq; adeo si non esset factus frater sub lege, & ex muliere, neq; essemus fratres domini & deisecundum naturam. Quia autem factus, tantā rem assecuti sumus. Cuius rei manifestam demonstrationem facit beatus Paulus.

Quod aūt estis filij, emisit deus spiritum filij sui do igitur spiritus, qui ex muliere & sub lege factus est spiritus per filiū, & clamans Abba pater, nisi deus Christus unus existens ac dominus?

*Ex epistola ad Ephesios.*

Ephes. 4. VNus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus & pater omnium, qui est super omnia, per omnia, & in omnibus nobis. Verum unicuique nostrūm data est gratia iuxta mensuram donationis Christi. Quapropter dicit: Quū ascendisset in altum, captiuam duxit captiuitatē, dedit dona hominibus. Cæterum illud, Ascendit, quid est nisi quod etiam descenderat prius in infimas partes mundi. Qui descendit, ille est qui etiam ascēdit supra omnes cœlos, ut impleret omnia.) Vide obsecro quàm manifestus & euidens sermo, ostendens clare, quod Christus & dominus, unus secundum dispensationis unionem, uerbo ad humanitatē adunato. unus enim ex utrisq; filius uerus: aliàs quomodo unus dominus? quomodo aūt una fides? uel quomodo unū baptisma? Si em̄ duo filij, duo omnino domini, duplex autem & fides, & non unū est baptisma. In unum igitur credimus, in uniūs nomine baptizati sumus. Cæterum unus Dominus, una fides, unum baptisma. Eapropter manifestum, quod & unus filius, licet unigenitus intelligatur factus nobis similis. Quis autē is, qui ascendit in sublime, uel quis est qui descendit in infimas partes terræ? Proinde ipse descendit humano more, demisit enim seipsum ad inanitionem, & humiliauit, factus obediens usq; ad mortē: mascendit autem cum carne sua per omnes cœlos, ut impleat omnia,

Es



*Ex epistola ad Philippenses.*

Philip. 2. IAffectus sit in nobis, qui fuit et in Christo Iesu, qui quum esset iu forma Dei, non rapinam arbitratus est ut esset æqualis Deo, sed semetipsum inaniuit forma serui sumpta, in similitudine hominum constitutus, & figura repertus ut homo, humilem præbuit seipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Quapropter & Deus illum in summam extulit sublimitatem, ac donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu se flectat, cœlestium ac terrestrium, & infernorum, omnisq; lingua cōfiteatur, quod dominus Iesus Christus ad gloriam Dei patris, Amen.)

Intelligis, quomodo uerbum, quod est in forma Dei, & existit Deus, dicit non arbitratum esse rapinam, quod sit æquale Deo? Habens enim esse secundum naturam in æqualitate patris, inaniuit seipsum, forma serui accepta, hoc est, homo factus, inuentusq; specie æqualis nobis, humiliauit seipsum: postquam autem ipsam sustinuit crucem, & exaltatum ipsum esse dicit, datumq; ei nomen quod est super omne nomē, ita ut ei omne genu flectatur, & omnis lingua cōfiteatur. Quomodo igitur in figura & æqualitate dei, demisit seipsum ad inanitionem, exaltatusq; post hoc dicitur? An non hoc manifestissimum Christi sacramentū? Deus enim existens natura, factus est homo in humilitate & uilitate: factus autem nobis similis, ad suam naturam redit & cum carne, & decet exaltatū esse dispensatiue, et non ipsam *naturā Verbi. Vnus igitur Christus deus in humanitate & cum humanitate existens quod erat.

*Ex epistola ad Colossenses.*

Coloss. 1. GRatias agentes patri, qui idoneos nos fecit ad participationem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos à potestate tenebrarum, ac transtulit in regnum filij dilecti, per quem habemus redemptionē per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum, qui est imago Dei inconspicui, primogenitus uniuersæ creaturę, quod per illum creata sint omnia quæ in cœlis sunt, & quæ in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per illum & in illum creata sunt, & ipse est ante omnia, & omnia per illum consistunt, & ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primas tenens. Quoniam in illo complacitū est patri uniuersam plenitudinem inhabitare, & per eum cūcta recōciliare erga se, pacificatis per sanguinem crucis eius per eundē, siue quæ in terra sunt, siue quæ in cœlis.)

Ecce iterum ipsum imaginē quidem dicit inuisibilis dei, cōditos q; per illum thronos et principatus, et dominationes manifeste affirmat, et in illum omnia et in illo cōstituta esse dicit, et ipsum esse caput corporis ecclesiæ, et primogenitum ex mortuis. Quis igitur est imago dei cōditor omnium, si non ipse unigenitus filius dei, qui & factus est primogenitus ex mortuis, tanquā mortuus in carne sua, et non in carne alterius cuiuspiā? Vnus igitur Christus & filius, deus q; simul & homo.

*Ex epistola ad Hebræos.*

Hebr. 1. MVltifariam multisq; modis olim locutus est deus patribus per prophetas, extremis diebus hisce loquutus est nobis per filium, quem constituit hæredem omnium, per quem etiam secula condidit.) Natura uniuersorum dominus cum Deo & patre, unigenitus eius Verbum esse creditum est: ponitur autem hæres, quia factus est caro. Dictum est enim ad ipsum, tanquam nobis similem hominem prodeuntem propter nos: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Sed per ipsum Deum hæredem propter humanitatem, & ipsa secula facta esse dicit, quæ res ad antiquitatem Verbi, relationem habet. Vnus igitur Christus & filius, idemq; deus simul & homo. Psal. 2.

Qui quū sit splendor gloriæ & character substātiæ illius, modereturq; omnia uerbo: et purgatione peccatorū facta, sedet in dextra magnificētiæ in sublimibus, tāto melior fact⁹ angelis, quāto excellentius præ illis sortitus est nomē. Splendor gloriæ, & character, hoc est expressa imago substantiæ dei & patris, hoc est qui ex ipso secundum naturā filius unigenitus, quo pacto purgationem peccatorum fecit? manifestum aūt quod per suum proprium sanguinē, sedit ad dextram patris, & præstantior factus esse dicitur angelis, quamuis secundum naturam et diuinitatis excellentiam superet omnia. Igitur et homo acquisiuit tanquam deus inuisibilem creaturā, ipse existens splendor & character, et faciens peccatorum nostrorum purgationem proprio sanguine. Vnus igitur Christus & filius, & Dominus.

Quando quidē et qui sanctificat, & qui sancti ficantur, ex uno sunt oēs, quam ob causam nō erubescit fratres illos uocare, dicēs: Annunciabo nomen tuū fratribus meis.) Quod secundū naturam sanctum, non sanctificatur, quia non indiget sanctificatione. Quod autē participatione alterius uocatur sanctum, sanctificare alios nō potest: quomodo igitur idē sanctificat & sanctificatur, inquirendum. Sanctificat igitur ut deus, sanctificandi uirtutē ut proprietatem naturę suæ sortitus, sanctificatur uerò nobiscum secundum humanitatem. Vnus igitur Christus & filius, et dominus, sanctificans quidem diuino modo, sanctificatus autem nobiscum humano modo. Hebr. 2.

Cęterū eorū quæ dicim⁹ illud est caput, quod talem habemus pontificē, qui consedit in dextra throni maiestatis in cœlestibus sanctorum administrator, et tabernaculi ueri quod fixit dominus, & non homo.) Si omnis sacerdos, sicut dicit beatus Paulus, ad offerenda dona & sacrificia assumitur, nō sibijpsis perficiunt sacrū qui uocantur ad sacerdotiū: sed deo potius, cui ab omni creatura debetur cultus. At deo ministrans, non equali ratione positus erit cum deo, neq; etiam gloriam illi & soli cōuenientem portabit. Iam quomodo pontifex noster factus Christus, in dextera sedit dei, Hebr. 8.

dei,& thronum habet magnificentiæ in cœlis,& A sanctorum est minister, & tabernaculi summi ac ueri,sibi ac patri offerens cultū ac preces omniū. Vnus igitur est Christus & filius,sedens quidem diuino modo in throno propriè deitatis,appellatus autem & pontifex & minister dispensatiue, propter humanitatem.

Heb.12. Igitur nos quoq; tanta testium nube septi, depositio omni onere & peccato, quod ualde nos urget,per patientiā curamus, in proposito nobis certamine, respicientes ad fidei ducem ac cōsummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio tulit crucem, ignominia contempta, & ad dexteram Dei consedit. ) Si communis homo Christus,& non deus uere in carne,& nobis similis,quale illi proposito esse gaudium dicit, uel quomodo sedit in B dextra throni dei,sed propositum fuit ei gaudiū. Est enim summa natura in delicijs incessabilibus, sustinuit uero crucem, faciens quod propriū corpus potuit crucifigi. Et ipse crucifixus sedit in dextra dei & patris. Vnus igit dominus Iesus Christus, crucifixus quidem iuxta humanitatem, confidens autem patri iuxta deitatem.

*Quod unus filius & dominus, ex euangelio secundum Matthæum.*

Matth.11. OMnia mihi tradita sunt à patre meo, & nemo nouit filium nisi pater, neq; patrē quisquam nouit, nisi filius,& cuicunq; uoluerit filius reuelare. ) Nullo sciēte filium præter solum patrem, quomodo reijciunt quidam patris testimonium? Monstrauit enim suum filium in I rdane, C dicens: Hic est filius meus in quib complacitū habui. Sed non nudum ascendit nobis suum uerbū, sed unitum carni. Et nō dixit, quod in hoc est filius meus: sed, hic est, qui cum carne. Vnus igitur & Dominus & filius

*Ex euangelio secundum Ioannem.*

Ioan.1. ERat lux uera, quę illuminat omnem hominē uenientem in hunc mundum: in mūdo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus illum non agnouit. In propria uenit, & sui eum non receperunt. ) Satis ut Theologus loquutus est,& per lucem ueram illuminatum esse omnem homi nem uenturum in mundum, dicens etiam per ipsum & mundum quoq; factum esse. In propria inquit, eum uenisse. Venit autem factus homo uni D genitus, tāquam ad suos, & ante alios ad eos qui ex sanguine Israel. Quum igitur ipse sit lux uera, & ille perquē omnia, & ipse est qui cum carne uenit in propria, quomodo non necessarium unum Christum & filium confiteri?

Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & uidimus gloriam eius, quasi unigeniti à patre, plenum gratia & ueritate. ) Si Verbum caro factū est, hoc est similiter nobis particeps fuit sanguinis & carnis, & semen Abrahę suscepit ut per omnia fratribus similis esset: quomodo dubitarit quis quod manserit Verbum etiam caro factū? Inuertibilis enim est natura Verbi, & si appellatus fuit frater noster, quomodo unigeniti habet gloriam? Igitur te metsi factum sit caro, nihilomi nus est deus: & unigenitus quidē ut deus,primo genitus uero propter humanam naturam.

Ioannes testatur de illo,et clamauit dicens: Hic est de quo dicebam, qui post me uenturus est, ante me fuit, quia prior me erat Et de plenitudine eius nos omnes accepimus.) Ioannes, inquit de Christo, quem ipse prædicauit: Qui post me uenturus, hoc est qui post me manifestatur: indelicet ante illū, hoc est primas partes habens secundā gloriam. Etenim erat et in existētia primus ut deus. Quomodo igitur qui post illum, ante illum fuit? secundum tempus: quia deus erat Verbum, & factum est caro habens quidem priorem locum, secundum quod Verbum est, posteriorē uero secundum carnē. Sicut ex plenitudine eius omnes particepes facti fuerunt sancti, plenitudo autē ea est diuinitas, sicut dicit per Esaiæ uocē: decuerit ipsam et solam, tanquā ex sua plenitudine participes facere alios, quod et fecit. Vnus igit est filius et dominus, Verbum ex deo factum, caro, ipse deus simul et homo. Habet hanc sententiam et quod postea dicitur: Hic est de quo dicebā, post me uenit uir, qui ante me factus est, quia prior me erat. Ecce enim uirum dicens illum, et post ipso erat Verbum, et Deus erat Verbum.

Et testatus est Ioannes, dicēs: Vidi spiritū descendentem sicut columbam de cœlo, et manentem super eum. Et ego nesciebam illum: sed qui misit me ut baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritum descendentem & manentem super ipsum, hic est baptizans in spiritu sancto. Et ego uidi & testatus sum, quod hic est filius Dei.) Videmanifeste et euidenter in illis dominum nostrum Iesum Christum, accipiente qui dem humano modo spiritum propter dispensationem cum carne: dines enim cum esset, factus est pauper propter nos: baptizante autem ut deum in spiritu sancto. Cui enim conuenit posse suppeditare gratiam spiritus, quàm ei qui uere et secundum natura est? Deus? unus igitur Christus & filius. Et testificabitur Euāgelista, dicēs: Et ego uidi, et testatus sum, quia hic est filius dei. Hic autē qualis? uidit ut hominem accipientem spiritum, uidit uero baptizantem ut Deū in sancto spiritu.

Si terrena dixi uobis, et non creditis mihi, quo modo si dixero uobis cœlestia credetis? Et nullo ascendit in cœlum, nisi qui descendit filius hominis, qui est in cœlo.) Quamuis sancta caro nata sit ex muliere, sed proprium erat corpus eius qui de cœlo descēdit, qui et factus est filius hominis. Vnus igitur Christus et filius.

Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita oportet exaltari filium hominis, ut omnis qui credit in eum, habeat uitam æternam.) Serpentes in deserto mordebāt filios Israel. Tunc præcepit unigenitus deus Mosi, ut suspenderet æreum serpentem: Et erit, inquit, si serpens momorderit hominem, & aspexerit serpentem, et uiuet. Quāsi igitur hoc est ænigma, et quare inspiciens serpentem saluatur? Ideo quia uita secundum naturā unigenitus



unigenitus dei Verbum, factus est in similitudi- A nem nostra, hoc est homo. Homo autem malus sicut serpēs. Sed quamuis sit factus nobis similis, siquis uiderit ipsum, inueniet mortē. Quid autē aliud est uidere ipsum, quàm diligenter considerare sacramentū in ipso? tunc enim spectabitur in similitudine malorū, hoc est hominum, uiuificus aūt ut deus, & abolēs malignorum spirituū mortius. Vnus igit est dominus & filius idē & uiuificus ut deus, & in specie malorum hominum per dispensationem.

Deut.22. Pueri gerentes ramos palmarū, exibant in occursum ei & clamabant: Osanna benedictus qui uenit in nomine domini, & rex Israel.) Quomodo igit scriptura sacra dicit eum uenisse in nomine domini? Igitur siquidem ut hominem seorsim B ei qui ex sancta uirgine non unito ei per substantiam Verbo dicit, cōmune erit ei dominationis nomen sicut & nobis, & nihil magnū in Christo. Si autē sicut dominus uere uenturus esse prædictus est, id quod et uere est, uenit autē non absq; carne in hunc mundum unigenitus. Vnus igitur est natura & uere dominus ac Christus & filius.

Heb.2. Et pro ipsis ego sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in ueritate. Seipsum sanctificat Christus, utrū ut homo, uel potius ut deus est secundum naturam, proprium habens spiritū sanctum, quod & uerum est: quando quidem nullus homo seipsum sanctificat, se aūt sanctificat Christus. Vnus igit est filius & dominus. Sanctificatur quidē ut homo, sanctificat ut deus suo spiri- C tu proprium templum.

Heb.10. Cæterum multa etiam alia signa fecit Iesus coram discipulis suis, quæ non sunt scripta in hoc libro: hæc autem scripta sunt, ut credatis quod Iesus est Christus filius dei, & credentes uitam habeatis in nomine eius.) Emanuel qui ex sancta uirgine natus, per Euangelij uocem Iesus nominatus est: quando igitur iste est, & non alius filius dei, & qui credit habet uitam æternam in nomine eius: quo pacto non insaniunt qui discernunt et dicunt alium & alium filiū esse Verbū ex Deo, & alium eum qui ex uirgine sancta? In his enim conspicuum est, quod Euangelista unum ex utrisq; sciat ac prædicet Iesum Christum, hoc est Verbum ex deo patre, similiter nobiscum car D nis & sanguinis particeps, sicut scriptum est.

Luc.1. *Ex euangelio secundum Lucam.*

ACcidit autem quum essent ibi, cōpleti sunt dies pariendi, et peperit filium suum primogenitum, ac fasciis eum inuoluit, reclinauitq; eū in præsepio, quod non esset eis locus in diuersorio.) Vnum & solum peperit filium Emanuelem sancta uirgo. Quomodo igitur dicit, peperit filium suum primogenitum, quum non peperit secundum post illum, sed manserit uirgo? Assignaſ igitur in scriptura diuinitus inspirata. Nominatus est eñ primogenitus unigenitus, dei uerbū. nā particeps fuit carnis & sanguinis, & societatē nobiscum habuit? sicq; factus est in multis fratribus primogenitus, et nihilominus adoratur tum

à nobis ipsis, tum à supernis spiritibus.

Et dixit ad ipsum mater eius: Fili quid feciſti nobis sic. Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te,& dixit ad eos: Quid quod quęrebatis me, nescitis quod in his quæ patris mei oportet me esse.) Vide igitur quomodo proprium suum patrem appellat eum, qui in cœlis est: sed siquidem esset homo seorsim, & talis quispiam intelligeretur esse ut nos sumus, quomodo nō oportebat potius dicere: Nescietis quod in his quæ omnium patris esse me oportebat? sed proprium suum facit, solus enim ex illo natus est secundum naturam diuino more. Idem autem & homo factus proprium habet ac natura patrem deum.

Et accidit quum esset in quadam ciuitate, & ec- Luc.5. ce uir plenus lepra, quumq; uidisset Iesum, prostratus in faciem, rogauit eum, dicens: Domine, si uis potes me mundare, & extenta manu tetigit eum, dicens: Volo, mundus esto.) Admirabere in istis Christum operantem ut deum, simul & corpore. Vt deum quidem, dum uult: ut hominē autem, dum extēdit manū. Vnus igitur ex utrisque filius. Nam quamuis Verbum caro factum sit, operatur tamen ut deus cum sua carne, quæ habet per illud uirtutem.

Dixit autem ad eos: Quomodo dicunt Chri- Luc.20. stum Dauid esse filium? Ipse autem Dauid dicit in libro Psalmorū: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Dauid dominum illū uocat, & quomodo filius eius est?) Audis quomodo in hoc nititur ostendere se Christus, quod licet factus sit ex semine Dauid secundum carnē, attamen secundum naturam etiam sic sit dominus, ut filius & deus. Si enim, inquiunt, filius est Dauid, quomodo ipsum Dauid dominum nominat? sed neq; eam quæ è semine Dauid, secundū carnem natiuitatem, in hoc negat, neq; inficiatur se esse dominum secundum naturam. Adesse autem dicit utraque, tametsi ex utrisque unum significari. Vnus igitur Christus & filius uere.

*Quod in Christum fides ut in deum, ex epistola ad Romanos.*

PEr quem accepimus gratiam & apostolatū Rom.1. ut obediatur fidei, in omnibus gētibus, pro nomine ipsius inter quos estis et uos, uocati Iesu Christi.) Vocatæ sunt gentes per fidem, & erat Christus per sanctos apostolos, qui ab ipsis prædicabatur. Exigebatur autem ab his qui erudiebantur, fides, non ut in hominem, sed ut in deum. Nō enim dicimus ex errore in errorem uocatas esse gentes, ut susciperent fidem in Christum: sed ut derelictis falsi nominis diis conuerterentur postea ad deum uiuum. Quādo igitur apostolatum suscepimus? inquiunt doctores, ut obediatur fidei in nomine Christi, quo pacto non esset deus, et in ipsum fides ut in deum?

Testis enim mihi est Deus, quem colo spiritu meo in Euangelio filij ipsius, quod indesinenter mentionem uestri facio semper in precibus meis.) Deo seruientes, non ut deo præter illum ser-

uiuunt alteri Christo. Ipsius autem dicit & Euangelium: prædicatur enim ipse ut Deus mundo, quamuis deus secundum naturam sit & pater & omnium dominus. Deus igitur Christius ille per quem & in quo etiam ipse pater ut Deus annunciatur, & ab omnibus cultu honoratur.

Rom.5. Iustificati igitur ex fide pacem habemus erga deum, per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc adducti sumus fide in gratiam hanc, in qua stamus & gloriamur in spe gloriæ dei.) Tanquam in deum credentes iustificamur. Si autem in Christum Iesum fides, & per ipsum adducti sumus. Coniuncti enim sumus deo & patri, Christo quodammodo nos sumus excitante: quomodo non deus est, licet factus sit ex semine Dauid iuxta carnem secundum scripturas?

Rom.9. Sicut scriptum est inquit: Ecce pono in Zion lapidem offendiculi & petram offensionis. Et omnis qui credit in eo, non pudefiet.) Simeon iustus quando diuinum puerum in ulnas susce-

Luc.2. pit, dixit ad deum: Nunc dimittis seruum tuum domine secundum uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei salutare tuum. Quod parasti ante faciem omnium populorum, & cętera adiecit illis. Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionē multorū in Israel, & in signum cui contradicetur. Idem igitur est offendiculi lapis, & petra scandali: & impingentes quidem in illum propter incredulitatem, contriti sunt nōnulli, quam confusionnē effugerunt, qui in illum spem posuerunt. Vtrum igitur tanquam in hominem credimus, an tāquam in deum? manifestum quod tanquam in deum. Deus igitur est Christus. De illo enim iustus Simeon iam dictas uoces promebat, & de Iudæis.

Rom.10. Nam ignorantes dei iusticiam & propriam iusticiam quærentes constituere, iusticiæ Dei non fuerunt subditi. Perfectio enim legis Christus ad iustificationem omni credenti.) Si finis legis Christus, & ipse est iusticia iustorum per fidē quę in illum. Et soli deo, ut proprium, tribuitur posse iustificare: quomodo non Deus Christus?

At iusticia ex fide sic dicit: Ne dixeris in corde tuo: Quis ascendet in cœlum, hoc est Christum ex alto deducere? aut quis descēdet in abyssum? hoc est Christum ex mortuis reducere. Sed quid D dicit: Prope te est uerbū in ore tuo & corde tuo, hoc est uerbū fidei quod prędicamus. Nēpe si cōfessus fueris ore tuo dominum Iesum, & credideris in corde tuo, quod deus illum excitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iusticiam, ore autem fit confessio ad salutem. Dicit e-

Esa.28. nim scriptura: Omnis qui fidit illi, non pudefiet.)

Si omnis fidei terminus nobis in Christi persona præstituitur, & confitentes eius mortem & resurrectionem, tanquam in deum credentes, iustificamur: quis audet dicere non ipsum esse deum? quandoquidem est caput salutis omnium, ianua qúe & uia fidei, quæ in illum est confessio. Per ipsum em̄ & in ipso, & ipse pater agnoscit à nobis.

A Ei autem qui potens est uos confirmare secum Rom.16. dum Euangelium meum, & præconium Iesu Christi, iuxta reuelationem mysterij temporibus æternis taciti, manifestati uerò nunc, & per scripturas propheticas, iuxta delegationem æterni dei, in obedientiam fidei, in omnes gentes patefacti, soli sapienti, per Iesum Christum cui gloria & imperium in secula, Amen.) Ecce manifeste Euangelium & præconium Iesu Christi esse dicit, & occultum quidem esse, et tacitum tempo ribus æternis, reuelatum autem nunc in obedien tiam fidei. Conuersæ enim sunt gentes, ereptæ à falsi nominis religione, cognito ipso naturali & uero Deo. Iam si manifeste per Iesum Christum cognitus est deus, quomodo non magnum mysterium Christi? Si autem intelligitur homo sicut B nos, simpliciter, & non deus incarnatus, non iam arcanum est sacramentum.

Dico enim Christum fuisse ministrum circun- Rom.15. cisionis pro ueritate Dei, ad confirmandas promissiones patrum: gentes uerò ut glorificent deū pro misericordia.) Scriptum est enim: Credidit Gen.15. Abraham deo, & imputatum est ei ad iusticiam. Dictum est enim illi: Benedicentur in te omnes tribus terræ. id quod manfestat nobis Paulus, dicens: Non enim per legem promissio Abrahæ, Rom.4. ut ipse heres sit mūdi, sed per iusticiam & fidem. Et iterum: Atq; adeò hi qui ex fide, benedicuntur cum fideli Abraham. Igitur si per fidem promissiones datæ sunt patribus à deo, factus igitur Promissio. C est minister Christus, hoc est, mediator ad confirmandas promissiones, quæ à deo partibus datæ, hoc est, iustificationem per fidem. Factus est, Patres. item mediator, non quod alteri fidem adornet, sed quod sibi, imò & per se patri. Deus igitur secundum naturam est. Iustificatus est enim Abraham beatus, qui credidit in deum. Sic utique & gentes iustificātur in ipso, uestigijs eius incedentes, & in deo credentes, hoc est in Christo.

*Ex priore ad Corinthios*

ET hæc quidem eratis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine 1.Cor.6. domini Iesu Christi.) Vt deum fide honorantes, & eius spiritum accipientes: quomodo non deo Christus?

*Ex altera ad Corinthios.*

NAm si is qui uenit, alium Iesum prædicat, 2.Cor.11. quem non prædicamus: aut si spiritum aliū accipitis, quem non accepistis: aut Euangelium aliud quod non accepistis, bene sustinuistis.)

Ante incarnationis tempora nullus reperitur nominasse Verbum ex deo Iesum Christum, nisi iuxta præcognitionem, sic nominandum suo tempore, quando et caro factum est. Nomen igitur ei nouum Iesus, quando factus est homo. Sed siquidem ut Deus prædicatur, & unus existens (non enim alius est ab illo quē possūnt prædicare quidam) bene habeat, & deo seruimus. Si autem ratio ei quæ solius est humanitatis & humili persona rum unione honorata est, euacuata est fidei nostræ



nostræ sermo, adducens nos ad hominem, & A non ad Deum: sed hoc impium fuerit. Igitur Deus est Christus & filius, quasi Deo uerbo carnefacto.

*Ex epistola ad Galatas.*

Gal.1. MIror quod à Christo qui uocauit uos per gratiam, adeò citò transferimini in aliud Euangelium: quod non est aliud, nisi quod quidam sunt, qui turbant uos, & uolunt inuertere Euangelium Christi. Cæterum etiam si nos aut angelus è cœlo prędicauerit uobis Euangelium, præter id quod prædicauimus, anathema sit.)

Si unum est Euangelium prędicatum uniuerso orbi, per sanctos mysteriorum doctores. Hoc autem est fides in Christum: quomodo non deus esset uerus? siquidem necessarium cōfiteri, quod B de eo mercedem habet iustificationem, iustificati enim sic sunt & qui ante nos. Scriptum est enim: Credidit Abraham deo, & reputata est ei ad iusticiam fides: quomodo non deus Emanuel, siquidem uerum est, quod credentes in ipsum iustificemur?

Gen.15.

*Ex epistola ad Ephesios.*

Eph.1. INquo, quum audiuerītis & uos sermonem uē D ritatis Euangelium salutis nostræ, in quo etiā postquam credidistis, obsignati estis spiritu promissionis sancto, qui est arrabo hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitæ possessionis, in laudem gloriæ ipsius.) Multa iuxta illum in propositis sententijs uiderit quis, per quę discere licet quod Deus uerus Christus, & ab omnibus fides in illum, non tanquam in unum nobis similem simpliciter, sed tanquam in unum Dominum & filium, & Deum. Nam primum quidem ipse est Euangelium salutis nostræ, in quo & fides tanquam in Deum scilicet. Sequitur autem & fidei præmium, hoc est spiritus promissionis, arrabo hæreditatis nostræ. Redempti enim sumus in laudem glorię Christi. Saluauit enim nos non ut homo communis, sed ut deus in carne nostra factus propter nos. Sic enim in laudem erimus gloriæ illius.

Huius rei gratia ego Paulus uinctus sum Chri Ephes.3. sti Iesu, pro uobis gentibus: siquidem audistis dispēsationem gratiæ dei, quæ data est mihi in uos, quod secundum reuelationem notum mihi fecit mysterium, quemadmodum ante scripsi paucis, ex quibus potestis legentes intelligere cognitionem meam in mysterio Christi.) Qua intelligentia & cognitione ac reuelatione opus ad discendum mysterium Christi? siquidem esset homo seorsum, & omnino separatus à uerbo dei nuda personarum unione uenerabilis. Quid enim habet occultum, uel quid adeò difficile ad intelligendum, de uno nobis simili homine, quod homo sit? Profundum autem & magnum mysterium, si Verbum quod existit deus factum esse nobis similis dicatur. Quando igitur, qui profunditatē nobis mysteriorum, & diuinas reuelationes tradiderunt, mysterium Christi tanquam diuinū mysterium tradiderunt, & iam in ipsum fides tanquam in deum: quomodo igitur non esset deus?

Sed huic simile est, et eandem habet sententiā:

Mihi minimo omnium sanctorum data est gra Ephes.3. tia hæc, ut inter gentes euangelizem imperuestigabiles diuitias Christi, & in lucem proferā, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in C Deo, qui omnia condidit per Iesum Christum.

Viri, inquit, diligite uxores uestras, sicut & Ephes.5. Christus dilexit ecclesiam, & semetipsum exposuit pro ea, ut sanctificaret mūdatam lauacro aquæ per Verbum.) Quale igitur uerbū in quo purgati sumus, abluti corpus aqua mūda, nonne omnino illud, de quo inquit diuinus Paulus: Hoc est Rom.10. uerbum fidei quod prædicauimus, quod si confessus fueris in ore tuo dominum Iesum, & credideris corde tuo, quod Deus ipsum excitārit ex mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iusticiam, ore autem fit confessio ad salutem. Igitur si Christum confitentes in fide saluamur, quomodo non Deus uerus est, in quem si fidei sit uerbum, purgati simus & sanctificati?

*Ex epistola ad Philippenses.*

QVid enim, attamen omnimodo, siue per- Phil.1. occasionem, siue per ueritatem Christus annunciatur.) Nunquid ut homo gratia uenerabilis, mundo prædicatur, quum Deum mundus agnoscat Christum fide colens? quomodo igitur nō deus, qui in gloria deitatis mūdo annunciatr?

Adiuuantes decertantē fide Euangelij, & non territi in ullo ab aduersarijs, quæ illis quidem est causa perditionis, nobis autem salutis: & hoc à deo, quia uobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, uerum etiā ut pro illo patiamini.) Si beneficij loco recipimus à deo, credere in Christum, neq; erramus propter hoc, sed cognouimus eū, qui natura & uere est deus:

quomõ ergo dubitarit quis, quod deus Christus? A

*Ex prima ad Timotheum.*

1. Tim. 1. CErtus sermo, & dignus quem modis omnibus amplectamur, quod Christus Iesus uenit in mundum, ut peccatores saluos faceret, quorum primus ego sum. Verum ideo misericordiam sum consecutus, ut in me prius ostenderet Iesus Christus omnem clementiam ad exprimendum exemplar ijs qui crediturí essent in ipso in uitam æternam.) Si peccatores saluat deus, & longanimiter tolerat peccata, expectans illorum pœnitentiam, et si omnis nostra fides in illum, & per fidem in ipsum uitam æternam lucrifecimus: quomodo non esset deus? quia & solum deum decuerit meritò posse saluare mundum, uel eos qui in mundo, & longanimiter ferre peccantes, & uiuificare per fidem in ipsum.

1. Tim. 3. Et ex confessio magnum est pietatis mysteriũ, Deus manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, uisus est angelis, prædicatus est gentib. fides illi habita est in mũdo, receptus est in gloria.)

Quis igitur manifestatus in carne? an non manifestum omnino, quod Verbum ex Deo? Ita enim erit magnum pietatis sacramentum. Visus autem est angelis ascendens in cœlos, prędicatus est in gentibus per sanctos apostolos, creditus autem est in mũdo. Minime autem dicimus, homo simpliciter nobis similis, sed ut deus in carne & sicut nos factus. Receptus autẽ est in gloria, ut dicentem audiat Deum & patrem: Sede â dextris Psal. 109. meis, donec posuero inimicos tuos scabellũ pedum tuorum. C

*Ex epistola ad Titum.*

Tit. 3. INdubitatus sermo. De his uolo, ut confirmes, quo soliciti sint, ut bonis operibus præsint, qui crediderunt.) Nunquid igitur, qui deo crediderunt, non crediderunt in Christum? quum beatus Ioannes manifeste uideat dicere: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius. Quin & ipse beatus Paulus: Scientes autem, quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidẽ Iesu Christi, & nos in Christũ Iesum credidimus, ut iustificemur in ipso. Quando Deo igitur credunt, qui in Christum credunt, quomodo non D esset uerus Deus?

*Ex Euangelio secundum Ioannem.*

Ioan. 1. QVotquot autem receperũt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, ijs qui credũt in nomine eius.) Duo deo digna ponit simul. Assumi enim non aliter à nobis Christum, nisi quia in ipsum est fides, manifestum ex hoc quod appositum: ijs enim qui credunt, inquit, in nomine eius. Credimus autem in nomen eius, non hominem esse communem, & unum quempiam ex nobis credentes, sed deum incarnatum. Non est autem humanum, dare potestatẽ filios dei fieri, sed deo dignissimum & super creaturam. Quum igitur in illum sit fides, & ipse dat gratiam iuris & adoptionis filiorũ, quomodo nõ deus Christus?

Hoc ædidit initium signorum Iesus in Cana Ioan. 2. Galileæ, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius.) Igitur ubi Christus signum fecit, & manifestauit gloriam, quum crediderunt in eum beati discipuli, num in hominem sanctum simpliciter, quia & ante signum senem sanctum simpliciter, quia & ante signum secuti sunt eum admirãtes ut sanctum, sed propter signum contuiti sunt illum habere uirtutem, ac potestatem maiorem, quàm homines, unde crederunt tanquam in deum. Sciendũ autem, quod multi sancti fecerũt multa & admirabilia, et admirati quidẽ sunt multi, nullus autẽ in eos credidit.

Eandem habet sententiam:

Quum autẽ Hierosolymis esset pascha in die Ioan. 2. festo, multi crediderunt in nomine eius, uidẽtes B eius signa quæ faciebat. Non enim misit deus filium suum in mundum, ut condemnet mundum, sed ut seruetur mũdus per eum. Qui credit in eũ, non coodemnatur: qui non credit, iam condemnatus est, quia non credidit in nomen unigeniti filij dei.) Si salutis uia est fides quæ in filium, quomodo igitur credimus in illũ, uel quomodo condemnationis pœnam effugiemus? Num enim ut hominem suscipiemus, & aliud præter hoc nihil? iam quomodo non homini seruiemus? sed ut in deum credimus. Hoc enim uerum est. Quis igitur audet dicere nõ esse secũdum ueritatem deũ, cuius fides iustificauit mundum?

Cognouit ergo pater, quod illa hora erat, in Ioan. 4. qua dixisset sibi Iesus: Filius tuus uiuit: & crediderunt in eum ipse & tota eius domus.) Suscitauit ex mortuis reguli filium Christus, dicẽs ei: Vade, filius tuus uiuit, tũ credidit uniuersa domus: quomodo igitur per tam magnam diuinam potestatem, tanquam in hominem credidit regulus? num demum esse secundum naturam cognouit eum, uiuificãtem cum potestate quos uellet, idq; solo Verbo? sed est manifestum, quod credidit tanquam Deo.

Amen amen dico uobis, qui audit sermonem Ioan. 5. meum, & credit ei qui me misit, habet uitam æternam.) Misit de cœlo Deus & pater filium sum, ut omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat uitam æternã. Quomodo igitur in his dicit uitam æternam habere eum, qui credit illi qui ipsum misit? In quem tum fides erit? Nunquid in duos deos, patrem, ac illum? Absit, sed tanquam in unum deum & uerum. Igitur si quis crediderit in Christum, crediderit in deũ, etiamsi crediderit in deum patrem, credens erit et in unum dominũ Iesum Christum.

Respondens Iesus, dixit eis: Hoc est opus dei, Ioan. 6. ut credatis in eum quem misit ille.) Si hoc, quod deo probatur, implemus, & credimus in Christũ: ipsum enim uere misit pater in mundum, quãdo Verbum factum est homo, nobis similis: quomodo non esset uerus deus? alioquin non esset opus Dei, credere in illum.

Iesus autem clamauit, & dixit: Qui credit in Ioan. 12. me, non credit in me, sed in eum qui misit me: & qui uidet me, uidet eum qui misit me. Tum addit illis:



illis: Ego ex me nõ sum locutus, sed qui misit me A pater, ipse quidem mãdatum dedit, quid dicam, quid loquar.) Quando igitur secundum mandata patris (licet ut homo dicat) fidem quæ in se, in illum qui se miserat refert: & qui uidet ipsum, uidet eum qui misit illum: quis audet dicere non esse deum illum, & hunc uerum? Simile autem il Matt. 24. li: Creditis in deum, & in me credite.

*Ex Euangelio Lucæ.*

Luc. 18. VEruntamen filius hominis quando ueniet, putas ne inueniet fidem super terram?) Quando Christus è cœlo aderit, qualem obse cro fidem quæret in nobis? nam siquidem ut hominẽ sicut nos se credi uult, quis incredulus erit illi? Arguebant enim Iudæi, dicentes: Quare tu quum homo sis, facis teipsum deum? Græci crucem audientes, & mortem, tanquam de communi homine, afficiuntur, & quasi esset unus sicut nos. Qualem igitur fidem quærit? nónne manifestum, quod prædicatam illam per prædicatores dei, qui & ipsi spectatores & ministri fuerũt Verbi? Dixit igitur Ioannes: Verbum caro factum est. Factum est autem caro, cum hoc quod mansit deus. Igitur ista fides in nobis suo tempore requiretur.

## DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI AD PIENTISSIMAS REGINAS DE RECTA FIDE LIBRI FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca



# DIVI CYRILLI ARCHI

EPISCOPI ALEXANDRINI, AD PIENTISSIMAS REGINAS

de recta in Dominum nostrum Iesum Christum fide, Liber alius.

DIVINAE cœlestisq; prædicationis munere fungẽtibus per uocem Esaiæ præcipit uniuersorũ Deus, dicens: Super montem excelsum ascende, qui euangelizas Zion, exalta in fortitudine uocem tuam, qui euangelizas Hierusalem, exaltate, ne timeatis. Dico enim eos, qui in sacerdotij ordine positi sunt, & mysterium Christi nostri omnium saluatoris loquuntur, non abiectam nec humi repentem, nec torpore superatam, nec meticulosam habere mentem oportere: sed sublimem sensum, & quasi in monte sedentem, ut sic eximiam ueritatis dogmatum pulchritudinem circumspicientes, fidenter sermones faciant: tametsi quidã initiãdi duri sint ac inhabiles, & qua si infrenes ac feroces equi. De quibus ipse beatus Dauid ad uniuersorum deum inquit: In camo & freno maxillas eorum constringes, qui nõ approximant ad te. Si autem loqui oportet cum his, qui tali mente prædíti sunt, quomodo non fuerit periculosum eligere silentium, pijsq; uestris auribus non immittere sæpissime, quasi fluentum quoddam dulce & uiuificum, sacrarum literarum scientiam? id quod nobis & olim Deus promisit, dicens per uocem Esaiæ: Et hauritis aquam cum lętitia ex fontibus salutaris. Salutares aũt fontes esse dicimus sanctos Prophetas, Euangelistas, & apostolos, qui supernè et de cœlo etiã salutarem mundo pluunt sermonẽ, suppeditante illis spiritu sancto, totumq; sic lætificant mundum, in profunditatem sentẽtiarum illius demittentes mentem, inuentam ueritatem inde haurimus. Agricolę quidem ex agris redolentissimos flores suo tempore demetentes, & in corbiculis ponentes, afferunt ad dominos, ijsq; ualde hilari ter de fructibus gaudent, & occasionem nacti accedunt: nos autem quotquot doctorum suscepimus officiũ quasi ex agro scripturæ diuinitus inspiratæ immarcesibile spectaculũ afferimus, florum sermones, imò & eruditionem per spiritum quæ habet pietatis in Christũ pulchritudinẽ nõ languescentem, beneq; & opulente redolentem illius mysteriũ. Scriptũ est enim, quod Christi bonus odor sumus deo. Assum itaq; offerens sermonem uobis pientissimis Reginis, quem cõposui de recta, immaculataq; fide, quam habemus erga dominũ nostrum Iesum Christũ. Vos eñ potissimum decet, quæ tam sanctę cultrices dei estis, et summa regni ornamẽta, etiã corona charitatis in Christũ decorari. Igitur reuerẽdis uestris uerticibus iam adaptata est, & perpetuis uos honoribus uniuersorũ exhilarat deus. Vt aũt multò maiore mysterio Christi fulgidæ sitis, habentẽ certam & inadulteratã scientiam, cõposui libellum per oẽs scientias, ostendens, quod sicut est unus deus pater, ex quo omnia: ita et unus dominꝰ Iesus Christus, per quem omnia, unus itaq; et spiritus sanctus: & nõ feremus quod recte sentire putentur, qui in duos filios partiuntur unum Christum, & filium, & dñm. Non enim alium esse dicimus filium eum, qui ante omnia secula natus ex substantia dei & patris: & alium qui in nouissimis temporibus natus est ex muliere, factus sub lege: sed unum & eundem & ante unionem cum carne, & post hoc etiam. Filius enim ex Deo patre secundum naturã, animato, & mente prædito sibi corpore assumpto: natus est enim carnaliter per sanctam dei genitricem Mariam, & non in carnem uersus. Abiit, sed assumpsit illam, & nihilominus non cessauit esse deus. Manst enim sic uniuerlorum dominus. Hoc sentiendum docuimus. Sanctorum enim sermones sapientibus mandatis adigunt nos, ut id potissimũ diligenter seruemus, quod in sacris scripturis cõmendatum est, & ueritatem in diuinis dogmatib. consideremus, subtiliter intuentes ea quæ Christus locutus est, & destruentes quidem cogitationes, & omnẽ celsitudinem quæ exaltatur contra cognitionem dei, captiuum autem ducentes omnium intellectum ad obedientiam eius. Quũ igitur omnes bene & recte confiteantur, quod & in forma & æqualitate dei ac patris existat Verbũ, quod ex illo secundum naturam, nec arbitratus sit rapinã esse, quod æqualis sit deo, sed inanierit se forma serui sumpta, in similitudine hominũ factus, & habitu inuentus ut homo, humiliarit seipsum factus obediens usq; ad mortem, mortem aũt crucis. Omni no quodammodo necessitas uult ut habeamus mẽtem pijs cogitationibus plenam, quæ spectet ut bene iudicet eorum, quæ de illo scripta sunt, uirtutem, ut in eodem deus simul & homo idem existere agnoscatur, & esse deus absq; fictione. Inconuertibilis enim natura Verbi, etiam humiliationis mensuram non deuitans. Erubescit enim nullo modo propriæ carnis rationes, qui uoluntariam exinanitionẽ propter nos sustinuit. Oportet igitur illum & in diuinitatis dignitatibus uideri conspicuũ, & à nostra paruitate non prorsus alienũ propter humanitatẽ, ita exigẽte dispẽsatione. Si enim deus existẽs Verbũ factũ est caro, hoc est homo, sicut & in hoc dicitur: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Nedum spiritu meo super omnem carnem. Neminent turbet, etiam si dicanẽ aliqua de illo, à scriptura diuinitus inspirata, quæ hominibus conueniunt. Circumspiciamus aũt potius ipsius gloriã cœlestem ex uirtutis eminentia, quæ Deo congruit, et summa. Quæ aũt simpliciorũ mentẽ pocissimũ perturbare possẽ ueri similè est, ea pro uiribus explanare tentabo, solutione ad manifestationem unicuiq; uerbo adiecta, deo nostram in hoc uitam dirigente. Dat enim uerbum euangelizantibus uirtute multa, sicut inquit diuinus Psaltes. Legis in sermone à nobis facto ad sanctas uirgines, dictorum magis obuiorũ, & nihil difficultatis habentium ad comprehendendum plurimam fecimus seiunctionem, proposito autem obscuriorũ mentionem. Oportebat enim pientissimam uestram maiestatem, & hęc scire, & illa non ignorare, quod utroq; modo recta scientia tanquam lux quæpiam in sanctissimas uestras mentes introducatur. Mens autem mea est singula interpretari, & quàm breuissimum esse in sermone. Præfertur autem ordine alijs, sermo de inanitione.

Sciendũ igitur illud. Quando nominatur nobis Christus Iesus, Verbum ex Deo patre: hominem factum & incarnatum intelligere conuenit.

Volo enim uos scire, quod omnis uiri caput Christus: caput autem mulieris uir, caput uerò Christi deus. Primus homo ex terra terrenus, hoc est Adam. Secũdus ex cœlo: manifestum autem quod is est Christus. sed sicut portauimus imaginem terreni, portabimus & imaginem supercœlestis, sicut scriptum est.) Igitur primum factum est nostri generis caput, id est initium, is qui de terra et terrenus. Deinde autem secundus Adam dominatus est Christus: caput positus est, hoc est principium eorum qui per ipsum ad ipsum reformantur, ut fiant incorrupti per sanctificationem in spiritu. Igitur ipse quidem nostrum principium, hoc est caput secundum quod apparuit homo. Habet enim ipse caput, ut natura deus, patrem qui in cœlis. Natus est enim ex illo secundum naturam Deus existens Verbum. Quod autem caput significet principium, ad ueritatem duobitantium animos inducet, quod uirum mulieris caput esse factum dicit. Sumpta est enim ex illo. Vnus igitur Christus & deus, & dominus, caput habens ut Deus patrem in cœlis: factus autem nobis caput, eo quod secundum: carnem nobis cognatus est.

Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quod propter nos pauper factus est, quum esset dives, ut uos illius paupertate diuites efficiamini.) Vide obsecro, manifestæ in his dictis, cum diuinæ & incorruptæ naturæ eminentia, condigito dimissum unigenitũ, & nullus quidem deitatis diuitias interpretabitur. Valde inops est humanitas, cui omnia à deo data sunt, etiam quod est superne habet. Producta est enim à Deo, ut esset aliquãdo. Sed dives ut deus, uoluntario pauper factus est, & nobis similis, ut posthac hominis natura, in suæ eminentię fastigium erecta, paupertatis confusionem amoueat. Consuscitauit enim nos deus & pater in Christo, & considere fecit in cœlestibus, sicut scriptum est: quò non peruenissemus, nisi paupere natura uestitus esset, qui secũdum naturam propriam pauperiem ferebat homo. Tribuitur autem hoc congruentissime ei, quę dives, hoc est ex deo patre Verbo, quando factum est sicut nos. Ynus igitur est Christus & filius. Christus nos redemit ex maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Scriptum est enim: Maledictus omnis, qui pendet à ligno.) Litera legis declarante maledictum eum qui in præuaricatione & peccatis, nesciens peccatum, hoc est Christus, addictus est iudicio, sententiam iniustam ferens, & patiens quæ maledictos oportebat, ut ipse qui pro uniuersis precium pendebat, pro omnibus passus, omnium inobedientiæ solueret crimina, & mundum sanguine suo saluaret. Non factus esset unus precium pro omnibus, si quidem esset homo simpliciter. At si intelligat deus incarnatus, & carne propria passus, parua est erga ipsum omnis creatura, & sufficit ad redemptionem mundi, unius carnis mors. Propria enim erat uerbi ex Deo patre nati.

Eum autem qui paulò minus ab angelis imminutus est, uidemus Iesum propter passionẽ mortis gloria & honore coronatum, ut gratia dei, pro omnibus gustet mortem. At diuinus Paulus faciens sermones de nostri omnium saluatore Christo: Quando autem introducit, inquit, primogenitum in orbem, dicit: Et adorent illum omnes angeli dei. Et iterum: Qui quum sit splendor gloriæ, & expressa imago substantię eius, ferens omnia uerbo uirtutis purgatione peccatorũ nostrorum facta, sedet ad dextram throni maiestatis in cœlestibus, tanto præstãtior factus angelis, quanto præcellentius præ illis hęreditauit nomen. Cui enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Igitur quãdo factus unigenitus, primogenitus & in multis fratribus, tunc & inductum dicit esse eum in orbem (nam secundum naturam suam erat extra creaturã dei) & imminutũ asserit ab angelis, quamuis præstantius præ illis sortitum nomen. Nam nomen angelus ministerij significatiuũ est, & seruilem nobis subostendit conditionem. Dimittuntur enim angeli in ministerium propter eos qui salutem hæreditaturi sunt. At filius existentia ex patre, substantialemq; & naturalem significat: quoniam & uerè natiuitatem factam esse credimus. Quomodo igit imminutus est ab angelis, qui ab illis adoratur, qui considet cum patre? sed est manifestum argumentum. Sedet enim in humanitatis conditione, & assumpto corpore quod mori poterat, propriumq; suum fecerat, in illo uoluntario passus est, & summa gloria laudatur propter passionem, quod per ipsam aboleuerit mortem, & inualidam reddiderit corruptionem, utpote ipsa incorruptio existens & uiuens. Quando igitur Iesum nominat, & imminutum esse dicit eum ab angelis, nõ hominem seorsim et singularem, sed ipsum intelligimus unigenitum, cedentẽ dispensatiuè in dignitate angelis. Quia uerè factus est homo, qui imminutus est ab illorum eminentia (eminentia aũt angelorũ est esse extra carnem, & immortales) quam suscepit filius propter sponteam humiliationem: & qui parũ ab angelis imminuitur, propter humanitatis scilicet conditionẽ, in eminẽtia deitatis existens, adoratur ab illis, &

sedet in thronis circa quos illi stant, glorificantes A semper, & uirtutum eum nominantes Dominũ.

Quoniam igitur filij participes fuerunt sanguinis & carnis, & ipse similiter particeps fuit illorum, ut per mortem aboleat habentem imperium mortis, hoc est diabolum, & liberet eos qui metu mortis per omnem uitam obnoxij erant seruituti. Pueros hic uocat, nos uidelicet qui super terram sumus, sicut quasi ex persona patris in Psalmis dicitur: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Quantum enim attinet ad id quod deo probatur, & mansuetudinem quę natura ei inest, omnes eramus filij, & exciderat nullus ab eius propriętate: sed dicit Dauid, Sicut homines morimur, & sicut unus principum cadimus: nempe carnis passionibus propriam mentem subijcientes. Igitur quomodo facti sumus participes sanguinis & carnis? Anima enim humana aliam habens naturam à carne in compositione cum illo, secundum unionem unum & rationale perfecit animal, hoc est hominem. Sic igitur & Verbum Dei animatum carne, & non inanime, sicut quidam dicunt, seipsum ineffabiliter uniens particeps fuit sanguinis & carnis, similiter ut nos: per natiuitatem autem manifestum, quod ex muliere. Vnus igitur Dominus Iesus Christus. Ita quod uniuit sibi humanitatem Deus Verbum, mansit tamen id quod erat. Si autem ipse aboleuit mortis imperium ut uita, & ipse resurgens aboleuisse dicitur mortem, & in omne nostrum genus incorruptionis beneficium transmisit. Sicut enim in Adam omnes morimur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Et iterum: Sicut per hominem mors, ita per hominem resurrectio mortuorum. Quoniam est ultra conditionem humanitatis nostrę, calcare mortem, unione dicimus; hoc est communione cum carne & sanguine Dei Verbum factum esse sicut nos hominem, mansisse autem & sic morte superius. Deus enim erat in carne.

Non enim angelos scilicet assumit, sed semen Abrahæ assumit. Vnde debuit per omnia fratribus similis reddi, ut misericors esset ac fidelis pontifex in his quæ ad deum forent agenda ad expiandum peccata populi. Nam ex hoc quod ipsi contigit tentatum esse, potest & his qui tentantur succurrere.) Semen Abrahæ assumere dicimus Dei Verbum. Quum enim natum sit ex Iuda secundum carnem, & assimilatum per omnia fratribus, secundum quod dignatũ est ferre formam serui, & in similitudine hominum fieri, sicut dicit beatus Paulus. Appellatum enim sic & filius hominis, & factum est frater his qui ex semine Abrahæ, hoc est his qui in sanguine & carne. Quæ igitur est huius occasio: ut misericors esset ac fidelis pontifex in his quæ ad Deum. Nam misericors quidem pontifex factus est Christus erga nos, quod legali scripto condemnante eos qui peccarant, & asserente sententiam, condemnandos esse diuinæ legis præuaricatores. Qui enim aspernatus fuerit legem Mosę, absq; misericordia sub duobus uel tribus testibus moritur. Iustificat scilicet in fide Christus, & eis qui infirmati erant remittit, quę olim deliquerant. Factus igitur est misericors pontifex, legalem seueritatem ultra arguere nõ permittens. Fidelis autem, quia constans & perpetuus, & dignus cuius promissionibus habeatur fides. Sicut enim iterum dicit beatus Paulus de legalibus sacerdotibus: Et illi quidem plures facti fuerunt sacerdotes, propterea quod per mortem non sinerentur permanere: at hic quod idem permaneat in æternum, perpetuum habet sacerdotium, unde & saluare potest ad plenũ eos, qui per ipsum accedunt ad deũ, semper uiuens ad hoc, ut interpellet pro illis. Vide sanè quomodo non in condemnationem eorum qui peccarãt, factus est sacerdos, sed potius ut misericors esset peccatis illorum. Porrò quis fuit modus tentationis & sacrificij eius? In quo contigit ipsum tentatũ esse, ut possit his qui tentantur succurrere. Constanter enim se gessit, qui tentaretur & portaret crucem. Veruntamen filius seipsum ut immaculatum sacrificium obtulit deo & patri, ut per suam carnem iuuaret laborantes, et eos qui tentantur. Vna enim oblatione consummauit eos qui sanctificantur. Nunquid igitur ipse factus est sacerdos secundum humanitatem, quum ab omnibus sacrificia accipiat? Uno modo: ipse uerò sacrificium est secundum carnẽ, idem qui peccatis nostris misereturque secundum diuinitatis facultatem? Vnus igitur Dominus Iesus Christus.

Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quod salus ex Iudæis est.) Dixerit quis fortasse, incongruum esse diuinæ & summæ naturæ uerbi, adorare. Iam quomodo, siquidem est uerè deus Christus, illis se iunxisse uidetur, quos adorare oportet? Quid igitur dicimus ad hoc? Siquidem nuda deitate uerbum quod ex deo profluxit uenisse credimus in mundum? incongruum igitur ei res fuerit: sed adoratur potius quàm quod ipse adoret alterum. Si autẽ forma serui sumpta, & adorantis humanitatis cõditionem non deserens appellatus est filius hominum, adoratio erit dispẽsationis, et magis decens humiliationis mensuram, & non seorsim ipsam naturam Verbi. Quoniam quomodo ex Iudæis est salus? Non enim dixerit quis, sicut intelligitur & est Verbũ, ex Iudęis ipsum esse: sed secundum quod his qui in carne & sanguine frater, eò quod assumit semen Abrahæ. Vnus igitur Christus, etiamsi adorare dicatur secundum humanitatem, quum ab omni creatura adoretur ut Deus.

Paruo tempore uobiscum sum, & uado ad eum qui misit me.) Vbi enim non est dei uerbum, qui implet omnia diuinitatis natura? quomodo igitur mittitur à patre? quomodo autem & uadit ad illum? Igitur mittitur quidem iuxta humanitatẽ secundum modum & rationem missionis & apostolatus, ut prædicet quidẽ captiuis remissionẽ, cæcis uerò uisum. Porrò uadit ad deum & patrẽ nõ æquali modo, sed quodammodo ex corpore rediens



rediens in cœlum, ut pro nobis se ostẽdat uultui A patris, sicut scriptum est. Si autem & de ipso Verbo missio dicatur, ægreferat nullus. Mos enim divinæ scripturæ est, talibus etiam interdum uti uocibus, & non locis, nec circumscriptionibus diuinam & cœlestem subijcere naturam: nouit enim eam esse incorpoream & incircumscriptam, & alienam ab his imaginationibus locorum: sed potius tentat nobis ea quæ super mentem nostram sunt humanis uocibus significare. Quia & ipse saluator dicebat mittere se ad nos paracletũ, quã uis sanctus spiritus omnia impleat. Spiritus enim domini, inquit, repleuit orbem terrarum.

Quando exaltabitis filium hominis, tunc scietis quod ego sum.) Diuus Ioannes enarrans nobis causas Iudaicæ insaniæ, qua Christo molesti B erant, propter hoc, inquit, persequebantur Iudęi, dominum, quia non solum soluebat sabbatum, sed et patrem suum esse dicebat deum, æqualem se faciens deo. Introduxit autem & ipsos dicentes irreligiose: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: quia tu quum sis homo, facis teipsum deum. Igitur fidem in illũ repudiabiliem fecerunt, hominem quidem ipsum faciẽtes, eumq; communem & purum, nescientes quod deus existens Verbum susceperit semen Abrahæ, & particeps quidem fuerit sanguinis & carnis, similiter ut nos, licet non cessauerit esse deus. inconuertibilis enim secundum naturam est, & perpetuò deus. Quando igitur dicit, exaltabitis filium hominis, tunc scietis quod ego sum. Nam C crucifixus quidem est humanè, reuixit autem diuine: & creditus est propter resurrectionẽ, quod deus est & filius dei secundum ueritatem. Si aũt creditũ est à nobis, non quod alium suscitarit, sed ipse magis suscitatus sit, omnino fere necessariũ propter dispensationem, proprium eius corpus intelligi, quod passum mortem, annunciantes & confitentes resurrectionem iustificamur per fidem. Igitur idem unusq; & solus existens Christus Iesus, mori quidem ut homo secundum carnem dicitur, surrexisse uerò diuinè ut uita.

Accesserunt aliquando ad Christum Iudęi, dicentes: Si tu es Christus, dic nobis palàm. Respõdit illis Iesus: Dixi uobis, & non creditis: opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me.) Quid obsecro & hic dicunt qui in duos filios & in duos Christos unum dominum Iesum Christum diuidunt? De utro dicebant Iudei: Si tu es Christus, dic nobis palàm? Verè dicit: Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hęc testimoniũ perhibent de me. Vtrius esse dicimus patrem deum? nunquid eius qui ex muliere seorsim & propriè intelligitur, uel unigeniti: quum facere deitatis opera non conueniat humanæ naturæ. Absit. Quia autem Christus operabatur patris faciebat, nõ intelligitur homo purus, sed potius Deus in sanguine & carne manens id quod erat. Ita enim habens se, æqualia operatur cum suo genitore. Necq; ullus rectè sapiens huius sacramenti sermonem reprehenderit.

Puellus autem crescebat, & corroborabatur plenus sapientia, & gratia dei erat in illo. Et iterum Iesus proficiebat sapientia, ætate, & gratia apud Deum & homines.) Vnum dicentes dominum nostrum Iesum Christum, & ei tribuentes humana & diuina: inanitionis conditioni uere congruere tribuimus, corporale incrementũ accipere, & etiam corroborari in particulis corporis paulatim solidatis. Porrò uideri impleri sapientia, proprèr apparentiam quandam, quæ staturam corporis decebat. Et hoc quidem, ut dixi, cum carnis dispensatione etiam humanitatis cõditioni congruit, naturam autẽ uerbi decet, semper perfectum esse, & esse sapientiam dei. Igitur humanè dicitur, quod ad inanitionem pertinet, B illius autem similiter quæ deo congruunt, sed diuinè. Etenim modus & ratio dispensationis cum carne, habet illum esse sicut nos, & super nos, & excedentem quidem creaturæ conditionem ut deum, seipso autem quodammodo minorem secundum quod apparuit homo. Vbi enim humiliatio quam sustinuit uolens, si deuitaret humana? propria autem faciat ea cum propria carne, quemadmodum scilicet bibere, & sitire, & dici fatigare ex itinere. Quando igitur audis puerum auctum, et corroboratum, plenum sapientia, accipe ad defensionem, dispensationis cum carne mysterium. Nam quod erat Deus in carne, fide dignus erit dicẽs ipse beatus Euangelista: Et gratia dei erat in illo. Non enim ut gratiam habens ab alio Deo, habere dicitur: sed quod gratiam habuit puer, ut deum decet. Etenim erat & est deus Verbum quod in carne prodijt, hoc est homo sicut nos. At quod dicitur, gratiam habere, hoc est proficere in gratia apud Deum & homines, absurdum nullum, licet ipse pater, expectarit dispensationem, & ipsum filium, propria faciens tem ea quæ carnis, propter id quod utile & congruum mysterio.

De die uel hora illa nullus nouit, neq; angeli Matth.24. cœlorum, neq; filius, nisi pater.) Si Christum unum, aiunt, confiteri nostis dei Verbum incarnatum, hoc est hominem factum, quomodo ignorauit consummationis diem? Dicimus itaq;, quod ignorasse sacramẽta quæ in deo, neq; insolitum, neq; aliter indecorum esset creaturæ. Quis enim nouit mentem domini, sicut scriptum est? Et quũ dicitur parum ab angelis imminutus esse filius, secundum quod factus est homo scilicet, quum diuinè sit ultra omnem creaturam: quid mirum etiam si cum angelis ignorare dicatur hoc in deo sacramentum, quamuis eius sapientia sit & uirtus? Iam quomodo ignorauerit sapientia patris, quæ in eo recondita, quum & spiritus dicatur omnia scrutari, & profunda dei, spiritus autem sit dei: quomodo ipse ignorauit quæ clare nouit spiritus suus? Igitur licet ignorare humanè dicatur, nouit tamen diuinè. Proinde & interrogatis: Vbi positus est Lazarus, quasi nesciat secundum humanitatem. Operatus est autem diuinè suscitato illo ex mortuis. Itaque obseruemus

pie

pie distribuentem humana dispensationi cũ carne, & quæ deo congrua sunt, Verbo ex patre nato, facto nobis simili.

Matth.27. Clamauit aũt Iesus uoce magna: Deus meus, deus meus ut quid me dereliquisti? Nunquid & ipsum Verbum ex deo natũ, auxilio opus habuisse dicimus? sed id ualde stultum foret dicere. Dominatur enim cum deo et patre, & firmat qui dem cœlos cum suo patre: Dominus uerò uirtutum nominatur, & est secundum ueritatẽ. Num infirmus fuit ad ludæorum insidias, & expugnari nõ potuit ab eo crucifigentium manus, quum

Esa.40. dicat propheta Esaias ad omnes gentes: Quasi gutta à cado, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt, & quasi inane reputabuntur? Cui assimilastis dominum, & cui similitudine assimilastis eum? Sciendum autem, quod ministri Iudæorũ, habentes cohortem militum, ducemq; proditorem accesserũt, postquam autem accesserũt ad

Ioan.18. comprehendendum eum, accurrit, dicens: Quẽ quæritis? At illi ad hoc dixerunt: Iesum Nazarenum. Deinde ad eos saluator: Ego sum. Et abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iam quo modo infirmus fuit, qui & sola uoce se adorientium infirmitatem redarguit? Quid igitur uult, dicens: Deus meus, deus meus, ut quid me dereliquisti? Dicimus igitur, quum proauus Adam mandatum sibi datum concalcarit, & aspernatus fuerit diuinam legem, fuit quodammodo natura diuina derelicta à Deo, factaq; propter hoc maledicta, & morti obnoxia. Vbi autem lapsum reparaturus in incorruptionem, uenit unigenitus dei Verbum, & assumpsit semen Abrahæ, & similis factus est fratribus, oportebat cũ antiquo illo maledicto, & introducta corruptione finire derelictionem, quã sustinuit principio humana natura. Itaque quasi derelictorum unus existens, secundum quod & ipse similiter nobiscum particeps fuit sanguinis & carnis, dixit: Vt quid me dereliquisti, id quod erat soluentis manifeste derelictionem quę nobis acciderat, & quasi placantis in hoc patrem & uocantis ad beneuolentiam erga nos, tanquam erga seipsum & primum. Omnis enim boni & principium & autor fuit nobis Christus, adeoq;, ut licet si quid dicat se accipere humanè à patre, hoc nostræ attulit natu- D ræ. plenus enim ipse existebat, nullius q; rei indigens, ut deus.

Philip.2. Is affectus sit in uobis, qui fuit & in Christo Iesu, qui quum esset in forma dei, non rapinam arbitratus est, quod esset æqualis deo, sed semetipsum inaniuit, forma serui sumpta, in similitudinẽ hominum constitutus, & figura repertus ut homo, humilem se ipsum præbuit factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. Quapropter & deus illum in summam extulit sublimitatem, ac donauit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu se flectat, cœlestium, ac terrestrium, & infernorũ, omnisq; lingua confiteatur, quod dominus sit Iesus Christus ad gloriam dei patris, Amen.) Ecce obsecro

A deum Verbum, in forma & æqualitate patris nõ rapinam arbitratum esse, quod esset æqualis deo, inaniuisse autem se magis, uoluntariumq; serui formam accepisse, et in similitudine hominum factum. Addit autem, quod humilem se exhibuit, obediens factus usq; ad mortem, mortem autem crucis. Igitur si quidem diuidere oportet in duos Christos & filios, unum & solum Christum et dominũ, sicut scilicet quibusdam uidetur. Eum qui ex muliere hominem honorauit æqualitate suarum dignitatum dei uerbum, & coniunxit sibi, secundum modum autoritatis, & societatem in nomine filij, quasi alius existens propriè ab illo filius. Quis igitur est, qui inaniuit seipsum, uel quo modo inanitus est? Nam siquidem, ut ipsi dicunt, is qui ex muliere seorsim intelligitur, homo B dicitur passus esse, quomodo inanitus est, & quo modo ad humilitatem descendit, qui in æqualitate factus est cum deo Verbo, secundum dignitatis, hoc est autoritatis modum, & hanc habens cum ipso copulam? Si autem de ipso deo Verbo, qui intelligitur iterum seorsim filius, inanitum esse, dicitur, quomodo inanitus est qui honorat alterum, sicut illi dicunt, & proprijs ipsum dignatibus circumtegens? Humiliatus autem est atq; quo modo dans suæ gloriæ sublimitatem copulato. Si enim dicerent, quod glorificans aliũ ipse exaltatur. Igitur necessarius, & qui ferè nos adsustineat humilitatem uel inanitionem, nihil abC gat sermo, ut opinari debeamus, quod inaniatur surdum intelligere, quod is qui iniuria afficitur, plenitudo, & in forma serui fiat, non quod natura seruilis, sed quod ultra conditiones seruientis. Sit autem & in similitudine hominum, quod nõ sic habebat in natura priusquam fieret, & quod sublime humiliatur, ipsum credimus dei Verbũ humanè in talibus fuisse secundum uoluntionem pro nobis, mansisse autem diuinè in suæ eminentiæ fastigijs. Hac ratione & superexaltatus esse dicitur, dum accepit nomen quod est super omne nomẽ, adoraturq; ab omnibus, & in gloriam dei nominatur esse dominus. Etenim quum existat in paterna eminentia, dignitatibusq; ineffabilibus, ubi demisit se ad inanitionem, & humilis factus esse dicitur, ascenditq; ad diuitias propriasD natura sibi unitas, manifestum autem quod humanæ naturæ paupertatem transcendit. Hac ratione dicitur accepisse humanè quod semper & irrepudiatè existat in ipso, hoc est quod sit deus, & uniuersorum dominus. Et si quidem honoritcum patri, dominum habere uniuersorũ proprium filium, quomodo nõ est uerum dicere, quod seruarit iterum ei, etiam forma serui accepta, libe ram & supernaturalem dignitatem, nempe dominationem & potestatem super omnia?

Gratias agens patri, qui idoneos nos fecit ad participationem sortis sanctorũ in lumine, qui eripuit nos à potestate tenebrarum, ac transtulit in regnum filij sibi dilecti, per quem habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum, qui est imago dei inconspicui, primo-



primogenitus uniuersę creaturę, quod per illum A creata sint omnia, quæ in cœlis sunt, & quę in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatꝰ, siue potestates. Omnia per illum, & in illum creata sunt, & ipse est ante omnia, & omnia per illum consistunt, & ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primas tenens, quoniam in illo complacitum est patri uniuersam plenitudinẽ deitatis corporaliter inhabitare, & per eum reconciliare cuncta erga se, pacificatis per sanguinem crucis eius per eundem, siue quæ in terra sunt, siue quæ in cœlis.) Imaginem dicit inuisibilis Dei filium, qui secundum naturam ex illo natus, hoc est Deũ Verbũ, & etiam quod per illũ omnia producta sunt, siue B uisibilia, siue inuisibilia, tam in cœlo, quàm in terra. Et quod ipse ante omnia sit. In principio enim erat Verbum, & ipse est seculorum conditor, exi sentiamq; habet omni tempore antiquiorẽ. Sed eum qui sic se habet secũdum propriam naturã, dicit datũ esse à patre in caput corporis ecclesiæ, ipsumq; esse primogenitũ ex mortuis. Iam quomodo Deus Verbum semper existens diceretur factus esse ille in quo omnia constituta sunt, primogenitus mortuorum, & primitiæ dormientium, nisi esset eius secũdum ueritatem proprium corpus ab ipso assumptum, quo mortem passo, ipse passus esse intelligatur? Nam quod in eo cõ- C tionem in omnes homines iustificatio uitæ.) nigit uerisimilem sermonẽ habeat, passum enim est quod proprium eius. Sic intelligitur primogenitus ex mortuis, quamuis secundũ naturam immortalis sit, & ipsa met uita. Quando igitur datus est in caput corporis ecclesiæ, quum se demisit ad inanitionem, tunc dicitur & mortuus esse humanę pro nobis, qui pati mortẽ nescius erat ut deus. Porrò dicente Paulo, quod in ipso inhabitauit omnis plenitudo, dicerent fortasse quidam: Ecce alium Christum nouit seorsim eum, qui ex muliere homo, in quo habitauit tanquã alius ab illo Christus, & seorsim Verbum, uel spiritus plenitudo diuinitatis corporaliter. Sanè ad ista dicimus, quod spiritualis iste duos Christos haud no- D rit, sed unum prædicat, sicut & unum spiritum, & unum patrem. Nobis enim, inquit, unus Deus 1.Cor.8. pater, ex quo omnia, & nos in illum, & unus dominus Iesus Christus per quem omnia, & nos per illum. Age consideremus, examinantes uim uerborum, imaginẽ dei inuisibilis, eiusper quem & in quo omnia, filium & qui ante secula unituer sorum constitutionem, datum esse dicit ecclesiæ caput, & ut sit primogenitus ex mortuis Quoniam autem natura immortalis est, omnis quodammodo necessitas cogit dicere unione dispensatiua & uera, Verbum ex Deo patre coniunctum esse humanitati nostræ, unumq; sic nobis demonstratum esse Christũ, qui idem Deus sit & homo. In quo igitur habitauit omnis plenitudo deitatis corporaliter? Itaque proprie quidem & seorsim in natura Verbi purare hoc esse factum, ualde stultum foret. Nam perinde esset ac si diceres,

quod ipse unigenit habitauit in seipso. Credentes autem, quod Verbum caro factum est, non per translationem uel conuersionem: sed quod magis habitârit in nobis, & templum proprium fecerit unito sibi secundum ueritatem corpore, quod animam habet rationalem, pium erit dicere, quod habitationem in sancta carne Verbi, hoc est unionem uerè significans nobis diuinus Paulus. In ipso, inquit, inhabitare omnem plenitudinem deitatis, non per participationem, sed per habitudinem: hoc est non concessione gratiæ, sed corporaliter, hoc est substantialiter. Licet autem spiritus eius habitare dicatur in homine, non est tamen alius ab illo. Ab una autem persona sæpe ut duplicis personæ habitus Verbi nobis offertur, nihilq; offendit ueritatem. Vt si dicatur de deo à diuinitus inspirata scriptura: Qui formatspiritum hominis in ipso: quamuis quomodo non omnibus manifestum, quod non intelligat ab homine alius spiritus eius, quàm qui in ipso formatur? Dicit sanè alicubi beatus Dauid: Nocte cum corde meo exercebar, & scopebat spiritus meus. Iam quis erat ille, qui meditabatur cum ipsius corde, et proprium spiritum scrutabat? Oportebat igitur figuras sermonum non tam anxie dijudicare, sed potius in rerũ naturas inspicere, & ad ipsam ueritatem ab illis transire. Psal.76.

*De obedientia Christi.*

IGitur sicut per unum peccatum in omnes homines condemnatio, ita & per unius iustificaRom.5.

Nam sicut per inobediẽtiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, hominis natura maledicta, & sententia mortis condemnata, propter primi parentis inobedientiam. Oportebat sanè redire ad illam irreprehensibilem obediẽtiæ demonstrationem, quæ fiebat in principio, at hæc longe excedebat humanitatis conditiones (nullus enim mundus à peccatis) passa autem semel negligentiam, & ab intestinis uicta infirmitatibus, inq; propria carne ægrotans improbitatis sensu, & laborans effera peccati lege, quomodo omnino aufugeret? Affectus enim carnis omni Rom.8. no inquit, inimicitia est erga Deum, & legi Dei non subditur: neq; enim potest. Igitur deus & pater ingeniose omnia recapitulans in Christo, & magna mansuetudine humanæ naturę rationem habens, et procurans reditum ac regressum ad id quod erat: emisit filium suum factum ex muliere, ut simili nobis corpore sumpto quod proprium sibi fecerat, tanquam homo super terram inueniretur, nescienspeccatum. Ita omnino factus obediens Deo & patri, iustificet hominis naturam in seipso, & ab mortis uinculis eximat, immortalitatis coronandam præmijs à Deo & patre. Nam absurdum est nos quidem heredes factos supplicij primi parentis, corruptione per inobedientiã immissa, non autẽ fieri participes iusticiæ secundi, qui ad uitã nos reuehit, per maximam illius obedientiam. Quando igitur dicit sacra scriptura per obedientiam unius iustificatos esse multos,

non

Universidad de Deusto
Biblioteca



non hominem simpliciter quempiam nobis simi lem in hoc derelictum esse dicimus, sed incarnatum potius unigenitum, & obedientem pro nobis factum patri. Non enim fecit peccatū, neq; dolus inuentus est in ore eius, sicut scriptum est.

Rom.5. Dico enim ministrum circuncisionis factum esse pro ueritate dei, ad confirmandas promissiones patrum. Cæterum ut gentes pro misericordia

Genesis 49. glorificent deum.) Iudæorum esse promissiones à patribus datas, diuinus dicit Paulus. Prius autē & prophetæ clamauerunt de Christo, quod ipse futurus esset expectatio gentium. Itaq; dominus noster Iesus Christus à patribus laudatus, factus quidem est circūcisioni, hoc est Iudæis ministeri, ad confirmationem eorū quæ promissa sunt per

Abac.2. patres. Dictum est enim, quod iustus ex fide uiuet. Cæterum & his qui ex gentibus spiritualis et uiuifica benedictio est, ita ut & ipsi misericordiā consecuti, per fidē deū glorificent. Porrò quamuis factus sit minister humanè, nihilominus tanquam Deus prædicatur his qui ex circuncisione & his qui ex gentibus. Vocati enim sunt ad uitam, qui non tanquam in unum nobis similem simpliciter hominem, sed ut in Deum crediderūt in Christum, & non extra carnem, hoc est humanitatem Verbū ex deo, esse confitentur, sed adorant eum incarnatum, & hominem factum. Sanè

Rom.10. uerbum fidei quod prædicamus explanat, dicens beatus Paulus: Quod si dixeris in corde tuo dominus Iesus Christus, & credideris quod deus ip sum suscitauit ex mortuis, saluus eris. Iam quo- C modo ex mortuis resurgere dicitur, qui natura immortalis existēs ut deus, nisi quis acceperit sermones quod homo factus sit, & sentiat, quod fecerit corpus hoc proprium mortale? Et sustinuit quidem mortē in illo humanè, resurrexit autem diuinè, ut incorruptio & uita.

2.Cor.10. Siquidem arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potētia dei, ad demolitionem munitionum, quibus consilia demolimur, & omnem celsitudinem quę extollitur aduersus scientiam dei, & captiuum ducimus omnem sensum ad obediendum Christo.) Bellum sanctorū non est crassum & corporale, sed subtile ac spirituale. Solent enim probatis moribus esse, & non carnalia arma mouere, nec cuspidibus lancearum, uel telo- D rum uti: sed resistentes spiritualiter, & ualde strenuè his qui uolunt diuinorum dogmatum rectitudinē obliterare, repellunt, id quod absq; circūspectione illis probatur. Non enim carnalia sunt

Cānō interpretādi sacras scripturas certissimus. arma sanctorum, sed potentia deo. Nam deo moliuntur cogitationes, quæ nos ad absurdas imaginationes abducunt, & quodammodo studentē medio tollere facinorosos quosdā barbaros, qui cum gloria dei contendere solent. Et si quis eorum qui solent loqui iniustitiam aduersus deum, in excelsum tollat cornu, hunc sententijs ad rectitudinem quasi deducunt translatum & reductū ad ueritatis sermones. Igitur opus industria sanctorum dignū & deo placens fuerit, semper subijcere dispensationis sermonibus, quod uidet ob- A luctari gloriæ Christi. Verbum enim Deus existens, & in forma & æqualitate patris, seipsum demisit ad inanitionem, & factum est obediens usq; ad mortem. Itaq; oportet strenuè subuertere omnem sensum, & quodammodo captiuum ducere ad obediendum illi. Enimuerò si quid dicatur etiam humanum, nullo modo offenderit natu-

ram Verbi, quod in humanitate humile, si creditur similis nobis homo factum, et nihilominus non abiecisse quod sit deus: sed cū hoc quod mansit Deus, assumpsisse humanitatem, & subditum factum esse usq; ad mortem secundum carnem.

Vnde fratres sancti, uocationis cœlestis partici- Hebr.3. pes, considerate apostolum et pontificem confessionis nostræ Iesum, quod fidelis sit ei qui ipsum constituit, quemadmodum & Moses in tota domo ipsius. Nā tanto maiore gloria, quàm Moses hic dignus est habitus, quāto maiorem habet honorē is qui construxit domum, quàm domus. Omnis enim domus cōstruitur ab aliquo. At qui condidit omnia, deus est. Et Moses quidem fide lis fuit in domo eius, Christus autem tanq; filius super domum eius, cuius domus nos sumus.) Apostolus & pontifex confessionis nostræ à deo & patre factus est Iesus, hoc est homo, qui apparuit Verbum ex deo. Tunc enim nominatus est & Iesus, per uocem angeli. Et ualde quidem humile effert nomen & res sacerdotij, & apostolatus naturæ Verbi, sed non incongruum est humanitatis conditionibus. Nam sicut ipse filius aliubi dicit: Non uenit ut ministretur ipsi, sed ut ministret, & det animam suam precium pro multis. Nam cuipiam ministrari à creatura illum decet, & merito tanquā deum ac Dominum, & subpedibus habentē omne quod natum est. Porrò ministrare humanum quidem est, & quantum attinet ad sermones dispensationis cum carne, non incongruum est ei, qui se ad humanitatem demisit. Vide sanè quomodo sacerdotio quidem functus. Sacrificij autem modum non sicut unus quidem ex nobis sacerdotibus affert seruiliter, nihil ipse in hoc commune habens, ut illud suscipiat, sed sibi ipsi conciliat, & per se ipsum, & in ipso patri. Offert enim nostram cōfessionem, hoc est hodem, quam rectè consueuimus facere, dicentes: Credimus in unum deum patrem omnipotentē, & in unum Dominum Iesum Christum filium eius, & in spiritum sanctum. Igitur & sacerdotem agere humanè dicitur. Recipit sacrificiū ipse diuinè idem existens simul deus & homo. Porrò dicit: & est fidelis, eo quod semper posset saluare eos, qui per ipsum accedunt ad Deum. Fidelis autem & ipse nominatus est pater. Iam quod comparatur ministerio Moysi secundum humanitatem, quantam habeat eminentiam, per hoc quod elt deus, didicerit quis absq; magno sudore, conside rans quod ille quidem tanquam seruus in domo fidelis: iste autem tanquam dominus super omnem domum ipsius, & quod extructor ac conditor



tor sit Emanuel, cuius nos domus sumus. Incōpa- A rabilis autem est differentia conditoris & conditi, & eius qui secundum naturam est dominus cū eo, qui uere seruus & subditus est, ac intelligitur.

Heb.1. Quia descendi de cœlo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me. Hæc est autem uoluntas eius qui misit me, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die.) Descendisse inquit, se de cœlo, missum q; esse à deo & patre, quamuis omnia impleat, illud opinor demonstrans, & cōstituens omnibus manifestum quod Deus existens Verbum, descenderit dispensatiue ad humanitatem propter nos, non dimittendo quod erat natura Deus, sed assumendo magis id quod non erat, ut corpore quod sibi uni- B tum, & suum erat proprium, ad breue tempus dato morti, nihil perdat ex his quæ data sunt ipsi, sed seruet potius ac resuscitet illa in nouissimo die. Vnde dicens quod faciat uoluntatem patris, & minime suam, Iudæorum insaniam redarguit, & oblique perstringit, quasi semper suam faciens uoluntatem, & diuinam despicientes legem, nihilque facientes: quod Domino probabatur. Nam & ante testificatus suam obedientiam, illorum accusauit inobedientiam. Dixit enim & alio loco ad illos, quasi persequi, & odio habere, iniuriamq; in illum sententiam pronunciare uolentes: Vos secundum carnem iudicatis, ego non iu- Ioan.8. dico quēquam. Et si ego iudico, iudicium meum iustum est, quia non quæro uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me. Itaque dispensatiuè illa loquitur. Veruntamen & illud obseruo consideremus. Ex cœlo descendens ut deus, eo datos sibi esse dicit à patre eos, qui in se credidesuisset, introductus est, quando factus est, sicut nos. runt, ut non perdat illos, sed ut resuscitet in nouissimo die. Quomodo igitur suscitauit? nónne scilicet propter suam resurrectionem ex mortuis? Nam quum uiuificasset, et ante alios scilicet templum, & mortis imperium concussisset per mortem suæ carnis, uia facta est humanæ naturæ, ad resurrectionem, & ad hoc ut posset corruptioni prævalere. Igitur proprium Dei Verbi, quod descendit de cœlo, per quod factus est primogenitus ex mortuis, ut sequatur & illum, qui resurrexit ad uitam, etiā hoc quod ei datum, & non iam propter præuaricationem protoplasti pereat, sed seruetur magis propter obedientiam Christi. Datos autē inquit, sibi eos, qui in ipsum fidem tenent ac ordinant, iterum ut homo factus. Nam propria hæreditas eius, omnia quę à patre. Quoniam autem, ut dixi, particeps fuit sanguinis & carnis, iam credimus ut Deo: atque hac ratione dationis nomen simul aduenit. Qui enim ante carnem rex, & cum carne regnauit super nos. Vnde & quasi principatum gerere oportuit, introductus est, quando factus est, sicut nos. Dominus, inquit, dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Igitur accipit humanè quæ ipsius sunt, quāuis omnibus ut deus dominetur.

*De eo quod Christus sanctificatus est, & de sacerdotio ipsius.*

DEcebat enim eum propter quem sunt om- Hebr.2. nia, & per quem sunt omnia, ut multis filijs in gloriam adductis, principem salutis ipsorum per afflictiones perfectum redderet, quando qui dem qui sanctificat & qui sanctificantur ex uno sunt omnes. Ob quam causam non erubescit fratres suos uocare, dicens: Annūciabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesię laudabo te.)

Existimant fortasse imperitiores quidam, & qui in duos Christos, & in duos filios unū dominum Iesum Christum diuidere solent, quod dicatur perfectus reddi per passiones, is qui ex mulie re homo seorsim intelligitur, & absque Verbo, quod est ex deo patre, & illum nobis salutis principem dici, perficiq; ab ipso dei Verbo, traditum ut patiatur, quasi alterum seorsim. Decere enim illum inquiunt maxime, quod eum propter omnia, & per eum omnia, eo quod & beatus Euangelista dicat: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Decebat igitur inquiunt, uerbū, propter quod omnia, & per quod omnia, multis filijs ad gloriam adductis, principē salutis ipsorū, hoc est homine simpliciter eū, qui per sanctam uirginem, perfectum reddi per afflictiones. Quod autem sermo illorum insania plenus sit, quantū licet, etiam nunc ostendere tentabo. Nā Alī ō, per quē. primum quidem dum dicit, per quem, etiam de ipso positum est patre. Vnde & beatus Paulus: C Fidelis, inquit, deus, per quam uocati estis ad societatem filij eius. Et iterum ijs qui per fidem adliberam dignitatem uocati. Nonne, inquit, non 1.Cor.1. iam es seruus, sed filius: si autem filius, et hæres Gal.3. per deum. Quum igitur diuina scriptura in enunciatione illius dictionis nullum discrimen habeat, sed accipiat eam etiam de patre, nihil adhuc est quod cogat nos ad hoc, ut quasi de necessitate dictum illud per quem, ad personam filij referamus. Quoniam autem hoc est uerum, nunc in præsentia relinquamus eius personam: sed scopum sacrarum literarum sequentes, & seruantes sermonem, qui ipsam dispensationem unigeniti cum carne deceat. Patrem dicimus perfectum reddidisse per afflictiones filium hominem factum. Sustinuit enim crucem ignominia contempta, D omnino in bona uoluntate Dei & patris, ut & nos uolētes sequi eius uestigia strenuos efficiat, dum obedimus dicenti: Ne timeatis ab his qui Matth.10. occidunt corpus, animam autem occidere non poterunt. Nam quoniam habituri erant afflictionem in mundo, & persecutionem passuri ab inimicis, certaturisq; pro dogmatis ueritatis, sudoreq; & laboribus uirtutem operaturi, non sinit frāgi metu, sed reddit audacissimos, impulsus ipse per passiones, ut & nos præpararet, dicens: Non est discipulus super magistrum, neque ser- Ioan.13. uus super dominum suum. Sufficit enim discipulo, ut fiat sicut magister, & seruo sicut dominus suus. Si me persecuti sunt, & uos persequentur.

Scopus enim fuit unigenito carne sua pati pro nobis, & qualis nam huius rei occasio fuerit, docebit dicens diuinus Paulus: Nam quoniam pueri participes fuerunt sanguinis & carnis, & ipse similiter factus est particeps eorum, ut per mortem aboleret eum, qui mortis habebat imperium, hoc est diabolum, & liberos redderet eos quicunque metu mortis per omnem uitam serui tuti erant obnoxij. Itaque quoniam supra humanam naturam erat, abolere mortem: ab illa enim domabatur, & in antiquum illud maledictum tanto damno induxerat necessariò uiuificum dei Verbum, morti obnoxiam indutum est naturā, hoc est humanam, ut & suam carnem mors quasi immansueta bestia aggressa, cessaret à tyrannide in nos sic abolenda. Igitur ipse est qui carne perfectus redditus propter nos humane: perficiens autem nos diuine, eo quod aboleuit mortis imperium. Reliquit enim humanam naturam in corruptio in qua principio fuerat. Nā deus mortem non fecit, nec delectatur in perditione uiuentium. Condidit enim omnia ut essent, & salutaria forent quæ producit mundus, & non esset in eis pharmacum mortis, neque inferni regnum super terram. Inuidia autem diaboli, mors intrauit in mundum: sic nos perficiens dicebat ad eū qui in cœlis est patrem & deum: Ego te clarificaui super terram opere perfecto quod dedisti mihi, ut faciam illud. Gloria enim uero deo et patri, quod per suum factum aboleuit mortem. Itaque perfectio ei per afflictiones, nobis autem augmentum eius quod deerat: id quod & factum est. Noua enim creatura ea quæ in Christo.

Quod autem non hominem simpliciter absq; Verbo perfectum esse redditum dicat, sed pro nobis in humana forma prodeuntem unigenitum, diuinus Paulus fidem faciet, dicens: Quando enim sanctificans & qui sanctificantur ex uno omnes: propter quam causam non erubescit fratres suos uocare, dicens: Annunciabo nomen tuum fratribus meis. Quis est sanctificans, & qui sanctificantur, & quomodo ex uno omnes, uel ex quo omnino dignum est uidere. Igitur sanctificat quidem filius sanctus secūdum naturam existens ut deus, sanctificamur autē nos ab ipso per spiritum. Quomodo igitur ex uno omnes, tanquam ex cōditore & factore? Atque adeo necessariam nos hinc mutuam habemus fraternitatē. Genito enim cum genito, secundum quod genita sunt, naturalis quædam est fraternitas. Quum autem filius natura non sit factus, & non frater creaturæ, secundum quod natura est Deus: quomodo igitur ex uno tam sanctificans quàm qui sanctificantur? Vnde ad propositorum manifestationem, sermo dispēsationis cum carne necessarius. Quando enim factus est nobis similis, tūc & ipse nobiscum ex uno dicitur, & appellatur creaturarum frater, utpote nobiscum humanam habens cognationem. Hac ratiōe, idq; ualde merito, non erubescit nos fratres nominare, alioqui ut mihi uidetur, non ferens nominari frater, ab his qui per ipsum facti sunt, nisi factus esset eis similis. Veruntamen non relinquens id quod erat. Tunc enim & absq; reprehensione etiam ipse nobiscum laudabit quem laudant Seraphim, & omnis creatura adorat.

Et ex confesso magnum est pietatis sacramentum, deus manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, uisus est angelis, prædicatus est gentibus, fides illi habita est in mundo, assumptus est in gloria.) Si Deus existens Verbum homo factus esse dicatur, & nihilominus non reliquisse quod est deus, sed permanēs semper in his in quibus erat: magnum profecto tunc, & citra controuersiam pietatis est sacramentum. At si homo cōmunis intelligatur Christus tanquā secūdum solam equalitatē dignitatis, hoc est autoritatis, deo coniunctus (ita enim rudiores quidam sapiunt) quomodo in carne manifestatus est? quāuis quomodo nō omnibus manifestum, quod omnis homo in carne est, neq; aliter uideatur quis. Quo autem modo dicit ipsum uisum esse & sanctis angelis? Nunquid nos ipsos non uident angeli? Quid igitur in Christo insolitum, uel quid admirabile, si nobis similem & nihil aliud spectarūt quidam sancti angeli? Et quomodo prædicatus est in gentibus, & fides ei habita est ab his qui in mundo? Nam siquidem ut unum nobis similem hominē simpliciter prædicārunt discipuli, & ab his qui in mundo tanquam talis sit, creditum est, in hominis seruitutem capti sumus & adoratimus creaturam, & ad hoc nos impulit ipse natura et uere uniuersorum Deus. Ipse enim nobis theologorū ita ostēdit chorum. Si autem Christus suscitatus ex mortuis, sanctis dicebat apostolis: Ite, & docete omnes gentes, baptizātes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Et credimus in ipsum, baptizatiq; sumus, mortem eius annunciantes, & resurrectionem confitentes, & hoc facere soliti, nullo modo rei sumus criminis, quod hominem colamus. Igitur homo Christus non est paruacopula cum Deo Verbo honestatus, sed cōgressu potius cum humanitate secūdum dispensatiuam unionem, filius unus & Dominus. Magnum enim tunc pietatis est mysterium. Manifestatus est enim in carne deus existens Verbum, iustificatus est autem in spiritu. Nō enim fecit peccatum, dominus noster Iesus Christus, uisus est autem et angelis, qui quum non ignorarent humanā eius natiuitatem, dicebant: Gloria in excelsis deo, & in terra pax, & in hominibus bona uoluntas. Porro prædicatus est gentibus, & qui secundum ueritatem est filius dei et patris, et in carne apparens, ab his qui in mundo sunt creditur.

Et testificatus est Ioannes, dicens: Vidi spiritum descendentem in specie columbæ de cœlo, & mansit super eum, & ego non noueram eum, sed qui misit me ut baptizarem aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritum descendentem, ac manentem super eum, qui est qui baptizat spiritu sancto. Ego uidi, & testificatus sum hunc esse filium Dei.) Quum unum dicat Emanuelem, & in duos Christos diuidentes non ferat, quid nam dicimus quum spiritus sanctus descenderit super ipsum de cœlo, & manserit super eum? Nunquid Verbum ex Deo patre opus habebat participatione spiritus sancti? Et quomodo non est fœdissimum sic sapere uel loqui? Propritus est enim eius spiritus, sicut & patris. Vnde & beatus Paulus: Quia autem estis filij, emisit Deus spiritum filij sui in corda uestra, clamantem: Abba pater. Impium igitur uel cogitare solum, opus habuisse etiam ipsum ex Deo patre Verbum, participatione spiritus. Et quod sic manifestam demonstrationem habet, stultum foret curiosius inquirere. Quomodo igitur suscepit per ipsum deuolauit spiritus? accepit enim humane, dispensatione cum carne efficiente, ut citra omnem reprehensionem spiritum acciperet: immò necessario ad hoc ducente. Accipit enim non tam sibi quam nobis, ut quando quidem hominis mens à iuuentute ad maliciam diligenter intenta erat, auolarat ab hominibus, descendens nunc in illum, ut ad alterum generis initium diuerrat, & iterum quiescat in nobis ut bene operantibus, & uitam habentibus absque peccato, & ab omni crimine liberam in Christo. Verumtamen quamuis humane accipiat propter nos, sed uide dantem diuine. Super quem enim uideris spiritum descendentem, inquit, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Hoc autem est opus diuinum. Immittit enim his qui baptizantur Dominus noster Iesus Christus spiritum patris tanquam proprium. Et ad hoc nos inducit scribens diuinus Paulus: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, siquidem spiritus Dei habitat in uobis. Si autem quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Testificatus igitur est Ioannes hunc esse filium Dei. At si iterum quærere uoluero eos, qui in duos diuidunt filios unum Dominum Iesum Christum. Vnum monstrauit pater, & de uno locutus est beatus Euangelista: Hic est filius dei, de utro igitur, dic obsecro, erit dictum? Nam siquidem proprie & seorsim de unigenito & uerbo, quod est expatre, quomodo spiritum accipit? quum Deus existat natura, & proprium illum habeat. Si autem seorsim & proprie de homine qui est ex muliere, dicunt quod opus habuerit participio spiritus; quomodo idem est qui baptizat in illo? quum solam deceat summam naturam posse effi cere particeps spiritus, eos qui ad se accedunt. Si autem idem accipit et dat, manifestum quod hoc sit secundum sermones dispensationis cum carne, & secundum quod natura & uere est Deus. Accipit quidem humane, non tam sibi quàm hominum naturæ, per seipsum et in seipso primo afferens illum. Dat autem diuine ex sua propria natura ijs, qui digni sunt ut recipiant. Possent quidem ad prædictam sententiā, similia & æqualem



habentia sensum apponi et alia, sed molestum est idem repetere. Scimus enim quod sufficit ingeniosis ad manifestationem similium locorum unius expositio. Vnde quoties dicit Christus sanctificari, uel spiritum accepisse, iuxta istum modum intelligere conuenit. Satius enim fuerit pie sentire, & sacrarum scripturarum mentem inculpate tractare, quàm quum incidimus in ea, quæ recte de gloria Christi dicta sunt, ita prophane præcipitari.

Iesus aūt spiritu sancto plenus, regressus est à Iordane, & ductus est à spiritu in desertū, ac diebus quadraginta tentabat à diabolo, nihilq; comedit in dieb. illis. Et consummatis illis esurijt.) Oportebat sanè iterū, ut pro nobis obsisteret, & quasi spoliaret olim uictorē satanam, is qui propter hoc descēdit in uoluntariā exinanitionem, quo nos efficeret participes suæ plenitudinis, & in Adā factos infirmos, ostēderet habere spiritua le robur, cessarentq; corporales, spirituales q; ægritudines in Christo, quę in primū cōdito Adā, humano generi acciderunt. Nam quēadmodum per obedientiā eius iusti constituti sumus multi, quāuis inciderimus in condemnationē per illius inobedientiā: ita iterū per robur quod in Christo intelligitur, nempe spirituale, damna primarum infirmitatum repulimus. Et qui lapsi eramus in Adam, uicim, in Christo. Opponit igitur se pro nobis ut homo, & uincit diuine: tentat quoq; ut unus ex nobis inuadente satana, & existimante quod caro inualida simul adiungeret se ad expugnandū eū quē adoriebatur. Cęterū discedit confusus, humana natura ipsum noua ratiōe uincente in Christo, & mortuā habente legem peccati, quæ in membris carnis ferociebat. Abolita est enim in Christo. Insuper ut satis ieiunauit, & uirtute diuina, absq; potu & cibo carne incorrupta seruata, uix permisit ei, ut sua pateretur. Dicitur em esurire. Et propter quam causam? ut per ambo egregie deus simul & homo cognosceret. Vnus & idem scilicet & diuinè super nos: & sicut nos, humanè. Porrò uirtute spiritus duci dicitur in desertum, ut duci dicatur, nō auferri, sed potius morari uel degere, quēadmodum scilicet & à nobis sæpius est dictum. Ille seipsum assequitur, recte dicitur, hoc est inculpate uiuit, & degit. Conuersabatur igitur in deserto, hoc est faciebat cōuersationes, nō corporaliter: nā absque potu et alimēto corporibus necessario, uirtute spiritus super naturam nostram perdurabat ad ieiunium. Veruntamen illud uide, utilissima enim sententię uis est. Nonante sanctum baptismum tenebatur, sed neq; ducebatur spiritu in desertum, in figurā nobis rem ponens. Nam impossibile est eos qui baptizati sunt, uel tentātis satanæ posse strenue ferre difficiles incursiones, uel etiam duci spiritualiter. Tempus autem congruum erat tam honestis operibus post sanctum baptismum. Corroborabimur em sic spiritus sancti participatione, super nasq; gratia obsignati, ad robur uidelicet spirituale, inuictiq; erimus satanæ, & quasi in fortitudi-

*Christus quo- modo ductus in desertum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



ne spiritus uitemus, accipientes desertum, quasi A locum quendam extra mundanam turbam. Verbo enim omnipotenti parum fuerit uincere satanam, nobis autem magnum quiddam, ut per incarnationem eius eò peruenìamus, & ad incorruptionem innouemur. Nam quemadmodum per resurrectionẽ ex mortuis, superiores nostra corruptione facti sumus, ita per uictoriam tentato Christo, iterum nos uicimus.

Hcb.4. Habentes itaque pontificem magnum, qui pertransiit cœlos Iesum filiũ Dei, teneamus confessionem. Non enim habemus pontificem, qui non possit cõpati infirmitatibus nostris, sed tentatum per omnia, secundum similitudinem absque peccato.) Rectæ fidei confessio exigitur à nobis in **unum** Deum patrẽ omnipotentem, & B in unum Dominũ Iesum Christum filium eius, & in sanctum spiritum. Hanc nos confessionem debere enunciare scribit beatus Paulus. Quoniam autem, citra controuersiã, est unus filius Dei & patris, nempe Christus Iesus qui potest cõpati infirmitatibus nostris, & per omnia tentatus est secundum similitudinẽ absque peccato: quis esset postea nobis magnus noster pontifex, & non quasi externum offerens sacrificium, sicut mos est aliis, sed existens ipse, ille agnus, illa fragrantissima hostia, spirituale holocaustoma, turtur loquacissima, simplex columba, panis uiuus,

2.Cor.2. aureum thuribulum? Christi enim sumus bonus odor Deo, sicut scriptum est. Vide autem, oro, apostolicarum sententiarum profunditatẽ. Non C habemus, inquit, pontificẽ, qui non possit compati infirmitatibus nostris, sed tentatum per omnia secundum similitudinem absque peccato.

Si enim non esset Verbũ Dei factũ, homo, inquit, sciuisset utique & sic humanã infirmitatem

Psal.102. ut Deus. Ipse enim nouit figmentũ nostrum, ut scriptum est (etsi quidem humanũ quiddam & de ipso dicere licet) etiam nondum in hanc uocatum foret nostrarum passionum experientiam. Vbi autem nostram indutum est carnem, tentatum est per omnia, nihilominus, non dicimus, quod ignorarit, sed quod præexistente diuina cognitione etiam per ipsam experientiam uoluerit discere. Factum autem est compatiens, non ex eo quod tentatum est, minime. Erat enim mi- D sericors natura, & est deus. Vbi autem cum hoc quod est deus etiam factum est nobis simile, etiam humano more hæc de ipso dicuntur. Penetrasse autem ipsum cœlos corporaliter simul & diuine, dicit. Nam ascendit quidem, ut sapientissimus Paulus alicubi dicit, quo nunc compareat uultui dei pro nobis. Pertransiit quidem & alio modo cœlos, eo quod sancti angeli minores facti, & gloriam eius scilicet secuti sunt. Est enim utique ut Deus super omnem principatum, potestatem, & dominationem. Et omne nomen quod nominatur, siue in hoc seculo, siue futuro. Nam ut filius sedet cum patre suo, licet factus sit nobis similis dispensatiue.

Heb 5. Et nullus accipit sibi honorem, sed qui uocatur à Deo, sicut & Aaron: ita & Christus non semetipsum glorificauit ut fieret pontifex, sed qui dixit ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te.) Qui se demisit ad inanitiouem, expectat uocationem a patre, quæ ad sacerdotium ducat decentissimum & consuetissimum non suæ naturæ, sed ei qua nobis est similis, hoc est humanæ, in qua quandoquidem æqualis factus est, sustinuit quæ illi accidunt, nihil inde ignominiosior, sed honeste potius utens unà cum carne, dispensatione. Etenim quemadmodum quum natura dominus existens, mansit id quod erat, quamuis factus sit in forma serui: sic dicimus quod quamuis innumeros habeat in cœlo offerentes sibi, spirituales & mentales scilicet, & incruentas hostias, hymnos & glorificationes ac sacerdotium nostro simile factum, acceptum, ubique cum stodiens quæ humanitatis conditiones decẽt, & ei conformia. Assumitur quidem sicut et Aaron, sed non æquali modo. Nam ille iniungitur ad ministerium, & erat seruus: at ille tanquã filius uocatus secundum ordinem Melchisedech ministrat patri. Ministerij autem modum diuinus Paulus sic enarrat, scribens de Christo nostri omnium saluatore. Qui non secundũ legem carnalis mandati factus est, sed secundum uirtutem uitæ indissolubilis. Igitur incomparabiliter melior est sacrificij modus, & ille quidem, ut dixi, minister erat, quamuis uocatus ad sacerdotium. Hic autem & sic filius Dei ac patris. Tanquam C natura quidem Deus, ac Verbum iuxta natiuitatem quæ fuit ante secula. Nobis autem similis sicut homo, secundum nouissimam & in carne natiuitatem, cuius esset capax, & hodie (nobis etenim tempus significat præsens) propriam itaque & carnalem eius natiuitatem parer facit. Scit enim proprium esse filium eum, qui ex ipso diuine & ex muliere humane natus.

Qui in diebus carnis suæ quum & precationes & supplicationes apud illũ, qui poterat ipsum à morte saluare, cum clamore ualido & lachrymis obtulisset, & exauditus esset pro reuerentia: tametsi filius erat, tamen didicit ex his quæ passus est obedientiam, & perfectus reddi- Heb.5. tus omnibus, qui sibi obedierunt, fuit causa salutis æternæ, cognominatus à Deo pontifex se- 1.Cor.1. cundum ordinem Melchisedech.) Sapientissimus Paulus scribit, & dicit his qui in fide iustifi- 1.Pet.2. cati sunt: Imitatores mei sitis, sicut & ego Christi. Quin & diuinus Petrus: Qualis enim gloria, inquit, si quum peccantes alapis cædimini, sufferetis. At si quum benefacitis, tamen malis afficimini, suffertis. Hæc enim est gratia apud Deum, quia Christus mortuus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut sequeremini uestigia eius. Fuit enim mens unigenito, qui nostram similitudinem gesit, pati humane, & doce re quidem familiares suos, quomodo tentationum insidias aggredi oporteat, & quales esse eo ueniat eos qui propter deum persecutiones patiuntur, & periculis animæ & sanguinis se exposuerint,



fuerint, & præterea ostendere uult obedientiæ A nobilem finem, ut & nos optimi ac sapientes eorum quæ illi dispensatiue acciderũt, inueniamur imitatores, uestigiaq; eius insequi studentes probatam uere uitam agamus. Igitur nos, quia decet ut mentem habeamus inuulnerabilem, qui decreuimus omnino pati uelle pro dilectione erga eum, & pericula pro pietate existimare uitam, ex his quæ ipse sustinuit, ac fecit propter nos in humanitate, docere uult. Veruntamen non permittit uiriliter agentes, temere suas animas præcipitare, neq; negligenter relinquere quod agendum, & ea per quæ uerisimile seruari possent, præter spem solum expectari ab his qui sponte affligunt. Persuadet autem magis contendere ad preces, & facere iuges ad deum supplicationes. B Hæc docet, precationesq; & supplicationes in diebus carnis suæ, offerens apud illum qui seruare ipsum poterat à morte. Vide autem quomodo res plena fuit iustitia quę decet alios. Nam aude re aliquid contra tentationes, fortitudinis quidem habet gloriam. Videtur autem quo dammodo nõ omnino expers esse suspicionis, uideri scilicet timuisse quidem & correptus esse, & Deum rogare qui posit saluare, quod reuerentiæ habet Heb.5. indicium. Alioqui propter quam causam præcepit discipulis: Quando autem persecuti uos fuerint in ciuitate ista, fugite in aliam. Quomodo autem & idem sapientissimus Paulus, quamuis dicat manifeste, Quis nos separabit à dilectione Christi? afflictio? nũ angustia? num persecutio? C num fames? num nuditas? num periculum? fugiens ducem Damasci, sportula demissus est per murum? Igitur oportebat ipsum Christum se nobis omnis boni magistrum & doctorem exhibere. Accedit igitur cum magno clamore ac supplicatione, tanquam nobis similis factus. Exauditus autem, tanquam uere & natura filius, non inobediens. Ego enim, inquit, sciebam, quod semper me audis. Nam ut & nostras preces acceptas Ioan.11. sibi curaret, ipse primus rem orditur, quasi latas faciens humanę naturę patris aures, & quodammodo addictissimas constituens eorum qui pro ipsum periclitantur, precibus. Igitur nos eramus in ipso sicut in secundo generis principio, qui cum clamore ualido, & non sine lachrymis D diebus carnis suæ, offerens apud illum qui seruare ipsum poterat ex morte, ij iuste audient, quod uelint sentire ea quæ à sanctis literis absludunt. Dicente enim eis uno apostolo sancto: Hi sunt qui segregant animales, spiritum non habentes. Deinde dicant & hoc, utrum nudum hominem dicunt illum, uel sicut dicere ausi fuerunt, habentem æqualitatem dignitatis uel autoritatis, qua cum Verbo ex deo similiter coniunctus. Itaq; si quidem hominem purum nobis similem esse dicunt, ex confesso hominem adorãt, qui adorant illum. Scriptum est enim: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. At si dixerint, quod uocatus sit ad æqualitatem dignitatis, hoc est autoritatis, quæ cum deo Verbo. Iam accedit patrẽ cum clamore ualido, & lacrymis fusis, & orat eum qui seruat, nihilq; impedit etiam ipsius Verbi cogitare tantam mensuram, quanta scilicet esse creditur, & habentis cum illo æqualitatem dignitatis, hoc est autoritatis. Igitur cõgruit & ipsi formidare mortem, periculũ suspicari, flere in tentationibus, & opus habere alterius manu, ut seruetur, & ad hæc discere obedientiam ex his quæ tentando passus est. Verum hoc est absurde & loqui, & sentire. Fortissimum enim est Verbum dei, & morte superius, alienumq; à passionibus, & prorsus humani metus expers. Porrò etiam talem habens naturam pro nobis passus est. Igitur neque nudus homo est Christus, neque absque carne Verbum, unitum uero humanitati nostræ, pateretur sine passione, carne sua quæ homines. Igitur facta sunt in exemplum nobis humane, sicut dixi in principio, ut uestigia eius insequamur. Hoc enim fecit, quando seipsum semel obtulit. Lex enim constituit sacerdotes infirmitatem habentes. Verbum autem iuramenti, quod post legem, filium in æternum perfectum, unica quidem oblatione, nempe ea, qua per proprium corpus consummauit in æternum eos qui sanctificantur dominus noster Iesus Christus. Obtulit enim seipsum pro nobis in boni odoris fragrantiam Deo & patri, & consummauit spiritualiter per fidem, ac sanctificationem,

Matth.10.

Matth.9.

tionem, quum legalis cultus perficiat nihil. Etenim cessarunt figuræ quidem, & quod imperfectum in umbra ueteris testamenti quieuit: facta est autem necessario melioris spei introductio, per quã appropinquamus deo nostro, mediatore Christo, qui in ordine factus est põtificali, propter similitudinẽ nostram. Veruntamen hoc uide: De illo inquit diuinus Paulus, quod crucifixus est ex infirmitate. Iam quomodo lex quidem constituit sacerdotes habentes infirmitatẽ: Verbum uerò iuramenti eius quod post legem filium in secula perfectum, quasi non possit scilicet infirmus esse. Hoc enim opinor est, quod perfecte habet, id est quod in omni bono perfectum est, eo quod non est sicut illis qui in lege, quibus non erat infrequens etiam interdum infirmos esse. Vnde quodammodo idem infirmitate quidem melior esse creditur ut filius perfectus, cruci figitur autem ex infirmitate. Igitur consequens quidem est ut intelligatur, quod infirmus fuerit carnaliter sustinens crucem, & ut Deus maior quàm qui infirmus sit. Spiritus enim promptus, caro autem infirma. At si dicant infirmitatem significare in peccatis esse eos, qui secundum legẽ ministrabant, nõ obluctabor, sed assentior, recte & sic sentire uolentibus. Itaque hi qui secundum legem sacrificabant, opus habebant hostijs non una, sed multis: utpote offerẽtes quotidie pro suis & populi ignorantijs, eo quod læpissime infirmi sint, & languore laborent, quo uarijs peccatis sunt obnoxij: at ille superior peccato existens ut Deus, obtulit seipsum, & factus est noster pontifex, humanè quidem dictus ministrare: sacrificat autem deo patri suum corpus. Igitur non fert peccata, nec patitur ut deus, quia non esset nature genitæ, quæ nõ habet substantialiter immutabilitatem & semper posse fugere peccatum. Proinde deus est perfectissimus, nihil subsidij habens ab alio, ut firmus sit in sanctitate, & fructus eius naturæ est, ut delinquere nequeat.

*Hebr. 3.* Cæterum eorum quæ dicimus illud est caput: talem habemus põtificem, qui sedet ad dextram throni maiestatis in cœlis sanctorum administrator, et tabernaculi ueri quod fixit dominus, et nõ homo.) Excitatum est in deserto uetus tabernaculum per sapientissimum Mosen, & factum secundum exemplar ipsi in monte demonstratum, & illud quidem his qui secundũ legem sacerdotio funguntur, congruentissimũ: Christo autem dignum et simile domicilium est superna ciuitas, hoc est cœlum, quod est diuinum & summũ tabernaculum, & non humanę artis inuentum, sed sacrum & diuinitus extructum. Illic qui fecit, obtulit deo & patri eos, qui in illum credunt. Sanctificatus autem per spiritum scilicet: Nullus enim uenit, inquit, ad patrem, nisi per me, & hic *Ioan. 6.* est ei ministerij modus, de quo hic dicitur. Diuina autẽ res est (licet uerbis nostris, hoc est humanis significetur) posse sanctificare suo spiritu credentes misericordia et gratia iustificatos, et quodammodo ministrare deo, quos mundo quidem mori, uiuificari autem spiritu, & in uere probabili uita refulgere: quomodo non res Deo dignar. Quod autem licet dicatur ministrare, non minor sit patre, nec minus nobilis illo, euidenter commonstrat quod ipse in diuinis tribunalib. sedet, & ad dexteram constitutus est genitoris. Si enim uerum est, quod omnis sacerdos stat semper ministrando, nec unquam intelligitur simul sedens & æqualis gloriæ cum eo cui seruit deo: quomodo non insolito modo sacerdos est Christus, qui & in deitatis solijs sedet ut deus, et minister est ut homo? At si quis sycophãtarum ueritatem et cauillantium dicat: Profectò sedet ad dextram patris qui hominem coniunxit Deo secundum solam æqualitatem dignitatis. Is nõ ultra unius generis esse dicet, sanctæ trinitatis thronum, qui solam illam summam decet. Sed iam aliquis quartus hic erit, si nouitius & genitus introducitur, post consubstantialem & sanctam trinitatem.

At Christus accedens pontifex futurorum bonorum per maius ac perfectius tabernaculũ non manufactum, hoc est non huius structuræ, nec per sanguinem hircorum, ac uitulorum, sed per proprium sanguinem ingressus est semel in sancta, æterna redemptione reperta.) Quo nam modo per maius & perfectius tabernaculum fuerit apud nos pontifex dominus noster Iesus Christus, dudum præmonstrauit noster sermo. Quod autem sacerdotij illius modus incomparabiliter melior eo qui in lege, multoq; sit excellentior, hinc habe. Quæ enim in lege facta, esse figuram & umbram, istum autem ueritatem, & immaculatum sacrificium nullus dubitarit. Sed obserua, quomodo admirabilis noster pontifex, qui sedet ad dexteram throni in cœlestibus, per suum sanguinem intrauit semel in sancta, æterna redemptione inuẽta. Quomodo igitur qui ad dextram patris ut deus, proprium sanguinem habere dicetur, nisi credederimus quod filius secundum naturam ex deo patre appellatus sit & filius hominis, & suum sanguinem dederit in precium pro uita omnium, sicq; inuenit mundo æternam redemptionem? Nõdum enim dixerit quis, quod esset consequens & decens Emanuelem sæpe occidendum, loco brutorum animaliũ, quum sufficiat ad redemptionem eorum qui in mundo, quod semel passus est. Atsi, quemadmodum non nulli sentiunt, homo esset seorsim, æqualitate quidẽ dignitatis, hoc est autoritate coniunctus deo non secundum subsistentiam, sed crederetur seorsim esse, non esset sanguis eius qui sedet cũ patre in redemptionẽ mundi datus, sed alterius potius, qui habitudinalem cum illo habeat copulã. Nam quemadmodum duo quidem principes dignitatum æqualitate nihil inter se differentes, prorsus non unum intelligunter, sed duo secundum ueritatem: ita & coniunctum alicubi secundum dignitatem diuisis naturis, hoc est subsistentijs non unũ esset, sed duo: & unus sanguis forte uerè uniùs est, & non alterius. Itaq; non sufficit ad unionem ueram dicere coniunctum esse deo hominem dignitatis, hoc est æqualitatis autoritate. Non enim in manu facta intrauit sancta Christus, nec; in exemplaria uerorum, sed in ipsum cœlum, nunc ut cõpareat uultui dei pro nobis, deo dicente: Cœlum mihi thronus. Requiescere etiam ipsum in supernis spiritibus dicimus filium, habentem cœlum tanquam sanctum tabernaculum, & non sicut sacrificantes super terram corporaliter, & per sanguinem sacrificia perficientes in exemplaria uerorũ, quæ fiunt quemadmodum in lege decretum erat. Quomodo autem comparet nunc uultui patris pro nobis? an non semper & ante incarnationem erat conspicuus, quamuis intueri facile quod idem sit conditor sapientia Dei & patris, per quem omnia producta sunt? Vnde sicut sapientia dicit: Ego eram cui gratulabatur. Quotidie autem lætabar in cõspectu eius in omni tempore, quando lætabatur orbe profecto, & lætabar in filijs hominũ. Quando igitur ei gratulabatur pater, in cuius cõspectu erat quotidie hilaris & lætificans? Quomodo cõspicuus est nunc conspectui dei? Igitur cõspicuũ fit nouo modo, non iam nudum & absque carne Verbum, sicut scilicet à principio erat, sed in forma ac natura nostra. Dicimus enim sic ipsum pro nobis nunc apparere, & quasi ab oculis dei ac patris, hominis naturam adduxisse. Quamuis propter transgressionem Adæ factam olim deteriorem. Nos igitur commendat conspectui patris quasi in seipso & primo, secundum quod natus est homo, ut nos patri offerat, & ab antiquis libere criminibus, inq; nouitatẽ uitæ in spiritu transferat, & posthea ut dignus uideri his qui à patre tanquam in filiorum ordine assumpti sunt.

*De eo quod dominus noster Iesus Christus dicitur gloriam accepisse.*

*Gal. 1.* PAulus apostolus nõ ab hominibus, nec; per hominem, sed per Iesum Christum ac deum patrem, qui suscitauit illum ex mortuis.) Sufficit quidem ad demonstrandum, quod Dominus noster Iesus Christus nulla externa & aduentitia gloria opus habeat, quum unà cum Deo & patre prædicantes illum sacerdotes emittat. Non enim seipsos prædicabant, sed Iesum Christum Dominum in gloriam dei patris. Quoniam autem necessariũ nobis est diuinas sequi literas, & in nullo ab earum præscripto discedere: age dicamus, quomodo deus & pater dicatur filium gloriæ consonare. Igitur ipse beatus Paulus alicubi inquit *1. Cor. 2.* de principibus huius seculi: Si eñ cognouissent, non ipsum Dominũ gloriæ crucifixissent. Sciuit igitur dominũ esse gloriæ eum, qui crucifixus est. Quomodo ergo Dominus gloriam accipit à patre? Nõne manifestum est, quod is sermo iterũ dispensatiuè factus est? Nam accipit quidẽ ut homo, & est etiam sic gloriæ Dominus ut Deus, & diuinæ naturæ eius diuitię in bonis quę super naturam sunt, à nobis uidentur. Conditionem autẽ pauperatis nostrę in hoc dicitur accepisse, quod licet diues esset, ppter nos pauper factus sit. Proinde cogitationes nostras recte instituamus, & assuescamus de hac re sapere quæ oportet, & non ignorabimus diuitẽ ut deũ in paupertate nostra.



Pater diligit filiũ, & omnia ei dedit in manus.) *Ioan. 3.* Filius iterum accipit ut homo, uerum pater ipse non ponit eum extra omnia quæ in ipso. Dans enim ea filio, cũ ipso uniuersis dominatur, subijciens per illum humanum genus suæ deitatis sceptro, quamuis sine freno ad defectionẽ propensum. Etenim sicut alicubi sapientissimus Paulus inquit, Deus erat in Christo, mundum illi conci- *2. Cor. 5.* lians. Nec tamen propterea dicimus, quod alius Christus præter eum qui ex sancta uirgine, habitans in homine mundum illi conciliarit. Sic enim imperitiores quidam intelligunt, quod conciliarit sibi mundum Deus pater in Christo. Factus est enim nobis mediator, homo factus filius, & quasi pacis conciliator, non alteri concilians eorum qui in mundo obedientiam, sed quasi in una persona deo & patri. Christo enim conciliati sumus per illum, & in ipso omniũ saluatori Deo, quamuis & dicebat: Venite omnes liborantes *Matth. 11.* & onerati, & ego reficiam uos. Quod autẽ eum accedentibus, non cum alio quodam sit conciliatio, quàm cum eo qui natura & uere deus est, sufficiente argumento ostendit, dicens: Qui credit *Ioan. 14.* in me, uidet eum qui misit me. Et iterum: Creditis in Deum, & in me credite.

Pater, uenit hora, glorifica filium tuum, ut & *Ioan. 17.* filius tuus glorificet te: sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis uitam æternam.) Filius quidem nominatus est aduocatus & propitiatio. Nam patrem nobis placatum facit, & omnis boni nobis autor inuenitur. Cæterum illud uideamus, quomodo glorificet pater filium, & quomodo idem ab illo glorificetur. Vnde horam, hoc est tempus uenisse dicit, quo oportebat ipsum omnino pro mundi uita crucem sustinere, & erat necessarium glorificari filium à patre, etiam per resurrectionem à mortuis, testimonium accipientem, quod sit cum illo cõsubstanti alis & uiuificus, morteq; superior, & naturam præstantiorem quàm ut corrumpatur sortitus. Glorificatur autem & ipse pater tanquã habens filiũ per omnia assimilem, eiusdemq; glorię & operationis cum ipso: & hoc ostendit filius abolita morte, & resuscitato ex mortuis templo suo. Porrò potestatem super omnia tanquam nobis similis accipit iterum, & humanè, quum regnet in omnibus diuinè, & distribuit quidem pater his qui dati sunt filio, uitam æternam. Ipse eñ ista est, quia dicit: Ego sum resurrectio & uita. *Ioan. 11.* Proinde licet dicatur à Deo accepisse gloriam & potestatem ac regnum super omnia, referendum est hoc accepisse ad cõditiones humanitatis. Sciendum aũt, quod & gloriæ est dominus ut deus, & eiusdem cum patre throni, & nullo modo minor quàm is qui genuit, excellentia & gloria, quantum attinet ad diuinitatis naturam. Erimus enim sic pij, omnem sensum uertẽtes, ut obediaẽ

illi, & cogitationes demolientes & omnem celsi- A idem per filium in sancto spiritu, licet operetur
tudinem, quæ se contra scientiam eius extollunt. uitam filius in his qui uita opus habent, sed non
Act.2. Dextra igitur dei exaltatus promissione spiri- sine consubstantiali patre. Nam habet in seipso Ioan.1.
tus sancti accepta à patre, effudit hoc quod uide- eum qui genuit. Vnde & manifeste dicit: A me
tis & auditis. Non enim Dauid ascendit in cœlũ. ipso nihil loquor, pater autem in me manens ipse
Dicit autem ille: Dixit dominus domino meo, facit opera. Et quamuis spiritus hoc dicatur face
sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos re, operabitur omnino ut spiritus uitæ, iam ui-
scabellum pedum tuorum. Totum in illis uidere tam secundum naturam dicimus deum & patrẽ,
licet incarnationis mysterium. Nam existens in & filium, qui ex ipso genitus est. Vnde dicitur
forma & æqualitate patris, deus Verbum quod quidem pater resuscitare Christum ex mortuis, Ioan.2.
ex illo, fortissima dextra, & manus uera, inanitus non inuenimus autem filium ociosum in resusci-
quidem dicitur propter humanitatem: exaltatus tatiõe sui corporis. Proinde dicebat Iudæis: Sol-
uerò tursus, non in extremam dignitatem, & qua uite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo
olim caruerit, conscendens: sed rediens ad glo- illud. Vide autem quomodo quum beatus Pau-
riam & eminentiam sibi implantatam, & in ipso lus dicat, quod imputetur & nobis fides ad iusti-
semper existentem. Exaltatur enim humanè, B tiam, qui credidimus in eum qui excitauit Iesum
quamuis secundum naturam existat altissimus. ex mortuis, non in solum patrem & Deum fides
Factus est enim homo. Et hoc opinor est naturæ facta est, sed etiam in Dominum nostrum Iesum
conditio, & inanitio quæ dicitur: Quin deus ho- Christum. Præterea opinor & illud quoq; uiden
mo factus, quamuis nihil habitus sit quàm solus dum: Factus est homo unigenitus, & sustinuit
2.Tim.3. homo, & ita uidebat, prædicatus est in gentibus, quidem carnaliter mortem, reuixit tamen non se
& fides habita est ei in mundo. Honoratus item cũdum carnis, hoc est humanitatis uirtutem, sed
ut uere filius Dei ac patris, summæq; nobilitatis tanquam in uirtute deitatis uiuificãtis mortuos,
gloriam recepit, Deus esse creditus: nec insolita & uocantis ea quæ non sunt tanquam sint. Refe-
res illa ei est, sed uerũ dicimus, summissum in hu- renda igitur uiuificatio, & ualde meritò, non ipsi
manitate & exaltatum uideri, quamuis summa corporis naturæ, licet factum sit proprium Ver-
etiam gloria conspicuum. Iam quantum ad na- bi ex deo nati, sed summæ uirtuti ac naturæ quæ
turam hominis & conditiones nostras attinet, super omnem creaturam, ut in persona dei & pa-
omnia sint superna à Deo: hac ratione & ualde tris, ex quo prodijt filius æqualis & similis ei per
meritò ad dextram patris exaltatus esse dicitur, omnia: procedit autem ab ambobus etiam uiui- Rom.8.
quamuis existat manus & uniuersorum opifex C ficator spiritus. Porrò traditum esse dicit Chri-
dextera. Vide obsecro, iterum dominũ nostrum stum propter peccata nostra, & suscitatum esse
Iesum Christum humanè quidem spiritum acci- propter iustificationem nostram. Etenim quem-
pere, implere autem diuine promissionẽ patris, admodum contigit ipsum in carne sua mortem
per hoc quod credentibus immittit spiritum, ne- pro nobis pati, ut postea infirmet mortis impe-
que hunc ut alienum, sed ut suum proprium. Di- rium: ita reuiuiscit iterum pro nobis, renouans
cit enim per unũ ex prophetis: Effundam de spi- nobis reditum ad immortalitatem, & trangref-
ritu meo super omnem carnem. Implet autem sionis in Adam crimina abolens. Iustificati enim
Ioel.2. hoc Christus, spiritum tanquam propriũ, uoca- sumus in Christo, qui abolet ueteris illius male-
tis immittendo. Quamuis participes posse efficere dicti uim per magnam suam obedientiam, libe-
quosdam sancti spiritus, minimè hominis fuerit, ratq; ab antiquis criminibus naturam. Non e-
sed eius potius qui dans secundũ naturam est. nim fecit peccatũ, sed in illo grata deo fuit, quam
Vnde filius & ipse spiritũ deus, ea quæ dei & pa- uis & condemnata, quemadmodum iam in prin Rom.4.
tris sunt operatus est. Humanum igitur est acci- cipio prædiximus.
pere, diuinum autem & super hominem de sua An ignoratis, quod quicunq; baptizati sumꝰ
plenitudine, & in alios spiritus donum effunde- D in Christum Iesum, in mortem eius baptizati su-
re. Ea propter Deus est in humana forma factum mus: sepulti igitur cum illo unà per baptismũ su-
Verbum, & propter hoc cum Deo & patre eius- mus in mortem, ut quemadmodum Christus ex-
dem throni. citatus est à morte per gloriam patris, ita & nos
*De eo quod Christus in uirtute patris ex mortuis* in nouitate uitæ ambulemus.) Dominus noster
*resurrexisse dicitur.* Iesus Christus, quum spoliasset mortem, & abso-
Rom.4. DIuinus Paulus scribit de patriarcha Abra- luisset multitudinem detentorum spiritum, ex Matthæ.
ham: Non est autem scriptum propter illũ cauernis qui illic, reuixit tertio die, & sanctis di-
solum, quod imputata ei fuerit fides ad iustitiã, scipulis dicebat: Euntes docete omnes gẽtes, ba-
sed etiã propter nos, quibus imputabitur creden ptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus
tibus in eum, qui excitauit Iesum Dominum no- sancti. Si baptizamur igitur quasi in unum nomen
strum à mortuis, qui traditus fuit propter peccata patris, ita & in unum nomen filij, & in unum no-
nostra, & excitatus est propter iustificationẽ no- men eius, & in spiritum sanctum. Docent igitur
stram.) Meritò solius ac totius deitatis opus fue qui unum Dominũ Iesum Christum in duos di-
rit, quod à Deo & patre per filiũ & in spiritu: atq; uidunt filios, hominemq; deo copulatum esse di-
ita si dicatur pater uiuificare, operabitur omnino centes, secũdum æqualitatem dignitatis, hoc est
auto-



autoritatis, diuisis naturis, in cuius mortem bap- A dei, quomodo nõ effugisset occidentiũ insidias?
tizati sumus? Si igitur seorsim eum, qui est Ver- quomodo etiam ignominiosissimam crucis mor
bum dei prædicabimus, statim incorruptibilis na tem pertulisset? non intelligeretur, & ualde me-
turæ corruptionem asseremus, & mortem uitæ ritò, infirmus fuisse sicut nos, & uictus à manu
quæ est secundũ naturã. Quod si dixerint, quod crucifigentium. Ad talia dicit diuinus Paulus:
intelligatur is qui ex muliere seorsim ac proprie, Nam si uolueritis probare quid sit, & quãtus qui
ac per se, quomodo illud dicunt? manifeste quod in me loquit, expendẽtes ipsi quæ humana sunt,
omnino ipse sit qui cũ patre coordinatus & san- sufficientem inuenietis cognitionem: non enim
cto spiritu: fortasis & depulso à uera deitate Ver infirmus fuit in nobis, sed effecit potẽtissima per
bo, quod ex Deo natum, siquidem est mortis ca- suum spiritũ, ita ut potuerimus uincere omnem
pax, quia & in mortem baptizati sumus. Sed ui- tentationẽ, idq; ualde facile, & obluctari strenuè
de omnino, qui mentem habes exercitatã, cogi- afflictionum molestijs. Quid igitur ô Paule dixe
tationum absurditatem. Igitur necessarium intel- rit quis? Non dicis infirmitatis opus esse sustine-
ligere, quod Verbũ dei factũ nobis simile, spon- re crucem? Nunquid iudicium hoc fuerit diuinę
te passum sit in carne: nam sic baptizati sumus in uirtutis? Minimè inquit. Nam confiteor quidem
eius mortem, quod filius unus sit, secundum dei- B ipsum infirmum fuisse in carne, uiuere autem ite-
tatis quidem naturã impassibilis, passibilis autẽ rum ex uirtute Dei: Dei enim erat natura. Quo-
secundũ carnẽ. Quod aũt & nos in nouitatẽ uitæ modo igit infirmus fuit, permittens corpori suo
nãsci Christus per resurrectionem, quomodo propter nos & mortem gustare, ut per mortem
quis dubitârit? Commendat enim nos sibi ipsi, & aboleret mortis habentem imperium, hoc est dia
patri quasi ex mortuis uiuẽtes, sicut scriptũ est, & bolum, & liberos redderet eos, qui per omnẽ uitã
mortuos quidem peccato, uiuentes autẽ iustitię. tam metu mortis obnoxij erant seruituti? Igitur
Si autẽ spiritus eius, qui excitauit Iesum Chri- quando paruo tempore infirmum fuisse, secun-
stum habitat in uobis, is qui excitauit ex mortuis dum quidem carnem inquam, salutis occasio fuit
Iesum Christum, uiuificabit mortalia uestra cor- hominibus per uniuersum mundum. Quomo-
pora, per spiritũ ipsius inhabitantem in uobis.) do non oportebat pati infirmitatẽ, ut per ipsam
Vnigenitus quidem dei Verbum secundum na abolita morte in admiratione sit iterum suo uiui-
turam est uita. Vbi autẽ indutus est corpus morti ficato templo, non ex infirmitate hoc faciens car
obnoxium, gratia quidem dei per suam carnem, nali, sed tanquam ex uirtute Dei? Est autem ipse
pro uniuerso gustauit mortem, sed diuinè etiam uirtus patris resurrectio & uita. Quapropter ui-
resurrexit, secundum quod non erat possibile il- C uit semper, uiuens enim est. Quod autem & nos
lum detineri à morte. Et hac ratione secundũ ser- uicturi simus cum ipso, qui infirmi cum ipso fui-
mones quos dudum reddidimus, excitatus esse mus, secundum quod moriendũ, tametsi in spe-
dicitur à patre. Veruntamen illud iterum age ob simus uitæ æternæ, quomodo dubitaretur? Re-
secro uideamus, si placet. Viuificaturum dixit pa uixit enim ex mortuis, factus natura uia ad ui-
trem etiam nostra corpora per spiritum illius in- tam. Dictus est enim primogenitus ex mortuis,
habitantem in nobis. Quod hoc uerũ sit, nullus & primitiæ dormientium.
dubitârit, sed ille ipse uiuificator spiritus est & Nunc anima mea turbata est, & quid dicam? Ioan.12.
Christi. Scriptum enim est: Vos autem non estis Pater salua me ex hac hora, sed propter hoc ueni
in carne, sed in spiritu, siquidem spiritus dei habi in horam hanc. Pater, glorifica filium tuum. Et
tat in uobis. Si autem quis spiritum Christi non iterum: Cœpit mœstus esse, ac tædere & dicere,
habet, hic non est eius. Et iterum de sanctis apo- Tristis est anima mea usq; ad mortem. Et iterum
Rom.8. stolis: Quum uenissent autem per Mysiam, ten- exclamans uoce magna Iesus, dixit: Pater, in ma-
Act.16. tabant in Bythiniam proficisci, & non permisit nus tuas commendo spiritum meum. Qui Apol
eos spiritus Iesus. Quando igitur proprius est spi linarij opinionem sequuntur, & quæ illi uiden-
ritus, & eius qui excitatus est, quamuis dei & pa- D tur sapere uolunt, dicunt, templum sine anima &
tris uiuificantis nos in spiritu, quomodo dubita- mente unitũ esse Verbo. Quid dicerent, si Euan-
tur quod facta quidẽ sit humanitatis resurrectio? gelistæ talia de omnium saluatore nostro Chri-
Operatus autẽ opus istud sit cum suo patre, deus sto scripsissent? Qualis enim mœroris, & eorum
Verbum, quod ex illo secundum naturam cuius quæ metum indicant, capax omnino esset diuina
& proprius est uiuificator spiritus. & summa Verbi natura? deuitabit enim omni-
Nunquid experimentum quæritis eius, qui in no talia, neque unquam nostras sustinebit aflic-
me loquit Christi? qui erga nos non infirmus est, tiones. Porrò corpus absque anima & mente
sed potens est in nobis? Etenim crucifixus est in mœrorem non accipit, sed neque molestũ quip-
infirmitate, sed uiuit in ueritate Dei. Equidem & piam sentiet, neque mœrorẽ ex prouidentia eo-
nos infirmi sumus cum illo, sed uiuemus cum il- rum quæ imminent. Patitur autem talia ut uide-
lo ex uirtute dei erga nos.) Offendebantur cre- tur, opinor, omnibus rationalis anima, mente
dentes quidam in Dominũ nostrum Iesum Chri- considerans, & quæ iã præsentia & quæ futura.
stũ, fortasse sermonibus, quibus ab aliquibus in Igitur quomodo dicit Emanuel: Nunc turbata
les cogitationes perducti fuerant: Si deus esset est anima mea. Quomodo itẽ cœpit tristis esse &
uere & filius secundum naturam omnipotentis tædere? quomodo denicq; in manus dei & patris,

spiritum

Universidad de Deusto
Biblioteca



spíritum commendauit? Siquidem res hæc aliena à diuinitate est, soliusq; & inanimatæ carnis est. Manifestum autem, quod unigenitus factus est homo assumpto corpore, non sine anima & mente, sed animato anima & rationali, & perfecte habente secundum quod ipsum Verbum decet. Et quemadmodum propria facit omnia quæ propriꝝ corporis, ita & quę animæ. Nam oportebat ipsum uideri nobis simile factum in omni qđ carnis & animæ. Et quemadmodū dispensatiue permisit proprie carni, etiam pati nonnunquam propria: ita iterū permittebat & animæ propria pati, & inanitionis conditionem ubiq; seruauit, quamuis deus existat natura, & super omnē creaturam. Porrò suum spíritum deo & patri cōmendat, hoc est animam sibi unitam, ut iterū per hoc beneficium nobis exhibeat. Olim enim liberatæ à corporibus animæ hominum, in subterranea receptacula dimittebant, implētes mortis promptuaria. Vbi autem Christus suum spíritum patri cōmendauit, etiam hanc nobis præparauit uiam. Non enim ingredimur in infernum, absit: sequemur aūt potius secundum hoc ipsi, & fideli conditori nostras cōmendantes animas in bona spe. Suscitabit enim omnes Christus.

Ioan. 6. Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem: & qui manducat me, & ille uiuet propter me.) Libenter quærerem ex his, qui unum diuidūt in duos Christos, uter sit qui missus à deo & patre, & uiuens propter illum, existatq; propter hoc uiuificus. Nam siquidem nudū, & secundum seipsum Verbum quod ex ipso, quomodo manducatur à nobis ut uiuamus propter ipsum? Deus enim natura incorporeus est. Si autem solum & secundum ipsum hominē esse dicunt missum, quomodo igitur est uiuificus, qui uiuit propter patrem? Quamuis quomodo non omnes qui super terram sunt, inter uiuentes sumus, uiuificante nos deo ac patre? Quādoquidem uerum est quod uiuimus in ipso, & mouemur, & sumus. Quum igitur omnes uiuamus propter patrem, quomodo solum unius hominis corpus uiuificū est propter hoc? Hanc operationem utiq; habent & alia: quandoquidem omnes, ut dixi, sumus & uiuimus propter patrē. Quid igitur dicimus ad hæc? Verbum dei prodiens in humana forma appellatum est apostolus. Missum est enim ut prædicet captiuis remissionem, & cęcis uisum. Viuit autem propter patrem. Etenim natum est ex uiuente patre. Oportebat omnibus modis secundum naturam esse uitam eum, qui ex uiuente, & uitam ex deo ac patre prognatum filium. Postq; autem proprium fecit corpus, quod è sancta uirgine sumptum, uiuificum fecit illud, & meritò. Corpus est enim uitæ omnia uiuificantis, propterea unus filius, & Christus, & Dominus, non est diuidēdus in duos filios: quandoquidem ipse est uita quidem, ut est ex uita & uiuente patre, uiuificus autem propter proprium corpus, ut nobis similis, & homo factus est Deus.

Ioan. 5. Quemadmodū enim pater habet uitam in seipso: & potestatem dedit illi iudiciū facere, quia filius hominis est.) Quomodo opinatur quis patrem habere uitam in semetipso: nunquid extra secus, & aduentitiam & ab alio datam? & quomodo hoc non esset deliramentum, uel sapere, uel dicere? Sermo enim ille non medio crem habet ineffabilis naturæ negationem. Nam primo quidē non simplex esset natura uniuersorum Deus, sed magis compositus. Siquidem alia ab ipso in ipso esset uita. Esset autem maior illo, & incomparabiliter melior ille qui non habenti dedisset uitam, quando quidem omnino accepisse colligeretur. Atqui, ut dixi, absurdissimū esset opinari, Deum & patrem habere sic externe adductam uitam. Habet igitur in seipso uitam non acquisitam, uel aduentitiam, sed fructum naturaliter & substantialiter in ipso existentem. Ita autem & filio dedit habere uitam. Hoc enim opinor quis recte dixerit. Proinde habet tanquam ex seipso secundum naturam existens in seipso uitam, secundū quod intelligitur deus. Accipiant autem iuxta humanitatem, quæ & ipsa iudicat, quamuis iudex existat ut deus. Et quis sit accipiendi modus, docebit dicens ipse, quia filius hominis est. Non enim proprium est hominis à se habere posse uitam. Quia autem proprium factum est uiuentis Verbi, unitum illi corpus, hac ratione & ualde merito tanquam habens ipsius uiuificam operationē, accipisse dicitur uitam. Proprium autem iterum facit hoc sibi ille, cuius & proprium factum est corpus assumptum.

*Quod licet filius hominis dicatur Christus, nihilominus sit uerè Deus.*

DOminus noster Iesus Christ⁹ alicubi dicit: Nunquid ueniens filius hominis inueniet fidem sᵖ terram? Age iterū inquirentes mentem dictorum spectemus, quam nam quæsiturus sit fidem Dominus noster Iesus Curistus, ubi de cœlis redierit. Nam siquidem à nobis credi uult, quod deus nō sit neq; uerè filius, sed homo, nihil amplius habens quàm nos: quomodo dubitauerit quis, quod talem opinionem, hoc est, fidē non apud nos magis inueniat quàm apud Paganos & Iudæos? Nam idololatræ quidam, & qui creaturam supra creatorem colunt, crucem audientes, quā propter nos sustinuit, & mortem, rident miseri. Et si quis ipsum nominat Deum, resiliunt statim, & hominis cultum esse affirmant. Etiam ij, qui ex circuncisionē, adoriuntur Christum, dicentes manifestè: De bono opere nō lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu quum homo sis, reipsum facis deum. Quando igitur non eam quæ apud errantes est, fidem inquirit, sed eam potius, quam nos recte tenemus: omnino necessarium est propensos ad ueritatem, confiteri, quod deus sit secundum naturam, qui & filius hominis propter nos factus est, ut ne miscentes nos erantibus, per ignorantiam sapere uelimus, parum gloꝛificantes Christum, quemadmodū scilicet & alti-

Ioan. 5. Dicit alicubi Christus: Neq; enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes



omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Et iterum sicut dicebamus: Sicut enim pater habet uitam in seipso, ita & filio dedit habere uitam in seipso, & potestatem dedit ei iudicandi, quia filius hominis. Quin & beatus Dauid psallit, quia deus iudex est, scripsitq; alicubi, & illius discipulus unus est legislator & iudex.

Igitur non decebat quenq; iudicare quàm solum deum omnium. Quomodo igitur dedit hoc filio hominis? Itaq; siquidem est ut unus ex nobis, quomodo uerax erit, dicens: Gloriam meam alteri nō dabo? Dei enim gloria est, esse iudicem. Si autem dans filio, non expers iudicandi factus est ille propter identitatem substantiæ, & est qui accepit filius hominis. Quomodo non omnibus manifestum, quod deus quidem est Verbū proprium ineffabilem ex deo patre natiuitatem, & idem est etiam filius hominis, eo quod unitum est carni, & sicut nos sustinuerit natiuitatem ex mulieribus occidere hominem, qui ueritatem loquutus fuit uobis?

Et iterum: Et nullus ascēdit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis. Et iterum: Et sicut Moses exaltauit serpētem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Et quando dicit de seipso: Venturus est enim filius hominis in gloria patris sui cum sanctis angelis.

Et iterum: Quem dicunt homines esse filium hominis? Nónne & simpliciter quoties homo dicitur à diuinitus inspirata scriptura, non priuatim & seorsim hominem esse dicimus separantes Verbum ex deo patre: sed credimus magis quod et deus sit uerus, factus autem filius hominis propter nos dispensatiuè, cū hoc quod mansit deus, & unus est dominus Iesus Christus. Impiū uerò seperare in duos Christos, & duos filios, post indiuulsam unionem. Nónne et ultra omnem mentem et rationem est ac summam? Et esset quidem non difficile his qui omnia quæ de Christo scripta sunt, uolentibus examinare, & plurimarū sententiarum facere additionem. Sed scimus quod scriptum est: Da sapienti occasionem & sapiens erit. Nam uniuersorum deus per sanctum spíritum pientíssimas uestras deducet mētes, ad hoc ut recte possint sentire. Etenim Christus, inuēta in uobis fide immobili & impolluta, opulente supernis bonis coronabit, & beatíssimas efficiet. Omnis enim spes nostra in Christo est, per quem & cum quo patri gloria unà cum sancto spíritu in secula seculorum,

Amen.

DIVI CYRILLI AD REGINAS DE RECTA IN CHRISTVM FIDE POSTERIORIS LIBRI FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# TOMVS QVARTVS OPERVM BEATI CYRILLI ALEXANDRINI ARCHIEPISCOPI

priorib⁹ tribus recens adiectus, in quo subiecta continentur.


1 Epistolæ XXXIX.
2 Homiliæ X.
3 Apologia ad Imperatorem Theodosium.
4 Declaratio XII capitum, aliâs Anathematismorum.
5 Liber Apologeticus ad defensionem eorundem XII capitum, contra Orientales.
6 Alius liber ad Euoptium pro defensione eorundem XII. capitum, contra reprehensiones Thendoreti episcopi Cyri.
7 Expositio Symboli Nicæni.
8 Scholia de incarnatione unigeniti.
9 Synodales epistolæ XII.
10 Dogmata Nestorij à Cyrillo primùm impugnata, deinde ab Ephesina Synodo condemnata.




BASILEAE.

CYRILLI OPERA

Universidad de Deusto
Biblioteca

# SEQVVNTVR ORDINE

## EPISTOLAE QVAEDAM DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE, NVMERO XXXIX.

Vuolffgango Musculo interprete. *authore damnato.*

CYRILLVS PRESBYTERIS, DIACONIS, PATRIBVS, Monachis, & ijs qui solitariam nobiscum uitam exercent, & in fide Dei firmi persistuut, dilectis ec desideratissimis, salutem in Christo.

*Epistola prima.*

REDIERVNT nostrorum quidam ad nos Alexandriam. Hi mihi, cum rogarem & admodum cupide sciscitarer, an maiorum epijciæ uestigijs uos quoque inhæreatis, an & perseueranter rectam & inculpatam seruare fidem satagatis, & honestæ uitæ conuersationi operam detis, exercitationisq; laboribus delectemini, ueras arbitrati delicias, si quid molestiæ sit ueritatis gratia fortiter ferendum: ad hunc modum comparatos uos esse indicarunt, adiecerunt q; quod cum maiorum probe factis contentiosa æmulatione certetis. Non potui igitur non gaudere, & animus mihi in læticiam effundebatur. Gloriosam si quidem filiorum meorum mihi deputo, idq; ualde meritò. Absurdum enim esset, cum pædotribæ plurimum in eo gaudeant, si quid roboris & nominis adolescentes suos acquirere cernant, & si quid artis industria perficiant, quod laudem promereatur, idq; mox ueluti coronam quandam suis ipsorum capitibus adaptent, & de illorum fortitudine glorientur, si nos non magis quàm illi pia quadam animi uoluptate afficiamur, qui spiritales patres sumus, & doctrinis uos ad bonam ac piam animositatem facientibus instructos reddimus, & ut contra carnis motus certantes, & peccatorum lapsus uitantes, utut Satan in eo sit, ut tentationibus suis uos uincat, brabium reportetis. Quemadmodum igitur discipulus Christi dicit: Omni adhibito studio subministrate in fide uestra uirtutem, in uirtute uero scientiam: in scientia temperantiam, in temperantia patientiam: rursus in patientia pietatem, in pietate fraternam charitatem: in fraterna uera charitate dilectionem. Hæc enim si uobis adsint & exuberent, haud ociosos aut infrugiferos in Domini nostri Iesu Christi cognitionem constituent. Necessarium enim illis esse dico, qui uitam in Christo ex destinato institutam eligunt, ut celebrem uiam & dignam quæ ametur, percurrant. Principio, ut simplici & illæsa fide grauiter se gerant, atque ita uirtutem sibi acquirant. Deinde conentur efficere, ut in scientia mysterij Christi ditescant, & ad intelligentiæ perfectionem admodum scite ascendant. Hoc

A si quidem, opinor est in uirum perfectum occurrere, & ad mensuram plenitudinis illius uenire. Competenti itaque sobrietate, quæ solitarios deceat, lumbos commodum succincti fortes estote contra passiones cùm animi tum corporis. Nam eritis, inquit, hoc pacto splendidi & celebres, inqúe bono spei constituti, quæ sanctis conuenit. Est autem in nobis præ cæteris fides recta & quæ prorsus sit irreprehensibilis. Nam & uos ita ad patrum pietatem euestigiò contendentes, in supernis mansionibus una cum ipsis morabimini, & cœlestia tabernacula inhabitabitis, quorum diuinus etiam Esaias meminit, dicens: Oculi mei uidebunt Hierusalem, ciuitatem opulentam, cuius tabernacula haud quaquam mouebuntur. Vita itaque uobis splendida quidem est, & admiratione digna, & fides etiam indita est recta & incorrupta, attamen perturbor haud modice, licet ignorem quibus de causis. Audiui rumores quosdam graues & perniciosos apud uos esse sparsos, & oberrare quosdam, qui synceram uestram fidem destruant, & inania uerba apud turbas eblatarent, ac percontentur, dicentes: An beata uirgo Deipara nominari debeat, nec ne. Præstiterat quidem prorsus huiusmodi quæstionibus abstinere, & quæ ueluti in speculo & ænigmate contemplatu difficilia sunt, omnino nõ inquirere, ne eos quidem qui mente sunt integra, & intellectu prouectiore. (Simpliciorum nanque mentem etiam minutiora theoremata transcendunt) quoniam uero factum est, ut taliũ uerborum haud permanseritis expertes, & uerosimile est futuros inter uos, qui perniciem ex illis, ueluti clauos quosdam imbecilliorum mentibus infigant: necessarium duxi, pauca quædam de his rebus ad uos proferre, non ut hoc amplius contendatis, sed ut si quidam uos his nugis adoriantur, ueritati repugnantes, ipsi & perniciem quæ ex errore est effugiatis, & alios competentibus rationibus, tanquam fratres iuuetis, persuadeatisq; ut ab antiquo in Ecclesijs seruatã, & ab apostolis traditam fidem, tanq; preciosam quandam margaritam, animis suis inditam retineant. Admiratus itaque sum, an sint qui plane dubitent, num beata uirgo Deipara dicatur alicubi, aut non dicatur. Si nanque Deus est, Do-

*θεοτόκος.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



minus noster Iesus Christus, quomodo uirgoque illum peperit, Deipara non est? Hanc nobis fidem diuini tradidêre discipuli. Et licet nullam fecerint dictionis huius mentionem, ita tamen sentire à sanctis patribus edocti sumus. Etenim celebris memoriæ pater noster Athanasius, qui Alexandrinæ Ecclesiæ sedem integros quadraginta sex annos cum decoro moderatus est, & loquacibus impiorum hæreticorum nugis inexpugnabili quadam & apostolica prudentia restitit, quasiq; fragrantissimo quodam unguento ipsum cœlum scriptis suis exhilarauit, & ob dogmatum rectitudinem & integritatem optimum ab omnibus sortitus est testimonium, in libro quem de sancta & homousia triade conscripsit, sermone tertio, passim beatam uirginem deiparam uocat. Vtar autem necessariò illius uocibus cum ipsæ illius dictiones ad hunc modum habeant: Hic itaque scopus est, inquit & character diuinæ scripturæ, sicuti sæpe monuimus, duplicem illi inesse de seruatore predicationē. Vnam, quod semper deus fuerit & sit, filius & sermo Dei, splendor quoque & sapientia patris. Alteram, quod tandem nostri gratia, ex Maria Deipara uirgine carnem assumpserit, & homo factus sit. Et aliquanto post iterum: Sunt igitur, inquit, multi sancti ab omni peccato repurgati, Hieremias uero ex utero quoque sanctificatus est, & Ioannes, cum adhuc in utero esset, cum gaudio ad uocē Deiparæ Mariæ exultauit. Fide reuera dignus est hic uir, et quē non dedeceat confidenter loqui, ut qui nihil eorum quæ sacris sermonibus non conueniunt, loquutus sit. Quomodo enim, à uero aberraret, uir adeò illustris, ac celebris, & in ipsa sancta & magna synodo Niceæ tum temporis congregata, omnibus admirationi habitus? Nondum quidem Episcopatus sedem accesserat, sed inter clericos censeri malebat: uerum propter industriam, & epijciam, ac mentem uehementer & incomparabiliter argutam, tum temporis à beatæ memoriæ Alexandro Episcopo in administrandi muneris consortium assumptus fuerat. Aderat autem seni tanquam filius patri, ad quæuis utiliter gerenda ducens, & in quibuslibet agendis rebus admodum scitè uiam monstrans. Quoniam uerò credibile est opinari quosdam necessarium esse, ut quæ dicimus, sacris etiam ac diuinis scripturis corroboremus: deinde nec hoc uideri, quod sancta illa ac magna Synodus, uel Deiparam Domini nostri matrem uocauit, uel omnino quicquam huiusmodi statuerit, age, age inquam, & hic quoq;, q̄d sit considerandæ in Christo dispensationis mysterium ostendamus. Quomodo uidelicet illud per diuinam nobis deprædicatum sit scripturam, & quid ipsi patres dixerint, qui inculpatæ fidei determinationem, loquente in illis quod uerum est spiritu sancto, protulerunt. Non enim ipsi loquebantur, iuxta Seruatoris uocem, sed ipse spiritus Dei ac patris loquebatur in ipsis. Cum enim illis declaratum sit, quod secundum naturam Deus sit is, qui ex beata Virgine natus est, nemo prorsus, opinor, inficias ibit, & sentiendum & confitendum esse, quod Deipara sit beata Virgo, idq́ue ualde merito. Habet autem fidei nostræ symbolum, ad hunc modum.

CRedimus in unum Deum, patrem omnipotentem, omnium tam uisibilium, quàm inuisibilium factorem. Et in unum dominum Iesum Christum filium dei unigenitum ex patre natum, hoc est, ex illius essentia Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum uerum ex Deo uero, genitum nó factum, eiusdem cum patre essentiæ, per quem omnia facta sunt, cùm quæ in cœlo tum quæ in terra, qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus, passus est, & tertia die resurrexit, & in cœlos ascendit, uenturus ad iudicandum, uiuos ac mortuos. Et in sanctum spiritum.

Hæresum inuentores, cùm sibi ipsis tum aliis perditionis foueas effodientes, eo prolapsi sunt opinionum uanitate, ut opinentur, & dicant eri am, recenter natum esse filium, & simul cum creaturis ad substantiam à Deo & patre uenisse, & cum eum qui ante omnia secula & tempora fuit, imò qui secula condidit, temporum principio circūscribant, nullo tamen miseri rubore tanguntur. Et cum eum, prout ipsis uidetur, æqualitate & gloria quam cum patre, & Deo habet priuent, ægrè permittunt, ut supra reliquos emineat: mediatorem uero, inter Deum & homines esse dicunt, qui tamen neque essentiæ diuinæ sortitus sit eminentiam & gloriam: neque creaturæ finibus ac dimensionibus incluſus uiuat. Quis igitur tandem est, qui & inferior est diuina excellentia, & creaturæ dimensionibus & mediocritate superior? Nulla potest cogitatione res ista comprehendi. Nec loci, nec rationis quicquam inter factorem, & facturam considerari potest. Deijciunt eum quantum in ipsis est, de diuinitatis sedibus, & tamen filium & Deum nominant, & adorandum arbitrantur: cum tamen lex manifeste proclamet, ac dicat: Dominum Deum tuum adorabis, & illum solum coles: & per Datuidis uocem Israelitis Deus dicat: non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum. At isti plana ueritate, tanquam regia uia: relicta, in foueas & petrosa loca feruntur, & ut Salomon dicit: agriculturæ suæ axonas perueruntur, & manibus suis sterilitatem colligunt. Nos uerò, quorum mentibus diuinum illud numen illuxit, qui incomparabiliter meliora quàm illorum amentia, sentire cœpimus, & sanctorum patrum fidem sequimur uere ex Dei ac patris essentia filium, modo Deo congenti & inenarrabili, natum, & in priora quidem subsistentia considerandum, identitate uerò essentiæ patri coadunatum, & in patre quidem existentem, uicissim tamen patrem in se habentem dicimus. Confitemur illum quidem lumen esse ex lumine, & Deum



& Deum ex deo, pari secundum naturam & gloria & potentia, characterem etiam & splendorem, & ubique æqualem, nec ullo pacto diminutum. Ad hunc enim modum, adnumerato sancto spiritu, sancta & coessentialis trinitas, in unam diuinitatis coadunatur naturam. Verum diuina scriptura Verbum hoc, quod ex Deo est carnem factum, hoc est naturam, Verbi cum carne animam habente coniunctam esse dicit. Sancta uerò & magna Synodus, euangelica præconia sequuta, eundem, qui unigenitus est ex Dei & patris essentia genitus, per quem, & in quo sunt omnia, propter nos homines, & propter nostram salutem, è cœlis descendisse dixit, & assumpta carne hominem factum, passum esse ac resurrexisse, & quod suo tempore iudex sit uenturus. Verbum autem quod ex Deo est, unum Dominum Iesum Christum nominauit. Vide igitur quomodo unum dicentes filium, eundémque Dominum, & Christum Iesum nominantes, ex Deo & patre genitum esse, & unigenitum & Deum ex Deo: ac lumen de lumine, genitum non factum, & coessentialem patri, dicant. Verum quod Christus dicitur, id cognominis, dixerit quispiam non Emmanueli tantum competere, quandoquidem illud & aliis impositum deprehendimus.

De electis nanque, & per spiritum sanctificatis, alicubi Deus dicit: Ne tangite Christos meos: & contra prophetas meos, ne agatis malicioſe. Preterea & diuinus Dauid Saulem in regem à Deo, per manum Samuelis unctum, Christum Domini uocauit. Et quid hoc dico, cum facile queam, iis qui uidere cupiunt, ostendere, quod qui fide in Christum iustificantur & per spiritum sanctificantur, hac sint appellatione honorati. Propheta siquidem Abacuc, de mysterio Christi, & aduentu illius clamauit, dicens: Egressus es ad salutem populi tui, ut seruares Christos tuos. Itaque cognomen hoc, Christus, Emmanueli, ut dixi, nec soli, ne proprie competit, sed & alijs omnibus, quotquot spiritus sancti gratia sunt inuncti. Ab ipsa nanque deducta est hæc uox: & ab ungendo dicti sunt Christi. Quod uerò & nos ipsi celebris huius, & acceptabilis gratiæ diuitias possidea- D tuus, sapiens ille Ioannes confirmat, dicens: Et uos unctionem habetis à sancto. Et iterum: Non est nobis necesse, ut ab aliquo doceamini, sed unctio illius uos docet. De Emmanuele autem scriptum est, quomodo Iesum à Nazareth, unxerit Deus spiritu sancto, & uirtute. Et ipse quoque diuinus Dauid, alicubi ad eum ita dicit: Dilexisti iusticiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ, præ cosortibus tuis.

Quid igitur amplius in beata Virgine præ aliis mulieribus obseruauerit quisquam, etiam si illam Emmanuelem peperisse dicat. Nihil enim fuerit absurdi, etiamsi quamuis unctorum matrem Christotocon, appellare uoluerís. Et tamen multa sunt, quæ incompatabili nos discrimine à Seruatoris nostri gloria & excellentia seiungunt. *Id est, Christi parentem.*

Nos enim domestici sumus, ille uerò secundum naturam, Dominus ac Deus est, etiam nobiscum in rebus humanis, dispensationem couersatus sit. Quapropter & beatus Paulus, Christum ipsum ac Deum nominauit, cum dixit: Hoc enim scitis, quod nullus scortator, aut immundus, aut auarus, qui est idolorum cultor, partem habet in regno Christi ac Dei.

Sunt igitur reliqui omnes, ut dixi, propterea quod uncti sunt, Christi, solus uerò Emanuel & Christus est, & Deus. Nec aberrauerit à uero quisquam, si reliquorum matres Christíparas quidem, uerum non etiam Deipararas uocet: solam autem beatam Virginem, & Christíparam simul & Deiparam esse intelligat ac dicat. Non enim illa nudum hominem nostro more, sed magis incarnatum & hominem factum: Verbum illud, quod ex Deo patre est peperit. Nam & nos quidem, secundum gratiam Dij nominati sumus, Caro factum est. At dices forsan: Dic igitur mihi, an per diuinitatem Virgo facta sit mater? Iam antea diximus, quod sine controuersia ex ipsa sit essentia Dei ac patris genitum Verbum illud eius uiuum & substantiale, quod essentiam habet sine principio, semper eiusdem cum genitore principatus, q uod in ipso, & cum ipso existit, & intelligitur. Quoniam uerò postremis huius seculi temporibus caro factum, hoc est, carni rationalem animam habenti unitum est & genitum esse, & incarnatum per mulierem dicitur. Assimulatur autem quodammodo humano partui mysterium Christi.

Terrestrium enim hominum, matres naturæ ad generandum famulantes in utero quidem carnem habent paulatim coagulatam, quæ & arcanis quibusdam operationibus Dei crescat, & in humanam formam absoluatur. Fœtui autem Deus spiritum, modo, quem nouit, immittit, spíritum quippe hominis in ipso fingit, iuxta prophetæ uocem.

Est autem alia carnis, & alia animæ ratio. Veruntamen licet corporum tantum quæ ex terra sunt matres fiant, attamen totum hominem parientes, qui ex anima uidelicet & corpore constat, non partem illius parere dicuntur. σαρκοτόκου. ψυχοτόκου.

Neque enim quispiam, ut exempli gratia dicam, Elisabeth carnis tantum, & non etiam animæ parentem dixerit. Animatum siquidem Baptistam, & ex utrisque existentem anima dico & corpore hominem peperit. Tale quid & in Emmanuelis natiuitate factum esse, utique fatebimur. Genitum nanque est, ut dixi, ex Dei quidem & patris essentia, unigenitum illius Verbum: quoniam uerò carne accepta, quam & pro-

priam sibi fecit, filius hominis appellatum, & A
simile nobis factum est, nihil absurdi futurum
est, si dicamus, imò necessarium arbitror, ut
confiteamur, genitum id esse secundum car-
nem per mulierem: quemadmodum uidelicet
& anima hominis uita, cum suo corpore nasci-
tur, & uelut unum cum illo reputatur, licet se-
cundum naturam alia intelligatur ab illo, & pro-
pria ratione subsistat. Quod si alicuius quis-
quam matrem, ut quidem est, carniparam, at
non etiam animæparam dicere uoluerit, pla-
ne perissologiam committet. Peperit enim,
sicuti dixi, scite ex dissimilibus compositum, &
ex duobus quidem, attamen unum hominem,
ita ut licet unumquodque, id quod est mane-
at: ambo tamen tanquam in naturalem unita-
tem coniungantur, & ueluti alterum ab altero,
quid utrique quasi proprium adsit, discernatur.
Quod autem summe necessaria sit in Christo
hæc unitas, facillime potest colligi, & omnino
sine molestia, idque ex multis aliis: uerum si
placet beati Pauli sententias inuestigemus, a-
nimum illis diligenter, & quantum licet acute,
intendentes.

Phil. 2. Dixit itaque de unigenito: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, quod Deo æqualis esset, sed semetipsum inaniuit forma serui accepta, in similitudine hominum constitutus, & figura repertus ut homo, humiliauit semet ipsum.

Quis igitur ille est, qui cum in forma Dei es- C
set, non rapinam arbitratus est quod Deo æqua-
lis esset? Aut quomodo inanitus est, & quo-
modo ad humilitatem sese & formam serui demi-
sit? Qui unum Dominum Iesum Christum bi-
partiti sunt, in hominem uidelicet, & Verbum,
quod ex Deo patre est, cum qui ex beata Virgine
est, inanitionem ferre dicunt, separantes ab eo
Verbum, quod ex Deo est, de quo præmonstra-
tum est quod in forma & æqualitate patris intel-
gatur & fuerit.

Quomodo igitur inanitus est, si secundum
naturam homo existens nostro more ex mulie-
re natus est? Qua quæso relicta excellentia,
homine maiore, ad hoc ut homo fieret descen-
dit? Aut quomodo intelligetur ueluti quam
in principio non habuit, formam accepisse ser- D
ui, qui natura inter seruos & sub iugum ser-
uitutis positus est? At certe, inquis, qui &
naturalis & uerus ac genuinus filius est, Ver-
bum illud ex patre, in forma genitoris, illique
æqualis existens, habitauit in homine per mu-
lierem genito, & hoc est, quod inanitionis &
humiliationis Verbum exprimit, & quod in
formam serui descendisse dicitur. Itane, ô op-
time, ad inanitionem Verbi Dei sufficere pu-
tas, si tantum habitet in homine, & nihil est pe-
riculi si dicamus quod formam serui subierit,
& quod hic sit modus illi factus istius inanitio-

nis? Atqui Dominum, sanctis Apostolis dicen-
tem audio: Si quis me dilexerit, sermonem me-
um seruabit, & pater meus diliget eum, & ad
eum ueniemus, & mansionem apud eum facie-
mus. Audis quomodo in diligentibus se unà
cum patre habitet? Eundem autem & Deum
& patrem dixit. Dabimus ne igitur & patrem
quoque inanitum, atque eandem ferre cum fi-
lio humiliationem, ac serui in se formam sus-
cipere, propterea quod sanctas diligentium
se animas, suas facit habitationes? Quid spi-
ritus, qui & ipse habitat in nobis? An hic quo-
que suscepti hominis dispensationem adim-
plet, quam solum filium propter omnium sa-
lutem, ac uitam exequutum esse dicimus? A- B
page cum tam inanibus, & prorsus absurdis nu-
gis. Humiliauit itaque semetipsum Verbum il-
lud, in forma & æqualitate Dei ac patris exi-
stens, quando caro factum, sicuti Ioannes lo-
quitur, natum est per mulierem, & generatio-
nem ex Deo patre habens, humanam quoque
assumpsit, & pati pro nobis sustinuit. Alio-
qui doceant nos ipsi, ad quem modum, Ver-
bum quod ex Deo patre est, nostro sensu Chri-
stus intelligatur, ac dicatur. Si ab eo quod un-
ctus est Christus nominatur, quem nam pater
unxerit oleo exultationis, uidelicet spiritu san-
cto, an quod ex ipso proprie ac solum genitum
est, Verbum, quod Deus est? Et hoc uerum
esse dicimus. Illi uerò ignorant quomodo & C
unigeniti naturam iniuria afficiunt, & dispen-
sationis in carne factæ mysterium adulterant.
Si enim unctus est sancto spiritu, cum Deus
sit, hic sermo, utique & omnimoda sanctimo-
nia, & haud suapte sponte fatebuntur, superio-
ribus etiam illum fuisse temporibus, in quibus
nondum unctus, expers etiam doni erat, quod
ipsi postea datum est. Posita autem sanctimo-
niæ priuatione, amotum est etiam id quod se-
cundum naturam est: nec omnino intelligitur
quomodo expers fuerit peccati, ita uidelicet, ut
peccare nequiuerit. Mutationem itaque pas-
sum est Verbum Dei, progressum ad meliora
sortitum. Quomodo igitur idem est, & non mu-
tatus? Et si cum Deus sit, & in forma & æquali-
tate patris, unctum est & sanctificatum, dixerit
forte quisquam, tanquam à re ipsa in euanidas co- D
gitationes abductus, ipsum quoq; patrem opus
habere sanctificatione, mansisse uerò in quibus
erat semper & est, & futurus est, nondum increa-
menta ad meliora ad similitudinem filij per un-
ctionem adeptum. Dixerit idem, spiritum eos
sanctificantem, maiorem uideri utrisque: siqui-
dem absque omni contradictione indubitatum
est, id quod minus est benedici à maiori. Sed
nugæ sunt hæc, & præstigia uerborum, & stu-
pidarum mentium reprehensionem habentia.
Sancta quippe coessentialis secundum naturam
trias est, sanctus pater, sanctus etiam filius secun-
dum



dum essentiam & pari modo, similiter & spiritus. A
Non est igitur separatim sanctificatū uerbū quod
ex Deo patre est, quatenus propriam naturam
concernit. Si uerò quisquam eum, qui ex san-
cta Virgine natus est, solum unctum & sanctifi-
catum esse, & huius quoque gratia Christum il-
lum nominari putauerit, prodeat in medium, ac
dicat: ac sufficiat unctio ad hoc, ut qui unctus
est, eadem cum omnium Deo gloria præditus,
pari que throno excelsus pronuncietur. Et si-
quidem sufficerit, dicent & hoc, sicuti uerum est,
quod nos quoque uncti sumus. Et de hoc testa-
tur diuinus Ioannes, dicens: Et uos unctio-
nem habetis à sancto. Erimus igitur & nos for- B
sitan æquales Deo. (Arbitror nihil esse prorsus,
quod impediat) & unà cum eo præsidebimus,
perinde uidelicet, atque ipse Emanuel. Dictum
enim ad illum est: Sede à dextris meis, donec po-
nam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: &
nos quoque sancta supernorum spirituum mul-
titudo adoret. Cum enim, inquit, introducit
Heb. 1. primogenitum in orbem terrarum dicit: Et ado-
rent eum omnes angeli Dei. Sed nos etiamsi
spiritu sancto inuncti sumus, & adoptionis gra-
tia locupletati, Dij quoque uocamur, naturæ ta-
men nostræ mediocritatem haud ignoramus.
Sumus enim ex terra, & inter domesticos seruos
censemur: ille uerò non est in eadem nobiscum
conditione, sed naturalis, ac uerus filius, omni-
um que etiam cœlestium Dominus. Et nequa- C
quā recte sapere dicemur, si carnem sine Deo na-
tam esse, aut diuinitatis naturam, humana non-
dum accepta, genitam esse per mulierem sense-
rimus. Potius autem unitate coniunctum, uer-
bum quod ex Deo, & hominem qui perfecte ex
uirgine natus est, unum Christum Iesum ac Do-
minum adorabimus: neque diuinitatis illum con
ditionibus carnis gratia ejicientes, neque in nu-
dam humanitatem, propterea quod similis no-
bis factus est, deprimentes. Ad hunc modum
cogitabis Verbum ex Deo natum spontaneam D
fuisse inanitionem. Ad hunc modum semeti-
psum humiliauit, forma serui accepta, qui secun-
dum propriam naturam liber est. Ad hunc, in-
quam, modum semen Abrahæ suscepit, & carnis
& sanguinis particeps factus est. Si nanque
nudus homo nostro more intelligatur, quomo-
do semen Abrahæ, quod natura alienum à se est,
accepit? Quomodo propriæ carnis particeps,
& per omnia fratribus similis factus dicitur? Si
enim quibusdam tantum propter dissimilitudi-
nem quandam, similis diceretur, ideo
tenderet, ut non esse similis, sed uideri duntaxat
putaretur. Suscepit itaque uerbum ex Deo
semen Abrahæ, & carnis ac sanguinis commu-
nionem, appropriato sibi, quod ex muliere est
corpore, ut non solum Deus, sed iam & homo se-
cundum nos factum, propter unitatem, intelliga-
tur. Igitur ex duabus quidem rebus, diuinitate

uidelicet, & humanitate, indubitato consistit Em
manuel: unus tamen est Dominus Iesus Christus,
unus etiam & uerus filius, Deus pariter & homo:
non homo diuinus, par illis qui ex gratia sunt, sed
potius Deus uerus in humana forma, propter nos
manifestatus.

Confirmat autem hoc nobis diuinus quoque
Paulus, dicens: Vbi uerò plenitudo temporis ue-
nit, misit Deus filium suum factum ex muliere, fa-
ctum sub lege, ut eos qui sub lege erāt redimeret,
ut adoptionem reciperemus.

Quis tandem ille est, qui & sub legem mis-
sus, & ex muliere, ut inquit, factus est, nisi idem ip-
se qui ut Deus, supra ut uerò homo quoque ap-
pellatur, sub legem factus est, ut fratribus per o- B
mnia similis redderetur? Etenim & didrach-
mum unà cum Petro, iuxta legem Mosaicam sol-
uit. Quod autem liber sit ut filius, & supra le-
gem ut Deus, & sub legem factus tanquam ho-
mo, ipse docet, dicens: Reges terræ à quibus ac-
cipiunt censum, aut uectigal? A filijs ne suis,
an ab alienis? Petro uero respondente ab alie-
nis, subiunxit: Ergo liberi sunt filij. Quum igi-
tur perspicuum sit, quod extra carnem existens,
& ueluti separatum uerbum quod ex Deo est,
non dicatur Christus, conueniat autem illi id no-
minis potius, ubi homo factus est. Age, age
inquam, ostendamus, ex ipsis sacris Scripturis du- C
ctis probationibus, quod natura Deus sit, & in u-
nitatem, eam inquam, quæ est ad propriam car-
nem coadunatum, quod ubi manifestum fuerit,
nostro iudicio admodum meritò Deipara beata
Virgo dicetur.

Propheta igitur Esaias tantum non homi-
nem futurum filium, & propemodum adfutu- Esaiæ 35.
rum præmonstrauit, dicens: Corroborate ma-
nus remissas, & genua luxata, consolationem
admittite, qui animo pusillo estis: corrobora-
mini, & nolite timere. Ecce Deus ueniet, & sal-
uabit uos. Tunc aperientur oculi cæcorum, &
aures surdorum audient. Tunc saliet instar cer-
ui claudus, & diserta erit lingua eorum, qui oris
sunt impediti. Vide igitur quomodo & Domi- κὰὶ βλέψ ε-
num uocet, & Deum nominet: & quidem in σαι γλῶσσα
spiritu loquens, quod Emmanuelem non simpli- μογιλάλων.
citer numine adflatum hominem, neque instru-
menti loco susceptum, sed uere Deum & homi-
nem futurum crediderit. Tunc enim, tunc in-
quam, & aperti sunt oculi cæcorum, & audie-
runt aures surdorū, tunc instar cerui claudus exi-
lijt, & diserta facta est lingua eorum, qui oris sunt
impediti. Ad hunc modū illum prædicare Euan-
gelistis præcepit spiritus, dicens: Supra montem
excelsum ascende, qui euangelizas Sioni: extol- Esaiæ 40.
le fortiter uocem tuam, qui euangelizas ciuitati
Hierusalem, extolle, ne timeas, dic ciuitatibus
Iudah: Ecce Deus noster, ecce Dominus cum
potentia uenit, & brachium eius cum dominatu.
Ecce merces eius cum eo, & opus eius ante eum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Sicut pastor gregem suum pascet, & agnos in A brachium suum colliget. Apparuit enim nobis Dominus noster Iesus Christus, potentiam Deo competentem, & brachium cum dominatu habens, hoc est, in potestate & authoritate.

Matth. 8. Lucæ 7. Vnde & leproso dicebat: Volo, mundus esto. Ad loculum etiam accessit, & filium uiduæ suscitauit. Agnos quoque congregauit. Est enim pastor bonus, qui animam suam posuit pro ouibus.

Ioan. 10. Quapropter & dixit: Sicut cognoscit me pater, & ego cognosco patrem, & animam meam pono pro ouibus. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & uocem meam audient, & erit unus grex, & unus pastor. Diuinus etiam Baptista Ioannes, cum præconia sua de Christo ordiretur, neque organum diuinitatis illum, neque simpliciter hominem numine adflatum, ut quidam uolunt, sed magis Deum cum carne, hominem uidelicet factum, ijs qui per uniuersam Iudæam habitabant, euangelizabat, dicens: Parate uiam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. Cuius igitur, quæso, uias parare iussit, nisi Christi: hoc est, uerbi, quod in humana forma apparuit? Arbitror autem argumentum hoc sufficere ad faciendam fidem. Præterea & beatus Paulus attestatur, dicens: Quid itaque dicemus? si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis illum tradidit, & quomodo non omnia nobis simul cum illo largietur? Dic tandem mihi quomodo proprius Dei filius intelligatur, qui ex beata Virgine natus est? Quemadmodum enim homini, & unicuique animanti, proprium est quod ex ipso secundum naturam natum est: ita proprium Dei est, quod ex ipsius essentia esse intelligitur, ac dicitur. Quomodo igitur Christus proprius Dei filius nominatus est, qui pro omnium salute ac uita à Deo, ac seruatore sit traditus? Traditus enim est propter delicta nostra: Et ipse multorum iniquitates in corpore suo supra lignum tulit, sicuti de illo beata uox testatur.

Matth. 3. Marc. 1. Lucæ 3. Rom. 8.

Est itaque manifestum, quod unitatis uerbum usurpatum, necessario proprium Dei filium pronunciet eum, qui ex sancta Virgine natus est. Corpus enim ex ea prodijt, non D cuiusquam alterius ex nobis: sed proprium ipsius uerbi, quod ex patre est, & postea ex uirgine natum. Quod si quis nudum illi & solum organicum ministerium tribuerit, auferet illi, etiamsi nolit, ueri quoque essentiam filij. Ponatur enim, ut exempli gratia dicam, homo quispiam, cui pater sit lyræ artificio præditus, & qui exacte psallere sciat. An qui talis est secundum lyram & organum cantici, loco filij cum filio censebitur?

Verum quomodo non admodum stultum fuerit, si quispiam hoc dicat? Lyra quippe in argumentum artis assumpta est, hic uerò etiam sine organo parentis est filius. Si uerò dixerint, eum qui ex muliere est in ministerium ad hoc esse assumptum, ut miracula per eum, una cum euangelico illo diuinorum dogmatum præconio perficerentur, dicatur etiam quispiam sanctorum prophetarum diuinitatis organum, idque præ omnibus reliquis hierophantes ille Moses, qui leuata uirga Aegypti fluuios uertit in sanguinem, ipsoque etiam mari diuiso, per medios fluctus Israelitas transire præcepit, percussas quoque petras aquarum profluuio reddidit inundantes, & è dura rupe fontem exhibuit.

Mediator etiam inter Deum & homines constitutus legis factus est minister, & populorum instructor. Nihil erit igitur amplius in Christo, & nequaquam meliore conditione, eos qui ante ipsum fuerunt, excellit: ut qui pari modo in ministerium, & ordinem organorum assumptus sit, & nugatus est diuinus Dauid, sicuti consequens est, cum dixit: Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino? similis erit Deo? mino inter filios Dei? At aliter sapientissimus Paulus, Mosen quidem inter domesticos ceu seri pronunciat: Deum uerò Dominum uocat ex muliere per dispensationem genitum, hoc est, Christum. Scriptum est quippe ab illo ad hunc modum: Itaque fratres sancti, cœlestis uocationis participes, considerate Apostolum, & Pontificem confessionis nostræ Iesum, quod fidelis sit ei, qui ipsum fecit, sicuti & Moses in tota domo ipsius. Tanto quippe maiore gloria, quàm Moses, hic dignus est habitus, quanto maiorem habet honorem is, qui construxit domum, quàm ipsa domus. Omnis namque domus construitur ab aliquo. Qui autem omnia construxit Deus est. Et Moses quidem fidelis fuit in tota domo illius, tanquam minister in testimonium eorum, quæ dicenda erant. Christus uerò tanquam filius supra domum ipsius, cuius domus sumus nos. Vide itaque quomodo & humanitatis illi mediocritatem seruauerit, & simul supremæ, Deo quæ competentis dignitatis excellentiam attribueret. Cum enim Pontificem illum & Apostolum dixit, deinde & fidelem factum ei, qui ipsum fecit: admodum commode asseruit, quod tanto maiore sit gloria dignus habitus, quam Moyses, quanto maiorem habet honorem is, qui domum construxit, quàm domus ipsa, & subiecit: Omnis enim domus construitur ab aliquo, qui autem omnia construxit deus est.

Itaque diuinus quidem Moyses inter facturas, & structuras positus, omnium uerò conditor declaratus est Christus. Atqui Dei esse addit, omnia construere. Verus igitur absque ulla hæsitatione Deus est. Et Moses quidem in tota domo fidelis fuit ueluti minister: Christus uerò tanquã filius supra domum ipsius, cuius domus sumus.



sumus nos. Et quidem Deus per prophetarum A uocem dicit: Quoniam habitabo in illis, & ambulabo in illis, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Sed dicet forte quispiam, hanc inter Christum & Moysen differentiam quis intelliget? siquidem uterque ex muliere geniti sunt, quomodo ille seruus, et tanquam fidelis in domo fuerit: iste uerò & natura Dominus sit ac filius & supra domum ipsius, hoc est, supra nos. Ego uerò rem hanc nemini non esse perspicuam, nisi sensu sit ac mente Christi, iuxta beatum Paulum, destitutus. Nam ille quidem homo & sub iugo seruitutis erat, iste uerò natura liber, tanquam Deus & opifex omnium, uoluntariam quidem propter nos inanitionem subijt, uerum non ita, ut illius gratia Deo competentem gloriam, aut eminentissimam illam supra uniuersos ullo modo amiserit excellentiam. Quemadmodum nos enim eiusdem spiritus nacti diuitias (habitat enim in cordibus) loco quidem filiorum Dei habemur, attamen licet in hac dignitate sumus, non tamen id quod sumus abiecimus. Sumus enim natura homines, etiamsi Deo dicamus: Abba pater. Eadem ratione & Deus uerbum illud ineffabili modo ex Dei ac patris essentia genitum, humana natura accepta, honore quidem illum affecit, propriam tamen excellentiam non amisit, & nihilominus in assumpta humanitate mansit Deus. Non dicimus igitur templum illud, quod ex uirgine est organi uice assumptum, sed magis fidei sacrarum inhærentes Scripturarum, & sanctorum uocibus iuxta sententias iam antea nobis sæpenumero traditas, uerbum incarnatum esse sentimus. Hoc quippe modo animam suam pro nobis posuit. Quoniam enim mors ipsius mundo salutaris erat, pudore contempto crucem pertulit, licet natura uita esset & Deus. Quomodo igitur uita mortua esse dicitur? Mortem uidelicet in propria carne passa, ut illam uitæ restituendo uita esse manifestaretur.

B

C

G

Quemadmodum enim in Adam omnes morimur: ita in Christo uiuificabimur. Nisi enim humanitus pro nobis esset passus, neque salutem nostram diuinitus esset operatus. Dicitur enim primum qui dem ut homo mortuus esse: postea uerò uirtute propriæ naturæ reuixisse. Itaque si non est mortem in carne secundum Scripturas passus, neque etiam spiritu uiuificatus est, id est, non reuixit.

Quod si hoc uerum est, inanis est fides nostra, & adhuc sumus in peccatis nostris. (Sumus enim secundum apostoli Pauli uerba, in mortem eius baptizati, & peccatorum nostrorum remissionem per sanguinem eius adepti) & si Christus neque uere filius est, neque natura Deus, sed secundum nostram conditionem nudus homo, & diuinitatis organum, haud quaquam per Deum saluati sumus, sed per eum potius, qui unus ex nobis, pro omnibus est mortuus, & per alienam potentiam resuscitatus. Quomodo igitur per Christum destructa est mors? Atqui manifeste illum de anima sua dicentem, audio: Nemo auferet illam à me, sed ego pono eam. A meipso potestatem habeo ponendi eam, & potestatem etiam habeo iterum sumendi eam. Nobiscum enim per carnem in mortem descendit, qui mortem non nouit, ut & nos cum ipso ad uitam ascenderemus. Reuixit enim spoliatis inferis, non ut nostræ conditionis homo, sed ut Deus nobiscum & supra nos in carne. Lucrifecit autem natura carnis in illo primum incorruptionem, & contrita est mors per corpus illud uitæ, in pœnam hosti competentem prolapsa.

Quemadmodum enim in Adam uictoriam obtinuit, ita in Christo uicta cecidit. Diuinus itaque Psaltes Christo propter nos & pro nobis ad patrem ac Deum in cœlos, ut habitatoribus terræ peruium exhibeat cœlum ascendenti, triumphales odas accini suasit, dicens: Ascendit Deus in iubilo, & Dominus in uoce tubæ: psallite Deo nostro psallite, psallite regi nostro psallite, psallite intelligenter. Regnauit Deus super omnes gentes.

Et Paulus alicubi de illo ad hunc modũ loquutus est: Qui descendit, idẽ ipse est qui & supra cœlos ascendit, ut adimpleret omnia. Tunc igitur & uere Deus est, & rex iuxta naturã. Dictus est autẽ & Dominus gloriæ, crucifixus ille. Quo igitur pacto quispiam beatam Virginem uocare Deiparam dubitauerit? Adora Christũ, tanquam unũ, nec in duos illũ post unionẽ diuidas. Tunc frustra ridebit insanus Iudæus, tũc reuera reus erit occisi Domini

D

Universidad de Deusto
Biblioteca



mini, deprehendetúrque deliquísse non in eum, A qui noſtræ ſit conditionis : ſed in ipſum omnium ſeruatorem Deum, & certò audiet: Væ genti peccatrici, populo pleno peccatis, ſemini nequam, filijs iniquis, reliquiſtis Dominum, & irritaſtis ſanctum Iſraelis. Nec gentium poſteri Chriſtianorum ullo modo ſubſannabunt fidem. Adoramus enim non nudum hominem, abſit: ſed eum potius qui natura Deus eſt, non ignorantes illius gloriã, qui licet nobis factus ſit ſimilis, quod tamen erat permanſit, hoc eſt Deus, per quem & cum quo ſit Deo patri cum ſancto ſpiritu gloria in ſecula, Amen.

## EPISTOLA CYRILLI EPI-
## ſcopi Alexandrini ad Ne-
## ſtorium. B

*Religioſiſſimo ac pijſſimo ſacrorum comminiſtro Neſtorio, Cyrillus in Domino S. P. D.*

Epiſtola 1. ADfuerunt hic Alexandriæ uiri quidam uenerabiles & fide digni, qui ſignificarunt nobis pietatem tuam uehementer indignari, & omnem lędendi mei uenari occaſionem. Cum autem cognoſcere cuperem, qua nam in re læſa eſſet tua pietas, epiſtolã quandam ad ſanctos monachos conſcriptam, à nonnullis Alexandrinorum circumferri: & hanc odij & iniuriæ cauſam eſſe factam, reſponderunt. Admiratus itaque ſum, an non illud potius apud ſeipſam reputauerit pietas tua. Non enim primum per ſcriptam hanc meam epiſtolam tumultuatio iſta in fide cœpit, ſed per quædam pietatis tuæ dicta. Aut non etiam antequam chartæ illæ, ſiue exegeſes circumferrentur moleſtiam hanc tulimus, eos qui peruerſi ſunt corrigere uolentes? Prope nanque uſq; adeò quidam ſeducti ſunt, ut non ſuſtineant amplius cõfiteri, quod deus ſit Chriſtus, ſed quod ſit magis organum & inſtrumentum diuinitatis, & homo numine afflatus, & quid non ultra etiam talium ineptiarum? Quod igitur indignati ſumus, eorum eſt gratia factum, quæ pietas tua dixit, aut non dixit: chartis enim quæ circumferuntur, non multum fidei tribuo. Cum itaque fides lædereturr, & tam multi peruerterentur, D quomodo tacendum nobis fuit? An non ſiſtemur ad tribunal Chriſti? Non reddemus intempeſtiui ſilentij rationem, cum ſimus ab illo ad hoc ordinati, ut quæ dicenda ſunt dicamus? Quid autem nunc faciam? Siquidem cum tua mihi pietate conſultandum eſt. Significa quid ſentias de religioſiſſimo & pientiſſimo Romanę Eccleſiæ Epiſcopo Celeſtino: & his qui cum illo ſunt Deo dilectiſſimis Epiſcopis, de que chartis ad eos, neſcio quo pacto delatis, an illæ pietatis tuæ ſint, aut non ſint. Scribunt enim tanquam uehementer offenſi. Quomodo autem illis, qui ex omnibus orientis Eccleſijs ad nos ueniunt, & contra has chartas inter ſe commurmurant, medebimur? Aut forſitan pietas tua parum tumultus Eccleſijs ex talibus homilijs obortum eſſe putat. Luctamur omnes, & laboramus, eos qui neſcio quomodo ut aliud ſentiant, inducti ſunt, ad ueritatem reducere cupientes. Cum igitur omnibus obmurmurandi neceſſitatem pietas tua induxerit, quæſo quo me iure accuſat? quomodo me odit, & ſine cauſa contra me uociferatur, & non magis ſuum ipſius ſermonem emendat, ut totius orbis ſedetur offenſio? Licet rumor iſte ita effluxerit, ut ad populum quoque peruenerit, corrigatur tamen uſitandi diligentia. Dignare ijs qui offenſi ſunt dictionem hanc largiri, ut beatam Virginem Deiparam uoces, ut his qui contriſtati ſunt medentes, & rectam ubique ſententiam habentes in pace & concordia populorum Eccleſiaſticos conuentus celebremus. Ne dubitet autem pietas tua, nos omnes ad hoc paratos, ut patiamur, & carceres quoque, ipſam etiam mortem experiamur. Dico autem in ueritate, quod adhuc beatæ memoriæ Attico ſuperſtite liber mihi de ſancta, & coeſſentiali Triade conſcriptus eſt, in quo & de incarnatione unigeniti facta eſt mentio, ijs quæ nunc ſcripſi conſona. Et hunc ſeorſum quidem ipſi & epiſcopis ac clero, & ijs qui è plebe ſtudioſi erant auditores legi, hactenus uerò nemini tradidi. Verisimile itaque eſt, iam iterum edito hoc ſermone accuſari me, q̃ an te pietatis tuæ ordinationem oratiunculam hanc compoſuerim.

## C EPISTOLA NESTORII AD
## Cyrillum Alexandrinum, per Lampo-
## nem presbyterum & mo-
## nachum.

*Domino meo pientiſſimo & ſanctiſſimo ſacrorum comminiſtro Cyrillo, Neſtorius in Domino S. P. D.*

CHriſtiana moderatione nihil eſt robuſtius. Epiſtola Hacíam per religioſiſſimum presbyterum Lamponem ad ſcribendum impulſi ſumus, qui nobis de pietate tua multa retulit, multa etiam audiuit, nec deſtitit, donec iſtas à nobis exigeret literas, atque ita per huius uiri impulſum deuicti ſumus. Multum enim timoris mihi, fateor, per cuiuſque Chriſtiani uiri moderationem incutitur, ut quæ Deum ipſum in ſe manentem poſſidet. Et ad hunc modum nos quidem comparati ſumus (quanquam multa abs pietate tua fraterne charitati non conuenientia: oportet enim me minus petulanter dicere, committantur) ut animi lenitatem & amicum per literas ſalutandi officium retineamus. Verum ipſa docebit experientia, quem ſit iſte religioſimi presbyteri Lamponis uehemens impulſus allaturus fructum. Vniuerſam quæ tecum eſt fraternitatem ego & qui mecum ſunt, ſaluere iubemus.



*Sacra pientiſſima Theodoſij regis ad Cyrillum Epiſcopum Alexandriæ.*

1444. NObis quidem plurimũ eſt cordi pietas illa, propter quã qui deliquerunt ignoſci ſibi petunt, ijs tamẽ ille parum adfert laudis, qui à nobis extolli & præcipuę religionis gratia honore affici debebant. Sacerdotes uerò, cùm propter morum probitatem tum exactæ fidei gratia ſuſpiciendos eſſe, & per omnem uitam animi ſynceritatem oſtendere, ac ſcire oporter, cuiuſque rei naturam, præſertim quæ pietatis doctrinam concernunt, moderato potius quærendi ſtudio quã præfracta pertinacia inueniri. Etenim ab initio nobis illam non dominantis cuiuſquam, aut qui dominari ſe putaret, comminationes, ſed ſanctorum patrum ac ſacræ ſynodi ſententia conſtituit. B Quamuis nemini non manifeſtum eſt, religionem mandato potius firmam conſiſtere, quàm conſenſu. Nunc igitur doceat nos pietas tua quanam ratione, & nobis, qui religione tantopere ſemper delectati ſumus, & ſacerdotibus qui circunquaq; ſunt, quos in unum coactos ſatius fuerit quæſtionem hanc dirimere, contemptis perturbationem iſtam ac ſeparationem, quantum in te eſt, Eccleſijs inieceris, utpote qui doctrinæ pietatis plꝰ temerarij impetus quàm cautionis adhibueris, quaſi apud nos non plus poſsit ſollicita diligentia quàm audacia & uerſutia, & non præ illis arrideat nobis animi ſimplicitas. Quanquã non ita magnum nobis futurum honorem duximus, ſi abs pietate tua obſeruemur, neque quod omnia conturbarentur, ſi indignationem quandam oſtendere uideremur. Iam uerò hoc nobis eſt, quomodo ſacra reſtituatur tranquillitas. Scias autem omnia te non ut oportebat, commoſſe. Nec mirum eſt, eum qui modum exceſsit, conatus ſuos non in ijs quæ Eccleſiam & cõſacerdotes concernunt terminaſſe, ſed & de nobis ipſis indignum quid pietate noſtra credidiſſe. Aut quam rationem habet, quod alia ad nos & ad piiſſimã Auguſtam Eudociam, coniugem meam, & alia ad ſororem meam pientiſsimam Auguſtam Pulcheriam ſcribis? An putaſti inter nos eſſe diſſenſionem, aut futurum ſperaſti ut propter literas pietatis tuæ diſſentiamus, quod tamen, etiamſi factum eſſet, & ita comparati eſſemus, culpabile tamen eſſet eum qui adeò procul abeſt curioſe res noſtras cognoſcere, ſi factum non eſt, uelle ut fieret, quaſi nulla ſit alia occaſio, qua celebris reddi poſsis. Vt itaque cognoſcas, quo in ſtatu ſint res noſtræ, & eccleſias ſcias & regnum noſtrum eſſe unitum, & adhuc amplius noſtro iuſſu adſpirante Dei ſeruatoris noſtri prouidentia uniendum: ad hæc & pietati tuæ ignonum eſſe, ne prætextus quis relinquatur, ut propter pietatis doctrinam adflígi te dicere poſſis. Volumus enim illam coacta ſacra Synodo uenilari, & hactenus prævalere, quatenus decreuiderit. Siue autem ueniæ participes futuri ſint, ſiue non ſint, qui à patribus uicti fuerint, nos ſanè non patiemur, ut ſimul & urbes, & Eccleſiæ turbentur, neque ut inexcuſſa nobis ſit ea doctrina, cui dijudicandæ præfici oporteat eos, qui circunquaque ſacerdotio præſident, & per quos in ſententia ueritatis ſtimiores & ſumus, & poſt hac erimus. Prorſus autem nemo, uel modice ad rempublicam pertinens tanti ſe faciat, ut confidenter agat, aut qualicunque fiducia fretus ſententiam condemnationis cuaſurum ſe ſperet. Id enim etiam ſi conſulto tentetur, repugnante tamen noſtro numine, haud licebit: quod de talibus præcipere mauult, quàm uel conſulere, uel aliorum admittere conſultationem. Oportet itaque pietatem tuam comparere ad præſcriptum tempus, quod alijs literis ad uniuerſos Metropolitanos Epiſcopos ſcriptis, ſignificatur: nec ullo modo ſperare noſtrum recuperari poſſe fauorem, niſi uniuerſa moleſtia & perturbatione ſublata, ad examinationem motarum quæſtionum ultrò accurras. Etenim ita uideberis nec priuato implicitus dolore, nec hoſtile quiddam ſpirãs quæſiam commiſſa ſunt, acerbe quidem & præter rationem, omnino tamen pro tuenda opinione feciſſe, & quæ ſequentur iure tranſigi uelle. Necp enim aliter animatos feremus.

*Epiſtola Cyrilli ad eos ſcripta, quorum fuerat literis ob id accuſatus, quod ad impiam Neſtorij doctrinam quam in peius ſerpere audierat, haud tacuiſſet.*

QVoniam mihi pietas ueſtra ſcripſit religioſiſsimum Neſtorium offenſum eſſe ex eo quod literas ad ſolitarios dedi, retrahere uolens eos qui ex rumore iſto offenſaculum eſſent paſsi: neceſsitate adigor, ut dicam hoc non tam à me, quàm ab ipſius eſſe pietate factum. Nam ijs ego hominibus, qui offendiculum ex ipſius paſsi ſunt expoſitione, rectæ fidei doctrinam expoſui, ipſe uerò in eccleſia catholica & orthodoxorum: Dorotheum epiſcopum tulit manifeſte dicentem, anathema eſſe ſi quis Mariam dicat eſſe deiparam. Nec ſolum tacuit, cum hoc illum audiebat dicentem, ſed mox eum in myſticam quoq; communionem accepit, & myſteriorum participem reddidit. Sumus itaq; ipſo preſidente, ne dicam interea ab ipſo anathemate percuſsi. Necꝙ enim ille præter huius ſententiã talia prolocutus eſt in eccleſia. Ergo lata eſt anathematis ſententia, cũ in nos qui adhuc ſuperſtites ſumꝰ et totius orbis epiſcopos, tum in patres noſtros, qui hinc ad deũ migrarunt. Quid igitur prohibebat, ne & nos uocibus illius contraria ſcriberemus, anathema dicentes, ſi quis Mariam dicat non eſſe deiparam. Verum id hactenus illius gratia nõ feci, ne ſint qui dicant, per cuſsit illũ anathemate Epiſcopus Alexandrinus, Synodus uidelicet Aegyptiaca. Vbi uerò qui in occidente ſunt & oriente religioſiſsimi epiſcopi, omnes ſe anathemate percuſſos eſſe cognouerint (nam omnes ſanctam Mariam deiparam eſſe dicunt) quomodo animati erunt? Aut quomodo non omnes offendentur? idq; etſi non propter ſe ipſos

ipsos certè propter sanctos patres, in quorum cō mentarijs perpetuo sanctam uirginem deiparam nominatam deprehēdimus. Nisi molestum futurum uideretur, multa sane multorū sanctorū patrum uolumina mitterem, in quibus reperire licet haud semel, sed multoties uocem hanc positam, qua beatam uirginem deiparam esse cōfitentur.

*Alia epistola Cyrilli ad quendam Nestorij sectatorem.*

Epistola 6. NOui dilectionis tuę synceritatem, nec me latet quo sis diligentię serio præditus. Etsi ad eos scriberem quibus nō innotuit ingenium meū multis utiq; uerbis huc conarer, ut persuaderem me uehementer esse pacis studiosum, & nec contentionis, nec litium amantem, sed & amare quosuis & ab omnibus amari cupientem. Quoniam uerò ad eum scribo cui ignotus non sum, paucis hoc patefacio, quod si rerum et facultatū amissio ne fratris posset componi offensio, hoc me facturum fuisse percupide, ne quid dilectioni prępone re uiderer: uerum quoniam fidei habenda est ratio, & offendiculum passæ sunt quotquot per uniuersum, ut paucis dicam, Romanorum principatum sparsæ sunt ecclesię. (Neque enim quisquam est, ex quacunque tādem ciuitate aut regione ueniat, qui nō interroget, qui nam isti sint rumores & quæ noua doctrina ecclesijs inferat) ad ista qd faciemus quibus mysterij huius sermo corā Deo cōcreditus est, quos initiati in die iudicij in ius uocabunt? Nam omnino ita se fidem seruasse dicturi sunt, quemadmodū à nobis imbuti sint. Quod si hoc recte exequuti fuerimus, recipiemus mercedē, imò & laudem consequemur, si uerò aliter & peruerse, quę nobis flammæ ad supplicium sufficiēt? Audiemus enim illud: Terram meam perdidisti, & populum meum occidisti, sicut scriptum est. Et laicorum quidem pro sua quisque uita rationem reddet: nos uerò, quibus sacerdotalium munerū onus incumbit, non pro nobis ipsis duntaxat, sed simul & pro uniuersis in Christum credentibus, causam dicemus. Me itaque non offendit ulla iniuria uel contumelia, nec quamuis multa illa conuicia, quibus me petunt quidam, de quibus nihil tale suspicabar, sed in oblitionem abeant hæc omnia. Iudicabit autem eos Deus qui talia nugati sunt. Modo salua sint quæ fidem concernunt, et amicus ero & dilectus, nec cuiquam cōcedam, ut me religiosissimum episcopum Nestorium dilegendo superet, quem etiam (coram deo loquor) in Christo celebrem esse cupio, & probrum hoc quod ex ijs quæ commissa iam sunt, ortum est, è medio tollere, & ostendere sycophantiam esse, nō ueritatem, quæ à nonnullis in causa fidei uulgata sunt. Si eos etiam à Christo, qui nos odiunt diligere præcipimur, quomodo non consequens est, multo magis & fratribus & consacerdotibus hoc esse faciendum? Si uerò fides destruatur à quopiam, nostras ipsorum animas non trademus? Etsi patiendā sit ipsa quoque mors, nulla erit hæsitatio. Si nanq; ueritatē pro gloria Dei fateri non audebimus, ne in molestias aliquas incidamus, qua fronte sanctorum martyrum encomia coram populis celebrabimus, quos ob id laudamus, quod ad mortem usque pro ueritate certamen sustinuerunt?

*Cyrillus Episcopus Alexandriæ ad Clericos Constantinopolitanos dissidijs laborantes.*

Epist. 7. LEgi commentarium, quod missum est à uobis, ex quo cognoui Anastasiū presbyterū, qui nobiscum conuersatur, studiū amicitiæ & pacis simulasse, ac dixisse, Ita nos sentimus, sicut ille ad solitarios scripsit: deinde ad propriū scopum respicientem ita de me loquutum esse. Et iple dixit sanctam Synodum uocis huius, deiparę uidelicet, nullam fecisse mentionem. Ego uerò ad hūc modum scripsi: Etiamsi Synodus uocis huius nō meminit, recte id fecit. Neq; enim tum temporis tale quid inquæstionē uenerat, unde necesse non erat, in medium adferre quæ nunc controuertuntur. Quanquam si sensuum uim diligēter expendas, non ignorauit beatā uirginem esse deiparā. Genitum enim ex patre, per quem facta sunt omnia, hunc ipsum dicit incarnatum, hominem factum ac passum, resurrexisse ex mortuis, ascendisse in cœlos, & reuersurum iudicem uiuorum ac mortuorum. Non est autem omnino uerbum illud quod secundum naturam ex Deo natum est, mortuum aut lancea in latere percussum. Nam quale latus habet, dic quæso, quod incorporeum est? Aut quomodo mortua est ipsa uita? Verum quoniam carni unitum est uerbum, factum est ut illa patiente, uelut proprio patiente corpore, sibi ipsi uerbum passionem illius appropriarit. Falluntur itaq; ac seducunt seipsos ista dicētes. Quod enim mentiantur, et proprium uirus corde conditū habeant, uel ex eo uidere est, quod Buphæ Martyrio diacono rerum ecclesiasticarum curam gerenti duas chartas miserunt: unam à Photio aut alio quopiam cōtra epistolam meam, quam ad solitarios scripsi cōpositam: alteram tanquam incomprehensibilem in specie, quod ad inscriptionē attinet, quaternionem. Habet autem ad hunc modum: Aduersum eos, qui propter coniunctionē interimunt diuinitatem unigeniti, aut humanitatem illius deificant. Proœmium uero in maledicta ab hæreticis tanquam acerbe facta inuehitur, & uelut ostendere conatur, corpus esse quod passum est, non Deus uerbum, quasi sint qui dicant uerbum Dei, quod nulli est passioni obnoxium, passioni esse subiectum. Sed nemo usque adeò insanit, ut hoc dicat. At, ut sæpenumero diximus, sacrosancta Synodus ipsum Dei uerbum, per quod facta sunt omnia, passum esse dixit, passum uidelicet in carne, secundum scripturas. Cum enim corpus eius passum sit, ipsum quoq; uerbum passum esse dicitur. Nam et ipsa hominis anima, etiamsi passioni non sit obnoxia, in sua tamen natura pati dicitur, cum corpus ipsius patitur. Verum quoniam scopus illis est, ut duos Christos faciāt, & duos filios: unū qui seperatim sit homo, alterū qui seperatim sit deus: deinde et personarū duntaxat unitatem constituant, eam ob causam astute uariant, & prætextus in peccatis sicuti scriptū est, quærunt. Itaque si quando cum illis miscendum est colloquium, hæc ad eos dicite: Malicioseq; quidem facitis, quod quosdam subornatis, qui contra Episcopū nostrum nugentur, quos fotos à uobis & applausibus uestris adiutos instrumēta malitiæ uestræ facitis, attamen non hic est offensionis prętextus, imò omnino nō est Episcopus noster inimicus eius quem hic habetis. Ostendit autē uniuersos cum Orientis tum Occidentis Episcopos, propterea quòd nō recte de Christo, sed peruerse loquitur. Ad euidentem enim probationē ac deprehensionē eius sufficit quod ista à nemine unq; in Ecclesijs sunt dicta, quale uidelicet est quod in illius positū est exemplaribus, ad hunc modum: Beneuolentiam erga me non metior clamoribus, sed desiderio erga dogmata, si mentio fiat diuinitatis Domini pariter & humanitatis. Et paulò post: Et rationē habeo populorū nostrorū qui multū quidē religionis & ardentissimā nacti sunt pietatem, in doctrina uerò & scientia Dei pleni sunt ignorātia. Hoc autem nō ad culpandū laicos dixerim, sed, ut modeste quodammodo dicam, hoc taxārim, q doctoribus tantū nō est opportunitatis, ut de ex actioribus dogmatis aliquid uobis proponant. Quomodo qui ipsum antecesserunt, operā doctrinæ nō dederūt? An eloquētior est Ioannes? Forsan & beato Attico est intelligentior? Quid hoc supercilij est? Quin potius quomodo non perspicuē cōfessus est, doctrinā induxisse se peregrinā et inusitatā, nec maioribus propter illius absurditatē siue in cōcilio siue in sanctis Ecclesijs probatā. Nihil itaq; mihi cum eo de his rebus hactenus est cōmercij. Cōtingat hoc potius, ut relipiscat, & rectā fidē confiteat. Hoc si fecerit, quæ in me irritādo, & inimicos cōtra me armando cōmisit, corā deo excusata erūt. Mirū uerò nō est, q nobis maledicūt ciuitatis illius stercora, Charemō, Victor, Sophronas, et fermētati Flauiani Pedarillio. Semper mali fuerūt, cū erga seipsos, tū erga uniuersos. Sciat autē qui hos cōtra nos excitat, non esse nos usq; adeò meticulosos, uel peregre proficisci, uel actorum nostrorū rationem cōtra eos reddere detrectemus, si qua illius aliquādo dabitur opportunitas. Accidit enim, ut modicarū & uilissimarū rerū occasione Synodū cogat seruatoris nostri dispēsatio, ut Ecclesiā suam, imaculatā & incōfusam ac generosam fidē habentē repurget. Nec speret miser ille futurū, ut rerū nostrarū sit iudex, idq; ex Amphilochij epistola, etiamsi plures nos & qui autoritate quoq; ualeāt sint accusaturi. Expetemus em ut illuc ueniatis, uolēte Deo, cōparēre liceat, illiusq; remissione, etiam sine maledictis. Nequaq; ob id pacem fugimus, sed hāc magis arripimus, modo fiat rectę fidei cōfessio, cessentq; talia dicere, quæ tanq; petroboare & insolita adferētes mortē hanc prouocēt. Habet aūt maledictorū ipsorum quaternio



quem miserunt, tantū peruersitatis, ut inficiat lectorē. Quoniā uerò culpat, tanq; lectionē scripturæ inusitatā dixerit sancta Synodus, ubi B. uirginē Theotocō nominauit, rogentur ipsi ubi Christotocō aut Theodochō scriptū repererint. Prętera & illud ad uerbū sic inseruit. De uirgine Theodocha non perinde cōmentemur theologicè atq; de Deo, nescięs prorsus quid dicat. *id est, quæ dei capax fuit.* Nam si deū non peperit, nec in utero Christū, existentē Deū habuit, quomodo Theodochos est? Et patrē ipse Theotocō esse dixit. Vbi, oēs has uoces legerit, ignoro. Verū quoniā & pleræq; aliæ reprehēsiones ex illius narrationib. excerpunt, seruabūtur suo tempori, nisi harū illū pœniteat. Libellū aūt precatoriū missum à uobis, quemadmodū Regi quidē haud pręter nostrā sentētiā porrigi oportuit, acceptū legi: quoniam uerò uel ad ipsum uel ad fratrē, uel quoquo mittendū dixerim, prolixam exigebat excursionē, hactenus illū retinui ne cōtingat ut nobis dicat, accusastis me apud Regē, uelut hereticū. Protestati tamen interea sumus, quod posthac iudiciū ipsius assignata inimicitiæ ratione, recusaturi simus, & causam hāc, si illi omnino insteterint, ad alios principes trāslaturi. Cū itaq; libellū hūc legeritis, tradite illi, si necessitas poposcerit, et si uideritis eū in his perseuerare insidijs, & certe omnē aduersum nos mouere lapidē, scribite diligēter. Eligā uiros religiosos & prudētes, cū Episcopos tū solitarios, mittamq; illos primo quoq; tępore. Neq; em oculis meis, sicut scriptū est, somnū dabo, neq; palpebris meis dormitationē, nec requiē temporib. meis, donec certamē hoc, quod omniū salutē cōcernit, decertauero. Itaq; cū didiceritis nūc nostrā sentētiā, uiri estote. Iam em aderūt à nobis literę, & quę, & ad quos oportet. Est. n. scopus mihi, ppter fidē in Christū quēcūq; subire laborē, et ferre quosuis cruciatus, etiā eos q in tormētis acerbi putātur, donec ob hāc causam mortē etiā, mihi iucundā, pertulero.

*Religiosissimo ac pientissimo sacrorū cōministro Nestorio, Cyrillus in Domino salutem.*

Epistola 8. NVgantur quidā corā pietate tua, sicuti cognouimus, cōtra existimationē meā, idq; absq; intermissione, eorū, qui in magistratu sunt cōuictus occasionē obseruātes, pręsertim cū forsan auribus tuis delectationē aliq; adferre se putāt. Et uoces etiā incōsultas iactant, cū nulla sint iniuria adfecti, sed reprehēsi tantū, atq; id benigne ille, quod cæcis & pauperibus iniuriā intulerim, alius quod ensem in matrē uibrauerim: rursum alius quod auri alieni furto ablati reus seruierim, taliq; perpetuo suspicioē laborauerim, cū ne inimicissimo quidem cōtingere optauerit quisq;. Veruntamē eorū qui tales sunt nō multā habeo rationē, ne ultra pręceptorē ac dominū, imò ne ultra patres, tenuitatis meę mēsurā extēdā. Fieri em nequit, ut malorū improbitatē, utut uitam instituas, effugias. At illi os maledictione et acerbitate refertū habētes, omniū iudici sunt reddituri rationē. Ego uerò rursus huc tendā, ut quod me

potíssimũ decet prestẽ admonebo& te etiãnum A tanc̃ fratrẽ in Christo, ut doctrinę sermonẽ ac fi dei sensum cũ omni cautione populis dispenses ac cogites, quàm intolerabili sit indignatiõi Dei obnoxius, q uel unũ eum& ex modicis in Christum credẽtibus offenderit. Iam uerò cũ tanta sit eorũ multitudo, q offensi sunt, quõ nõ eo deuenimus, ut opus sit omni diligẽtia, cũ ad hoc, ut, sicut oportet, offensiones amputemus, tũ ut his qui ueritatẽ quęrũt, sanũ fidei sermonẽ inuestigemus? Et hoc admodũ recte faciemus etiã si in excutiẽdis sanctorũ patrũ sermonib. seduli, & eos magnificare studuerimus, & nos ipsos in fide, probatos reddiderimus, & ad formã, quæ in eorũ rectis & irreprehẽsibilibus sentẽtijs cõscripta est, nostras cogitationes scite cõposuerimus. Dixit B

*Nicena Synodus.* tac& sacra & magna Synodus, ipsũ ex deo & patre secundũ naturã genitũ, filiũ unigenitũ, Deũ uerũ ex Deo uero, lumẽ ẽ lumine, per quẽ pater omnia cõdidit, descẽdisse, incarnatũ, hominẽ factum, passum, resurrexisse tertia die, & ad cœlos ascẽdisse. Istis sermonibus ac dogmatis & nos adhęrere oportet, cogitãtes quid sit, sermonẽ q ex deo est, incarnatũ esse & hominẽ factũ. Non eñ uerbi naturã mutatã, carnẽ esse factã, neq; in totũ hominẽ, qui ex anima est & corpore, mutatã esse, sed hoc potius dicimus, q̃d uerbum sibi ipsi carnẽ anima rationali uiuificatã, secũdũ subsistẽtiam, modo qui nec edici nec inuestigari queat, adunârit, homo& factũ ac filius hominis appellatum sit, id& nõ solum secundũ uoluntatẽ ac placitũ, neq; tanc̃ in personati hominis assũptiõe. Et licet differẽtes inter se naturę, in uerã sint unitatẽ cõiunctę, q̃d unus tamẽ ex utrisq; sit Chri-

*Differentia naturarũ in Christo nõ sublata.* stus ac filius, interim nõ sublata differẽtia naturarum quę potíssimũ nobis unũ, dominũ, & Christũ, & filiũ, ppter coadunationẽ arcano et inenarrabili diuinitatis et humanitatis ad unitatẽ cõcursu absoluũt. Atq; ita tametsi essẽtiã suã habuerit ante secula, ex patre genitus, natus etiã esse dicit ex muliere, nõ q naturæ suæ diuinę principiũ, ut esset, ex S. sit uirgine primũ nactus, neq; n. illa post paternã generationẽ necessariò, ppter seipsam ut denuo gigneretur opus habebat. Stultũ enim fuerit & ineptũ, si dicamus eũ, qui ante omnia secula fuit, & patri coëternus est, ad hoc ut esset secunda opus habuisse generatiõe. Quoniã uerò propter nos et, ppter nostrã salutẽ unita sibi natura humana ex muliere, pdixi eã ob causã carnaliter esse natus dicit. Nõ. n. uulgariter primũ natus est homo ex S. uirgine, atq; ita demũ uerbum illi accessit, sed ex ipsa matre genitus, carnis generationẽ sustinuisse dicitur, ut qui proprię sibi carnis natiuitatẽ appropriârit. Ad hũc modũ illum & passum esse & resurrexisse dicimus, nõ quòd in ,ppria natura uerbũ illud Dei uel plagas uel clauorũ sossuras, uel quę alia sunt huiusmodi pertulerit. Est eñ numẽ, utpote incorporeũ, expers passionis, uerũ quoniã corpus illud q̃d proprium illius est factũ, ista perpessum est, dicit& ipsum pro nobis esse passum. Erat eñ in corpore



medica lenitate, & responsione, quę suo tempo- A sona significationẽ habentem, ut Christus & impassibilis et passibilis citra periculũ intelligatur: impassibilis propter diuinitatis, passibilis ,ppter corporis naturã. Cum hac de re multa differere queam, & primum, quod sancti illi patres de dispensatione Christi loquẽtes non generationis, sed incarnationis meminerũt, breuiloquẽtiæ tamen pollicitationẽ initio Epistolæ factã, sermonis cursum cohibere, & ad secundũ caput à dilectione tua inductum tendere sentio: in quo quidem naturarũ diuisionem secundum incarnatiõnis & diuinitatis rationẽ & harum in unam personam cõiunctionem prædicas, ac Deum uerbũ secunda, quæ ex muliere facta est, opus non habuisse generatione, nec diuinitatẽ passionis fuisse capacem, cõfiteris. Sunt enim ista uerè ortho- B doxa, & peruersis omniũ hæresum circa Dominicas naturas, dogmatis contraria. Reliqua uerò an reconditam aliquam sapientiã legentium autribus incomprehensibilem inferant, diligentiæ tuæ fuerit cognoscere. Mihi sane uidentur quæ præmisisti subuertere. Nam uerbum Dei, q̃ in prioribus impassibile, & secũdę generationis capax non esse prędicat: rursus nescio quo pacto passibile & recens natum inducunt, quasi quę secundum naturam Deo uerbo accedunt, templi cõiunctione corrupta sint, aut modico apud homines ęstimetur, templũ illud nullo peccato polutum, & à diuina natura inseparabile, pro peccatoribus & nasci sustinuisse & mori, uel crediñ debeat Dominicæ uoci, ad ludẽos clamãti: Soluite templum hoc, & in tribus diebus illud excitabo. Non dicit: Soluite diuinitatẽ meam, & in tribus diebus excitabitur. Rursus sermonem dilatare uolens, promissionis memoria cohibeor. Dicendum itaq;, sed ita ut breuiloquentia utar. Quocunq; sanctarum scripturarum loco Dominicæ dispensationis fit mentio, generatio nobis & passio non diuinitatis, sed Christi traditur, ut beata uirgo exactiore appellatione nõ deipara, sed Christipara sit uocanda. Audi autẽ quomodo ista ipsa uociferẽtur Euangelia. Liber, inquit, generatiõis Iesu Christi filij Dauid, filij Abrahæ. *Matth. 1.* Manifestum uerò est, quod Deus uerbum non fuerit filius Dauidis. Accipe si uidetur et aliud te- D stimonium: Iacob uerò genuit Iosephum, uirũ Mariæ, ex qua natus est Iesus, qui uocatur Christus. Considera rursus & aliã uocẽ nos cõtestantem: Iesu uerò Christi generatio, inquit, sic erat. Cum esset mater eius Maria despõsata Iosepho, inuenta est habens in utero, ex spiritu sancto. Quis nam unigeniti diuinitatem, spiritus sancti crediderit esse creaturam? Quid dicemus & illud? Et erat mater Iesu ibi. Et iterum: Cum Maria matre Iesu. Et illud: Quod in ea natum est, ex sancto est spiritu. Et iterum: Accipe puerum ac matrem eius, & fuge in Aegyptum. Et de ipso filio, Qui natus est, inquit ex semine Dauid secundum carnem. Et de passione eius: Quoniam Deus, inqt, misso filio suo in similitudine carnis peccati, & de peccato condemnauit peccatũ in





ἐναντιοφανείας.

*Verbi carnis factũ.*



*Epistola Religiosissimo ac pientissimo sacrorum ministro Cyrillo, Nestorius in Domino salutem.*

CONtumelias quidem celebrium tuarum ll. medica lenitate, & responsione, quę suo tempo- A rerebus ipsis detur, dignas, omitto, quod uerò citra magnum periculũ silentio transiri nequit, de eo, quoad eius contra multiloquiũ tuum fieri poterit, contractam declarationem obscuri & indigesti multiloquij fastidium cauens, facere conabor. Ordiar autem ab acutis admodum doctrinæ tuæ uocibus, quas ad uerbum adducam. Quæ sunt igitur celebris tuæ doctrinæ, quã habent tuæ literæ, uoces? Sancta inquis, & magna Synodus, ipsum ex Deo ac patre, secundũ naturam, genitum filium, unigenitum, Deum uerum ex Deo uero, lumen ẽ lumine, per quẽ pater omnia fecit, descendisse, incarnatum, hominem factum, passum esse ac resurrexisse tradit. Hęc sunt pietatis tuę uerba, et fortè quę tua sunt agnoscis. B Audi igitur & à nobis fraternam de causa pietatis admonitionẽ, nempe eam, de qua magnus ille Paulus dilectum sibi Timotheum, cõtestatus est, dicens: Attẽde lectioni, adhortationi, & doctrinæ. Hoc enim si feceris seruabis et teipsum, et eos qui te audiunt. Quid quæso uult illud attendere? Quod, quia sanctorum illorum traditionem superficietenus legisti, ignorantiã imbibisti uetustã dignã, eũ ipsum qui patri coëternus est, passibilem ab ipsis esse dictũ arbitratus. Inspice autem, si uidetur, illorum uerba diligentius, & diui- C nam illum patrum chorum inuenies, eiusdem essentiæ diuinitatem non dixisse passibilẽ, nec recens eum esse natum, qui coëternus est patri, neque resurrexisse eum, qui templum solutũ excitauit. Quod si mihi ad fraternam medelam aures accommodaueris, ipsas tibi sanctorũ uoces adferam, & te ab hac sycophantia, quæ illis aduersatur, & per eos diuinis scripturis repugnat liberũ reddam. Credimus igitur, inquiũt, & in Dominum nostrum Iesum Christum, filium eius unigenitum. Vide, Dominum, Iesum, Christum, unigenitum & filium. Primum illa diuinitatis & humanitatis nomina ueluti fundamenta quædam ponunt, tum demum incarnationis, passionis ac resurrectionis traditionem superstruunt, ut communibus quibusdam utriusq; naturæ ac significationis nominibus præpositis, neq; scindantur quę diuinitatis sunt ac proprietatis, neq; quę naturarũ sunt inducta propter unicæ filiationis cõfusionẽ, obscuratione periclitentur. Præceptor enim illis hac in re Paulus fuit, qui cũ diuinę incarnationis mentionẽ feciſſet, esſetq; iam de passione illaturus, primum Christi nomẽ ponit, tanquam, sicut paulò ante dixi, cõmune: tumq; sermonem adducit, utriq; naturæ cõpetentẽ. Quid enim dicit? Is sit affectus, inquit, in uobis, qui & in Christo Iesu fuit. Qui cum esset in forma Dei, non est rapinam arbitratus, Deo esse se æqualẽ, sed (ne singula recenseã) obediẽs factus est usq; ad mortem, mortẽ uerò crucis. Quoniam enim mortis facturus erat mentionẽ, ne Deum uerbũ passibilẽ quisquam ex eo suspicetur, Christi nomen ponit, tanquã appellationem utriusq;, cum impassibilis, tũ passibilis essentiæ in unica per-

carne. Et iterũ: Christus mortuus est, inquit, pro peccatis nostris. Et: Christo in carne passo. Et: Hoc est, inquit, nõ diuinitas mea, sed corpus meum, quod pro uobis frangitur. Sunt & innumeræ aliæ uoces, quæ mortalium genus contestantur, ne diuinitatem recens natam, aut corporalis passionis capacem, sed carnem, naturę diuinitatis coniunctam, arbitrentur. Vnde nam & seipsum Christus Dauidis & Dominũ & filium nominat? Quid uobis, inquit, uidetur de Christo? Cuius filius est? Dicunt ei, Dauidis. Respondit Iesus ac dixit eis: Quomodo igitur Dauid in spiritu uocat eum Dominũ, cum dixit: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Ex eo uidelicet, quod omnino secundũ carnem filius est Dauidis: secundum diuinitatẽ uerò, Dominus. Itaq; quod diuinitatis filij templum sit corpus, & templũ absoluta ac diuina copulatione coadunatũ, natura sibi diuinitatis ueluti proprium coniunxerit, bonum est, ut confiteamur, & euãgelicis traditionibus dignũ, at appropriationis nomini carnis proprietates, natiuitatẽ dico, & passionem, & mortem, adscribere, id demum mentis est, frater, uere gentili more errantis, aut insani Apollinarij & Arij, & aliorum similium hæresi, imò illis etiam grauius laborantis. Necesse est enim eos qui appropriationis nomẽ ita ueretant, & in diuersum trahunt, Deum uerbum participem cõstituere lactationis, & incremẽti paulatim accepti, timiditatis q̃ tẽpore passionis declaratæ, & indigũ facere auxilij angelici, ut circuncisionem taceam, & sacrificiũ & sudores, & esuriem, quæ carni quidem tributa, ut quæ illi propter nos acciderunt, adoranda sunt, diuinitati uerò adscripta, & falsa sunt, & nobis tanquam calumniatoribus iustæ condemnationis causam adserunt. Hæ sunt sanctorum patrum traditiones, & diuinarum scripturarum denũciationes.

φιλανθρωπίας. Ad hunc modum quæ diuinę sunt cum humanitatis tum potestatis theologicé sunt explicanda. Hæc meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus fiat omnibus, quod Paulus omnibus dicit. Quod uerò curam eorum qui offenduntur, amplecteris, hoc quidem recte facis, & gratiam habeo animo tuo quæ diuina sunt curanti, & de rebus nostris sollicito. Verũ interea agnosce teipsum, seductum ab illis qui hic sunt à sancta Synodo depositi, quod cum Manichæis sentirent, uel ab ipsis clericis qui eadem tecũ affectione laborant. Quæ nanq; Ecclesiam concernũt, quotidie proficiunt, & quæ plebes attinent, in tanto sunt propter gratiam Christi incremento, ut qui multitudinem uident cum propheta clament: Replebitur terra cognitione Domini, sicut aqua multa, quę ualeat operire maria. Et quod Reges concernit, in excellenti sunt illi gaudio, propter dogmatis huius illustrationẽ. Et ut contractim scribam, contra omnes Deo repugnantes hæreses, & p recta Ecclesiæ doctrina quotidie apud nos inuenias uocẽ illam adimpleri, qua domus Saulis dilabi & infirmari, Dauidis uerò progredi & confirmari dicta est. Scribuntur hæc à nobis hoc animo, ut frater fratri consulat. Si uerò quisquam contentiosus esse uolet, uociferabitur per nos aduersus eum, qui huiusmodi est, beatus Paulus dicens, nos consuetudinem istam nõ habemus, neque Ecclesiæ Dei. Vniuersam quę tecum est fraternitatem, ego & qui mecum sunt, plurimum salutamus.

Apollinariũ & Erium notat.

## CYRILLI AD NESTORIUM DE EXCOMMUNICATIONE.

*Religiosissimo ac pientissimo sacrorum comministro Nestorio, Cyrillus, & quæ Alexandriæ Aegypti collecta est Synodus in Domino salutem.*

Epistola.

CVm Seruator noster perspicue dicat: Qui diligit patrem aut matrẽ plus quàm me, nõ est me dignus, & qui diligit filium aut filiã plus quàm me, nõ est me dignus, quid nobis accidet, à quibus pietas tua petit, ut se plus amemus quã omnium nostrum seruatorem dominum Iesum? Quis nobis in die iudicij succurrere poterit? aut quam inueniemus excusationẽ, ubi de tam prolixo silẽtio, quo maledictis tuis cõtra ipsum peccimus, graues admodum pœnas dabimus? Quod si tibi ipsi duntaxat, talia sentiendo ac docendo noxius esses, minus esset curæ: quoniã uerò uniuersam offendisti Ecclesiam, & nouum ac insuetę hęreseos populo obiecisti fermentũ, idque non illis duntaxat qui isthic sunt, sed & ubique constitutis. (Sunt enim circumlati expositionum tuarum libelli) quam nunc sufficientem dabimus silentij nostri rationem? Aut quomodo non est necesse meminisse Christi, dicentis: Ne putetis quod uenerim, ut pacem mittam in terram, sed gladium? Veni nanq; ut diuidere faciam hominẽ aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrẽ suam. Siquidem ubi fides lædetur, ualeat tanquam inanis & periculosa, quæ erga parentes est reuerentia, quiescat lex illa amoris erga liberos & fratres, & iam pijs melius sit mori quàm uiuere, ut sicut scriptũ est, meliorem acquirant resurrectionẽ. Ecce igitur præsidente sanctæ Synodo in magna Romana urbe collecta, sanctissimo ac pietissimo fratre & cõministro Celestino Episcopo, & nos iam tertiò hisce te cõtestamur literis, cõsulẽtes, ut à tã malis istis ac peruersis dogmatibus quę tenes ac doces, abstineas, malisq; rectã amplecti fidẽ, quę traditaest Ecclesijs ab initio, per sanctos Apostolos, & Euangelistas, qui ipsi spectatores fuerũt & ministri huius doctrinæ. Quod si hoc pietas tua intra terminũ, in literis memorati sanctissimi comministri, nostri Romanorum Episcopi Celestini præfixum, molita nõ fuerit, scias te nihil habere nobiscum consortij, nec locum tibi futurum, aut ullum sermonis commercium, inter Sacerdotes Dei & Episcopos. Neque enim ferri poterit, ut Ecclesias adeò turbatas & populos offensos, & rectam fidem reprobatã, ac greges Dominicos lacerato



tura, & ueritate. Neq; uerò carnẽ in diuinitatis mutari naturã, neq; inenarrabilẽ uerbi Dei naturam, in naturã carnis transferri dicimus. Est enim omnino immobilis, & iimutabilis, eadem perpetuo, secundũ scripturas, permanẽs. Et cũ uisibilis factus infans adhuc & in cunabilis ac sinu genitricis uirginis esset, omnẽ impleuit creaturã, tanquã Deus, & genitori assedit. Numen enim & sine quantitate & sine magnitudine est, nec circũscribi potest. Cum uerò uerbũ carni secũdum hypostasim unitũ esse cõfitemur, unũ adoramus filiũ, ac Dominũ Iesum Christũ: neq; in partes secantes ac diuidentes hominẽ ac Deum, quasi dignitatis tantũ & authoritatis inter se sint unitate cõiuncti (hoc enim nihil esset aliud quàm uaniloquium) neq; separatim uerbũ quod ex Deo est, & pari ratione alterum qui ex muliere est, tanquã Christum nominãtes, sed unum duntaxat scientes esse Christum, quod ex Deo patre est uerbũ, cum carne quam sibi appropriauit. Tunc enim, quamuis spiritũ ipse ijs qui ut acciperent digni erant, dabat, humanitus tamẽ nobiscũ est inunctus, idq; præter mensurã, sicut beatus Euangelista Ioannes dicit. Sed neq; hoc dicimus, q̃d uerbũ ex Deo, ei qui ex sancta est uirgine natus, tãquam cõmuni homini cohabitãrit. Nam etiam si habitauit in nobis uerbũ, dictum tamen etiam hoc est, quod in Christo habitet omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Sed cũ sentimus, q̃ caro factũ sit, nõ eodẽ modo sicut in sanctis habitare dicitur, & in Christo istam factã esse habitationem definimus: sed quod secundũ naturam unitũ, non tamen in carnem cõuersum, talẽ effecerit cohabitationẽ, qualem & hominis anima cũ ꝓprio dicitur habere corpore. Vnus est itaq; Christus, & filius & Dominus, nõ ita quasi coniunctionẽ ad Deũ habeat homo, quę simpliciter dignitatis siue authoritatis unitate cõstet. Naturas enim nõ unit honoris æqualitas. Siquidẽ & Petrus & Ioãnes æquales inter se sunt honore, quẽadmodũ & reliqui Apostoli & sancti discipuli, unus tamen hi duo non sunt. Neq; secundũ appositionem coniunctionis huius modum intelligimus: etenim nec illa ad naturalẽ sufficit unitatem. Neq; secundum participationẽ habitus, ad quem modum & nos Domino adhæremus, sicuti scriptũ est, Vnus aũt spiritus cum illo sumus. Imò & cõiunctionis nomen recusamus, ut quod sufficientẽ unionis significationẽ nõ habet. Sed & nec Deũ aut Dominũ omniũ uerbũ quod ex patre est nominamus, ne rursus aperte unũ Christũ & filiũ ac Dñm in duos scindamus, atq; ita incrimen incidamus blasphemiæ, eundẽ ipsum suum ipsius Deũ ac Dominũ facientes. Verbũ enim Dei, sicut iam prędiximus, carni secundũ hypostasim unitũ, omniũ quidẽ Deus est, omnibusq; dominat: at suijpsius nec seruus est nec dñus; Stultũ enim est, imò & impiũ, ad hunc modũ sentire aut dicere. Nam patrẽ quidẽ Deũ suum esse dixit, tametsi Deus sit natura & ex ipsius substãtia: at haud ignorauimus, quod cum Deus sit &

Caro non est mutata in diuinam naturam, nec diuinitas in carnem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



homo,sub Deo sit factus,secundū legem humanitatis naturæ cōpetentem, suīpsius uerò quomodo uel Deus erit uel Dominus? Igitur ut homo, & quantum exinanitionis mensuris conuenit,sub Deo se nobiscum esse dicit,& ad hūc modum etiam sub lege factus est, tametsi legē ipse proloquutus sit ac legislator fuerit tanquā Deus. Recusamus autem & hoc,ut de Christo quisquam dicat,propter eum qui hominē induit, eū qui indutus est ueneror, ꝓpter inuisibilē adoro uisibilē. Præterea horrendum & hoc est ut dicamus, qui assumptus est una cum eo quod assumpsit, Deus dicitur. Qui nanq; ad hunc modū loquitur, iterum in duas partes Christū diuidit, & hominē separatum seorsum, & Deum similiter, statuit. Sine cōtrouersia nanq; unitatē negat, secundum quam non alter simul adoratur, neq; simul Deus dicitur cum altero, sed unus intelligitur Christus Iesus filius unigenitus, qui una adoratione propria cum carne adoratur. Cōsitemur autem,quod idē ipse, qui ex Deo patre genitus filius est ac Deus unigenitus, tametsi secundum propriā sit naturā impassibilis: carne tamen passus sit pro nobis secūdum scripturas,& propriæ carnis passiones in corpore crucifixo impassibilis ipse sibi appropriauerit,& gratia Dei pro omnibus gustauerit mortē proprio illi dato corpore,licet secundum naturā suam ipse uita sit & resurrectio. Etenim ut morte inenarrabili uirtute calcata tanq; in carne sua, prima quidē certe primogenitus fieret ex mortuis,& primitiæ dormientium, uiamq; humanæ naturę & recursum ad incorruptionē aperiret, gratia Dei, sicut iā dixi, pro omnibus gustauit mortē, ac triduanus spoliatis inferis reuixit. Itaq; etiamsi per hominē resurrectio mortuorum fieri dicitur, intelligimus tamen hominem, qui uerbum quod ex Deo est, factum est,per quem & mortis destructū est imperium, quiq; suo tempore tanquam unus filius ac Dominus in gloria patris ueturus est, ut orbē iudicet in iusticia, sicut scriptum est. Necessariū uerò est,ut & illud adijciamus. Dum unigeniti filij Dei,hoc est,Iesu Christi,mortē secundum carnem & resurrectionē ex mortuis annunciamus, assumptionemq; in cœlos cōfitemur, increuentū in Ecclesijs perficimus cultū,atq; ita ad mysticas accedimus benedictiones ac sanctificamur, participes facti sanctæ carnis pretiosiq; sanguinis seruatoris nostri omniū Iesu Christi,nec ut communē carnē accipimus,absit,neq; tanq; uiri sanctificati, & uerbo secundum dignitatis unitatē coniuncti, utpote uelut diuinā inhabitationem adepti,sed ut uerē uiuificatricem, & ipsius uerbi propriam. Cum enim unita sit secundum naturā, ut Deus, quoniam unum cum carne sua uiuificatricem eam esse ostendit, itaq; etiamsi ad nos dicat: Amen amen dico uobis,nisi manducetis carnem filij hominis, & bibatis eius sanguinem, non tamen illam uelut hominis cuiusdam ex nobis, esse arbitramur (quomodo enim hominis caro secundū naturā suam uiuifica erit?) sed tanq; proprie illius factā, qui propter nos filius hominis & factus est & appellatus. Seruatoris uerò nostri uoces quas in Euāgelijs legimus, neq; diabus hypostatib. neq; duabus etiam personis diuisas adscribimus. (Neq; n. duplex est, sed unus ac solus Christus, etiamsi ex duabus ac differētibus rebus in unitatē quę diuidi nequeat, coierit, quēadmodū,uerbi grātia, & homo ex anima intelligitur & corpore, nō duplex, sed unus ex utrisq;) sed tam humanas quām diuinas ad unum pertinentes dici sentiētes, recte animati eimus. Quando nanq; de seipso diuinæ maiestati competenter loquitur, ut cum dicit: Qui uidit me, uidit & patrē. Et: Ego & pater unū sumus, diuinā eius & inenarrabilē intelligimus naturam, secundum quam cum patre suo unū est, propter eandem quam cum illo habet essentiā, & imago, & character,& splendor glorię eius. Quando uerò Iudæis nō ad dehonestandā humanitatis mensuram loquitur, dicens: Nunc uerò me quæritis occidere hominem, qui ueritatem uobis loquutus sum: iterū nihilominus eundē Deū uerbū in assumptæ humanitatis ipsius mensuris agnoscimus. Etenim sine cessarium est, ut natura Deum existentem, carnem,id est hominem, rationali anima animatum factum esse credamus, quam nam rationem quis quam habebit, ut pudeat eum uocū eius quod homini cōpetentes sunt emittere? Si nanq; sermones eos qui homini cōueniunt detrectaller, quis eum eum hominem nostro more fieri coēgisset? Qui uerò seipse in spōtaneam hanc exinanitionem nostri gratia demisit, qua ratione sermones eos recusaret qui exinanitioni competunt? Vni itaq; personæ, hoc est, uni hypostasi uerbi incarnati, omnes sunt euangelicæ uoces adscribēdę. Vnus enim secundū scripturas est Dominus Iesus Christus. Si uerò & Apostolus uocat, & positus confessionis nostræ, tanquā sacrificās Deo & patri, oblatam pro nobis & sibi & per se Deo ac patri, adde & sancto spiritui, cōfessionem, sed rum tamen ipsum secundū naturam ex Deo filium unigenitum esse dicimus, nec præter ipsum alteri cuipiam homini siue sacerdotij nomen, siue rem ipsam adscribimus: factus est enim mediator inter Deum & homines, & reconciliator ad faciendam pacem seipsum Deo & patri in odorem bonæ fragrantiæ obtulit. Quocirca & dixit, Sacrificiū & oblationē noluisti, holocaustomata & ꝓ peccato nō approbasti, corpus uerò aptasti mihi: tunc dixi ecce uenio, in capite libri scripti est de me, ut facia Deus uolūtatē tuā. Obtulit eā pro nobis in odorē bonę fragrātiæ proprium corpus, & non pro se ipso. Qua namq; oblatione aut uictima ꝓ seipso opus habuisset, cū tanquā Deus, superior sit omni peccato. Si.n. omnes peccauerunt & destituūtur gloria Dei, quemadmodū ad errādū proni sumus & per peccatū infirmata est humana natura, ipse uerò non ita, atq; ob eā causam gloriā eius æquare nō possumus, quō dubiū esse poterit, ꝙd ꝓpter nos ac ꝓ nobis oblatus

De Eucharistia.



oblatus, sit agnus ille uerus? Ideo si quis dicat, A quod seipsum pro se & pro nobis obtulerit, nullo modo expers erit criminum, quę impietatem resipiunt. Neq; enim ullo modo deliquit, nec aliquod peccatū fecit. Qua igitur oblatione opus habuisset, cum nullū in ipso sit peccatū, pro quo fieri posset oblatio? Et ualde cōuenienter. Quādo uerò de spiritu dicit: Ille me glorificabit rectè sētiēs, nō dicimus unū dīm ac filiū, quasi opus habeat aliunde glorificetur gloriā à spiritu sācto accipere: neq; eīm melior ipso aut sublimior est spiritus ipsius, sed quoniā spiritu suo ad ostentionē diuinitatis suæ, in mirabilitū patratione est usus, glorificari se ab eo dicit: perinde ac si quisq; ex nobis, uel de uirtute q̄ in ipso est, uel de scientia, quacūq; in re, dicat uirtus mea, uel scientia me B glorificabit me. Tametsi eīm spiritus ꝓpriā habeat hypostasim, & in seipso, quatenus spiritus est et nō filius cōsideret, alienus tamē ab eo non est. Est eīm spiritus ueritatis nominatus, & Christus ueritas est, emittitur ab eo, quemadmodū et ex Deo & patre. Cū ergo per manus apostolorū spiritus postq; in cœlū dns noster Iesus Christus ascēdisset mirabilia operatus est, glorificauit eū. Creditus eīm est Deus esse secundū naturā, q̄ denuō ipse operaretur per ꝓpriū spiritū. Quapropter & dixit, quoniā de meo accipiet & annūcia bit uobis. Nequaq; uerò spiritū tanq; participādo sapiētię ac potentę esse dicimus. Est eīm omni no perfectus, nec ullius boni indigus. Quoniam uerò uirtutis ac sapiētiæ patris, hoc est filij, spiritus est, reipsa sapientia est uirtus. Quia uerò deū C carni secūdū hypostasim unitū sancta uirgo carnaliter genuit, ob eā causam & deiparā illā esse dicimus: nō quod uerbi natura esset ētiæ suæ principio ex carne habeat (erat.n. in principio, & deus erat uerbū, & uerbū erat apud deū, & ipsū sequi iam prędiximus: propterea quod secūdū hypostasim humanā sibi naturā coadunauit, & ex ipsius utero carnalē sustinuit natiuitatē, nō ꝙ ea necessaria illi, ob propriā uidelicet naturā, fuerit, & ea generatione quę in tempore & postmodum huius seculi momētis fieret opus habuerit, sed ut ipse essentiæ nostrę principium benedicere, & dum eum carni unitū pareret mulier, cessaret in posterum ea, quæ uniuersi generi nostri terrena corpora morti destinat, & illud: In dolore D paries filios, per ipsum cassatum. Verū ostenderet quod per prophetæ uocē dictum est: Absorpta mors prævalens. Et iterū: Abstulit Deus omnem lachrymā ab omni facie. Ob hanc causam illum dicimus dispēsatorie ipsas benedixisse nuptias, & ad illas in Cana Galilæę unà cum sanctis accessisse apostolis. Vt ista uerò sētiamus, & ita ex sanctis Apostolis & Euāgelistis, & uniuersa diuina scriptura, & ueraci beatorū patrum cōfessione docti sumus. His omnibus & tuam pietatē oportet, & cōuenire, omni dolo sepositō. Quę uerò pietati tuæ necessariò sint anathematizanda, epistolæ huic nostræ subiecta sunt.

## ANATHEMATISMVS I.

Si quis Emmanuēlem non cōfitetur secundū ueritatē esse Deū, ideoq; B. Virginē esse deiparā (carnaliter eīm uerbū ꝙ ex Deo est genuit) anathema sit. ALTER.

Si quis uerbū quod ex Deo est, non cōfitetur secundū hypostasim carni esse unitū, & Christū esse unum cum propria sua carne, eundē uidelicet Deum simul & hominē, anathema sit.

III.

Si quis in uno Christo hypostases post unionem diuidit, sola illas, quę secundū dignitatē, uel authoritatem, aut potentatū est cōiunctione, & non magis coitione, quę secundum naturalē est unitatem, cōiungens, anathema sit.

IIII.

Si quis duabus personis aut hypostasib. uoces illas distribuit, quæ in Euāgelicis & Apostolicis sunt scripturis, aut quæ à sanctis de Christo, aut à Christo ipso de seipso sunt dictæ, & alias quidē tanquam homini seorsum à uerbo quod ex Deo est, cōsiderato, alias uerò tanq; diuinæ maiestati cōuenientes, soli uerbo quod ex Deo patre est adaptat, anathema esto. V.

Si quisquam Christum deiferum hominē audet dicere, & non magis Deum secundū ueritatem, tanq; unicum & naturalem filium, quemadmodum uerbū caro, & carnis ac sanguinis, per inde atq; nos particeps est factū, anathema esto.

VI.

Si quisquam uerbum quod ex Deo patre est C Deū aut dominū Christi esse dicit, & non magis eundem illum & Deum simul & hominē, quem admodum uerbum caro secundū scripturas est factum, cōfitetur, anathema esto.

VII.

Si quis Iesum à uerbo Dei tanq; hominē actū & impulsum esse, & uniginiti gloriā illi tanquā alteri cuidam à se diuerso, accessisse dicit, anathema sit. VIII.

Si quisq; audet dicere assumptum hominem, unà cum Deo uerbo adorandū & glorificandū, & Deum, tanq; alterum cum altero appellandū esse (illud eīm particula, cum, perpetuo, sic adiungatur, intelligere cogit) & nō magis una adoratione Emmanuēlem honorat, & unā illi glorificationē, sicuti uerbū caro est factum, adaptat, anathema sit. IX.

Si quis unū dominū Iesum Christū à spiritu, tanq; aliena uirtute, qua per ipsum sit usus, glorificatum esse, & ab illo accepisse, quę cōtra spiritus imundos operatus est, & quæ diuinitatis signa inter homines prestitit, & nō magis proprium ipsius esse spiritū dicit, per quem diuinitatis signa operatus est, anathema sit.

X.

Pōtificē & Apostolū cōfessionis nostrę factū esse Christū, scriptura dicit. Obtulit aūt ꝓ nobis semetipsū in odorē bonę fragrātiæ deo ac patri. Si quis igitur Pōtificem & Apostolū nostrū, nō ipsum quod ex Deo est uerbū & caro, & homo,

Universidad de Deusto
Biblioteca



nobis similis est factum,sed tanꝯ alium quendã hominẽ prꝫter ipsum seperatim ab eo ex mulie re natũ,factũ esse dicit: aut si quis Christũ etiam pro se ipso oblationẽ & nõ magis pro nobis obtulisse dicit(nõ enim opus habuit oblatione,qui peccatum non nouit) anathema sit.

XI.

Si quis carnẽ Domini nõ cõfitetur esse uiuificam & ipsius uerbi ꝙ ex Deo patre est propriã, sed tanꝯ alterius cuiuspiam prꝫter ipsum,secun dum dignitatem quidem,aut tanꝯ qui diuinam duntaxat inhabitationẽ sit adeptus,cũ ipso conIuncti, & non magis uiuificam, sicut diximus, propterea quòd propria facta est uerbi, quod omnia uiuificare potest, anathema sit.

XII.

Si quis nõ cõfitetur uerbũ dei carne esse passũ, carne crucifixũ,& mortẽ carne gustasse, primogenitũ ex mortuis factum,quemadmodũ & uita est & uiuificans sicut Deus, anathema esto.

*Dilectissimis ac desideratissimis Presbyteris, Diaconis & populo Constantinopolitano, Cyrillus Episcopus & Synodus, quæ Alexandriæ Aegypti conuenit, in Domino salutem.*

Epistola. 11. SEro quidẽ ac difficile ad id peruenimus, ad quod melius fuerat uenisse ab initio: nempe ut curã omniũ uestræ salutis habeamus, nec necesse sit perturbationẽ hanc in fidei causa ferre. Omnium autem uestrũ tristitiæ,quam ex hoc negocio accepistis rationem reddimus. Præteritũ enim tempus nõ sine lachrymis consumpsimus. C Sperabamus uerò religiosissimũ Episcopũ Nestoriũ cõsultationibus & admonitionib. Ecclesiasticis,aut quæ à nobis omnibus sunt factæ reprehẽsionibus inductum, absona sua dogmata deserturũ, & eam fidẽ nobiscũ cũ honore amplexurũ, quæ ecclesijs à sanctis Apostolis & Euangelistis,et uniuerso sacro ordine,apostolicisq; ac propheticis uocibus est tradita,ut hanc rectè obsignatã haberet. Quoniam uerò nõ cessat apud uos loqui ecclesiæ,& ex scriptis illius expositionibus seductũ eum,et haud mediocriter circa fidem impie sentientẽ deprehẽdimus: iam necessariò eo deuenimus, ut opus sit illum synodicis literis cõtestari, quod nisi quàm ocyssime, & ad terminũ à sanctissimo ac pientissimo Romanæ D Ecclesiæ episcopo Celestino prꝫfixũ nouis suis dogmatibus abstineat,& scripto anathemate detestẽr,quę apud uos & locutus est,& libellis inseruit,siue ut insererentur subornauit,nihil cũ sacerdotib. Dei habiturus cõmercij, sed omnino futurus sit alienus. Nemo uerò cunctationis nos accuset. Non enim dormitauimus, urbe tam magna perturbata,imò turbatis omnib. quæ uspiã sunt ecclesijs ac plebibus. Sumus autẽ hac in re eos imitati, qui medẽdi habent experientiã, qui passiones in corporib. obtinẽtes non statim ferri aut ignis subijciunt uiolẽtiæ,sed mitioribus. primum pharmacis emolliunt, cõuenientem expectantes incidendi opportunitatẽ. Agite itaq; in domino uiriliter, & fidem uestram immotã ser- A uates, Christo uni, soli,ac uero Dei filio placere satagite,memores sanctorũ patrum uestrorum, qui sacerdotio apud uos rectè ac sanctè sunt functi,qui & ipsi cum adhuc in uiuis essent Deiparam sanctam uirginem nominarunt. Peperit enim Emmanuẽlem, qui uerus Deus est. Est nanque uerbum caro factum, & carnaliter è muliere natum,ut fratres eius inueniamur, qui omnem excellit creaturam. Prędicarũt autem apud uos nõ duos Christos, sed unum eundẽ ipsum Deũ,uerbum & hominẽ secundum carnem, & ex mulere,non tenui quadam coniunctione & tanꝯ sola dignitatum æqualitate coniunctum Deo hominem (sunt enim ista frigida illius & inutilia,aniliaq; dogmata) sed eundẽ ipsum omnium uerè B dicem passum esse pro nobis dixerunt. Hanc uobis ipsis fidem indesinenter exuscitantes,neque memorato iam communicantes, neq; illi tanꝯ doctori attendẽtes,si lupus in loco pastoris mãserit,& post hanc nostram admonitionem ad ipsum factam, quæ peruersa sunt sapere uoluerit, immaculatos uos et inculpatos reseruabitis.Cle ricis autem & laicis, qui propter rectam fidẽ ab illo sunt separati aut depositi, nos communicamus,nõ iniustam illius sententiã confirmantes, sed magis eos qui ista sunt passi,laudãtes,illudq; eis dicentes: Si propter dominum probris affimini beati estis, quoniam uirtutis ac Dei spiritus in uobis requieuit.

*Ad Cyrillum Celestinus Romanus Episcopus.* Epistola.

QVæ à sanctitate tua per filium nostrũ Posidonium diaconũ mœstitiæ nostræ sunt missæ literæ,lætitiã nobis exhibuerunt. Quanꝯ quod iucundũ in ijs erat, tristitia denuo cõmuta uimus. Respicientes enim & cõsiderantes quæ dixerit,qui Cõstantinopolitanã Ecclesiã peruerdeo currere docuit, quantum nos laboris pro ipsis sermonibus turbare conatur,haud modico in ipso animo dolore perplexi, uarijs deliberationum stimulis torquemur,dum cogitamus quomodo fidelibus succurratur,ut in fide persistant. Vbi uerò cogitationẽ ad fraternitatis tuę scripta trãsferimus,obtulit se nobis cõfestim paratissimum remediũ, quo pestilẽs morbus quasi salubri pharmaco pellat. Loquor aũt de puri fontis fluento, ꝙ è dilectionis tuæ doctrina emanat, per quam omnis auferẽ male perstrepẽtis fluctimateria, & omnibus aperitur modus necessarij circa fidẽ nostrã intellectus. Quemadmodũ igit illũ notamus & reprehẽdimus, ita tuã sanctitatẽ tanꝯ in scriptis tuis prẽsentẽ dilectionẽ dominẽ cõplectimur, unũ nos & idẽ de domino sentire uidẽtes.Nec mirũ est,quidẽtissimũ dominidotẽ pro amore fidei tanta cũ uirtute pugnare, ut & insolẽti aduersariorũ audaciæ resistere, & ubi cõcreditos talibus admonitionib. cõfirmare queat:ut igit illa nobis acerba, ita ista sũt pura ac dulcia. Et gaudemus,tantũ pietati tuæ uigiliãæ inesse uidẽtes,ut iam maiorũ tuorũ exẽpla uicepris,qui & ipsi perpetuo orthodoxi dogmatis assertores fuerunt,ac uerè tibi euãgelicũ illud tessi monitũ cõpetere deprehẽdat,quo bonus pastor animam



animam suam pro ouibus suis ponere dicitur. A uas suas prędicatiões scripta cõfessione anathematizauerit, & hanc se de Christi ac Dei nostri generatione fidem retinere affirmauerit, quã & Romana & tuæ sanctitatis,& uniuersalis religio prędicat,cõfestim sanctitas tua Ecclesię illius ꝓuideat,ut sciat se quouis modo à nostro esse corpore remouendum, qui & curantium medicinã susципere noluit,& ad tam sui ipsius, quàm omnium sibi concreditorum perditionem improbus, & tanꝯ pestifer morbus, per uniuersum Ecclesiæ corpus concito cursu pertigit.

*Domino meo fratri & comministro Ioanni patriarchæ Antiocheno, Cyrillus in Domino S.*

PLanè pietas tua & multorum relatione sanctę Cõstantinopolitanæ Ecclesiæ statũ, qui Epistola. 13. nũc est, cognouit quod admodũ sit turbatus, & B multi eorũ qui uehemẽter sũt religiosi ac probi, sine synaxi manserint,nõ uulgarẽ in ipsa fide per turbationẽ passi, ex ijs q̃ à pietissimo episcopo Nestorio in ipsorũ ecclesia dicũt, cui et per literas cõsului,ut ab ineptis istis et peruersis quæstionib. abstineat,& sanctorũ patrũ fidẽ sectẽr. Verũ ista me scribẽtẽ hostẽ esse putauit, tãꝯ abfuit, ut animaduerterit hæc ex charitate erga ipsius facta esse pietatẽ,ut et,cũ talia sentiat ac dicat: Romanorum quoꝯ aures corripere se & occupare posse arbitretr. Scripsit.n. enormia quędã,cõgerẽs in epistola ꝓlixa ad dominũ meũ pietissimũ Romanę ecclesię episcopũ Celestinũ, et scriptis etiã suis hoc inseruit cõtra eos q̃ à se diuersa sẽtiunt,ꝙ nõ horrescãt,cũ S. Virginẽ deiparã esse dicunt. Deinde & quaterniões expositionũ suarũ misit,quibus lectis, q̃ in magna Roma pij reperi unt Episcopi, multis habitis cõsessibus reclamarunt diserte, dicentes eum omnino periculosam renouare hæresim, quæ à nemine eorũ qui olim fuerunt sit inuenta. Quoniã uerò adegit me,scribente illius pietate, ut dicã quæ ibi facta sunt omnia,mittamꝙ literarũ,quas ad illũ scripsi exemplaria, necessariò ꝓfectionẽ hanc susцepit dilectus Alexandrinæ ecclesiæ clericus Posidonius diaconus. Lectis itaq; in cõcilio cũ expositionibus tũ epistolis eius, pręsertim in quib. nõ est sycophãtię locus (Habẽt emi illius subscriptionẽ) S. Romana synodus, quę manifesta sũt notauit. Quanꝯ & ad tuã pietatẽ scripsit, quibus etiã obediendũ est,necessariò ab illis qui uniuersæ occidẽtis cõmunioni adhęrẽt. Exẽplaria nanq; scripserũt ad pientissimũ Rufum Thessalonicensem Episcopũ, & alios quosdã pientissimorũ, qui in Macedonia sunt,episcoporũ,qui & sẽper illius adhęsere sentẽtijs. Scripserunt aũt nihilominus, & ad Iuuenalẽ pientissimũ Hierosolymitanæ ecclesiæ episcopũ. Est itaq; pietatis tuæ,cõsiderare quid cõducat. Nos emi illius sequemur iudicia, ueriti ne à tantorũ uirorum cõmunione deficiamus, q̃ nullis alijs de causis indignanr, neq; ob res minutas,sed ꝓpter ipsam fidẽ,& quę ubilibet sunt ecclesias, populiq; ędificationẽ motus istos excitarunt. Saluta quæ apud te est fraternitatẽ, quæ nobiscum est in Domino te salutat.

Epistola

## EPSITOLA CYRILLI AD Acacium.

*Domino meo, dilecto fratri & comministro Acacio Beroënsi Episcopo, Cyrillus in Domino S. P. D.*

Epistola 14. QVi uehementer contristati sunt, & corda curis habent saucia, haud parum ex eo refocillatur, si eodem sensu præditis, causas mœstitiæ suæ aperiant. Ad hunc modum & ego iam cõparatus sum. Quapropter integritati tuæ causas scribẽdas esse duxi, quarum gratia meritò sicut opinor, mœrore fui affectus, imò adhuc mœstus sum. Non em̃ satis fuit religiosissimo ac piẽtissimo Episcopo Nestorio, ut in Ecclesijs diceret quę Ecclesijs offensaculo essent, ac fidem in omnium nostrũ seruatorem Christũ destruerẽt: sed & Dorotheũ quendã Episcopũ audẽter ac manifeste corã Ecclesia & synaxi dicere passus est: Si quis Mariã deiparã esse dicit, anathema sit. Quid igitur in Ecclesijs orthodoxorum cum sanctis patribus anathemate percusi, faciemus? Inuenio nanq; in commentarijs, etiam celeberri mæ memoriæ Athanasium Episcopum, sæpenumero eam nominasse Deiparã. Nec hunc solũ, sed & beatum patrem nostrum Theophilum, & multos alios ex sanctis patribus, illorum temporum Episcopos, tam Basilium quoq;, quàm Gregorium, & ipsum etiam beatum Atticum. Arbitror autem neminem fuisse orthodoxorum, qui deiparam eam uocare sit ueritus. Est enim uerè deipara, quia Deus est Emmanuel. Sunt ergo anathemate percusi sancti Patres, qui iam apud Deũ sunt, & quotquot rectis ueritatis dogmatibus adhęrẽres Christũ Deũ esse cõfitẽtur. Neq; huc tantũ causę huius pernicies peruenit, sed & populorum mentes peruertũtur. Cum lamentatione siquidem quosdam in eam prolapsos esse iam perfidiam ac stupiditatem audio, ut Christũ quoq; Deum esse non confiteanẽ: nonnullos uerò etiam si omnino Deũ illum esse confiteantur, hoc tamen ipsum nõ syncere sentire, sed beneuolentia & gratia dei ad hoc illum nobiscũ esse uocatum dicere. Digna sunt hęc lamẽtatione ac fletu. Quæ nam omnino utilitas est, tam subtilia & abscõdita in mediũ adducere? Quare nõ potius moralibus expositionib. populo prosumus, nisi admodum sufficienter simus ad cautam docendi diligentiam instructi? Quoniam uerò monachis per Aegyptum & Alexandriã, huiusmodi lectionibus aut expositionibus perturbatis, rectam fidei rationem exposuimus, in hostẽ & inimicum cõuersus est, ita ut circulatores quosdã ac deploratos homines collegerit, & ad hoc subornarit, ut quedã apud multos aduersum me mẽtiantur. Et fortè haud iniuste. Etenim si zelũ Dei habuissemus, & amorẽ erga Deum, quo præditi fuerũt patres, imitati essemus, iam olim obuiam illis issemus, qui & contra Christũ nugari, & nos qui adhuc uiuimus, & sanctos patres, qui cum Deo iam sunt, anathematizare sunt ausi, sanctãq; cõtra eos sentẽtiã, ptulissemus, per quã & ij, qui e plebe in fide sũt offensi, curati esset. Saluta frater nitatẽ q̃ tecũ est. Salutat te quę mecũ est in dño.

## RESPONSIO ACACII AD Cyrillum.

*Domino meo, per omnia sanctissimo ac deo dilectissimo Episcopo Cyrillo, Acacius in Domino S.*

PLetatis tuæ literas iam recens mihi redditas propter ea quæ Cõstãtinopoli sunt inuulgata, deprecandis lachrymis ac lamentationibus plenas, legi: in quib. & fidei nostræ in Christũ profunditas memoratur, quantum necesse est illius cõsortibus, quòd uidelicet superfluum fuerit de illa etiam ab initio in medium aliquid induci. Quid enim utilitatis Apolinarius Laodiceus attulit, unus ex primoribus, magnus ille agonista, qui cum pro recta fide adeò fortiter cõtra inimicos, de sua ipsius sapientia fretus, dimicaret, uelętq; in puram ac synceram Christi fidem ex perplexis & inuijs meatus quosdã subintroducere, an nõ hoc effecit, ut inter schismaticos à catholica reputetur Ecclesia? An nõ dictum est à quodam ex ijs, qui ante nos fuerunt: Episcopis, cũ eos qui rectè sunt animati, & sana mente ac integro sensu præditi, ne quę humanum captum excedunt, curiosè perscrutarẽtur, retrahere uellet, tet integram tuam & absolutam prudentiam, etiamsi initio tale quid dictum est, quod multos bare potest, motum hunc reprimere, licet multi, ut prędixi, ex Constantinopolitanis qui Antiochiam proficiscũtur cum clerici, tum laici etiam coram nobis dicto sermoni patrocinari uidentur, quòd nihil habeat in intellectu, quod Apostolicæ fidei aduersetur. Præterea neque quod sanctorũ Patrum, qui Niceæ conuenerunt de homousio sancitæ, & in omnem Catholicam Ecclesiam



Ecclesiam traditæ fidei repugnet. Itaq; prudẽtiam, cõpassionẽ, & integritatẽ sacerdotij tui, tempore ad hoc uocante, ostẽdere dignare interponẽte se tua sanctitate in reprimẽdo dicto sermone, erga eos qui illum audierunt & rumpuntur, ita ut sanctitas tua ea curet ac perficiat, quę possint in præsenti catholicã Ecclesiam tempestate contemptammagis atque magis in sublime erigere, uoce quadam dominica utens, & cogitãs de spirituali mari quod in præsenti turbari uidetur, & illud proferens: Tace, obmutesce. Curauí aũt, ut epistola pietatis tuæ à sanctissimo & pientissimo Ioanne Antiochano Episcopo legeretur, qui ubi hæc audiuit multa cũ consensione ac cõpassione eadem affectat, quæ & nos senilem ætatem, cum ipse recens ad Episcopatũ generit, qui per gratiam Dei in certaminibus ad Episcopatum pertinentibus ita floret, ut præclarã de illo sentiant, ac glorienẽ, quotquot per oriẽtem administrationẽ sunt Deo dilectissimi Episcopi. Is pietatẽ tuam, ut traditur, obsecrat, ut sanctitas tua prudentia, quam habet, usa, intoleranbile illud uerbum, quod prorupit ita in manus sumat, ut per ea quæ loqueris ac facis Apostolico Apostolus dicit: Etenim si potestate uti uoluero, quã Deus mihi ad ædificationẽ non ad destructionẽ dedit, haud pudebit. Desideratissimũ uerò literarũ nostrarum latorem fidelem, & ex progenitoribus Christianum pro affectu tuo, quem erga bonos habes admittere dignare, & sinibi opus habet prouidentiam tibi competentem illi impende. Omnem eam fraternitatem, quæ tecum est, ego & qui mecum sunt plurimũ salutamus.

### CYRILLVS IVVENALI HIEROSOLYMORUM Episcopo.

*Domino meo desideratissimo fratri & comministro Iuuenali, Cyrillus in Domino S. D.*

OPtarim quidem religiosissimũ Episcopũ Nestorium probatorũ uirorũ uestigia & rectam fidem sectari. Quis nam em̃ eorum, qui recte sapiũt nõ optet probatissimos esse eos qui munus hoc sortiti sunt, ut seruatoris nostri gregis institutãr Quoniã uerò pręter spem accidit, (Quẽ. n. sperabamus syncerũ fore pastorẽ, hũc rectẽ fidei deprehẽdimus esse persequutorẽ) neq; hoc sortiti sunt, ut memores simus seruato ris nostri omniũ dicẽtis: Nõ ueni ut pacẽ mittã in terram, sed gladiũ. Veni enim separare homines patrẽ suum. Iam si bellũ nobis aduersus omni laude plenũ, quando pro gloria Christi certare dinoscimur: quomodo nõ omnino necessarium est, ut, etiamsi lachrymates tanq; fratrẽ a nitentes, amantẽ Dei zelũ seruemus, & tantũ nõ totius orbis incolis dicamus illud: Si quis domi suæ est, uentat ad me? Ego quidẽ illũ unis & alteris litteris tanq; fratrem adhortatus sum, ne prias cogitationes sectetur, sed habita rectę & Apostolicæ, Ecclesijsq; traditæ fidei ratione ab hac se stultitia liberet. Verũ nihil profuit adhibitum animi pharmacũ, fuitq; inefficax datũ cõsiliũ, ac tantũ abfuit, ut uoluerit ueritatis adhęrere dogmatib. ut & epistolã ad me scripserit, cũ propria subscriptione, in qua obiurgat quidẽ, tanq; offensus, clare tamẽ S. Virginẽ nõ esse deiparam profiteẽ, id quod diserte est dicere, non esse uere Deũ Emmanuelẽ, in quo salutis spem habemus. Ratus aũt quod & Romanorũ Ecclesiam in suã sententiã pertrahere queat, scripsit ad dominũ meũ religiosissimũ ac pientissimũ fratrẽ ac comministrũ Celestinũ Romanũ Episcopũ, inferens epistolis dogmatũ suorũ peruersitatẽ. Misit autẽ & multas expositiones, ex quib. peruersa sapere deprehẽsus, ac iam cum execratione tanq; hereticus cõdemnatus est. Quoniam igitur memoratus religiosissimus ac pietissimus Celestinus Romanæ Ecclesię Episcopus diserte de illo scripsit, & ad me epistolas misit, necessarium duxi, ut eas ad te darẽ, quo piũ illũ zelum, quem sponte alioqui pietas tua exacuit, literis istis excitẽ, quatenus uno animo & irremisso, pposito dilectionẽ in Christũ uiuidã reddamus, & populũ periclitãtẽ cõseruemus, ecclesiãq; adeò illustrẽ firmemus utpote si cõcordes uniuersi inter nos facti, iuxta determinatã formã, & illi & populo scripserimus. Quod si profecerimus, illũq; reuera ab ijs q̃ sensit auerterimus, lucrati sumus fratrẽ & seruauimus pastorẽ. Si uerò cõsiliũ nostrũ fuerit ineffi cax, sibijpsi quod subsequeẽ adscribẽs, laborũ suorum fructus comedet ipse. Necessariũ aũt erit, ut Christi amanti ac religiosissimo Regi, & uniuersis Magistratibus scribamus, cõsulamusq;, ne pietati in Christũ hominẽ pręponant, sed largiãtur orbi rectę fidei firmitudinẽ ac greges domini à malo pastore liberẽt, nisi uniuersorũ cõsilijs obtemperauerit. Saluta quæ tecũ est fraternitatem. Salutant te qui nobiscũ sunt in domino.

## SACRA REGIA AD Cyrillum.

*Imperatores Cæsares, Theodosius & Valentinianus uictores ac triumphatores maximi, religiosissimi, Augusti, Cyrillo Episcopo Alexandriæ.*

Epistola 17. APietate quæ in Deũ est reipublicę nostræ constitutio pendet, & multa utriq; est cognatio & societas. Cohærẽt enim inter se, & altera alterius crescit incremẽto, ita ut uera religio iustitiæ studio, respublica uerò ab utrisq; adiuta resplendeat. In regnum itaq; à Deo cõstituti, & cõnectio pietatis ac prosperitatis subditorum existentes, societatem harum perpetuo indiuulsam custodimus, ac prouidẽtia nostra pacẽ inter homines, pcurates, hactenus quidẽ reipublicę augendę ministramus: per omnia uerò subditis, ut ita dicamus, seruiẽtes, ut pie uiuant & cõuersentur, sicuti pios decet, adornamus; utriusq; ut cõuenit, curã gerẽtes (Neque enim fieri potest, ut alteri studentes, non similiter & alterius curam geramus)

*Nota quid magistratus subditus esse debeat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



geramus) præ cæteris in hoc incumbimus, ut Ecclesiasticus status, & qui Deũ deceat. & nostris temporibus conueniat, firmus permaneat, tranquillitatemq; ex omnium cõsensu retineat: sitq; per Ecclesiasticarum rerum pacem, quietus, & pia religio seruetur irreprehẽsibilis, eorumq; uita qui ad clericatum & magnum sacerdotium delecti sunt, ab omni sit culpa libera. Cum autem ista intelligeremus cum per dilectionẽ erga deum, tum per animum ueritatis amãtem in ijs qui pij sunt, obtinere posse, iam quidem sępenumero eorum gratia, quæ cõmodum inciderũt Deo dilectissimam omniũ eorum qui ubiq; sunt sanctissimorum Episcoporũ Synodum necessariam esse duximus: uerùm cunctatores per molestiã pietatis ipsorum improbitatem facti sumus. At urgens iam necessitatem cum Ecclesiasticarum, tum publicarũ disceptatio, & summe profuturam & irrecusabilem illam esse ostẽdit. Qua propter neque tam utilium rerum quæstionem concernunt, si negligãtur in peius dilabantur, id quod à temporũ nostrorũ est pietate alienũ, curabit pietas tua, ut post iminens sanctũ Pascha, uolẽte deo, circa S. Pẽtecostes diẽ ad Ephesiorũ Asiæ ciuitatem aduenias, & paucos, quos probauerit, ex prouincia sibi subiecta, sanctissimos Episcopos, ad eandẽ ciuitatẽ conuenire faciat, ut nec qui sanctissimis prouincię tuæ, Ecclesijs sufficiant, nec qui concilio sint accommodi, desint. Sunt enim exemplaria à nostra maiestate de prędicta sanctissima Synodo Deo dilectis per uniuersas Metropoles Episcopis scripta, ut hoc facto, et perturbatio, quæ ex cõtrouersijs istis accidit, secundũ ecclesiasticos canones dissoluatur, & quæ indecẽter cõmittũtur corrigãtur, sitq; & pietati erga Deũ, & publicis rebus cõmoda firmitudo, nec aliquid quacunq; in re ante sanctissimã Synodũ, et futurã illius cõmunem sententiam, à quoquã separatim innouetur. Et persuasi quidem sumus, unumquemq; Deo dilectissimorum sacerdotum, ubi resciuerint, cum Ecclesiasticarum tum publicarum rerum gratia, hac nostra sanctione percitum ad sanctissimã Synodum diligenti studio properanter accursurum, & rebus ita necessarijs atq; ad beneplacitũ Dei pertinentibus pro utribus consulturum. Nos autem multam harum rerum curã gerentes, neminem desiderari leuiter patiemur, nec ullã siue apud Deũ, siue apud nos excusationẽ habebit, si quisquam non cõfestim ad prædictum tempus loco determinato sedulus comparuerit. Quisquis enim ad sacerdotalem uocatus Synodum non prompte accurrit, esse se conscientia non bona declarat. Deus te multo tempore custodiat pater sanctissime ac religiosissime.

EPISTOLA CYRILLI AD CElestinũ Episcopum Romanũ.

*Sanctissimo ac Deo dilectissimo patri Celestino Cyrillus in domino* S. P. D.

*Epistola. 18.* SIquidem silere licuisset, ut nõ omnia quę agitatur pietati tuæ scriberẽ, potuissemq; extra querelas esse, & quod molestum uidetur effugere: præsertim in rebus ita necessarijs, ubi et ipsa fidei rectitudo à quibusdam distorquetur, sane mihi ipsi dixissem, bonum est & securum, ut sileam, & ut quiescã melius est, quàm ut perturber: quoniam uerò & Deus sobrietatẽ à nobis in hisce rebus exigit, et mores iniqui longe dissidẽt ab Ecclesijs hoc suadent, ut sanctitati tuæ ista communicem, iterum necessariò scribo, illud significãs, quod satan etiamnum omnia perturbat, et contra Ecclesias Dei insanit, atq; omnes ubiq; populos rectè in fide ambulãtes peruertere conatur. Non enim quiescit fera illa omnib. nominibus malitiosa, & impietatis gratia intolerabilis. Siluiitaq; præterito tempore, & nihil omnino, necad tuam pietatem, nec ad alium quempiam ex cõministris, de eo qui nunc Cõstantinopoli est, & Ecclesiam illam gubernat, scripsi: reprehensioni obnoxium futurum ratus, si quid in his rebus temerè præcipitarẽ. Quoniam uerò uelut ad summum mali huius peruenimus, necessariũ iam dixi, ut soluta lingua omnia quę sunt agitata edicã. Memoratus enim Episcopus simul atq; electus fuit, cum adhortationibus ad ea, quæ bona sunt, populo illic, & peregre in eam urbem uenientibus (q ut uerisimile est, multi sunt à quibuslibet ciuitatibus ac regionib. in id loci proficiscẽtes) prodesse deberet, studiose absurda quædã & ratione carentia, & quæ procul absunt ab apostolica & euangelica fide, quam sancti patres perpetuo custodierunt, & nobis tanquam preciolam margaritam tradiderunt, loquutus est. Et homilias, quas corã Ecclesia dixit, idq; sæpenumero, quas ne iam quidẽ dicere cessat, pietati tuæ, tanquam certum quoddam argumẽtum misit. Ego hoc affirmo, paratus etiã synodicis id literis manifestum reddere, quod talia dicenti ac sentienti cõmunicare non poterimus. Hoc quidem nõdum feci, uerùm arbitratus manum esse labentibus porrigendam, & cadentes tanquam fratres erigendos, hortatus sum eum literis, ut se à tam praua opinione cohibeat, sed nihil profecimus. Quoniã uerò tam abesse cognouit, ut eadẽ sentiamus quę ipse, ut obiurgẽtibus etiã, & ut ab intentionibus suis (dogmatib. enim nõ dixerim) desistat admoneamus, omnem insidiandi modũ tentauit, nec hactenus mouere non cessat. Cum autem speraremus eum medelam admittere, et a doctrinis quæ Christo aduersanẽ abstinere, cognouimus hac spe nos esse frustratos. Itaq; cum talis esset factus, accidit ut Episcopus quidam Constantinopoli esset, nomine Dorotheus, eadẽ ipso sentiens, uir, commodi sui gratia allentator, & sicut scriptũ est, labijs proteruis. Hic cũ in Synaxi throno Ecclesiæ Cõstãtinopolitanę, qui regligiosissimi Nestorij est, insideret, erectus magna cum uoce ausus est dicere: Si quis Mariã Deiparam esse dixerit, anathema sit. Clamor quidẽ oriebatur magnus & excursus ab omni plebe. Neq; enim illis amplius cum talia sentirent, cõmunicare uolebãt, ita ut populus Cõstantinopolitanus à synaxi



à Synaxi abstineat, demptis paucis leuioris momenti hominibus, ipsiq; assentãtibus. Monasteria uerò propè omnia, et illorum Archimãdritæ, multiq; è Senatu, non conueniunt, ueriti ne in ipsa fide lædantur. Sunt præterea apud eum & alij quidã, quos ab Antiochia cum in eam urbem ascendisset secum abduxit, quæuis peruersa loquentes. Quoniam uerò homilijs eius in Aegyptum allatis, leuiores quosdam in errorem abreptos hæsitantes hęc inter se an rectè loquitur: an seductus est? dicere cognoui, ueritus morbi huius contagia in animis simpliciorũ radices agãt. Monasterijs quæ per Aegyptum sunt catholicam epistolam scripsi, confirmans eos in fide recta. Huius postea exemplaria Constantinopolim quidam asportarunt, è quibus multi quidem legentes adiuti sunt, ita ut quamplurimi ex proceribus rescribentes gratias nobis egerint. Verùm etiam hoc illi offensionis contra me fomentum est factum, ut me tanquam inimicum impugnet, nihil aliud habens quod accuset, nisi unum hoc, quod non sustineo eadem sentire quæ ipse, imò & multos in usiam reduxi, suadens illis ut fidem quam à patribus accepimus, & quæ ex diuinis scripturis didicimus, sapiãt. Simul etiam non admodum curans, quæ contra me machinatur, sed Deo omnia & scienti & potenti commẽdans: iterum aliam memorato Episcopo epistolam uelut compendio rectę fidei expositionem habentem scripsi, pariter illum hortans & contestãs, ut ad eum modum sentiret ac loqueretur, quæ ab initio probat, nec peruersa loqui cessat. Sciat & hoc pietas tua, quod quæ ille dicit omni bus per Orientem Episcopis conueniunt, nec equi per Macedoniam sunt religiosissimi Episcopi. Et quoniam hoc intelligit, arbitratur se ommbus esse, sapientiorem, qui solus diuinæ Scripturæ scopum, & Christi mysterium cognoscat. At quomodo non magis debebat persuasissimus esse, quod uniuersis per totum orbem orthodoxis Episcopis ac laicis & Christum Deum, & genetricem eius uirginem esse Deiparam consentientibus, solus ipse hoc negans erret? Verum insolescit ac putat se, quoniam ui throni omnibus insidiatur, & nobis & reliquis uniuersis, ut eadem sentiamus quę ipse, posse persuadere. Quid itaque faciemus, neque illi persuadentes, neque ferre ualentes, ut talibus quotidie homilijs populus Constantinopolitanus corrumpatur: qui licet moleste ista ferat, expectat tamẽ ut ab orthodoxis ipsi doctoribus succurratur, idq; non de uulgaribus loquimur. Non autem periculo caremus, si tacuerimus. Cum enim Christus male audiat, quomodo nos tacebimus, cum Paulus scribat, ac dicat: Siquidem uolens hoc facio, mercedem habeo: si uerò inuitus, dispensatio mihi concredita est? Itaque quibus uerbi dispensatio, & fidei custodia concredita est, quid in die iudicij dicemus, si quando ad ista tacuerimus? Verunta men nos ipsi ab illius communione cum fiducia non eximimus, donec ista pietati tuę communicemus. Quapropter quid uideatur exprimere digniare, an aliquando debeamus illi communicare, aut in posterum confidenter edicere quod talia et sentienti et docenti nemo nostrum communicet. Scopum uerò integritatis tuæ perspicuum oportebit fieri per literas etiam religiosissimis ac Deo dilectissimis qui per Macedoniam sunt episcopis, & simul omnibus per Orientem. Occasiones enim illis hoc à nobis fieri cupientibus dabimus, ut uniuersi uno animo, & una sententia persistant, & pro recta fide quæ impugnatur decertent. Quantum enim in ipso est, & patres nostri magni illi & admirabiles ac celebres qui sanctam uirginem Deiparam esse dixerunt, anathemate percussi sunt, & nos qui ad huc in uitis sumus, simul cum illis. Et quoniam hoc propria uoce facere noluit, alium substituit, memoratum uidelicet Dorotheum, quem ipse sedens & audiens, ut hoc diceret, subornauit, cui etiam confestim throno descendens in diuinorum mysteriorum celebratione communicauit. Vt uerò sanctitas tua dilucide cùm quę ille sentiat & dicat, tum quæ beati ac magni patres nostri docuerint, cognoscat, tomos mili, habentes capitum pericopas. Curaui uerò ut exponerentur, quantum id per eas qui Alexandriæ agunt fieri potuit. Et epistolas quoq; à me scriptas dilecto Posidonio dedi, mandans illi ut & has tuæ sanctitati exhibeat.

CYRILLVS PATRIBVS Monasteriorum Constantinopol.

*Religiosissimis ac pientissimis Patribus Monasteriorum, qui in magna sunt Constantinopoli, Cyrillus in Domino salutem.*

*Epistola 19.* PIetatis uestræ zelum quem pro Christo infamato, idq; in Ecclesia orthodoxa, ostendistis exacte cognouimus, illumq; uehemẽter quidem laudauimus, in lachrymis uerò perseuerauimus, obsecrantes omnium seruatorem Christum, ut nunc diaboli laqueũ infringat, & offensaculum hoc Ecclesijs adimat, cessare que faciat blasphemias gloriam ipsius obscurantes. Quoniam uerò patiens est, abunde satis temporis religiosissimo episcopo Nestorio scienter permisit, silentibus interea omnibus, & abs illo, quod in uotis erat uniuersis expectantibus ut seipse à prophana illa uocũ inanitate auerteret, ac nobiscum quæ recta sunt & decentia, diuinisq; Scripturis cõuenientia sentiret, fidemq; amplecteretur Ecclesijs iam inde ab initio à sanctis Apostolis & Euangelistis traditam, qui & synceri mysteriorum Christi dispensatores fuerũt, & id in mandatis habuerunt à Domino, ut euangelium ipsius uniuerso orbi qui sub cœlo est administrarẽt. Quoniam uerò in ijsdem mansit, & forsan ad peiora quoque dilapsus est, blasphemias adijciens blasphemijs, peregrinaque & omnino aliena tra

dens dogmata, quæ sancta & catholica Ecclesia prorsus ignorat. Iam tribus literis, his uidelicet, quæ iam à uobis & præterea quæ à sanctissimo ac pientissimo fratre & comministro nostro Celestino magnæ Romæ episcopo, missæ sunt admoniti, exigendum censuimus, ut si resipiscere, ac super ijs quæ dixit illachrymando peruersa sua dogmata scripto anathemati, & recte ac inculpate catholicæ Ecclesiæ fidem confiteri uelit, ueniam, si hanc petat, & quæ oportet discat, expectet: si uerò iste facere nolit, alienum esse se, & exortem ab Episcoporum choro, & docendi dignitate sciat. Periculo nanque non caret, si lupus in specie pastoris perniciem possit Seruatoris inferre gregibus. Estote itaque uiri tanquam serui Dei, & pro animabus uestris curam gerite, omnia pro gloria Christi facientes, ad hoc ut fides in ipsum ubique recta & inculpata prædicetur. Hoc enim uos & à futuris periculis liberabit, & coronis coram tribunali Dei dignos efficiet, omnium nostrum seruatore Christo, uniuersa hęc, propter dilectionem qua in ipsum estis, agnituro ac probaturo.

CYRILLVS ARCHIEPISCOpus Alexandrinus Comario & Potamoni episcopis ac Domino Dalmatio Monasteriorum Archimandritæ, Timotheoq; & Eulogio presbyteris, dilectis & desideratissimis, ac in Christo sanctificatis, pluriman salutem.

Epistola 20. EXpectauimus quidem uenerandissimi Nestorij aduentum, ut ab ijs quę blasphemauit ab eo tempore quo primum electus est, resipisceret, & ueniam à sancta Synodo peteret, licet etiam sic maxime periculosum sit ueniam illi dare. Non enim usuuenit unquam ut uiro, qui talia prædicárit. (uniuersum enim peruertit orbem, et religiose seruatam Ecclesiarum fidem luxauit) uenia sit data. Si enim qui uel unam contra religiosissimos & Christi amantissimos Reges nostros blasphemam ausus fuerit emittere uocem, merito quam leges præscribunt patitur indignationē, non magis impius ille eam patietur, qui sacrū nostrū mysterium uniuersum subuertit, & dispensationem è medio tollit, quam sanctus ac benignus Dei patris unigenitus filius homo fieri dignatus nostri gratia adimpleuit, ut nos omnes seruaret, et uniuersum orbem qui sub cœlo est, et à peccatis & morte liberaret? Verum obstinationem uiri huius admirati sumus. Non enim resipuit, neque super ijs quæ contra omnium nostrū seruatorem Christum dicere est ausus plorauit: immò Ephesi coram constitutus, ijsdem usus est sermonibus, iterúmque se peruersa sentire declarauit, ita ut cum insignes Metropolitani pientissimi Episcopi illi loquerentur, ac postea eum è diuina scriptura concluderent ac probarent, Deum esse, qui è sacra est uirgine secundum carnem natus, scelesta uoce usus dixerit: Bimestrem ego & trimestrem Deum non dico, & alia præterea, quibus unigeniti incarnationem sustollebat. Itaque præfixus quidem à pietissimis Regibus sancta Synodo terminus fuit sancta Pentecostes. (Nam priores literæ quibus uocati sumus, eam formam habebant,) occurrimus uero ad Ephesiorum urbem ante præfinitum diem. Non enim licebat regiam contemnere Maiestatem. Quoniam autem religiosissimum ac pientissimum Ioannem Antiochenum episcopum aduenire audiebamus, expectauimus adhuc sedecim dies, quāuis uniuersa Synodus reclamaret ac diceret: Non uult ille accurrere. Metuit enim ne depositionem religiosissimus Episcopus, exipsius Ecclesia ad episcopatum susceptus, patiatur, & hac forsan de causa uerecundatur, id quod & ipsa experientia postea uere ostendit. Etenim uenire distulit. Nam nonnulli religiosissimi Episcopi ex Oriente qui cum ipso sunt, dixerunt: Præcepit nobis dominus Ioannes episcopus, ut pietati uestræ dicamus: Si tardauero, quod facitis facitis. Itaque sancta Synodus uicesima octaua mensis Payni, more Alexandrino, in magna Ecclesia quæ Maria uocatur, congregata, missō religiosissimo quodam episcopo Nestorium uocauit, ut ueniret, sibi' que ipsi adesset ac rationem eorum quæ dixit & fecit redderet. Ipse uerò primum quidem respondit, dicens: Consiederabo & uidebo. Vocatus est secūda recognitione missis iterum ad ipsum à sancta Synodo pientissimis Episcopis. Ipsa autem rem commisit absurdam, acceptos à magnificētissimo comite Candidiano milites ædibus in quibus erat ad hoc præstituens ut fustibus prohiberent, ne quis quam ad se ingrederetur. Cum autem sanctissimi Episcopi qui missi fuerant perseuerarent, dicentes: Nihil mali uel dicturi uel audituri uenimus, sed sancta Synodus ipsum uocat, uarijs usus est prætextibus, ut qui uenire nollet. Accusabat enim ipsum conscientia. Vsi sumus posthea tertia quoque recognitione, missis iterū ad ipsum uariarum prouinciarum Episcopis. At ille rursus militum usus est uiolentia, nec uenire uoluit. Considens itaque sancta Synodus & Ecclesiasticas constitutiones sequens, cum epistolas ipsius & exegeses legisset, inuenisseq; illas blasphemijs plenas, testarentúrque religiosissimi Metropolitani episcopi, quod in ipsa Ephesiorum urbe ad ipsos disserens dilucide Iesum nō esse Deum, dixerit, deposuit eum, iustámque ac legítimam aduersus eum sententiam tulit. Quoniā uerò necesse est, ut pietas uestra cognita hæc eos doceat, quorum potissimum interest ea scire ne uel ipse uos, uel qui ipsi studiose adhærent aliò pertrahant, necessariò uobis ista significaui. Habemus autem & religiosissimi ac pientissimi Ioannis episcopi epistolam ad ipsum scriptam, qua eum uehementer increpat, quòd inania & impia dogmata in Ecclesia induxerit, prædicationemq; Ecclesijs à sanctis patribus & Apostolis datam destruxerit. Quoniam autem nihil potest ad blasphemias suas tuēdas dicere, prætextū quæsiuit



quæsiuit, dicens: quatuor dierum dilationem peti, donec ueniat Antiochenus episcopus. Verū non concesserunt, quanquam memoratus episcopus Ioannes aduenire detrectauit. Etenim si adesse uoluisset, ut qd per episcopos quos sub se habet nunciasset, dicens: Si tardauero quod facitis facite: ut enim dixi, adesse noluit, sciens omnino futurum ut sancta Synodus Nestorij depositionem decernat, utpote qui impia & blasphema contra omnium nostrum seruatorem Christum loquutus sit. Cum itaque, sicuti cognouistis allatæ sint à magnificentissimo Comite Candidiano relationes istæ, Vigilate qui docetis: quoniam rerum in depositione Nestorij gestarū commentarij in chartas nondum sunt absolute relati, ne relationem quidem, quæ merito mitti debebat, ad religiosos ac uictores Reges nostros mittere non potuimus. Comprehendetur autem uolente Deo relatio unà cum commentarijs, si nobis quisquam talem permiserit, qui perferre queat. Quapropter si commentariorum ac relationis aduētus tardior fuerit, scitote quod citius mittere concessum non sit. Valete.

Sanctus Dalmatius suggestum ascendit ac dixit: Si uultis audire, quiescite ac cognoscite, nec ijs quæ dicentur obstrepere uelitis, sed patientes estote, ut uerba exacte audiatis. Epistolam quæ iam est religioni uestræ lecta religiosissimus Rex legit & perfurasus est. Nam ego illi cum ad me uenisset autem ad me, & sunt lecta. Et ne contristaretur, nec plura quàm quæ dixeram sunt scripta. rem eum, sequentia præmisi, quæ relatores non offenderant, sed eorum loco alias submonstraui literas. Itaque decentia illi & consentanea lo cutus sum, quæ iam coram uestra religione dicē dānō sunt, ne putetis me elatum aut iactatorem esse. Conteret enim Deus ossa hypocritarū. Augebit Dominus quæ facta sunt ex ordine omnia, diuitq; est cum gratiarumactione ad Deum, gauisusq; ac uerbis serieí sanctæ Synodi sicuti regiæ ipsius maiestati cōpetit, consensit, non meis uerbis, sed fide uorum ac patrum suorum inductus. Versusq; est atque hoc dixit: Si ita est, mitte, ut ueniant, qui adfuerunt Episcopi. Et dixi ei: Nemo illis ut ueniant permittit, & respondit: Nemo prohibet. Ego uerò dixi, quod detenti sint, ac ne uenant, prohibiti. Iterumq; dixi, quod ex Nestorij parte ueniant, & abeant turmatim multi: quę uero à sancta Synodo sunt gesta, nemo ad uestram pietatem referre permittitur. At de parte altera, hoc est Cyrilli, dixi Regi coram omnibus, utrum malit, an sex millia, numero, Episcoporum audiri, uel unum hominem impium: sex millia uerò Episcoporum, de illis dixi qui sub potestate sunt Metropolitanorum sanctorum episcoporum. Hoc q; factum est, ut mittatur, ac ueniant, qui aduenturi sunt, qui & ea quæ gesserunt, manifestā faciant. Loquor autem de sanctissimis Episcopis, qui è Synodo nunc sunt uenturi. Et dixit: Recte quęsiuisti, adiecitq; rursus uerbum unum ac dixit: Ora pro me. Et scio Regem magis Deo obsequuturum, ac sanctæ Synodo quàm peruersis hominibus. Orate itaque pro Rege & nobis. Populus Constantinopolitanus una simul uoce clamet, Anathema Nestorio.

CYRILLVS PATRIBVS Monachorum.

*Cyrillus religiosissimis ac pientissimis Monachorum patribus, & monasticam uitam uobiscum in fide Dei exercentibus, dilectis ac desideratissimis in Domino salutem.*

DOminus noster Iesus Christus, cum à Iudæis probris affectus ac flagellatus, tādemq; & propter nos, & pro nobis cruci affixus contumelias sustineret, uideretq; omnes impios in se delinquentes capita aduersum se mouere, dixit: Et expectaui, num quis simul contristaretur, & non erat: & qui consolarentur, & non inueni. Tale quid etiamnum factum esse uidemus. Imò ne fidelium ac syncerorū zelum iniuria afficiam, in blasphemijs Nestorij multos habuit contristatos: etiamsi nō nulli qui simul sunt ad sacerdotiū ordinati, conspirantes cum hæretico, & his qui illi repugnant aduersantes, ipsum reprobārint. At irritam faciet Christus istorū procacitatem, imò iam irritam fecit. Sedatum est enim os blasphemum, siletq; lingua scelestissima, nō amplius blasphemias contra Christum in præceptoria sacerdotalíq; dignitate proferens, & qui magis sunt ipsius amicitia quàm dilectionis erga Christū cura moti, facies habent ignominia plenas. Hoc enim illis prodest. Attamen etiamsi iam uictus est inimicus, & sumus in reliquijs sollicitudinis etiā, sic uestris ad Deum supplicationibus opus habemus, & necessarium est ut uos, qui uestram Deo uitam obtulistis, sanctas extollatis manus, idq; continuo pro nobis faciatis. Cogitabitis enim quod cum Iesus Naue cū electis ex Israel in acie contra Amelec dimicaret, beatus Moses sublatis manibus à Deo petebat, ut qui in bello ac pugnarant uincerent. Confortetur itaq; pietas uestra ad orandum, & tanquam germani filij patres adiuuate, qui prauam Nestorij opinionē instar pestiferi cuiusdam morbi exciderunt, ut & immaculatam & inculpatam, & quæ nullo pacto accusari queat, habentes fidem, Christo omnia propter nos, & pro nobis perpesso placere ualeamus. Exhilarate nos etiam per literas. Amplexabimur enim illas tanquam sufficientissimam consolationem. Optò ut saluí sitis, dilecti ac desideratissimi fratres. Epistola 21

*Cyrillus ad Clerum populumq; Constantinopolitanum.*

TVrbata est admodum sancta Synodus, ubi magnificētissimum ac gloriosissimum Comitem Ioannem non recte omnia retulisse audiuit, ita ut & de nostro exilio qui illic sunt consultent, quasi sancta Synodus irregularem & nefandam depositionem à Ioāne & hæreticis qui cum Epistola 22

Universidad de Deusto
Biblioteca



eo sunt factam, acceptârit. An altera igitur facta A
est à Synodo relatio, qua se literis Principis con-
tristatam esse docet, & quod nõ acceptauerimus
trium depositiões, quódque præsertim irrita sint
quæ ab illis impie & illegitime: firma uerò, quę à
nobis sunt gesta. Etenim & priore relatione do
cuerunt quod irrita quidem fecerint, quæ ab illis
irregulariter sunt facta, nos uerò pro consortib.
& coepiscopis habeant, & quod huiusmodi sen-
tentiam haud mutent. Cum uerò innumera me-
moratus magnificentissimus uir tentârit, ut in
communionem sanctæ Synodi Ioannes, & qui
cum eo sunt recipiantur, in hodiernum tamen
usque diem huiusmodi uocem ne audire quidē
sustinuerunt, sed instant omnino, dicentes, Im-
possibile est ut huc impellamur, nisi etiam quod
ab istis irregulariter est factum dissoluatur, & san B
ctæ Synodo tãquam qui deliquerunt, supplices
fiant, & Nestorium illiúsque dogmata scripto a-
nathematizent. In his uidelicet est uniuersa Sy
nodi contentio. Cum autem hanc rem memo-
ratus magnificentissimus uir non esset assequu-
tus, etiam hoc excogitauit, & à sancta Synodo
NOTA. petijt, ut sibi scripto daretur fidei expositio, ut &
illos consentire ac subscribere faceret, & reuer-
sus diceret, Conciliaui eos ad amicitiam, huma-
nis inter se offensis dissidentes: ubi hoc sancta
Synodus intellexit, rursus omnino instetit, di-
cens: Non exponimus nos ipsos contumeliæ.
Non enim tanquam hæretici uocati sumus, sed
ad hoc uenimus, ut fidem reiectam restituamus,
quam & restituimus: nec opus est Regi ut fidem C
discat, cum hanc sciat, in´que illa baptizatus sit.
Itaque ne hoc quidem Orientalibus processit. Il
lud autem scitote, quod cum fidei expositionem
componerent, inter se contenderunt, & adhuc
in contentione tenentur. Nam alij quidem ad-
mittunt ut sancta uirgo Deipara dicatur, cum eo,
ut & homini para dicatur: alij uerò prorsus hoc
negant, paratósque esse se dicunt, ut manus suas
amputandas præbeant, potius quàm ut huiusmo
di uoci subscribant. Vbique autem turpiter se
gerunt, hæretici declarati. Hæc à uestra pietate
doceantur omnes, præsertim pientissimi & san-
ctissimi Archimandritæ, ne forte prædictus ad
uos reuersus, alia, p alijs dicat aut doceat ut quo-
rundam aures oblectet. Ne pigrescat uerò pie-
tas uestra, neque laborando pro nobis defatige- D
tur, sciens quod seipsam & Deo, & hominibus
commendet. Et hic propter Seruatoris gratiam,
Deo amantissimi Episcopi, qui nos nunquam ui
derũt animas suas ponere pro nobis parati sunt,
accedũtq; nos cum lachrymis dicentes, Et ad ex-
ulandum unà, & ad commoriendum parati su-
mus. Sumus autem omnes in multa tribulatio-
ne quod excubijs militum custodimur, etiam an
te lectos eos dum dormimus habentes, maxime
uerò nos. Alia uerò uniuersa Synodus defa-
tigata laborat, pluresq; mortui sunt. Multi
etiam iam res suas sumptibus de-
stituti, diuendunt.

θεότοκον τὴ ἀνθρωποτο-κον παρθέ-νον.



*Religiosissimis Theopempto Potamoni, & Danieli Constantinopolitanis episcopis dilectis & comministris Cyrillus in Domino salutem.* Epistola

MVltæ illic contra nos struuntur calumniæ, cum quod multi ab Alexandria, è balneis nos sequuti sint, tum quod Cancnicæ quoq; nobiscum sint egressæ, ita ut à delatoribus dictum esse dicant, depositionem passum esse Nestorij per meam subornationem, et non secũdum propositum sancti Concilij. Sed benedictus Seruator, qui talia dicentes redarguit. Vt enim Dominus meus magnificentissimus ac gloriosissimus comes Ioãnes, qui regalibus largitionibus præfectus est Ephesum uenit, animaduertit in eos qui talia deliquerunt. Cum autem nihil ueri deprehenderet, sanctam Synodum fidei causa instare, et Nestorium neque mihi gratificando, neque alio quodam zelo quàm diuino cõmotam, quod blasphemias eius ferre non posset, condemnasse cognouit. Postquam uerò religiosissimorum & Christi amantium Regum lectæ sunt literæ, quibus trium depositiones acceptandę dicebantur, custoditi interea sumus, non uidentes, quis huius rei futurus sit exitus. Veruntamen gratias agimus Christo, si pro nomine eius digni habeamur non solum uinciri, sed & reliqua omnia peti. Non enim res ista mercede caret. Non stinuit aũt sancta Synodus cõmunicare Ioanni, sed instat, dicẽs: Ecce corpora, ecce Ecclesias, ecce ciuitates, potestatẽ habetis, nobis impossibile est cõmunicare Oriẽtalibus nisi dissoluatur, quę per ipsorum sycophantiam cõtra comministros nostros sunt instructa, rectámque fidem confiteantur. Deprehenduntur enim Nestorij dogmata & loqui, & sentire & confiteri. In his itaque uniuersa est contentio. Precentur pro nobis omnes orthodoxi. Sicut enim beatus Dauid dicit: Ego uerò ad flagella paratus sum.

*Deo dilectissimo & sanctissimo comministro Cyrillo Archiepiscopo Alexandrino Maximianus in Domino salutem.*

ADimpleta sunt tibi quæ desiderabas. Perfectum est tibi propositum quod pro pie- D
tate cõperas. Ad finem peruenit pietatis desi-
derium. Theatrum factus es angelis & homini-
bus, & uniuersis Christi sacerdotibus. Non so-
lum credidisti in Christum, sed & pro ipso pas-
sus es. Solus passionibus Christi dignus es iudi-
catus. Dignus es habitus, qui stigmata ipsius in
corpore tuo portes. Confessus ipsum coram ho-
minibus, confessionem nactus es à patre et ange-
lis. Ornatus est coronis quæ pietati debentur.
Potuisti omnia in Christo qui te potentem red-
dit. Humiliasti Satanam per patientiam. Con-
trempsisti tribunalia, cõculcasti iram principũ, fa-
mem floccifeceristi: panẽ enim habes, qui de cælo
descendit, & cœlestem uitam hominibus dedit.

Quoniam



Quoniam igitur nos nullius horum expertes fui A
mus, alijs quidem sensibiliter eruditi, alijs uerò
hic agentes per auditũ uestrę tribulationis quam
ultimis principatibus & potestatibus, ac mundi
dominis, rectoribus tenebrarum huius seculi,
spiritalibus asturijs resistẽtes, promoti sumus ad
Archiepiscopatũ magnę huius ciuitatis. Digna-
re itaque nos Deo dilectissime cum precib. tuis
sustulcire, tum consilijs dirigere, & omni intelle-
ctu erga nos uti, ut & in nobis scripturæ dictum
adimpleatur, Frater à fratre adiutus pinde est at-
que ciuitas munita. Vere nanque spiritalis dile-
ctio ciuitas est munita, quę neque cuniculis neq;
gradibus debellari aut expugnari potest à diabo
lo. Non enim bellicis Satanæ machinis obnoxia
est, eo quod à Domino Christo custoditur, Chri-
stus inquam, qui mundum hunc deuicit, & sempi B
ternatibi bona præparauit, quicq; dixit: Qui non
accipit crucem suam, & sequitur me, non est me
dignus. Cum itaque dignus sis domino Christo,
propterea quod crucẽ tuam sustulisti, & sectator
ipsius es factus, intercessionẽ pro nobis ad Chri-
stum ne negligas, fraternas uirtutes, proprias esse
prærogatiuas ratus. Vale in Domino, & ora
pro me Deo dilectissime, & sanctissime frater ac
comministr.

RESPONSIO CYRILLI.

*Religiosissimo ac Deo dilectissimo comministro Maximiano Cyrillus episcopus in Domino salutem.*

CONueniens arbitror ut & nunc dum inte- C
gritas tua sacerdotium illud admodum no
bis optatum fortita est iuxta prophetæ uocem di
camus: Lætetur cœlum desuper, gaudeat terra si
mul uniuersa, ac uociferetur cum lætitia. Os nan
que quod superba loquutũ est, non amplius con
tra Seruatoris nostri gloriam extollitur: neque
quod facere solebat, cornu in altum erigit, & in-
imicis negato, loquitur. Redemit enim nos Iesus
Christus & unus & solus, ac uerè filius Dei & pa
tris, non corruptibilibus argento aut auro, sed
magis anima sua, quam pro nobis posuit, & tan-
quam inculpatum sacrificium seipsum in odorẽ D
bonæ fragrantiæ Deo ac patri obtulit, & preciũ
pro uita nostra proprium sanguinem dedit. Erat
enim dignior omnibus, imò & uniuersam crea-
turam excellens, licet unigenitus, Dei sermo, no
bis similis perfectus homo sit factus: non uersio-
nem, non alterationem, non uulgatam confusio
nem, non inquinationem, nec mutationem in id
quod non erat, passus: sed id potius, etiam in hu-
mana nostræ similj, natura, quod erat permanẽs,
& uere uiuens & subsistens patris sermo credi-
tus. Age igitur confessionem illi rectæ fidei, lin-
guam, & mente Dei amante offeramus, dicen-
tes cum beato Baruch 3. Hic est Deus noster, nõ
reputabitur ad eum alius. Omnem scientię uiam
adinuenit, & dedit eam Iacob puero suo, & Israe
li dilecto suo, & postea in terra apparuit, & cum
hominibus conuersatus est. Non enim alius e-
rat filius Dei & patris, qui ante omne seculum ac
tempus fuit, per quem omnia ad generationem
sunt producta, & alius: qui nouissimis huius se-
culi temporibus, per sanctam uirginem secun-
dum carnem est natus, sed potius idem ipse semi
ne Abrahę secundum beati Pauli uocem assum-
pto, & carnis ac sanguinis perinde atque nos par
ticeps factus, & fratribus, hoc est nobis, per om-
nia, sola dempto peccato, assimilatus. Corpus
uerò ipsi unitum, anima intellectuali animatum
esse confitemur. Non enim uesani Apollinarij o-
pinionibus affines sumus, sed magis recta sentiẽ
tes anathematizamus & Apollinarium, & Ari-
um, & Anomium, et cum illis etiam Nestorium.
Fidem enim initio nobis tanquam certam ac fir-
mam animæ nostræ, sicut scriptum est, traditam
anchoram habemus. Confitemur itaque, sicut
dixi, Vnum & solum ac uerè filium Dei & patris
Dominum nostrum Iesum Christum, scientes il-
lum eundem esse & Deum, uerbum ex patre, &
hominem è muliere, & supra legem tãquam de-
um, & sub lege, propter humanitatem, in digni-
tate Dominica secundum naturam, & in forma
serui propter dispensationem. Hanc nobis tra-
ditionem cõmendarunt & uerba Mosaica & pre
nũciationes prophetice, & ipsi præterea qui uer-
bi huius ab initio cum spectatores tum ministri
fuerunt, adhuc etiam qui ante nos extiterunt san C
cti patres, qui sermonem uitæ habẽtes facti sunt
luminaria in mundo: quorum fidem imitamur in
conuersationis ipsorum exitum intendẽtes, hoc
est, eadem cum ipsis & sentire et loqui satagimꝰ,
nullo pacto sustinentes ut à recto tramite exor-
bitemus. Memores nanque sumus diuinæ scri-
pturæ clamantis: Rectas fac semitas pedibus
tuis, & uias tuas dirige. Etenim qui rectas semi-
tas in precio habent, ad scopum supernę uocati-
onis in Christo currunt: qui uerò nulla habita a-
postolicæ & euangelicę sedis ratione inconside-
ratam, inutilem, & uerè ridiculam mentis suæ ad
inuentionem magni æstimant, audiant ab om-
nibus: Ne terminos perpetuos, quos patres ue-
stri locarunt, transferatis. Nam uia talium nõ ad
ciuitatem ducit, sed flexuosæ magis sunt ipsorũ D
orbitæ, in barathrum inferni & laqueum mortis
deducentes. Et uidetur mihi Salomon ille admo
dum sapienter hæreticorum personam singula-
riter impudenti conferre mulieri, ac deinde ad-
monere, quomodo sit uitanda ac fugienda hæc
mulier, quæ bestia quædam est, cuius cor sagena
est, & manus uincula, & peccator illaqueabitur
in ea. Sed nos quidem è uenatoris huius inex-
plebili laqueo erepti, & per nostri omnium ser-
uatorem Christum seruati sumus, quem & De-
um esse credentes, & simul genitricem eius secũ
dum carnem Deiparam esse confitentes, accedi-
mus ad eum dicentes: Viuificabis nos, et nõ de-
ficiemus à te, & nomini tuo confitebimur in se-

Universidad de Deusto
Biblioteca



cula. Omnia autem ista optatissima bona diuina nobis arcanáque & cœlestis sententia conciliauit, & cœlesti nutui consentiens religiosissimi ac Christi amantis Regis animus. Decuit enim illius serenitatem non modo contra uisibiles, sed præterea & contra inuisibiles hostes pugnare, & barbaricas quidem confringere phalanges, uerum simul & inefficacem reddere diaboli improbitatem, & per pietatem tuam eorum qui in Christum credunt moderari securitatem. Qui nanque temerè in Ecclesijs nugabatur, & blasphemijs contra Christum os intemperans aperiebat à sacra & diuina discessit aula: uicissim uerò integritas tua tanquam plantula pacis, sicut scriptum est, prodijt & germinauit. Et hoc uerò splendidum est pij Regni, præsertim cœlestis, ut dixi, sententiæ munus. Consentimus itaque uobis rectam & inculpatam habentibus fidem. Surrexit enim uir, Sacrorum minister, quem & diuturnum nobis tempus commendauit, & ipsa rerum experientia coronauit: uir, qui bonis erga uos curis multum temporis insumpsit, & honestissimam illam canitiem uelut quibusdã floribus ornauit. Oportebat enim, oportebat inquã selectis Seruatoris nostri gregibus & sapientem & intelligẽtem dari præsidem, cui mens sit pastorali industria plena & pabulo bono locóque pascuoso pascere sciat, & qui rebus ipsis probatus sit, tanquam fidelis & syncerus œconomus.

Eos enim qui ad hunc modum uiuere consueuerunt & recipit Christus, & quauis re dignos habet: diuersos uerò à ministerio ipsis concredito reijcit. Et hoc uerũ esse ex ipsis sacris est cernere literis. Dixit enim alicubi Deus ad beatum prophetam Esaiam: Vade ad tabernaculum ad Sobnam œconomum, & dic ei: Quid tibi hic negocij est? Et quid tu hic agis? Ecce dominus ejiciet & conteret uirum, & auferet stolam tuam & coronam tuam gloriosam illam, & abijciet te in regionem latam & immẽsam, ibiq; morieris, & abripieris à dispensatione tua, & statione tua. Et erit in die illa, uocabo puerum meum Eliacim filium Helchiæ, & induam illum stola tua, & coronam tuam dabo ei, et œconomiam tuã dabo in manus eius, & erit tanquam pater omnibus habitantibus in Hierusalem, et qui habitant in Iudah. Et dabo illi gloriam Dauidis, & principatum geret, & non erit qui contradicat. Et ponam eum principem in loco tuto. Et erit in thronum glorię domui patris ipsius. Et fiduciam in eum habebit qsquis gloriosus est in domo patris sui, à modico usq; ad magnũ, et pendebunt ab eo in die illa. Hæc uerò dicit Dominus exercituum: Amouebitur homo, qui iam in loco tuto confirmatus est, & cadet & auferetur ab eo gloria eius, quia Dominus loquutus est. Diligit itaque omnium Deus uere fidelem & syncerum œconomum. Diuersum uerò, tanquam prophanum auersatur. Auxiliabitur autem sanctitatem tuam, & cœlestibus illam donis diuite manu exhilarabit, ideóque bona sumus fiducia, futurum ut recte se

*Esaiæ 22.*

*Exemplar loci hunc ita habebat, sex locis mutilum.*

cet ueritatis sermonem, & euestigio sanctorum patrũ fidem sectetur, ac probata permaneat, per misericordiam & beneuolentiam Christi Seruatoris nostri omnium, per quem & cum quo Deo & patri cum sancto spiritu sit gloria in secula, Amen. Saluta fraternitatem quæ tecum est, salutat te quæ mecum est in Domino. Valere te & apud Dominum in memoria esse opto religiosissime, & Deo dilectissime frater.

ALIA EIVSDEM AD EVNdem Maximianum.

*Reuerendissimo & Deo dilectissimo comministro Maximiano Cyrillus in Domino salutem.*

*Epistola 28.*

NIhil erat dubij, quin omnino & semper esti preces essent sanctitatis tuæ preces. Paracissime siquidem nostri omnium Seruator diligentibus se annuit, ut etiam in hoc unusquisque gaudens et exultans, dicat: Exaudiuit de templo sancto suo uocem meam, & clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius. Etenim ecce, ecce inquam, rursus inter se coadunata sunt dissperſa ecclesiastici corporis membra, & iam nihil est, quod prædicatores euãgelij Christi ad discordandum à se inuicem separet, sed unà omnes fide ornamur sceleratorum dogmatum inuentorem Nestorium extra sacra septa ejicientes, & à grege insigni falsum pastorẽ remouẽtes. Etiã illud precum tuarum interuentu contigit, ut pientissimis principibus necessaria sit indicta cura de procurãda sanctarũ Ecclesiarũ pace. Optauimus autẽ & nos ut quæ nos diuidebant, & ad discordiã seiungebant è medio tollerẽtur, & splendor ille pacis Deo gratissimæ, lucis instar, pacis professoribus restitueretur. Sancto, et deo dilectissimo, religiosissimoq; Ioãni Antiocheno episcopo & reuerẽtissimis qui cum eo sunt episcopis Nestorij prodamnato habẽtibus, & execrãdissimas illius blasphemias anathematizãtibus, literas cõmunionem cum ipsius beatitudine, & reliquis pollicentes, misimus, et ad cõcordiã iam cõiuncti sumus, annuẽte ad hoc etiam tua sanctitate, & alijs uersis, ex quibus S. Synodi plenitudo cõstat. Cõcertatio siquidẽ & contentio apud nos non prevalet, sed unam uniuersi habuimus intẽtionem, ad pacem prospicientẽ. Etsi qui primum contentioſi fuerunt, seq; ipsi à nobis separarunt, ita uoluissent, nulla prorsus fuisset Ecclesiarum contẽtio nec discordia. Attamen benedictus Seruator qui tempestatem hanc sedauit, et unanimitatis serenitatem nobis explicuit, interuentu orationum & intercessionum sanctitatis tuæ & omnũ reliquorũ qui rectã et syncerã fidem habentes, in spiritu & ueritate illum adorant & colunt.

*Epistola 29.*

*Sanctissimo & Deo dilectissimo archiepiscopo Cyrillo, Ioannes in Domino salutem.*

DEcreto religiosissimorũ Regũ nostrorum iussum pridem est Deo dilectissimorum Episcoporum ad metropolim Ephesiorum ciuitatem, ecclesiasticarum rerum & rectæ fidei gratia, congregari consilium. Cum autem ad prædictam



tam ciuitatẽ peruenissemus, & absq; mutuo colloquio postea reuersi essemus (fuerit autẽ super huiusmodi pacis tempore de neglecti colloquij causis inquirere) Ecclesiæ uerò eam ob causam in dissidia direptæ essent, & iam oporteret quosuis hoc potissimũ curare, ut omni discordia e medio sublata coniungerentur, ipsiq; religiosissimi ac Christi amantes reges hoc ipsum fieri præciperent, ut Christi unirentur Ecclesiæ, & huius gratia domi num meum celeberrimum ac circumspectum tribunum & notarium Aristolaum amandassent, pias ipsorum literas adferentem, quę ob eam causam conuenire nos, & offensacula e medio tollere, omnemq; perturbationem & offensam consopiri iubebãt: pijs illis obedientes literis, recta & cõfestim dominum meũ, deo per omnia dilectissimum ac sanctissimum episcopum Paulum misimus, quod etiã sanctissimo ac pijssimo patri nostro Acacio, & ijs qui nobiscum erãt deo dilectissimis episcopis placuit. Propter maiorem autem cautionem ac certitudinem hoc fecimus, propterea quod nõ licebat nobis quæ à religiosissimis regibus nostris sancita erant personaliter congregatos ad finem perducere. Mãdauimus autem ei ut uicem nostram sustinens pro nobis, & persona nostra obsignaret ea quę pacis essẽt, id quod præcipuũ duximus: & simul pietati tuæ concorditer à nobis de incarnatione domini nostri Iesu Christi factam expositionem exhiberet, quam pietatis tuæ per memoratum iam pientissimum uirũ misimus, quæ quidẽ hęc est: De Virgine deipara quo modo sentiamus & loquamur, & de modo incarnationis unigeniti filij dei, necessario non ueluti pro anterioris partis sententia, sed in specie satisfactionis, quemadmodum initio ex diuinis scripturis & sanctorum patrum traditiõe accepimus, breuiter dicemus, nihil omnino fidei in Nicea à sanctis patribus expositæ addẽtes. Quemadmodum enim prædiximus, sufficiẽs illa est, cùm ad omnem pietatis cognitionẽ, tum ad cuiusuis hæreticæ peruersitatis abdicationem. Dicemus autem nõ temere in ijs quæ comprehendi nequeũt audentes, sed proprię infirmitatis confessione eos qui ijs incumbunt, quę humanum captum excedere perspicimus, excludentes.

Confitemur itaq; Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei unigenitum, deum esse perfectum & hominem perfectũ, ex anima rationali & corpore, ante secula quidem ex patre secundũ diuinitatem: postremis uerò diebus eundem ipsum propter nos, & propter nostrã salutẽ ex Maria uirgine secundũ humanitatẽ natum. Duarũ siquidem naturarum facta est unio. Quapropter & unum Christum, unum filiũ & unum dominũ cõfitemur. Et secundum hoc inconfusæ unitatis intellectum, sanctam Virginem Deiparam esse confitemur: propterea quod deus uerbum incarnatus & homo factus est, & ex ipsa conceptione acceptũ ex ea templũ sibi ipsi adunauit. Euangelicas uerò & apostolicas de domino uoces scimus

uiros theologos tanq; ad unam personã retinentes ratiõe duarũ naturarũ diuidere: et alias quidẽ utpote diuinitati cõpetẽtes ad diuinitatẽ Christi, alias uerò humiles ad illius humanitatẽ referre. Hoc suscepto cõplacuit nobis ad molitionem omnis contẽtionis, & ut per orbem sanctis ecclesijs dei pax cõstituatur, tollãturq; è medio repullulãtia offensacula, Nestoriũ olim Constãtinopolitanũ episcopũ pro deposito habere. Anathematizamus etiã prauas ipsius & prophanas uocum nouitates, ut ecclesiæ dei apud nos rectã habeãt ac sanam fidẽ, illãq; custodiamus: & sicut uestra sanctitas facit, populis tradamus. Consentimus quoq; ordinationi sanctissimi ac pietissimi Maximiani S. Constãtinopolitanæ ecclesiæ episcopi, cõmunicamusq; pientissimis per uniuersum orbẽ episcopis, quotquot rectã & inculpatã habent ac retinent fidem. Vale perseuerãter pro nobis orans, domine pientissime & sanctissime, omniumq; mihi syncerissime frater.

RESPONSIO CYRILLI.

*Domino meo dilecto fratri & commissiſſro Ioanni, Cyrillus in Domino salutem.*

*Epistola 28.*

LAetentur cœli, & exultet terra: dirutũ nanq; est interstitiũ macerię, & qd' offendebat celsauit, omnisq; discordię sublatus est modus. Christoquidẽ omniũ nostri seruatore pacẽ ecclesijs suis procurante, religiosissimis tũ ac deo dilectissimis Regibus ad hoc nos uocãtib. qui & auitæ pietatis optimi zelotę facti, rectã fidẽ in animis suis firmã et immotã custodiũt, et præcipuã curã S. ecclesijs impẽdunt, ut & gloriã habeãt insignẽ, et regnũ suũ celeberrimũ cõstituãt, quibus & ipse dominus exercituũ bona sua opulẽta manu impertit, & dat ut aduersarios superent, uictoriãq; largitur. Non emi mentitur, dicens: Viuo ego dicit dominus, quia glorificantes me glorificabo. Cum itaq; Alexandriã dominus meus pietatissimus Patrius, comminister noster uenisset: animi repletus sum uoluptate, idq; uehemẽter meritò, utpote tali uiro mediationem quærente, & instantia maiore, quàm uires ferebant colloqui & congredi cupiente, ut diaboli inuidiã uinceret, & diuisa conjungeret, & offensaculis quæ in medium fuerãt conjecta sublatis cõcordia & pace & nostras & uestras coronaret ecclesias. Quibus autẽ modis illæ fuerint diuisæ, superfluum fuerit hic commorare: sed necessarium magis arbitror, ut quæ pacis tẽpori conueniunt, & sentiamus & loquamur. Delectatus itaque sum congressu & colloquio memorati uiri, qui quidẽ se forte haud modica suspicabatur obiturũ certamina quo nobis necessariũ fore persuaderet, ut in pace coniugantur ecclesiæ, & aliena sentientiũ destruatur ludificatio, obtundaturq; præterea diabolicæ improbitatis stimulus: ueruntamẽ ita nos ad hanc causam paratos deprehẽdit, ut nullũ omnino laborẽ sustinuerit. Memores nãq; fuimus seruatoris nostri dicentis: Pacẽ meã do uobis, pacẽ meã relinquo uobis. Docti aũt sumus ut in precationib. di

Universidad de Deusto
Biblioteca



camus: Domine deus noster pacẽ da nobis. Itaq; si pacis quisq; quæ à deo suppeditatur fuerit particeps, nullo bono carebit. Quod uerò temerè & præter causam facta sit ecclesiarum diuisio, nunc potissimum persuasi sumus domino meo pietissimo episcopo Paulo chartam proferẽte, quæ inculpatam habet fidei confessionem, & hãc à sanctitate tua & pientissimis qui illic sunt episcopis compositam esse affirmante, quam & ad uerbum huic nostræ epistolæ inseri uoluit. Habet autem ad hunc modum: De uirgine deipara quomodo sentiamus & loquamur, & de modo incarnationis unigeniti filij dei, necessario nõ ueluti pro anterioris partis sententia, sed in specie satisfactionis, quemadmodum initio ex diuinis scripturis, & sanctorum patrum traditione accepimus, breuiter dicemus, nihil omnino fidei in Nicea à sanctis patribus expositæ addentes. Quemadmodum enim prædiximus sufficiens illa est, cùm ad omnem pietatis cognitionẽ, tum ad cuiusuis hæreticæ prauitatis abdicationem. Dicemus autem non temerè audentes in ijs, quæ comprehendi nequeunt, sed propriæ infirmitatis confessione eos qui ijs incumbunt quæ captum humanum excedere perspicimus, excludentes.

Confitemur itaque dominum nostrum Iesum Christum filium Dei unigenitum, Deum esse perfectum, & hominem perfectum ex anima rationali & corpore, ante secula quidem ex patre secundum diuinitatem, postremis uerò diebus eundem ipsum propter nos & propter nostram salutem ex Maria uirgine secundum humanitatem natum. Duarum siquidem naturarum facta est unio. Quapropter & unum Christum, unum filium, & unum dominum confitemur. Et secundum hunc inconfusæ unitatis intellectum sanctam uirginem Deiparam esse confitemur: propterea quod Deus uerbum incarnatus & homo factus est, & ex ipsa conceptione accepto templum sibi ipsi adunauit. Euangelicas uerò & apostolicas de domino uoces scimus uiros Theologos, tanquam ad unam personam pertinentes, ratione duarũ naturarum diuidere: & alias quidem, utpote diuinitati competẽtes ad diuinitatem Christi: alias uerò humiles, ad illius humanitatem referre. Cum sacras istas uestras uoces legissemus, nosq; ipsos etiam ad hũc modum sentire deprehendissemus (Vnus enim dominus, una fides & unũ baptisma) glorificauimus omnium seruatorem deũ, mutuo nobis congratulantes, quod Ecclesiæ cùm nostræ tum uestræ fidem habent diuinis scripturis & traditioni sanctorum patrum conuenientem. Quoniam uerò quosdam eorũ quibus uoluptati esse solet ut cauillentur, in modum uesparum agrestium circunstrepere, & flagitiosos cõtra me sermones eructare cognoui, quasi sacrum Christi corpus nõ ex sancta Virgine assumptũ, sed è cœlo deportatum esse dicam, necessariũ arbitratus sum ut pauca contra istos hac de re loquar. O insensati, & calumniari tantum scientes, quomodo in istam obrepti estis sententiam, & in tantę stulticię morbum incidistis? Oportebat enim, oportebat inquam manifeste cognoscere, quod uniuersum pro fide certamen ob eam causam in nos iruit, quod sanctam Virginem Deiparam esse constanter affirmamus. At si sanctissimum nostri omnium seruatoris corpus non ex uirgine natum, sed cœlo delatum esse dicimus, quomodo potest illa Deipara intelligi? Quem nanque omnino peperit, si uerum non est, quod secundum carnem Emmanuelem genuit? Ridendi itaque sunt qui talia contra me nugantur. Non enim mentitur propheta Esaias, dicens: Ecce uirgo in utero habebit, & pariet filium, & uocabunt nomen eius Emmanuel, quod sonat, si interpreteris, nobiscum Deus. Et angelus Gabriel omnino quod uerum est ad beatam Virginẽ loquitur, dicens: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Et ecce concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis ipsorum. Cum uerò dominum nostrum Iesum Christum è cœlo, & è supernis esse dicimus, non ita hoc loquimur, quod sancta ipsius caro è cœlo sit allata, sed magis diuinum Paulum sequimur, clare uociferantem, ac dicentem: Primus homo è terra terrenus, secundus homo dominus est de cœlo. Sumus autem & ipsius seruatoris memores, dicẽtes: Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo, filius hominis. Quanquam enim ex sancta Virgine, sicuti iam dixi, secundum carnem est natus: quia uerò Deus uerbum, qui è supernis cœlitus descendit formam serui, quam assumpsit consortem sibi reddidit, uocatusq; est filius hominis, manens id quod erat, nempe Deus (Immutabilis enim est, & minime alterabilis secundum naturam) iam tanquam unus cum carne propria consideratus, è cœlo descendisse dicitur. Nominatus autem & homo de cœlo est, ob id quod & in diuinitate, & in humanitate perfectus est, & tanquam in una persona consideratur. Vnus enim dominus est Iesus Christus. Quãuis non ignoretur naturarum differentia, è quibus inenarrabiliter unitatem factam esse dicimus. Ora uerò eo rum qui uel temperaturam, uel cõfusionẽ, uel cõmixtionem uerbi dei cum carne factã esse dicũt, dignetur sanctitas tua obstruere. Est enim uerisimile & ista quosdam de me spargere, quasi talia uel senserimus, uel dixerimus. Ego uerò tanquam absum ab eo, ut tale quid sentiam, ut etiam insanire arbitrer eos, qui quouis modo conuersionis adumbrationem in diuina uerbi natura contingere posse, putant. Manet enim illa quod semper est, nec alterata est, imò nec alterabitur unquam, nec capax mutationis erit. Præterea & impassibile esse uerbum Dei confitemur omnes, etiam si sapientissime mysterium hoc dispensans sibijpsi, quæ propriæ carni accidẽtur, passiones adscribere uideatur. Hactenus & sapientissimus Petrus, Christo igitur, inquit, in carne pro nobis passo: non dicit, in naturam inenarrabilis diuinitatis. Vt enim ipse omnium credatur esse seruator, secundum dispensatoriam appropriationem propriæ carnis passiones, sicut dixi, ad seipsum refert. Quale illud est, qđ ueluti in ipsius persona prophetica uoce pregenas meas ad ala pam. Faciem uerò meam à tur pitudine sputorum non auerti. Quoniam uerò ubiq; sanctorum patrum sententijs adhæremus, maxime sancti ac celeberrimi patris nostri Athanasij, omnino nusquam extra illorum orbitam auferri sustinentes, id quod sanctitas tua persuasum habeat, nec quisquam reliquorum dubitet: multa illorum testimonia apposuissem, ut ex ipsis fidem sermonibus meis conciliarem, nisi literarum prolixitatem uitassem, ne hoc pacto fastidiosæ redderentur. Non ferimus autem, ut ullo pacto concutiatur à quoquam fides illa, aut symbolum fidei à sanctis patribus in Nicea olim congregatis, determinatum: neque nobis etiam nec alijs permittimus, ut aliquod positorum ibi uerborum alteretur, aut una saltem syllaba diuaricetur, memores eius qui dixit: Terminos antiquos, quos patres tui posuerunt, ne transferas. Non enim ipsi loquuti sunt, sed spiritus Dei ac patris, qui egreditur quidem ex ipso, alienus uero à filio, secundum essentiæ ration em, non est. Et huius nobis fidem etiam sanctorum mystagogorum uerba faciunt. In Actibus enim apostolorum scriptum est: Mysiam autem profecti, tentabant ire in Bythiniam, & non permisit eos spiritus Iesu. Scribit autem & diuinus Paulus, dicens: Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: siquidem spiritus Dei habitat in uobis. At si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Quod si quando autem nonnulli eorum qui quæ recta sunt peruertere solent, rectas uoces pro libidine sua peruertunt, ne miretur tua sanctitas, quum uideat cuiusuis hæresis sectatores ex diuina scriptura hæresis suæ causas colligere, & quæ bene sunt à spiritu sancto dicta, prauis suis opinionibus corrumpere, atq; ita in sua ipsorum capita nextinguibilem flammam excitare. Quoniã uerò & hoc cognouimus, quod celeberrimi patris nostri Athanasij ad beatum Epictetum epistolam, orthodoxe loquentem, nonnulli à se corruptam ediderunt, ita ut hinc multi lædantur, uti leue hoc ac necessariũ fratribus rati, ex uetustis exemplaribus quæ syncera apud nos sunt, trãssumpta sanctitati tuæ misimus. Vale.

EPISTOLA CYRILLI AD Acacsium Melitenensem Episcopum scripta, à quo per literas reprehendebatur, quasi cum Orientalibus pacisceretur.



*Domino meo dilecto fratri & comministro Acacio, Cyrillus in Domino salutem.*

RES quidem dulcis est admiranda, & plurimi facienda fratribus salutatio & compellatio, etiam apud eos, qui uere contradicunt. Verum necessarium esse dico, ut qui eiusdem sunt fidei & honoris, indesinenter satagant, ut nihil sit quod impediat, aut feruentem in hanc inclinationem & propensionem amputet. Verum sæpe numero contingit, ut nobis inuitis etiam indignationem moueat, uel interuallorum lõgitudo, uel eorum, qui literas perferant raritas. Occasio ne uerò salutandi iam, & colloquendi copiam adferente, & commodum insperatum & iucundum, ut desideratissimis literis prompte inuolare liceat exhibẽte: delectatus sum admodũ ijs rebus quæ à sanctitate tua scriptæ sunt, & affectum sapiunt admirandum. Necessarium simul duxi, ut conditionem pacatarum Ecclesiarum significem. Vt autem singula, sicuti gesta sunt persequar: Pientissimus & Christi amans Rex sanctarum Ecclesiarum curam, ut necessariam ita pluri mam in se suscipiens, intolerabilem illarum fore discordiam iudicauit. Aduocãs itaque ad se religiosissimum ac pientissimum sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ episcopum Maximianum, & reliquos plurimos ex ijs, qui ibi sunt relicti, mandauit illis, ut quo nam pacto dissidiũ ecclesiarum è medio tolleretur, diuinorum q; mysteriorum ministri ad pacem uocarentur, dispicerẽt. Illi uerò dixerunt, non posse hoc aliter unquam fieri, nec in concordiam aliquando inter se uenturos eos, qui in disceptatione sunt, nisi primum oriatur, & ueluti offeratur illis concordiæ & cõsonæ fidei uinculum, adieceruntq; oportere pientissimum Ioãnem Antiochenum episcopum anathematizare Nestorij dogmata, & scripto cõfiteri, & agnoscere illius depositionem: & Alexandrinum episcopum, quoad eius fieri possit, si hoc fiat, acceptas iniurias, obliuioni traditurum, & propter dilectionem nihil facturum, quas Ephesi passus est contumelias, utut pessimæ fuerint & inferẽdæ. Cum ergo pietissimus Rex istis cõsentiret, & admodum delectaretur, missus est qui hoc ipsum curaret, dominus meus celeberrimus tribunus et notarius Aristolaus. Vt uerò Orientalibus regia sanctio innotuit, & quod illa cõsentiẽtibus esset episcopis, qui in magna sunt Cõstãtinopoli, facta, nescio quid spectãtes: cõgregati quidẽ sunt ad sanctissimũ ac syncerissimũ Berœensem episcopũ Acaciũ, scribiq; ad me curarunt, cõcordiæ siue pacis sanctarum Ecclesiarum modum aliter fieri non licere, nisi iuxta ipsorum placita. Erat itaq; ista petitio molesta & grauis. Volebant siquidem obliterari omnia quæ à me uel in epistolis, uel Tomis, uel libris sunt scripta, & in sola fide, quæ Niceæ à sanctis est patribus determinata pacisci. Ego uerò ad ista rescripsi, expositioni quidem fidei, quæ Niceæ à sanctis est determinata patribus adhæremus omnes, nihil

EXPO

Universidad de Deusto
Biblioteca



nihil ex omnibus quæ in illa sunt posita loco mo A
uentes. Sunt enim omnia illius recte, & sine re-
prehensione constituta, & tutum non est post e-
am quicquam adhuc curiose tractare. Quæ ue-
rò recte contra Nestorij blasphemias scripsimus,
omnino nemo nobis, ut non recte scripta dica-
mus, persuadebit. Opus autem magis esse, ut ip-
si secundum sententiam cum pientissimi ac Chri
sti amantis regis, tum ipsius sanctæ Synodi Ni-
ceæ collectæ, eum quæ contra seruatoris Christi
gloriam pugnauit abdicarent, & impias illius
uoces anathematizarent, ac ordinationi sanctis-
simi ac pientissimi Maximiani episcopi consen-
trent. His itaque literis redditis miserunt Ale-
xandriam religiosissimum episcopum Paulum
Emesenum, cum quo plurimum quidem ac pro- B
lixe de ijs rebus, quæ Ephesi illegitime & incom
petenter dictæ sunt & factæ, loquuti sumus: quo
niam uerò istarum oblitis, adhærendum erat ma-
gis necessarijs conatibus, interrogaui illum, an
pientissimi Ioannis episcopi literas adferret. Sub
hæc epistolam protulit, quæ habere debebat nõ
habentem, nec quomodo conueniebat narran-
tem. Habebat enim non consolationis, sed irita-
tionis uirtutem. Hanc itaque non acceptaui,
quasi enim offensa, quam Ephesi ex ipsorum di-
ctis ac factis passus fueram, apologijs esset elu-
denda, dicebant se bona fuisse contra me ratio-
ne iritatos, uidelicet propter sacrorum dogma-
tum zelum. Verum audiebant à me, quod ne-
que diuinus ipsos zelus mouerit, neque ut pro
ueritatis dogmatis pugnarent, aduersum me cõ
spirauerint, sed quod hominum assentationi-
bus locum dedissent, & ut eorum qui tunc po-
tentes erant, amicitias sibi conciliarent. Verum
quum pientissimus Paulus paratum se diceret,
anathematizare Nestorij blasphemias, & scrip-
to depositionem illius agnoscere, idque factu-
rum se pro omnibus, & tanquam in persona o-
mnium, qui per Orientem sunt pientissimorum
Episcoporum. Regerebam dicens: Chartam ab
ipso propositam, ipsi soli ad hoc sufficere, ut cõ-
munionis esset particeps: affirmabam uerò pror
sus & omnino conuenire, ut religiosissimus ac
pientissimus Ioannes Antiochenus episcopus,
scriptam de his rebus confessionem exponat,
quod & factũ est, & cessauit quod Ecclesias dis-
iungebat, & à se inuicem recedere persuadebat.
Verum nullatenus in dubio erat, si pax Eccle-
siarum obtineretur, fore, ut desinerent qui Ne-
storij blasphemias propugnabant, quibus tale
quid accidere uidetur, quod usuuenire solet na-
tare nescientibus, simul atque præter opinionem
defluunt. Hi quoniam suffocantur pedes & ma-
nus hac atque illac inordinate disijcientes, teme
re quicquid occurrit retinendæ uitæ cupidi ac
malicioli arripiunt. An non uere dici potest,
quod uehementer perturbati ac cõsternati sunt,
quod electi, desolati, & extra Ecclesias sunt pul-
si, quas adiumento sibi futuras putabant? An
non animo sunt deiecto, idque haud leuiter, eos
à se, quos seduxerant, resilire, & iam ad ueritа-
tis sobrietatem redire uidentes, qui ab ipsis fue-
rant prophanis uocum nouitatibus, ueluti te-
mulenti facti? Atqui dixerit quispiam ad eos,
idque admodum opportune, quod prophetica
uoce dictum est: Congregamini, & consedе-
ramini gens indocta, antequam efficiamini si-
cut flos transiens. Vtquid enim alienorum facti
sunt uomituum parasiti, nec pudefiunt alieno
cœno sua ipsorum corda defœdantes: Surdi au-
dite, & cæci, ut uideatis, suscipite, sentite de do-
mino, quæ uera sunt, & in simplicitate cordis
quærite eum. Quæ nanque nobis est uariarum
adinuentionum, & opinionum utilitas? Vtquid
rectam uituperantes semitam incuruas facitis ue
stras ipsorũ orbitas? Nouate uobis ipsis noualia,
nec seritе inter spinas. Animum nanque, sicut
dixi, propter sanctarum Ecclesiarum pacem de-
spondentes, eos qui cum ipsis eadem sentire nõ
sustinuerunt, flagicioslssime dilacerant, & san-
ctorum Episcoporum apologiam (de Orienta-
libus loquor) acerbè proscindunt. Deinde de-
torquentes eam pro ipsorum libidine, ad ea quæ
lubet, & non recte sentientes, dicunt eam à Ne-
storij uocum nouitatibus non abludere. Simul
autem & nos uituperant, quasi olim ijs, quæ
nunc scripsimus, contraria senserimus. Intelli-
go uerò, quod & hoc dicant, quod nouam fi-
dei expositionem, symbolum uidelicet, iam re-
ceperimus, forsan ueterem illam, ac uenеran- C
dam aspernati. At stultus stulta loquitur, & cor
ipsius uana meditatur. Verum illud dicimus,
expositionem fidei, quam uidelicet à nobis quæ
sitam quidam, & ab alijs innouatam dederint,
non accepimus. Sufficit enim nobis diuina scri-
ptura, & sanctorum patrum sobrietas, & sym-
bolum illud fidei, quod ad omnia rectè haben-
tia ritè concinnatum est. Quoniam uerò san-
ctissimi orientales Episcopi à nobis dissenti-
tes cum Ephesi essent, contemptui erant admo-
dum obnoxij, quasi blasphemarum Nestorij la-
tebrarum obnoxij, quasi blasphemarum Nestorij la-
dum obnoxij, quasi blasphemarum Nestorij la-
queis essent capti, eam ob causam, & ualdè cum
ratione, ut hac se culpa liberarent, & inculpa-
tæ fidei amatoribus studiosè satisfacerent, ut nu-
gas illius contemnere cognoscerentur, apologi- D
am adornarunt. Et hoc illorum factum procul
est ab omni uituperio, ac reprehensione. Ete-
nim si ipse Nestorius eo tempore, quo ille è no-
bis proponebatur necessarium esse, ut suas ipsi-
us dogmata condemnaret, & ueritatem præ-
ferret, scriptam de istis confessionem exhibu-
set, dixeritne & hunc quisquam fidei nobis in-
nouasse symbolum? ut quid igitur frustra con-
uiciantur, nouam uocantes fidei expositionem
consensum illum pietissimorum episcoporum,
quem in Phœnicia utiliter, & necessariò instituе
runt, ut & se excusarent, & illis mederentur, qui
putabant, quod Nestorij uocibus adhærerent,
sancta quippe, & œcumenica Synodus Ephesi
congre-



congregata hoc necessariò prouidit, non opor- A
tere Ecclesijs Dei aliam insinuare fidei expositio
nem, præter eam quæ apud ipsas est, quam bea-
tissimi patres nostri in sancto spiritu loquuti de-
terminarunt. Illi itaque ab hac semel, nescio
quam ob causam dissidentes, & in contemptum
rapti, quod nõ recte sentiant, nec apostolicis, nec
euangelicis dogmatibus adhærentes, silendo ne
ab hac liberati sunt molestia, uel potius reddita
ratione, & sententiæ, quam habent facta declara
tione: Cum scripserit diuinus Christi discipulus,
Semper parati ad reddendam rationem, cuiuis
illam de spe quæ in uobis est petenti. Qui hoc
ipsum facere uoluit, nihil noui molitur, nec no-
uare uidetur fidei expositionem, sed perspicu-
am eam interrogãtibus, quam de Christo fidem B
habeat, reddit. Cognoui præterea, quod pi-
entissimorum Episcoporum concordiam ueritа
tis hostes immoderate ægreferẽtes sursum ac de
orsum tumultuentur, & impijs suis nugis con-
sentire dicant sensum factæ ab illis confessionis,
quam super recta fide nihil, sicut dixi innouan-
tes: hoc est, ad ea quæ olim determinata sunt ni-
hil omnino superaddentes, sed potius inculpa-
tis sanctorum patrum dogmatis adhærentes, de
derunt. Vt uerò mendacij eos arguamus, agè
adferamus in medium Nestorij nugas, & isto-
rum uoces. Palàm enim hic fiet, & non aliter,
quod uere laborent inuidentia. Nestorius ita-
que prorsus è medio unigeniti filij Dei, quæ se-
cundum carnem est, natiuitatem, tollere depre- C
henditur. Non enim illum è muliere secundum
scripturas natum esse dicit. Etenim sic dixit, De-
um ex Christipara uirgine prodijsse, ex diuina
scriptura sumus edocti: Deum uerò ex ipsa es-
se genitum, nusquam edocti sumus. Rursus in
alia quadam exegesi: Nusquam igitur, inquit,
diuina scriptura Deum ex Christipara uirgine
genitum esse dicit, sed Iesum Christum filium
ac dominum. Quod autem ista dicens eum qui
unus est in duos filios diuidat, & alium faciat
diuisim ac separatim filium, & Christum ac do-
minum, uerbum quod ex patre est genitum: a-
lium uerò rursus diuisim ac separatim filium,
Christum ac dominum, eum qui è sancta Vir-
gine natus est, quomodo poterit quispiam du-
bitare, cum hoc ipsum ille manifeste tantum non
proclamet? Illi uerò sanctam Virginem Dei-
param nominant, unumque dicunt esse filium,
& Christum & dominum, perfectum in diuini-
tate, perfectum in humanitate, utpote quod ca-
ro illius anima rationali sit animata. Quod e-
nim non alium filium esse dicant, uerbum quod
ex Deo patre est: & alium rursus, eum qui ex
sancta est Virgine, sicut Nestorio uidetur, sed
magis unum & eundem, admodum facile per
sequentia manifestum redditur. Subiungunt e-
nim, quis nam ille sit, significantes. Qui per-
fectus est, ut Deus perfectus etiam secundum
humanitatem. Postremis uerò seculis propter
nos & propter nostram salutem ex Maria san-
cta Virgine secundum humanitatem natum, e-
undem patri consubstantialem secundum diui-
nitatem, & nobis consubstantialem secundum
humanitatem cõfitemur. Minime itaque unum
filium, Christum ac dominum Iesum in duos di-
uidunt, sed eundem esse dicunt, & ante secula
& postremis temporibus, uidelicet ex Deo pa-
tre, ut Deum, & è muliere secundum carnem, ut
hominem. Quomodo nanque consubstantia-
lis nobis esse secundum humanitatem intelligе-
tur, quanquam ex patre, secundum diuinitatem
inquam, genitus, nisi idem Deus pariter homo
intelligatur ac dicatur? Hæc uerò aliter habere
uidentur Nestorio. Imò scopus illi per omnia a-
lius est, & peruersus. Ad Ecclesiam nanque dis-
ferens dixit: Propterea Deus uerbum Chri-
stus nominatur, quòd continuam cum Christo
coniunctionem habet. Et iterum: Inconfusam
igitur naturarum coniunctionem retinentes, cõ
fitemur in homine Deum, & propter diuinam
cum omnipotenti Deo coniunctionem, simul
colendum, & adorandum hominem. Vides
quantum illius uerba dissonent? Sunt enim su-
prema impietate referta. Deum quidem sepa-
ratim uerbum Dei nominari dicit, habere ta-
men continuam cum Christo coniunctionem.
An non itaque manifestissime duos esse Chri-
stos dicit? An non hominem cum Deo adoran-
dum, nescio quomodo colendum esse, confite-
tur? An ista cognata, & similia uidentur ijs, C
quæ ab illis sunt posita? An non contrarium in-
ter se sententiarum uim habent? Ille siquidem
perspicuè duos dicit: isti uerò Christum unum,
& filium & dominum ac Deum adorandum es-
se confitentur, eundem ex patre secundum di-
uinitatem, & ex sancta Virgine secundum hu-
manitatem. Nam duarum quidem naturarum
unitatem factam esse dicimus. Verum simul u-
num Christum, unum filium & unum domi-
num manifeste confitemur. Est enim uerbum
caro factum secundum scripturas. Et conueni-
entiam dispensatoriam, & inenarrabilem rerum
inæqualium in unitatem indiuulsam uere factã
esse dicimus. Non enim subintelligimus, sicut
quidam ex priscis hæreticis, uerbum Dei cor- NOTA.
D pus sibi ex propria, hoc est, diuina natura acce-
ptum parasse: sed per omnia diuinis scripturis
adhærentes, ex sancta illum Virgine carnem
accepisse affirmamus. Quapropter ex quibus
unus est & solus filius ac dominus Iesus Chri-
stus cogitationibus complexi, duas quidem na-
turas unitas esse dicimus. Verum posthanc a- NOTA.
dunationem sublata iam in duas sectione, u-
nam esse credimus filij naturam, tanquam uni-
us, uerum inhumanati & incarnati. Cum ue-
rò incarnatus & inhumanatus dicitur, cum sit
Deus uerbum, procul abijciatur cõuersionis su-
spicio. mansit enim quod erat. Confiteamur ue-
rò omnino inconfusam unitatem. Verum di-
cent fortè aduersarij: Ecce manifeste, qui rectæ fi
dei confessionem fecerunt, duas quidẽ naturas
nominant,

Universidad de Deusto
Biblioteca
DOCTRINA



nominant,at Theologorum uoces diuidunt, & secundum illarum differentiam applicãt. Quomodo ista non sunt tuis uerbis cõtraria? Non enim pateris,ut duabus personis,hoc est,subsistẽtijs,uoces illorum adscribantur. At ô uiroptime, ut ita dicã,in duodecim capitibus scripsimus. Si quis duabus personis, hoc est subsistẽtijs,uoces illas adscribit,& alias tanquã homini, præter uerbũ quod ex deo patre est,separatim considerato: alias uerò,ut deo cõpetentes, soli dei patris uerbo adaptat,dãnationi obnoxius est. Vocum uerò differentiam nullo modo sustulimus, licet reprobandũ esse statuerimus,si quis eas diuidat,& alias filio separatim,tanquã dei uerbo: & rursum alias separatim filio tanquam ex muliere cõsiderato adscripserit. Vna nanq; in confesso est uerbi dei natura. Scimus autẽ quod incarnata sit & inhumanata. Quod si quis anxiẽ inquirat,religiose utiq; uerbũ quod ex deo est,colet,quod formã serui accepit in similitudine hominum factum,sicut scriptum est,& secundum hoc ipsam solũ naturarum,hoc est, subsistẽtiarum differentia considerabitur. Non enim idem sunt in naturali qualitate diuinitas & humanitas. Alioqui quomodo exinanitũ esset uerbũ,quod deus est, seipsum in diminutionẽ, hoc est, in nostram cõditionem demittẽs? Cum itaq; incarnationis modus studiose inquiritur, duo illa quæ inenarrabili modo unita sunt,mens humana nequaquã seiũget: sed unum ex utriscq; & deum, & filium & dominum esse credet,& arcano modo admittet. Est autem & alia circa hanc Nestorij cenodoxia. Nam simulat quidem confiteri se quod uerbum,cum Deus sit,incarnatum sit & inhumanatum: incarnationis uerò uirtutem ignorãs duas quidem naturas nominat,at illas à se inuicem diſiungit, Deum seorsum ponens, & hominem similiter separatum deo habitualiter,secũdum solum honoris æqualitatem,hoc est,autoritatem,coniunctum. Dixit enim ad hunc modum: Inseparabilis est deus ab eo qui apparuit. Propterea honorẽ ab eo qui nõ separatur,nõ separo. Separo naturas,sed celebro adorationẽ. Antiocheni uerò fratres ea quidem ex quibus Christus intelligitur, tanquam nudis ac solis cogitationibus intuentes naturam quidem differentiam ponunt,eo quod, ut dixi, non idem sunt in qualitate naturali diuinitas & humanitas: attamen unũ filium & dominum & Christum,eo quod uere unus sit, & unã ipsius personam esse dicũt. Quæ uerò unita sunt nullo pacto diuidunt, neq; naturalem diuisionem agnoscũt, sicut miserandarum adinuentionum autori uisi sunt sentire. Solas uerò de domino uoces diuidẽdas esse contendũt. Competere autem eas dicũt, non alias filio tanquam Dei patris uerbo separatim,alias tãquam alteri filio,qui è muliere sit: sed alias diuinitati eius, alias uerò humanitati eiusdẽ. Idem enim ipse & deus est & homo. Dicũt autem & alias esse quodam modo cõmunicatiuas, ac ueluti ad utramq; diuinitatem inquam, & humanitatem,ut ita dicam,respicientes. Nam aliæ quidem ita sunt comparatę,ut diuinitati potissimum competẽt, aliæ uerò magis ad humanitatẽ pertinent. At aliæ medij sunt ordinis eadem sententia filium & deum esse declarãtes, simul & hominem. Etenim cum Philippo dicit: Tantum tẽporis uobiscum sum,& nõ cognouisti me Philippe? Non credis,quod ego in patre sum, & pater in me est? Qui uidit me,uidit & patrẽ. Ego & pater unum sumus. Hanc uocem competentissimã esse diuinitati affirmamus. Cum uerò Iudæorum populum increpat,dicẽs: Si filij Abrahæ essetis, utiq; opera Abrahæ faceretis. Nunc uero quæritis me interficere,hominem qui ueritatem uobis locutus. Hoc Abraham non fecit. Talia tamen quam homini competentia dicta esse dicimus. Attamẽ ita,ut & diuinitati & humanitati competentes uoces,uni adscribãtur filio. Cum enim deus sit,homo factus est, nõ amisso, quod deus est, sed magis propter carnis ac sanguinis assumptionem. Quoniam uerò unus est filius, & deus & dominus,in eadem illũ esse persona & nos dicimus & ipsi. Medias autẽ uoces illas esse asseueramus, ut quãdo beatus Paulus scribit: Iesus Christus hieri & hodie,idem ipse & in secula. Et iterum: Siquidem sunt dij multi & domini multi in cœlo & in terra: at nobis unus est dominus, deus pater, ex quo omnia, & nos ex ipso: & unus dominus Iesus Christus,per quem omnia, & nos per ipsum. Et rursus: Optabã enim ipse ego anathema esse à Christo pro fratribus meis,cognatis meis secũdum carnem, qui sunt Israelitæ,quorum est adoptio,& legis positio & testamenta,& gloria, quorum sunt patres, ex quibus est Christus secundũ carnem, qui est super omnia benedictus deus in secula, Amẽ. Ecce enim,ecce inquam,cum Christum Iesum nominasset heri & hodie illum, & in secula esse, & per ipsum omnia esse facta dixit,et eum qui secundum carnem ex Iudeis est, deũ super omnia nominat,et benedictum esse in secula dicit. Ne dirimas igitur in istis uoces hasce de domino dictas: simul enim complectuntur, et quod ita est naturas dirimere,idq; post adunationem & secundum solam honoris æqualitatem hominem deo cõiunctum dicere, & aliud uocũ agnoscere differentiam. Vbi igitur quæ illi dixerunt, Nestorij uocum nouitatibus conueniunt? Nam etiamsi idquibusdam uidetur, dictionum structura & sensuum pronunciatio talis est, ut mirum in modum multæ sit diligentię nõ impingere. Sunt eñ talia admodum pronunciatu difficilia. Et ob eam causam diuinus Paulus sermonẽ à deo quemsiuit in apertione oris ipsius. Quod enim non diuidant in duos unum dominum Iesum Christũ, cum uocum alias diuinitati ipsius, ut quæ illi cõpetunt: alias humanitati eius, quæ homini uidelicet conueniunt, adaptandas esse dicunt, quomodo non est omnibus conspicuum? Affirmant eñ sicut dixi, quod idẽ ipse, qui ex deo patre, ut ipsius uerbum ante secula genitus est, postremis ẽ-

σχετικῶς.

κοινωπιθείσας.



poribus ex sancta uirgine secundum carnẽ sit natus. Adiungunt autem, quod & sanctam uirginem propter inenarrabilem & inconfusam unitatem,Deiparam esse credãt, & unum Christum & filium, & Dominum manifeste confiteantur. Est autem omnino incredibile, ut unum dicant, & quem unum nominant in duos diuidant. Nõ enim ad eam progressi sunt stupiditatem,ut trãsgressores seipsi constituant, quæ recte destruxerunt inconsulte reædificantes. si eñ Nestorij opinionibus consentiunt, quomodo illas tanq; prophanas et detestãdas anathematizant? Arbitror autem & causas esse assignãdas,propter quas ad exquisitam istam uerborũ diligentiam uenerũt. Quoniam qui Arij impietatem propugnãt, ueritatis uim impie cauponantes,uerbum quidẽ genitum esse dicunt,sed ex muliere,corpore tamen usurpato inanimi. Faciunt autem hoc malicię studio ut humanas illi uoces assignantes, ut in dimidio infra patris excellentiam constitutum à se deceptis ostendant. Dicunt autem eum uere alterius esse naturæ. Eam ob causam qui ex Orientis sunt,ueritine quo pacto uerbi dei gloria, & natura ab ijs quæ humanitus propter susceptã cum carne dispensationem sunt gesta diminuatur, uoces discriminant,non in duos sicut dixi,filium ac Dominum secantes: sed alias diuinitati ipsius, alias ipsius humanitati, omnes tamen uni assignãtes. Auditui autem religiosissimum & pientissimum Ioannem Antiochenum episcopum quibusdam ex necessarijs scripsisse, quod manifeste docuerit & clara uoce cõfitear naturarũ quidem esse differẽtiam, uoces uerò diuidam pro naturarum inter se differentia. Et ob eam causam offendunturnõnulli. Est itaque necessarium ut & hac de re loquamur. Non fugit integritatem tuam, quod qui epistolis meis Apolinarianæ opinionis maculam impegerũt, opinati sunt quod sanctum corpus Christi inanimatum esse dicam, & quod temperatura uel confusio, uel mixtio, aut mutatio uerbi Dei in carnem sit facta, uel quod caro translata sit in naturam diuinitatis, ita ut nihil pu reſeruetur, neque sit quod est. Opinati sunt autem & Arij me consentire blasphemijs, propterea quod nolim uocum agnoscere differentiam, & alias diuinitati, alias humanitati competentes dicere, ut qui magis dispensationi cum carne cõueniãt. Ego uerò, quod liber sim à talibus, testificabitur alijs tua integritas Veruntamen opus erat ut ratio illis redderetur, qui sunt offensi. Quapropter ad pietatem ipsius scripsi, quod neq; cũ Ario neque cum Apolinario senserim, neque uerbum Dei in carnem mutari, sed neque carnem in naturam diuinitatis transformari dicam: propterea quod immutabile & inalterabile, & incomprehensibile sit & aliud Dei uerbum, neque unquam uocum differentias negauerim, sed fatear Dominum diuinitus simul & humanitus differre, quoniã idem ipse & Deus est & homo. Hoc itaq; ipsum significare uolens scripsit, quod oportuerit nunc naturarum considerare differentiam,& uoces pro naturarum inter se conditione distinguere. Istæ uerò loquutiones meæ quidem non sunt,sed ab ipso sunt pronunciatæ. Arbitror autem operæprecium ut & illud iam dictis addam. Venit ad me pientissimus episcopus Paulus Emesenus, qui postquam de recta & inculpata fide colloquuti essemus,percõtatus est à me an ijs consentiam quę à celebris memorię beatissimo patre nostro Athanasio ad Epictetum Corinthiorum episcopum sunt scripta. Ego uerò respondi quod consentiam prorsus & per omnia,si apud ipsos seruentur literæ non adulteratæ, eo quod in illis multa sint ab inimicis ueritatis corrupta. Ad hoc ille dicebat,& se ipsam habere epistolam,uelle uerò etiam ex ijs quæ apud nos sunt exemplaribus certior fieri & cognoscere, utrum ipsorum corrupti sint libelli uel secus. Et cum uetusta exemplaria accepisset, suis q; quæ secum attulerat contulisset,inuenit ipsa esse adulterata,petijtq; ex nostris dari sibi exemplar quod Antiochenæ ecclesiæ mitteret, quod & factum est. Et hoc est,quod religiosissimus ac pientissimus episcopus Ioãnes Carreno de me scripsit, quod quæ de incarnatione Christi sunt expositurit, paternamq; nobiscum traditionem quæ prope, ut ita dicam, è cognitione hominum fuerat expuncta, refecerit. Quod si epistolam nonnulli circumtulerint,tanquam à religiosissimo Philippo Romanę ecclesię presbytero scripta,quasi sanctissimus episcopus Sixtus depositionẽ Nestorij molestę ferat,ipsiq; bene loquatur,necredat hoc sanctitas tua. Scripsit enim consona sanctæ Synodo, & omnia illius gesta confirmauit,ac nobiscum consentit. Si uerò à quibusdam circumlata fuerit epistola, tanquam à me scripta, quasi eorum mẽ quæ Ephesi gessimus pœniteat, contemnatur & hoc. Sumus enim per Seruatoris nostri gratiam adhuc sana mente, & competenti ratione nondum destituti. Saluta fraternitatem quæ tecum est. Quæ nobiscum est in Domino te salutat.

## COMMONITORIA CHARTA
*Eulogio presbytero Constantinopoli agenti à Cyrillo data.*

Epistola 30.

EXpositionem quam Orientales fecerunt, reprehendunt nonnulli, dicúntque quod duas naturas nominent, & quod istos Alexandrinos tolerauerit, imò & laudauerit. Qui uerò Nestorij sunt, & hunc ita sapere dicunt, corripientes ad se eos, qui exactam ueritatem ignorant: accusantibus autẽ nos illud dicendum est, non esse omnia quæ hæretici dicunt, fugienda & recusanda. Nam multi ex illis ea cõfitentur, quæ & nos confitemur, utpote Ariani, cum patrem omnium conditorem ac Dominum esse dicunt. An consentaneum erit, ut ob eam causam tales confessiones fugiamus? Ita & de Nestorio sentiendum. Is etiamsi duas esse naturas dicat, carnis & Dei uerbi differentiam significans (est enim alia uerbi & alia carnis natura) hoc tamen non secundum unitatem nobiscum confitetur. Nos enim

illas adunantes unum Christum, unum filium, e- A undemq; unum Dominum confitemur: deinde, & unam Dei naturam incarnatam, quod & de communi est homine dicendum. Nam & ille diuersis naturis constat, de corpore loquor & anima. Et isti quidem ratio est & uirtus contemplatiua. At istis naturarum differentia est, unum Christum secare in duos. Quoniam uerò uniuersi Orientales putant nos orthodoxos Apollinarij opinionibus adhærere, ac sentire, quod commixtio uel confusio naturarum sit facta (talibus enim ipsi uocibus utuntur) quasi Deus uerbum in naturam carnis descenderit, & carnis natura conuersa sit in naturam diuinitatis: cõsensi ipsis, non ut unum filium in duos diuidant, absit: sed confitendum esse tantum, quod neque confusio B sit facta, neque commixtio, sed quod caro sit, ut est è muliere assumpta caro: Verbum uerò, ut est ex patre genitum Verbum, ueruntamen unus Christus, & unus filius ac Dominus, quod secundum uocem Ioannis, Verbum caro est factum. Instituendi uerò sunt, ut lectioni epistolæ beati papæ Athanasij attendant. Quoniam enim nonnullis tum contendentibus ac dicentibus, deum uerbum corpus sibi ex sua ipsius uendicasse natura sursum ac deorsum confirmat, corpus Christi non esse uerbo consubstantiale. Si consubstantiale non est, alia omnino atque alia est utriusque natura, ex quibus unus ac solus intelligitur Christus. Nec illud ignorent, Vbicunque unitas nominatur, non unius tantum rei coniunctio significatur: sed uel duarum, uel plurium, idq; secun- C dum naturam inter se differentium. Itaque cum unitatem dicimus, de carne rationaliter animata & uerbo confitemur. Atque ita intelligunt, qui duas esse naturas dicunt. Attamen dum unitatem confitemur, non separantur amplius, quæ sunt unita, sed unus iam est Christus, & una est ipsius tanquam incarnati uerbi natura. Hæc sunt confessi qui sunt ex Oriente, licet circa dictionem tenebras parumper sint passi. Qui nanque confitentur quod uerbum ex deo patre genitum ac unigenitum, idem ipsum secundum carnem è muliere sit natum, & quod sancta uirgo Deipara sit, & quod una sit Christo persona, quódque non duo sint filij nec duo Christi, sed unus, quomodo Nestorij opinionibus consentiunt? Nam D Nestorius simulat quidem in exegesibus suis dicere se, quod unus sit filius, & unus Dominus, sed filiationem ac dominationem ad solum Dei uerbum refert. Postquam uerò in dispensationem uenit, rursus alium Dominum hominem ex muliere separatum dicit, uerbo æqualis honoris dignitate coniunctum. Cum enim dicit: Propterea Deus uerbum Christus nominatur: quod coniunctionem habet cum Christo, quomodo non perspicuum est, quod duos esse Christos dicat? Si enim Christus cum Christo coniungitur tanquam alius cum alio coniunctionem habet. Orientales uerò nihil tale dixerũt, sed uoces duntaxat discriminant: discriminant autem ad hunc modum, ut alias diuinitati, alias humanitati communem, alias uerò cõmunicatiuas esse dicãt, quod simul habeant, & Deo & homini conuenientia: ita tamen, ut de uno & eodem sunt dictæ, & non sicut Nestorius, qui alias deo uerbo separatim, alias ei qui ex muliere sit, tanquam alteri filio adscribit. Aliud autem est uocum agnoscere differentiam, & aliud illas duabus admetiri personis tanquam alteri atq; alteri. Epistola uerò ad Acacium, cuius initium est, Rei quidem dulcis est, admiranda & plurimi facienda fratribus salutatio & compellatio, & cætera. bonam habet deo- mnibus excusationem. Habes aũt plurimas tales epistolas in capsula, quas magno præposito Prepestato dare debes, & duos à me missos libellos: unum contra blasphemias Nestorij, alterum gesta habentem Synodi contra Nestorium, & illi consentiens. Deinde & contradictiones à me contra eos factas qui aduersum capitula Synodi ea scripserunt. Sunt autem duo Episcopi qui hoc fecerunt, Andreas & Theodoretus. Habet uerò idem libellus circa calcem, breues expositiones de Christi dispẽsatione, admodum bonas & prodesse ualentes. Offer illi similiter ex illis quæ pelliculas habent, quinque epistolas, unam beati papæ Athanasij ad Epictetum, & alteram quæ à nobis ad Ioannem est scripta. Et duas ad Nestorium: exiguam unam, prolixam alteram, & quintam quæ est ad Acacium. Nam istas à nobis petijt.

*Epistola Cyrilli ad Ioannem Antiochenum episcopum, & Synodum, quæ apud hunc erat congregata.* Epistola 39

NOn quieuit Draco apostata, fera uerè pernitiosa, & Deo rebellis, neq; unquam ab ima probitate quam insitam habet, destitit, sed damnabilem illam inuidentiam quam contra Ecclesias concepit sibijpsi parturit, incontinentes impiorum ac scelestorum hominum cauterio notatam habentium conscientiam, linguas contra ueritatis ausus est excitare dogmata. Plurimi quidem, qui ante nos fuerunt sanctos patres nostros impugnârunt, & contra inenarrabilem Christi dispensationem impudentis oris arma mouerunt: sed deprehensi sunt tanquam temerarij & indocti, & magis noua quædam adferre quàm aliquid eorum quæ secundum ueritatem ex ipsa sunt ueritate testimonia cognouisse, quam uidelicet illa sint recta & inculpata, & omnem accusationem superantia. Quoniam uerò post illos omnis impietatis inuẽtor ac doctor Nestorij nobis cœnophoniam excitauit: ecce per Dei gratiam & datam nobis ab ipso intelligentiam omnes illum uno ore tanquam apostatam anathematizamus, illustrem patrum zelum imitati, & contra inimicos crucis Christi uiriliter animati, & uerâmque fidem colentes, & in Ecclesia docentes, non accedendum esse illius blasphemijs, ut duos potius Christos & filios dicamus. Vnũ qui dem quod natura, & uere ex Deo patre est uerbum, alterum uerò adoptione & gratia, ex semine Dauidis, quam secundum synceram & irreprehensibilem, iam inde ab initio datam nobis fidem, unum filium & Dominum Iesum Christũ, uerbum ex Deo patre, incarnatum & inhumanatum, secundum sanctorum patrum confessionem, ita ut idem & sit, & esse dicatur ex Deo pa- Nicæ. tre diuinitus, ut uerbum ipsius, & ex substantia ipsius naturaliter progressum, & ex semine Dauidis secundum carnem, hoc est, ex sancta ac Dei para Maria. Non enim alium atque alium, sicut dixi, tradiderunt, qui initio uerbi spectatores ac ministri fuerunt: sed unum & eundem Deum simul & hominem, unigenitum ac primogenitum, ut illud quidem diuinitus, istud uerò humanitus haberet, quod inter multos fratres est factus B nostri similitudine susceptæ, & non alio sibi adiuncto homine, sicuti quibusdam sentiẽdum esse uidetur, sed idem ipse homo factus, nec quod erat esse desinens. Cum enim Deus sit natura & impassibilis ob eam causam in propria est carne uoluntarie passus. Non enim alterius cuiuspiam corpus pro nobis dedit, sed ipsum unigenitum Dei uerbum, homo factum, seipsum inculpatum sacrificium Deo & patri obtulit. Eratque nobis in istis studiosis me feriandum à Nestorij uidelicet cœnophonia quasi coactis copijs undique irruente, & quacunque alia cuiuscunque lingua, nec mendacijs illorum accedendum. Progressum enim, uelut ad pugnam contra omnes est, qui cum illo sentiunt, uel talia senserunt unquam C quod et nos et sanctitas uestra absolute dicimus, anathematizare nos eos qui duos filios, & duos Christos dicunt. Vnus enim sicut dixi, cum apud nos rum apud uos prædicatur & Christus, & filius, & Dominus, & unigenitus, uerbum uidelicet Dei, in similitudine hominum factum, & habitu, secundum sapientissimi Pauli uocem, ut homo inuentum. Quod autem Christi carnem animatam rationali animam esse dicimus, sæpenumero demonstratum est. Ista etiam in epistola ad Armenios sanctissimus ac pientissimis frater noster episcopus Proclus ueritatis sermonẽ recte secans manifeste declarauit, uir pius & diligentissimus impugnator eorũ, qui quæ recta sunt peruertunt. Est enim illi cõsuetum uincere eo quod D ueritatẽ colat. Loquor autem de infamibus Diodori ac Theodori, & aliorum quorundam opinionibus, quos melius erat non laudare, ne quid durius dicam, propterea quod omnibus ueluti uelis aduersus Christi feruntur gloriam. Nemo non astipuletur, obsecramus, sanctis & orthodoxis patribus nostris, Athanasio inquam, Basilio, Gregorio, Theophilo, & reliquis, ne quo pacto res ista scandali quibusdam fiat occasio, qui ita se cundum ueritatem sentire putant, & docere omnis rectæ fidei curatores, qui non solũ contra Nestorij cœnodoxias erectos post se libros reliquerunt, sed & contra aliorum, qui Nestorij opinionibus ante ipsum & habuerunt et scripserunt. Optamus autem ut omnes quæ sua sint agant, nec tur-



bas Ecclesijs iam per Christi gratiam & eorũ qui A ubique sunt mystagogorum sobrietatem sedatas excitent, neque tam sibijpsis quàm alijs negocia facessant. Oportet autem eos qui cum Nestorio senserunt, aliquando secundum ueritatem resipiscere, & à nugis illius descẽdentes immutari in culpatmq; ac rectam uelle fidem eligere, ac placidos esse, nec cuiquam præteritorum gratia conuiciari, ne quo pacto res ista cunctandi quibusdam occasionem quo minus ad meliora properent, exhibeat. Si enim eos qui corporalibus infirmitatibus detinentur liberari optamus, & congratulamur eis si hoc contingat, quomodo non magis gaudebimus si qui seducti fuit conuertatur, & ad præstantem ueræ cognitionis lucem prosiliat? Quod enim super talibus etiam ab ipsis angelis festa soleat celebrari lætitia, nihil addubitat uestra sanctitas, quæ ista docet, & in omnibus Ecclesijs exponit, neq; Seruatoris nostri uoces ignorat. Illud sane obsecramus, tanquam fratres & simul docendi munere præditos, ut cleris denuncietis, ne alia loquantur, præsertim in Ecclesijs, præter ea quæ recta & probata sunt, & recte habere uidentur, sed magis firmi sint in rectæ fidei confessione, & maxime, nõ facile ad docendum ista prosiliant. Si uerò necessitas aliquando hoc postulauerit, propterea quod in fide nonnulli sint initiandi, nullo modo quæ de fide dicenda sunt à rectissimo tramite exorbitare ac præuaricari sinant. Sunt enim tumultuationum occasiones per sanctitatis uestræ sobrietatem amputandæ. Quod arbitrati sumus utile futurum, hoc scripsimus. Itaque siquidem uel clericorum uel monachorũ à quibusdam accusantur, quod cum in Ecclesia communicauerint, denuo quę Nestorij sunt sapiant, adhibeatur illis auscultatio in Ecclesijs, imò & apud uos illas colligentes, fiatq; diligens eorum quæ dicta sunt inquisitio. Non enim mirum est, eos qui tales accusare uolunt, si NOTA. nemo sit qui de istis dicentes audire sustineat apud extera tribunalia tumultuari. Est autem multo melius ac iustius, ut Ecclesiasticæ quæstiones in Ecclesijs agitentur ac formentur, & non apud alios, quibus sane prorsus inconueniens est hutusmodi causarum diæta. Salutate fraternitatem quæ apud uos est, salutat uos quæ nobiscum est in Domino.

EPISTOLA CYRILLI QVAM *Rhodi in itinere ad Synodum proficiscens ad Clerum, Presbyteros ac populum Alexandrinæ ecclesiæ scripsit.*

*Cyrillus Presbyteris, Diaconis ac populo Alexandrinæ ecclesiæ dilectis, ac desideratissimis fratribus in Domino salutem.*

GRatia & benignitate nostri omnium seruatoris Christi amplum illud & magnum trafecimus æquor, lenibus ac placidissimis flatibus usi, ita ut absque omni metu & periculo nauiga- Epist. 30.

tionem hanc exequuti ad Rhodiorum ciuitatem appulerimus, glorificantes deum, ac cum Psalmistæ uoce dicētes: Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas. Quia uerò necessarium est, ut quoniam corpore absumus, spiritu autem præsentes literis uos tanquam filios complectamur, ista uobis interea scribēda ac manifestanda putaui. Credo siquidem Deum & quæ reliqua sunt adiecturum, idq; omnium uestrum precibus obsecratus. Ostendite itaque præsenti potissimum tempore tanquam fructum dilectionis uestras pro nobis precationes. (Nam & ego hoc ipsum facere non desino.) Vt qui omne bellum cōcerit, dominus exercituum, quæ in hac causa accidēt interuētu suo cōponēs et omnē tumultuationē destruens, gaudētes gaudentibus uobis tanquam filijs restituat. Omnia quippe potest, sicut scriptum est. Est autem illi nihil prorsus impossibile. Cōsuetam uobis & competentem probitatem retinete. Hoc enim potissimum uos probatissimos ostendit, si & absentes & præsentes per spiritum patris ingenuam & laudabilem in precio habueritis uitæ conuersationem. Salutate uos inuicem in osculo sancto. Salutant uos, qui mecum sunt fratres. Opto uos in Domino ualere dilecti ac desideratissimi.

## ALTERA AD EOSdem epistola.

*Cyrillus Presbyteris, Diaconis, ac populo Alexandrinæ ecclesiæ dilectis ac desideratissimis in Christo salutem.*

Epistola 33. AFfectanti mihi probitatis uestræ salutationem scribendi occasionē exhibent & tempus & locus. Sumus enim Ephesi propter omnium uestrum preces in bona ualetudine constituti, quod reliquum est Synodi tempus à uicino expectantes. Credimus autem Christum omnium seruatorem ecclesias suas à peruersis opinionibus repurgaturum, & rectam fidem omnibus illustrissimam exhibiturum, ita ut omnes ubique mundi & inculpati, syncceram illam habentes, puras manus ad precandum extollant, illud beati Dauidis uoce dicentes: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum. Circuit enim malus ille, fera insomnis gloriæ Christi insidias struens. Poterit autem prorsus nihil, inani existente ipsius feritate, & malicia inefficacia. Insidiatur autem non homini uulgari, neque uni simpliciter ex nobis, sicuti nouis istis dogmatistis uidetur, sed Deo, omnia potenti. Audiat igitur à quouis Christum amante, Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Seipsum enim miser percutit, & simul propriis foetibus in perditionem ruit. Non enim ad illius partem pertinent, qui recta Ecclesiarum dogmata peruertunt. Non effugient autem iudicium Dei. Orate itaque pro nobis, ut deus omnium seruator largiatur, quo gaudetes gaudentibus restituamur. Omnia nanque potest, nec est illi quicquam impossibile. Salutate uos inuicem in osculo sancto. Salutent uos, qui mecum sunt fratres. Opto uos ualere in Domino, dilecti ac desideratissimi.

## TERTIA AD EOSDEM.

*Cyrillus Presbyteris & Diaconis ac populo Alexandrinæ ecclesiæ dilectis ac desideratissimis in Domino salutem.*

Epistola 34. ETsi fusius pietati uestræ quæ gesta sunt significanda erant, urgentibus tamen tabellarijs, breuius scripsi. Scitote itaq; S. Synodū uicesima octaua mensis Payni, Ephesi, in magna eius ciuitatis ecclesia quæ Maria Deipara uocatur, celebrari cœpisse. Cum autem integrum diem consumpsissemus, tandem impium Nestorium sancto Concilio adesse & conferre non sustinentes condemnauimus eum, depositionique subiecimus, & ab Episcopatu exclusimus. Sumus autem hic congregati Episcopi ultra ducentos fere plus minus trecenti. Perduravit autem uniuersus ciuitatis populus, à mane usque ad uesperam sanctæ Synodi iudicium expectans. Vt autem audierunt infelicem illum esse depositum, cœperunt omnes una uoce sanctam prædicare Synodum, & deū glorificare, quod cecidisset fides inimicus. Cum autem Ecclesiam egredieretur, comitabantur nos cum lampadibus usque ad diuersorium. Erat enim uespera, & passim multa lætitia & tedarum accensio in ciuitate, ita ut & mulieres acceptis thuribulis nos præcederent. Et ostendit pater contra blasphemos istos gloriam suam, quod omnia possit. Expectamus itaque, donec, quibus hoc mandatum est, chartas deposition is illius perficiant, deinceps ad uos uolente Deo pauperaturi. Sumus omnes per Christi seruatoris gratiam bona & animi & corporis ualetudine. Opto uos ualere in Domino dilecti ac desideratissimi.

## QVARTA AD EOSDEM.

*Cyrillus Presbyteris, Diaconis, ac populo ecclesiæ Alexandrinæ, dilectis ac desideratissimis in Domino salutem.*

Epistola 35. QVæ in recte factis præclara sunt, & magna non sine labore transiguntur. Est autem omnino ita comparatum, ut quodcunq; bonum labor præcedat. Nec mirum est quod in magnis hoc rebus accidere uidemus, cum & uulgaria, & quæ nutu diuino aguntur, & curis sint referta, & laboribus acquirantur. Verum etiam dum laboramus, docemur ut dicamus: utiliter age & confortetur cor tuum, & sustine Dominū. Confidimus enim conatus ad uirtutem tendentes celebrem sequuturum fructum, & munuscula hinc spiritalis fortitudinis præmium à Deo reperiendum. Hæresim itaque spurcissimam, quæ in contra uniuersum orbem qui sub cœlo est erupit, & cornu in sublime extulit contraq; re cōnata est, & cornu in sublime extulit contraq; Deum iniusticiam loquuta est, ac recta Ecclesiæ dogmata



dogmata flammæ instar cōburere uoluit, ipsum unigeniti Dei uerbum deiecit, 'authore ac patre illius inanito simul & à sacerdotio per sanctæ Synodi sententiam reiecto, ut cum gaudio dicamus: magnificauit Dominus facere nobiscum, facti sumus lætantes. Sunt enim in gaudio cum doctores tū qui populo præsunt, quod recta fides obtinuit, & ubique omnium seruator Christus celebratur, Satana pessundato, & quæ per ipsum inducta fuerant offensaculis è medio sublatis, ac ueritatis dogmatibus contra mendacia cōfirmatis, ut omnes ex uno ore concorditer dicamus: unus Dominus, una fides, unum baptisma. Ista etiamnum tanquam filijs scribo, Seruatoris nostri mirabilia facta prædicans, ut intensiores precationes faciatis, ut uolente deo gaudentes gaudentibus, cum bona ualetudine restitui ualeamus. Opto uos ualere in Domino.

## CYRILLO ALYPIVS.

*Sanctissimo ac pientissimo Archiepiscopo Cyrillo, Alypius Apostolorum presbyter in Domino salutem.*

Felix homo ille cēsendus est, cui Deus hoc largitur, ut dilectionis oculis pium ac sanctū caput tum cōfessionis ac martyrij corona redimitum quamprimum uideat. Tu nanque sanctissime pater, uigilantibus oculis sanctorū patrum uiam perambulasti, & utroque poplite claudicantes ut recta ad ueritatem ingrediantur docuisti. Tu confidentiam Eliæ induisti, & solus zelū Phinees in re suscepisti. Tu impium uirulenti Draconis os obturasti, & uoracem Bel destruxisti, uanamq; illius spem, præsidentiam uidelicet ac principatum pecunijs acquisitum, infirmasti, structuramq; aureę imaginis cadaueroſam reddidisti. Et quodnam ita spiritali unguento refertum os fueri, quod zeli tui encomia eloqui poterit, qui beati Theophili quondam auūculi tui imitator es factus, imò & beatissimi Athanasij martyrio coronatus. Et quemadmodum ille fraudulentos iniquorum hæreticorū conatus, orationibus repulsos effasit, ita & sanctitas tua insidias iniqui illius infirmabit cellis cuiusdam procellæ puræ conscientiæ uita consopiuit. Ad eum nanque modum & beatissimus Athanasius postquam multas falsas accusationes ab hæreticis illatas friuolas esse ostendit, extorris eorum decreto qui cum potentes essent hoc subornabant fieri sustinuit, & quantō studiosius mēdacia illa ora falsas accusationes concinnabant, tanto ipse & purior & illustrior declaratus, lenitate præclarus, & ex talibus uictoriis & certaminibus coronā sibi martyrij nectēs, homousion statuit, prauamq; Arij opinionē procul cauit, & rectam doctrinam erexit, atq; sancti Marci euangelistæ sedem in sublime extulit, quibus & ipse ulus uestigia sancti huius insequutus es. Opto itaque sanctissime pater dignus habeari, qui his ce meis oculis sanctam tuam personam uideam, ac genua tua pronus contingam, præsentiaq; martyris fruar, qui in pacis tēpore coronis est ornatus. Cæterum de rebus nostris omnibus, quomodo sumpta precum tuarum ac sanctarum patrum interuentu fiducia confidenter, & quæ egerimus dilectus diaconus Candidianus narrabit, qui & literas tenuitatis meæ sanctitati tuę reddet. Saluto uniuersam Synodum martyrij corona, cum sanctitate tua redimitam, ipse saluus, bono animo in Domino perseuerans, ac pro ueritate à Deo nobis donata decertans.

## CYRILLVS ALYPIO.

*Quæ ad hunc scripsit, iam antea Ephesi in Concilio antequam à Comite caperetur, & à militibus custodiretur, dixerat.*

BEatus propheta Dauid eos qui fiduciam in Deo habent animatos reddens dicit: Viriliter agite & confortetur cor uestrum, omnes qui speratis in Dominum. Vt enim plantæ in hortis largis aquarum riuulis crescūt ac uirent, inq; magnam eriguntur sublimitatem: ita anima uiri spiritus sancti cōsolationibus ad pietatem irrigatur, ad fidem confirmatur, & infractam acquirit patientiam, quam inter omnes alias uirtutes potissimum celebrauit beatus Paulus, dicens: Non solum autē, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia uerò probationem, probatio spem, spes autem non pudefacit. Patientia itaque nobis omne bonum conciliat, & uelut pronuba uiam ad probationem parat, ac spem in futurum seculum nutrit. Quomodo autem hanc acquiramus, diuina scriptura docet, dicens: Fili si accesseris ad seruiendum Domino, præpara animū tuum ad tentationem, & dirige cor tuū, & esto tolerans. Sed forte dicet quisquam: An fieri nequit ut alio modo probetur homo, & quod bonum est sine laboribus acquirere possit? Nequaquam, inquit. Ob quam causam? Quia admodum multi sunt qui sanctis insidientur, & graue illis bellum infertur. Quapropter & ipse seruator dixit: Tribulationē in mundo habebitis, sed cōfidite ego uici mundū. Quoniā itaq; magnū undiq; bellum sanctis cum ferocia infertur, necessarium est ut dum tentationibus impetuntur, discipuli domini recordentur dicētis, Beatus homo qui suffert tentationē: quia cum probatus fuerit, accipiet coronam uitę quam promisit Deus diligentibus se. Placet autem aliquid de rebus uetustioribus narrare, ut spiritalis fortitudinis finem cognoscatis. Babyloniorum tyranni & qui regni illorum thronos gubernarunt, uehementer perpetuo ad crudelitatem & fastum proni, & humanitatis metas transcendentes, maiestatem soli omnium Deo competenti ad se rapuerunt. Execrandus itaq; Nabuchodonosor auream erexit imaginem. Cum autem uocalissima instrumenta insonarent, populis subiectis mandauit ut imaginem adorarent. Quibus quidem nō insuetum erat creaturam adorare potius quàm creatorē deum, prompti̇ssimi accesserunt. Mutauerunt autem gloriam incorruptibilis Dei in imaginē corruptibilis hominis. Vbi uerò He-



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



bræorum pueros in medium adduxerũt Babylonij (erant autẽ Ananias & Zacharias & Misael) iuſſerũt eos adorare imaginẽ aureã, coegeruntq; generationẽ nobiliſsimã ac Dei amantẽ, ut in idẽ cum ipſis peccatũ delaberentur, & imaginẽ illam aureã adorarent. Verũ nihil perfecerũt. Victi aũt illorũ pietate, ignis illis ſupplicĩũ intulerunt. Erat aũt uictis criminis loco, q̃d iſti in fide firmi, & in pietate ſolidi, hominem adorare recuſabant, nec quicq̃ eorũ ſapere uolebãt, q̃d naturæ diuinæ eſſet ignominioſum. Vt aũt in caminũ ignis coniecti ſunt, tum ſane tũ inquã magna facta eſt inenarrabilis diuinæ uirtutis demonſtratio. Eſt enim elementorũ mutata uis in naturæ cõtraria operationem, ceſſitq; ignis creatoris ſui nutibus, & flãma in flatũ roris molliter ſibilantẽ eſt alterata. Cũ aũt adoleſcentes ſupernũ ſentirent auxiliũ, cecinerũt in camino ignis & hymnorũ concentu uim ignis cõſopierunt. Erat hic caminus Eccleſiæ typus ſanctos habens tripudiantes, nõ homines tantũ, ſed & angelos. Admiratus es uirorũ iſtorũ uirtutẽ: probaſti patientiã, & amoris erga Deũ magnitudinẽ. Videamus iam quædã ex his quę nobis accidunt. Erant illi ſub barbaris tyrannis, nos uerò ſub ſceptris pijs pijſſimos habemus rerum Dominos. Quomodo cedemus hoſtibus? Nam etiamſi caminũ inſidiarũ incendãt, etiamſi flammas excitent, inacceptam nobis hominis adorationẽ inferentes, habemus tamen in cœlo Deũ, hunc adorabimus. Cum enim deus ſit natura, nobis tamen factus eſt ſimilis, nõ abiecto, q̃d Deus eſt: ſed naturam humanã cohonestans ac potẽs ad eripiendũ nos. Etenim pietatiſsimorũ Regũ fidei adhærẽtes, & quæ illis ineſt manſuetudinis magnitudinẽ ſcientes aduerſariorũ improbitatẽ nõ feremus, ſed cõfitebimur Emmanuelẽ ſecundũ naturã eſſe Deũ. Et hoc dicentes atq; ita affecti plurimã lucrifacimus retributionẽ. Quæ autẽ illa ſit ipſe nos Chriſtus docet, dicẽs: Qui me cõfitebitur corã hominibus, cõfitebor & ego eũ corã patre meo in cœlis. Cõfitetur aũt eũ qui uerũ eũ deũ eſſe dicit, nõ qui cõfitentibus repugnat. Negabit itaq; illos, nos uerò cõfitebitur omniũ ſeruator, per quẽ & cũ quo deo & patri cum ſancto ſpiritu ſit gloria in ſecula.

CYRILLVS DYNATO EPISCOPO Nicopolenſi ueteris Epiri.

*Domino meo dilecto fratri, ac comminiſtro Dynato Cyrillus in Domino ſalutem.*

*Epiſtola 38.* Pietati tuæ quæ pacem Eccleſiarum, quam ſectatur concernunt, ſignificanda duxi. Antiochiam itaq; Dominus meus celeberrimus Tribunus, & notarius Ariſtolaus uenit, adferens ſecum regias literas, quę religioſiſsimo Antiochenæ eccleſię epiſcopo Ioanni mandarunt, ut ſceleſta Neſtorij dogmata anathematizaret, & depoſitionẽ eius pro conformitate ſanctæ Synodi decerneret, atq; ita communionem à nobis quæreret. Et hæc quidem continebant illæ literæ. Cæterũ quidam ex Orientalibus epiſcopis, qui forte Neſtorium nondum condemnârunt, & illis patrocinantur, qui rectam noſtram fidem ſollicitant, & gloriam omniũ noſtri Seruatoris adorantibus haud mediocriter inſidiati ſunt, ut pientiſsimus ac ſanctiſsimus Acacius Bercœnſis epiſcopus ad me ſcriberet curârunt: quanquã ita tanquam ipſi quę ſcripſit, à me petant, nempe, opus eſſe ut quæ cõtra Neſtorium à nobis ſunt ſcripta, deleantur, & tanquam irrita abijciantur omnia, & pacificamur in ſolo ſymbolo fidei, à ſanctis patribus Niceæ determinatę. Nouit aũt ſanctitas tua, q̃d tales olim ipſorũ in Nicena ſynodo ,ppoſitiões fuerint. Ego uerò ad iſta reſcripſi, petere eas impoſsibilia, eo q̃d quę ſcripſimus, rectæ ſcripſerimus, rectæ & inculpatæ fidei patrocinãtes, nec quicq̃ omino ſcriptorũ noſtrorũ negaturi ſimus. Neq; em quicq̃ ſicut ipſi dicũt, temere eſſe dictũ, ſed ubicq; nos recti tudini fidei adhærere, & ueritatis uirtuti conſentire, oportere magis eos talibus ambagibus ac dilationibus non uti, nec extra ea quæ neceſſaria ſunt elabi, ſed ſecundũ id q̃d & ipſi pientiſsimo ac dilectiſsimo Regi ac ſanctæ Synodo rectũ uidei, Neſtorij nugas & blaſphemias contra Chriſtũ factas anathematizare, depoſitionemq; illius conſteri, ac ordinationi ſanctiſsimi ac pientiſsimi epiſcopi Maximiani conſentire. Cum iſtas itaq; literas ad eos miſiſſem, conſiderarentq; fieri nõ poſſe ut cõmunionem reciperent, niſi ad finem quæ ipſis facienda erãt perductis, miſerũt Alexandriã religioſiſsimũ ac pientiſsimũ Paulũ Emeſenũ epiſcopum, adferentem quidem ad me communionem concernentia: uerum talia, quæ non admodum decẽtia quædam narrarent. Nã & querimonias habere ſe ſimulabant, tanq; in ſancta Synodo quędam non ſint recte dicta & facta. Et huiuſmodi quidem epiſtolas non acceptaui, ſed reſpõdi, quomodo qui præteritorũ geſtorũ gratia ueniam petere debebant, iam denuo iniuriam nobis inferunt? Cum autem iſta memoratus pientiſsimus Epiſcopus excuſaret, iuramentoq; affirmaret, non eſſe hũc illorum ſcopũ, ſed magis ſimplici eos animo iſta ſcripſiſſe, dilectiõis gratia & hoc recepi. Verum ad Synaxim eum non admiſi, niſi ubi dato primum libello Neſtorij dogmata ſcripta anathematizauit, proq; depoſito illum habere ſe confeſſus eſt, ac ordinationi religioſiſsimi ac pientiſsimi Maximiani epiſcopi conſenſit. Petijt aũt ut iſtis à ſe loco omnium qui per Orientẽ ſunt pientiſsimorũ Epiſcoporũ receptis libellis nihil exigerẽ amplius. Verũ nullo modo acquieui, ſed Domino meo celeberrimo Tribuno & notario chartã miſi & exhibui, ſignificãs ei, ſi pietiſsimus Ioãnes Antiochenus epiſcopus illi ſubſcripſerit, tum demum cõmunionem illis eſſe reddendam. Cunctationem autem eorũ celeberrimus Tribunus ac notarius Ariſtolaus moleſte tulit. Cumq; pientiſsimus epiſcopus Ioannes ſubſcripſiſſet, & qui cũ eo erãt Neſtorij dogmata manifeſtius anathematizaſſent, confeſsiq; eſſent illũ ſe pro depoſito habere, ac ordinationi religioſiſs. ac pientiſs. Maximiani epiſcopi conſenſiſſent, cõmunionẽ illis reddidimus. Hæc nanq; illis & Epheſi à ſancta



à ſancta ſynodo ,pponebant. Notũ & illud ſit ſanctitati tuæ: inſtabat inſitio religioſiſs. ac pientiſs. epiſcopus Paulus depoſitorum (Eladij dico, & Eutherij, & Emerei & Dorothei) gratia obſecrans ac petens, ut quæ cõtra eos decreta ſunt abrogẽtur, contendensq; fieri non poſſe, ut pax eccleſiarum ad finem deducatur, niſi etiam hęc particula adda tur. Ego uerò reſpondebam, rem eum conari impoſsibilem, nec unq; nos hoc permiſſuros. Manſerunt itaq; in eo ſtatu, in quo etiamnum ſunt, nec ulla eorũ in pactionibus de pace eccleſiarũ facta eſt mentio. Scripſerunt autem eandem epiſtolam quam miſerunt & ad me, & reliquos pientiſsimos & ſanctiſsimos epiſcopos, & ad Syxtũ magnę Romæ epiſcopũ, & ad ſanctæ Cõſtantinopolitanę eccleſiæ epiſcopũ Maximianũ, id quod neceſſarium eſt integritatem tuã cognoſcere, ne ab ijs qui alia pro alijs nugari ſolẽt, nõnulli ex fratribus perturbentur, quaſi quę cõtra Neſtorij blaſphemias ſcripſimus, negemus. Miſi aũt & exemplaria epiſtolarum, cum eius quę à me ad religioſiſsimũ Ioannem Antiochenũ epiſcopum, tum eius quæ ab illo ad me de anathematiſmo blaſphemiarum Neſtorij, deq; illius depoſitione eſt ſcripta, ut iſta integritas tua diligẽter cognoſcat, nec eſt, ut quiſquã alias præter iſtas proferat epiſtolas. Saluta fraternitatem quæ tecum eſt, ſalutat te quæ mecum eſt, in domino.

*Cyrillus ad Acacium Epiſcopum de Apopompæo, id eſt, capro emiſſario, de quo Leuit. 16.*

Lectis quę à ſanctitate tua pridem ſunt ſcripta admodum gauiſus, imò tantum non complexus & oſculatus illa ſum. Animo nanq; eouſque prorupi, ut iam corã eſſe uiderer. Tantę ſiquidem ſunt ſyncerorum amicorum ſalutationes uehuiſmodi generent affectum. Ita quidem ego animatus ſum, confido autem, nec tuam pietatem aliter eſſe comparatam. Quoniam uerò ſignificaſti dignatus es, quomodo neceſſe ſit, ut de Apopæo nõnulla differã, per quæ quid illi inſit myſterij, perſpicuum fiat: illud neceſſar ò dixerim cũ prudentia tua ſufficientem habeat eruditionẽ, & ingenioſam admirandamq; ſacrarũ ſcripturarum ſcientiam, ſuperfluũ forſan fuerit, ſi per aliũ quem piam de quæſtionibus iſtis diſſeratur: quoniã uerõ nihil habet moleſtiæ, ſi quæ in mentem ueniũt dicam, ſcripſi quidem (nõ enim quod iniunctum eſt, recuſare licebat) uerum ſi à conſtanti diligentę Quæ nanq; contemplatu ſunt difficilia, difficilia quoq; ſunt declaratu, nec facile comprehendũ tur. Veruntamen haud procul à ſpe ſumus futurũ ut & hac in re, per pietatis tuæ preces, dirigat nos Chriſtus, qui profunda è tenebris reuelat, & cæcos inſtruit, ſermonemq; ut ſcriptũ eſt, largitur.

Eſt itaq; in Leuitico de capro emiſſario ſcriptum ad hunc modum: Et accipiet duos capros, ſiſtetq; eos coram domino ad oſtiũ tabernaculi teſtimonij. Et ponet Aaron ſuper duos hoſce capros ſortes: ſortem unam domino, & ſortem alteram capro emiſſario, & applicabit Aaron caprum, ſuper quem ſors domini cecidit, offeretq; illum pro peccato: alterum uerò caprum, ſuper quem ſors capri emiſſarij cecidit, uiuum ſiſtet coram domino, ut preces pro eo fiant, ut emittatur in depulſionem dimittetq; eum in ſolitudinem. Et poſtea: Et mactabit caprum pro peccato, pro populo coram domino, & inferet de ſanguine eius intra uelum, & faciet cũ ſanguine eius perinde atq; fecit cum ſanguine uituli, & aſperget ſanguinẽ eius ad propitiatorium, in cõſpectu propitiatorij, & expiabitur ſanctum ab immundicijs filiorum Iſrael, & ab iniuſticijs & omnibus peccatis eorum. Atq; ita faciet tabernaculo teſtimonij, quod extenſum eſt inter eos in medio immundiciæ ipſorum. Et hæc quidem de mactato capro, ſanctum tabernaculũ ſanguine ſuo ſanctificante. De uiuente uerò ac dimiſſo, rurſus ſic dicit: Et adducet caprum uiuentem, & imponet Aaron manus ſuas ſupra caput capri uiuentis, & cõfitebitur ſuper ipſo omnes iniquitates filiorũ Iſrael, & imponet eas ſupra caput capri uiuentis, & dimittet eũ in manu hominis parati ad hoc in ſolitudinem, & accipiet caper in ſe iniuſticias ipſorum, portabitq; in terram auiam, & dimittet caprum in ſolitudinem. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata & utilis eſt. Quicquid eñ Deus loquitur, id prorſus ſalutare eſt. Et his quidem, qui ueritatis poſſunt contemplari uirtutem, uenuſtas ipſius lucis inſtar occurrit, mentemq; ad myſterij Chriſti cognitionem illuſtrat: qui uerò nondum recte progrediuntur, illi adhuc puerili more uacillant, etiã circa ſelecta ſẽpenumero ſcripturę theoremata. Et iſta dixerim, his quę à pietate tua ſunt ſcripta, nõ ſine animaduerſione lectis. Putarunt enim quidã ex his qui iſthic ſunt, unum quidem ex capris, uel hircis omnium deo ad cõſecrationem & ſacrificium deputari: alterum uerò emiſſario cuidam malo, & immundo dæmoni in ſolitudinem mitti, idq; ſacra manu & conſtitutione legali. quæ ſententia per ſe quàm ſit ſtulta, & ridicula patet. Dixerit autem quiſquã his, qui iſta ſuſpicantur, quomodo nõ magis oportuerit illud cõſiderare, quod omniũ conditor, cũ ultra omne tempus, & ſupra omnẽ cogitationẽ ſolus ſit natura deus ac dominus, nunquam paſſus ſit ſatanam apoſtatam, quaſi quendam regni ſui ac gloriæ conſortem aſſumere: cum audiamus eum manifeſte per unum ex prophetis ſuis dicentem: Gloriam meam alteri non dabo, nec fieri potuerit, ut quum lex per ſapientiſsimum Moyſen præceperit, quæ conſecrare quis uelit, ſoli Deo eſſe conſecranda: poſtea idem ipſe, qui legem hanc tulit, oraculum hoc ædiderit, gloriam hanc ſoli Deo competentem, etiam malis eſſe ſpiritibus exhibendam: atque ita ſuis ipſius uerbis contrarius fuerit, ut qui quod fieri uetuit, rurſus faciendum eſſe præceperit. At omnium abſurdiſsimum eſt, ſi quis omnipotentem Deum honoris ac gloriæ ſuæ negligentem eſſe, & tamen interea illam & aliis communicare uelle putet, cum manifeſte per Moſen dicat: Dominũ deum tuũ adorabis, & illum ſolũ coles. Item: Et non erũt

Universidad de Deusto
Biblioteca



tibi dñ alij præter me. Quapropter & diuinus Mo A
ſes admodum bene ſupernis, & à Deo datis de-
cretis ſeſe conformat. Etenim ad eos qui ex ſan-
guine ſunt Iſraelis dicit: Et hæc ſunt præcepta &
iudicia quę cuſtodire debetis, ut faciatis ea in ter-
ra, quam dominus Deus patrum noſtrorum ſor-
te nobis dabit, omnibus diebus quibus uiuetis ſu
per terram. Perditione perdetis omnia ea loca,
in quibus gentes deos ſuos coluerunt, ut uos eos
hæreditario accipiatis, ſiue in montibus ſublimi-
bus, ſiue in collibus, ſiue in arbuſtis ſyluoſis, & e-
uertetis aras eorum, & conteretis ſtatuas eorum,
& excindetis lucos eorum, ac ſculptilia deorum
illorum igne comburetis, nominaq; eorum è quo
libet illorum loco perdetis. Quomodo deniq; ue
riſimile fuerit, eum qui ſuos ab uniuerſo gentilita
tis errore ad ueritatis lucem per Moſen transfert B
præcipientem, ut unà cum ſimulachris & delubra
comburantur, & aræ ſubuertantur, & luci excin-
dantur, ut nihil ex iſtorũ abominatione reliquum
permaneat, gloriã ſuam quemadmodũ iam dixi,
iſtis impertiat, & hunc animum induat, ut capros
ipſi ad ſacrificãdum deſtinatos dæmonibus ſacri-
ficare: altero ex ipſis in ſolitudinem dimiſſo, præ-
cipiat, cum Iſraelem, quod uitulum in ſolitudine
erexiſſet, uehementer reprehẽderit, ſpectatiſſimo
Moſi dicens: Vade deſcende hinc uelociter, pec-
cauit enim populus tuus, quẽ eduxiſti ex Aegy-
pto, fecerunt ſibi ſimulacrum. Præterea & iſis qui
Beelphegor initiati fuerant, quando cum mulieri
bus Moabitarũ corporali uenuſtate ad defectio-
nẽ permoti implicabantur, acerbam uidetur intu
liſſe uindictã. Perierũt enim haud pauci numero
propter eam culpã. Fuerit aũt diuina illa & incul-
pata uoluntas non parum condemnabilis, ſi cum
nonnulli alienorum deorum adoratores ob eam
culpam perierint, ipſe deus qui defectoribus illis
ſuccenſuit, honore & ſacrificijs prauam & aduer-
ſariam potentiã dignari præcepit: quã quidã ſacra
rum literarũ uirtutẽ interioribus, & occultis men
tis oculis nõ prępcipientes, emiſſariã ſorte nomina
tam eſſe dicent. Nos uerò animũ diuinis oraculis
adhibẽtes nec negligentẽ nec ſegnem, ſed magis
diligentẽ, & quantũ fieri poteſt, uigilantẽ, admi-
randam ueritatis uenuſtatẽ aſſequi ſtudemus. Di
cimus itaq; omniũ deũ cum ad euerſionẽ gentilis
multorũ deorũ erroris, & ad illuminationẽ eorũ,
qui in tenebris ſunt legem ſuã ueteribus olim per
Moſen ſanciret, nunc̃q; paſſurũ fuiſſe, ut uia fieret,
& oſtiũ, imò & doctor huius erroris, quod hono-
randi ſint immũdi dęmones. Sollicite uerò quę in
diuinis ſcripturis abſcondita ſunt inueſtigãtes, ue
ritatem deprehendemus. Conuenit aũt ut legales
umbras intuentes, quod per unũ ex S. prophetis
recte dictũ eſt, dicamus: Quis ſapiens & intelliget
hæc? & intelligens, & cognoſcet iſta? Lex enim fu
turorũ bonorũ umbram habet, & non ipſam rerũ
imaginẽ, ſicut ſcriptum eſt: uerum umbræ uerita-
tem parturierũt, ipſa uerò ueritas nullo modo e-
xiſtit. Quapropter & diuinus Moſes, faciei ſuæ
uelamen impoſuit, atq; ita locutus eſt filijs Iſrael

tantum hac re non clamitans, oraculorum perſe
datorum, uenuſtatem non in exterioribus locis,
ſed interioribus uideri poſſe contemplationibus.
Age itaque ablato legis operculo, & externis ue-
laminibus Moyſi faciem liberantes, nudã inſpici-
mus ueritatem. Duos capros adferri, & duas il-
lis ſortes inſcribi præcepit, ita ut unus ex ipſis do-
minus, alter emiſſarius nominaretur. Suntita-
que capris iſtis impoſita nomina, Dominus & e-
miſſarius. Per utrunque autem ſignificatur unus
& ſolus filius ac dominus Ieſus Chriſtus. Quo-
modo id fiat, contemplationum diligentiæ quan
tum fieri licet intendentes, dicemus. Caper ita-
que, uel hircus uel hœdus pro peccato erat. Mi-
randa res, ſi legis mentem inſpicias. Iuſtum nan-
que diuina ſcriptura ſæpenumero oui, capro ue-
ro peccati amantem comparat. Quam ob cauſ-
ſam? Quia iuſtus plenus eſt confidentiæ ad uir-
tutem, & propterea meritò frugifer cenſetur: o-
uis autem lanigera eſt, ideo recte oui aſſimilatur.
Peccatoris uerò animam nudam, & infrugiferam
omniq; bono opere deſtitutam uidere eſt. Eſt ita-
que caper illius typus, animal ignauum, & ouium
precio poſtpoſitum. Quapropter & dominus no-
ſter Ieſus Chriſtus, quando filius hominis, inquit,
ſederit in throno maieſtatis ſuæ, ſtatuet oues qui-
dẽ à dextris, hœdos uerò ſiniſtris. Et his qa à dex-
tris erunt, utpote iuſticię fructus habẽtibus para
tum ipſis regnum tradet: à ſiniſtris uerò conſtitu-
tis, ignem & ſupplicium ac pœnas diabolo com-
petentes inferet. Hœdus itaque pro peccato ma- C
ctatur. Et hoc cognoſces lege perſpicue dicente:
Si uerò princeps peccauerit, & fecerit aliquid ex
omnibus quæ legi domini Dei ipſius prohiben-
tur, aut non fecerit prudenter, & peccauerit ac de-
liquerit, & notum illi factum fuerit peccatũ quod
peccauit, offeret donum ſuum hircum ex capris,
maſculum, immaculatum. Dixit autem alicubiq
ſe omnium Deus de iſs qui ſacerdotiũ ſecundum
legem ſortiti ſunt, peccata populi mei comedunt:
hoc eſt, ſacrificia pro peccatis. Erat enim portio ac
ſors ſacerdotũ, oblatio quæ domino offerebatur,
ſicut ſcriptum eſt. Eſt itaq; Chriſtus uictima pro
peccatis noſtris, ſecundum ſcripturas factus. Hac
ratione peccatũ ipſum nominatum eſſe dicimus.
Scribit igitur ſapientiſsimus Paulus ad hunc mo
dum: Quoniã eum qui peccatũ non nouit, pecca- D
tum pro nobis fecit, deus uidelicet & pater. Non
enim Chriſtum peccatorem eſſe factum dicimus:
abſit, ſed iuſtum, imò prorſus ipſam iuſticiam
exiſtentem (peccatum enim non nouit) uicti-
mam pater pro peccatis huius mundi fecit. Et
inter iniquos reputatus eſt, ſententiam paſſus
iniquis competentem. Confirmat hoc Eſaias ẽti-
uinus propheta, dicens: Quoniam omnes inſtar
ouium errauimus, quiſque in uiam ſuam dechina-
uimus, & dominus tradidit eum peccatis noſtris.
Et ipſe dolore adflictus eſt, & nos liuore eius ſa-
nati ſumus. Scribit & ſanctiſsimus Petrus, dicẽs:
Peccata noſtra tulit in corpore ſuo ſuper ligno. In
cũbebat itaq; ſuper eos, qui in hac terra uiuũt ſors



iſta, ut mortẽ paterẽtur propter tranſgreſsionẽ A
Adæ, & propter peccatũ quod ab eo ad nos uſ-
que tyrannidem egit: uerum uerbum Dei man-
ſuetudine ac benignitate plenum, caro, id eſt,
homo factum eſt, nobis qui ſub peccato ſumus
conformis, ſortem quo noſtram ſubijt. Sicut e-
nim optimus Paulus ſcribit: Gratia Dei pro om
nibus guſtauit mortem, & animam ſuam pro o-
nium uita in redemptionem dedit, proq; om-
nibus eſt mortuus, ut omnes deo uiuãt, per ſan-
guinem eius ſanctificati & uiuificati, gratisq;
per ipſius gratiam iuſtificati. Quemadmodũ e-
nim beatus Euangeliſta Ioannes dicit: Sanguis
Ieſu Chriſti mũdat nos ab omni peccato. Eſt ita
quemactato capro nomen, Dominus, & ſorte
mactationem accepit, factus q; eſt ſacra uictima, B
& ſacrificium, ut eſſet typus Chriſti, qui nõ pro
pter ſeipſum, ſed pro nobis eſt mortuus, & Ec-
cleſiam ſanguine ſuo ſanctificauit. Mactabit e-
nim inquit, caprũ pro peccato pro populo, corã
domino, & inferet de ſanguine eius intra uelũ, &
aſperget ſanguinem eius ad propiciatoriũ, ante
faciem propiciatorij, & expiabitur ſanctuarium
ab immundicijs filiorum Iſrael, & ab iniuſticijs
eorum, & ab omnibus peccatis eorum, atque
ita faciet tabernaculo teſtimonij, quod exten-
ſum eſt inter eos, in medio immundicię eorum.
Ingreſſus eſt enim Chriſtus in ſancta ſancto-
rum, non per ſanguinem hircorum aut uitulo-
rum, ſed per proprium ſanguinẽ, ęterna redem-
ptione inuenta, & ſanctificans, ut dixi, uerius
tabernaculum, id eſt, Eccleſiam, & quotquot in
eſtant. Diuinus atque Paulus alicubi ſcribit ad
hunc modum: Quapropter & Ieſus ut popu-
lum proprio ſanguine ſanctificaret, extra portã
paſſus eſt. Rurſus alibi: Sitis itaque imitatores
Dei, ſicut filij dilecti, & ambulate in dilectione
ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetip
ſum pro nobis oblationem ac uictimam in odo
rem bonæ fragrantiæ. Conſideremus itaque in
mactato capro Emmanuelem mortem quidem
carnis paſſum, uerum ad deſtructionem mortis
& peccati. Erat enim inter mortuos liber, hoc
eſt, immunis à peccato, nec obnoxius nobiſcũ
mortis ſententiæ. Videamus eundem etiam in
altero capro, uiuente uidelicet ac dimiſſo, etſi
humanitus paſſum, diuinitus tamẽ nõ paſſum,
& interea dum in carne moritur, mortis uicto-
rem, nec nobiſcum ſecundum ludæorum opi-
nionem in monumento permanentem, nec per
cuti enim idem diſcipulus dicit: nõ derelicta eſt
anima eius in inferno, neque caro eius corru-
ptionem uidit. Reuixit enim ſpoliatis inferis, &
his qui in uinculis erant, dixit: Exite, & in tene- C
bris ſe dentibus, reuelamini, & ad ſupernum ac
ceſſurum patrem, et in regionem mortalibus in
acceſſum, perfecto eſt, aſſumptis in ſeipſum pecca
tis noſtris, propiciatioq; pro ipſis exiſtens. Scri
bitaque diuinus Ioannes in ipſum credẽtibus:

Filioli, hęc ſcribo uobis ne peccetis. Quod ſi quiſ-
quam peccauerit aduocatũ habemus apud pa-
trem Ieſum Chriſtũ iuſtum, & ipſe propiciatio
eſt pro peccatis noſtris: nõ ſolum autem pro no
ſtris, ſed & pro totius mundi peccatis. Arbitror
autem et de legalibus ſcripturis quędam, admo
nendi auditoris gratia, adducenda. Habent au
tem ad hũc modum: Et adducet hircum uiuen-
tem, & imponet Aarõ manus ſuas ſuper caput
hirci uiuẽtis, & emittet eum in manu hominis
ad hoc parati in ſolitudinem. Vide itaque quo-
modo priore hirco mactato, alterum ſępenumẽ
ro uiuentem uocet. Erat enim, ſicut dixi, in u-
troq; depictus, unus ac ſolus filius ac dominus
Ieſus Chriſtus, quomodo ille & in paſſione pro
priæ carnis extra paſſionem, & in morte ſupra B
mortem fuerit. Viuebat enim uerbum Dei inte
rea dum ſacroſancta ipſius caro mortẽ guſtabat,
manebatq; impaſsibilis, etiam cum proprij ſibi
corporis paſsionem appropriaret, meq; ipſum
transferret. Videre eſt autem magnum hoc, &
profundũ myſterium & alio modo in Leuitico
nobis eſſe delineatũ. Leproſum eñ lex per Mo
ſen data, coinquinatum eſſe pronunciat, & tan
quam immundum caſtris excludi prępcipit: ſi ue
rò morbum hunc deſinere contigerit, tum de-
mum in caſtra recipi iubet. Nã ita lex iſta lepro-
ſi, dicit: Quacunque die mundatus fuerit, addu
cetur ad ſacerdotem, & egredietur ad eum ſa-
cerdos extra caſtra, & inſpiciet eum ſacerdos, et C
ecce ſi ſanata fuerit cutis lepræ, à leproſo, prępci-
piet ſacerdos, & accipient mundato duos paſſe
res uiuos, & mandabit ſacerdos, & mactabunt
paſſerem unũ in uaſe fictili, ſuper aquã uiuã, &
alterum paſſerem uiuũ accipiet, & tinget in san
guine mactati ſuper aquam uiuam, & aſpergет
mundandũ à lepra ſepties, & mundus erit, & di
mittet paſſerem uiuũ ut auolet in agrum. Duę ita
que ſunt hic auiculę integræ, id eſt puræ, nihil
habentes uitij, quod à lege notetur: & una qui
dem ſuper aquam uiuam occiditur: altera uerò
ab occiſione libera occiſæ ſanguine, ſuper aquã
uiuam, tincta ad exemplum hirci, in ſolitudinẽ
dimittitur. Et hic itaque typus iterum nobis ma
gnum illud ac uenerandũ ſeruatoris noſtri my-
ſterium ſubaperuit. Eſt enim uerbũ è ſupernis, D
hoc eſt, ex patre & è cœlo: quapropter & admodũ
recte uolucri aſsimulatur. Deſcendit aũt per di
ſpenſationem hactenus, ut nobis ſimile fieret, &
formam ſerui accepit, & tamen etiã hoc pacto è
ſupernis eſt. Diſerte nãq; ad Iudæos dixit: Vos
ab inferis eſtis, ego uerò è ſupernis ſum. Ego nõ
ſum ex hoc mundo. Et iterũ: Nemo aſcendit in
cœlũ, niſi qui deſcendit de cœlo filius hominis.
Sicut eñ paulo ante dixi: Etiã caro, hoc eſt per-
fectus homo factus, non eſt terrenus, ſicut nos,
ſed cœleſtis ac ſuperamundanus, iuxta quod in
telligitur Deus. Videre autem eſt in paſſeribus
iſtis, quemadmodum & in hircis, carne quidẽ
paſſum, ſecundum ſcripturas: interea tamẽ paſ-

ſionibus

Universidad de Deusto
Biblioteca



sionibus exemptum permanentem, & humani A
tus quidem mortuum, diuinitus uerò uiuentẽ.
uita nanque uerbum est. Ecquidem sapientissi-
mus discipulus mortificatum esse dicit carne, ui
uificatum uerò spiritu. Veruntamẽ etiamsi uer-
bum secũdum propriam naturam passionis ac
mortis est expers, carnis tamen suæ, sicut iam di
xi, passionẽ sibi appropriat. Tingitur enim pas-
ser uiuus in sanguine occisi, & sanguine quidẽ
illius imbutus tãtum, passionis uerò expers, in
solitudinem dimittitur. In cœlos nanq; unigeni
tus Dei cum carne sibi unita reuersus est, eratq;
nouũ in cœlis hoc spectaculum. Obstupuit ita-
sanctorum angelorum multitudo, regem glo-
riæ, & dominum exercituum in forma humana
uidentium ac dicentium: Quis iste est qui uenit
ex Edom, hoc est, ex terra, & rubrum uestimen-
tum eius ex Bosor (Bosor autẽ si interpreteris,
carnem, uel angustiam ac tribulationem signifi
cat) deinde simul interrogãtium: Quæ sunt istæ
in medio manuum tuarum? Ille uerò uicissim,
hisce percussus sum, inqt, in domo dilecti mei.
Quemadmodum enim Thomæ ea quæ admo-
dum salubre fuerant dispensata non credenti,
post resurrectionem ex mortuis manus suas, &
in manibus clauorum figuras ostendit, iussitq;
etiam uulnera lateris palpare: ita & in cœlo con
stitutus sanctis angelis satisfecit, quod merito
ex ipsorum amicitia sit electus dilectus Israel.
Quapropter et uestimentum suum sanguine a-
spersum, & plagas in manibus, quas induuulsas
retinet, ostendit. Ex mortuis nanque excitatus C
corruptionem quidem, & quæ ex illa sunt om-
nia exuit: uerum figuras istas retinuit, ut, sicut
dixit, dispensatorie per Ecclesiam multiformis
sapientia Dei, quam in Christo secundum æ-
ternum propositum ostendit, principibus ac
potestatib. in cœlestibus innotesceret. Ita nan-
qúe quibusdam sacratissimus Paulus scribit:
Quemadmodum enim in hircis manifeste de-
lineatum est Christi mysterium, ita & in duo-
bus passeribus. Dicet autem quispiam: Quo-
modo unum & eundem dicis esse filium ac do-
minum Iesum Christum, cum duo oblati sint
hirci, & duo passeres? An forte haud obscure
lex ostendit, omnino duos esse filios ac Chri-
stos? Et in hanc quidem impietatem iam ali-
qui prolapsi sunt, ut & sentiant ac dicant ali- D
um esse Christum separatim, uerbum quod ex
Deo patre est: & rursus alium, qui sit ex semi-
ne Dauidis. His uerò qui ex inscitia ista ita ha
bere suspicantur, dicimus: Diuinus Paulus scri
bit, quod unus sit Dominus, una fides, unum
baptisma. Itaque si duos dicunt esse filios, duo
etiam prorsus erunt Domini, & duæ fides, &
totidem baptismata. Mentitur itaque qui Chri
stum habet in se loquẽtem, sicut ipse dicit. Sed
absit, ut horum aliquid sit. Vnus itaque do-
minus, una fides, unumq; baptisma. Credi-
mus enim in unum Dominũ Iesum Christum,

ארבית terra
בטר Caro

hoc est, in unigenitum Dei uerbum, inhuma-
natum, & incarnatum. Quapropter & in mor-
tem eius baptizamur, & ipsum solum Domi-
num, ut & Deum, scimus: non separantes ho-
minem & Deum, sed ipsum idem, ut dixi, ex
Deo patre uerbum, hominem factum (ita ta-
men ut Deus manserit. Est enim natura immu-
tabilis, & inalterabilis) confitentes. Alioqui
respondeant aduersarij, qui duos esse filios di-
cunt. Vnum quidem separatim qui sit ex semi-
ne Dauidis: alterum uerò & hunc separatim,
uerbum ex Deo patre, an non natura melior
sit is, qui uerbum est ex Deo patre, quàm is qui
est ex semine Dauidis, idque incomparabili-
bus differentijs. Quid enim hominis natura est
diuinæ & excellentissimæ comparata? Arbi-
tror autem quod inuiti etiam uerbum ex Deo
patre natura melius esse dicturi sint. Deinde
quid faciemus, si consideremus hircos, non di-
uersæ inter se naturæ existentes, sed magis eius-
dem speciei, nec ulla re inter se differentes, in
eo quod sunt. Eadem utique ratio est & du-
orum passerum. Concedant itaque propter e-
andem hircorum, uel passerum speciem, De-
um uerbum nihil differre ab homine. Est e-
nim omnino plurimum discriminis inter diui-
nitatem, & humanitatem. Sunt itaque ista pa-
radigmata secundum competentem ipsis ratio
nem intelligenda. Multum enim imparia sunt
rebus ueris, & partem tantum aliquam eorum,
quæ significant ostendunt. Legem autem um-
bram & figuram fuisse dicimus, perinde ac si
quis spectandi gratia res aliquas subinducat.
Vmbræ uerò prima sunt in tabulis pictorũ de-
lineamenta, quibus si colorum accesserint flo-
culi, tum demum picturæ illustris est uenustas.
Oportebat igitur eum qui per Mosaicã legem
Christi delineare uoluerit mysteriũ, non in uno
illum simul & mortuum & uiuẽtem, siue hirco
siue passere spectandum proponere, ne scenica
quędam portenta proponi uiderentur. Poterat
aũt in uno quidem occisionem passus, idemue-
rò in altero uiuus ac dimissus ostendi. Vt uerò
huius rei declarationem consentaneam nõ ex-
cedere rationem demonstrem, arbitror et aliam
ijs de quibus loquutus sum, adijciendam esse i-
magínem. Scriptum est igitur in libro de cre-
atione mundi: Et factum est post hæc uerba ten
tauit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abrahã
Abraham. Ille uerò dixit: Ecce ego. Et dixit: Ac
cipe filium tuum dilectum, quem diligis Isaac,
et proficiscere in terram sublimem, et offer eum
ibi in holocaustum super unum mõtium quem
tibi monstrabo. Surgẽs itaq; mane, strauit asinũ
suũ, sumpsitq; secum duos famulos & Isaac filiũ
suũ, & ligatis ad holocaustũ lignis, profectus est &
tertia die uenit ad locum, quem dixerat ei deus,
Et suspiciẽs Abrahã oculis suis uidit eum locũ
procul. Et dixit Abraham famulis suis: Sedete
hic cum asino, ego uerò & puer transibimus ad
illum



illum usque locum, & postquam adorauimus re- A
uertemur ad uos. Sumpta uerò ligna holocausti
imposuit Isaac filio suo, & gladium accepit in
manus suas accepit, atque ita duo isti simul sunt
profecti. Et paulo post: Et construxit in eo loco
Abraham altare, illicq; ligna imposuit, & ligatum
Isaac filium suum imposuit altari supra struem li-
gnorum. Et extendit Abraham manum suam, ut
arripto gladio mactaret filium suum. Iam igitur
si quisquam nostrũm hanc Abrahæ historiam in
tabella quadam depictam uidere cupiat, quomo
do nam illum depinget pictor? An in una tabel-
la delineabit omnia ea quę iam sunt dicta, uel per
partes aliter, id est alternatis formis, eundem sæ- B
penumero depingens: utpote iam asino, puero as-
sumpto famulisque sequentibus, insidentem: in
alia rursus tabella, quomodo asino cũ famulis in
agrestri loco relictis, ligna Isaaco imposuerit, ip-
se uerò gladium & ignem manibus suis portaue
rit. Et iterum in alia eundem & tabella & forma,
adolescentulum supra lignorum struem ligan-
tem, ac gladio dexteram ad mactandum armanu-
tem? Verum non erat Abraham alius atque ali-
us, etiam alijs formis multoties in pictura uisa-
tus, sed ubique idem, rerum usibus sese ubicq; pi-
storis, arte adaptante. Nõ enim fieri potest, ut in
una forma ac tabella omnia ista, quæ dicta sunt,
gerere conspiciatur. Erat igitur lex pictura quæ-
dam ac typi rerum parturientes ueritatem. Itaq;
etiamsi res ipsa postulabat, ut duo hirci, ac duo
passeres ad declarandum Christi mysterium in-
ducerentur: unus tamen in utrisque Christus e-
rat, cum in passione, tum extra passionem, tam in
morte, quàm supra mortem, & incœlos ascen-
dens, uelut alteræ quędam primitiæ, ad incorrup
tionem renouatæ humanitatis. Nam ipse nobis
uiam ad cœlestia renouauit. Vado enim, inquit,
ut locum uobis parem, & iterum ueniam, et assũ-
mam uos ad meipsum, ut ubi ego sum, ibi & uos
mecum sitis. Veras hasce spes habemus. Itaq; ego
quidem quæ scio scripsi: pietatis uerò tuæ fuerit,
exactiorẽ scriptis istis adhibere examinationẽ,
ut si quid melius inueniri contigerit, & nobis &
qui ilthic sunt populis prosit. Christus enim est,
qui & profunda & absconditа reuelat, & intelli-
gentiã cordi inserit. In ipso nanq; & ab ipso sunt
omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Per ipsum & cum ipso sit deo ac
patri & sancto spiritui gloria &
imperium in secula,
Amen.

DIVI CYRILLI EPISCOPI
EPISTOLARVM
FINIS.

SEQVVNT

Universidad de Deusto
Biblioteca



# SEQVVNTVR HOMI-

## LIAE QVAEDAM CYRILLI ALEXANDRINI ARCHIEPI-scopi, Vuolfgango Musculo interprete.

author dumean

### BEATI CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALE-xandrini, Homilia de incarnatione uerbi Dei.

Homilia. 1.

RECTVS diuinæ scripturæ sensus sanctorum mentibus illatus animas eorum ornare consueuit, quas sanctus spiritus in pelagus illud scientiæ ac sapientiæ Christi inducit: unde omnium pater glorificatur deus. Thesauros itaque absconditos et inuisibiles tibi sicut scriptum est, aperiam. Thesauros autem dico, mentis oculos rectam scientiam syncere & inculpate uidentes. Non enim imperfecta charismata deus, neque humanæ mentis terminis circumscripta, his largitur, qui se cognouerunt. Cũ enim perfectus sit Deus nostri omnium Dominus, perfecte quoq; charismatum suorum abundantiam ijs largitur, qui se digne conuersantur. Amator nanque eorum est, qui corde puro ipsi sine hypocrisi seruiunt. Quisquis itaque recte sentire cupit, ad Christum fontem perennem ueniat, audiens illum per euangelium proclamantem: Si quis sitit ueniat ad me et bibat. Est enim inconueniens nondum cognito pietatis mysterio temere de Christo Deo scrutari & cognoscere uelle. Putant itaq; nonnulli auditorum animos esse fallendos, hominem à deo uerbo susceptum esse dicentes, & ob eam causam progressum esse per sanctam uirginem factum, eumq; admirandum hominem à deo uerbo in diuinitatem esse assumptum, non intelligentes pietatis mysteriũ, & gratiam dispensationis unigeniti in carne paruifacientes. Nos uerò non ita edocti sumus: unum & eundem scimus fratres ex Maria uirgine Deipara natum deum uerum, & hominem rationaliter animatum. Et ob eam etiam causam sanctam uirginem deiparam, & uerbum essentialiter in ea habitasse, non opinione, sed operatione, eundemq; dicimus bimestrem ac trimestrem filium Dei simul & filium hominis. Quin & uoces illas quas diuinæ nobis scripturæ, cum de humanitate ipsius, tum de diuina potestate prædicant, in unam contractas esse personam dicimus. Scimus nanque eundem esse, qui super ceruicali dormiuit: et eundem qui mare ac uentos cum potestate increpauit: & eundem qui in itinere ambulando fessus est factus: eundemq; qui supra mare propria cum potestate, non secus quàm supra solidam tellurem ambulauit. In confesso itaque est, eundem ipsum esse deum & hominem. Quid enim miraculi fuerit, si homo quispiam nobis similis in potestate ac uirtute dei operari quicquam dicatur? Verum ut ipsum deum uerbum exinanitum esse, diuinæ nobis scripturæ ostendant, nõ opinione, sed operatione unum & eundem cum propheticis, tum apostolicis prædicationibus & deum & hominem pronunciantes, dixerunt. Deitatis uirginalis erat conceptio, dei erat illa natiuitatis, dei est similitudo illa, qua nobis & propter nos dispẽsatorie per omnia factus est conformis: Dei erat passio, dei erat in carcere (post mortem) actenebris prædicatio, dei erat resurrectio, Dei assumptio. Qui incõprehẽsibilis est ad hoc seipsum propter nos tradidit, ut in utero uirginis cũ carne sua quam ex illa sumpsit comprehenderetur. Qui incomprehensibilis est, in carne comprehensus est. Qui inalterabilis est, formã hominis induit. Qui impassibilis est, in carne sua uoluntate propter nos & pro nobis passus est. Qui à deo & patre separari nõ potest, in terra, sicut scriptum est, uisus & inter homines conuersatus est. Qui palpari ne quit, lancea ab iniquis cõfossus est. Qui impassibilis est, uoluntariã propter nos crucem sustinuit. Lumẽ illud immortale morti seipsum tradidit, morti uerò crucis. Qui in sinu patris est, assumptionem in propria carne sustinuit. Eos uerò qui de um uerbũ hominẽ quẽdã nobis similẽ assumpsisse dicunt, & nõ magis ipsum filium subsistentẽ, potentem ac uiuentem hominem factum, & humana perinde atq; nos dispẽsatorie nostri gratia factum, sancta synodus Ephesi collecta exterminat. Dicet quispiam: Quomodo qui cõprehendi nequit in utero uirginis comprehẽsus est? Respondeo, Quoniam redimere ac liberare genus humanum placuit. Rursus: Quomodo qui principio caret, per mulierem nasci sustinuit? Respõdeo, Quoniam omnis homo sub maledictiõe erat (peccat nanq; regno subiecti eramus) ob eam causam principium cœpisse, nostro uisus est iudicio, ut congenitorum natiuitatem & uterum sanctificaret. Quomodo immutabile & inalterabile dei uerbum, homo factum, & inter homines reputatum est? Respondeo: Quoniã genus humanum seruare uolebat, placuit illi, ut dispensatorie in rebus humanis esset nostri gratia, nobisq; per omnia, dẽpto peccato, similis fieret. Quomodo impassibili somnum, laborem, esuriem, crucem, & omnia quę corruptioni seruiunt, attribuere audetis? Respondeo: Bona uerba, quæso, ô homo. Iam antea dixi uerbum dei carne, passiue, sicuti diuinæ nobis scripturę tradiderunt, in dutum illi qúe unitum esse, & per ipsam & cum ipsa filium dei, deum uerbum laborem, somnum, & omnia humana secluso peccato, sustinuisse manifestum est. Corruptioni subiectus non est (est enim incorruptibile ac uiuificũ dei uerbũ supra corruptionẽ ac mortem) sed corruptionem à genere humano repulit. Non arbitror culpam adhęsisse Regi, qđ formam serui, cum nos seruare uellet, induit. Et quomodo audet quisquam culpã ei, qui natura liber est, tribuere, qđ homo propter nos factus est, & humana dispensatorie assumpsit? Comperetere potius patris benignitatem, quod propriũ filium propter nos dedit. Causam hanc, obsecro, nobis curiose inuestigare. Non enim è gentili sapientia, aut mundano intellectu cognitio ista accipitur. Est enim ab utriscp aliena. Beatus es, inquit Dominus Petro, Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Cœleste donum est, & diuini afflatus cognitio ista filij Dei. Rursus dicis: Quomodo Deus uerbum omniũ conditor, impalpabilis, in uisibilis & inalterabilisq; & circunscriptionem nõ sustinens in uili ligno crucem passus est & mortem? Respondeo. Verbum Dei mortem & crucem in propria carne passum esse dicimus, ut nos à morte & corruptione liberaret. Animam enim suam pro nobis posuit, non alienam aut peregrinam à uerbo existentem, est quippe inenarrabilis facta unio. Nam ipse dixit: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo recipiendi eam. Huius propriũ est angustiari, mœrorem sustinere, è corpore migrare, quemadmodum & carnis proprium est, laborare, crucifigi, resurgere, ac cœlestem sustinere locationem. Veruntamen omnia hæc dei dicuntur & sunt. Nam & anima Dei est, & corpus. Adhuc dicis: Quomodo uerbum illud omnipotens resurrexit, & corruptione ac morte occupari potuit? Respondeo. Corruptionem caro uerbi Dei nullo modo sustinuit: illegitime nanque colligitis, & illegitime interrogatis. Iam enim antea uociferatus est de eo propheta dicens: Nõ dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Voluntariam quidem passionem sustinuit filius Dei in comprehensibilem in se continẽs patrem, cõprehensus, & in sinu patris constitutus, indicendo modo & in carne sua continetur. Resurrexit uerò triduanus spoliatis inferis, & apparuit nobis in carne sua Dei filius, uenios & à morte, & à corruptione liberaret. Dei itaque passio fuit, Dei & resurrectio, Dei assumptio, Dei etiam omnimoda illa nostræ naturæ dempto peccato cõformitas. Sunt autem omnia hæc in illo nõ opinione, sed in ueritate facta. Ipsi sit gloria cum patre & sancto spiritu, nũc & semper & in secula seculorum, Amen.





*Exegesis beati Cyrilli Ephesi, in die sancti Iohannis euangelistæ dicta.*

Homilia. 2.

CElebritatem & gloriam sanctorum nullus sermo assequitur. Fuerunt enim luminaria in mundo uerbum uitæ, sicut scriptum est, continentes. Quando diuina loquuntur mysteria, cõuenit ut ad eos dicatur ab omnib. Vos nõ estis loquentes, sed spiritus patris loquitur in uobis. prædicarunt enim inter nos Iesum, lucem ueram, & uitam æternam, cui & nos iuxta beati Dauidis uocem dicimus: Omnis terra adoret te, & psallat tibi, psallant nomini tuo altissime. Dum enim lex per Mosen euãgelicis prædicationibus nondum illatis obtineret, notus erat in Iudæa deus, in Israel magnum nomen eius. Erat enim Moses uoce hæsitãtiore ac lingua tardiore, quapropter & per solam auditus est Iudæam Deus. Postquã autem lux uera nobis illuxit, & uerbum cum Deus esset nobis conformiter carnis ac sanguinis factum est particeps, sunt illius omnia plena facta. Vbique templa & altaria, ubique tripudiantes & adoratores, & boni pastores, rationaliúmque pecudum greges, angusta reddunt sacra stabula. Priusquam enim Seruator noster aduenìret, super terram errabat genus humanum. Colebant creaturam præ creatore, adorabant opera manuum suarum, & cuique errantium quod uidebatur Deus erat. Sed apparuit nobis, sicut dixi, unigenitus Dei sermo, pastor ille bonus & agnus uerus, quem sancta Dei para nuptiarum expers ex uirginalibus lumbis uiuificum nobis germen peperit, inhumanatum uidelicet Deum: eum qui liber est, in forma serui: eum qui super uniuersam est creaturam, nobis propter nos similem: eum qui in nostra est natura, & simul in gloria Deo competenti: eum qui seipsum humiliauit, cum coeternus sit patri: eum qui cum seipsum exinanierit, de sua plenitudine bona ijs qui digni sunt communicat: & eum qui ut Deus nõ in terra solum, sed & in cœlis adoratur. Cum enim, inquit, induceret primogenitum in orbem terrarum, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei. Quis igitur est, qui orbem terrarum ingressus est? Quomodo autem omnino inductus est? Mysterium hoc doce nos ô Euangelista. Loquere etiamnum ô beate Ioannes. Vocatus es filius tonitrui, totũ orbem qui sub cœlo est, magna quadam & singulari doctrina personuisti, uoces habes immortales, uerbis tuis cedunt & obliuio & tempus. Ecce tanta pastorum congregatio ad te uenit, remoue nobis lapidem, sicut beatus Iacob pastoribus olim adiumento fuit, resera nobis puteum uitæ, da ut etiamnum hauriamus è fontibus Seruatoris. Imò adhibe nobis fontem tuum. Audiamus itaque dicentem: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deũ, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum patrem. Verum quod unigenitum Dei Verbum, inenarrabilem habeat ex patre essentiam, iam credidimus, adde nobis quod reliquum est, ô Euangelista. Audi rursus dicentem: Et Verbum caro, id est homo, factum est. Est autem unigenitum Dei uerbum homo factum, non abiecto quod Deus erat, sed assumpta carne manens qđ erat. Est enim immutabilis & inalterabilis Verbi natura, nec nouit mutationis pati adumbrationem. Hæc nos sentire docuit beatus Euangelista, astrum reuera magnum & illustrissimum,

astrum utilissimum non ijs qui sensibile illud ma A re transeũt, sed ijs qui in pietate acquirẽda negociantur, qui ueritatis sunt amantes, qui rectam & erroris expertem cupiũt habere fidem. Si quis itaque ad hũc modum negociari cupit, theologi huius uoces uelut astrũ quoddam menti suæ adhibeat, atque ita amarulentos hæreticorum fluctus superabit, ita in serenum portum euadet, ue niẽtque ad ipsa ueritatem, id est, Christum, cum quo patri sit gloria & imperium cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

*Homilia Cyrilli contra Ioannem Antiochenum episcopum Ephesi dicta.*

Homilia 3. QVæ dilectionis in Christum sit uirtus per B diuinam sumus edocti scripturam. Nihilo tamen secius, & ipse nos Seruator de eadem instruxit, dicens: Qui me diligit, me sequatur, & ubi ego sum, ibi sit & minister meus. Oportet enim nos illi semper adesse, semper diligere ac sequi, omnium seruatorem Christum, nec ullo modo ab eo secedere. Et hoc seruabimus si quæ illius sunt quæsierimus. Adimpleuit hoc illustris iste & magnus Sacerdotum chorus, de quibus dixerit quisquam, & ualde meritò, quod prophetica uoce dictum est: Ibi ceruæ conuenerunt, & uidi facies earum inter se, recensuiq; numerum, & una ex eis non periit, nec altera alteram quæsiuit. Præceperat enim eis Dominus, & spiritus eius congregauit eas. Non enim ob uulgarem alicuius causam spiritalium factus est hic ceruarum concursus. Quoniam nanque ueluti in speciosso & uiridi horto (de Seruatoris nostri loquor Ecclesia) terribilis quidam ac fæuissimus Draco, non unum, sed multa habens capita, uisu- utilissima ista & necessaria facta est spiritalium ceruarum congregatiõ & præsentia, ut à uirulentarum bestiarum malicia Dominicus liberetur hortus. Spiritus itaque Dei congregauit eas, & Dominus præcepit eis. Quid autem præcepit? Vbi ego sum, inquit, ibi sit & minister meus. Itaque (ad te nanque mihi sermo nunc est, qui elatum aduersus omnes supercilium erigis, et ex Orientalibus regionib. huc uenisti) si uniuersi Seruatoris nostri omnium ministri sumus, & concreditum nobis est prædicationum ipsius ministerium, ob quam causam nõ omnes cum illo sumus, ut quæ illius sunt uelimus? Erexit, ut uides Draco ille multorum capitum, caput prophanum ac scelestum, ut in Ecclesię filios impietatis sueuenum expuat. Occurro illi, nudatam habens sancti spiritus machæram, pugnóque aduersus hãc bestiam propter Christum. Quamobrẽ non collaboras cum eo, quiquod bonum est facere conatur? Quare non simul & ipse consistis in acie? Sternatur omnium manu. Cõmune reputemus hoc certamen, ut & simul uincentes, gratias referamus Seruatori, dicentes: Contriuisti capita Draconis. Sed nos quidem, germani Seruatoris sacerdotes, bellicosissimi mysteriorum eius dispensatores, superamus eos qui contra gloriam eius nugantur, tu uerò non ita. Quod enim non syncere accedas, res ipsa conuincit. Vides nos ueluti in bello certasse & adhuc pugne stillare ardorem, adeóque refocillatione spiritali & consolatione opus habere, ac iam uicisse: tu uerò, cum sis ordinatus inter fratres, & Christo domino nomen dederis, debeásque nobiscum armari ad pugnam, aduersus ueritatis dogmata arma moues, ô rem inauditam, manum cum hoste non conseruisti, cum his qui certarunt, non concertasti, tempus belli tarditate aduẽtus tui declinasti, à lege stetisti spectator eorum qui uiriliter certarũt, hostem prostratum, linguámque blasphemiã repressam & punitam uidisti, ac doluisti. Dic quæso quã ob causam? Quod Christus uicit? Quod contra aduersarios inualuit? Quod obmutuit os magniloquum? Quod sedatus est morbus, qui inter filios Ecclesiæ grassabatur? Verũ satius fuerat uiriliter nobiscum agere, & illud cum Dauide dicere: Nonne qui oderũt te Domine oderã, & contra inimícos tuos tabescebam, & inimici facti sunt mihi? Verum horum tibi nulla prorsus est ratio, sed è contrario eos qui uicerunt iaculo petis, & inuidentiæ telis uulnerare conaris, quos potius admirari debebas. At etiãsi ipse nos accebe petas, nihil tamen uerũ dicemus: sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. Et tametsi externis armis teipsum circundans bellum aduersus Synagogam domini moliris: arma tamen nostra sicut scriptum est, non sunt carnalia, sed potentia Deo, potentia inquam ad destructionem munitionum. Inuenies autem Christi milites, ijs qui tecum sunt fortiores. Scutum fidei, & rami spontanei arma, id est Christum habent, habent thoracem iusticiam, galeam salutis & gladium spiritus. Itaque etiam audax ac uehemens, multóque cum fastu incedas, & ad morem iactabundi Goliath barbarica contra nos arrogantia & insolentia intumescas, uincet tamen Christus. Vincet autẽ per satellites suos, sicut Dauid quique lapides in pera habens uicit. Erant autem lapides illius lapides, id quod ad typum Christi facit. Quæ est autem Christi pera? Ecclesia illius quæ in terra est, multos habens preciosos & selectos lapides, de quibus & propheta dicit quod lapides sancti uoluantur super terram. Per hos sanctos lapides uincet Christus. Erant autem lapides isti, sicut dixi, leues. Leuitas uerò ista lapidum, significat, quod sancti Christi lapides comprehendi nequeant. Est enim leuitas lapidum admodum incomprehensibilis. Et sanctorum conuersatio incomprehensibilis est. Vincet igitur Christus, etiamsi uulnerare queas, atq; ita ego uici, et si maliciose lędis, nos coronasti nõ uolens. Datũ enim nobis est à Christo, ut nõ solum in ipsum credamus, sed & p ipso patiamur. Qui nãq; in ipsum credit, non iudicatur: qui uerõ nõ credit, iam iudicatus est. Ipsi nãq; cõpetit gloria, imperium, honorificentia



imperium, honor & adoratio, nunc & semper, & A in secula seculorum, Amen.

*Alia Cyrilli homilia Ephesi contra Nestorium dicta.*

Homilia 4. OPortebat quidem contentos esse eorũ qui iam docuerũt instructionibus, & sacris fluentis saturatos satietatem istã honore prosequi: quoniam uerò audiẽdi uos studio absque ulla satietate affectos uideo, age & nos pauca quędam, ijs quæ dicta iã sunt consentanea loquamur. Est itaque nullatenus dubium, quod illustris iste sanctorum chorus in eo glorietur, quod Christum celebret, deq; eo sese iacter quod illum syncere diligat. Et beatus quoque Esaias propheta alicubi dicit: Domine Deus meus glorificabo te, laudabo nomen tuum, quoniam fecisti res admirandas. Et beatus propheta Dauid: Lingua mea, inquit, meditabitur iusticiam tuã, tota die laudem tuam. Et hic quidem sanctorum scopus est. Mali uerò ac scelesti, magnum illud, uenerandum ac profundum inhumanationis unigeniti Dei ignorantes mysterium temere blasphemant, os aperientes incontinens ac futile. Audiant igitur prophetam Esaiam, ad ipsos dicentem: Vos uerò accedite huc filij iniqui, semẽ adulterorum ac scorti. Cui illusistis? & contra quem aperuistis os uestrum? An non estis filij perditionis, semen iniquum? Reuera nanque filij perditionis sunt & semen iniquum, qui Dominum à quo sunt empti C negãt. Empti nanq; sumus precio, & non corruptibilibus argento aut auro, sed precioso sanguine tanquam agni immaculati & incontaminati Christi. Quomodo fuisset autẽ sanguis uulgaris hominis, nobis similis, orbis redemptio? Quomodo pro omnibus mortuus esset Dominus, ut quosuis locupletaret? Quomodo ipsius facti esse mus, qui uero & e natura deo nomina dedimus? Quõ ipsum adoraremus qui creaturã pro creatore adorare detrectamus? uerũ, ut iã dixi, sunt quidam ingrati manisuetudini Seruatoris nostri, neque Dominum, ac iugũ seruitutis excutiunt, ut & de ipsis dicat Christus, q̃d per Oseam est dictum: Væ ipsis, quoniam resilierunt à me. Miseri sunt, quoniam impie cõtra me egerũt. Ego uero redemi eos, ipsi uerò loquuti sunt contra me D mendacia. Mentiũtur enim contra celebritatem & excellentiã Seruatoris nostri, qui Phariseorum maliciam & impietatẽ imitãtur, & Christianam quidem personam prætexunt, mentem uerò habent Iudaicam, linguam q; amarã & uirulentam exercuerunt, & ut ad hanc Dominus per uocem Hieremiæ prophetæ dicat: Ecce ego contra te canis uici, et si maliciose lędis, nos coronasti nõ uolens. Datũ enim nobis est à Christo, ut nõ solum in ipsum credamus, sed & p ipso patiamur. Qui nãq; in ipsum credit, non iudicatur: qui uerõ nõ credit, iam iudicatus est. Ipsi nãq; cõpetit gloria, imperium, honorificentia

bonum opus, sed propter blasphemiã, q̃d teipse, cum homo sis, Deũ facis. O intensate ac detestande, non intelligis mysteriũ? An non cum homo sit, immutabiliter & inconfuse inenarrabilem habens ex Deo patre generationẽ, e muliere secundum carnem nasci sustinuit, ac filius hominis appellatus est, ut nos seruaret? Factus est tibi similis propter te, & mansit propter seipsum quod erat. Agnosce itaque unigenitũ factum in carne, confitere Deum esse eumqui propter nos inhumanatus seipsum tibi exhibet, dicens: Ego ipse qui loquor adsum. Priori quidem seculo legem iocundus sum per Mosen, iam uero adsum in carne. Testes accipe sanctos pphetas. Quid Baruch dicit, Emmanuelem tantum non digito demonstrãs? Hic est Deus noster, inquit, & nõ reputabitur alius ad ipsum. Adinuenit omnem scientiæ uiam, & dedit eã Iacob seruo suo, & Israel dilecto suo. Et post hęc super terram uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Canit de eo & beatus Dauid, dicens: Deus manifeste uenit. Vis ut & nouti Testamenti præcones tibi testificentur? Audi Ioannem præconem, ac baptistam dicentem: Parate uiam Domini, rectas facite semitas Dei. Vis præterea ut & aliunde tibi satisfiat? Pollicitus est deus beato Dauidi, quod de fructu lũborũ eius sessurus esset rex super thronum eius. Ipse uero, quãquam admodum hoc nomine gauderet, modum tamen generationis huius seculo inquirebat. Audiatur itaq; dicens: Si ascendero super lectũ strati mei, si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum domino, & tabernaculũ Deo Iacob. Sollicite modum huius inquiris beate Dauid? Laudo animi propositum. Probo patientiam. Verũ si quid huius nosti annuncia & nobis. Vbi erit huius generatio? Et in quo loco nascetur? Audi manifeste dicentem: Ecce, audiuimus eam in Euphrata, inuenimus eam in campis syluæ: Euphrãta uero dicens, Bethlehem significat. Et hoc testatur Deus per unum ex sanctis prophetis, dicens: Et tu Bethlehem, domus Euphrãta, parum abes ab eo ut sis in millibus Iudah. Ex te nanque egredietur, qui futurus est princeps in Israel. Et egressus eius à principio, à diebus seculi. Audis quomodo Bethleemitam hunc, quatenus homo factus est, egressus à principio, à diebus seculi habere affirmat? Erat enim uerbum in principio. Sed pudet, inquis, Deum confiteri eum qui e muliere est natus. Reprehendis itaque dic quæso, diuina consilia? Reprobas dispensationem? Consilia Domini castigas? Ad hunc modum orbem seruare uoluit. Es ne sapientia ipsa sapientior? O rem inauditam. Lychnus cum sole contendit. Nouit omnium Dominus operum suorum rationem. Amplectere itaque dispensationem illius. Honora mysterium in fide. Ne frustrà labores in ijs quæ mentem nostram excedunt. Ne curiose scrutẽris, quæ ratione comprehendi nequeunt. Crede nobiscum. Si uerò incredulus permanes, ille fidelis manet, & seipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca



abnegare non potest. Ipsi sit gloria & imperium A nunc & semper, &c.

*Alij Cyrilli homilia Ephesi dicta.*

Homilia 5. QVi sacris literis attendunt cor habent sapiẽter institutũ, bonorum operũ gnarum, ac recta fide illustratum. Amor autem ueræ cognitionis finem habet ipsam uitam. Et huius nos certos reddit ipse Seruator ad patrem cœlestem ac Deum ad hunc modum, dicẽs: Hæc est autem uita æterna ut te cognoscant solũ uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Connexa itaq; est cognitioni patris cognitio filij, atq; eo pacto cognitio Dei uiuifica est. Si uerò altera separatur ab altera, claudicabit scientia Dei. Ita & Dominus noster Iesus Christus Iudæorum populis acclamauit, dicẽs: Neque me scitis, neq; patrem meum: si me cognouissetis, cognouissetis & patrem meum. Iudæi uerò contra, patres suos in monte Deum natura & ueritate, cum supra montem Sina in specie ignis descendisset, uidisse putabant, arbitrabanturq; quod uocem eius uere audissent: & ob eam causam sacrorum monstratorem Mosen admirabantur. Dominum uerò nostrum Iesum Christum propter humanam naturam paruifacientes, impie dicebant: Nos scimus deum loquutum esse Mosi, hunc uerò nescimus, unde sit. Quid ad hæc Christus? Amen amen, inquit, dico uobis: Neque speciem eius uidistis unquam, neq; uocem eius audiuistis, & sermonem eius non habetis manentem in uobis. Quem ẽm ille misit, huic uos non creditis. Veritas autem omnino uera dicit. Non ẽm erat natura Dei quod in monte Sina uidebatur, sed magis ignis. Factæ sunt autem & uoces tubarum, & fumi circa mõtem succensi. Hi typi erãt ueritatis, quam & prænunciabant. Descenderat enim omniũ Deus supra montẽ Sina in specie ignis. Et quam ob causam in specie ignis? Quoniam determinaturus illis legem erat, tum sane potissimum conuenienter in specie ignis descendisse uisus est, ut scirent illius trãsgressores negocium esse sibi cum igne. Ita & beatus Moses, ut peccantes ad resipiscentiã metu impelleret, sæpenumero clamauit, dicens: Deus noster ignis consumẽs est. Fiebant autem & fumi & tenebræ. Per tenebras eleganter significabatur, cognitionem Dei comprehendi non posse: per fumũ uerò ænigmatice docebatur, q̃d omnino legem Dei contemnere uolentes lachrymæ sequuturæ essent. Est enim necesse ut corporis oculus in fumo illachrymetur. Itaq; Iudæi speciem patris non spectarunt, nos uerò illam spectauimus in Christo. Est enim ipse syncerissima genitoris sui nenustas, character ac splẽdor. Licet enim uerbũ Dei cum Deus sit carnem assumpserit ac sanguinẽ, appellatusq; sit filius hominis non inanimi, uel mente destituto accepto corpore, sicuti demens & hæreticus Apollinarius dicit, *Apollinarius.* & sic tamen Deus mansit, & sic olim sanctis patribus mysteriũ suũ reuelauit. Et horum admodum multa est in sanctis prophetis demõstratio. Quia uerò in aliud tẽpus ista reseruare cogor, age ostẽ damus ex libro Genesis, hominem uisibilem & Deum esse uocatũ ac filiũ. Beatus itaq; Iacob, in Mesopotamiam missus, cum in reditu ad domũ patris properaret, ac duas filias Laban, cum liberis qui ipsi fuerãt ex illis nati, sustulisset, traduxit eos ultra torrentem. Ipse uerò, sicut diuina scriptura memorat, transmissis liberis & uxoribus rectura memorat, transmissis liberis & uxoribus relictus est solus, & luctatus est cum eo homo usq; mane. Is cum uidisset, quod contra eum nihil posset, tetigit neruum fœmoris eius, & emarcuit neruus fœmoris Iacob, cum luctaretur cum eo. Et dixit homo ille, qui cum Iacob luctatus fuerat: Dimitte me. Ascendit enim aurora. Ille uerò dixit: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Et benedixit ei in eodẽ loco. Et uocauit Iacob nomen loci illius, uisio Dei. Vidi enim Deum, inquit, faciem ad faciem, & seruata est anima mea. Mox enim intellexerat inhumanationis mysterium, per reuelationẽ spiritus sancti. Illud uerò obserua. Tota nocte fuerat cum eo luctatus. Vbi uero diluculum factum est, Dimitte me inquit, ascendit enim aurora. Quid nam significat hoc ænigma? Cum his qui in tenebris ac nocte agunt, & ignorantię caliginem in mente ac corde habẽt, luctatur ac pugnat Christus. Habet enim eos pro inimicis. Vt uerò mentibus ipsorum spiritalis lucifer oritur, & quasi dies quædam ueræ cognitionis Dei lux splendet, tum pugnam soluit. Luctatur enim et pugnat quidem cum illis, qui uelut in nocte aç tenebris agunt, & caligine oso obscuroq; sunt corde: cum illis uerò nõ pugnat, qui sunt in luce, qui spiritalẽ auroram in mente habent. Cõplectere itaq;, ô homo, spiritalem auroram. Splendeat tibi lux ueritatis, desine pugnare cum Christo. Non potest uinci, uincit aũt semper & omnino: licet enim cum unigenitum uerbum Dei factus sit filius hominis, non desiit tamen essenatura Deus, cum sit immutabilis & inalterabilis. Idem itaq; est ex patre tanquã uerbum, & ex muliere secũdum carnem tanquam homo. Est enim unus Deus pater, ex quo sunt omnia, & unus dominus Iesus Christus per quem sunt omnia, & unus spiritus sanctus in quo sunt omnia. Ipsi sit gloria in secula, Amen.

*Alia Cyrilli homilia Ephesi contra Nestorium dicta.* Homilia.

ALacrem uideo cõgregationem sanctorum omnium, qui hic prompte à sancta deipara Maria uirgine uocati conuenerunt, ideoq; licet in multa degam tristicia, in gaudiũ tamen me ista sanctorum patrũ præsentia conuertit. Adimplet tum nũc apud nos est dulce illud uerbum quod psalmista Dauid dixit: Ecce quàm bonum, & quam iucundum, habitare fratres in idipsum. Sal ue itaque per nos sancta ac mystica Trias, quæ nos omnes ad ecclesiam sanctæ Mariæ deiparæ conuocasti. Salue per nos sancta deipara præcelsus totius orbis thesaurus, lampus inextinguibilis, corona uirginitatis, sceptrum rectæ doctrinæ, templum insolubile, locus eius qui loco capi nequit,



nequit, mater & uirgo per quã in euãgelijs bene A dictus nominat, qui uenit in nomine Dñi. Salue, qui incomprehensibilem in sancta uirginali utero cõprehendisti: per quam sancta Trias per uniuersum orbẽ glorificatur & adoratur: per quam cœlum exultat: per quam angeli & archãgeli lætantur: per quam dæmones fugantur: per quam Diabolus tentator cœlo decidit: per quam prolapsum plasma in cœlum recipitur: per quam uniuersa creatura ídolorum uesania detenta ad cognitionem ueritatis uenit: per quam sanctum contingit baptisma credentibus: per quam oleum exultationis: per quam per totum orbem fundatæ sunt Ecclesiæ: per quam gentes ducũtur ad pœnitentiam. Et quid multa connumero? per quam unigenitus Dei filius ijs, qui in tenebris & B umbra mortis sedebãt lux resplenduit: per quam prophetæ prænunciarunt: per quam Apostoli salutem gentibus prædicãrunt: per quam mortui excitantur: per quam reges regnant, per sanctam uidelicet Trinitatem. Et quis adeo ualet eloquio ut plurimum laudatam Mariam satis celebret? Ipsa & mater est & uirgo, ô rem admirandam. Miraculum hoc me stupidum reddit. Quis unquam dearchitecto audiuit, qui suũ ipsius templum cõstruxerit, & in eo habitare prohibitus sit? Quis nam ob id uituperatur quod propriam famulam in matrem asciuerit? Ecce igitur omnia gaudent, & mare conseruis suis, agnoscens eos, subditum fuit: & cum insultarent feroces procellæ, transitu sanctorum in tranquillitatem conuersum est. C Meminit enim uocis Seruatoris seruile elementum, cum in sublime esset erectum, qua olim dixit: Tace, obmutesce. Terram etiam in qua latrones quondam grassabantur, ista sanctorum profectio pacificatam reddit. Sunt enim admodum specioſi pedes euangelizantium pacem. Quam pacem dominũ nostrum Iesum Christum, quem peperit Matia, sicut ipse uoluit. Quid ẽm necesse est scripturam curiose scrutari? At objcies mihi Iudæorum negationem? Prophetæ illos ab initio prodiderũt ac reprobârunt, quod essent apud se Christo molituri necem, idq; facinus iam antea abnegationem uocârunt. An acerbam illam Arij litem? Ambitiosum episcopalis præsidentiæ desiderium erat. An obscurum & impium gentilis obscœnitatis sensum? Studium erat ignorantiæ. Et quid refert hic ista recẽsere? Gens uniuersa insanis lasciuijs indulsit, ita uidelicet obtinuerat malicia. Gentes enim plerunq;, cum scripturam ignorârent, Deum imprudenter blasphemarunt. Tu uero, qui uniuersam assequutus es scripturã, assum dicere, forte & magicæ illusioni operã dedisti, diuinam scripturam non syncere inspexisti, sed inspexisti argentum & aurum, uesania circa res infames inflatus & elatus, à sede Episcopali ceipsum alienare uolens, etiam à catalogo te fraurum separasti, non considerata, quæ data tibi fuerat, summi sacerdotij sorte. Credis ne Paulo dicenti: Et si angelus è cœlo euangelizauerit aliud, præterquam quod nos euãgelizauimus, anathema sit. Paulus non sedauit istam sententiæ tuæ uanitatem: sedet eam Esaias, dicens: Ecce uirgo in utero habebit, & pariet filium, et uocabunt nomen eius Emmanuel, quod sonat, si interpreteris, nobiscum Deus. Quod si necisse hanc tibi prauæ opinionis mentem resoluerit, audi uel dæmones, dicentes: Quid nobis & tibi filij Dei? Venisti ante tempus, torquere nos. Quis nam hoc tibi consilij dedit, ut inanem hanc cogitationem prædicares? Quis tecum in hoc importuno morbo colloborauit? Non es ueritus Deum regno adæquare Persico. Non erubuisti patrum, euangelistarum & prophetarum demoliri traditiones. Putasti te omnibus dominaturum Ecclesijs. Nõ es recordatus eius, qui te è stercore ad cœlestem sublimitatẽ euexit: & cum attẽderes ipsius opera, nõ agnouisti opificẽ, cũ orbẽ uelles fraudulentis sermonibus turbatũ reddere, contumeliãq; templo Dei inferre, & eum qui ex Maria uirgine genitus est diuidere, mundo huic dogma suscitasti prauum & insanum, nec recipiendum nec manifestandum. Verum non quæsitus, ante tempus, Belial imitatus, putasti te iniquarum cogitationum tuarum retinaculis persuasurum Regi rectæ doctrinæ studioso, coessentialisq; Triadis adoratori: per quam constanter regnat: per quam gentes hostiles cõtriuit: per quam uirginum chorus perpetuò regnat: per quam mundo pacem restituit. Hunc fraudulentis sermonibus tuis putasti te redditurum apostatam, ac populum Deo dilectum, patrum' que multitudinem temeritate tua perditurum, et eos qui in recreatione erant laceraſti. Non es contentus quod teipsum, Deum blasphemando, perdidisti, sed & blasphemias tuas per uniuersum orbem inuulgasti. Sed ecce, adimpletum illud & in te est: In operibus manuum suarum comprehensus est peccator, sanctũ Presbyterorum ac Diaconorum clerum è communione eiecisti, qui importunam tuam uesaniam arguerunt, ne sentires cum Ario. Et nunc prolapsum non adobruo, neq; fluctuantem demergo, sed inanem uanorum consiliorum sycophantiam frango. Quis nauem in portu sereno & tranquillitate constitutam naufragium perpeti uidit? Quis athletam ad caueam certaminis prolapsum non erigi uidit? Sed quæso, manum tibi cum circa fidem caderes, naufragiumq; faceres, non porreximus? Testem accipe honorandum & sanctũ Archiepiscopum magnæ Romę Celestinum, qui tibi sedulo scripsit, ut ab inani hoc, & inutili sibiq; minime constanti dogmate abstineres. Præterea & nostra tenuitas breuibus literis ad eundem modum hortata est, ut nos de deo loquentes audires. Tu uerò nullam habuisti nostri rationem, duriciem quandam & arrogantiam indutus, & in malicia gloriatus, ut qui quod impossibile est animo uersabas. Et factus es nouacula contra teipsum exacuata, dolúmque factura. Propterea & Deus, cui imponere uolebas, deiecit te, & euulsit radicem tuam è terra uiuentium, propterea quod rationem Dei non habuisti. Et hæc quidem à no-

Universidad de Deusto
Biblioteca



bis sint dicta. Quæ illum concernunt: Deus iudicabit qui unicuique reddet secundum facta sua.
Deturautem nobis, ut unitatem reuereamur & adoremus, & pientissimo Regi obediamus, principibusq; ac potestatibus subijciamur, inseparabilem uero Trinitatem ueneremur et colamus, semper uirginem Mariam, & sanctam Ecclesiam, & illius filium huius sponsum immaculatum laudibus celebrantes. Ipsi sit gloria in secula, Amen.

*Homilia Pauli episcopi Emeseni de incarnatione Christi Alexandriæ, præsente Cyrillo, ad illius quoq; laudem dicta.*

Homilia 7. OPportune nobis hodie religionem uestram adhortari datum est, ut sacrum quendam chorũ constituamus, & cum sanctis angelis exclamemus: Gloria in excelsis Deo, & super terram pax, inter homines bona uoluntas. Nam hodie nobis puerulus natus est, in quo uniuersa cũ uisibilis tũ inuisibilis creatura firmas salutis spes acquisiuit. Hodie supernaturalis solutus est partus, & uirginis, nuptiarum expertis, soluti sunt perturiendi dolores. Orem admirandam. Parit uirgo, & manet uirgo. Fit mater, & tamen non omnia patitur exacte, quæ matribus competunt. Peperit enim secundum morem mulierum. Miraculum hoc Esaias propheta quondam præuidens exclamauit, dicens: Ecce uirgo in utero habebit, & pariet filium, & uocabunt nomen eius Emmanuel: quod declarans Euangelista idem esse dixit, si interpreteris atque nobiscum Deus. Peperit itaque deipara Maria Emmanuelem.
Populus acclamauit: Ecce fides eadem est. Donum Dei Cyrille orthodoxe. Hoc audire cupiebamus. Qui non ita loquitur, anathema sit.
Prosequutus episcopus Paulus: Qui non, inquit, ita loquitur, intelligit ac sentit, anathema sit ab Ecclesia. Peperit itaque nobis deipara Maria Emmanuelem: Emmanuelem uerò, Deum inhumanatum. Deus nanque uerbum, ante secula ex patre arcano & indicendo modo genitus, nouissimis diebus natus est ex mulicre. Natura nanque nostra perfecte assumpta & humanitate ex prima conceptione sibi appropriata, & corpore nostro in templum sibi constructo, ex Deipara pergressus est, profectus Deus & idem perfectus homo. Coitio nanque duarum perfectarum naturarũ, diuinitatis uidelicet & humanitatis, unum nobis filium, unum Dominum, & unum Christum perfecit. Populus acclamauit: Recte uenisti orthodoxe Episcope, dignus ad dignum. Christiani dicunt: Dei donum Cyrille orthodoxe.
Paulus episcopus dixit: Sciebam & ego dilecti, uenire me ad orthodoxum patrem. Quapropter Trinitatẽ, non quaternitatem adoramus, patrem & filium & sanctum spiritum. Anathematizamus uerò eos qui duos esse filios dicunt, eccl Ecclesiæ septis ejicimus. Neque igitur duos filios dicimus, neq; nudum hominem Emmanuelem ex Deipara natum: neq; gratia tanquam prophetam aut iustum aliquem, plus alijs donatum. Placuit enim in illo habitare omnem diuinitatis plenitudinem corporaliter, hoc est, tanquam in proprio corpore. Nostrum enim corpus proprium sibi fecit. In hac fide fundata est Ecclesia Dei. Hac spe supra petram fundamenta illius Dominus Deus posuit. Cum proficisceretur Dominus Hierosolyma, interrogabat discipulos, dicẽs: Quem filij hominum me filium hominis esse dicunt? Dicebant Apostoli: Alij Heliam, alij Hieremiam, aut unum ex prophetis. Dicit eis: Vos uero, hoc est, mea electio, quid: Illi falsas dicunt opiniones, alij me Eliam, alij Hieremiam, alij unum ex prophetis dicentes. At uos, qui me iam tres annos assectati estis, ac uirtutem meam & portenta uidistis. Vidistis etiam me supra mare ambulantem, & commensales mei estis, quem me esse dicitis? Confestim Petrus, coryphæus & os Apostolorum: Tu es, inquit, filius Dei uiuentis. Tu es Christus, natura duplex, homo factus. Tu es Christus. Non dixit, filius, sed filius Dei uiuentis. Agnouit unicam personam. Orabimus iam patrem, ut consuetam nobis mensam preciosaq; doctrinaria spiritus sancti esculenta paret, doctrinaq; cætera coronet, & nos ebrietate sobrietatis mactre inebriet. Dicamus, Exurge pater, exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara sancti spiritus, cui sit gloria & imperium per secula, Amen.

*Homilia eiusdem, Alexandriæ in magna Ecclesia, de incarnatione Seruatoris nostri, deiq; encomijs Cyrilli dicta.*

CVm hodie ad solicitissimã uestram dilectionem mane dissereremus, sermoni finem imponere non ualebamus, sed fratrum nostrorũ frequentia è suggesto nos pellebat. Age igitur, licet hodie repulsi, rursus tamen eadem certamina aggrediamur. Strenuus autem ille uir & prædotnbatus quod tum fecit, denuo faciat. Iudicet de certamine. Nam tunc læta facie, alacriter arridendo, gratulari se pueri certamini declarabat, ac oliuæ germine beneuolũ nobis iudiciũ obtendens, conspicue q; significabat assentiri se nobis, cuperecq; pueri uenit ad dignum. Populus tuus dixit: Donum Dei ciare. Populus acclamauit: Donum Dei Cyrille. Omnes reddidisti tibi similes. Dignus scope orthodoxe orbis doctor. Qui ad hũc modũ credit, diligitur. Magna doctrina. Magnus illius laudator. Paulus episcopus dixit: Redeamus igit ad deiparã Mariã, & natũ ex ea Emmanuelẽ, dei hominẽ factũ. Emmanuele eñ nobis uirgo peperit secundũ diuinitatem patri coessentialem, secundum humanitatẽ uerò eundẽ nobis coessentialẽ. Alioqui quõ dicet uirga è radice esse? Quõ semẽ Abrahæ? Quõ filius Dauidis? Quõ intelligerat illud, ex quibus Christus est secundũ carnem, qui est super omnia Deus? Et illud diuini Pauli quomodo intelligemus, cum dicit: De filio suo qui factus est ex semine Dauidis secundum carnem,





qui declaratus est filius Dei in uirtute, secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi dei nostri. Peperit itaq; sancta Maria Emmanuelem, sicut iam diximus, secundum diuinitatem, patri coessentialem, secundum humanitatem uerò nobis coessentialem: secundũ diuinitatem impassibilem, secundum humanitatem passibilem. Nam etiamsi proprij sibi corporis passiones deus uerbum appropriat, incq; seipsum transfert, ipse tamen idem in terminis impassibilitatis permãsit. Et si audias eum dicentẽ: Dorsum meum dedi ad flagellandum, & genas meas ad alapas, faciem meã nõ auerti à fœditate sputorum. Ne suspiceris eum ista in propria passum esse natura, sed magis proprij corporis appropriasse sibi flagella. Manst enim deus uerbum impassibilis. Dicent autẽ nobis, qui diuinis scripturis, ac rectis sententijs aduersantur: Si impassibilis dicitur Deus & immutabilis & inalterabilis, quomodo uerbum caro factum est? Audi dilecte: Verbum caro factum est, non ita ut mutatus sit in carnem. Deus enim uerbum non mutatum est in carnem, neque ut caro assumpta cesserit in naturam eius à quo est assumpta. Quid ergo est illud, Verbum caro factum est? Hoc est, uerbum carnem assumpsit, & carnem non nudam, sed una cum anima rationali & intellectuali, quæ est perfecta nostra natura, ita caro factum est uerbum. Volebam autem, ut & magniloquentissimi Ioannis sententiam intelligeretis, ut cognosceretis uerbi iam dicti uirtutem. Ioannes Theologus, tonitrui filius, cui diuina dignatione concessum, ut supra dominicum pectus recubuerit, indeq; nobis sublimiora, ac diuina hauserit dogmata: cum excellentem erga nos dei benignitatem commendare uellet, primumq; quæ diuiniora sunt dixisset, utpote ista: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est, ostendisset quæ illum patri coæternum. (Nihil enim antiquius eo quod dicit: In principio reperimus. Nam etiamsi mente ad anteriora recurras, præcurret tibi illud erat. Huius eñ nullus terminus reperitur) cum hæc, inquam, dixisset, declarasseq; eum, ut dixi, patri coæternum, & omnium opificem, tum subiunxit: Et uerbum caro factum est, tantum nõ dicens: Qui patri coæternus, omniumq; dominus est, & opifex, usq; adeo semetipsum propter nos nostramq; salutem humiliauit, ut caro sit factus, ut à uiliore naturæ nostræ parte excellentes erga nos dei miserationes ostenderet. Verbum igitur inquit, caro factum est. Nec hic consistit, sed subdit, Et habitauit in nobis. Posterius prioris est interpretatio. Quid est uerbũ caro factum est? Habitauit in nobis, hoc est, in nostra natura. Vide & Ioannem duas prædicantem naturas, & unum filium. Aliud est habitaculum, & aliud quod in illo habitat. Aliud templum, & aliud habitans in filio deus. Attende quid dicat. Nõ dicit, alius atq; alius, tanquam de duabus personis, aut duobus Christis, uel duobus filijs: sed aliud atque aliud tanquam de duabus naturis. Postquam itaque dixit, Et habitauit in nobis, prædicauit quæ duas naturas, tum subdidit: & uidimus gloriam eius, gloriam tanquam unigeniti. Non dixit, duorum filiorum, sed unigeniti. Esaias igitur prædicat Emmanuelem, hoc est, Deum hominem factum. Petrus uerò dicit: Tu es Christus filius Dei uiuentis, duplicem significans naturam, & unicam filij personam. Et Ioannes Theologus, cum dicit: Et habitauit in nobis, duas naturas, & unam unigeniti personam innuit. Manst autem Deus uerbum impassibilis. Ad eam eñ particulam reuertimur. Attende quid dicatur. Diuiniora quidem assumptæ naturæ dedit, eorum uerò quæ humanitatis sunt, nihil assumpsit. Ambulauit supra mare, sed cum proprio corpore. Increpauit uentos ac mare, sed per proprium corpus. Occurrit illi leprosus, dicens: Domine, si uis potes me mundare. Dicit ei: Volo, mundus esto. Et tetigit eum, corpus uidelicet dominicum, & cessit morbus, ablataq; est lepra. Parit quinque millia hominum quinq; panibus, sed per proprium corpus. Acceptis nanque panibus, gratias egit patri, & fractos dedit discipulis, discipuli uerò multitudini, ac superfuerunt duodecim fragmentorum cophini. Solius Dei est remittere peccata. Dicit autem, Vt sciatis potestatem habere filium hominis remittendi peccata. Iterum dicit: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis qui est in cœlo. Vides eum quæ diuiniora sunt humanitati dedisse. Quum autem uides eum esurientem, sitientem, laborantem, sudantem, traditum Pilato, tractum à lictoribus, circumductum, angustiatum, orantem, Eli Eli lama asabthani, hoc est: Deus meus Deus meus, quare dereliquisti me. Et iterum: Pater, si fieri potest, transeat à me poculum istud: ueruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. Cum uides eum in cruce suspensum, quum uides clauos in manibus ac pedibus eius, & latus eius punctum: tum cogita quod Deus uerbum passionis quidem manserit expers, uerum hæc omnia proprio corpori facta sibi appropriarit. Vt autem ostenderet se ne passionis quidem tempore templo suo deesse, quum Iudæi ista contra Dominum molirentur, radios solares, tanquam Deus extinxit, tenebras mundo infudit, uelum templum scidit, petras rupit, mortuos excitauit. Hæc omnia ob id operatus est, ut scias eum patienti adfuisse, & passiones quidem sibi appropriasse, ipsum uerò impassibilem omnia operatum esse. Quæ uestra sunt uobis proposuimus. Est enim patris uestri hæc doctrina. Est uobis hic thesaurus auitus, beati Athanasij dogmata, magni Theophili doctrinæ, columnarum uidelicet rectæ doctrinæ. Verum quoniam patienter nostram tulistis balbutiem, expectate patris uestri sapientiam. Audistis calamum pastoralem, audite etiam tubam magniloquentissimam. Populus acclamauit: Fili Theophili & Athanasij, Cyrilli sapiẽtiam

audiamus. Paulus episcopus dixit: Quæ nostros quidem orthodoxorũ sensus excitat, aduersariorum uerò Ecclesiæ acies dissijcit. Deo itaq; gloriã destinemus nunc & semper, &c.

*Homilia Cyrilli Alexandrini, de incarnatione Domini, & prædicto Episcopo Paulo Emiseno, dicta.*

Homilia 9.

ESaias propheta, doctorum in Christo prædicans eloquium, dixit: Hauríte aquam cum lętitia ex fontibus seruatoris. Ecce igit aquã uobis ex sacro doctoris huius fonte hauslimus, qui ante nos iam loquutus est, qui & spiritu sancti facibus illustratus, magnum illud ac uenerãdum seruatoris nostri mysterium uobis declarauit, per quem credentes in ipsum seruati, & à molesto quo grauati eramus, exonerati sumus peccato: & prætera rea ruptis mortis uinculis propheticum illud dicimus: Vbi est mors uictoria tua? ubi est stimulus tuus inferne? Itaq; deus uerbum, quod in principio in sinu patris erat, per quod & in quo omnia sponte propter nos exinaniri sustinuit, factumq; caro, id est homo, seipsum humiliauit propter nos ac filius hominis appellatum est, ut et nos propter ipsum Deum patrem acquiramus. Ita nanque docti sumus, ut orantes dicamus: Pater noster qui es in cœlis. Propter hoc itaque unigenitus factus est primogenitus, ut nos, sicut dixi, q̃ ipsius sunt acquiramus. Crucem sustinuit, probro illius contempto, corpusq; suum sponte in mortem dedit: non ut nobiscũ sub mortis potestate mortuus maneret, sed ut nos secum calcato mortis imperio excitaret. Gratias agamus uerbo pro nobis incarnato, nunc & semper & in secula, &c.

CYRILLI ALEXANDRIAE ARchiepiscopi, oratio de exitu animi, & de secundo aduentu, interprete

SEBASTIANO CASTALIONE. *A. Damato*

METuo mortem, quoniam acerba mihi est. Metuo gehennam, quoniam æterna est. Metuo tartarũ, quoniã nihil habet caloris. Metuo tenebras, quoniam nihil habent lucis. Metuo uermem uene niferum, quoniam æternus est. Metuo genios iudicio præficiẽdos, quoniam sunt immisericordes. Metuo cum cogito illius diei terribile & muneribus inexpugnabile consilium, tribunal horribile, iudicem incorruptum. Metuo flumen ignis ante tribunal illud fluẽs, uehemẽtissimaq; flamma torrens, & acutos enses. Metuo seueriss imas pœnas. Metuo supplicium finem non habens. Metuo tetram illam caliginẽ. Metuo profundas tenebras. Metuo infracta uincula, stridorem dentium, fletum inconsolabilem. Metuo ineuitabiles probationes. Nihil enim accusatoribus eget iudex ille, neq; testibus, neq; demonstrationibus, neq; probationibus. Sed quæcunq; fecimus, diximus, decreuimus, ea in mediũ adfert ob oculos nocentũ. Tum nullus est qui adsit, & pœnis eripiat: non pater, non mater, non filius, non filia, non alius quisquam cognatorum, non uicinus, nõ amicus, non defensor, non pecuniarum largitio, non diuitiarũ abundantia, non potentiæ fastus: quin hæc omnia cineris ritu in pulverem abeunt, solusq; reus ex suis factis absoluentem, aut condemnantem sustinet sententiam. Heu mihi, heu mihi, quem conscientia redarguit, & scripta clamãtia docent, & anime cui tot nefaria fœdaq; patrata sunt facinora. Heu mihi qui corporis templum corrupi, & sancto tuo spiritui dolorem feci. O deus, æqua sunt opera tua, & iustum iudicium, & rectæ uiæ & obscurissima consilia, propter breuem peccati fruitionem in æternum torqueor. Propter corporis uoluptatem igni trador. Iustum est dei iudicium: uocabar, & non obtemperabam: docebar, & non attẽdebam: admonebar, & deridebam: legens & agnoscens, neq; non credens, sed in negligentia, ignauia, socordia, uarijs occupationibus, turbis & procellis petulanter, & lasciuia exultans, & uoluptatibus atq; lætitiæ indulgens: consumpsi meos annos, menses & dies in res breues, caducas, & terrenas, laborem, studium atq; operam impendens: neq; in animum reuocans, aut considerans, quantus animorum metus, terror, certamen, æstus sit sustinendus, cum à corpore separatur. Præsto sunt enim nobis exercitus & potestates cœlestes, & contrariarum potestatum tenebrarũ principes, improbitatis prepotentes, mancipes publicani, rationũ exactores, & actionũ censores aerei, & cum eis ille homicida diabolus, in malitia potens, cuius lingua acutior est nouacula, de quo sic ait uates: Tela potentis acuta, cum carbonibus perniciosis, qui insidiatur ut leo in antro suo, draco magnus, defector, orcus, qui fauces aperit, qui tenebrarum potestati præsidet, qui mortis habet imperium, & quodammodo iudicium, retinens animum, obijciens, & sententia sua condemnans omnia quæ re, quæ uerbis, quæ scienter, quæ imprudenter commisi, deliqui, peccaui: quæquie deinceps à pueris usq; ad diem exitus feci, ea omnia perscrutans.

Quanto metu & terrore putas animum consistari in illa die, cum uidet terribiles illos, truces, immites, immisericordes & sæuos dæmones, tanquam atros quosdã Aethiopas, præsentes adesse, quorum uel sola facies quouis cruciatu molestior est? quos aspiciẽs animus tumultuatur, pauet, dolet, turbatur & contrahitur, ad dei genios consurgiens? Tenetur igitur animus à sanctis genijs, per aerem sublimis præteriens, inueniturq; quosdã quasi publicanos ascensum custodientes, & ascendentes animos prehendentes, prohibentesq; nãquisq; publicanorum propria habet peccata, quæ illis obijciat: alius perperam dicta, quæcunq; ore & lingua commissa sunt mentiendo, iurando, & peiurando: quum superflua, nugatoria, & luxũ, uerba, tum helluationes, uinicq; abusum, & inhonestos & immodicos, indecorosq; risus, leuia & inhonesta oscula, & impudica cantica. At sancti genij animum ducentes proferunt, & ipsi quæcunque ore linguaq; locuti sumꝰ bona, supplicatiões, gratiarũactiones, psalmos, carmina, laudes, diuinos cãtus, scriptorumq; lectiones, & quæcunq; per os & linguam bona deo premissimus. Secundum telonium est oculorum uisus, quæcunq; in decoro aspectu, curiosoq;, & effrenato intuitu & fallaci nutu committuntur. Tertium telonium est auditionis, & quęcũq; per hunc sensum impuros spiritus accipiunt. Quartũ est olfactus odoriferorũ unguentorum, & suauium odorum, quæ mimas & impudicas decẽt mulieres. Quintum est eorũ quę manuũ tactu peruerse et improbe facta sunt, & cæteræ uitiorũ tabernæ, inuidiæ, & emulationis, inanis gloriæ, & superbiæ: acerbitatis & iræ: iracundiæ & furoris: scortationis & adulterij, & mollitiæ: homicidij, & ueneficij, cęterorumq; impiorum, & peruersorum factorũ, quæ in præsentia minutatim persequi non licet, & in aliud tempus differantur. Breuiter eodem modo deinceps suos quisquis animi morbus et peccatũ publicanos habet, et tributi quæstores. Animus igit quihæc, & his maiora, pluraq; cernit, quãto putas in metu & terrore ac trepidatione est, donec sentẽtia feratur, & eius libertas ueniat: Illa est hora doloris, periculi, gemitusq; plena, atq; inconsolabilis, donec uideat quid futurũ sit. Nam & diuinæ potestates & impurorum facies spirituum astat: quorum hi præue, illi recte facta proferunt, siue quid uerbis, siue opere, aut cogitatione, atq; mẽfactum est: cum interim medius astans animꝰ, hæc trepide & pauide considerat, donec ex suis actionibus, factisq; & dictis aut condẽnatus uincãt, aut absolutus liberetur. Nam suorum quisq; peccatorũ catenis cõstringitur. Quod si dignus fuerit, pie & ad dei uoluntatẽ traducta uita, assumunt eum genij, & deinceps securus pergit, coram habens sanctas potestates, ut habet scriptũ illud: Lætorum omnium habitatio apud te est. Tunc comprobatur dictum illud: Aufugit dolor, mœror, & gemitus. Tunc à prauis, improbis & horrendis illis spiritibus liberatus, uadit in ilud ineffabile gaudium. Sin autem inuentus fuerit dissolute et luxuriose uixisse, audit grauissimã illam uocem: Tollatur impius, ne domini gloriã uideat. Tunc eum inuadunt dies ire, afflictionis, angoris, & angustiæ: dies tenebrarum, & caliginis. Tunc à sanctis dei genijs derelictum prehendunt Aethiopes illi dæmones, et eum crudeliter uerberantes deferunt ad terram, eaq; diffisa infractis colligatum uinculis præcipitãt in tenebricosam, & tetram terram, ad infima loca in subterraneos orci carceres, atq; custodias, ubi cõclusi sũt nocentũ animi, qui iam diu obdormiuerũt, ut ait Iacobus: in terram tenebricosam, atq; tetram: in terram caliginis æternę, ubi lux nulla, neq; mors, ubi uita est, sed dolor sempiternus, mœror insitus, fletus perennis, dẽtium stridor, perpetuus & nunquam sopiendi gemitus. Illic uæ uę perpetuo, illic eheu, illic uociferãtur, nec est qui succurrat, clamant, nec ullus est qui liberet, nõ potest illarum angustia explicari: non possunt lingua dici dolores illic iacentium & conclusorum animorum. Non posset ullum hominis os metum illum terroremq; declarare: nulla hominis labia fatis magnam uim habent ad dicẽdum illorum statum, atq; ploratum. Gemunt continenter, & sine intermissione, sed nullus est qui misereatur. Voci ferãtur ex profundo, sed nullus est qui exaudiat: lamentantur, sed nullus est qui laboret. Exclamãt, et plangũt, sed nullus est qui cõmoueatur. Tunc ubi huius mũdi iactãtia? ubi inanis gloria? ubi delitiæ? ubi uoluptas? ubi petulãtia? ubi apparatus? ubi requies? ubi ornatus? ubi pecuniæ? ubi nobilitas? ubi tunc delectatio? ubi corporis utilitas? ubi falsa illa, & inutilis mulierum pulchritudo? ubi tunc impudens & effrenata audacia? ubi tũc uestimentorum comptus? ubi peccandi impura & friuola delectatio? ubi qui nefarium uirorum concubitum uoluptatem ducit? ubi qui unguentis et odoribus perfunduntur atq; suffiuntur? ubi qui cum tympanis & cythara uinum potant? ubi tunc cõtemptus uiuentium sine metu? ubi auaritia & habendi cupiditas, atq; inde nascens immisericordia? ubi tũc inhumana superba, omnia lasciens, et se aliquid esse putãs? ubi tunc inanis, & uana hominum gloria? ubi libido et nequitia? ubi potentia & tyrannis? ubi tunc rex? ubi princeps? ubi dux? ubi potestate pditi? ubi diuitiarũ multitudine insolentes, & gentium nõ miserentes, deumq; contemnentes? ubi theatra & uenationes? ubi tunc elati intemperate & secure uiuentes? ubi mollia indumẽta? ubi tenera stragula? ubi excelsa ædificia, & porticuũ amplitudo? ubi q̃ sine metu uixerunt? Tunc cum illa uidebunt, mirabuntur, & horrebunt, attoniticq; eiulabunt turbati labefactabuntur. Tremor eos corripiet, & dolores quales sunt parturientium, ac uehemẽti spiritu perfracti delebuntur. Vbi tunc sapientum sapientia? ubi oratorum eloquentia, atq; impostura? Væ uæ turbati sunt, & ebriorum ritu titubãt, consumpta omni eorum sapientia. Vbi sapiens? ubi literatus? ubi humani generis quęsitor? O fratres cõsiderate quales nos esse oporteat, dum rationem singillatim reddemus eorum, quæ fecerimus, siue magna sint, siue parua. nam etiam otiosorum uerborum causam apud iustum iudicem dicemus. Quales nos esse oporter in illa hora? Quod si propitium habuerimus Deũ, quale percipiemus lætitiam ad regis dextram segregati? Quales nos esse decet ad illam inenarrabilem lætitiam, cum dicit ille regnantium rex, eis qui ad illius erunt dextram cum hilaritate: Adeste felices patris mei, possidete paratũ uobis ab orbe cõdito regnũ. Tunc inuademus in illorum possessionem bonorũ, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec hominis cor cogitatione cõprehẽdit, quæ deus sui amantibus præparauit. Tunc deinceps securi futuri sumus, nullo amplius pauore corripiendi. Consideremus autem & hæc & nocentum sempiternum cruciatum, cũ ad illud horrendum tribunal sistentur, quanto pudore afficientur coram iusto illo iudice, causam dicere non ualen-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ualentes? Quantus eos pudor inuadet ad regis si A nistram separatos? Quæ tenebrę eis incident, cũ eos ira inflãmatus suis uerbis perturbabit, cum eis dicet: Facessite à me uos execrabiles in ignẽ æternũ, diabolo eiusq; genijs paratum. Heu, heu quãta afflictio, dolor, angor, metꝰ, tremor instat eorũ animis, cũ fiet clamor omniũ cœlestiũ potestatũ, dicentiũ: Discedãt improbi in orcũ. Eheu, quem cantum edunt lamentantes, plorantes, eiulantes atq; plangẽtes, cum abducentur acriter in sempiterna secula cruciandi? Eheu qualis est locus ubi fletus & stridor dentium, qui tartarus appellatur, quẽ uel ipse diabolꝰ horret. Heu heu qualis est gehẽna ignis inextincti, urẽtis neq; lucẽtis? heu heu qualis est nunq; dormiẽs uenenatus uermis? heu quã terrę sunt profundę illę, semperq; manentes tenebrę? heu mihi quales sunt illi genij in cruciatibus immites atq; immisericordes? Exprobrant eĩ, grauiterq; increpant. Tunc B qui torquẽtur lõgũ clamãt, nec est qui succurrat: clamabũt eĩ ad dominũ, nec eos exaudiet. Tũc cognoscẽt omnia sibi, quæ sunt in uita, ad nihilũ redacta esse: & quæ hic bona esse, gaudijq; plena uidebãtur, ea felle, amaroq; ueneno amariora reperientur. Vę sontibus, cum insontes ad dexterã stabunt, & illi uexabuntur: cũ sontes flebũt, et insontes gaudebũt: cum insontes lætitiã agitabũt, & sontes lamentabuntur: cũ insontes in tranquillitate, & sontes in tempestate ac calamitate uersabuntur: uæ sontibus, cũ insontes gloria afficientur, & illi condemnabuntur: uę sontibus cum insontes omni bono satiabuntur, & sontes eo carẽtes ingemisceut. Væ sontibus, cum insontes gloria, & illi ignominia afficientur. Insontes sanctitate, sontes flammis. Insontes laudibus efferentur, sontes miseri ferentur. Insontes in sanctorũ mansionib. sontes in exilio sempiterno. Insontes audient: uenite felices patris mei, possidete paratũ uobis ab orbe condito regnũ. Sontes aũt audiẽt illud: facessite à me detestabiles in ignẽ ęternum, diabolo eiusq; genijs destinatũ. Insontes in paradisum, sontes in ignẽ inextinctũ: insontes delicibũtur, sontes afflictabũtur. Insontes saltabũt, sontes uinciẽtur. Insontes cantabũt, sontes lugebũt. Insontes ter sanctũ, sontes ter miserũ. Insontes eã tũ, sontes uoraginẽ. Insontes in sinũ Abrahami, sontes in Belialis torrẽtes. Insontes in requietẽ, sontes in suppliciũ. Insõtes rore, sontes flãma cõ D spergẽtur. Insontes delectabũtur, sontes mœrore cõsenescent. Insontes extollẽtur, sontes tabescẽt. Insontes efferẽtur, sontes deprimenẽ. Insontes foueburtur, sontes denigrabuntur. Insontes bonis saturabuntur, sontes diuexabũtur. Sontes aspectus alet Dei, sontes torquebit ignis aspectus. Insontes uas sunt electionis, sontes uas gehẽnæ. Insontes aurũ igne probatũ, & argentũ probũ, et lapides precioli: sontes ligna, culmꝰ, fœnũ, ignis alimentũ. Insontes frumentũ regni, sontes perdenda palea. Insontes semẽ electũ, sontes ignis zizania. Insontes sal diuinũ, sontes uirus atq; fœtor. Insontes intemerata tẽpla dei, sontes polluta tẽpla

dęmonũ. Insontes in aula nuptiali, sontes in chaos infinitũ. Insontes in splendore lucis, sontes in puicelle caligine. Insontes cũ genijs, sontes cũ dęmonib. Insontes cũ genijs saltãtibus, sontes cũ dęmonib. lugẽtib. Insontes lucis, sontes tenebrarũ, mediũ tenebunt. Insontes cõsolator solabit, sontes cũ dæmonib. plectẽtur. Insontes dominico lolio astãt, sontes pœnali caligini. Insontes dñi facię semp aspiciũt, sontes in diaboli, cõspectu semper astant. Insontes genijs, sontes dęmonib. initiant. Insontes supplicationę, sontes ploratũ libãt sempiternũ. Insontes supra, sontes infra. Insontes in cœlo, sontes in profundo. Insontes in uitam æternã, sontes in mortẽ exitiabilẽ. Insontes in manu dei, sontes in loco diaboli. Insontes cũ deo, sontes cũ satana. Vę sontibus, cũ ab insontib. separabitur. uæ sontibus, cũ eorũ & actiones nudabuntur, & mẽtis cõsilia patefient. Væ sontibus cũ mẽtis agitationes arguentur, & prauarũ cogitationum cõspirationes trutinabuntur, & mens expedẽtibus erũt execrationi. Væ sontibus cũ exaudi nuptiarũ exigentur: heu quæ tum pœnitẽtia, quę afflictatio, quis angor, q̃ iactatio futura est? Graue est à sanctis separari: durius à deo separari. Ingnominiosum est manibus pedibusq; colligari, & in ignẽ cõiici. Molestum est in imas detrudi tenebras, tetrum dentibus stridere, atq; tabescere: odiosum nullo fine cruciari: malũ linguã inflãmari funestã aquæ guttã petere, neq; obtinere. Acerbũ in igne esse, et clamare, neq; subuenire. Insuperabiles fauces: immensus gurges: ubi inclusus quis & detentus euadere, aut aufugere nequeat; insuperabilis custodiæ murꝰ: immites custodes: tenebricosus carcer: infracta uincula: inexcusabiles catenæ: diri, feriq; flammæ illius ministri: graues illæ, quæ ad suppliciũ adhibeuť, scutice: firmi unguis & infracti: duri nerui: turbida pix, atq; torres: fœtes sulphur ignea illa cubicula: inextincta pyra: putidus uirosusq; uermis: inexorabile cõsiliũ: inuictus gratia iudex: inexcusabilis defensio notis cõpuncti magnatũ uultus: exoleti optimates: mẽdici reges: imperiti sapiẽtes: fatui & reiecti: oratores: dementes diuites: nõ audite fallaces scribentiũ assentationes: manifestę malitiosorũ uersutię: pspicuę fraudatorũ calliditates: uiroſus auarorũ odor: apta psonarũ simulatio: uerbero nes: impostores: oĩa apud illos nuda atq; patefacta. Væ improbis, pfani, scelerati, & impuri sunt in dei cõspectu. Quam cõtaminati sunt eorũ animi? Quã putẽt eorũ corpora ex libidine, atq; nequitia? Quam fœda labe & corpora & animos suos coinquinarũt, non seruato sacræ uestitu lotionis? Quã turpiter & impudẽter crapulæ & ebrietati indulgẽtes, uentri corporis latrinæ, & abdomini per luxũ seruierũt, & à frugalitate & cõtinentia alieni, felicitatẽq; sibi in uẽtre reponẽtes, gitationib. atq; ineptis uanisq; uerbis, et mimicis cantibus insolescentes. Quanta animi cæcitate



alienati sunt, neq; Christi ordinis, neq; diaboli cõ A fitionis habita ratione? Quam à recta uia deflexerunt, dum per ignorantiæ tenebras ingressi, & socordiæ somno dediti, in gehennæ barathrum seipsos immerserunt? Quam alienati sunt à lumine uirtutũ, amandis peccati tenebris, quoniã lata & ampla tritæ improbitatis uia grassati sunt? Quũ obliti sunt dñi et dei, et seruatoris nostri Iesu Christi peregrinationẽ, ac tot tamq; imperuestigata eius beneficia, qui diuinæ lotiõis aqua, sanctoq; spiritu purificati, & lęticię unguẽto delibuti, ob paruam eamq; odiosam et friuolam uoluptatem talia tantaq; dona irrita fecerunt, & libidinum atq; adulteriorum imperio paruerunt. Væ qui relicta adoptiõe, secuti sunt huius uitę uoluptates. Væ sequentibus huius uitæ fortunas. Væ B peccati tenebras amantibus. Væ ueritatis lucem relinquentibus. Vę per noctem peccati gradiẽti bus. Væ relinquentibus diem cognitionis Dei. Vę malaridẽdi cõiuetudine expletis. Vę qui fuentur, ut animos ad impurę nequitię cõiunctionem, libidinemq; uulnerent: cum re ipsa hamus sit diaboli, non fucus, ideoq; cupientibus, conãti busq; & uolentibus seruari odio habendus. Væ qui inter se calumniantur. Væ contumacibus, cõtentiosis, atq; turbulentis. Vę iurantibus delecta tionis gratia. Vę periuris, uę helluonibus quorũ deus uenter est. Væ ebriosis. Beatus autẽ qui hic seipsum despicatur, deprimitq; propter deũ, cõtemnitq;, atq; dãnat: hic & à deo supremo extollitur, et à genijs laudatur, neq; in iudicio inter sinistros asſabit. Beatus homo qui in supplicationi C bus perseuerat: in ieiunijs durat: in uigilijs gaudet: homo reluctans, cumq; arcens & genua ad dei prædicandas laudes flectens, pectus tundẽs, faciem feriens, manus in aerem efferẽs, aspectum in cœlum attollẽs ad dominum, cogitans illum, qui in solio gloriæ sedet, & corda scrutatur, & renes peruadit. Hic enim fruitur eternis bonis, filius et frater, & amicus, & hæres sit dei. Huius faciles solis instar splẽdebit in die iudicij in quo cœlestę regnum patefiet. Qui uerum amat, is amicus dei reperitur: qui autem mendacia perpetuat, amicus est dæmonum. Qui dolum odit, miseria liberatur. Qui res aduersas perfert, is tanq; confessorante Christi soliũ coronatur. Qui murmurat, & molestę fert aduersos casus, quiq; tędio rerum D molestarum maledicta iacit, is errat, & animo surdus est. Qui mitis est et humanꝰ modestusq;, is à deo laudat, à genijs beatus prędicat & ab hominibus celebratur. Ille autem amarus, iracũdus, & ad bilem propẽsus deo detestabilis est, eius et cibus racemus est amarulentię dęmonũ, & uinum sel draconum, & potio uenenum aspidũ irremediabile. Qui puro sunt corde dei gloriã uidebũt. At qui mente sunt sordida diabolum aspicient. Qui titiosa faciunt & praua cogitãt et mala alijs moliũtur, à diuina cõmunione seipsos prohibẽt. Qui fibi purpurisso uultus humectant, et cerussa genas illinũt, dealbãtq;, et ad speculum comãtur, ut homines ad nequitiam & prauas cupiditates, amoresq; satanicos incitent, atq; implicent, ij in die iudicij non pij reperientur, sed ut dei præceptorum contemptores torquebũtur. Qui pulchritudinem ascíscunt alienam, paradisi pulchritudine priuabuntur. Qui aliorum lapsu gaudẽt, seipsos præcipitãt. Qui aliena concupíscunt, sua produnt perduntq;. Glorioſi, superbi & hominibus placere studentes cum diabolo damnabũtur. Simulatores cum satana plectentur. Qui corpus supra modum nutriunt, animum fame necant. Qui scientes, et nulla ui adhibita peccant, neq; ad sanitatem reuertuntur, cum infidelib. torquebuntur. Qui dicunt, Peccemus in iuuẽtute, & in senectute ad sanioꝛem mentem redibimus, ij à dæmonibus illuduntur, atq; deridentur, quoniamq; ultro peccant, eis ad sanitatem redire non datur, sed in iuuentute mortis falce demetuntur: ut Ammon Israelitarum rex, qui etiam deum suis prauis conatibus, profanisq; cogitationib. irritauit. Nam qui dicũt, Hodie peccemus, cras facturi sanioꝛa, ij ob consiliorũ suorũ uanitatẽ, & insipientis animi caliginẽ, dum et corpus corrumpunt, atq; cõspurcant, & animum contaminant, & mentem caligine inuoluunt, & rationem turbidam efficiunt, & conscientiam cœno inficiunt, & illud hodie amiserunt, & cras perdiderunt. Qui enim neque propter lapsum scortationis plorant: neque propter adulterij cœnũ lugent: neq; propter mascũli cõcubitus sentinam lamentantur: neq; propter mollitiem eiulant, ij neq; toto pectore prętę ritorum possunt peccatorum agere pœnitentiã, neq; futura corrigere. Etenim qui quæ amisere non quærunt, ij non ea quidem retinent quæ superfunt. Qui expensorum rationem non subducunt, etiam capitis iacturam faciunt. Qui nõ prudenter laborãt, & in supplicatiõibus sobrij sunt, à prauis cogitationibus subigũtur: subacti seruiunt prauę cõsuetudini inuiti atq; recusãtes. Qui nõ sobrie deo celebrando inuigilant, abripiuntur. Qui nõ inuigilant audiendis diuinis scriptis, sed seipsos inertię somno dederũt, ij cum quinq; illis fatuis uirginibus excludentur. Qui sobrietatis arma abijciunt, à liguritione supplantantur, et ab adultera peccati libidine perimũtur. Qui dei præcepta nõ seruarunt, à dæmonibus uulnerantur, & ad ignis gehẽnam damnantur. Qui ab ecclesia, & communione seipsos procul habẽt, dei sunt hostes, & dęmonum amici. Pudefiat omnis impiorũ hæreticorum secta: operiatur genus infidelium: pereat Iudaeorum collegium: obturentur impura ora Deum negantium Hebræorum, tum cum ille animorum probator, renũ uestigator quouis ancipiti ense acutior, penetrans usq; ad diuisionẽ carnis & spiritus, commissurarũq;, & medullarũ, & mentis cogitationes dñudicãs, iudex sedebit. Tunc tũc, inquam, non paucos nescio quos de multis, sed oĩes detectos inspiciet, neq; pellis ouina lupum tegere poterit, neq; operum tectorium interiorem occultare cogitationem. Non enim ulla rerum natura abdita iudicanti, sed nuda omnia, & eius oculis exposita.

Quam-

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quamobrem ne contra Dei præcepta humanis A pugnemus affectionibus, sed inanium gloriolarum spiritus summittamus: consurgamus ad dimicandum cum diabolo: acuamus animum ad sobrietatem: sopiamus peccati cogitationes: cõparemus nos ostentantem supplicationem, sobriã mentem, erectam rationem, limpidam conscientiam, perpetuam continentiam, non fictum ieiunium, patentem omnibus amorem, germanam castitatem, intemeratam fragilitatem, non simulatam modestiam, perpetuam dei laudationem, alienam ab inani gloria sectionem, genuum flectionem non superbam, obsecrationem assiduã, uitam puram, orationem ueram, hospitalitatem non murmurantem, gratam tolerantiam, neque iactatricem beneficentiam. Amandemus iracundiam: expellamus iram: ignauiam aboleamus: furorem perimamus: mœstitiam deleamus: tollamus auaritiã. Ne formidemus cõmunem hunc generis humani messorem mortem, sed illam hominum perditricem. mors enim proprie non est ea quæ animum à corpore, sed quæ animũ à deo separat. Deus uita est: qui à Deo separatur mortuus est, amissa priore libertate, sicuti uita. Et quia mortis pater diabolus instar, sicut robustus quidam hostis armatus, ut nos diebus sacris debellet, atq; frangat, dicatq; : Vici Christi milites, ostendenda mulierum pulchritudine, eosq; auribus suspendi, & inani gloria, popinationibusq; demersos, uirtutum coma prehensos, & cupiditatibus irretitos, unicq; potione titillatos, præcipites in scortationis foueã deturbaui, nemquã, impuris illis dæmonibus gratificemur, quando-quidem deus noster omniũ salus est, dæmonum perditor. Quoniã igitur corporibus implicati, mortiq; sumus obnoxij, certemus strenue, ut impuros dæmonas superemus. Nam si merum in corde habemus, & mortis recordationem in animo circumferimus, omnes contra nos armantur dæmones: sed hi nos, tanquam arietibus quatientes, muro firmiores inuenient: quoniam nobis adest Dominus noster, cui gloria, honos, imperium in omnem conuenit æternitatem, Amen. B

FINIS.

# APOLOGIA CYRILLI

ALEXANDRINI EPISCOPI AD IMPERATOREM, THEOdosium, Vuolfgango Musculo interprete. *authori damnato. Verio premium*

RELIGIOSISSIMO AC PIENTISSIMO, CHRISTIQVE amanti Regi nostro Theodosio, uictori ac triumphatori, semper Augusto, Cyrillus in Domino Salutem.

DIVINA & incorrupta natura omnium potestatem habens, & lucem quidem inaccessam inhabitat, & thronum habet supremũ, cùm ipsi tum soli competentissimum quem circumstant principatus, dominationes ac potestates, & ipsa sancta Seraphim. Et quemadmodum spiritussanctus dicit, omnia illam opera horrent ac tremunt: uerum tametsi ad hunc modum glorificata sit, & omnem admirationem superet, parem tamen ac correspondentem excellentis huius & inenarrabilis potentiæ magnitudini mansuetudinem habet. Generata si quidem natura fortissimam illam & immensam, ultim ac potestatem non sustinuisset, nisi mansuetudine mixtam. Quapropter & beatus propheta Dauid cum pro se, tum pro reliquis omnib. supplicans, nunc dicit: Memento domine, quod pulueris sumus: nunc uerò, si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit: Præterea & beatus Iob à diabolo acerbis & indecendis flagellationibus tentatus, uoce interrupta & singultantiad Deum, uociferans dicit: Quare non fecisti oblitionem iniquitatis meæ, & mundationem peccati mei: uerum obsignasti iniquitates meas, uelut in crumena, notastiq;, si quid inuitus etiam preuaricatus sum. Sed mox, opinor, dicet ad hoc quisquam: Quid igitur ô generosissime athleta-rum: Criminis ne loco Deo impingis, quod eius qui deliquit, non miseretur? culpas ne confestim legislatorem quod peccatorum meminit? Etiam inquit: Qui enim misereri consueuit, nec uult eum talis sit, non & mei rationem habet? Etenim fieri potest, ut nullo pacto mens humana præuaricetur, inquirat exactissime Iudex, obsignet iniquitates, uelut in crumena, deneget obliuionem ijs qui ipsum, idq; aliquando inopinato, offenderunt. Si uerò plurimum impingimus omnes, & prorsus inculpabilem esse ipsi competit solí, delictorum obliuionem largiatur ijs, qui immanes excellentias, ut sereno sint & placido animo. Habet autem hunc singulari modo diuina & suprema natura, Dominatio uerò uestra Christi amantes Reges illo secundum huius imitatio nem est prædita. Est enim illa imago quædam & uelut imitatio regni cœlestis inter eos qui terram incolunt. Vos nanq; solí uniuersale sortiti tmperium, timore ac mansuetudine obedientiam seruantes, ueluti illustrem ac pacificam prosperitatem, per uniuersum orbem extenditis. Quapropter ad hoc iam necessariò permotus sum, ut læsam uestram pietatem competentibus apologijs placandam esse duxerim. Quod uerò mihi potissimum hoc facere uolenti, & commodum erat et necessariũ, prætermitto, idq; inuitus, propter debitam ab omnibus imperio uestro reuerentiam. Etenim si dixero me non fuisse temerarium, aut negligentem, aut non admodum magnam decori rationem habentem, ut quí nihil deliquerim, idq; aduersum uos, fuerit id mihi forte haud impune, & ualde meritò, ut qui hoc dicendo, decretis uestris repugnarem. Cauendum itaq;, ne tale quid mihi accidat, quod Israeli accidit. Nõ enim prorsus ab eo liber sum, ut & ipse aliquando delinquam. Plurimum enim impingimus omnes, & humana natura hoc, ueluti morbo laborat, ut facile labatur. Israel tanquam diligens legis custos aliquando se nullo pacto Deum offendisse putabat. Sed audiuit hunc sibi dicentem: Ecce ego iudicio tecum contendam, propterea quod dicis: Non peccaui. Melius itaque est & consultius, ut potentibus cedamus, & super ijs quibus sunt offensi ueniam petamus. Habet enim hoc uestra Dominatio, ut dixi, ut ad imitationem dei offensuram obliuiscatur. Scripsi itaque cùm uestræ pietati, tum etiam inclytissimis Regibus, non ut dissensionem ac perturbationem sacratissimæ uestræ aulæ alicunde excitem. Non enim ista sum bona mente ac decenti ratione destitutus, sed potius bona præditus intelligentia. Conuenit enim ijs, qui ad hoc sunt ordinati, ut in sacerdotio sanctissimo deo seruiant, ut sobrij sint ac uigilantes, dispiciantq; quid illí probetur, & hoc sedulo faciãt, paratum illis alioquí ueriti exitium, si in ista functione omnino fuerint in socordiam prolapsi. Oportet enim ut eos in fide reddamus firmiores, qui iam in Dominum nostrum Iesum Christum crediderunt, quos sanguine suo acquisiuit, & synceros constituit adoratores, genusq; uocauit regale ac sacerdotale, & gentem sanctam et populum peculiarẽ, ut uirtutes eius annuncient, qui uniuersos in admirabilem suam lucem uocauit. Præterea ubi de his præcipit, quæ sacerdotium sortitos concernũt, ad Ezechielem prophetã sic dicit: Fili hominis, loquere filijs populi tui, et dic ad eos: Si quãdo gladium induxero super terram, & populus terræ illius, hominẽ aliquem ex ipsis nactus constituerit eum inter se speculatorem, atque is gladium in eam terram

Universidad de Deusto
Biblioteca



uenientem uiderit, tubaq; ebuccinauerit, ac populo meo significauerit: is autem qui tubæ uocem audiuit, seipse non custodiuerit, ideoq; gladium uenies ipsum abripuerit, sanguis ipsius super caput eius erit, eo quod cum tubæ uocem audisset, seipse non custodierit: si uerò animam suam custodierit, eripietur. Et speculator si uiderit uenientem gladium, & tuba non significauerit, nec populus se custodierit, ueneritq; gladius & animam ex ipsis abripuerit, ipsa quidem propter suam ipsius abrepta est iniquitatem, sanguinem tamen eius de manu speculatoris requiram. Opus est autem declarandi gratia, eorum quę dicta sunt mentem & latiorem inquirere considerationem. Est itaque id moris, ubi barbarica expectatur irruptio, ut qui ciuitati præsunt, curamq; illius gerunt, in speculis aut turribus sublimioribus quosdam collocent, qui directo in agrum prospectu indesinenter hac atque illac oculos circumferant, uigilanter obseruantes, ne quis hostium irrumpat. Quod si hostilem incursum ciuitati prænunciauerint, haud mediocriter digni sunt qui honore afficiantur: si uerò oscitantes fuerint, si ciuitas capitur & hostilia patitur, ipsi pœnas proprijs capitibus luēt, omnium extremo affecti supplicio. Ad hunc opinor modum & quisque sacerdotum, quoniam speculator à Deo constitutus est, si quidem populis sibi concreditis malum quod lædere solet annunciauerit, hac sibi uigilantia coronam conciliabit. Rursus uerò incidet in mala quæ per iram Dei accidunt, si tacuerit, haud mediocri damno afficiens eos, quos inclamationibus suis ad rectam uiam inducere debebat. Erat itaque bellum, non aduersus uulgarem aliquem similem nobis hominem, sed magis aduersus ipsum omniū nostri seruatorem Christum motum. Scriptum nanq; est, neminem dicere anathema Iesum, nisi ex Beelzebul: hoc est, neminem negaturum Christum, nisi Satanam habeat ad hoc instigantem. De hoc utique quod uerum sit nemo dubitabit. Draco igitur, apostata ille, hoc est, Satanas, uirū sacerdotem, incautum, imò mente seductum nactus, & linguam assequutus acerbissime, & sine circumspectione ueritatis dogmata calumniantem, Seruatorisq; nostri gloriam diminuentem. (Erat enim temeraria, & effrenato impetu quæuis etiam absurdissima audacter aggrediens) tumultuatione uniuersas adimpleuit Ecclesias. Obsessa autem ad hunc modum recta fide, ubiq; oriebantur dissensiones, & multa dicebantur ab ijs qui iam crediderāt, uidelicet, seducti ne essent quod deum esse Christum secundum ueritatem cogitassent. Et quid inde sequutum est? Pestifera quædam lues orbem depasta est, mendacium radicis loco habēs, ac patrem Satanam. Cum itaq; positi simus à Deo in locum speculatoris, ut curam populorum geramus, quomodo nō incumbebat nobis ut admodum alacriter sacra et Ecclesiastica tuba arrepta, his qui pietatem seruare cupiunt, diabolici gladij incursum significaremus?

A Quam enim pœnam Deus tacentibus parauit? Sanguinem eius, inquit, de manu tua requiram. Sed erat, ô Christi amans rex cautum & inuitorū cor tuum? Erat certe, & hoc ipse confirmo. Imò res ipsæ hoc clamant. Et præterea longus retro temporum tractus hoc testificatur, quo erga pietatem probati, cum maiorum gloria certatis. Et quoniam illis gloriosum est, quod à uestra sereni
B tate superantur, meritò dixerim, nihil ueritus, meliorem uos & cōmodiorem * tulisse sententiam. Noui quàm insit uobis immota fides, quàm firma in Christum dilectio. Scripsi uerò non inutiliter, ad hoc, ut alijs ipsi, præsertim Ecclesijs omnibus adeò turbatis, succurreretis. Est enim uobis in cōsueto, ut seruetis. Tuba quę Barbaricos incursus annunciat, robustissimum quidem & pugnacissimum quenque de competenti sibi dexteritate admonet: solum uerò eum qui nō admodum acri est animo neque belli habet experienti am, cautum reddit, ne quo pacto in hostiū acies per imprudentiam incidens, crudelitatis ipsorū rapina fiat. Ad istum itaq; modum quæ de Christo dixi, stimulum quidē pietati uestræ aduersus Diaboli laqueum admouerunt, cauros uero in fide reddiderunt eos qui leui sunt & mobili mente. Christi mysterium non ita facile à multis capitur. Est enim uehementer profunda illius doctrina etiam illis, qui potissimum mente ualent, & diuinas scripturas exquisite uersant, ægrè tanq; in ænigmate, & ueluti in speculo cognoscibilis.
C Sicut autem sacratissimus Paulus dicit: Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Et præterea secūdum Salomonis dictum, gutta destillans cauat petram. Quapropter si sermones illi qui nocere solent, in humanam mentem indesinenter instar guttæ destillauerint, non mediocre, imò aliquando & omnimodum adferūt nocumētum. Facta est itaq; à me pernecessaria & utilis admonitio, cum ad eum ipsum, qui præter omnem opinionem Christo bellum intulit, tum ad alios qui mysterij huius cognitionem non admodum exactam assequuti, seductoris uerbis ueluti tēpestate quadam plurimum adobruebantur. Quod autem necessariò scripserim, ipsa quoque rerum uis affirmat. Superioribus quidē ac præterlapsis temD poribus, res humanę à Deo dissidebant. Errabat enim uniuersa terra, sicut beatus Dauid dicit: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum. Sed uisitauit nos oriens ex alto. Apparuit nobis unigenitum Dei uerbum, & cum his qui terram incolunt cōuersatum est, homo nobis similis factū, & cum eo quod natura deus mansit, per seipsum nos Deo & patri interstitio sublato coniunxit, & à peccato nos per quod à deo dirimebamur liberauit, ac fide iustificauit. Est enim ipse pax nostra secundum scripturas. Erat itaq; futurum ut uiola fide uinculum illud pacis nostra quo Deo connectimur, rumperetur: & iusticiæ uia mentibus nostris abrepta obscuraretur, ne quid durius dicam, Iustificamur enim per sanctum baptisma, mortem



mortem Christi annunciantes, & simul resurrectionem eius confitentes. Veruntamen, ô Christi amans Rex, mortem annunciamus nō cōmunis hominis, sed inhumanati dei, & passi quidem pro nobis carne, secundū scripturas: uiuentis uerò, tanquam Dei, et in sua natura impassibilis manentis. Cum itaq; periclitaretur spes Christianorum, quantum aduersum seductoris uerba & linguam imperitam & futilem conueniebat, admodum necessarium & Regi irrecusabile erat, ut ueritatis armaturam habētes eos qui recte credunt defenderemus. Quod autem me potissimum, ut hoc facerem incitauit, hoc est beati patres nostri confidenter sacerdotium à Deo acceptum ab hęreticorum peruersitatibus suis temporibus liberārunt, præsertim impiorum Arianorum: quanA quam qui tum humanarum rerum dominiū obtinebant, ueritatem ignorabant, imò magis cum illis sentiebant, ac dentibus aduersus Ecclesiæ doctores fremebant. Verum hi omni metu reiecto rectam & irreprehensibilem fidei doctrinā prædicabant. Sciebant enim Dominum nostrum Iesum Christum dixisse: Ne timeatis uobis ab illis qui corpus occidunt, animam uerò occidere nequeūt. Timete autem potius eum qui & animam & corpus in gehennam perdere potest. Cum igitur illi, tametsi infensissimos hostes haberēt eos, qui temporibus uniuersale habebant imperium, nihilominus nō siluerint, ut Seruatoris nostri omnium, iniuria affecti gloriam tuerentur, quomodo non erat necesse ut & nos epiecię ipsorum C & syncēritatis erga Christum uestigia insequeremur? Quomodo non erat aduersum blasphemi uoces eructanda ueritas? Sciebam, sicut dixi, pietatis uestræ firmitudinem. Persuasus eram exacte, illum uobis non placere plus quàm me, propterea quod non silebam. Erat illud ineptum, q̄d me cunctatio prope decori transgressorem conficisset, & eo duxisset, ut Deum offenderem. Verū dicebam ad meipsum, Inexcusabile habes, ô mute, silentium, & graues aduersum te culpas cum apud Deum tum apud homines contrahis. Pius est & Christi amans Rex, regia à Deo ornatus gloria: & præterea ipsa quoq;, quæ ijsdem cō ficitur honoribus insignis, pientissimarum RegiD narum dyas eodem nobiscum est erga uenerā dum, & admiratione dignum Virginis fœtū affectu. Quicq; ordine uicino & dignitatum excellentia illustres in recta & inculpata fide perseuerant, contristati sunt & ipsi propter spretam Seruatoris nostri gloriam: & quomodo non intrepide quæ Deo probantur exequeris? An non imbecillis natura, quando ex animi sentētia uentum habet adspirantem funium usum aspernatur? Et qui debilis bellicq; minime cupidus est, si in militia constituto succurrente præstantiorum manu uincere liceat, nec fugere abiecto clypeo, nec meticulosus esse uidetur. Talibus meipse cogitationibus exacuens, & dominationis uestræ pietate fretus impigerrime in medium prodij, necessariū ratus ut Christo ignominia affecto patrocinarer.

A Verum quomodo necessarium fuisse dicam, arbitror ad ea quę dicta sunt & hoc adijciendum. Electus erat Nestorius, tanquam qui Apostolicis esset prædicationibus exercitatus, & ad pietatem promouendam artifex, quiq; rectam, & omnino inculpatam fidem haberet. Et talem esse hunc hominem cupiebat etiam uestra Dominatio, & omnes simul sanctarum Ecclesiarum præsides, & ego ipse. Etenim cum de illius ordinatione à pientissimis episcopis, ad hoc adhibitis, missę essent literę, rescripsi sine cura gaudēs ac laudās, optāsq; tanquam fratri & comministro ut illi quæq; selectissima bona per diuinam darentur sententiam. Quæ uerò postea sequutę sunt accusationes non nostræ sunt deputandæ philadelphiæ, sed magis
B illius improbitati. Electus erat uelut ouis, sed inuentus est lupus: uelut fidelis ac syncerus famulus, sed dilexit contrarium: uelut uuarum ferax uinea, sed protulit spinas, sicut scriptum est: uelut industrius agricola, sed insidiatus est argo: uelut bonus pastor, sed feris agrestibus factus est immanior. Deinde nescio quomodo prauis opinionibus laborans, admonitus est sæpenumero, idq; à multis. Num igitur per admonitiones est emendatus? Num cōsilia in melius mutauit? Num boni aliquid animo concepit? Num mendacium odio prosequutus est? Num ueritatē dilexit? Num inscitiæ caliginem est aspernatus? Num lucem quæsiuit? Num nugari aduersum Deus desijt? Num cōtradicentium reuerētus est multitudinē? C Num abstinuit ac pepercit, cum multos & innumeros offendi uideret? Nequaquam. Sicut & ipse rerum exitus declarauit. Cum enim sancta Synodus ad Ephesiorum metropolim dominationis uestræ decreto congregata esset, uenit & ipse. Tum quoq;, tum inquam, cum super præteritis lamentari ploraréque deberet, nō secus quàm si nemine in ijs quæ cum adhuc in magna illa ciuitate cōuersaretur, ausus fuerat dicere offendisset, peiora adiecit, ac turpiora nugatus contraq; Seruatoris nostri gloriā est ausus, paruuipēdens omnino, imò prorsus nihili, cōmissum in ipsum blasphemiæ crimen. Quæ nanq; ausus sit dicere, satius est tacere. Quapropter, cū loqueretur sanctis Episcopis decētissimum habentibus ab omnibus bonis testimonium & existimationem, diuinarum etiam scripturarū expertissimis & gnaris, qui & plerunq; plurimum blasphemijs ipsius contra Christum offensi, incontinentemq; & futilem eius detestati linguā, lotis contra ipsum manibus, quæ audierant sanctæ Synodo illachymātes renunciārunt, non absconditè ac latenter, sed cōfidenter ita dicentes: ut quod in acta quæ fidei gratia signabantur, referretur, parati etiā ad conuincendum ipsum super his quæ cum illicita sint cogitatu, contra Christū loquutus erat. Fecerūt autem hoc, diuini tribunalis ueriti iudiciū. Non enim indulgentes erant, sed magis amantes Dei, & dilectionis erga Christum synceri obseruatores. Quemadmodum enim, qui sacri uestri Imperij sceptris subiecti sunt, siue generosi duces, siue

Universidad de Deusto
Biblioteca



alij in dignitatibus & excellentijs constituti, illustres & amicissimi uobis redduntur, si competenti modo succenseant, sicubi quidam uel petulantem & intemperantem contra uestram Dominationem linguam mouerint, uel aliquid absurdi committere uoluerint: ita & diuinū sacerdotem omni laude dignū reddit, cùm apud Deum tum apud homines, si non patiatur quenquam cōtra diuinam nugari gloriam, sed omnino tales pro summis hostibus ducere studeat. Etenim & beatus Dauid hoc sibi pro illustri gloria ducēs uociferatus est: An non qui oderunt te Domine oderam, & contra inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderā illos, & inimici facti sunt mihi. Quod si Christū diligunt, qui illū blasphemant, à recta ratione aberrant, qui eos impugnant. Si uerò Christum odiunt, iam manifestum est nec ullo modo dubiū, admodum esse suspiciēdos, ac deo dilectos qui nugis illorum syncera ac Deo grata doctrina repugnant. Erat autem & alia ratione, & utile & necessarium uestro Imperio, ut â diuinis arceretur altaribus is qui illa contaminauit. Si quomodo hoc sit intelligendum rogauerit quisquam, declarationem illius satis faciēdi gratia ex diuina scriptura adferam. Israelitæ quondam neglectis quæ per sapientissimum Mosen fuerant constituta, spretoq; mādato quod ipsis fuerat datum usq; adeo sunt auersi, ut à Deo defecerint, ac simulacra, militiamq; cœli, sicut scriptum est adorauerint. In eam autem miseri iam improbitatē deuenerant, ut & ipsum diuinum templum contaminārint. Succēsuit istis deus, tradiditq; eos in manus inimicorum. Vt autem Ezechias, uir sanctus ac bonus, regnum est adeptus, quæ collapsa fuerant restituit, repurgatoq; sacro templo omni potenti Deo quæ conueniebant, obtulit. Est autem de illo ad hunc modum scriptum: Et regnauit Ezechias cum annorum esset uiginti quinq;, alloquutusq; est Leuitas, dicens: Audite Leuitę, Mundate nunc & sanctificate domum Dei patrum nostrorum, & quæ in sanctuario est, immūdicitiam ejcite. Defecerūt enim patres nostri, feceruntq; quod malum est coram Domino, & reliquerunt ipsum. Cum autem istis & alia quædā audientibus utilia adiecisset, subintulit iterum, dicens: Et nunc ne differatis. Domino nanque placuit, ut uos in conspectu ipsius ministretis, sitisq; ipsius ministri, ac incensum ipsi offeratis. Et surrexerunt, inquit, Leuitæ, ac congregauerunt fratres suos, sanctificatiq; sunt secundum præceptū Regis, ut ex mandato Domini domum Domini sanctificarent. Et ingressi sunt sacerdotes domū Domini, & in tentorium domus Domini. Deinde subdit sancta scriptura: Et sextadecima die primi mensis quod cœperant compleuerūt, ingressiq; sunt ad regem Ezechiam, ac dixerunt: Sanctificauimus omnia quæ sunt in domo domini. Deinde & hoc scriptum est: Et mane surrexit Ezechias rex, & congregatis ad se primoribus ciuitatis, ascendit in domum domini, & obtulit tauros septem, pro peccato, pro regno, pro sanctuario, & pro Hierusalem. Intelligis hinc ô Christi amās Rex, quomodo optimus ille Ezechias cum Deo sacrificare institueret, in templum Dei non ascenderit, nec quod cupiebat perfecerit, priusquā sacerdotibus Dei domum domini repurgare, & omnem immunditiam ejcere præcepisset: quo facto adolebat splēdide, gaudebatq;, id q; uehementer meritò ut qui acceptum iam deo sacrificiū offerret, propterea quod templum ab immunditia quam habuerat liberasset. Tale quid et âuestro factum est Imperio ad gloriam Christi. Est enim uobis in consueto, ut in Ecclesijs sacrificetis, & largissima manu quæ sint ad gloriam Christi offertis. Verum necessarium erat, ut primum mundaretur templū, & ab omni macula & inquinamento liberaretur, ac tum demum suo tempore sacrificaretur. Superat autem quam uis inquinationē blasphemia contra Christum ad calumniam prolata. Sed, ut iā dixi, præcepistis Sacerdotibus, ac præpurgārunt uobis templum, sanctificauerūtq; illud imperitam & impiam compescētes linguā, ut uos illustriores sitis & coram deo & angelis et hominibus. Sancta itaq; et œcumenica Synodus, ut & omnium seruatori Christo gratificaretur, & fidei, quæ in ipsum est, patrocinaretur, tantū non dicens: Zelo zelata sum pro Domino, sicut scriptum est, ut scandali occasio è medio tolleretur cum rauit, & ut decebat, imò & necessarium erat, cum his qui laborabāt, & fortiter unà pugnauit, & cupide certauit honorúmque qui generositati erga Christum debētur, nobiscum facta est particeps. Qui eundem nobiscum sunt zelum amplexi, & deo grata alacritate abunde animati, hi facti sunt duri & immisericordes. Qui uerò nullius momenti blasphemam illam improbitatem faciunt, offensi quidem sunt ac doluerunt & ipsi. Verum non tam propter Christi gloriam quām propter eum qui sæpenumero & impiè contra Christum est nugatus, ideóque & eos qui generose pugnabant ipsi impugnabāt: & his qui quę Christi sunt sapere uolebant, per ea quæ ausi sunt aduersaban tur, tantum non uociferantes, Vt quid petulantē & infrenem linguam compescuistis? & lupum ouilla pelle detracta, omnibus ubiq; constitutis cognobilem reddidistis? Quod enim reprehensum illū esse ægreferunt, nihil aliud esse opinor quàm hoc ipsum, quod dixi, clamantiū: Qui enim Antiochenæ præest ecclesiæ à sancta Synodo abfuit, licet à uestro Imperio ad præscriptum diem adesse iussus. Detrectauit autem aduentum suum, ut cunctando improbitati eius qui contra Christum nugatus est gratificaretur, imò ob id quod, ut uerisimile, uel certe uerum & indubitatum est, eadē cum illo sentiret. Nam cum sextus decimus dies ageretur, uix tandem aliqui ex ijs qui cum ipso erant præcipui, & ipsi Metropolitani, uenerunt, ipsiusq; nomine sanctæ Synodo annūciārunt, omnino nō esse aduentum eius expectandum, sed maturandū ut decreta uestra perficerentur. Tum tandem ægrè sancta Synodus in sancta Ecclesia, quæ Mariana uocatur, congregata est, Christūq; assessorem



assessorē, capitis loco, adiunxit. Venerādum em euāgelion in sancto Hirono collocauit, tantū nō in aures sanctorū sacerdotum clamans, iustum iudiciū iudicate, iudicabitis inter sanctos Euangelistas & Nestorij uoces. Communi itaq; omnium sententia, quæ illius sunt condemnauit. Euangelicæ uerò & apostolicæ traditionis uenustatē declarauit, atq; ita ueritatis potentia obtinuit. Asserta est enim ab omnibus recta & inculpata fides, ꝗd & uobis probatur, ô Christi amans Rex. Omnis enim uester scopus cū ad id quod deo probatur, tum ad pietatem prospicit. Nunquam enim aliquid ueritati præposuistis. Ioannes uerò Antiochenæ ecclesiæ præsulatum sortitus, negligens quidem est, segnis ac patiēs, ubi Christus iniuria afficitur: acer uerò & auersator malorum, ubi nugarum cōdemnatur is qui illas contra Christum euomit. Nullius tamen iudicium hoc Ephesinū duxit, & quasi liberū ipsi esset in subiectis sibi Ecclesijs facere quidlibet prorsus nemine reprehendente, quasi in uniuersum sublatæ sint Ecclesię leges, nec inspiciat Deus res humanas, & negligentia magis quàm prudentia gubernet, ireq; indulgens potius quàm sobriæ rationi dominatū permittens, cum uix iam curru desilijsset, cubiculūq; ingressus esset adhuc puluerulentes, sententiā pudam & stultam cum ijs tulit, quos cōsentientes habebant. Erāt autem uiri agrestes & Celestiani, depositi, & qui Nestorij dementiam tuebantur, ex uehementi stupiditate in blasphemiæ contra Christum culpa cum illo communicabant. Vniuersam quidem Synodum contumelia afficit, ex clusionis nomine inuoluēs quotquot ex uniuerso orbe ueniunt, uiros uenerandos, & uestro Imperio notissimos, plurimam etiam celebritatem apud optimum quenq; sortios: me uerò & Ephesiorum sacerdotem grauiori contumelia inuoluit, mentiens ac dicens, quod cum impio Apollinario sentiamus, Arijq; & Eunomij friuola & impia dogmata approbemus. Fecit autē hoc, ut dixi, omnia mouens, & cōcutiens indomitis iræ impulsibus, ac ueluti omnibus habenis impijs furoris & arrogantiæ motibus permissis, ꝗd sane admiror. Cum enim semper fuerit amicus & dilectus, nec unquam sermones meos reprehenderit, quin & alacriter ad me scripserit, & literas meas receperit, atq; ante ipsas me Ephesi portas dilectionis affatibus tātum non complexus sit, suisq; ad me literis ita scripserit: Domino meo pientissimo ac sanctissimo comministro Cyrillo in domino salutem. Nec me mediocriter adfligit, quod omnino sanctitas uestra Ephesum aduenerit, Paucis hisce diebus impeditus tardior aduenio. Desiderium enim sanctitatis tuæ maius mihi inest quàm sit necessitas, iter hoc compendio absoluendi. Et post alia: Ora igitur, inquit, Domine ut hoscę quinq; aut sex dies sine molestia in hoc itinere absoluamus, accurramusq; & sacrum nobis ac diuinum caput complectamur. Qui cum Domino meo pientissimo Ioāne Damascenorū episcopo & Paulo & Macario sunt, sanctitatem tuā salutant, uniuersam quæ tecum est fraternitatem ego & qui mecum sunt salutamus. Vale, & orando pro nobis perseuera, Domine pientissime ac sanctissime. Quomodo igitur cōministrum me ac fratrem nominauit? Audio uerò quod putet astute se dicere, ut commissi in me delicti culpam repellat, quod inimicitiam adhuc celans, manifestationemq; illis ad opportunum usque tempus reseruans scripserit. Deinde si hæreticus sum, & impiæ Apollinarij, præterea & Arij & Eunomij improbitatis consors, quomodo me comministrum uocat? Vt quid etiam caput meum sanctū, ad hoc & sacrum appellat? An nō omnibus perspicuū est, quod si quisquam sit qui barbarice cupiat esse animatus, hic futurus sit omnino sacerrimi Regni uestri inimicus? Sed occuluit, ut inquit, inimicitiam, & dulcis quidem fuit, quantum sermone fieri potuit, cor uerò dolo & acerbitate refertum habet. Adhæc, quis eum ausit laudare qui ad hunc modum uiuere consueuit? An uult nos in scrutandis Græcorum sapientibus esse curiosos? Sed illi oderūt eum qui & alterius est linguę & alterius sententiæ. Inquiramus diuinę scripturę scopum. Deum audiuimus clare de his qui eodem cum illo sunt ingenio dicentem: iaculū uulnerans est lingua eorum, dolosa sunt uerba oris eorum: cum proximo suo loquitur pacem, at in seipso continet inimicitiam. An super his non uisitabo dicit Dominus? Aut de tali gente non sumet ultionē anima mea? Fraus enim & seductio, & abscondita amarulentia, detestabiles sunt coram Deo. Et pacifica quidem loqui, inimice uerò affectum esse, res intolerabilis coram eo reputatur. Quapropter et iniuria me afficere nunciatur, excusationes forsan, sicut scriptū est, in peccatis prætexens. Temerarius enim ad conuiciandum & artifex ad calumniandum, sermonem aliquem faciet quo respōdeat forte, sicut putat, & clamat etiam, non inertem. Dicit enim: Et ego pro Domino zelatus sum sicut & sancta Synodus, offendiq; uos meis sententijs tanquam hæreticos. Ista uerò dicēs, similis est illis quos Esaias propheta intulit, dicentes: Posuimus mendacium spem nostram, & mendacio obtecti sumus. Quod si quisquam hoc fortè neget, res ipsa proclamat. Primū enim superciliosus & arrogans deprehendetur, quotquot per uniuersum orbem sunt, sanctos sacerdotes, & contumelia inuoluens, & eadem uigaferiens. E cōmunione nanque excluſos esse iussit, qua re non magis illos læsit, quàm seipsum è communione eorum exemit. Est enim id parū sensatis in consueto, ut putent se quosdam ferire, facere conātes, quæ forte nefas quidē ipsis est facere, & quibus aliquādo semetipsos magis lędūt quàm alios. Quomodo autem rationi consentaneum erat & primores obiurgare, & meliorem sortitis ordinem imprudenter insultare, & Ecclesiasticarum legum disciplinam, pacis conciliatricem, deserere? Ne eorum quidem qui in mundo sunt scientiam imitari cupit. Mensuras dignitatibus pia uestra definiuit Dominatio. Quisq; autē

Universidad de Deusto
Biblioteca



eorum, qui honorati sunt, et ordinem suum haud A
ignorat, & præposito cedit, nec cum paribus con
tendit. Hic autem ne hoc quidem, quod admodũ
friuolum est, omisit: sed contempto decoro, ue-
lut infrenatis ac incircũspectis affectibus adue-
sus omnes contendit, & cum semetipsum omni-
um communione priauerit, putat se rebus suis
probe consuluisse. Verum si certo me & Epheso
rum sacerdotẽ hæreticos esse persuasus erat, quid
prohibebat, antequã uenissent ad ciuitatẽ Ephe-
siorum, literis nos accusare, manifestaq; facere de
quibus aduersum nos conquerendum sibi puta-
rent. Deinde ubi Ephesum uenerunt, quid impe-
diebat quo minus congrederentur nobiscum, ac
cusarentq; cum fiducia & ad apologiam nos uo-
carent, atque ita simul cum aliis uel culpa libera- B
rent rectè sentientes ac loquentes, uel iustæ con-
demnationi subiicerent, ab Ecclesiasticis dogma
tis discrepantia sentire deprehensos? Postquã ue
rò sensit se frustra nos accusasse, & impie contra
orthodoxes struxisse calumniam, nihilominus
ut reuerẽtiæ & amicitiæ Nestorij nos oppugnan
do gratificaretur absconditè læsit, ac ueluti in no
cturna quadam pugna non uisus iaculo nos pe-
tijt, chartam fallis accusationibus refertam con-
cinnauit, & ad pias uestras aures referre ausus est,
ne hoc quidem animo perpendens quod in diui
na positum est scriptura: Neq; mẽdacium coram
Rege per linguam proferatur. Nos uerò ubi hoc
cognouimus, libellos sanctæ & œcumenicæ Sy-
nodo exhibuimus, cum rectam ac firmam Eccle- C
siæ fidem confitentes, tum eos qui Arij, & Apol-
linarij & Eunomij dogmata probant anathema-
tizantes. Sumus autem illum hortati ut iuxta Ec
clesiasticas leges in medium prodiret, suis ipsius
adfuturus sermonibus, nosq; conuinceret. Erãt,
opinor, quæ egimus, legitima. Ipse uerò in eã pro
lapsus est insolentiam, imò magis timiditatem ac
desperationem, ut aduentum suum ad nos negle
xerit, & sanctam Synodum ne uidere quidem au
sus sit, cum diligenter magis ac fortiter instare de
buerit, & non morari uocationem, sed sponte &
ultro accurrere & diserte reprehendere, ac con-
demnatos pronunciare, proq; suis ipsius certare
sententijs. Verum non accurrit, mala hac in re u-
sus conscientia. Aduentum autem suum ad san- D
ctam Synodum usq; adeo timide detractauit, ut
ex ædibus ne prospicere quidem ausus sit. Atqui
quomodo uerisimile erat electos Sacerdotes, me
mores dei dicẽtis: Iustum iudicium iudicate, nec
personam in iudicio recipite. dei nanq; iudicium
est, non omnino nos ac prorsus tanquam depre-
hensos hæreticos cõdemnationis fuisse subiectu
ros sententijs? Erat enim admodum necessarium
ut actorum cõmentarij uobis sisterentur & hæc
manifestarentur. Regionibus etenim & magnis
ciuitatibus unus quidem iudex Imperij uestri nu
tu designatur, qui & confidenter etiam in sangui
nis & uitæ iudicijs pronunciat, ac uos tanquam
legis latores reueretur, uestrisq; decretis iusticiæ
inquisitionem moderatur. Et quomodo qui à

Deo sunt ad sacerdotium electi cũ tanto sint nu-
mero, & existimatione haud uulgari, propter ui-
tæ inquam splendorem conspicui, nos potius re
uerituri fuissent, quàm diuinum præceptum?
Quod autem animus illius ad arrogantiam et cõ
tumeliam sit infrenis, etiam aliunde facile uidere
est. Iam enim fere triennio nouorum dogmatum
inuentor Nestorius blasphemias suas coram Ec-
clesia euomit. Postquam uerò suis etiam literis
sanctissimo Romanæ ecclesiæ episcopo Celesti-
no animi sui morbum manifestauit, non est pas-
sus durum ac seuerum iudicium, sed admonitus
potius, ut à praua qua laboraret opinione disce-
deret, inq; locum huius rectam & inculpatam fi-
dem eligeret. Admonitus est autẽ non semel tan
tum, sed & sæpe numero. Ipse uerò stanquam di-
ligens, ut arbitratur diuinorum dogmatum scru-
tator, ne quid durius dicamus, ac iactabundus
propter diuinarum legum cognitionẽ, cum nun
quam eos quos læsit, commonefecerit, nec ratio
nem reddiderit, imò neq; temeritatem suam tue-
ri ausus sit, impia tamen sententia sua contume-
liam intulit. Et forte hac in re sese magnifice iacta-
uit, ut & beatum Dauidem, dicentem audiat:
Quid gloriaris in malicia, qui potens es iniquita
te? Toto die iniusticiam cogitauit lingua tua, &
sicut nouacula acuta struxisti dolũ. Dilexisti ma-
liciam magis quàm bonitatem, iniusticiam pote-
ius quàm loqui iusticiam. Dilexisti omnia uerba
subuersionis, linguam dolosam. Propterea de-
struet te Deus in finem, euellet te, & transferet ta
bernaculum tuum, & radicem tuam de terra ui-
uentium. Audio autem, quod eum nonnulli à de
licto in nos commisso liberare conentur, asseren-
tes eũ iustè nobis esse infensum, propterea quod
sine ipsius præsentia contra blasphemum Nesto-
rium Concilium coegerimus. Verum satius erat
non nos hic accusare, sed magis suam ipsius cun-
ctationem in ius uocare, deinde & illis culpam
assignare, qui aduentum suum præuenerunt, ac
sanctæ Synodo prænunciârunt, non expectan-
dum esse ipsius aduentum, nec hoc nobis tribue
re, quod proditorie Concilium coegerimus, cum
in eo simus ipsius obsequuti uocibus. Quare nõ
magis mendaces ac seductores exosos reddidit?
At hos inter synceriss imos reputat. Sed esto for-
san offensus est. Debebat ne ob eam causam diui
nas negligere leges, Deiq; obliuisci dicentis: In-
demnare eos qui de nulla dum absurditate con-
uicti sunt? Debebat ne fratres gladio impietatis
conficere? Ecclesiasticas leges contemnere? ca-
lumniari? mentiri? idq; in pietissimis uestris auri
bus? Debebat ne nihilifacere rectitudinem fidei,
eoq; animo esse, ut inculpatũ habeat neminem, et
interea patrociniũ ei largiri qui contra Christum
blasphemias effudit, atq; hoc quærere ut mẽdaci-
um erigatur, ueritas uerò subuertatur? Dabit ne
quisquam hæc esse sanctę mentis fructũ? hęc esse
sacerdotalis consilij inuenta? Atqui deum audio
dicentem: Labia sacerdotis custodiunt iudicium
& legem



& legem requirent ex ore eius. Est itaque mani- A
festum, quod per ea quibus se arrogantiæ aduer-
sum nos declarare causas refellere putat, per ea ip
sa magis impie egisse deprehenditur. Ego uerò
ô Christi amans Rex, gaudebam quidem, quum
à patria discederem, & Alexãdria uestra relicta,
Ephesum proficiscerer. Tametsi magna uis uen-
tuelis infunderetur, ac nauẽ instar tonitrui per-
sonaret, fluctusq; in sublime sublatus circum gu
bernatorum capita æstuaret, etiam hic tamen a-
lacri animo in isto tempestatis periculo per dura
ui, futurum sperans, ut optatissimo mihi Domi-
nationis uestræ aspectu potiri daretur. Et præte-
rea, cum relicta Epheso ad illustrem illam ciuita-
tem deportarentur, qui ad hoc erant à sancta Sy-
nodo ordinati, ut iis quæ apud eam acta fuerant, B
patrocinarentur, cupiebam uiris illis adnumera-
ri. Primum quidem ob eam causam, ut Domina-
tionem uestram uiderem: deinde, ut coram uobis
contra ipsum Antiochenum Episcopum iure a-
gerem, ostenderemq; eum sycophantam egisse,
& iniquè insaniuisse, impotẽtibusq; furijs esse su
peratum, propterea quod capita blasphemiarum
Nestorij anathematizauit. Fidei nanque meæ re-
ctitudinis testimonium dedit Romana Ecclesia:
& præterea sacra Synodus, ex uniuerso orbe qui
sub cœlo est, ut ita dicam, congregata. Quod e-
nim nullo pacto alienus ab euangelica & aposto
lica traditione deprehensus sim, & quod rectam
ac minime obliquam sacrorum dogmatum semi
tam percurram, communi sententia cõfessi sunt,
idq; scripto in commentarios qui leguntur, qui-
que à me scribentur, fidei gratia relatum est, & in
epistolas quoque, quæ ad Nestorium sunt scrip-
te. Optabam autem non horum tantum gratia
mihi esse, sed ut & reliquorum delationes contra
me & meos factas, falsas esse declararem. Propu-
gnatores enim dogmatum Nestorij, arcum con-
tra me exliuore & inuidentia tendentes, & quæ
ipsorum intemperantia & insania dictat, uarijs
modis struentes, uiros quosdam emptitios nacti
accusatores statuerunt, quorum Deus uenter est,
& gloria in confusionem ipsorum, sicuti beatus
Paulus dicit: ut per hos uestro imperio turbas ex
citent, idq; multoties tentarunt, cum nihil absо-
nifi int pasi. Nullam enim prorsus aduersum me D
causam habebant. Hi uerò qui insidiatoribus me
is nugas suas mercede locarunt, frustra nugati
sunt, nihil non incunctanter tentantes. Nihil e-
nim non audent qui huiusmodi sunt. Consue-
tam nanque maliciam habent, nec alicuius faci-
unt, etiamsi calumniæ arguantur, ac sæpenume-
ro contra quosuis mentiti deprehendantur, etia-
nisi sit præclarus quisquam inter eos quos accu
sant. Sciunt autem eos tales esse, atque ita uiuere
consuetos, quotquot uestram incolunt Alexan-
driam. Nugati sunt itaque illi materiam ad hoc
concitatis prælibantes, et mercedem tanqua spe-
cimen quoddam largitionis ad nugandum con-
tra me statuerunt. Tuli autem ista quidem admo
dum ægrè. Quomodo enim id non accideret?

Veruntamen recordatus sum seruatoris nostri o-
mnium, dicentis: Beati estis cum probris uos af-
fecerint & insectati fuerint, & dixerint omne ma-
lum uerbum aduersum uos, propter me, mẽtien-
tes: gaudete & exultate, quoniam merces ue-
stra multa est in cœlis. Sic enim & prophetas per-
sequuti sunt, qui ante uos fuerũt. Quando enim
iniquitatis pater Satanas Ecclesijs & ijs, qui re-
ctam fidem habẽt, laqueum substruere conatur,
& apostolicę & euangelicę fidei traditionem per
suos satellites adulterare audet, ubi qui seruãtes
sunt rectæ fidei, ueritatem illi opponunt, & ijs
qui quæ recta sunt peruertunt, resistunt, Christũ
habentes belli socium & auxiliatorem, qui ipsa
ueritas est: tum scilicet omnis mendacij pater,
multos qui mentiantur excitat, tum ferox illa sy-
cophantarum multitudo ijs qui pie uiuere uolũt,
aduersatur. Et ipsos etiam prophetas hoc passos
esse inuenimus. Prophetauit nanque suo tempo-
re beatus Amos, atque Israelitas uehementer re-
prehendit, quod dilectionem erga Deum negle-
xissent, & leges sibi datas contemnerent. Verum
in medium prodijt, & restitit illi Pashur. Erat au- Fecit hoc Ama
tem hic pseudopropheta, & cultor dęmoniorum sius sacerdos
detulitq; ad regem Israelis uirum uere sanctum Bethel. Vide
ac prophetam, ad hunc modum illum accusans: Amos 7.
Factiones contra te molitur Amos. Terra non
poterit sustinere omnes sermones eius. Consimi
liter & beatus Hieremias propheta peccantem
Israelem uias suas corrigere iussit. Verum nõ de
fuerunt delatores. Incitarunt autem contra eum
Sedechiam & reliquos qui regni sedem admini-
strarunt. Erat hæc causa grauis quidẽ ac uere mo
lesta: uerũ Deo probari & amicum esse pluris du
cebant, quàm suam ipsorum uitam, atque ita per
manebant in eo quod studiose agebãt, scriptum
scientes: Cor regis est in manu Dei, quocunque
uolet inclinabit illud. Reddidit enim Iudaicarum
rerum gubernatores clementes, ac misericordiæ
studiosos, utut sæpenumero exacerbati sint. Sed
omittamus quæ illis acciderunt, tanquam omni- De Athana-
bus nota, mentionẽq; faciamꝰ celeberrimi ac bea sio.
tissimi patris nostri Athanasij, qui olim Alexan-
driæ uestræ Episcopus fuit. Impugnabat ille per-
uersam Arij opinionem. Nugacitatis uerò illius
assentatores perseueranter illum calumniaban-
tur, petulantem et infrenem linguam aduersus e-
um exerentes. Nec contenti mendacijs, brachi-
um hominis cuiusdam absciderant, quod circun
ferentes horrẽdum uidentibus spectaculum ob
ijciebant, dicentes illud ipsum abscidisse Athana
sium, contendebantq; Arsenium quendam no-
mine crudelitatem hanc esse perpessum. Perseue
rarunt autẽ hoc pacto seducentes multo tẽpore,
donec Arsenius ille qui absconditus fuerat, adhuc
uiuus deprehenderetur, atque ita uix tandem im
probitatis ipsorum deprehensus est conatus. Erat
sycophantia ista animis liberis, bonamq; cõscien
tiam habentibus, molesta & acerba, conciderateq;
uehementer animus eorum, quibus ista accide-
rant, & molestissimum erat indubitato frustra his

Universidad de Deusto
Biblioteca



qui nihil læserant, insidiatos esse. Verũ quod ista A
ijs accidant, qui ueritatem administrant, diuina
scriptura prænunciauit. Dixit em: Ad mortẽ usq;
certa pro ueritate, & Dominus pugnabit pro te.
Præterea & ipse Dominus noster Iesus Christus
discipulos suos ad bonam instruens confidentiã,
suadensq; ut quoduis mendacium, & labores in
persecutionibus ferendos contemnerent: Si me,
inquit, persecuti sunt, & uos persequentur. Si pa-
trem familiãs Beelzebub uocarunt, quãto magis
domesticos eius? Pudore autem eos affecit, idq;
ualde utiliter, inculcans illud: Non est discipulus
supra magistrum, nec seruus supra dominum su-
um. Si nanq; Christo contradixerunt, quæ nostri
erit habenda ratio? Et si cõtra quemuis sanctum B
structæ sunt calumniæ, quomodo minimi nos ef-
fugeremus? Intemperans quidem est impiorum
lingua, sed uelut ad decliuia fertur, maledicta &
odibilis corã Deo. Psallit igitur beatus propheta
Dauid, dicens: Disperdet Dominus uniuersa la-
bia dolosa & linguam magniloquam. Expertus
est mecũ infrenatæ linguæ iacula dilectus quoq;
solitarius Victor. Prædicarant enim de ipso qui-
dam ex his fortè, qui mentiri cõsueuerunt, quod
& ipse absurda quædam sit contra me nugatus,
ita ut cum Ephesum ad me uenisset, uehementer
illum nonnulli ex sancta Synodo accusarint, imò
uniuersi unum esse ex impiorum numero, uoci-
ferantes auersati sint, constanterq; parricidam &
homicidam, & quæ alia sunt huiusmodi, nomina
rint. Et cum hoc senex intellexisset, admodũ mul
tis ipsum sanctis Episcopis circũstantibus, sublа-
tis in cœlum manibus præter morem per sacro-
sanctum baptisma, & uenerãda Christi mysteria,
nullus horum scelerum se conscium esse iurauit,
atq; ita uix tandem offensorum animos ego & ip
se pacare potuimus. Verum tametsi plurimi men
dacijs studẽtes, imò à Nestorij studiosis ad hoc in
citati, irruerent ac frustra insultarẽt: suffecit tamẽ
ad succurrẽdum seruatoris nostri gratia, & pieta-
tis uestræ odium, contra malitiosos. Ereptos em
ueluti ex ardenti camino placidissimis uestris nu
tibus seruastis, ut unà cũ alijs qui per uniuersam
uestram Aegyptum sunt sanctis episcopis indesi
nentes pro Imperij uestri uictoria, & perpetuita-
te gratiarũ actiones sanctissimo Christo offe-
ramus, per quem, & cum quo deo ac pa-
tri sit gloria, cum sancto spiritu in
secula, Amen.

FINIS. DECLA



# DECLARATIO DVODE-



CIM CAPITVM ET ANATHEMATISMORVM, A CYRILLO ARCHIEpiscopo Alexandrino, Ephesi sacra synodo latiorem illorum explicationem petente dicta,

VVOLFGANGO MVSCVLO interprete. *author Damnato.*

CONSPICVA sunt intelligentibus o- A
mnia, & recta scientiam inuenientibus, sicut scriptum est. Hi nanq;, qui sacra diuinæ scripturæ uerba acuto & puro oculo introspiciunt, utilitatis loco diuinum quendam et cœlestem ex illis thesaurum in animos suos recondunt. Qui uero mentẽ habent ad mendacium propendentem, & quorundam dicacitate deuictam, uanæq; scientiæ amantem, consortes illorum erunt, de quibus beatus Paulus dicit: In quibus Deus huius seculi, sensus infidelium excæcauit, ut non splendeat illis illuminatio euangelij gloriæ Christi. Sunt enim cæci, & duces cæcorum. Quapropter & in foueã perditionis incidũt. Sicut nanq; seruator ipse alicubi dicit: Si cæcus cæco ducatum præstiterit, ambo in foueam cadent. Nugantur itaque nonnulli contra ueritatis dogmata, & mentem diabolica improbitate refertam habentes, ueritatis mysterium urgenti studio adulterare conantur, incarnationisq; unigeniti, dispensationi haud medio criter derogant, non intelligentes, neq; quæ dicunt, neq; de quibus affirmant, sicut scriptum est. Sunt autem huiusmodi impietatis inuentores multi quidem, & alij superioribus, & iam elapsis temporibus facti: nunc autem illorum impietate minime inferiores Nestorius & qui cum illo faciunt, ad exemplum priscorum pharisæorum Christo aduersantur, impudenter uociferantes: Quamobrem tu, cum homo sis teipsum Deum facis? Est itaq; necessariũ, B
ut aduersus illorũ sermones accingamur, & impura ac prophana eorum dogmata anathematizemus, memores Dei per uocẽ prophetæ, dicentis: Audite sacerdotes, & contestamini domum Israel, dicit Dominus omnipotens. Et iterum: Ingredimini per portas meas, & lapides à uia abijci te. Oportet enim nos qui pro ueritatis certamus dogmatibus, è medio submouere offendicula, ne illo pacto populi ad illa impingentes, ueluti per planam semitam ad sacra et diuina stabula uenientes fere quotidie dicẽtes: Hæc est porta domini, iusti intrabũt per eam. Cum itaq; Nestorius ad ex citãdas turbas peregrina et impia dogmata libris suis inseruerit, necessariò salutis eorum, qui illa le cturi sunt, rationem habentes, anathematismos confinxiimus, non statim quicquid in mentem incidisset admonitoriæ, quam ad ipsum scripsimus epistolæ inserentes: sed ut iam dixi, peregrina & aliena esse à pietatis dogmatibus dementiæ ipsius demonstrantes cõuicia. Molestè uerò nõnulli forsan quæ à nobis dicta sunt, ferunt, uel nõ uere intelligentes uim eorum quæ scripta sunt, uel impuræ Nestorij hæreseos propugnatores, et impietatis illius, eadem sentientes participes facti. Latet itaque ueritas neminem eorum qui recte sapere consueuerunt. Quoniam autem uerisimile est futuros quosdam, qui non intelligant quomodo anathematismi isti aduersus illorum sint inducti nugas: necesse existimaui, ut singulos breuiter exponam, & quantum fieri potest uim illorum perspicuè doceam. futurũ est enim, ut arbitror, hoc institutum conducibile ad utilitatem legentium.

ANATHEMATISMVS I.

Si quis nõ confitetur Emmanuelem secundũ ueritatem esse deum, ideoq; sanctam uirginẽ esse deiparam (carnaliter enim uerbum ex deo patre carnem factum, genuit) anathema sit.

DECLARATIO.

Beati patres olim Niceæ congregati, cum rectæ & irreprehensibilis fidei determinationem exponerent: credere se dixerunt in unum deum patrem omnipotentem, omnium uisibilium et in uisibilium factorem. Et in unum dominũ Iesum Christum, filium eius. Et in spiritum sanctum. Ipsum uerbum quod ex deo est, per quod omnia facta sunt, lumen de lumine, Deũ uerũ de deo uero incarnatum esse, & inhumanatum, passumq; & excitatum dixerunt. Cum enim unigenitum patris uerbum secundum naturam deus esset, semẽ Abrahæ assumpsit, sicut beatus Paulus dicit: Et nobis simile factũ de carne ac sanguine participauit. Natum est enim secundum carnem è sancta uirgine, & homo nobis similis apparuit: non destitutis eo, quod Deus est, absit: sed existẽs quod erat, & in diuinitatis natura & gloria permanẽs. Dicimus igitur ipsum uerbum hominem esse factum, nec cõuersionem aut alterationẽ sui in id quod nõ erat passum. Idem enim semper est, nec mutationis obscurationem pati sustinet. Sed & neq; cõmixtionem, neq; confusionem, nec temperaturam aliquã essentiæ eius cũ carne factã esse statuimus. Dicimus aũt uerbũ carni, rationale habenti animã, modo nobis, nec intelligibili, nec decendo, quem solum ipsum nouit esse unitũ. Manfit itaq; deus in assumptiõe quoq; carnis, & est unus dei ac patris filius, dominus noster Iesus Christus, idem cũ ante omnia secula & tempora, quatenus intelligitur uerbũ esse dei, & character subsistentiæ eius, tum in nouissimis temporibus per dispensationem homo propter nos factus. Quoniam uerò nõnulli natiuitatem eius secundũ carnem ex S. Virgine ad omniũ salutẽ factã tollunt, quæ

quę nõ hoc illi cõtulit, ut primum esse inciperet, sed ut nobis similis factus à morte nos & corruptione liberaret. Ob hanc causam primus noster anathematismus, partim contra peruersam illorum fidem uociferatus est, partim id quod rectè habet confitetur, Emanuelem secundum ueritatem Deum, & ob id sanctam uirginem Deiparam esse dicens.

ANATHEMATISMVS II.

Si quis non confitetur carni secundum subsistentiam unitum esse, quod ex Deo est uerbum atque unum esse Christum, cum carne sua, eundem uidelicet Deum simul & hominem, anathema sit.

DECLARATIO.

Scribit diuinus Paulus, sacer diuinorum mysteriorum minister. In confesso magnum est pietatis mysterium. Deus apparuit in carne, iustificatus est in spiritu, uisus est angelis, prædicatus est inter gentes, fides illi habita est in mundo, assumtus est in gloria. Quid igitur est, quod dicit: Deus apparuit in carne? Hoc est: Verbum ex Deo patre caro factum est, non secundum transmutationem, aut conuersionem in carnem mutatum, sicuti iam diximus: sed magis quod carnem ex sancta Virgine sumptam propriam sic fecerit, unus & idem appellatus filius, ante incarnationem, tanquam carnis expers, & uerbum tantum, post incarnationem uerò idem existens in corpore. Propterea dicimus eum simul & Deum esse & hominem, non diuidentes illum in hominem separatim & seorsim considerandum, & in Deum uerbum separatum, ne duos cogitemus esse filios, sed unum confitentes & Christum esse et filium et dominum. Eos uerò qui causam hanc non ad hunc modum habere suspicantur, aut nõ sic credere uolunt, sed eum qui unus est in duos filios diuidunt, & quæ secundum ueritatem sunt coniuncta à se inuicem separant, dicuntq; hominis cum Deo coniunctionem duntaxat, secundum dignitatem, uel autoritatem esse factam, à recta & inculpata fide alienos esse dicimus. Itaq; licet Apostolus nominetur, & unctus, inq; filium designatus dicatur, non tamen erubescimus hanc dispensationem, sed seipsum Dei patris uerbum, quando pro nobis homo factum est, tum sanè & Apostolum nominatum, & nobiscum secundum humanitatem unctum esse dicimus. Cum enim nobis sit simile factum, licet quod erat manserit, quæ humana tamen sunt non est auersatum: sed admittit potius simul cum humanitatis mensuris quæ sunt humana, propter dispensationem, nihil ex eo in propria uel gloria, uel natura diminutum. Est enim, est inquam, etiam hoc pacto Deus ac Dominus omnium.

ANATHEMATISMVS III.

Si quis in uno Christo subsistentias post factã illaru'n unionem diuidit, coniunctione tantum illas, quæ sit secundum dignitatem, uel autoritatem, & non magis coitione secundum naturam unionem connectens, anathema sit.

DECLARATIO.

Dispensationis unigeniti cum carne mysterium studiose considerantes, admirabili & inenarrabili modo uerbum Dei patris sancto corpori rationalem animam habenti adunatum esse dicimus, atque ita unum esse filium intelligimus, quemadmodum uidelicet in nobis ipsis cernere licet. Est quidem anima diuersæ à corpore naturæ, & tamen utraque coniuncta unum animal efficiunt. Verum sunt qui ista non ad hunc modum habere suspicãtur, sed hominem nobis seorsim ac separatim statuẽtes dei patris illum uerbo secundum solam dignitatem uel autoritatem nõ naturali, id est, uera unione, & sicut nos credimus, coniunctum esse dicunt. Nam ita & diuina scriptura alicubi dicit: Et eramus natura filij iræ sicut & cæteri, dictionem naturæ, pro uerè utrumpans. Itaque qui subsistentias post unionem diuidunt, & singulas, hoc est, Deum & hominem separatim ponunt, & coniunctionem illarum existimant, quæ secundum solam sit dignitatem duos omnino filios statuunt, cum diuina scriptura, & filium & Dominum esse dicat. Proinde post inenarrabilem illam unionem, quam Deum nominat Emmanuelem incarnatum, & humanatum uerbum, nos quod ex Deo ac patre est intelligimus: & cum hominem eum esse dicit, nihilominus illud ipsum uerbum per dispensationem in humanitatis mensuris constitutum esse cognoscimus. Dicimus itaque eundem palpabilem cum sit impalpabilis, uisibilem cum sit inuisibilis. Non enim alienum ab eo corpus est, quod illi coniunctum est, quod & palpabile, & uisibile esse dicimus. Eos uerò, qui ad hunc modum non credunt, sed quemadmodum diuisi, subsistentias post unionem diuidunt, nudámque coniunctionem, quæ secundum solam sit dignitatem, uel autoritatem confingunt, propositus hic anathematismus alienos ab ijs esse iubet, qui quæ recta sunt sentire consueuerunt.

ANATHEMATISMVS IIII.

Si quis uoces illas, quæ in Euangelicis & Apostolicis habentur literis, siue de Christo à sanctis, siue ab ipso de ipso dictas, duabus personis uel subsistentijs assignat, & alias tanquam homini separatim à dei patris uerbo intellectio: alius uerò tanquam Deo competentes, soli deipatris uerbo adaptat, anathema sit.

DECLARATIO.

Cum uerbum Dei, ac patris in ipsius esset forma & æqualitate, non est rapinam arbitratum, quod deo esset æquale, sicut scriptum est: sed magis seipsum ad spõtaneã exinanitionũ demisit, & in nostrã naturã descendit, nõ amittẽs quod erat, sed



sed magis etiam hoc pacto Deus permanens, & tamen humanitatis mensuram non despiciens. Sunt itaque ipsius omnia tam diuina, quàm humana. Etenim ubi seipsum exinaniuit, si in humanitatis sese mensuras dimittere erubuit? Et si humana detrectauit, quis illum necessitate ac ui aliqua ad hoc impulit, ut nobis similis fieret? Vniuersas igitur euangelicas uoces, tam quæ humanitatem, quàm quæ diuinitatem concernunt, uni personæ adaptamus. Nam & unum credimus esse filium Christum Iesum, hoc est, inhumanatum & incarnatum Dei uerbum. Itaque etiamsi humanum quid scriptura de Christo dicat, humanitatis eius mensuris hoc deputamus (est enim ipsius & humanitas, etiamsi Deus esse dicatur) Deum qui humanatus est, esse credentes. Rursus & quæ de humana natura sonant euangelicæ uoces uni Christo & filio assignamus. Qui uero illum in duas personas diuidunt, omnino duos comminiscuntur esse filios. Quemadmodum enim hominem, quales nos sumus, non in duas diuidimus personas, licet ex anima esse, & corpore intelligatur, sed unus & idem homo est, ita & in Emanuele faciendum est. Quoniam enim unus est filius & Dominus, uerbum illud Dei incarnatum & inhumanatum, omnino etiam una est illius persona. Et huic adscribimus eam humanam, propter dispensationem illius cum carne susceptam, quàm diuina propter inenarrabilem illius quam ex patre habet generationem. Qui uerò illum diuidunt & partiuntur in hominem separatim, tanquam alium præter Dei uerbum existentem filium, & in Deum separatim tanquam rursus alium existentem filium, me rito tanquam duos dicentes esse filios uirtuti propositi huius anathematismi subijciuntur.

ANATHEMATISMVS V.

Si quis Christum Deiferum hominem audet dicere, & non potius Deum secundum ueritatem, tanquam unicum & naturalem filiũ, quemadmodum uerbum caro, & carnis ac sanguinis, perinde atque nos particeps est factum, anathema esto.

DECLARATIO.

Verbum Dei diuinus Euangelista Ioannes carnem esse factum dicit, non secundum transmutationem aut conuersionem propriæ naturæ in carnem mutatum, sicut iam prædiximus (est enim inalterabile tanquam Deus) sed quia consimiliter nobiscum in carne ac sanguine communicauit, homóque factum est. Est enim in conspectu diuinæ scripturæ, ut hominem carnem uocet. Scriptum enim est: Et uidebit omnis caro salutare Dei. Sed impiorum dogmatum inuentores Nestorius, & qui cum illo faciunt, eadem uidelicet cum illo sentientes, simulant quidem confiteri se incarnationis uocem: uerum non sincarnatum, hoc est, hominem ad nostri similitudinem factum, ita ut quod erat manserit: sed uelut in homine uno ex sanctis, ex sancta uirgine nato, unigenitum Dei uerbum habitare affirmant, ut iam non confiteantur, quod unus sit filius & dominus adorandus: sed quod tanquã homo seorsum ac separatim intellectus, sola coniunctione secundum dignitatis unionem honoratus simul adoretur, & glorificetur. Habitat quidem in nobis omnium Deus, per sanctum spiritum. Nam & per unum ex sanctis prophetis dixit: Quoniam habitabo, & inambulabo in eis, & ero ipsis Deus, & ipsi erunt mihi populus. Scribit & beatus Paulus, dicens: An ignoratis, quod templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis? Et ipse Christus de sanctis prophetis, uel reliquis sanctis, qui ante ipsum fuerunt, dixit: Si & illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, quem pater sanctificauit, & in mundum misit: uos dicitis quod blasphemet, quia dixi, filius sum Dei: uerum non ita Deus in Christo, sicut in nobis habitat. Erat enim natura Deus, etiam cum nobis similis fieret, unus ac solus filius, etiam cum caro fieret. Itaq; qui Deiferum illum hominem dicere audent, & non magis inhumanatum Deum, merito proposito subiacent anathematismo.

ANATHEMATISMVS VI.

Si quis uerbum quod ex Deo patre est, deum ac dominum Christi esse dicit, & nõ magis illum eundem cõfitetur esse deum simul & hominem, sicut uerbum caro factum est secundum scripturas, anathema sit.

DECLARATIO.

Dominus noster Iesus Christus, unus & solus & secundum ueritatem filius Dei ac patris existens, cum uerbum illius sit, caro factus est, & simul omnibus unà cum genitore suo dominatur, flectiturq; illi omne genu cœlestium, terrestrium & inferorum, & confitetur omnis lingua, quod dominus noster Iesus Christus sit in gloria Dei patris. Est itaque idem ipse Dominus omnium, iuxtà quod & intelligitur, & est Deus licet non sine carne post inhumationem. Ipse uerò sui ipsius nec Deus est, nec Dominus. Est enim hoc omnium absurdissimum, imò omni impietate reuera refertum, si ita sentias aut dicas. Itaque meritò cõtra hanc impietatem propositus est hic anathematismus.

ANATHEMATISMVS VII.

Si quis Iesum à uerbo dei tanquam hominem actum & impulsum esse, & unigeniti gloriam illi tanquam alteri cuidam à se diuerso accessisse dicit, anathema sit.

DECLARATIO.

Cum unigeniti filij Dei generationem secundum carnem sancte uirgini beatus Gabriel euangelizaret: paries, inquiebat, filiũ, et uocabis nomẽ eius Iesum. Ipse nanq; saluũ faciet populũ suum à peccatis eorum. Nominatus autẽ et Christus est, propterea

Universidad de Deusto
Biblioteca



propterea quod nobiſcum humanitꝰ unctus eſt ſecundum Pſalmiſtę uocem dicentis: Dilexiſti iuſticiam, & odiſti iniquitatem, propterea unxit te deus, deus tuus oleo exultationis prę cõſortibus tuis. Quanquam enim cum ipſe ſit ſpiritus ſancti ſuppeditator, illumq; non menſurate det, his qui digni ſunt. Eſt em̃ plenus, & de plenitudine eius omnes accepimus, ſicut ſcriptum eſt: per diſpẽſationem tamen, ut homo unctus eſt. Dicitur & ſpiritaliter ſpiritus ſanctus, non humanitus per omnia ſupra ipſum uenisſe, ut & in nobis permaneat, licet propter tranſgreſsionem Adæ principio à nobis fugerit. Ipſum itaq; unigenitum Dei uerbum, caro factum Chriſtus uocatum eſt: & cum propriam habeat potentiam, deo competentem, miranda operatur. Proinde qui Chriſti potentiæ unigeniti gloriam acceſsiſſe dicunt, quaſi alter ſit præter Chriſtum unigenitus dei, duos ſentiũt eſſe filios: alterum operantem, alterum uerò illius operatione, tanquam hominem nobis ſimilem, impulſum ob eam cauſam uirtuti huius anathematiſmi ſubiũciuntur.

ANATHEMATISMVS VIII.

Si quiſquam aſſumptum hominem audet dicere unà cum deo uerbo adorandum & glorificandum, deumq; tãquam alterum cum altero appellandum eſſe, & non magis una adoratione Emmanuelem honorat, & unam illi glorificationem ſicuti uerbũ caro eſt factũ deputat, anathema ſit.

DECLARATIO.

Baptizati ſumus in unum deum patrem omnipotentem, & in unum filium, & præterea in unũ quoq; ſpiritum ſanctum. Denicq; beatus Paulus dicit: An ignoratis quotquot in Chriſtum baptizati ſumus, in mortẽ ipſius baptizati ſumus. Sumus itaq; illi cõſepulti per baptiſmum in mortẽ, ut quemadmodũ Chriſtus excitatus eſt ex mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Credidimus itaque & baptizati ſumus in unum, ſicut dixi, filium, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: hoc eſt, incarnatum & inhumanatum dei uerbum, ſumusq; unum adorare Deum edocti, & nobiſcum etiam cœleſtes uirtutes. Scriptum eſt autem: Cũ induceret primogenitum in orbem, dicit: Et adorent eum omnes angeli dei. Factus eſt autem unigenitus primogenitus, quando homo nobis ſimilis eſt factus. Tũc etenim & frater diligẽtium ipſum eſt appellatus. Si quis igitur adorari eum tanquam hominem, una cum altero præter ipſum exiſtente, uidelicet dei patris uerbo dicit, & nõ ſecundum ueram unionem in unum Chriſtum & filium & Dominũ coniunctum una adoratione honorat, iuſte uirtuti anathematiſmi huius ſubiicitur.

ANATHEMATISMVS IX.

Si quis dicit unum dominum Ieſum Chriſtum à ſpiritu tanquam aliena uirtute, qua per ipſum ſit uſus, glorificatum eſt, & ab illo acceſſiſſe, quæ contra ſpiritus immundos operatus eſt, & quę diuinitatis ſigna inter homines perfecit, & non magis proprium ipſius eſſe ſpiritum, perquem diuinitatis ſigna operatus eſt, anathema ſit.

DECLARATIO.

Cum homo factum ſit unigenitum dei uerbũ, etiam ſic tamen deus manſit, omnia exiſtens quę pater eſt, ſolo hoc dempto, quod ille pater eſt, & proprium habens, quod ex patre eſt. Et eſſentialiter inhærens illi ſpiritus ſanctus ſigna illa diuinæ potentiæ operatus eſt. Itaq; etiam homo factum deus manſit, atq; ita propria uirtute ſpiritus miracula perfecit. Qui uerò dicunt, quod tãquam unus ex nobis, ſanctis uidelicet, ſpiritus ſit glorificatus efficacia, qua ſit non propria, ſed aliena magis & non quomodo deum decet, uſus, & quod gratiæ loco à ſpiritu ſancto aſſumptionem in cœlos acceperit, iuſte uirtuti huius anathematiſmi ſubiacebunt.

ANATHEMATISMVS X.

Pontificem & apoſtolum confeſsionis noſtræ factum eſſe Chriſtum ſcriptura dicit. Obtulit autem pro nobis ſemetipſum in odorem bonæ fragrantiæ, deo ac patri. Si quis igitur pontificem & apoſtolum noſtrum, non ipſum quod ex deo eſt uerbum, & caro & homo, nobis ſimilis eſt factũ: ſed tanquam quendam hominem præter ipſum, ſeparatim ab eo, ex muliere natum factum eſſe dicit: aut ſi quis Chriſtum etiam pro ſeipſo oblationem, & non magis pro nobis obtuliſſe dicit (non enim opus habuit oblatione, qui peccatũ nõ nouit) anathema ſit.

DECLARATIO.

Modici quidẽ momẽti indubiè uerbo ex deo patre genito ſunt, quę humana ſunt: uerum tamẽ ab illo non contempta, propter diſpenſationem. Cum enim ſecundum naturam dominus eſſet omnium, demiſit ſemetipſum in noſtram naturam forma ſerui accepta, appellatusq; eſt noſter pontifex et apoſtolus, humanitatis menſuris ad hoc ipſum uocantibus. Obtulit autem ſemetipſum pro nobis, in odorem bonæ fragrantiæ Deo ac patri. Vnica quippe oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos, ſicut ſcriptum eſt. Atqui Deo, quomodo qui aliter ſentiunt, non ipſum Dei uerbi hominem eſſe factum et apoſtolum ac pontificem confeſsionis noſtræ appellatũ, affirmant: ſed tanquam alium quendam præter ipſum, ſeparatim hominem ex ſancta uirgine natum, apoſtolum & pontificem appellari, * tamulandiq; modo ad hoc mumeris uenisſe, & nõ magis pro nobis, quàm p ſeipſo ſemetipſum Deo ac patri obtuliſſe, id q̃d omnino à recta eſt & inculpata fide alienum. Peccatũ em̃ non fecit. Qui uerò ſuperior eſt omni delicto, & prorſus expers peccati, oblatione pro ſe nulla opus habuit. Quoniam uerò, ut apparet, præuaricãtes duos iterum filios excogitant, qui aliter ſentiunt, neceſſariò poſitus eſt hic anathematiſmus, ut ueritatẽ perſpicuã redderet.

* al. forte non pro Deo pontificem.

ANATHEMATISMVS XI.

Si quis carnem domini nõ confiteture eſſe uiuificam, & ipſius uerbi, quod ex deo patre eſt, propriam, ſed tanquam alterius cuiuſpiam præter ipſum, ſecundum dignitatem quidem, aut tanq; qui



qui diuinam duntaxat inhabitationẽ ſit adeptus, cum ipſo coniuncti, & non magis uiuificam, ſicut diximus, propterea quod propria facta eſt uerbi, quod omnia uiuificare poteſt, anathema ſit.

DECLARATIO.

Sanctum ac uiuificum incruentumq; in Eccleſijs celebramus ſacrificium, non hominis alicuius nobis ſimilis & communis corpus: conſimiliter & pretioſum ſanguinem eſſe, quod proponitur credentes, ſed magis tanquam propriũ uiuificantis uerbi corpus & ſanguinem accipimus. Communis enim caro uiuificare non poteſt. Et hoc ipſe Seruator teſtatur, dicens: Caro non prodeſt quicquam, ſpiritus eſt qui uiuificat. Quoniam enim uerbi facta eſt propria, ob eam cauſam intelligitur et eſt uiuifica, ſicut Seruator dicit: Sicut miſit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem: & qui manducat me, etiam ille uiuet propter me. Quia uerò Neſtorius & qui cum illo ſentiunt myſterij huius uirtutẽ temere diſſoluũt, ꝓpterea, idq; ualde meritò, cõſtitutus eſt hic anathematiſmus.

ANATHEMATISMVS XII.

Si quis non confitetur uerbum Dei carne eſſe paſſum, carne crucifixũ, & mortem carne guſtaſſe, primogenitum ex mortuis factum, quemadmodum & uita eſt, & uiuificans ſicut Deus, anathema ſit.

DECLARATIO.

Impaſsibile quidem & immortale eſt dei patris uerbum. Vt enim excellentior eſt diuina & inenarrabilis natura, quàm quæ patiatur aliquid, ita & ipſa omnia uiuificat, & corruptionem ac quicquid contriſtare ſolet, ſuperat. Attamen licet uerbum ex Deo patre eſſentialiter hæc habeat, nihilominus carnem mortis capacem ſibi propriam fecit, ut per hoc quod paſsionibus eſt obnoxium, paſsiones illas pro nobis ac propter nos in ſeſe ſuſciperet, & nos omnes morte ac corruptione liberaret, ſuum ipſius corpus uiuificans ut Deus, primitiæq; dormientium ac primogenitus ex mortuis. Non enim communis homo eſt, ſeparatim ac ſeorſim, præter uerbũ Dei, intellectus qui propter nos preciosam paſſus eſt crucem, & mortem guſtauit, ſed ipſe Dominus gloriæ carne paſſus eſt ſecundum ſcripturas. Quoniam uerò, qui uana ſua, & impia dogmata in rectã & inculpatam fidem inſinuare conantur, communem pro nobis hominem crucem ſuſtinuiſſe dicunt, neceſſario anathematiſmus hic conſtitutus eſt, ut latentis in illis impietatis magnitudinem demonſtret.

FINIS.

CC Beati

# BEATI CYRILLI ALEXANDRINI ARCHIEPISCOPI, LIBER APOLOGETICVS pro duodecim Capitulis, ad Orientales episcopos, qui illa scriptis taxarant.

QVI suam mentē sanctissimo deo dicārunt, & ueritatis dogmata profiteri delegerunt, cauent & prophana irreligiosorum hæreticorum uaniloquia, confirmante internum & abscōditum cordis oculum scriptura diuinitus inspirata bonis cogitationibus. His qui recta peruertunt obluctantur, idq; strenuè quasi dicentes: zelando zelati sumus dominum. Itaq; quum Nestorius multas & 3.Reg.9. diuersas blasphemias cōtra Christum saluatorem nostri omnium effuderit, & quodammodo uenerandum & magnum incarnationis sacramentum funditus remoueat, non ignoramus ad hæc uelle silere, periculosum esse: cæterum cum sæpissimè consuluerimus illi, ut à talibus blasphemijs cessaret, nihil quàm penitus proficeremus, necessariò tandem ad defendenda pietatis dogmata accessi mus, & selectis quibusdam illius dogmatibus, ea utiliter anathematizauimus, hoc est, eos qui talia sentire nolunt, obtēperantes, in hoc beato Paulo Gal.2. dicenti: Si quis uobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit sed: etsi nos, uel angelus de cœlo euāgelizauerit uobis præter id quod accepistis, anathema sit. At nescio quo pacto id grauatim ferant plerique, uel sint eiusdem sententiæ ac opinionis cum illo: uel simulant quidem se uitare opinionis societatem, attentant autem modis omnibus ipsum adiuuare, & reddere exosos eos qui saluatorem Christum simul prædicare uolunt. Verum tamen cogitandum erat, quod increpare diuersa docentes, conciliandis illis amoris in Christum synceritatem, officium fuerit: nūc autem, cum non faciant melius, ut oportebat, atque adeò multum in eis desideratur, immò facti sunt infensissimi his, quorum si fuissent imitatores, cum ipsis corona redimiti forent. Itaque anathematismos arripiunt, quasi non habeant bene, unde & unicuique suarum mentium adinuentiones scribendo apposuerūt, rati, sequi stultas quasdam ac friuolas fabulationes cōmenti sunt, attracturos etiam librorum suorum imprudentes lectores. Itaque & nobis necessarium fuit, è diuerso ueritatem tractare, et refellere obloquutionē, φιλοστόμονας. ostēderecq; ad uersarios esse dicacitatis studiosos, uel saltem ueritatis indagatores. Proinde præordinabimus singulos anathematismos. Deinde his adiungemus quæ ab illis composita sunt. Postremum subdentes & nostra, ea diuinas Scripturas scientibus quasi iudicibus offeremus, petentes ab his qui ueritatem sciunt sententiam rectam & inculpatam.

*Anathematismus primus.*

SI quis non confitetur Deum esse secundū ueritatem, Emmanuelem & propter hoc dei genitricem, sanctam uirginem: genuit enim carnaliter carnem factū dei patris uerbū, anathema sit.

*Orientalium oppositio.*

ET quis carnaliter carnem factum Dei uerbū, natum esse simul confitebitur: Nam si carnaliter genuit, iam non ut Virgo. Et ubi ponemus hoc: Spiritus sanctus ueniet super te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, si carnaliter iuxta illius mentem Virgó, & non ut Deum decet genuerit: & quomodo hanc stella insolito modo apparens demonstrauit, Magi ex Perside illa duce aduenerunt natum quærentes, & inuento donа obtulerunt. Angeli qui descenderant de cœlo, cum pastoribus mixti, de natali tripudiarunt dicentes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus beneuolentia? Hæc cuius indicia, carnalis uel eius quæ Deum decet natiuitatis? Et alioqui si absque examine & indicio in uoces incidimus, & conuersionem & commutationem uerbi in carnem imaginabimur, & sic etiam peccatum & maledictum ipsum natum esse suspicabimur, siquidem minus ad sequentia, & præcedentia cōtextus sermonis, & ad ipsam consuetudinem scripturæ attenderimus. Cæterum carnem esse factum Verbum, recte iuxta Euangeliorū mentē habitationē in carne exponimus.

*Defensio Cyrilli.*

DIspensationis unigeniti filij Dei in carne sacramentum sapientissimus Ioannes declarat, scribens: Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hæc rectè intelligentes beati patres, olim in Nicæa congregati, dixerunt ipsum uerbum ex Deo patre esse natum, per quem omnia fecit pater, lumen de lumine, Deum uerū de Deo uero, incarnatum & hominem factum esse, hoc est, unitum carni, animam habenti rationalem, & hominem factum esse, & cum hoc etiam mansisse Deum. Quod autem absque conuersione & confusione unionis opus factum est, manente, ut dixi, Dei uerbo: id quod est, tametsi sancta sit caro. Immutabilis enim secundum naturam est, id quod nulli dubium. Nam dum dicitur incarnari, non intelligitur, quod in carnis naturam uertatur, sed aliud quiddam ab illa sit, & unitum sit ei. Sic sentientes beati patres, Dei genitricem nominauerunt, sanctam uirginem. Credidere enim quod incarnatū, & hominem factum genuerit filium: per quem omnia fecit pater. Verum Nestorius nouellarum blasphemiarum inuētor, cum illa opinione pugnās, perstringit quidem uocem Dei genitricem, quasi non sit uere dicta, dicebat autem sic: Interrogaui, inquit, sæpe eos, diuinitatem natam dicitis ex sancta uirgine? Resiliunt statim ad uerbum: Et quis, inquit, tanto blasphemiæ morbo laborat, ut illā quæ genuit, templum dicat à spiritu sancto Deum in illa conditū esse. Deinde quando infero: Quid igitur absurdum nos dicimus consulentes fugiendam uocem, & eundem ad cōmune utrasq; naturas signi ficans. Id nūc blasphemè dictum putant. Vel confitere manifeste Deitatē ex beata Maria natā esse, uel si fugis hanc uocem, dic quare ea uti non liceat. Igitur illo urgente, imò persuadente impie, ut ij qui sanctam uirginem Dei genetricem dicunt, fateri debeant carnis fuisse fructum nudum, & seorsum deitatis naturam, & subsistentiæ initiū ex muliere habuisse dei uerbum. Nos autem ab hac opinione alienos esse, qui certiores fieri uolunt, audiat. Nondum ita delirauimus, ut uelimus sentire aliud, quàm sit sentiendū. Peperisse dicimus uirginem, carnem factū secundum scripturas dei Verbum, hoc est, hominem: peperisse autem illū carnaliter, hoc est, secundum carnem. Nam Deus & pater secundum diuinitatem, genuit ex se Deum existentem filium. Quoniam autem quod natum ex carne caro est, genuit Virgo, ut caro existens, carnaliter. Carnaliter enim dicere, non est tollentis admirabilem natiuitatem, neq; subuertentis spiritus sancti operationē, qua in utero formauit partum, sed docentis potius, quòd sicut de ipsius gignit diuinè, hoc est, dignè Deo, secūdum suā naturam, & ita & homo humanè, hoc est carnaliter. Deus autem existens secundum naturam uerbum, quamuis caro factū processit, hoc est, ut deceret eum, qui secundum uerum ueritatem est Deus. Solus enim habuit matrē nuptias non experta, & seruauit uirginem eam, quæ ipsum peperit secundum carnem. Admiror autem quod gratiantur dicere ipsam sanctam uirginem, Dei genitricem, cum Deo digne ipsam genuisse fatereantur: non enim homo communis gignitur Deo digne. Dona item allata esse dicunt à Magis, quæ & oblata, & ei qui intelligebatur, & ei qui uidebatur. Diuidentes in duos iterum post unionem unum dominum Iesum Christum. Qui enim intelligitur, factus est uisibilis, non imitatione naturæ, sed unitione cū corpore quod uidebatur. Et profecto ipsos spectatores & ministros fuisse uerbi sanctos Apostolos sacra scriptura ostendit: quā uis nō unicuiq; manifestū, quod sit incorporeū & intangibile, ac inuisibile dei uerbū. Verū inuenio dicentes sanctos apostolos. Quod erat ab initio, quod audiuimus, q̄ uidimus, quod spectauimus oculis nostris, quod manus nostræ palpauerūt de uerbo uitæ. Oblata igitur dona uni, hoc est, Christo. Etenim est in eodem Deus simul & homo, idem. Hac ratione nato ipso, tripudia quidem fuere sanctorum angelorum, exercitus autem spirituum dicentium ipsum saluatorem ac redemptorem. Porrò quum Euangelista dicat, Verbum caro factum est, formidandum dicunt, si dictio Factum est, propriam seruet significationem, uersio quædam intelligatur, circa diuinam uerbi naturā fuisse. Laudo quidem metum, miror autem quod cauentes dictionem, ueramq; & necessariam manifestationem, sic factum fuisse carnem Verbum dicunt, proinde ac si dicatur, factum fuisse maledictum & peccatum. Deinde quo pacto nō uident mente prædīti, quod beatus Euangelista ponens dictionem Factum est, mox omnis conuersionis suspicionem tollit, adijciēs: Et habitauit in nobis. Absurdum autem & alioquin foret dicere, sic factum esse carnem uerbum: ut factum esse dicitur maledictum & peccatum. Non enim ipsum met maledictum uel peccatum factum est, sed cum inquis reputatus est, iustus existens, ut aboleat peccatum: & appellatus est maledictus, qui benedicit creaturam, ut soluat nostrum maledictum, & liberet à pœna credentes in ipsum. Igit̄ non est factus secundū ueritatē maledictum & peccatū, appellatus autem illorum nominibus, ut aboleat maledictum & peccatum. Igitur si sic factum esset caro, aboleuisset utiq; carnem, sicut & maledictum & peccatum, & neq; factus esset homo, neq; incarnatus esset secūdum ueritatem. Sed in hoc solo esset sacramentum, & in nudis nominibus inuenitur tropus. Tollitur autem omnino et resurrectionis spes. In cuius igitur mortem baptizati sumus? Vbi uerbum fidei prædicamus? Cōfessi enim quod Dominus Iesus, & credentes quod Deum ipsum excitauit è mortuis, saluamur. Igitur in unum qui similis nobis, & communem hominem erit fides? non ultra autem uerbū, quod in humana forma propter nos apparuit adoramus: Non accepit serui formam liber ut Deus non humiliauit seipsum, qui diuinitatis excellentia cōspicuus est? qui in forma & æqualitate patris non demisit se in exinanitionem? Quamuis distribuat de sua plenitudine creaturę bona? Apage cū malo isto consilio. Aliter nos edocuerunt sancti Patres, incarnatum esse: & hominem factum esse secundū ueritatem ipsum Dei patris uerbū dixerunt, absque conuersione et confusione. Ineffabilis autem omnino est dispensationis modus. Testes autem eorum quæ dicta sunt sermones illorum erunt.

*SENTENTIAE.*

PEtrus Martyr episcopus Alexandrinus. Vnde & Euangelista uere loquitur, dicens: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Tunc uidelicet, quando angelus salutauit uirginem, inquiens: Aue gratia plena, Dominus tecū. Quod dicit Gabriel: Dominus tecum. Pro hoc est dictum, Dominus uerbum tecum: significat enim ipsius gigni in utero, & fieri carnem, sicut scriptū est: Spiritus sanctus ueniet super te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Porrò & quod nascitur, sanctum uocabitur filius Dei. Athanasius episcopus Alexandrinus. Vnde & quum nasceretur caro ex Dei genitrice Maria, ipse dicitur natus esse, qui alijs natiuitatem ut essent exhibet, ut nostram in se transferret natiuitatem. Idem in epistola ad Epictetum: Quomodo & ambigere audent, qui uocātur Christiani. Dominus qui è Maria processit, filius quidē substantia & natura Dei est: quod autem secundum carnem, ex semine est Dauid, carne autem sanctæ Mariæ. Qui autem tam audaces fuere, ut dicerent Christum carne

Universidad de Deusto
Biblioteca



passum & crucifixum, non esse Dominum & saluatorem, & Deum & filium patris? uel quo pacto uolunt nominari Christiani, qui dicunt in hominem sanctum, sicut in unum Prophetarum uenisse uerbum? & non ipsum hominem factū, qui sumpsit ex Maria corpus: sed alium esse Christū, & alium Dei uerbum, eum qui ante Mariam & ante secula filium existentem patris? uel quomodo Christiani esse possunt, dicentes, alium esse filiū, & alium Dei uerbum. Has nos sanctorum sequemur sententias. Si autem quis diuersum docet, & diuersum sapit extra rectam & regiam uiā fertur. Quod autem & carnaliter dici natum esse Christum, non insolitum sit sanctis patribus. Est autē magis & in alijs tritum uerbum. Nihilominus nobis uere dictum esse demonstrat, & quod subiungitur dictum. Habet autem sic.

Amphilochius episcopus Iconij: Nisi enim ille natus esset, σαρκικῶς, carnaliter, neq; tu natus esses spiritualiter: nisi ille portasset serui formam, neque tu ad gloriā adoptionis filiorum natus esses. Significat autem et hoc loco carnaliter, hoc est, secundum carnē, sicut scilicet θεικῶς diuinē, hoc est, secundum diuinitatem.

*Cyrilli anathematismus tertius.*

SI quis in uno Christo diuidit subsistētias post unitionem, sola coniungēs eas copulatione, quæ est secundum dignitatem, hoc est, authoritatem uel potestatem, & non potius communem, qui secundum unitionem naturalem factus est, anathema sit.

*Orientalium obiectio.*

ITerum illum suorum commonefecimus uerborum, ostēdentes ipsum duas subsistentias dixisse. dicit enim in primo tomo: Itaque quantum ad suam naturam non sanctificatum est, solū Dei patris uerbum. Si autem quis putauerit eum qui ex sancta uirgine genitus est, unctum esse & sanctificatum solum, hac ratione & nominatū Christum: quomodo igitur, quasi oblitus suorum uerborum ad unam hypostasin cogit, naturas cōfundens, naturalem diuinam unitionem nominans. Et quis unquam ostendet naturalem diuinam unitionem sacramenti dispensationes? Si enim naturalis unitio, ubi gratia? ubi diuinum sacramentum? Naturæ enim ut edocti sumus, semel ab ordinante Deo ordinatæ, necessarijs consequentijs seruiunt. Num etiam iterum erit, secundum reuolutionem & naturæ consequentiam, dispensationis opus, iuxta deliramenta fabulosaq; mille annorum ignobilis Apollinarij dogmata.

χιλιάντας ἐρτυχις.

*Defensio Cyrilli.*

DIuinus Paulus, quomodo factus sit homo, unigenitus Dei uerbum, ut fidelis dispensator sacramentorum Dei, & ipsum habens in se loquentem Christum, manifestè omnibus ostendit. Non enim alicubi angelos apprehendit, inquit, sed semen Abrahæ apprehendit. Vnde oportebat eum per omnia fratribus similem fieri, ut misericors & fidelis fieret Pontifex in his quæ ad deum. Nos uerò rectissima sententia dictum laudamus, sequentes ubiq; diuinitus inspiratas scripturas, & ualde admirantes theologorum uoces, imò & diuinas censentes leges, dicimus Dei patris uerbum, non apprehendisse, neq; sanctorum angelorum, neq; suam naturam: credidimus autem, secundum quod sacris literis uidetur, quod adumbrans sanctam uirginem, utpote & uirtus existens altissimi patris, formauit sibi corpus ex illa, ueruntamen per operationem sancti spiritus & factus est homo, appellatusq; & filius Abrahæ & Dauidis, non amittens propter humanitatem, quod sit filius Dei & patris secundum ueritatem, manens autem potius quamuis factus sit caro in natura & eminentia & gloria deitatis: immutabilis enim est, & cōuersione melior ut Deus. Est igitur unus et idē filius, & dñs, & ante incarnationē, & post incarnationē. Diuidere aūt unū in duos filios, & soluere ueræ unitionis opus, in distinctos seorsum & posita proprie hominem, & proprie Deum, impietatem habet nulla scriptura satis fugillabilem. Porro Nestorius ista parum curās, audet istis uerbis sic dicere: Hoc sentite in uobis, qd & in Christo Iesu, qui in forma serui existens, seipsum exinaniuit, qui formam serui suscepit.) Non dixit: Hoc sentite in uobis, quod & in Deo uerbo, quod in forma serui existens, serui formam suscepit. Sed dicens, qui suscepit Christus, ut dua rum naturarum appellationem significatiuā, sine periculo ipsum & serui formam dicit suscepisse: et Deum nominat, dum ea quę dicuntur, in duas naturas sine reprehensione diuiduntur.

Hebr. 1.

In altera autem enarratione iterum dicit: Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium & terrenorum & subterraneorum, & omnis lingua confitebitur, quod Dominus Iesus Christus, propter quem ferentem quod fertur non erat. Inseparabilis est ab eo qui uidetur Deus propter hoc, dum non separatur, honorem non separo: separo naturas, sed unio adorationem. Et iterum in alia explanatione: Dic eum qui suscepit quod sit Deus, appone susceptū, quia serui forma: adijce post hæc, connexionis dignitatem, quia duorum autoritatis communis, quia duorū eadem dignitas, naturis manentibus fatere dignitatis unitatem. Vbi enim est, & cōuersione melior ut Deus. Est igitur unus et idē filius, & dñs, & ante incarnationē, & post incarnationē. Diuidere aūt unū in duos filios, & soluere ueræ unitionis opus, in distinctos seorsum & posita proprie hominem, & proprie Deum, impietatem habet nulla scriptura satis fugillabilem. Porro Nestorius ista parum curās, audet istis uerbis sic dicere: Hoc sentite in uobis, qd & in Christo Iesu, qui in forma serui existens, seipsum exinaniuit, qui formam serui suscepit.) Non dixit: Hoc sentite in uobis, quod & in Deo uerbo, quod in forma serui existens, serui formam suscepit. Sed dicens, qui suscepit Christus, ut dua rum naturarum appellationem significatiuā, sine periculo ipsum & serui formam dicit suscepisse: et Deum nominat, dum ea quę dicuntur, in duas naturas sine reprehensione diuiduntur.

In altera autem enarratione iterum dicit: Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium & terrenorum & subterraneorum, & omnis lingua confitebitur, quod Dominus Iesus Christus, propter quem ferentem quod fertur non erat. Inseparabilis est ab eo qui uidetur Deus propter hoc, dum non separatur, honorem non separo: separo naturas, sed unio adorationem. Et iterum in alia explanatione: Dic eum qui suscepit quod sit Deus, appone susceptū, quia serui forma: adijce post hæc, connexionis dignitatem, quia duorum autoritatis communis, quia duorū eadem dignitas, naturis manentibus fatere dignitatis unitatem. Vbi enim est, & cōuersione melior ut Deus. Est igitur unus et idē filius, & dñs, & ante incarnationē, & post incarnationē. Diuidere aūt unū in duos filios, & soluere ueræ unitionis opus, in distinctos seorsum & posita proprie hominem, & proprie Deum, impietatem habet nulla scriptura satis fugillabilem. Porro Nestorius ista parum curās, audet istis uerbis sic dicere: Hoc sentite in uobis, qd & in Christo Iesu, qui in forma serui existens, seipsum exinaniuit, qui formam serui suscepit.) Non dixit: Hoc sentite in uobis, quod & in Deo uerbo, quod in forma serui existens, serui formam suscepit. Sed dicens, qui suscepit Christus, ut dua rum naturarum appellationem significatiuā, sine periculo ipsum & serui formam dicit suscepisse: et Deum nominat, dum ea quę dicuntur, in duas naturas sine reprehensione diuiduntur.

Phil. 2.

In altera autem enarratione iterum dicit: Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium & terrenorum & subterraneorum, & omnis lingua confitebitur, quod Dominus Iesus Christus, propter quem ferentem quod fertur non erat. Inseparabilis est ab eo qui uidetur Deus propter hoc, dum non separatur, honorem non separo: separo naturas, sed unio adorationem. Et iterum in alia explanatione: Dic eum qui suscepit quod sit Deus, appone susceptū, quia serui forma: adijce post hæc, connexionis dignitatem, quia duorum autoritatis communis, quia duorū eadem dignitas, naturis manentibus fatere dignitatis unitatem. Vbi enim est, & cōuersione melior ut Deus. Est igitur unus et idē filius, & dñs, & ante incarnationē, & post incarnationē. Diuidere aūt unū in duos filios, & soluere ueræ unitionis opus, in distinctos seorsum & posita proprie hominem, & proprie Deum, impietatem habet nulla scriptura satis fugillabilem. Porro Nestorius ista parum curās, audet istis uerbis sic dicere: Hoc sentite in uobis, qd & in Christo Iesu, qui in forma serui existens, seipsum exinaniuit, qui formam serui suscepit.) Non dixit: Hoc sentite in uobis, quod & in Deo uerbo, quod in forma serui existens, serui formam suscepit. Sed dicens, qui suscepit Christus, ut dua rum naturarum appellationem significatiuā, sine periculo ipsum & serui formam dicit suscepisse: et Deum nominat, dum ea quę dicuntur, in duas naturas sine reprehensione diuiduntur

uocem, pater & deus pater. Deus quidem nouissimis temporibus ex semine Dauid carnis, pater autem eius qui ex se absq; passione & æterne natus est, Dei uerbi. Et si seruetur confiteamurq; filiationem intra unitatis præscriptum, quomodo
Ioan. 8. intelligemus hoc, Amen amen dico uobis, priusIoan. 1. quam Abrahã fieret ego sum. Et hoc: Omnia per ipsum facta sunt. Si inde secretæ maneant uoces, utiq; aptabimus uocem hanc naturæ quæ ex semine Dauid nouissimis temporibus facta est, quod sit ante Abraham & Dauid & omnia per ipsam facta: uel dicemus pie naturis in confusis manentibus, & unitione inseparabili posita, adaptãtes uoces secũdũ unitarũ naturarũ uim sicut prædictum est. In unum quidem filium & Dominũ & Christum, sed non in unam naturam omnia contrahentes: ita & ex uno naturarum nomine aliàs intelligi B propter incomprehensibilem unitionis summitatem, quemadmodum & hoc: Nullus ascendit in
Ioan. 3. cœlum, nisi qui descendit, filius hominis qui est in cœlo. Et: Si igitur uideritis filium hominis ascendentem ubi prius erat. Non ne ex appellatione filij hominis etiam ei inconfuse & inseparabiliter unitum intelligimus? Nam quamuis & filium hominis nominarit, propter assumptæ et uisibilis carnis naturam, sed per ea quæ ab ipso fiebãt Deum ipsum demõstrabat. Et iterum Iesus Christus, per quem omnia. Et iterum: Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula? Si heri & hodie, quomodo per ipsum omnia? Si autem per ipsum omnia, quomodo heri & hodie. Præterea & hoc uerum est, omnia per ipsum. Et hoc heri & hodie, fide recipiẽ- C dum. Et hoc, Ipse in secula, credendum si secundũ unitarum inconfuse & inseparabiliter naturarum differentiam uoces aptamus, intelligentes secundum uisibile Heri & hodie: secundum intelligibile autem, In secula: secundum autem filiationis unitatem, unum & eundem.

*Defensio Cyrilli.*

VT apparet his qui Anathematismos à nobis utilissimè & necessario factos, imprudẽter reprehendere uolunt, unicus ille scopus est, ut nihil uerum uel sapiant, uel dicant, declarentq; se solo calũniandi studio occupatos. Nõne si mentẽ suã studiose ac diligẽter scriptis adhibuissent, nõ ignorassent q̃d suis sentẽtijs, & sermonibus quos faciunt stabiliant anathematismũ, ostendantq; illum non inerudite conditum. Et quomodo di- D cam. Bonus Nestorius dicebat tale quiddam in Ecclesijs enarrans. Vt autem ipsum manifestius, ita ut omnes capere possint dicam, Arrius & Eunomius & Apollinarius, & omnes societatis illorum chori, studebant inducere nomen Theotocos, Dei genitrix: ut si commixtio fieret, et natura non separentur, nihil humile in humilitate suscipiendum esset, locumq; haberent ipsi contra deitatem, quasi omnia quæ dicebantur, de uno dicerentur. Hæc cũ sic dicta sint, utilissimè anathematismum fecimus, non permittentes in duas diuidi personas & subsistentias, unum Dominũ Iesum Christum. Quod autem & ex nostris sermonibus A utilitatem capiant, notum est his qui capere poterunt, ex his quæ scripta sunt. Habent autem sic. Sicut autem personis duabus uel subsistẽtijs duabus, uel filijs duobus diuidendo unitionẽ, hoc est unũ filiũ, uoces adaptare non cõuenit: indiuisibilis em & inseparabilis est summa unitio, & unus filius est secundũ omnẽ & sermonẽ & modũ et unitionẽ. Si aũt summa unitio seruet, et unus filius et Christus et dñs ponatur, de uno et eodẽ filio accipere oportet quę dicũtur. Sanè secundũ unitarũ naturarum uirtutem accommodare decet uni filio, quæ dicuntur. Igitur dum seruatur summa unitas, qualis irreperet dualitas, uel saltem imaginatio sectionis adiudicaretur? Et qui audet diuidere, quomodo non extra rectam uiam incedit, & à pietatis dogmatibus in uniuersum recedit? Quid igitur dicit anathematismus? Si quis diuidit uoces secundum hunc modum, ut aliàs quidem tanquam homini à Deo seorsim intellecto adaptet, aliàs uerò ut Deo dignitas soli uerbo Dei, anathema sit. Igitur separantes & distinguentes in homine proprie & seorsim, & in Verbum Dei proprie & seorsim, non partiuntur unum Christum, non duos dicũt filios: succẽseant nobis criminatores. Si aũt sectio & separatio est, ita sentire secundũ quem modũ nostros sermones increpare potuerunt, quamuis & ipsi sicut dicunt, indiuisibilẽ & unũ, secundũ summã unitionẽ confiteantur esse Emanuelem. Itaq; unam quanq; uocẽ de Christo à sanctis uel etiã ab ipso forte dictã exponendam esse. Laudârim etiam ego, & ut opinor quisq; rectè senserit: nam aliæ quidem sunt Deo dignæ, aliæ uerò dispensationi cum carne cõgruentiores. Quoniã aũt est unus & idẽ Deus simul ac homo hac ratione rectè, aliquando diuinè, aliquando humanè loquit: uerũtamen unius Christi & has & illas uoces esse asserimus, neque uulgare dicentes templum q̃d ex sancta uirgine, neq; sine carne scientes Dei patris Verbũ post ineffabilem unitionẽ. Admiror aũt q̃d quamuis curiose inquirentes, & ut arbitranẽ subtiliter examinantes merias epistolas, quæcunq; in eis sunt utilia & necessaria, ad demonstrandũ dogmatũ rectitudinẽ & diligentiã uolentes prætereũt: apprehendunt supra modũ atrociter, si qua ipsis uel minimã cõfectura præbent, ex ipsis cõtra nos calumnias cõtexi possit. Cõmemorabo aũt & mea uerba quæ sic in priore. Cõmemorabo autem magis, quod hic diuinus Paulus scripserit, Christus dei uirtus, & dei sapiẽtia, neq; rursus illud nugaciter ausis dicere, quod proficere in ætate & sapientia & gratia homini attribuamus. Hoc enim, ut opinor, nihil aliud est, quàm diuidere in duos unũ Christũ: sed sicut dudum dixi, Filius qui est ante secula, in nouissimis ẽculi temporibus, in filium prædefinitus esse dei patris, sapiens profectu temporis effectũ esse. Comm

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Cyrilli defensio.*

ET nunc quoq; ijsdem sermonibus, defensionis modus incedet. Nã unus quidẽ est absq; dubitatione, dominus noster Iesus Christus, qui idem creditus est esse & ex deo patre uerbũ, perpetuũ & ante secula, & in nouissimis seculi tẽporibus, homo ex muliere, qui admirabilẽ habuit secundum carnẽ, natiuitatem. Veruntamen quũ unus erat filius & deus & dominus operabatur signa, per uirtutẽ plus quã humanam: sufficiẽtibus argumentis docẽs, quod quamuis factus sit caro, nihilominus tamen sit etiam sic Deus uerus, & uirtus patris. non enim destitit esse quod erat factus homo, faciebat igitur insolita, tum quod dæmonia increpabat, & satanã cõterebat, tum quod cæcis lumen præstabat, mortuos resuscitabat, mare procellosum uno uerbo sedabat, nõ sic hominem quendam, & alterũ existentẽ seorsim Christũ glorificari faciens, quemadmodũ scilicet & unum ex sanctis prophetis uel apostolis, sed sibi gloriã procurans, ut ab omnibus crederetur deus existẽs natura, tametsi factus esset homo. Fuisset igitur absurdissimum ferre Nestoriũ dicentem: Cõmunes em̃ trinitatis sunt efficaciæ, & solis subsistentijs distinctionem habentes. Proinde unigeniti gloria, interdũ patri adaptatur, interdũ spiritui, interdũ Christi potentiæ. Idcircoquiri reprehendere uolũt, ostendant nobis alium Christũ, qui priuatim & seorsim existat, & intelligatur, cui suã potentiã applicuerit unigenitus dei uerbũ, quasi sit proprie ab ipso filius, uel nisi sit alius & alius, sed unus & idẽ, & ex patre unigenitus, & ex matre homo, secundum carnẽ: quomodo igitur silendi locus esset, & nõ magis debebat ueritatis potentia, illius nugis obluctari, quepulchrapietatis dogmata obliterant. Itaq; erat quidẽ, & est deus filius. Quoniã aũt semel subijt mensurã, dispensationẽ irrectanam fecit. Sustinuit aũt omnia uoluntarius propter nos, ea propter quũ sit secundũ naturã uita, uiuificari dicitur à patre: & quũ sit gloriæ dominus, dicitur gloriã accepisse. Hinc Paulus apostolus Hebræus ex Hebræis, uerè doctus in lege, & ex tribu Beniamin, dicebat, nõ ab hominibus, neq; per hominem, sed per Iesum Christum, & deum patrem, excitauit illum ex mortuis, & gloriam illi dedit. Verum quamuis dicatur gloriam accepisse à patre, quum transit res ad humanitatis mensurã, nouit seipsum habere dignitatẽ ultra creaturam, secundum quod intelligitur, & est deus. Proinde docebat: Omnia mihi tradita sunt à patre meo, & nullus cognoscit quis sit filius, nisi pater: neq; patrem quis cognoscit, nisi filius, & cui filius reuelauerit. Fortasse quis studiosorũ interrogabit: Si omnia tibi tradita sunt à patre, quasi ei qui gloria indiguerit, & debuerit habere datũ robur contra omnes, propter humanitatẽ: quomodo humanis mentibus ultra cõprehensibile esse dicis, scire te, quẽadmodũ scilicet & pater. Vtiq; dicit, cognitio em̃ nõ est coarctata in me, usq; ad uisibilia. Nã nisi Deus in carne & sanguine secundũ carnẽ quidẽ cognosceretur, secundũ naturã aũt & gloriã diuinitatis, æqualẽ cũ deo & patre mensurã habere, omnium mentẽ & sermonem transcenderet. Proinde (amplector em̃ propositorũ mentẽ) neq; apostolicas uoces negamus, absit: neq; alia quædã minus probabilia, & ab incarnationis sermonibus auersa, uel sentimus, uel loquimur, uel tractamus. Sequimur aũt, ubi sacras scripturas, & theologorũ uoces inuenimus, quas ratas esse debere cõcedẽtes obsistimus solis istis, qui recta Ecclesiæ dogmata subuertũt. Quod aũt & pater ex mortuis resuscitare dominũ nostrũ Iesum Christum dicitur, quasi scilicet circa carnem eius operãdi uis suscipiat, nullus admiserit. Ipse autem, quũ sit uita & uiuificator, & efficax uirtus patris, suũ uiuificat templũ iuxta illud: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Itaq; quod uiuificabatur, non erat alienũ, neq; alicuius ex nobis hominibus similibus, sed proprium ipsius uerbi corpus.

*Cyrilli anathematisinus octauus.*

SI quis audet dicere, assumptũ hominẽ, coadorandum & conglorificandum & coappellandum cum deo uerbo, ut alterum cum altero, & nõ potius una adoratione colit Emmanuelem, & unam illi glorificationem adoptat, secundũ quod uerbum caro factum est, anathema sit.

*Orientalium obiectio.*

COadorare, & conglorificare, quasi de personis, uel subsistentijs, uel filijs duobus non dicimus, quasi aliter fiat adoratio deo uerbo, & alitercarni, sed unã potius adorationẽ, & cætera ut in filio offerimus. Et quod coadorat, sicut & ipse in primo libro. Nam quamuis semper ut uerbum cum patre suo consideret, & ex ipso, & in ipso secundum naturã existat, iterũ audit dicentem, & cũ carne, Sede à dextris meis donec ponã inimicos tuos scabellũ pedum tuorũ. Ita & adorari dicimus ipsum, & à nobis ipsis, & à sanctis angelis. Proinde ad hæc dicimus, quod ualde erudite prouidit his qui cũ carne unũ & eundem filiũ adorare uolunt: eo quod aliud quiddam sit, σὺν & μετὰ cũ id quod & ipse posuit, sicut prædictum est, dicens ipsum cum carne adorandum, negans autem coadorandum cum diuinitate carnem.

*Cyrilli defensio.*

MEntis esse nos dominos, diuinus Paulus ostendit, dicẽs: Probate uosipsos, num sitis in fide. nam mens humana, licet nonnunquam propter amorem sui, si à recta uia egrediatur, & à ueris dogmatibus abducentem habeat motionẽ, fermè semper grauatur, et formidat suarum cogitationum absurditatem definire: quum se contexerit, et obiter labores scrutata fuerit sanctorũ patrũ, qui præ omnibus in rectitudine et ceritudine dogmatũ celebrantur, suã rectè fidẽ explorabit. Omnes enim quibus integrum cor est, illorũ sententias sequi non detrectant. Quia et ipsi apostolica, & euangelica traditione suam mentem quum impleuerint, & ex sacris scripturis sermonem in fide rectum ac inculpatum præuncia-



rint, mundi fuêre luminaria, sermonem uitæ continentia. Itaque scribit reuerendæ memoriæ paternoster & episcopus Athanasius de nostri omnium saluatore Christo in libris de incarnatione. Confitemur etiã esse illũ filiũ dei, & deum secundum spiritũ filium hominis secundũ carnem, non duas naturas, unũ filiũ: unam quæ adoretur, & alterã quæ non adoretur, sed unã naturã dei uerbi incarnatã & adorandã cũ carne sua una adoratione, non autem duos filios: alium quidem filiũ dei uerum, & adorandum, alium uero ex Maria hominem nõ adorandum, scilicet secundum gratiã filium dei factũ, sicut & homines. & post alia iterum: Igitur qui natus ex uirgine Maria, filius dei natura, & deus uerus, et nõ gratia ac participatione. Secundum carnẽ solã, ex Maria homo: secundum spiritum autẽ, ipse filius dei, & deus. Et iterũ: Sanctum autem quis præter hæc ex diuinis scripturis docet, alium docens filiũ dei, & alium ex Maria secũ dum gratiã filium factum sicut nos, ita ut sint duo filij: unus secundum naturã filius dei, qui ex deo, & unus secundum gratiam homo ex Maria: uel si quis domini nostri carnẽ supernè esse dicit, & nõ ex uirgine Maria, uel conuersam diuinitatem in carnem, uel confusam, uel immutatam, uel passibilem, domini deitatem, uel non adorandam domini nostri carnem ut hominis, & non adorandũ ut domini & dei carnem, hunc anathematizat sancta & catholica ecclesia, diuino Apostolo obtemperans, qui dicit: si quis uobis euãgelizauerit, præter id quod accepistis, anathema sit. Hæc cum sentiret & scripserit nobis uir ille, nunc uerò Nestorius gloriã Christi oppugnare uolens, & impudentem linguã taxans iterũ dicit: Confiteor quidem in homine deum, colo autem eum diuina connexione deo uerbo coadorandum hominẽ. Nonne manifeste hominem deiferum nominat Christum, & connexionẽ simpliciter dicit hominis factã esse cũ deo, secundũ illud fortasis quod à Paulo dictũ: Qui adhæret domino, unus spiritus est. Quamuis quomodo non est uerũ, quod ipse fuerit potius deus simul & homo, & nõ homo quidã, qui seorsim ac proprie intelligatur, cõnexionẽ cũ deo secundũ habitudinẽ habens. Etenim post inestabilẽ unitionẽ, etiã si quis dicat deũ Emmanuelem, hominem factũ & incarnatũ dei uerbũ intelligi cõuenit. Quamuis hominẽ nomines, scimus tamen cũ hoc & ipsum esse dei patris uerbũ. Est igitur aliud, unũ dicere filiũ, cum unita sibi carne, dei patris uerbũ, & similiter aliud. In homine dicere esse deum, quemadmodũ uidelicet in prophetis erat, uel saltem etiam in nobis ipsis propter spiritum sanctum. Itaq; ut mihi uidetur citra periculum & culpam dixerit quis, quod in carnatũ Dei uerbũ, utpote unus existens filius nõ absq; sua carne: sed cum illa potius adorandum sit, quemadmodum scilicet etiã hominis anima cum suo corpore honoratur, una autẽ appellatione, quod ex utriscq; constat, significatur animal. Igitur quando omnium saluatore Christo, sermones facere parauerus diuiseris in duo unum, & hominẽ proprie ac seorsim intelligẽdum declaraueris: deniq; illum coadorandum & coappellandum deũ, quasi ille alius sit è Christo ex deo secundum naturam genito dicere fueris ausus, quis ferre poterit tam perspicuam cõtra illum crimination̄ silentio prẽterire? Potius enim dicendum erat, colo quidem uerbum dei factum hominẽ, quod appellatur deus, & in humanitate adoratur, quia natura deus est, & ex deo patre apparuit. Eia dicunt aduersarij captus es, & in epistola scribens, qd̃ sedeat filius cũ patre cũ propria carne: deindequomodo intelligis dicentẽ, qd̃ cũ deo uerbo hominẽ coadorare, & coappellare oporteat. idem em̃ dicere & σὺν cum, μετὰ cum. Proinde redarguamus ignorãtes dictorũ uirtutẽ, & rerum naturã non inspicientes. Etenim quando ab una persona & natura, hoc est subsistẽtia una examinat sermo, ea ex quibus est, hoc est, constat naturaliter, affert σὺν cum, hoc est μετὰ cum: setuauit etiã sic per significatũ quod unum sint secundum compositionem, & nõ inter duo distincte discernit, quando aũt antedistinctis subsistentijs in duo, & ad hoc quod oporteat seorsim alterã intelligi & proprie, si σὺν cum uel μετὰ cum, tunc eorũ uel etiã plurium, & non unius secundũ compositionẽ factã manifestationem dicimus: ut exempli gratia, si dicerẽ forte cohonorari animam hominis cum suo corpore, quihonor certe fieret à quopiam erga unum hominem, qui est ex utriscq; uel si quis diceret animam cum suo corpore esse unum animal, nõ propterea in duos homines unũ diuidit. Videtur autem potius nõ ignorari ea ex quibus sit, hoc est, compositũ sit naturaliter. Quando uerò dico Petrus & Ioannes coappellantur homines, uel etiã σὺν cũ Petro & Ioanne ascendit in templũ, nõ iam σὺν uel μετὰ, id est, Cum, unius cuiusdã manifestationẽ facit. Non enim Ioannes compositus est cum Petro, sed neq; ad unius hominis constitutionẽ uterq; aliquid faciunt. Vnde ueritati illudunt diuidentes imperiti in duos Christos unũ. Si aũt putant quod dicẽdo, filium cũ proprio corpore cõsidere patri duos intelligendos filios cõcesserimus, inquirant an non dicamus, unũ filiũ unica cõsidentia honoratũ esse & nõ duabus, ita ut una & propria tributa sit corpori, alia uerò iterũ & propria uerbo. Verũ hoc non poterint ostendere. Quomodo enim uel unde? Nam unũ & eundẽ filiũ unũ propria carne esse deũ simul & hominẽ una confidentia apud patrem honestare affirmamus. Cæterũ dicere hominẽ adorari cum deo, & coappellari deũ, omnino est confiteri duos adorãdos, uel etiã inter se appellandos. Atqui ualde fatuus & alienus à rectis & ueris cogitationibus omnino est sermo ille: igitur factus est anathematismus contra eos, qui modis omnibus diuidunt Emmanuelem in hominẽ proprie, & deum uerbũ proprie. Nobis enim unũ & eundem Theologorum sermo prædicauit, sacrarumq; scripturarum in adulterata cognitio.

*Cyrilli anathematismus nonus.*

SI quis dicit unũ dominũ Iesum Christũ glorificari à spiritu, tãquam aliena per illum uirtute uti, & accepisse ab ipsa facultatẽ, ut operari possit cõtra immũdos spiritus, & adimplere in hominibus

Universidad de Deusto
Biblioteca



bus diuina signa, & non magis proprium eius spiritũ dicit, per quem & diuina signa efficaciter operatus est, anathema sit.

*Orientalium oppositio.*

ITerum bonũ fuerit, ea quæ ab illo dicta sunt & quorũ ille fortasis oblitus fuit, in mediũ adducere, & ita cõmonefacere eũ. Nõ em̃ solũ dominũ signa in spiritu fecisse demonstrauit, sed etiam ipsum mortuũ uiuificatũ esse spiritu dixit in primo tomo, his uerbis: Igitur, si nõ passus moriendo carnaliter secundũ scripturas nõ uiuificatus esset spiritu. Hic uidere licet, quantũ secũ ipse pugnet, cũ in anathematismis suis negarit dominũ in spiritu dæmones eijcere, & alia signa facere, & scriptã in euãgelijs uocẽ, dominiexprobrârit, dicẽtis: Si aũt in spiritu dei ego eijcio dæmonia. At nos dominũ nostrum Iesum Christũ etiã sua uirtute & spiritus operatiõe absoluisse signa cõfitemur. nõ em̃ quasi careat, ppria uirtute uti dicimus uirtute spiritus sancti, nõ aũt spiritũ sanctũ simul esse dicere, esset eorũ qui scripturas sanctas negãt. Nam quãuis alicubi scriptura dicat patrẽ perficere opera miraculorũ, dũ dicit: Pater qui manet in me, ipse facit opera quæ ego facio, filius est qui facit omnia opera patris, licet ea filij spiritus dicat facere, dũ dicit: Si autẽ ego in spiritu dei eijcio dæmonia, dñs est qui facit in spiritu. nõ em̃ alienus, & filius à patre uel spiritu. Neq; separatę et, pprię facta sunt trinitatis efficaciæ, sed, ppriè est trinitatis uniuscuiusq; subsistẽtiæ, quæ in scriptura dicit efficacia. Quia scriptura dicit aliquãdo omnẽ creaturã filij opus, dicẽs, Verbo domini cœli firmati sunt: aliquãdo aũt spiritus, dũ dicit, et spiritu oris eius omnis uirtus eorũ: sed nõ quasi pater nõ possit omnia facere, cõditor est & filius, & spiritus quoq; assumitur ad creandũ nõ qđ ita infirmus sit filius. Vere em̃ dictũ est, quod per ipsum facta sunt omnia, ut trinitatis nobis eadẽ substãtia, idẽ honor, & eadẽ uirtus cõmẽdet. Dicit hæc interdũ à patre, interdũ à filio, interdũ à spiritu sancto esse facta. Sic enim & ab una substãtia diuina perfecta esse omnia intelligimus. Nõ ut uerbũ est in substãtia & in subsistentia unigenitus, absq; passione natus: ita & spiritus sanctus ex ipsa procedẽs, in propria subsistẽtia exiitit, ita ut in tribus subsistẽtijs, una substãtia effigiet, & multa ipsorum in substãtiæ ratione aliena specteẽ, solis aũt proprietatibus, charácterẽ referẽtibus, siue distinguentibus inter ipsas intelligantur. Quomodo igit̃ efficacia est alicui proprie cedẽs. Nã hęc omnia cõmunia, una penitus efficacia.

*Cyrilli defensio.*

NVnquid mihi testiũ uoce opus erit ad commonstrandũ aduersarios uana loqui uoluisse, et aduersum nos incircũspectè blasphemijs usos esse? Verum hoc solus illorum sermo, ut opinor, iudicabit. Nam in proposita anathematismo affirmamus manifestè, propriũ esse filij spiritũ sanctũ, & quod per ipsum perfecerit diuina signa. At illi quamuis sæpe dicũt me oblitũ esse meorũ sermonum, in eam peruenisse dementiã, ut putent me dicere, quod Iesus dęmonia nõ eiecerit per spiritum. An nõ est manifesta calumnia hæc? Nam si nõ dignantur cõfiteri diuina signa esse, modũ eijciendi dæmonia, dum dicunt quæ uolunt. Afferant cõtra me scripturã, accusent, quod nõ hoc dixi manifestè silẽtio pręteritis diuinis signis. Si autem cũ alijs diuinis signis, nõ caret miraculo, dæmonia eijcere: cur cũ didicerint quãm inutile sit, eligere sonoram pronunciationẽ, & uitare tanquã rem inutilẽ, ueritatis sermonẽ, suam contra impudentiam honorarunt, neq; paucis dixerunt, quod apud deum & homines uituperatũ est. Videntur mihi esse obliti Christi dicentis, Quomodo dices fratri tuo: Frater sine, eijciã festucã de oculo tuo, & ecce trabes in tuo oculo. Hypocrita, eijce primum trabẽ de oculo tuo, & tunc uidebis, ut eijcias festucã de oculo fratris tui. Itaq; quod sancta trinitas eiusdẽ sit substãtiæ, eiusdẽ roboris & operationis, nõ per uestrum didicimus sermonẽ, sed iũ mus edocti potius ex sacris Scripturis. Iam quod propositus anathematismus nullo modo rectè sidei cõtrarius sit, & in sermonib. istis ne offendas, sed q̃d prosit potius, sine labore uidere licet. Nam eos qui diuidunt unũ Dominũ Iesum Christũ, & diuidunt ipsum, ut iam sæpissime diximus, in hominẽ proprie, & in deũ uerbũ proprie, ita ut duæ intelligantur personæ & subsistentiæ, inter se disiunctæ, hoc facere nõ sinit, neq; permittit dicere, quod unus cõmunis homo Iesus operandi facultatẽ acceperit à spiritu sancto, ut possit scilicet diuina signa pficere, quia nullo modo differret à sanctis apostolis uel prophetis, qui per diuinã benignitatẽ diuinis impleti donis dixerint merito: Gratia dei sumus quod sumus. Hęc uox sanctis quidẽ uiris, sancti spiritus gratia distributa honestatis bene cõgruit, Christo aũt nõ item. proprius enim est eius spiritus sanctus, quemadmodũ scilicet est dei patris. Operatur aũt efficaciter, sicut pater per spiritum, ita & ipse. Cæterũ quamuis dicens Iudæis: Multa bona opera ostendi uobis à patre meo, & â meipso non loquor: pater aũt in me manens, facit opera. Ipse dicebat iterũ: Si autẽ ego eijcio dæmonia, operationẽ per spiritum referens in se & patrẽ propter identitatẽ substantiæ. Et plurimus quidem ac prolixus esset de illis sermo, qui ẽpore congruo his, qui uoluerint examinandus erit. Itaq; nõ quasi aliena uirtute, per spiritũ operandi facultatẽ accepisse dicimus Emmanuelẽ, sed proprìam habuit cõsubstantialis spiritus uirtutẽ, quã ut deus habuit. Nã beati quidẽ discipuli signa facientes dicebant: Viri quid nobis attẽditis, quasi propria uirtute uel pietate fecissent ambulare portæ Speciosę assidentẽ claudũ. Proprius aũt Christi est spiritus eius. Illis autem qui nostra cauillantur hoc dicimus. Quippe si quidem consonat cũ illorum mentibus diuidendum in diuisibilem, & sicut communem hominem operandi facultatẽ accepisse per spiritum Iesum, haud magna ratio est eorum qui sic affecti sunt. Sin Christum unum & filium & dominum esse cõfitentur, eundemq; esse simul deum ac hominem credant nobiscum, quod nõ operãdi facultatẽ accipit, quasi meliore quadam & aliena ab illo uirtute, ipse aũt potius efficaciter diuina signa quasi per propriũ spiritũ, in quo & omnis genitorũ uirtus. nã sic cessabũt frustra nos irridere, & inuidiæ dẽtes in nobis cõfringere.

*Cyrilli anathematismus decimus.*

POntificẽ & apostolũ cõfessionis nostrę factũ esse Christũ, diuina dicit scriptura, obtulisseq; se pro nobis in odorem suauitatis deo & patri. Si quis igitur pontificẽ & apostolũ nostrũ factũ fuisse dicit, non ipsum ex deo patre uerbũ quando factum est caro, & homo nobis similis, sed ut alium ab ipso proprie hominẽ ex muliere. Vel si quis dicit, quod per se ipse obtulerit oblationẽ, & nõ magis pro solis nobis. Qui enim peccatum nesciuit, oblatione opus non habuit, anathema sit.

*Orientalium obiectio.*

SIdes uerbũ est sacerdos, cui uel quali deo suo ministeriũ suũ offert? Sed adducit beatus Paulus, dicens: Nõ em̃ habemus pontificẽ, qui nõ potest compati infirmitatibus nostris, sed tantũ per omnia secundũ similitudinẽ absq; peccato. Quis igitur est tentatus ille, num deus uerbũ, uel humana natura semẽ Dauidis? Et iterũ: Nemo sibi assumit honorẽ, sed uocatus à deo, sicut et Aarõ, ita & Christus nõ seipsum glorificauit ut fieret põtifex. Quis igit̃ ille qui cõparatur secundũ sacerdotij dignitatẽ Aaroni, & ei qui nõ à seipso honorẽ assumit, sed uocatur à deo in diuina natura, quæ patri coeterna? cui omnia patris sunt propria? & in quã diuina natura dignius? ad quod nõ à seipso, sed à deo uocat, perq; illũ ascẽdit, et per istud glorificatur? uel natura ex semine Dauid facta & præfinita? Cui etiã iurauit deus, secundũ Psaltẽ daturũ se sacerdotiũ in æternũ. Iurauit enim, inquit, dominus, & nõ pœnitebit eũ. Tu es sacerdos in æternũ secundum ordinẽ Melchizedek. Num deitas unigeniti promissiones, cũ iuramento accepit suscepturã se sacerdotiũ in æternũ à deo, per quod sit glorificãda? & quis nos feret talia dicẽtes uel cogitãtes, quis nõ cõtemnet nos deũ introducentes, qui pontifex ordinetur, & pacta cũ iuramento recipiat, uoceturq; ad sacerdotiũ, & non sibijpsi accipit honorẽ, sed ad illũ uocat & cõparat, primo qui sacerdotiũ accepit. Et iterũ dicit: Tu es sacerdos in æternũ secundũ ordinẽ Melchizedek. Quis igit̃ qui cõparatus est Melchizedek secundũ sacerdotiũ, ut illud suscipiat sanctus Deus uerbũ uel caro ex nobis susceptus, secundũ carnẽ sibi inseparabiliter & inconfuse unita? Et iterũ dicit: Qui in diebus carnis suæ preces & supplicationes ad eũ qui potest ipsum saluare de morte cũ clamore ualido, & lachrymis. Nunq̃d deus uerbũ supplicationes & preces, & cũ clamore ualido ad aliquẽ, qui potest saluare seipsum offerens exauditũ est prę reuerentia, & didicit ex his quæ passus est obedientiã. Si igitur deus uerbum pontifex, & didicit ex his, quæ passus est ipse & consummatus est. Verum ne turbetur nostra mens, audiens de eo qui passus est, quamuis existat filius: non enim duos filios poni mus, eum qui passus est, & qui mãsit impassibilis.



Neq; em̃ deitas seorsim sequestrata ab eo qui ex semine Dauid filius nominata est, ita ut neq; deitas post unitionem sine carne uisibile filius appellatus sit. Nam filiatio post unitionem utriusq; naturis una est, inter se non separatis. Non enim post hanc unitionẽ separatio facta est. Manet em̃ perpetuo unitio. Quin & in passionibus carnis deitas inseparabilis, manet impassibilis, & quæ Deũ addecet per carnem perficiuntur, unde unum & eundem filium confitemur, naturis incõfusis manentibus, non alium & alium dicentes, absit: sed unum & eundem. Itaq; pontificem & apostolum confessionis nostræ Iesum Christum, secundum diuinas scripturas factum esse, nullus non confitebitur. Itaq; non dicimus seperatum proprie hominem ex muliere à dei patris uerbo, ita ut quod ex semine Dauid unitum, sit inconfuse, inestabiliter & inseparabiliter uerbo quod ex deo sacerdotem tentatum per omnia absq; peccato, & edoctũ ex his quæ passus est, obedientiam obtulerit deo & patri, non pro seipso, sed pro solis nobis suam carnem. Non enim imperite dicimus deum uerbum pontificem & obtulisse seipsum deo & patri, non enim unigeniti deitatis deus pater, sed pater.

*Cyrilli defensio.*

ITerum aduersarijs tempestiue dicemus: Vsq; quo claudicatis ambolus poplitibus uestris? Oportebat enim uos habere sanã & ualidã ad agnoscendam rectę fidei dogmata mentem, non duplicitate animæ claudicantẽ, ualde imbecille, & recte incedere non ualentẽ. Inconstans enim est duplex anima, in omnibus uijs suis, & non adiuuatur à domino, quod dico ualde admirans aduersarios tam effuse ac temere propositũ, etiamnum anathematismũ perstringere uelle, nec absurdum, quod uolũt dei patris uerbũ à nobis nominari. Apostolum & pontificem confessionis nostræ quãdo factus est homo: nam qui prorsus attentant natiuitatem eius secundũ carnẽ calumniari, & reiectiuã, quasi nõ ueram facere audent, non ferentes dici sanctam uirginem dei genitricem, quomodo non & dispensationis modos uitarentur. Audiãt igit̃ hoc quod Esaias dixit: Nisi credideritis, nõ intelligetis. Etenim diuinus euangelista Ioannes magnum & præcipuũ quiddã hominibus detonuit, dicẽs: Verbũ carnẽ esse factũ. Qui autẽ uirtutem ueritatis suffurantur, ita carnẽ ipsum factũ esse dicunt, sicut & maledictũ & peccatum esse fatẽtur, & de illis iampridem diximus, quæ probabilia erant, ututi possint sermones illorã falli cõprobari. At illis obiurgatoribus nunc illud dicimus: Disci te audire angustiati, suscipite fundamentũ sacramenti secundũ Christũ prima dispensationis exordia, & ipsum, ut ita dicã, ingressum. Credite nobiscũ, imo sacris scripturis. Date date ueritatis calculum confitentes, quod ipse unigenitus dei uerbum, qui est in sinu patris, per quem omnia, & in quo omnia factus sit caro, non ferendo conuersionem, uel contemperationem, sed existens hoc secundum naturam, id quod erat, & est, & erit: factus autem est caro natiuitatem ferens, ex sancta uirgine,

ἐνάνθρωπησις
incarnatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca



uirgine, secundum carnẽ, inquam, & appellatus est filius hominis, & similiter ut nos particeps fuit sanguinis & carnis. Hæc cognoscentibus & tam uenerandã uerãq; fidẽ amplexantibus, omnia deinceps apparebũt accessa & peruia, & plane nihil aspertũ uel obluctans. scriptũ est em̃ qđ perspicua sunt intelligentibus & recta inuenientibus scientiam. Opinor aũt operepreciũ, ut & nos causam nostram dicamus, propter quã factus est anathematisimus. Nestorius em̃ qui omnia perturbat, & omnia suscq; decq; confundit, tale quiddã de saluatore nostro Christo dicebat: Missus est ad prędicandũ captiuis remissionẽ, hic fidelis deo factus põtifex. factus est em̃ hic, non perpetuo erat, hic paulatim ad pontificis dignitatẽ peruenit hæretice: aliaq; his consimilẽ parientia impietatẽ adducit multa. Quis igitur auditistam fœdis sermonibus nõ malet omnia pati, quàm silentium deo exosum diligere. Mortuus est pro nobis Christus, confusionẽ contempsit, crucem & mortem tulit secundũ carnem, & nos benefactori neq; beneuolum sermonem rependemus? sed quieti sedebimus iam absurdas audientes blasphemias, uel fortasis etiam inter nos diuidẽtes crimina? Heus quid dicis? Profecit in sacerdotem paulatim? Verbum quamuis esset deus, exinaniuit seipsum, liber secundum naturam accepit serui formam, & qui ultra omnem creaturam est, & diuinitatis eminet gloria, humiliauit seipsum. Si autem profecit, quodammodo exinanitus est, uel quo pacto se demisit ad humiliationem? Vtiq; ante præcesserunt honor & gloria, dixerit quis, hi exinanitionẽ. Deinde quomodo ante rem est exinanitio? Eia, inquit: Si ipsum Dei patris uerbum factus est põtifex, quis, oro, maior est ille eius cui sacerdotali ministerio seruit? Igitur dicam iterum: Crede quod quamuis deus secundum naturam esset in forma patris filius, non rapinam arbitratus est se esse deo æqualem, sed seipsum exinaniuit formam serui assumẽs. Si autem factus est homo, assumpsit autem serui formam, quomodo censebitur parum & dispensationis sermonibus incongruum appellari & apostolus & pontifex? & qui mensuram humanitatis nostræ non dedignatus quomodo repudiãda faceret humana? Forsitan haud difficile foret, id multis tractare sermonibus, et prolixiorem enarrationẽ protrahere: alterum illis tunc translitis ipsorum afferã sermones? scripserunt enim sic: Verùm ne turbetur uestra mens, audiẽs de eo qui passus est, quamuis sit filius. Non enim duos filios dicimus, eum qui passus est, & eum qui mansit impassibilis. Neque enim deitas seorsim sequestrata ab eo qui ex semine Dauid filius nominata est, ita ut neq; deitas post unitionẽ sine uisibili carne filius appellatus est. Et iterum: Vnde unum & eundem filium confitemur in confusis naturis manentibus, non alium & alium dicentes, absit: sed unum & eundẽ pontificẽ & apostolũ nostrum factũ esse, dominũ nostrum Iesum Christum secundum diuinas scripturas, nullus non confitebitur, nec separatũ proprie hominẽ ex muliere à Dei patris uerbo. Itaq; si unum dicunt filium, nullo modo partientes in duos unum ex semine Dauid, & alium ex deo patre uerbum, quomodo non lædunt sacramentum partientes dispensationem deo, et homini, & non potius unum & eundem deum & hominem esse dicunt, ut sunt omnia eius quæ diuinè, uel humanè dicta. Nam quando aliquid quod decẽtissime de ipso dicitur, hoc certe omnimodo & uerum et se dicimus. Deũ enim ipsum esse scimus. Etsi humani quidpiam dictum fuerit, etiam hoc admittemus. Confitemur enim, quod deus est in carne & sanguine, & humanitatis mensuram per humana agnouimus. Mille enim millia sanctorum angelorum ministrant ei, & diuinum eius chorum circunstant Seraphin. Quando autem factus est homo, uocatus est & pontifex, nõ quod maiori deo offerret sacrificiũ, sed sibijpsi & patri fidei nostræ confessionẽ procuraret. Audiens quod dictus est sacerdos, propter humanitatem, erubescisne? De inde quomodo non admiratus es, quod non secũdum sacerdotũ morem alteri fecerit sacrificij modum, sed sibijpsi, potius & patri, ut dixi. Quando dicis indignum esse deo ut sacrificet, altipulor & ego, scilicet si solum sit, & absq; carne uerbum, dixeris recte: quia autem factum est caro, inde & sacrificantem propter humanitatem & in dignitatibus ultra creaturam sicut deum. Considera enim cum deo & patre. Itaque inde ipsum sacrificatem secundum humanitatem, consideremus autem, ut deum. Quid enim dicit beatus Paulus: Talem habemus pontificem, qui consedit in dextra throni magnitudinis in excelsis. Igitur uidentes quod factus est homo qui deus sit. Est autem unus & idẽ filius, illi omnia attribuimus ut uni, & dispensationis sermones non ignorabimus. Cogitationis uim semper proinde & sapienter ad obedientiam eius accommodantes.

## VNDECIMO ET DVODECImo anathematissmo eadem obiecta, & responsa sunt, cum his quæ à Theodorito reprehensionibus habes.

*Post duodecimam responsionem adduntur sententiæ primæ.*

GRegorij beati episcopi Nyssæ) Hoc sentire, inquit, in nobis, quod & in Christo Iesu, qui quum esset in forma serui, nõ est rapinam arbitratus, æqualem se esse deo, sed seipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Quid pauperius sub deo figura serui? Quid humilius sub rege omnium, quam uenire in communionem pauperis nostræ naturæ? Qui rex regnantium & dominus dominantium serui forma induitur, subditus sit potestatem gerentibus. Dominus creaturæ in speluncã diuertit. Qui uniuersum palmo concludit, non inuenit locum in diuersorio, sed in præsepio bruta rum reclinatur. Mundus & immaculatus humanæ naturæ susçipit sordes, & omni paupertate mortis finem peruenit. Vita perfunctus, usq; ad mortis finem peruenit. Vitam uoluntariæ paupertatis mensurã? uita mortem gustat, iudex in iudicium trahitur. Dominus uitæ omnium quæ sunt sententiam tolerat iudicis, Rex omnis ultra mundanæ uirtutis, lictorum manus non repellit.

Basilij episcopi Cęsariæ. Non enim tantum, & cœlum, ac terra, & marium magnitudines, & quę in aquis uersantur, & terrena animantia, & plantæ, & stellæ & aer, & hora, & uarius mundi ornatus roboris eminentiam commendant, quantum posse deum non capacem impassibiliter per carnem cum morte confligere, ut nobis sua passiõe impassibilitatem largiatur.

Athanasij episcopi Alexandrini. Et ostendit quod non apparenter, sed uere habuerit corpus. Decebat enim Dominum humanam hanc carnẽ indutum, cum suis passionibus ipsam totã induere, ut sicut proprium ipsius esse dicimus corpus, ita & corporis passiones, proprię tantum eius dicantur, etiamsi non contingant, secundum diuinitatem eius, siquidem alterius esset corpus, alterius uerò diceretur passiones. Si autem uerbi caro, uerbũ enim caro factũ est, necessarium & carnis dici passiones eius, cuius & caro est. Cuius enim dicũtur esse passiones, quales sunt, maximè condemnari, flagellari, sitire, & crux & mors, & aliæ corporis infirmitates, eius & opera bona ac gratia sunt. Idcirco recte non alterius, quã Domini dicuntur, esse tales passiones, ut & gratia ab ipso sit: & nõ fiamus idololatræ, sed uere pij. Quia nullam creaturam, nullum communem hominẽ, sed ex naturã Dei & uerum filium, hunc & factũ hominẽ, & nihilominus dominũ ipsum ac deum & saluatorẽ inuocamus. Sufficient igitur ad probationem, uel mediocriter doctis sententiæ propositæ, diuina lege manifestè dicente: In ore duũ uel trium testium stabit omne uerbum. Quod si quis uoluerit etiam posthac contendere, audiat ipse à nobis. Eas hanc cõtra teipsum, nos uerò reliquas scripturas & sanctorum patrũ sequemur uestigia. Sic enim lucrabimur supernæ uocationis præmium in Christo, per quem & cũm quo Deo & patri gloria cum sancto spiritu in sempiterna secula, Amen.



Epistola alia eorundem.
Epistola Orientalium in Epheso ad Legatos.
Epistola Orientalium in Epheso ad Reges.
Epistola Theodoreti ad Alexandrum.
Pars Homiliæ Theodoreti.
Homilia Ioannis Antiocheni.

## EXEMPLAR EPISTOLAE IOannis Comitis Sacrensis, scripta ab Epheso, ad Reges qua docet, quid egerit, ubi Synodum conuenit.

SCiens cõducibile pietati, si diuinis scripturis commendentur, omnia quæ iuxta punsimę celsitudinis mentem, pro uirili feci, hinc quæ sint acta discetis. Pridie quàm hæ literę darẽtur, labore magno, accelerationeq; mira in Ephesiorũ ciuitatem peruenì: aduenissem autẽ citius, nisi maximis negotijs impeditus fuissem, quæ uestrę magnitudini affuturus Deo propitio coram recensebo. Statimq; sanctissimos Episcopos qui hinc & inde conuenerant reuerenter salutaui. Propter discordiam autem quæ intercedebat inter eos, patres accersere conueniebat. Turbatis autem omnibus, Cyrilloq; & Memnone se muntentibus, per meipsum ijs qui conuerant denunciaui, & ijs qui aberant manifestaui, ut sequenti die absq; ulla mora omnes in diuersorio meo confluant. Porrò ne conflictus quidã fieret promiscue ipsis conuenientibus (metuendum enim & hoc erat propter ferociam, quę nescio unde illis accideret) ingressus, ordinem distribui. Præsente autẽ Nestorio, fere cum ipso aurora & Ioane pientissimo Episcopo, aduenit etiã Cyrillus cũ omnibus pientissimis Episcopis, solo autem Memnone absente, magna turbatio tumultusq; exoriri cœpit. Discentibus ijs qui cum Cyrillo uenerant, Nestorij, qui ab ipsis depositus esset, ne aspectum quidem ferendum esse, nihilominus tamen conuenientibus diuinarum scripturarum lectionem fieri uolebant. Affirmabant aũt ij qui Cyrillo fauebant, lectionem diuinarum & terribilium scripturarũ absq; Cyrillo non habendam neq; præsente Nestorio, neq; his qui ab Oriente uenerant sanctissimis Episcopis, & ob hoc magna facta seditio. mò prælium & pugna. Eadem quoq; et sanctissimi Episcopi, qui Ioanni pientissimo episcopo astabant, cõtendebant dicentes: Cyrillũ non oportere diuinarũ literarũ lectioni, utpote & illo cum Memnone ab ipsis depositio interesse. Fiebat igitur super hac re contentio. Iam autem maximo diei interuallo exacto, operæprecium existimaui absque Cyrillo & Nestorio, cęteris patefacere regias sententias, quando quidẽ cõmemoratis illis, neq; scriptæ essent à mundi Dominis. Verum renuebant & hoc pientissimi Episcopi, qui cum Cyrillo uenerant, uolebantq; etiam his qui cum Ioanne aduenerant præsentibus aures præbere, eo qđ dicebant eos illegitimè Cyrillum & Memnonẽ deposuisse. Vix igitur potui persuasione & ui (si quidem uera dicere oportet) sequestratis Nestorio & Cyrillo inducere omnẽ Synodũ, ut Regiũ

## QVAE AB ORIENTALIbus episcopis et Ioanne Antiocheno hinc inde scripta sunt.

IOANNIS Comitis ad Imperatorem, Orientales ad Imperatores de his quę Ioannes Comes egerat.

Mandatum Synodi occidentalium, quod dedit Legatis euntibus Constantinopolim.

Synodus occidentalium ad Reges.

Mandatum Synodi Orientalium quod dedit suis Legatis.

Expositio fidei ab Orientalibus.

Petitio prima Orientalium legatorũ à Regibus.

Petitio secunda eorundem à Regibus.

Petitio tertia eorundem à Regibus.

Epistola legatorũ Orientaliũ ad suos in Epheso.

Universidad de Deusto
Biblioteca



rescriptū audiretur. Igitur congregatis omnibus Augustarum literarum lectionem feci, in quibus depositi sunt Cyrillus, & Nestorius & Memnon. Quum autē hi qui cum Ioanne pientissimo conuenerant lectionem amicè susciperent, & approbarent, audiuerunt à graui auditorio depositionem Cyrilli & Ioannis illegitimè factam. Cæterùm ne maior fieret seditio Nestorium quidē custodiendum suscepit Candidianus Comes † consuetudinarium domesticorum, qui omnibus cōsilijs & operibus meis interfuit. Cyrillum autē & ipsum custodiendum tradidi Iacobo circumspecto Comiti & præposito quartæ scholæ. Memnon uerò ut prædixi aberat. Vnde missis dispensatore & lectore ac Protodiacono sanctissimæ Epheliorum ecclesiæ, ei manifestaui quod depositus esset. At memoratus Memnon cum prædictis, fidem dedit eis, se suo periculo cum omni securitate Ecclesiasticis pecunias seruare. His in hunc modum actis, quoniam oportebat me & precibus uacare, descendi in sanctissimam Ecclesiam, cognoscens autem Memnonem agere in episcopo, mitto ex ministris meis Primicerium nobilium Palatinorum ad ipsum, ut ad me ueniret ut discerem num omnino me accedere renueret. Verumipse, absq; mora aduenit, & reprehensus à me, quare manè non uenisset. Dixit, ægritudine se deprehensum esse, & propterea non affuisse. Ne ferret autem alias meas admonitiones uel consilia, præuenit sermones meos, & in meam irrupit domum, traditus igitur & ipse Iacobo circumspecto Comiti custodiendus, & à Scutarijs nobilibus, & reuerendissimis Palatinis. Hęc primo die à me facta sunt. Quoniam autem & de pace pientissimis Episcopis sermonem habere oportebat, ne hæreses & schismata in Orthodoxa religione fierent. Pro inde quāta potui diligentia, ei negotio me accommodaui, et posthac operā daturus, modò placeat & melioribus & pietati consonum sit, & recta mens sit domini mūdi. Quod si pientissimos Episcopos uidero implacatos, & non reconciliabiles, nescio unde in hanc rabiem & asperitatem uenerint, etsi quid amplius factum fuerit, quàm primum uestræ amplitudini significabo.

* alias nobilium.

† alias Comes.

EXEMPLAR RELATIONIS ORIentalium ad Reges de his quæ Ioannes Comes egerat.

MEritò quis dixerit nostri seculi homines, qui tuo Imperio gubernētur beatiores ijs qui ante nostram ætatem fuere. Vestra enim pietas inter innumeras totius orbis curas, eam quā religionis pietate gerit, omnibus alijs præposuit. Magis autem ueneratur laudatissimum uestrum Imperiorū ea quæ Dei sunt, quàm omnia quæ sunt per terram. Quoniam fides in illum uestras cogitationes & opera moderās, cum uestra pietate in omnib. honestis cooperatur. Hęc ita certo se habere semper quidem ex his quæ contingunt didicimus, ite autem tempore maximè certi sumus. Postq; iam cni n expectata sacerdotum exorta sunt disturbia, singulis simul se ab inuicem dissidentibus, & commune hoc nostrum cōsistorium commotum est, Aegyptio orbem (id quod semper solitus est) conturbante, uestræ pietatis oraculum per magnificentissimum & gloriosissimum Comitem generalem largitionum Ioannem allatum omnium uanas choleras restinguere sufficiens est, siquidem modesti esse uoluerimus. Illud autem maximum, quod uestra maiestas literis cauit tollenda offendicula à quibusdam excitata. Vtēdum autem canone & regula, qua olim à patribus in Nicęa fides exposita est, quę etiam nihil diminutum uel superfluum continens, compendiariam salutem concedit, uerbis paucis comprehendens omnia, quodcūq; diuinæ scripturæ tradiderunt, & eliminans seductorum & nouas nobis tradere uolentiū opiniones. Quapropter acceptis literis uestris, quum uidissemus mentē uestræ Maiestatis recte patrum fidei cōuenire, operam dedimus ut confestim efficerētur capitula cōtra euangelicam & apostolicam doctrinam à Cyrillo exposita, in quibus omnes & qui nunc sunt, & qui olim fuere sanctos anathematizare autus est. Quā autem nupero tempore turbulenter Episcoporum presentia conspirationem fecit multorum inexperientia, & aliquorū morbo olim quidem latente, nunc autem impudenti circumcursatione manifestatum, autoritate Synodali stabilire attentauit. Hæc autem sicut uestra Maiestas, etiam pietissimus sanctissimusq; pater noster & episcopus Acacius, scriptis sanctam Synodū docuit, quod Apollinarij impietate contingat. Optime enim scit uir ille decem & centum annos natus qui omnem ętatem in apostolicos studores insumpsit, & plurimis Synodis interfuit, & Apollinarij ecclesias uicinos semper habuit. Vnde facile deprehendere potuit, quod prædicta capita praeuam illam opinionem saperent, & iam deceptos episcopos, & ille subscribere sinentes. Orauimus igitur unà cum Ioanne magnificentissimo & gloriosissimo Comite, ut ab orthodoxa fide ejicerētur & alienarentur, & se subscriberēt orthodoxæ fidei Patrum in Nicæa congregatorum: & quum non possent propter malam ipsorum præiudicationem factam, coacti sumus apud eos syncerani illam rectam confiteri fidem, & illi subscribere, ijcereq; legitima cōfessione superfluam illam, impijs opinionibus refertam capitulorum expositionem. Sufficit enim paruorū illorum uerborum rectæ fidei confessio ad redarguendum omnem hereticum errorem. Neq; enim prædicta Patrum fides contempsit ea quæ de unigeniti Deitate recensetur, sed consubstantialem prędicans immobiles fidelium mentes seruauit, & Arrianorū hæresin sustulit, deq; dispensatione exactas definitiones tradidit. Tunc inconuertibilem & incōmutabilem Deitatē unigeniti nos docuit, & non putrum hominem esse, dominū nostrū Iesum Christum: sed uerè filium Dei credendum prędicauit, congrua diuinis sanctisq; scripturis confirmans. Vnde & nos illos sequentes fidei & expositioni confessionis



confessionis, nihil adiecimus, nihilq; ademimus contenti in omnibus sanctorum Patrum expositione. Quoniam autem ô pientissimi Reges præceptis post hanc firmæ fidei cōsonantiam, etiam de sancta ac Dei genitrice uirgine, uestræ excellentissimæ pietati innotuisse. Hoc enim Ioannes ille magnificentissimus & gloriosissimus Comes annunciauit, idq; diuino petito auxilio. Maius enim fuerat quàm ut talia homines attentent, nos tamen facimus uestræ pietati, quæ ex diuinis scripturis edocti sumus, confessione nostræ infirmitatis excludere, inferere uolētes inter ea quę super hominem esse consideraūimus. Igitur fatemur Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei unigenitum Deum perfectum, & hominem perfectū, ex anima rationali et corpore, ante secula qui dem ex patre genitum, nouissimis autem diebus ex Maria uirgine secundum humanitatem: consubstantialem ipsum patri secundum Deitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem. Duarum enim naturarum unio facta est. Idcirco unum Christum, unum filium, unum Dominum confitemur, iuxta hanc inconfusæ unionis sententiam confitemur sanctā uirginem Dei genitricem, eo quod Verbum incarnatum & inhumanatū est, & ex illius conceptione uniuit sibi templum ex ipsa assumptum. Hæc quum didicerimus à Theologis uiris, euangelistis & apostolis, et prophetis et pię fidei doctoribus sua tempestate claris, tanquam in compēdio exposuimus. Oramus autem & obsecramus uestram Maiestatem, piam religionem quæ corrūpi uidetur, morbo ab Aegyptiacis capitulis inuecto, more solito defendere, & omnibus præfectis sanctarum Ecclesiarum sacerdotibus edocere dignetur, ut explodant capitula à prædicto Cyrillo, magna Ecclesiarū iactura, fidei catholicæ introducta, solicq; subscribant sanctorum patrum in Nicęa congregatorum confessioni. Neque enim aliter pax in Ecclesijs Dei triumphabit, nisi eiecta fuerit impia illa expositiō.

MANDATVM QVOD SYNOdus dedit Legatis Constantinopolim proficiscentibus, ut Orientales indicarent.

Philippo presbytero Dei & amantissimo & colendissimo, sanctissimi & pientissimi Archiepiscopi apostolicæ sedis, magnæ Romæ Caelestini Vicario, & pientissimis & sanctissimis Episcopis, Arcadio, Iuuenali, Flauiano, Firmo, Theodoto, Acatio, Euoptio, sancta & uniuersalis Synodus, quæ gratia dei & edicto pientissimorum Regum in Ephesinorum metropoli congregata, in Domino salutem.

ADmoniti à pientissimis Christicq; amantissimis Regibus, ut mittantur Legati pro toto orbe, qui propter eos qui nobiscū in Ephesiorū urbe cōgregati sunt, anxius est, unanimi calculo decreuimus, & legationis prouinciā, ut pro recta fide & pro sanctis fratribus, sanctissimo & Dei amantissimo coepiscopo Memnoni iniūximus. Vtrorumq; aūt securitatis & uestrorum & nostrorum habentes curam, hoc mandatorium diploma instruximus, ut et scias propter quæ nos miserimus & uestra pietas cognoscat, quod nihil præter hęc facere debeatis. Ante omnia igit sciat uestra sanctitas, quod cum Ioanne Antiocheno, et cum Apostatarum cōcilio communionem nullo modo habere debeatis, eo quod noluerūt nobiscū deponere impietatis preconem Nestorium, sed illi usque ad abitionem uestram patrocinati sunt, ausi contra omnes canones cōdemnare sanctissimū, Deiq; amantissimum Archiepiscopū Cyrillum, & sanctissimum deiq; amātissimum episcopum Memnona. Præterea usq; ad id tēpus in Nestorij dogmatis defendēdis anxij sunt. Sūt itē inter eos Cœlestiani & depositi, audentq; totius orbis Synodum hæreticā appellare. Iam si necessitas quædam se obtulerit, adeundi Regem pientissimum, quoniam edicto amatoris Christi & pientissimi, pro uirili obediendum est, si noluerunt prædicti subscribere depositioni Nestorij, & per libellos uenia petere à sancta Synodo super ijs quæ teme re in nostros præsides admiserunt, anathematizare q; & Nestorij dogmata & abijcere eos qui eadem cum illo, uel sapiunt, uel sapuere. Denicq; & laborare nobiscum, ut restituantur nobis sanctissimi Archiepiscopi Cyrillus & Memnon, permittimus uestræ sanctitati his factis, polliceri quidē ipsis communionem: scribere autem nobis, ut & uobis cōpacisentibus perfecta cū ipsis pax constet. Verum non erit antea promittenda illis pax, nisi præsides suos recipiat sancta Synodus. Scire autem uolumus uestrā sanctitatem, quod si quid horum à uobis contemptum fuerit, neque sancta Synodus acta habebit rata, neq; uos communionis sinet esse participes.

SVBSCRIPTIONES.

Berinianus, Erenianus, Dalmatius — Subscripsi
Seuerus, Pius, Hellanicus — Subscripsi

Perges iussus subscripsi

| | | | |
|---|---|---|---|
| Palladius | | Philippus | |
| Amphilochius | | Heracleon | |
| Perigenes | | Petrus | |
| Iconeus | | Theodosius | |
| Aristonicus | | Eusebius | |
| Valerianus | | Benantius | |
| Cyrus | | Anysius | |
| Meonius | | Domninus | |
| Dynatus | | Zenobius | |
| Idduas | Similiter | Aetius | Similiter |
| Epiphanius | Similiter | Timotheus | Similiter |
| Gregorius | | Eugenius | |
| Hesychius | | Calippus | |
| Tribunianus | | Ioannes | |
| Theodotus | | Senecion | |
| Ablabius | | Docunasius | |
| Domninus | | Theosebius | |
| Eustachius | | Domnus | |
| Constantinus | | Asterius | |
| Eunepius | | Bessulas | |

Universidad de Deusto
Biblioteca



| | | | |
|---|---|---|---|
| Euprepius | | Maximus | |
| Patalius | | Theodulus | |
| Syluanus | | Commodus | |
| Limonius | | Modestus | |
| Cyrillus | | Aristobulus | |
| Euporus | | Esthabius | |
| Thomas | | Heraclius | |
| Rhodon | | Paulus | |
| Tychicus | | Theon | |
| Martyrius | | Hieraris | |
| Micias | | Chrysaorius | |
| Nestorius | | Hermogenes | |
| Theodorus | | Aristocatus | |
| Archelaus | | Alexander | |
| Aphobius | | Lampetius | |
| Hermobius | | Seuerus | |
| Carius | | Ardesimus | |
| Reginus | | Appellas | |
| Alypius | | Mandianus | |
| Anderius | | Eusebius | |
| Paulus | | Heraclides | |
| Macedonius | | Ammon | |
| Acatius | Similiter | Zenobius | Similiter |
| Spudasius | Similiter | Zenon | Similiter |
| Aphronius | | Isaac | |
| Philetus | | Nateras | |
| Promachius | | Timotheus | |
| Nectarius | | Zenon | |
| Metrodorus | | Eusebius | |
| Dorotheus | | Philudephus | |
| Tarianus | | Macarius | |
| Abraham | | Pabiscus | |
| Petrus | | Andreas | |
| Eudoxius | | Phœbãmon | |
| Adelphius | | Sabinius | |
| Eulogius | | Eusebius | |
| Theonas | | Alexander | |
| Cyrus | | Eutherius | |
| Marcellinus | | Saadius | |
| Euagrius | | Petrus | |
| Theodorus | | Ioannes | |
| Solon | | Ammon | |
| Romanus | | Thomas | |
| Paulus | | Ioannes | |
| Ioannes | | Timotheus | |
| Rufinus | | Eusebius | |
| Nesius | | Paulus | |

## RELATIO SYNODI MISSA CVM prædictis Episcopis, & locũ tenente Papæ ad Reges.

*Pientissimis, Deiq; et Christi amantissimis Theodosio et Valeriano Victoribus triumphantibus semper Augustis, quæ iuxta gratiam Dei et uestræ Maiestatis edictum in Epheso congregata.*

OMnia quidẽ ô Reges amatores Christi regię Maiestatis uestrę acta laude merentur, magnũq; pietatis zelũ præseferũt, eaq; propter unanimiter omnes & singuli pro perpetua uestra incolumitate et Imperio, preces domino Christo offerimus, orantes ut Christi amantissima uestra

A Maiestas orbi perpetuò seruetur. Quia autem & nũc nostris precibus flexa uestra pietas præcipit per Ioannem magnificentissimum & gloriosissimũ Comitẽ, ut uniuersalis uestra Synodus ad uestram Maiestatẽ electos quosdã pietissimos mittat Episcopos, & coram omnes causas exponãt, meritò gratias agentes Christi amantissimæ uestræ Maiestati: elegimus sanctissimos ac pientissimos Episcopos Arcadium, Iuuenalem, Flauianum, Firmum, Theodotum, Acacium, Euoptiũ & Philippicum presbyterum Romæ, Cœlestini sanctissimi & pientissimi Episcopi apostolicæ sedis magnæ Romę locum tenentem, quos his litteris uestræ serenitati commendamus, ut eos benignè uidere & audire dignet. Scientes aũt quantũ

B anima uestra amat Christũ, deoq; sit dedita, maxime faciãt Christũ, qui pugnat pro uobis & uos seruat. Seruentur, habeanturq; in honore semper sacerdotes eius, iuxta id q̃d dictũ est ab eo. Qui uos audit, me audit: et qui uos recipit, me recipit. Confidimus & q̃d nos cõturbauit, idẽ & uos, sic literis insertum est, conturbat: nos enim non ob aliã causam, qui Epheſi nũc sumꝰ, quam ut iuxta uestrũ pientissimum edictũ de fide tractaremus. Quoniã eñ prophana Nestorij dogmata eius impietatẽ a seculo tranquillitatẽ conturbarũt, meritò super ea re consilium proposuimus. Post decimum & sextũ diem præfiniti termini & Nestorium suis decretis ecclesias cõturbantẽ accersiuimus. Verũ quia ille male sibi conscius cõparere detre-

C ctauit inquirentes impia dogmata, quę de Domini Christi incarnatiõe ab illo scriptis exposita, ea ipsa anathematizauimus, & eorum partẽ ab Episcopali dignitate omnino alienauimus. Cęterum Ioannes Antiochenus post uicesimum diem præ peruenit, cõgregatis apud ipsum Episcopis paulò minus triginta, quorũ alij Cœlestiani, alij depositi multo antea fuerũt, aduersus nostras præfiniti & orthodoxæ fidei æmulatores, secessit, sanctissimumq; & pientissimum Archiepiscopum Alexandriæ Cyrillum, & sanctissimum ac pientissimum Memnona coepiscopum Memnona, neque accusatos ab ipso, neque citatos iuxta canonum rationem, depositioni contumelia affecit, & quasi cõmuni

D cãrit cum ipso sancta & uniuersalis Synodus, in hanc cõtra illos in iusticiam, ita pias & religiosas uestras corripuit aures. At sancta & uniuersalis Synodus (cui assidet & magnę uestrę Romæ sanctissimus & pientissimus Archiepiscopus Cœlestinus, omnisq; occidentalis Synodus per eos quos ad nos misit sanctos Episcopos. Assider autem & Aphrica omnis & Illyricum) legitimè motam & Aphrica omnis & Illyricum) legitimè motam, ipsum præfectum concilij apostatarum Ioannem & cęteros qui cum eo sunt, alienos ab omni ecclesiastica communiõe esse decreuit, ąq; omni sacerdotali ministerio destituit, resutans omnia, quæ ab illis illegitimè facta sunt, & quæ cum illis acta sunt uestrę Maiestati pridem literis significauimus: nunc uerò his scriptis, & per hos legatos pientissimos Episcopos uestra pia genua proten-



sis manibus attingimus, rogãtes ut quę uiolenter A acta sunt cum sanctissimis & pientissimis episcopis Cyrillo & Memnone, nullũq; canonibus robur habentia, prorsus irritate, ita ut nostra Synodus capiteno careat, & nos et omnes Christiani uniuerso orbe, luctu intolerabili indesinẽter pro pter præsides conteramur: sed petitionum cõpotes consuetas preces uniuersi orbis Ecclesijs Domino Christo offeramus, ut in seculum conceda tur uestrum Christi amãtissimũ Imperium. Nam calumnia quæ contra illos facta à Ioanne Antiocheno & socijs eius, ad oẽs nos pertinet eandem fidem habẽtibus cum prædictis: & cum eis sacerdotali ministerio fungẽtibus, eo quod & omnis occidentalis Synodus testimoniũ dat eis rectam & inculpabilem eorum esse fidem, & uos quoq; B hæretica modis omnibus, & a catholica et apostolica Ecclesia aliena, enunciantur.

Alexander episcopus Hierapolis metropolis: Si quid iuxta expositam fidem à sanctis Patribus feceritis, neq; adieceritis aliqd fidei sanctorũ Patrum, & reprobantium hæretica ulla capitula Cyrilli Alexandrini ulli consentio. Huic enim expositioni fidei, etiã cum S. Synodo uobiscũ scripsi.

Dorotheus episcopus Martianopolis secũdæ Mysię subscripsi, similiter cõmendãs ut præmissum est. Conscripserunt autem & cæteri omnes.

*Expositio fidei quam dederunt Orientales episcopi legatis suis in Constantinopolim.*

SAnctæ Synodi tam oriẽtalis diœceseos, quã adiunctorum eius ex diuersis diœcesibus & prouincijs congregati, Bithynię, Cappadocię secundæ, Paphlagoniæ, Pisidiæ, Europæ, Mysiæ, C Rodopes, Thessaliæ, Dacię, subsequentia collocuti sunt.

Propter Ecclesiasticas quęstiones nuper exortas, conuocati in Ephesiorũ ciuitatem, ab his qui ad iuste regendũ à deo probati sapienterq; et piẽ subditos dirigunt, sine mora, in prædictam uenimus ciuitatẽ. Non multo autem tempore exacto propter factas à Cyrillo Aegyptio turbas, secundoq; ac tertio literis à pietissimis Imperatoribus acceptis, qui adhortantur ut omnes Christi ecclesiæ uinculo pacis uniantur, contentæq; fide quæ in Nicæa à sanctissimis Patribus expolita, explodamus offendicula, nuper scilicet exorta. Attentauimus quidẽ persuadere Episcopis Aegyptio illi consentiẽtes, qui hæreticis articulis ab eo expositis subscripsere, ut illa quæ manifestè fidẽ orthodoxam ostendunt, amputent, contenti expositione, quæ in Nicæa facta iuxta edictum pientissimorum nostrorum Regum. Nequiuimus autem ipsis persuadere propter malam eorum præsumptionem coacti sumus uos, qui in sana Patrũ fide permanemus, & nihil noui in illã inferri permittimus eam scriptis exponere, & subscriptionibus nostræ confessionis solidare. Contenta eñ paucis uerbis expositio, & exactam docebit pietatem, & ueritatis demonstrans semitam, hæreticæ impietatis reprehendet errorem.

Credimus in unum Deum patrem, Deum potentem omnium, uisibilium & inuisibiliũ factorem, &

Universidad de Deusto
Biblioteca



rem, & in unum Dñm Iesum Christũ, filium Dei genitũ, ex patre unigenitũ, hoc est, ex substãtia patris, deum de deo, lumẽ de lumine, Deum uerum de deo uero, genitũ non factũ, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, tam quæ in cœlo, quàm quæ in terra: qui propter nos homines & propter nostrã salutẽ, descendit, & incarnatus est, homoq; factus, passus, resurrexit tertia die, ascendit in cœlos, & uenit iudicare uiuos & mortuos. Et in sanctũ spiritũ. Eos aũt qui dicunt: Erat aliquando, quando nõ erat, & priusq; nasceretur non erat, & q̃d ex nihilo factus sit, uel ex alia subsistentia uel essentia, dicentes esse conuertibilem & commutabilem filium dei, anathematizat sancta Catholica & apostolica ecclesia. Ista est fides quam exposuerunt Patres primum quidem contra Arrium blasphemantem & dicentem, creaturam filium Dei, & cõtra omnem hæresim Sabellij, Photini, Pauli Samosateni, Manichæi et Valẽtini ac Marcionis, & cõtra omnem hæresim, quæ in Catholica & apostolica ecclesia surrexit: quos condẽnauerunt in Nicæa ciuitate congregati trecenti decem & octo Episcopi. In hac fide manentes omnes confitemur, & nos qui in Epheso conuenimus, & ij qui in nostris prouincijs agũt pientissimi Episcopi, qui pacti sunt se mãsuros in omnibus, quæ à nostris agũtur. Itaq; obtemperamus sapienti qui dicit: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerũt fratres tui. Quæ autem nuper à Cyrillo Alexandrino exposita sunt hæretica capitula, quibus & Anathematismos superfluos & friuolos cõiunxit: attentãs suffragio et subscriptione Episcoporũ stabilire, eiecit ac alienos ab Orthodoxa fide censet sancta, quæ in Epheso congregata Synodo.

*Petitio prima septem Orientaliũ episcoporum, missa Regibus ex Chalcedone, eo quod non permittebatur eis ingredi in Constantinopolim.*

ORandum erat, nec à quopiã alio in expectationibus absurdis sermonẽ pietatis amitti, maximo aũt ne ab his sacerdotiũ, præfecturamq; Ecclesiarũ sortiti sunt, quos nescimus quomodo præsidẽdi cupiditas et ambitio, frigidæq; promissiones quædam, ad contemnenda semel omnia Christiana mandata induxerũt, idq; hoc solo animo: ut seruiant uerò qui præsumit ac sperat, se & auxilium sibi ferentes omnia rectè gesturos, dicimus Alexandrinum Cyrillum qui sola nugacitate in sanctas Dei ecclesias hæretica introduxit dogmata, eaq; ministerio confidit se argumentis cõprobaturum & correctionem peccatorũ effugere solo Memnonis & prædictę conspirationis Episcoporũ ministerio sperauit. Quapropter nos, qui silentium alioquin amamus, & in cæteris philosophicè agendum censebimus. Nunc silentiũ, & eius sapientiæ studium, fidei iacturam pingentes, ad solos uos post supernam uirtutẽ, orbis seruatores, precando uertemur: quandoquidem scimus proprietate sollicitudinẽ uobis peculiariter cõuenire, utpote ijs qui usq; in hoc tempus custodierint, uicissimq; per illam custodiãtur. Suspensus autem hos libellos offerimus, tãquàm coram sanctissimo Deo exhibenda esset nostra excusatio. Nunquid pro religione minus alacres fuerimus, sed pietati studentes & pro ea sermones facientes. Nihil enim est quod Christianorum temporibus sacerdotes magis facere deceat, quàm ut coram tam fideli Rege testimonium ferant, etiam si parati essemus uitam ac corpora nostra in fideli discrimine millies exponere. Idcirco propter Deum, qui uidet omnia, & per Dominum Iesum Christum, qui iudicaturus est omnes in iustitia, per spiritum sanctum cuius gratia Regnũ gubernatis, & per electos angelos qui uos custodiunt, quos assistentes uidebitis terribili throno, et horrẽdam illam sanctificationem semper deo offerentes, quam nũc quidam adulterare niuntur, pietatem, quæ obsidetur uafritie quorundam id quod re ipsa adimentes, & hæretica capitula fidei introducta habilientes, quæ omnino à sanis dogmatibus aliena sunt, & cũ hæreticis opinionibus cõuenunt, obsecrauimus: ut uel si quis illic subscribat uel consentiat, & post promissam à uobis ueniam contendere ultra nolit, præcipite illum in medium uenire, & Ecclesiasticis pœnis subiacere, quo pugnare pro pietate melis positis. Nihil ẽm ô Rex magis regium fuerit, pro quo & cum Persis et alijs Barbaris prælia cõmittere festinasti, redente tibi Christo pulchras uictorias, pro hac tua in ipsum alacritate. Obsecramus autem ut hãc pud pietatem tuam quæstiones in scriptis: sic enim facilius dinoscentur, & in omne posterum tempus reprehendentur peccãtes. Si autem quis sermones pro quibus delinquens fuit, negligens uoluerit per præceptum rectæ fidei prævalere, tuæ iusticię ac iudicij fuerit attendere, num & ipsam Doctorum appellationem abiecerint, ij qui de dogmatis introducũt periclitari grauantur, & prędictis subijci uolentes, ut non redarguantur impię egisse, neque refutare ea digna putãtes, ut mutua eorum conspiratio non habeatur inutilis. Iam enim per ordinatos manifestũ est, quosdam ex illis, pro hac impietate, meditatos esse, ut dignitatibus concessis nonnullos demereantur, & alios quosdam modos excogitasse. Et id manifestius obsistat & uidebit eos pietas tua non multo post proditionis suę mercedem quasi spolia filij dei Christi distributuros. At ex nobis quidam à pientissimo Iuuenale Hierosolymitanorum olim ordinati siluimus, quãuis pro canonibus certandum esset, ne uideremur nostræ gloriæ causa dolere. Et nũc quoq; illius studia & præstigias tales per Phœnicem secundam & Arabiam non ignoramus. Sanè de illis nobis nõ uacat curam habere, qui ciuitatibus ipsis, quarum nobis ministerium contraditum, atque adeo uita nostra destitui maluimus, quàm pro ista fidei promptitudine uerum aduersus illorum conatus dei ac uestræ pietatis iudicium opponamus. Nũc autem oramus, ut unà ac primaria pietas curet, & ne orthodoxæ religionis splẽdor, qui uix tandẽ sub sancti nomine Cõstantino irradiauit, & per beatissimos auũ & patrem



& patrem uestræ pietatis cõfirmatus est, à tua aũt Maiestate etiã in alias barbaras gentes, & in Persarum gentem porogatus est, nunc in ipsis regiæ aulę penetralibus languescat, & apud uestra turbetur serenitatem. Non enim duplices in Perfidẽ ô Rex mittas christianissimi doctrinas, neque nostra, magnũ aliquid erũt nobis discordia laborãti bus, neminęq; existente apud illos qui dijudicet. Neq; quis geminis cõmunicabit uerbis & sacramentis. Neq; certè pie à tantis patribus, & incondenatis sanctis desciscet, sed neq; regni cõmoda tribuenda erunt his, qui diuersa inter se sentiunt; neq; paruus inde usus pietatis hostibus excitabitur, et innumera alia malignę cõtentionis ipsorũ, quis enumerârit nocumenta. Si aũtẽ quis est, qui partifaciat cœlestiũ rationẽ, talis sit potius quicũque olim, quàm is cui omnẽ orbis potestatem dominus dedit. Nostræ autem preces sunt, ut iudicium à tua pietate accipiamus. Mentem ẽm tuã ad exactam eorum, quę inquiruntur comprehensionem, deus inducet. Demũ si quid nunc prohibet, neq; ẽm tuæ pietatis negotia, omnia nota esse possunt, petimus à tua serenitate, id ad propria tuto & feliciter cõmigrare nobis liceat. Nã uidemus ciuitates nobis commissas, ex tali mora non parum offendi, propter eos qui etiã in rebus pijs ut uidetur, contentionem quærunt, nulla inde proueniente utilitate.

*Petitio eorundẽ secunda missa Regi à Chalcedone.*

SAepenumero pietatẽ uestrã, & per nosipsos, et per eos qui à uobis missi, docuimus, quod rectæ fidei dogma corruptiõi obnoxiũ uideatur, & quod ij qui discerpere uideantur ecclesiæ corpus, qui omnia susq; deq; faciũt, & omnẽ ecclesiasticã constitutionem, omnemq; regiã legẽ conculcant, untuersaq; simul confuderunt, ut exposita hæresim à Cyrillo Alexandrino confirment. Nã ut à uestra pietate in Ephesum uocati sumus, ad inquirendum quæstiones quæ pullularunt, & ad confirmandum fidem euangelicam & apostolicam à sanctis patribus expositam, nondum omnibus præsentib. conuocatis episcopis, ij qui particulare concilium habuerunt, heretica illa capita, quæ cum Arrij & Eunomij & Apollinarij imietate conueniunt, scriptis commentarijs roborarunt: & alios quidem deceperũt, alios uerò terruerunt: alios autem de hæresi accusatos in communionem susceperunt: & alijs, qui non communicabant, mercedem ut communicarent, dederant accenderunt, & ita multitudinem sibi cõgregarunt, quasi nescientes, quod piam religionem non multitudo, sed ueritas ostendit. Iterum lectæ sunt uestræ pietatis literæ, per magnificentissimum Comitem Candidianũ, significantes quod pacifice & fraterne quæstiones, quæ exortæ nuper, inquirantur. Verum conuenientibus omnibus pietissimis Episcopis, nihil profuit lectio: uenit nobilis Palladius Magistrianus, alias uestræ Maiestatis literas afferens, docentes rescindenda esse omnia, quæ particulariter cõstituta fuerunt, & concilium denuo cõgregandum, uerumq; dogma sanciendum. Cõtemptum est autem & hoc more solito pium uestrum mandatum, ab his qui omnia audent. Aduenit rursus magnificentissimus magister Ioannes, qui tũc Comes omnium largitionum, alias iterum afferens literas, significantes quod à uestra Maiestate triũ depositiones decretæ sunt, tollendaq; è medio suborta offendicula, solamq; fidem in Nicæa expositã à sanctis et beatis patribus ab omnib. confirmandã. Trãsgressi sunt, ut solent, & hanc legem, ij qui omnia pro lidíbrio habent. Enimuero nec post lectionem à cœptis destiterunt, & communionem habuêre cum depositis, & meminerunt eorum tanquam Episcoporum, non permittentes, ut capitalia ista in damnum & corruptionem piæ fidei exposita exploderẽtur, tametsi à uobis ad colloquium sæpius accersiti fuerint. Habebamus enim in promptu hæreticorum capitulorum argumenta. Horũ nobis testis est magnificentissimus Magister, qui nobis & illis tertio ac quarto cõuocatis, & hæc nec prętendere audiens, propter illorũ inobediẽtiam, operæpreciũ duxit posthac huc nos uocari. Aduenimus, nihil remorati, nec quieuimus, donec huc peruenirem⁹, & apud uestrã pietatem, & apud illustre consistorium obsecrantes, ut ipsi certamen hoc pro capitulis susciperent, ac in colloquium uenirent, uel ea tanquam aliena à recta fide exploderent: manentes in sola expositione fidei beatorum patrum, qui in Nicęa conuenerant. Et hi quidem nihil horum curare uoluerunt, sed manentes in hæretica contentione permisi sunt ecclesias frequentare, et sacerdotio fungi: nos uerò Synaxi destituti, mãsimus tanto tempore, & in Epheso & nunc, innumeraq; particula & illic & hic pertulimus: & quum lapidaremur, & tantum non perderemur, à seruis monachorũ habitu indutis, boni cõsuluimus, utpote pro pietate talia libenter perferentes.

Post hæc uisum est uestræ Maiestati, ut iterum nos ac illos cõuocaremur, & ut ad inquirẽdo dogmata inobedientes cõpellerentur. Hęc ut fieret nobis expectãtibus, uestra pietas in ciuitatẽ profecta est, & eos quidem, qui de hęresi accusabantur, & propter hoc alios ex his depositos à nobis, alios uerò excõmunicatos, & deinde canonicis pœnis subijciendos, præcepit ut in ciuitatẽ uenirent, sacerdotio fungerẽtur & ordinarẽt. Nos uerò, qui pro pietate tantũ certamen suscepimus, & rectis dogmatibus nullũ non periculum sustinuimus, neq; ingredi in ciuitatem iussit, ut fidei periclitantis negocium ageremus, & pro rectis dogmatibus urgeremus, neq; ad ꝓpria remigrare permisit, sed sumus in Chalcedone tristes ac gementes in ecclesiæ, quæ exercetur, schismate.

Idcirco qui nullũ responsum obtinemus, necessariũ duximus præsentibus literis, ut doceremus uestram pietatem coram Deo & Christo ipso, ac sancto spiritu, quod si quis ordinatus fuerit, antequam discutiantur recta dogmata, ab his qui hęretica sentiũt, necesse utut tota ecclesia scinda-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tur, clerisq; ac plebibus diſsidẽtibus. Nullus eñ piorum feret, hæretica colentibus cõmunionem dari propriamq; ſalutem annihilari. Vbi aũt hæc futura ſunt, tunc ueſtra pietas præter ſuã mentem agere cogetur. Nam & ſchiſma præter ſentẽtiam inualeſcet, & eos qui pro pietate certãt contriſtabit, non ferentes ut ſuæ animę pereant, & cõſtent contentioſis impia Cyrilli dogmata, quę iuſtificare uolunt. Multi aũt qui pietati ſtudẽt, & omnes nos qui ex orientali diœceſi, & ueſtræ prouinciæ diœceſi Ponti & Aſiæ & Thracię & Illyrici & Italiarũ. neq; eñ illi Cyrilli dogmata admitti ſinent, qui & ueſtrę pietati librũ beatiſſimi Ambroſij miſerũt diuerſa pullulanti huic ſuperſtitióni docentem. Quapropter ne hoc eueniat, & ueſtra pietas magis cõturbetur, ſupplicamus, precamur, obſecramꝰ, ut edicat ne ordinatio antea fiat, donec orthodoxa fides formetur, propter quam & nos cõgregauit ueſtra quæ Chriſtum amat ceſſitudo.

*Petitio tertia eorundem ſimiliter à Chalcedone miſſa.*

NOn hunc euentũ fortituram, ueſtrę pietatis expectabamus uocationem. Vocati eñ honeſte ſumus tanq; ſacerdotes à Rege, & uocati ſumus ad cõfirmandam ſanctorum patrum fidem, propterea etiã tanq; pio Regi obeditури aduenímus. Vbi aũt uenimus, neq; eccleſiã mínꝰ ſecuti ſumus, neq; ueſtrum cõtempſimus edictum: ſed ueſtros nutos ſequuti ſumus continuè ab eo die, quo in Epheſum peruenimꝰ uſq; in hodiernum. Veruntamẽ ut uidetur níhil nobis profuit in hoc ſeculo modeſtia noſtra, imò etiã plurimum ut uídemus obfuit. Nam nos quídẽ qui ſic uos habuimus, uſq; in præſentem díem in Chalcedone tenti conuerſati ſumus: nunc aũt ad propria dímittimur. Hí uerò qui omnia confuderunt, & orbem turbelís implerunt, & eccleſias diſcerpere cõtendunt, & pietatem manifeſtè oppugnant, ſacerdotio fungũtur, eccleſias cõgregant, et ut putant autoritatẽ ordinãdi habent, nímirum illicitè ab illis petitã, ſeditiones in eccleſia excitant, quæ expendenda in uſus pauperum, in ſuos inſumunt mílites. Cæterum non illorum tantum, ſed & noſter Rex es. Non enim parua portio regni tui eſt Oriens, in qua ſemper recta fides reſuluit, & cum hac etíam alię prouíncię & diœceſes, è quíbus cõgregati ſumꝰ. Proínde ne deſpiciat ueſtra Maieſtas fidem, quę adulteratur, in quã et uos baptizati eſtis, & ueſtri progenitores, in quã & eccleſię fundamenta ſunt iacta, propter quã ſanctiſſimi Martyres innumera mortis genera cum uoluptate ſuſceperunt, cum qua & barbaros uiciſtis, & tyrannos deſtruxiſtis, qua & nunc opus habetis in bello, quo Aphricam premitis. Eſt enim deus omnium, cõmílito ueſter ſi pro pĩjs eiꝰ dogmatibus laborauerítis, & prohibueritis corpus eccleſię diſrumpi. Diſrumpetur enim, ſi opínio, quam Cyrillus fidei induxit, & alij heretici confirmarunt, inualeſcat. Hæc ſæpe quídẽ corã deo, & in Epheſo, & hic teſtati ſumus, & ueſtrã pietatem docuímus rationem illis, ut corã omniũ deo reddentes. Exigit eñ & hoc à nobis, ſicut diuinę ſcripturæ, pro- C

pheticæ & apoſtolicæ docẽt. Etenim beatus Paulus clamat: Teſtificor eorã deo, qui mortuos uiuificat, & domino noſtro Ieſu Chriſto, qui teſtificatus ſub Pontio Pilato bonã confeſsionẽ. Et Ezechieli præcipit deus, ut annunciet populo, & minas adíjcit, dicens: Niſi annũciaueritis, ſanguinẽ de manu tua requirã. Timẽtes itaq; hoc iudiciũ, neceſſariũ exiſtimauimꝰ iterũ dícere ueſtrã Maieſtatẽ, quod íj qui permiſsi ſunt eccleſias habere, in eccleſijs docẽt, quæ Apollínarius, & Arrius & Eunomíꝰ illegitimè & cõtra canones ſacerdotio funguntur, & animas eorũ, qui ſe accedũt, ſi quis & ípſos uolet audire: nã per diuinã gratiã, cui omnium hominum cura eſt, & qui omnes uult ſeruari, maxima pars populi ſana eſt, & proprijs ſollicitaeſt dogmatíbus. Propter illos maxime dolemus, & quia cruciamur, timentes ne paulatim ſer pẽs morbus plures comprehendat, communeq; malũ fiat. Hæc nos ueſtrã ſerenitatem docemus, & docere nõ deſiſtimus, & precamur ueſtrã Maieſtatẽ, ut noſtris precibus annuat, & níhil ſinat ad íjci ad fidem ſanctorũ patrũ, qui in Niceą congregati fuerunt. Quod ſi & poſt hanc noſtrã obſecrationẽ, hanc quę coram deo data eſt doctrina non ſuſceperit ueſtra pietas, nos etiam puluerem peſsentiemus, & clamabímus cum beato Paulo: Mundi ſumus à ſanguine ueſtro. Non enim ceſſamus nocte & díe, ab eo die quo in hanc celebrem Synodum aduenimus, & Regi & principibus & militibus, & ſacerdotíbus, & laícis teſtari, ne amíttamus traditam nobis à patribus fidem.

EPISTOLA EORVNDEM
ad ſuos in Epheſo.

*Sanctiſſimæ & pientiſſimæ Synodo quæ in Epheſo, Ioannes, Patulus, Macarius, Apringius, Theodoretus in Domino S.*

POſtq; in Chalcedonem uenimus, nã in Conſtantinopolim neq; nos, neq; aduerſarij noſtri intrare permiſsi ſumus, propter ſeditiones bonorũ monachorũ: fama acceꝑimus, quod ante octo dies priuſq; cõpareremus (in gloriã pientiſſimi Regis) dominus Neſtorius, ab Epheſo dimiſſus ſit, ut eat quò liberet. Vnde ualde dolemus, quãdoquídẽ uerè ea quæ illicite & abſq; iudicio facta, iam robur habere uídentur. Sciat aũt ueſtra ſanctitas, nos promptos, pro fide certamen ínitu ros, & certare uelle ad mortem uſq;. Expectamꝰ aũt hodie, hoc eſt, undecima mẽſis Gorgiæi, tranſiturũ pientiſsimum noſtrum Regẽ ad Ruffiníanum, & illic cauſam auditurũ. Precetur igitur ueſtra ſanctitas, ut Dominus Chriſtus nos adiuuet, quo ualeamus ſanctorum patrum fidem roborare, et in damnum ſanctæ eccleſiæ exorta capitula radícitus diſcerpere. Eadem ut & ueſtra ſanctitas ſentiat ac faciat, obſecramus, maneatq; in ſua pro orthodoxa alacritate. Porrò cum ſcripta eſſet epiſtola, nondum occurrerat nobis dominus Imerius: nam fortaſsis impeditus eſt in itinere. Cæterũ níhil uos turbet, ſperamus enim triſtia extinguẽda, & ueritatem effulſuram, modo ueſtra pietas ſtrenuè nos adiuuet.

*Alia epiſtola eorundem ad eoſdem.* Precibus



PRecíbus ſanctitatis ueſtræ datꝰ eſt nobis acceſſus ad pientiſſ. Regẽ noſtrũ, diuinaq; gratia his qui diuerſa ſentiãt in certamine ſuperiores fuíſſumꝰ, quía omnia quídẽ noſtra accepta fuerunt apud Chriſti amantiſsimũ Regẽ, lecta aũt ſunt oblata ab illis, & quę uiſa ſunt indigna ut recíperentur, neq; ullã conſequentiã habebãt reiecimꝰ. Cyrilli eñ furſum ac deorſum memores erant, orabantq; illũ accerſiri, ut ipſe pro ſeípſo rationem redderet. Vſq; eñ præſentem diem non obedierunt, ſed audierunt, quod oporteat ſermones de pietate, hoc eſt, de ratione fidei haberi, & firmatã eſſe fidem beatorũ patrum. Redarguímus et Acacium, qui cum mẽtarijs poſuerat, paſsibilem eſſe deitatẽ. Quod uſq; adeo grauatim tulit pius Rex noſter, ut excuteret pallium, & retrorſum cederet præ blaſphemiæ magnitudine. Scímus autem & totíus cõſiſtoriũ nos ualde habere acceptos, quod pro pietate certamus. Viſum igít eſt pientiſsimo noſtro Regi, ut unuſquiſq; ſuũ ſenſum exponat, & ſuæ pietati offerat. Reſpondímus autem nos, quod impoſsíbile eſt aliã fieri expoſitionem, quã eam quæ in Niceæa à beatiſsimis patribus facta eſt, & placuit eius Maieſtati. Propoſuimꝰ igítur illa, in qua ueſtra ſanctitas ſubſcripſit. Cæterum omnis populus Cõſtantinopolitanus iugiter ad nos uenit, orans ut ſtrenuè pro fide pugnemus, multumq; laboramus ad retinẽdum eos, ut ne uideatur occaſionem dediſſe aduerſarijs. Miſimus autem exemplar expoſitionís, ut duo exemplaria fiant, duobusq; illis ſubſcríbatis.

EXEMPLARIA ORIEMTALIVM AD EOS qui Conſtantinopoli ſunt fratribus.

*Omnibus modis pietiſſimis & ſanctiſsimis ac religioſiſsimis Coepiſcopis, Ioanni, Imerio, Paulo, Macario, Apringio. Theodoreto, Hellenio, Epiſcopis, Synodus quæ in Eccleſia Epheſi cõgregata, in Domino Salutem.*

QVoniã didicimus ueſtros pro religione labores, cũ diuina Regis noſtri, Chriſtũ amã tis, & pientiſsimũ, cognouimus experientia, Dominum Ieſum Chriſtũ eccleſias ſuas non derelínquere, qui ſanè & uobis orthodoxis docentẽ gratiam exhibuit, aduerſarioſq; multo rubore cõfuſiſſimæ eccleſiæ accedere fecit. Confidimus aũt quod & uobis libertate ſacerdotíbus Chriſti dignã certãtibus, & pientiſsimi noſtri Regis uita per deũ ſalua, pacificũ finẽ res habituræ ſint. Infamen illã hæreſica, ut per totum orbem in eccleſijs iterũ ſanctorũ patrum orthodoxa fides reluceſcat. Vemum aduerſarijnõ ceſſant uſq; in præſentem diem ſuã exercere tyrannidem, eo quod nullã indignationem expertí ſunt. Vbiq; eñ in eccleſias, illi ſtim depoſitiones mittentes, turbant & cleros et plebem. Subſcripſimus ítem in duobus exemplis, quæ à ueſtra ſanctitate nobis ſunt miſſa, pro quibus oramus, ut cõtra pullulantẽ impietatem, pro ueritate certãtes, uſq; ad ſanguinẽ obſiſtatis, ſcítes quod cũ ueſtra ſanctitate cõcordẽt eaq; que nos cõtinemur. Parati etiã ſumus prius mori, quã ſuſcipere unum ex hæreticis Cyrilli Alexandrini capitulis. Quę aũt ad perſonarũ dehoneſtationẽ attinent, perpetuo ſilẽtio abrogamus. Qui eñ recipiũt eũ in hæreticis illis cõmẽtarijs (hæretica cõmentaria ut ſcitis, patrũ fidei cõtinxerunt) hac ratione declarãt ſeipſos hæreticos, & ab orthodoxa fide alienos. Quomodo igíſ, oro, fieri poteſt, ut duo hæc diuerſa, depoſitio & capítula cõueniãt. Nã ſi fide digni ſunt, qui eum recipiũt, digni fide erunt, & in capitulis hæreticis quæ expoſuerunt. Si aũt capítula redarguũt eos hæreticos, omníno hæreticorũ eſt & depoſitio. Hęc aũt & ad pietatiſsimum noſtrũ Regem ſcripſimus, miſſo exemplari, ut quod operę pretiũ uidebitur faciatis. Nõ minor eñ nobis ſollicitudo eſt, quã pro ueritate ipſa, ne ſi depoſitio, quæ ab hæreticis facta robur accipiat, ualeant & hæretica capitula, & alia quæ ab illis cõtra multos ſacerdotes facta ſunt. Bona nobis fiducia eſt, q̃d ueſtra ſanctitas hæc omnia doceat, & illa faciat, quę cõtra omnia q̃ ab hæreticis facta ſunt irritet, ſiue depoſitionẽ, ſiue excõmunicationem, íd; tam ſynodali reſcripto, quã regio edicto. Nõ ignorat eñ ueſtra pietas quod habemus quoſdã epiſcopos nobiſcũ deſolatos in ſuis prouinciſs. Demum miſimus ueſtrę ſanctitati recens factã expoſitionem ab Alexandrino, hæreticorum capitulorũ, euidẽtius etiam per illã oſtendente ſuam impietatem, ſicut & rogauimus ueſtram ſanctitatẽ, dignemini curare, ut nos ſtatim dimittamur, maximè quía nunc hyems inſtat.

RELATIO ORIENTALIVM IN Epheſo ad Regem.

*Pientiſſimis & Chriſti amatoribus Regibus Theodoſio & Valentiniano Auguſtis, à ſancta Synodo, quæ in Epheſo cõgregata.*

EDocti ex ſanctiſsimorũ & pientiſsimorũ miniſtrorũ noſtrorũ literis, qui p̃ tota ſynodo ad ueſtrũ pium exercitum peruenerũt: tum quod benignus illis ad ueſtram pietatẽ patuerit acceſſus: tum quod Maieſtas ueſtra multũ pro orthodoxa fide zelet: gauiſi ſumus quaſi preſentes prędictis ſerenam ueſtrę pietatis faciem ſimul intueremur. Cognouimus eñ quomodo ea quæ ab aduerſarijs ueſtro iuſto iudicio mínus fuere accepta. Sanctorum autem patrũ, qui in Nicæa, fides, pro qua & preſentes pĩtiſsimi epiſcopi & nos ſolliciti ſumus, receptionem meruit. Credímus itaq; Deum ſic inſtituiſſe ueſtrã pietatẽ, ne quo modo cõmoueretur apoſtolica fides, per quam à progenitoribus regnum habet ueſtra Maieſtas, omneſq; alienas nationes ſubditas habet. Et propterea gratiarum actiones & continuas preces ſolito more, cũ magno gaudio, domino Chriſto offerímus. Quoniam autem ſub ueſtro imperio magna quædam fiducia eſt ſacerdotíbus, confidímus etiã ea quæ uos mœrore conficiũt, et ſollicitudine cognouiſſe ueſtram Maieſtatẽ, illorumq; remediũ petere. Vnde oramus, & ante ueſtígia ueſtra prouoluimur, ut nos cũ longanimitate humiliantes ueſtrę pietatis ſuſcipiatis, & iuſtè petẽtes, de offenſa perſona, ab his qui receperunt hæretica capitula Cyrilli Alexandrini, & in Deum ipſum impiè egerunt. Nam qui introduxerunt hæretica capitula, & turba-

Universidad de Deusto
Biblioteca



& turbauerunt sanctorũ patrum fidem, hãc ipsorum partem in ipsis commentarijs etiam illicitã depositionem fecerunt. Et credimus non uisum fuisse incorrupto uestro, & recto iudicio iustã illorum stare comdemnationem, quos cõdemnari manifestè oportet, utpote conuictos hereticos: q̃ aũt particulariter secutura sunt ab illis, et cõtra ecclesiasticas cõstitutiones, & cõtra pientissima uestra scripta, iam à multis didicere uestra maiestas, si in nullo ab ipsis offendat, uestrisq; edictis non obluctetur, & ecclesiasticã fidem prædicet. Nam etsi millies fugiens tumultus caueat, et ipse priuatim agere malit: opus tamen ne fides iacturam ferat, eo quod illegittima ista depositio, ab his qui hæretica capitula introducunt, facta sit.

*Epistola Theodoreti Episcopi Cyri, ad Alexandrum Hieropolitanum scripta à Chalcedone.*

NVllum humanitatis, nullũ asperitatis, nullũ adhortationis, nullũ declamationis genus omisimus, quo apud pietissimũ Regẽ, & illustre consistorium non sumus usi, testificantes coram deo, qui omnia uidet, & domino nostro Iesu Christo, qui iudicaturo est orbem in iustitia, & spiritu sancto & electis eius angelis, ne cõtẽnatur fides quę ab his qui hęretica dogmata suscepére, et his subscribere ausi fuere adulteratur, & ut precipitatur solum exponendam sicut in Nicęa, & abijcendam super inductam hæresim, ad damnũ & perniciem pietatis. Et usq; in hodiernum diem nihil efficere ualuimus, nũc huc, nũc illuc auditoribus sese ferentibus. Attamen nos nihil horum dehortari potuit, ut ab urgẽdo propositũ desisteremus, sed persecuti sumus causam, dei gratia. cũ iuramẽto enim pientissimo nostro Regi suasimus, quod impossibile sit nobis Cyrillum & Memnonẽ conciliari, & quod fieri nequeat, ut alijs communicemus, qui nõ antea ejecerint hæretica capitula. Itaque nos quidem hanc habemus mentem: studiũ autẽ est his qui sua ipsorum quærunt, non autem quæ Iesu Christi, ut cõcilientur eis, & prẽter mentem nostram. At nõ est uobis eius rei cura. Deus enim nostrum propositum exigit, & uirtutem explorat, neq; supplicia irrogat, propter ea quæ præter mentẽ fiunt. De amico aũt sciat tua sanctitas, quod si quando eis faceremus mentionem, uel apud pientissimũ Regem, uel apud illustre consistorium, defectionis notabamur, tantæ sunt eorũ qui intro sunt erga illum inimicitię. Et hoc est molestissimum, pientissimus rex, præ omnibus alijs auersatur nomen manifeste, dicens: De hoc mihi nullus loquatur, speciẽ em̃ semel ipse dedit. At tamẽ dum hic sumus, nõ cessabimus, omni uirtute, & eius partis curã gerere, scientes factã illis ab impijs iniusticiã. Nobis quoq; studiũ est, ut hinc liberemur, & nostra liberet pietas, nihil em̃ hinc boni sperandũ, eo quod iudices ipsi omnes auro cõfidant, & cõtendant unã esse naturã deitatis & humanitatis, populus aũt omnis gratia dei bene habet, & iugiter ad * egredit: incepimus aũt ipsis etiã disserere, & celebrauimꝰ cõmuniones maximas, & à quarta illis enarratũ est precib. tuæ pietatis, de fide et tãta audierunt uoluptate, ut usq; ad horã septimã nõ descenderẽt, sed perdurauerint usq; ad æstũ solis. In aula em̃ maxima, & quatuor habente porticus multitudo congregata fuit, & nos supernè cõcionabamur è suggestu propè tectum. Verũ clerus omnis cũ bonis monachis, ualde nobis erat infensus, ita ut fieret collapidatio, quãdo à Ruffinianis post aduentũ pietissimi Imperatoris rediremus, & uulnerarent multi ex laicis & falsis monachis, qui nobiscũ erãt. Nouerat aũt Rex pientissimus quod multitudo cõgregaretur cõtra nos, & solis nobis occurrens, dicebat: Nouí quod malè congregamini. Dicebã autẽ ei: Quia dedisti fiduciã loquendi, cũ uenia audi. Iustũ est, hæreticos quidẽ excõmunicatos in ecclesijs agere, nos uerò qui pro fide certamus, & propter hoc illos cõmunijs exortes factos nõ intrare in ecclesiã. & ille respondit: Et ego quid faciã? Respõde igitur illi, quod fecit magister tuus Comes largitionũ in Epheso. Ille enim ut inuenit nõ nullos congregari, nos aũt non congregari, concedam uni parti cõgregari, & oportebat etiã tuã pietatem præcipere hic episcopo, ne permitteret, neq; illis, neq; nobis congregari, donec cõueniamus, ut iusta tua sententia omnibus nota fiat. Ad hæc dicebat: Equidẽ episcopo imperare nõ possum. Itaq; respondi ego: Igitur neq; nobis imperes, & accipimus ecclesiã, & congregamur, & cognoscet tua pietas, quod multo plures nobiscum sunt quã cũ illis. Adhæc diximus ei, quod nostra cõgregatio neq; lectionẽ sacrarũ scripturarũ habebat, neq; oblationẽ, solas aũt preces pro fide et uestra maiestate, & de religiõe colloquia. Approbauit igitur, & ultra non prohibuit hoc fieri, audiuit igitur, & ultra non prohibuit hoc fieri, audiuit igitur cõuentus multitudinis ad nos uenientes, cũ uoluptate doctrinas audiẽtes. Oret igitur uestra pietas ut causa uestra exitũ habeat deo placentem: nos enim quotidie periclitamur, & insidias monachorum & clericorum, suspicantes, & potentiam, incuriam uidentes.

EPISTOLA LEGATORVM ORIENTALIVM *ex Constantinopoli ad suos in Ephesum.*

*Dominis maxime honorabilibus & pientissimis Episcopis, qui in Epheso uersantur, Ioannes, Imerius, Paulus, Macarius, Apringius, Theodoretus.*

QVinto accessus nobis cõtigit, & quamuis multũ de hęreticis capitulis disceptauimus iurauerimusq; sæpius piẽtissimo Regi, quod impossibile sit nobis cõmunicare his, q̃ diuersa sentiunt, si nondũ exposuerint capitula, & quod Cyrillus, etiãsi reiecerit capitula à nobis suscipiẽdus sit, eò quod ipse tã impiæ hæreseos hæresiarchus factus sit: nihil tamẽ profecimꝰ, eo quod & aduersarij instarẽt, & auditores hos tã impudẽter oblectates nõ cõpescerẽt, nec cogerẽt eos ut ad inquisitionẽ & colloquiũ uenirẽt. Hac em̃ uia effugiũt ne capitula examinentur, & de his disputari possit. Nos aũt propter uestras preces usq; ad mortem instare parati sumus, & neque Cyrillum suscipere, neq; capitula ab eo exposita, neq; illis cõmunicare, priusq; explodãtur, quę male fidei adiecta sunt. Obsecramus igitur & uestrã sanctitatẽ ut aptatis eadem quæ nos, eundemq; laborẽ ostendatis. Certamẽ enim nobis pro religione est, quam solam habemus spem, & propter quã expectamus fruituros nos benignitate saluatoris nostri in futuro seculo. De pientissimo & sanctissimo episcopo Nestorio sciat uestra pietas, q̃d studuerimus quidẽ sermonẽ de illo inserere: sed nũc nõ potuimus, eo quod omnes & ad ipsum nomẽ hostiliter afficiuntur. Nihilominus curę nobis erit, tametsi res sic habeãt, per opportunitatẽ temporis ac auditorũ beneuolentiã etiã hoc facere, si quidẽ nostro proposito deus cooperatus fuerit. Porrò ut uestra sanctitas etiã hoc nõ ignoret, sciote q̃d uidentes Cyrillianos tyrannide & fraudibus, et adulatione, et donis, omnes, ut ita dicã, decepisse, nõ raro pientissimũ Regem obsecramus & magnificentissimos principes, ut et nos ad Orientem dimitteremur, et nostra pietas et propria remigraret: cognoscimus enim, q̃d in uanũ monas nectimus, & instituta nõ perficimus, eo quod Cyrillus ubiq; fugit colloquiũ nostrũ conscius sibi, blasphemas quas in xij. capitulis suis edidit manifestè redarguendas. Placuit aũt pientissimo Regi post multas adhortatiões, ut singuli ad propriã rediremus, ad hoc ut & Aegyptius & Memnon Ephesius, in suis locis maneant. Sic enim poterit Aegyptius omnes excæcare muneribus suis, sicut ille quidem cum innumera fecerit mala, ad thronum suum redeat, iste uir innocens ad suam mansionem dimittatur. Omnem quæ nobis cum est fraternitatem, & nos & qui nobiscum sunt plurimum salutamus.

IOANNES EPISCOPVS ANTIOCHIAE *Orientis ualere uos in Christo precor Domini pientissimi & sanctissimi. Subscripserunt autem similiter & alij.*

*Pari homiliæ Theodoreti episcopi Cyri dictæ in Chalcedone, quum essent abituri.*

CHristus nobis dux sit sermõis, per quẽ & ipsi sermones & nos diuinorũ eius eloquiorũ ministri. Christus qui positꝰ est in ruinã multorũ & resurrectionem, & in signũ cui contradicitur. Olim quidem carnali Israel, nunc aũt et spirituali Christus: infidelibus quidẽ lapis offendiculi et petra scãdali, credentes aũt nõ cõfundens preciosus lapis est, fundamẽtũ secundũ Esaiæ uocem, & factus est in caput anguli Christi. Ecclesię fundamentũ Christus, lapis qui sectus absq; manib. & factus est in montem magnũ, & obtexit orbẽ, uerba Danielis prophetiã, pro quo et cum quo, et propter quẽ impugnabamur, propter quẽ à regia ciuitate prohibiti sumꝰ: sed cœlorũ regno nõ excludimur, uerũ ciuitatem habemus supernã Hierusalem, cuius architectus & opifex deus, ut Paulus dixit, Christus, per quẽ terribiles Propõtidis & uestre pastoris uocis effigiẽ putatis. Desidera tis eñ audire iucundas uestri pastoris fistulas, pastoris quẽ pastores socij calamis occiderũt ut putãt, ad q̃s deus per ꝓphetã clamat: Pastores multi corruperunt uineã meã, coinquinarũt portionẽ meã, posuerunt partem meã desiderabilem, in solitudinẽ imperuiã. Dicat de ipsis & per aliũ prophetã secundũ multitudinem ipsorũ, ita peccauerunt mihi, gloriã eorũ in ignominiã ponã. dicat & per alium iterum prophetã: Væ filij apostatæ fecistis cõsiliũ, et nõ ex me: et pacta, et nõ per spũm meũ, ut adijciatis peccatũ super peccatũ, cõuertimini si estis qui profundũ consiliũ cõsultastis et iniustũ.

Dicat ad eos et Esaias: Manus em̃ uestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti nostri peccatis. Lingua nostra locuta est iniusticiã, et os nostrum iniquitatẽ meditatũ est. Nullus loquitur iusta, quia concipiunt laborem, & pariunt iniquitatem, oua aspidũ exclusérunt, & telas aranęæ texunt. Videte accusationem malicię, & putredinis malicię ut dicã: ouа aspidũ & telas aranei, partus quidẽ maliciam, prœceptũ autem infirmitatem habet. Ouа aspidum maliciæ species, tela aranei, infirmitatis argumentum est. Et comedit ouum eorũ confractum, putamẽ inuenit. Vidisti maliciam infirmãtem, uidisti offendentem, non offendentem: uidisti eum qui impugnatur coronatũ: Et qui comedit ouum eorum confractum, urium inuenit: urium aũt est aliquid sterile, hoc est, imperfectũ: Esaia, promulga nobis & malicię speciem. Et in ipso Basiliscus. Hoc aũt mirabile, quod Basiliscꝰ in illo, & urium, hoc est, sterile. Basiliscus aũt maliciã significat, quandoquidem bestiola hęc omnium reptilium ferocissima est, ei confert malicię sobolem. Verum et illa ipsa urion est, propter infirmitatem maliciæ. Infirma enim est malicia, sequitur demonstratio. Tela eorũ non erit in uestimentũ, non enim uestiuntur ab operibus manuũ suarũ. Quarer: quia opera eorũ opera iniusticię. Dic speciem iniusticię, Pedes eorũ in malum currunt, nimirũ ut aliquid fiat. Et ueloces ad effundẽdũ sanguinem. Quid adhæc? Contatio & infelicitas in uijs eorum: nam uiæ eorum tortuosę quas transeunt, & uiã pacis nescierunt. Verè lamentis digna sunt hæc, q̃d sacerdotes cõtra sacerdotes talia dicant. Verũ hoc quod dicimus nõ quod tãtũ accusemus illos, quantã nostri curam gerimꝰ. Et post alia: Verè obstupescit cœlũ ad hoc et horruit amplius terra: dicit dominus, quia duo & mala fecit populus iste. Me, inqt, dereliquerũt fontẽ aquæ uiuæ, et foderũt sibi cisternas dentritas, quę nõ poterunt aquã cõtinere. Dicat ad eos deus per Hieremiam prophetam: Transite ad insulas Chetim et uidete, et in Cedar mittite, et cõsiderate benè si facta sint talia qualia hęc? si immutauerũt gentes deos suos. Transite ad insulas Chetim, nõ uultis inquir, ferre uerba mea, nõ fertis prophetas: non accipitis legẽ? nõ creditis diuinis scripturis? Assumite gentiliũ pueros in doctores, ite ad gẽtes, et discite quomodo colant ab illis dij putatiui cũ nõ sint dij. Transite ad insulas Chetim & uidete, et mittite in Cedar et benè cõsiderate, si facta sunt talia

Universidad de Deusto
Biblioteca



talia qualia hæc? nũ immutauerint gentes Deos A suos & quos? Et illi non sunt Dij. Et quare hęc dicis? Populus meus mutauit gloriam suam, unde nullam utilitatem accipiet. Hæc & de illis cõgruit dici, Pagani ligna & lapides uenerantes, ut immortalia illa salutant: tu autem illis prædicans ea non uenerari non debere, sed solum uerum Deũ qui constituit montes statera, et syluas libra, qui metitur manu aquam, & cœlum palmo, & omnem terrã pugillo, qui constituit cœlum quasi cameram, qui continet rotunditatem omnis terræ, et habitãtes in illa quasi locustas. Et hunc qui omnia uerbo fecit, et unica momenti inclinatione exhibet ea quæ non sunt ut sint, & dedit his qui non erant ut essent sola uoluntate, quasi oblitus B horum omnium passionibus obnoxium facis, et legem ponis, ut adoretur deus passibilis. Et pagani quidem, ut prædictum est, auariciæ uerbo capti etiam cœlum impassibile uocant, & solem impassibilem appellant, & stellas immortales statuunt, & terram quam calcant inter deos numerãt. Nos autem inuisibilem, unigenitum, incomprehensibilem, inexcogitabilem, passibilem esse credemus? Absit. Saluator noster & benefactor, ne sic Apostatæ simus adorationis tuæ, ne sic ignoremus tuam naturã, ne sic ingrati simus de tuis donis, ne suspicemur passibilem nostrum liberatorem, qui nos è passionibus ad impassibilitatẽ transtulit, et nobis passionibus obnoxijs impassibilitatẽ largitus est. Hanc & pro nobis legationem asserimus deo, cui gloria in secula, Amen.

*Homilia Ioannis Antiochęni Episcopi in Chalcedone dicta, post homiliam Theodoreti.* C

SAncta lex est, ut patribus accepta ferãtur ea, quæ filiorum sunt. Meus igitur est Galaad, et meus est Manasses, imò non mei sunt, sed dei, eius qui uestram cum nostra congregauit Ecclesiam, et hunc pro pietate zelum cum alijs donis largitus est. Equidem inter uos ideò surrexi, ut dicẽdo salutarem simul & ualedicerem. Etenim qui nobiscum sumus ad fratres nostros contendentes. Transit enim quocunq; uult absque impedimento charitatis natura. Saluto uos & oro, ut pacem habeatis cum deo prius quidem fideles, nũc autem confessores. Quisquis magnas facultates possidere censetur, strenue militat, & impigrè ut cõseruet, quę possidet: nullus igitur à paterna fide destituat, quam & nos ut depositum apud filios deponimus. Respicite ad progenitores, quos neque tormẽta, neque mors, neq; aliud quid humanum ualuit à fidei synceritate auellere. Porrò uobiscum paruæ quidem minæ sunt, magna autem merces: paruæ passiones, sed coronæ magnæ. Nemo deprędetur depositum uestrum, neque dogmatum certitudinem, nemo persuadeat deum esse passibilem, neque corporis & deitatis naturam unam. Illa enim per se est diuina substantia, hanc uera, corporis uidelicet, suscepit. Idcirco connexionem prædicamus, & nõ confusionem: unionem, nõ contemperationẽ. Deus hoc per illud, filius hoc per illud, omnia hoc per illud adoratur cum illo, glorificatur cum illo, et qui cum illo adunatus est inseparabiliter primitiæ appellatur nostræ naturæ. Hæc seruate, & deus pacis erit nobiscum, adiuuans nos, modo quo ipse nouit, cui sit gloria in secula, Amen.

FINIS.



# LIBER CYRILLI AD EVOPTIVM EPISCOPVM, QVI MISERAT EI REPREHEnsiones Theodoreti episcopi Cyri, cõtra duodecim Anathematismos, quos capitula uocant factas.

Reddit autem de omnibus obiectis rationem hoc ordine. Primum præmittit capitulum suum, deinde subdit Theodoreti reprehensionem, postremum suam responsionem adiicit.

PIENTISSIMO ET DESIDERATISSIMO fratri & comministro Euoptio, Cyrillus in Domino salutem.

RECTIS nuper literis à pietate tua ad A me datis, admiratus sum & affectionem charitatis, & in Christo syncer itatem, atq; adeo ut & illud in Prouerbijs, frater q à fratre adiuuatur, ἀδιαστάτως. ut ciuitas munita, uerissime scriptũ, nunc quoque uere dici debere censeam, uideaturq́ue mihi charitatis possessio digna quæ omni eloquio re- Eridis, id est, cõtentionis & discordiæ. fert, & merito in scripturis diuinitus inspiratis celebretur. Plenitudinem enim legis continet, alias quę uirtutes antecellit, & ad miraculum usque in sanctorum animabus residet. Sane eam non solis & puris uerbis compleri dicimus, sed magis speramus, ut ab operibus testimonium recipiat. Sicut enim pretiosissimas gemmas, quas Indicas esse dicunt, non cõtinuo admiramur, si quis de illis mira narret, sed si uidentes in admirationem rapiat: ita etiam claram dilectionis pulchritudinẽ B effulgere arbitror, si in cunctis pijs negocijs ab operibus perfectis testimonium habeat. Hanc igitur dum pietas tua probe colens per prudentium sanctorum uestigia incedit, gloriam quoque quã illi bene uiuendo meruerunt sibi uindicat. Abundantius autem comprobatum est mihi tuæ pietatis erga me studiũ, libro mihi exhibito, quem cõposuisse dicitur cõtra Anathematismos Theodoreti Cyri, ita enim Ciuitatulã uocant. Lectis autem his, quæ in eo habentur, gratias Deo cũ hymnis offerebam, tantum non & illud dicens: Domine libera me à labijs iniustis, & à lingua dolosa. Sentiebam enim me ubiq́ue calumnijs impeti, id quę per singula capita. Cogitabam autem & hoc, quod familiares nonnulli dicebant uirum istum iniuriis exercitatum, & in sacrarum scripturarum cognitione forte prouectum. Verum ab intelli- C gentia uirtutis istorum capitulorum tantum abesse, ut de eo nunc plane sentiam quod quorundam desiderijs indulgens fingat se ignorantem, ne irroganter & superuacanee, sed iuste & apposite lædorijs in me usus reputetur, tametsi in dictis nostris nihil omnino sit ita difficile uel sublime, uel quod apprehensionem subterfugiat. Quoniam autem, licet pridem de his scripserimus pauca, & cum illo loqui necessarium est, ut ne quis nos præ desperatione silentium eligere putet, quanta liquerit sermonis breuitate defensionem illaturus sum: oportebat sane & ipsum utpote in sacris exercitatum scripturis, siquidem mens eius erat de diuinis mysterijs nobiscum miscere sermones, de solis sacris literis nobiscum commentari, narrationemq́; ut sacra decet, contexere, neq; ueteres nobis fabulas cum salibus in medium adferre. Meos enim sermones pomo Eridis confert, fortasis ut ostentet, quantum sibi sapientiæ peculium comparârit, unde & nos dictorum suorum multo maximi admiratores fieremus. Nam & eloquentissimum se declarat, & multiphariam eruditum, utpote qui pomum Eridos non ignoret, atq; adeo neq; Priami Paridem. Cætetũ his missum factis, præsentem causam in manus potius sumamus.

*Anathematismus primus.*

PIquis Emmanuelem non confitetur esse uerum Deum, & propter hoc sanctam matrem Dei genitricem. Genuit enim carnaliter carnem factum ex Deo uerbum, anathema sit.

REPREHENSIO THEODORETI.

*Beati Theodoreti episcopi Cyri epistola ad Ioannem Antiochenum episcopum, qui ei inuexerat reprehendere capitula Cyrilli.*

VAlde doluí, dum anathemata legissem, quæ direxisti, destruere ea nobis ex scripto præcipiens, & hæreticum eorũ sensum omnibus nudum intimare. Dolui autem quia uir pascẽdi sortitus officium, cui grex tãtus est creditus, & oues infirmas curare præceptũ, languet quidem ipse, oues autem ægritudine implere uehementer nititur, & agrestibus bestijs seuius ea quæ sunt pascẽda discerpit. Illæ nanque ea quæ sunt dispersa & â grege diuisa rapientes dilacerãt, hic autem in medio eius existens, & saluator esse deputatus & custos, latentem lesionem introducit obedientibus. Quod enim aperte rebellat, obseruare facile est: quod uerò sub amicitiarũ figuris insidias parat, inuenit id cõtra qđ pugnat incautũ, eiq; infert facile læsionem, unde obsidentibus hostibus interiores sæuiores sunt proditores. Hoc ergo multos contristat, quod sub pietatis nomine atque figura, & sub pastoris dignitate constitutus in hæreticas & blasphemas uoces erumpit, & dudũ extinctam Apollinaris inanẽ simul impiamq; doctrinam renouat. Super hæc autem, non solum talia dispensare, sed & non cõsentientem suis blasphemijs anathematizare præsumpsit. Si tamen uere

Universidad de Deusto
Biblioteca



ipsius ista sunt germina, & non inimicorum quis- A
piam ueritatis, tanquam ex illo hæc componens
proiecit in medium, secundum illud quod in fa-
bula dicitur: Malum discordiæ in altum flammas
exaltans. Nos autem qui doctrinas euangelicas
sequimur, non carnem naturalem factum, neque
in carnem uersum Dei uerbum dicimus. Incon-
uertibilis enim est immutabilisq; diuinitas. Vn-
de & Dauid dicit: Tu autem idem ipse es, & anni
tui non deficient. Quod Paulus maximus ueritā-
tis præco de filio dictū in epistola ad Hebræos do-
cuit. Et alibi per prophetam ait Deus: Ego sum,
ego sum & non mutor. Igitur si inconuertibilis
est diuinitas & immutabilis, conuersionis & mu-
tabilitatis non est capax. Si autem impossibile est
conuerti hoc quod est inconuertibile, non est fa- B
ctum caro uerbum Dei conuersum, sed assum-
psit carnem & inhabitauit in nobis, iuxta id quod
in euangelio dicitur: Et hoc liquidum faciens di-
uinus Paulus in ea quam ad Philippenses scripsit
epistola: Hoc sentite, inquit, in uobis, quod & in
Christo Iesu, qui quum in forma Dei esset nō est
rapinam arbitratus esse se æqualem Deo, sed se-
metipsum exinaniuit forma serui suscepta. Ma-
nifestū igitur est ex his quæ dicta sunt, quod Dei
forma non est conuersa in serui formam, sed ma-
nens quod erat assumpsit serui formam. Si igitur
non est caro factum Dei uerbum, sed carnem ui-
uam, & rationalem assumpsit, non ipsum natura-
liter ex uirgine natum est, conceptum & figuratū
ac formatum, nec principium essentiæ suæ inde C
assumpsit quod ante secula existens, & Deus exi-
stens, & apud Deum existens, & cum patre exi-
stens, & cum patre agnoscit & adoratur, sed tem-
plo sibi in uirginali utero formato, cum formato
concepto & nato fuit. Quam ob causam & san-
ctam illam uirginem dei genitricem appellamus,
non quod Deum natura, sed quod hominem ip-
sum cum figuratore deo unitum genuerit. Quod
si non homo, in utero uirginis formatus est, sed
Deus qui ante secula fuit, factura utique spiritus
fuerit Deus uerbum. Quod enim in ipsa natum
est, inquit Gabriel, ex spiritu sancto est. Si autem
increatum est unigenitum Dei uerbum, & patri
cōsubstantiale ac coæternum, non est figmentum
uel creatura spiritus. Iam si spiritus sanctus in ute- D
ro matris Deum uerbum non formauit, relinquitur
intelligēdum esse serui formam & figuratam
& conceptam & natam esse naturaliter: quæ quia
â Dei forma non est nuda, sed templum fuit inha-
bitantis uerbi, iuxta Pauli dictum: In ipso, inquit,
complacitum fuit omnem plenitudinem diuini-
tatis inhabitare corporaliter, ideò non hominis
genitricem, sed Dei genitricem uirginem appel-
lamus. Et hanc quidem figuratione & formatio-
ne & conceptione, illam autem unionis appella-
tione affirmantes. Ea propter & natus infans Em-
manuel appellatur, quod interpretantur, nobiscū
esse Deum, secundum euangeliorum uocem.
Quod autem nobiscum est Deus. & eum pro no-
bis ex nobis esse conceptum manifestat & susci-
piens uerbum Deum prædicat. Igitur infans Em-
manuel est, propter assumentem Deum: & Dei
genitrix uirgo, propter conceptam serui formam
unionemq; formæ Dei. Non enim in carnem
Deus conuersus est, sed Dei forma suscepit ser-
ui formam.

*Antithesis, id est, oppositio Cyrilli.*

MVltū clamamus aduersus eos qui confiteri
nolunt deū esse secundū ueritatem Emma
nuelem, atque adeò quod Dei genitrix sit sancta
Virgo. Genuit secundum carnem Dei uerbum,
quando factum est caro, hoc est, homo. At istorū
recte dictorum accusator si nescit Deum secun-
dum ueritatem esse Emmanuelem: & natum se-
cundum carnem ex sancta uirgine (Caro enim fa-
ctum est Dei uerbum.) cur non dicebat manife-
ste: Quid agis uir clare? Duras & resonantes eru-
ctas uoces? Quid aduersus ueritatis dogmata iu-
ueniliter dimicas? dicens: Non est Deus secun-
dum ueritatem Emmanuel, neque Dei genitrix
sancta Virgo. Vt nos sic clamanti, & dicenti ex
scripturis à Deo inspiratis prudenter resistamus,
& apostolicæ euangelicæq; fidei traditionem, &
patrum olim Niceæ congregatorum confessio-
nem opponamus, dispicientes, quod neque recte
neque apte dicta nostra perstringere præsumit,
imò cum sacris scripturis omnibus impudenter
depugnat. Veruntamen callidus & industrius e-
narrator, præteritis ijs quæ dicere conueniebat
& oportebat necessario, & omnino non curatis
illis alia pergit uia. Conuertitur enim mox ad
hoc quasi demonstrare debeat Dei uerbum ma-
ius esse quàm ut conuersionem ferat, & non in
naturam carnis transeat, & dum hoc obtinet, et-
am anathematismum refellere conatur. Audiat
igitur ipse qui ijs quibus contradicit, cōtraire nul
lo modo nouit. Temerè loqueris homo, conten-
dis sensu odibili, etiam nobis. Scimus & nos, *ἀστεϊσμὸν*
quod diuina supremaq; natura conuersionis im-
perfectionem neutiquam patiatur, neque Deus
Verbum esse non desinens, hoc quod est, in na-
turam carnis transire sinat. Porro quoniam dicit
à Dei forma assumptam esse formam serui, doceat
obiter, an absque subsistentijs solæ formæ inter se
conuenerint. At opinor quod ipse à se desciturus *συγκαθαίρει*
sit. Non enim similitudines simpliciter & absque
subsistentijs formæ inter se conuenerunt iuxta di
spensatiuam unitatem, sed ipsarum rerum, hoc est
subsistentiarum factus est conuentus, ut & incar-
nationis ratio uere facta esse credatur. Igitur si di-
xerimus carnem Verbum factum esse non con-
fusionem, non temperaturam, non conuersio-
nem uel immutationem circa ipsum euenisse di-
cimus, unitam autem magis ineffabiliter & ine-
narrabiliter sancto corpori animam habenti ra-
tionalem. Quando autem dicitur uniri, non con-
funditur omnino, sed fit in assumptione alterius.
Affirmamus igitur uerbum ex Deo patre in as-
sumptione, sanctæ & animatæ carnis factum uni-
tumq; uere citra confusionem ex utero ipso pro-
cessisse hominem: mansisse tamen etiam sic Deū
uerum,



uerum, atq; ob hanc causam sanctam Virginem A
Dei esse genitricem. Superuacaneum autem opi
nor ipsam appellari & hominis genitricem. Nam
siquidem aliqui fuissent extrema illa dementia la-
borantes, ut dicerent Verbū Dei fontem & qua-
si principium suæ subsistentiæ apprehendisse car-
nem, fortasis non esset ita absonum & repudia-
bile, si quis & hominis genitricem dicendam pu-
ret. Verum quia opinio hæc apud omnes ut abo-
minabilis & odiosa reiicitur, intelligitur autem
non aliter quàm Dei genitrix sancta Virgo, nisi
quis prius fidem huius dari malit, quod uerbum
ex Deo patre caro factum sit, hoc est homo. Nun
quam enim nudam diuinitatem peperit Virgo.
Quæ igitur ratio instantiæ dicentium, nominan- B
dam illam esse & hominis genitricem? At machi-
nario quædam mala contra Christum ab eis in-
uenta est. Non enim ferunt ut sentiatur et dicatur,
eum qui ante secula ex Deo & patre filius est, in
nouissimis seculi temporibus circa confusionem
& conuersionem ex utero unitum esse carni, ani-
mam habenti rationalem, & factum esse homi-
nem, sicut nos: sed sicut sanctorū quempiam in-
habitatorem habuisse Deum, prædicare nituntur
& sentiendum persuadent, non intelligentes, qđ
& in nobis est per spiritum, sicut in templis san-
ctis Deus omnium. Scriptum enim est: Nescitis
quod templum Dei estis, & spiritus Dei habitat
in uobis? Si quis igitur templum Dei corruperit,
corrumpet & illum Deus. Templum enim Dei C
sanctum est, quod estis uos. Iam tametsi nomine
mur templa deum per spiritum inhabitantem ha-
bentia, alium tamen quendam modum sacramen
tum huius in Christo esse scimus. Vnitam enim es-
se Deo uerbo carnem, secundum unitatem dici-
mus, in qua & rationalis anima est. Libenter au-
tem rogarim ex eo utrum unionem Verbi ad hu-
manitatem, hoc est, ad sanctū corpus, anima men
teq; præditum, factam dicat secundum ueritatem,
an potius etiam ipse dicat cum alijs formam serui
tem & extra subsistentiam, copulatam esse per ha-
bitudinem formæ diuinæ & subsistentiā haben-
ti, an demum alio quodam modo secundum so-
lam filiationis nominationem, & secundum so-
lam dignitatum similitudinem, siquidem hic co-
pulationis modus uspiam reperitur. Cæterum, ut
uidetur, frustra interturbo superflua hac quæstio-
ne, quoniam uerba eius & manifestam confessio
nem habeam. Nam in hoc capite hisce uerbis in-
quit: Quapropter natus infans Emmanuel appel
latur, neq; Deus ab humana natura separatus fu-
it, neque homo a diuinitate nudatus. Oportebat
sane eum accurata elaboratag; oratione de istis fa
cere narrationem. At istud scilicet interim assi-
gnandum erat. Ecce enim hic per quam manife-
ste ipse interpretatus est unionem, à natura huma
na non esse separatum Deum. Ad hæc confitetur
quod unum secundum unionem norit esse Chri-
stum, & eundem uidelicet Deum simul ac homi-
nem. Quomodo igitur cōsentiens sermones à no
bis editos perstringere non erubescit?

*Anathematismus 11.*

SI quis non confitetur carni secundū subsisten
tiam unitum esse ex deo patre uerbū, unumq;
esse Christū cum sua carne, eundem uidelicet De-
um simul & hominem, anathema sit.

*Reprehensio Theodoreti.*

VNum quidem Christum cōfitemur diuinis
apostolorum doctrinis persuasi, eundemq;
ppter unionē & deū proprie & hominē nomina- *id uerbis*
mus. Secundū subsistentiā unionē omnibus mo
dis ignoramus, utpote nouam & à scripturis diui-
nis & â patribus qui has interpretati sunt extra-
neam. Quod si uult dicere, quod propter unionē
secundum subsistentiam, quam hæc genuit quasi
mistura carnis & diuinitatis facta est, contradici-
mus omni alacritate, & blasphemiam redarguī-
mus. Necessario enim misturā sequitur confusio,
admissa autem cōfusio unius cuiusq; naturæ pro-
prietatem tollit. Quæ enim temperatur, non ma-
nent quæ prius erant. Hoc autem de Dei uerbo,
& eo qui ex semine Dauid est, dicere absurdissi-
mum fuerit. Oportet aūt obedire domino qui o-
stēdit duas naturas Iudæis inquiens: Soluite tem
plū hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Si ue-
rò temperamentū factum fuisset, neq; Deus man-
sisset deus, neq; templum cognosceretur templū,
sed & templum Deus & Deus templū. Hoc em
temperationis ratio uult. Et superfluè Dominus
dixisset Iudæis: Soluite templum hoc, & in tribus
diebus excitabo illud. Oportebat em dicere: Sol-
uite me, & in tribus diebus excitabimur, siquidē
uere temperatura facta fuisset & confusio. Nunc
autem ostendit solui templum, & resuscitare De-
um. Superuacua igitur est secundum subsistentiā
unio, quā pro temperatura nobis, ut opinor, pro-
fert. Sufficit aūt dicere unionē, quæ & naturarum
ostēdit ꝓprietates, & unū Christū adorādū docet.

*Oppositio beati Cyrilli.*

EN clarus ille uir iterū ex fortuito occasionē
suæ contra nos impudentiæ corripiens, uelli
cat uerbū *κατ' ὑπόστασιν*, secundū subsistentiā. De-
terminat aūt & affirmat qđ ab illo alienū est & in-
solitū, nō cogitans qđ dictionē nec to quę se pro-
phanorum hæreticorū uerbositatibus inquiren-
do ueritatem opponit, & id qđ oppositū apparet
destruere nititur. Igitur, quum Nestorius ubique
nativitatē uerbi dei secundum carnem cōstanter
neget, et solarū nobis dignitatū subintroducat u-
nitatem hominēq; deo iuctū filij appellatione co-
honestatū asserat necessario, nos cum illius dictis
pugnantes unionem secundū subsistentiā factam
esse dicimus, nihil aliud dicendo secundum subsi
stentiā significare uolentes quàm hoc solū, quod
uerbi natura, hoc est, subsistentia, quæ est ipsum
uerbum, humanæ naturæ uere unitū sit, citra ul-
lam conuersionē & cōfusionē, sicut sepissime di-
ximus. Vnus intelligitur & est Christus idē Deus
& homo. Hoc autem, ut opinor, etiam Theodore
to probatur dicenti ab humana natura Deū non
esse separatū, neq; humanitatē absq; Deitate intel
ligi. Igitur neq; subsistentijs serui & dei formam

unitam esse, neq; sane communem hominem so-
la dignitatum æqualitate cohonestatum, secundũ
habitudinem uerbo copulatum esse dicimus: ue-
rum ipsum, ut dixi, filium Dei unigenitũ, secun-
dum ueritatem in unitate sibi unitæ carnis esse, a-
nimam habentis rationalẽ, cum hoc quod & De-
us maneat. At ũir ille sermonibus disertus, & con
templationibus ualens, uerbũ definiuit esse tem-
peramenti significatiuũ, & dicere audet, & affert
iniurias quæ ex cõtemperatione fieri solent, qua-
si nos ignoraremus, uel fortasis sibi ipsi placet, &
uerborũ ornatu gaudet. Nihilq; aliud assequitur
quàm opinionẽ quod possit prolixè loqui, & qd
nullum ab alio dictum tanquam uerum recipiat,
ut aliquis esse uideatur apud eos qui recte ijudi
care nesciunt, quisnam fabuletur & mẽtiatur, aut
quis recta ueritatis uia incedat, & sermonibus sa-
pientibus & necessarijs utatur. Nam & initio, fa-
teor, credebam eum sensum ignorare capitulorũ:
fingere autem quasi uideatur ignorare, & in hoc
quibusdam morem gerere, atqui nũc uere illum
ea ignorare comperio.

*Anathematismus* III.

SI quis in uno Christo diuidit subsistẽtias post
unitionem, sola coniungens eas copulationẽ
quę est secundum dignitatem uel autoritatem, &
non potius conuentu, qui per unitionem naturа-
lem factus est, anathema sit.

*Reprehensio Theodoreti.*

TEnebricosa quidem & caliginosa est dicto-
rum intelligentia, pijs autem manifesta est ip-
sorum ineptia. Cui non est perspicuum quod co
pulatio & conuentus nihil differunt. Copulatio
enim est discretorum copulatio: conuentus ue-
rò distantium coitus. At sapientissimus istorum
uerborum pater, quasi contraria posuerit ea quæ
non pugnant: non oportet, inquit, copulatione
subsistentias coniungere sed cõuentu, & conuen
tu naturali, uel ignorans forte quod dicit, uel co-
gnita blasphemans. Natura enim res est, necessa-
rio compellens, & absq; uoluntate. Exempli gra-
tia: Natura esurimus, arbitrio hoc non, sed neces-
sitate patimur: natura sitimus, natura dormimus,
natura spiramus aerem. Hæc aũt omnia omnium
sunt absq; uoluntate, ut dixi: qui aũt nihil horũ
in se recipit, necessariò uitę finem accipit. Si igitur
naturalis fuit Dei formæ & serui formæ unio, à
necessitate quadã cogitur, & non misericordia u-
sus est deus uerbũ formæ serui coniunctus, & le-
gislator omnium necessitatis legem sequi inueni
tur. Verum non ita nos docuit beatus Paulus, sed
contrariũ, eo quod seipsum exinaniuit forma ser-
ui assumpta. Quod autem seipsum exinaniuit, uo
luntarium demonstrat. Si igitur cõsilio & uolun-
tate naturę ex nobis susceptę, unitus est, superflua
est naturalis uerbi additio. Satis enim fuerit fateri
unionem. Vnio autẽ etiam in discretis accipitur.
Nusquam enim intelligitur, ubi unio non inue-
nitur. Igitur unionem suscipiens discretionẽ reci-
pit. Quomodo igitur dicit, non oportet subsisten
tias diuidere, siue naturas, idq; sciens, quod perfe
cta quidem dei uerbi subsistentia ante secula fuit.
Perfecta autem ab illa assumpta fuit serui figura.
Ideò & subsistentias dixit, sed non subsistentiam.
Si igitur altera natura perfectionem habet, in hoc
autẽ conuenerunt ambæ, forma uidelicet Dei ser
ui formam suscipiente, unam quidem personam
& unum filium & Christum, sicut pium est confi-
teri: duas autem subsistentias siue naturas unitas
dicere, non absurdũ est, sed & iuxta causam con-
sectaneum. Etenim si in uno homine diuidimus
naturas, ut mortalẽ corporis, immortalem uerò
animæ dicamus, utramq; autem hominem, mul-
to magis assumentis Dei, & assumpti hominis na
turarũ proprietates cognoscere ratio poterit. In-
uenimus autem & beatum Paulum unum homi-
nem in duos diuidentem, & aliquãdo quidem di-
centem: quanto exterior homo corrumpitur, tan
to internus, renouatur: aliquando uerò, con dele-
ctat me lex Dei, inquit, secundũ internũ hominẽ.
Et iterum: In interiore homine inhabitare Chri-
stum. Iam si Apostolus naturalem copulationem
naturarum simul cõditarũ diuidit, quomodo im-
pietatis arguit eos, qui diuidunt proprietates na-
turarum dei, qui ante secula fuit, & eius qui in ex-
tremis diebus homo assumptus est, quum tempe
rationem nos per alia uerba doceat?

*Contradictio Cyrilli.*

VIde obsecro, quomodo callidissimus iste,
qui obscuritatem in dictis calumnietur, ni-
mirum ipse mentem non fulgidam sed tenebrico
sum afferens. Tenebricosum esse dicit sermonem,
qui recte sentire uolentibus tam perspicuus est a-
deoq; notissimus. Existimauit autem quod debe
at dici conuentus & non copulatio, deinde indu-
striæ suæ dexteritatẽ declarans, unã uim ex signi-
ficationibus ostendit, siue quis conuentũ siue co-
pulationẽ factam esse dixerit. Ego uerò cum ad-
miratione deprehendo eius mentem subtili uale-
re consilio. Solus enim nouit, ut uidetur, quod à
nullo qui uspiam sit ignoratur, & sic protritũ est
ut etiam his eluescat, qui nihil uel mundanæ uel
scholasticæ sapientiæ renent, uel audiendo medi
tur eruditionẽ eius illud dictum mecum repeto,
Paulum euigilans quasi ex somno & crapula, is
qui amplum os cõtra nos dilatat. Vide subtiliter
sacramentũ. Vnionẽ quæ in Christo est calumni-
antur quidem, qui præter sacrarũ literarũ mentẽ
iuxta suam ipsorũ sententiam fœde torquent. Di-
cunt enim diuisas esse à se inuicẽ & omnibus mo-
dis seiungi naturas, & seorsim ac particulariter u-
trasq; esse: hominem autem sic coniunctum esse
Deo per habitudinem contendunt, secundum so
lam dignitatem, uel autoritatem, & secundum fi-
liationis æqualem nominationem. Hanc opinio-
nem tollit Anathematismus, nugacissimisq; illis
uocum nouitatibus se opponit. Asserit enim uni-
tum secundum naturam, hoc est, non secundum
habitudinem, sed secundum ueritatẽ, sanctæ car-
ni uerbum rationalem habenti animã, nullo mo-
do diuidendũ esse, ut ne duos imaginemur filios,
& impar-



& impartibilẽ pártiamur. At hic non intelligens,
quidnam sit unio naturalis, hoc est, uera, non con
fundens naturas neq; commiscens, ita ut altera a-
liter esse oporteat quàm ut est. Puerile quoddã &
frigidum suscipit argumentum, & bene se gerere
arbitrãr. Et inquit: Si naturalis facta est unio, exi-
nanitio uerbi uoluntaria non fuit, sed quasi ex ui
& necessitate. Natura enim cogere solet. Ad hæc
dicat quis ei: Esuri, siti, & cætera facito, quæ ipse
dixisti. Carnis erunt naturales infirmitates, & in
nobis ipsis motionem habẽt, quia naturam pos-
sidemus tyrannicis affectionibus obnoxiam. Ipsa
autẽ diuina & ineffabilis natura uerbi nullo mo-
do passionib. & necessitati subiecta est, neq; à nul
lo alio, nec à seipsa coacta est, ad hoc, ut præter uo
luntatem caro fieret, & appropriaret sibi huma-
nitatis formam, apprehenderetq; semen Abrahæ.
Quàm incõsiderate aũt loquatur, nulli, qui uolue
rit, difficile erit uidere. Dicit enim: Semper omni
bus modis naturalia necessitatis legibus subiace-
bũt. Et ad demõstrationẽ hoc, ptulit, qd præter uo
luntatẽ nostrã esuriamus & sitiamus, natura in hoc
uocante, etiãsi quis nolit. At qui oportebat uirũ
& in his exercitatũ habentem animum etiam alia
opera uidere, quæ meritò maioris pẽsi erant. An
non est uerũ qd homo secundũ naturã est rationa
lis, Itaq; & ipse præter uoluntatẽ suam, & coacte
est rationalis? Quur aũt? dic mihi deus omnium,
an non secundũ naturã est deus? an non secũdum
naturã est sanctus, iustus, bonus, uita, lux, sapiẽtia
& uirtus? Itaq; præter uoluntatem & coactę est qd
est. At eum qui sic uoluerit sapere, opinor qd ad
summam peruenerit amẽtiam. Quid igitur nobis
mendaciũ tanq; murum inexpugnabilem & in-
uictum opponit, & putria problemata tractat, &
audiens naturalem fieri unionẽ, hoc est, ueram, &
uerbi sionis expertem inconfusumq; omnino subsi-
stentiarũ cõuentum, attentat torquere uim dicto
rum, ita ut uideantur nõ esse recte facta? Nec for-
midauit audax ineuitabilibus necessitatib. subij-
cere uerbi naturã, secundũ similitudinẽ quam no-
biscum habeat. Exinaniuit semetipsum nõ absq;
uoluntate, sed uoluntarie unigenitus factus est ho
mo, & non sicut tu dicis, suscepit hominẽ habitu-
dinalem, donans ei copulationẽ, filiationisq; gra
tia coronans sicut nos. Atq; adeò licet intelliga-
mus unitas esse subsistentias hominemq; factũ &
incarnatũ esse uerbum, & uideatur quodã modo
secundũ hoc naturalis dici à nobis unio, ejecta nõ
uera & habitudinali, quam nos per fidẽ & sancti-
ficationẽ habemus, quia & diuinæ naturæ facti su
mus participes, sicut inquit Paulus. Qui adhæret
Dño unus spiritus est. Sed non subijcit necessita-
tibus & desiderijs naturalibus affectionũ expertẽ
& liberũ deũ uerbũ. Quod aũt unita post unionẽ
in duo separari debere non uult, mea sententia ir-
reprehensibile est & inculpabile, maxime quod
bonus ille Theodoretus hominẽ qui nobis consi
milis esse intelligit, in exẽplũ assumpsit, & in duo
diuidi non sinit, quãuis ista eius consideratio con
tineat partitionẽ & diuisionem non repudiãdam,
quod dixerim quãtum ad sciẽdũ attinet. Quia al-
terum quidem secundũ naturã est anima, alterum
uerò secundũ suã naturam caro. Itaq; secundũ si-
milem rationẽ, unionem diligenter inquirentes
quæ in Christo facta esse intelligitur, considéran-
do quidem diuinitatis & humanitatis conuentũ:
uerum secundũ unionem factũ esse dicimus, non
ignorantes quod aliud quidem quàm caro secun
dum naturã sit dei uerbũ, & aliud secundũ suã na-
turam sit caro. Non est aũt tutum semel secundũ
carnem unitũ dissecare, neq; in duos filios dime-
tire unum Christum & filium & Dñm permittet
ulla rectæ fidei ratio, ita nos sancta diuinitusq; in-
spirata scriptura eruditente. Verum illi non tanta
cura est de ueritatis dogmatibus, nosse aũt quid in
rebus utendis necessariũ sit, non mediocriter stu-
det, ut si quid ad iniurias natũ sit, mendacijs illud
ueris similiter adornet, satis etiã adcalũniãdũ instru
ctus audiar à nobis, qd gloriaris in malicia potẽs
iniqtate? tota die iniusticiã cogitauit lingua tua.

*Anathematismus* IIII.

SI quis eas uoces quæ in apostolicis & euange
licis scriptis de Christo uel à sanctis, uel ab ip
so dicũtur, duabus personis, hoc est subsistentijs,
distribuit, & alias quidẽ uoces uelut homini, quẽ
seorsim sequestrato Dei uerbo intelligit, alias au-
tem soli Dei patris uerbo, utpote Deum addecen
tes, aptãrit, anathema sit.

*Reprehensio Theodoreti.*

SVnt & hæc his quę iam dicta sunt, cognata et
assimilia. Vult enim tanq; temperatiõe facta
in sermonibus qui in sacris euangelijs & aposto-
licis scriptis dicti sunt, nullã esse differẽtiam, licet
eos Arium & Eunomiũ & cæteros hæresiarchas
oppugnare glorietur. Dicat igitur ille sacrorũ do
gmatum diligentissimus doctor, quomodo hære
ticorũ blasphemiã redarguat, dum ea quæ humili
ter & congruè à serui forma dicũtur, Deo uerbo
aptat. Illi enim hoc facientes, minorem & creatu-
ram, & factură, & seruum, & ex nihili filium Dei
esse docendo statuunt. Cui igitur nos qui diuersa
quàm illi sentimus, & consubstantialẽ esse & coę-
ternũ deo & patri filium confitemur, opificemq;
omniũ & factorẽ, & ornatorẽ, & gubernatorẽ, &
admiuistratorẽ, & in omnibus sapientem & om-
nipotentem, imò ipsammet potentiã, ipsammet
uitam, ipsammet sapientiã affirmamus, cui inquã
attribueremus illud: Deus meus Deus meus, ut
qd me dereliquisti? Et illud: Pater, si possibile est,
transeat poculũ istud à me. Et: Pater salua me ex
hac hora. Et illud: Horã illam nullus nouit neque
filius hominis. Et alia quæcũq; humiliter ab ipso
& à sanctis apostolis de ipso dicta scriptaq; sunt.
Cui famem & sitim adaptabimus? cui fatigatio-
nem & somnũ? cui ignorantiam & formidinem?
Quis angelico subsidio habebatur? Si hæc Dei uer-
bi sunt, quõ ignorauit sapiẽtia? Quomodo uoca-
ta est sapientia ignorantiæ infirmitati obnoxia?
Quomodo uerax fuit dicẽs habere se omnia quæ
patris, quũ patris cognitionem nõ habeat? Solus
enim, inquit, pater nouit diem illum. Quomodo

fuit incommutabilis imago genitoris, nō omnia quæ genitoris sunt referens: Itaq; siquidē hoc dicens uerax fuit, quis ista eum ignorare suspicaretur? Si autem diem sciens, ignorare se illam dicere uoluit, uide in quam blasphemiā quod colligitur euadat, si ueritas mentiatur, quæ immeritò ueritas dicitur, si quid in se habet ueritati aduersum. Si autem ueritas non mentitur, neq; Deus uerbū diem quem fecit ignorat, quem ipse ab alijs distinxit, in quo orbē iudicaturus est. Sed habet patris sapientiam imago incōmutabilis. Non igitur dei uerbi est ignorantia, sed formæ serui, quæ tanta per illud tempus sciebat, quanta deitas inhabitās reuelabat. Hæc & de alijs similibus dicenda sunt. Quam enim rationem haberet, Deum uerbū dicere ad patrem: Pater si possibile est transeat a me poculū istud, Veruntamen non quod ego uolo, sed quod tu? Multa enim incongrua rursus hinc accidunt. Et primū discordes erunt pater & filius, & alia quidem uult pater, & alia filius. Ait enim: Veruntamen non quod ego uolo, sed quod tu. Deinde magnam rursus ignorantiam considerabimus in filio. Inuenietur enim ignorans an possibile sit uel non, quod transeat poculum. Hoc autem de Deo uerbo dicere impium & blasphemia plenū foret. Sciebat ēm accurate, qui propter hoc aderat qui sponte nostram naturam assumpserat, qui seipsum exinaniuerat, quis nam sacramēti dispēsationis finis futurus esset, unde & sanctis apostolis prædicebat: Ecce ascendimus Hierosolyma, & filius hominis tradetur in manus gentiū, ut illudant ei, & flagellent, & crucifigant, & tertia die resurget. Qui igitur hoc antea prædicauit, & Petrū deprecantē ne hoc fieret, corripuit, quomodo deprecatur ne fiat, qui manifeste sciebat omnia euēturā? Quō aūt non absurdū, Abrahā quidē ante multa secula diem eius uidisse & gauisum esse, & Esaiā similiter prædixisse salutarē eius passionē, et Hieremiā, & Danielē, & Zachariā, atq; adeò omnem prophetarū chorū: ipsum uerò & ignorare, & liberationem petere, & deprecari, quod in salutem orbis futurū erat. Igitur hæc uerba non sunt Dei uerbi, sed formæ serui, quæ metuebat mortē, eo quod nondum erat mors destructa, cui etiam formæ Deus uerbum loco timori dato, hæc dicere permisit, ut assumpti appareret natura, & ne eū qui ex Abrahā & Dauid descenderat putatiuum uel phantasticum crederemus, unde impiorū hæreticorū societas hanc blasphemiā protulit. Igit ea quæ dicta & facta sunt deū decētia, deo uerbo accommodemus: quæ uerò humiliter dicta & facta sunt, formæ serui aptemus, ut ne eodē quo Arius & Eunomius blasphemiæ morbo laboremus.

*Oppositio beati Cyrilli.*

ENquanto satius foret amice eum cuius mens ab odio & affectionibus libera est, dictorum nostrorū uim exquirere? Verū hoc minime pensi facit, urget autem utcunq; sibi uisum fuit. Etenim dicit: Sunt & hæc his quæ iam dicta sunt similia. Vult enim tanquā temperatione facta in sermonibus qui in sacris euangelicis & apostolicis scriptis dicti sunt nullam esse differentiam, licet eos Arium & Eunomiū & hæresiarchas cæteros oppugnare glorietur. Verum hoc quidem ille. Ego autem in tantum caui ne dicerem contemperatas inter se naturas mistionēq; & cōfusionē acuerlionem tolerandā, quantū & ipse in hoc recte sapit, qui nec sermonū differentiā a medio sustulimus. Scimus ēm q̄d alij quidē tales sunt, ut de Deo decenter dicantur, alij uerò humanū morē sapiunt: & illi quidem summā docent glorā, hi aūt exinanitionis mensuræ conuenientiores sunt. Cæterū dicimus eos non duabus personis inter se modis omnibus distinctis distribuendos. Nam si unus est Dñs noster Iesus Christus, unaq; fides quæ in illū, & unū baptisma, una quoq; eius tanq; unius persona, & quando quidē idem Deus est simul ac homo, cōgruenter & absq; reprehensione de illo dicentur sermones siue deo digni siue humani sint: neq; diuina & ineffabilis eius natura, uel in minimo in excellentia patris per hoc quod loquimur ea quæ humanitatem sapiunt, minuitur: neq; propterea minus creditur dispensatio eū carne, quando cum hoc q̄d est Deus & homo sicut nos factus esse prædicatur. Itaq; omnia sunt unius Christi tā ea dicta quæ Deū decent, quam quæ humanitatē referunt. Nā si quidem nō tuisset uerbū quod ex deo patre est, homo factū, non humanitus ut de nobis, ita & de ipso fieret sermo. Quoniā aūt uerū est, q̄ similiter sicut nos particeps factus est sanguinis & carnis, & assimilatus est fratribus per omnia: cur nobis uidelicet stultissime dispensationem sapientissimā irrident, uocē humanā non ferētes, sermonisq; utilitatē, quasi ad alterū seorsim filiū, formā serui sicut ipsi dicūt, referre studētes? Omnino aūt stultū foret, fingere quidem q̄ metuātur hæreticorū morositates, quasi traditionēre ctæ fidei extra suā dignitatē auecturi sint. Melius aūt dixerim & longe eruditius esse humanas aptare uoces non alteri personę, magis quæ seorsim & particulariter intelligatur esse filius, & sicut ipsi dicere solent, formæ serui attribuere, aut potius humanitatis mensuris. Nam eū qui simul deus est ac homo, utrūq; sermonē admittere oportet. Atqui miror quomodo ipse similiter quod confiteatur unum esse Christum, qui idem Deus simul sit & homo. Nam quasi in oblīuionem adductus esset eorum quæ bene se habere putauit, separat iterū unum in duos, dum Saluatoris uocē apponit dicentis: De die uel hora illa nemo nouit, neq; angeli cœlorū, neq; filius nisi pater. Deinde sapientiā esse affirmans uerbū ex Deo patre natum, quæ & omnia futura prænoscat, adijcit & dicit: Nō igitur uerbi dei est ignorātia: sed formæ serui quæ tanta per tempus illud sciebat, quanta deitas inhabitās reuelabat. Hæc & de alijs similibus dicenda sunt. Igitur si non mentiris, dicens unū esse Christū & dominū Iesum, eundem scilicet deū & hominem, utiq; diuidis & duos dicere filios nōn erubescis. An nō plane duo sunt, siquidē nō est idē cum eo qui dimēsam habet scientiā, is qui nouit omnia: et cū eo qui partiariā recipit reuelationē, is qui perfectus est



eius est in sapiētia, & tanta cognoscēs, quāta & pater, et siquidē est unus & idē propter uerę unitatis causā & nō alius atq; alius, dissiūctimq; & particulariter, eius omnino erit etiam hoc scire, & neutiquam ut solum putetur scire. Itaque nouit quidē diuinę sicut sapientia patris, quum dispensatim mensuram ignorantis humanitatis assumpsit, protinūq; sit hoc cum alijs, quanquam sicut dudū dixi, ignorans nihil, sed sciens omnia cum patre. Nam propter quam causam esurire, & extinere fatigari dicit, quātuis uita & uiuificus sit ut deus, & ipse sit panis uiuus qui de cœlo descēdit, & dat uitam mundo, & insuper ipse sit uirtutum dominus. Verum ut credatur secundum ueritatem factus homo, appropriauit sibi humana in bonis suæ naturæ mansionē gratiā habens, & indiuulse retinens ea, in quibus semper erat & est & erit. Iam qui reuelationem datam esse dicit formæ serui ab inhabitante deo, eamq; mensuratam, is Emmanuelem prophetā nobis facit, deiferūq; hominem, atq; aliud nihil. Porrò putat quid sapienter, & irrefragabiliter dictū. Nam si dei uerbū est qui damauit: Pater, si possibile est transeat a me poculum istud, & primum quidem facit discordem filium cum patre, iniuriaq; deprecatur ne bibat poculum, quamuis, inquit, non ignorans mundo salutem allaturam passionem suam. Igitur, inquit, non erūt tales uerbi uoces. Itaq; uicissim audiat & a nobis, qui tā adulterinis cogitationibus uacat. Quo niam tibi uidetur a deo uerbo tales uoces amouēdas esse, soliq; serui formæ adaptandas, igitur nō in duos iterum filios unū partiris? Et quis hoc sapientium perspicue cognoscet? Nam dicet fortasse quidam, Heus cur tuas sequeris cogitationes? Quia nec credibile, nec rationi consentaneum, ut forma serui passionem declinet, & cum patre & inhabitante uerbo dissidere uideatur. Sciebat enim opinor passionem suam omnibus qui sub cœlo sunt, & quos mors uicerat, salutarem, & uitæ conciliatricem fore. Oportebat sanè, inquit, utiqui paratum. Age non sentis, qui temere nugatus es, quæ nam sit talis cogitationum confusio: ego autem, quod parua quidem sint omnia hæc humana uerbo ex deo nato, absque mora dixero. Quæro autem cuius fuisse putetur exinanitio, & quis hanc uoluntarie tulerit. Itaq; si quemadmodum alij dicunt, forma serui, uel quod est ex semine Dauid, quomodo, uel quo pacto exinanitum est, si a deo assumptum est. Si autem ipsum uerbū, quod in forma & æqualitate dei & patris existit, ipsum exinanisse dicit: quomodo uel quo pacto exinanitum est, si refutauit exinanitionem? Exinanitio autem deo uerbo, uersionis & passionis nescio, est facere & dicere quiddam humanū, propter dispensatiuum ad carnem conuentum. Tametsi autem factus sit homo, nullo modo sacramenti ratio naturam eius læsit. Manet enim quod erat, etiam in humanitatem sese demittens, propter mundi salutem ac uitam. Ea propter non in duas personas, sed tanquam in unum Christum & filium & deum euangelicas & sanctorum apostolorum referentes uoces, neque diuinam eius imminuimus naturam, & gloriam propter humana: neq; dispensationē negamus, sed propter nos factam ipsius uerbi incarnationem credimus.

*Anathematismus V.*

SI quis audet dicere Christum hominem deiferum, & non magis esse deum secundum ueritatem, quasi filium unū & naturalem, secundum quod uerbū caro factum est, & cōmunicauit similiter ut nos sanguini & carni, anathema sit.

*Responsio Theodoreti.*

PArticipē fuisse sicut nos sanguinis et carnis & animæ immortalis Deum uerbū, ppter unionē cū istis dicimus: carnem aūt deū uerbū cōuersione quadā factū esse non solum nō dicimus, sed et eos qui dicūt impietatis sugillamus. Pugnare autē hoc & ipsis dictis uidet. Nā si conuersum est uerbū in carnē, non cōmunicauit nobiscū carni & sanguini, sicut aliud præter hæc. Si autē aliud quiddam præter illud est caro, non ipsum in carnem est uersum. Igitur communicationis nomine utentes, sicut unū quidē filiū adoramus, & eū qui assumpsit, & id quod assumptū est: naturarū autē differentiā cognitā habemus, & deiferū hominē, sicut à multis sanctis patribus dictus est, nō deuita mus, quorū unus magnus ille Basilius in sermone de sancto spiritu ad Amphilochium, hoc usus est nomine, & in explanatione LIX. Psalmi. Vocamo autē deiferū hominē, nō quod particularē quandam gratiā acceperit, sed quod omnē uitā habeat filij deitatē. Hoc.n. interpretās b. dicebat Paulus: uidete ne quis uos deprędet p philosophiā et inanē deceptionē, secundū traditionē hoim, secundū elementa huius mūdi, & nō secūdū Christū, quia in illo habitat ois plenitudo deitatis corporaliter. *Basilius citat.*

*Oppositio Cyrilli.*

ITerū etiam in hoc loco, quàm inaniter nugetur, ostendere facillimum fuerit. Dicimus enim nos, nō debere ab aliquo deiferum hominem nominari Christum, ut nō sicut unus sanctorum intelligatur, sed magis deus uerus prędicetur uerbū dei, quod factum est homo, & incarnatum est. Perstringit autem ille iterum ea quæ rectè dicta sunt, uarijsq; modis prodigiose & falsè concionat. Inquit aūt quod nos dicamus uerbū Dei cōuersum esse in naturā carnis, & cogitatus suos manifestat, quibus effodere, & in lucē eruere studeat, uerbū dei non esse conuertibile. Id quod sæpissime dixi, hoc nunc quoq; necessario dico, cum nemo si quidicat diuinā incorruptibilemq; uerbi naturam, in carnē terrenā transformari, omnibus uno consensu inconuertibilē esse testantibus. Cessate superuacaneos exantlare labores, ut eos qui minime de cepti sunt copiosis argumentis certiores faciatis, quod uerbū dei secundū naturā sit inconuertibile & immutabile. Quis.n. ita stupidus & insipiēs est, ut tam turpia, & ab ipsis forte insipientib. refutata sentire & dicere uelit? Obstupesco autē quod cū ubiq; deū esse Emmanuelē affirmet, in his deprehendat illi prophetica mensurā tribuere. hominē ēm eū esse deiferū dicit, ut uideat similis nobis qui per sanctū spiritū Deū omniū habemus in nobis

Universidad de Deusto
Biblioteca



habitantẽ. Habitat enim in cordibus nostris, & sumus templa dei uiuentis. Neq; idem fuerit dicere, uerbũ factũ esse hominẽ, et putare deum habitare in homine, etiam si, ut est, uera beati Pauli uox est, quod cõplacuit in ipso habitare omnẽ plenitudinem deitatis corporaliter. Sed unũ inquit esse deũ patrẽ & filium dominũ Iesum Christũ, per quem omnia. Dicet aũt quis & in homine habitare spiritum eius. Deniq; & de nõnullis scriptũ est: Eos autem qui inhabitãt domos luteas, ex quibus & ipsi de codẽ luto sumus. Igitur unus intelligit, & est secundũ constitutionẽ homo, et ex carne, et ex rationali anima illã inhabitãte. Quare igitur nõ cessat rectã minimeq; peruersam rationẽ cõturbare: Ali quando. n. unũ dicit Christũ & dominũ, eũdemq; deum simul ac hominem: aliquando uerò prophetarũ mensurã ei dans, deiferũ hominẽ appellat, ignorans fortasis quod illũ nobis equalem faciat, quandoquidem non est deus uerus, sed templum quod inhabitat Deus uerbum, sicut & in nobis, Verũ diuina scriptura secus habet. Verbũ. n. caro factũ est, & habitauit in nobis, ne quis putet secundũ conuersionẽ et transmutationẽ in carnis ipsius naturã trãsformatũ esse. Iam factum caro, hoc est, homo, nõ est deifer homo, in exinanitionẽ sponta neã seipsum demittens, et suã faciens carnem, quã ex muliere accepit: carnẽ inquã, neq; animæ, neq; mentis expertẽ, sed animã ac mentem habentem. Memores aũt eius sumus, qui suum corpus templum appellauit, uerum non propter habitudinẽ, sicut & in nobis per spiritum sanctum est, inhabitationem censeri uoluit, sed unus secundum unionem intelligitur Christus & filius.

*Anathematismus VI.*

SI quis uerbum quod ex deo patre est, Deũ ac dominũ Christi esse dicit, & nõ magis ipsum confiteatur esse deum simul ac hominem, eo quod uerbum caro factum est secundum scripturas, anathema sit. *Responsio Theodoreti.*

BEatus ille Paulus, quod assumptum est à deo uerbo, formã serui appellat, quandoquidẽ unionẽ assumptio præcesit. At ubi de assumptione disserit idem b. Paulus, formã serui assumptam appellauit naturã. Non ultra locũ habet unitate facta seruitutis nomẽ. Nam quoniã idẽ Apostolus scribens, his qui in illũ crediderãt, dicebat: Atq; adeo iam nõ est seruus, sed filius. Et dominus discipulis: Nõ iam seruos uocabo uos, sed amicos, multo aũt magis initiũ nostrę naturę, per quod et nos adoptionis donũ assecuti sumus, à serui cognominatione liberatũ est. Deũ igit fatemur & serui formã, propter unitã ipsi dei formã. Et credimus prophetæ etiã puerũ Emmanuelẽ appellanti, & natũ puerũ & magni consilij angelũ, & admirabilẽ, & consiliariũ, & deũ fortẽ, et potestatem habentẽ, & principẽ pacis, patrẽq; futuri seculi. Veruntamen idẽ propheta etiã post unionẽ prædicãs assumpti naturã, seruũ appellat eũ, qui ex semine Abrahæ sit, dicens: Seruus meus es tu Israel, & in te glorificabimur. Et iterũ sic inquit: Dominus qui formauit me ex utero seruũ sibi. paulo; post: Ecce dedi te in fœdus populi, in lucem gentiũ, ut tu sis in salutem, usq; ad ultimũ terræ. Quod aũt formatum est in uentre, non deus uerbũ, sed serui forma est. Nõ. n. deus uerbũ conuersus factus est caro, sed assumpsit carnem anima rationali præditam.

*Oppositio Cyrilli.*

DE sacramento dispensationis unigeniti cum carne, sermões superiores, quos fecimus præsens sermo cõiunctus monstrabit decentes ac rationabiles, idq; facillime. Vnigenitus enim filius, qui est in forma Dei patris & æque cũ illo mensuræ per omnia par gloria & libertate, forma serui assumpta, frater appellatus est eorũ, qui sub seruitutis iugo erãt, hoc est, noster. Itaq; quasi unus ex nobis persoluit didrachma, censum exigentibus, & factus est legislator sub lege, quasi homo, quasi deus docebat discipulos suos: quia & filius est uere, & in forma serui, ppter carnẽ, tametsi secundũ naturã propriã liber sit, utpote deus & ex deo: ueruntamẽ tanq; propriã habẽs, propter exinanitionẽ mensurã tributorũ exactoribus erat: atq; adeò si quis dicat seruũ eũ appellari, propter uocẽ sanctorũ prophetarũ, nullo modo offendi decet. Cognouerunt enim per reuelantẽ eis spiritũ sanctũ, quod uerbum ex deo patre fieret homo. Erat quidem & sic liber, tanq; filius. Neq; sic tamen mensuram exinanitionis optimæ factæ, faciebat contemptibilem, configuratus nobis, seruitutis iugo subditis. Sic et deum suum patrem dicit, quamus natura deus existeret, & ex ipso et nullo modo gignentis eminentia minor. Quum Nestorius igit sic scribat de Christo. Atq; adeò passus pontifex misericors, nõ uiuificator deus eius qui passus est. Et deum Christi, deum uerbum nominauit, adiecerit q;: Erat autem ipse & infans, & infantis dominus. Hos illius sermones nos non solum indecoros, sed & impie dicta asserimus. Nam si Deus est Christi, uerbum quod ex deo patre est, duo utiq; erunt modis omnibus & incunctanter. Quomodo autem intelligitur ipse infans, & infantis dominus? Non igitur dicetur suus et ipsius deus ac dominus Emmanuel, quandoquidem ipse idem simul est deus ac homo eo quod uerbum dei homo factum & incarnatum est. Quia autem deitas aliud quiddam est secundũ suam nataram, aliud autem secundum naturam suam humanitas, quemodo quis uacillãrit? Veruntamen unus est Christus ex duabus deitatis & humanitatis naturis secundum dispensatiuam unitatem.

*Anathematismus VII.*

SI quis dicit Iesum tanq; hominẽ à Deo uerbo operãdi habuisse uim ac gloriã unigeniti, tanquam alter præter ipsum esset, anathema sit.

*Responsio Theodoreti.*

SI mortalis est humana natura, deus uerbũ aũt uita & uiuificans, susceitauitq; templũ à Iudæis solutum, & in cœlos euexit, quo pacto forma serui per formam Dei glorificata non est? Quum enim natura sit mortalis, facta est immortalis propter unionem cum deo uerbo. Assumpsit quod nõ habebat, quod aũt nõ habebat, ut assumptũ, & glorificauit, ab eo qui dedit, glorificatus est. Idcirco et Apostolus clamat, secundũ efficaciã roboris uirtutis



uirtutis eius, quã operatus est in Christo excitato ex mortuis.

*Oppositio Cyrilli.*

QVi Christũ Iesũ nominãt, nõ unũ quẽdam sicut nos uulgarẽ hominem, sed uerbũ ex deo natũ, hominẽ factũ & incarnatũ auditoribus significant, atq; adeò siquid, q̃d dignè deo tribuit per corpus eius, ut organũ sibi ministeriũ exhibet factũ esse dicat: nihilominus uirtutũ dñs Christus operãs est, nõ cõcedens alteri, ut operetur, quẽad modũ scilicet beatis apostolis potestatẽ cõtra spiritus immũdos dedit, ut illos ejicerent, & curarẽt omnẽ morbũ et languorẽ in populo. Propterea b. Paulus inquit: Nõ ausim aliquid loqui quod non operatus est per me sermone & opere Christus, in uirtute signorũ & prodigiorũ, in uirtute spiritus sancti. Gaudentes aũt & b. discipuli, accesserũt aliquãdo ad Christũ & dicebãt: domine etiã dęmonia nobis subjiciunt in nomine tuo. Operatos eũ esse per Christum in spiritu sancto dicimus, quod alij ab ipso fuerint: sed non ita de Christo intelligimus, quod à uerbo in spiritu ad operandũ motus sit, quasi alius sit filius præter unigenitũ ex deo. Vnum eũ monstrauit unio, & propterea caueamus ne in duos illũ diuidamus. Nã quãuis secũdũ scripturas uerbũ caro factũ est, attamẽ & sic secundũ uerã unionẽ, quæ & mentẽ et sermonẽ excedit unigenitus filius est. Itaq; ipse unus, & solus Christus Iesus, quasi per organũ sui corporis operatus est diuina signa, & nõ operãdi uirtutẽ habuisse eũ dicimus, secundũ similitudinẽ sanctorũ. Prophanũ & hoc esset, atq; ualde absonũ. Iam quia & ex mortuis corpus suũ excitauit, secundũ quod uita est et uiuificator, ipse semetipsum glorificare uidetur, naturã suã uiuificare declarãs, neq; alteri cuidã in hoc eã gloriã largitor est. sane & ad deũ ac patrẽ, qui in cœlis est dicebat: Pater glorifica me gloria quã habui anteq; mũdus esset apud te, cuius & deus esset, & ex deo secundũ naturã & glorię dñs. Deinde q̃modo sicut gloria egẽs, gloriã quã ante secula habuit petit? Nam quia factus est homo, & per carnẽ suã gratia dei, pro uniuersis mortẽ gustauit, secundũ quod dicit b. Paulus. Cauẽs eñ ignominiã, quæ inde colligi posset, resurrectionẽ prędicit: per quã quia & uita & uiuificus est deus, redde cognoscit, et sic à nobis credit. Glorificauit igitur nõ aliũ quempiã, sed seipsum declarãs unitũ sibi templũ secundũ ueritatem, quod nec morte dissolueret. Porrò quod unitũ illi corpus, neq; animæ neq; mentis expers credamus, sed animam mentemq; habens, læpissime à nobis dictum est.

*Anathematismus VIII.*

SI quis audet dicere assumptũ hoiem coadorãdum ac cõglorificandũ, & coappellãdũ cum deo uerbo ut alterũ cũ altero, & non magis una adoratiõe colit Emmanuelẽ & unã illi glorificationẽ coaptat, secũdũ quod uerbũ caro est factũ, anathema sit.

*Responsio Theodoreti.*

VNã quidẽ, ut sæpe dixi glorificationẽ dominо Christo tribuimus, & ipsum deũ simul ac hominẽ cõfitemur. Hoc. n. nos unionis docuit ratio. At naturarũ, pprietates dicẽdo nõ uitabimus. Nec. n. deus uerbũ uersionẽ in carnem accepit, neque uicissim homo perdidit q̃d erat, nec in naturã dei transmutatus est. Igitur utriusq; naturæ proprietates dicimus dominum Christum adorantes.

*Oppositio Cyrilli.*

AT nos uir eximie, qui meliora uerioraq; credere assueuimus & subtiliores intellectus ad accuratã sacramẽti huius manifestationẽ & cognitionẽ applicamus, secũdũ quod sacris scripturis & sanctorũ patrum æquis interpretationibus uidetur, nõ hominẽ assumptũ esse dicimus à Deo uerbo & copulatũ illi secundũ habitudinẽ quandam quæ extrinsecus intelligat, sed hominẽ eũ factũ esse definimus. Et hanc ob causam excidisse à pietate dogmatũ eos qui audent dicere assumptũ hominẽ adorandũ cũ filio & deo, ut alterũ cũ altero. Nã siquidẽ ipse est deus ac homo, ipse adoratur, sicut unus adorãdus est adoratione una, & nõ coadoratur & cõglorificatur deus, ne Emanuel credatur esse homo simpliciter cõmunis, & sicut nos per gratiã diuinę glorię participes. Cõfiteri aũt deum et deum in carne, propter nos uere hominem factum, non transitu naturæ, secundum alterationẽ & uersionem, sed unionis dispensatione.

*Anathematismus IX.*

SI quis dicit unũ dominũ Iesum Christũ glorificatũ esse à spiritu, tanq; aliena uirtute per illũ usum, & accepisse facultatẽ ab ipso, ut operari posset cõtra immũdos spũs, et adimplere in hominib. diuina signa, & nõ magis ppriũ eius spiritũ dicit, per quẽ & diuina signa efficaciter operatus est, anathema sit. *Responsio Theodoreti.*

HIc manifeste anathematizare presumpsit nõ eos modo, qui nũc pie sentiũt, sed et eos, qui olim ueritatis fuere præcones, atq; adeò euãgeliorũ scriptores, sanctorũq; apostolorũ chorũ, & Gabrielẽ archangelum. Primus. n. ille Christũ secũdũ carnẽ ex S. sancto natũ esse, idq; ante cõceptionẽ prędicauit, et post cõceptionẽ ipsũ Ioseph docuit. Marię q̃dẽ rogãti, q̃modo erit mihi hoc, qm uirũ nõ cognosco, dicebat: Spũs sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obũbrabit tibi. Ideò q; nascet ex te sanctũ uocabit filiũ dei. Iosepho aũt inquit: Ne timeas accipere Mariã uxorẽ tuam: q̃d. n. in ea natũ est, ex spũ sancto est. Et euãgelista: Cũ esset, inquit, desponsata mater eius Maria Ioseph, inuenta est prægnãs de S. sancto. Quin & ipse dñs Iesus ingressus in synagogã Iudęorum, acceptoq; ppheta Esaia, hũc locũ legit, in quo dicit: Spũs dñi super me, eo qd unxit me, etc. Subdit aũt: hodie cõpleta est scriptura ista in auribus uestris. B. etiã Petrus loquẽs cũ Iudęis hoc testatur, dicẽs: Iesum Nazarenũ, quẽ unxit deus spũ sancto. Et Esaias ante multa secula hoc uaticinatus est: Egredietur uirga de radice Iesse, et flos de radice eius ascẽdet, et requiescet super illũ spũs dei. Spũs sapiẽtiæ & intellectus, spũs cõsilij & fortitudinis, spũs scięntię & pietatis, spũs timoris dei implebit illũ. Et iterũ: Ecce puer meus quẽ elegi, dilectus meus in q̃ bene cõplacitũ est animę meę, ponã spiritũ meũ super illũ, iudiciũ gentibus proferet. Quod testimonium etiam Euangelista in sua historia posuit. Et ipse Dominus in euangeliis

Universidad de Deusto
Biblioteca



euangelijs dicebat Iudæis. Si autẽ in spiritu dei ego eijcio dæmonia, peruenit utiq; in uos regnum Deí. Et Ioannes dicit: Qui misit me ut baptizem in aqua, ipse mihi dixit, Super quem uideris spiritum descendentẽ, & manentẽ super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Non eñ prophetas solos nec; archangelũ Gabrielẽ solũ anathematizauit, diligens iste diuinarũ doctrinarũ examinator, sed blasphemiã in ipsum etiã saluatorẽ produxit. Ostendimus eñ & ipsum dominũ, nunc quidem Iudæis, cũ legisset: Spiritus domini super me eo quod unxerit me, dixisse: hodie impleta est scriptura hæc in auribus uestris. nunc aũt ad eos, qui dixerãt eũ in Beelzebub dæmonia eijcere dixisse, in spiritu dei eijcere se dæmonia. Non aũt dicimus deũ uerbũ patri consubstantialẽ, & coæternũ à spiritu sancto formatũ esse & unctũ, sed humanã naturam in nouissimis diebus assumptã. Porrò propriã spiritũ filij siquidẽ, ut eiusdem naturæ & à patre procedentẽ, dixit, simul & nos cõfitemur, et ut pia uocem amplexamur. Si uerò tanc; ex filio, uel per filiũ suã habere essentiã dicit, ut blasphemiam hanc, & sicut impia abijcimus. Credimus eñ domino dicẽti: Spiritus qui de patre egredit, & diuinissimo Paulo similiter dicenti: Nos aũt nõ spiritum mundi accepimus, sed spiritũ qui ex deo est.

*Oppositio Cyrilli.*

DVdum dixi istorũ anathematismorũ mentẽ aduersus Nestorij nugamenta siue blasphemias pugnare. Nam cũ ille dicat de spiritu sancto quod is tantã Christo largitus sit gloriã, feceritc; eum terribilẽ dæmonib. ac assumptionẽ et in cœlos cõcesserit: cõstitutus est necessario anathematismus iste, cõtra eum qui blaterabat talia de eo, quæ de cõmuni, ac nobis simili homine dici solẽt, nõ aduersus eos qui dicũt glorificatũ à spiritu sancto Iesum, hoc est, uerbũ dei hominẽ factũ: sed magis cõtra illos, qui & impudẽter eũ, ut aliena uirtute, quæ per spiritũ sanctũ sit, unctũ esse dicũt. Meminimus eñ quod manifeste de spiritu sancto dixerit: Ille me glorificauit. Et scimus præterea spiritus sancti operatione malignas et immũdas uirtutes esse cõtritas, sed nõ sic dicimus de eo, ut de sanctorũ quopiã, qui aliena uirtute per spiritum usus est. Erat eñ, et est eius spiritus, sicut certè & patris est. sicut bene explanat b. Paulus, scribẽs: Qui aũt in carne sunt, deo placere nõ possunt. Vos aũt nõ estis in carne, sed in spiritu. Si quidẽ spiritus dei habitat in uobis. Si aũt quis spiritũ Christi nõ habet, hic nõ est eius. Nã procedit quidẽ ex deo & patre spiritus sanctus, secundũ saluatoris uocẽ, sed non alienus est à filio. Omnia enim habet cũ patre. Et hoc ipse docuit loquens de spiritu sancto: Omnia quæcũq; habet pater. mea sunt, propter quod dixi uobis, quod de meo accipiet, et annũciabit uobis. Igit glorificauit quidẽ Iesum spiritus sanctus insolita operantẽ: attamẽ ut spiritus eius, nõ ut uirtus extranea et ipso melior, secũdũ quod intelligitur deus. Vnde nõ blasphematimus in sanctos angelos, nec; in propheras, sicut ille nihil præter calumnias sciẽs, ausus est dicere. Quia uerò mẽs eius & A sociorũ eius est, ut unũ in duos Christos diuidãt et illũ quidẽ ut glorificet, & operandi uim recipiat, hunc uerò ut glorificet & operet: itaq; carpũt insipienter omnẽ sermonẽ piũ, secq; in partẽ tam male sentientiũ cõstituunt. Proinde & de h. Gabriele faciens sermonẽ uitiligator iste. Eremẽ secundũ carnẽ, inquit, Christum ex spiritu sancto natũ esse, primus ille & ante formationẽ prædicauit. Alius igitur est Christus, ille qui secundũ carnem, & alius seorsum Christus iterũ uerbũ quod ex deo patre est. Vbi igitur unio? Et quæ inde utilitas si duo Christi, et seorsim ac particulariter utercq; intelligantur. Eapropter licet pietatis multum sibi affingẽtes unũ dicãt esse Christũ, uerè tñ duos esse putan B tes, audiant à nobis: uscq; quò claudicatis in duos poplites? Satis eñ fuerit recte incedere fidẽ habẽtes inadulteratã & firmatã, nullisq; stultis opinionibus claudicantẽ. *Anathematismus X.*

POntificẽ & apostolũ cõfessionis nostræ diuina tradit Scriptura obtulisse pro nobis seipsum in odorẽ suauitatis deo & patri. Si quis igitur pontificẽ & apostolũ nostrũ factũ esse dicit nõ ipsum uerbũ ex deo, quando factũ est caro, & homo sicut nos, sed sicut alterũ ab illo, seorsim hominẽ ex muliere: uel si quis dicit, quod pro seipso obtulerit semetipsum oblationem, & nõ magis pro solis nobis. nulla enim eget oblatione, qui peccatũ non admisit, anathema sit.

*Responsio Theodoreti.*

NOn in carnis naturã uersa est inconuertibilis natura, sed humanã suscepit naturam, & C hanc super communes sacerdotes constituit, ut b. Paulus docet, dicens: Omnis eñ pontifex ex hominibus sumptus pro hominibus constituitur in his quæ erga deũ sunt, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis, qui placabilis esse posset ignorãtibus & errantibus, quandoquidẽ & ipse infirmitate circundatus est, & propter illã debet, sicut pro populo, ita & pro seipso offerre pro peccatis. Et paulo post hoc interpretans, dicit: Sicut & Aaron, ita & Christus. Deinde monstrãs assumptæ naturæ infirmitatẽ, inquit: Qui in diebus carnis suæ supplicationes & preces ad eũ qui poterat ipsum seruare à morte cũ clamore ualido & lachrymis obtulit, & pro reuerentia sua exauditus est. Et cũ esset filius dei, didicit ex his quæ passus est obedientiã, & cõsummatus factus est autor salutis æternæ omnibus qui obediunt ei, appellatus à deo sacerdos, secundũ ordinẽ Melchizedeck. Quis igitur ille qui laboribus uirtutis perfectus, & non natura perfectus existit? Quis ille qui didicit obedientiã, ignorans, eã ante experientiã? Quis ille qui cũ reuerentia uixit, ut cũ clamore ualido, & lachrymis supplicationes offerẽs, seipsum seruare nõ ualuit: sed eũ qui seruare poterat, obsecrauit, & à morte liberari petijt? Nõ deus uerbũ, qui immortalis, qui passionẽ expers, qui incorporeus, cuius memoria secundũ pphetã lætitia & lachrymarũ liberatio. Ipse eñ abstulit omnẽ lachrymã ab omi facie. Et iterũ propheta: Memor ingt, fui dei & delectatus sum, qui coronat eos qui pie conuersant, qui omnia nouit, antequam



antequam fiant, qui omnia habet, quæ pater, & A impermutabilis imago est genitoris, qui in seipso monstrat patrem. Sed quod ab ipso ex semine Dauid susceptum, mortale, passibile, formidans mortem, quamuis postea mortis uim dissoluerit, propter unitatem cum Deo, à quo assumptum erat, per omnem gradiens iusticiam, ut & ad Ioannem dixit: Sine modo, sic enim decet nos adimplere omnem iusticiam, hoc uidelicet, summi sacerdotij appellationem susceptt secundũ ordinem Melchizedeck. Ipsum enim natura infirmitatis circũdatum est, & non omnipotens Deus uerbum. Idcirco ante pauca beatus Paulus dicebat: Non etenim habemus sacerdotem qui nequeat compati infirmitatibus nostris, sed tentatum per omnia secundum similitudinem absque peccato. Fuit autem experta nostras passiones absq; peccato natura quæ ex nobis pro nobis assumpta est, nõ is qui nostræ salutis causa istam suscepit. Et in principio huius capitis iterum talia docet. Considerate, inquit, apostolum & sacerdotem confessionis nostræ Iesum fidelem ei qui ipsum fecit, sicut & Moses in omni domo eius. Facturam autem nemo dixerit, orthodoxam doctrinam dispensans, increatum & non factum, & deo patri coæternum deum uerbum: sed eum qui ex semine Dauid est, qui ab omni peccato liber existens, sacerdos noster & sacrificium factus est, ipse seipsum pro nobis Deo offerens, in seipso habens Deum uerbum, quod ex Deo natum unitum sibi, & inseparabiliter coadunatum habet.

*Oppositio beati Cyrilli.*

HEremias propheta, quum offendisset Israel & ad iracundiam uniuersorum dominum prouocasset, mœstus dicebat: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & deflebo populum illum die ac nocte. Arbitror autem ego non tam illos eiusmodi uocibus dignos, atque eos qui infreno, & intemperato ore contra ineffabilem gloriam Christi licentiose, & temerarium blaterant. Lamentatione quippe & ululatu, utique & uere ut scriptum est, digni fuerint, qui pro ingenti stoliditate relicta recta & incuspata pietatis ad Christum uia, flexuosas facientes excursiones peruersis cogitationum adinuentionibus ueritatis adulterantur pulchritudinem. Itaque qui sectantur ea quæ omnes aspernantur, D audiant: Erratis, nescientes Scripturas, & uenerandum & magnum incarnationis mysterium. Scripturæ enim diuinitus inspiratæ prædicant & affirmant nobis Emmanuelem hominem factum uerbumq; Dei ac patris particeps fuisse carnis ac sanguinis, sicut & nos, carnemq; factum esse, hoc est, hominem, non secundum conuersionem, uel immutationem, sed uirtute ineffabilis unitionis. Ac propterea unum dicimus Christum Iesum dominum nostrum, unámque fidem, & unum sanctum baptisma. Porrò qui à tam sanis doctrinis recedunt, & rigido præfractoq; sensu contra sacras literas se erigunt, ad unum hoc spectant, quod ipsis uidetur rectum. Assumptum autem à deo uerbo hominem dicunt, iuxta illud fortasis, quod ab uno prophetarum dictum est: Non eram propheta, neque filius prophetæ, sed pastor eram caprarum fricans sycomoros, & ab ouibus assumpsit me spiritus. Et sicut inquit beatus Dauid: Assumens mansuetos dominus, secundum habitudinem uidelicet, & familiaritatem quandam spiritualem, quæ est in uoluntate & gratia & sanctificatione, sicut & nos ipsi adhærentes domino unus spiritus sumus, ut scriptum est. Atqui hoc non est incarnari, & hominem fieri Deum, neque sicut nos participem fieri carnis & sanguinis, sed magis appropriare hominem, & non alio modo, quam de propheris & apostolis, & alijs sanctis omnibus dictum est. Nunquid igitur diuinus Paulus sanctificatos fide seducebat euidentissime de unigenito, dicens: Quum esset diues, factus est pauper propter nos? Absit. Omnino enim ueritatis preco uera loquitur. Etenim quis est diues? & quomodo pauper factus est. Examinetur etiam nunc sermo noster. Nam siquidem, quemadmodum & sapere & loqui ipsi fuerunt ausi, homo assumptus est à Deo, quomodo pauper factus est assumptus, & dignitatibus super naturam refulgens? Nam glorificatus est. Vel si hoc uerum non est, derogabitur ab eis assumptioni, quod ad minorem & ignobiliorem humanitatis mensuram deduxerit, id quod sensisse absurdum fuerit. Proinde assumptus non est pauper factus. Relinquitur ergo ut dicamus, quod fuerit in paupertate, C qua nos laboramus, diues tanquam Deus. Deinde quo pacto fuit pauper? Age obsecro, necesse est ut exploremus. Indubitatum enim secundum naturam inconuertibilem non concesit in naturam carnis relicta propria. Mansit enim id quod erat, hoc est, Deus. Vbi igit uidebimus hoc quod inopiam humilem assumpserit? Nunquid in eo, quod assumpserit aliquem nobis similem, quemadmodum dicere ausi sunt Nestorianæ impietatis parasiti? Et qualis erit ei paupertatis & exinanitionis modus? tanquam in hoc solo quod fortasis uoluerit hominem quendam, sicut nos honorare. Nullo enim modo benefaciens uniuersorum dominus læditur. Igitur quomodo pauper factus est? Quia quum esset Deus natura & filius Dei ac patris factus est homo, & ex semine Dauid B natus est secundum carnem, seruilémque mensuram subijt, hoc est, humanam, is qui in forma Dei & patris est, is per quem omnia & in quo sunt, & qui omnium est conditor. Homo autẽ factus, humanitatis mensuram non erubuit. Qui enim non dedignatus est fieri hoc, quod nos sumus, quomodo respueret ea, per quæ nobis similis factus esse uideri posset. Quando igitur negabimus ei hominum, & opera & sermones, nihil differemus ab his qui (siquidem possibile foret) quodammodo etiam carne ipsum spoliarent, diuinæq; Scripturæ non credentes, subuerterent uniuersum incarnationis mysterium, salutemq; mundi, spem, fidem & resurrectionẽ. Iam fortè dicet quis piam

Universidad de Deusto
Biblioteca



piam: Parum & omnino indignum erit Deo uerbo plorare, timere mortem, poculum deprecari, sacerdotio fungi. Etiã dixerim & ego ipse quod diuinæ eminẽtię naturę ac glorię parua sunt hæc, sed in his contemplati sumus paupertatem, quam pro nobis sponte tulit. Quãdo igitur tibi uidetur molesta ignobilitas ista exinanitionis, admirare magis dilectionem filij erga nos. Id quod tu parũ esse dicis, hoc sponte fecit propter nos. Fleuit humano more, ut tuas sisteret lachrymas: timuit dispensationem permittens, ut caro suas interdum proprietates experiretur, ut nos alacres redderet: deprecatus est poculum, ut ludæorum impietatẽ crux accusaret. Infirmari dicitur iuxta humanum morem, ut cessare faciat tuam imbecillitatem: preces & supplicationes obtulit, ut & tuis precibus accessibiles patris aures ostenderet. Dormitauit, ut tu disceres in tentationibus non dormitare, sed magis perseuerare in orationibus. Quocirca & apostolos dormitantes obiurgabat, dicebatq; : Sic non potestis una hora uigilare mecum? Vigilate & orate, ne incidatis in tentationem. Exhibuit sanè opera sua, ut sanctissimæ conuersationis figuram, & sic cunctis profuit. Humanas infirmitates sibi appropriauit. Quam ob causam? ut et uerè factus homo credatur, quamuis mãserit id quod erat, hoc est, deus. At nescio quomodo hi qui unũ se Christum asserere simulant et filium et dominũ eundẽ deũ & hominẽ, uerbũ de deo natũ nõ pontificẽ appellari dicunt & apostolũ cõfessionis nostræ, quãdo factus est homo: sed sicut aliũ quendã particularem hominem qui ex semine Dauid sit, ita appellatum esse affirmantes, metuentes forsitan nerectè sapiendo Nestorij prauam opinionẽ cõtempsisse uideantur. Sic enim ille dicebat: Hic fidelis factus est pontifex, factus enim hic non antea fuit sempiternè. Hic ne, qui paulatim ad pontificis dignitatem proiectus est, ô hæretice? Deinde, ut sibi uidetur, ad stabiliendas uoces suas, subdit & dicit, de quo & Lucas in euangelijs clamat: Iesus autem proficiebat ætate ac sapientia & gratia. Et iterum: Quum igitur sit nobis solus pontifex compatiens & cognatus & perpetuus, nolite à fide quæ in illum est deficere. Ipse enim iuxta benedictionem & promissionem ex semine Abrahæ missus est, corporis sacrificium pro se simul ac genere suo oblaturus. Illius autem nugacitatis optimus imitator est bonus iste Theodoretus, non erubescens dicere quod humanam naturã assumpserit, & hanc ultra communes euexerit pontifices, sicut et Paulus dicit: Omnis enim pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt erga deum, compati ualens, & ignorantibus et errantibus, eo quod & ipse circũdatus est infirmitate, & propterea debet sicut pro populo ita, & pro seipso offerre pro peccatis. An non hominem nobis communem, sicut ipse nobis explanat, Emmanuelem profert? Nónne sentẽtiæ eius affines his sunt quos iam nominauimꝰ, & eandem pariunt blasphemiam? Timuisti ne sacerdotij modum Christi saluatoris nostri omnium? Incongruum esse dicis humano more deum uerbum sacerdotio fungi, propter personam. Igitur aufert personam, nega constanter factam incarnationem uerbi, propter quam nominatus est etiam pontifex? Nunquid sacrificantem uides tanq; alteri, & præstantiori Deo patri? Vidisti boues immolantem, sicut illos qui ex hominibus assumpti sunt? qui possunt cõpati ignorantibus & erantibus, eo quod & ipsi in nostris infirmitatibus sunt. Non cogitasti quod omnium fidem, hoc est, fidei confessionem sibi consecrat & sanctissimo patri? Nunquid, dic mihi, modus est humani sacrificij, fidem petere ab eis qui in odorem offerunt suauitatis in spiritu? Vide etiam & alio modo, licet extentem deum humano more sacrificio fungi pro pter dispensationem. Sedet enim cum deo patre, & in summis thronis decoratus apparet. Conturbat te humanitas? Non liberat te à formidine diuinitas? Nõ fers ut uel ex ipsis operibus uideas Emanuelem simul esse Deum ac hominem? sed sic impudenter & atrociter, imò ultra omnium impietatem currens laboribus uirtutis consummatum esse dicis, profecisseq; paulatim ad sacerdotij dignitatem? Si profecit, quomodo exinanitus est, & pauper factus, si consummatus factus est uirtutibus, ex imperfecto uidelicet & cum tempore factus est perfectus. Omne autem quod imperfectum ad uirtutem est, uitio non caret: quod non caret uitio, sub peccato est. Quomodo igitur scriptum est de eo, quod peccatum non fecerit? Aufusti fuisti dicere quæ sub duntur. Quis igitur sacerdotio, inquis, functus est? Quis laboribus uirtutis cõsummatus, & non natura perfectus est? Quis est qui experientia didicit obedientiam, eam ante ex perientiam ignorans? Quis ille est qui cum reuerentia uixit, & cum clamore ualido, & lachrymis supplicationes offerens seruare seipsum non ualuit, sed eum qui seruare poterat obsecrauit? O uocem audacissimam & scelestissimam. Quales sufficient lachrymæ ad abluenda peccata, his qui talia sentire uolunt? Si recipis unionem, quomodo ignorasti quod sermo tibi de Deo fuerit incarnatus? Humiliauit semetipsum propter te, & intelligis? Humiliauit semetipsum propter te, & irreligiose exclamas: Propicius esto tibi Domine, ne fiat tibi hoc. Igitur audias dicentem: Vade post me satana, offendiculũ mihi es. Quin & in fine sermonum tuorum dicis: habens in seipso Deum uerbũ ex deo natum, unitũ sibi & inseparabiliter coadunatum. Quomodo igitur dicis uerbum ex deo patre unitum esse ei, qui ex semine Dauid est? Quomodo ei soli, qui ex semine Dauid est dispensatis sacerdotium? Nam si uera est unio, utique non erunt duo, sed unus & solus qui ex duobus intelligitur Christus. Eapropter manifestum est, quod fingentes se confiteri unitatem simpliciorũ mentibus se insinuant, copulationemq; credunt exteriorem & secundum habitudinem quandam, quam & nos habemus socij diuinæ eius naturæ per spiritum effecti. Auscultare igitur oportet non illorũ uanitatibus, sed rectæ ac immaculatæ fidei, & euangelicis apostolicisq; oraculis. Deus est in carne ac sanguine,



sanguine, & humanitatis mensuram per humana agnouimus. Millia enim millium sanctorum aufert personam, nega constanter factam incarnationem uerbi, propter quam nominatus est etiam pontifex? Nunquid sacrificantem uides tanq; alteri, & præstantiori Deo patri? Vidisti boues immolantem, sicut illos qui ex hominibus assumpti sunt? qui possunt cõpati ignorantibus & erantibus, eo quod & ipsi in nostris infirmitatibus sunt. Non cogitasti quod omnium fidem, hoc est, fidei confessionem sibi consecrat & sanctissimo patri? Nunquid, dic mihi, modus est humani sacrificij, fidem petere ab eis qui in odorem offerunt suauitatis in spiritu? Vide etiam & alio modo, licet extentem deum humano more sacrificio fungi pro pter dispensationem. Sedet enim cum deo patre, & in summis thronis decoratus apparet. Conturbat te humanitas? Non liberat te à formidine diuinitas? Nõ fers ut uel ex ipsis operibus uideas Emanuelem simul esse Deum ac hominem? sed sic impudenter & atrociter, imò ultra omnium impietatem currens laboribus uirtutis consummatum esse dicis, profecisseq; paulatim ad sacerdotij dignitatem? Si profecit, quomodo exinanitus est, & pauper factus, si consummatus factus est uirtutibus, ex imperfecto uidelicet & cum tempore factus est perfectus. Omne autem quod imperfectum ad uirtutem est, uitio non caret: quod non caret uitio, sub peccato est. Quomodo igitur scriptum est de eo, quod peccatum non fecerit? Aufusti fuisti dicere quæ sub duntur. Quis igitur sacerdotio, inquis, functus est? Quis laboribus uirtutis cõsummatus, & non natura perfectus est? Quis est qui experientia didicit obedientiam, eam ante experientiam ignorans? Quis ille est qui cum reuerentia uixit, & cum clamore ualido, & lachrymis supplicationes offerens seruare seipsum non ualuit, sed eum qui seruare poterat obsecrauit? O uocem audacissimam & scelestissimam. Quales sufficient lachrymæ ad abluenda peccata, his qui talia sentire uolunt? Si recipis unionem, quomodo ignorasti quod sermo tibi de Deo fuerit incarnatus? Humiliauit semetipsum propter te, & intelligis? Humiliauit semetipsum propter te, & irreligiose exclamas: Propicius esto tibi Domine, ne fiat tibi hoc. Igitur audias dicentem: Vade post me satana, offendiculũ mihi es. Quin & in fine sermonum tuorum dicis: habens in seipso Deum uerbũ ex deo natum, unitũ sibi & inseparabiliter coadunatum. Quomodo igitur dicis uerbum ex deo patre unitum esse ei, qui ex semine Dauid est? Quomodo ei soli, qui ex semine Dauid est dispensatis sacerdotium? Nam si uera est unio, utique non erunt duo, sed unus & solus qui ex duobus intelligitur Christus. Eapropter manifestum est, quod fingentes se confiteri unitatem simpliciorũ mentibus se insinuant, copulationemq; credunt exteriorem & secundum habitudinem quandam, quam & nos habemus socij diuinæ eius naturæ per spiritum effecti. Auscultare igitur oportet non illorũ uanitatibus, sed rectæ ac immaculatæ fidei, & euangelicis apostolicisq; oraculis. Deus est in carne ac sanguine, & humanitatis mensuram per humana agnouimus. Millia enim millium sanctorum aufert personam, nega constanter factam incarnationem uerbi, propter quam nominatus est etiam pontifex? Nunquid sacrificantem uides tanq; alteri, & præstantiori Deo patri? Vidisti boues immolantem, sicut illos qui ex hominibus assumpti sunt? qui possunt cõpati ignorantibus & erantibus, eo quod & ipsi in nostris infirmitatibus sunt. Non cogitasti quod omnium fidem, hoc est, fidei confessionem sibi consecrat & sanctissimo patri? Nunquid, dic mihi, modus est humani sacrificij, fidem petere ab eis qui in odorem offerunt suauitatis in spiritu? Vide etiam & alio modo, licet extentem deum humano more sacrificio fungi pro pter dispensationem. Sedet enim cum deo patre, & in summis thronis decoratus apparet. Conturbat te humanitas? Non liberat te à formidine diuinitas? Nõ fers ut uel ex ipsis operibus uideas Emanuelem simul esse Deum ac hominem? sed sic impudenter & atrociter, imò ultra omnium impietatem currens laboribus uirtutis consummatum esse dicis, profecisseq; paulatim ad sacerdotij dignitatem? Si profecit, quomodo exinanitus est, & pauper factus, si consummatus factus est uirtutibus, ex imperfecto uidelicet & cum tempore factus est perfectus. Omne autem quod imperfectum ad uirtutem est, uitio non caret: quod non caret uitio, sub peccato est. Quomodo igitur scriptum est de eo, quod peccatum non fecerit? Aufusti fuisti dicere quæ sub duntur. Quis igitur sacerdotio, inquis, functus est? Quis laboribus uirtutis cõsummatus, & non natura perfectus est? Quis est qui experientia didicit obedientiam, eam ante experientiam ignorans? Quis ille est qui cum reuerentia uixit, & cum clamore ualido, & lachrymis supplicationes offerens seruare seipsum non ualuit, sed eum qui seruare poterat obsecrauit? O uocem audacissimam & scelestissimam. Quales sufficient lachrymæ ad abluenda peccata, his qui talia sentire uolunt? Si recipis unionem, quomodo ignorasti quod sermo tibi de Deo fuerit incarnatus? Humiliauit semetipsum propter te, & intelligis? Humiliauit semetipsum propter te, & irreligiose exclamas: Propicius esto tibi Domine, ne fiat tibi hoc. Igitur audias dicentem: Vade post me satana, offendiculũ mihi es. Quin & in fine sermonum tuorum dicis: habens in seipso Deum uerbũ ex deo natum, unitũ sibi & inseparabiliter coadunatum. Quomodo igitur dicis uerbum ex deo patre unitum esse ei, qui ex semine Dauid est? Quomodo ei soli, qui ex semine Dauid est dispensatis sacerdotium? Nam si uera est unio, utique non erunt duo, sed unus & solus qui ex duobus intelligitur Christus. Eapropter manifestum est, quod fingentes se confiteri unitatem simpliciorũ mentibus se insinuant, copulationemq; credunt exteriorem & secundum habitudinem quandam, quam & nos habemus socij diuinæ eius naturæ per spiritum effecti. Auscultare igitur oportet non illorũ uanitatibus, sed rectæ ac immaculatæ fidei, & euangelicis apostolicisq; oraculis. Deus est in carne ac sanguine,

ter carnem, diuinam autem illam quasi supernos & ex cœlo. Et iterum in secundo libro sic inquit: Corpus enim eius nõ erat alterius cuiusdam, qui sit ut nos: sed potius propriũ Verbi, quod ex patre est, quod natum est ex illa Quis enim aliquando dixit, quod alterius cuiusdam, qui unquam à seculo fuerit, facta sit Dominica caro? nũ Abel? num Noe? num Eliæ? uel alterius cuiuspiã ex hominibus, quæ à seculo fuerit? Non solũ autem de Dominica carne definimus quod nõ sit facta cuiuspiam alterius, sed ipsius Domini propria & unica, inconfuse inseparabiliterq; Deo uerbo unita: sed neq; ullius nostrũ caro facta est alterius cuiuspiam, sed illius cuius est caro. Hoc igitur cum omnes cõsiteantur, quid sibi uult quod cõtinuè dicit propriam ipsam, nisi forte neget eam nostræ esse naturæ? Quomodo autem prohibet ne dicamus unitam secundum dignitatem et autoritatẽ, cum ipse dicat in primo libro: Si enim & nos ipsius paupertate locupletati sumꝰ, euecta est in eo humana natura in dignitatem diuinam. At nos dicimus ei, imò & ipse sibi aduersarius est. Si igitur naturæ manent inconfusæ, manet autem et unio: dicimus uerò ea quæ ad adorationem & uirtutem, & dignitatem, & autoritatem, ut in homine digna quæ attribuãtur manentibus naturis in unione inconfusis. Si quid suspicatur aliud quod diligentiorem unionem figuret, & dabimus hoc & altipulabimur extra naturarum confusionem. Sed perspicuum est, quod nihil ei sufficiet ad unionis fastigium nisi naturas cõfundat. Atqui nos naturas inconfusas seruabimus, unionemq; sum mam diuinam, & à nobis incomprehensibilẽ cõfitentes, omnia in glorificationem ut Deo & filio adferemus, ac beati Petri uoce dicemus: Tu es Christus filius Dei.

*Oppositio beati Cyrilli.*

Mlseri olim ludæi inuidię spiculis mentẽ trãiecti ad iracundiam scelestissimam iritabãtur. Vbi autem Christo nostri omnium Saluatori etiam flagitiosas manus iniecerũt, uolens ipse talium facinorũ causas istos dicere, inquit: Multa bona opera ostendi uobis à patre meo, propter quod illorũ opus me lapidatis. Illi autem in eam cogitationum stulticiam inconsiderantiamq; uenerunt, ut & blasphemiæ crimina illi intentare conati sint. Dicebant enim: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu homo cum sis, facis teipsum deum. Dixit autem ad eos Saluator: Nónne scriptum est in lege nostra: Ego dixi dij estis? Si illos dixit deos ad quos uerbum Dei factũ est, & non potest solui scriptura, quem pater sanctificauit & misit in mundum, uos dicitis quod blasphemem, quia dixi filius Dei sum. Nos uerò diligenter perscrutantes modum apostolatus, de quo hic dicitur, in sacris scripturis in hoc scientiam lucrifacimus. Dicit igitur ipse per uocem Esaiæ, Spiritus domini super me, propter quod unxit me, ad euangelizandum pauperibus misit me, ad prædicandum captiuis remissionem, & cæcis uisum. Missum uerò dicimus

Universidad de Deusto
Biblioteca



Christum â deo & patre factum hominem. Valde enim congruunt humanitatis mensuris Apostolatus nomẽ & res. Missum itaq; est, sicut dixi, non nudum & absq; carne, uerbum quod est ex deo patre, sed magis natiuitatem secundum carnem ferens, uel corpus ex sancta uirgine assumptum ineffabiliter & inconfuse sibi uniens, sicut sæpissime diximus, apperuit nobis Deus Dominus secundum scripturas. Proprium igitur corpus dicimus factum esse uerbi, et non hominis alicuius seorsum & separatim, tanquã alius præter illum Christus & filius intelligatur. Quemadmodum autem uniuscuiusq; nostrũm proprium dicitur corpus seorsim eis, ita & in uno Christo est intelligendum. Nam quamuis sit nostris corporibus cognatum, hoc est, consubstantiale, natum enim ex muliere est, proprium eius ut dixi intelligitur & dicitur. Quia autem uita secundum naturam est uerbum quod ex deo patre est, uiuificatricem declarauit suam carnem. Et hac ratione facta est nobis benedictio uiuificatrix. Proinde & Christus dicebat: Amen dico uobis, ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi & uitã dedi mundo. Et rursus: Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Et iterum: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Vides igitur quomodo ubiq; suum corpus è muliere assumptum nominat, propter summam unitatem, & hanc mysterij habeat rationem, quod dictionem propriam in expositione posuimus. Nestorius uerò, Audite, inquit, attendentes uerba: Qui manducat carnem meam, memores estote, quod de carne est sermo, & quod non à me adiectum est carnis nomen, ne uidear sinistre interpretari. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. non dicit: Qui manducat meam diuinitatẽ, & bibit meam diuinitatem. Qui manducat meam carnem, inquit, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Memores estote quod de carne sit dictum, sed forte male interpretor, audiamus igitur ex sequentibus: Sicut misit me uiuens pater. Dicit hereticus, hic diuinitatem dicit. Misit me deum uerbum uiuens pater, secundum illos, & ego deus uerbum uiuo propter patrem. Deinde post hoc: Et qui manducat me, & ille uiuet. Quid manducamus? diuinitatẽ ne uel carnem? Igitur iam satis diu hæsimus in sermone quem absurde negligenterq; nugatus est. Quid igitur uult intellígere? Non Deum uerbum missum esse dicens incarnatũ & hominem factum. Ponens autem iterum seorsim & particulariter, ut ipse dicit, quod uidetur nõ possum dicere, imo & manifestum iam cauillum est. Nam unionis modum destruit, ut commune inueniatur corpus Christi, non iam proprium uerbi omnia uiuificare ualentis. Indubitanter omnia humana parua sunt Deo uerbo. Quia autem dignatus est propter nos mundo salutarem exinanitionem sustinere, etiamsi missus esse dicatur, ut predicet captiuis remissionem, & cæcis uisum, glorificatur magis,

*Corpus Christi nostris corporibus cognatũ est & consubstantiale.*

*Verba Nestorij.*

*παρερμηνευω.*

*μὴ φαινόμενον.*

A utpote humilitatem desponsationis in carne passus. Et nullus opinor recte sapientium reprehenderit, quod humiliârit se propter nos ad hæc nostra. Num igitur asseris esse alium quendam filiũ & Christum præter uerbum ex deo quod apparuit, cui & soli attribuatur Apostolatus negotium. Num hominis commestionem nostrum hoc sacramentum prõnuncias, & irreligiose ad crassas cogitationes urges eorũ qui crediderunt mentem, & attentas humanis cogitatiõibus tractare quæ sola, pura, & inexquisita fide accipiuntur. Quoniam enim minime editur diuinitatis natura, propter hoc commune dixerit quis sanctum corpus domini? Scire autem operæprecium est, quod sicut supra diximus, proprium est corpus eius uerbi quod omnia uiuificat. Quoniam autẽ est corpus, uitæ uiuificũ est. Nam per hoc mortalibus nostris corporibus largitur uitam, & mortis imperium euacuat, uiuificat autẽ nos æquali modo & sanctus spiritus Christi. Spiritus est enim qui uiuificat, secundum eiusdem saluatoris uocẽ. Nec moror ut ne uidear ego & solus proprium appellare corpus, uerbi etiam sanctorum patrum afferre sententias, ut sciant aduersarij, quod nos frustra inclamant, qui ubiq; illorum uoces sequimur. Dicit igit celeberrimus pater noster & episcopus Athanasius in sermone de S. Trinitate: Et monstrabatur q̃d non apparenter, sed uerè habuerit corpus. Decebat autem Christũ induere humanam carnem hanc cum proprijs passionibus eius indui totam, ut sicut proprium eius dicimus esse corpus, ita & ipsas passiones corporis propriæ solum eius dicuntur, quamuis non contingerent secũdum diuinitatem eius. Et iterum: Hęc necessario antea examinauerimus, ut si uideamus ipsum quasi per instrumentum sui corporis, diuino modo operantem uel dicẽtem cognoscamus, quod deus existens omnia operetur. Et hæc quidem beatus pater noster Athanasius. Veruntamen quamuis proprium dicatur uerbi corpus, est tamen ex muliere, & nostris cognatũ, secundũ quod caro intelligitur. Iam & beatus Paulus inquit: Primus homo ex terra terrenus, secundus è cœlo, ipse autem est Christus. Nullus ascendit in cœlum inquit, nisi qui de cœlo descendit filius hominis. Porrò dicimus, quod non ex cœlo corpus unitum sibi deferens uerbum hæc dicat, uerum quum desursum existens ipsum & ex cœlo, corpus hoc sibi proprium fecit & unicum tam mire, ut nec edici nec intelligi ualeat ablq; conuersione & confusione, ideoq; & de cœlo dicit se uenisse, quando factus est filius hominis.

Proinde rectè & inculpate habet sermo noster. Quam igitur nugãdi occasionem obtrectatores nobis uolentes habebunt, si quorundam blasphemijs anathematismus repugnans mendacio uestratem opponat. Opinor autem me neutiquam à recta uia excidisse, quod Christũ dixi ultra nos. Nam licet uerbum Dei factũ sit homo, est tamen, etiamsi sit nõ solum ultra nos homines solus, sed etiam super omnem creaturam. Non enim solus homo



homo intelligitur sicut nos, sed idẽ ipse deus desursum & de cœlo.

*Anathematismus. XII.*

Si quis non confitetur Verbũ dei passum carne, & crucifixum carne, & mortem gustasse carne, factum q̃ primogenitum ex mortuis, secũdum quod uita est, & uiuificans ut Deus, anathema sit.

*Reprehensio Theodoriti.*

Terum hic cõmonefacimus sermonũ eius in libro primo, ubi omnino impassibilem diuinã naturam dicit esse his uerbis: Vnus igitur omniũ dignissimus propriã pro omnibus posuit animã, & permisit dispensatiue carnem suam breui tempore à morte comprimi, & euacuans mortem ut uita non ualens pati, quod præter naturam suam est, nunc secundum se patitur propter carnem, sed non passus Deus carni unitum, sed caro coniuncta Deo uerbo, & secundum suam indultã propria sustinuit. Nõ enim uel passio uel mors factæ fuissent, nisi ipse permisisset. Nã si animã præsente non sit mors, quomodo Deo præsente, & non solũ præsente simpliciter, sed etiam coniuncto secundum summam quandam & ipsi soli comprehensibilem unionem, turbaret eius templum ipso nõ admittente, uel passio uel mors? Atqui non Deitas carni unita passa fuit, sed caro, ipsa permittente, propria sustinuit. Cæterũ quod maligne ei additũ sit hoc, Passum est carne, ad seductionem simpliciorum, inde manifestum erit. Non enim obseruauit impassibilem diuinam naturam, dicẽs: Passum est carne, nihilominus passibilem dici quãuis cum carne pateretur. Erit & pater passibilis cõsubstantialis existens filio. Ne cessario enim omnia genitori accidũt, quæ sobolis accidũt. Num confitebimur eum quidem passum esse, utpote aptum ad passionem, patrem uero non esse aptum ad passionẽ? Verum sic dicentes, consentiemus hæreticis dicẽtibus Deitatem unigeniti passibilem, patris uerò Deitatem non esse passionis susceptiuam, unde illam & alterius substantiæ esse dicunt? Si autem dixerint præter naturam ipsum passum esse, dicemus, et quę passibilem passioni præter naturã subĩ ciat? Sed diuina natura est fortior, ita ut naturã impassibilem passioni præter naturã subĩ ciat? Sed dicunt, eius uoluntas hæc est. Verum dicimus: Voluntas eius impassibilis est, quæramus autẽ passionem quæ impassibilem naturam in suam passibilitatem transferat. Alioqui & diuina uoluntas illa ault quæ se decent. Et quid, inquit, honestius, quàm seruare hominũ genus? Quo pacto autem seruaret humanum genus, quæ diuinã & impassibilem naturam in passionẽ attrahit? Omnino enim fortior transtulit ad suam passibilitatem, id quod erat impassibile. Et quæ utilitas passibili, si & impassibile passibile fiat? Salus aũt passibilis naturæ est non societas impassibilis in passione. Hoc igitur magis erit augmentũ mali non ablatio. Alterum enim à simili non aufertur, sed augetur. Quæ igitur salus passibilis est naturæ, ut diximus? non eius quod impassibile est, ad ipsam societas in passione, sed translatio eius ad id quod est impassibile, q̃d et fecit dñs Christus, non ipse secundum diuinitatẽ ad passionem coactus, sed qui omnem humanitatem per suam sanctam carnẽ in sublime euexit, & humi iacentem in cœlos traxit, & pridem omni libertate destitutam adoptione filiorũ dignatus est. Quis autem debebat mortem, quæ est ex inobedientia? Omnino humana natura, nõ diuina. Quomodo igitur consentaneum erat illam persoluere mortem?

*Latinus Codex his omissis, hanc habebat reprehensionem breuioribus.*

PAssiões eius qui est passibilis, propriè sunt. Impassibilis em ultra passiones est. Passa est itaq; serui forma, cohærente utiq; Dei forma, & permittẽte quidem pati propter salutem, quæ ex passionibus nascebatur, proprias uerò faciente, propter unitatem, passiones. Ergo nõ Deus passus est, sed homo ex nobis sumptus à Deo. Vnde & beatus Esaias prælagiens clamabat: Homo cũ in plaga esset, et sciret ferre languorem. Sed & ipse dominꝰ Christus ad Iudæos dicebat: Quid me queritis occidere hominem, qui ueritatem uobis loquutus sum? Occiditur autem nõ ipsa uita, sed habens mortalem naturam. Et hoc docens alibi dominus ad Iudæos ait: Soluite templum hoc, et in tribus diebus suscitabo illud. Ergo solutus est qui ex Dauid est, suscitauit autem hũc solutum, quod ex patre impassibiliter natum est ante secula unigenitum Dei uerbum.

*Oppositio beati Cyrilli.*

ADmiranda profecto ueritatis potentia est, id quod experientia testatur. Nõ em̃ multo mihi sermone ad defensionem opus est, ad persuadendum deceptis & opinantibus quod passibilem esse dicamus Verbi naturam, delectis in hoc semel aduersarijs, palamq; cõfitentibus nos ab illis criminibus esse alienos. Quoniam autem ut industriæ suæ acrimoniã ostentent, austeris cogitationum adinuentionibus usi, imprudenter argumentum inuictum, sicut ipsis uidetur, adducunt, miraq; grauitate asserũt, impassibile secundum suam naturam esse Dei Verbum, audiant à nobis quod frustra pugillant aeremq; uerberant, nemine in hoc eis se opponente, uel diuersa cogitante. Quid igitur frustra sudant & in superuacaneis morãtur? Quis tam attonitus ut eminentissimam omnium substantiam passibilem, & eam quæ ultra omne genitum, & incorporeã infirmitatibus passionum concuti dicere audeat. Porrò sacramenti ratio habet filium ex deo patre secundum naturam unigenitum, hominem factum dispensatiue. Quia autem dicimus proprium eius esse sanctũ corpus, quod ex beata Virgine est assumptũ, eam ob causam iustissimã, carnis passiones eius esse dicimus secundum dispensatiuã appropriationem, seruata ubiq; natura eius impassibili. Deus enim est ex Deo. Quãdo igitur carne dicitur pati, non ipse in propria natura intelligitur pati. Ipsius enim factũ est unitum sibi corpus, sicut dudũ dixi. Quapropter & diuinus Paulus

ipsum esse dicit factum primogenitum ex mortuis, ipsum inquam, per quem omnia & in quo omnia fecit pater. Scibit autem sic: Gratias agentes patri qui nos idoneos fecit ad partem sortis sanctorum in lumine, qui liberauit nos ex potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus remissionem peccatorum, qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ: quia in ipso creata sunt omnia, cum quæ in cœlis, tum quæ super terram, uisibilia & inuisibilia, siue sedes, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per ipsum & in ipso condita sunt, & ipse est ante omnia, & omnia in ipso consistunt, & ipse est caput corporis Ecclesiæ qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum habens: quia in ipso complacitum est omnem plenitudinem inhabitare, & per ipsum conciliare omnia, pacificatis per sanguinem crucis eius tam his quæ super terrā, quàm his quæ in cœlis sunt. Considera obsecro, quomodo per ipsum omnia dicat esse facta, uisibilia & inuisibilia, sedésque et potestates, ipsum datum Ecclesię caput, et primogenitum ex mortuis factum esse affirmat, restituta

Coloss.

que omnia per ipsum in ipsum, & pacificata per sanguinē crucis eius, siue quæ super terram, siue quæ in cœlis. Igitur post hęc dubitaret quisquam et frustra formidaret, ne passibilē filij naturam sacramēti sermo declaret, quando dicit carne pati? Proprię enim fiunt, ut dixi, proprij corporis passiones. Hoc sentire uisus est & sanctus Petrus, dicens: Christo igitur passo pro nobis in carne, Aliud est autem dicere pati in carne, & aliud simpliciter dicere pati diuinitatis naturam. Quia enim idem Deus simul est ac homo, impassibilis quidem quantum ad diuinitatis attinet naturā, passibilis uerò secundum humanitatem. Quid hic absurdi, si dicatur pati in eo quod pati potest, qui manſit impassibilis in eo quod pati non potest? Quod autem in tali fide & sanctorū Patrum perseuerârit chorus, ex his cognoscemus quæ ipsi scripserūt. Mandati enim Seruatoris, quod

& seruarunt, memores fuerunt, dicentes: Gratis accepistis, gratis date.

FINIS.

EXPO-



# EXPOSITIO SYMBOLI NICAENI.

DILECTIS ET AMANTISSIMIS, ANASTASIO, Alexandro, Martiniano, Ioanni, Paregorio, presbyteris, & Maximino diacono, cæterisq; orthodoxæ fidei Patribus, Monachis, uobiscumq; monasticam uitam agentibus ac in fide Dei solidatis, Cyrillus in Domino salutem, Ioanne Theophilo interprete.

CHARITATEM uestrā, eruditionis simul ac uirtutis amantē, nūc quoq; haud mediocriter cōmendare possum, atq; adeò omni encomio dignam esse dico. Etem diuinas doctrinas desiderare, & ut sacrorū dogmatū rectitudinē assequamini, omnem operā impendere, quo pacto quis non ualde admiraretur? Hoc em opus uitā sine termino ac beatā cōciliat, neq; irremuneratū erit tale studiū. Dicit em alicubi ad cœlestem patrē & deum dñs noster Iesus Christus. Hæc autem est æterna uita, ut cognoscāt te solū uerum Deum, & quē misisti Iesum Christū. Recta sane & irreprehensibilis fides, quā fulgor exbonis operibus comitatur, omnibono uos implet, & decorā nactos gloriā ostendit. At operū fulgor si expers uideatur esse rectorum dogmatū, inculpataq; fidei humanæ animæ nullo modo mea sententia utilis fuerit. Nam sicut fides absq; operibus mortua est, ita si uertas & dicas opera absq; fide mortua, uerū esse fatemur. Igitur simul fulgeat cum honestæ uitæ gloria, etiam immaculatæ fidei candor. Integri enim ita erimus ac perfecti, iuxta sapientissimi Mosæ legem: Perfectus enim, inquit, eris corā dño Deo tuo. At qui contempserint rectā habere fidē, discereq; uoluerint; quamuis honesta uita sese ornent, cōparatur nimirū utris, ingenua quidē faciei forma, oculis uerò distortis, & hinc inde errantibus, atq; adeò cōperit in eos qđ à dño per Hieremiæ uocem ad Hierusalē Iudæorū matrē dictū est: Ecce non sunt oculi tui, neq; cor tuū rectum. Oportet igitur ut ante aliam sanā in uobis mentē possideatis, & sanctæ scripturæ memores sitis alloquentis & dicentis: Oculi tui recte uiderūt. Visus aūt rectus interdum & absconditorum oculorū est, posse sermones qualescunq; de Deo fiant, pro suo uirili uidere limpide & exacte. Videmus em in speculo & ænigmate, & cognoscimus ex parte: quippe uelans tenebrarū profunda, lumē ueritatis infundit, his qui ipsius cognitionē rectā capere uolūt. Operæpreciū aūt ut corā Deo procumbentes dicamus: Illustra oculos meos ne unq; obdormiam in morte. Quando quidē à sacrorū dogmatū rectitudine excidero, nihil aliud fuerit quām manifestus in morte obdormire: à qua rectitudine excidimus, quando scripturas diuinitus inspiratas non sequimur, sed uel minime laudatis opinionibus uel exhortationibus circa fidē non recte incedentium captī, inclinationē mentis eorū tollimus, & nostras in primis animas incōmodamus. Eundē igitur rectam fidem parare sibi studentibus, ad id quod sacris prædicationibus uidetur, quæ & per spiritū sanctū tradiderunt nobis, qui ab initio spectatores & ministri fuere uerbi: quorum uestigia sequi studere etiā celeberrimi patres nostri, qui uenerabile & uniuersale fidei decreuerūt symbolum in Nicæa olim congregati. Quibus sane & ipse Christus assedit, qui dixit: Vbi fuerint duo uel tres in nomine meo cōgregati, illic sum in medio eorum. Nam quod præsederit inuisibiliter sanctæ & magnæ illi Synodo, quomodo ambigeretur? Basis etenim quędam & fundamentū immotū & inconcussum per uniuersum orbem iactū est, synceræ irreprehensibilisq; fidei confessio. Ad hæc quo pacto abfuisset Christus, quando quidem ipse est iuxta sapientissimi Pauli uocem fundamentum. Fundamentū enim aliud nemo ponere potest, pręter id quod positū est, quod est Iesus Christus. Ea propter expositam ab illis & determinatam fidem seruarunt, inculpati etiam hi, qui sequuti sunt eos sancti patres, populorumq; pastores, & ecclesiarum luminaria, ac opportuni sacrorum doctores. Nihil autem omnino prætermissum uel contemptum, ex his quæ utilia & necessaria uiderit quis in Patrum confessionibus, hoc est expositiōibus, quas de recta & in adulterata fide fecerunt ad deprehendendum & subuertendum uniuersas hæreses, ac impias blasphemias, & ad solidandum ac confirmandum eos, qui in fide recte incedunt, & quibus fulgidus illuxit lucifer, diesq;, ut scripturæ dicunt, insulsit, sanctiq; spiritus gratia ueritatis lumen immisit.

Quoniam autem uestra pietas scripsit, quod nonnulli pro sua libidine torqueant uerborum symboli uirtutem, uel non intelligentes recte, uel etiam quorundam scriptis dediti in sensum reprobum elati, & quod etiam ego debeam super illis sermonem uobis parare, manifestęq; expositionis uirtutem interpretari, censui ea quæ nunc animo occurrunt cursim dicenda, sequentes autem modis omnibus sanctorum patrum cōfessionem & opinionem, recte & citra ullam deflectionem quæ ab illis dicta sunt, examinabimus.

Porrò nunc & sancta synodus Ephesina ista, quæ iuxta uoluntatem Dei congregata, aduersus Nestorij peruersam opinionem sententiam tulit & sanctam & diligentem simulq; pari sententia condemnauit aliorum uaniloquentiā, quotquot uel post illum, uel ante illū fuere, qui eadem cum illo saperent, dicereq; uel componere auderent. Etenim consentaneum erat, condemnato semel



Universidad de Deusto Biblioteca
DE CYRILLI OPERA

Universidad de Deusto
Biblioteca



ob tam prophanam uaniloquentiam uiro, ut nõ A unus dũtaxat ferretur, sed ut sic dicam, uniuersa illorum hæresis atq; calumnia, quam contra sua pia ecclesiæ dogmata fingentes, duos introducũt filios, & impartibilem diuidunt, cœlumq; ac terram anthropolatriæ, hoc est, hominis cultus fugil lant. Vnicum enim dominum nostrum Iesum Christum & superiorum spirituum sancta multitudo uobiscum adorat.

Vltra, ne ignoretur à quibusdam uis Symboli, quod in omnibus ecclesijs Dei autoritatem obtinet, & prædicatum est, sanctorum patrum sententias, hoc est, expositiones, in commẽtarios illic factos referri iussit: ut scirent hi qui eos legunt, quo modo sanctorum Patrum expositionem, hoc est, syncerum rectæ fidei symbolum, intelligi conueniat. Opinor autem & uestræ charitati eum libellum obuenisse quẽ de hisce rebus conscripsimus, illum & nũc tractabo, & ubi iuxta uerba sua symbolum proposuero, singula quæ in eo traduntur, manifeste uti decet interpretabor. Scio enim Petrum maxime uenerabilem scripsisse, Parati sitis 1.Pet.3. semper omnibus, qui petunt ad reddendam eius quæ in uobis est fidei rationem.

Credimus in unum Deum, patrem omnipotentem, omnium uisibilium & inuisibilium factorem. Et in unum dominum Iesum Christum filium Dei, genitum ex Deo patre unigenitum, hoc est ex substantia eius. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum uerum de Deo uero, genitum non C factum, consubstantialem patri. Per quem omnia facta sunt, tam ea quæ in cœlo, quàm quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostrã salutem descendit, & incarnatus est, homoq; factus est. Passus est, & resurrexit tertia die, ascendit in cœlos, & uenturus est ad iudicandum uiuos & mortuos. Et in unum spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt: Erat aliquãdo, quando non erat, & antequam nascereturnon erat: & quòd ex nihilo factus sit, uel ex alia subsistẽtia, uel essentia dicunt esse, uel conuertibilem uel commutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apostolica Ecclesia.

Credendum dicentes in unum Deum, funditus quodammodo gentilium opiniones amouẽt, D qui quum crederent esse sapientes, infatuati sunt, Rom.1. & mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & uolatilium quadrupedumq; ac repilium: coluerunt autem & creaturam super creatorẽ, elementisq; huius mundi seruierunt, multos & innumerabiles esse Deos suspicantes. Igitur ad subuertendum errorem qui multos Deos tradit, unum deum nominantes, sacras scripturas omnibus modis imitantur, & ueritatis honestatem uniuersis qui in toto mundo sunt, indicant. Hæc & sapientissimus Mose statuens manifeste dicit: Audi Is- Deut.6. rael, dominus Deus tuus, Dominus unus est. Et γενεσιαρχὸς idem qui omnium natiuitatis autor ac Dominus Exod.20. alio loco inquit: Non sint tibi Dij alij præter me.



gratiam illis factam esse, lucrum erat: at de natura A illi filio nihil tale per abusum uerbi dictum est, sed omnia uere. Et propter hoc solus ex omnibus dicit: Ego sum ueritas. Itaq; certas ac securas reddũt Ioan.14. animas nostras, patrem & filium ubiq;, ac natiuitatem nominantes, & deum uerum ex deo uero, lumenq; ex lumine effulsisse, dicentes, ut natiuitas simplex quiddam ac incorporeum sonet, & existens ex illo & in illo, & alius in propria persona intelligatur. Pater enim est pater, & non filius, & filius natus & non pater, & in identitate naturæ proprium utrunq; esse quod est. Cæterũ omnium factorem tam uisibilium, quàm inuisibilium, affirmantes patrem, per filium omnia facta esse dicunt, non minorem gloriam, quasi forte quadam illo digna ei tribuerunt? Minime. Vbi enim omnino minus uel etiam maius in identitate substantiæ uidere potest? sed quod deus & pater non sole alio modo operari, quod & creare, quàm per filium in spiritu, sicut per uirtutem ac sapientiã suã? Psal.32. & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Adhęc & sapientissimus Ioannes inquit: In principio erat Ioan.1. uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Adiecit necessario, quod omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.

Igitur quia demonstrarunt consubstantialẽ eIoan.5. iusdemq; gloriæ & operationis cũ patre filiũ, opportune cõmemorant ipsum hominẽ factum, dispensationisq; eum carne sacramentũ declarãt, be- * credentium nimirum scientes hanc esse absolutissimã, & in C nullo deficientem fidei traditionem. Nõ enim sufficit ita credere in ipsum, ut sentias solũ, quod deus de deo patre natus sit, cõsubstantialisq; illi character substantiæ eius sit: sed etiã necessarium ut adhęc scias, quod propter salutem ac uitam omnium demiserit se in euacuationem, assumpta serui forma, & processit homo natus secundũ carnem exinaniere, propter hoc quod dicũt: Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, incarnatus est, homo factus est. Videquàm apposite, & quàm decore sermo illorũ progreditur. Descendere enim dixerunt, ut per hoc superiora intelligamus esse & natura & gloria, qui propter nos humiles, uisitando uoluit nostram similitudinem assumere, & cum carne apparere mũdo. D Scriptum est enim in libro Psalmorũ: Deus manifeste ueniet, deus noster, & non silebit. Intelligere Psal.49. autẽ poterit descensus, si quid uoluerit etiam alio modo, nempè ex cœlo & superne. Solet enim sanctis familiaribus scriptura, ea quæ mentẽ excedunt, uerbis nostris significare. Vnde cum sanctis discipulis suis loquereturdicit: Exiui à patre, & ueni Ioan.16. in mundum, iterum relinquo mundum, & uado ad patrẽ. Et iterũ: Vos de infernis estis, ego de superioribus sum. Insuper & hoc dicit: Ego à patre exiui & ueni. Scribit autem sanctus etiam Ioannes: Ioan.3. Qui desursum uenit, supra omnes est. Nã quamuis in summa celsitudine esset, & cum patre suo secundum substantiam super omnia, utpote identitatis naturæ cum ipso coronam ferens, non est tamen arbitratus rapinã se esse æqualẽ deo, sed semetipsum exinaniuit accepta forma serui, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, humiliauit seipsum. Enimuerò quoniam deus uerbum erat, nostram quidẽ carnẽ indutus est, mansit autem & sic deus. Et propterea sacratissimus Paulus deũ in similitudinẽ hominis factum esse dicit, inuentũq; esse ut hominẽ figura. Erat enim deus in specie humana. Nec assumpsit carnem inanimatam (sicut hæreticis quidam sentiendum uidetur) sed animatam anima mentali. Ipsum igitur uerbum, quod ex substantia patris progressum, & filium unigenitum, Deum uerum de deo uero, lumen de lumine, ipsum per quem omnia facta sunt, descendisse dixerunt patres: incarnatumq; esse & hominem factum, hoc est habuisse natiuitatem secundum carnem ex muliere, & processisse in specie simili nobis. Hoc enim est homine esse factũ. Igitur unus dominus Iesus Christus, idem unigenitus, Dei patris uerbum factus est homo. Non relinquens autem esse, quod erat. Mansit enim in humanitate deus, & in seruili forma dominus, & in exinanitione simili nobis plenitudinem habens diuinitatis, & in infirmitate carnis uirtutum dominus, & in mensuris humanitatis, proprium habens quod super omnem creaturam. Etenim quæ erant ante carnem, irrepudiabiliter habet, ut quod deus erat, & filius uerus, & unigenitus & lux, uita & uirtus. Quæ uerò nõ erat, ea absumpsit, unde propter dispensationem uidetur. Nam quæ carnis erant propria fecit: non enim erant alterius cuiusdam, sed magis eius quæ inenarrabiliter ei erat unita, carnis. Ita & sapiens Ioannes: Verbum, inquit, carnẽ factum. Factum autem est caro non secundum translationem, uel Ioan.1. conuersionem, uel commutationem, transformatione facta in carnis naturam, neque habenttemperationem uel commixtionem, uel ut à quibusdam prædicatur consubstantiationem. Impossibile enim esset, quoniam secundum naturam incõmutabiliter & inconuertibiliter se habet: carnem autem ex uirgineo & illibato corpore, ut dixi, anima mentali animatam assumpsit, & suam propriam fecit. Cæterum mos est scripturæ diuinitus inspiratæ ab sola aliquando carne totum hominem significare. Effundam enim, inquit, de spiri- Caro quid. tu meo super omnem carnem. Neq; tunc promi- Ioel.2. serit deus gratiam spiritus carnibus, anima mentali non animatis, sed magis hominibus ex corpore & anima constitutis. Itaq; uerbum nõ reliquit esse, quod erat factum est homo, sed in specie simili nobis apparens, mansit uerbum. Et non prius homo intelligiẽ Christus: deinde sic progrediens, ita ut esset deus, sed deus existens uerbũ factũ est homo, ut in eodẽ deus simul & homo intelligatur idem. Qui autem ipsum in duos diuidunt filios, & audent dicere, quod ex semine Abrahæ hominem sibijpsi adaptarit deus, & cõmunicauit illi dignitatẽ gloriæ & honoris ac filiationis, & præparauit illũ ut ferret crucẽ, moreretur & reuiuisceret, inq; cœlum ascenderet, & ad dextram sederet



Philip.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca



patris, ut ab omni creatura honoretur, & honorem propter deū in quem respicitur, sortiatur. Primum quidem duos filios introducunt, deinde sacramenti uirtutē imperite subuertunt. Nō em ex homine deus factus est Christus, ut dixi: sed deus existens uerbum factum est caro, hoc est homo. Exinanitus uerò esse dicitur, eo quod ante exinanitionem plenitudinem habuit in propria natura secundum quam intelligitur deus. Non enim ex eo quod inanis quispiam sit ad plenitudinem peruenit, sed magis ex diuinis dignitatibus & ineffabili gloria humiliauit semetipsum, nō humilis existens homo exaltatus & glorificatus. Accepit aūt formam serui ut liberi, nō seruus existēs ad libertatis rediit gloriā. In similitudine hominū factus est, qui in forma & in patris æqualitate, nō homo existens ut fieret in similitudine dei, secundū participium locupleratus est. Quid igitur subuertūt dispensationis sermones, & ueritatem circunscribunt? cōtra omnes diuinitus inspiratas insurgentes, quæ deum esse sciunt, & hominem factum filium, unumq; ipsum ubiq; nominant, unde & in
Genesis 32. libro Creationis mundi scripsit Moses, quod trās misit quidem diuinus Iacob flumen Iabec pueros suos & mansit solus, luctatusq; est homo cum eo usq; ad mane, & uocauit Iacob nomen loci eius, species dei: Vidi enim, inquit, deū facie ad faciē, & saluata est anima mea. Ortus est aūt ei sol, quando transijt species dei, Iacob uerò claudicauit coxa altera. Nam patriarchæ deus antea ostēsus est, quod & homo futurus esset olim unigenitus eius uerbum, & quod obluctantem habiturus esset Israelem, & quod coram eo non essent recte incessuri. Claudicant autem quodammodo, sicut ipse
Psal.17. inquit, per psallentē lyra: Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Hoc enim opinor significare, quod Iacob altera coxa claudicārit. Veruntamen illud cōsidera, quod cum homo luctatus sit cum eo, uidisse se dicit deum facie ad faciem, & speciē ipsam nominat dei. Mansit enim uerbum dei & homo factus in forma patris secundū spiritualē, inquam imaginē & secundū omne quod incōmutabiliter habet. Proinde dicebat ad Philippū, charactērem substantiæ patris seipsum ostendens etiā cum car-
Ioan.14. ne: Qui uidet me, uidet & patrem. Et cū quendā cæcū à natiuitate quē curauerat offendisset in tem-
Ioan.9. plo: Tu credis, inquit, in filiū dei? Illo aūt ad hoc dicente: Quis est domine, ut credam in eum? Respondit dicēs: Et uidisti eum, & qui loquitur tecū ille est. Vidit autem ipsum cæcus non nudū, uel sine carne, sed in specie simili nobis, & credidit in eum quem uidit, non tanq̄ in filium alteri filio unitum, sed tanquam in unum natura & uere, qui
Deut.3. nō absq; carne hominibus apparuisset. Porro Mose in benedictionibus inquit: Date Leui manifestationem eius, & ueritatē eius uiro sancto, quem tentauerunt tentatione, & obiurgati sunt apud aquā contradictionis. Qui dicit patri & matri non uidi te, & fratres suos non agnouit. Ordinauerat quidē uniuersorū deus poderem fieri Aaron uarijs modis contextā, quā soli summo sacerdoti ge-
A stare licebat, & cōcedebatur. In pectore aurē sum mi sacerdotis fuere lapides quidem elaborati numero duodecim, in quorum medio figuratū erat manifestatio & ueritas, duo iterū alij lapides. Cæterum per hos duodecim apostolorū chorus ænigmatice demonstrabatur, quasi in circulo Emma-
B nuelē cingens, qui est manifestatio & ueritas. Manifestauit enim nobis ueritatem cultus qui in umbris & figuris finem imponens. Quoniā aūt pontifex factus sit nobis unigenitus dei uerbū, quando & homo factus est, quomodo dubitari potest, cum diuinus Paulus scribat: Considerate apostolum & pontificē confessionis nostrę Iesum qui fidelis est ei qui fecit ipsum. Enimuero sacerdotij dignitas, humanitatis mensuris, ut nō absimilis scrē intelligitur, & minor quidē ut dei uerbi naturæ ac gloriæ competat. non dedecet aūt dispensationē cum carne. facta enim eius sunt humana ligatur date, inquit, Leui, hoc est sacerdoti manifestationē & ueritatē. Quali autem dicit Leui, hoc est sacerdoti declarauit, dicens uiro sancto: Nō enim fecit peccatū dominus noster Iesus Christus. Vnde Paulus de eo scribit: Talis decebat ut esset nobis pontifex sanctus, innocēs, impollutus, separatus à peccatoribus, & sublimior cœlis factus. illū tentauerūt in tentatione, obiurgati sunt eū apud aquas cōtradictionis. O rē admirabilē, uirum di-
C cens eū, deū statim declarauit: quē enim exacerbauit, & tentauit Israel & in eremo, & ad aquā cōtradictionis, fideliter indicauit Psaltes, dicens: Dirupit petrā in eremo, & potauit eos in abyssō magna & eduxit aquā de petra, & deduxit quasi fluminaaquas. Et quid post hoc? Et tentauerūt, inquit, eū in corde suo, & locuti sunt cōtra deū, & dixerunt: Num poterit deus præparare mensam in eremo, qui percussit petrā, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerūt, num & panem poterit dare, uel parare mensam populo suo? Intelligis igitur quo modo obiurgati fuerint mirificum deum; quem certè & uirum dicit Moses. Nam & diuinus Paulus sic intelligens, scribit: Biberunt enim ex spirituali sequente petra. Petra autem erat Christus. Vir igitur cui obiurgabantur, ipse erat ille, qui
D nondum incarnatus tentabatur ab Israelitis, Neque enim alius erat filius, qui ante carnem: alius autem ab ipso qui ex femine Dauid, sicut audent quidam dicere, sed unus & idem. Ante incarnationem quidem nondum erat uerbū, post partum autem qui ex sancta uirgine, incarnatū & homo factum sicut scripserunt diuini patres. Alio quoque signo comprobauit Moses. Nam cum interrogaret quispiam, & discere cuperet, de quonam uiro mentionem fecisset, quem & tentasse & obiurgasse ei Israelitas, dicens, tantū nō protensa manu Iesum mōstrat, & inquit: Qui dicit patri & matri non uidi te, & fratres suos nō agnouit. Meminimus aūt unum sanctorum Euangelistarum scripsisse, quod docente aliquando, & quoddā erudiente Christo, astiterunt mater eius & fratres: deinde accurrēte quodā ex discipulis & dicente, Ecce ma-



ter tua et fratres tui stant foris, uolentes te uidere, A
extensa manu sua in discipulos suos dixit: Mater mea & fratres mei hi sunt, qui audiunt uerbū dei & faciunt. Qui em fecerit uoluntatē patris mei in cœlis, hic frater meus, & soror & mater est. Hoc opinor est id quod Moses dixit, inquiēs: Qui dicit patri & matri nō uidi te, & fratres suos non agnouit. Vltra & sapientissimus Daniel in specie simili
Dan.7. nobis uisum est inquit, unigenitū dei uerbum. Vidisse enim se dicebat antiquū dierū sedentem super thronum, & mille millia milliū assistentium, & millia millium ministrantiū. & interserit inter hæc, quę addit: Videbam ego in usione noctis, et ecce cum nubibus cœli, quasi filius hominis uenies, & usq; ad antiquū dierū peruenit, & corā ipso adducta sunt, & ei data honor & regnū, & omnis tribus, & linguæ seruient ei. Ecce em iterū manifeste & euidenter uidit Emmanuelem, ascendē tem ad eum qui in cœlis est patrem & deum. Nubes enim suscepit eum, quem & non hominē simpliciter, sed tanq̄ filium hominis dicit. Deus em erat uerbū factū in similitudine humana, quomodo & sapientissimus Paulus intelligens in simili tudine hominum eum factum esse dicit: inuentū autem ut hominem habitu, & in similitudinē carnis peccati usum esse his, qui super terram. Si autem homo fuisset, & ob copulationem cum Deo tanq̄ deus honoratus, dixisset propheta quasi deum, uel quasi filiū dei eum qui cū nubibus uenit, usum esse: sed hoc non dicit, sed illud dicit, Sicut
C filium hominis. Vidit utiq; deū existentem, & hominem factum filium, hoc est in similitudine hominum factum, iuxta Pauli uocem. Veruntamē quamuis in carne apparuerit usq; ad antiquū dierum peruenit, hoc est ad sempiterni patris redijt thronum. Et ipsi data sunt honor et regnum, et omnis tribus, & linguæ seruient ei. Id nimirum est, quod ab ipso dictū est: Pater glorifica me gloria quam habui anteqū mundus esset apud te. Quod aūt incarnatū uerbū dei consideat, & æqualis gloriæ sit cum deo & patre etiam in carne, tanq̄ unus existens filius etiam quando factus est homo, manifestat sapientissimus Paulus, scribēs: Talem habemus pontificem, qui sedet in dextra throni, magnitudinis in sublimibus. Præterea & ipse dominus noster Iesus Christus interrogantibus ipsum
D Iudæis, nunquid ipse esset uere Christus: Si dixero uobis, inquit, non creditis: & si interrogauero, nō respondebitis. Amodo erit filius hominis sedens à dextris uirtutis dei. Igitur etiam incarnatū filium in diuinitatis solio sanctorum prophetarū chorus cōtemplatus est. Videamus autem & nostros ipse Christus dicebat: Nō uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Inueniemus igitur dicentem diuinum Baptistā: Post me uenit uir, qui ante me factus est, quia prior me erat. Deinde quomodo qui post ipsum erat, prior ipso fuit? Quia enim Christus secundū tempus carnis, tardius uenit, quam Ioannes, quo modo nō omnibus manifestum? Quid igitur ad

hęc dixerit quis? Soluit nobis ipse saluator, quod quæritur. dicebat enim Iudæos alloquens: Priusquam Abraham fieret, ego sum. Nam erat quidē Ioan.8.
& ante Abraham diuino more. Intelligitur autē post ipsum, secundum quod homo apparuit. Deinde & patre clamāte manifeste: Gloriam meam alteri non dabo. Deus enim alius præter ipsum Esa.42.
nullus est. Dixit nobis Christus: Quando autem Marci 8.
uenerit filius hominis in gloria patris sui cum sanctis angelis. Quod autem expectamus filium hominis de cœlis descensurum, iterum scribit sapientissimus Paulus: Apparuit enim gratia dei saluatoris omnibus hominibus, ut abnegemus impie Tit.3.
tatem & mundanas cupiditates, sobrie & iuste et pie & placitè uiuamus in hoc seculo, expectātes ἐπιγειους.
beatam spem & illustrationem gloriæ magni dei B
et saluatoris nostri Iesu Christi. Dicebat autem
in alio loco mentionē faciens de carnalibus Isra- Rom.9.
elitis, quod ipsorum sint promissiones, & legislatio & testamentum & ex ipsis secundum carnem Christus, qui est super omnia deus benedictus in secula, amen Igitur uestigia patrū sequētes & nō deflectentes ipsum diximus, ex deo patrū natum unigenitum filium incarnatum esse & hominem factum, passum, mortuū, tertia die resurrexisse ex mortuis. Nā impassibilis citra cōtrouersiā quantum ad suam naturā attinet, est uerbū dei, & nullus tam attonitus est, qui putare possit naturam, quæ super omnia, passionum capacem. Quia autem factus est homo, propriam fecit carnem quæ
C ex sancta uirgine. Hoc igitur modo, dispensationis uerba sequentes in carne propria passum esse humano more eum qui extra omnem passionem est, utpote deum affirmamus. Nā si deus existens factus est homo, minime autem cessauit esse deus: si factus est creaturæ portio, & mansit super creaturam: si legislator existens, factus est sub lege, & legislator erat adhuc, & dominus existēs diuino modo serui formā induit, & minime abijciendā obtinet dominij dignitatē: si unigenitus existens factus est primogenitus in multis fratribus, & est unigenitus. Quid est mirabile, si carne passus humano modo, impassibilis & sic intelligit diuino ἀνθρωπινως. θειικως.
modo. Hinc est quod & sapientissimus Paulus eum qui uerbum quod in forma & æqualitate dei Philip.2.
& patris erat, eūdem subditum esse factum dicit, & usq; ad mortē, mortē aūt crucis. In alia aūt epistola sua de eodem dicit: Qui est imago dei inuisi Heb.2.
bilis, primogenitus omnis creaturæ, quia in ipso condita sunt omnia, tam quæ in cœlo, quam quę in terra: & ipse est ante omnia, & omnia in ipso condita sunt, & datum est, inquit, caput ecclesiæ: 1.Cor.15.
factum autem & primitias dormientiū & primo Coloss.1.
genitum ex mortuis, quamuis uita & uiuificans
D
sit uerbum ex deo & patre, utpote & ex uita nato eius qui genuit eum. Deinde quomodo factus est primogenitus ex mortuis & primitiæ dormientium? Nam quia mortis susceptiuum carnem propriam fecerat gratia dei, sicut dicit sapientissimus Paulus: pro omnibus gustauit mortē carne, qua ipse pati potuit; nō abiecto autem eo, quod

ipse

ipse erat uita. Itaq; etiam si diceretur carne passus esse nō natura deitatis, suscipiet passionē, sed ut iam dixi propria caro, quę passiones capit. Vnde & beatus propheta Esaias hominem factū deum carne cognoscēs, dicebat de illo: Sicut ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus corā tondente, sine uoce fuit, sic nō aperuit os suum. In humilitate ipsius iudicium eius sublatū est, & generationem eius quis enarrabit? quia auferē de terra uita eius. Quamuis autē, si quidem aliquis fuisset homo, & specialiter intelligeret filius cōiunctus deo, sicut dicunt impiorū dogmatum introductores, quomodo adhuc difficile inueniret, qui generationē eius enarrabit? Factus igit est ex semine Dauid & Iesse. Dei autē uerbi natiuitatem, hoc est natiuitatis modū, quis dicere poterit? Aufertur enim à terra uita eius, hoc est existentia. posuit enim pro existentia uitā. Sublime aūt fertur, natatq; super omnes qui in terra. De ineffabili natura sermo, excellit em omnē cogitationē, humaneq; menti accessum nō cōcedit. Adiungam aūt & hoc dictū superioribus: Vnus dominus, una fides, unus baptismus, sicut dicit sacratissimus Paulus. Itaq; cū unus sit dominus, & una fides, & unus baptismus, quis dominus, & in quem credimus, & baptizati sumus? Attamē decere dixerit quis, uerbum quod ex deo patre est, ut dominetur nobis & credamus in eum, in ipso aūt consummatū esse, et salutare baptisma. Sic enim sanctis apostolis præcepit, dicens: Euntes, docete omnes gētes baptizantes eos in nomine patris, & filij & spiritus sancti. Cæterum diuinus Paulus dominationis gloriā & fidei confessionem, & sancti baptismi uirtutem manifestē tradit, dicēs: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cœlū, hoc est Christū deducere: uel quis descendet in abyssum, hoc est Christū ex mortuis reducere. Sed qd dicit scriptura? Prope te uerbū est in ore tuo et in corde tuo quod si dixeris dñs Iesus, & crediderīs in corde tuo, quod deus ipsum excitauit ex mortuis, saluaberis. scribit aūt iterum: Nescitis quod quicunq; baptizati sumus in Christū Iesum, in mortem eius baptizati sumus. Ecce oro quam solerter & manifestē urget ominatiōis & fidei confessionē, ipsamq; sancti baptismatis gratiā, in eū qui passus est mortē, resurrexit à mortuis. Credimus igitur in duos filios? Igitur prętercurremus uerbum quod ex deo patre effullit, alteri ab illo qui passo est filio dominationis gloriā attribuemus? ipsam quoq; fidei confessionē, & cœlestē gloriā? Adhæc quomodo non stolidū est, & indubitāter impium sic sapere, uel dicere? Quid igitur dicemus? Vnus dominus uere, unaq; fides, & unū baptisma. Etenim est unus filius & dominus, uerbum, quod non hominē secundum connexionē susceperit, & participē illum suarū dignitatū declarauit, cōmunicauitq; ei filiationem & dominationē, sicut dicūt quidam delirantes: sed ipsum uerbum deus ex deo, & lumen de lumine incarnatū, et homo factū est, in eius mortē baptizati sumus, qui passus quidem ipse est humano modo in propria carne, mansit aūt impassibilis diuino modo, et uiuit semper. Vita enim est ex uita deo et patre. Secta est mors, quæ in uitale corpus insultare ausa est. Aboletur autē sic & in nobis corruptio, & infirmatur sic mortis ipsius imperiū. Proinde dicebat Christus: Amē dico uobis, nisi māducaueritis carnē filij hominis, et biberitis eius sanguinē nō habetis uitā in uobis ipsis. Viuifica igit sunt sanctum corpus & sanguis Christi. Corpus em si cut dixi, est non hominis cuiusdam, qui uitæ particeps est, sed potius proprium uitæ secūdum naturam: perspicuum autem, quod unigeniti.

Hæc sentit nobiscū amantissimus Christi, sanctorū patrū chorus, & Proclus ipse qui nunc sanctæ Constantinopolitanæ ecclesiæ thronū adornat religiosissimus & pientissimus pater & coepiscopus. Scripsit enim & ipse ad Orientales pijssimos Episcopos in hæc uerba: Et incarnatus qdē est absq; cōuersione, qui speciei expers, nascitur aūt secundū carnem, qui principio caret. Proficit uerò secundū corp» ætate, qui natura perfectus est: & passiones sustinet, qui passionibus superior, nō quo erat sustinuit cōtumelias, sed quo factus est, susceptis corporis passionibus. Reprehenditur igitur ubiq; praua fides * illa quam hęc scribentium uel sentientium, utpote prophanę languida, & ueritatis dogmatibus diuersa connens. Postquam autem beatissimi patres sermonem de Christo absoluerūt, spiritussancti mentionem faciunt: credendum enim dixerūt in illum similī modo, uidelicet ut in patrem & filium. Est enim ipsis consubstantialis, & profundit quidē, hoc est, egreditur, sicut à fonte deo & patre, conceditur autem creaturæ per filium. Vnde inspirauit in sanctos apostolos, dicēs: Accipite spiritum sanctum. Igitur ex deo & deus spiritus est, et non alienus a subsitātia, quę super omnia est, sed ex ipsa, & in ipsa, & proprius eius.

Ipsa est sanctorū patrum rectissima, & ab omni errore aliena fides, hoc est fidei cōfessio. Verū ut Paulus dicit, deus seculi huius excęcauit mentes infidelium, ut nō fulgeat illustratio euangelij glorię Christi. Itaq; nonnulli relicta ueritatis uia, eunt per petras, non intelligentes neque ea quæ loquuntur, neq; ea de quibus affirmāt. Vrgentes enim filiationis gloriā in solū uerbū, quod ex deo patre natū, quasi filiū aliū, qui ex femine esse & Dauid coadunatum ei dicūt, participemq; filiationis ac diuinę gloriæ, & inhabitationis uerbis ipsius, & ab ipso habuisse omnia, propriū uerò omnino nihil. De istiusmodi, ut opinor, scripserūt sal uatoris discipuli: Subingressi em sunt homines quidā impij, de quibus & olim in hoc iudicium antea scriptū, qui transferūt dei gratiā in procacitatem. Et unicū horū & dominum nostrum Iesum Christum abnegantes. Iesus autem Christus nominaretur merito uerbum, quod in humana forma apparuit quia interrogantib. scripserūt aduersarij, qui pre multa insipietia Nestorij et Theodori opinionē & scripta nō cauent. Eum qui ex sancta uirgine non sinite esse deum, et filiū uerū dei, &



& patris, illicq; soli tribuite passiones, & amouete ipsum uerbū, ut ne dicat deus passibilis. Hæ sunt diligentię illorum adinuentiones, et cogitationū confusio. Igitur ne nominetur Christus, uel unctus specialiter & seorsim uerbū, quod ex deo patre. quemadmodum enim alienum ab eo est pati, quando extra carnem intelligitur, sic & unctio in congrua & aliena ab eo. Iesum enim a Nazareth unxit deus spiritu sancto, perfectū autē omnibus modis uerbum dei, & non opus habet unctione, quæ per spiritū sanctum est. Igitur negate dispensationem, spoliate unigenitū à sua erga mundum charitate, ne nominetur Christus à uobis. An nō indignum ipsi, quod in his mensuris, sicut nos tactus est? Igitur quia & hoc indignū est, eo nemo confiteatur quod factus sit homo, ut & ipsis dicit Christus: Erratis neq; scientes scripturas, neq; uirtutem Dei. Igitur eos qui hanc opinionē delegerunt, ut hostes ueritatis habentes, fugiamus ipsorum pernicioſam uanilo quentiā, sequamur autē sanctorū patrū sententias & sanctorū Apostolorum Euangelistarumq; traditionē. Ipsum em uerbum, quod caro factū est, loquebatur in illis per quod & cum quo deo & patre honor, gloria, imperium cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

## RELATIO SYNODI ORIENTALIVM AD CALLIMOREM REgem, docens denuò factam depositionem Cyrilli & Memnonis.

Pietas uestra, quæ benefaciendo orbi & ecclesijs dei claresci t, iussit nos in Epheso congregari, ita ut inde lucrum & pax ecclesiæ accresceret, nō ut omnia confusione & deordinatione implerentur, & hæc uestræ Maiestatis edicta, aperte & manifeste piam uestram & pacificam pro ecclesijs Dei indicabant mentem. Atqui Cyrillus Alexandrinus ad perniciem ecclesiarum ut uidetur, & natus & educatus, assumpta cooperatrice Memnonis Ephesiorum audacia, primum quidem placidum & pium uestrum edictū transgressus est, per omnia se illi non subditum declarans. Nam cum uestra maiestas præceperit de fide diligens examen, & inquisitionem haberi hāc cum concordia, & pace omnium Cyrillus de Apollinarij dogmatis accusatus, imó ipse seipsum redarguens anathematismis, quos pridem in regiam urbem, cum propria subscriptione misit, in quibus reprehenditur sapere cum impio & hæretico Apollinario. Posthabitis his omnibus quasi tempora hæc rege destituta essent, suæ indulsit licentiæ: & cum oportebat rationem reddere dicto rum, quibus gloria domini nostri Iesu Christi cōtaminabatur, assumpta sibi autoritate propria, neq; à canonibus, neque uestris edictis sibi concessa, cōtendit ad omne deordinationis & iniquitatis genus. Adhæc mora sancta Synodus, quæ non approbauit pestiferas fidei eius adinuentiones, ipsum quidem deponit propter prędicta omnia. Memnonem uerò ut cooperariū eius & commilitonem in omnibus factum, & innumeras turbas cōtra sanctissimos Episcopos, qui nō assentiebantur hæreticæ illi praue opinioni excitauit, & ecclesias & omnia tempsa concluſit, quasi adessent pagani & hostes dei, qui & uulgus Ephesiorū introducit, adeò ut nobis quotidie de summa periclitandū sit. Spectat aūt sancta Synodus non uindictā, sed recta pietatis dogmata. Hos em creuisse, nihil aliud est, q; rectā fidem statuere. Poterit aūt maiestas uestra, uel ex ipsis illis capitalis eius sententiā agnoscere. Summū enim hæreticorū impiū Apollinariū quasi ex inferno excitare, & cōtra ecclesiā & rectā fidem militare cōprobatur & anathematizare, si uerba eius exponantur, euangelistas simul ac apostolos, & post illos ecclesiæ progenitores, q à spiritu sancto, nō à suis cogitationibus impulsi piā fidē prędicauerūt, & euāgeliū annūciarūt. Cōtraria istis ille & sapit et loquit, præcipiendoq; uult, ubiuis terrarū suā impietatē ualere id instātes, ut par erat nō ferebam», diuina gratia uestræq; pietatis mēte fisi. Scimo em quod sanæ fidei nihil præferatis, in qua simul educati uos & beatissimi uestri progenitores * siue extra neo successore regni sceptra susceperitis, semper eos q apostolicis doctrinis aduersarij erāt deprimentes, è quibus est Cyrillus prędictus, qui quasi in tyrannicā arcē ueniēs Ephesum cū Memnone cooperario, iuste cū eo depositionē pertulit. Nā* cū dictis omnes insidias & omnē temeritatē attentarunt cōtra nos, qui conueneramus relictis urbibus, & patrijs et etiā nobis ipsis, ut edictū uestrū ratū esset, & sumus nunc tyrannidi exposita prædа, nisi adiuuetur uestra pietas alio loco propiore ut cōueniamus edicēs, ubi poterimus ex scripturis & cōscriptis patrū libris redarguere manifeste Cyrillū, & eos qui ab illo sunt inducti, quos parcē do excōmunicationi subijciemus, spē salutis si respicāt subindicātes, qui quasi in barbarico exercitu materias deordinationis usq; in presentē horā suppeditarūt. Alij aūt qdē iā multo tēpore depositi, & ab illo suscepti: alij uerò excōmunicati à sanctis metropolitanis, & ab ipso in cōmunicationē recepti: alij uarijs criminib. impliciti ab ipso honores cōsecuti sunt, & hæc faciebat tentans per multitudinē sensum suū hęreticū stabilire, nō expendens quod in religione nō numerus, sed dogmatum rectitudo, et apostolicarū doctrinarū ueritas quæritur, & uiri qui illas pie, & apostolicis demōstrationibus & testimonijs cōstituere sciant, non ex audacia & potestate tyrannica. Proinde obsecramus & oramus, ut uestra maiestas, quā primū religioni quæ impugnatur, subsidiū ferat, et celerem correctionem imponat illorū insaniæ & tyrannidi, quæ quasi turbo ad hęreticam perfidiam audaciores corripit. Iustum enim est, ut uestra pietas Persidis, & earum quę inter Barbaros sunt ecclesiarum curam gerens, ecclesias etiam quæ sub Romanorū principatu turbantur, non despiciat.

CYRILLI

Universidad de Deusto
Biblioteca



# CYRILLI EPISCOPI
## ALEXANDRINI SCOLIA, DE INCARnatione unigeniti.

### QVID EST CHRISTVS. CAPVT I.

CHRISTI nomen nec definitiõis uim obtinet, nec cuspiam substantiæ qualis sit significat, sicut forte homo, aut equus, aut bos: sed rei magis quę in aliquo agatur habet significationẽ. Oleo nanq; ungebantur quidam superiorum, iuxta quod deo tũc temporis placebat. Et signum regni illius erat unctio. Vngebantur autem & prophetæ sensibiliter spiritu sancto, ut inde quoq; nominarentur Christi. Denicq; beatus Dauid psallit ex persona dei, & ait: Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis, nolite malignari. Ait autem & propheta Abacuc: Existi in salutem populi tui, ut saluos facias Christos tuos. In Christo autem omnium saluatore unctionem quidem factam esse dicimus. Cæterum neque symbolicum, quasi oleo factam, nec quasi in gratia prophetica, sed nec illam, quæ intelligitur fieri ad perfectionẽ alicuius huiusmodi negocij, quale factum esse dicimus et sub Cyro Persarũ et Medorum rege: contra Babylonios enim ille ducit exercitum, instigãte ipsum in id deo omnipotente. Dictum est enim: Hæc dicit dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexterã. Atqui ille uir cum esset idolorum cultor, nominatus est Christus, ideo quòd quasi unctus est in regnũ cœlesti suffragio, & ordinatus est à Deo, ut Babylonem uehemẽter expugnaret. Illud autem magis de Christo, quoniam enim propter Adæ præuaricationem regnauerat supra omnes peccatum, & spiritus ab humanitate discesserat, ob eamq; causam in malis omnibus illa fuerat cõstituta. Opus autem erat, ut rursus Dei misericordia in pristinũ reuocata, spiritum mereretur. Homo factum est unigenitum dei uerbum, et cum terreno corpore terrenis apparuit. Fuit etiam liber à peccato, ut & in ipso, & in eo solo innocentiæ laudibus natura hominis coronata, spiritu sancto ditaretur, ac sic reformaretur ad Deum per sanctificationem. transit enim ad nos quoq; gratia correpta à Christo, qui est in nobis primogenitus, idq; nos docẽs beatus Dauid, psallens ad filiũ: Dilexisti iusticiã, & odisti iniquitatem, ideò unxit te deus, deus tuus, oleo lætitiæ. Vnctus est igitur exemplo nostro filius innocentię laudibus, ut ante dixi, in ipso natura hominis illustrata, & digna iam sortiri spiritum sanctum: non discessurum iam, sicut antea, sed mansurum magis in ipsa. Ideoq; scriptum est, quod descendit quidem in eum spiritus, manst autem super ipsum. Dicitur ergo Christus Dei uerbũ, quod propter nos nostri similis homo est factum, à [illegible] serui forma: & ungitur quidem humanè secundum carnem, ungit autem diuinè suos, eos nempe qui in ipsum credunt.

*Ps al.104.* *Abac.3.* *Esa.45.* *Matth.3.*



*Qualiter intelligi debeat Emmanuel.* CAP. II.

EMmanuel nominatur Deus uerbum, quod Abrahæ semẽ apprehẽdit, & similiter ac nos participauit carni & sanguini. Interpretatur autem Emmanuel, nobiscum deus. Confitemur autem nobiscum fuisse dei uerbum, nõ localiter. In quo enim loco non est Deus, qui implet omnia? nec quod adesse nobis conspicitur auxilij ratiõe. Dictum est enim hoc modo ad Iesum: Et ficut eram cum Mose, ita ero & tecum. Sed quod factus est in nostris, id est, in humanitate nõ derelicta natura sua. Inconuertibile est enim natura Dei uerbum. Cæterum quam ob causam cum plene dicitur ad Iesum, quod sicut eram cũ Mose, sic ero tecum, non est nominatus Emmanuel? ipsa autẽ ratio sit, & sicut alio nescio quo sanctorum fuisse dicatur: ergo nobiscum factum esse dicimus deũ uerbum, eo tempore, quo dicit Baruch: In terra uisus est, & inter homines conuersatus est, & omnem uiam inueniens disciplinæ, & dans eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Ipse est enim deus noster, & non comparabitur alius ad eum. Et quantum quidem ad dei naturam pertinet, nõ erit nobiscum. Multum enim interest inter diuinitatem & humanitatem, & ingens est nimis differentia naturarum. Denicq; etiam diuinus Dauid ad proximitatem mysticam, scilicet deum uerbũ quod nondum ad nos uenerat, uocabat dicẽs in spiritu: Vt quid domine discessisti lõge? despicis in opportunitatibus, in tribulatione. Ergo non iam longe discessit, sed nobiscum fuit. Qui cum mansisset, in quod erat apprehendit Abrahæ semen, ut dixit. Accepit autẽ etiam serui formam, & conspectus est homo in terra Christus uere? Emmanuel, eundem nobis filium designans: partim quia unctus est more nostro, humanę hominis naturæ spiritum accipiens, ut in seipso primo. Positus est enim primordium generis, secundum ipse ungẽs, ut deus sancto spiritu, eos qui in se credunt: partim quia fuit nobiscum, secundum quas modo reddidi ratiões, & in eo nos facit certos Esaias propheta, dicẽs: Ecce uirgo in utero accipiet, & pariet filium, & uocabunt nomen eius Emmanuel. Cum enim sancta uirgo ex spiritu quidem sancto prægnans esset facta, peperit autem secundum carnem filium, tunc etiã Emmanuel dictus est. Fuit enim nobiscum per carnalem generationem incorporalis, & id erat quod per uocem Dauid significabatur: Deus manifestus ueniet, deus noster, et nõ silebit. Et illud opinor: Ipse qui locutus sum, præsto sum. Locutus enim

*Ps al.* *Catholica.* *Philippi.* *Esa.* *Ps al.*



enim per prophetas, ut incorporale adhuc uerbum, aduenit etiam corporaliter.

*Quid est Iesus.* CAP. III.

VTquidem intentionum, quia oportebat à nobis unum dici filium, tantũdem est & Christus & Emmanuel, & Iesus, & idẽ uerò quasi ex re nomẽ est factum. Ipse enim saluabit populum suum à peccatis eorum. quemadmodum enim το Emmanuel significabat per generationem ex muliere nobiscum factum fuisse dei uerbũ. Et Christus porrò quia factus homo unctus dicitur, iuxta nos humanè: ita etiã Iesus, quod saluabit nos, id est suum populum, quod maximè eum demon strat Deum uerè, & natura omnium dominum. Necq; enim hominis communis creatura esse dicatur. Deceat autem magis omnia dicere esse unigenitum, etsi factus sit homo. Dicet fortasse aliquis, Ad quid Moysi dictus est populus Israel? Ad hoc dicimus: Quod Dei quidẽ populus nominatus sit, & id erat uerbum uerum, quoniam ad defectionem deductus est, & uitulum fecit per desertum, inhonoratus est à Deo. Non enim suũ nominare populum dignabatur, sed eum iam homini destinauit. At nos non ita. Propriį enim sumus filij, eo quod & deus sit, & per ipsum creata sunt omnia. Ea enim ait Dauid: Quoniã ipse fecit nos, & non ipsi nos. Nos autem populus pascuę eius, et oues manuum eius. Denicq; etiam ipse de nobis dixit: Oues meæ uocem meam audient, & sequuntur me. Rursus: Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me congregare, & fiet unus grex, & unus pastor. Mandabat autem etiam beato Petro: Simon Ioannis amas me? pasce agnos meos.

Quam ob causam homo dictum sit Dei uerbum, homo nominatus est, cum sit natura Deus Dei patris uerbum, quoniam similiter ac nos carni communicauit & sanguini: sic enim terrenis apparuit, non amittens id quod erat, sed assumens humanitatis naturam, in sua ratione perfectam: ueruntamen & in humanitate Deus remansit, et omnium dominus, utpote qui naturam & ueritatem ex Deo creatus & patre, & id nobis euidentissime sapientissimus Paulus ostendit. Primus enim inquit homo, ex terra, de limo, secundus de cœlo. Atqui uirgo sancta peperit templum uerbo unitum, sed de cœlo dicitur & recte quidem Emmanuel. Desuper enim & ex substantia Dei & patris natum est uerbum ipsius. Descendit uero ad nos tunc, cũ factus est homo, tamen sic quoque desuper est. Testatur autem Ioannes de eo dicens: Qui desursum uenit, super omnes est. Et ipse Christus etiam ad populum ait Iudæorũ: Vos deorsum estis, ego desuper sum. Et rursus: Ego non sum de hoc mundo. Licet pars mundi sicut homo nuncupatus sit: sed erat cum hoc quoque supra mundum ut Deus. Meminimus enim plane dicentem: Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis. descendisse autẽ dicimus de cœlo filium hominis, per unitatem dispensatoriam, uerbo tribuente propriæ carni gloriæ suæ & diuinæ maiestatis claritudinem.

*Ps al.* *Esa.* *Ioan.3.* *Ioan.8.* *Ps al.*

*Quam ob causam exinanitum dicitur Dei uerbum.* CAP. IIII.

PLenum secundum naturam, & ex omni parte perfectum Deum uerbum, & distribuens ex sua plenitudine bona sua creaturæ, exinanitũ dicimus, nihil in natura propria uiolatũ, nec ut aliter se haberet cõmutatũ, nec inferius ex ulla parte factũ. Incõuertibile em̃ & immutabile est. Ipsum quoq; sicut genera? ipsius, & nunq; fiat passionis unq; capax. Qd uerò factũ sit caro, id est, homo, eo q̃d ait: Effundã de spiritu meo super omnẽ carnem. Humanitatis paupertatem propriam facit. Primum, quia semel homo sit factus, etsi remanserit Deus: deinde quod serui formam accepit, qui secundum suam naturam liber est, utpote filius: & cum sit ipse gloriæ dominus, gloriã dicitur accipere. Cum sit ipse uita, uiuificare uidetur, & in omnes accepit potestatem, cum sit ipse rex omnium: cum deo simul, & patri obediens fuit, crucem est passus, & cætera. Verũ licet hæc quidẽ humanitatis mensuræ conueniant, tamen ea familiaria ducit esse cum carne, & implet dispensationem, manens quod erat.

*Ioel.2.*

*Quomodo unus Christus.* CAP. V.

DIuinus Paulus scribit: Etsi sunt dij multi, & domini multi in cœlo & in terra, sed nobis unus deus pater ex quo omnia, & nos ex eo, & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per eum. At uerò sapientissimus Ioannes de Deo uerbo dixit, qd omnia per ipsum facta sunt, & absq; eo factum est nihil. Euãgelizabat autem beatus Gabriel sanctæ uirgini dicens: Ecce concipies in utero & paries filium, & uocabis nomen eius Iesum. Cum igitur per Christum Iesum omnia diuinus Paulus facta esse commemoret. Confirmat autem uim sententiæ, & opificem omniũ fuisse Deum, euangelizet rem ueram dicens Euãgelista diuinus. Designet autem etiam angeli uox uere ex sancta uirgine natũ esse Iesum Christum, nec absq; humanitate intelligimus Deũ uerbum, sed unum dicimus ex ambobus effectũ, ut Deum hominẽ factum eundem ex patre, ut uerbum natum diuinè, & ex muliere humane, ut hominem non tanquam in secundũ substantiæ initium uocatum, tunc cum secundum carnem dicitur natus, sed natum quidem ante omnia secula: stante tamen tempore, quo debuerat implere dispensationem, natum etiam ex muliere secundũ carnem. Ergo & si alij simili appellatione uocati sunt Christi, unus tamen est per quem omnia Iesus Christus, non quod homo sit factus opifex omnium, sed quod Deus uerbum per quem omnia facta sunt, similiter ac nos participârit carni & sanguini, & nuncupatus sit homo, non tamen perdiderit esse quod erat. ita enim & in carne factus intelligitur meritò opifex omnium.

*1.Cor.8.* *Luc.1.*

*Quomodo unus est Emmanuel.* CAP. VI.

SEmel nouissimis seculis Dei uerbum homo esse dicitur factũ, & sicut ait diuinus Paulus,

Universidad de Deusto
Biblioteca



per sacrificium suum, manifestatus est. Et quódnam est sacrificium? Suum enim corpus obtulit pro nobis in odorē suauitatis Deo & patri, & intrauit in sancta semel, non per sanguinem hircorum & taurorum, sed per suum sanguinem. Sic enim credentibus remissionem in æternum comparauit. Ergo plurimi quidem ante ipsum sancti fuēre, sed nemo eorū Emmanuel nominatus est. Quam ob causam? Nondum enim uenerat tempus, quo deberet esse nobiscum, id est, in nostram uenire naturam per carnem, is qui est omni superior creatura. Vnus igitur Emmauuel. Semel ēm factus est homo unigenitus, tunc cum per sanctā uirginem generationem carnalem perpessus est. Dictū est enim & ad Iesum, quod ero tecum. At non erat ille Emmanuel, fuit etiam cum Moyse, sed nec ille Emmanuel nominatus est. Igitur quoties audimus nomen filio datum esse nobiscum Deus, sapienter intelligamus, non ita fuisse nobiscum nouissimis temporibus, sicut aliquando dicitur fuisse cum sanctis. Illis enim erat tantum adiutor: nobiscum autem fuit, quod factus est similis nostri, cum suam non amisisset naturam. est enim inconuertibilis ut Deus.

Iosue 1.

*Quam esse dicimus adunationem.*

CAP. VII.

ADunatio multis modis impletur: seiūcti enim nonnulli affectu forte, uel uoluntate, & discordante inter se, adunari dicatur per reconciliationem socialem deposita simultate. Adunare autem dicimus & quæ sibi conglutinantur, siue modis alijs conferuntur, aut per compositionem. Quoties igitur adunatum esse nostræ naturæ Dei uerbum dicimus, omni humanæ cogitationi adunationis eius modis uidetur esse superior. Neq; enim per supra scriptos modos facta est arcana illa, & nulli penitus nota: sed & nihil mirum, si in huiusmodi cogitatione uincamur, cum res nostras quomodo se habeant, inquirentes ultra modum nostræ mentis inuentionem esse confiteamur. quo namq; modo animā hominis suo corpori adunatū esse putauimus, quis est qui possit exprimere? Sed si oportet eos qui parua ætate uix intelligere soleant, imò eos qui ualeant intelligere tam subtiles res, & omnem rationem transcendētes. Coniectare dicimus quod deceat cogitare, quamuis minor sit oratio ueritate. Talem esse adunationem Emmanuel, qualem quis intelligat, & animam hominis ad suum corpus habere. Anima enim omnia quæ sunt corporis esse reputat sua, licet per naturam propriam expers sit passionibus corporis, & quæ extrinsecus accidant. mouetur enim corpus in concupiscentias naturales, & consentit anima, nullo quidem modo participans concupiscentiæ, tamen exitu delectationem propriam ducit: & si forte à suo corpore deprimatur aut torqueatur, cōdolet quidem quod suum corpus patiatur, ipsa uerò in sua natura nullum patiatur omnino tormentum, tamen super hæc quoq; dicimus esse adunationem, quæ est in Emmanuel facta. Erat enim necesse cum suo corpore adunatam ei animam dolere, ut dum timeat passiones, subditam ceruicem Deo summitteret, de Deo autem uerbo condolere passionibus nephas est dicere. Impassibilis enim Deus est, & nostrarum rerum longe dissimilis, sed adunatus qui dem erat carni habenti animam rationalem, qua patiente ipse impassibilis, ea quæ animæ contingerent cognoscebat: & contundebat quidem ut Deus carnis infirmitates suas, tamen eas tanquam sui corporis esse ducebāt. Itaque esurisse dicitur, fatigatus esse, passus fuisse pro nobis: ergo uerbi adunatio, quæ est cum humanitate facta, nō irrationabiliter rebus nostris comparetur. Nam sicut corpus alterius est naturæ præter animam, unus tamen ex utroq; homo efficitur & uocatur, ita etiam ex perfecta Dei uerbi subsistentia & humanitate perfecta, unus est Christus. Idem in eodem Deus simul homo, & sua quidem dicit Deus uerbum, ut ante dixi, ea quæ sunt carnis propria: quia ipsius est corpus & nō alterius. Communes autem facit tanq; cum sua carne diuinæ suæ maiestatis operationes, ut posset etiam uiuificare mortuos & sanare infirmos. At si conuenit exemplis etiam scripturæ diuinæ, quasi per figuram adunationem demonstrare, age dicamus ut possimus.

*De carbone.*

CAP. VIII.

BEatus Esaias, missus est, inquit, ad me unus ex Seraphin, & in manu habebat carbonem, quem forcipe accepit ab altari, & dixit ad me: Ecce tetigit hoc labia tua, & adiuuet iniquitates tuas, & peccata tua depurgabit. Carbonem autem dicimus figuram & imaginem nobis exhibere, uerbi hominis facti: quod si labra nostra tetigerit, id est, fide in id confessi fuerimus, tunc nos ab omnipeccato puros effecit, & pristinis criminibus liberabit. Cæterum tanquam in imagine, licet in carbone conspicere adunatum quidem humanitati deum uerbum, non tamen proiecisse quod fuerat trans ormasse autem magis assumptam naturam in suam gloriam & operationem. Quemadmodū enim ignis ligno affixus, & in id penetrans, cōpendit quidem ipsum: & quamuis lignū esse non desinat, uim tamen suam speciēq; transmittat omnem, secq; confert in lignum, & cum ipso iam quasi unum in aliquid æstimatur. Idem intellige & de Christo. adunatus enim inæstimabiliter humanitati Deus, seruauit quidem ipsam in eo quod fuerat, & ipse permansit quod erat: semel tamen adunatus, quasi unus iam cum ipsa putatur, ea quæ sunt illius, sua faciens: conferens autem ei etiam ipse naturæ suæ operationem.

Esa. 6.

*Quod incorporalis diuinitatis corpus fuerit, habens animam rationabilem, & quod si ea à sese diuidere uoluerimus, prorsus dubio labefactabimus dispensationem, quæ in Christo intelligitur.*

CAP. IX.

IN Cantico Cāticorum ipse nobis introductus est dicens dominus noster Iesus Christus: Ego flos campi & lilium conuallium. Quemadmodū ergo odor res quidem est incorporea, habet autem quasi proprium corpus id in quo inest: tamē unum ex utroq; intelligitur. Lilium corrumpitur, tamen ratio ipsius unius rei discessu. In subiecto enim corpore odor est: ita etiā de Christo intelligimus diuinitatis naturam, quæ suam excellentissimam maiestatem ut odorem suauissimum mundo dispergat, tanquā in subiecto esse corporeæ humanitatis, & id quod incorporale est per naturam, per adunationem dispensatoriam pene dicam factum fuisse corporale, propterea quod uoluisse se cognosse scire corpus, in eo enim diuina signa operatus est. Igitur id quod incorporale est tanquam in suo corpore intelligatur, quemadmodum & iam odōr in flore subiecto, lilium tamen iam & odor nominatur flos.

Cant. 2.

*Quod & adunato Deo uerbo uerę humanitati inconfusæ tamen substantiæ permanserit.*

CAP. X.

ERectum est secundum Dei uoluntatem sanctum tabernaculū per desertum, & in eo multis modis formabatur Emmanuel. Ait enim Deus omnipotens ad diuinum Moysen: Et facies arcam testimonij ex lignis imputribilibus duorum cubitorum & dimidij longitudinem, & cubiti, & dimidij altitudinē, & inaurabis eā auro puro, extra & intra inaurabis eam. Sed lignū quidem imputribile sit figura corporis incorrupti. Imputribilis enim cedrus, aurū uerò quasi materies alijs preciosior, diuinæ nobis indicat substantiæ maiestatem. Attende igitur quàm arca tota inaurata sit auro puro extra & intra. Adunatum quidem fuerat sanctæ carni deus uerbum, & id est, ut opinor, arcam fuisse extra inauratam: quod uero & animam rationabilem, quæ corpori inerat propriam fecerit, ex hoc apparet, quod & intra arcam præceperit inaurari: quod autem naturæ siue substantiæ inconfusæ manserunt, hinc scimus. Aurum enim superpositum ligno, mansit id quod erat, & ordinabatur quidem lignum, sed lignū esse non desijt. Quod uerò arca in Christi accipiatur imagine, plurimis possit probationibus declarari. Perambulabat enim cum his qui sunt ex Israel, querēs ipsis requiem. Ait enim alicubi Christus: Et parabo uobis locum.

Exo. 25.

Ioan. 14.

*Quod cum esset Deus uerbum factus sit homo: nec homo simpliciter nuda coniunctione honorotus, uocatus sit ad parem dignitatem Dei uerbi, siue autoritatem sicut quibusdam uidetur.*

CAP. XI.

DIuinus Paulus, magnū quidem ait esse mysterium pietatis: & uere ita se res habet. Manifestatus est enim in carne, cū sit deus uerbū, iustificatus est autem & in spiritu. nullo enim modo nostris uidetur infirmitatibus contineri, licet intra nos homo sit factus, non enim fecit peccatum. Apparuit autem & angelus, neq; enim generationem ipsius secundum carnem ignorauerunt. Prædicatus est autem & gentibus, quasi deus homo factus. Ita autem creditus est in mundo. Probauit autem diuinus Paulus ita scribens: Propter quod memores estote, quod aliquando uos gentes in carne, qui dicebamini præputium, ab ea quæ dicitur circūcisio in carne manu facta, quia eratis illo tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & hospites testamentorum promissionis, spem non habentes, & sine Deo, in mundo. Erant ergo gentes in mūdo sine Deo cū absque Christo essent. Verum quoniam agnouerūt eum, & uere natura quia deum esse agnouerunt, ipsæ quoq; ab eo cognite sunt fidem confitentes, & ipse assumptus est in gloria certè diuina. Psallit enim beatus Dauid: Ascendit Deus in iubilo. Ascendit ēm certe cum corpore, nec in nuda deitate. Deus enim erat incarnatus. Credimus enim non in unum nostri similem deitate per gratiam honoratū, ne cultores esse hominis detegamur, sed in Deum magis qui in serui forma comparauit, & qui fuit uere nostri similis, & humanitate tamen Deus remansit. Deus enim uerbum carne assumpta, non deposuit quod erat. Intelligitur tamen idem Deus simul & homo, & fidei quidem ratio ita se habet. Et recte quidem. Sed si forte aliqs dicat, Quid mali est, si intelligatur homo similis nostri apprehendere deitatem, ac non magis Deus homo fieri? Respondemus. Mille esse quæ è cōtrario possint opponi: & penè etiam nutu significantia nos oportere reniti cōstanter, nec credere ita esse. Age enim antè alia dispēsationis, quæ cum carne facta est, modum cernamus, & nostrarum rerum naturam subtilius perscrutemur. Periclitata est hominis natura & depressa est malis extremis maledictione & morte damnata, & peccati laqueis irretita, errabat. Erat & in tenebris, Deum nesciebat eum, qui est natura & ueritate, præter creatorem coluit creaturam. Quomodo igitur huiusmodi malis poterat liberari? an illud dicemus quod fas erat humanitati diuinam naturā apprehendere, qua nesciret omnino qualis esset dignitas naturæ cœlestis, cum esset ignorantiæ tenebris occupata, & peccati sordibus inquinata: quomodo poterat fieri ut apprehenderet sanctam naturam, & acciperet gloriam, quam nemo inueniet nisi acceperit. Concedamus enim quod cognouerit fortasse, & scierit apprehendere duntaxat, quis est qui docuerit? Quomodo enim credent nisi audierint? Cæterum non id est apprehendere deitatem, & conuenientem ei gloriam capere: ergo decentius sit, & rectè quidem ita sentire, quod seruare uolens, id quod perierat, descendens ad nos deus uerbū, per quod omnia, & cum in id se, quod non erat, immisit, ut & hominis natura id quod non erat fieret diuinæ maiestatis dignitatibus per adunationem nitescens, quæ subleuata magis est ultra naturā, quàm deiecit intra natura inuertibilem Deum. Conueniens erat ut incorruptibilis natura apprehenderet corruptibilē, ut eam peste liberaret. Conueniens erat qui peccare non nouerat cum peccatoribus conformari, ut peccata cōpesceret. Quemadmodum enim ubicunque lux fuerit, caligo interit tenebrarum: ita etiam immortalitate præsente omnis certe pestis fugitiua discederet, & præsente

Ephe. 2.

Psal. 46.

Rom. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca



sente eo qui peccatum non nouit, qui etiam proprium corpus efficit quod est in peccatum, cedet omne peccatū: quod uerò uerbū cum esset deus factum sit homo, & non magis homo deificatus, intelligitur Christus, etiam ex sacris literis enitar ostendere. Ait igitur beatus Paulus de unigenito: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, ut esset æqualis Deo, sed se exinaniuit formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus ut homo, humiliauit se factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propterea & Deus illum exaltauit, & donauit ei nomen quod est supra omne nomen, ut in nomine Iesu Christi omne genu flectatur cœlestium & terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quod Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Quem igitur dicemus in forma esse, & in æqualitate patris, & hæc non rapinam arbitratum, sed descendisse magis in exinanitatem, & in formam serui, & se humiliantem, & in similitudine nostra fuisse factū? Si hominem factum ex muliere nudum & solum: quomodo is erat in forma, & in æqualitate patris? uel quomodo habeat plenitudinem ut intelligatur exinanitus? uel in qua antea positus celsitudine sem et humiliasse dicitur? uel quomodo in similitudine hominum factus est, qui id erat & antea per naturam, & si non id factus esse forte dicatur? Vbi autem magis exinanitus est assumens plenitudinem Deitatis? uel quomodo non sit factus altissimus qui in gloriam supernam ascendet? Igitur non hominem Deum factum dicemus, factum autem esse magis in exinanitate propter humanitatem Dei uerbum, quod erat in æqualitate patris & forma. Exinanitum est enim hoc modo propter similitudinem nostram, cum esset plenus ut Deus. Humiliatus est propter carnem, cum diuinæ maiestatis fastigio non discedat: sedem enim habet altissimam, factus est in similitudine hominum, cum sit eiusdem formæ cum patre, & cuius est figura substantiæ. Verum quoniam semel factus est iuxta nos ascendisse dicitur, & cum carne in gloriam deitatis, quam patentem quidem habeat quasi propriam: alio tamen pacto in ea fuit propter humanitatem. Dominus enim omnium esse creditur & cum carne. Flectitur autem ipsi omne genu, & id nō ad dolorem uel contumeliam patris, sed magis ad gloriam. Gaudet enim & glorificatur dum ab omnibus filius adoratur, licet factus sit similis nostri. Scriptum est autem rursus: Non enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit, & debuit per omnia fratribus assimilari. Ecce semen Abrahæ apprehendit. Verum quod Deus est, & non homo. Nescio qui nostri similis Deitatem apprehendit, & ipse nobis assimilatur, & nunc putatur frater ut homo, non nos ei quantum est ad Deitatis naturam. Et rursus quoniam pueri communicauerunt sanguini & carni, & ipse similiter participauit eis, ut per mortem destrueret eum, qui Imperium obtinet mortis, id est, diabolum, & liberaret eos qui timore mortis per omnem uitam obnoxij erant seruitutis. Ecce iterum ipse similiter ut nos participauit sanguini & carni, & ea res causam habet coniunctissimam ac proximam. Scriptum est enim: Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus suum filium misit in similitudinē carnis peccati, & de peccato peccatum condemnauit in carne. Attende iterum quod non homo affectandi diuinam naturam ostenditur, & ad eius dignitatem ascendēs, sed mittens magis suum filium Deus & pater in similitudine carnis peccati, ut destrueret peccatum. Ergo uerbum cum sit Deus, se in exinanitatem homo factus immisit, & non homo simpliciter diuinā gloriam affectans Christus uidetur.

Hebr. 2.

### *Quod Christus Iesus uocetur homo, sanctus Dei uerbum.*

CAP. XII.

DIspensationis incarnati unigeniti mysterium subtilius considerantes, id asserimus fidem rectam seruantes, & ueram, quod ipsum patris Dei uerbum, qui est Deus uerus ex Deo uero, & lumen de lumine, incarnatum sit, & homo factum, & descenderit, & passum sit: surrexit autem etiam à mortuis. Ita enim definiuit fidei symbolum Synodus ingens & sancta. Perquirentes autem & nos, & discere cupientes, quid sit unquam incarnatum esse, & hominem factum Dei uerbum cernimus, quod non hoc est hominem assumere, tanquam in coniunctione quæ fit per æqualitatem dignitatis, siue autoritatis per solam filietatis ὁμόνοιαν. Magis autem fieri iuxta nos hominem, ita tamen ut nulla conuersio uel commutatio subsequatur, & subleuare pariter cum sua natura eum qui in assumptione fuit carnis & sanguinis dispensatione. Vnus igitur est, qui ante incarnationem quidem, à diuina scriptura nominatur unigenitus, & Verbum, & Deus, imago, & lumen, & figura substantiæ, patris uita, gloria, splendor, sapientia, uirtus, magnificentia, dominus Sabaoth, & alijs talibus nominibus quę ueræ conueniant deitati. Post incarnationem uerò homo Christus Iesus, propitiator, mediator, primitiæ dormientium, primogenitus à mortuis, secundus Adā, caput corporis Ecclesię, cum eum etiam nomina prisca sequantur: omnia enim ipsius sunt, & priora, & quæ sunt nouissimis facta temporibus: unus igitur est & ante incarnationē Deus uerus, & qui in humanitate remansit id quod erat & est & erit. Non discernendum igitur unum dominum Iesum Christum, in hominem seorsus, & seorsus in Deum: sed unum eundemq; Iesum Christum, esse dicimus, non ignorantes differentiam naturarum, sed eas in confusas inter sese seruantes. Quoties igitur litera sacra commemorat, quod in Christo inhabitarit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, non ideo dicimus, tanquam in alio Christo, in homine seorsus inhabitasse Deum uerbum: nec porrò diuidentes ea quę unita sunt, duos intelligimus filios. Illud autem magis, quod Christum nominat literā sacra, & ex parte nonnunquam humanitate Dei uerbi, quam propriam habens in locum posuit templi. Scriptum est autem & de animabus humanis: Inhabitantes autem domos luteas, de quibus & nos ex eodem luto sumus. Ergo quoniam domos luteas humana corpora nominat, affirmat autem in his animam habitare: in duos homines unum hominem diuidimus, atque non irrationabile omino sit, si & in homine spiritus suus inhabitare dicatur. Ergo etsi per huiusmodi modos orationis figura procedat, quæ aliter fieri non possit: non tamen ideo rerum corrumpi naturas oporteat, sed magis eas recto ueritatis tenore seruari. Quoties igitur quæpiam quæ dissimilia sunt inter se sociantur, ut collecta in adunationem per compositionem uideatur: deinde alterutrum & his in altero habitare dicatur. Non diuidendum in duo, aduniationis conuentionem minime uiolandam, licet suis nominibus per se ea quæ adunata sunt nominentur à nobis. Dicitur namque, ut ante dixi, & in homine habitasse spiritus suus, ueruntamen homo dicitur & seor sus spiritus, seorsus & corpus. Quid igitur nobis huiusmodi diuinus Paulus obliquam significationem commemorat? Nam etsi exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur die in diē. Si quis igitur dicat interiorē nostrū hominem in exteriore homine inhabitare, uerum quidem memorauit, ideo tamen unum diuidere non uidebitur. Ait autem alicubi etiam propheta Esaias: De nocte uigilat spiritus meus ad te Domine. Vtrūmne tanquam alius præter ipsum spiritus ipsius ad Deū dicatur uigilare? Nónne inceptissimum uideatur? Ergo scire quidem necesse est orationis figuras, non tamen ab intellectu discedere competenti, sed referre magis sententiarum uim ad sensum quid unicuique rei conueniat. Etsi dicatur proficere Iesus ætate & sapientia & gratia. Dispensationis hic ratio est. Deus enim uerbum humanitatem more suo proficere permittebat, & quasi paulatim diuinitatis suæ uolebat gloriā declarare, & cum corporis ætate etiam sua extendere, ne quid nouum uideatur, idque nonnullos nimia nouitate perterrere. Actum præsertim sic quoque dicere, Quomodo hic literas scit cum non didicerit? Ergo corporale quidem est augmentum, & profectus gratiæ & sapientiæ humanitatis magis mensuræ conueniat, ipsum uerò Deum uerbum per suam naturam perfectissimum confitemur, non egenum profectus, non sapientiæ, non gratiæ. Ipsum enim creaturæ & sapientiam, & gratiam, & bona omnia impertit. Et si Deus passus esse dicatur. Persio quidem erit dispensationis ipsius, tamē dicitur, & recte quidem, quia corpus passum est, & quod erat in corpore patiente, ipse qui pati non poterat. Impassibilis enim est ut Deus, quantum tamen ad conuiciatorum petulantiam pertinuit, passus esset si pati posset. Ergo quoniam nostri similis factus sit unigenitus, quotiescunque homo nominetur à diuina scriptura, intuentes dispensationem sic Deum ipsum natura quoque confitemur.

Heb. 2.

Rom. 8.

Coloss. 2.



### *Exempla diuinæ scripturæ, quod Dei uerbum & homo factum manserit Deus.*

CAP. XIII.

IT alicubi Deus ad pontificem Moysen: Et facies propitiatorium impositione auri puri duorum cubitorum, & dimidium longitudinem, & cubitum unum & dimidium latitudinē, & facies duos Cherubin aureos ornatos, & impones illos ex utraq; latere: Cherubin de latere hoc, & Cherub unus de latere isto propitiatorij: & facies duos Cherubin super duo latera, erunt Cherubin extendentes pinnas à sursum, superumbrātes pennis suis super propitiatoriū, & uultus eorum adinuicem respicientes propitiatoriū erunt. Aenigma certissimum id sit, deum uerbum etiam in humanitate Deum mansisse, & in sua gloria & maiestate, & si propter dispensationem factus sit similis nostri. Propitiatorium namque per fidem factus est nobis Emmanuel. Id autem nobis conprobauit sapientissimus Ioannes, dicens: Filioli hæc scribo uobis, ut non peccetis, sed & si quis peccauerit, consolatorem habemus apud patrem Iesum Christū iustum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Nec non etiam Paulus: Quem proposuit, inquit, deus propitiatorium in fide, in suo sanguine. Cæterum cerne Cherubin circumstantia propitiatorium, superobumbrantia quidem pennis, conuersa autem ad propitiatorium, & pene nutui dominico oculum intendentia: ad Dei enim uoluntatem tantum respicit sancta cœlestium spirituum multitudo, & nunquam Dei satiatur aspectu. Ita filiū propheta Esaias uidisse se dicit, in sede altissima & eminētissima, circumstantibus Seraphin, & obsequentibus ei ut Deo.

Exod. 25.

1. Ioan. 2.

### *Aliud.*

CAP. XIIII.

DEstinabatur aliquando diuinus Moyses, ut Israel ab Aegyptiorum uiolentia liberaret: uerum quoniam necesse erat eos qui sub iugo essēt seruitutis insolitæ, prius docere q̄ eis Deus iam esset recōciliatus, prodigia eum facere imperabat: plerumque enim miraculum nos adducit in fidem. Ait igitur Moyses ad Deum omnipotentem: Sin autem nō crediderint mihi, neq; obaudierint uocem meam, dicentes: Non apparuit tibi Deus, quid dicam illis? Dixit deinde Dominus: Quid est hoc quod est in manu tua? Respondit: Virga. Et ait illi: Proijce illam in terram, & facta est serpens, & fugit Moyses ab eo. Et dixit Dominus ad Moysen: Extende manum tuam, & apprehende caudam, & facta est uirga in manu eius. Et dixit illi: Vt credant tibi quia apparuit tibi dominus Deus patrum ipsorum, deus Abraham & Deus Isaac, & Deus Iacob. Animaduerte in his natura & ueritate filiū Dei, tanquam si quædā uirga sit patris. Virga autem insigne est regni. In

Exod. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca



filio enim habet omnium potestatem. Denique A
Psal.44. etiam diuinus Dauid: Thronus tuus, inquit, Deus in seculum seculi. Et uirga æquitatis, uirga regni tui. Sed eam proiecit in terram, id est, corpore terreno circundedit, siue per humanitatem misit in terram. Tunc enim in similitudinem factus est, malignorum hominum scilicet. Malignitatis autem signum est serpens. Quod autem uerum sit, hinc scribitur. Ipse enim dominus noster Iesus Christus, in imaginem & figuram dispensationis actæ cum carne, pro serpente accipitur æ-
Ioan.3. reo quem erexit Moyses. Et sicut, inquit, Moyses exaltauit serpentē in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnes qui credūt in ipsum non pereant, sed habeant uitam æternam. Quem admodum enim serpens factus ex ære, salutis erat B
perielitantibus causa (sanabantur enim in eum respicientes) eodem modo etiam Dominus noster Iesus Christus, eis qui eum uidēt quidem in similitudine malignorum, eo quod factus sit homo: non ignorant tamen quod deus sit uiuificus, causa erit uitæ, & dat posse animalia uenenosa uitare, id est, contraria potestates. Id quoq; huius rei figura sit, qd Moysis uirga alias deuoraret, quas in terram magi proiecerant. Igitur uirga quidem in terra proiecta est, non tamen serpens remansit, resumpta autē fuit quod erat. nam licet facta sit, ut ante dixi, in similitudine nostra patris uirga, id est, filius, per quem habet omniū potestatem: hac tamen impleta dispensatione reuolauit in cœlū, & fuit iterū tanquam in manu patris uirga æqui- C
tatis ac regni: sedet enim ad dexteram genitoris
sui propria maiestate, sedes altissimas
obtiens & cum carne.

ALIVD. CAP. XV.

Exod.4. DIxit autem ad eum iterum dominus Deus: Iterum infer manum tuam in sinum tuum, & intulit manum in sinum suum: & protulit manum de sinu suo, & facta est manus eius tanquam nix. Et dixit iterum: Infer manum tuam in sinum tuum, & intulit manum suam in sinum suum, & protulit eam de sinu suo, & iterum restituta est in colorem carnis suæ: manum & dexteram Dei & patris uerbum, & filium eius diuina scriptura nominat. Induxit enim ipsum dicentem: Ego enim manu mea firmauit cœlum. Nec nō etiam Dauid
Psal.32. diuinus cantat: Verbo domini cœli firmati sunt. D
Cerne igitur in sinu quidem Moysi adhuc manū eius occultari, & nondum factum leprosam: prolatam uerò & statim leprosam factā: deinde mox illatam, & rursus prolatam, & de cætero non leprosam. Restituta est enim, inquit, in colorem carnis eius. Ergo quamdiu quidem erat in sinu patris Deus uerbum, diuinitatis naturæ fulgebat: uerum quoniam aliquo modo extra fuerat per incarnationem siue ϕανερώπησιν, factus est in similitudine carnis peccati, & inter iniquos reputatus
2.Cor.5. est. Ait enim diuinus Paulus: Eum qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatū fecit, ut nos fiere mus iustitia Dei in ipso. Hoc existimo lepra significari. Immundus enim secundum legem lepro-

sus, sed quoniam iterum fuerit in patris sinu, assumptus est enim post resurrectionem à mortuis: prolata iterum manus uidebitur munda, aduenit enim, aduenīet per tempora Dominus noster Iesus Christus in synceritate diuinitatis & gloria, quamuis similitudinem nostram non proHeb.9. iecerit. Ait enim & beatus Paulus de Christo: Quia semel mortuus est ad multorum exhaurienda peccata, secundo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem. Ergo quoties nobis sacræ literæ nominant Christum Iesum, ne hominē seorsum putaueris, non uere adunato ipsi deo uerbo, sed existimaueris magis ipsum esse ex deo
& patre uerbum Iesum Christum, cum
factus sit homo.

*Quod non erat homo θεόφορος Christis, nec simpliciter in homine inhabitauit Dei uerbum, sed magis caro sit sanctum, siue homo perfectus secundum scripturas.*

CAP. XVI.

QVi fidem habet in Christo immaculatam, & rectis omniū suffragijs comprobatam, dicat uidelicet, quod ipsum ex deo patre uerbum exinanitate descenderit, formam serui accipiens, proprium autem sibi faciens corpus quod est natum ex uirgine, factus sit nostri similis, & nuncupatus sit filius hominis. Est autem deus quidem secundum spiritum, homo autem idem secundū θεόφορος carnem. Denique diuinus Paulus ludæorum populum alloquebatur, dicens: Multiphariam multisq; modis olim deus loquēs patribus in prophetis, nouissimis diebus istis locutus est nobis in filio. Et quonam modo intelligatur locutus fuisse deus & pater, nouissimis diebus in filio? Locutus est enim antiquioribus per sese legem, idcirco etiam ipse filius suos dicit esse sermones per sapien- Matth.7. tissimum Moysen. Ait enim: Nolite putare quia ueni soluere legem aut prophetas: non ueni soluere, sed implere. Dico enim uobis, iota unum aut unus apex non transibit de lege, donec omnia fiant. Cœlum & terra transibit, uerba autem mea non transibunt. Adhoc etiam prophetæ uocem: Ipse qui loquitur presto sum. Ergo cum factus est in carne, tunc locutus est nobis pater in ipso. Sicut ait Paulus: Nouissimis diebus. Sed ne parum credamus, quod ipse sit ille, ante secula filius, intulit statim: Per quem fecit & secula, splendorem, etiam gloriæ, & figuram substantiæ patris esse commemorat. Homo igitur factus est uere is, per quem fecit & secula deus pater, & non ut nonnnulli existimant in homine fuit, ut tanquam homo intelligatur à nobis, Deum habens inhabitantem. Nam si hæc rectè se nabere confidunt, superuacaneus uidebitur esse beatus euangelista Ioannes, dicens: Et uerbum caro factum est. Vbi enim opus est ϕανερώπησεως? Aut quare incarnatum dicitur deus uerbum, si non factum est caro? Similem nostri eum factum esse significat, & uis ϕανερώπησεως similem nostri eum factum esse declarat: manisse tamen sic quoque ipsum



supra nos, imò etiam super uniuersam creaturam. A
Oportere autem existimo ea quæ dixi exemplis etiam comprobare, & persuadere, quod factus sit homo unigenitus, & sit deus etiam cum carne, ac non magis inhabitârit in homine, θεόφορον ipsum efficiens, tanquam & alios, qui diuinitatis ipsius fuere participes.

*Intellectus siue cogitationes.*

CAP. XVII.

ALit alibi Deus de nobis: Inhabitabo in ipsis, & inambulabo, & ero ipsis deus, & ipsi e-
Leui.26. runt mihi populus. Nec non etiam ipse dominus noster Iesus Christus: Ecce uenio, & si quis mihi
Apoc.3. apparuerit, intrabo & ego & pater, & mansionem
Ioan.14. apud ipsum faciemus, & apud eum cœnabimus. Nominati autem sumus etiam templa Dei: Vos
1.Cor.6. enim, inquit, templa dei estis uiui. Et rursus: Nescitis quod corpora uestra templū est spiritus sancti, qui est in uobis, quem habetis à deo. Verum si ita aiunt, & ipsum esse Emmanuel, tanquam unū quemque nostrūm inhabitantem in sese deum habuisse: aperte confiteantur, & cum ipsum adorari conspiciunt, tam à nobis, quàm ab angelis in cœlo pariter & in terra, erubescant, tanquam diuersa sentientes: & literarum sacrarum propositum nescientes, nec habentes in se fidem, quam nobis tradiderunt hi, qui in principio & uiderunt & ministrauerunt uerbo. Sin autem dicant, quod propterea Deus sit, & ut deus glorificetur: quia in eo C
tantum inhabitaret Dei patris uerbum, ac non propterea quia factus sit homo. Audient rursus à nobis: Si in eis qui inhabitantem in se Deum habuerint, satis est, ut idcirco uere Dei esse possint, & ab omnibus adorentur, omnes sint dij & adorandi. Inhabitat enim in sanctis angelis. Habuimus autem & nosmetipsum in nobis per spiritū, sed non sufficiat hoc natura deos ostendere, & adorandos eos qui habeant spiritum. Igitur non propterea Deus est adorandus Emmanuel, quod inhabitarit in eo tanquam in homine communi, & seorsus intelligendo in partem domini uerbū, sed quod factus sit caro, id est homo, manſit enim ideo & deus & adorandus.

*Dicta Apostolica in quibus deus nominatus sit Christus.* D

CAP. XVIII.

DE mysterio dicens secundum Christum: Quod alijs, inquit, generationibus non est
Ephes.3. agnitum filijs hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis eius, quibus uoluit reuelare diuitias gloriæ mysterij huius intelligentibus, quod Christus in uobis spes gloriæ, quem nos annunciamus. Si igitur est Theophorus, ac non Deus uerè, quomodo ipse est diuitiæ gloriæ mysterij, quod annunci
Ephes.3. aur gentibus? uel quomodo omnino Deus adnunciatur?

ALIVD. CAP. XIX.

VOlo enim uos scire, qualem sollicitudinem
Coloss.2. habeam pro uobis, & pro his qui sunt Laodiceæ, & quicunque non uiderunt faciem meam in carne, ut consolentur corde ipsorum instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterij Dei Christi. Ecce mysterium Dei, mysterium nominat Christi, & plene intelligere quosdam utilt imaginationē ipsius. Quo igitur intellectu opus erat uolentibus Chrysti mysterium discere, si fuerant audituri, quod inhabitarit in homine Deus? Opus enim nimio intellectu, ut scias contra quod uerbum cum sit, deus factus sit homo.

ALIVD. CAP. XX.

AVobis enim sonuit sermo domini, non so- 1.Thess.1
lum in Macedonia & Achaia, sed in omni loco fides uestra, quæ est ad Deum, exiuit. Ecce iterum in Deum fidem factum esse commemorat,
B cum etiam Christus dicit: Qui credit in me habet Ioan.3.
uitam æternam. Nam sermonem domini, prædicationem dicit de seipso.

ALIVD. CAP. XXI.

IPsius enim scitis introitū nostrum ad uos, quo- 1.Thess.2.
modo non inanis fuit, sed ante multa passi, & cōtumelijs affecti, sicut scitis in Philippis. Confisi sumus in domino nostro loqui ad uos euangeliū Dei. Ecce loquens in Deo, Dei euangelium memorauit, qui prædicat gentibus Christum.

ALIVD. CAP. XXII.

REcordamini fratres laborem nostrum, & æ- 1.Thess.2.
rumnam, nocte ac die operantes, ne quem uestrūm grauaremus, prædicauimus euāgelium Dei inter uos. Et iterum: Propterea & nos gratias agimus deo sine intermissione, quoniam cum percepissetis à nobis uerbum auditus dei, excepistis non ut uerbū hominum, sed sicut est uerè uerbū dei, quioperatur in uobis, qui credidistis. Nón ne euidenter euangelium dei, & dei uerbum prædicationem de Christo commemorat? Quippe id omnibus manifestissimū est: Apparuit enim gratia dei saluatoris nostri omnibus, erudiens nos ut abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrie & iustè, & pie uiuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. Ecce Deus & magnus planissimè nominatus est dominus noster Iesus Christus. Ipse est enim, cuius aduentum D
gloriæ expectantes sobrie uiuere irreprehensibili ter festinamus? Sed si est homo Theophorus, quomodo sit & magnus deus, uel quomodo beata est spes in eum? siquidem uerus est propheta Hiere- Hier.17.
mias, dicens: Maledictus qui spem suam ponit in hominem. Necq; enim deum ipsum possit efficere ut ante dixi, deum portare? Deniq; doceant nos, quid impediat alios etiā omnes deos esse, & adorandos, qui in se habuerint deum: deum autem & magnum & beatam habentem illuminationem Christum nominat beatus Paulus, qui inuenitur, dicens de Iudæis, & de Emmanuele: Quorum pa- Rom.8.
tres & testamentum & promissiones, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula seculorum, amē. Quod uerò secūdum diuinam reuelationē perspicuum

sit ipso dicẽte: Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto etiam Tito, ascendi autem secundũ reuelationem, & exposui eis euangeliũ quod prędico in gentibus, seorsus autem his qui uidebantur aliquid esse, ne forte in uacuum currerem, aut cucurrissem: Christum prædicans gentibus ut deum diuinũ nominat ipsius ubiq; mysterium. Ascendit per reuelationem Hierosolymam, & exposuit his q uidebantur aliquid esse, id est, sanctis apostolis, siue discipulis, ne forte in uacuum currat, aut cucurrerit. Cum uerò ab Hierosolymis descẽdisset, & rursus gentium gregibus interfuisset, emendauit ne aliquid ex prioribus? Nónne perseuerauit deum confitens Christum? Atqui scribit quibusdam: Miror quod sic cito transferimini ab eo qui uos uocauit in aliud euãgelium, quod non est aliud, nisi aliqui sunt cõturbantes uos, & uolentes conuertere euangelium Christi. Ait idem iterum: Sed & si nos aut angelus de cœlo euangelizauerit uobis præter id quod accepistis, anathema sit. Pro qua igitur causa alios omnes omittẽs, licet deum inhabitantem habuerit, solum prædicabat Iesum sicut deum.

Gal.2.
Gal.3.

ALIVD. CAP. XXIII.

SCriptum est de Christo: Cum autem esset in Hierosolymis in die festo, multi crediderunt in nomine eius, uidentes signa quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat se illis, quod ipse sciebat omnes, & quod nõ necesse habebat, ut aliquis testimonium perhiberet de homine. ipse enim sciebat quid esset in homine. Si homo est Theophorus, quomodo non decepti sunt multi, qui Hierosolymis in nomine eius crediderunt? Vel quare solus cognoscit, quæ sunt in homine? cum præsertim nemo alius sciat? Finxisse eñ deus dicitur corda nostra singillatim. Vel quare solus remittit peccata? Ait enim: Quia potestatẽ habet filius hominis in terra remittere peccata. Quare solus præter alios assessor est dei & patris? Quare soli obsequũtur angelis? & nos quidem docuit communem putare patrem, qui est in cœlis: sibi aũt eum specialiter ascribat. Sed forte dices, quod huiusmodi uoces inhabitãti uerbo deputandæ sint. Nónne igitẽ eũ oportebat iuxta prophetis conuenientẽ mensuram ipsum quoq; dicere, hęc dicit dominus? Verum cum ea quæ sunt supra legem sancire uellet, assumens sibi cõuenientem legislatoris autoritatem, aiebat: Ego dico uobis. Quomodo liberum se ait, & nõ obnoxiũ deo? Ideo quia est filius ueritate. Etsi esset homo Theophorus, esset ne etiam liber secundũ naturam? Solus enim deus liberat, quia solus est. Solus enim quasi tributa omniũ exigit, & tanq; loco debitorũ ab omnibus recipit religionem: etsi exitus legis & prophetarum Christus est: est autẽ homo Theophorus. Nónne dicere liceat, quod propheticarum prædicationũ exitus ἀνεῤῥησιν λόγου crimen nobis induxerunt. Deinde quidem lex prædicabat: Dominum deum tuum adorabis, & ei soli seruies. Qua nos eruditiõe perduxit ad Christũ, quasi ad agnitionẽ illis, qui in umbris fuerãt posteriorũ, spernentes ne igitur deũ adorare, adorabimus hominẽ habentem deum inhabitantẽ? ubi enim præstabilius erat Deũ intelligi, in cœlo magis, an in homine? in Seraphin, an in terreno corpore? si erat homo Theophorus? quibus modo propemodũ ac nos partici pauit carni & sanguini. nã si quia inhabitârit, hoc ei sufficit ut nostra similiter ac nos participare, id est, hominẽ factũ esse: inhabitauit & in multis sanctis, homo igit nõ semel, sed sæpissime factus est. Quare ergo semel incõsummationẽ seculorũ, id est, destitutiõe peccati per hostiã suã dicitur apparuisse? Quomodo unũ nobis uerbi aduentũ prædicãt diuinę scripturę, si Theophorus erat homo templũ scilicet & ipse factus est dei, quomodo etiã in nobis Christus est? Sicut templũ ne in templis? an ut deus magis in templis per spiritum? si Theophorus erat homo, cur est solius ipsius corpus uisificum? oportuerat enim aliorum etiam corpora esse talia, in quibus inhabitauit deus omnipotẽs. Scripsit aũt alicubi etiam diuinus Paulus: Irritum faciẽs quis legem Mosi, sine ulla miserationẽ sub duobus testibus moritur: quãto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei cõculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit? Atqui diuina erat lex, & mandata dicta per angelos. Quomodo igitur dignus erit deteriore supplicio, qui pollutũ dixerit sanguinẽ Christi? Vel quo modo potior est religione, quæ est secũdũ legem fides in Christo? Sed ut iam ante diximus, est nõ similis aliorum sanctorũ homo Theophorus, sed deus magis uere, & omni mundo cellsiorem possidet gloriam: quod cum deus sit natura Dei uerbũ factus est caro, siue homo perfectus. animatum enim & rationale esse quod adunatum est, & credimus corpus, & uera omnino est adunatio.

Heb.10.

*Quomodo oportet intelligere: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et quomodo mittitur uerbum, quod deus est. Et quomodo proprium ipsius, dicitur corpus.*

CAP. XXIIII.

SEmen Abrahæ apprehendere uerbum dei unigenitum, beatus Paulus commemorat, nec non etiam quod propemodum ac nos participarit carni & sanguini. Memores autem ĩcimus etiam uocem Ioannis, ait enim: Et uerbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. Id né igitur fuit propositũ uiris spiritalibus docere, quod dei uerbũ cõuersionis sit patiẽs? aut quod eũ fas sit cõmutationẽ quæ magis creaturæ conueniat, sustinere? adeò et id quod non erat forsitan aut in id sua sponte deueniat, aut ut alius contra ipsius uoluntatem ad aliam naturã impellatur? Absit. Manet nanq; idẽ & conuersationis umbram nescíens pati: fixa est enim semper in suis superna illa cœlestisq; natura. Quomodo igitur uerbũ caro sit factum, uidere necesse est: primũ quidem diuina scriptura carnem & rationale esse quod adunatum est, & credimus corpus, & uera omnino est adunatio. Scriptũ est enim: Quod uidebit omnis caro salutare Dei. Et ipse diuinus

Ioan.1.



diuinus Paulus: Non consensi, inquit, carni & sanguini. Allocutus est autem eos qui sunt ex Israel, pontifex Moses. In septuaginta quinq; animabus descenderunt patres tui in Aegyptum. Sed non idcirco dixeris, quod nudæ & sine carne animæ in Aegyptum descenderint, nec porrò quod inanimis corporibus & solis carnibus salutare suum deus indulserit. Quoties igit audimus carnẽ factũ esse uerbum, hominẽ intelligamus ex anima & corpore factum. Est autem uerbum, cum sit deus homo perfectus, corpus accipiens animatum, & rationabile, idq; sibi uere adunãrit, quomodo ipse sciat: nostris enim sensibus huiusmodi cogitationes omnino cerni non possunt, & nuncupatus est filius hominis. Sed si oportet tanquam in speculum intuentes dicere, coniectat aliquo modo sensus humanus, adunatum fuisse uerbum corpori habenti animam rationabilem, qualiter etiam hominis animam suo corpori ipsum quidem diuersæ naturæ, sortitam tamen communionem adunationẽq; cũ corpore ut penè uideatur non esse alia præter corpus, eo quod per compositionẽ ex utroq; animal unum efficiatur, manet tamen ipsa, ut ante memorauí, in sua natura. Ergo non per commutationem, aut conuersionem hominem factum dicimus Dei uerbum, nec prorsus quod deus esse desierit, sed quod carnem accipiens ex muliere, & ei ex utero adunatus, exíit homo idem simul & Deus: neq; Dei & patris generationem arcanam proíjciens, sustinuit ex muliere, inde initium ut esset accipiens: permittebat autem carni propriæ naturę suę legibus nasci natiui tatis rationem duntaxat. Cæterum habet in se aliquid ab humana natura díssímile: natus est eñ ex uirgine, & solus matrem habet innuptam: fatum autem etiam ipsum carnem, & in nobis inhabitasse commemorat, ut utroque comprobaret, & factum fuisse hominem, & suum non perdidisse: mansit enim quod erat. Intelligitur nanque certe tanquam aliud in alio inhabitaret, id est, diuina natura in humanitate non perpessa commixtionem, aut confusionem, aut commutationem, ut esset quod non erat. Quicquid enim in alio habitare dicitur, non ipsum sit tale, quale est id in quo habitat, sed aliud in alio magis intelligitur. At uerò in uerbi natura & humanitatis solam nobis differentiam designat diuersitas naturarum, unus enim ex utroque intelligitur Christus. Ergo in confusionem, ut ante dixi, seruata, inhabitasse uerbum ait in nobis: scit enim unum esse filium unigenitum carnem fœmoris eius cum luctaretur cum eo, & dixit ei: Dimitte me, ascendit enim ortus. Ille autem dixit: Non dimittO, nisi benedixeris me. Et post alia: Benedixit aũt eũ ibi, & uocauit nomen loci illius faciem dei. Vidi enim, inquit, deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Ascendit autem sol cum transiit faciem dei, ipse autem titubabat mofemur. Mysticus quidem est scripturarum sensus. Subindicare enim uidetur Iudæorum obluctario nem, qua utebantur in Christo, pene cum ipso lu-

Genes 35.

ctantes, qui tamen superati sunt, & ipsi autem impetraturi benedictionem ipsius, si per fidem ad eum nouissimis temporibus conuertissent. Attamen illud certè homo erat, qui luctabatur, cum lacob dei faciẽ nominabat. Neq; id solum, nam sciebat eum deum esse ueritate. Vidi enim, inquit, deum facie ad faciem, & saluta est anima mea. Deus nanq; est natura Emmanuel. Dicitur etiam facie dei. nam est figura substantiæ patris. Ita se uocabat apud Iudæos, cum diceret de deo & patre: Neq; faciem eius uidistis. Et: Verbum eius non habetis in uobis manens, quod quem misit ille, huic uos non creditis. Quod uero deus sit uerus homo ille, qui luctabatur quum Iacob, sacra litera iterum faciet fidem. Dixit enim, inquit, Dominus ad Iacob: Surge ascende in locũ Bethel, & habita ibi, & fac ibi altare deo, qui apparuit tibi cum fugeres a facie Esau fratris tui. Reuertens enim ex Mesopotamia, deinde timens Esau traiecit Iacob pueros & omnia uasa sua: subremansit autem solus, & luctabatur homo cum eo.

ALIVD CAP. XXV.

BEatus Daniel horribilem nobis uisionem exponens: Videbam, inquit, in uisionem noctis, & ecce cum nubibus cœli, quasi filius hominis ueniens, & usq; ad uetustum diérum peruenit, & in conspectu eius adduxerunt eum, & ipsi datus est principatus & honor & regnũ, & omnes populi tribus & linguæ ipsi seruiẽt: potestas eius potestas in æternũ, quæ nõ transgrediẽt, & regnũ eius non corrumpetur. Audis quemadmodum non hominem se uidisse simpliciter commemorat, ne unus ex nobis & iuxta nos Emmanuel esse credatur? sed quasi filium hominis. Cum enim uerbum natura sit Deus, in similitudine hominũ fuit, & inuentus est habitu ut homo, ut in eodem utrumq; intelligatur: & neq; homo nudus, nec uerbum absq; humanitate uel carne, tamẽ ei principatum & honorem quem semper habeat datũ esse commemorat. Ait enim quòd omnes populi, tribus & linguæ ipsi seruient. Cum igitur etiam in humanitate positum unigenitum dei uerbum, seruientem habeat creaturam, & patris principatum & suum: deperit autem secundum carnem ipsum sancta uirgo, quomodo non intelligitur sancta uirgo θεοτόκος?

Dan.7.

*De Christi passione, & quod utile sit quod secundum aliud de uno & eodem dicitur, nec diuidimus duo.*

CAP. XXVI.

SAnctus Paulus salutarem passionẽ nobis exponit, ait namque: Nunc gratia dei pro omnibus gustauit mortem. Necnon etiam: Tradidi enim uobis in primis, quod & accepi, quoniã Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die. Ad hoc etiam sapientíssimus Petrus: Christo, inquit, passo pro nobis carne. Cum unũ igitur credamus dominum nostrum Iesum Christum, id est, in humana forma conspectum, siue hominem factum iuxta nos deũ uerbũ, quonam modo & passionẽ ipsi deputemus & impassibilẽ seruemus

1.Cor.1.
1.Pet.4.

scrutemus ut deū? Ergo passio quidē dispensatio- A
nis erat, sua quidē dicente deo uerbo, ea quæ sunt
propriæ carnis, propter inenarrabilē unitatē, ma-
nente uerò extra passionē, quantū ad ipsius natu-
rā pertineat. Impassibilis em deus est. Necp id mi-
rū, cū ipsum animam hominis uideamus, si quid
corpus passum fuerit extra passionē quidē ma-
nentē, quantū pertineat ad naturā: attamen non
extra passionē esse intelligi, eo quod propriū sit
corpus ipsius quod patitur: & licet incontigua sit
& simplex, tamen id quod patitur non alienū est.
Sic intelligens etiā de Christo omniū saluatore,
utar autē exēplis, quæ quasi per ænigmata nobis
possunt ostendere, quod cōmunicārit quidē pas-
sioni unigenitus, quantū pertinet ad familiaritatē B
corporis sui: manserit autem passionis expers, ut
deus. Denicp deus omnipotens prodigia sapien-
tissimo Mosi iubebat efficere, ut credat ei Israel
quod esset missus à deo, ut à uiolentia liberentur.
Exod. 5. Ait autem: Et accipies aquā de flumine, & effun-
des super terram, & erit aqua, quā accipies à flumi
ne sanguis super terrā. Inquimus autem quod a-
qua quidē figura sit uitæ, & quod sit per naturam
uita filius ex patre, tanquā ex flumine exiens eius
dē substantiæ. Ratione itacp omnia uiuificat. Sed
cū aquā, inquit, effunderis super terram, erit san-
guis. Ergo cum factus est caro de terra, id est, quā-
do à terra carnem sibi circundedit, tunc in ea mor
tem nostræ similem dicitur passus, licet per natu-
ram sit uita. In Leutico autem pollutū quidem &
immundū leprosum esse significat, ita quod eum C
de castris eiici præcipit oportere: & si sanus fuerit
à morbo, hoc eum pacto purgare. Et accipiēt pur
Leuit. 14. gato duos pullos mundos, & lignū cedrinū, & ue
rum coccū & hysopum, & præcipiet sacerdos, &
occident pullū unū in uas fictile in aqua uiua, &
pullū qui uiuit accipiet illū, & lauabit in sanguine
pulli occisi in aqua uiua, & asperget super eū qui
purgatus est à lepra septies, & mundus erit. Red-
dit quidem nos mundos, & pollutionum sordes
abluit, & carnalis concupiscentiæ mortalitatem
repellit sanguis preciosissimus Christi, & purga-
tio baptismatis sacrosancti. Cęterum illud aspice,
omittens enim scriptorum uim subtiliter exami-
nare, quod mysterio expediat in præsentia memo
rabimus. Pullis duobus comparat Christum, non
quod duo sint filij, sed quod unus potius ex duo- D
bus ex diuinitate & humanitate in unitatem colla
tus. Mundi autem pulli, nec enim fecit peccatum
dominus noster Iesus Christus, sed erat uerbum
sanctum & diuinitate & humanitate. Volucribus
uerò cōparatur, quod quasi in sublimi sit super
terram, & à cœlo desuper. A cœlo enim homo
est Christus, licet carnem sancta uirgo peperit.
Quomodo igitur desuper, & de cœlo? Deus em
uerbum, quod est desuper, & ex patre carnem ex
uirgine sancta accipiens, & eam suam propriāc
existimans, tanquam si eam desuper, & de cœlo
detulisset, dicebat: Et nemo ascendit in cœlum, ni
Ioan. 3. si qui de cœlo descendit, filius hominis. Ea enim
quæ sua sunt, propriæ carni semper attribuit, adu-
natum uerò semel iam cum ipsa unū scilicet æsti-
mabitur. Cæterum uide occiso uno pullo lauari
quidem alterum, eius sanguinem tamen nō emo-
ri. Et quid hoc sic? Viuebat enim uerbū, licet sua
caro fuisset emortua, & communem passionē esse
ducebat propter adunationem & familiāritatem,
quam habebat cū carne. Igitur ipse quidē uiuit ut
deus, corpus uerò tanc̄p proprium faciebat, & in
se familiāriter accipiebat corporis passiones, cum
ipse nihil in natura propria pateretur. Prodest igi-
tur & necessarium est, si in uno Christo id accipia-
mus, quod secundū aliud & aliud de uno eodēc̄p
constituatur: & quod in duo diuidi non permit-
rat, licet diuersa inter se & minime conuenientia
acta esse dicantur. Est autem tale quod dico. Na-
tum esse secundū carnem ex muliere dicimus deū
uerbum, quamuis omnibus ipse præbeat nasci: &
ad natiuitatem, quæ nondum nata sint, uocet se-
cundū aliud & aliud. Natus est enim eo quod ho
mo nostri similis intelligatur. Vocat autem ad na
tiuitatem omnia, eo quod natura sit deus. Scriptū
est autem de ipso: Puer proficiebat & confortaba Luce 2.
tur, & implebatur sapientia & gratia, cum natura
sit perfectū ut deus, & ex sua plenitudine spiritu-
lia sanctis impertiat, & ipse sit sapientiæ dator &
gratiæ. Quomodo proficit puer, & sapientia im-
pletur & gratia? secundū aliud & aliud. Cum sit e-
nim idem ipse homo simul & deus, propter unita
tem quidem propria ducit humana. Est aut perfe-
ctus & sapientiæ & gratiæ dator ut deus. Nuncu-
patus est em & primogenitus & unigenitus. Sed
si quis uim ipsam scrutari uoluerit dictionum, pri
mogenitus est, qui est inter fratres plurimos pri-
mogenitus: unigenitus uerò ut unigenitus, non
iam primogenitus, nec inter plurimos fratres, &
est ipse & hoc & illud. Et quomodo? Ergo secun-
dum aliud & aliud. Primogenitus em ut inter plu
rimos fratres, propter humanitatem: unigenitus
porrò idē ut solus ex solo patre natus & deo, san-
ctificatus fuisse dicit per spiritū, cū ipse sanctifica-
re soleat accedentes. Baptizatus est secundū car-
nem, qui in spiritu sancto baptizabat. Quomodo
igitur idem & sanctificat & sanctificatur? & bapti
zat & baptizatur? Secundū aliud porrò & aliud.
Sanctificat aut diuinè, & baptizat in spiritu san-
cto, cū ipse suscitet mortuos. Resurrexit à moru-
is. Et cū sit per naturā uita, uiuificari dicitur. Hoc
quoc̄p quonā modo? Secundum aliud nempe &
aliud. Ipse enim resurrexit quidē à mortuis, & suisci
ficari dicitur secundū carnē, uiuificat aut & suisci-
tat à mortuis, utpote deus. Patitur, & non patitur,
secundum aliud & aliud. Patitur autem humana
carne, eo quod homo sit: impassibilis autem diui- 1. Petr. 4.
nē, manet ut deus. Adorauit ipse nobiscum. Vos
enim, inquit adoratis, quod nescitis, nos adora-
mus quod scimus. Adest etiam adorandus. Flecti
tur enim ipsi omne genu. Hoc quoc̄p secundum
aliud & aliud. Adorat enim, quia naturam assum-
psit, quæ debeat adorare: adoratur autem por-
rò idem, quasi maior adorante natura, eo quod
intelligi-



intelligitur deus. Adoratione uerò non est diui- A
dendum in hominem seorsus, & seorsus in deum:
nec uerò tanc̄p deo coniūctum æqualitate digna-
ta sit diuisus substātijs, cum ipso adorari dicimus
hominem. Id enim extremæ impietatis plenissi-
mum est, sed unum adorandum hominem factū,
& incarnatum dei uerbū, ita tamen ut credamus
corpus ei adunatum, animam iuxta habuisse rati-
onabilem. Necp enim deus omnipotens duos pri
mogenitos præcepit oportere tam à nobis, quam
à sanctis angelis adorari. Vnus est enim, qui est in
troductus in orbem terrarum. Et si introductio-
nis modū curiosius perscrutemur, carnalis dispen
sationis mysteriū inueniemus. Introductus est au
tem in orbē terrarū, tunc cum factus est homo, li- B
cet & natura sua distare ab orbe longissime uidea
tur, & in diuinitatis eminentia uere esse credatur.
Alius est em præter elementa creator ipsorū. Er-
go super ea quæ ipse condidit, secundum naturā
est, quod natura sit deus. Vnus tamen, ut ante di-
xi, adorandus est, & tunc cum in multis fuerit fra-
tribus: tunc enim propterea dictus est primoge-
nitus. Vnum filium adorauit cęcus à natiuitate sua,
cum præcipuo mirabilic̄p modo sanatus est. Nam
cum inuenisset eum, inquit, in templo Iesus, dixit:
Tu credis in filium dei? Ille aut dixit: Qui est do-
mine ut credam in eum? Christus uerò ei seipsum
cum corpore demonstrabat: Et uidisti quidem e-
um, & qui loquitur tecū, ipse est. Vides quod sin-
gulari numero utatur, nō permittens deum & ho
minem seorsum intelligi? Imò uerò & si quis ho- C
minem nominauerit Emmanuelem, minimè qui
dem communem hominem significauit, sed Dei
uerbum adunatum nostræ naturæ. Sicut unū ho-
minem adorauēre beati discipuli, cum eum uiden
tes mitis modis inter aquas ambulare, adorāt, di-
centes: Vere dei filius est. Si uerò hominē cū deo
coadorari dixerimus, diuisionē spaciosissimam
inducemus. Συν enim semper, quod latinè est, cū
sin significatione unitatis, quæ est per compositi
onem ponatur, duo omnino cogit intelligi. Quē-
admodū enim nemo sibi cōuiuere dicitur, neque
concœnare, aut coadorare, uel coābulare: duarū
enim personarum significationem inducet præ-
positio uerbo præposita. Ita etiam si quis coadora
ri hominē cū deo dixerit, duos planè filios dicit, et D
eos esse disiunctos. Vnitatis enim ratio si in sola
dignitatis æqualitate siue autoritatis intelligatur,
non esse uera conuincitur, idc̄p à nobis iam pluri-
bus ante probatum est.

*Ad illos qui aiunt, quod sola relatione Deum uerbum deceant humana.*

## CAP. XXVIII

Garriunt nonnulli de carnali dispensatione
unigeniti & uenerabile & magnum ac supe
rius spiritibus amabilissimū mysteriū, per quod
etiam saluati sumus, ad sensus fragiles deferētes,
deus contaminant, pulchritudinemc̄p ueritatis,
cum eos oporteat, non si quid recte habere uideā
tur roborare conari: sed inspicere magis subtili a-
curoc̄p mentis oculo sacrum propositū literarum,
atque rectum ita iter ingredi, sectantes ea quæ pa

A tres sanctissimi examinarunt, qui sancti spiritus il
luminationibus eruditi, sanxere nobis symbolū
fidei, ipsum quod ex patris substantia inæstimabi
liter natum est deum uerbum, per quod omnia fa
cta sunt quæ in cœlo & quæ in terra, propter nos
homines & nostræ salutis causa descēdisse, carnē
factum, passum, ascendisse in cœlum, uenturū per
tempora, iudicare uiuos & mortuos. Verum nō-
nulli sunt, doctos se esse scientesc̄p opinantes, &
supercilio & tumore inflari, qui si hęc uerba audi-
erint, deridēt, & ea quæ tanc̄p rectè sunt dicta, de
liramenta magis existimant: cum præsertim creda
mus, illuminatione spiritus sancti patuisse sanctis
patribus scientiam ueritatis: at illi tanc̄p si soli pos-
sint meliora sentire, non ipsum existimant unige-
nitum dei filium, quod est ex substantia eius deū
uerbum passum esse, sua carne pro nobis huma-
nè. Licet eo quod deus intelligitur, in sua natura
habeat, ut pati non posset: hominem autem seor-
sus & separatim eum ponentes, qui est ex sancta
uirgine procreatus: deinde ei, quantum ipsis ui-
detur, modum gloriæ tribuentes, adunatum fuis-
se dicunt uerbo dei & patris: & rationem aduna-
tionis exponentes, donatam esse ipsi dicunt à deo
æqualitatem dignitatis siue autoritatis, & ut simi
li appellatione & Christus & filius dicatur & do-
minus. Sin uerò etiam passus esse aliquid dicatur
homo, qui ab ipsis excogitatur: oportere aiunt in
ipsum deum uerbum referri, eo quod coniunctus
sit ipsi æqualitate dignitatis, cum naturis diuersis
unusquisque id sit, quod est. Explanabo autem C
uim sententiarum, quantum ipse ualuero, sacra-
rum literarum exempla proponens. Esuriit Chri-
stus, itinere fatigatus est, dormiuit, ingressus est in
nauiculam, pulsatus est à ministris uerberibus, à
Pilato flagellatus est, sputamina militum excepit,
qui lancea latus pungentes, acetum mixtum fel-
le ori eius obtulerunt: gustauit autem & mortem
cruce, passus & alia conuicia ludæorum. Hæc o-
mnia homini quidem contigisse commemorat, re
ferri uerò in filij ueri personam. At nos credimus
sicut in unū Deum patrē omnipotentē, omnium
uisibilium & inuisibilium factorem: ita etiam in
unum dominum nostrum Iesum Christum filium
eius. Diuidere uerò seorsus in hominem Emma-
nuel recusamus, & seorsum in uerbum. Scien-
tes autem, quod factum sit iuxta nos uerbum &
homo, uerè ipsum eundemc̄p dicimus Deum de
deo, humanè uerò hominem iuxta nos ex mulie-
re. Affirmamus autem propter familiaritatem
carnis quidem eum infirmitates fuisse perpessum:
seruasse uerò naturæ suæ impassibilitatem, eo
quod non homo erat solum, sed idem etiam
deus natura. Et quemadmodum erat proprium
corpus ipsius, ita enim naturales corporis, &
inculpabiles passiones: nec non ea, quæ ei illa-
ta sunt petulantia nonnullorum: patiebatur au-
tem impassibiliter, qui non idcirco se humilia-
uit, ut esset tantum similis nostri: sed quia, ut ante
dixi, naturæ suæ, ut istis omnibus superior reser-
uasset, ac si diceremus, quod per conuersionem,

uel

uel commutationem naturæ suæ, in naturam tran A
sierit carnis: necesse erat omnibus modis nos inui
tos etiam confiteri arcanam diuinamq; naturam
fuisse passibilem. Sin autem manserit incummuta
tus, licet iuxta nos homo fit factus, & est proprium
cœlesti naturæ ut pati non posset: deinde per adu
nationem ipsius fuerit corpus passibile, patitur cor
pore patiente, eo quod ipsius fuisse dicitur propri
um: manet uerò ipse impassibilis, eo quod ipsius
est. Porrò proprium ut pati non posset, & sit glori
ficatus est Emmanuel per passionem, ut ipse dixit
cum pro nobis preciosam crucem esset passurus,
nunc glorificatus est filius hominis: cur passionis
gloriam homini tribuentes, solam habenti cõiun
ctionem cum eo in æqualitate dignitatis, non eru
bescunt? Nam sicut ipsi existimant, coniunxit sibi B
secundum uoluntatem patris & complacitum ho
minem. Similiter & eum suæ gloriæ parem effi
cit & concessit, ut simili appellatione Christus &
filius & deus nominetur, & dominus. Ergo neq;
incarnatum est uerè uerbũ, nec prorsus homo est
factum, & fortè etiam falsos mẽdaces q; dicere do
ctores sanctos mundi totius, nullum patiatur de
trimentum. Aut enim dicant, imò magis procedant in medium, probaturi quod coniunctionis,
quę ab ipsis inducitur modus habet uim, & idem
uerbum hominem factum. Aut si ea non ita habe
re existimant, quare coniunctionis nobis inconiunctæ modum excogitant, ueritate neglecta, cũ
deceat eos dicere humanitati nostræ adunatũ fu
isse dei uerbum & patris: ita enim carne quidem C
propria intelligatur passus humana: quantum ue
rò pertinet ad diuinitatis naturam, molestiæ om
nis expers ut deus. Quod uerò relationem nomi
nantes, quæ nescio quomodo ab ipsis reperta est,
gloriæ detrahant Emmanuel quoq;, eum uix u
num sanctorum efficiant prophetarum. Et quod
inter mensuras constituant plurimorum, in eoq;
proculdubiò capiantur. Probabo. Porrò diuinæ
scripturæ ponens exempla. Murmurabat aliquã
do in deserto aduersus Mosen & Aaron populus
Israel, dicentes: Vtinam mortui essemus, percussi
à domino in Aegypto, cum sedebamus ad ollas
carnium, & edebamus carnes usq; ad satietatem.
Dicit deinde sapientissimus Moses (erat enim cõ
sequens tam temerè impatientes confutare) Nos D
aũt qui sumus? Neq; enim aduersum nos est mur
muratio uestra, sed aduersus deum. Regnabat au
tem per illa tempora etiam deus omnipotens, per
sanctos prophetas populo Israel. Illi autem in hoc
etiam pusillanimes accedebant ad diuinum Sa
muel, dicentes: Ecce tu senuisti, & filij tui non am
bulant in uijs tuis, & nunc constitue super nos re
gem, qui iudicet nos, sicut & cæteræ gentes. Mo
leste quidem nimis ferebat id propheta. Ait autẽ
deus omnipotens: Audiui uocem populi, sicut lo
cutus est ad te, quia te non spreuerunt, sed me, ut
non regnem super eos. Dixit autem alicubi etiam
Christus sanctis apostolis: Qui recipit uos, me re
cipit. Nec non etiam misericordes pro tribunali
suo allocuturum se pollicetur: Venite benedicti



& per rectas cogitatiões & sensus ad cœlestis uo A
catiõis palmã peruenie mus, in Christo, per quẽ,
& cũ quo deo & patri gloria cũ S. spiritu Amen.

BEATI CYRILLI SERMO, DE eo quod uerbum dei factum sit homo, Io anne Oecolampadio interp.

PRofundum quidem & magnum, uereq; admiratione dignũ est hoc religionis sacramen
tum, atq; adeò angelis beatis desiderantissimũ.
Dicebat em̃ aliquando Seruatoris discipulus de
his quæ à sanctis pphetis dicta super Iesu omniũ
nostrũ seruatore: quę nũc reuelata sunt nobis per
eos, qui euangelizãt nobis in spiritu sancto è cœ
lis misso. In quæ desiderant angeli prospicere. B
Sanè omnes prosp exerunt, qui intellexerunt ma
gnum hoc religionis sacramentum: quoniam na
tus est secundum carnem Christus, gratiarum a
ctiones pro nobis offerentes, dicebant: Gloria in
excelsis, & in terra pax, in hominibus bona uolũ
tas. Quomodo enim lætitia implendi non erant,
mundi saluatorem & redemptorem uidentes na
tum è sancta uirgine, qui etiam uno peccatore pe
nitentiam agente, festum agunt: sicut dicit Salua
tor. Tripudiet igitur propter nos sanctorum spi
rituum multitudo. Et quod hic argumentum?
unigenitus homo factus est, natus est secundum
carnem, innotuit dominicæ erga nos benignita
tis latitudo, & incomparabilis misericordiæ ma
gnitudo. Absorpsit mors ualida. Et iterum: Abstulit Deus C
omnem lachrymam ab omni facie. Abstulit au
tem quodammodo omnis faciei lachrymã. Vel
quo pacto ueterem illam maledictionẽ ut ineffi
cacem declarauit, & aduersantissimum mortis
destruxit imperium, docebit iterũ sapiẽtissimus
Paulus: Nam quia paruuli participes fuerunt san
guinis, & carnis, & ipse similiter particeps fuit eo
rum: ut per mortem eum qui mortis potestatem
haberet, aboleat, hoc est diabolũ, & liberet eos qui
metu mortis per omnem uitam seruituti obnoxij
erant. Quid igitur est hoc, similiter particeps fuit
eorum? Vel illud nimirum quòd factus est sicut
nos, ex sancta & Dei genitrice Maria in sangui
ne & carne. Nam cum uerbum Dei sit Deus natu D
ra, & uerus, cõsubstantialis & coæternus patri, &
suæ sublimitatis excellentia honorificẽtissimus,
& in forma & similitudine eius qui genuit: nõ est
rapinã arbitratus quòd esset æqualis Deo, sed se
metipsum exinaniuit forma serui assumpta è san
cta Maria, in similitudine hominum factus, & fi
gura inuentus ut homo, humiliauit semetipsum,
factus obediens usq; ad mortem, mortem autem
crucis. Itaq; sponte usqueadeo se humiliauit, qui
de sua plenitudine dat omnibus. Demisit autem
se, propter nos, à nullo coactus, sed ultroneus pro
pter nos serui formam accepit, qui secundum na
turam suam liber. Inter eos qui nobis similes, qui
super omnem creaturã est. Inter eos qui sub mor
te, qui omnes uiuificat. Ipse enim est panis uiuus,
& uitam dedit mũdo, factus nobiscum sub lege,
qui super legem & legislator, utpote Deus. Inter A
eos qui initium & natiuitatem habent, qui ante
omne seculum & tempus, imo seculorum condi
tor & factor. Quomodo igitur fuit sicut nos cor
pore assumpto ex sancta Virgine, corpore autem
non inanimato, sicut uisum est quibusdam hære
ticis, sed animato, atq; adeò anima rationali. Sic
prodijt perfectus homo ex muliere absq; pecca
to, uerè & non opinione uel phantasia. Non con
temptior fuit in hoc quòd erat deus, neq; id abie
cit quod erat: semper est & erit deus. Sic dei geni
tricem dicimus sanctam uirginem. Nam sic bea
tus Paulus dicit: Vnus Deus & pater, ex quo om 1. Cor. 8.
nia: & unus Dominꝰ Iesus Christus, per quem o
nia. Non enim diuidimus unum dominũ, & De
um & Saluatorem nostrũ in duos filios, eum qui
homo fuit, & incarnatum dei uerbum. Neque si
cut opinantur quidam hæretici & imprudentes,
quòd humanitas & Deitas mutuũ confusæ sunt,
ita quòd uerbum dei in naturam carnis concesse
rit, & natura carnis in naturam Deitatis cõuersa
sit: inuertibile enim & immutabile omnibus mo
dis est uerbum Dei: sed quòd carnẽ animatam a
nima ratiõali sibi ex sancta uirgine uerè uniuerit
uerbum Dei, ineffabiliter incarnatum, & factum
homo dicitur. Sufficiat igitur ad rectam et ad irre
prehensibilem fidei nostræ confessionem, dei ge
nitricem dicere & confiteri sanctam Virginem:
id autẽ adducere, quod & hominis genitrix sit,
non est necesse neq; utile. Edocti em̃ sumus con
fiteri unum Deum, & credere eum, etiam postq; C
homo factus est, sicut Paulus dicit: Vnus Deus, 1. Tim. 2.
unus & mediator Dei & hominum. Nam homi
nem quidem dicimus factũ esse inuertibiliter dei
Verbum, & quantum quidem ad naturam car
nis pertingit, peperit beata Virgo corpus cõsub
stãtiale suo & nostro: sed in hoc quod dicitur dei
genitrix, simul colligitur & hominis manifesta
tio. Non enim nudam peperit Deitatem sancta
Virgo, sed unitum carni Dei uerbum. Et non alt
er intelligitur dei genitrix, nisi hoc modo. Nam
omnino præintelligitur confessio incarnationis.
Et sic ultrà uerũ erit quod Dei genitrix fuerit san
cta Virgo, quæ peperit mirabiliter unum Chri
stum, similiter carnis nobiscum participem & san
guinis, & consubstantialem ei, & nobis secũdum
humanitatem, ita ut caro sit ex Dei genitrice Ma
ria. Non enim similis substantiæ, ut quibusdam
uidetur hæreticis, sed ὁμοούσιος, hoc est cõsubstan- ὁμοούσιος
tialis, id est, ex nostra substantia. Dicit enim: Se- Heb. 2.
men Abrahæ apprehendit. Qui autem dicit ὁμοι
όσιον, hoc est, similem substantia, non dicit uerum
hominem, sed similitudinem filij hominis, sicut
Daniel dicit. Apostolus autem non similitudinẽ Dan. 10.
nos docuit, sed inquit: Homo Christus Iesus, qui 1. Tim. 2.
dedit semetipsum redemptionem pro omnibus.
Consubstãtialem autem qui dicit, dicit eundem
esse cum patre & Deo secundum diuinitatem, si
cut & Patres nostri confessi sunt, dicentes ὁμοού
σιον, hoc est, consubstantiale patri, et non ὁμοιούσιον,
hoc est similem substãtia. Proinde cum dicamus

Universidad de Deusto
Biblioteca



Dei genitricẽ, superflua & non necessariò superaddimꝰ hominis genitricem. Sufficit enim, ut dixi, prima uox totius sacramenti nostri confessionem continens, & nullam loquacitatis occasionẽ uolentibus ueritatem calumniari suppeditans. Mos enim hæreticorum est etiam ea quę rectè dicta sunt, in adulterinum sensum peruertere. Abducimur autem nullo modo intelligentes quod errârint, & ipsas diuinas scripturas corruperint. Proinde nostrum fuerit, digna & sententiæ congrua proferre uerba. At si isti non recte intelligunt, nihil ad nos. Ipsi audient per prophetam dicentem: Væ his qui dicunt malum bonum, & bonum malum. Atqui nulla communio est lucis & tenebrarum, nulla conspiratio Christi & Belial. Nam nos ingrediemur uiam rectam, & nihil adulterini habentem, hoc est semitam regiam, & nõ obliquam: atque sic occurremus ad prẽmium supernæ uocationis, per quem & cum quo Deo & patri gloria cum sancto spiritu in secula seculorum. Amen.

Esa. 5.

### *Cyrilli Alexandrini episcopi, ad Successum episcopum Isauriæ Diocæsariensem epistola prior.*

PErlegi Commonitorium, quod à tua sanctitate directum est, & nimiũ gratulatus sum, quod dũ ualeas ex multa doctrina, uel nobis prodesse, uel alijs: tamen admonere digneris, ut quæ mente retinemus, & recta esse perspicimus, distribuamus. Sentimus igitur de Saluatoris nostri dispensatione, ea quæ & ante nos sancti patres nostri pia mente senserunt. Quorum studiosis laboribus nostram intelligentiam coaptantes, ita eos per omnia sequimur, ut nihil nouum rectis dogmatibus inferamus. Quia uerò tua perfectio scitatur, utrum dicere in Christo duas naturas aliquando, uel non dicere debeamus, ad hoc tibi respõdere necessarium credidi. Diodorus quidam cum primo tempore πνευματόμαχος, id est, spiritui sancto aduersarius existeret, ut aiũt, orthodoxæ communicauit ecclesiæ. Hic ut putauit Macedonianę deponens maculam perfidię, in alteram recidit ægritudinis qualitatẽ. Sensit enim, et scripsit, quod alter sit filius seorsim qui de semine Dauid, & sancta Virgine natus est: et alter iterũ proprie filius Dei patris existat. Qui ouina pelle lupum contegens, simulat quidem unum se Christum dicere, hoc nomen tantummodo dei patris uerbo filio unigenito tribuens: gratiam uerò & huic deputãs, sicut ipse dicit, q est ex semine Dauid, quem & filium uocat, tanquam unitum, inquit, ei qui secundũ ueritatem est filius. Vnitũ autem non sicut nos adserimus, sed iuxta solam dignitatem & autoritatem, & honoris æqualitatẽ. Huius discipulus Nestorius fuit, & ex librorum eius eloquijs obscuratus, simulat quidem se unũ Christum, & filium, & dominum confiteri: uerũtamen & ipse in duos unum indiuiduumq; partitur, hominem dicens deo uerbo æquiuoca nũcupatione, & honoris, & æqualitate atque dignitate coniunctum. Nam & uoces in euangelicis & apostolicis de Christo positas, desinit ac dicit eas quidem tanq; homini conuenire perfecto, quas humanitus protulit: illas uerò deo uerbo congruere, quas Deitati dignas indubitanter exprompsit. Ipsum uerò multipliciter diuidit, ac sequestrat hominem adserens, propterea & sanctam Virginem non dicit Dei esse genitricem, sed potius hominis matrem. Nos autem hæc non ita esse cognoscimus, sed per scripturas diuinas, quibus sanctis patribus sumus edocti, unũ filiũ & Christum, & dominum confitemur, hoc est, dei patris uerbum natum quidem de deo ante secula diuinitus atq; ineffabiliter: in nouissimis autẽ mundi temporibus propter nos secundũ carnem de sancta & beata uirgine genitum. Quam etiam, quia deum factum hominem & incarnatum ex se protulit, ideò Dei genitricem ueraciter appellamus. Vnus ergo est filius, unus Dominus Iesus Christus, & ante incarnationem, et post incarnationẽ. Non enim alter est filius uerbum dei patris, & alter iterum qui de sancta Virgine natus est, sed idẽ ipse qui est ante secula deus, etiam secundum carnem ex muliere creditur editus, non quod ex ea initium deitas eius acceperit ut sit, aut subsistẽdi principium de sancta Virgine sumpserit: sed potius, ut dixi, quod uerbum subsistens ante secula secũdum carnem quod dicitur ex ea progenitũ, propria enim facta est eius caro, sicut & singulis nobis est proprium corpus. Quia uerò nonnulli calũniantur nos, quod Apollinaris dogma sectemur, et aiunt: quia si unum dicitis iuxta unitatem ueriſsimam filium uerbum Dei patris factum hominem & incarnatum, utiq; phantasiam per hoc inducitis, & separare probamini. Quod autẽ confusio, aut contemperatio, aut permixtio facta sit uerbi in carnem, uel corporis conuersio in Deitatis essentiam, hanc nos calumniam nimis prudenter abominamur, dicentes: quia Dei patris uerbũ inæstimabiliter atq; ineffabiliter unierit sibi corpus animatum anima rationali, & processerit homo ex muliere, non conuersione naturę factus nos, sed dispensatoria potius uoluntate. Voluit enim fieri homo, quod non erat: secundum naturam autem quod erat Deus nequaquam prorsus abijciens. Nam quamuis in nostram mensuram descendens formam serui susceperit, in suæ tamẽ Deitatis celsitudine, et naturali dominatione permansit. Vnientes igitur nos sanctæ carni, habentem animã intelligibilẽ ineffabiliter, & super humanam intelligentiam dei patris uerbum inconuertibiliter unum Christum filium & Dominum confitemur, eundem Deum simul & hominem non alterum & alterum, sed unum eũdemq; hoc & illud singulariter existentem. Idcirco aliquando quidem ut homo iuxta dispẽsationem humanitatis effatur, aliquãdo uero tãquam Deus cum potestate quę deo digna est, sermones eloquitur. Illud etiam confitemur, scrutantes studiosissime modum dispensationis in carne, & contemplantes subtiliter tanti sacramenti mysterium, pertinacem quod uerbum Dei patris caro sit factum, quam

*Diodorus.*

*Nestorius discipulus Diodori.*



quam sacratissimam carnẽ non ex diuinitatis suæ natura formauit, sed potius eam ex uirgine sancta susceperit: alioquì quòmodo factus est homo, si non humanum corpus adsumpsit? Aduertentes, ut dixi, modum incarnationis, inspicimus quòd duæ naturæ secundũ unitatem indiuiduam incõfuse atque inde mutabiliter sibi conuenerint. Caro caro est, & non Deitas, licet Dei facta sit caro. Similiter etiam uerbũ Dei est, & non caro, quamuis dispensatorie propriam fecerit carnem. Cum hoc ergo consideramus, nihil lædimus conuentum, quem ad unitatem diximus ex naturis duapus effectum: propter unitatem uero non sequestramus naturas ab inuicem, nec in duos filios unum indiuiduũq; partimur: sed confitemur unũ filiũ, & licut patres asseruerunt, unam uerbi naturam dicimus incarnatam. Quantum ergo pertinet ad intelligendum, solummodo id contemplandum oculis animę, quomodo sit incarnatus unigenitus: duas naturas adunatas esse perspicimus, sed unum Christum filium & dominum dei Verbum factum hominem, incarnatumq; profitemur. Et si placet, huius compositionis etiam exnobis ipsis, iuxta quod sumus homines, accipiamus exemplum. Compositi enim ex anima constamus et corpore, duasq; intuemur naturas: altera quidem corporis, altera uerò animæ: sed unus homo secundum unitatem ex natura utraque subsistens compositus duarum naturarum, duos homines eum qui unꝰ est quomodo facis? Sed, ut dixi, secundum compositionem unus homo est qui ex anima cõstat & corpore. Nam si negamus quod ex duamus diuersisq; naturis unus & solus Christus sit, post unitatem indiuisam existentibus dicant qui rectæ fidei contradicunt, si una natura totus est Christus, quomodo factus est homo, aut quam carnem facere dignatus est propriam? Quia uerò in ipso Commonitorio tuo uim quandã sermonis huiuscemodi reperi, quod post resurrectionem sancta caro Christi saluatoris omnium nostrum in Deitatis sit conuersa naturam, ita ut iam tota diuinitas sola esse uideatur oportere, credidimus etiam ad hoc dare responsum. Beatissimus Paulus causas incarnationis unigeniti filij Dei nobis exponens, aliquando quidem scripsit: Quoniam quod impossibile erat legi, in quo lex infirmabatur in carne, Deus filium suum mittens in similitudine carnis peccati: & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificia legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritũ. aliquãdo uerò: Quoniam pueri, inquit, communicauerunt sanguini & carni, & ipse similiter participauit ijsdem, ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, hoc est diabolũ, & liberaret eos, qui timori mortis per totam uitam erant obnoxij. Non enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit, unde debuit per omnia fratribus similari. Fatemur ergo per hæc prævaricationem humanam fuisse corruptam substantiam, & intelligentiam nostram uoluptatibus carnis, & insitis motibus accidentibus nostræ naturæ uelut tyrannica dominatione compressam. Vnde necessarium fuit ut pro salute nostra, qui moramur in terra, Dei uerbum homo fieret, & humanam carnem corruptiõi deditam, & uoluptatum illecebris ægrotantem, propriam faceret. Et quia est uita cũctorum, corruptionem quidem eius destrueret, compesceret autem insitos motus, eos uidelicet, qui nos ad uitia uoluptatésque præcipitabant. Sic enim oportebat mortificari in nostra carne delicta. Meminimus autem & beatissimum Paulum legem peccati appellantem insitos nobis uoluptarios motus. Quapropter quia humana caro facta est uerbi propria, desiit iam corruptioni succumbere. Et quia peccatũ non nouit, tanquam Deus qui eum subuniuit, & ut dixi, propriam fecit, desiuit iam uitijs ac uoluptatibus ægrotare. Nec hoc sibi perfecit unigenitus filius Dei, uerbum est enim quod est semper, sed proculdubio nobis: nam similes sumus ex Adæ prævaricatione subiecti, uenient utiq; nobis etiam bona quę in Christo sunt, hoc est incorruptio & abolito peccatorum. Factus est igitur homo, non adsumpsit hominem, sicut Nestorio placet. Et ut credereꝰ quia factus est homo, manẽs quod erat, uidelicet deus iuxta naturam, idcirco & esurire dicitur, & ex itineris labore lassescere, perferre etiam somnum, perturbatiões, atq; tristiciam, cæterasq; humanas absq; uitijs passiones. Itemq; ut satisfaceret uidentibus eum: quia cum homo sic, etiam Deus uerus permanet, operabatur diuina miracula, increpans mare, suscitans mortuos, & cætera miranda perficiens. Sustinuit autem etiam crucem, carne sua mortem, non natura Deitatis excipiens, ut primogenitus ex mortuis fieret, & iter humanæ naturæ faceret ad immortalitatis excursum. Infernus quoque idem tenebatur obstruse: post resurrectionem uerò erat quidem corpus ipsum quod passum fuerat, ueruntamen iam non habens in se infirmitates humanas: non enim illam patientem famis, laboris, uel similis alicuius adserimus: sed iã incorruptibile confitemur, nec hoc solum, sed & uiuificum: uita eñ corpus est, id est, unigeniti filij Dei, glorificatum est claritate Deo dignissima: & intelligitur Dei corpus. Idcirco si quis illud diuinum dicat, sicut & hominis humanum, à decentissima ratione non deuiat. Vnde puto beatissimum quoque Paulum dicere: Etsi cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Dei enim, ut dixi, proprium corpus existens omnia humana transcendit. Conuersionem autem in Deitatis naturam corpus è terra non potuit sustinere: hoc enim impossibile est: alioqui deitati derogamus tanquam factæ, & uelut adsumpto aliquid in se, quod eius iuxta naturam proprium non sit. Dehinc æqualis probatur ineptiæ, dicere conuersum esse corpus in Deitatis naturam: & illud, quod Verbum sit in carnis substantiã commutatum. Sicut enim hoc impossibile est, quia inconuertibile et incommutabile comprobatur:

ita etiam illud non est possibile, in Deitatis essen A
tiam uel naturam aliquid creaturam posse con-
uerti. Est autem creatura etiam caro. Ideoque di
uinum quidem dicimus corpus Christi, quia cor
pus est Dei, & ineffabili gloria illustratum, in-
corruptibile, & iam sanctum atque uiuificum
confitemur. Quod autem in naturam Deitatis
sit immutatum, neque sanctorum Patrum quis-
quam sensit aut docuit, neque nos ita sentimus.
Sed nec illud tua sanctitas ignoret, quod beatæ
*Athanasij epistolæ ad Epictetum,* memoriæ pater noster Athanasius, Alexandrinę
urbis episcopus, dum per idem tempus quæstio-
nes aliquę mouerentur, epistolam scripsit ad Epi
ctetum Corinthiorum episcopum, per omnia re-
ctæ fidei adsertione annexā. Et quia ex ea Nesto-
rius arguebatur, cum legentes eam defensores re B
ctæ fidei cohiberent etiam eos qui probantur si-
milia sentire Nestorio, correptionem suæ confu-
tationis ex ea impij formidantes, machinati sunt
acerbissimum quiddā, & hæretica prauitate dig-
nissimum. Præfatam nanque adulterant epistо
lam, sublatis ex ea quibusdā, aliįs suppositis edi-
derūt, ita ut putaretur ille similia Nestorio sapuis-
se. Fuit ergo necessarium, ne forsitan & ibi apud
uos ab aliquibus corrupta inferat, ex nostris ex-
emplaribus tuæ Reuerentiæ paria destinare.
Nam & uir religiosus, Emisenæ ciuitatis episco-
*Paulus Emisenus.* pus, Paulus Alexandriam ueniens, mouit de hac
causa sermonem, & inuentus habere ipsius exem
plar epistolæ, sed corruptum ab hæreticis, atq; de
prauatum, unde popposcit ex nostris scriptis An-
tiochenis similia dirigi, quam etiam destinare cu C
rauimus. Sequentes quoque per omnia sanctorū
Patrum rectæ fidei prædicationem, librum cōtra
Nestorij dogma conscripsimus: necnon & alte-
rum cōtra nonnullos, qui uim Capitulorum eo-
rum reprehendere tentauerunt, quod tuę Reue-
rētię destinaui, ut si forsitan aliquibus unius eiusd-
emq; fidei fratribus nostris quorundam garruli
tate surreptum est, estimantibus quod nos pœni
teat super his quæ cōtra Nestorium gessimus, ex
his lectionibus corrigantur, & discant, quod op-
time dudū, atque rectissime corripuerimus eum,
tanquam deceptum: & nunc nihilominꝰ insista-
mus blasphemijs eius ob nefarium repugnantes.
Tua uero perfectio cū possit aut maiora sentire,
prodesse nobis scribendo, hortandoq; dignetur.

D

*Cyrilli Alexandrini episcopi ad Successum Epis*co-
*pum Isauriæ Diocæsariensem epi*-
*stola posterior.*

DEclaratur quidem ueritas his qui dissigunt
eam: oculit autem se, quantum arbitror, &
latet iniquorum mentes, fugitq; intelligentiā cal
lidorum. Non enim se dignos exhibent, qui syn-
cerissimis eam intueātur obtutibus, & amatores
quidem immaculatæ fidei in simplicitate cordis
Deum, sicut scriptum est, deprecantur. Qui au-
tem distortos calles ambulāt, & quibus prauum,
iuxta quod in Psalmis dictum est, cor adhesit, per
*Psal. 100.* uersorū sensuum sibi multiplices occasiōes accu
mulant, ut peruertant uias Domini rectas, & sim
plicium trahant animas illicita quoque sentire.
Hæc autem dico lectis commonitorijs à tua san-
ctimonia destinatis: in quibus reperi quædam ni
mis incaute proposita ab his, qui nescio quomo-
do falsam eruditionem affectant. Erant autem i-
sta proposita: Si ex duabus, inquit, naturis factus
est Emmanuel, post unitam uerò una uerbi natu-
ra intellígitur incarnata, hoc procul dubio conse-
quitur, ut eum necessario fateamur in sua natura *Obiectio ad*
fuisse perpessum. Beatissimi patres nostri, qui sa- *uerisimile.*
crum nobis rectæ fidei symbolum formauerunt,
ipsum dixerunt Dei patris uerbum de substantia
eius unigenitū, per quod facta sunt omnia, incar-
natum & hominem factum, nec ullo modo san-
ctos illos dicimus ignorasse, quod unitum uerbo
corpus animatum fuerit anima rationali, ita ut si
quis incarnatum adserat uerbum, non sine ani-
ma intelligibili unitam & carnē necesse est adse-
ueret. Sic enim arbitror, imò potius ut tutum cō-
fidenter adfirmo, etiam beatissimū Ioannem e-
uangelistam dixisse: uerbum caro factū est, & ha-
bitauit in nobis: non tanquam carni sine anima,
quod absit, uerbum fuerit adunatū, aut quod mu
tationem, conuersionemq; pertulerit, id est, id q̄d
erat, hoc est natura Dei sine dubitatione perman
sit. Dignatus est autem esse homo, & fieri secun-
dum carnem sicut nos ex muliere, unus idem filі
us perseuerat, non incorporeus, ut olim ante tem
pora incarnationis extiterat. Et licet nō sit unius
substantiæ uerbum quod ex patre est genitum, et
ectum est confitetur: Carnem autem factam dicen
tes, hominem factū profecto testamur. Quæ igi-
tur necessitas eum pati in suæ Deitatis essentia, si
post unitionem dicatur una natura uerbi incar-
nata? Si enim non esset in sermonibus dispensati
onis quod passionē possit excipere, rectè ista for
tasis adfererent: quia cum nō existeret quod pa-
ti posset, omnis esset necessitas uerbi substātię cō
tingere passionem. In eo autem quod incarnatus
Dei filius dicitur, omnis ratio cum dispensatione
carnis infertur. Incarnatus est autem non aliter:
sed semen Abrahæ apprehendens, & per omnia
similis fratribus factus formam serui suscipiens.
Quapropter garrulitatem suam inaniter perdide
runt, qui dicunt consequens esse eum pati opor-
tere in propria natura, dum caro subiaceat, erga
quem proculdubio credatur passionem proue-
nisse, uerbo impassibili perdurante. Sed id circo
illud propter iniuriam passiōis adserimus. Sicut
enim proprium eius effectum est corpus, sic & u-
niuersa corporis, absque peccato, proprietate di-
spensatoria eius esse dicuntur. Sed aiunt: Si una
natura uerbi est incarnata, omnis manet profecto
necessitas, confusionem permixtionémque fieri,
imminuta ueluti atque subtracta in eodem hu-
mana substantia. Ignorauerunt item qui recta

peruertunt,



peruertunt, quod iuxta ueritatem una uerbi na- A
turā sit incarnata: sic enim unus est filius, natura
ueritate uerbū, quod ineffabiliter ex patre est
editum. Si idem quoque per assumptionem car-
nis non exanimis, sed potius anima rationali pro
cesit homo de muliere, nō in duas diuiditur id-
circo personas, sed filius unus idemq; permansit:
ueruntamen nō incorporeus, nec extra carnem,
quam sibi fecit propriam iuxta indiuiduam uni-
tātem. Qui uerò hoc adstruit, non cōmixtionē,
aut confusionem, nec aliquid ijs simile prorsus
adfirmat, nec id unquam uelut ex ratione neces-
saria consequitur. Nam si unus dicitur unigeni-
tus filius Dei, incarnatus, & homo factus, non i-
deo, iuxta quod illis uidetur, permixtus à nobis
adseritur. Nec enim substantia uerbi in naturam B
carnis ulla ratione transfusa est, nec carnis in uer
bum, sed in sua proprietate utraque manente na-
tura, atq; intelligenda iuxta rationem, quam nu-
per edidimus, incomprehensibiliter atque ineffa
biliter unita creditur, unaq; filij natura, ut dixi-
mus, à nobis incarnata memoratur. non enim de
solis tantum simplicibus per naturam unum spe
cialiter dicitur: sed etiam de ijs quæ iuxta com-
positionem aliquā conuenerunt, ut est, uerbi gra
tia, homo, qui ex anima constat & corpore. Nam
hæc alterutrum sibi specie differūt, nec unius es-
sentiæ comprobātur, ueruntamen unitam unam
naturam hominis perfecerūt, quamuis adsit com
positionis ratione differentia, secūdum quam in-
diuisam unitionem natura utraque concurrit. C
Superfluis igitur sermonibus immoratur, qui di-
cunt: Si una uerbi natura est incarnata, hoc sequi
tur omnimodis, ut permixtio confusioq; genere-
tur, uelut imminuta suppressaq; humana substan
tia. Non enim minuitur, ut æstimant, neque sup-
primitur: sufficit autem ad significantiā facti ho-
minis fateri quod incarnatus est: hoc enim si tace
retur à nobis, haberent aliquem colorem eorum
calumniæ. Quia uerò necessarie subiunctum est,
quod incarnatus sit, ubi nūc imminutionis modus,
atq; suppressiōis superesse iam poterit? Sed aiūt:
Si perfectus deus, perfectus homo, idem ipse in-
telligetur, & ὁμοούσιος patri esse secundum deitatē,
qui nobis ὁμοούσιος est secūdum humanitatem, u-
bi erit perfectio, si non extitit humana substan- D
tia? Quomodo etiam nobis ὁμοούσιος est, si nō per
manet essentia, quę est nostra natura? Sufficiat et
ea superiori prolata est. Si enim unam dicentes
naturam uerbi, taceremus non inferentes incar-
natum: si negaremus dispensationis arcanū, for-
tasse eorum sermones aliquid persuasionis adser
rent, simulantes interrogare, ubi perfectio in na-
tura humana, aut quomodo subsistat nostra sub-
stantia. Quia uerò perfectionis, quæ constat in
humanitate essentiæ nostræ, declaratio profertur,
per hoc quod dicitur incarnata, desinant arundi-
nem sibi supponere baculum, abijcientes dispen
sationem atque incarnationem negantes. Opor
tebat iuste redargui, quos perfectionem filij con

A stabat in humanitate supprimere. Si autem, ut di
xi, in eo quod incarnatus adseritur, certa & indu-
bitata confessione quod homo factus sit indica-
tur, nihil ultra uetat intelligi, quod unus & solus
existens filius Christus, ipse sit Deus simul & ho
mo, sicut in Deitate, ita etiam in humanitate per-
fectus. Rectissime sanè, nimisq; sapiēter tua per-
fectio rationē salutiferæ passionis exposuit, uni-
genitum Dei filium non iuxta quod est & intel-
ligitur Deus, in sua natura sustinuisse contumeli
am passionis adfirmans: sed passum potius terre
na substantia; oportebat necessariò utraque uni
filio secundum ueritatem salua subsistere: id est,
ut & non pateretur iuxta Deitatem, & iuxta hu-
manitatem idem ipse pateretur. ipsius enim caro
perpessa est. Sed arbitrantur iterū isti, illam quam B
uocāt theopathiam, id est dei passionem per hoc
à nobis induci, nō cogitantes huius dispensatiō-
nis arcanum. Et idcirco malignitate solita nituntur
in hominem trāsferre specialiter passionem,
damnosam impietatē insipienter assectantes, at-
que improuide, ne Dei uerbum credatur esse sa-
luificans, proprium sanguinem pro nobis effun-
dens: sed ut magis homo specialiter & seorsim
intelligatur Iesus, qui hoc impleſſe uideatur. Sic
autem qui non sapiunt, omnem dispensationem
incarnationis euacuāt, & diuinum salutis nostræ
mysterium ad humanum cultum pertrahere la-
tenter insistunt, non aduertentes, quod eū qui ex
Iudæis est iuxta carnem, id est, ex semine esse at-
que Dauid, non solum Dominum gloriæ, sed & C
deum super omnia benedictum in secula beatis-
simus Paulus adfirmet: proprium uerbi corpus
adfixum ligno pronunciās, eiq; crucem per hoc
euidenter adsignans. Comperi uerò etiam aliud
quiddam super hoc esse quod quereretur: Qui e-
nim dicit Dominum nuda carne perpessum, irra
tionabilem & non spontaneam eius adserit pas-
sionem. Si quis autem dixerit eum animatum, a-
nima rationali passum, ut sit eius uoluntaria pas-
sio, nihil aliud probatur adstruere, quam in natu
ra eum humana perpessum. Quod si hoc uerum
est, quomodo duas naturas post passionē subsi-
stere dabimus indiuisas? ita ut si quis dicat Chri-
stum igit̄ passum pro nobis in carne, nihil aliud
adserat, nisi quia Christus pro nobis in nostra na
tura perpessus est. Aduersatur autem nihilomi-
nus hæc eorum propositio ijs, qui naturam filij
adserunt incarnatam, atq; hoc uelut ineptum uo
lentes ostendere, contendunt ubique duas subsi
stentes approbare naturas, ignorantes quia quæ
cunque mentis intuitu diuidunt, hæc prorsus in
alterationē, quæ in parte est, omnimodum ac spe
cialem ab inuicem secernere fugiunt. Sit autem
nobis iterum in exemplum homo, qui iuxta nos
est. Duas nanque in eo cognoscimus esse natu-
ras: animæ unam, corporis alteram, easq; sola di-
scernentes intelligentia, & differentias earū con
templatione subtilissima, uelut etiā imaginatio-
ne animi contuentes, non sequestramus ab inui-
cē, nec eas reciproca uirtute partimur, sed unius

Universidad de Deusto
Biblioteca



esse prorsus aduertimus, ita ut iã duæ nullatenus duæ sint: ut scilicet unaquæq; secundum se subsistat, quinimo utraq; unum animal faciat. Quapropter licet fateantur Emmanuel ex humanitatis natura, diuinitatisq; subsistere, tanquã humanitas propria uerbi facta est, unus cũ ea filius esse cognoscitur: diuina uerò scriptura dicente, quod carne perpessum sit, melius ut & nos quoque ita fateamur. Quod autem in natura humana passiones experit, si non peruerso more ab aliquibus hoc profertur, nihil ratio mysterij lædit. Quid enim est aliud humanitatis natura, nisi caro animata rationabiliter, & passum carne Dominum confitemur? Superuacua igitur curiositate commemorãt eum in natura humanitatis esse perpessum, uel secernẽtes eam à uerbo, ex utraque constituentes specialiter, ut intelligãt esse iã duo, nec unus qui in carne natus, & homo factus est dei patris filius æstimetur. Quod autem dicitur induisse, quæ sit recti dogmatis significatio uidetur existere. Sed ipsi non ita recipiũt: nam indiuisum apud eos iuxta Nestorij nouitatem secundũ alium modum fraudulenter accipitur: aiũt enim secundum æqualitatem honoris, secũdum eandem uoluntatem atq; autoritatem. Indiuisus à uerbo est homo iste, in quo uerbum Deus inhabitat. Hic quippe non simpliciter uerba proferunt, sed cum aliqua ueluti ratione atq; uersutia: Christũ denique uocitatum specialiter adserunt dei uerbum, quod item cõiunctionem cum Christo continuam habere confirmant. Nónne igitur duos Christos qui hoc dicit manifeste pronũciat? nõne hominem deo coadorandum, nescio qua ratione se colere profitetur. Hæc itaque, frater, quæ ab illis perlata cernuntur, collata uicissim parem intelligentiæ nequeũt habere uirtutem. Nestorius eñ duos filios euidenter adsignat: Antiocheni uerò unum Christum & filium, & Dominũ, eundémque se adorare profitentur, illum ex patre credentes secundum Deitatem, eundemq; ipsum secundum humanitatem ex sancta Virgine memorantes. Duarum nanque naturarum unitionem factam prorsus adserimus, ueruntamẽ unum Christum, unum filium, unum Deum rectissime confitemur. Verbum nanque caro factum est, secundum scripturas: ineffabilis etiam, ac dispensatorij conuentus dissimilium rerum indiuiduam uera-
citer adserimus unitatem, ne iuxta quosdam antiquos hæreticos eum ex propria, hoc est Deitatis suę natura sibi opinemur corpus aptasse. Sequentes autem scripturam diuinitus inspiratã, de sancta Virgine corpus eũ accepisse firmamus. Hæc igitur, ex quibus est unus & solus filius dominus Iesus Christus, intellectu percipientes, duas quidem naturas unitas adserimus. Post unitionẽ uerò tanquam ademptа iam in duo diuisiõe, unam credimus filij esse naturam, iam unius. Veruntamen facti hominis & incarnati. Cum uerò dicitur uerbum Dei incarnatum et homo factũ, conuersiõis suspicio procul abstet: quia quod erat, omnino permansit: unitatis etiam ratio inconfusa prorsus adseratur à nobis. Sed qui ex aduerso est, hoc tibi fortassis apponit. Ecce manifeste qui rectæ fidei cõfessionem depromit, duas quidem naturas appellat, uoces autem diuinorũ eloquiorum iuxta earum differentias diuidendas adfirmat, quomodo igitur ista non tuis adsertionibus aduersantia comprobentur? Non enim duabus personis uel subsistentijs uoces, & has quidẽ tanquam homini præter Dei uerbum specialiter intellectas coaptat, illas autẽ tanquam deo dignas, soli Dei patris uerbo deputat, iste damnatus existat. Vocum uerò differentiã nulla ratione sustollimus: quamuis improbaremus, qui eas diuidentes adsignat, tanquam filio singulariter dei patris uerbo, itemq; tanquam homini specialiter intelecto filio, qui ex muliere natus est: una est eũ manifeste uerbi natura. Scimus autem quod incarnata, & in humanitate perfecta sit, ut ante præfatus sum: quo autem modo incarnata & humanitate perfecta sit, si quisquam curiosus uelit inquirere, contemplabitur Dei uerbum formam susceptisse seruilem, & in similitudine hominum factum, sicut scriptura testatur. Et secundum hoc solummodo naturarum uel substantiarum differentia debet intelligi. Non enim idipsum est, quantum ad naturalẽ spectat qualitatẽ diuinitatis, alioquin quomodo Deus uerbum, Deus existens, ad infirmam, hoc est ad nostram se misericordiam inclinabit? Cum igitur incarnationis modus curiose perquiritur, duo quædam inuicem ineffabiliter & inconfuse iuxta unitionẽ conuenisse mens humana proculdubio cõtuetur. Sed unum ex utrisque Dei filium Christum dominum credit, & fit missime recipit. Præter hanc autẽ fidem alia prorsus Nestorij probatur esse perfidia, simulat quidem se cõfiteri, quod incarnatus & homo factus sit Deus uerbũ, sed uirtutem incarnationis ignorans, duas quidem naturas appellat, diuidit autẽ eas ab inuicem, Deum seiunctum constituens, et hominem seorsim similiter ponens, quem etiam Deo coniunctum secundum affectionem, & secundum æqualitatem honoris & autoritatis adfirmat. Sic enim dicit: Huic uisibili Deus inseparabilis est, idcirco inseparabilis, honore non diuido, separo naturas, sed unam facio ueneratione.

Fratres autem Antiocheni ea quidem, ex quibus intelligitur Christo, uelut in nudis ac solis suscipientes adserũt differentiam naturarum, quod non idipsum, ut memini, uelut inæqualitate naturali diuinitas & humanitas: ueruntamẽ unum cut est uere unus, unam eius etiam personam esse dixerunt, nullocq; modo quę unita sunt diuidunt, nec separationem naturalem prorsus admittunt, sicut autori & infelicium inuentorum separare placuit. De domino autẽ uoces iuxta solam differentiam diuidendas esse contendunt, decere litmantes, non quidem alias aptari tanquam filio Dei patris uerbo singulariter, alias autẽ uelut alteri, id est, filio qui de muliere natus est. Sed has quidem Deitati eius, illas uerò eiusdẽ humanitati congruere:

Vocum differentia.

Indiuisum esse hominem à deo

Nestorius duos filios credit.

Antiocheni.



congruere. Deus nanq; est idem ipse simul & homo. Dicunt et alias uoces quodãmodo communes effectas, & ad utriusq; respicientes, ad Deitatem scilicet atq; humanitatem eius. Est autẽ tale quod dicõsunt quędam uoces maxime Deo dignissimæ: item uerò aliæ congruentes humanitati: alię autem mediũ quendam ordinem retinent, declarantes filium Dei eundem ipsum Deum simul et hominem. Cum enim dicit Philippo: Tanto tempore uobiscũ sum, & non cognouistis me, Philippe, non credis quia ego in patre, & pater in me: qui me uidet, uidet et patrem: Ego & pater unum sumus: Deo dignissimas adsequeramus has uoces. Cum uerò Iudæorum arguitur perfidia, dicens: Si filij Abrahæ essetis, opera Abrahę facere tis. Nunc autem quæritis me occidere hominem qui ueritatem uobis locutus sum. Hoc Abraham non fecit. Hæc dicit iuxta mensuram humanitatis. Aduertimus ueruntamẽ unius Christi tam dignas Deo uoces, quàm etiã humanitati cõgruas esse profitemur. Cum enim Deus esset, & homo factus est, non id q̃d erat abijciens, sed potius substantiam carnis & sanguinis dignanter adsumẽs. Quod uerò unus est filius, & Dominus, & deus, unam eius personam & nos & illi cognoscimus. Medias autem uoces has esse firmamus, ut puta, cum beatus scribit Apostolus: Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula. Et iterũ: Nam & si sunt dij multi, & domini multi, siue in cœlo, siue in terra, sed nobis unus Deus pater, ex quo omnia, & nos ex ipso: & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Et iterum: Optabam, inquit, ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus, qui sunt cognati mei secũdum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum est adoptio filiorũ, & legislatio, & testamentum, et gloria, quorum patres, & ex quibus Christus secũdum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amẽ. Ecce enim Christũ Iesum nominãs heri & hodie, eundem dixit esse & in secula, et per eum facta omnia, ipsumq; qui ex Iudæis est secundũ carnem deitatis uocat super omnia, nec non & benedictũ in secula. Non igitur diuidas uoces quę de domino proferuntur: habent eñ simul & quod deum deceat, & quod eis humanitati cõueniat: sed eas magis tanq̃ uni filio, hoc est dei uerbo cõperenter adsigna. Aliud est itaq; naturas diuidere, & hoc post unitionem, & iuxta solam honoris ę-qualitatem dicere hominem deo esse coniunctũ: aliud est iterum, uocũ differentiã nosse. In quo igitur Nestorij uocum nouitatibus illorum dicta concordant? Nam & si quibusdã uidetur locutio nimia cõpositione, probationeq; uerborũ à subtilissima scrupulositate, pcul absistere, nihil mirũ. difficiliter enim hæc omnimodis asserũtur. Idcirco & beatissimus Paulus postulat à deo uerbũ in apertionem oris sui. Quod autem nõ diuidant in duos filios, unum dominum Iesum Christũ, dum dicit oportere uoces aptari diuinitati quidem eius Deo dignissimas, humanitati uerò item quas humanitas protulit. Quomodo nõ omnibus probatur esse nouissimum? Affirmant enim, ut supra memini, quod ipsum dei patris uerbũ ante secula genitum, in nouissimis quoque temporibus secundum carnẽ de sancta Virgine natum sit. Adijciunt etiam, quod propter ineffabilem & incõfusam prorsus unitatem θεοτοκον, id est, dei genitricem sanctam Virginem credant, unumq; filiũ & dominum euidenter annuncient. Incredibile est autem omnimodis & unũ fateri, & arbitrari eos unum in duos diuidere. Non enim in hanc amentiam prorumperunt, ut trãsgressores semetipsos efficiant, & quæ rectissime destruxerunt, imprudenter reædificent. Postremo, si Nestorij sentẽtijs concinunt, quõ eos anathematizando uelut profanas execrabilesq; condemnant? Sed arbitror oportere causas ipsas exponere, propter quas ad hęc arcta nimis eloquia processerunt. Nam defensores Arianę perfidię uim ueritatis impie deprauãtes, fatentur quod dei uerbum factum homo est: uerũtamen exanime corpus affirmant. Faciunt autẽ hoc studio prauitatis, ut humanas uoces eidẽ coaptantes, eũ tanquã minorem paterna magnitudine à se deceptis insinuent, & naturæ alterius esse cõfirment. Idcirco hoc Orientales nimium formidantes, ne forsitan uerbi dei gloria atq; substantia, pro ijs quæ humanitus dicta sunt imminuta uideatur propter terminationem quæ in carne facta est: determinant uoces in duas, ut dixi, personas, unum filium & dominum diuidentes: sed has quodammodo deitati, illas aũt humanitati eius adsignant, uniuersas unius esse firmantes. Cõperi uero, quod aliquibus necessarijs suis scripserit religiosus ac uenerabilis Ioannes Antiochenus episcopus, quod ego certissime doceã, et clara uoce pronunciem differentiam naturarũ, uocesq; diuidam iuxta naturas altrinsecus. Et super hoc nonnulli scandalum fortasse patiuntur. Ideo necessarium duxi ad hoc quoq; respõdere: Nõ ignorat tua perfectio, quod Apollinaris perfidiæ notã meis epistolis inurentes, arbitrati sunt impij quod examine sanctum Christi corpus affirmem, aut quod temperatio & confusio, uel permixtio, immutatioq; facta sit Dei uerbi in carne, aut etiam cõuersio carnis in naturam deitatis, ut nihil ultra seruetur integrum, nec quod est esse credatur. Existimauerunt etiã præter hæc & Arij blasphemijs me præbere consensum, & ideò nolle uocum differentias profiteri, & has quodammodo Deo dignas adserere, illas autem humanitati ac dispensationibus, quæ in carne factæ sunt, congruas approbari. Ego uerò quod ab his alienus sim, testificabitur forsitan tua perfectio. Veruntamen oportebat eos qui scandalum passi fuerant. Idcirco scripsi Veneration eius, quod nunquam ea senserim quæ Arius, uel Apollinaris. Sed nec immutatum Dei uerbum in carnem dixerim: nec carnem conuersam in Deitatis essentiam: quia inconuertibile est atque immutabile Dei uerbum. Sed nec uocum differentias unquam prorsus ademerim, sciens unũ Dominũ Iesum diuinitus pariter & humanitus differentẽ,

Universidad de Deusto
Biblioteca



quod simul idem deus & homo est. Hoc igitur il A
le significare cupiens, indicauit quod astruam fa
tendam differẽtiam naturarum, diuidendasq; uo
ces iuxta naturas altrinsecus adseuerem. Hęc aũt
uerba non sunt mea, sed ab illo prolata sunt. Hoc
quoq; necessarium iudicaui superius memoratis
apponere. Nã uenies ad nos uir uenerabilis Pau
lus Emesenæ ciuitatis Episcopus, cum sermo de
uera et immaculata fide fuisset agitatus, scisciteta
est, & ualde studiosissime, si consentirem scriptis
Athanasij epi- beatę recordatiõis Athanasij patris nostri, quas
stola depraua- ad Epictetum Corinthiorũ direxit Episcopum.
ta. Ego uerò respondi: Si hæc apud uos scripta non
sunt adulterata, si integra permanent: nam plura
ex ijs ab hostibus ecclesiæ deprehenduntur esse B
deprauata, me modis omnib. eis præbere cõsẽsum. Ille autem ad hęc intulit, habere se prefatam
epistolam, sed uelle sibi de nostris exemplaribus
satisfieri, utrũ deprauata sit, an non. Tunc sumẽs
exemplaria nimis antiqua, cum illis contuli quæ
ferebat, atq; adulterata omnino deprehẽdi. unde
nos hortatus est, ut ex nostris codicibus ueracissi
ma describentes Antiochenæ destinarẽ ecclesię,
quod etiam factum est. quod de me scripsit idem Carmen.
religiosus ac uenerabilis Ioannes Episcopus Ca
reno pontificis, quẽ expositis nobis de incarnatio
ne domini, subtexẽs paternam quoq; traditionẽ,
quæ penè periclitata est ab humanis rebus aufer
ri. Si autem quidam circunferunt epistolam à ue
nerabili presbytero Romanæ ecclesiæ Philippo Philippus
destinatã, quod quasi sanctissimus Romanę pręsul ecclesię Xystus super Nestorij fuerit damnati presbyter, Xysti.
one commotus, eamq; irritã duxerit: hoc tua san
ctitas omnino non credat. cõsentanea nanq; san
ctæ Synodo idem Papa rescripsit, & quæ ab ipsa
gesta sunt uniuersa firmauit, nobiscũ modis õn
nibus sentiens. Quod si etiam tanquam à me scri
pta perferatur à nõnullis epistola, quasi nos super
ijs quæ in concilio gessimus Ephesino pœnite-
at, & hoc quoq; inter ridicula. deputati sumus e-
nim per gratiam saluatoris, nec à concilij salubri-
tate recedimus. Saluta fraternitatem quę me
cum est: te qui nobiscum sunt in
Domino salutant.

FINIS. SEQVVN-



# SEQVVNTVR EPI-

STOLAE SYNODALES, NVMERO XII. VVOLF-
gango Musculo interprete. *Author damnatus.*

AD LECTOREM VVOLFGANGVS MVSCVLVS. *author damnatus*

QVONIAM in confesso est beatũ Cyrillum Alexandrinum Archiepiscopũ Ephesinę ita prę
fuisse Synodo, ut nihil in illa sit actũ, nihil decretũ, nihil illius nomine scriptũ, quod nõ ip-
sius sit, non cõscientia solũ, sed & consilio & moderamine actũ, decretum & scriptũ, ut me
adscribi queãt, presertim cũ uel ex stilo ipsius esse cõuincant: uisum est præcipuas quasdã ex illis, ope
rihuic ad rem cere, ad hoc facturas, ut quæ in isto sunt acta Cõcilio diligẽti Lectori nõnihil fiãt clariora.

RELATIO AD SANCTA SYNODO AD PIA-
entissimos Reges de Nestorij depositione facta.

RELIGIOSISSIMIS AC PIENTISSIMIS THE
odosio & Valentimiano, uictoribus, triũphatoribus, ac semper Au
gustis, sancta Synodus per Christi gratiã ac dominationis
uestræ nutũ, Ephesi congregata.

IAM inde etas progenitoribus pia ue
stra Christi amantes ac pientis. Re-
ges, rectã est consecuta fidem, & hãc
quotidie euehit, multumq; curarum
rum gratia cum perturbatio nõ solum in magna
illa ciuitate, sed & in uniuerso terrarum orbe per
ea dogmata fieret, quæ à Nestorio sunt prædica-
ta & docta, aliena existentia à S. patrum sancto- B
rumq; apostolorum & euangelistarum traditio-
ne: non contempsit uestra Dominatio perturba-
tas ecclesias, & adulterata fidei ac uerę pietatis
dogmata, sed ex uniuerso orbe pietas uestra Me-
tropolitanos pientissimos, et aliarum quoq; quo
rundam ciuitatũ Episcopos cõgregari iusserit, suf-
ficienti ad eam rem tẽporis determinato spacio
nimirũ, ad diem usq; Pentecostes. Attamen, cum
omnes secundum prescriptũ nobis terminum E-
phesi cõuenissemus, accidit ut sanctissimus Ioan
nes Antiochenus episcopus aduentũ suũ tarda-
ret. Nos uerò itineris difficultatẽ tarditatis huius
causam esse suspicati, Synodalẽ distulimus auscul-
tationẽ diebus sedecim à termino à Dominatio-
ne uestra nobis præscripto. Interea nonnulli san- C
ctissimi epis coporũ senio grauati diuturnã inter pe
regrinos conuersationẽ haud tulerũt, alij morbis
correpti periclitati sunt: alij Ephesi ex hac uita mi
grarunt: quidam etiam paupertate pressi nos ac-
cesserunt, & ut Synodalis auscultatio maturare-
tur urserunt. Post sedecim autem integros dies à
Pentecoste numeratos ad Synodalẽ auscultatio
nem collecti sumus, quoniam et sanctissimus Io-
annes Antiochenus episcopus per pientissimos
Alexandrum Apamię, et Alexandrum Hierapo
lis episcopos, à se pręmissos significauit nobis ha
bere se causam prolixioris moræ, qua in re sanctã
Synodũ nõdũ usus grauauit. Cũ itaq; cõgregati
essemus uicesima secunda mensis Iunij, secundũ
Romanos, precedente die spectatũ Nestorij per D
pientissimos quosdã Episcopos admonuimus, ut
nobiscũ consideret, & cõmuni pietatis ac fidei in
quisitioni adesset. Is uerò per eos qui missi fuerãt
hoc tantũ renũciauit, uisurũ se, & si uideaẽ aduen
turũ. Sequenti igitur die in sancta et magna eccle
sia, quæ Mariana uocatur congregati sumus, pro
positũq; est in throno, qui medius erat in ecclesia
sanctũ euangeliũ, quod Christũ nobis presentem
esse docet. Nos hic secũdũ normã canonũ rursus *Loquitur, de*
tres alios sanctissimos Episcopos ad Nestorij mi *uerbis Christi*
simus, admonentes eũ, ut ad sanctũ Synodũ ueni *Matth. 18. ubi*
ret, doctrinaq; suę rationem redderet. At ille do- *duo uel tres cõ*
mũ in qua erat militibus cõmuniri fecerat, cũ nec *gregati fuerit*
esset, nec fuisset ulllus in ea ciuitate tumultus, nec *in nomine meo*
ullo dignabatur eos, qui missi fuerant responso. *ibi sum in me-*
Quoniã aũt Canones immorigerũ tertio uocari *dio eorum.*
præcipiunt, missis iterũ ad eũ tribus alijs sanctiss.
Episcopis, adhuc immorigerũ inuenimus, ita ut
eos qui missi erãt multa ignominia et cõtumelia,
per milites qui domũ ipsius obseruabãt, affectos B
remiserit. Cũ igitur non cõueniret, ut illo accessũ
propter malã cõscientiã negãte, sancta Synodus
ociosa desideret, necessario fidei ac pietatis dog-
mata excussimus, sed ita, ut cõmẽtarijs actorũ, au
toritatis gratia, pietissimas pietatis uestrę literas
pręmiserim⁹, post quas fidei expositionẽ subiecí-
mus: proposita primũ ea, quæ à sanctis est tradita
apostolis: deinde & ea quę per sanctos trecentos
decẽ et octo patres Niceę quondã à beatę memo
riæ Constantino cõgregatos, est facta expositio.
Cuius fidẽ Dominatio uestra illustriorẽ reddidit.
Deinde epistolas deo dilectissimi ac sanctissimi
Cyrilli, de fide scriptas ad expositionẽ istã collа-
tas inuenimus et dogmatibus & uerbis cõsonas, C
nec uspiã deprehẽdimus illius doctrinã à pia illa
fidei expositiõe alienã. Proximũ erat, ut probare
mus dogmata à spectatissimo Nestorio prędica-
ta. Erãt aũt illa haud obscurè, sed luculẽter in epi-
stolis eis prędicata: deinde & in libris & publicis
cõcionib. manifestè audita, & in ipsa Ephesiorũ
Metropoli ad quosdã religiosissimos Episcopos
palã ab ipso dicta. Indesinẽter eñ ista dicebat, nõ
est dicendum, deum factũ esse hominem propter
nos. Quasi humana diuinitati ignominiosa sint,
quæ non infirmitatis gratia, sed propter beneuo-
lentiã erga nos susceperit. Perinde aũt, tanq; uene-
randum nobis ac diuinũ rideret mysteriũ cum re
ligiosissimis Episcopis loqueretur, ausus est dicẽ
re: Ego bimestrẽ ac trimestrẽ deũ nõ dico, idq; tri
duo ante coactam sanctam Synodũ, sicut & com D
mentariorum fides continet. Cum etiam ista ne-
cessariò ad expositionem sanctorum Patrum cõ-
ferremus, inuenimus ea pugnantia, & omnino
cõtraria esse catholicæ & apostolicę nostrę fidei,
ita uẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca



ítà ut necesse non fuerit Nestorium horum dare A rationem, cum ipse quotidie suíp sius esse accusator, permanẽs in corruptis suis dogmatibus prorsus catholicæ & apostolicę nostræ fidei contrarius. Ob eam itaq; causam à sacerdotio illum et peruersa doctrina desistere iussimus canonica ipsius facta depositione, laudatoq; deo dilectissimo, & sanctissimo Celestino magnæ Romæ episcopo, qui ante nostram sententiã hęretica Nestorij dogmata condemnauit, & nos in ferenda contra ipsum sententia præuenit, ut & ecclesias & piam ac salutarem fidem à sanctis apostolis & euãgelistis ac sanctis patribus traditã communiret, quã ille corrupta doctrina, quam damnatus copiosissime effuderat, peruertere conatus est. Orantus aũt uestram dominationem, ut uniuersam ipsius doctrinam ex sanctis ecclesijs tolli, & libros eius ubicũque inuẽti fuerint igni tradi iubeat, quibus gratiam dei, qui beneuolentię gratia homo factus est, reprobare conatur, cuius ipse beneuolentiã non beneuolentiam, sed diuinitatis arbitratus est esse ignominiam. Quod si quis sancita uestra cõtempserit, denũcietur illi, timendã ipsi esse dominationem uestrã indignationẽ. Etenim ad hunc modum & apostolica fides, per pietatem uestrã munita, illæsa permanebit, & nos uniuersi irremissas pro dominatiõe uestra preces faciemus, per quã Christus glorificatur, fides cõmunitur, & gratia dei cũctis mortalibus illustris redditur. Sunt aũt ad manifestiorẽ ac solidiorem eorum quæ scripta sunt cognitionem, commentarij quoq; adiuncti. C Subscripsimus etiã quotquot pientissimi Episcopi commentarijs præfecti sumus.

EPISTOLA SANCTÆ SYNODI EPHESINÆ *ad Clerum & populum Constant. de depositione Nestorij.*

SANCTA ET MAGNA OECVMENICA SYnodus, *per gratiã dei Ephesi cõgregata pientissimis consenioribus & comministris, uniuersoq; Clero & populo sanctæ Cõstantinopolitanæ ecclesiæ in Domino S.*

Epistola 2. AD hoc deuenimus, ut causam uobis admodũ ingemiscendã significare cogamur. Primũ quidẽ eorũ gratia quę factasunt illachrymati, tandẽ uerò necessitate adacti ne pluresiste impietatis lue corripiant, morbi huius causas amputauimus. Submotus est em à sacerdotio Nestorio q̃d D impietatis ipsius accessorius quidã prætextus factũ erat, cui uos testes estis propter ea quę apud uos sæpenumero temerè sunt ab ipso dicta, ad q̃ mala etiã ea blasphemia accesit, q̃ hic Ephesi effudit. Neq; em quæ huc ascẽdit S. Synodus, neq; multitudo eorũ qui hic sunt cõgregati, ab hoc illum impetu cohibuit, sed grauiores etiã blasphemias prioribus adiecit, uidelicet q̃d nolit adorare bimestrẽ ac lacte nutritũ, nec deũ eũ nominare qui in Aegyptũ aufugerit: ita ut parum abfuerit, quin ex eo uniuersa à seruatore propter nos facta dispensatio imperitioribus in dubiũ uocaret. Precationis aũt uestræ opus erit, quã intense ad deũ perficiatis, ut aliquẽ designet qui dignus sit, ut sedem illã & magnę ciuitatis episcopatũ apud uos sortiat. Si nanq; regia illa ciuitas pie fuerit institu-

ta & recta, cõmunis omniũ ubiq; sanctarũ ecclesiarũ futurus est profectus. Ego Cyrillus Alexandriæ episcopus opto ut in dño salui sitis dilectissimi ac desiderãtissimi fratres. Itẽ: Philippꝰ presbyter ecclesiæ apostolicæ, Iuuenalis episcopus Hierosolymorũ, Arcadius episcopus Cęsarię, Flauianus episcopus Philippensiũ, Mẽnon episcopꝰ Ephesiorũ, Theodotus episcopus Ancyrę, Vereianus episcop. Pernẽsiũ. Cũ supra ducẽtos sint qui Nestoriũ deposuerũt, sufficiat istorũ subscriptio.

EXEMPLAR REGIARVM LITERARVM *Imperatores Caesares Theodosius & Valentinianus, uictores ac triumphatores max. m. semper Augusti, sanctæ Synodo Ephesi cõgregatæ.* B

PRęclarissimo comite, q̃ nobis est à legitimis ac sacris domesticis, significãte, pietas nostra cognouit, quędã isthic in Ephesiorũ Metropoli per tumultũ, & nõ sicut cõueniebat esse gesta, ita ut neq; uniuersi pientissimi Episcopi, sicut decretũ est in Synodũ cõuenerint, licet magnæ ciuitatis Antiochenę Episcopꝰ cũ alijs metropolitanis iã aduẽturus esset: neq; etiã hi, qui iã præsentes erant ad cõsultationẽ sint adhibiti, aut inter se consenserint: neq; de fide quomodo oportebat inquisierint, nec literis nostris, quas indesinenter missimus, attenderint. Et præterea quod manifestũ sit alios alijs esse infensos, propterea quod quisq; suam sententiã quocũq; modo tueri conet, & nequidẽ cõceptũ odiũ queat, ut merito quis agere bitret studio esse facta, quę gesta sunt. Quapter Maiestati nostræ uisum est, ut huiusmodi autoritas nullo pacto locum habeat, & quæ inordinate facta feret, sed ita quæ facta sunt molestę tulit, ut donec ab uniuersa prorsꝰ synodo pietatis fuerint examinata dogmata, & ob eã causam priusq; è nostrã iussionẽ cognoscat, & quę sunt incõuenientia, phibeat: neq; abscedat quisq; cõgregatorũ episcoporũ ab Ephesiorũ ciuitate, neq; ad Maiestatis nostræ ueniat exercitũ, nec in patriã suã reuertatur, ita ut ista nemini, quacũq; spe ducto, secure transgredi liceat. Sufficiãt quidẽ istæ literę ad denunciandũ uestrę pietati, ne quid aliud præter nostrã iussionẽ ijs q̃ facta sunt adijciatis, sciat tamen sanctitas uestra, etiã illustrissimis prouinciarũ primoribus esse scriptũ, ut neminẽ prorsus sine nostra iussiõe in patriã ac ciuitatẽ suã reuertsum recipi sinãt. Oportet em ut omnia primũ iuxta q̃d deo placiturũ est, sine cõtentiõe, & cũ ueritate examinata, tũ demũ à nostra pietate corroborent. Neq; em Maiestas nostra hominũ tã aliquorũ, neq; sanctissimi ac pietissimi Nestorij, neq; cuiusq; alterius, sed ipsius doctrinæ ac ueritatis curam gerit.

Epistola.



EPISTOLA SANCTAE EPHESINAE SYnodi ad Imperatores, qua sacræ præmissæ respondetur, & quæ à Candidiano relata fuerant, falsa esse docetur. A

PIENTISSIMIS AC DEO DILECTISSIMIS *Theodosio & Valentiano, uictoribus, triumphatoribus, ac semper Augustis, sancta Synodus per gratiam Dei & dominationis uestræ nutum, in Ephesiorum Metropoli congregata.*

DOminatio quidẽ uestra ad confirmandam pietatem sanctę Synodo diligẽtiorem dogmatum examinationem facere præcepit, quã et fecimus ueteri patrum, imò & sanctorũ apostolorum & Euangelistarum, & trecentorũ decem & B octo, qui Niceæ cõgregati fuerũt, traditioni obtemperantes: quã & concorditer interpretati sumus, & animo uno uestræ pietati manifestã in cõmentarijs actorũ exhibuimus, in quib. & Nestorium conspicue diuersa sentire deprehensum deposuimus. Neq; enim in Ephesiorum quoq; Metropoli sententiam suam occuluit, ut opus fuerit illã aliunde redarguere, sed uociferatus est quoties aliena ad cõplures prædicãs à fide dogmata. Exhibuimus aũt in cõmentarijs actorum, uestræ pietati singula particulatim & conspicue. Verũ quoniam magnificentissimus Comes Candidianus amicitia Nestorij pietati prępositus uestrę pietatis auditum subripere studuit: antequã exacte quæ gesta sunt dominatio uestra cognoscat, & C cõmentarios ad se recepit, antequam quæ dicta sunt manifestentur, atq; interea ea pietatẽ uestrã docere studuit, q̃ ipsi sint Nestorio amica & gratia: priusq; dominatio uestra ex cõmentariorũ lectione ueritatẽ cognoscat, in qbus ꝓbamur nullã cõtra Nestoriũ exercuisse inimicitiã, sed ipsa pietatis exposuisse dogmata, ad quæ collatis quæ à Nestorio sunt prædicata, reprehensionem ex ipsius scriptis ac literis & publicis etiam concionib. habentia, sententiam tulimus, adducto in mediũ sancto euangelio, quod nobis omnium dominũ Christum præsentem esse ostendit. Oramus itaq; dominationẽ uestram ne quenq; eorum suscipiat, qui hominis amicitiã pietati præferunt. Tales enim secundum affectũ deo dilectissimi Ioannis D Antiocheni episcopi animati sũt, ut qui amicitię deferre cupit magis, quã quid fidei conferat spectare. Quoniã aũt hic neq; dominationis uestrę minas ueritus, neq; zelo pro fide iam inde ab initio tradita motus, sanctã Synodũ distulit: tandem post uiginti & unum dies post datum à dominationẽ uestra terminũ uniuersi, qui in hac Synodo orthodoxi sumus, & solam fidem amantes, quæ pietatis sunt inquirere coacti sumus, id accidisse deo dilectissimo Episcopo Ioanni suspicati, quod & spectatissimus Comes Cãdidianus passus esse ostenditur. Non enim omnium est, pietatẽ honestum preferre amicitiæ. Erat autẽ suspicio nostra de deo dilectissimo Episcopo Ioanne nec uana nec inanis. Vt enim uenit, manifestum sanctæ Synodo fecit, quod cum Nestorio sentiat, siue id amicitiæ largiatur, siue in errore dogmatis cũ illo cõmunicet. Verum quoniã manifeste, quę gesta sunt dominatiõi uestrę significare, sicut diximus, prohibiti sumus, magnificẽtissimo Comite Candidiano quæ in doctrina pietatis sunt gesta manifestare nos prohibente: omne uerò studiũ Nestorio impendẽte, dominationẽ uestram oramus, ut sanctæ Synodi ergo deũ studiũ cognoscat, & magnificentissimũ Candidianum, & quinq; episcopos ex sancta Synodo accersat, q̃ res gestas corã sancta uestra pietate tueant. Astuti nanq; sunt ad tegendũ impostura, qui diuersa à recta fide sentiunt, ita ut quidã sanctissimorũ Episcoporũ à Nestorio sint tecta impostura inescati, ut ipsi iũgerẽtur, et ijs quæ ab eo fiebant subscriberẽt. Posteaq; uerò manifeste ipsum quid sentiret, interrogarũt inuenerũtq; blasphemias suas detegentẽ, deserto eo ad sanctã Synodũ uenerũt ac blasphemiã ipsius manifestarũt, & contra memoratũ Nestorium sententiã nobiscũ tulerũt: ita ut apud Nestoriũ et religiosissimum Ioannem Antiochenum episcopum relicti sint circiter * triginta & septẽ, quorũ * Infra ultimi plures criminibus sunt obnoxij: ideoq; sanctę Sy- 27 numerauit. nodi ueriti sententiã Nestorio, sicut diximꝰ, sese cõiunxerũt, quorũ et nomenclaturã dominationi uestrę misimus: alij uerò ꝓpter dogmatũ peruersitatẽ, tanquam Pelagiani, & pietati cõtraria sentientes: rursus alij iam ante plures annos ab episcopatu depositi: alij etiã ob alias malas causas, meriti qui post reprehẽsionem exilij multa in extremum orbem à sancta Synodo abijcerentur, quæ sanctissimos episcopos omnes unũ & idem sentientes habet, propterea quod & magnæ Romæ Episcopꝰ Synodo coniungit: et Aphricani quoque, per deo dilectissimum Archiepiscopum Cyrillum, cum quo eadem sunt sententia uniti, & cũ solo sint locorum internallo diuisiti, cũ ipsius, tum nostræ omnium sententiæ consentiunt. Neq; enim quisquam deo dilectissimorũ episcoporum Nestorio, & religiosissimo episcopo Ioanni coniunctus fuisset, nisi astute prætextu doctrinę impietatem suam obuelasset, & qui nũc cũ eo sunt multã à sancta Synodo aduersum se determinandam ueriti essent. Nos uerò ad breue tempus cõglomerati, non potuimus dominationi uestrę re scribendo significare, quàm multa simus perpessi à magnificẽtissimo Comite Ireneo, qui uniuersam sanctam Synodum perturbauit: et metũ sanctissimis Episcopis quorundam tumultuationibus, et circũcursationibus incussit, ita ut complures ex nobis in discrimen uitę ab ipso ducerent. Sed partim ista dominationem uestrã docuimꝰ: uerum si quod petiuimus à pietate uestra concessum fuerit, quinque illi à sancta Synodo missi Episcopi, ubi aduenerint, dominationem uestram singula luculenter expressã docebunt. Sumus autem qui in consessu nostro canonicam tulimus cõtra Nestorium depositionis sentẽtiam, plures quàm ducenti ex uniuerso orbe cõgregati, consentientẽ etiam toram Occidentẽ habẽtes.

Sub-

Universidad de Deusto
Biblioteca



Subscripsimus uerò relationi isti numero pau A ci, præsentibus tamẽ omnibus, & potissimum in eo cõsentientibus, ut deuotus Magistrianus Palladius abitum maturet, nec tandiu moras nectat, donec uniuersi subscribant. Deus autem omniũ regnum uestrũ multis annorũ reuelationibus custodiat pientissimi uictores, ac semper Augusti.

Flauianus episcopus Philippensis subscripsit. Aduersariorum uerò sunt hæc nomina: Ioannes episcopus Syriæ, Iulianus, Macarius, Diogenes, Alexander, Melitius, Elias, Paulus, Ioãnes, Marcellus, Musæus, Maximius, Elladius, Asterius, Gerontius, Dorotheus, Antiochus, Zebinus, Iacob. Phritilius, Petrus, Theosebius, Emeris, Anastasius, Eutherius, Basilius, Tracyllin⁹. Hi soli cõsortes sunt impiorum dogmatum Nestorij in B ciuitate circueũtes, tumultus & factiones mouẽtes, & ordinationes Episcoporum denunciãtes, ita ut quotquot in hac ciuitate Orthodoxi, & ob hanc causam in metu sumus, ægrè absurdos illorum conatus cohibeamus.

## RELATIO SANCTAE SYNODI ad pientissimos Imperatores de Orientalibus.

PIENTISSIMIS AC DEO DILECTISSIMIS *Theodosio et Valentiniano, uictoribus, triumphatoribus, semper Augustis, sancta Symodus per gratiam Dei & dominationis uestræ nutũ, Epheſi congregata.*

Epistola 5. QVæ sanctę sunt Synodo dominatione uestra mãdata, ad competentẽ deducta sunt C effectum, id quod pietati uestræ notum fecimus, & simul apostolicam fidem, quam trecẽti decem & octo Episcopi Niceæ olim congregati exposuerunt, pietati uestræ declarauimus & Nestorium contraria sentientem à sacerdotio, & confidentia impietatem suam prædicandi deposuimus: Quoniam uerò pauci quidam mentem habentes à doctrina Nestorij corruptam, & illi adhærentes, ac nonnullos criminibus obnoxios ad se pertrahentes, Ioãne quoq; religiosissimo Antiocheno episcopo, siue propter contentionẽ, siue propter hominum quorundam amicitiam cum eo faciente, qui omnes numero sunt tantum triginta, anteq; actorum quorum quisq; gratia accusatus est, rationem redderint, semetipsi Concilium appella D runt, quasi duo Concilia, & non solum unicũ cogi uestra præceperit pietas. Et cum euangelica fides obtinere debeat, & ab Ecclesiastico ordine reijci, qui corruptam habent sentẽtiam, ut apparet, memorati Episcopi, antequam se purgârint, de quibus accusati, pauci numero cõspirantes, & religiosissimum Ioannem Antiochenum episcopũ adiutorẽ nacti, qui & ipse propterea quod tardius aduenit, pœnas subiturum se metuit, sicuti ab illis, qui hoc euulgarunt, cognouimus: contra omnem ecclesiasticum ordinem, & præter canones, contra sanctam Synodum, & caput congregatorum Episcoporum, Cyrillum dicimus, sanctissimũ Archiepiscopum: et præterea etiã contra Deo dilectissimum episcopum Memnonem

*Vides hic Cyrillũ caput cõgregatorũ Episcoporũ, id est totius concilij, notari?*

arbitrantur, cõtumeliam habentem, cum à nemine aliquam cõtra istos accusationem acceperint, nec accusatorem quenq; expectârint, nec quenquam ad iudicium uocârint, sed præter omne iudicium & examinationem cõtumeliam hanc scripto euomuerint, quam & adeò absurdam dominationi uestræ offerre sunt ausi, quasi pietas uestra ignoret, unam tantum esse orbis Synodum: nec Synodum dici posse, paucorum quorũdam crimini cuipiam subiacentium, ideoq; pœnę metu à sancta Synodo sese auellentium, factionem. Neq; enim contumeliam hanc * tanquam de error e conuictis ausi sunt inferre, sed forte ob eam causam, quod defendere se contra ea, de quibus sunt accusati nequeant, seq; numero paucos esse, uideant: uereanturq; futurũ ut post reprehensionem pœnas subire cogantur, pręuenire nos ausi sunt, idq; se nobis facere putarunt, quod passuros se, si conuicti essent, metuerunt. At hoc nobis tanquam absurdum dignum uisum est, quod contemnamus. Verum quoniam, ut diximus, ab surdissimam hanc suam dementiam etiam dominationi uestræ ausi sunt offerre, nec ueriti, quod ab ipsis præter leges & canones, & contra omnẽ Ecclesiasticum ordinem est factum, uestræ manifestare pietati, iam non amplius irrationalem illorum conatum contempsimus, sed iterum normã canonum sequuti, ad Synodum uocauimus religiosissimum episcopum Ioannem, qui talia cum aliis cõtra supra memoratos Episcopos ausus est designare. Neq; enim reliqui ausi fuissent ad tantam usq; progredi arrogantiam, cum pauci sint et criminibus obnoxij, nisi ex cõfidentia religiosissimi Ioannis hanc induissent audaciam. Cum itaque cõgregatis nobis oblatus esset libellus à sanctissimo ac deo dilectissimo Cyrillo archiepiscopo, ac deo dilectissimo episcopo Memnone, memoratum deo dilectissimum Ioannem episcopũ conuocauimus: ut uel nunc saltem querelam edat, propter quam in tantam exorbitârit cõtumeliam contra sanctæ Synodi primores prolatam. Hic uerò semel, iterum ac tertio uocatus, ut causam diceret, in sancta Synodo cõparare detrectauit, nullam habens quam assignaret probabilem excusationem: militibus uerò & armis circumsepta domo, neq; eos qui à sancta Synodo egerant missi sanctissimos Episcopos admisit, neq; nos in sancta Synodo congregatos cõperenti dignatus est responso. Quapropter, ubi cognouimus illum fugere causæ defensionem, quæ illi temere ac uane fuerant nugati, & præter omnem canonum seriem cõtra sanctissimum Archiepiscopum Cyrillum, & religiosissimum coepiscopum Memnona scripserant, prorsus irrita & uana esse iudicauimus. Iudiciũ enim, quod nihil habet in se quod canonicũ sit, & iustum, nihil est nisi conuicium. Cum itaq; ad hũc modum cum ipse, cum quos secum habet, contra canones, et inordinate egerint, decreuimus eos extra omnem ecclesiasticum ordinem ejectos tandiu, ut absurdam eorũ temeritatẽ



temeritatem coherceamus, communione priuare, donec in Synodo compareant, & de his quæ protertue commiserũt sese purgent. Proinde hæc ad pietatem uestram scribentes, oramus ne Synodum esse iudicet conspirationem eorum qui criminibus sunt obnoxij, cum etiam olim in sancta ac magna Synodo trecentorũ decem & octo patrum, Niceæ cõgregatorum nonnulli à sancta illa & magna Synodo pœnas ab illa infligendas ueriti, defecerint: nec illi tamen à beatę memorię Constantino rege Concilij loco habiti, sed magis pœnas dare iussi sint, propterea quod deficientes sanctorum illorum Episcoporum consensui mala, sicut & isti, conscientia præditi, repugnarant. (Est enim absurdum, quod Synodo ducentorũ ac decem sanctorum Episcoporum, quibus etiam uniuersa sanctorum occidentalium Episcoporum, & per hos omnis quoq; reliquorũ totius orbis multitudo consensit, triginta tantum numero repugnant: quorum iam alij depositi sunt: alij etiam per uersæ Celestij opinioni adhærent: alij anathematizati quoq; sunt, tanquam cum Nestorio sentientes.) sed potius iubeat, quæ à sancta œcumenica Synodo ad pietatis subsidium cõtra Nestorium, & impium illius scripta sunt dogma suum habere robur, per pietatis uestræ nutum & assensum confirmata.

* alias erratum ecclesiasticum.

## LECTORI.

QVoniam præcedentibus Synodalibus literis mentio facta est libelli cuiusdã quẽ Cyrillus Alexandrinus, & Memnon Ephesius contra orientales sanctæ Synodo Ephesinæ obtulerint, ne diligens Lector hunc desideret, uisum est illum hoc loco subijcere.

## LIBELLVS SANCTO CONCILIO *Ephesino à sanctissimis Episcopis Cyrillo Alexandrino & Memnone Ephesino oblatus.*

RIVM Imperatorem decretum & nos & uestram sanctitatem in Ephesiorum Metropoli conuenire iussit, ut & rectũ apostolicæ fidei determinationẽ cõmuni sententia cõfirmemus, & hæresim à Nestorio recens inductam probemus. At sancta quidem nostra Synodus omnia recte & canonice instituens, in sancta Metropolis huius ecclesia conuenit, memoratumq; Nestorium ad confessum uenire, & rationẽ eorum reddere iussit, quæ cum in expositionibus blasphema uit tum in epistolis suis impia & pestifera contra C nostri omnium seruatorem Christum loquutus est. Quoniam autem ille tertio uocatus, propterea quod mala esset conscientia perculsus, accurrere non sustinuit, Ecclesiasticas sequuta leges, depositionẽ eum subiecit, omnibus primum exacte inquisitis, certoq; comperto, quod & hæreticus sit & blasphemus. His ita gestis, & ad cognitionem pientissimorum et semper uictorũ Imperatorum nostrorũ deductis, sero & ægrè tandem, & quandoquidem ipsi libuit Ioannes Antiochenus episcopus Ephesum uenit, ad ducens secũ, sicuti cognouimus nonnullos cum Nestorio sentientes: quorum alij iam olim depositi sunt: alij uerò nullas habent ci- D uitates, sed solo nomine sunt Episcopi. Hic ueluti molestè ferens, quod Christus glorificatus, & Nestorius depositionem est passus dignã eo qui Christi filij blasphemauit, nescimus quomodo & an prorsus uerum sit quod inuulgatũ est, uniuersa ecclesiastica lege conculcata, & omnibus Ecclesiasticis ordinibus cõtumelia affectis, impiam & iniquam charta cõcinnauit, arbitratus nos depositionis nomine percelli posse, cõtumeliaq; nos affecit inolerandam, cum sancta Synodus plusquam ducentos habens sanctos Episcopos, Nestorium deposuerit. Cum autem collegerit hæreticos & suspectos habens, numero circiter triginta, licet neq; per Eccle

B siasticas leges neq; per Regiam sanctionem potestatem habeat uel quenquã ex uobis iudicare, uel omnino tale quid conari, præsertim contra maiorem sedem, cum etiamsi liceat illi iudicare: Ecclesiasticos canones sequi debeat, & admonere nos, contumelia affectos & simul cum reliqua uniuersa Synodo uestra ad reddendam rationem uocare, nihil horum pensitans, neq; timorem Dei animo cõcipiens: eadem hora qua Ephesum, idq; occulte, nemine sciente, est ingressus, quicquid nos confidenter egimus ut Ecclesiasticas leges taceamus, iussione sua labefecit, & eos contumelia depositionis affecit, qui nihil huius in hodiernũ usq; diem norunt. Et si aliquam ad hanc rem habuisset occasionem, inconueniens tamen est, Ecclesiasticas leges ad hunc modũ calcare, aut temerè cõtra maiores insurgere, uel latenter ista facere, quæ non committeret in aliquem uel extremũ in Ecclesia gradum sortitum, & ipsius mancipiũ. Quoniam uerò hic est cum ijs qui contumeliam hanc cum ipso perpetrarunt, necessariò scriptũ hoc offerimus, adiurantes uos per coessentialem sanctã Trinitatẽ, ut ipsum Ioannem, & quos habet actionis huius socios conuocetis, ut in sanctam Synodum uenientes temeritatis suæ rationem reddãt. Sumus emẽ ad hoc parati ut ostendamus eum impio & illegitimo ausu istam contra nos adornasse contumeliam.

## LITERAE A SANCTA SYNODO Ephesina ad singularũ prouinciarum ac ciuitatum Episcopos, Presbyteros, Diaconos ac populos de causa orientalium Episcoporum missæ.

SANCTA ET OECVMENICA SYNODUS, *Epheſi ex decreto pientißimorum imperatorum congregata, singularum prouinciarum ac ciuitatum Episcopis, Presbyteris, Diaconis, & uniuerso populo.*

Epistola 6. CVm essemus Epheſi secundum pias Imperatorum literas congregati, defecerunt quidã à nobis numero paulo plus triginta, defectionis

Universidad de Deusto
Biblioteca



suæ ducem Ioannem Antiochenum episcopum habentes: quorum hæc sunt nomina. Primus, ipse Ioannes Antiochæ Syriæ episcopus, deinde Ioannes Damasci episcopus, Alexãder Apamiæ, Alexãder Hierapolis, Emerius Nicomedię, Phretilas Eraclíæ, Helladius Tarsi, Maximianus Anabarsi, Dorotheus Marcionopolis, Petrus Traianopolis, Paulus Emisenus, Polichronius Heracleopolis, Eutherius Tyanæ, Melitius Neocæsariæ, Theodoritus Cyri, Apringius Apamiæ, Macarius Laodicęę, Zosius Esbuntius, Salustius Coryci Ciliciæ, Helychius Castabalæ Ciliciæ, Valentinus Mutlubacę, Eustachius Parnassi, Philippus Theodosianeũ, Daniel, et Dexianus, et Iulianus, & Cyrillus, et Olympius, et Diogenes, et Polius, & Theophanes, & Philadelphus, & Taurianus Augustæ, & Aurelius Irenopolis, Musæus Aradeum, Helladius Polemaidis. Hi nullã omnino facultatem habẽtes, uelut ex authoritate sacerdotali cuiquam qui sit Ecclesiasticæ communionis, uel nocere uel prodesse: propterea quod quidam ex ipsis sunt depositi, cum primis Nestorij & Celestij sententias sequi manifeste sunt ex eo deprehensi, quod Nestorium nobiscũ condemnare noluerunt, quos sancta Synodus communi decreto ab omni Ecclesiastica communione alienos esse statuit, & omnem sacerdotij efficaciam illis adimit, per quam uel nocere uel prodesse poterant.

CANON PRIMVS.

QVONIAM uerò necesse est ut quid constitutum sit de ijs qui à Synodo † sunt repudiati, & tamen in regione ac ciuitate sua aliqua de causa uel Ecclesiastica uel corporali manent, non ignoretis, significamus sanctitati ac dilectioni uestræ, quod si prouinciæ Metropolitanus à sancta & œcumenica Synodo defecerit, secę defectionis conciliabulo coniunxerit, aut præterea etiam cum Cœlestio senserit unquã uel sentiat: is cõtra reliquos prouinciæ Episcopos nihil omnino poterit constituere, ob eam causam à Synodo ab omni iam Ecclesiastica communione reiectus, & inutilis existens: sed ipsis prouinciæ episcopis & circumquaq; constitutis Metropolitanis subiectus erit, ut prorsus ab omni episcopatus gradu deijciatur.

† al. defecerũt.

CANON II.

SI uerò prouinciales quidam à sancta Synodo defecerint, & Apostasiæ sese coniunxerint, uel coniungere tentauerint aut cum Nestorij cõdemnationi subscripserint, ad Apostasiæ concilia bulum reciderint, hi omnino secũdum quod sanctæ Synodo uidetur alieni sunt à Sacerdotio, & à sacerdotali gradu delapsi.

CANON III.

QVod si quidam ex clericis in quacunq; sint regione & ciuitate constituti, à Nestorio & ijs qui cum illo sunt, propterea quod recte sentiunt, à sacerdotio fuerint prohibiti, iudicauimus illos debere suum retinere gradum: in communi uero clericis illis præcipimus, qui cum orthodoxo & œcumenico Cõcilio sentiũt, ut prorsus nullo modo Episcopis, qui uel defecerunt à sancto Concilio, uel adhuc deficient, subiecti sint.

CANON IIII.

SI quidam ex clericis defecerint, aut quæ Nestorij sunt uel Celestij, siue priuatim, siue publice sentire ausi fuerint, etiam hos esse depositos, à sancta Synodo iudicatum est.

CANON V.

QVotquot uerò propter commissorũ quorundam absurditatẽ, uel à sancto Cõcilio, uel à suis sunt Episcopis cõdemnati: si hos Nestorius præter Canones, pro sua in omnibus discordia, aut qui cum illo sentiunt, cõmunioni uel pristino gradui restituere tentarunt uel tentauerint, inutiles illos manere, & nihilominus depositos esse iudicauimus.

CANON VI.

COnsimiliter si quidã, quæ in hac sunt Ephesino concilio quacunq; de re cõstituta, quouis modo irritare conati fuerint, de talibus desinunt sancta Synodus, si Episcopi sint uel clerici, omnino à gradibus suis deijciendos: si uerò laici, excommunicandos esse. Et subscripserunt quotquot in ordine sunt Episcopali.

RELATIO SANCTAE SYNODI Ephesi ad pietissimos Imperatores, per Diaconũ Eutychen, de Episcopis ac Presbyteris qui à Romano Episcopo missi fuerant exhibita.

RELIGIOSISSIMIS AC DEO *dilectissimis Theodosio & Valentiniano, Victoribus, Triumphatoribus, semper Augustis, sancta Synodus per gratiam Dei uestramq; Dominationem in Ephesiorum Metropoli congregata.* Epistola 7.

DEus ille omniũ, Christi amantes Imperatores, qui curam uestram ac diligentiã, quam pietati impenditis, gratam et acceptam habet, etiã sanctorũ Episcoporũ, qui per Occidentem sunt, animos zelo ad uindicandũ Christum cõtumelia affectũ excitauit. Licet enim propterea q̃d maximo sunt à nobis locorũ interuallo diuisi, omnis illa sanctissimorũ Episcoporũ multitudo ad nos uscq; uenire nequeat: suis tamen locis congregati, præsente etiã sanctissimo ac Deo dilectissimo Celestino magnæ Romæ episcopo, etiamnũ nostra de fide sententiam, magno cum consensu prædicarũt, & eos qui extra hãc diuersa sentiunt, prorsus alienos esse à sorte & gradu sacerdotij decreuerunt. Hæc quidem & antea, priusquam sanctissimus Celestinus magnæ Romæ episcopus, literis suis significauit, iniungens sanctissimo ac dilectissimo Cyrillo magnæ ciuitatis Alexãdriæ episcopo, ut uices suas in hac causa subiret, & nunc iterum alijs literis hęc sancte Synodo manifestauit, quam Dominatio uestra Ephesi cõgregari præcepit, quas per sanctissimos episcopos Areadium & Proiectũ, & deo dilectissimũ Philippũ magnę Romę presbyterum misit, qui & sanctissimi ac deo dilectissimi Celestini episcopi uice hic subijt. Quoniã igitur uiri illi



uiri isti præsentes hic constituti uniuersæ occidentalis Synodi sententiam huic nostræ Synodo per literas manifestarũt, decę fide & pietate mentem nobis consonam ostenderũt, atq; eadem nobiscũ cum per literas, tum per ea quæ in mãdatis habẽt, quę & scripto nobis obtulerũt, decreuerũt: ideoq; necessitas hoc exegit, ut & nos quæ cõcordiæ nostræ erga ipsum competunt faciamus, ad Dominationem uestrã ista retulimus, quo pietas uestra cognoscat, iudicium illud nostrũ quod nuper tulimus, cõmunem esse & unam totius orbis sententiam, quam zelus uester circa fidem & pietatẽ cognitã & manifestã fieri curauit. Quoniã itaq; cauta hæc finẽ cõsequuta est, cũ Dominationi uestræ optatũ, tum Ecclesijs omnibus securissimũ, & qui fidei suam adferat firmitudinẽ: pietatẽ uestrã oramus, ut iam nos, alios paupertate obstrictos, alios morbis detentos, alios senio grauatos, & peregrinationẽ hanc amplius ferre non ualentes, ita ut & aliqui ex nobis Episcopi & clerici iã sint mortui, ab hac cura & peregrinatione liberet, ut ista sedata sollicitudine magnæ ciuitatis Ecclesiæ curã geramus. Supplicamus etiam, ut ad eos qui singulis sunt locis literas comminatorias mittat, ne denuo alia suscitetur Ecclesijs molestia, aut perturbatio sanctissimis Episcopis in ipsorũ regionibus oriatur. Etenim facta iam pietatis declaratione, et uniuerso orbe cõsonã de illa sententiã ferẽte, paucis deptis Nestorij amicitiã pietati præferentibus, gratiã hãc haud immerita petimus, Dominationi uestræ supplicãtes, ut nos cura ista deinceps liberet, ut ordinationi futuri Episcopi incũbamus, & in fide iã & pietate cõfirmata nos oblectemus, purasq; ac synceras pro Dominatione uestra preces omnium domino Christo destinemus.

SACRA IMPERATORIA SANCTAE *magnæ Synodo Ephesinæ per Ioannem Comitem sacrorum à pientissimis Imperatoribus missa.*

CElestino, Ruffo, Augustiano, Alexandro, Acacio, Tracylino, Valentino, Iconio, Ioanni, Acacio, Vrso, Phirmo, Emerio, Dexiano, Veneriano, Palladio, Asterio, Iuuenali, Flauiano, Heliadro, Rhambulo, Alexãdro alteri, Maximo, Photiniæ, Perigeni, Cyro, Ioanni alteri, Eutherio, Heliadico, Bosporio, Cyro alteri, Vinnatio, Pedro, Dynatho, Dorotheo, Antiocho, Dalmatio, Eulogio, Eusebio, Selencio, Eleusio, Sappido, Timotheo, Pio, Troilo, Ereniano, Monimo, Olympio, Theophilo, Iuliano, Basilio, & reliquis religiosissimis Episcopis.

Quantũ zeli circa pietatẽ & progenitorũ nostrorũ fidem ostenderimus, multis quidẽ, ut arbitramur, præcedẽtibus indicijs perspicue declarandum est, non minus aũt illud & in eo quod Synodum uestrã nuper conuocauimus uniuerso orbi manifestatum esse credimus. Neq; enim cum uel parum discepratio quædã emersisset quieuimus, sed quo citius illius consequeretur solutio, sanctitatem uestrã diligenter cõuocari fecimus, nequaquam futurũ rati, ut molestus pietati uestræ esset subeundus pro pietate labor. Expeditam aũt ad hoc deputauimus ciuitatẽ & terra & mari accessu facilem, & quæ omnis generis fructus, cùm eorũ qui in ipsa nascuntur, tum qui aduehuntur, quantum usus ibi agentiũ exposcit, abunde suppeditet, ita ut & pius serenitatis nostræ scopus, & sanctitatis uestræ Synodus faciliore cursu in effectũ deducatur. Vnde & nunc significatam à pietate uestra Nestorij, Cyrilli, & Memnonis depositionem susc ipimus. Cæterũ aũt in alijs quoq; quæ à uobis sunt gesta cognouimus & fidẽ uos & rectitudinẽ circa Christianismũ custodiuisse, quam à patribus ac progenitoribus accepimus, quam etiam sancta Synodus ante sacrã Constantini mortẽ confirmauit. Curabit igitur quisq; sanctissime uestri Cõcilij, ut soluta iam omni dissceptatione, præteritis Calendis, cum pace & concordia, domũ redeatis. Vt aũt sanctitas uestra, nõ solũ nostræ pietatis literis ad concordiã se & in uniuersum ad pij dogmatis pacẽ admoneri uideat, etiã Acacij Beroensiũ episcopi literas, quibus ad hoc ipsum hortatur, lectas ad uos misimus: qui quia sanctissimo uestro cõcilio, ppter senij grauitatẽ coniungi non potuit, per ea quæ scripsit, pietati ipsius cõuenientia, & orthodoxæ religioni profutura expositi: quæ qualia sint epistolæ ipsius lectio manifestat. Sciat etiã sanctitas uestra, quod præclarissimũ & gloriosissimum Ioannem Comitem sacrorum ob eã causam misimus, ut ubi ille pietatis uestræ circa fidem scopum cognouerit, quę ipsi uidebuntur utilia faciatis.

RELATIO SANCTAE SYNODI Ephesinæ, qua ad præmissam sacram Imperatoriam respondetur.

RELIGIOSISSIMIS AC CHRISTI *amantibus Theodosio & Valentiniano, Victoribus, Triumphatoribus, semper Augustis, sancta & œcumenica Synodus, per gratiam Dei, & Dominationi uestræ nutum Ephesi congregata.*

REgia quidem uestra, & Christi amans Maiestas pientissimi Reges, à pueris zelum circa fidem & Canones declarauit, cuius etiam gratia, orbis Episcopos ad Ephesiorũ ciuitatẽ cõcurrere pia sanctione præcepit: uerũ literæ serenitatis uestræ, iã nobis per magnificentissimũ & gloriosis. Comitẽ Ioannẽ lectæ, haud modicã attulere perturbationẽ, innuentes impostura quandã & mendaciũ ueracibus quibusdam uestris auribus obiecisse. Quod eñ Dominatio uestra relationẽ à nobis acceperit, quæ sanctissimi ac pietissimi Cyrilli, & pietissimi deoq; dilectis. coepiscopi nostri Memnonis depositionẽ contineat, per hasce nobis est literas significatũ. Qua ppter ut nullo pacto mendaciũ apud Regiã uestrã Christiq; studiosam Maiestatẽ obtineat, optantes ac satagentes, cùm fidei serenitati uestræ referimus, q̃d œcumenica Synodus, quæ uniuersam occidentẽ cùm magna uestra Roma sedeq; apostolica, totã etiã Aphricam & omnẽ Illyricũ in consessu habet, memoratorũ sanctissimorũ & Deo dilectissimorũ Episcoporũ depositionem nec fecerit, nec retulerit: sed potius uiros istos, ppter rectę fidei zelũ susc ipies, multis

Epistola 9.

prædicet, cùm apud homines encomijs tũ apud dominũ Christum coronis dignos. Solũ uerò Nestorium infandæ hæresis eorũ qui hominẽ adorãt prædicatorem depositũ Regiæ uestræ, Christi studiosæ, Dominationi retulimus. Et illud quoque haud modicè nos contristauit, quod ex fraudulẽtia factum apparet, nempe quod qui ab œcumenica Synodo defecerunt, qui cum Ioanne Antiocheno sunt, Cœlestiani ac depositi, nostris sese insinuant nominibus, & quod unà simul ad nos & ad illos sacra Regia mittitur, de quibus rebus iam antea & olim manifeste uestræ pietati significauimus, quomodo illi à nobis defecerint, & quomodo ad conuiciandum præsidẽtes nostros conuersi, & Canones ausi sint conculcare, et seipsos uniuersæ œcumenicæ Synodi cõmunione per proteruitatẽ qua contra nos sunt usi, priuare: quomodo etiam ad probationem uocati, haudquaquam obedire sustinuerint, atq; ideo prorsus communionis sint expertes & inutiles à sancta œcumenica Synodo facti. Hæc etiamnũ Regiæ uestræ, ac Christi studiosæ Dominationi nota facimus, qd̃ propter huiusmodi ipsorũ absurditatẽ, & q̃d adhuc pro Nestorio deposito decertant nullo illos pacto ad cõmunionẽ recipere sustinuimus, cum depositione Nestorij subscribere detrectent, imò manifeste cum illo sentiãt, Canonibus etiam subiaceant propter inordinatũ aduersus præsidentes nostros conatum, & q̃d ausi sunt pijs uestris auribus mentiri & imponere. Supplicamus igitur Regiæ uestræ Deo dicatæ Maiestati, ut sanctissimos ac Deo dilectissimos episcopos Cyrillũ & Memnona sanctæ Synodo restituatis, nequaq; à Canonibus cõdemnatos, & fidẽ immotã custodiri facia tis, quę menti quoq; uestræ à sancto spiritu est inscripta, et iã inde à progenitoribus tradita, et in cõmentarijs iam iterũ à nobis oblatis, & contra Nestoriũ cõscriptis admodũ declarata: proposita primum fide sanctissimorũ trecentorum decem et octo patrum Niceæ quondam congregatorũ, deinde & uniuersa ac sufficienti circa ipsam actione subiecta, qua perspicue aduersariorũ impietatem redarguimus. Et ut patrocinemini orthodoxæ fidei, quã hactenus & semper custodire satagistis. Si uero Dominationi uestræ uidebitur, ut quę inter nos & eos qui à nobis defecerunt, sunt acta, diligenter cognoscat, Sublimitati uestræ supplicamus, ut è sancta Synodo, quos Dominatio uestra probauerit, uocenẽ, ut corã Regia uestra, & Christi amãs Maiestas de omnib. certius instruaẽ.

RELATIO SANCTAE SYNODI, ad Imperatores pro restituendis Cyrillo & Memnone.

RELIGIOSISSIMIS AC CHRIsti amantibus Theodosio & Valentiniano, Victoribus, Triumphatoribus, semper Augustis, sancta & œcumenica Synodus, per gratiam Dei, & Dominationi uestræ nutum Ephesi congregata.

Epistola 10. NOn est quidem Dominatio uestra passa rectam fidem quasi cuniculis quibusdã suffodi per Nestorij doctrinã, qui cum Iudæis Christo dño probro uertit, quas humanitus pro nostra salute passiões sustinuit, sed detestata uestra pietas, quę huiusmodi cõtra Christũ dicebant, ex uniuerso probe orbe qui sub sole est, ad Ephesiorũ nos Metropolim cõgregari præcepit, ad hoc ut patrũ apostolorum dogmata consolidarentur. Ob eam itaq; causam congregati communi iudicio fidem à sanctis trecentis decem & octo Patribus olim Niceæ sub beatæ memoriæ Constantino congregatis, expositam corroborauimus, Nestoriumq; artificiosis ac peregrinis sophismatibus fidem hãc nouandi studio adulterasse, ac pietatis sententiam labefactasse deprehensum, à sacerdotali gradu deposuimus, & doctrinam illius ueluti pestẽ quandam, Ecclesias depascentẽ, cohercere stegimus. Verum quoniam quosdam, etiam ex Episcopis relapsos, & quæ Nestorij sunt sentiẽtes, inq; illius blasphemiam abreptos inuenimus, quotquot cũ eo sentiunt, à communione exclusimus, donec à corrupta illius doctrina discedentes ad Catholicã & apostolicã fidem accedant, in qua cũcti iam ab initio fundati saluamur. Et nos quidẽ ista, ut quæ per seductionẽ fuerãt subinducta corrigeremus, definiuimus, pœnitentiam illorum expectantes. Ipsi uerò cum paulò supra triginta sint numero & nonnulli ex illis propter alia quoq; crimina canonibus sint obnoxij, religiosissimũ Ioannẽ Antiochenum episcopũ nacti, qui & ipse propterea q̃d admodum tarde aduenit, reprehensibilis est, alij etiam de alijs hæresibus conuicti, nonnulli quoq; ex ipsis iam depositi, ad pœnitentiam non uenerunt, sed ad patrocinandum Nestorio congregati, cõtra duces sanctæ & œcumenicæ Synodi ausi sunt depositionem scribere, & uelut ab uniuersa Synodo decretam, ad uestram pietatem referre, quam acceptam pietas uestra firmam esse iussit, ab ipsa Synodo factam arbitrata, & non cõtra Synodum ab illis qui cum Nestorio sentiunt, sęq; de nobis, propter depositionem Nestorij ulciscẽtur, nullum crimen habentes, quod contra duces sanctæ Synodi proferre possint. Atq; ita pijs uestris auribus ausi sunt imponere, quasi illæ probaturæ sint factam ab ipsis contra sanctam Synodum depositionem, quam neq; legitime, neq; canonice, neq; multi decreuerunt. Quapropter sancta Synodus legitima & canonica actione quæ ab ipsis euertit: ob hanc causam uniuersi ad pietatis uestræ Dominationẽ confugimus, supplicantes, ut quæ contra Nestorium, & illi consentientes sunt gesta, robur suum habeant: quæ uerò ab illis qui Nestorium uindicant, eo quod cum illo sentiũt, contra Synodi nostrę duces illegitime facta sunt, inefficacia & irrita maneant, ut quæ neq; conuenienter neq; canonice, sed contra eos qui de nullo sunt delicto cõuicti sola ulciscendi libidine ab illis sunt gesta, qui contra sanctã Synodum cum Nestorio sentiunt. Si nanque conueniens est sanctæ Synodi contra Nestorium sententia, & hanc Dominationi uestræ probauit, ut quæ denudatã Nestorij



Nestorij impietatem publicarit, consentaneũ utique esse cõsideret uestra Dominatio, ut quæ contra sanctam Synodum ab illis qui cum Nestorio sentiũt, sunt facta, inefficacia prorsus & irrita maneant, cum ex nulla causa aliquam habeant rationẽ, sed ex solo ultionis affectu propter ea sint orta, quæ sancta Synodus contra Nestorium decreuit. Supplicamus itaque uestræ Maiestati, ut nos deinceps ab hac tribulatione absoluat, ac duces sanctę Synodi Deo dilectissimos Episcopos Cyrillum Alexandrinum & Memnona Ephesinum restituí iubeat. Est enim rationi consonũ, ut uindicata iam pietate, & sedatis qui illam labefactârant, hi qui unà nobiscum pro fide decertârunt, honore potiantur, & non cum illis qui de iniquis blasphemijs contra Christum sparsis conuicti sunt, condemnentur.

EPISTOLA SANCTAE SYNOdi Ephesinae ad Episcopos, Presbyteros, & Diaconos Constantinopolitanos.

SANCTA SYNODVS PE'R GRAtiam Dei & sanctionem pientißimorum Imperatorũ Ephesi congregata, dilectis ac desideratißimis fratribus & comministris Constantinopoli agentibus, religiosissimis, etiam ciuitatis ipsius Episcopis & Diaconis.

Epistola 11. QVi in tanta negociorũ tempestate cõstituti sumus, ac multo undiq; bello petimur, & nullo tamen interea pacto ad placidum & serenum pientissimorum Imperatorũ adspectum admittimur, unde solum spes erat ut ab his molestijs liberaremur, quam aliam possumus consolationem excogitare, quàm ut quæ nobis accidunt apud nostra ipsorum membra inter nos deploremus? Vos aũt mẽbra estis sanctæ & œcumenicæ Synodi, qui indesinentẽ pro pietate zelũ hactenus ostendistis. Sciat itaq; pietas uestra nõ amplius Ephesum nos, sed custodiam inhabitare, inq; illa trimestre iam tempus inclusos, neq; per mare neq; per terras tuto ac secure ad pium exercitum uel in aliquem alium locum quenquam amandare permitti. Etenim iam sæpius accidit, ut quæ à nobis sunt missa, haud sine mille periculis reddi potuerint, ut latores illorum, quo seruarentur, in alias atque alias sese formas coacti sint mutare. Quod autẽ ita custodimur hinc est, quod omnia mendaciter ad pientissimum Imperatorem cõtra nos deferuntur. Nam alij, sicut acceperunt, quod seditiones mouerimus, ita pias Imperatorum aures instruxerunt: alij uerò ausi sunt ad illas referre, quod sancta & œcumenica nostra Synodus per omnia Deo dilectissimum & sanctissimũ Cyrillum Archiepiscopum Alexandrinum, & sanctissimũ ac Deo dilectissimũ coepiscopũ nostrũ Memnona deposuerit: alij etiam hoc forsan ausi sunt adijcere, quod placuerit nobis cum defectionis cõciliabulo amicum inire colloquium, cuius dux sit Ioannes Antiochenus, atq; ob eam causam, ne hoc publicetur, plurimum ita custodiamur, & magnum hoc bellum contra nos oriatur. Cum itaq; simus omni destituti auxilio, diligẽter ad uestram pietatẽ scripsimus, scientes uos adhuc germanorum sanctæ & œcumenicæ Synodi filiorũ retinere locum, nec ullo pacto sustinere, ut orthodoxam fidem prodatis. Cum uehementi supplicatione, & lachrymis, simulq; cum his literis coram pientissimo & Christi studioso Imperatore procidentes, instruite illum de omnibus quæ cõtra nos geruntur. Nos enim non condemnauimus memoratos sanctissimos ac Deo dilectissimos episcopos Cyrillum, & Mẽnona, sed hos magna commendatione coronisq; dignos iudicamus, qui soli ac primi, plusquam reliqui omnes, zelo dei moti, et quoquo modo impijssimum Nestorium impietatis prædicatorem excindere, & Ecclesias ab hoc scelere repurgare conati sunt, et ne nunc quidem à memoratorum sanctissimorum Episcoporum communione separati sustinemus, imò cum illis etiam in exilium deportari magni lucri loco ducimus. Certũ autem nobis est, conciliabulum illud defectionis ad communionem non admittere, sed simul omnium uocibus in Ecclesia Ioannẽ Antiochenum, & qui cum illo sunt anathemate percussimus: primum ob id quod prædicatorem impietatis Nestorium nobiscum deponere detrectarunt, sed & sermones cum illo miscere nullo modo cessarunt. Deinde quod mox post iniquissimum & à canonibus alienum contumeliæ & calumniæ contra sanctissimos memoratos Episcopes conatum, pijs Christi amantium Imperatorũ auribus ausi sunt imponere. Et præterea quoque quod cum Nestorio sentire nõ cessant. Ob hasce causas semel illos ab Ecclesiastica communione amputauimus: & omnem illis sacerdotij efficaciã detraximus, decreuimusq; potius Ecclesijs, quod absit, priuari, quàm cum istis amplius ad communionem redire, præsertim, nisi omnia sua delicta, de quibus supra meminimus corrigant. Notũ autem hoc facimus uestræ pietati, ut & ipsi eodem illos loco habeatis. Hæc itaq; obsecrate & pientissimum ac Deo dilectissimum Imperatorem instruite, pro uniuersa Synodo precantes, ut restituantur nobis qui nullo modo sunt à canonibus condemnati, sanctissimi uidelicet ac Deo dilectissimi Episcopi Cyrillus & Memnon, & ut nostri misereatur, placidoq; uultu à lata nos sententia reuocet, & si digni sumus, qui pientissimi & Christi amãtis Imperatoris faciem uideamus, hoc nobis permittat: si uerò indigni iudicati sumus quibus hoc permittatur, uel hoc saltẽ largiatur, ut ad Ecclesias nostras reuertamur, ne hic uniuersi alij morbis, alij mœstitia cõsumpti pereamus. Cęterũ ne tumultus in subscribendo fieret, qui multus oriri poterat, sufficit præsidentium subscriptio.

Universidad de Deusto
Biblioteca



EPISTOLA SANCTAE SYNODI Ephesinæ, ad Cœlestinum Archiepiscopum Romanum, quæ Epheſi ſunt in magna Synodo geſta.

SANCTISSIMO ET PIENTISSIMO comministro Cœlestino, sancta Synodus per gratiam Dei Epheſi congregata.

Epiſtola. 12. SAnctitatis quidē tuæ circa pietatem, zelum & curam illam de recta fide, noſtri omnium Seruatori gratam & placitam, cum omni admiratione merito ſuſcipimus. Eſt enim hoc uobis ita magnis uiris, in conſueto, ut in omnibus celebres ſitis, & ſtudia ueſtra Eccleſiarum fulcra conſtituatis. Quoniam uerò neceſsitas poſtulauit, ut quæ conſequuta ſunt in hac ſancta Synodo, omnia ad ſanctitatis tuæ cognitionem referantur, neceſſario ſcribimus quod ſecundum uoluntatem Seruatoris noſtri omnium, & ſanctionem pientiſsimorum ac Chriſti amantium Imperatorum, in Epheſiorum metropoli ex multis & uariis prouincijs pluſquam ducenti numero Epiſcopi congregati ſumus, idq; ad diem ſanctæ Pentecoſtes, quē piæ Chriſti amantium Imperatorum ſanctiones, quibus conuocati ſumus, terminum conueniēdi ſanctæ Synodo præfixerunt. Cum autem uniuerſi conueniſſemus, propter Imperatorum denunciationes ac cōminationes, quod ſi quis non accurreret, malæ conſcientiæ reus eſſet, & inexcuſabilis coram Deo & hominibus: deſiderabatur religioſiſsimus Ioannes Antiochenus epiſcopus, nō quod ſimplici animo, aut per locorū interuallum in itinere impeditus, tardius ueniret, ſed qđ propoſitum & conciſium Deo aduerſum animo occuleret, quod paulò poſt ubi Epheſum uenit, manifeſtum fecit. Diſtulimus igitur conſeſſum ſedecim integros dies poſt præſcriptum ſanctæ Pentecoſtes terminum, etiamſi multi Epiſcopi & clerici partim morbis affligerentur, partim ſumptibus premerentur, nonnulli etiam ex hac uita migraſſent, eſſetq;, ut & ſanctitas tua uidet, nihil aliud quàm contumelia aduerſus ſanctam Synodum, quod fiebat, tanta uidelicet dilatione peruerſe utebatur. Quanquam enim qui è longinquioribus ſunt regionibus, ipſum præueniſſent, tamen poſt ſextum decimū diem accurrerunt ex illis qui cum eo ſunt Epiſcopi, Metropolitani duo, Alexander Apamiæ, & alter Alexander Hierapolitanus. Hi cum de aduentus religioſiſsimi epiſcopi Ioannis tarditate quererēmur, dicebant non ſemel, ſed ſæpenumero ad hunc modū: Præcepit nobis ut pietati ueſtræ ſignificemus, quod ſi ipſum adhuc amplius tardare contigerit, ne Synodū differatis, ſed quæ facienda ſunt faciatis. Cum hęc nobis ſignificata eſſent, & iam cùm ex aduentus ipſius tarditate, tum ex his quæ ſignificauerat, manifeſtum eſſet quod conſeſſum detrectaret, ſiue id Neſtorij amicitiæ largitus, ſiue propterea quod is Eccleſię ipſius clericus fuit, uel quod quorundam pro ipſo obſecrationibus ceſſerit, cōuenit ſancta Synodus in magna Epheſiorum eccleſia, quæ Mariana uocatur. Quoniam uerò cum uniuerſi promptо animo conueniſſent, ſolus in eo conſeſſu deſiderabatur Neſtorius, admonuit eū ſancta Synodus canonice per Epiſcopos quoſdam primo, ſecundo ac tertio. Ipſe uerò domo in qua erat militibus circunſpecta, cōtumax contra Eccleſiaſticas ſanctiones factus eſt, nec ſuſtinuit ſeſe manifeſto declarare, ut de impijs ſuis blaſphemijs rationē redderet. Sub iſta lectę ſunt literæ ad ipſum à ſanctiſsimo ac Deo dilectiſsimo Alexandrinæ eccleſiæ Archiepiſcopo Cyrillo ſcriptæ, quas ſancta Synodus tanquam rectè & inculpate ſcriptas approbauit, ut quæ nullo pacto à diuinis ſcripturis aut traditione et expſitione fidei, olim in magna Synodo à ſanctis patribus Niceæ congregatis facta diſcrepant, quemadmodum & ſanctitas tua illas recte ſuo teſtimonio approbauit. Deinde lecta etiam epiſtola Neſtorij ad ipſum memoratum ſanctiſsimū ac deo dilectiſsimum fratrem ac comminiſtrum noſtrum Cyrillū ſcripta, iudicauit ſancta Synodus omnino ab Euangelica & apoſtolica fide aliena eſſe, & quàm maximam & exoticā blaſphemiā ſapere quæ in ea ſunt dogmata. Subinde conſimiliter & impijſsimis illius exegeſibus lectis, & præterea epiſtola quoq; à ſanctitate tua ad illum ſcripta, per quam iuſte eſt condemnatus, tanquam qui blaſphema ſcripſit, & impias uoces exegeſibus ſuis inſeruit, iuſta contra illum lata eſt depoſitionis ſententia, præſertim quod tantū abfuit, ut de blaſphemijs ſuis pœnitentiā ageret aut reſipiſceret, cum adhuc Conſtantinopolitanā haberet eccleſiā, ut etiam Epheſi cōſtitutus ad quoſdam ſanctos metropolitanos Epiſcopos, uiros haud ignobiles, ſed claros ac pietiſsimos diſſerēs, auſus ſit dicere: Bimeſtrem ego ac trimeſtrem deum non confiteor. Et his etiam alia peiora dixit. Poſtquam igitur impiam ac ſceleſtiſsimam hæreſim, ſanctiſsimam noſtram religionem euertentē, & uniuerſam myſterij diſpenſationē ex ipſis fundamentis euellentem, demoliti ſumus, ſicuti iam diximus: non potuit fieri quo minus, ſicut apparet, dilectionis erga Chriſtum perfectionē habentes, & pro Domino zelantes, multis in rebus tentarentur. Sperabamus enim futurum, ut religioſiſsimus Ioannes Antiochenus diligētiam ac pietatem Synodi laudaret, & forſan etiam quereretur, quod tardius depoſitionem Neſtorij aggreſſi eſſemus. Verum omnino in contrarium, contra quàm ſperabamus, degenerauit. Inuentus enim eſt inimicus & maximus cùm ſanctæ Synodi tum rectæ Eccleſiarum fidei hoſtis, ſicuti res ipſæ declararunt. Nam ſimul atq; Epheſum ingreſſus eſt, antequam puluerem ex itinere contractū abluiſſet, nondum depoſito pallio, collectis quibuſdam, qui unà cum Neſtorio defecerūt, & blaſphema contra ſuum ipſorum caput loquuntur, & gloriæ Chriſti tantum non illudunt, quos ſibi ipſi ueluti collegium circiter triginta hominum, nomen Epiſcopatuum habentium collegit, quorum alij extorres uagantur, nec Eccleſias habent, alij ſæpenumero grauibus de cauſis à Metropolitanis ſuis ſunt depoſiti. (Sunt autem cum illis etiam Pelagiani & Cœleſtiani, & ex illis quidam qui ex Theſſalia ſunt eiecti) his inquam collectis, rem auſus eſt impiam, qualem nemo ante illum unquam eſt auſus. Seorſum enim chartam compoſuit, & nomine depoſitionis contumeliam contra ſanctiſsimum ac Deo dilectiſsimum Cyrillum Alexandrinorum epiſcopum, & pientiſsimū fratrem noſtrum & coepiſcopum Epheſiorū Memnona exacuit, nemine noſtrū ſciente, imò ne ipſis quidē, qui cōtumeliā hanc ſunt paſsi de eo quod factū erat, aut quam nam ob cauſam hoc auſi ſint, inſtructis. Verum perinde atque ſi ſuper iſtis non ſuccēſeat deus, nec ſint Eccleſiaſtici canones, nec futurum ſit, ut propter hanc audaciam pericliten-tur, excommunicationis nomine uniuerſę Synodo contumeliam intulerūt, idq; publicæ chartæ inſertū & theatri parietibus affixū, legere uolentibus propoſuerunt, ut ſuam ipſorū impietatem publiculo ſpectaculo proſtituerēt. Nec hactenus tantum progreſſa eſt ipſorū audacia, ſed auſi ſunt, quaſi canonicum quiddam conſtituiſſent, iſta ad aures quoq; Deo dilectiſsimorū ac Chriſti amantium Imperatorum deferre. His ita geſtis, ſanctiſsimus ac Deo dilectiſsimus Cyrillus Alexandrinus epiſcopus, & pietiſsimus Memnon Epheſiorum epiſcopus, compoſitum libellum obtulerūt quo religioſiſsimum Antiochenorū epiſcopum Ioannem, & eos qui cum eo hoc fecerant, accuſarunt, adiurantes nos ſanctam Synodum, ut ipſum Ioannem & alios qui cum eo ſunt, canonice requireremus, ut rationem eorum redderent quæ temerè ſunt auſi: & ſi quam accuſationem haberent, ſi poſſent, edicerent ac cōuincerent. In charta ſiquidem depoſitionis, imò magis contumeliæ prætextus loco ad hūc modum ſcripſerant: Quoniam Apollinariſtæ ſunt & Ariani, & Eunomiani, ob eam cauſam à nobis ſunt depoſiti. Cum itaque iſti qui hanc ab illis paſsi ſunt cōtumeliam ut gerent, rurſus neceſsitate adacti, in magna Eccleſia facto conſeſſu Epiſcoporum, quorum numerus plures quàm ducentos habet, ſemel, iterum ac tertio ipſum Ioannem & qui cum eo ſunt ad Concilium uocauimus, ut conuincerent eos quos contumelia affecerant, rationemq; & cauſas dicerent, ob quas depoſitionis chartā compoſuiſſent. Verum ille uenire noluit, id quod facere debuiſſet, ſiquidem memoratos ſanctos uiros hæreticos eſſe cōuincere potuiſſet. Debuiſſet ſanè accurrere, & crimen, ſi quod uerum ac certum habuiſſet, cuius gratia temerariam contra illos ſententiam tulit, offendere ac declarare. Verum praua impediebat conſcientia non adcurrit. Subdolus autem ſuus conatus hîc erat. Putabat futurum ut ſi abſurda iſta & illegitima cōtumelia deſtrueretur, ſimul etiam iuſta illa ſanctæ Synodi ſententia cōtra hæ-



rēs cum Neſtorium lata euerteretur. Indignitate itaq; rei moti, uolebamus quidem cōtra ipſum & reliquos proferre ſententiā illi parem, quam iniquе contra eos tulit, qui nulla dum in re ſunt condemnati: uerum ut illius temeritatem animi lenitate q; uinceremus, etiamſi illam iuſtiſsime ac legitime paſſus eſſet, reſeruauimus etiā pietatis tuæ iudicio, ita tamen, ut interea communionis eos reddiderimus expertes, omniq; ſacerdotali poteſtate priuauerimus, ne ſuis quenquam lædere poſsint ſententijs. Quomodo enim neceſſarium non fuit, illis qui tanta cum feritate & ſæuitia, & cōtra canones, res adeo peruicaces & atroces aggredi conſueuerunt, etiam inuitis nocendi poteſtatem adimere? Fratribus itaq; noſtris & comministris Cyrillo epiſcopo et Memnoni, qui contumeliam hanc ab illis ſunt paſsi, communicamus omnes, & poſt illorum quoq; temeritatem ſacro cum ipſis miniſterio ſumus uſi, & utimur uniuerſi: Synaxes una celebrantes, illuſiones q; illorum ſcripto abrogantes, & prorſus irritas ac infirmas eſſe decernentes. Erant enim nihil aliud quàm contumelia. Etenim uiri numero triginta, quorum alij hæreſeos macula ſunt notati: alij extorres & reiecti, quam Synodi faciem, aut quid roboris haberent contra Synodū ex uniuerſo qui cœlo eſt orbe collectam? Fuerunt enim in conſeſſu noſtro etiā illi qui à ſanctitate tua ſunt miſſi pientiſsimi epiſcopi Arcadius et Proiectus, et cum illis religioſiſsimus presbyter Philippus, qui uicem ac preſentiam tuam nobis conſeſſu ſuo exhibuerunt, & apoſtolicæ ſedis locum adimplerunt. Competenter itaq; ſuper iſtis ſanctitas tua ſuccenſeat. Si nanq; facultas illis datur, qui hoc cupiunt, maiores ſedes contumelia afficiendi, & cōtra quos nihil habent poteſtatis, adeò iniqui irregulares proferēdi ſententias, imò magis contumelias, idq; contra eos qui tanta pro pietate ſuſtinere certamina, per quæ iam pietas accedentibus ſanctitatis tuæ precibus reſplenduit, in extremam confuſionem res Eccleſiaſticæ delabētur. Si uerò competenti modo qui talia ſunt auſi refrenati fuerint, ſedabitur omnis tumultus, & conueniens canonum reuerentia apud uniuerſos ſeruabitur. Cæterum ubi lecti ſunt in ſanctæ Synodo cōmentarij de depoſitione impiorum Pelagianorum Cœleſtij, Pelagij, Iuliani, Perſidij, Flori, Marcelini, Orentij, et reliquorum eadem cum iſtis ſentiētium: iudicauimus & nos, ſolida & firma permanere debere, quæ à pietate tua ſunt decreta, ſumuſq; omnes eiuſdem ſententiæ. Ad exactam autem omnium actorum cognitionē, in Domino dilecte & deſideratiſsime, commentarios miſimus, & Synodi ſubſcriptiones. Valere te, & noſtri memorem eſſe optamus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



# DOGMATA NESTORII QVAE CYRILLVS IMPVGNAVIT.

Author damnatus

AD LECTOREM VVOLFG. MVSCVLVS.

QVoniam Cyrillus noster præ omnibus alijs sui temporis orthodoxis Episcopis, acerrimus fuit dogmatum Nestorij impugnator, quæ & toties in epistolis suis impietatis & blasphemiæ gloriam Christi labefactantis condemnat: quorum etiam ille gratia in concilio Ephesino ab Episcopatu depositus est: uisum est illa, sicuti in græco Synodalium actionum codice habentur, subijcere, ut perspicue uideas optime Lector, quid in illis tanta sit contentione impugnatum & condemnatum.

EX LIBRO NESTORII DE-
sumpta Quaternione 17.

QVando igit, inquit, diuina scriptura, uel de natiuitate Christi ex Maria uirgine, uel de morte dictura est, nusquã dictionem dei ponere uidetur, sed uel Christi, uel filij, uel Domini. Nam tres istæ appellationes duarum naturarum, iam diuinæ, iam humanæ: aliquando utriusque tam diuinæ quàm humanæ significationem habent. Vt exempli gratia, quando natiuitatẽ nobis ex Virgine sancta scriptura narrat, dicit: Misit Deus filium suum. Non dicit: Misit Deus uerbum Deũ, sed nomen usurpat, quod duarum naturarum significationem habet. Quoniam enim filius & Deus est et homo, dicit: Misit Deus filium suum, factum ex muliere, ut quando audis illud, factum ex muliere, deinde nomen propositũ uides, quod duas naturas significat, filiũ quidẽ uoces ꝙd ex beata est uirgine natum. (Deum enim Christi para uirgo non genuit.) Verum quoniam filius Dei duplex est secundum naturas, filium quidem dei non genuit: sed humanitatem, quæ filius est propter coniunctum filium.

Ex eodem, Quaternione 21.

Audi cõuenienter hæretice: Nõ inuideo Christiparæ uirgini hanc uocem, sed noui uenerandã esse quæ Deum susceperit, per quam processit omnium dominus, per quam sol iusticiæ resplẽduit. Rursus suspectum habeo applausum, quomodo illud Processit, intellexeritis. Quod, processit, dixi, mihi non idem est, atq; genitus est. Neq; enim tam citò uerborum meorum sum oblitus. Quod Deus ex Christipara uirgine processerit, à diuina scriptura sum edoctus. Quod uerò Deus ex illa sit natus, nequaquam edoctus sum. Et post aliquanto: Nusquam igitur, inquit, diuina scriptura deum ex Christipara uirgine natum esse dicit, sed Iesum Christum filium ac Dominũ. Hæc omnes confitemur. Quæ nanque diuina docet, miser est qui illa non cõfestim recipit. Surge, inquit, & accipe puerum ac matrẽ eius. Angelorum hæc uox est. Melius forsan quàm tu conditionem natiuitatis huius intelligebant archangeli. Surge & accipe puerum ac matrem eius. Non dixit: Surge, & accipe Deum & matrem eius.

Ex eodem, Quaternione 24.

Quod igitur diximus: Ne timeas accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natũ est. Siue per unum filium, siue per duos intellectu nõ euertitur. Si dixerimus, deum uerbũ in carne esse natum. Aliud enim est coniunctum esse nato, & aliud nasci. Quod enim in ea natum est inquit, ex spiritu sancto est. Hoc est, spiritus sanctus, quod in ea est, creauit. Videbant itaq; patres, tanquã diuinarũ scripturarũ gnari, quod si de incarnato posset, qui genitus est, inueniretur deus uerbum filius & creatura spiritus sancti. Fugientes igitur generationis dictionem, posuerũt, qui descendit propter nos homines, & propter nostrã salutẽ, & incarnatus est. Quid est, incarnatus est: Nõ idem quod cõuersus est à diuinitate in carnem. Qui incarnatus est ex spiritu sancto. Sequuti sunt Euangelistã. Nam Euangelista ubi de inhumanatione loqui cœpit, cauit ne generationem uerbo tribueret, posuit aũt incarnationẽ. Vbi: Audi. Et uerbũ caro factũ est. Nõ dixit: Verbũ per carnẽ natũ est. Vbi em̃ apostoli aut Euangelistę filij mentionẽ faciunt, ponunt, quod ex muliere sit natus. Vbi uerò uerbi recordãtur, nemo illorũ ausus est dicere, ꝙd per humanitatẽ sit natũ. Beatus euangelista Iohannes cum ad eum locum uenisset, ut de uerbo & inhumanatione eius diceret, audi quid dicat. Verbum inquit caro factum est: hoc est, accepit carnẽ, & habitauit in nobis: id est, nostram induit naturam, & uidimus gloriam eius, filij uidelicet. Non dixit, uidimus natiuitatem uerbi.

Ex eodem, Quaternione 15.

Ita & secundũ carnẽ Christũ, propterea ꝙd deo uerbo coniunctus est, Deũ nominamus, scientes eum apparuisse tanq; hominẽ. Audi Paulũ utraq; prædicantẽ. Ex Iudæis, inquit, Christus est secundũ carnẽ, qui est super omnia Deus. Primũ hominem cõfitetur, deinde propter coniunctionẽ dei, eum qui apparuit Deum nominat, ne quis Christianismum hominem adorare suspicetur.

Ex eodem, Quaternione 27.

Verum sicut omnium cõditorem Deum dicimus, & Mosen quoq: Nam deũ, inquit, Pharaoni te cõstitui, & Israelem filium dei. Etenim filius meus, inquit, primogenitus Israel est, & sicut Saulem Christum dicimus: non enim inquit, inficiam manum meam in eum. Est enim Christus dominus meus: & Cyrum similiter, Hæc inquit, dicit Dominus Christo meo Cyro: Sanctificati sunt. & ego duco eos, ita & Dominum Christum, & filium, & Deũ, & sanctum dicimus. At nominum quidem cõfor mis est communicatio, dignitas uerò diuersa.

Ex eodem, Quaternione 15.

Hoc sentire, inquit, in uobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit, forma serui accepta. Non dixit: Hoc sentite in uobis, quod & in deo uerbo, quod cum in forma dei esset formam serui accepit: sed usurpata dictione Christi, tanquam duarum naturarum significationem habente, secure ipsum, & formã serui accepisse dicit, & deum nominat, quæ dicta sunt ad naturas diuisas connectens.



Ex eodem, Quaternione 15.

Vt in nomine Iesu, inquit, flectatur omne genu cœlestium, terrestrium & inferorum, & omnis lingua confiteatur, quod dominus sit Iesus Christus. Propter eum qui gestat, colo eum qui gestatur. Propter inuisibilem adoro eum qui apparuit. Inseparabilis est deus ab eo qui apparuit, propterea honorem eius qui non separatur non separo. Naturas separo, sed adorationem unio.

Ex eodem, Quaternione 17.

Erat quidem deus uerbum antequã homo fieret, & filius, & deus, & patri coniunctus, posterioribus autem temporibus formam serui accepit. Verum quum antea filius & fuerit & uocatus sit, non potest post assumptam serui formam separatim uocari filius, ne duos filios statuamus. Quoniam autem ei coniunctus est, qui in principio filius erat, postquam illi coniunctus est, non potest secundum dignitatem filio competentem, recipere diuisionem. Secundum dignitatem, inquam, filio competentem, non secundum naturas. Quapropter & Christus deus uerbum nominatur, propterea quod continuam cum Christo coniunctionem habet.

Ex eodem, Quaternione 15.

Inconfusam igitur naturarum coniunctionem retinemus. Confitemur in homine deum. Hominem diuina coniunctione omnipotente deo coadorandum colimus.

Ex eodem, Quaternione 6.

Considera & hoc quod statim adiungitur, ut misericors, inquit, fieret ac fidelis pontifex in his, quæ sunt ad deum. In quo nanque passus est ipse, actentatus, potest his qui tentantẽ succurrere. Passus itaq; pontifex misericors est. Templum itaq; corporis ipsius passibile fuit, nõ deus uiuificator eius qui passus est.

Ex eodem, Quaternione 27.

Vt cognoscatis, inquit, quàm uehemens diuinitatis coniunctio etiam in infantia uisibilis domi nicæ carnis fuerit. Erat enim idem ipse & infans, & infantis dominus. Laudastis hanc uocem. Verum nolite sine examinatione illius applaudere. Dixi enim: Idẽ ipse & infans erat, & infantis dñs.

Item, Quater. 1.

Sunt enim communes Triadis operationes, & personarum duntaxat diuisionem habentes. Itaque gloria unigeniti patri aliquãdo applicata est. Est enim, inquit, pater meus qui glorificat me, aliquando spiritui sancto: Spiritus enim, inquit, ueritatis glorificabit me, aliquando uerò & Christi potentiæ.

Item, Quater. 16.

Eum qui dixit: Deus meus, deus meus, ut quid me dereliquisti? Eum qui tribus diebus in morte permansit, hunc cum diuinitate, tanquam diuinæ autoritatis cooperarium adoro. Et post: Propter eum qui gestat, eum colloqui gestatur, propter ab scõditũ adoro eum qui apparuit. Inseparabilis est deus ab eo qui apparuit. Quapropter honorẽ eius qui non separatur non separo. Naturas separo, adorationẽ uerò unio. In seipso deus non est, quod in utero formatũ est: in seipso deus nõ est, quod in monumẽto sepultũ fuit. Nam ad hũc modũ homines essemus adoratores, & manifesti mortui cultores. Verũ quoniã in eo qui assumptus est, deus est propter eum qui susceptus est, tanq; susceptori cõiũctus, unà cum illo deus uocatur.

Item, Quater. 3.

Quomodo enim, inquit, seruum est quod cum filio & patre operatur? Et si quærat quis ꝙ spiritus sancti dignitates, inueniet eas nulla in re filio ac patre inferiores. Non quod una illa diuinitas separata sit, sed quod diuina scriptura, quæ unius sunt potentiæ, singulis partiatur personis, ad ostendendum sanctæ Triadis similitudinem. Et considera mihi similitudinem hanc, quomodo in operibus temporum demonstrata sit. Deus uerbũ caro factus est, & habitauit in nobis. Vnà fecit assidere si bi assumptam patet humanitatẽ. Dixit enim: Dixit dominus domino meo sede à dextris meis. Spiritus descendit, & assumpti hominis gloriam prouexit. Quando nanq;, inquit, spiritus ueritatis uenerit, ille me glorificabit.

Item, Quater. 21.

Hic deo fidelis pontifex est factus. Factus est enim iste. Non à sempiterno processit iste, qui patrem latim, ô hæretice, ad pontificatus dignitatem processit. Et audi uocem manifestius hoc tibi uociferantẽ. In diebus, inquit, carnis suæ preces ac supplicationes ad eũ, qui poterat ipsum ex morte seruare cũ clamore ualido & lachrymis obtulit, & auditus est pro reuerentia. Et quidẽ cum filius esset didicit ex his quę passus est, obedientiã. Et ubi cõsummatus est, factus est omnibus sibi obedientibus causa salutis ęternę. Consummatus est autem hęretice paulatim accepto profectu, de quo et Lucas in euangelijs clamat, dicens: Iesus autem proficiebat ætate & sapientia & gratia. Quibus & Paulus consona loquitur, dicens: Consummatus autẽ factus est omnibus obedientibus sibi causa salutis æternæ, appellatus à deo pontifex secũdum ordinem Melchizedek. Et post: Pontifex uocatus est. Quid igit contra Paulũ uerba Pauli interpretaris, impassibilẽ deũ uerbũ terrenę cõmiscens similitudini, & passibilem pontificem faciens?

Item, Quater. 6.

Qua, ppter fratres cœlestis uocatiõis participes cõsiderate apostolũ & pontificem cõfessionis nostræ Iesum, fidelẽ existẽtẽ ei qui ipsum fecit. Cum itaq; pontifex iste reuera cõpassibilis nobis & cognatus sit, firmus esto ne ab eo exorbites. Nam ipse nobis benedictionem ex semine Abrahæ promissam attulit, qui pro seipso & cognatis corporis sui sacrificium * obtulit.

* συνεπαγόμενος, unà secum attulit.

Signifi-

Universidad de Deusto
Biblioteca



Significandum, quod quemuis pontificē opus habere sacrificio cōfessus, & Christum eximens, ut qui nullo opus habuerit, in istis dicit eum pro seipso & cognatis offerre sacrificium.

*Item, Quater. 4.*

Audite itaq; attendentes his quæ dicūtur: Qui manducat carnem meam, inquit. Memores sitis, quod de carne est quod dicitur, & quod à me non est adiecta carnis dictio, ne uidear illis siniſtre interpretari. Qui manducat carnem meam, inquit, & bibit sanguinē meū. Nō dixit: Qui manducat, & bibit diuinitatem meā. Qui carnem meā manducat, & sanguinem meum bibit, in me manet, & ego in eo. Et post: Sed ad propositum redeamus. Qui manducat carnem meam & bibit sanguinē meum, in me manet, & ego in eo. Memores estote quod de carne est quod dicitur: Sicut misit me uiuens pater, me qui appareo. Verum an siniſtre B interpreter, audiemus ex sequentibus: Sicut misit me uiuens pater. Ille diuinitatem dicit, ego humanitatem. Videamus uter siniſtre interpretetur. Sicut misit me uiuens pater. Hæreticus hic diuinitatem dicit. Misit me, inquit, id est, deum uerbū. Sicut misit me uiuens pater, secundum illum, & ego deus uerbum uiuo propter patrem. Deinde illud quod sdquis: Qui māducat me, & ille uiuet. Quid manducamus? diuinitatem ne an carnem?

*Item, Quater. 16.*

Et omnino, inquit, si uniuersum nouum instrumētū reuoluas, nullo pacto apud hoc mortē Deo A adscribi inuenies, sed aut Christo aut filio, aut domino. Christus em̄, & filius, & dominus, de unigenito à scriptura usurpātur, ut quibus dictionibus duæ naturæ significantur, & aliquando diuinitatem, aliquando humanitatem: quandoq; uerò utranq; significant, ut exempli gratia, quando Paulus in epistola prædicat, dicens: Cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius, de humanitate filij clamat. Rursus cū ad Hebræos dicit: Locutus est nobis in filio, per quem & seacula fecit, diuinitatem filij significat. Neq; enim caro opifex est seculorum, quæ post multa secula est procreata. Et post: Neq; diuinitas Iacobum fratrē habuit, neq; dei uerbi mortem annunciamus carne ac sanguine Dominico pasti.

*Item, Quater. 23.*

Attendo, inquit, populis nostris, multum quidem religionis ac circa pietatem feruoris habentibus, propter ignorantiam uerò dogmatis de cognitione dei, in errores prolapsis. Hoc uerò nō est ex culpa laicorum, sed ut conueniēter quodāmodo dicam, ex eo quod doctores tantum temporis non habent, ut exactius aliquid de dogmatibus uobis proponant.

DIVI CYRILLI QVARTI ET VLTIMI TOMI FINIS.

CYRILLI OPERA

Universidad de Deusto
Biblioteca

CYRILLI OPERA

# INDEX IN QVATVOR TOMOS CYRILLI earum rerum, quæ uidebantur notatu digna, copiosissimus & diligentissimus.


Aaron cœlesti doctrina instructus 714.b
Aaron & filij eius significãt ecclesiarũ pastores & doctores 142.a
Aarõ Christũ in seipso figuraſſe 109.b.to.2
Aaron typus Christi mediatoris & sacerdotis 213.b.to.2
Aaron est ipse Christus 688.b
Aaron quibus uestimentis indutus 681.b
Aaronis filij 6.a.to.3
Aaronis filij duo ignẽ alienũ obtuliſſe 714.b
Aaronis chorus sanctus filiorũ igni absumptus 224.a.to.2
Aaronis incredulitas 157.b
Aaronis filij quomodo perierint 241.b.to.3
Aaronem mortuum triginta diebus Iudæos fleuiſſe 380.b
Abana fluuius 325.b
Abel & Adam eiusdem substantiæ fuiſſe. pagina 34.d.to.2
Abelis sacrificium quare Deus laudauerit. pag. 240.d.to.3
Abigail mitigaſſe iram Dauidis 365.d
Abire retro quid 212.c
Ablatio uestimentorũ figurabat spiritualis puritatis ium 211.b.to.2
Abluendi potestas 386.8
Ablutionis beneficium 275.b
Abraham peregrinus 146.d.tom.3
Abraham descendit in Aegyptum famis tempore 416.d.to.2
Abraham fide iustificatus 512.a
Abraham quibus duitijs locupletatus 650.d
Abraham hospitalis 253.a.to.3
Abraham quo tempore uixerit 5.b.tom.3
Abraham unum excelsum deum ieſtatur. pagina 10.c.to.3
Abraham quasi ex sylua sterili raptus à deo. pag. 75.a.to.3
Abrahã principiũ uocatiõis gẽtiũ. 96.c.to.3
Abraham natus in Aegypto 5.c.tom.3
Abraham angelos tres in figuram summæ trinitatis hospitio recepiſſe 316.c
Abrahã à Chaldæis idololatris recedit. pagina 10.a.to.3
Abraham reipsa benedictus à domino 42.c
Abrahã præcox ficum in deserto 75.b.to.3
Abraham panes ex simila angelis dedit. pagina 748.b
Abrahæ electio 74.d.to.3
Abrahæ obedientia in immolando Ijaac filio 299.c
Abrahæ ueri filij 297.d
Abrahæ circumcisionem datam esse signum fidei in præputio 246.c.tom.3
Abrahæ lauc 5.b.tom.3





Abrahæ cognitio augetur fide 10.d.to.3
Abrahæ semen Christum apprehendisse. pagina 51.d
Abrahæ fides 10.a.tom.3
Abrahæ uxor ab Aegyptiorum libidine liberatur 418.a.to.2
Abrahæ semen assumere uerbum dei. pagina 342.d.tom.3
Abraham alieno igne usum esse 242.c.to.3
Abraham uidisse diem Christi 316.c
in Abraham benedici greges boum 665.b
abstinentiæ frena nemo laxet 731.b
Abydemus historicus 4.b.to.3
Acatius Melitenensis episcopus 61.d.tom.4
Acatius Beroënsis episcopus 38.a.62.d.& 79.a.272.c.to. 4
Acatij epistola ad Cyrillum 39.a.tom.4
Acatij episcopi ætas 167.c.to.4
accipere à Deo naturæ humanæ proprium. pag. 100.a.to.2
accusat seipsum prius antequam accusetur. pagina 647.d
Achab animus seruus 296.b
Achab filij puniti 321.b
Achab cor compunctum 724.d
Acrisij sepulchrum 239.d.to.3
Actæonis mors 236.b.to.3
Adamas Christus appellatur 241.a
Adam quomodo formatus 348.d.to.2
Adam spiraculum uitæ secundum carnem amisit 50.c
Adam primus homo à deo formatus 69.b. tomo 3
Adam primus præcepta dei contempsit. pagina 496.d
Adam fuisse mutabilis naturæ 101.b.tomo 2
Adam quibus uestibus indutus à deo. pagina 681.c
Adam quomodo à satana deceptus 304.d.
Adam cur electus è paradisi delitijs 416.b. tomo 2
Adam qualia bona à deo acceperit 414.d. tomo 2
Adam statim à sui creatione perfectè sapiens fuit 38.c
Adam omne malum sua inobedientia in mundum inuexit 325.c
Adam peccans ianuas paradisi conclusit. pagina 719.a
Adam secundus è cœlo 61.d
Adam secundus denominatus Christus. pagina 340.b.to.3
Adam cur Christus uocetur 51.d
Adam primus libertate sua non bonum, sed malum elegit 67.d
Adam & Abel an sint eiusdem substantiæ & naturæ 30.a.to.2
Adã denudatus data sibi gratia propter inobedientiam 116.d.tom.2
Adæ uita salutis diuinitus data 83.a.tom.2
Adæ cæcitas unde 325.d
Adæ liberum arbitrium 193.a.tomo 3
Adæ quare continentiæ lex data 415.d.to.2
Adæ an mulier erroris sit causa 49.d.to.3
Adæ terrestris imago quemodo cognoscatur 563.b
Adæ legem quare Deus posuerit 53.a.tomo 3
Adæ præuaricationem corruisse humanam substãtiam & intelligentiam 264.d.to.4
Adam in peccatum ruiturum deum scisse 86.d.tomo 2
Adam dei mandatum non seruasse 53.a.to.3
adductio ad patrem 189.d
adipes quid designent 676.b
[redacted] 73.c.to.2
adorare deum recta fide 213.b
adoratio Dei 106.4
adoratio seruitutis quædam professio. 108.c
[redacted] 32.a.to.2
aduersarij Christi nunquam cessabunt. pagina 600.b
aduiter an ab Episcopo ecclesiæ morte damnandus 735.a
adunationis uocabulum 238.b.to.4
ædificari in creaturam nouam. 89.b.tom.2
Aedoneus 6.a.to.3
Aeropte 240.a.tom.3
ægritudo mentis non parua 165.a
ægritudines corporales & spirituales undepag. 357.c.to.3
Aegyptiaca Synodus 17.d.tom.4
Aegyptus tenebrosa quædam regio interpretatur 175.c
Aegyptij submersi 153.c
Aegyptiorũ tyrannus Pharao, diabolus esse intelligitur 439.b
Aegyptiorum ollæ 275.a
Aegyptiorum sacerdotum conuersationem Pythagoram approbasse 238.b.to.3
Aegyptios habuisse prophetas 90.tom.3
æmulare dei 111.d.to.3
æmulatio pietatis quonã usq; progredi queat 574.b
Aeneas quo tempore 6.b.tom.3
Aesculapius quis fuerit 133.b.tom.3
Aesculapius fulmine ictus 138.c.tom.3
æternitatis uocabulum de deo dictum apud scripturam 159.d.to.2
Aetij error 36.b.to.2
affectiones ex corruptione oriri 60.a.to.3
affectionibus deum carere 76.d.to.3
affectuum magna diuersitas 284.b
Agamemnon iudex apud Argiuos. 6.b.to.3
Agelaus quo tempore 6.c.to.3
Agemon 6.c.tom.3
agendi potestatem nobis tribuere, temerarium est 447.d
ager pro mundo 166.3
agri pulchritudo, fructus maturi. 244.d.tomo 3
agros septimo anno quiescere 237.c
Agræus 7.c.tom.3
Agraulis nympha 87.b.to.3
Agones annuersarij 235.b.o.3
agni ueri quomodo participes esse possimus. pag. 242.d
agnum Christi mysterium figurasse. 582.d
agnum sacrificare in figuram Christi. 195.c tomo 3
Alba Syluius 6.c.to.3
Alcmæon 7.b.to.3

Universidad de Deusto
Biblioteca




Alexander 54.b.55.d.to.3
Alexander Polyhistor 4.b.to.3
Alexander Aristotelis discipulus 40.d.to.3
Alexander Aristotelicus 89.d.tom.3
Alexander Hierapolis episcopus 173.b.to.4
286.a.tomo 4
Alexander Nestorianus 282.a.to.4
Alexander episcopus Apamiæ 172.c.tom.4
Apamiæ [illegible] 4
Alexander episcopus Athanasium in administrandi muneris consortium assumpsit. pag. 2.c.to.4
Alexandri liber de prouidentia [illegible]
Alexandrinam ecclesiam Cyrillus rexit. pag. 73.d.tom 4
alimenta cœlestibus nutriri 158.d
Aloadæ 93.c.to.3
Altaris cornua quatuor quid designent. pagina 648.c
ad altare dei quomodo accedendum 714.c
altare Florum in Delo 214.d.to.3
Alypius apostolorum presbyter 76.b.to.4
Amalechitæ bestes mulsibiles 686.b
amantis uerus affectus 375.d
Amasis rex Ægypti 238.c.to.3
amator quorum sit deus 90.d.to.4
amatores inanes ad animam meretricis. pag. 744.d
ambulatio Christi marina quid significauerit 164.d
Amelius Platonicus de euangelio Ioannis. pagina 197.b.to 3
amicitiam & litem non esse principia rerum contra Empedoclem 44.d.to.3
amœnum esse deo 512.d
amœnos ualdè amasse Pythagoram 58.b.to.3
Ammon Israelitarum, & c. impium. 113.b.tomo 4
Amos quo tempore 7.d.to.3
Amos delatus à falsis hominibus 129.b.to.4
Amphilochius episcopus Iconij 146.b.to.4
Amphion musicus 5.d.to.3
Amyntas 5.d.to.3
Anacharsis Scytha unus septem sapientum. pag. 90.b.to.3
Anaximander quid de deo senserit 17.d.tomo 3
Anaximander Milesius philosophus physicus 7.c.to.3
Anaxagoras cur punitus 130.c.to.3
Anastasius presbyter 19.d.to.4
Anastasius Nestorianus 282.a.to.4
Andreas episcopus 71.b.to.4
Anareæ fidei imbecillitas 156.b
angelus immortalis quædam res 104.d.to.2
angelus seruilem nobis substinendi conditionem 341.c.tom 3
angelus natura mortales 38.b.to.3
angeli iubentur tria animalium genera formare 38.c.to.3
angeli animentem humanam illuminent 37.d
angeli nomen magis ministerium quàm substantiam significare 30.d
angeli natura incorporei 195.b
angeli an amarint filias hominum tomo 8
angeli apostatæ cathenis caliginosis in tartara detrusi 146.c.tom.3
angeli diuinis legibus gubernantur 54.d.to.3
angeli hominum custodes 83.d.to.3
angeli boni & mali quomodo scientiam boni & mali habeant 61.d.to.3
angeli ministrantes spiritus 105.c.to.2
angeli sancti participatione & gratia 67.d. tomo 2
angeli sanctos adorantes repellunt 73.d.tomo 2
angelorum rebellio 432.d
de angelorum creatione quare Moses tacet. pag. 65.d.to.3
angelorum ministeria 724.d
angelorum eminentia 341.d.to.3
angelis deus gloriam suam non dat 39.b.tomo 3
angelis creandi officium Deus non committit 39.d.to.3
angelos nihil à seipsis habere 37.d
angelos aquam tui basse 119.d
animalia munda 645.d
animalium nomine homines censere 56.c.tomo 2
anima Dei quid 770.d
anima defuncta quæ 740.b
anima imago mentis 192.d.to.3
anima in nobis habet causas & arbitrij libertatem 738.c
animæ liberum arbitrium fortita ad utrumtem 52.b.tom.3
anima Christi descendit in infernum 266.d. tomo 3
anima Christi ex genere & ex substantia humanarum omnium animarum 743.b
anima pulchra & satis decora à deo creata. pag. 744.d
anima mundi spiritus sanctus 22.d.tom.3
anima omnium rerum 65.d.to.3
animæ uel spiritus uirtus 191.c.to.3
animæ mundanæ 486.c
animæ cibus uerbum Dei 310.d
animæ an ante corpora fuerint 45.d
animæ an in cœlo in beata uita fuerint ante corpora humana 40.d
animæ adustionem pati 707.d
animæ sanctorum in cœlum abeunt post corporis mortem 601.d
anima fidei requies 750.d
animæ ludnera 706.d
animam suam Christus posuit 355.d
animam suam Christus pro omnium anima redemptionis pretium constituit. 266.d. tomo 3
animam humanã Christum non habuisse quidam asserunt 356.d
animam esse ex mente 99.d.to.3
animarum apud Christum medicina 701.b
animarum sanctarum partus 744.d
animas defunctorum in tumulis esse gentilitia fabula 374.d
animas fidelium nutrire 155.b
animus hominis uti fons 286.b
animus hominis asperitate certaminum uincitur 581.c
animus hominis manifestis solet cõsidere, nõ occultis 549.d
animus pueriles nihil magni cognoscere potest 158.b
animi fortis indicium iram superare 319.d
Anna Phanuelis filia 42.d.& 43.d
anniuersarij agones 235.d.to.3
annorum numerus secundum legem perfectus 118.d
Anomius hæreticus 53.b.to.4
Anon rex Ammontarum 248.d
ἀνωθεν 91.d
Antilochus historicus 239.d.to.3
Antiochus Nestorianus 282.a.to.4
Antiphon 238.b.tom.3
Aphrodisius mensis 87.b.to.3
Apis Aegyptius 158.c.to.3
Apollinaris hæresis de anima Christi 356.d
Apollinarius Laodicæus 39.b.tom.4
Apollinarius anathematizatur 53.a.to.4
Apollinaris dogma. 26.b.to.4. 68.c.to.4.& pag. 98.d.to.4
Apollinarij & suorum discipulorum opinio de Christo 269.d.to.3
Apollinaristas negare in Christo fuisse animam humanam 263.b.to.3 716.d
Apompeus hircus 6.a.to.3. 239.b.to.3
Apollo aureus 240.d
Apollinis sepulchrum in Telmisso 3
tomo 77.c.to.3
Apollodorus 4
apostolicæ sedis locum adimplere. 197.c.tomo 61.d
apostolatus dignitas 24.a.to.4
apostolatus nomen & res valde congruunt mensuris humanitatis 374.c
apostolicus numerus mansit perfectus 372.c
apostolici ministerij conditio describitur. pag. 512.c
apostolus quid 518.b
apostolus mundus cibus 696.d
apostoli doctores totius terræ 335.d
apostoli sacramentorum promi 309.d.to.2
apostoli doctores totius terræ 161.b
apostoli æquales sunt honore 39.c.to.4
apostoli quales ante aduentum spiritus fuerint 582.b
apostolorum traditionibus credendum. pagina 264.d.to.3
apostolorum infirmitas quare conscripta. pag. 581.c
apostolorum animus participatione spiritus armatus 558.b
apostolorum scripta in precio habenda. pagina 287.b.to.2
apostolorum paupertas 355.d
apostolorum testimonium quasi quoddam fundamentum fidei 174.d.to.3
apostolorum manibus datus spiritus 36.d
apostolorum scripta ad præsules sanctarum ecclesiarum successione transmissa 160.c
apostolos & Christum communi more uixisse 575.b
apostolos ecclesiarum fuisse pastores 454.b
ab apostolis libellus quidam scriptus 71.d
Apringius episcopus Chalcedensis 172.c.to.4.
Apringius





Apringius Apamiæ episcopus 288.a.to.4
æqua spiritalis 260.d
æqua uita 103.d
æqua corpus sanctificatur 82.d
æqua uita est spiritus 405.a.tom.2
æque uocabulo spiritus sanctus intelligitur. pag. 1036
æque expiationis & lustrationis 327.b
æquas esse sermonem diuinum 175.d.to.3
æquis diluuij totius mundi expiata sunt peccata 325.d
æquilæ qui 700.b
æquilæ typus 222.c.to.3
æneas naturaliseruire legi 92.c.to.2
ferax montes Armeniæ 4.a.tom 2
hebræces 8.d.to.3
hebelus primus appellatus deus 74.d.tom.3
hebeli filius Nimus 5.d.to.3
eburnum liberum homini datum 432.b. 120. d
eburnum liberum sine gratia dei inefficax. pag. 553.b
eburnum liberum nullo modo negare possumus 192.d
eburnum liberum an homini datum 189.d. tomo 3
eburnij liberitas primis parentibus data 51.d tomo 3
eburnij liberi uis 58.d.tom.2
eborloquitur Apollonio 58.d.to.3
eburnes habemus intra nos 764.d
eremCbristi fuisse figuram 216.c
Eccelius presbyter Romanus 297.c.to.4
Ecclesiastes Lacedæmoniorum rex 6.c.to.3
Echecholus 7.b.to.3
Echinus Milesius poeta 7.a.to.3
Edessa uxor puerorũ interfectrix 83.d.to.3
ad Ægyptum doctor necessariò uocatur. pag. 223.d
Ægypt cuncta cernens quo tempore 5.c.to.3
Ægyptii iudaicam impietatem in animo concepernunt 7.b
Ægyptij Iudæis impietate persimiles 249.b
Ægyptus uitæ spiritum sanctum Paulus appellat 192.d.to.2
Ægyptij platonizant in trinitate 22.b.to.3
Ænone texuntur 461.c
Æsopicorum captiones 10.d.to.2
Æsopicorum error de fatigatione Christi. pag. 101.c
Æsopicorum dolus 207.b.to.2
Æsopicis uidentur Iudæi meliores 173.d.to mo 2
Æsopij acerba lues 100.c.to.4
Æsopij insani dogma 26.b.to.4
Æsopiorum conera Christum 71.d.to.2
Æsopij impietatem propugnantes quibus utantur seruijs 68.b.to.4
Æsopium seperare filium à substantia patris. pag. 362.c
Æones consummationis Christus 615.d
Æthiopes uenditores 656.c
Æthiopes inuidus 129.c.to.3
Æthiopicus peripateticus 91.to.3
Æthiopicus tribunus & notarius 78.d.to.4. 56.d.to. 4
Aristomines Messanus 86.d.to.3
Aristotelicæ disciplinæ hæreticis notæ 39.d. tomo 2
Aristotelicis disciplinis magis gloriari quàm scripturis diuinis 40.b.to.2
Aristoteles Stagirita Platonis discipulus. pag. 17.d.to.3
Aristoteles æmulus Platonis 77.c.to.3
Aristoteles reprehendit Ideas 44.d.to.3
Aristoteles de mundo 30.d.to.3
Aristoteles & Plato in quibus dissentiant. pag. 30.c.to.3
Aristoxenus musicus 127.b. 7.b.to.3.144.d tomo 3
arithmetica à Phœnicibus negotiatoribus in cœpit 123.d.to.3
arrogantia Pharisæorum morbus 231.d
arrogantiæ malum 426.b
arrogantiæ uia quomodo cõcludenda 430.b
ars arcana apud Græcos 58.d.to.3
Arsenius 129.d.to.4
articuli uis apud Græcos 18.b
artus 4.b.to.3
aruspices 137.d.to.3
Asclepius 88.d.to.3
Assyrij primi idololatræ 74.d.tom 3
Assyrios multos deos coluisse 5.b. 10.3
Asterius 282.d.to.4
ex astrorũ motu ordinato quid discendum. pag. 47.d.to.3
astrologi taxantur 250.d.& 251.d.tom.3
astronomiæ prima obseruatio apud Babylonios 123.d.to.3
Athalia extra septa templi interfectus 318.d
Athanasius papa 70.b.to.4
Athanasius columna rectæ doctrinæ 105.d. tomo 4
Athanasius quadraginta sex integros annos Alexandrinæ ecclesiæ præfuit 2.d. to.4
Athanasius episcopus Alexandrinus 285.d. tomo 3 145.d.to.4
Athanasius incusatur à nebulonibus crudelitatis 129.c.to.4
Athanasij epistola deprauatur à Nestorianis 266.d.tomo 4
Athanasij libri de incarnatione 156.d.to.4
Athlas Prometbei frater 5.c.to.3
Attica lingua 162.d.to.3
Atticus episcopus 15.c.to.4
Atticus Constantinopolitanus episcopus. pag. 153.d.to.4
auaritia præsulum Iudæorum 27.b
auaritiæ seruus 295.e
auaritiæ seruus Iudas 506.b
audientium duricies in causa est, quod uerbum dei nihil operetur 31.c
auditor sapiens 199.d
auditores uerbi dei uarij 357.d
auditores quomodo ad ueritatem inducendi. pag. 63.b
auditores uerbum dei quales requirat. 763.c
auditorum officium in audiendis concionibus 661.d
auditorum animi uarijs modis attreclandi. pag. 83.d
aues prohibitæ quid in scriptura significent. pag. 222.c.to.3
Augustinianus episcopus 288.d. to.4
Aurelius Irenopolus episcopus 286.b.tom 4
auris dextera seruo amputata 575.b
aurora spiritalis 99.c.to.4
auri bonos 216.d
Ausonius 161.d.to.3
auxiliari Christum non in principio 163.b
Azymorum dies 719.c
Azarias 7.d.to.3
Azarias filius Oseæ 140.d


B


Babylonica turris cur ædificata 93.d tom. 3
Babylon ciuitas unde dicta 4.d. to 3
de Babylonis turri testimonia ethnicorum. pag. 4.d.tom.3
in Babylonem qui transmigrent 420.d.to mo 2
Babyloniorum tyranni taxantur 77.d. tomo 4
Babylonis rex typus satanæ 421.d.tom.2
Bacchus ex Semele 5.d.to.3
Bacchus à Perseo occisus, & in Delphis sepultus 239.b.to.3
Baccho homo in Chio sacrificatus 87.c. to.3
Balaam an propheta fuerit 392.b
Baptista nuncupatus angelus 31.d
Baptista lux nominari potest 28.b
Baptista cur in carcerem conjectus 48.d. tomo 2
Baptista propheta & Apostolus 61.c
Baptistæ concio multum fructus dedisse 71.c
Baptistam clamasse 53.b
Baptistam ad apicem uirtutis peruenisse. pag. 79.d
Baptizare in spiritu sancto 275.c.to 3
baptizari in remissionem peccatorum. pagina 639.d
baptizari fideles non in unitatem, sed in trinitatem 6.b
baptizati inhortentur ad sumendam cœnam domini 181.c
baptizati sumus non simpliciter in hominem sed in deum hominem factum 275.d.tomo 3
Barbaras nationes etiã habere philosophos 90.c.tomo 3
Baruch adfert Hieremiæ sermones 425.d tomo 2
Basilifcus maliciam significat 145.c.to.4
Basilius Nestorianus 282.a.to.4
Basilius episcopus Cæsariensis 164.d.to.4
baptizati sumus in unam deitatem 378.d.& 379.d.to. 2
baptizatos in Christo omnes illuminari. pag. 326.c
baptismalis lauacri non exigua uirtus 326.d
baptisma unum 276.b
baptismatis gratiam adoptari in filios dei. pag. 95.c.to.2
baptismatis usus 172.d.to.3
per baptisma sacrosanctum iurare 131.d. tomo 4
baptismus quare datus 172.d.to.3
baptismus spiritalis 90.b

Universidad de Deusto
Biblioteca



baptismus parui'is cur detur 783.d
baptismus non assumitur ad curandas corporis passiones 172.a.to.3
baptismus Ioannis introductorium ad perfectionem 88.c
baptisma Ioannis & Christi discrimen 88.c
baptismi mysterium quando catechumenis dandum 80.c
per baptismi gratiam consecrari altaribus dei 718.b
baptismi gratia non iteranda 710.c
baptisma aqua non simpliciter operatur. pag. 327.d
baptismi sacramentum sub figurali prædicatione denunciatum 634.b
baptismum omnem animi morbum depellere 327. d
per baptismum spiritum acquirere 82.c
ad baptismum accedentes tertio cur interrogati 627.a
in baptismo Christi nomen profiteri 301.a
beatitudinum omnium culmen 754.c
Behemoth dictus diabolus 305.d
bellum sanctorum non esse crassum tomo 3 350.c
ad bellum sacerdotes an ducendi 686.b
Benedictionis mystica 554.c.556.d.603.d. 609 d.619.c.216 c.to. 2
benignolentia diuina nobis opus esse 555.a
benedictionis mysticæ utrius 500.c
benedictionis mysticæ participatio 542.a
benedictionis mysterium 203.c.& d
benedictionem mysticam spernere 436.c
benedictione participem fieri 203.d
a benedictione nihil esse iudam adiutum. pag. 438.d.439.d
benedictiones mysticæ 30.d.to.4
benedictiones multæ positæ in diuinis scripturis 761.d
beneficium quando gratissimum 176.c
beneficia Christi 520.d
Beniamin 169. c.to 4
blasphemi pœna 754.a
Boanerges 204.a.to.2
bonitas dei affectio 42.c.to.3
bonus primus autor 122.a.to.3
bonum operandum dum uiuimus 324.b
bonum semper difficile inuentu 226.c
bonum & malum cognoscere quid tomo 3 59.c
bonum unum substantialiter 405.d.tom.2
boni nocabulum cur deo competat tomo 3 101.c
boni est bona producere 306.b
boni cognitio insita homini 68.a.to.3
bonorum omnium origo & radix 537.d
bonorum ecclesiasticorũ d.l gens sit dispensatio 640.d
bonorum habitum longa meditatione roborari 80.c
bonorum diuitorũ inopia qu d 416. b.to.2
in bonis quærendis nulla mora laudada 72.b
bouem qui primo sacrificarit 5.c.to.3
Bosor quid 86.b.to.4
brachium dei 180.d.to.2
brachium separationis uel oblationis 693.c
Buphas Martyrius diaconus 19.c.to.4

C.

CAdmus rex 3.d.to.3
Cadmus ex Phœnice literas in Græciam trastulit 8.c.to.3
cæcitas quomodo homini aduenerit 46.b
Cain quid inciuaerit ad cædem fratris. pag. 400.a
Caiaphas cur prophetà dictus 391.d
Caiapham prophetasse 258.b
calamitas altorum pericula nostra non minigant 628.b
calceamentum dominì 258.d
Callimachus 131.c.to.3
Camelus tortuosus 698.b
Camelus immundum animal 697.d
caminus Babylonius ecclesiæ typus tomo 4 78.b.
canpestri lineo cingi 657.c
Candidianus diaconus 77.a.to.4
Candidianus comes 48.b.to.4.166.a.tom.4
canistrum sanctum perfectionis 670.b
Canonibus esse obnoxium 291.b.to.4
capite nudo blasphemare, prouerb. 10.d
capro peccati amans comparatur 83.b.to.4
captiuitatis Iudaicæ causa 389.c
Carenus ponetifex 275.a to.4
caro quid in scripturis 225 d. to.4
caro pro toto homine 356.b
caro sancta 548.a.to.2
caro, utulus superbus 634.c
caro Christi, naturalis uitæ caro & fuit & est 449.b
caro Christi quomodo uiuificat 279.b.to.3
caro etiam Christi non uiuificat, ut caro. pag. 356.a.to.2
caro uerbo dei coniuncta uiuifica effecta est. pag. 201.b
caro Christi non est mutata in diuinam naturam, nec diuinitas in carnem 29.a.to.4
caro Christi, nostræ consubstantialis 287.d. tomo 3
caro Christi sumtur à pijs, non ut communis caro 30.d.to.4
carnis Christi tunica sanctificata 715.d
carnis inobedientia & corruptio unde. pag. 60.c.to 3
carnis gemina motio 60.c.to.3
carnis uocabulo sæpe integrum & totum hominem significari 50.b
carnis motus Paulus improbat 190.a.tom.2
carnis natura per se uiuificare non potest. pag. 210.c
carnes in deserto deum dedisse populo 156.c
carnem uiuificam reddit spiritus uirtus. pag. 210.c
carnem non esse mutatam in deitatem post resurrectionem 264.c.to.4
carnem Christi cum fide manducare 200.d
carnem & sanguinem uerbi dei, norum qui mysteriis imbuti sunt 727.b
carnem suam Christus in redemptionis præcium pro carne omnium impendit 266.a. tomo. 3
carnem factum fuisse filium dei 51.a
carnem Christi pura & inexquisita fide accipere 215.a.to.4
carnem poni super petram, est offerre Christo 83.d.to.3
in carne iuste iubemur non peccare 4.b
carnes uerbi tangere 660.b
carnibus & sanguine uerbi dei omne hominum genus deus potat & reficit 696.c
Caster historicus 8.c.to.3
castra cœlestia 639.d
catenis peccatorum constringi, prouerb. 13 c 326.c
Catechumenus
Catechumeni cur à sacra mensa prohibiti. pag. 609 c
Catechumeni baptismi mysterium quando communicandum 80.c
Causo flumen 57.d.to3
Causo flumen Pythagoram salutauit tomo 3 58.a.
Cecrops quo tempore Athenis regnauerit. 3.c.to.3
Cœlestinus ecclesiæ Romanæ episcopus 14.d to.4 27.d & 28.a.to. 4
Celestinus episcopus condemnauit Nestorij doctrinam Romæ 278.a.to.4
Celestini epistola ad Cyrillum 32.c.to.4
Celestino episcopo Tomano Cyrillus de Nestorij doctrina 42.d.to.4
celtæ audaces 79.b.to.3
centenus numerus 768.d.
centenarij numeri significatio 625 d
Cerberus canis maximus à quo enutritus. pag. 6.a.to.3
Chaldæi incesti 79.b.to.3
Chaldæi & Hebræi soli sapientiam sunt fortiti 124.c.to.3
Chaldæorum superstitio 9.d.to.3
Chaldæorum mos in stabiliendis fœderibus pag. 252.b.to.3
Chanaan maledictus 321.d
charactèr patris Christus 22.d
characterem diuinum comemmere 330.d
characteres diuinæ imaginis in nobis lucere 207.a.to.2
charactères diuinæ imaginis in nobis 20.c.to.4.
Charemon hæreticus pag. 448.d
charitas finis legis 152.c
charitatis opus 472.c
charitatis dei demonstratio 3
charitati in deum nihil præferendum. 236.a. tomo 3
charitatem quasi auream coronam cunctis impositam esse ueritatibus 444.d.
Chironis Centauri filia, docuit naturalem philosophiam 91.a.to.3
super chœnicem uel modium ne sedeas. pag. 209.c.tomo 3
Chollogomor Sodomorum rex 10.b.to.3
Chrismatis sacri unguento inungi 721.d
Christianæ religionis utrius 559.c
Christianis semper omica ueritas 228.b.to.2
Christiani quare à Græcis defecerint 27.d. tomo 3
Christiani quare à bona decesserint 28.b to.3
Christiani quàm bona decerne 300.d
Christiani ueri filij Abrahæ 167.b.to.3
Christiani quos putarint 2.b
Christus natus nouissimo seculo 6.c
Christus brachium & uirtus patris Christus



Christus ante secula 3.a
Christus in patre, quasi in fonte 3.a
Christus uita secundum naturam 24.a
Christus deus secundum naturam in carne, & cum carne 51.a
Christus Iudæos ad cædem suam non impulit 79 a
Christus natura deus 85.d
Christus per fidem in credentibus habitat. pag. 99.a
Christus quare adoretur 132
Christus character hypostaseos dei patris. pag. 169.a
Christus unus ex duabus naturis 168.c
Christus manna intellectuale 176.b
Christus unus non duo 209.b
Christus solus sequendus 214.a
Christus mensa est 217.b
Christus per sanctos uiros circumuehitur. pag. 217.a
Christus tabernaculum propter carnis tegumentum 218.b
Christus dux ad salutem 218.c
Christus ante carnem & post carnem 219.c
Christus perfector operum patris 123.d
Christus non ab homine, sed à deo missus. pag. 248.b
Christus dominus prophetarum 262.a
Christus solus uitæ dux & morum magister. pag. 263.c
Christus lux mundi spiritalis 278.b
Christus deus 322.b
Christus æqualis omnino patri 354.a
Christus quare fleuerit 381.c
Christus frumentum quo uiuere debet fidelis anima 405.d
Christus seipsum turbauit 407.d
Christus filius unus & ante carnem & post carnem 439.c
Christus adest semper uirtute deitatis 441.a
Christus in cœlis cum carne, terram tamen replet 441.a
Christus in habitu & forma hominis uenire debuit 190.d
Christus unus in utraq; natura 441.b
Christus magis nos quàm seipsum dilexit. pag. 442.d
Christus uirtute spiritus semper cum suis. pag. 445.c
Christus medius quidam terminus inter deũ & hominem 452.d
Christus superuacaneum nihil dixit 453.a
Christus in Paulo locutus 463.c
Christus sanat & reconciliationis hominum ad patrem factus 471.d
Christus in patre naturaliter, non dilectionis ac habitudine 478.d
Christus cur homo factus 479.b
Christus deus uerus, ineffabili uirtute omnis replens 536.c
Christus præcursor ad paradisum 604.d
Christus consummationis aries est 615 a
Christus hostia pro peccato & sacerdos. pag. 666.c
Christus magnus sacerdos 738.a
Christus semper in sanctis est 741.c
Christus anima dei 770.b
Christus sanctus etiam in utero matris 562.a
Christus in quantum à creatura differat 15.d tom. 2
Christus patris gloria 143.b.to.2
Christus filius dei per se subsistit 27.c.to.2
Christus sanctitatis fons 67.d.to.2
Christus uita naturaliter 69.b.to.2
Christus inter creaturas an numerandus. pag. 71 d.to.2
Christus nostræ salutis fundamentum 83.a. tomo 2
Christus patris uerbum in prophetis locutus 95.d.to.2
Christus melior angelis 107.a.to.2
Christus imago patris incommutabilis 118.d tomo 2
Christus quare passionibus nostræ naturæ permixus 119.d.to.2
Christus spes omnium & deus omnium. pagina 147.a.to.2
Christus legis, diuinæ dominus 147.b.to.2
Christus uita essentialiter 170.a.to.2
Christus lux & sapientia 201.d.to.2
Christus mediator à quibusdam impiè intelligitur 208.c.to.2
Christus indiuisibilis 216.d.to.2
Christus legislator factus gentibus est 278.a tomo 2
Christus caput uiri 284.a.to.2
Christus plenitudo legis & prophetarum. pag. 294.b.to.2
Christus natus secundum naturam ex deo patre unigenitus 315.d.to.2
Christus imago & similitudo exacta substantiæ dei ac patris 324.c.to.2
Christus homo sicuti nos 329.b.to.2
Christus patri Ioseph congruum honorem tribuit 343.b.to.2
Christus nunc in nobis per spiritum 354.c. tomo 2
Christus finis prophetarum & legis 137.d. tomo 3
Christus noluit ex regina matre nasci 148.b tomo 3
Christus neminem cogere uoluit ad fidem. pag. 149 a.to 3
Christus finis scripturæ diuinæ 166.a.tom.3
Christus à Mose prædictus 177.b.to.3
Christus unus, duo hirci 210.c.tom.3
Christus assumitur hirco 210.c.to.3
Christus quomodo plenitudo legis 224.b. tomo 3
Christus uerè immaculatum & impollutum sacrificium 249.a.tom.3
Christus uerè animam & corpus assumsit. pag. 265.b.to.3
Christus unus 270.a.to.3
Christus non adoratur ut homo 271.d.to.3
Christus heri & hodie 280.c.to.3
Christus erat petra secundum Paulum 281 d. tomo 3
Christus deus 293.a.194.a.295.& c. to.3
Christus à quo non ametur 296.c.to.3
Christus fragrantia patris 296.d. to.3
Christus Iesus nomen, semper significat uerbum, quod prodijt ex patre in forma humana 300. .to 3
Christus unum nobiscum 310.a.to.3
Christus inconuertibilis secundum naturam & perpetuò deus 344.c.to.2
Christus quando datus in caput corporis ecclesiæ 348.c.t 3
Christus quomodo ductus in desertum 35°.c tomo 7.3
Christus cur glorificetur à spiritu sancto. pag. 32.a.to.2
Christus cur plagas in corpore suo retinuerit 86 c.to.4
Christus quid sit 234.a.to.4
Christus unus quomodo 237.b.to.4
Christus Iesus uocatur homo, factus de uerbum 243.b.to.4
Christi obedientia 349.b.to.3
Christi uirtus spiritus sanctus 192.d.tom.2
Christi comparticipes 542.a
Christo conungi fide ac dilectione 500.b
de Christi incarnatione falsæ opiniones notantur 256.c.to.3
Christi uaria nomina in scripturis 7.d & 8.a
Christi & Mosis collatio 178.a.tom.3
Christi deitas cum humanitate considerada 119.c.to.2
Christi petra ecclesiæ quæ in terra est 95. c
Christi ab ungendo dicti 4.d. to.4
Christi speculatione ac cognitione patrem cognoscimus 453.b
Christi nomen nobis commune 219.c
Christi mens spiritus 183.c.tom.2
Christi nomen unde 289.a.tom.3
Christi spiritus, patris spiritus 292.c.to.3
in Christi uerbis ineffabilem gratiam fuisse
Christi miracula qualia 132.d.to.3
Christi eminentia 314.a.to.2
Christi cognitio præstantior ueteri & legali doctrina 266.a.to,2
Christi uoces cuiusmodi 271.d.to.4
Christi diuinitas desursum est 634.b
Christi uirtus colligit per Apostolos homines 625
Christi spiritus deus 405.c.to.2
Christi innata mansuetudo 157.c
Christi corpus sanctissimum ædes dei 216.a
Christi caput deus 740.a
Christi consuetudo data occasione, multa utiliter audientibus dicere 222.c
Christi uocum differentia qualis 271.b.to.4
Christi proprium 338.c
Christi qui sint 65.d.to.2
Christi ministerium nobilius quàm Mose. pag. 401.c.to.4
Christi facies nobis insculpta per charitatis gloriam 445.a
Christi mysterium non ita facile à multis capitur 119.b.to.4.
Christo quid uoluntarium & non uoluntarium 184.a.& b
Christo oblato omnes hostias cessare. pag. 648. a
Christo ministrare melius quàm seruire in lege 307.a.to.3

Universidad de Deusto
Biblioteca




Christo est confessus propriè ut filio secundum naturam 450.c
Christo adhærendum per patientiam 154.c
Christo contempto nomina à iudæis attributa 154.a
Christum paradisi ianuas aperuisse 719.a
Christum superne esse 207.d.tom.2
per Christum ad patrem accedi per Mosen figuratur 211.b.to.2
Christum unum factum esse ex duabus rebdeitate & humanitate 149 a.to.4
Christū in mediatoris ordine, quomodo scripturā posuerit 219 b.to.2
Christum sapientia profecisse 152.d.to.4
Christum participatione naturali in nobis esse 500.d
Christum uenisse in mundum incarnationis mysterio 39.d
Christum semen Abrahæ adprehendisse. pag. 137.d
Christum uiuendi disciplinæ regulam in seipso constituisse 538.c
Christum unum scripturæ prædicant 118.b. tomo 2
Christum in nobis manere, et nos in illo quid pag. 203.c
Christum uerbum esse pronunciatiuum quosdam dicere 261.d.to.3
Christum ex patris essentia emanare 88.c tomo 2
Christum phantasticum corpus assumpsisse quosdam asserere 258.b.to.3
Christum manere in æternum 414.d
Christum deum esse testimonia ex Euangeliis 229.d.to.3
Christum deum esse uerum multis locis scripturæ probatur 139.a.to.2
ad Christum opus salutis solum pertinere. pag. 573.d
Christum peccatorem nō esse fictū 83.d.t.4
Christum cognoscere ingens donum 537.d
Christum inter creaturas numerare impium pag. 155.a.to.2
Christum quædam ignorasse dispensatiuè. pag. 114 c.to.2
Christum uniuersa lex Mosi figuris significabat 61.d
Christum per spiritum in creaturis habitare pag. 307 d.to.2
Christum esse deum ex imperio probatur. pag. 280.d.to.2
Christum naturam patris scire 15.a
Christum celasse deitatem suam principem huius seculi 158.c
per Christum solum ingressus in regnum cœlorum conceditur 348.a
Christum maledictionem nostram portasse. pag. 81.b.to.2
in Christo nulla naturarum confusio 263. c. tomo 4
de Christo sermo duplex 208.d.to.2
in Christo quæ proprie deitatis sunt, humanitatis ne ascribas conditionibus 335.b. tomo 2
in Christo genitalium partium nullos fuisse motus 648.b
à Christo terrena umbra carnis assumpta. pag. 525.b
corpus Christi uiuificat 181.c
corpus Christi sanctificationem suam nobis immittere 554.c
corporis sui præstantiam Christus sul duxi. pag. 323.d
corpore Christus abest tamen uirtute sua omnia gubernat 441.a
corpora non esse sine loco & circumscripto me 245.b.to.2
corpora non esse puniendi instrumenta. pagina 44.c
corporum proprietas 39.b
ex corporeis delitijs nulla animæ utilitas. pg. 167.b
corruptio in hominis naturam uenit per præuaricationem 61.a.to.3
corui typus 222.c.to.3
Corybantum insania 136.a.to.3
coturnix legem quodam modo denotat. pagina 177.b
cracula quid denotet 670 a
creare posse soli diuinæ naturæ congruit. pag. 409.a.to.2
creare solius dei opus est 41.a.to.3
creari & generari non esse idem 7.c.to.2
creandi naturalis uirtus in Christo 74. d. tomo 2
creati in Christo Iesu 81.c.to.2
creatura noua 215 b
creatura non potest id quod à deo accepit, alijs propria potestate donare 176.aa.to.2
creatura nihil à seipsa habet 552.d.
creatura & genitum non est idem 92.b
creatura rationalis deum non esse 29.b
creatura uerè Christus est, in quantum homo 540.d
creaturæ rationales dij appellantur 39 b tomo 3
creaturæ omnes legibus dei obediunt 54.c. tomo 3
creaturam semper indigere creatore 25.a
creaturam nihil à se habere 26.d
creaturarum omnium unus est creator 45.c. tomo 3
creaturas ex nihilo producere, non est officium artis 74.c.to.2
creaturis non inest naturalis quædam ad deum similitudo 206.d.to.2
credere in deum cordis assensu 310 c
credere fructus cognitionis 149.a.to.3
credere in filium 305.a.to.2
credendi uia 156 d
credendo supernaturalia, non quærendo, apprehenduntur 157.a
credentes in Christum ut iure iustificatos defendet 527.a
crucis signo signare 134.d to.3
crucis uniuersæ mysterium per multas ueteris testamenti figuras significatum 412.a
per crucem multa bona uenerum hominibus 437. d
cultus diuinus 69.c.to.3
cultus qualis deo acceptus 85.c.to.3
cultus spiritalis in fide 505 a
cultum incruentum in ecclesijs perficere. pagina 30.d.to.4
cupiditatis monumentum 176.c
cupiditates animæ fugiendæ 436.d
curiositas nimia prohibetur 628.b
custodire mandata quid 702.a
Cydaris quid 716.b.684.b.740.a
Cyrillus accusatus seditionis 291.d.tom.4
Cyrillus Nestorianus 286.a.to.4
Cyrillus deponitur 166.a.to.4
Cyrillus qua suspitione grauatus sit 21.d. tomo 4
Cyrillus Theophyli auunculi sui imitator. pag. 76.c.to.4
Cyrilli liber, qui Thesaurus inscribitur 27.a
Cyrillum fuisse caput congregatorum episcoporum 282.d.to.4
Cyrus rex quo tempore 7.c.to.3
Cyrus dictus à domino Christus meus 234.b tomo 4

D.

Dæmones infesti creaturis 63.d.to.3
Dæmones gloriam dei rapere 81.d. tomo 3
dæmones doctores fide'es fugare 769.a
dæmones pueros non offendere 88.d tomo 3
dæmones mundum errare fecisse tomo 3
dæmones quomodo uincendi 115.a.to.3
dæmonia semper abominabilia & nepharia 170.a.to. 4
dæmoniorum omnis tyrannis repressa natiuitate Christi 137.b.to.3
dæmonum malitia 145.a.to.3
dæmoniorum nomine uitia appellari. pagina 369.d
dæmonum ruina & malitia 82.b.tom.3
dæmonum delitiæ in hominum calamitate. 86.d.to. 3
de dæmonibus Porphyrij sententia tomo 169.c.to 4
Dalmatius
Dalmatius monasteriorum archimandrita. pag. 46.b.tom.4
Dalmatij sermo contra Nestorium tomo 245.d
damnatio grauis quibus imminet 5.a.to.3
Danai frater 286.a.to.4
Daniel Nestorianus 57.b
Daniel ab angelo uisionum significationes didicit 7.b.tom.3
Daniel propheta quo tempore 435 b.tom.2
Daniels oratio 5.d.to.3
Dardania ciuitas 5 d.tom.3
Dardanus 136.d.to.3
Dardani ludus 224.c
Dauid pro humanitate Christi 18.b.tom.2 381.a
Dauidis luctus ob filium mortuum 95.d.to.4
Dauidis lapides leues cur 217. b
Dauidem panes propositionis comedisse. pagina 326.b.to 3
Dauidem sacrificasse in area tomo 355. d
debita in deum 105.b.tom.3
decalogi explicatio
defuncti possunt dormientes uocari 374.d
defuncti cur honorantur 141.a.to.3
defunctorum reliquiæ 236.b.to.3
desinitio non fit ex una dictione, & quomodo constituatur 229.d.to.2
delictum propeccato 668.a
delictum reproprietate quid 668.c
delictorum malitia non superat bonitatem dei 725.b
delitiæ uerè 1.a.to.4.
Democritus Abderites de deo quid senserit. pag. 17.d.to.3
democritus de mundo 29.c.to.3
Demophon quo tempore 6.b.to.3
demonius numerus 198.c
depositi significatio 653.d
desperandum nemini 725.a
desursum 91.d
Deipara uirgo Maria 3.a.to.4
Diacalionis diluuium in Thassalia 5.d.to.3
deus scit malum, sed non practicè 62.b.tomo 3
deus homines dæmonibus non subiecit 80.d. tomo 3
deus proprietate naturali impassibilis. pagina 119.d.to.3
deus simplex quomodo intelligendum 113.c
deus ab omni passione alienus 107. b.to.3
deus hominem assumpsit atq; induit. pagina 130.a.to.2
deus solus proprie immortalis est 105.a.tomo 2
deus absq; tempore 10.d.tom.3
deus primus, unus, solusq; semper. pag.21.a. tomo 3
deum nec conscriptus ab Orpheo describitur 16.b.tom.3
deus non committit angelis creandi officium pag. 39.d.to.3
deus quæ deliberauerit in formatione hominis, quum omnia præsciat 36.b.to.3
deus non compositus sed simplex est. pag.18. c.tomo 2
deus in specie iguis cur apparuerit 458.d
deus naturæ bonus 458.d
deus temporis & omnis spacij creator. pag. 55.d.tomo 2
deus circumscriptibilis non est loco 227.d
deus utrum uoluntariè uel inuoluntariè genuerit 250.b.to.2
deus caput Christi 284.a.to.2
deus solus legislator 270.a.to.2
deus quomodo operetur 367.d.to.2
deus unguur à deo 196.a.tom.3
deus cur interroget 338.b
deum omnem creaturarum naturam superare 18.b.tom.2
deus naturaliter est pater 25.a.to.2
deus stans & alter qui moueatur. pag.65.d tomo 3
deus uniuersorum tardus ad iram 112.b.to mo 3
deus ut occasio mansuetudinis sit, asperitatē amplectitur 113.c.to.3
deus incircumscriptus & incorporeus 218. b.tomo 3
deus zelotes 75.d.to.3
deus ignis 241.b.to.3
deus oculus super baculum 209.b. to. 3
deus cur non solo nutu hominem liberauerit. pag. 198.b.to.3
deus secundum naturam dominus. pag.186.d tomo 3
deus secundum naturam quid sit nullus nouit 199.d
deus uerbo creat 66.c.to.3
deus conuersionis expers 232.a.to.3
deus quare primum per figuras docuerit. pagina 11.b.tom.3
deus est nulla creaturarum 90.c.to.2
deus quomodo in nobis & per nos glorificetur 440.c
deus uerus ab operibus cognoscitur 118.b. tomo 2
deus unus solus uerus 541.d
deus quomodo in antiquis 318.a.to.2
deus in Christo non ita habitat, sicut in nobis 137.a.to.4
deus indiuisibilis naturæ 36.b.tom.2
deus quid nam secundum naturam sit, nemo scit 453.c
deus ut habeat 384.d.& b.to.2
deus uerus, factus homo uerus. pag.99.b.tomo. 2
deus natura incorporeus 370.c.to.3
deus quorum hominum sit amator. pagina 90.a.to.4
dei naturam nemo unquam uidit 455.d
dei una affectio bonitas 42.c.to.3
dei particeps nemo effici potest, nisi per spiritum 484.d
dei uerbi natiuitatem nemo capere potest. pag. 230.b.to.4
dei uerbum quam ob causam exinanitum dicatur 237.a.to.4
dei uerbum non localiter nobiscum. pagina 235.a.to.4
dei contemplatione uera nihil preciosius. pagina 56.c.to.3
dei ueri præcipua proprietas 91.d.to.2
dei spiritus, Christi spiritus 292.b.to.3
de dei charactere in nobis 206.b.to.2
dei quomodo simus participes 384.d.to.2
dei fieri participes 398.d.to.2
dei natura quæ mansit ex facturis intelligi et cognosci sobriè 392.b.to.2
dei natura non est aliud, & aliud ipse deus. 26.b.to. 2
dei substantia procul est ab omni mutatione 51. b
dei natura natura una 7.c
dei opinio unde orta 33.c.to.3
dei gloriæ quorundam rebellio nihil detrahi 72.c.tomo 3
dei est omne excellens 69.d.to.3
dei cognitio omnium uirtutum fundamentū 234. d
dei nomen trifariam in scriptura dici. pagina 366.d
dei motus aduersus peccantes per similitudinem exprimitur 434.d
dei cognitio certa pretiosissima res. pagina 108.a.to.3
dei cōtemplatio felicitatem adfert 108.c.to.3
dei proprietas diuinitas 283.b.to.2
dei fieri participes quid 82.c
dei gloria facere omnia 42.b.to.3
in dei contemplatione nostra felicitas, Alexādri sententia 55.d.to.3
dei scientiam esse infinitam & incomprehensibilem 137.d.to.2
deo uiuere quid 134.d.to.3
deo omnia nuda 81.a
deo defuris nihil accedit 8.d.to.2
deo ascribuntur affectiones humanæ. pagina 107.b.to.3
deo nesit naturaliter immutabilitas 171. a
sub deo non esse graue 103.c.to.3
deo soli conuenit simpliciter esse 289.d
deo repugnare periculosum 84.d
deo nomen nullum congruere 19.c.to.2
deo participare quid 118.a.to.2
deum esse summe bonum 188.b.to.2
deum gaudere in suis operibus 45.a.to.3
deum omnium uim exemplorum excedere. pag. 455.c
deum omnia beneficisse 56.d.to.3
deum arguere summa impietas est 56.c.to.3
deum nemo incuset propter peccata. pagina 418.b.tom.2
deum unum prædicare scripturam 7.c
deum quomodo Israel uiderit 55.c.to.3
deum esse zelotem & ignem consumentem. pag. 108.a.to.3
deum, esse omnium deum 69.b.to.3
deum non esse cœlum 46 c.to.3
deum se Aesculapius nominans fulmine percutitur 138.c.tom.3
deum proprio sermone alloquendum esse. pagina 184.c.to.3
deum non uti uoce, uoce ictu aeris conformata 19.a
deum in sacris locis habitare 227.d
deum esse simplicem actum 253.c.to.2
deum nullum esse habere initium. pag.2.b.tomo 2
deum omnia excedere 424.d
deum non esse solum expoliatorem materiæ pag. 35.b.to.3
deum quomodo mutari oporteat 118.d. to.3
deum curam omnium gerere, etiam minimorum 40.c.to.3
de deo loqui periculosum. pag. 198.a.tomo 2
de deo philosophos scripsisse uno 19.a. & 20.b.tomo 3
in deo, oculi, manus, pedes, & cæt. 119.c.tomo 3
de deo sermo unus omniū usq; ad Apostolos & Euangelistas 18.a.to.3
de deo nulla hæresis apud primos doctores. pag. 18.a.to.3
de deo quæ uerbis dicuntur hominum, non aliter intelligenda, quàm diuinam decet naturam 186.a.to.2
in deo quosdam qualitates & accidentia fingere 188.b.to.2
à deo nihil concedi male petentibus 42.d

Universidad de Deusto
Biblioteca




in deo per uirtutem esse 468.d
in deo,pro per deum 465.d
in deo accidens nullum 226.b.to.2
à deo Christum exiuisse quid 535.c
ex deo esse 310.c
in deo esse 368.d
à deo deficere periculosum 198.a.to.3
in deo natura bona omnia insunt 229.a
in dei prosopopœia ineptit Plato. pag. 39.b.to. 3
cum deo esse unum concordia & consensu. pag. 56.c.to.2
de deo quæ Moses dicat 25.c.to.3
de deo manifesti antiquorum errores. pagina 35.a.to 3
de deo opiniones Philosophorum 17.d.to.3
dij rationales creaturæ appellantur. pagina 39.b.to.3
dij gentium Parcis subditi 25.a.to 3
dij Græcorum contrarij 16.c.to.3
de dijs Græcorum lex 130.c.to.3
dij multi 58.a
dij multi appellatione 176.c.to.3
de dijs Græcorum quæ sapientes seriò sensérint 50.b.to.3
dij & filij dei per adoptionem 203.a.to.3
dij cõspicui,dij occulti et mentales 42.d.to.3
Dynæus episcopus Nicopolensis ueteris Epiri 78.d.to 4
deorum filijs sine prolationibus credendum. pag. 178.b.to.3
deorum aliorum nomen exosum 161.a.to.3
deorum imagines in annulis non feras.pagina 209.d.to.3
à deorum multitudine liberati 257. d.to.2
deorum numerum fides non suscipit 8.b
deorum nauuitas apud Hesiodum 34.c.to.3
deorum allegoria 16.d.to.3. Homerum non ignorasse deum 17.b.to.3
deos scripturæ rationales creaturas,non natura,sed participatione et gratiam appellant 91.c.to.2
deos mentales non esse in deo 44.a.to.3
deos genium oblectari libaminibus & odoribus 84.d.to.
deitas trimitatis una 9.c.to.2
deitas una in patre & filio & spiritu 459.a
deitas gloria cœlo & elementis tributa 16.d
deitas nulla re inquinari potest 608.a
deitatis propria & eximia difficilia sunt ad enunciandum 11.d.to.3
deitatis nomen uenerandum 590.a
deitatis participationem sancti uiri habituri sunt perfectissimam in futuro seculo.pagina 190.c.to.2
deitatis nullus naturæ capax intellectus est. pag. 453.c
de deitate summa expolitus ueritatis sermo. pag. 101.a.to.3
deitatis dignitates omnes in filio 129.b
deitatis natura unica & simplex 242. a.to.2
deitatis una natura 30.d.to.2
deitatis natura unica ex confessio 12.b.tom 3
deitatis natura exactum nominum potestatẽ recusat 113.b
deitatis natura sola perfecta 167.b.to.2
deitatis natura qua in re cognosci possit. pagina 159.a.to.2
deitatis una natura in patre & filio & spiritu sancto 185.c.to.3
dei atris omnia naturalia bona in filio esse, à scriptura prædicantur 59.d.to 2
deitati nulla potest fieri iniuria propter dispensationem incarnationis 112.a.to.2
deitatem oculis non cerni 552.a
Dexianus 286.a.to.4.
dextera dei 180.d.to.2
Diagoras de dijs male scripsit 130.c.to.3
Diana Magnesia 240.a.to.3
diabolus quomodo fugandus 182.a
diabolus an à deo malus sit conditus. pagina 305.a
diabolus mundi princeps 410.b
diabolus mortis princeps 300.c
diabolus pro diaboli ministro 200.b
diabolus princeps omnium passionum Christi 437.c
diabolus uidetur homines etiam nolentes cogere ad opus 438.d
diabolus à semetipso mendax 304.d
diabolus per serpentem locutus est Euæ. pagina 57.c.to.3
diaboli imagimem suscipere 654.a
diaboli desideria 304.
diaboli imitatores Iudæi 298.d
diaboli consuetudo 439.a
diaboli pernicacia paulisper potest superari. pag. 436.d
diaboli insidiæ in fallendo homine 436.b
diaboli uires quomodo superandæ 553.c
diabolo adulterinum principatus nomen.pagina 528.a
diabolum superare mutabilia nequeum.101. c.tomo 2
ex diabolo esse 301.b
didrachmi quamitas in uno statere 172.a
diei nomine euangelicæ gratiæ tempus designatur 269 b
digitus dei 180.d.to.2
dilectio perfecta 510.d
dilectio Christi erga suos 425 d
dilectio proximi magnam uim habet . pagina 442.c
dilectionis inauditus modus 443.a
dilectionis ueræ opus 490.c
in dilectione omnis uirtutis numerus conetinetur 444.c
de diluuio Noe testimonia Ethnicorum 3.c. & 4.a.to. 3
diluuium baptismi typus 326.d
Dimarchus poeta 239.a.to.3
Diodorus de Mose 8.c.to.3
Diodori hæresis 262.d.to.4
Diogenes mundum esse finitum dixit. pag. 29 c.tomo 3
Diogenes Nest. 286.a.to.4.282.d.tom.4
Dionysius à quo occisus 6.a.to.3
Dionysij uox de Platone 32.c.to.3
discipulum Christi esse dilectio et charitas sola ex omnibus uirtutibus designata. pagina 443.c.
discipuli columnæ & robur ueritatis 613.d
discipuli probi officium 119.c
discipuli quasi mollis cera sermonem Christi seruarunt 79.d
discipulorum modestia miranda 445 d
discipulos Christum tres annos esse affectatos 103.a.to.4
discipulos ex mundo fuisse 569.d
Diphyes 5.c.to 3
discere cur quidam nolint 337.
discendi gratia licet dubitare 99.b
disciplina Christi figurarumin ueritatem est transformatio 486
disciplinæ exemplum Christus nobis constituit 543.d
discordiæ malum 331.a
dispensationis dei uia nemini nota 112.d
dispensationis maiestate Christus semper nobis adest 20.a.to- mo 4
diuina non curiose inquirenda 650.c
diuina natura perfectione ex seipsa est diuers 376.c.to.2
diuina ne curiose inquiramus 56.c.to 3
diuina transcendunt omnem mentem. pag. 192.b.tomo 3
diuina natura excelsa & super omnia. 111.c tomo 5
diuina res superat & uerba & ingenium nostrum 15.b
diuina non absq; periculo inuestigantur. pagina 21.b.to.2
diuinæ naturæ prærogatiuas bifariam denotantur 222.b.to.2
diuinæ res comprehensu difficiles.197.a.to. mo 2
diuinæ naturæ impossibile delinquere. pagina 480.c
diuinam naturam in carnem non esse mutatam 51.c
in diuina re exponenda omne uenitis acumen adhebescere 24.a
de diuinis loquendum oratione hominum. pag. 39 d
diuinitas semper stabilis 318.b
diuinitas nõ est sub genere & specifica differentia 205.a.to.2
diuinitas res bona inderiuabilis substantialiter est 206.b.to.2
diuinitatis nomen innumerabiles sustinet sunt 14.a.d.to.3
diuinitatis maiestate Christus semper nobis adest 322.d
diuitiæ propriæ 650.c
diuitiæ uitiorum magis quàm uirtutum ministræ sunt 356.a.to.3
diuitijs comes uoluptatum amor 156.a.tom.3
docens officio suo probè fungatur, quamuis etiam parum profit 83.c
docentis oratio obscura non prætermittenda 443.b
docendi munus suscipere ardua res 328.d
docenda in Ecclesia quæ 686.b
docet aliter deus, aliter homo 396.d.to. mo 2
doctoris optimi officio fungi 71.b
doctores falsi comparantur utilibus ab armum 204.a.to.2
doctores Ecclesiæ quomodo Christo coniungantur 627.a
doctoribus credere animi nobilis signum. pag. 171.c
doctus impij fuerint acerbiori pœna adficiendi 266.c
docti non continuo apti ad suscipiẽda dei mysteria 675.b
doctrinæ ministri 37.c
doctrina diuina non cito recedendum.pag. 72. b
Dodonea quercus loquitur humana uoce. pag. 58.d.to.3
dogmata noua uitanda 203.a.to.2
à dogmatum diuinorum recta regula non recedendum 610.c
à dogmatum sacrorum rectitudine excidere quid 200.d.to.4
dominationis dignitas deo secundum naturã inest. 30.b
Dominicus dies 619.c
dominus quibus se reuelet 109.d
dominus dei uita & ecclesia 296.c
in dominum dei per fidem uenire 72.b
de dominorum uendatione lex 758.a
diuina diuina operatur in nobis spiritus sanctus 397.d.to.2
dormientes 604.b
Dorotheus 80.a.to.4
Dorotheus Nestorianus 282.a.to 4
Dorotheus historicus 87.a.to.3
Dorotheus Marcianopolis episcopus 285.d. to mo 4.173.b.to.4
Dorotheus episcopus 17.c.to.4
Dorotheus doctum tempore cœnæ dominicæ. pag. 43.d.to.4
δρᾶκ,δέρκεσθαι καὶ δόξη quid 133.c.to.2
Draco dictus diabolus 305.d
duricies cordis pernitiosa res 182.d
Dryades 90.d.to.3

E.

EBrietas mentis humanæ 688.a
Ebrietas omnium uitiorum mater. pag. 687.c
Ebriet as sanctorum 689.b
Ecclesiæ primitiuorum ubi 633.a
Ecclesiæ firmissimo lapide ædificata. pag. 72. a
Ecclesia Christi rectitudine dogmatum gloriatur 461.a
Ecclesia constituitur ex ueris Christianis. pag. 551.d
Ecclesia quid de trinitate seniat 185.d
Ecclesiæ corpus Christi facta 565.a
Ecclesia in apostolorum nauicula naugat. pag. 164.a
Ecclesiæ antiquæ mos in sacra cœna. pagina 609 d
Ecclesia super quam petram fundata. 289.c. tomo 2
Ecclesiæ præsules admonentur 166.a
Ecclesiæ dogmata sequenda 522.a
Ecclesiæ & patrum fides sequenda 499.d
Ecclesiæ quædam lex tradita de pace 612.b
Ecclesiæ fides de diuinis dogmatibus bene sentire 712.a
Ecclesiæ preces pro peccatoribus 386.a
ad Ecclesiæ dogmata quomodo apostoli perducti 558.b
Ecclesiæ doctores aliquando filios generare pag. 685.d
Ecclesiæ intellectus sequendus 697.c
Ecclesiæ immaculata dogmata sequi 206. d
Ecclesiæ dogmata uaria 667.c
ad Ecclesiam raro uenientes taxantur. pagina 181.c
Ecclesiam raro accedentes taxantur 720.c
in Ecclesiam per Christum rectus patet ingressus 342
Ecclesiam quædam instituisse 627.a
in Ecclesia dei locus sanctus est 667.a
Ecclesias qui turbant taxantur 660.c
in Ecclesijs die octauo congregationes sanctas fieri 619.c
Ecclesiastici conuenetus utilitas 724.d
Edom quid 86.b.to.4
educatio praua mores corrumpit 99.a.tomo 3
effigiem diuinam quid in nobis efficiat.351.d. tomo 2
Effrem fructificatio interpretatur. 393.a
egenium propter charitatem ratio habenda in diebus festiuis 418.c
Eladus 80.a.to.4
Elamites Samiã 107.b
electio gratuita 361.b
Elementa per se non subsistunt, sed uerbo et spiritu dei 36.a.to.3
Eli pontifex quando mortuus 6.b.to.3
Elias Nest. 282.a.to.4
Elias quando 6.c.to.3
Eliseus quando 6.c.to.3
Elizabeth carnis et animæ parcens 5 d.to.4
Elladius 282.a.to.4
Elamice uxor Simonis 128.b.to.3
Eloquentiæ inuentor quis 162.c.to.3
Emerus 8.a.to.4.282.a.to.4
Emerius episcopus Nicomediæ 286.a.to.4
Emmanuel qualiter intelligi debeat tomo 4 235.a.
Emmanuel unus quomodo 237.d.to.4.
Empedocles Meliteus 44.c.to.3
Empedocli finis mundi quid 29.c.to.3
Empedoclem turpissima scripsisse.pag.169. d.tomo 3
Encænia 359.b
Enoch translatus 69.c.to.3
Enos deus dictus 206.d.to.3
Ens unum uerò 316.b.to.2
ad Epicteum epistola Athanasij mo 61.d.to- 4
Epicurus de mundo 29.c.to.3
Epimetheus tempore Mosis 5.c.to.3
ἐπιστατεῖν 649.c
pecuniam dominicam accipere 649 d
Episcopi est ex Ecclesia malos eijcere. pag. 755. b
Episcopi multi Nestorium cõdemnant. pag. 75.b.to. 4
Episcoporum multorum nomina.pag.169.d tomo 4
Episcoporum exilium,pericula,& paupertas 50.d.to.4
Episcoporum sex millia contra Nestorium. pag. 48.d.to.4
epistola apostolorum ad gentes.pag. 237.b tomo 3.
epistola Athanasij falso corrupta 61.d.to- mo 4.274.a.to.4
equus locutus Achilli 57.c.to.3
erat,dictio 274.b.to.2
Erechteus Atheniensis filiam suam occidit. pag. 87.a.to.3
Erenanus 169.c.to.4
Erichthonij sepulchrum 239.b.to.3
Eridis pomo sermones conferre 189.a.tomo 4
Erimacius animal immundum 697.d
Eripia 5.a.to.3
errare temerario casu periculosum. pagina 428.a
errores unde 137.b.to.3
Esaias quando 7.a.to.2
Esaias reuerendam dei contemplationem nobis enarrat 385.b.to.2
Esebon iudex apud Hebræos 6.a.to.3
de Essæis quid Porphyrius dicat 124.c.to.3
essentia dei supra omnem necessitatem est. pag. 25.b.to.2
euangelica uita supra mundum 555.d
euangelica prædicatio legales umbras excedit 152.c.to.2
euangelica doctrina plenissimam benedictionem adducit 77.a
euangelicæ ueritatis aduersarij undiq; pios aggrediuntur 163.d
per euangelicam doctrinam cœlorum portas aperiri 451.b
euangelicorum præceptorum caput fides. pag. 29.2.b.to 3
Euangelistæ cur scripserint 1.c
Euangelistarum doctrina exquisita 1.a
Euangelistas eandem doctrinã tradidisse.1.a
in Euangelistis nulla discrepantia 600.a
euangelium dei est prædicatio Christi.pagina 290.c.to.3
euangelium,lex & prophetæ in unum semper uenium 681.a
euangelium sanctum proponitur in throno, dum concilium celebratur 277.a. to.4.
in euangelij ettã est littera qui occidit 697.a
euangelij ministros contemnere quale peccatum 520.a
de Eucharistia mentio 30.d.to.4.
Eudochia Augusta Theodosij regis uxor.pagina 16.c.to.4.
Euelpis Caristius 87.6.to.3
Euentus rerum principalioribus plerunq; attribuuntur 610.c
Eulogius presbyter 46.b.to.4.
Eumylus poeta 7.a.to.3
Euphorbus Troiæ docuisse 169.b.to.3
Eupolemus historicus de Mosis scriptis testatur 160.b.to.3
Euripides 91.a. to.3.120.d.to.3
Eurisilogus 764.c
Europas Scyciniorum rex 5.b.to.3
Eustachius Parnasi episcopus 286.a.to.4

Universidad de Deusto
Biblioteca




Eutherius 80.d.to.4.282.d.to.4.
Euterius Tyanæ episcopus 286.d.to.4.
Eunomij error 12.d.33.d.to.2.21.b.30.b
Eunomij cauillus resoluitur 16.d.to.2
Eunomianorum pernitiosa opinio. pagina 13.c. &c
Eunomianos deum necessitati subijcere. pagina 25.b.to.2
excommunicatur Nestorius 27.d. to.4
excommunicatio recta & praua 755.b
excommunicationis uis 337.d
exemplar Christi in ecclesia proponendum. pag. 80.c
exemplar & imago idem sunt 321.d.to.2
exempli minimam esse uirtutem 473.a
exemplorum utilitas 490.c
examinare seipsum quid 566.c
exire à patre 548.a
expiationes iudaicæ 393.c
Ezechiæ regis diuinum factum 122.c.to.4
Ezechiæ prorogata uita 43.a
Ezechiæ regis gesta 255.b.to.3
Ezechiæ victoria 152.d.to.3

F.

Fabulosa & stolida apud Græcos. pagina 24.d.to.3
facies patris spiritus sanctus 181.b.to.2
falx messoria apostolorum splendida prædicatio 114.a
fatigatus Christus ex itinere 101.c.
fatuis qualis consuetudo 208.a
febricitatio animæ 274.b
felicitas consistit in contemptione dei. pagina 108.c.to.3
Felix episcopus & martyr Romanus. pagina 153.c.to.4
feriæ Christianorum 225.b.to.3
fermentum typus malitiæ 225.a.to.3
fermentum humana doctrina est 672.a
festum diem Christo spiritualiter peragere. pag. 438.c
festi dies spirituales 424.b.to.2
festi dies quibus decreti olim 142.a.to.3
festos dies celebrare choreis ac crapula. pagina 394.c
fideles in deo esse gratia 49.a.to.2
fieri & effici 111.a.tom.2
filiam suam immolauit Marius 136.b.to mo 3
filius dei uultus patris appellatur 35.a
filius uox patris ab Orpheo dicta 21.a.to.3
filius dei & creatura non sunt secundum substantiam affinia 33.b
filium nullo modo minorem patre esse. pagina 7.d
filius consubstantialis patri 7.c
filius imago dei patris 168.b
filius dei non collocandus in creaturis 25.a
filius non alienus à patre 10.d
filius ante secula 11.d
filius hominis 283 c.to.3
filius non intelligitur absq; patre 183.a. to.3
filius mens de mente 22.c.to.3
filius uerbum dicitur 203.d.to.3
filius dominus 204.d.to 3
filius dextera patris 204.a.to.3
filius dei unitus carni 208.d.to.2
filius ab omni seruile conditione uindicatur pag. 4
de filij dei uerbi deitate testimonia ex ethnicis 20.d.to.3
filij sumus dei per filium 277.d.to.2
filij dei cognitio diuina est afflatus 92.b.tomo 4
filij dei qui 49.c
filij dei adoptione 48.c
filium deum nullo pacto minorem aut dissimilem patri esse 7.b
filium dei creaturam appellare magna impietas 166.d.to.2
filium dei esse mutabilem impium est cogitare 60.c.to.2
inter filium dei & creaturam magna differëtia 164.b.to.2
filium multis nominibus scriptura appellat. pag. 93.c.to.2
filium dei creatiue illuminare 38.c
filium hominis sedere à dextris dei tomo 3
inter filium & creaturas magnam esse differentiam 12.b.to.2
in filios quomodo adoptati simus 276.b. tomo 2
filios inobedientes cur parentes diligant. pagina 127.a
filios apellare ex cum imitatione uel similitudine 303.d
filios quomodo deus pro patribus puniat. pagina 76.d.to.3
fides quid 541.d
fides recta 448.d
fides Abrahæ, nostra fides 15.c.to 3
fides cæci 325.a
fides non simpliciter in hominem Christum. pag. 322.c.to.2
fides recta cum bonorum operum honestate coniuncta est 282.b.to.3
fides in nobis suo tempore requiretur. pagina 337.a.to.3
fides intelligentis principium 172.a.to.3
fides rectæ pietatis firmissima basis 234.d
fides in Christum opus dei 173.b
fides cognitioni præfertur 219.a
fides non ui, sed persuasione oritur 192.d
fides quomodo acquiratur 219.a
fides sana & uia ad uitam 194.b
fides salutem adfert, & gratia iustificat. pagina 173.b
fides in animo nostro consistit 502.b
fides nos familiares facit deo ac patri. pagina 341.a.to.2
fides in Christum iustificat 341.a.to.2
fides recta & irreprehensibilis tomo 4
fidei doctores 37.c
in fidei simplicitate paucis egemus uerbis. pag. 602.b
fidei bonum in uniuersam terram effusum. pag. 527.b
fidei radices in animo habendæ 200.d
fidei regula 605.b
fidei gratissimum est, non curiose inquirere. pag. 252.d.to3.2
fidei templa 333.d.tom.3
fidei catholicæ præcipuum mysterium. pagina 120.d.to.2
fidei doctrina singulorum ingenijs accommodanda 84.b
fidei nulla differentia 448.d
fine fidei catholicæ unitate neminem posse à peccatorum morte suscitari 386.d
fidei perfectissimus terminus 472.c
fidem sanctorum patrem sequi 522.d
ad fidem opera charitatis accedere 507.d
fidem ad salutem non sufficere 507.d
fide prædicationem Christi suscipere. pagina 84.b.c
fide quod susceptum non ulterius inuestigationibus audaculis inquirëdum 242.d. tomo 2
fide in Christum per dilectionem operantem credere 288.c
de fide sermo, summa spei nostræ 201.c.to.2
flagellum supplicij instrumentum 78.b
Flauianus episcopus Philippensis 282.a.to.2
Flauianus episcopus 20.c.to.4
Flauianus fermentatus 119.b.to.2
fleuisse Christum 75.c.to.2
fœmina propter uirum creata 527.c.to.2
fœminarum genus uniuersum tardum ad intelligendum 607
fœminis dolores punitionis loco impendent. pag. 608.b
fœtus spiritalis quid 744.d
fontes apostoli & prophetæ salutares. pagina 338.c.to.3
fornicatio spiritalis idololatria 302.a
fortitudinis fundamentum magnum mens & animus non turbatus 448.b
fragilitas humana quomodo consideranda. pag. 581.c
fratres Christi cur fideles uocentur tomo 2
fructus uitæ 657.d
fructus manens 514.c
fructus nullus post mortem 160.a

G.

Gabaonitæ ligni cæsores Galatas regulam fidei à Paulo recepisse 277. d
Galbani natura 724.b
Galilæa gentium regio 222.b.76.c
Galilææ duæ 24.c.to.3
Galilæorum eruditio 24.b.to 3
gallinæ duæ à leprosis oblatæ 703.b
Garizim mons 103.b
gaudere deum in suis operibus 45.a.to.3
gaudium stabile & perpetuum 531.c
Gazophylacij locus 284.d
Gemmæ indicæ 87.b.to.3
generare aliud, & aliud facere 188.b.to.4
gignere 92. d. to.2
gignens & genitum unum 237.d.to.2
genitum aliud, aliud creatura 190.c.to.3
generatio Christi ex meme & intellectu 81. d. to.2
generationis diuinæ modus intellectu humanum excedit 18.d.to.2
generationis diuinæ modus omni mente superior 13.a.to.2
generationem diuinam finem non habere. pag. 243.a.to.2
Generis liaci taxantur 13 d.to.2
Geometria in Aegypto inuenta 251.d
Geometræ ad figurarũ delineationes quare accedant 123.a.to.3
Geometricus 11.c.to.3
Germani audaces 205.c
Germani impatientes iugi 79.b.to.3
Germanus 281.a.to.4
genes cur fuerunt deo antequam Israel assumeretur 74.c.to.3
genes propterea Deus non despexit, quamuis Iudæis primum prophetas miserit. pagina 73.c.to.3
genes dæmonibus distributæ 78.c.to.3
genes inimici dei 200.c
genes bonis fidei locupletatæ 47.d
genium principum sapientes doctrinæ. pagina 122.c.to.3
Gentium quorundam improbitas & ferocia 90.c.tomo 3
gentium idola 20.d
gentium diuersitas unde 99.b.to.3
gentium principes & ciuitatum defensores. pag. 186.b.to.3
gentium libros Christiani quare legant. pagina 159.c.to.3
Gentilium 197.b.to.3
Gregorius uocat scripturam agrestes, feroces et rubustos 207.c to.3
Gloriari nulla creatura proprie quodam bono potest 37.d
Gloriatio optima dei cognitio 108.b.to.3
Gloriscare deum 315.d
Gloriscatio soli deo debetur 139.c to.2
Gloriscationes in ecclesia publico fieri. pagina 216.d
Gloria æternitia Christum non opus habet 364.d.to.3
Gloria dei est facere omnia 42. b.to.3
Gloria dei & mundi 420.c
Gloria propria patris dei filius 358 c. to 2
Gloria superbiæ & statui coniuncta 161.a
Gloria patris Christus 23 b
Gloriæ Christi mensurã neminem sanctorum posse ascendere 55.b
Gloriæ humanis cupiditas occæcat 148.b
Gloriæ miseræ cupiditas nimia separare etiã fratres & amicos 430 d
Gloria Christi consummatio in passione. pagina 439.d
Gloriæ pœna deitas 543.a
Gloriæ regnum Christum nunquam fuisse. pagina 539.b
Gloriam suam deus angelis non dat. tomo 3
Gloriam humanam Christum excedere 91.a
Gloriam Christi soli sancti uidebunt 568. b
Gloriam qualem dicatur accepisse à patre sideranda 310.a.tom.3
Gloriam mundi calcare propter Christum. peg. 517.d

Goliad arroganter qui imitentur 225 b. tomo 2
Græci ciuiles & misericordes 79.b.to.3
Græci à quo Hellenes dicti 5.d to.3
Græci semper pueri 8.b.to.3
Græcorum lex de diis 130.c.to.3
Græcos literas tardius accepisse 8.c. to.3
à Græcis cur Christiani desciuerunt in fidei negotio 14.6.b.to.3
grammatistæ quomodo elementorum uirtutes tradant 1.a.c.to.3
granum est Christus 406.a
gratia uaria spiritus 155.b
gratia bonorum cœlestium nobis pronuba. pagina 243.c
gratia diuina opus habemus ad omne bonum pagina 553.b
gratia spiritalium bonorum quibus conceditur 772.a
gratia spiritus sancti quibus detur 1. a
gratiam Dei repellit creatura 4.6.a
gratiam dare deo soli conuenit 53.b.tom.2
gratiarum distributio, spiritus sancti operatio 184.d tom.2
gratiarum distributio ex patre per filium est 471. c
gratias egisse Christum 158.c
Gregorius episcopus Nyssæ 163.d to 4
Gymnosophistæ 90.d.to.3
Gryphes quid significent 222.c tom.3

H.

Haeretici pardis comparantur 223.d.to.2
hæretici respiscentes quomodo tractandi 73.b.to.4
hæretici amantes & insani 11.b
hæretici sunt nimium contentiosi 33.b.to 2
hæretici fingunt se rectè sentire de Christo. pag. 285.b.to.3
hæreticorum pater diabolus 55 b.to.2
hæreticorum omnium morbus 224. a.to.2
hæreticorum mos euertere scripturas. pagina 262.a.to.4
hæreticorum uaniloquia cauenda 142.a. tomo 4
hæreticorum consuetudo 12 b
hæreticorum turba contentionis cupida. pagina 63.c
hæreticorum an omnia fugienda & reculanda 69.d.to 4
hæreticos confutare autoritate 2.a
hæreticos esse ludos 351.c
hæreticos peruertarum dogmatum ex scripturis causas colligere 61 d.to.4
hæreticis cur respondendum sit 1.d.to.3
ἁγιος 733.c
Hebræa lingua cur familiari stilo sit tradita. pag. 160.b.to.3
Hebræorum quales milites 122.d.to.3
Hebræorum assumptio etiã est uocatio gentium 75.a.to.3
Heli filij peruersi 316.4
Helladius episcopus Tharsi tomo 4 286.a.tomo 4
Helladius Ptolemaidis episcopus. 776.b.to mo 4
Hellaneus 8.c.to.2
Hellen Deucalionis filius 5.d.to.3
Heraclitus 197.b.to.3
Hercules Theseum ex inferno liberat. pagina 6.d.to.2
Hercules una nocte quinquaginta uirgines uitiauit 141.b.to.3
Hermes eadem de creatione elementorum dicit, quæ Moses 36.d.to.3
Hermes Trismegistus Aegyptius. 18. d.tomo 3
Hermes de deo 190 c.to.3
Hermes Memphites 141.c.to.3
Hermetis de excellentia dei sententia. pagina 19 d.to.3
Herodotum celebrem condidisse historiam. pag. 50.b.to.3
Hesiodus quando 6.b.to.3
Hesiodi & Mosi in factura mundi comparatio 34.c.tom.3
Hesychius Castabaliæ Ciliciæ episcopus. pagina 286 a.to.4
Heterogoneæ nulla eatura coniungi. 27.b. tomo 2
Hieremias quo tempore 7.b.to.3
Hieremias delatus à falsis prophetis. pagina 129 b.to.4
Hieroboam Nabath filius 103.d
Hieroglyphi Aegyptiorum 209.d.to.3
Hierosolymam Christus non sine causa seuam per reliquit 151.b
Hierusalem cœlestis mater omnium nostrũ pag. 736.d
Hierusalem urbs magna & regalis. pagina 729. d
hircus animal mundum 718.b
hirundines in domum non suscipiendas. pagina 209.c.to.3
historia mundi 126.b.to.3
historiarum uenerandæ cognitio. pagina 8 a.tomo 3
sub historijs diuinis quid lateat, diligenter cõsiderandum 213 a.to.2
hœdum offerre 636.d
Holocarpama 644.d
holocaustoma 664.d
holocaustum offerre ad altare 725.d
Homerus 93.d.235.d 238.b.to.3
Homerus taxatur 16 b.& c.to.3
Homerus an fuerit contemporaneus Hesiodi 7.a.tomo 3
Homerus coætaneus Salomonis. pag. 155.c tomo 3
Homeri dictum nõ bonum esse multorum dominium 157.d.to 3
homo ex corpore sensibili & intellectuali anima compositus 82 c
homo liberum animal 200.d
homo natura Deus non est 551.b
homo simpliciter & absolutè ipsum humanum genus significat 94.a.to.2
homo in terra rationale animal. pagina 26.c
homo rationale animal ex anima & mortali hac carne compositus 50.c
homo uitus ab improbis uoluptatibus. pagina 60.b.to.3

Universidad de Deusto
Biblioteca



homo in anima & corpore quomodo sit perfectè conditus 59.d.to.3
homo ultima rationabilium creaturarum. pag. 137.d.to.2
homo nouus uirtute & uoluntate meliori. pag. 77.c.to.2
homo homine nullo modo minor aut maior. pag. 10.d
homo ad imaginem diuinam signatus 67.b
homo irrationabiliter uiuens 636.d
homo ad primam imaginem per Christum reformatus 569.c
hominis natura à primo statim creationis tẽpore illuminata 39.a
hominis natura ineffabilibus nutibus opificis producta est 307.c.to.2
hominis formatio non absq; consilio Dei facta 13.c.to.3
homini nihil melius datum est quàm quod ad imaginem dei est conditus 38. d.tom.3
hominis proprium ignorare futura. pagina 112 b.to.2
hominem in deo esse per gratiæ participationem 368.a
hominem generare quid faciat 64.d.to.2
hominem esse sui iuris 149.a.to.3
homines qui 645.c
homines ad gloriam dei uiuere 440.c
homines trecenti immolantur 89. d.to.3
hominis interioris splendor 191.d
hominum nullus ante Christum à sancto angelorum consortio fuit 449. d
hominum omnium terra mater 595.c
hominum totum genus in duas gentes diuisum 71.c.to.3
hominibus omnibus una natura 143.c.to.3
homœusios 205.d.to.2
homousios uocabulum 204.c.to.2
honor fugiendus, qui gloriam dei consequi uolunt 161.a
honori proximorum non insiliendum. pagina 430.a
honores diuinos indignis Gemilitas tribuit. pag 14.c.to.3
hosanna 401.b
hospitalis uirtus etiam in deserto exercenda pag. 154.d
hospites Scythas Dianæ immolare 89.d.tomo 3
hostia Christi nihil acceptius 632. c
hostia omnis typum Christi fert 651.a
hostia salutaris triplici sacramento offertur pag. 671.b
hostiæ cruentæ à deo prohibitæ 86.b to.3
hostiæ incruentæ 356.b.to.3
hostiarum differentiæ 664. c. & d
hostibus cur obsistere non possimus 419.c tomo 2
humanitas Christi ualde inops 340.c.to.3
humilitas uoluntaria splendidissimum adfert finem 161.b
humilitas probat res 172.c
humilitas Christi magnitudo 429.c
humilitatem ad gratiæ diuinæ perceptionẽ esse conuenientissimam 340.d
humeri operũ tenent laboris indicia 683.a
hyperboreæ gentes 91.a.to.3
Hipponactes 7.b.to.3
ὑπόγειος 217.b. o.2
de Hypostasibus diuinis 5.b
Hyssopi natura 710.d

I.

IAcobus Comes 166.b.to.4
Iacobus Nestorianus 282.a.to.4
Iacob luctatus est cum Christo, qui apparuit & homo & dicitur deus 205.d.tom.3
Iconius episcopus 288.c.to.4
idæ nocturna sacrificia 136.a.to.3
idæ Platonicæ 43.d. tom.3
idæum antrum 239.c.to.3
de idiomatum proprietate multa utilia dicũtur 281.b.to.3
idololatris, misera anima subijcitur 302.a
idololatriæ nullæ ante diluuium 9.c.to.3
idololatriæ pessimorum dæmoniorum ministri 170.d.to.3
idololatriæ uariæ initio 9.c.to.3
idololatræ nulli ante diluuium 74.c.to.3
ab idolothytis quare magis quàm à gentilibũ libris arceamur 161.b.to.3
idumæa, terrena siue sanguinea interpretatur 258.d
iecoris pinnam efferre 677.c
Iesus quid 236.a.to.4
Iesum suscipere per mysticam benedictionẽ. pag. 201.a
Iesu nomen 271.a.to.3
ieiunandi libertas Christiano per omne tempus 371.b
ieiunandi Christianis ratio quæ 731.c
ieiunium quale deo placeat 731.b
ieiunij omne tempus per totum annum. pagina 730.d
Iezechiel captiuus in Babylone 7.c.to.3
ignauiam imperitia in hæreticis roborat. pagina 228.d.to.2
ignauia damnosa res 76.c.to.3
in ignis specie Deus supra montem Sina descenderat 98.c.to.4
ignis non sine calore 3.b
ignis spiritalis 666.d
ignis more à deo transgressores consumi. pagina 459.a
ignis dei altari, ignis domini 723.c
ignis duplex calor 192.d.to.3
ignis alienus 241.c.to.3
ignem alienum offerre 224.c.tom.2
ignem ne gladio fodias 209.c.to.3
ignem semper fuisse super altare 657. c
ignorantiæ nostræ deum succurrere 117.d
ilium quando expugnatum 6.a.tom.3
illuminare & illuminari 28.d
illuminare homo hominem 37.b
illuminatio quæda potius discendi uis, quã reuelatio nominanda 38.b
illuminationis interioris Christus primarius autor 342.d
imago & exemplar idem sunt 322. d.to 2
imago meritis anima 192.a.to.3
imago terreni & cœlestis 265.d.to.3
imago dei & patris filius 13.b.to.3
imago multis modis dicitur 480.d
imago diuina quomodo in nobis 415.c. to.2
imaginis genera 131.c
imaginem patris esse quid 457.d
ad imaginem dei formari per participationem 65.d.to.2
ad imaginem filij solem conditi simus. pagina 277.d.to.2
imagines rerum sublimium à corporibus capi 59.a
imaginum abusus 34.b.to.3
Imerius episcopus Nicomediæ 172.c.to.4
immediata & mediata esse contraria. pagina 28.d.to.2
immunditia uera 675.d
immunditiæ quædam species 676.a
immortalitatem solus deus in se, & in propria natura sortitus est 394.a.to.2
impalpabile omne incorporeum 315.a.to.3
impassibilitas iræ careniæ 119.a.tom.3
imperij dator Christus 1.c.to.3
imperitiæ malum 88.b
imperitiæ fontes 3.b.to.3
impietas Deo intolerabilis 207.b.to.3
impietas in deum punita 130.c.tom.3
ad impœnitentes admonitio 289. c. & b
incarnatio omnis per contraria 84.b.to.3
incarnatorum elusiones 358.d
incarnari dei uerbum quid 143.d.to.4
incarnatum uerbum dei 204.b
incarnatio Christi ad renouationem humanitatis 287.d.to.3
incarnationis mysterium cœlorum uirtutes ignorauisse 449.d
incarnationis modus unigeniti 192.d.to.3
incarnationis mysterium Iudæos ignorare. pag. 135.d
incensum compositionis 713.d
incorruptio deitatis propriũ bonum secundum naturam 314.b.to.3
incredulitas extremum omnium malorum. pag. 356.d
incredulitas crimen 87.b
incredulitatis pessimi fructus 316.b
indiuisum esse hominem à deo 270.b.to.4
infantes esse apud deum 440.c
infideles quomodo iudicentur 420.d
infremere Christi 379.c
ingenitus proprie deus 5.c.to.2
ingenitum non esse substantiale 233. b.to.2
ingenitum an sit diffinitio 231.a.to.3
ingenitum non esse substantia patris, sed tomo 2. a.to.2
ingenitum multipliciter capi 235.b.to.2
ingeniti nomen 4.a.to.2
ingeniti uocem multa significare 2.a.to.2
ingenij diuini Christum agnoscere 320.d
ingratitudinis crimine puniri Iudæos. 710.d
inhonestiora hominis abundantiorum bonorum habere 321.d
imurantes clementer tractandi 517.d
iniuria patienter ferenda 582.c
innocentia Christi 435.d.to.2
inobedientiam satan effecit 192.c
inobedientiam semper in pernicium extitisse. pag. 190.c
insomnia & uisiones à mortuis Christiani negligunt 238.b.tom.3
interrogare neminem pudeat 445.b
interrogationes de diuinitate periculosæ. pagina 59.c.to.2
inuenire aliquid et seruare an peccatum. pagina 655.c
inuenta reddenda 655.d
inuidia bonis operibus æmula 388.b
inuidiæ malum 400.a
inuidiæ & peccati inuentor satan 415.d. tomo 2
inuidiæ exemplum 129.c.to.3
inuidiam nihil iuuare 389.c
Ioab cur Amasan interfecerit 400.b
Ioabim sacerdos 425.a.to.2
Ioannes theologus 281.b.tom.2
Ioannes diuinorum mysteriorum doctor. pagina 287.b.to.2
Ioannes summus ueritatis theologus 70.d
Ioannes Nestorianus 282.a.to.4
Ioannes episcopus Syriæ 282.a.to.4
Ioannes Antiochiæ Syriæ episcopus 286.a. tomo 4
Ioannes Comes 49. d. to. 4
Ioannes Comes Sacrensis 165.a.to.4
Ioannes euangelista dictus Barbarus 197.c. tom. 3
Ioannes patriarcha Antiochenus 37.a.to.4
Ioannes Antiochenus episcopus 62.c.to.4
Ioannes diuinarum doctrinarum magister o plumis et eminentissimus 239.d.to.2
Ioannes sacramentorum diuinorũ minister. pag. 278.c.to.2
Ioannis euangelij autoritas 1.a
Ioannem Antiochenum episcopum reprehẽdit Cyrillus, quod ueritatis hostibus se nõ opposuerit 49.b.to.4
Ioannem euangelistam quædam omisisse ab alijs euangelistis tradita 402.d
Ioannem euangelistam habere uoces immortales 93.d.to.4
Ionathas Dauidem inuenit 7.a.to.3
Ionas ad Niniuitas à deo mittitur 96.d.to.3
Ioram quando 6.c.to 3
Iosaphat pulchrior quàm fratres sui tomo 2
Iosaph an filios habuerit plures 222.d
Iosaph cur à fratribus duenditus 400.b
Iosaph seruus corpore, sed animo liber. pagina 296.b
Iosaphat Iudæi historia 142 a.to.3
Iosiæ regis gesta & laus 255.a to.3
eum Iosiæ cultri lapidei sepulti 242.c
Iosiæ deum 434.a.111.d.to.3
Iosuandi animi indicium 310.d
Iosuæ exemplo Christi declinandũ 120.c
Iosuæ superbientium humiliter declinãda 318.d
Iosua pro supplicio 99.d
Iosuæ deo quomodo dicatur 182.b
Iosuæ deo quos digne excæcet 119.d. to.3
Iosuæ morbus 127.c.tom.3
Iosuæ uirtutibus iustitiam dei non operari 319. d
Iosuensis Comes 281.d.to.4
Isgonus Cutiensis 58.d.to 3
Isaradi sepulchrum 240.a.to.3
Isocrates Sophista 155. d.to.3
Israel primogenitus quare eiectus 47.d
Israel primogenitus 71.a.to.3
Israelis deus curam habuit, ut disceret mysterium Christi 72.c.to.3
Israelitæ ueri qui 175.c.to.3
Iudas auaritiæ seruus 506.b
Iudas perditionis filius quare dictus 553.a
Ithomitus Iuppiter 86.d.to.3
Iudas nulla necessitate proditor 552 d
Iudas Galilæus 348.b
Iudas cuius rei sit exemplum 436.d
Iudæ cur pecuniarum administratio cõcessa à Christo 398 d
Iudam Christi ouem non fuisse 361.d
Iudam etiam in deum patrem peccasse 433.d
Iudam significatũ discipulorũ nomine 397.d
Iudam proditorem cur Christus elegerit. pagina 431. d
Iudaica intelligentia inconueniens scripturæ 644. d
Iudaica consuetudo tempore paschæ de reo liberando 586.b
Iudaicæ genesis signum futuri casus 573. b
Iudæi ab auaritia Aegyptiorum quomodo liberati 35.b
Iudæi rudes, & ad intelligendos sermones de deo semper tardi 48.c.to.3
Iudæi in sola Hierusalem sacrificare debuerunt 218.c.to.3
Iudei in quamlibet affectionem facile rapti. pag. 414.a.to.2
Iudæi ex Aegypto uenientes cur in terram promissionis non uenerint 212.d
Iudæi Christi doctrinam aspernati 212.b
Iudæi pro Iudæorum principibus 227.b
Iudæi meliores esse uidentur Arianis tomo 2 173.d.
Iudæi cur à gratia deciderint 117.d
Iudæorum insignis malicia describitur tomo 2 418.d
Iudæorum calamitas unde 594. a
Iudæorum regnum defecit sub Herode tomo 3 179.c
Iudæorum captiuitas dura 258.a
Iudæorum animus lapidi comparatur 287.c
Iudæorum imperitia in lege 59.d
Iudæorum regio in australibus sita partibus. pag. 221.a
Iudæos ex deo esse natos 49.a
Iudæos probo auditu carere 575.b
Iudæos deũ semper negligẽter coluisse 302.d
Iudæos ad tenebras ex luce redisse 47.c
Iudicium domini horribile 107.d.to.4
Iudicium cur Christo datum 128.c
Iudicia 734.c
Iudicijs cum diuinis pugnare periculosum. pag. 73.c.to.3
in Iudicijs diuinis ordo 757.a.& b
Iudicare quid 128.d
Iudicare Christum uarie 281.c.& d
Iudicandi modus 271.b
Iudicium officium 273.d.153.c.to.3
Iudith mortuam septem diebus Iudæos fleuisse 380.b
Iulianus 282.a.to.4
Iulianus Nestorianus 286.a.to.4
Iulianus in monasterio enutritus, in idololatriam incidit 1.d.to.3
Iulianus librum Geneseos taxat 29.a.to.3
Iulianus indigna præscribit 26 b.tom.3
Iulianus in suam peccat legem 27.b.to.3
Iuliani præcipua obiectio 3.a.to.3
Iulianum tres scripsisse libros contra euangelia 1.d.to.3
in Iuliano diabolus loquutus 116.b.to.3
Iulius Romanæ ecclesiæ doctor 153. b.to.4
iurare deum 111.d.to.3
iurare per fidem 133.d.to.3
iurare per ueneranda Christi mysteria 131. d tomo 4
iuramentum uenereum 129.a.to.3
iuramentum procul à lingua nostra sit. pagina 428.b
iustificari Christum honorantes 527.d
iustificari nos non operibus 235.d
iustificari per Christum 372. d.to.3
iustificari gratia 87.a
iustificari per fidem 451.d
iustificat nos deus 62.b
iustificationis gratia 336.c
iustificationes 734.c
iustitia dei nudis uerbis non adipiscitur 81. d
Iuuenalis episcopus Hierosolymorum 279.a to.4.37.d.to. 4

L.

LAbijs parcit sapiens 538.c
Labor sæpe dulcior melle laborum bonorum esse inclytum fructum. pag. 223.c.to.2
Labotus 377.b.to.2
lachrymis temperatis defindi defensi. pagina 6.c.tom.3
lætitia salutaris 380.
laminæ aureæ significatio 568.c
lapis pro dura mente 685.a
lapis infrangibilem naturam uerbi significat 241. b
lapides Dauidis leues 95.d.to.4
lapides duodecim significare Apostolos. pagina 227.a.to.4
Lampon presbyter & monachus 15.c.to.4
Lamprocles 128.b.to.3
Laodice 240.a.to.3
Laosthenes 6.c.to.3
latrones duo quid denotent 596.d
laudatores suijpsius taxantur 138.d
Lazarus in sinu Abrahæ quid 59.b
Lazari miraculum quale 369.b
Lazari quatriduani resuscitatio mystico quid designet 385.a
lectio diuina nutrimenta spiritus 723.b
legatos contemnere 248.d
leo quid in syluis faciat 586.d
lepus animal immundum 697.d
lepræ sex species 705.d
leprosi lex 85.b.to.4
Lesbij Bacchi altare uirorũ sanguine irrigarunt 87.a.to.3
Leucophrynes sepulchrum 240.a.to.3
Leuita quis 718.d
lex onerosa 86.d

Universidad de Deusto
Biblioteca




lex Mosaica non inutilis 44.2.b
lex Mosi præparatio quædam fuit ad euangelium 442.b
lex Mosi futurarum rerum & spiritalis cultus præparatio quædam 88.d
lex literalem & historicum cibum affert. pagina 159.a
lex adducit nos ad sacramentum Christi. pagina 412.b.to.2
lex figuræ,umbræ,& pietatis figuratio. pagina 411.c.to.2
lex figuris & umbris inuoluta 61.d
lex cur data 46.d
lex æterna quomodo 244.b.to.3
lex etiam olim non seruata ad literam 227.a. tomo 3
lex continet umbram futurorum bonorum. pag. 235.b
lex naturæ 73.a.tomo 3
lex utilis hominibus 53.d.to.3
lex uni deo adorationem adfert 291.d.to.3
lex iugum 307.a.to.3
lex dei superat omnes humanas leges 697.c
lex futurorum bonorum umbra 82.d.to.4
lex gratiam dedit pædagogicè 56.a
lex peccati in Paulo 265.a.to.4
lex dei per angelos data 106.c.to.2
legis obseruationes tempore Christi solutæ. pag. 119.c
legis disciplina quodammodo terrestris 177.c
legis uocabulo omnes ueteris testamenti scripturæ comprehendi 366.c
legis anima requirenda 664.a
legis nomine totu testamentum accipi 413.a
legi nihil addi uel minui 226.d.to.3
inter legem & gratiam Christi quid intersit 55.d.56. a
legem diuinam præuaricantes,ultricem sententiam sequi 53 b.to.3
legem Mosi quare quidam crudelem dicant. pag. 735.c
legem meliorem Christus dedit quàm Moses pag. 178.d.to.3
legem ponere quem deceat 179.a.to.3
legem etiam gratiam dedisse 56.a
legem oportet impleri omnibus modis.pagina 270.d.to.2
legem eijcere 760.d
legem spiritalem dare spiritales benedictiones 761.a
leges non bonæ 225.d.to.3
legum utilitas & necessitas 53.c.to.3
legibus dei obedium omnes creaturæ 54 b. tomo 3
legalis umbræ adimpletio 486.d
legislator deus solus 270.a.to.2
legislatoris scopus 117.a.to.3
legislatores puniendo malos non trascendunt pag. 117.a. to.3
à legislatoribus terrenis iustitia dei deprehenditur 116.c.to.3
liber qui uerè 239.d
in libris qui pietatem docent,potissimùm uersandum 255.d.to.2
libertas magni sit 421.a.to.2
liberum hominis iudicium 87.c
liberalitatis commendatio 159.d
libi finis ineffrenatæ signum 88.a
lignum in medio paradisi quare deus prohibuerit 55.b.to.3
ligna putredine carentia 216.a
lineum speciem habere castitatis 657.d
lingua impiorum intemperans 130.a.to.4
lingua raro errare utilissima res est 428.b
linguæ intemperies peßimus morbus 104.a tomo 3
linguæ á deo datæ 162.a.to.3
linguarum cõfusio cur facta 101.c.&.d.to.3
Linus Thebanus musicus 5.d.to.3
litera tanquam caro 630 d
literæ Græcorum meliorem non faciunt. pagina 160 d.to.3
logium sapientiæ indicium 683.b
Lot quales panes angelis dederit 748.b
lotio ueterum 238.c
lotio pedum,laborem,statusque aut itineris mitigat 427.b
Lucerna ardens olim sermo dei 746.d
lucerna Ioannes baptista dictus 146.c
lucernæ septem in candelabro 217.c
luctus sit moderatus 380.c
luminis ministri 37.d
lupum significare diabolum 351.c
lutum carnem Christi significare 326.b
luxuriam uelutti primogenitum filiam generari ex ebrietate 687.c
lux Christus non corporea 278.b
lux mundi 32.b
lux natura filius 27.c
lux uera una est natura 32.b
luci electione adhæremus 36.d
lucem uiuendi disciplina an à filio dei mereri possimus 29.b
luce humanum genus egere 33.b
lucendi potestas ab igne saparari non potest. pag. 6 c.to.2
Lycurgus quando Lacedæmonijs legem dederit 6 c.to.3
Lycurgi leges 116.c.to.3
Lycurgi mors 239.b.to.2

M.

MAcarius Laodicææ episcopus 286.a tomo 4
Macarius Nestorianus 282.a.to.4
Macedonianorum de spiritu caullum confutatur 49.d
macula duplex 422.d.to.2
de Magdalena multa 371.a
Magi 90.d.to.3
magistri diligentis opus 123.d
magistratus felicitas unde 41.d.to.4
de magistratu reuerenter loquendum 254. b tomo 3
magni nomen cui competat 739.a
male dicendi quotidiana consuetudo 754. b.
maledici pœna 754.a
malitiæ nostræ uis duplici modo perficitur. pag. 421.c.to.2
malitiæ malum 263.d
malum nobis ipsis accersimus 418.b.to.2
malorum autorem deum dicere grauis impietas 306.c
Manasse 7.b.to.3
Manassis respiscentia 277.d
mandata dei qui habeat 482.c
mandata dei cur data 641.c
mandata quæ 762.a
manducatio carnis Christi spiritalis 696.d
manna figura Christi 174.c
manna quando cessarit 180.c
manna Syrorum lingua quid 178.b
manna etiam pro alijs collecta 438.c
manna fuisse umbram panis ueri 195.d
manna sensibile rudior legis disciplina 176.d
mansiones superiores tribus rebus consequi. pag. 431.d
mansuetudo & pietas in Christum exhibenda etiam cœlum ipsum 1.d.to.3
mansuetudinis exemplum 580.c.157.c
manus pro uirtute 97.b
manus dei 340.d.to.2
Marcellus 282.a.to.4
Marcelli hæresis de incarnatione Christi pagina 257.d.to.3
Marcella ob eruditionem admirabilis. pag. 144.d.to. 3
mare pro mundo 164.d
mariana ecclesia 123.d.to.4.277.a.tom.4
mariam,an nudam diuinitatem peperierit. pag. 192.b.to.4
Maria uirgo an deipara nominari debeat. pag. 288.d.to.3
Maria uirgo deipara 288.a.to.3
Maria soror Marthæ an peccatrix mulier fuerit 369.d.370.d
Maria salutatur à Cyrillo 99.d.to.4
Maria uirgo deipara 284.a.to.3
Mariæ uirginis laus 99.d.to.4
Mariam esse dei genetricem 192.a.to.4
Mariam non esse deiparam dicens, anathema sit 17.d.to.4
Mariam peperisse secundum morem mulierum 102.b.to.4
Maria Magdalena amoris erga Christum mercede non caruisse 607.d
Marius filiam suam immolauit 336.b.tom.3
Mars mortalium interemptor 80.c.to.3
Martis officium 81.a.to.3
Marthæ fidelitas in seruiendo Christo. pagina 395. d 3
Martyres quomodo Christiani colant. pag. 140.d.tomo 660.b
masculi significatio spiritalis 51.d.to.5
masculorum effectio genuina erga fœminas pag. 736.b
matris nomen arcana reuerentia est 286.a
Maximianus Anabarsi episcopus tomo 4
Maximianus episcopus in locum Nestorij successit 282.a.to.4
Maximianus Nestorianus 88.a.to.3
Medea loquax & maga 3
medicam artem qui fœlicius tradiderit 338.b tomo 158.c.to.3
medicus superbus & arrogans fulmine cadit 74.b.to.3
medicorum astutia 150.d.54.b.c
mediator Christus mediatoris





mediatoris nomen ad obedientiam Christi deprauanda 210.a.to 2
mediatore opus esse humanitatis infirmitati. pag. 212.a.to.2
mediationis Christi typus 211.b.to.2
mediationis ministerio multi sanctorum usi sunt 156.a.to.2
mediatione uerbi omnes sanctos opus habuisse 76.c.to.2
Melitius 282.a.to.4
Melitius Neocæsariæ episcopus 286.a to.4
membra Christi membra nostra 542.b
Memnon episcopus damnatus cum Cyrillo. pag. 292.d.to.4
mendaces Iudæi 249.d
Menedæus Pyrræus Platonis discipulus.pagina 144.a.tom.3
Menexenus 128.b.to.3
mens an sit Idæa 99.d.to.3
mens humana capax sapientiæ 228.b
mens radix uerbi,uerbum fructus mentis.pagina 248.a.to.2
mens Christi pro spiritu 483.a
mens uelocior quam oratio 39.d
mens humana an lucerna nuncupanda 33.b
mens hominis uniuscuiusq; est sibi lex tomo 3 95.d
mens ex bono 99.d.to.3
de mensa soli sapientissimo decreta 17.c.to.3
in mensa oratio habenda 158.d
ad mensam diuinam Neophyti cito non accipiendi 80.c
mercenarius quis 351.b
Mercurij officium 81.a.tom.3
meritorum quantitas 696.d
Metrodorus de mundo 29.c.to.3
militia Christi arma 769.b
milites Larissæa 219.d.to.3
ministerium damnationis & iustitiæ & ministrii Christi male loqui perpetuum.pagina 56.b c
Minos tyrannus iniustus 21.d.to.4
miracula sæpe malos operari 131.c.to.3
miracula operari nihil adijcere sanctitatis hominis 330.c.d
miracula testimonium de Christo dare. pagina 368.d
miracula fidē conciliare fidem 143.d
misericordiæ uiscera indigentibus aperienda pag. 132.d.to.3
misericordiæ Christi magnum argumentum 350. d
mobile nihil per se 118.d
modestiæ exemplum 19.b.to.3
Mominus scriptor historiarum 87.a.to.3
mone diuersi alitudinem & copiam diuinæ misericordiæ significat 268.d
mons sublimitatem animi insinuat in cœlestia per orationem erigendi 268 b
mors duplex 556.d
mors Christi aboleuit mortem 314.c
mors cuius inuidia in mundum intrauerit. pag. 238.a.to.3
mors morte Christi mortua 300.b
mors in morte Christi destructa 196.b
mors uerè animæ 188.c
mors omnium finis 313.d.314.d
mors pœnæ causa infertur 446.c
mors ad sommi conditionem mutata 756.b
mors propriè quid 604.d
mors fructus peccati 114.b.to.4
mors Christi mundo salutaris 317. d.to.3
mors bene à deo ordinata 63.c.tom. 3
mors destructa per Christum 106.c.to.2
mors Christi qualis 135.d.to.3
mors peccantibus utilis 63.a.to.3
mortis dissolutio prima 446.d
mortis Christi uirtus 410.b
mortem non timere quid 445.d
mortem à deo productam ecclesiæ negat. pag. 44.d
mortificari in carne nostra delicta 265.a. tomo 4
mortificamur legi cessantes à cultu eius. pagina 292.a.to.3
morticinum hominis tangere 645.a
mortuus uerè qui 114.b. tom.4
mortuorum primitiæ Christus 76.c
mores corrumpit praua educatio 99.a.to.3
morum similitudo mirificè ad amorem conglutinat 222.c
morum in hominibus diuersitas unde tomo 3 95. c.
Mosaica scripta Græcorum longè antiquiora sunt 8.a.to.3
Mosaica lex neminem perfecit 442.d
Mosaica lex ex Græcorum legibus probatur 106.b.to.3
Mosaica scriptura hominibus non satis fecit. pag. 76.d
Mosaici libri pleni figurarum 149.b
Moses quo tempore 5.c.to.3
Moses antiquior omnibus philosophis tomo 3 3.b.
Moses super omnes homines mansuetißimus. pag. 127.d.to.3
Moses sacrorũ dux 177.a.to.3.266.b.to.2. 210.d.to. 2
Moses primus Iudæis grammaticum tradidit 160.c.to. 3
Moses & prophetæ idem loquuntur tomo 3 165. d.
Moses ad bellum non uedit 686.b
Moses deus Aegyptiorum 8. d.to.3
Moses & prophetæ uia,quarum initiũ Christus est 78.a.to.2
Moses Christi figura 228.a
Moses legis minister 233.a
Moses tardus lingua 146.a
Moses mediator 150.a
Moses abnepos Abrahæ 10.a.to.3
Moses minister miraculorum,non autor.pagina 521.b
Moses pædagogus Iudæorum 211.c.to.2
Moses typus Christi 212.a.to.2
Moses primos nobis libros scripturæ spiritu composuit 67.b
Moses deum unum docet 64. d.to.3
Moses cur interdum singulari numero,interdum plurali utatur 101.b.to.3
Moses trimitatem cognouit 12.d.to.3
Moses rerum creationem aptè tractat tomo 3 35.c.
Mosis cum Christo collatio 178.a.to.3
Mosis & Christi comparatio 416.c
Mosis incredulitas 357.b
Mosis mediatio prisca 548.c
Mosi scripta adprobant,qui de ecclesia sunt pag. 728.c
Mosi lex non solum secundum literam sequẽda,sed Christi sacramentum quærendum 209.d.tomo 3
Mosi faciem reuelatam aspicere 679.c
in Mosi libris magnæ diuitiæ latent 442.b
Mosi autoritas apud Iudæos 334.b
Mosen nihil superfluum dixisse 34.b.to.3
Mosen uoce hæsitantiore & lingua tardiore fuisse,quid significet 93.a.to.4
Mosen de Christo scripsisse 423.c
Mosen non dedisse spiritum septuaginta senioribus 67.d.to.2
Mosen cœlestia uidisse,typos autem populo tradidisse 745.b
Mosen nullius miraculi autorem fuisse. pag. 174. d
Mosen fuisse non inanem hominem 42. d
Mosen deo notiorem præ cæteris fuisse 55.b
Mose scopus in scribendo 32.c.to.3
de Mose ethnicorum testimonia 8.d.to.3
Mose uirtutes 129.d.to.3
moueri deum 434.d
mulier de costa quare formata 51.c.to.3
mulierres deceptrix 156.d.to.3
mulier uoluptatis figura 416.a.tom.2
mulier Maria uirgo cur dicta 701.d
mulier in adiutorium quomodo 51.a. to.3
mulieris origo secundum Hesiodum tomo 3 49.d
mulieres philosophæ 144.c.to.3
mulieres & pueri cur in scripturis non numerantur 157.d
mulierum mollis & tardus intellectus 104.b
mulierum maledictio per Christum in nuptijs destructa 76.a
mulieribus etiam Christus fidem dat 110. c
multitudinem absq; ratione iudicare 232 c
munera diuina quomodo promerenda. pag. 340. c
munda animalia 645.d
mundus quid 515.a.555.b.569.d
mundus pro improbis 483.c
mundus quos odio habeat 516.b
mundus qui 537.d.223.b
deus spiritali honore gaudet 223.c
mundus ad peccandum pronus 222.d
mundus fide & pœnitudine illuminatur. pagina 47.c
mundus pro mundi creatura 403.d
mundus pro prauis hominibus 410.b
mundus pro ijs qui in mundo 130.b.to.3
mundi fabricatura scriptura diuina filio tribuit 304.a.to.2
de mundi perpetuitate 30 a.to.3
mundi uocabulum 527.b
de mundi gubernatione quid philosophi senserint 29 b.to.3

Universidad de Deusto
Biblioteca




extra mundum esse 569.d
mundum qui umcant 316.a.to.3
mundum non esse animal contra Platonem. pag. 39.c.to.3
de mundo esse 287.a
muris typus 222.c.to.3
murum rationem de rebus bonis, quasi paternam hæreditatem ad Iudæos descendisse. pag. 190.c
Musæus 282.a.tom.4
Musæus Arademia episcopus 286.b.tom.4
mustelæ typus 222.c.to.3
mutabilitas creaturæ proprium 102.a.to.2
Myrto Socratis uxor 128.b.to.3
Mysorum & Phrygum termini seorsim. pagina 44.c.to.3

N.

NAaman Syrus lauat se in Iordane. pagina 325.b
Naboth interficitur ob uineam 282.c
Nabuchodonosor execrandus auream erexit imaginem 77.d.to. 4.
natiuitas diuina docetur ex enunciatione uerbi 248.d.to.2
natiuitas Christi duplex 246.c
natiuitatis diem maledicere 702.d.& 703.a
natiuitatis Christi utilitas 148.c.to.3
natiuitatis omnium autor deus 236.a.to.3
Nathanael cur à Christo laudatus 263.a
Nathanaelis colloquium cum Christo 74.a
natura diuina firmissimè in dignitatibus sedecemibus fundata 84.a to.3
natura suprema 14.a.to.3
natura hominis propter peccatum morti subiecta 447.b
natura diuina alterationem non assumit. pagina 16.c
natura dei nulli comprehensibilis est 292. c tomo 2
natura diuina fundata in proprijs bonis. pagina 259.c.to.3
natura diuina nec loco nec dimensionibus circumscriptibilis 552.a
natura diuina absq; principio 24.c
natura summa simplex & incomposita. pagina 384.c.to.2
natura humana adhuc salua post peccatum. pag. 206.d.to.2
naturæ humanæ ratio una ac eadem in omnibus 64.a
naturæ diuinæ clementia omnem meritè excedit 434.a
naturæ humanæ uarietas 89.c.to.3
naturæ mutabilis proprium 101.b.to.2
naturæ diuinæ participes fieri 182.a
naturæ priscam pulchritudinem recuperare 48. b
naturam nostram in Christo profecisse 129.d tomo 2
naturam creatoris esse super omnem creaturam 19.a
naturam in Christo differentia non sublata. pag. 22.c.to.4
de naturarum differentia 250.d.to.4
Nazaræorum nota 733.d.
necessitate fatali nemo subiectus 253.c
Necromantici 137.d.to.3
Nemesius frater Cyrilli 1.d.198.a.to.2
Neomenia quid denotet 215.d
Neophyti quomodo docendi 84.a
Neophyti ad diuinam mensam citò non accipiendi 80.c
Neophyti quomodo instituendi in fide 110.a
nescio uos quid 386.c
Nestorius nouellarum blasphemiarum inuentor 143.d.to.4.
Nestorius Diodori hæretici discipulus 262.d tomo 4
Nestorius taxatur 257.c.to.3
Nestorius duos filios credit 270.c.to.4.
Nestorius ferè triennio nouorum dogmatũ inuentor 127.a.to.4
Nestorius damnatur 153.b.to.4
Nestorius ab officio deponitur 278.d.to. 4
Nestorij electio & comunacid 121.to.4
Nestorij doctrina damnatur 47.c.to.4. 64.c.to. 4
Nestorij damnatio & depositio 73.b.to.4
Nestorij dogmata contra recensentur ordine 298.a.to. 4
Nestorij dogma de Christi natiuitate 25.d. & 26.a.to. 4
cõtra Nestorium uehemẽs oratio 101 a.to.4
Nicenæ synodi propositiones 79.a.to.4
Nicenæ synodi decreta 22.b.to.4
Nicæni concilij autoritas 203.a.to.2
Nicodemus cur Gallilæus à pharisæis nocetur 268.a
Nicodemus pudore improbo uictus 81.b
Numertius 52.a.to.3
Nimiue 74.d.to.3
Nimiue ciuitas à quo denominata 5.a.to.3
Ninus Arbeli filius 5.a.to.3
Nunyas 74.d.to.3
nobilitas à parte patris & matris 752.c
nobilitatis immodica amplitudo, supercilosam adfert affectionem 415.d.tom.2
noctuæ typus 223.c.to.3
Noe uir omnium pientissimus 3.c.to.3
Noe dictus Xisuthrus 4.c.to.3
Noe iustus in retributiõe fidei saluatus 4.4.c
nomẽ accepisse super omne nomẽ 273.b.to.2
nomen pro gloria 545.d
in nomine quid 291.c.to.2
nomina, quæ ad ueritatis cognitionem faciunt, tenenda sunt minimè 205.b.to.2
nubem opponere 336.a
nubes sunt intellectuales prophetæ 56.c
Numa qualia templa constituerit 133.c.to.3
Numenij ferè catholica sententia de trinitate 189.b.to.3
numerus quadragenarius 118.d
numerus decimus ubiq; perfectus inuenitur. pag. 748.d
nuptiarum sanctimonia à Christo reparata. pag. 75.b
ad nuptias cur Christus profectus 75.a
Nyctitoracis typus 222.c.to.3

O.

OBedientia pulchrum filij munus. pagina 342.a.to.2
obedientia Christi 343.b.c.& d. to.2. 349.c tomo 3
obedientiæ nobilis finis 366.a.to.3
obscuritate uerborũ cur quidam gaudeant pag. 461.c
ocium sabbati quid significet 214.a
oculus in corpore 322 d
oculus in se sanctorũ personã figurat 285.b.to.3
odorem offerri deo 211.b.to.3
oues Christi ad finem perdurare 636.d
oues Christi pascere quid 361.d
oues dei & patris & filij 339. d. tom. 2
oues rationales 627.d
oui scriptura ipsum comparat 83. b.to.4
Ozias unde 30.c.to.3
Ozias quid 217.b.to.2
Ozias dictio undè 205.c.to.2
Otios quando 7.a.to.3

P.

PAllas anceps consilij 130.c.to.3
Pallas cynomya deorum 120.b.to.3
Palladis officium 81.a.to.3
Palladium 169.c.to.4.& 10.a.to.2
Palladius Magistrianus 282.a.176.d.to.4.
palma coronari 401.b
panis sacramentarius in crastinum non reseruandus 673.b
de panib uocabulo quædam 197.c
panis Christus & Apostoli 199.a
panis fragmenta Christum discipulis dedisse 200. d
panis mysticus 751 b
panis sacerdotalis quibus dandus 771.d
panis cœlestis cor hominis confirmat 158.a
panis uiuificus Christus 554.c
panem sanctum accipere à Christo 572.a
panis fermentum peruersæ doctrinæ 731. a.
panes ex simila offerre domino 748.c
panes duodecim quid signauerint 198.a
panibus differentia 748.d
Paracleti receptacula qui sint 474.c
paradisiacæ per Christum reseratæ 437.d
paradisiacæ per Christum apertæ 719. a
paradisi species 223.d.to.2
parcere moriuis 604.a
parcere primo cõtraximus non solũ origine mortis, sed etiam iniquitatis 325.c
parentes reuerentia quando ualere non debent 27.c.to.4
patrum iniquitates nonnunquam filijs temporarias, & in hac uita subeundæ 321.a
patrum probitate degenerare 299.b
patrum cõuictores, qua pœna digni 599.c
patribus quamus honor debeatur 75.c
Pathe dies 719.d
patres cuius typus gerant 85.d.to.4
patris Christi nobis salutaris 253. d.to. 4
patris Christi uoluntaria & inuoluntaria. pag. 188.c
patris Christi credentibus uitam, incredulis mortem confert 642.a
patres singulas fuisse in carne Christi, excepto peccato 121.a.to.2
patres esse extra castra 638.d
pater uerus qui 344.a
pater bonus Christus 353.b




contra pastores improbos scripturæ testimonia 352.a
pastoris boni & mali discrimen 349.d
pater principium filij cur dicatur 3.c
pater & filius non idem numero 5 d
pater unus est omnibus 302.c
pater usibilis soli consubstantiali filio 57.c
pater deus quid sit secundum naturam nullus addiscet 246.d.to.2
pater uidetur in imagine sua immutabilium.d
pater in Christo fideles uiuificat 8.a
pater an uolens uel nolens genuerit filium. pag. 21.d.to.2
pater cur uerbum non dicatur 15.d
patris nomen grande mysterium est 736.b
patris nomen de deo competit 16.a.to.2
patris dei proprium 116.a.to.2.
patri consubstantialis est filius 4.d
ad patrem ire quid 452.c
patrem ingenitum an filius sciat 227.a.to.2
patrem ex ipsofo indiuisibiliter ac absq; corruptione filium generare 17.d. to.2
patrem uitam in seipso habere 68.d. to.2
inter patrem & filium nulla differentia, nisi sola personalis 173.a.tom.2
in patre & filio plenitudo omnis 260.a.to.2
de patre & filio Christiana doctrina 223. d. tomo 2
patres cur dicamur 147.d.to.2
ex patrum libris adducere testimonia. pag. 285.d.to. 3
patrũ libris sententiæ de Christo cur sequendæ 155.d.to.4
patribus quomodo pater reuelatus 63.b.to.2
paternitatis nomen à deo in hommes fluxit. pag. 10.b
paternitatis nomen 325.a.to.2
paternitas à filiatione intelligitur 26.a.to.2
patientia omne bonum conciliat 77.c.to.4
Paulinum episcopam hypostases tres dicere noluisse 39. c.to.4.
Paulus Emisenæ ciuitatis episcopus 266 . b. tomo 4. 62 a.to.4.286.a.to. 4
Pauli episcopi Emisemi Homilia 102.a.to.4
Paulus mysteriorum saluatoris receptaculũ 40. d
Paulus Nest. 282.a.to.4
Paulus doctor orbis, arcanorũ Christi promptuarium 265.d.to.2
Paulus Christo plenus ac spiritu sancto repletus, doctorumq; optimus 298.a.tom.2
Paulus diligens promus sacramẽtorum Christi 238.d.to.2
Pauli Samosateni insania 29.d.to.2
Paulum in sanctis fuisse 741.d3
Paulum adulatione non usum 170. d. to.3
Paulum Iulianus uocat hypocritam 72.d.to.3
Paulum uocat Iulianus magum 72.c.to.3
paupertas discipulorum 155.d
pax dei, quam dat discipulis 767.a
pax dei donum & cœleste 285.d.to.2
pax suis & origo bonorum omnium 613.c
pacem habere in Christo 537.c
pacem dare quid 489.d
peccare neminem ante natiuitatem 320.d qui peccasse se non putat, nunquam se emendat 638.c
peccantibus qui facile indulgere possunt. pagina 638.c
peccator sepulchro quale conditus 385. a
peccatorem uiuificare et interius solius dei munus 387.a
peccatorem semper odit diuina et summa natura 114.a.to.3
peccatores deum exaudire 335.b
peccatores esse etiam piciissimos 216. b. to.2
peccatores omnes esse 213.d.to.2
peccatũ abolitum pro pœna mortis 756.c
peccatum & præuaricationem à diabolo incœpisse 305.a
peccatum à deo disseparat 560.c
peccatum pro delicto 668 a
peccatum capitis 711.d
peccatum in loco sancto manducare quid. pagina 667.a
peccatum & peccati origo, diaboli sum. pagina 496.d
peccati esse multas mortes 735.d
per peccati iterationem in dextera prolabi. pag. 274.b
ad peccati consuetudinem quadruplici quodam progressu peruenitur 385.b
peccati sordes per gratiam Christi lauare. pag. 427.d
peccati seruitus qualis 295.c
peccata populi edere 666.c
peccatorum suorum quisq; cathenis cõstringitur 108 c.to.4
à peccatis homines soluere solius dei est. pagina 617. d
à peccatis mundus nullus 349.a.to 3
pectusculum appositionis 678.b
pecuniæ mittuntur Hierusalem pro sacrificijs à captiuis Iudæis 425.a.to.2
peierare amantes impune 128.d.to.3
pera Christi quæ 95.c.to.4.
perditio 655.d
Peregonius episcopus 288.c.to.4.
peregrinum esse non dandum crimini. pagina 146.d.to.3
perfectionis signum denarius in se reuolutus numerus 239. d
periculum suaue quod pro Christo suscipitur 518.b
pericula nõ sint optãda, sed tolerãda 446.b
periculorũ magnitudo pijs expẽdenda 522.c
periculorum omnium Christus solatium 163.d
Perseus Dionysium occidit 6.a.to 3
pes in figuram est uiæ in unoquoq; opere. pagina 221.c.to.2
personæ nõ natura sed personalibus proprietatibus distinguuntur 468.a
personarum in deitate pluralitas à Mose indicata 186.a.to.3
Petrus Nestorianus 282.a.to.4.
Petrus martyr episcopus Alexandrinus. pagina 145.c.to.4.
Petrus princeps consortij apostolici 454.d
petram esse firmissimam fidem 289.c.to.2
Petrus Traiano solis episcopus 286.a.to.4
Petrus eximius inter Apostolos 289.b.to.2 pagina 308.b.to.2




EXODI
OPERA

Universidad de Deusto
Biblioteca



perditionis uia admodum lubrica 220.c
Petrus dignus non parua laude 445.b
Petri usio 694.b
Petri usio quid sibi uoluerit 222.d.to.3
Petro Apostolatus dignitas renouata 627.b
Petrus coryphæus & os Apostolorum.103.b tomo 4
Petri nomen 73.a
Petrus os omnium Apostolorum 213.d
Petrum sequi debemus in agnoscendis erratis 428.d
Petrum non fuisse hypocritam 227.c. to.3
Petrum util. tatem passionis Christi ignorasse 575.c
Phaccee 7.a.to.3
Phaeton solis filius exustus 5.d.to.3
Pharao Aegyptiorum princeps et rei figurã gerit 417.b.to.2
Pharsar Elauius 325.c
pharisæi cur tam infesti Christo fuerint. pagina 456.b
pharisæorum fastus 60.d
pharisæorum occultus morbus 387.d
pharisæos Christo semper infensos 266.a
Philadelphus Nestorianus 266.a.to.4
Philippus presbyter 275.a.to.4
Philippus Romanæ ecclesiæ presbyter 60.b. tomo 4
Philippus quare præ cæteris Apostolis à Christo interrogatus 155.c
Philippus Theodosianeus 286.a.to.4
Philochorus 8.c.to.3
philosophia contemplatiua potior 25.d.to.3
philosophia uera consistit in cognitione dei. pag. 124.b.to.3
philosophi theologiam probatiorem in Aegypto didicere 8.b.to.3
philosophi ethnici diuersi inter se opinionibus 18.c.to.3
philosophi amentibus similes inter se dissidem 125.a.to.3
philosophos multa accepisse è libris Mosi 3.c tomo 3
Philostratum Apollonij uitã descripsisse 58. c.tomo 3
Phinees quare honorem acceperit 115.c.to.3
Phinees zelus deo probatus 113.to.3
Phinees sacerdos 5.d.to.3
Phirmus episcopus 288.c.to.4
Phocylides 155.c.to.3
Phorini hæresis de Christi incarnatione.pagina 257.a.to.3
Photius 19.c.to.4
Phretillas Eraclíæ episcopus 286.a.to.4
Phrullius 282.a.to.4
Picturæ Christianorum pietatem docent .pagina 135 c.tom 3
pietatis magnæ mysterium 257.d.to.3
pietatis perfectißimæ erga deũ radix 443.b
pietatis in deum fructus 255.d.to.3
pietatis & intelligendi radices à deo inseri. pag. 38.c
pietatis perfectus alumnus 482.d
Pindarus Odarum conditor 138.c.to.3
Pirithous 6.a.to 3
piscatores Apostolos fuisse 159.b
Piscina probatica quid designet 327.c
piscium unguentum 396.a
pius liberabitur ab omni malo 88.d.tom.3
pisces non squamati nec pennati 222.b .to.3
pisces boni 699.d
pisces pro hominibus 696.a
Pittacus Mytileneus 7.b.to.3
Plato 59. d. 63.a.99.d.124.b.126.b.141.a. 173.d.184.d.187.a.188.b.to. 3
Plato de Socrate turpia quædam 128.d.tom.3
Plato de deo 101.a.to.3.302.a.to.2
Plato deum ineffabilem testatur 19.c.to.3
Plato cur de deo noluerit ueritatem dicere 22.b.tomo 3
Plato secundo deo tribuit Idæas 45.b.to.3
Plato gladiatoris filius 144.b.tom.3
Plato Aristonis filius 8.b.to.3
Platonis dictum de deo & filijs deorum.pagina 197.d.to.3
Platonis & Mosis comparatio 32.c.to.3
Platonem omnia à deo facta esse testatur.pagina 13.d.to.3
Platonem in Aegypto fuisse 8.c.to.3
Platonem adulatum Dionysio 32.c.to.3
plebs Iudaica sacerdotibus nimium subiecta. pag. 227.c
plenitudo Christi semper immutata 55.a
Plotinus 191.b.192.a.194.d. 99. d.to 2
Plotinus reprehendit Empedoclẽ 44.d.to.3
Plotini de trinitate dictum 199.d.to.3
Plutarchus 184. c.to.3
Plutarchi inuentio 17.d.10.
pluuia spiritalis 762.c
pœna moderatio apud iustum iudicem non solum pro qualitate, sed etiam pro quantate 736.a
pœnitentia nemini deneganda 279.a
pœnitentiæ semel tantum conceditur locus in grauioribus criminibus 759. c
pœnitentiæ medicamentum qui frustra sumant 274.b
pœnitentiæ locum esse multis exemplis comprobatur 266.c
pœnitentiæ locus quando nullus 323.d
pœnitentiæ medicamentum nulli unquã subtrahendum 278.a
poetæ fabularum pictores 77.c.to.3
poetis liberum fabulari 50.a.to.3
Polemon historicus 8.to.3
Polias 240.d.to.3
Polichronius Geracleopolis episcopus 286.a tomo 4
Polius Nest. 286.d.to 4
Polycrates Sannorum tyrannus 239. b.to.3
pontifex summus 638.b
pontifex magnus Christus 681.b
pontifex qui propriè 682.c
pontificis habitus 715.d
pontificis uox quasi buccina 217.a
pontificis figura summi 548.c
pontificis duo opera 6886.b
poplitibus utrisq; laborare prouerb. 81. b
populi humanitas erga Cyrillum & episcopos 75.b.to.4
Porphyrius 56.d.to.3.63.c.84.b.87.d. 88.c. 114. c. 115. d. 128.b.143.d.144.b.197.b. 188.d.214. c.239 c.to. 3
Porphyrius calumniarum pater 57.d.to.3
Porphyrius Christianæ religionis aduersarius 17.b.to.3
Porphyrius in seculi eruditione non uulgaris existimationis 11.b.to.3
Portius Festus 271.d
non posse, non significat semper infirmitatẽ 2
pœnitentiæ locum esse multis exemplis comprobatur 266.c
pœnitentiæ locus quando nullus 323.d
pœnitentiæ medicamentum nulli unquã subtrahendum 278.a
poetæ fabularum pictores 77.c.to.3
poetis liberum fabulari 50.a.to.3
Polemon historicus 8.to.3
Polias 240.d.to.3
Polichronius Geracleopolis episcopus 286.a tomo 4
Polius Nest. 286.d.to 4
Polycrates Sannorum tyrannus 239. b.to.3
pontifex summus 638.b
pontifex magnus Christus 681.b
pontifex qui propriè 682.c
pontificis habitus 715.d
pontificis uox quasi buccina 217.a
pontificis figura summi 548.c
pontificis duo opera 6886.b
poplitibus utrisq; laborare prouerb. 81. b
populi humanitas erga Cyrillum & episcopos 75.b.to.4
Porphyrius 56.d.to.3.63.c.84.b.87.d. 88.c. 114. c. 115. d. 128.b.143.d.144.b.197.b. 188.d.214. c.239 c.to. 3
Porphyrius calumniarum pater 57.d.to.3
Porphyrius Christianæ religionis aduersarius 17.b.to.3
Porphyrius in seculi eruditione non uulgaris existimationis 11.b.to.3
Portius Festus 271.d
non posse, non significat semper infirmitatẽ 2
Ptolemæus Agesarchi 240.d.tom.3
Ptolemæus Mendesius historicus 8.c.to.3
pugnæ multæ legem dei non custodientibus. pag. 768.a
Pulcheria soror Theodosij regis 16.c.to.4
purgatio spiritalis 583.a
pusillare pedes 713.c
purificationis ratio in tria diuiditur 722.d
puritas est sapere sancta 217.a.to.3
puritas qualis in discipulis 557.a
purpureæ uestis quid significet 887.d
Pyrrha Deucalionis uxor 5.d.to.3
Pythagoras Zoroastris æmulus 58.b.to.3
Pythagoras Samius 8.b.to.3
Pythagoras de mundo 30 d.to.3
Pythagoras, quæ sacrificia laudarit 244.a. tomo 3
Pythagoræ de deo uno sententia 19.a.to.3
Pythagoræ enugmata 209.c. to.3
Pythagoræ consuetudo 58.a.to.3
Pythagoræ error 169.a.tom 3
Pythagoram linguam Aegyptiorum didicisse 238.c.to.3
Pythagoram fuisse incantatorem 58.a.to.3
Pythagoram allocutum esse flamen 57.d.tomo 3

Q.

Quadragesimæ dies ieiunijs conseerari 731 b
quadragenarius numerus 118.b
quærere dominum solum, non sufficit ad salutem 226.b
quæstiones quæ fugiendæ 36.c.to.4
quæstiones ecclesiasticæ in ecclesijs agitentur & fermentur 73.c.to.4
quæstionibus inutilibus uelle contendere, præcisissum 278.a.to 2
a quæstionibus inutilibus abstinendum 1.c. tomo 4
quarta & sexta dies septimanæ ieiunijs consecrati 731.b
quo particula 417.b

R.

Rabsaces Babylonius Assyriorum dux pag. 421.b.to.2
Rabsacen Babyloniũ qui imitentur 23.c.to.3
Rachelis, &c. 5.d.to.3
ramis palmarum quid designent 401.b
reprobi boni & mali 655.a
reconciliationis nostræ modus cum deo constarandus 144.a.to.2
reformari in Christum per fidem 151.b. to.2
regnare in nobis per spiritum sanctum fieri. pag. 82.b
regnare & imperare soli Christo competit. pag. 363.b.to.2
regnare patrem per filium in spiritu. pag. 549. c
regnare Christum in mentibus fidelium per fidem 360.b.
regnum oblatum Christus respuit 161.a
regnũ cœlorũ donum spiritus esse 47. c.to.2
regnum tradi à filio in ueritate deo & patri 365.a.to.2
regni stabilimentum pietas 254..d.to.3
ad regno esse argumentum inexpectatæ ca lamitatis est 146.d.to.3
regno dei qui sint apti 293.d
regnum officium persequi ueritatis hostes. pag. 1.b.to.3
religio Christi quomodo assumenda 165.d
religionem mercaturæ modo ostẽtare 166.d
remedia de terra 154. b.tom.3
remissionis annus 673.c
remissiones peccatorum multæ in euangelio pag. 639.d
remunculi quid designent 648.b
renasci fideles de spiritu sancto 197.b.to.2
res grandes non ubiq; dicendæ 72.a
resurrectio bonorum & malorum 99.c
resurrectio Christi, contemnendæ mortis ori igo facta 446.a
resurrectionis gaudium 42.c
resurrectionis omnium tempus 135.a
resurrectionis mysterio mors fracta 447.b
inter resurrectionem & resurrectionẽ multum interesse 240.c
de resurrectione mortuorum quædam habere Platonem 173.d.to.3
restaurationis duo modi 479.b
in Rhodomeno Saturno sacrificatũ 87.b.t.3
Rhombulus episcopus 288.c.to.4
Rhemus quando 7.a.to.3
Rhomulus quo tempore 7.a.tom.3
Roboam cur ablatæ decem tribus 321.b
Romanum imperium sub cœlo propagatum pag. 146.d.to.3
Romani ciuiles 79.b.to.3
Ruffus episcopus 288.c.to.4
Rufus Thessalonicensis episcopus 37.d. to.4
ruminare prudentiæ symbolum 221.d.to.3
ruminare illũ, qui operam dat scientiæ 698.a

S.

Sabellij opinio 492.d
Sabellij blasphemia in patrem & filiũ. pag. 50.c.to.2
Sabellium confundere personam patris & filij sine discretione 362.c
sabbaticus annus 234.c
sabbatismus quid 234.c
sabbatismus peccatorum 177.a
sabbatismus quam aitam significet 236.b
sabbatismus à detestabili peccato prohibet. pag. 243.a
sabbatum ultimus hebdomadæ dies 198. d
sabbati observatio à Iudæis non rectè intellecta 121.b
sabbati sanctificatio 394.c
sacerdos quisq; speculator à deo constitutus. pag. 118.c.to.4
sacerdos castitate sit accinctus 657 d
sacerdotis mens deo consecrata 758.d
sacerdos pectus quid designet 677.d
per sacerdotis ministerium holocaustum carnem suam offerre 635.a
sacerdotis est statuere eum, qui conuertitur à peccato 713.a
sacerdotis consecratio 680.b
sacerdotis domini officium 667.d.& 668.a
sacerdoti domini peccata indicare 640 b
in sacerdote ordinando requiritur præsentia populi 681
sacerdotes quare in summo honore habendi. pag. 16.b.to.4
sacerdotes interrogandi de mysterijs scripturæ 66.b
sacerdotes in quantum imitandi 265.a
sacerdotes quo in honore habẽdi 167.a. to.3
sacerdotes uulgi sermo diuinus sobrios esse.pagina 687.a
sacerdotes ueri discipuli 688.d
sacerdotum minorum differentia ad maiora sacerdotia 684.d
in sacerdotibus aliud esse officio fungi, aliud instructum esse in omnibus 685.a
sacerdotum pecunia uendendum 390 c
sacerdotum datum omni ecclesiæ dei 614.d
sacerdotaliũ indumẽtorũ octo species 685.b
sacerdotalium munerum onus 18. c.to.4
sacramenta dominici corporis percipere.pagina 751.b
sacramentorum uirtus errantium cogitationibus non comprehensibilis 172.a. to.3
sacrificare in ecclesijs 125.a.tom.4
sacrificantium quotuplex scopus 87.d.to.3
sacrificium quale deus amet 40.b. to.3
sacrificium ex fragmentis 662.b
sacrificium incruentum ac uiuificum in Ecclesijs celebratur 140.a.to.4.
sacrificium uoti uel uoluntatis 674.a
sacrificium salutare 676.d
sacrificiũ carnale dominũ nõ quærere 642.a
sacrificium similæ offerre 641.a
sacrificium deo sanctissimo fragrantißimum 218.2.tomo 3
sacrificium Christi nos accedere ad patrem facit 211.b
sacrificium duplex 633.b
sacrificij genus in salutaribus hostijs 635.d
sacrificia cruenta 87.a.to.3
sacrificia incruẽta deo gratiora 244.a.to.3
sacrificia spiritalia & mentalia 241.d. to.3
sacrificia dispensatiuè data 85.d.tom.3
sacrificia quare olim data 215.c.to.3
sacrificia externa neq; dijs, neq; uero Deo grata 214.b.to.3
in sacrificijs singulis modus quidã 215 d.to.3
sacrificijs prisci quare usi 85.a.to.3
Salamis urbs 87.b.to.3
Salomon coæternus Homeri 155.c.to.3
Salomon non recensetur inter prophetas.et quomodo lapsus 156.c.to.3
Salomon per uoluptates excidit 155. d. to.3
Solomonis Porticus 359.c
salutationes synceroru hominũ quales.pagina 80.c.to.4
sanctificare quid 560.a
sanctificatio proprium deitatis 350.b.to.2
sanctificatio ad aliquid utile adducit 354.b tomo 2
sanctificationis rationem in populo Iudaicæ præceßisse celebrationem paschæ 394.a
sanctificationis uarij modi in scripturis. pagina 347.d.tom.2
sanctitatis fons Christus 67.d.tom.2
sanctitatem hominibus dare homo non potest 67.d.to.2
sanctus quis 452.c

Universidad de Deusto
Biblioteca




sanctus inter retia fidei conclusus 699.d
sanctus locus in terra non quærendus 667.b
sancti nomen uaria compl'ecti 732.a
sancti flores & uirescentes herbæ 215.c
sancti quæ ratione participium dei opulente accipiunt 381.d.to.2
sancti quomodo sint lux 38.b
sancti non sunt lux secundum naturam 38.a
sancti non propria luce illuminantur 32.b
sancti patres quo animo colendi 174.b
sancti ueluti uermæ in domo dei 52.c
sanctorum gloriam nullus assequitur 92.d tomo 4
sanctorum nerui pulchritudinis unde roborentur 113.a
sanctorum cognitio non est communis. pagina 484.b
sanctorum orationes suscipere Christum. pag. 470.d
sanctorum uirtus oculis animi inspicienda. pag. 191.
sanctorum mens omnia bona in uisione Dei adipiscitur 136.b
sanctorum uoces non esse uanas 185.b.to.3
sanctorum memoria iustè obseruatur 234.d tomo 3
sanctorum gloriam Christus confirmauit 180. d
sanctorum de deo patre sermones scrutandi. 257.d.to. 2
sanctorum conuersatio incomprehensibilis 95.d.to. 4
sanctorum scopus qui 96.b.to.4
sanctorum mens connutritur copia donorũ spiritalium 158.b
sanctis omne studium placere deo 297.d.tomo 3
sanctis pater in proprio spiritu reuelatur. pag. 531.b
sanctos uiros decet præsentiam Christi desiderare 490.b
sanctos uiros esse uiam 78.a.to.2
sanctos uiros nihil à seipsis posse 162.b.to.2
sanctos pro erroribus nostris dolere. pagina 692.a
sanctos hinc discedentes cõtinuo integra meritorum suorum præmia non consequi.pagina 691.a
sanctos cur diu sæpe uiuant tempore tyrannorum 556.a
sanctos gloria dei plenos fuisse 52.c
in sanctis loquitur deus futura 137.d.to.3
sanctum quid 558.a
sancta canibus non esse tradenda 439.c
sancta sanctis 609.d
salix arbor fructi perdita 424.c.to.2
Salustius Coryci Ciliciæ episcopus 286.a.tomo 4
Samanei 90.d.to.3
Samson quo tempore 6.b.to.3
Samsonis capillus defectus 402.a.to.2
à Samsone dominum recessisse 384.d.to.2
Samson quemuis hominem suarum cupiditatum uinculis grauiter astrictum designat pag. 341.d
Samariam cur Christus ingressus 1101.b
Samaritanus contumeliosum nomen 311.d
Samaritanus secundum spiritalem sensum. pag. 312 c
Samaritani à leonibus infestati 331.c
Samaritanos nonnulla religionis hebraicæ probasse 203.d
Samuel quo tempore 6.b.to.3
Samuelis uictoria 151.c.to.3
sanguis Christi purgat 302.b.to.3
de sanguine hostiæ septies ante dominum sacerdotem respergere 648.c
in sanguine carnis non inhærendum, sed respiciendum potius in sanguinem uerbi. pagina 727.b
sapiens est qui deteriora discernere ualet à melioribus 143.c.to 3
sapiens uere 123.c.to.3
sapiens alius ab alio, prouerb. 3.b.to.3
sapientia & sapiens differunt 74.d.to.2
sapientia Christus appellatur 22.c
sapientia dei filius 396.d.to.2
sapientia est, quæ sapientes facit 135.a
sapientiæ sermo clarißimum donum. pag. 333.d.tomo 2
satan quærit occasionem decipiendi nos. pagina 417.d.to.2
satan è cœlorum summus tãquam fulgur præcipitatus 415.d.to 2
satanæ sceptris subdi 417.c.tomo 2
ad satanam expugnandum non sufficere hominis potentiam 307.b.to.3
Saturni imago fallax 87.a.to.3
in Saturni templo nephandißima perpetrata esse 169.d.to.3
Saul Christus domini 4.b.to.4
Saul quo tempore 6.b.to.3
sub Saule esse an turpe & indecorum Israelitis 247.a.to.3
scenopegiæ festum 152.d
inimici declinandi 152.
sceptrum intelligitur regis symbolum 209. b.tomo 3
Schisma quid 331.a
scientia perfecta 533.d
scire omnia dules 159.c.to.3
sculptilibus adijcere horribile dei nomen.pagina 235.d
scriptura diuina ad uitam & sanctificationem nos alit 198.d
scriptura sacra quantum prophetam anteceda t 160.d.to 3
scriptura diuina salutaris 81.b.to.4
scriptura quomodo de deo loquatur. pagina 119.c. tom.3
scriptura sancta quomodo legenda 269.a tomo 2
scriptura diuina, quando de deo aliquid dicitur, melioribus solet uti uerbis 591.c
scripturæ diuinæ scopus de Christo 2.b.tomo 4
scripturæ mens inculpatè tractanda 357.a tomo 3
scripturæ sacræ scopus sequendus 353.c. tomo 3
scripturæ mos quum de Christo loquitur.pagina 344.a.to.3
scripturæ sacræ scopus 210.b.to.2
scripturæ sanctæ utilitas 1.d
scripturæ diuinæ Christus finis 166.a.to.3
scripturæ sanctæ studiosis non difficiles.208 a.tomo 3
scripturæ diuinæ utilitas 159.d.to.3
scripturæ sensus syncere sequendus 333.d
scripturæ diuinæ magna diligentia & cura exponendæ 43.b.tomo 2
scripturæ locum aliquê rectè intelligere qui uolunt, tria obseruare debent 102.c.to.2
scripturæ animam fecit deus 663.d
scripturæ inspiratæ diuinitus omnis sermo ad duo spectat 342.b
scripturæ sacræ mos frequens ad scripturam sacram non ignaua mens adferenda 209.a.to.2
scripturam singulis in rebus discipulos conuenire 78.c
scripturam certas quasdam habere loquendi formulas 419.b
scripturam tractandi antea regula 298.c tomo 3
per scripturam deum loqui 533.a
in scriptura nihil temere dictum inuenitur. pag. 215.d
in scriptura singulis suum tempus accommodandum 268.c.to.2
in scriptura diuina omnia ueritate referta. pag. 57.b.to.3
scripturarum diuinarum intentio semper cõsideranda 500.d
scripturas qui uolunt intelligere, parati sine ad fidem 177.d.to.2
ad scripturas audiendas quidam surdi 721.d
scripturas quosdam legere ad contradicendum ueritati 147.b
scripturas sacras distribui in tria membra. pag. 366.d
scripturas sanctas qui rectè intchigere uolit quid obseruare debeant 119.b.to.2
scripturas sacras interpretandi canon certissimus 350.d.to.3
in scripturis nihil absq; profunda ratione. pag. 755.d
in scripturis sacris omnia utilitatem habere. pag. 111.d
in scripturis sacris omnia utilitatem habere. pag. 5
in scripturis tempora obseruanda 335.b.tomo 1
in scripturis incomprehensibilis sapientia latet 178.d
in scripturis non contentas uoculæ concertiose quidam urgent 204.c.to.2
in scripturis diuinis triplicis intelligentiæ modum 670.d
in scripturis diuinis triplicis intelligentiæ modum 111.d.to.2
seculi finis quid 259.d.to.3
seculo perire 155.c.to.2
seculorum rex Christus 450.b
sedere ad dexteram dei 87.d
segnitiei radices 733.b
segregari non locis sed actibus 29.c
Seleucus infinitum esse mundum dixit 5.d.to.3 tomo 274.d
Semele
Semei quare morte fit multatus
Semiramis mœnibus cinxit Niniuẽ 74.d.to.3
Semiramis
Semiramis Nini coniunx 5.d.to.3
seminare in carne & spiritu 167.d
semitæ domini 451.d
semitæ eternæ 746.d
senarius numerus 750.b
Senchoniatonis historia 141.d.to.3
senes piscibus comparantur 200. d. to.2
sensus duo hominibus necessarij 93.d. & 94 d
sensus quinq; exteriores & interiores. pagina 650.d
sepulchra dealbata pharisei 232.b
sepulchra sanctorum à Christianis obseruata 235.d.to.3
sepulchra deorum ubi 239.d.to.3
septimana præsentis uitæ tempus 704.b
septuagenta interpretes 206.d.to.3
sermo dei omnis panis 748
sermo dei diues 729.d
sermo ueritatis simplex 223.c. to.2
sermo unicuiusq; rei proprius 30.b.to.2
serpens peccatum significat 85.c
serpentum astutia 2.c.to.3
seruare mandata dei 482.c
seruitus iudæorum 295.a
seruitutis iugum unde 147. d. tomo 3
seruitutis iugum diuina ira imponit 420. c. tomo 2
seruitutis uocabulum de filijs hominum proprie dici 108.a.to.2
seruus huius à quo quis superatus 295.c
sestera 687.a
sestius pecuniæ dominicæ nomen est pagina 651.d
sicti uarietas 656.b
sidium sanctum, fidei nostræ formam tenere 651.a
significationis nomen 168.a
signum non parum cogitationes nosse pagina 165.d
signa sanctos operatos esse non sua sed superiore uirtute 52.c
signorum diuinorum quis modus. pag. 172. b.tomo 3
signis cur Christus inclaruerit 368. d
silentij intempestiui ratio reddenda 14..d.tomo 4
silex spiritalis Christus 324.d
similitudinis dictio 129.d
similitudines in infinitum à diuinis distare pag. 165.d. to.2
similitudines minimarum rerum non despiciendæ 21.d
similitudinum uis 4.90.c
simonidei taxantur pagina 344. c & d. & 345
simonides 4
simplicitatis quotuplex modus 223. c.to.2
simulachrum nullum in templo Numæ. pagina 133.c.to 3
sinus patris esse Christum quid pagina 58 b & c
sitim commouent dolores 599.d
sobrietas omnium uirtutum mater 687.b
societas bona & mala 654. c
Socrates marmorarius obstetricis filius pagina 143.d.to.3
Socrates mulierosus 128.b.to.3
Socrates iracundißimus 127.c.to.3
Socratis accusatio & mors 117. d.to.3
Socratis eximia laus 124.d.to.3
Socratis incontinentia & uoluptuosa uita 156.b.tomo 3
Sodomitarum ciuitates quare exustæ 6. c
sol non fine splendore 3.b
solis circulum esse lapide ignitum Anaxagoras dixit 130.c.to.3
à sole & radijs eius diuina natiuitas docetur 349.c.tomo 2
à sole nemo lucem diuidere potest 88.b.to .2
solitudinis utilitas 200.c.to.2
Solon quo tempore abrogatis Draconis legibus sua cura dedit 7.b.to.3
Solon ab Athenis in Aegyptum profectus 8. b.tomo 3
Solon Atticarum legum inuentor 8.c. to.3
Solonis leges 116.c.to.3
somnus in ægrotante salutis indicium 374.b
Sophistæ & sapientis differentia 123. c .to.3
Sophocles affectuum monstrator 99 a. to.3
Sophocles de deo uno dictum 20 b.tomo 3
Sophonias quando 7. b.tomo 3
Sophonias hæreticus 20.c. tomo 4
Sophroniscus 128.b. tom.3
sors domini 770.d
species dei 54.d.to.2
speculatores qui 594.b
spinæ steriles quid designent 587.c
spiritalis cultus in quibus rebus consistat pag. 505.d
spiritus cur sanctus dicatur 187. d. to. 2
spiritus proprius filius 278. a.to.2
spiritus an in animam sit transmutatus 415. c.tomo 2
spiritus digitus dei 414.c.to.2
spiritus cur in Christum descenderit 68.c
spiritus hominis spiritu sancto sanctificatur. pag. 82. d
spiritus diuini suppeditator filius 330.c. to.2
spiritus quæ sit natura 384. a.to.2
spiritus deus 381.a.to.2
spiritus omnia implet 389.d.to.2
spiritus ueritatis 69.c
spiritus utrum ordinetur cum patre & filio, &c. 262.a.to.2
spiritus natura deus 49.d
spiritus ad aliam imaginem nos reformat.pagina 526.c
spiritus dandi noua ratio 261. c
spiritus quæ loquitur spiritaliter sunt intelligenda 652.d
spiritus patris, filij quoq; spiritus est pagina 558.d
spiritus est ueritas 562. c
spiritus dei in deo 384. d.to.2
spiritus sancti utilitas 475.d
spiritum per se subsistere 530.b
spiritum dei, scriptura appellat sanctum pagina 187.d.to.2
per spiritum creatum creatura sanctificationem accipit 362.b.to.2
per spiritum in uitam æternam reformari. pagina 481.c
spiritu Christi peruncti 551.d
spiritu dei omnia opus habere 22.d.to.3
spiritibus Christum præcidisse 532. b
spiritus sanctus deus, non creatura 397. d.t 2
spiritus sanctus etiam ante Christi ascensionẽ multis datus 261.b
spiritus sanctus Christi spiritus appellatur. pag. 44.d.to.2
spiritus sanctus patris ac filij 350.b.to.2
spiritus sanctus mansit in Christo 349.a
spiritus sanctus proprius filij, sicut patris pagina 368.c.to.3
spiritus sanctus in ipso deo essentialiter pagina 177.b.to.2
spiritus sancti incommutabilis imago filij dei pag. 179.d. to.2
spiritus sanctus facies filij Christi 462. b
spiritus sanctus deus ex deo secundum naturam 404.b.tom.2
spiritus sanctus profunda dei scrutator 19. d
spiritus sancti præsentia purgat omnes sordes 637.c
spiritum sanctum quare Christus accepit pagina 356.b.to.3
spiritum sanctũ non esse alienũ à filio 614. b
spiritum sanctum quosdam creaturis annumerare 49.c
spiritum sanctum esse deum 66.b.to.3
de spiritu sancto Ethnicorum testimonia pagina 21.d.to.3
sponsus spiritalis Christus 76.b
sponsus spiritalis 60.b
sputũ diuinitatẽ in Christi significare 326.c
stacten quærere 724.c
stateram ne transeas 209.c.to.3
stella in obsequium Christi recens producta pag. 252.b
stelliones quid significent 222.c.to 3
Stheneleus 5 d.to.3
Stesichorus poeta 7.b.to.3
Stoici deum uocant ignem artificialem pagina 17.d.to.3
Stoici de mundo 29. c. to.3
substantia diuina incorporea 30.c.to.2
substantia & subsistentia differunt 217.b.tomo 2
substantiæ proprietates 237.a.to.2
substantiæ aliæ rerum, aliæ accidentis pagina 235.c.to.2
substantiarum nomina ipsarum substantiarum sunt significatiua 94.a.to.2
substantias non omnis differẽtia stipârat, sed sola quæ natura diffinit 34.a.to.2
Successus episcopus Isauriæ 262.b.to.4.
superbia uitiorum omnium mater. pagina 595.d
superne quid significet 219.c.to.2
Susannæ historia à quibusdam reprobatur. pag. 630.c
Susannæ innocentia 283.c
Sybilla Erythea 7.a.to.3
Sybilla Herophila 7.a.to.3
symbolum patrum 283.b.to.3
symbolum fidei sequendum 63.c. to.4.
symboli Nicæni autoritas 221.a.to.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca




symbola pythagorica 209.c.to.3
Symeon longanimis expectator domini. pagina 340.a
Symeonem sanctis patribus intimasse Christum esse natum 317.a
è synagoga ejicere 337.c
Synodus quid spectare debeat 231.b.to.4.
Synodus Aegyptiaca 17.d.to.4.
Synodus quæ uera dicatur 283.a to.4
Synodi Ephesinæ constitutiones 221.d.to.4.
Synodum à mane usq; ad uesperam durasse 75.b. tomo 4
in Synodo certamen episcoporum 165.d tomo 4
Syri delicati 79 b.to.3

T.

Tabernaculi significatio 214.c. & d tabernaculi testimonij ædes duplex. pag. 725.b
taciturnitas præstantior imperito sermone. pag. 165 b
taciturnitate quando opus 59 b.to.2
tactus immundus 644.d
tactu etiam Christum mortuos suscitasse. pagina 201.c
tarditas mentis & timor animi ex passione profluunt 39.c. to.2
Taurianus Augustæ episcopus 286.b.to.4
Taurus Rhodius loquitur 58.d.tom.3
θεὸν probeos 404.d.to.2
in Telmisso Apollinis sepulchrum 240. a tomo 3
templum dei 80.a
templum Hierosolymitanum tertio dedicatum 359.b
templum dei quomodo constituamur 486.b
templa sumptuosissima Christo erigere. pagina 282.c.to.3
tempus cum cœlo factum iuxta Platonem 47.d.to. 3
temporis opportunitatem Christus obseruasse 259.d
temporum omnium creator filius 39.d.to. 2
tenebræ 29.c
in tenebris ignorantiæ ambulare, quàtum sit periculi 279.c
tenebris humanum genus inuolutum 34.a
tentationes prudenter & patienter ferendæ 163.b
tentationum uis 4.41.c
ternarius numerus trinitatis significationem habere uidetur 626. a
terra repromissionis quibus concessa 212.a
terminus logicæ 228.c.to 2
tertiæ diei mysterium 76.c
testamentum in morte firmum. pag. 319.b. tomo 2
testes tres de Christo uenturo 59.d
testes falsi 282.c
testimonium hominis de seipso inualidum. pag. 280.b
testimonia hominum qualia 139.d
Teutamo apud Assyrios, &c. 6.b.to.3
Thales Milesius 8.b.to.3
Thales Milesius deũ dixit mentem esse mundi 17.d.to 3
Thales de mundo 29.c.to.3
Thales Examei Milesius primus physicus philosophus 7.b.to.3
Thau signum 4.12.d
Theodoritus Cyri episcopus 286.a.tom.4
Theodorus episcopus Cyretanorum ciuitatis 172. c.to.4
Theodosij regis epistola ad Cyrillum 16.a. tomo 4
Theognis 155.d.to.3
Theogoniam Hesiodi Plato reiecit 50.c.to.3
theologiæ modus idem & unus in omnibus. 15.b.to. 3
theologiæ Christianæ quantum apud Platonem 188.d.to.3
ad theologiam non omnes idonei 9.b.to.3
theologorum uoces mutandi 65.b.to 3
theologis unus scopus 229.c.to.3
Theopompus 129.c.to.3
Theopemptus episcopus Constantinopolitanus 51.a.to.4.
Theopemptus Lacedæmoniorum rex immolatur 86.d.to.3
Theophanes Nestorianus 286.a.to.4.
Theophorum esse Paulum 4.64.c
Theophrastus 87.b.to.3
Theosebius 282.a.to.4.
Thespesius præfectus 58.c.to.3
Theseus ex inferno liberatur 6.d.to.3
Thesauri uiri 90.a.to.4.
Theudas magus 348.a
Thomas à spiritus sancti participatione non decidit 617.c
Thomam ad infidelitatis crimen incidisse. pag. 618.c
Thomam magis præ gaudio quàm infirmitate mentis dubitasse 621.d. 622.4
thuris species orationum tenet formam. pagina 750.b
Tiberiadis maris palus 152.a.153.d
Timæus 144 a.to.3
Timotheus presbyter 46.b.to.4
Torpor senectutis perpetuum incommodũ. pag. 202.a.to.2
Tracyllinus Nestor. 282.a.to.4
tradere regnum deo patri 365.d.to.2
trahi admonitione, doctrina, reuelatione ineffabiliter facta 192.c
tributa cur templo sint data 108.a
trinitas & unitas 101.a.to.3
trinitas sancta eiusdem est substantiæ, eiusdem roboris & operationis 159.b.to.4
trinitas unum consubstantialitate 204.c
trinitas unum natura 564.d
trinitas unum bonum essentialiter 165.a.to mo 2
trinitas sancta quomodo colligenda 460.d
trinitas sancta sibi ipsi locuta 14.c.to.3
trinitas sancta consubstantialisq; nominum differentijs, id est, personarũ proprietatibus distinguitur 448.d
trinitas sancta & adorabilis ad unam deitatis naturam colligitur 148.c.to.2
trinitatis sanctæ complementum 192.d.tomo 2
trinitatis efficaciæ communes 154.b.to.4
trinitatis sanctæ enumerationem Paulum reticuisse nouisse 475.b 171.d
trinitatis totius una deitas 227.b.to.2
trinitas sancta in una deitate
trinitatis nomen solis nominibus, non hypostasibus quosdam diuidere a.5.a
sine trinitatis mysterio purificationem non fieri 711.d
trinitas magis adoranda quàm exquirenda. 258. d. tomo 2
trinitatis plenitudinem semper cum patre fuisse 9. c.to.2
trinitatis sanctæ cognitio necessaria fidelib. 2.b.tomo 2
trinitatis coniectura 64.b. to.2
trinitatis mentio in principio Geneseos 12. d tomo 3
trinitatem esse unius & eiusdem uoluntatis & sententiæ 65.b.to.3
trinitatem adorant Christiani 65.b.to.3
trinitatem in unam deitatis rationem contringi 536. a
trinitatem quomodo philosophi crediderint 187.d.tomo 5
trinitatem noua lex docuit 266. c.to.2
trinitatem consubstantialem cognouit Abraham 22.d.to.3
in trinitate platonizant Ariani 22.b.to-mo 3
in trinitate sancta & consubstantiali, deus unus, id est, una deitatis natura, adoratur. 100.d.tomo 3
in trinitate sancta simplex & unius speciei deitas creditur 337. b.to.2
in trinitate in una substantia trinum esse personarum numerum 337.a.to.3
in trinitate unus deus adoratur 6.a
de trinitate testimonia philosophorum 550.a
d. & 189.d.tomo 5
in trinitate una deitas adoratur. pag. 238. d. tomo 2
in trinitate fatemur unitatem naturæ. pagina 449.a
in trinitate nulla uoluntatis diuersitas. pagina 28.b.to.2
in trinitate nulla uoluntatis diuersitas. pagina 239.b.to.3
Triopi filiæ 239. b.to.3.
Tripos Apollinis unde dictus 17.
tripodis aureæ dandæ sapienti, historia. 9
Troia quando expugnata 6.a.to.3
tropus superfluus ubi 381.b.to.3
tunica linea sanctificata Christus. pagina 715.c
tunicis duabus pontifex indutus 682.c
turturum par offerre 636.d
Tyri regem membrum fuisse diaboli. pagina 207.b

V.

Valentinus Multilubacæ episcopus. pag. 286.a.to.4
Vaphre apud Aegyptios iudex 6.b.to.2
Vaticinij genera 337.a.to.3
Vaticinia quare cessarunt 337.a.to.3
uelũ templi 601.b
uenire Christi, est humanitatis 305.b
uaniloqui 637.a.to.2
Venus Paphia 240.b.to.3
uerbum dei audire initium est salutis 294.a
uerbum dei an in carnem conuersum tomo 258.b. 3
uerbum homo factus non reliquit quod erat. 194.d.tomo 3
uerbum Dei semen Abrahæ apprehendisse pagina 446.d
uerbum dei an opus habuerit participatione spiritus sancti 356.a.to.3
uerbum dei inuertibile & omnino immutabile 261.b.to.4
uerbum mentis & prolatum 247 d.to.2
uerbum apud deum in deitatis natura. 187.a tomo 3
uerbum dei panis uiuens 416.b.to.2
uerbum deum in propriæ hypostasi subsistere 22. d
uerbum caro factum, non mutatum in carnem 487.b
uerbum inalterabile tanquam deus tomo 536.d. 4
uerbum caro factum quomodo intelligendũ 225.c.tomo 4
uerbum caro factum est 23.c.to.4
uerbum quod deus est quomodo mittatur. 251.c.tomo 4
uerbum non est ibile 239. d.to.3
uerbum dei naturaliter in patre 58.a
uerbum natum ex Deo & patre 296.d.to.3
uerbum dei prædicatum cur nihil operetur in hominibus 31
uerbum dei in domibus legendum, & operibus exprimendum 720.c
uerbum dei non esse creaturam 78.c.to 2
uerbum diuinum quomodo ab Hermete docetur 21.b.to.3
uerbi dei audiendi perfectissima ratio 310.b
uerbi uox 12.a.to.2
uerbi dei utilitas 722.d
de uerbo incarnato orientalium sententia. pag. 2.tomo 4
uerbo dei seminando non desperandum. 517. b
uerbo uiuifico cõiungi per benedictionis mysticæ participationem 542.a
uerba rebus nihil possunt derogare, quando scriptura ipsis abutitur 108.a.to.2
uerborum suauitas sæpe decipit 166.a
Vernensinus episcopus Pernensium tomo 279.a. 4
ueritas quærenda 199.a
ueritas ab omnibus etiam à puero discenda. pagina 337. a & b
ueritas est spiritus 558.b
ueritas non suscipit insania nomina 501.d
ueritatis uox studiosis contingit 52.b.to.3
ueritas summa sapientia 683.d
ueritatis impugnatoribus non esse mysteria sublimia proponenda 284.d
ueritatis cura etiam in minimis habenda. pagina 102.b
ueritatis pulchritudinem quosdam obliterare 261.c.to.3
ueritatis ingens uis 100.c
ueritatis præconia 339.b




ueritatis inexpugnabilis arx 333.d
ueritatis natura 332.b
uerus solus deus dicitur 248.b
uestes scindere quid denotet 602.d
uestimenta Christi in quatuor partes diuisa. pagina 598.b.
uestimenta sordida deponenda 714.c
uia bona 60.b.&c.
uia regia incedendum quid 209.d.to.2.
uia omnipotentis dei 56.d.to.3
uia Christus 451.c
uiæ domini 451.a
uiam salutis perdere 451.c
Victor hæreticus 20.c.to.4
Victor senex falsò accusatur tomo 130.b.tom.4.
uidere Christi 320.c
uidere dei est misereri 386.c
uinum lætitiæ non bibere 690.a
unum solummodo non factum 2.a.to.2
uirginalis conceptio erat dei 91.a.to.4.
uirginitas Mariæ probatur 194.c.to.3
uirginitas in Christo 742.c
uirgines stultæ sine oleo 746.c
uirtus patris Christus 22.d
uirtus dei creatiua omnium est 89.c.to.2
uirtus dei quis rectè dicatur 6.a.to.2
uirtus diuina nullo circunscribitur loco. pagina 377.c
uirtutem cognoscere non magnum 430.d
uirtutum exercitationes 444.d
uir animæ lex 743.a
uiris illustribus crudelis arroganiæ bestia insilire solet 426.b
uisitatione diuina nos indigere 499 a
uita solummodo quæ in requie, & delicijs et gloria est 482.c
uita in hoc mundo peregrinatio est tomo 422. d 2
uita cur Christus 206.a.& b
uita æterna quid 541.d.
uita uera deitatis natura 383.a.tom.2
uita æterna carere durum 285 d
uita euangelica in Christo primo effulsit. 77 d.tomo 2
uita est, nunc quod adductum ad uitam tomo 327.d 2
uita secundum naturam filius dei 71.c
uitæ fons solus Deus 25.b
uitæ opus proprium 194.d
uitæ fructus 637.d
uitæ similitudo non ineptè nomen imaginis accipit 131.d
uitam præsentem appetere crimen nullum. pagina 408.a
uitam nemo irrisons criminis agit 321.d
uitulus saginatus 631.d
uitulum offerre deo 636.d
uiuere cum Christo æternaliter 195.c
uiuificare proprium uitæ est 189.d
uiuificare & uiuificari 26.b
umbræ legis parturiebant uirtutẽ sacramenti Christi 241.b.to.3
cõtra undam succedere, prouerb. 194. a.to.3
unguentũ est irrationalis creatura. 186.a.to.2
unigenitus 300.d.to.2
unigenitus cur Christus dicatur 122.b.to.2
unigenitus & primogenitus 301.d.to.3
unigenitus Christus 263.c.to.3
unigeniti uires tantæ, quantæ patris 52 d
unionis nostræ nexus ad deum patrem Christus est 566.d
unitas fidei 216.b.tomo 2
unitatem cum deo accepisse Christum 566.c
uocabula rebus imposita ipsas rerum essentias significare, etiamsi alia sint præter ipsas 96 b.to.2
uocabula naturam non mutare 108.b.to.2
uoluntas dei uniuscuiusq; creaturæ est natura. 42 d.tomo 3
uoluntas est uerbum occultum in corde insitum 24.d.tomo 2
uoluptuaria uita penitus deserenda. 423.d.to mo 2
uoluptas socia peccati 295.c
uoluptatis figura mulier 416.a.to.2
uoluptates homo sequens semper periclitatur 53.d.to.3
uox dei 19.b
uoces de Christo mediæ 272.b.to.4.
uocum Christi differentia qualis mo 4
uocibus humanis utitur scriptura, quum de deo loquitur 95. b. tomo 3
uouenda quæ sint 447.d
uota Nazaræorum 734.
upupæ typus 222. c.tom.3
uterus in deo 15.c
Vrsus episcopus 288.c.to.4
uulnera cur Christus post resurrectionem in corpore habuerit 620.a
uultus dei patris filius 169.c
uulturis typus 222.c.to.3
uultures qui 700.b

X.

Xantippe minus quodammodo honesta 128 b.to.3
Xantbus equus Achillis 57.c.to.3
Xenophanes de mundo 30.a.to.3
Xenophon Atheniensis de Socrate tomo 124.d 3
Xenophon de deo 20.c.to.3
Xisuthus 4.b.to.3
Xystus Romanæ Ecclesiæ præsul tomo 275.a. 4

Z.

Zacharias 7.c.to.3
Zamolcis 91.a.to.3
Zamolcis Thrax Pythagoræ minister 144. c.tomo 3
Zan 239.d.to.3
Zebinus 282.a.to.4
zelare dei 76.a.to.3
zelotes deus 107.c.to.3
Zeno Myndius 240.a.to.3
Zenon Cittiensis 40.d.to.3
Zoroastres Persam imitatus est Pythagoras 58.d.to.3
Zosius Esbunius 286.a.to.4.


Indicis finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



SEQVVNTVR SCRIPTVRAE ex omnibus Tomis diligenti animaduersione eruta, loca.


Gen. 1 Faciamus hominem secundum imaginem nostram 13.b. to.3
Gen.2 Et fecit deus hominem 203.c.to.3
6.1.23 b.744. b
Gen.3 Serpens callidior 57.b.c.d. to.3
Gen.3 de arbore boni & mali 54.d.to.3
Gen.4 Cognouit autem Adam Euam uxorẽ suam 61.d.to.3
Gen.6 Videntes autem filij dei filias hominũ 206.c.to. 3
Gen.9 Omnis qui effuderit sanguinem, &c. 203.d.to. 3
Gen.12 Exi de terra tua 416. d.to.2
Gen.12. de turri Babylonico 93.a.to.3
Gen.18 Descendam & uidebo utrum clamorem, &c. 271.c
Gen.19 Pluit dominus à domino ignem 6.c
Gen 22 Luctatus angelus cum patriarcha. 54.a.tomo 2
Gen.26 de seruo Abraham 253.a.to.3
Gen.24 Pone manum sub fœmore meo .pagina 316.c
Gen.32 Quando transiuit species dei tomo 54.d 2
Gen.32. Non dimittam, nisi benedixeris mihi 99.a tomo 4
Gen.38 de filio Her 669.a
Gen.43 Ambos filios meos occide 756.d
Gen.48 Deus qui me alet ex infantia mea, &c. 53 c.to.2
Gen.49 Non auferetur sceptrum de Iuda 325. d
Exod.1 fecerunt sibi domos 758.d
Exod.1 Luto atq; lateribus, &c. 439.a
Exod.3 Si autem non crediderint mihi, neque obaudierint uocem meam, &c. 245 d. tomo 4
Exod.3 Ego sum, qui sum 160. d.to.2
Exod 4 Infer manum tuam 246.c. to. 4
Exod. 4 Stetit sanguis circuncisionis filij mei 240.b
Exod.5 Et accipies aquam de flumine. & effundens super terram, &c. 254 b.to.4
Exod.12 Omnis incircuncisus non comedet de eo 609 b
Exod.12 de agno paschali 175.b
Exod. 16 utinam mortui essemus in Aegypto 175.b
Exod.16 De collectione mannæ 438 c
Exod.19 Descendit dominus in specie ignis 211.b.tomo 2,177 b.to.3
Exod.19 Datæ legis expositio 145.a & b
Exod 28 Decalogus interpretatur 235.a
Exod.25 Et facies propitiatorium auri puri, &c. 245.a.to.4
Exod.28 Aqua enim Aaron & Leuitæ laudabantur, &c. 614.d
Exod. 30 de didrachmi medietate 108.a
Exod.32 Pecerunt sibi uitulum tomo 112.b. 3
Exod.23 Quum uitulum Hebræi colerent. 225.b
pagina
Exod.40 Mense primo in neomenia mensis uno die eriges tabernaculum 214.a
Leuit.4.4 Et accipient purgato duos pullos mundos, &c. 254 c.to.4
Leuit.16 Et accipiet duos hircos 208.c.to.3
Leuit. 16. de Apopompæo 80.c.to.4
Leuit.24 Præcipe filijs Israel, ut afferant tibi oleum purissimum, &c. 141. c. 198.a
Num.9 Quumq; præcederet nubes, &c. pagina 214.a
Num.11. de spiritu LXX. dato 617. b
Num.14 de terra repromissionis 212.c
Num.15 Quum ueneritis in terrã, quam ego dabo uobis, &c. 197.c
Nu.16 Segregamini de medio, &c. 213.a.t.2
Num.25 de zelo Phinees 113.b.to.3
Deut.4 Deus noster ignis consumens. 6c 6.c
Deut.5 Dominus deus noster dominus unus est 393 c.to.2
Deut.13 Si surrexerit in te propheta uel somnians &c. 238.b.to.3
Deut.18 Prophetam de gentibus tuis 149. b 177.a.179. a.tomo 3.202.b.to.2. 423. a
Deut.21 Si uideris in bello mulierem decora facie, &c. 699.a
Deut. 32 Expectatur sicut pluuia eloquium meum 762.d
Deut.32 Ego occidam & uiuere faciã 647 b
Iudic.6. de Gedeone 83.b.to.3
Iudic.13 de Manoë 83.c.to.3
1 Reg.22 Dauid panes propositionis comedisse 217. b
4 Reg.17 Salmanasar rex Assyriorum transiuit, &c. 311.c
Psal.2 Ex utero ante luciferũ genui te 15.b
Psal.17 Populus quem non cognoui 258. c
Psal.17 Posuit tenebras latibulum suum 243. d.tomo 2
Psal.17 In deo meo transgrediar murum. 57. b.tomo 2
Psal.23 Tollite portas principes uestras 99. c.tomo 2
Psal.32 Spiritu oris dei omnis creaturarum uirtus 398.b.to.2
Psal.42 Emitte lucem tuã et ueritatẽ 6.d.39.c
Psal.44 Dilexisti iusticiam & odisti iniquitatem 101.a.tomo 2
Psal.44 Eructarunt cor meum uerbum bonum 249. d.to.2
Psal.46 Ascendit deus cum iubilo 241.b.t.4
Psal.59 In Idumeam extendam caleamentũ meum 258.d.& 259.d
Psal.64 Valles abundabunt frumento 399. c
Psal.67 Date gloriam deo 128.d
Psal.67 Manda deus uirtuti tuæ 544.d
Psal.102 Emittes spiritum tuum 398. a. tomo 2
Psal.103 Aperiente manum tuam, omnia implebuntur ubertate 481.d
Psal.109 Tecum principium in die uirtutis tuæ 3.c
Psal.109 Ex utero ante luciferum genui te 243.a.tomo 2
Psal.118 Priusquam humiliarer, ego deliqui. pagina 40.c
Psal.131 Paratũ lucernam Christo meo. pag. 140.d.& 141. b
Psal.136 Super flumina Babylonis 424.b.to mo 2
Pro.3 Iustus manducans replebit animam suam 766.b
Prouerb.8 Dominus creauit me principium uiarum suarum 71.& to.2.76.d.tom.2
Prouerb.12 Bonum nomen potius 345.d
Prouerb.13 Redemptio animæ uiri propriæ diuitiæ eius 650.c
Pro. 30 Mulge lac, & ede butyrum 226. d. tomo 2
Cant.2 Ego flos campi 239. d.tomo 4.
Sap. 8 Ego eram cum qua lætabatur 45.a.t.3
Esa.1 Nouilunia uestra, &c. 224 c.tom.3
Esa.6 Audiui ipsum dicentem: Quem mittã 403.d.tom. 2
Esa.6 In manu habebat carbonem 259.b. tomo 4
Esa.6 Vidit Esaias deum sicuti est 419.d mo 2
Esa.6 Ignis purgatur propheta 308.c.to.2
Esa.12 Spiritus sapientiæ 307.a
Esa.14 Quomodo cecidisti lucifer 307.a
Esa.26 Domine deus noster da nobis pacem 160.c.tomo 2
Esa.26 Et uocabitur nomen eius Emanuel 138 d.tomo 2
Esa 30 Iudæ & nati assidam uolentium, etc. pag. 767.d
Esa.36 Si uultis benedici, egredimini ad me. pagina 421.b.to.2
Esa.43 Dic tu iniquitates tuas prior 647.c
Esa.44 Ego deus primus & ego posthac. 126 d. tomo 2
Esa.48 Viri sublimes ad te transibunt, &c. pag. 51.b
Esa.53 Domine quis credidit auditui nostro. pag. 427.b
Esa.53 Generationem autem eius quis enarrabit 2.c
Esa.56 Et nomen meum super filios & filias 545 d 4.b.
Esa.66 Cœlum mihi sedes 48.b.tomo 3
Esaiæ ultimo. Cœlum mihi sedes tomo 326.c.to.3
Hierem.3 Opposuisti nubem tibi ne transeat oratio 326.d 2
Hiere.23 Ecce ego conuertam arma bellica. 419.b.tomo 3
Baruch.3 Super terram nisus est tomo 303.d 3
Ezech.16 Pater tuus Amorrhæus 255.d.to.3
Ezech.20 Extendã manum meam super eos &c. 117.d.& 118.a.
Ezech.33 Si quando gladium induxero super terram, &c. tomo 4
Ezech.34 Lac comedebatis, & lanis operimini &c. 532.d
Osee 5 Quia laqueus facti estis speculationi. pag. 594.b
Osee 9 Quasi botrum in deserto inueni Israel 75 b. tomo 3
Osee 9 Quid facietis in die solennitatis. pagina 320.d
Osee 9 Quid facietis in die solennitatis. pagina Mich 4
Michæe 5 Et tu Bethlehem domus Ephrata pag. 243.c.to.2
Malach.3 Ecce ego mitto angelum 30.d
Dan.2 Lapis absq; manibus de monte demissus 86.b.to.2
Dan.7 Et ecce cum nubibus cœli, &c. 98.b
Dan.7 Quasi filius hominis ueniens tomo 252.b 4
Matth.1 Quod enim natum in ea ex spiritu sancto est 305.b.to.3
Matth.2 In Bethlehem Iudææ 305.c.to.3
Matth.2 de stella & Magis 252.b
Dae.3 Mihi opus abs te baptizari 43.b.to.2
Matth.3 Ego baptizo uos aqua 305. c.to.3
Matth.3 Nẽ cœperitis dicere intra uos, patrem habemus Abraham 298.d
Matth.5 beati pauperes spiritu, &c. 754.c
Matth.5 Vos estis lux mundi 279.a
Matth.5 Luceat lux uestra 139.c.to.2
Mat.5 Ne putetis, quod uenerim ut soluam legem 410.b.& 413.d.to.2
Matth.6 Pater noster 233.d.& 234.a.to 2
Matth.6 Dimitte nobis debita nostra 335.c
Matth.7 Nunquam uos cognoui 166.d
Matth.8 Ecce leprosus accedens 305.d.to.3
Matth.8 Vulpes foueas habent 486 b
Matth.8 Si eijcis nos, mitte in gregem porcorum 306.a.to.3
Matth. 9 de muliere profluuium patiente pag. 659.d
Matth.9 de filio principis sacerdotum. pagina 316 c.to.3
Matth.9 Messis quidem multa 306.c.to.3
Matth.10 Estote prudentes sicut serpentes, &c. 56.b
Matth.10 Capilli capitis numerati 711.c
Matth.10 Quur inquit appellas me bonum. pag. 32.d.to.2
Matth.10 Omnis enim qui non accipit crucem suam 595.c
Matth.11 Ite & renunciate Ioanni 45. c.to.2
Matth. 11 Omnia mihi tradita sunt à patre meo 326.c.to.3
Matth.11 Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista 42.c.to.2
Matth.11 Confiteor tibi pater domine cœli & terræ 79.c. to.2.255.b
Matth.11 Venite omnes qui laboratis tomo 306.d 3
Mat.11 Discite à me, quia humilis sum, &c. pag. 56.c
Matth.12 An non legistis in lege, quod sabbatis, &c. 307.a.to.3
Matth.12 Si in Beelzebul eijcio dæmonia. pagina 307.b.to.3
Matth.13 Simile regnum cœlorum sagenæ missæ in mare 183.c
Matth.13. Mittet filios hominis angelos suos pagina 307.c.to.3
Matth.24. Verè dei filius es 238.c.to.2
Matth.26 illi autem profecti prædicauerunt abiq; domino cooperante 258 c
Matth.16 Vade retro satana tomo 595.d 2.307.d.to.3
Matth.16 Tu es Christus filius dei uiui 289.c.
Matth.17 Magister uester num soluit didrachma 307.d.to 3
Matth.17 Faciamus hic tria tabernacula. pagina 681.a
Matth.18 Si uideris fratrem tuum peccare. pagina 643.c
Matth.20 Sedere autem à dextris meis, aut à sinistris, &c. 124.c.to.2
Matth. 21 Osanna filio Dauid 308. b.to 3
Matth.23 Super cathedram Mosi 265.b
Matth.23 Ne uocetis magistrum super terram 288.b. to.3
Matth.24 Eò aquilæ conueniunt, ubi cadauer est 80.4
Matth.24 De die uel hora illa nullus nouit, &c. 345.c.to 3
Matth. 25 Quum uenerit filius hominis in gloria sua 308.c.to.3
Matth.26 Bibite ex hoc 688.d
Matth. 26 Et hoc tempore uidebitis filium hominis 308.c.to.3
Matth.26 Spiritus promptus, caro autem infirma 184.d
Matth.27 Deus meus, deus meus quid me dereliquisti 346.a.to.3
Matth.27. Et ecce uelum templi scissum est, &c. 308.d.to.3
Matt.28 Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, &c. 6.b
Matth. 28 Ite baptizate in nomine patris, &c. 16.b.to.2
Marc.13 Hunc diem nemo scit nisi pater. pagina 311.c.to.2
Luc.1 Et erit magnus coram domino 310.d.to mo 3
Luc.1 Benedicta tu in mulieribus 311.c.to.3
Luc.1 Dabit illi dominus deus sedem Dauid patris sui 311.b.to.3
Luc. 2 Cõpleti sunt dies pariendi 328. d.to.3
Luc.2 Ecce positus est hic in ruinam 340 b
Luc .2 Nunc dimittis seruum tuum domine. pagina 311.d.to 3
Luc.2 Iesus autem proficiebat sapietia & ætate 129.b.to.2.52.d.345.a tom 3
Luc.3 Puer proficiebat & confortabatur. pagina 255.b.to.4
Luc.4 Iesus autem spiritu sancto plenus, regressus est à Iordane, &c. 357.b.to.3
Luc.5 Remittuntur tibi peccata tua 312.d. tomo 3
Luc 5 Et ecce uir plenus lepra 329 b.to.3
Luc.6 Estote misericordes sicut pater uester misericors est 107.d.to.2 206 b.tom. 2
Luc.7 Euntes renunciate Ioanni 312.b.to.3
Luc.8 Semen in lapidosa cadens 217.d
Luc. 8 Mulier profluuium sanguinis passa. pagina 644.d
Lucæ 8 Noli flere, non enim mortua est puella 313.a.to.3
Lucæ 8 Reuertere in domum tuam 312.d.to.3
Luc.8 Increpauit uentus 312.d.to.3
Lucæ 9 Messis quidem multa 167.d.to.2
Lucæ 11 Amici commoda hic tres panes. pagina 670.b
Lucæ 15 de filio prodigo 632.a
Lucæ 16 de diute 757.a
Lucæ 16 de sinu Abrahæ 59.a.b
Luc.18 Pharisæus ascendens in templum. pagina 386.c
Luc. 18 Veruntamen filius hominis quando ueniet 336. a.to.3
Lucæ 20 Quum dicunt Christum Dauidis filium 329.c.to.3
Luc.21 Attendite ne forte grauentur corda uestra crapula & ebrietate 687.c
Luc. 22 Vter maior est qui accumbit, uel qui ministrat 313.b.to.3
Luc.22 Qui non habet gladium, uendat tunicam 697.a
Luc.22 de ancilla pontificis 769.c
Ioan.1 In principio erat uerbum 291.a 274.b.to.2.165.c.to.2.9 3.b.to. 2
Ioan.1 Erat lux uera 326 c.to.3
Ioan.1 Verbum caro factum est 326.d.to.3
Ioan. 1 Quotquot autem receperunt eum, &c. 334.d.to.3
Ioan.1. Ioannes testatur de illo 327. a.to.3
Ioan.1 Ego baptizo uos in aqua, &c. 43.b tomo 2
Ioan.1 Quid igitur baptizas 142.d
Ioan.1 Vidi spiritum descendentem in specie columbæ 355.d.to.3
Ioan.1 Vidi spiritum descendentem tomo 327.c 3
Ioan.2 Quid mihi & tibi est mulier 252 d
Ioan.2 Manifestauit gloriam suam & crediderunt, &c. 335.a.to.3
Ioan.2 Soluite templum hoc 168.b.tom.2
Ioan.2 Iesus autem non credebat se illis, &c. pagina 250.c.to.4
Ioan.2 Ipse enim sciebat quid in homine esset pagina 309.a.to.3
Ioan.3 Vos desubtus estis, ego supernè sum. pagina 207.d.to.2
Ioan.3 Vos de infernis estis 227.d.to.2
Ioan.3 Si terrena dixi uobis, &c. 279.a.to.3
Ioan.3 Nemo ascendit in cœlum, &c. 254. d. tomo 4
Ioan 3 Sicut Moses exaltauit serpentem. pagina 327.d.to.3
Ioan. 3 Non enim misit deus filium suum &c. 335.b.to.3
Ioan.3 Qui credit in filium, habet uitam æternam 197.c
Ioan.3 Quia illum oportet crescere, me autem minui 169, d.to 2
Ioan.4 Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus 255.d.to.4.309. a.to.3 345.c.to.3.272.c.to. 3
Ioan. 4. Spiritus deus est, &c. 410.b.& 413.a.to. 2
Ioan.4 Filius tuus uiuit 335.c. to.3
Ioan.5 Cuius uos nec uocem unquam audistis, &c. 54.c.to.2
Ioan.5 Sicut pater suscitat mortuos &c. pagina 171.a.to.2
Ioan.5 Sed etiam patrem suum dicebat deum pagina 170.d.to.2
Ioan.5 Quemadmodum pater habet uitam in seipso, &c. 370.d.to 3
Ioan.5 Qui audit sermonem meum & credit ei 335.d.to.3
Ioan.6 Operamini non cibum qui perit. pagina

Universidad de Deusto
Biblioteca



gina 316.d.to.3
Ioan. 6 Nisi manducaueritis carnem meam &c. 696.d
Ioan.6 Quia descendi de cœlo, nõ ut faciã uoluntatem meam &c. 352.a.to.3
Ioan.6 Nisi manducaueritis carnem filij hominis 278.c.to.3
Ioan.6 Sicut me misit uiuens pater, & ego uiuo propter patrem 370.c.to.3
Ioan.7 Non potest mundus uos odio habere pag. 418.d
Ioan.8 Ego sum lux 6.d
Ioan.8 Quando exaltabitis filium hominis, tunc scietis quòd ego sum 344.b.to.3
Ioan.8 Nec me cognouistis, nec patrẽ meum pag. 172.d.to.2
Ioan.9 Quis peccauit, hic an parentes eius pag. 376.d.to.2
Ioan.9 Nec iste peccauit, nec parentes eius pag. 43.d.& 44.a
Ioan.9 Quis est domine, ut credam in illum pag. 273.d.to.3
Ioan.10. Pater maior me est 38.a.to.2
Ioan.10 Ego & pater unum sumus 5.d
Ioan.12 Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me 335.d.to.3
Ioan.12 Hæc non cognouerunt discipuli eius principio 320.a.to.3
Ioan.12 Si exaltatus fuero 153.d
Ioan.12 Benedictus qui uenit in nomine domini 328.a.to 3
Ioan.12 Pater clarifica filium tuum 146.b 94.c.to.2.368.c.10. 3
Ioan.14. Ego sum uita 25.b
Ioan.14 Ego sum ueritas 14.c
Ioan.14 Paruo tempore uobiscum 345.d. tomo 3
Ioan.14 Quia ego uado ad patrem 309.b. tomo 3
Ioannis 14 Qui uidet me uidet & patrem meum 11.d.16.b.to.2.259.c.to.2
Ioan.14 Ego in patre & pater in me 14.c. 48.c.to.2.270.b.to. 3
Ioan.14 Pacem meam do uobis 139.a.to.2
Ioan. 15 Quicquid petieritis patrem in nomine meo 309.c.to 3
Ioan 16 Si quid petieritis patrem in nomine meo 309.d. to 3
Ioan.17 Vt cognoscant te solum uerũ deum. pag. 126.d'.to.2.309.d.to.3
Ioannis 17 Pater uenit hora glorifica filium tuum 365.c.to.3
Ioan.17 Et pro ipsis ego sanctifico meipsum. pag. 328.b.to.3
Ioan.17 Pater sancte serua eos 363.d
Ioan.17 Pro eis ego sanctifico meipsum. pagina 196.d
Ioan. 17 Glorifica me pater ea gloria, &c. pag. 133.b.to.2.98.d
Ioan. 17 Omnia quæ pater habet, mea sunt pag. 174.d.to.2
Ioan.17 Ego te glorificaui super terram. pagina 356.b.to.2
Ioan.20 Ascendo ad patrem meum 16.b tomo 2
Ioan.20 & ianuæ erant clausæ 310.b.to.3
Ioan.20 Accipite spiritum sanctum 474.d 310.c.to. 3
Ioannis 20 Multa etiam alia signa fecit Iesus pag. 328.c.to.3
Act. 1 Multitudinis autem credentium erat cor unum 215.c.to.2
Act.2 Dextera igitur dei exaltatus &c. pagina 366.a.to.3
Act 2 Licet cum fiducia loqui ad uos de patriarcha Dauid, &c. 266.d
Act.4 Cor unum & anima unus 56.d.to.2
Act.4 Aenea, sanet te Christus 369.c.to.2
Act.5 Quare impleuit satanas cor tuum. pagina 380.d.to.2
Act.10 de quadrupedibus mundis & immundis 694.d.& 695.a
Act. 10 Quæ deus mundauit, tu ne communia dixeris 222.d.to.3
Act.17 In deo uiuimus & mouemur 455.c 43.d.to. 2
Rom.1 Per quem accepimus gratiam & Apostolatum 329.d.to.3
Rom.1 Segregatus in euangelium dei 290.c tomo 3 138.c.to.2
Rom 1 Secundum autem duritiam tuam, & cor tuum impœnitens, &c. 139.d.to 2
Rom.3 Quem posuit propitiatorium per fidem 317.b.to.3
Rom.3 Pro eo quod credidit deo 292.a.to.3
Rom. 3 Nunc per legem cognitio peccati. pagina 291.c.to.3
Rom. 4 Quibus imputabitur credentibus in eum, qui excitauit Iesum &c. 366.d.to.3
Rom.5 Iustificati igitur ex fide 330.a.to.3
Rom. 5 Commendat suam charitatem erga nos deus 317.d.to.3
Rom. 5 Sicut per unum peccatum in omnes homines condemnatio 349.c.to.3
Rom. 6 An ignoratis, quòd quicunq; baptizati sumus in Christum Iesum &c. 367.d. to.3.318.b.to. 3
Rom.7 Nam lex spiritus uitæ 320.c.to.3
Rom.7 & uos mortificati estis legi per corpus Christi 292.b.to.3
Rom.7 Non enim quod uolo ago 647.a
Rom.7 Condelector legi dei 189.d.to.2
Rom.8 de peccato damnauit peccatum. pagina 479.b
Rom.8 Vos autem non estis in carne, sed in spiritu 292.b.to.3
Rom.9 Ecce pono in Zion lapidem offendiculi 330.b.to.3
Rom. 10 Nam ignorantes dei iusticiam & propriam iusticiam, &c. 330.c.to.3
Rom.10 Ne dices in corde tuo 321.c.to.3
Rom.14 Siue uiuamus, siue moriamur 321.d tomo 3
Rom.15 Dico enim ministrum circumcisionis factum esse pro ueritate dei 350.a. tomo 3
Rom.15 Vt sim minister Iesu Christi 293.b. tomo 3
Rom.16 Ei autem qui potens est uos confirmare 331.a.to.3
Rom.16 Salutant uos omnes ecclesiæ Christi pagina 293.d.to.3
1 Cor.1 Ecclesiæ dei 293.d.to.3
1 Cor.1 Diuisus ne est Christus 294.a.to.3
1 Cor. 1 Nos autem' prædicamus Christum crucifixum 294.b.to.3
1 Cor.2 Sed in demonstratione spiritus 191.b tomo 2
1 Cor.2 Ex ipso autem uos estis in Christo Iesu 317.c.to.3
1 Cor. 2 Sapientiam loquimur in perfectis, &c. 294.c.to.3
1 Cor.3 Nescitis quia templum dei estis. pagina 476.c
1 Cor.2 Nisi Christum Iesum & illum crucifixum 294.b.to.3
1 Cor.3 ædificant ligna, fœnum, stipulam. pagina 754.d.760.c
1 Cor.3 Fundamentum nullum aliud, &c. pagina 294.d.to.3
1 Cor.4 Quid enim habes quod non accepisti 54.d
1 Cor. 4 Nullus enim ea quæ sunt dei nouit. pag. 488.d
1 Cor.4 Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum 315.c.to.3
1 Cor.4 Donec ueniat dominus 295.a.to.3
1 Ioan.5 Et scimus quod filius dei uenit. pagina 304.d.to.3
1 Cor.6 An nescitis quod qui continguntur cũ scorto, &c. 191.c.to.2
1 Cor.6 An nescitis, quod corpora uestra membrum sunt, &c. 395.b.to.3
1 Cor.6 Sed sanctificati estis 331.d.to.2
1 Cor. 6 Nobis autem unus deus pater ex quo omnia, &c. 295.b.to.3
1 Cor.6 de maledicis 752.d.& 754.a
1 Cor.8 Multi dij in cœlo & terra 285.d.to.3
1 Cor.9 Et in lege Christi 281.c.to.3
1 Corint. 10 Omnes in Mose baptizati sunt, &c. 604.b
1 Cor.10 Omnes per mare transierunt, &c. pagina 602.d
1 Cor.10 Biberunt ex spirituali quæ sequebatur petra 322.d.to.3
1 Corinthiorum 10 Calix benedictionis 321.d. tomo 3
1 Corinthiorum 10 Neq; ecclesiæ dei 295.d. tomo 3
1 Cor.10 Volo enim uos scire, quòd omnis uiri caput Christus 340.b.to.3
1 Corinthiorum 11 Quicunq; indigne comederit 203.d
1 Cor.11 Vir non debet caput uelare, &c. pagina 184.a.to.2
1 Cor.11 Caput uerò Christi deus 285.d.to mo 3
1 Cor.12 Et alios quidem posuit deus Apostolos 296.c.to.3
1 Cor.12 Alij sermo sapientiæ à spiritu datus, &c. 38.b.to.2
1 Cor. 12 Quòd nullus per spiritum dei loquens 296.b.to.3
1 Corinthiorum 12 Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi 407.d. tomo 2
1. Corint. 14. Spiritu autem loquitur mysteria pagina 179.b.to.2
1 Cor. 15 factus est homo primus Adã in animam uiuentem 313.d.to.3
1 Cor.15 Sicut enim induimus imaginem terrestris, induamus & imaginem cœlestis. pagina 178.d.tom.2
1 Cor 15 Quum uerò subiecta omnia fuerint &c. 130.d.to.2
1 Cor.15 Et ipse filius subijcietur ei. pagina 343.c to.2
1 Cor.16 Si quis non diligit dominum 796 c.tomo 3
2 Cor.1 sed in deo qui excitat mortuos 314. c.tomo 3
2 Cor.2 Quoniam Christi bona fragrantia sumus deo 396.d.to.3
2 Cor.3 Nec tollitur uelum quod in Christo aboletur 297.b. tom.3
2 Cor.3 Dum declaratis quod estis epistola Christi 297.a.tom.3
2 Cor.3 Qui dedit nobis arram spiritus 191. d.tomo 2
2 Cor.3 Moses enim uelamen super faciem, &c. 413.a.to.2
2 Cor.3 Si administratio condẽnationis, &c. 399.b.tomo 2
2 Cor.4 Quod si adhuc uelatum est, in his in quibus Deus huius seculi, &c. 293.c tomo 3
2 Cor.5 Itaq; nomine Christi legatione fungimur 298.a.to.3
2 Cor. 5 Charitas enim Christi constringit nos, &c. 297.d.to.3
2 Cor.6 Vt dei ministri 298.b.tom.3
1 Cor.5 Si enim cognouimus Christũ secundum carnem 493.d
2 Cor.5 Quod propter nos pauper factus sit 322.c.tomo 3
1 Cor.5 Nullum nouimus secundum carnem 322.b.to.3.293.b.to. 3
1 Cor.5 Omnes nos oportet manifestari tribunal Christi 140.a.to.2.297.to. 3
2 Cor.8 Quod propter nos pauper factus est 340.c.tomo 3
2 Cor.10 Siquidem arma militiæ nostræ non carnalia sunt. sed potentia dei 350.d.to mo 3
2 Cor.11 Cogitationes demolientes & omnẽ celsitudinem, &c. 298.c.to. 3
2 Cor.11 Volo uos omnes unus uiri uirginem castam exhibere Christo 742.c
2 Cor.13. Etenim crucifixus est in infirmitate sed uiuit in ueritate dei 568.d.to.3
Gal.1 Paulus Apostolus non ab hominibus 332.d.tomo 3
Gal.1 Adeò citò transferamini in aliud euangelium, quod non est aliud 332.a.to.3
Gal.2 quod non iustificetur homo 332.d.tomo 3
Gal.2 Ego enim per legem legi mortuus sum 298.d.tomo 3
Gal.3 Itaq; qui suppeditat spiritum & operatur uirtutes, &c. 299.a.tom.3
Gal.3 Christus nos redemit à maledicto legis 318.d.tomo 3
Gal.3 Antequam autem uenisset fides, sub lege custodiebamur 299.b.to.3
Gal.4 Filioli quos iterum parturio, quousq; Christus in uobis formetur. pagina 615.d.181.c.tomo 2
Gal.4 Non sumus ancillæ filij pagina 300.b
Gal.4 Quanto tempore hæres paruulus est &c. 291.d.tomo 2
Galat. 4 Quum essemus pueri sub elementa mundi in seruitutem eramus adacti 323.a tomo 3
Gal.4 Sed tum quidem nescientes deum, etc. 299 c.tomo 3
Gal.6 A me autẽ absit gloriari, quàm in cruce &c. 299.d.tom.3
Gal.6 Qui seminat in carnem, corruptionẽ metet ex carne 167.a
Eph.1 Restaurata omnia in Christo. pagina 478.d
Eph.1 Secundum efficaciam roboris fortitudinis eius, &c. 299.d.to 3
Eph.1 In quo, quum audieritis & uos sermonem ueritatis euangelij uestri salutis nostræ 332.d.tomo 3
Ephes.2 Quia eratis tempore illo absq; deo, &c. 300.b.to.3
Ephes.2 Nũc autem in Christo Iesu, uos qui quondam eratis, &c. 310.d.tomo 3
Ephes.3 Huius rei gratia ego Paulus uinctus 333.a.tomo 3
Ephes.3 Huius rei gratia flecto genua mea, &c. 300.c.tom.3
Ephes.3 Ex quo omnis paternitas in cœlis. pagina 363. d. & 234.c.& 235.a. tomo 2
Ephes.3 Vnus dominus, una fides 323.c.tomo 3
Ephes.5 Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, &c cætera 333. c.tomo 3
Phil.2 Qui cum in forma dei esset. pagina 5. d.161.a.& 51.b.tomo 2.& cæt. 98.c. tom. 26.b.tomo 4
Philip 1 Quid enim, attamen omnimodo, siue per occasionem, &c. 333.d.to mo 3.346.d.tomo 3
Philip. 2 Non rapinam arbitratus est, &c. 317.d.tomo 2
Philip 2 semetipsum exinaniuit pagina 66.c
Philippens. secundo: Is affectus sit in nobis qui fuit & in Christo. pagina 324.a.tomo 3
Philippens. tertio. Quæ mihi lucra erant ea arbitratus sum propter Christum damnum esse 300.d.to.3
Colossens.1 Gratias agens patri, qui idoneos nos fecit ad participationem, &c. 347.d. tomo 3.324.c.tomo 3
Coloss. 1 Nunc gaudeo super afflictionibus meis, &c. 300.d.tomo 3
Coloss.1 Ne quis ergo uos iudicet in cibo aut in potu 694.c
Coloss.2 Sicut igitur accepistis Iesum Christum, &c. 301.b.to.3
Coloss.3 Thesaurus sapientiæ 20.b
Coloss.4 Vt Deus aperiat nobis ostium 301. c.tomo 3
1 Thessal.3 Dirigat uiam nostram ad uos. pagina 53.a.to.2
1 Timoth.2 Secundum delegationem dei saluatoris nostri 303.b.to.3
1 Timoth.2 Certus sermo & dignus, &c. 333.d.a.to. 3
1 Timoth.2 Mediator dei & hominum. pagina 210.c.to.2.319.d.to.3
1 Timoth.3 Deus manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, &c. 355.a.to.3
1 Timot.3 Manifestatus enim est in carne, &c. 240.d.to.4
1 Timoth.6 Qui solus habet immortalitatẽ 69.c.tomo 2
Tit.2 Apparuit enim gratia dei saluatoris 303.c.tomo 3
Tit.3 De his uolouit confirmes, quo solliciti sint 334.c.to.3
Iacob.1 Omne donum perfectum desursum est 91.c.& d
Iacob.1 Ne erretis fratres mei dilecti 303. d.tomo 3
Iacob.4 Subditi estote domino, resistite diabolo 303.d.to.3
1 Pet.1 Benedictus deus & pater domini, etc. 304.b.tomo 3
1 Pet.1 Iuxta præ cognitionem dei, &cæt. 304.a tomo 3
1 Pet.1 Atq; adeò fidem nostram & spem esse in deum 315.b.to.3
1 Pet.1 Scientes quod non corruptibilibus, argento uel auro 317.c.to.3
1 Pet.5 De qua salute exquisierunt & scrutati sunt prophetæ 304.c.to 3
1 Petri 2 Qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen suum 34.d
1 Petri 3 Quia Christus semel pro peccatis mortuus 319.d tomo 3
1 Petri 3 In quo abijt etiam spiritibus, & cætera 266.c.to.3
2 Petri 1 Donec dies irradiet, & lucifer oriatur 201.d.to.3
2 Petri 2 Dominum qui eos mercatus est, negantes 304.c.to.3
1 Ioã.1 Quod erat ab initio, quod audiuimus, &c. 281.d.tomo 3.314.d.tomo 3
1 Ioannis 2 Omnia quæ in mundo concupiscentia 421.c.to 2
1 Ioannis 3 Qui facit peccatum ex diabolo est 305.b
1 Ioann. 3 Vt credamus in nomine filij eius Iesu Christo 315.b.to 3
1 Ioan.4 In hoc cognouimus, quia in ipso sumus &c. 57.d.to.2
1 Ioan 4 Omnis spiritus qui non confitetur, &c. 259.d.tomo 3
1 Ioan. 5 Omnis qui credit, quòd Iesus est Christus 315.d
1 Ioan.5 Quis autem est qui uincit mundum 316.a.tomo 3
1 Ioan. 5 Testimonium dei inanis est 316.b. tomo 3
Iudas, omne studium adhibentes, & cætera. pagina 304.d.to.3

Universidad de Deusto
Biblioteca




Heb.1. Multipharie multisq; modis olim locutus est deus 325.a.to.3
Heb.1. Qui facit angelos suos spiritus 301.d tomo 3
Heb.1. Ipse est character 262.b.to.3
Heb.1. Tanto melior angelis factus, &c. 101.d.102.a.tomo 2
Heb.1. Et adorent eum omnes angeli eius. 298.1.tomo 2
Heb.1. Quando autem introducit primogenitum in orbem terrarum 301.d.to.3
Heb.2. Qui quidem & qui sanctificat 325.c.to. 3
Heb.2. Non enim angelos assumit. sed semen Abrahæ 342.a.to.3
Heb.2. Qui sanctificat, & qui sanctificantur 353.a.tomo 3
Heb.2. Postquam igitur pueri societatem habent cum carne & sanguine 314.d.to.3
Heb.4. Habemus itaq; Pontificem magnum 358.a.tomo 3
Heb.5. Vnde fratres sancti, uocationis cœlestis participes, &c. 351.b.tom.3
Heb.5. Nullus accipit sibi hominè, sed qui uocatur à deo, &c. 358.d.to.3
Heb.5. Qui in diebus carnis suæ quū & preces 359.c.to.3
Heb.6. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, &c. 275.d
Heb.8. Qui custodit in dextera throni 325 d tomo 3
Heb.8. Talem habemus Pontificem, qui sedet ad dexteram throni 362.d.to.3
Heb.9. Si sanguis taurorum & hircorū, &c. 302.b. tomo 3
Heb.10. Voluntariè peccantibus 276.b
Heb.10. Sacrificium & oblationem noluisti. 319.b.tomo 3
Heb.12. Quapropter & Iesus, ut sanctificaret per proprium sanguinem 319.c.to.3
Heb.12. Respicientes ad fidei ducem ac consummatorem Iesum 326.b. to.3
Heb. 12. Nondum assecuti repromissionem. pagina 692.b
Heb.12. Videte ne aspernemini loquentè, etc. 302.d.tomo 3
Heb.13. Iesus Christus heri & hodie idem 303.a.tomo 3
Heb.13. Christus hodie & heri 208.c.to.3


Locorum scripturarum finis.

SEQVITVR SIMILITVDINES.


De ærario fabro 264.b.to.2
de agris & fide 218.a
de agricola & Ioanne euangelista 4.d
de aqua gelida & placidis uerbis 365.
de aromate & spiritu sancto 531.c
artificis & Christi 53.d
de bestia & tentationibus 441.d
de calceamento & euangelica doctrina 925.b. 259.a
de cera & patre deo 317.2.to.3
de cæcis corpore & animo 585.c
de cupiditate & subiectione 186.a
de edentulis & insipientibus 208.b
de Euangelistis & urbe 1.a
de ferro & animo 581.c
de Geometria & filio dei 205.c
de Goliath Philisthæo & uerbo dei 272.c
de hoste & sanctorum choro 155.b.to.3
de ignis ui & sapientia diuina 101.a
de igni, & diuini spiritus ui 173. b. to.3
de igne æreo uase recondito & uerbo dei. pagina 507.a
de igne & melle 12.d
de igne & spiritus sancti operatione 82. d
de imbre & uerbo dei 763.c
lapidum & montis 82.a
ligni. solis, Ioannis & Christi 90.d
de lignis & ira 318.d
de lippis oculis & pharisæis 281.b
de mari & discipulis 509.d
de medico & doctrina Christi 342.b
de medico & Christo 285.a.514.d.& 701.a
de melle & Christo 226.d
de mulieribus & hæreticis 11.a.to.2
de natantibus temerè & hæreticis 62.d.to.4.
de nubibus currentibus et scripturam deprauantibus 251.d.tom.3
de oculo corporali & humana mente 200.c tomo 2
de oculis & mente 108.d.to.3
de oculis ægrotis & animo 211.b
de olfactione odoris 21.d
de oppugnatione urbis & pharisæi. pagina 322.a
de pictoribus & fabrum 422.d.to.2
de plantis & anima uera 77.b.to.4
de pullo, & de alacritate legendi scripturam pag.201.b.tomo 2
de radice & Christo 498.c
de radijs solis & Christo 608.d
de radijs solaribus & spiritus sancti actione pagina 328.d
de scintilla ignis & uerbo dei 202.d
solis & Christi 46.b
de sole & natura diuina 200.a.to.3
de sole & Christo 341.b
de statuarijs & hæreticis 220.c.to.2
de uulnere & duro animo 195.d


SIMILITVDINVM, ET Indicis huius finis.

CHARTARVM VNIVERSI OPERIS INDEX.

TOMVS PRIMVS.

A. abcdefghiklmnopqrstuxyz&ſ. ABCDEFG, Omnes terniones.

TOMVS II.

HIKLMNOPQRSTVXYZ. AA BB CC, Omnes terniones, præter Q. duernionem, & CC. quaternionem.

TOMVS III.

DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT. Omnes terniones.

TOMVS IIII.

VV XX YY ZZ. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm. Omnes terniones, præter Ll duernionem.

TOMVS V.

*. abcdefghiklmnopqrstuxyz. AB. Omnes terniones, præter æ. duernionem.

OPERA

Universidad de Deusto
Biblioteca
D
CIRILLI OPERA

Caxa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CYRILLI OPERA



QVINTVS TOMVS HABET,

# DIVI CYRILLI, ALEXANDRIAE EPISCOPI, COMMENTARIORVM IN HESAIAM PROPHETAM

LIBROS QVINQVE, NVNC PRIMVM
in Latinam linguam ex Græca conuersos,
LAVRENTIO HVNFREDO
interprete.

SVBIVNCTVS EST IN CALCE OPERIS
*Index uocum & rerum memorabilium, perutilis.*



*BASILEAE.*

COND.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# DE CYRILLO ALEXANDRIAE EPISCOPO, EX HISTORIA ECCLESIASTICA Socratis & Euagrij.

CYRILLVS Theophili Alexandriæ episcopi nepos ex sorore, tertio post auunculi sui mortem die, tam episcopatui, quàm principatus urbis administrationi est præfectus. Quibus assecutis ilico Nouatianorum occlusit ecclesias, facultatibus ipsarum ad se acceptis: eorumq; episcopum Theopemptum omnibus quæ possederat exutum, Alexandria expulit. Iudæos deinde ob seditionem ac pugnam cædemq; inibi aduersus Christianos perpetratas, partim occidit, partim urbe, quam inde ab Alexandri Macedonis temporibus incoluerant, eiecit, ac bona ipsorum plebi tradidit dirripienda. Propter quod factum Orestes urbis præfectus, aliàs Episcoporum autoritati & potentiæ infensus, Cyrillum apud Imperatorem accusat. Is rem omnem ordine ut erat gesta significans, facilè Principi satisfacit, eiusq; fauorem retinet. Ne autem præfectum sibi iratum haberet, etiam ipsi conatur reconciliari: qui cùm nullis uerbis placari posset, Euangeliorum ei librum offert, ratus ipsius reuerentia permotum iri ad amicitiam: sed nihilominus præfectus in suo persistit odio. Aliquanto post tempore, synodo ab Imperatore Theodosio iuniore Ephesi coacta, Nestorium Constantinopoleos episcopum, impiæ Anastasij doctrinæ sectatorem & propugnatorem, publico Cœlestini episcopi Rom. ac totius synodi decreto condemnatum, sede sua mouit. Post quam sententiam Nestorius uarijs relegationibus ab Imperatore multatus, tandem in solitudinibus Thebanis solo illisus interficitur, meritas suæ in Christum & Mariã ipsius matrem blasphemiæ pendens pœnas. Quibus gestis Cyrillus, tanquam clarissimus Christi præco, & rectorum dogmatum assertor decantari, ac laudibus uehi meritus est.

Qui plura de hoc scriptore desiderat cognoscere, Gennadium inspiciat: imprimis uerò D. Conradi Gesneri Bibliothecam adeat, ubi multa de ipsius lucubrationibus, tam ijs quæ extant, quàm quæ adhuc latent, lectu & scitu dignissima inueniet.

AD LECTOREM IAC. HERTELIVS.

*En tibi sancta pij, Lector, monumenta Cyrilli,*
*Orbi quæ nunquam visa fuere prius.*
*Ingentes grato dicamus pectore laudes,*
*Tam pia qui non vult scripta latere,* DEO.
*Necnon Hunfredo meritos tribuamus honores,*
*Cuius habent Latios ista labore sonos.*

CYRILLI OPERA

Universidad de Deusto
Biblioteca

CYRILLI OPERA

# RERVM AC VOCVM IN CYRILLI COMMENTARIIS IN HESAIAM PROPHETAM EXplicatarum Index, magna diligentia congestus.


A

Abelis sanguis quomodo clamarit ad dominũ 210 b
abominatio idolum uocatur 154 c
abominatio pro idolo uocatur 627 c
Abrahã & Sarrha sunt radix omniũ gentium 493 b
Abrahami posteros multos pœnitentiam agentes, & iustificandos aduentus Christi tempore 390 b
accedentes Deũ quales debeant esse 573 d
accensa fax pro ira 72 a
accepti annus qui fuerit 603 c
Achazus quàm impius rex fuerit 2 b
Achazus idololatra, abominabilis & prophanus 85 d
Achazus impius quomodo à Phacee bello impetitus 84 b.c & d
Achazus qualis rex 114 c.131 d
Achazus idolo aram extruit 194 b
Achazi horologium industrium 348 a
Achazi regis impietas 171 d. & quomodo impetitus ab hostibus 172 d. 173 d
actor uallis & furtum 630 d
adorban seu Hochardan occiso Senacheribo patri succedit in regnum 350 c.d 345 c.
aetatis mortis est peccatum 251 a
Adamus, principium generis hominum 261 d
Adami transgressio quæ mala nobis induxerit 250 d
Adeo docti qui sunt 493 b
adhærescere idolis, quid sit 628 c
admonitionis impatientes quomodo castigentur à Deo 447 c
adolescens centum annorum qui dicatur 633 d
adoptio natiuitas & studia interituq; 195 d
adoptio festiuitas 196 d
adoratio spiritualis & uera 494 d
adulteri ejus iudæorum dicantur 562 d
adulterator macerarij quis dicatur 580 d
ægyptum sub manu Assyriorum fuisse diuersis temporibus 213 c
ægyptus à Vespasiano capta 203 a
ægyptus uicina Chanaan 208 c
ægypto uicinæ ciuitates primùm receperũt Euangelij prædicationem. ibid.
ægyptij cur & quomodo Nabuchodonosoris à Deo, & quales fuerint 195 & 197 a. 201 d
ægyptij iram Dei in se prouocarunt 238 a
ægyptij gens superstitiosissima 149 c. à qui bus Christum docti. ibid.
ægyptij ijs ab Augusto deuicti 150 a
ægyptiorum uaria uatum genera 203 c
ægyptiorum terra qualis, & quales eius incolæ 204 a. 209 a
ægyptijs consuetum, Aethiopas conducere quando bellis infestabantur 214 d
ægyptios Christum cognouisse 207 d. 210 d
ægyptios fuisse superstitiosissimos 392 c
Aethiopas uocari Aegyptios in Scriptura. ibid. d
æthiopiæ flumina 195 a
affectus carnis non facilè euitabiles 552 b
afflictionum humanarum quæ sint causæ 192 a
agnus, animal mundum 636 b
agni qui dicantur 68 c
Agarenos esse Saracenos, & unde originem habeant 220 b
agrestis herba qui dicantur 121 c
ἀνωδίαι quid 605 d
alæ nauium, pro uelis nauium 195 c
alienigenæ qui intelligantur 595 b
alienigenæ qui dicantur scripturæ 440 a
alienigenis non licuisse Deo hostias offerre, & si obtulissent, non fuisse acceptas 593 c
alienis calamitatibus non gaudendum, sed condolendum potius 181 a
Amadriades nymphæ 627 d
ambulantibus in tenebris quæ incommoda occurrant 490 c
Ammanitæ iram Dei in se prouocauerunt 237 d
Ammonitarum idololatria 149 a.b
angelus magni consilij 112 c
angeli qui dicantur 419 c
angelorum ministerium 79 b
anima hominis à Deo derelinquitur multis uicibus 9 d
animam aliquando impeti à malis potestatibus 580 b
animam hominis quæ labefactent 164 a
animam quid summè turpem reddat 535 d
animas non interire unà cum corporibus 128 d
animi intelligentis officium 566 a.b
animalia fera ubi libenter habitent 162 a
animantibus rationis expertibus tertius annus uires absoluit 178 d
annus mercenarij qui dicatur 222 d
Antiochus Epiphanes Aegyptijs bellum inferens superatus, Iudæam infestat, & Hierosolyma capit, uasaq; sacra diripit 116 b.c
ἀνωφέλεια quid significet 585 d
Apis, gens Assyriorum 92 b
apiariorum sibilus 73 c
Apostasiæ à Deo quis finis 565 c
Apostoli feruentius ad suum ministerium acti, quàm ueteres sancti 81 b
apostoli qua methodo docuerint 592 b.c
apostoli quomodo à Iudæis fuerint persecuti 320 b
apostolorum doctrinæ multos auscultasse 518 a
apostolorum plerosque ex Galilæa fuisse 108 b
apostolorum in diuersas regiones diuisio, & doctrina ac baptismus 148 b.c
apostolorum labor cum Iudæis impijs quantus fuerit, quamq; fructuosus 278 b.c
apostolorum uocatio 108 c
apostolis suæ sortes diuisse à Christo 331 d
approbari Deo uolenti quid faciendũ 581 a
aqua diuina quæ 300 d
aqua pro Spiritu sancto 408 b
aqua pro uerbo Dei 152 d
aqua pro sermone cœlesti 317 c
aqua pura & impura quid significet 607 a.b
aqua fidelis quæ intelligatur 323 b
aqua uiuens quæ dicatur 545 c
aquæ cui rei comparentur 100 b
aquæ quid denotent 420 d
aquis notantur tentationes 392 a.b
Arabes quos uocet Hesaias 161 d. 162 a
Arabia, pro regione Persarum 471 d
Aram, quæ alias Syria 84 c
Aram dictus & Syrus 187 a
araneorum tela 584 a
arbores bene olentes & non putrescentes quæ 372 a
arbores quid denotent 316 b
arboribus & plantis aliquando significari chorum sanctorum 420 a
architectus sapiens qui 43 b
ardoris spiritus 57 c.d
Ariel dicta Hierusalem, & quid sit 287 a
argentum quid in S. scriptura 20 d
argentum & aurum facilè ferri 594 c
armatura aduersus Satanam quæ 520 d
Arnon, urbs munitissima 181 b
arundineæ uirgæ nulla utilitas 336 b
arundinum significatio 334 a
Asedec ciuitas 208 d
asinus, immundum animal 317 d
asinus quid declaret 264 a
aspides qui interpretentur 297 b
aspidum cubilia & foramina quid signent 144 c
aspidum oua, qualia 583 d
assistentia pro obedientia 595 c
Assur seu Assyrius, pro Satana 310 d
Assyrij Persas & Medos complectuntur 304 d. 305 a
Assyrij deuicti per Cyrum 306 c
Assyrij elegantia & uariegata ueste delectabantur 92 b
Assyrij qualis gens 216 c
Assyriorum 185000. occisi 128 b
Assyriorum fastus & impietas 160 b
Assyriorum contra Aegyptios profectio 132 d (217 c.d
Assyriorum oratio usitata in conuiuijs
Assyriorum regum superbia 114 a
Assyriorum regni magnificentia 335 d. 336 a

Universidad de Deusto
Biblioteca




Assyrios quos Esaias uocet 212 b
astrologorum uanitas 450 a
auaritiæ mala 33 d
auarorum studium 63 d. 64 a
audire & attendere, non idem 389 c
audire uocem pueri Dei siue Christi quid 490 a
auditor gnarus quis 43 c
Andreæ uocatio ad apostolatum 108 c
auersionis omnimodæ indicium quod 566 c
Augustus quomodo Aegyptum deuicerit 150 a
augurijs fidentes quæ mala maneãt 206 b
aues quæ dicantur in scriptura 333 d
auris appositionẽ quando habemus 486 b
aurum obrisum quod dicatur 159 b
Azarias, uide Ozias
Azotum ab Assyrijs captum 213 c

B

Babylon, ciuitas sculptilium 8 a
Babylon quomodo Deum sibi reddiderit iratum 237 d
Babylonis murus qualis 236 a
Babyloniæ deuastatio 215 b
Babylonius quomodo Iudæã ceperit 398 d
Babylonij, homines crudelissimi 154 c
Babylonij à Cyro expugnati 305 c.d
Babylonij quomodo & cur à Cyro subacti 399 a.b
Babyloniorum deuastationis prædictio 445 c
Babyloniorum luxus 448 b.c
Babyloniorum regi septẽ reges fuisse subiectos 422 b
Babyloniorum expugnatorum timor. ibid.
Babyloniorum regum tyrannis 167 a
& quomodo oppressa. ibid. d
Babylonios multos fuisse secutos Iudæos è captiuitate in patriam reuertẽtes 163 a
Balaci Moabitarum regis gesta cõtra Israelitas 176 c. 182 b
balbuties Israelitarum quæ dicta 312 d
Baltasari conuiuium & uisio scribentis manus in pariete 170 a. 217 b.c
balthei signum 142 b
baptismus quid 15 b
baptismi gratia 41 a
baptismo sacro nos seruari 151 a
baptismo cur tingamur 201 c
baptizari spiritu & igni, quomodo intelligatur 549 d
barbarorum animi & ira quales sint 161 c
barbæ crines qui dicantur 93 b.c
Basanitis terra, uel Basanæa 374 a.b
beatus uir quis 554 d
bel idolum crudele, esse Saturnum 439 d
belli terrores quantum in homine efficiant 181 c
belli incommoda quæ 158 a
benedicti à Christo, studeamus illum benedictionibus & laudibus oblectare 632 a
benedictiones Dei quæ dicantur 409 a
bestiæ agri qui intelligantur 402 c
Bethsaidæ situs 109 a
Biblici quid Cyro persuaserant 457 b
Bammyes, gens Thebanis uicina, quales 214 c
Balaamus ad maledicendum Israelitis conductus benedicit, &c. 176 d. 182 d
boni officium 299 d. 300 a
bonum operari, abstinere à malis, non idem 574 d
bona magna à quibus percipiantur 304 a
bonorum omnium fator Christus 426 d
bos animal mundum 317 b.c.d
Bosor quid significet 616 c
Bosor uel Basar, quid significet 329 c
boues igni admoto stimulari 122 d
brachium Dei ac patris 112 c
brachium Dei & patris, filius 519 d. 520 a. 523 b
brachium patris quid dicatur 497 b. 502 a
Byblus quid significet 196 b.c

C

Caiphæ uaticinium 394 a
calamum confractum non conterere, quid 376 c
calix pro iudicio 506 b
calumnium, ignominiæ symbolum 178 a
canes gregis custodes, quales sint 560 a
canes qua in re imitati sint Iudæi, & in qua non 560 a.b
capilli capitis, qui interpretentur 93 b
captiuorum miseriæ quantæ 55 a
captiuarum fœminarum miseria 446 b
caput qui dicantur 7 b
carbones ignis, pro inflammatis hominibus 450 b
carbunculum significare Iesum 540 d
carmelus mons. uide Chermelus, qui idem est.
caro esse, quid significet 538 d
caro pro homine 355 c
Carthaginenses fuisse colonos Tyriorum 235 d. 236 a
castigari quare orent prophetæ 211 b
castigare, & in ira castigare 72 d
catechesis quid 20 d
cauda populi quæ 46 d
cœlestium gaudium quod 424 b.c
cœli qui intelligantur 473 a
Cedar regio quæ 593 c
cedri quos significent 137 b
cedris qui significentur 165 a
cedro quid comparet S. Scriptura 596 d
cerui natura 331 a
centum annorum numerus, perfectionis signum 634 a
Chalanæ ubi sitæ 124 d
cessare, pro perire & finiri 164 b
Chaldæi cæteris populis superstitiosiores 392 c
Chaldæi in se iram diuinam quomodo concitauerint 238 a
Chaldæorum populositas & bellicositas in dololatriaq; 155 a, 156 b. 157 c
Chananæa lingua quæ 208 b. & qui ea utantur. ibid. c
Chananæos fuisse dictos omnes idololatras & non Israelitas 235 b
Chermel mons ubi & qualis 307 b. 315 d. 321 c
Christus à Deo uocatus magnus Sacerdos 230 c
Christus biennio integro docuit in Iudæa 287 a
Christus caput credentium 393 a
Christus qua de causa homo factus. ibid. d
Christus carnem suam non de cœlo deportauit 432 b
Christus, cœlestis & incorruptionis massa 695 c
est 467 a
Christus cur mundo apparuerit 117 d
Christus cur uniuersæ terræ illuxerit 117 d
Christus Dei filius quare se tantum dicerit propter nos 474 c
Christus diligit ecclesiam 610 d
Christus, fides & lux mortalibus 416 c.d
Christus fundamentum omnium 418 c.d
Christus quomodo in cordibus nostris habitet. ibid. d
Christi gloria Dei & patris 354 a
Christus legis & prophetarũ finis 490 a
Christus nuncupatus & factus homo, uim carne in gloriam ascendit 465 c.d
Christus pacẽ hominũ cũ Deo fecit 519 b.c
Christus pro nobis exinanitus, quomodo 520 b
Christi pro nobis exinanitis, quomodo Iudæis tractatus fuerit 392 c
Christus priusquam illuxerit, totum orbem errasse 391 d
Christus præter uoluntatem nihil moliebatur, passus 376 b.c
Christus quomodo in terra uersatus 376 b.c
Christus quomodo Cyrus uocatus 422 d
Christus quomodo dicatur spiritum accipere 159 d
Christus quomodo & cur seruis formã sumpserit 459 b
Christus quomodo suos discipulos amauerit, & quid eis præceperit 484 c
Christus quomodo in nobis seruiendum, & quo nos seruiendum in filios Dei 374 d. 636 c
Christus rex & Deus 624 c
Christus sua carne nutrit 624 c
Christus uitis 377 d
Christi ad nos aduentus quantis bonis profuerit 553 b
Christi aduentus fuit prima consolatio filiis, imprimis Israelitis 553 b
Christi apparitione omnia immutata sunt 554 b
Christi cædes Iudæos ad pauciores redegit, & regionem ipsorum hostibus dedit 519 d
Christi carnem animari anima intelligente 432 b
Christi carnem uiuificare 543 b
tiæ participe 255 c
Christi charismatum uis 306 b
Christi ciuitas ecclesia 610 d
Christi discipuli quales 598 b
Christi dispensationis mumus non nisi negligentibus quale sit 471. 472 d
ingloriũ, quale uideatur 97 d. 98 a. b.c.d 434 a
Christi diuersa nomina 352 b
Christi epitheta & functiones 352 b
Christi gloriæ testimonia 352 b
Christi humilitas Iudæis contẽpta 52 d. 53 a
Christi ignominiarum & imitariam uti sit pro





ptio per Esaiam 487 a.b.c.d. 488 a.b
Christi imperium non nuperum, sed ante mundi constitutionẽ præfinitum 367 d
Christi natiuitas qualis 528 b
Christi iudicium quale 141 b
Christi leges, ueritas. ibid. c
Christi miracula Israelitis primũ edita, post ea gentibus 590 c.d
Christi natura qualis 488 c
Christi nomina 465 b
Christi orationes potentes fuerunt 548 a
Christi passio, fuit mortis euersio, diaboli subuersio, & peccati demolitio 136 a
Christi passio & mors quorum bonorum causa fuerit 475 b.c
Christi passionis nostra causa prædictio 526 a.b
Christi passionis & reditus in cœlum descriptio 616 a.b
Christi primatus ac magisterium 535 b
Christi qui sunt, quibus nominibus uocentur 605 d. 606 a
Christi regnum quando cœperit 317 d
Christi sepultura & resurrectio 529 b
Christi temporis, & gratiæ per ipsum præditio 352 d. 353 a
Christi transformatio in monte 490 b
Christi uaticiniorum efficacitas 547 b
Christo aduersantes quas pœnas sint daturi 223 a
Christo interfecto, in quas miserias coniecti fuerint iudei 43 a.b
Christo initiatorum qui primus cib. 641 a
de Christo quomodo credendum 375 d
in Christo omnia tum cœlestia tum terrena summatim cõprehẽsa esse 429 c.d
in Christo peximus à Deo, in ipso oramus, in ipso confitemur Deum, &c. 432 a
Christum animam suam pro nobis impendentem sanctificandum 468 b
Christum & filium & seruum dici 521 b
per Christum omnis fructificatio spiritualis 534 a
Christi quomodo adoremus 325 d. 326 a
per Christum quæ & quomodo nobis contingant 416 a
Christus quomodo spiritum det & accipiat 502 c.d
Christum tam Israelitis quàm gentibus illuxisse 558 c
Christum uocari Dauidis nomine 500 c
Christiane & legali doctrinæ quæ, comparatio 598 b
Christianorum nomen benedictum 632 a
Christianus quis 577 d
Christo potuisse egere, indicium corruptionis 422 c
Christum, quale signum 142 b
Christo in spiritu 420 a
Christus qui fuerint 232 d. 233 a
Christum esse quid agant 595 d
Christo incestus congressus cum filia 195 c
Christo gloriose prædico et oro 579 b.c
Christus quos deceant, & quos nõ 63 a.b
Christi Dei
Christus apud Paulum 452 c
Christi uitæ utilitas 494
546 a

colles qui 128 d. 134 a
colles, qui intelligantur 121 c
colles, quos denotent 553 a
columbarum luctus 586 c
commentari uarios in eundem authorem quid commodi ferat 1 b
compuncta pro cogitans 447 a
conclusio quid significet 269 d
confiteri peccata Deo 404 d
confessio Christianæ fidei, quid 505 c.d
coniectores quis dictus 42 c
coniugio uincti, sunt quodammodo diuisi, ac Deo & mundo partiti 558 b
considerare Christum in nube, quid significet 201 d
consiliarij qui uocentur à propheta 324 c
consolatio uera quæ sit 570 c
consolatio pro læta promissione 494 b
cõsummatæ & cõciseres quid 282 d
contemni, negligendum esse 450 a
contractus uiolenti, qui dicantur 574 c
contracta manus quæ dicatur 576 d
contriti corde, qui sint 569 c. 602 d
conuersatio Euangelica uera iusticiã declarat 559 d
conuersatio legalis erat in umbris, Euangelica illustrem & manifestam habet ueritatem 490 c
conyza quid 553 c
cor, qui dicantur 7 a.b
cor errantium, quale 540 a
cor lapideum, cor carneum 428 d
corban quid 60 b
cornu in scriptura quid significat 59 d
corona incuriæ seu insolentiæ 271 d
coronæ quid compararetur 611 b
corpus nostrum transfigurandum ut cõforme sit glorioso corpori Christi 494 d
corporum mortuorum accidentia 166 c
creare quid significat 543 b.c
creaturam præ creatore colere, absurdissimum & impissimum 455 c
credentium primitiæ qui 273 c
crucis signum, & eius usus 209 c
cultus Dei uerus 403 c.d. 407 c
cultus legalis qualis 403 b.c
cupiditatis partus 39 c
custodes aut electores ecclesiæ quales sint
custodientes Sion qui sint 517 d (612 d
Cyro Babylonios et Chaldæos subigit 398 d
Cyrus Babylonios & Chaldæos expugnat 155 a
Cyro liberat Israelitas à Babylonijs 305 c.d
Cyri bellum in Babylonios 116 b
Cyri in Babylonios sæuitia 218 c.d
Cyrum ob lectam Esaiæ prophetiam gauisum fuisse, & quo Christus dictus 421 d

D

Daemones quæ suis cultoribus persuadeant 627 d
dæmones quãdo opprimere potuerint 632
dæmonũ impurorum crudelitas 439 d (c
dæmoniorum multitudo è mundo profligata. ibid. c
dæmonibus quæ cõmoda habitacula 162 b
Dagon, idolum Ascalonitarum & Gazenorum 440 a

Damascus, Syriæ metropolis 187 d
Damascus capitur 173 b. 174 a
Damascus ciuitas qualis 186 c
Damascus metropolis Syriæ euersa à Theglaphalasaro 84 c. 87 c.d
Damasci excidium prædicitur 188 b
Damasceni irã Dei prouocarũt in se 237 d
dare pro peccato, quid sit 531 b
Dauidem nominari Christum 500 c
Dauidica domus, quæ dicta 88 d
debito quo obligati sumus Christo 530 d
delicta grauia pœna æqualis sequitur 450 c
dementiæ extremæ indicium quod 566 c
depingere pro efformare 475 c
derelinquitur anima hominis à Deo multifariam 9 d
derelictio ad breue tempus, quid 338 c
derelicta mulier, uocatur sæpe in S. scriptura, abiecta 537 b
descendere ad inferos, pro extingui morte
deserta, pro uidua 534 a (168 b
desertum pro terra & multitudine gentium 371 d. 402 a
desperantes de Deo quæ mala sequantur 296 b
desertum, pro gentium multitudine 471 b
Deseth, ciuitas Moabitidis 183 b.c
Deus iustus iudex 628 c
Deus ex quibus cognoscatur 623 b.c
Deus cur grauia mala uaticinetur 121 a
Deus in te est, & Non est Deus præter te, idem ualent 432 a
Deus tustè iratus, facilè tamen transit ad misericordiam, & plagas quas percussit, sanat 391 a
Deus glorificatus per prophetas, sed non in ipsis 467 b
Deus neminẽ à suo consortio exterdit 483 a
Deus noster statim omnibus petentibus annuit 576 a.b
Deus nostræ utilitati inseruit in omnibus
Deus pater patrum est 621 a (744 a
Deus percutiens medetur 116 a
Deus qualis iudex 104 d
Deus quomodo castiget impatientes admonitionis 447 c
Deus quo castiget ac erudiat suos 347 a.b
Deus quando labores hominum uidere dicatur 572 d
Deus quorum obliuiscatur 567 c

Dei cõmerciũ fugiẽtes quid sequatur 438 d
Dei clementia 266 a.b
Dei clemẽtia et misericordia in omnes 85 c
Dei descriptio 410 a
Dei & hominum quanta differẽtia 550 b
Dei exactio seu exploratio quo fiat 25 a
Dei longanimitas & patientia 279 c
Dei manus paradoxorum & incredibiliũ semper est effectrix 350 b
Dei nomen diuersim in scriptura 98 a
Dei nomine iurandum credentibus 208 d
Dei natura qualis 550 b
Dei omnipotentia 428 b (238 a.b
Dei patientia quid, & ira eius quid efficiat
Deo delictis nostris cõtinente quid et quomodo

Universidad de Deusto
Biblioteca



modo agendum sit 118 a
Dei facta non carpenda, sed indubitata fide suspicienda 427 c
Dei fermonis efficacia 356 c.d
Dei ueri potentiæ demõstratio 443 b.c.d
Deo nihil cõparandũ aut æquandũ 359 c
Deo quid insit necessario 412 d
Deo uituendum quomodo 530 d
Deũ accedentes quales esse oporteat 573 a
Deum agnoscere, conciliat omnia bona homini 211 c
Deũ diligentib. quid obueniturũ sit 438 d
Deum diffidentem nobiscum, quomodo propitium nobis reddamus 582 d
Deum expectare quid sit 497 c
Deum non offendendum 198 a
Deũ offendere, & Deo parêre, quid 186 b
Deum quærere, quibus quadret 572 b
Deum qui uideat 432 d
Deum non amplectentibus qualia euentura sint 630 c
Deum sæpe annuere precibus hominũ propter sanctos aliquos uiros 339 c.d. & quomodo placeiur. ibid.
Deum uerũ nescire, imitatio & umbra mortis est 109 c
dij gentium quid sint 299 b
dij gentiũ quòd nihil sunt probatur 341 a
deorum fictitiorum custos, & eorum imbecillitas & uanitas 441 a
deorum gentilium nullitas 418 d. quando maxime uiguerint, & quando dissipati fuerint 419 a
dextera Dei, quæ 369 c
dextera Dei & patris quis 502 a
dextera Dei, pro filio ipsius 459 d
dextera patris, dicitur Filius Dei 414 b
dies, pro tempore quo Christus apud nos præsens fuit 146 a.b
dies, pro Seruatoris aduentus tẽpore 303 b
dies, pro tempore punitionis 158 c
dies retributionis quis 603 c
dies salutis quæ dicatur 469 d
discipuli Christi, primi ex Iudæis crediderunt 568 b
discipuli Christi ex Iacob sanguine 265 c
discipuli Christi quales 629 a
discipuli Christi, primitiæ fuerunt Israelitarum credentium 490 a
discipuli Christi, ecclesiæ filij & primitiæ fuerunt 466 b
discipulorũ Christi dignitas & officium
discipulorũ Christi summa uoluptas 371 a
discipulorum Christi uocatio 119 a
discipulorum uirtus & laus 47 d
discipulos Christi habuisse amictum gloriæ à Deo 605 d
ditescere conantium studium 63 d
ditescentes iniustè, quid faciant 608 b
diues, qualis res 64 a.b
diuitias quæ uitia comitentur 34 c
diuinationum falsitas & uanitas 183 b
diuinus quis dictus 42 c
diuinæ gloriæ proprium 373 a
diuinæ sapientiæ incõprehẽsibilis uis 358 d
diuinæ uoluntati cuncta cedunt 159 d
diulnitas omnia replet 637 a
diuinitas qualis sit 482 d
diuinitatem non in loco & circumscriptione esse 620 c
diuinitatis una natura in tribus substantijs 378 c
docẽtes sequitur ut plurimũ uulgus 22 a.b
docentes ad suum commodum 49 c.d
docentibus quatenus obediendum 47 d
doctoris uirtus quæ. ibid.
doctores non multis uerbis utantur 270 b
doctorum laus, corona & gloria, quæ sint 607 d
docti à Deo, quando cœperunt 542 b
dolor secundũ Deum quid operetur 364 a
Dominus exercituum siue Sabaoth 504 c
Dominus propriè, unus tantũ Deus 434 d. 435 a
Dominus uult omnes saluos fieri 300 c
Domini uiæ quæ dicantur 623 c
domus orationis siue precationis 593 d
domus patris Christi quæ sit 231 b
doxologia homini necessaria 394 c.d
draco & serpens intelligitur Sathanas 262 d
duces quando signum dent militibus 73 c
duces Iudæorum quales 44 a.111 c
duri qui dicantur 203 c.d

E

EAdem si salutaria sint, sæpe audire, non est molestum sapientibus 400 b
ebriosus à Deo excludetur 65 b.c
ebriorum intemperantia 206 d.207 a
ebrietas animi quæ 274 d
ebrietas Iudæorum quæ intelligatur 272 b
ebrietatis detestatio 71 b
ecce virgo prægnans erit, quomodo deprauent Iudæi 89 b
ecclesia quid uocetur 483 a
ecclesia Christi 517 b
ecclesia quid comprehendat 433 a
ecclesia & terrena & cœlestis 325 c
ecclesia, hortus Christi facta 578 c
ecclesiæ custodes quales sint 613 d. 614 a
ecclesiæ corporis membrorũ distinctio 7 d
ecclesiam ferè semper à ueritatis hostibus obsideri 346 b. & quomodo ad Deum confugiendum. ibid.
ecclesiæ semper fluctibus agitantur 433 d
ecclesiæ lætitia quanta 633 b
ecclesiæ gentiũ initiũ & incrementũ 519 b
ecclesiæ ministeriorum gradus 553 a
ecclesiarum decus qui sunt 596 d
ecclesiarum ornamentum quod 477 b
echini, siue erinacei, qui 162 b
Edom quid significet 616 c
ego sum, quomodo intelligatur 441 d
ego sum, id est uiuo & existo 502 d
ego sum qui creo mala, quomodo intelligendum 423 a
electio principis huius mundi 248 a
eiulare & flere, quibus conueniat 233 d.
ἐνσάρκως 384 c (234 a
Elamitæ, qualis gens 218 b
Elamitæ qui sint 226 c.d
electi Dei, qui intelligantur 635 d
electionis uasa, qui dicantur 480 d
Eliacim ad regnum uocatur, & quid significet 229 d
Eliakim Iudææ rex præficitur 92 a
elementorum mors quæ dicta fieri prophetæ 491 c
elementum 232 a
Eliæ Thesbitæ habitatio 179 d
Elim puteus 472 d
elonginquo, quid significet 464 a
Emmanuel, quid 429 b
Emmanuel quid nobis præsiterit 178 a
ἐνθυμήσεις idololatrarum 124 a
Ephraim, quis 89 c
Ephraim, Israelem notat 187 a.b
Ephraim, Israelem Samariam inhabitantem designat 187 a.b
Ephraimitæ Samariam incolentes cur diffugerijs à Deo subiecti 188 a.b
erumpere lætitiam quid significet 518 d
erunt oẽs docti à Deo, explicatur 542 a.b
Esaias, uide Hesaias.
Esau cur Edom dictus 178 b
Esebon, ciuitas Moabitarum 502 d
esse & uiuere, solius Dei 356 a.c
Euangeliũ docentib. quid agendũ 356 b
Euangelium, proprie & uerè bonum 178 d
Euangelij clamor qualis 17 a
Euangelij laus & gloria 466 a
Euangelij prædicationis energia 466 a
Euangelio prædicato cessauit legis umbra 517 a
Euangelicis oraculis animum intendentes quæ bona maneant 206 b
Euangelica prædicatio quid doceat 552 c
Euangelicæ prædicationis primitiæ quis 93 a
ex Sion egredietur lex, interpretatio 102 d
exactor Sathan
exempla scripturæ qualia solent esse 62 a
exercitũ Dei nemo potest sustinere 56 b
ἐξέτασις, quomodo intelligatur 384 c
ἐξεταστικῶς, quomodo intelligatur 104 b.c
expectare dominum quis dicatur 1 a
exquirere iudicium 577 a
extensa manus quæ dicatur 97 a
exterminare quid 61 a
exuolli Deus quando dicatur 61 a
exultatio quid denotet 335 c
Ezechias Achazi F. Semmacherino insultans 188 a.b
Ezechias ægrotans grauissimè terretur ab inuadendi occasionem præbet 538 d
Ezechias ægrotans, & ad mortem ipsi Hesaias prædicit, & ab precãdo Deum impetrat quindecim annos 340 a
Ezechias dum aliter quàm deberet exultat legatos Babylonios, offendit Deũ 534 a.b
legatos Babylonios, offendit Deũ 540 a
Ezechias, qualis fuerit rex 92 a
Ezechias nõ habens quo se excuset, precatur pacem suis tantum diebus 350 b
Ezechiæ morbus qualis fuerit 129 b
Ezechiæ precatio ad Deum 340 a.b
Ezechiæ precatio ad Deum contra Semacherim 340 a.b
Ezechiæ regnum 114 d. 115 a

F

FActa nostra habere uocem ad Dominum dici 574 d
filij doctores & pastores quamuis mali necentur uexerint Iudæis 564 c. & qui sint. ibid.
finem audiendi uerbum domini 62 a.b
finem orbis detergere, quid 238 c
finis fortunæ uanitas 194 b
fit extensa, pro tra 72 a
flet, maiores similiter 86 b
flere qui intelligantur 559 a
flentes Iudæis celebratæ 13 a.b
flentes quid significet, & quis sit 469 b
flentia quæ dicantur 547 b
flere quid 18 b
flere quid sit, & quid præstet 522 b
flere per cognitionem, & cognitio per fidẽ salutaris 505 d (397 a
flere Christianæ confessionem nunquam desinentem 589 d
flentes qui 614 d
flere præmium à Christo quod 545 b
flere Dei Christus, qualis 516 a
flere dextera Dei & patris 101 d
flere potentia quanta 548 d
flere Deo omnes fatimur ex prima creatione 394 a & quomodo inde excidemus. ibid.
flere qui ab apostolis uocati 439 a
flentes qui dicantur 483 d
flere in loco fido, quid 231 b.c
flere nihil in hominibus 449 b
flere se Deo omne genu, quid significet 272 a (438 b
flere gloria quæ 272 a (438 b
flere quomodo Christus 138 d. 139 a
flentium maris uehementia 462 c
flentia quid denotent 420 d. 421 a
flumina ex fisse latè quid significẽt 325 b. 326 a
flumibus & aquis tentationes comparantur 392 a
flere Christum denotat & Dei sermonem 544 d. 545 a
flere qui dicantur 311 a.c. 312 a
flere intelligatur 384 d. 392 a. 402 b
flentilis prolis, res præclara apud Iudæos 547 b
flere nullius optatissimi parẽtib. 640 a
flere pro Apostolis & euangelistis atq; prophetis 152 d. 153 b
flere irrigui qui dicantur 578 d
flere ferè cur Christus acceperit 532 b
flere pro idololatria 563 d. 564 d.
flere omnes ea uasa qui intelligãtur 480 d
flere quæ dicatur 532 c
flere obedientiæ, & fructus malitiæ, siue flere quem designat 456 d
flere pro exercitu bellace 18 c.d
flere omnium Christus 85 d. 86 a
flere terræ qui intelligantur 175 b.c
flere terræ, quid denotent 416 c.d
flere pro præmio 417 a
G
Gbaiarum defectio ad Iosiæ F. Naue 485 b
Gbaon & coronam quos D. Paulus nocet 282 a.b
Gdeon quomodo Iudæos à Madianitis liberauerit 254 d
gentes etiam Sionis filios futuros 132 b
gentes quæ diuinam iram in se concitarint 478 d
gẽtes quib. rebus cõparet scriptura 237 d. 238 a
gentes quomodo olim captæ 420 d
gentes Sathanam uicturas 497 a
gentes subingressæ sunt ecclesiam, diffidentibus Iudæis 327 c
gentium ad fidem uocatio 368 b
gentium dij quòd nihil sint probatur 341 b
gentium ecclesiæ amplitudo & fœcunditas 535 a
gentium ecclesiam cur sterilem dicat propheta 533 c (607 c
gentiũ fortitudo & potẽtia quid significet 505 d
gentium morbi per Christum curati, qui fuerant 547 d
gentium plures quàm Israelitarum ad Christi ecclesiam peruenisse 519 c
gentium populus asino cõparatur 317 c.d
gentium quales præceptores 301 c
gentium regionis situs 593 a
gentium sapientia & eloquentia inanis 375 b. 402 c
gentium testamentum qũo Christus 470 d
gentium uocationis & ecclesiæ prædictio 474 d
Gepharæi populi qui 593 a (540 d
gigas quis intelligatur scripturæ 41 b.c.
gigantes qui dicantur 166 b (481 b
gladius spiritus 466 a
glans fructus 83 c
glebæ et aquæ petitio, quid notauerit 167 a
gloria, Christus dicta 641 b.c
gloria Dei quæ sit 454 c
gloriam Christi qũo uideamus 469 b
gloriam excellentiæ qui cõsequantur 554 b
glorificatio Dei in Christo 467 c
γλωσσόκομα terra 98 c (203 c
Gnostæ Aegyptiorum qui fuerint 202 d.
gradus ministeriorum in ecclesia 553 a
grando pro ira diuina 316 d. 317 a
gratiæ Dei potentia 536 a
gratia per Christum latissima 422 d
gratiæ per Christum efficientia 555 d
Græci poetæ & oratores quales 384 d.
Græci sapientes, insipientes 498 b (402 d
Græcorũ nugæ 313 b opinio, de anima 530 c.d oratio qualis 204 c præceptores quales 301 d stulta opinio de statuis in ipsorum templis repositis 413 d
Græci, uide etiam Gentes.
grex sequitur pastorem 22 b

H

HAec dicit dominus, Mosis & prophetarum clamor & præceptiũ 547 d. 548 a
hæc est dies quã fecit Dominus, quò refertur Dauid 36 d
hæres terræ sanctis destinatæ quis 568 a
hæredes regni cœlorum qui. ibid. b.c
Herodiani quales fuerint 140 d
Heroes & dij dicti mortui 243 a
Hesaias & propheta & apostolus 2 d. 3 a
Hesaias quo tempore prophetarit 1 c
Hieremiæ in domum figuli missi quod Deus loquutus 428 a
Hieroboam qualis rex 114 c
Hieroboami scelus 186 a
Hieromystæ qui 249 d
Hierusalem cœlestis, & Hierusalem terrestris multum distant 319 c
Hierusalem quid significet 246 c. 250 a
cur deuastata penitus 597 a cur aliquando Babylon uocetur à prophetis 565 a cur urgo & filia dicta à Deo fuerat 242 a pro ecclesia 271 a.b. 375 b pro ecclesia Christi, sæpissimè & alibi, multis locis 147 c quomodo protegat dominus 310 b sensibilis quæ, item intelligibilis quæ 27 b.c.d. 28 b typus ecclesiæ 346 b qualis cũ in fauore Dei esset, & qualis ubi ab eo exciderit 321 a
Hierosolymis minatur Deus 287 a
Hierosolymitani regni diuisio 91 b
historiarum cognitionem necessariam esse sacrarum scripturarum studiosis 87 c
historias sacras nõ frustra legendas 389 d
hœdus, animal mundum 636 b (131 b
homo à Deo respiciendus, qualis debeat esse
homo uox, imbecillitatem declarat 249 c
hominis creatio à Deo qualis ab initio 240 a
hominis formatio 414 d & quomodo formatur in filium Dei 415 a
hominis imaginẽ adorantes, etiã suã ipsorũ naturam iniuria afficiunt 413 d
hominis natura qualis 550 b (579 b
hominum fauorem ambientium scopus quis
hominũ etiam præstantissimorũ decreta, nõ semper secundo animo proceduũt 443 c
honor quis Deo debeatur 407 c
hordeum uenitalũ qũo intelligatur 302 d
horti seruatoris descriptio 553 b
horti aqua carentes, & horti rigui, & qui les 578 c
hostia spiritualis 403 a.b
hostijs quibus Deus placetur 13 c
hostium mens in uictos & captos 54 d
hostibus quomodo præualeamus, & quando succumbamus 191 a
humanarum rerum uanitas 361 b.c
humerus pro fortitudine 112 b.c
humiles qui dicantur 473 c
humiliari in oculis Dei utile 573 c
hyperbolicæ locutiones prophetarũ 159 c

I

IAcob quid et supplãtator Satanæ 482 c
Iacobi ad apostolatum uocatio 108 c
Iacob æorũ siue Israelitarũ nomina 409 b
Iaser, urbs Moabitarum 183 c
Iasobus quid significet 85 d
idola quid sint 299 b & eorum artifices 185 b deuastanda, & eorum natiuitas, item pœna ipsorum cultoribus & opificibus 411. 412. 413. 414
idolorum effectio, grauissimũ scelus 125 d. 126 a fictio quid sit 442 c artifices quomodo sibi placeant in suis operibus, & quid mereatur 368 d cultores increpantur 442 a.b profligatio per Christum 439 c sacrificij quales 158 a
idolis quomodo sacrificatum 627 c
idololatria Deo exosissima 35 c. & passim

Universidad de Deusto
Biblioteca



per totum librum.
idololatrarum ἐκτρώματα 178 a iuramenta uaria 209 a mores 106 d
ἰδολολατρας Deo exosos, & cur 151 c
Idumæa, pro Iudæa per contemptũ 328 d. 329 a
Idumæa à Babylonijs depopulata 221 b
Idumæi concitarunt Deum in se 238 a
Idumæi siue Agareni ab Edom qui, & Esaus, denominantur 220 b infensi hostes Iudæorũ cognatorũ licet. ib. d. 221 a
Idumæorum idololatria 194 a
Iebusæi Dauidi resiterunt 286 b & qui Iebusæi. ibid.
Iechonias maclauit filiũ suum idolis 563 c
Iechonias patri in regno succedit 92 a
Iechonia regnante quæ Iudæis euenerint
ieiunandi quo sit uere 573 c.d (296 c
ieiunium sanctum quod dicatur. ibid. res præclara 572 d
Iesus Christus panis uitæ 300 d Christus quomodo suis ministris diuiserit terram gentium 608 a Naue quomodo Israelitis diuiserit regiones gentium 607 d Naue quomodo terram promissionis distribuerit 297 a
Iesu Naue bella in terra gentium 282 a.b
Iesu Christi promissio per prophetam apertissima 280 b.c
Iesum habitare in cordibus nostris per fidẽ ignauorum pœna à Deo, quæ 554 (510 a
ignis proprium 15 c
ignis pro inopinato interitu 123 c
illustrans patrem, illustrat filium, & econtrariò 548 b.c
illustres quomodo erimus 576 a
impelli, pro abduci 160 a
imperare posse, à Deo esse, cogitent principes 361 a.b
impium Christus iustificat 601 c
impiorum uultus qualis 460 a
improbi homines, uariè explicatur 249 d
in ætates & ætates, quid significet 579 a
in conspectu meo, quid significet 627 c in dicio, quomodo intelligas 313 c unũ & idem, quid significet 561 a
incidere in manus domini, terribile 186 b
incidere in manũ Dei, cur horrendũ 23 a.b
incircũcisi et impuri qui intelligãtur 512 c
indumentum Christus est sanctis aptissimũ, & quomodo induatur 511 c
infantium nutritio qualis 592 b
inferni os aut anima, & quid infernus 66 d
infidelitũ omnis labor futurus irritus 318 c
iniquitas pro iniquis 121 a
iniuriam prohibere ualens, & non faciens, acerbam iram indicat 626 a
iniustitiæ nexus, quid 574 a.b
inobedientiæ pœna 122 b
inquisitio peccatorũ in die iudicij exactissima fiet 242 a.b
insulæ pro ecclesiis Christi 460 d pro ecclesiis gentium 497 c pro habitationibus earum 504 b quæ dicantur. ibid. d uariè intelligimtur 384 d
intelligere quid significet uerè 457 d
intelligẽtia quib. conueniat maximè 560 d
interpretes malè explicantes 624 d
interpretes scripturæ sæpe promiscuè reddunt tempora 590 c
innouetur homo quo modo 433 a.b
inuocare quid significet 548 b
Ioachaz regno expulsus capitur 92 a
Ioannes Baptista præcursor Christi, lucernæ comparatur 354 c.d quomodo ad baptismum uenientes increpuerat 555 a
Ioannis ad apostolatum uocatio 108 c
Ioathamus Oziæ filius, qualis uir & rex fuerit 2 b
Ioathami regnum 84 b
Ioniam sacerdotem Iudæum ad quinq; ciuitates Chanaan uicinas migrasse 208 d
Iordanus riuulus quibus datus 332 b.c
Iosias infeliciter belligeratur cõtra Nechao Pharaonem 91 d
ira Dei misericordis 199 a
iram diuinam quomodo effugias 129 a
iram compescens, qualis sit 581 b
Isaaci filij duo, quales 120 a
Israel à Babyloniorum seruitute liberatur per Cyrum 182 a.191 b.c & regnum ipsi restituitur. ibid. cur repudiatus fuerit 678 d quis sit 445 a.b primogenitus cur in secundam classem relegatus 212 b.c quando ad Assyrios abductus sit, & qua de causa 514 b qui dicantur 230 d
Israelis delictã 266 a quare non pro meritis punita. ibid. infirmitas 500 d liberatio è captiuitate Babylonis 305 a. b. 209 c tribuum secessio 185 d uocatio ad Christum, & post gentes uocatum eum fuisse 500 b.c
Israelitæ Babylonico iugo excusso, regi subijciunt se, & Hierosolyma incolunt concordes 182 b.c.191 c
Israelitæ capti à Babylonijs 398 d
Israelitæ cur à Persis & Medis abducti sint captiui 13 d
Israelitæ ueniam precantur 620 c
Israelitæ quomodo per Cyrum liberati à Babylonica captiuitate, & in Iudæam reducti 163 a
Israelitæ quomodo in talem execrationem deuenerint. ibid.
Israelitæ seruati à Deo, rursum deficiunt ad idola & hominum auxilia 129 c.d
Israelitæ uarijs temporibus seruierunt Aegyptijs, & quibus armis se liberarint 389 d.390 a tum quas ob causas in tantas calamitates inciderint. ibid.
Israelitarum fastus propter multitudinem frustratus 191 b
Israelitarum ingratitudo accusatur 618 b
Israelitarum multos credidisse 322 d. 329 b
Israelitas multas à Deo cõsolationes habuisse, gentes uerò nullas, nisi postremis temporibus uocante eas Christo 540 b.c
Israelitæ accusat inobedientiæ Deus 224 b
Iudas proditor Christi, talis à diabolo effectus est 510 c
Iudæ tribui quæ sors obtigerit 297 b
Iudæa à Vespasiano deuicta 203 a.b
Iudæa aliquando inuincibilis, ut tandem ca peretur, quæ fuerit causa 207 d 477 d
Iudæa cur uastata fuerit 420 a
Iudæa pro ecclesia
Iudæa per Sẽnacherim debellata 335 a.b.c
Iudæa quæ sensibilis et quæ intelligibilis 33
Iudææ Deus qualis 338 a
Iudææ præfectorum arrogantia 514 d
Iudææ regionis situs 265 d
Iudæus quis sit 447 b
Iudæi capti à Babylonijs, redempti à Cyro 420 c
Iudæi captiuitate Antiochi liberati bello profligant strenuè, nec tamen à priscis uitijs recedunt, & tum Christo reguerunt exorienti 117 d
Iudæi cur in Aegyptijs fidentes cæsi 329 d
Iudæi cur mali & diuites dicti
Iudæi & Idumæi, consanguinei & inimici tamen acerrimi 220 b
Iudæi idolis offerentes Deum iterum offendunt 172 c
Iudæi ex Iacobo nati 220 b
Iudæi inobedientes prophetarũ prædictionibus 522 c
Iudæi longanimitatem Dei contemnunt 279 c.d
Iudæi ob uoluptatũ studiũ accusati 664 b.c
Iudæi quomodo apostolos persecuti 320 b
Iudæi quare in persecuta contenti aliquando 398 b.c
Iudæi Satanæ traduntur in prædam 327 b
Iudæi se torquentes in deprauando loco Esaiæ, Ecce uirgo prægnans erit, refutantur 59 b
Iudæorũ afflictiones uariæ & cur 634 d
Iudæorum doctores grauia onera suis humeris imponunt 283 a
Iudæorum in Christum odium & calumniæ 562 a
Iudæorum in Christum petulantia 563 b
Iudæorum idololatria accusatur 563 b
Iudæorum obmurmuratio contra Deum, & eius supplicium 577 b 301 c
Iudæorum præceptores quales 635 d
Iudæorum præfecti qui fuerint ibid. quales eorum filij.
Iudæorum primorum honestas & cultura Dei, ac quomodo defecerint ad peiores 206 b.d
Iudæorum qui maximè cæci fuerint 558 c
Iudæorum regio sæpe, & à uarijs uastata, & ipsi sæpenumero in alias terras abducti 352 a.b.c.d
Iudæorum seruitia in prophetas ac reliquos iustos, tum Christum ipsum 570 b
Iudæorum tam principum quàm ducum à Deo uero defectio 387 b.c
Iudæis quando prophetiæ donum ademptum 42 b
Iudæos Christi sermonibus & factis obtrectasse 427 a
Iudæos dupliciter perisse 279 a
Iudæos exstimasse, Deũ in manufactis templis habitare 637 a
Iudæos reiecisse Christi uerbum, & mordicus Mosis præceptis adhæsisse 284 a
Iudæum populus multis modis transportatus 290 d
Iudæi regni diuisio sub Roboamo 147 a
Iudæi officium 300 a
Iudæi boni item seueri officium 618 b
Iudæi iniqui accusantur 560 d
Iudæorum quorundam peruersitas 528 c.d
Iudæorum refertæ res difficiles 17 d
Iudæi quid sit 491 d
Iudæum Christi 358 a
Iudæum Dei inexorabile 37 d
Iudæum pro debita pœna 372 d
Iudæum pro lege 366 a.376 c
Iudæum pro iustitia, uel iusta conuersatione 585 a.587 a
Iudæum, pro iustitia uel iusto iudicio 358 a
Iudæum pro iusto iudicio 376 b
Iudæum quid intelligatur 313 d
Iudæi homen in S. scriptura quid significetur 255 b
Iudæi spiritus 57 c
Iudæi qui dicantur 302 d
Iudæorum idololatrarum 632 b
Iudæorum fidelium. ibid.
Iudæi per seipsum 438 a
Iudæi in Dei nomine. ibid.
Iudæi per Deum 438 b
Iudæi in Dei nomine credentibus 208 d. 209 a
Iudicandum finis est controuersiæ omnis 338 a
Iudex bonus quantum possit apud Deum 585 b
Iudex iustus qui sit, & quale præmium sit labori
Iudex cum impijs, Deũ nõ perdere 242 a
Iudex iustificatur 492 d
Iudex parrhesia qualis 404 b
Iudex pro iustificatione 347 c
Iudex pro lege 500 a
Iudex quomodo intelligatur 496 d
Iudicati qui persequãtur, & quomodo intelligantur
Iudicatur unde 493 a
Iudicatur quomodo 496 c
Iudicat Christus quomodo dicatur 512 a
Iudicat filius quomodo dicatur 532
Iudicauit uitia 487 d
Iudicemus nosmetipsos 535 c
Iudicium uitiat 43 d
Iudicium quid 605 d

L

Labimur omnes in multis 568 d 352 c.
labimur omnes multum 405 a
labor pro inuidia in S. scriptura sæpe 583 c
laborare, pro infirmum esse 450 b
Lache occupata à Sennacherim 340 b
lacus maria dici in S. literis 150 c
lapis selectus, Christus 153 a
lapides indicare scandala & offendicula 614 c
lapides pretiosi quos denotent 541 b
laus sanctorum Christus 481 a.b
Lazari à mortuis resuscitatio 393 d
Lebedon, locus oraculi Moabitici 177 d
legalis cultus qualis uirtus 285 a
legalis Dei cultus inutilis 404 b
legalis & Christianæ doctrinæ quæ comparatio 598 b.c
legalia quando cessauerunt 120 b
lex Dei siue Christi 106 c.107 a
lex, iustitiæ magistra erat, sed non mansit 142 b
lex molesta & onerosa omnib. fuit 353 b. & quid docuerit. ibid.
lex Mosaica quid docuerit, & quid præstiterit 604 a
lex Mosaica thesaurũ salutis indicauit 319 d. 320 a. & quid in illa inueniatur. ibid.
lex est thesaurus iustitiæ. ibid.
lex pro euangelica prædicatione 495 c
lex dispensatrix est iustitiæ 435 c
legi inest forma ueritatis. ibid.
legis clamor qualis 417 b
legis definitio 364 d
legis doctrina & usus 426 b
legis ueritas, est Christus, eiusq; uaticinia 490 a
legis uia aut semita aspera 430 a
legibus Dei adhærere, non esse satis 554 c
leo, & leonis catulus 297 b
leonis similei natura 309 c
Libanus mons ubi, & qualis 342 c
Libanus mons Phœniciæ 598 b
Libanus mons Phœniciæ & eius habitatores quales 292 a.b. cui compareatur 320 d. 321 a
Libanus pro Hierusalem 332 c.d
Libani montis descriptio 165 a.b. & quare Iudææ comparetur. ibid.
Libanum pro templo intelligi aliquando, et pro Hierusalem 137 a.b
liberi Hierusalem qui nominandi 591 b
liberum arbitrium hominis 19 a
liberare oppressum, quid 17 d
lignum aridum, quid notet 556 d
lignum fumigans, quid dicatur 86 b
lignum fumans non extinguere 376 c
ligna agri qui esse intelligantur 553 b
ligna collium, qui intelligantur 417 c.d
ligna discipulmæ, quæ 485 d. 486 a
lignis quæ comparentur 629 d
litera legis, quam speciem habeat 40 d
literatos quos uocet propheta 324 c
Lobna à Sennacherimo obsessa 340 b
locus ab hoste insistatus quid faciat 954 a
longæua uita, pro æterna 530 b.c
longanimitas & patientia Dei 277. 278. 279 a.b.c.d
loqui pacem, quid 312 d
luciferi splendor insignis 166 d. 167 a
luciferi seu Satanæ deiectio 245 c. 246 b
lugere, pro syncerè & emendatè agere 640 d
luna qui dicantur 303 c.d
lux solaris & lunaris 600 d
lux diuina perpetuo lucet. ibid.
Lysias Iudææ præficitur, & à Iudæis subigitur 116 c

M

Macedoniæ situs 116 d
Madianitæ qui populi 593 a
Madianitarum in Iudæos seuitia, & quomodo à Gedeone profligati 132 b.c
Magi Chaldæorum 448 a
Magi Christum infantem adorantes & donis honorantes 470 d
magicorum falsitas & seductio 183 b
magni consilij angelus 112 d
maiestatem domini quomodo prophetæ cõspicati sint 201 a
mala creo, quomodo intelligatur 423 a
mala quomodo declinari & uetari possint 190 b.c
malorum intolerandorum uis quãta 319 a
à Malis abstinere, & bonum operari, non idem 574 d
malitia animæ qualis res 560 d
malleus terræ Babylonia 156 b
Manaa, tributum Hebr. dici 131 d
Manasses, quis 122 a.b
Manasses Ezechiæ F. qualis 350 a
mandate, pro imperate 428 a
Mane, Thecel, Phares, à Daniele interpretatum Baltasaro, & genus eius extirpatum fuisse 169 d. 170 a
Manichæorum hæresis 112 a
Manasis impietas summa 450 d
manna de cœlo quid significauerit 578 a
manus quid significet 479 a
manus cum clamore quando extendantur 626 d
manus Dei, pro filio ipsius 459 d
manus Dei, quid significet 505 b. 474 d
manus Domini, quid 207 b
manus extensa & manus contracta quorũ dicatur 576 d
manus Patris dicitur Filius 429 a.b
manus pro actuosa efficientia 555 c
manum Deus quomodo inducat 23 c
mansuetudinis argumẽtum summũ 577 a
mansuetudinis nomen quibus conueniat 568 c
Marcus euangelista 149 c. 150 d
mare Galilææ dici lacũ Tiberiadem 108 d
mare, quam terræ partem potissimum significet in scriptura S. 148 d
mare quid denotet 420 d
mare uitæ cõparatur nostræ 381 b. 385 b
Mars Adonidem interficit 195 c.d
martyrum Christi fortitudo 383 d
masculum quid [illegible] 259 b

Universidad de Deusto
Biblioteca




matutinum lumen quod dicatur 575 c
Matthæi transfiguratio 553 c.d
medici spirituales qui sint 258 d
Medi, qualis gens 161 c
membrorum in ecclesia distinctio 7 d
memoria Dei, quid 415 d
mens humana valde infirma 352 c
mens qua luce illustretur 601 a
mens quando retrahenda 566 a
mentis humanæ qualitas 491 b
mentis humanæ quàm paruus sit modulus si diuinæ luci comparetur 354 d
mentis humanæ socordia 400 c. & ad malum proclinatus 404 c
Meodach rex Babylonis mittit legatos cum donis ad Ezechiam 350 d
meretrix cur synagoga uocata 562 d
meretrix mulier, qualis & unde uinat 236 d. 237 a
meretricius animus semper instabilis 52 d
meridiei claritas & splẽdor 577 c. 585 d
μεσονύκτιον quid 586 a
μετὰ πέλαγος pro πεπυμωδέως 311 c
metendi spicas modus, qualis 189 a.b
metentium modus 48 d
metus quosdã à turpitudine absterret 452 d. 453 a
militia cœli 4 d
miserum me, quia compunctus sum, quomodo intelligendum 78 d
misereatur Deus quorum libenter 573 a
misericordia quid 425 a
misericordia Dei in supplices 348 a
misericordia quos sequatur 623 c
misericordiæ Dei tempus longissimũ 388 d
mittendus ad docendum populũ, qualis uir debeat esse 80 d
Moabitæ qui & quales 252 a.b
Moabitæ qualis gens & quæ gesserint 176 c. 177 d
Moabitæ iram diuinam prouocauerũt aduersus se 237 d
Moabitæ olim superstitiosissimi 287 b
Moabitarum idololatria 149 a
Moabitarum mores & studia 184 a.b
mõs pro ecclesia 251 d. & aliàs sæpissimè.
mons cur ecclesia dicatur 271 a.b
mons pinguis 272 a
mons sanctus, pro ecclesia 558 a
mons sanctus, qui dicatur 568 a.b
mons sanctus qui intelligatur 144 d
montes & colles qui intelligantur 370 d
montes pro Rom. imperio 72 c
montes pro potestatibus malis 622 b
montes qui intelligantur 128 d. 417 a
montes quos denotent 114 a
montibus assimilare ecclesiam, familiare S. scripturæ 321 c
montanæ nymphæ 627 c
morbo & morte infestatorum terrores & querelæ 349 a
mortis imperium per Christum abolitũ, unde perspiciatur 489 a
mortis metus quid faciat in homine 175 c. 181 b.c
[redacted] 346 a
361 a
mortuorum status 349 d
mortuos qui lachrymis & tristitia nõ prosequantur 250 d
Moysis dignitas & sublimitas 620 a
Moysis exilis uox & tarda lingua quid significent 417 a
mulier ad ministerium pariendi Christum assumpta 425 b
mulier derelicta, cur abiecta, aut odio habita dicatur in S. scriptura 537 a.b
mulieris honestæ, item inhonestæ descriptio 53 c.d
mulierum Iudaicarũ peruersa mens 457 b
mulierum parientium clamor 533 d
mulierum qualis natura 52 a.b.c
mulieribus cur resurrectionẽ suam præ apostolis patefecerit Christus 269 a
multi pro gentibus 532 c
mũdus recõciliatur Deo in Christo 466 a
mundus nemo à sordibus 405 a
mundi consummationis descriptio 328 c
murmuratio contra Deum uitanda 577 b
murus Babylonis qualis 236 a
muri ecclesiæ q intelligãtur 595 a. 600 a
muri ecclesiæ quid denotent 614 d
muri Sionis qui dicantur 475 d
Myrrha Cinyri filia, Adonidis mater, à patre grauida facta 195 c

N

Nabeoth regio quæ 593 b.c
Nabuchodonosorus quomodo Tyrum ceperit 232 c.d
Nabuchodonosorus quomodo ceperit Tyrum & Aegyptum 194 d
Nabuchodonosorus Iudæam oppugnat, & Israelitas captiuos abducit 92 a.b
Nabuchodonosori bellum contra Iudæos 296 d. 297 b.c. eius tyrannis, & quo modo demolita fuerit 168 a
Nathanael qualis 16 b
Nathanaelis uocatio ad fidem 109 a.b
nauium signa maximè Alexandrinarum 148 d
Nebris seu Nembris, seu Neuris urbs ubi sita 179 b.c
necessitatis fati nugamentum 19 b
Nechao Iudæam expugnat 91 d
Necheths, id est, aromata 351 b
Necrolatria quid 361 c
negociatores, pro ignobilibus hominibus & auaris reputantur 233 a
Nephthalim situs 108 b
nexus iniustitiæ quid 574 b.c
Nicodemus Christo obloquitur 427 c. 428 c
Nili fluuij descriptio 150 a
nobilitas parentum quando transeat in filios 451 c.d
nobiscum, quid significet, & Deo adiunctũ 461 b.c
nomen pro gloria 515 c. 553 d.
νόμος quid 202 c.d
Non, πρὸν olim dicta, quæ nunc Alexãdria 195 a
nos cur creati simus 434 d
noua creatura in Christo 395 a
nouacula radi, luctus & dedecoris species 92 d
nubes & imber leuis, quid significet 200 d. 201 b
nubes qui dicantur 424 c
nunc, quid in S. scriptura 457 a
nunc, quomodo intelligatur 627 c
Nymphæ Græcorum

O

Obedientiæ fructus 415 c
obliuisci nos Dei quomodo dicatur ibid.
obliuisci Deum quid significet. 577 a
obmurmuratio tollenda 577 a
obrizum aurum, id est, spectatissimũ 150 b
obseptio, quid significet 269 d. 270 a
olearum fructũ unidemiandi modus 189 b
omnes à Deo uocari ad salutem 426 b
omnipotentem offendere, quid sit 457 a
ὄφρα Deus propriè est ibid.
ὅυτως quæ dicantur. 65 c
onocentauros dici onagros prophetæ 330 b
opulentorum utria 516 a
ὄρος quid significet 436 d
oraculorum multitudo gentilibus 98 b
oratio diuina semper obscura 576 a
orationem iustorum exaudiet Deus 576 a
oratores & poetæ Græci quales 324 d. 402 d
orbis quo tantum modo potuerit seruiri 476 b 362 b
ornatus cœli qui dicatur 607 c 579 c
os pro sermone, sæpe usurpat Scriptura 189 a
ossa animi quæ intelligantur 84 c
Oseas Babylonem translatus
Oseæ F. Elæ Samariæ præficitur 114. 123 a.b.d
Oseæ regnum 527 c
otium dum tondentur patientia 524 a
ouium ὄφελος uel utrumnam quod 171 b. 172 d.
Ozeas qui & Azarias
per totum.
Ozeas qui & Azarias, nil pium in quo offenderit, & quomodo puniius 74. 75
per totum.
Ozias, qui & Ochozias, qualis rex fuerit 173. 174. per totũ. 1 d
Ozeæ bella præclara

P

Palearũ nomine quid significetur 456 c
Palæstini Aegyptijs contermini 208 c
Palæstinorum & Phœnicũ eadem lingua. 334 a
ibid.
paludum significatio
Panegyres quales dijs gentium exhibitæ 440 c
panis de cœlo quis dicatur, & qualis sit 40 c.d 259 c
paruo animo prædita qui dicantur 188 b
pastophorium, quid
pastorem sequitur grex 54 b
pater filio omnes subijcere, quomodo dicatur 313 c.d
pater, si possibile est, transeat, &c. paulò rimè interpretetur 85 d. 86 a
patres qui dicantur in S. scriptura 302 b.c
pax propter Christum quid præstet 551 b
patientia amplissimum inuentæ præmium 587 d
pro pietate 443 b
pœnitentiam agentium uox 432 b
populus derelictus qui intelligatur 273 d
populo Dei qui annumerandi sint 557 c
portio & sors Christi qui 476 c
potentium studium 63 d
potestates cœlestes ad quid cõstitutæ 552 d
precatio, res utilis 572 d
præcepta egregia etiamsi sæpe dicantur, habent tamen utilitatem 576 c
præfectorũ apud Iudæos morbus 70 c
præfectorum mores imitatur subditi 67 c
præteritum pro futuro frequens Scripturæ est 395 c. 415 d
primitiæ & filij ecclesiæ qui fuerint 610 b.c
principes Iudæorum quales 21 d
principes Iudæorum populo sceleratiores 405 b
principium ortus habentia, habent & finem 498 c
procul esse, qui dicantur 591 d
profunda uox quæ intelligatur 324 d. 325 a.b
profusor quomodo misereatur pauperum 608 c
prolis fœcunditas, nec reprehensione nec laude digna 556 c
prophani cum sanctis non communicent secundum legem 78 a
prophetæ etiam dicti, qui prophetarũ prophetias indagarint 289 c
prophetæ quomodo docuerint & monuerint 548 a
prophetæ tempus futurum tanquam instãs uiderunt & nouerunt 247 c
prophetarũ locutiones hyperbolicæ 159 c
prophetarũ mos ustionũ tempore 218 a
prophetarum oratio qualis sit 1 a
prophetarum oratio quibus rebus figuretur 494 a
prophetarum oratio semper amat ueritatẽ 586 d
prophetarum sermo qualis 252 a
prophetis & S. scripturæ mos, duabus rebus hominem inducere ad rectè uiuendũ 275 d
prophetas nec simul nec sine interuallo uisiones recepisse à Deo 74 b
prophetiæ gratia quando apud Iudæos cessarit 42 b
proselyti qui dicantur 543 a
pruna quid 79 d
prunæ cur Christus assimiletur 79 d. 80 a
pseudomatica falsorum uatum 205 d
pseudoprophetæ in Israel 119 a
pseudoprophetarum uaria nomina 437 b
puer dicitur & filius & famulus 467 a
pueri nomen quid significet 415 b
pulchritudo, ὥρα pro uere 516 a
puluere quid denotetur 512 c.d
Pythagoræ discipulorũ τὸ, Ipse dixit 313 b
Pythonici qui dicantur 419 a

Q

Quinquagenarius apud Esaiam, quis 42 d. 43 a
quinq; ciuitates Aegypto uicinas Euangelium recepisse 204 c

R

Rhasson rex Syriæ Iudæam bello infestat & interficitur 87 174 a
Rhapsacis arrogantia dicta & iniuriosa in Deum 125 a. 128 a. 129 a
Rhapsacis conuicia in Deum quomodo punita 39 a.b
Rhapsacis aduersus Ezechiam & Deum petulantia linguæ 192 b. & quas pœnas dederit Deo. ibid.
Rhapsacis exercitus ab angelo deletꝰ 171 c
Rhapsacis in Deũ cõtumeliosa dicta 305 a
Rhapsacis insolentia dicta 336 a. 337 a. b. 338. per totum.
rasos conspici, insignis infamiæ genus fuisse olim 93 a
radi super cadauere. ibid.
reconciliemur cum Deo quomodo 466 b
redempti quomodo simus 514 a
regio Iudæorum qualis 342 c
regiones capientes quibus sint morib. 54 d
regni Iudæorũ diuisio sub Roboamo 147 a
regi Babyloniorum septem reges fuisse subditos 422 b
reges oleo inungere fuisse moris. ibid. a
regula misericordiæ Dei, & beatæ uitæ cõsequendæ 180 c
reliquiæ Israel 82 c
requies pro morte 343 c
requisita, pro memoria digna 615 d
respicere nolentes suscepit Deus 566 b
resurgere quomodo oporteat 512 c
resurrectio Christi à morte, quid nobis contulerit 251 d. 252 a
resurrectionis nuncium cur Christus mulieribus priusquam discipulis suis patefecerit 269 a.b
resurrectionis spes apud pios, apud impios contemptus 530 d
retributionis dies quis 603 d
reuertendum quando 566 c
Rhinocururon siue Rhinocolura urbs ubi sita 269 d
Rhinocuritas recepisse Euangelium 204 c
Roboamo regnante decem tribus secesserũt à rege 91 b
Roboami regnum 147 a
robur regni, Babylonis nomen 447 b
Romanorum imperium terris subiectis multa bona attulit 30 d

S

Sabba regio & regina quæ 593 b
Sabaim qui populi 431 a
Sabaoth, quid significet 86 d
sabbata Christi & legis non eadem 557 b
sabbatizandum quomodo 555 c
sabbatismus spiritualis 580 c
sabbato quid licuerit & quid non licuerit agere 555 b.c
saccus, indumentum lugubre 339 a
sacerdotes Iudæorum officio suo nõ respondentes describuntur 560 b
sacrifici idolorum quales 158 a
sacrificiorum figmenta in baiulandis deorũ imaginibus 440 c
sacrificia Iudæorum, more Græco 627 d
sacrificijs qualibus Deus placetur 494 d. 555 c
sagittæ

Universidad de Deusto
Biblioteca




sagitta electa quis dicatur 463 a
sagittæ Dei complures 462 d
Salmanasar Assyrius Samariam occupat et Oseam capit 84 d. 87 b
Salmanasari bellum contra Samariam 128 a. 131 d. 174 c. 180 c. d. 186 a
salicis planta qualis 409 a
saluari omnes nult Deus 300 c
Samariæ captiuitas 114 d
Samaria à Salmanasaro capta 180 c. d
salutis iudicium quod 616 d
sancta quæ dicantur 547 b
sancta Dauid fidelia, interpretatur 547 a.
sanctè uiuere uolentibus quid faciendum 355 d
sanctus Israel, & Dominus unus, & idem 594 c
sanctus, sanctus, sanctus, qd significet 76 d
sanctus uere, solus Deus: ex cuius participatione etiam alij quidam sancti appellantur 468 d
sanctificaui, pro selegi & segregaui 157 a
sanctificare, quid 468 c
sanctificare nomen Dei 294 c. d
sanctuarium Dei, ecclesia 542 b
sapere per se uelle, & sibi uideri, malum 70 c
sapientiæ Dei uis incomprehẽsibilis 357 d
sapphiri quos denotent 541 a
Saron uel Saronas, locus in Iudæa qualis 321 a. b
Saraceni Arabes 162 a
Saracenorum plurima genera esse 179 c
Saracenos esse Agarenos 220 b
Sarsotha rex Aethiopum bellum infert Assyrijs 128 b
satanas & reliqui cum eo dæmones puniti per Christum 510 a
satanas quomodo animas hominum depræ detur 35 c
satanas quando potissimum hominem infestet 510 a. b
satanas quomodo spolietur 481 c. d
satanas regno suo pulsus per Christũ 307 d
satanæ ingenium & mores 483 d
satanæ morum descriptio 262 c. d
saturitas quid scripturæ significet 631 b
σαυκάδιαι quid sint 218 b
scindendi uestem mos Iudæis 338 d
scopus propositumq; Iudæorum & Phariſæorum quod fuerit 293 d
Scribarum apud Iudæos officium 122 d
Scribarum & Phariſæorum odium in Christum, post punitum est 503 d
Scribarum & Phariſæorum doctrina cui rei comparari possit 598 c. d
scriptura diuina, lata & ampla, ac tendens est ad pietatem 302 d
scriptura S. de uerbis parũ laborat 300 b
scripturæ sacræ consuetudo 183 d
scripturæ historias aliquando spiritualiter interpretandas & intelligẽdas 135 c. d
secundum nos, id est, nobis similis 89 d
Sedekiæ regnum in Iudæa 92 a. b
sedere in terra, quid significet 445 d
sedere pro imperare 448 c
sedere pro quiescere 450 b
semen benedictum qui sint 608 d
sempiternum pro diuturno 536 b
Sennacherimus è Iudæa reuersus adorat pa trarchum 345 d. 361 a
Sennacherim à filijs suis interfectus 346 d
Sennacherim bellum Iudææ infert 114 d. 115. per totum. 192 b. 335 a. b. c
Sennacherim impeditus bello à rege Aegypti Tharaca 340 d. conuiciatur Deo non impunè. ibid. b
senex senior in scripturis qs dicatur 42 d
seniores pro Leuitis 118 b. c
seniores qui intelliguntur 246 d
Seraphim, quid significet 76 b
sermo Dei qualis 373 b
serpentes dicti Oziæ & Ezechias, quomodo intelligendum 174 a. b
serui formam quis accipere dicatur 469 b
seruire Deo qui dicatur 403 c
sessio quid significet 201 d
si ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas propterea, interpretatur 180 d. 181 a
Sidon Tyri mater 233 b
Siloam quàm leuissimè fluere 99 d. 100 d
simile à mẽdico 281 c. d
simile à unitoribus 198 d
Sion quid significet 246 c
Sion pro ecclesia & eius filij 494 a. b
Sion pro ecclesia Christi 445 a
Sion pro ecclesia seu credẽtium grege 375 a. b
Sion mons, pro ecclesia Christi 200 d
Sioni filios non ex Israel solum, sed ex gentibus exorturos 479 c
Sijr mons Idumææ 221 c
Sirenes qui intelligantur 162 b
Sirenes quos significant 402 d
sirenas, quas propheta uocet 330 d
Sodomorum scelera 46 c
sol decem gradibus retroductus 348 a
solitudinis descriptio 330 d
Somnas, quæstor & custos ærarij quomodo punitus à Deo 229 d. 230 a
Somorrha, quæ & Samaria 87 d
sonitus uel tenuis, in desertis locis audibilis 162 b
Sophi Aegyptiorum 204 d. 205 a
Sophi Græcorum qui 419 a
Sorec, uitis 60 a
spina, in S. scriptura 60 b. c
spiritus Dei cognomina 139 a
spiritus iudicij item ardoris 57 c
spiritus pro quibus rebus sumatur in scriptura 260 d
spiritus sancti efficacia 408 b. c
spiritus S. corda nostra inhabitare 356 a
spirituum impiorum pœna 328 d
spirituales medici qui sint 258 d
splendoris sanctorum utilitas 576 a
sponso & sponsæ cur sancti comparentur 609 c. d
stellarum claritatis, eiusq; amissionis causa 166 d
Stephani interitus 561 c
sterilis cur dicta gentium ecclesia 533 c
sterilitas non noxia est 556 a
sterilitatis probrum apud Iudæos 55 b. c
Stæbæ quid 553 b. d
Struthionũ filiæ quos significent 402 d. 312 d. 313 a
stulti qui dicantur 548 a
stultitia prædicationis, quæ dicatur 548 a
stupere pro admirari 570 d
suffragiũ quid ppheticè intelligatur 574 d
sum. pro existo 454 d
super aspidem & basiliscum qui ambulant 254 d
superæ ciuitatis incolæ qui 324 b
superborum uitia 187 a
superbis Deus resistit 320 b
superbiæ morbus quàm noxius 320 c
suppliciorum commemoratio aliquando mendat inobedientem 450 d
sus animal impurum 224 a
sus quid significet 225 a
sylvæ quos significent 624 a
sylvis quæ comparet S. scriptura 574 d
syngrapha quid dicatur 114 b
Syrorum & Damascenorum odium adversus Hierusalem 187 a
Syrorum deuastatio 187 a

T

Tabernaculi Mosis in deserto constitutio designatio 473 b. 65 c
tauri qui dicantur 302 d. 303 a
taurum aut bouem significari uerbi divini ministerium 470 d
tentatione ingruente quales esse debeamus 556 d
terra arida quibus comparetur 169 a
terra domini pro ecclesia 582 a
terra γλυκάσια 577 c
terra habitabilis, pro Chaldæa 254 a
terra lugere, & terra iniqua quomodo dicatur 579 d
terra pro terrestribus 454 d
terra promissionis est opima 372 a. b
terra quæ commoda feminibus excipiebat & quæ minus 372 b
terra, qui intelliguntur 508 a
terra Sancta, est Iudæa 195 b
terra sanctorum quæ 575 a
terra sculptilium, quæ dicta 574 a
terra sculptilium Babylon 427 b
terræ fructus & germen Christus, quomodo intelligatur 332 c
terram uniuersam errasse ante Christi aduentum 574 c
terror eorũ quos hostes incursant 222 b. 190 b
Theman, interpretatur Auster 210 b
Thammuz festum 215 c
Thanatha, dux regis Assyriorum 344 a
Tharaca Aegypti rex bellũ Assyrijs infert 340 b
Thartha rex Aethiopum 344 a
Tharsis quæ, & quomodo in S. scriptura accipiatur 530 a
Thebani ab Assyrijs depopulati 84 d. 85 a
Theglaphalassarus Assyriorum rex contra lio invocatur à Achazo 84 d. 85 a
Theglaphalassarus uenit auxilio Achazo ipsum implorantí 174 b. 64 a
thesauri non prosunt iniquis 75 d
thronus Dei 576 d
Tiberiadẽ lacũ uocari mare Galilææ 138 d

uerberum facies 158 c
timor attérit animum 349 d
timor Dei semper est uia ad salutẽ 294 c
timore parus quis 547 b
terebinthus arbor 83 c
tollitur pro attollitur 528 b. c
torquebe Assyriorum 336 c
torquebe qui fuerint 188 b
tormentum pluuia auctorum uehementia tanta 458 b. c
totius orbis, pro multis gentibus 283 d
tranquillitas summa remissos facit 259 d
transformatio in nobis quomodo fiat 536 c
transmittimus diuersus 370 c
tuba & tuba magna 270 d
tuba canere, quid significet 416 c
tuba quid canere dicantur 270 c
Tyriorum finitimorum orientaliũ fortissima 232 b. 233 a. b. quondã Sidonis filia 233 b
Tyro insequendo iram Dei in se incitauerit 234 c
Tyri deuastatio per Nabuchodonosorum exercitum ex deuastatione 236 b
Tyrij, quis gens 37 b. c
Tyrij captiuitati dediti 233 d
Tyrij quomodo Nabuchodonosoro cessérint 234 a
Tyrus, & nudam ei ciuitatem relinquit 194 d
Tyrus cantis septuaginta Chaldæis subiecta fuerunt 236 b

V

Vltissimi homines, quibus rebus comparentur 248 a
vallis labor execrabilis 630 a
vallium cultores quid urent 208 d
vanus, siue diaboli, & uasa electionis, 480 d
varia uestium generum varia genera 436 d. 437 a
vastatus, iustis deditos quæ mala maneant 436 c
vastatus, utilitas cum Adonide & descensus Christi 195 d. 196 a
vastatum Adonidi celebratum 196
vastatus qui dicantur 419 a
vastatus quid præstet nobis 356 a. b
vastum Dei cur oportuit carnem induere 358 b
vastus, impudẽs quæstio

uerbum quomodo separatum sit 462 c
ueris effectus & pulchritudo 516 a. b
ueritas Dei quid dicatur 588 b
ueritatis interpretatio 256 b
uersari cum sanctis quibus illicitum fuerit 78 a
Vespasianus Iudæam debellat & Aegyptũ 203 b
Vespasiano ac Tito, dein Adriano Imp. & Antiocho Iudeam uastantibus, quàm miseranda rerum facies fuerit 83 a. b
uia Christus 402 a
uia plana & recta 49 d
uiæ & semitæ domini, quæ 255 a
uiæ Christi quales & Euangelij 429 d. 430 a
uictores in uictos misericordiam exerceãt, aliàs paria patiuntur 447 a
uictorum mores capta regione aut ciuitate aliqua 179 d
uictorum qui mores in bello 54 d
uidete pro intelligite 414 a
uillarum deserti nomina 382 a
uim æquo animo posse ferre, quid significet 577 a
uindemiantium mores 48 d
uinum quomodo succendat 65 d
uimolentiæ detestatio 71 b
uirga Aaronis florida 138 b
uirga ex radice Iesse 137 d. 138 a
uirga, signum est regni & aliarum rerum 138 a
uirga quid intelligatur 111 c
uirga quomodo Christus dicatur 138 b
uirgæ iuglandis efficacia 138 c
uirtutes esse multas, quarum matres sunt animæ Dei amantes 56 a
uirtutum optimarum demonstratio in quibus sita 575 d
uisitatio Dei qualis sit 211 d
uisitationis dies, quid 123 a
uita futuri seculi qualis 378 d
uita nostra mari similis 381 b. 385 b
uitam nostram debemus Christo 530 d
uitia idololatriæ affinia quæ 564 d
uitis Moab, pro Moabitis 183 d
uitulo qui intelligatur 143 c. d
uitulæ iugum non expertæ lasciuia 178 d
uiuere Deo quomodo deceat 530 d

uiuentes inculpatè quomodo Deus ornet, & quomodo sceleratos puniat 55 d
ultra terminos, paroemia 565 b
umbra mortis, quid 109 c
umbra solis retrogressa decem gradibus 348 a
unctio quæ dicatur 602 d
unctio quid designet 605 a
unguentum quid denotet 250 b. c
unicornis cornu cæteris animantibus horrẽdum 542 c
unius solius iusti causa Deum sæpe ignoscere uniuersæ ciuitati 588 b
unum omnes sumus in Christo 407 d
uocatis per Christum quantam misericordiam Deus exhibuerit 468 b
uocationis maxima differentia 538 a
uociferari quibus indecorum 63 b
uolare quomodo intelligatur 594 b
uoluptatum mala 66 b. c
uoluptatibus in fœdis quid cõtingat 580 b
uoluptuariorum quis finis 18 c
uox Dei sufficit cordatis hominibus 397 a
uox lætitiæ quid 459 c
uox pueri Dei siue Christi, quid 490 b
uoces & personas locis affingunt prophetæ 217 a
urbes bene munitæ quales sint 253 b
urbibus & ullis sæpe mulierum personam attribuit Scriptura 313 d
urſæ catulis orbatæ quomodo agitentur 586 c
ut plurimum quid significet 549 d
uuiradicum plantæ satio 199 c.
uulgi ingenium quale 337 a

X

Xerxis beneficentia in Iudæos 163 a

Y

Ἡσυχάζειν qui dicantur 36 d
ὑπερφέρειν, qui dicti 37 a

Z

Zabulonis situs 108. per totum.
Zacharias Ioan. Baptistæ pater præsciit aduentum Christi 354 c
zelus sanctorum laudandus & Deo gratus 341 d
zona, quale signum 142 b
Zorobabel, typus Christi 147 c. d
zythus, potus qualis 204 c. d


INDICIS IN HESAIAM COMMENTARIORVM FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CYRILLI OPERA

# CYRILLI, ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE, ENARRATIONVM SIVE COMMENTARIORVM IN HESAIAM PROPHETAM *Libri primi, Oratio prima: Laurentio Hunfredo Anglo interprete.*

*authore Damnato.*

Prefatio autoris.

OBSCVRA semper est sanctorum prophetarum oratio, & recondi tis sententijs referta, ac diuinorum mysteriorum prædictionē continet. Finis enim legis & prophetarū est Christus, quemadmodum scriptum est. Qui uerò hanc tam subtilem & ænigmaticam horum theorematum uim & amplitudinē explicaturi sunt: eos ego cùm historiæ accuratam rationem, tum spiritualis sensus accommodationem oculo mentis, idq; ualdè prudenter intueri oportere statuo, ut & his qui ea lecturi sunt undecunq; occurrat utilitas, & sententiæ eorum de quibus agitur explanatio plena sit, ut nihil desiderare uideatur. Equidem scio esse, qui superioribus tēporibus in hæc scripserunt, & prolixos de his sermones instituerunt. Et satis esse credo hoc etiam, ut occasionem ocij non iniustam præbeat alijs, persuadeatq; ut tacere malint, & ut ad ea quæ prius dixerunt alij, nihil dicant noui, sed idem dicant potius, ijsdemq; commentandi uestigijs insistant. Quod etiamsi usu quidem ueniat, tamen cùm nihil incommodi sit per consensum plurimorum, auditores in ueritate cōfirmari: etiam nunc ociū mihi excutiendum putaui, ratus sudorem & industriam in bonis studijs locatam ignauia præstabiliorem esse, ac laborare melius esse, quàm stertere: nec planè dissisus, quin aliquando possem aliquid nouum & uarium inuenire: quando quidem Deus hanc commentationum uiam rationemq; dilatat. scriptum est enim: Latum mandatum tuum uehementer.

Dilatatio.

Prophetauit igitur beatus Hesaias temporibus regni Ochoziæ, & Ioathami, Achazi & Ezechiæ. Age uerò tempora uniuscuiusq; memoria repetamus, & quo pacto quisq; uixerit, cursim & strictim dicamus. Perspiciemus enim hinc propheticum sermonem rebus gestis & temporibus ipsis accommodatum esse, & peropportunum. Ozias itaq;, qui & Ochozias dictus est, uir pius fuit, eoq; amplitudinis & potentiæ prouectus, ut gentes Iudææ finitimas subegerit, multis tributa imposuerit, ac sceptris suis subiecerit, urbes instaurarit, alias acceperit, finibusq; Iudaicæ terræ adiunxerit. Ad extremum uerò humanum quiddam passus est. Immoderata enim hac affluentia & gloriq; amplitudine uictus, altum quodammodo sapuit, morboq; superbiæ correptus, ipsi adeò diuinæ legi se opposuit, quippe qui sacerdotij diuini prærogatiua ornandum se ac coronandum existimarit. In templū enim Dei irrumpere, ac Deo suffitus ipsemet adolere, & quæ in lege erant præscripta, præter legem exequi molitus est. Eamq; ob causam lepra continuò percussus, euasit cōtemptissimus. Execrabilis enim secundum legem est, qui morbo leprę tenetur. Post succedit in regnum Oziæ, eius gnatus Ioathamus, homo quidem pius, ueruntamen excelsa non diruit, sed Israelitæ etiamnum sacrificarunt operibus suarum manuum, montes & colles occupantes, sub quercu & populo, & arbore umbrosa, quia bonum umbraculum, sicut ait Oseas. Defuncto authem Ioathamo, capessit sceptrum Achazus, uir execratissimus, à diuina religione abhorrēs, omniq; flagitiorū genere coopertus. Is templum ipsum Dei clausit, sacrificijs ex legis præscripto uniuersitatis Deum colere uetuit, festa Iudæorum pro more celebrata prohibuit, aris in omni loco Hierusalem erectis, manu condita adorare iussit, & cœlorum militiam uenerari: quin & liberos suos per ignem traduxit, id est, cremauit in sacrificium impuris dæmonibus, atq; ut summatim & semel dicam, in omni impietatis genere uolutatus est. Deinde secundum hunc regnauit Ezechias, uir pius & religiosus, æqui & boni administer, omnis boni sectator & diuinæ uoluntatis effector. Is omnia mandauit fieri & ualere, quæcunq; fuerant Achazi præuaricationibus contraria, ut qui templi fores aperuit, deiñ sacrificia & libationes constituit Deo offerendas, ut legalibus ministerijs honoraretur: etiam Paschæ legem longo tempore intermissam reuocandam curauit & renouandam: aras & manu condita excidit: ariolos & falsos uates, & incantamentorum turbam quasiq; greges sustulit: & uir bonus erat in conspectu Dei. Itaq; cùm uniuersitatis Deus, temporibus horū, quos iam diximus, nunc ad iram exacueretur, Israele idololatriæ dedito: nunc, eo converso ad religionem, propter uirtutem & probitatem principis, ad placabilitatem emolliscere: hinc oratio huius prophetiæ mixta est, Israele uidelicet impiè agente, minas grauiter intendit: propter bonos autem sermonem promissionis inducit, passim redemptionis per Christum mentionem inijcit, aitq; subsequentibus temporibus à societate & contubernio Dei exterminandum Israelem, successuram uerò Gentium multitudinem, per fidem in Christo iustificatam. Quare mihi uidetur beatus propheta Hesaias, non sola prophetiæ

Oseæ 4

Universidad de Deusto
Biblioteca



gratia plurimũ exornatus, sed & decoribus Apo stoli. Est enim in hoc ipso propheta simul & Apostolus: & in hac scriptione sua habebit sermones, ab Euangelicę prædicationis splendore non abhorrentes.

## HESAIAE CAP. I.

VISIO, *quam uidit Hesaias filius Amos, quam uidit contra Iudæam, & contra Hierusalem in regno Oziæ & Ioathami, Achazi & Ezechiæ, qui regnarunt in Iudæa.*] Si quis dicat, sanctos prophetas non solam rerum futurarum cognitionem accepisse, illustrante hoc illis & in animos insonante sancto Spiritu, uerumetiam rerum ipsarum quandoq; spectatores extitisse: eum ego minimè errare posse arbitror. Itaq; beatus propheta Hesaias, mala quæ contra Iudæam temporibus insequentibus futura erãt, phalanges hostium terram uastantiũ, urbes deletas, domos incensas, & quæcunq; tandè iure belli fieri solent ab hostibus, mentis oculo contemplatus uidetur: ideoq; prophetiæ quasi procœmio scriptũ est: Visio quã uidit Hesaias filius Amos, contra Iudæam & contra Hierusalem. Opportunè sanè regũ tempora designat, ut appareat Deũ hæc uniuscuiusq; moribus accõmodatè per prophetam dicere.

AVDI *cœlum, & ausculta terra, quia Dominus loquutus est. Filios genui & euexi, ipsi autem repudiarunt me. Nouit bos possidentem, & asinus præsepe domini sui: at Israel me non nouit, populus me non intelligit.*] Quid hoc rei sit, quæ oratio, & quid significare uelit, operæpreciũ erit considerare. Obtestatur enim ueluti cœlum & terrã beatus propheta: quod dum facit, non impiè facit nec atheizat: imò nõ suos esse dicit sermones, sed Dei. Quo innuit omnino ea ad exitũ peruentura, & horum malorũ metu auditores percellit: nec eñ fieri potest, ut Deus falsum dicat: simulq; illud, ut ego quidem sentio, præmunit. Quoniã enim contra Iudæã & Hierusalem uaticinaturus est, & mala non dicenda, calamitatesq; nõ sanandas præmonstraturus: eos, ad quos hic sermo habetur, ita mirũ in modum flagraturos non ignorauit. Ideò Dominũ hæc loquutum ait: impiorũ furorem artificiosissimè reprimens, iniustasq; iras quasi retundens. Si etenim quasi sequester adhibetur, & minister, & sermones è supernis & à Deo quasi legatus annunciat: quis ei meritò succensere poterit? imò potius audax hoc facinus ex ira ebulliens, qui & in impiũ contra Deum qui loquutus est haberi debeat? Proin hinc & meritò sanè, cœlum & terrã contestatur. Mutationẽ enim facturus & trãsformationẽ Israelis, cùm Angelos cœlestes, tum ipsam terram uniuersam scire uult mores eius impios: ne quis eum esse afflictũ sine causa putet, uel populum dilectum & in sortem sibi deputatũ, in leusculis & uulgaribus criminibus deprehensum, propterea fuisse reiectũ: maximè quẽ olim summa ui ex Ægyptiorũ tyrannide uindicauit. Nam misertus est illius, ut & iniuria affecti præter æquũ & bonum, & ut præter nobilitatem & dignitatẽ tum patriam & auitã, tum suam, uiolẽta seruitute oppressi. Cumq; hi qui opprẽserant restitissent, grauiter puniti sunt, Deo illos omni genere supplicij mulctante. Itaq; ut Israelitarum assumptio insignis & illustris fuit: ita reiectionis modum non uult ignorari. Quòd si cui uidetur, ipsa elementa uocari hac prophetæ uoce: qui hoc ita considerat, nec ab eo quod est rationi & probabilitati consentaneũ, nec à sensu uerborum aberrabit. Redimebatur enim, uti dixi, ab Ægyptiaca impietate Israel. Cùm autem Pharao Dei nutui & uoluntati impiè resisteret ac diceret, Dominum non noui, & Israelem non dimittam: creatura à Domino suo contra inobedientes & rebelles est armata. E supernis enim & è cœlo plurima & conspicua signa facta sunt: pluuia item & in ipsa terra non sine admiratione. Cœlum enim demisit grandinem, terra produxit ranas, sicuti scriptum est: Et terra in sanguinem conuersa est: cinere uerò camini discurrente & dissipato, aeremq; corrumpente, ulcera & pustulæ efferuescentes omnium corporibus insederunt. Itaq; perinde quasi ipsamet elementa tantùm non frustra pro his qui liberati fuerunt laborassent: Audi, inquit, cœlum, & ausculta terra, quia Dominus loquutus est. Aliter etiam hæc explicari possunt. Israelitæ siquidem legis doctrina contempta, & salutaribus disciplinis neglectis, uno natura Deo derelicto, impuris dæmonijs cultum tribuerunt, in montibus atq; collibus & in syluosis uallibus incenderũt suffitum, & opera manuum suarum adorauerunt. Indignatus uerò propterea uniuersitatis Deus, & quidem iustissimè, dixit cuidam è sanctis prophetis: Surge & iudicare apud montes, & audiant colles iudicium Domini, & ualles fundamenta terræ, quia iudicium Domini aduersus populum suum, & cum Israele argumentis agetur. Nec; tamen ob hanc prophetæ uocem propterea dicimus, aduersus montes & colles iudicium Domino fuisse: at potius contra ipsam impietatem Israelis, quæ erat in montibus, & collibus, & lucis iudicio conflictabatur. Etenim reprehensus est, quòd haud mediocri se impietate fœdaris, illiceq; immundis dæmonibus aras atq; delubra extruxerit. Cùm ergo Israelitæ, obseruantia & reuerentia erga Deum posthabita, militiam cœli, Solem dico & Lunam adorarent, & sumpta ex terra materia, lignis, inquã, & lapidibus idola sibi quisq; pro arbitratu facerent: appositissimè eorum in istis impietatem subinnuit, & uelut in argumentum & demonstrationem cœlum ac terram produxit in medium, inquiens: Audi cœlum, & ausculta terra, quia Dominus loquutus est. Iam & alio modo dicimus esse multos in cœlo patres, spirituales uidelicet: multos item in terra tam carnales, quàm spirituales. Omnibus autem his tum superis tum inferioribus honores exhibentur à liberis, potestati ipsorũ subditis: & impendio gaudent, honore affecti: nec est eorum quisquam qui non omnino intolerabile ducat, ingratis modis tractari



tractari à liberis. Hoc iam passus & sentiens uniuersitatis Deus, patres tam in cœlo, quàm in terra contestatur, dicens:

AVDI *cœlum, & ausculta terra, quia Dominus loquutus est. Filios genui & euexi, ipsi autem repudiarunt me.*] Receptus enim per gratiam Israel, & misericordia filiorum dignatus, à Deo genitus esse dicitur: dum uera ac spiritualis regeneratio in nobis per fidem, nempe in Christo consummatur. Geniti enim sumus ex aqua & spiritu. Maioribus quidem datus est spiritus seruitutis, quantumuis fuerit primogenitus, & dictus etiam populus: nobis autem Deus spiritum adoptionis filiorum & nomine & re tribuit. Quoniã enim, inquit, filij estis, emisit Deus spiritum filij sui in corda uestra, clamantem, Abba pater. Idcirco dicit: Genui filios, nec id modo, sed, Euexi; id est, enutriui: nam hoc aliorum interpretum expositio habet. Liberatus quippe Israel, non desertus ac destitutus auxilio deinceps fuit, non amoris diuini expers: utpote qui tanquam filius à patre uerè filiorum amante & indulgentissimo nutriebatur. Panẽ nanq; cœli, inquit, dedit illis, panem angelorum comedit homo. Quin & alio modo enutritus est, uegetationẽ ac robore spirituali, per sapientiam legis, & præcepta institutaq; prophetarum, quæ ad agnitionem ueritatis, nimirũ Christi, placidè ac mediter prouehunt. Scribit siquidem Paulus: Lex pædagogus noster factus est ad Christum. Atenim eum qui genuerat repudiauit. Et quis tandè huius repudij modus? Auersus est enim ut etiam coluerit eos qui natura dij non sunt, laborauitq; morbo alio magnæ cuiusdam effrenationis, ac quod his longè absurdius est, ne brutorum quidem animantium beneuolentiam quam illa erga dominos habent, est imitatus. Hinc ait:

NOVIT *bos possessorem, & asinus præsepe Domini sui: Israel autem me non nouit, & populus me non intelligit.*] Nam si emat quis bouem, nouit se ad rei rusticæ munera planè commodissimũ, siue terrã arare uelit, siue in area triturare, & frumenti paleam excutere. Si uerò quis asinum coemat, naturæ etiam motu & impulsu uocatur ad obsequium, & pro his quæ facient in præsepibus subiectionem quali rependit & obedientiam. Onus baiulat uolens, & herilis laboris sit socius ac particeps. At hæc quidem ita se habent in his. Israel autem sapiens, in legis pædagogia initiatus, quo id quod è re est, intelligere posset, maiestatem Dei multis & admirabilibus signis edoctus, asinum & bouem à tergo sequitur, & à brutis mansuetudine & probitate superatus, herum ignorauit. Bene sanè illud dixit: Non nouit, non intelligit. Tametsi enim, ut dixi, gloriam & maiestatem Dei didicerat, tamen quòd in effrenatam quandam peruersitatem prolapsus est, propterea ei qui non nouerat, non dissimilis fuit. Quod nisi uerè esset, neutiquam dixisset ligno: Deus meus es tu. & lapidi: Tu genuisti me. Vnde & obstupuit, inquit, cœlum super hoc, & uehementer supra modũ inhorruit, dicit Dominus. Quia duo mala patrauit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ uiuentis, & foderunt sibi ipsis cisternas contritas, quæ nõ potuerũt aquam continere. Posset autem hoc Christo accommodari, ut dicat de illis: Israel uerò me non nouit, & populus me non intelligit. Siquidem per illum confecta est illa etiam antiqua redemptio. Et posita est lex ad tempus usq; correctionis, sicuti scriptũ est. Cùm autem umbra nullo modo nos iustificare poterat, illuxit nobis in carne unigena Dei sermo, ut fide ad ipsum accedentes iustificaret, & à morte atq; peccato liberaret. Veruntamen eum non nouit Israel, quantumuis apertè dicentem: Amen, amen dico uobis, qui sermonem meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam, & in iudicium non uenit, sed transit ex morte ad uitam. *Heb. 10* *Ioan. 5*

VAE *genti improbæ, populo uitijs onusto, semini malefico, filijs perditis. Dereliquistis dominum, & concitastis ad iracundiam sanctum Israelis.*] Repudij modo optimè iam exposito, & magnitudine brutæ eorum insulsitatis demonstrata: transfert statim orationem partim ad exclamationem, contra illos scilicet, partim ad ἐπίπληξιν ac territationem. Decet enim, opinor, imprimis personam prophetæ, tantùm non uociferari, & ex immenso zelo pietatis insurgere ac dicere: Væ genti improbæ, populo uitijs onusto, semini malefico, filijs perditis. Omnino autem qui omnium largitorem bonorum Deum repudiare uolunt, hi ut uitijs cõraminentur nunquam eluendis, grauibusq; atq; inexpiabilibus flagitijs onerentur, necesse est. Trahit enim semper quodammodo hæc repudiatio morbum defectionis & apostasiæ, demigratione in omne genus fœditatis. Hinc illud mox inducit: Dereliquistis Dominum. Semen porrò maleficum dicit, non quia essent aut fierent ex natura tales, sed quòd nati sunt ex patribus improbis si ij quoq; improbi, iuxta uocem Ioannis. Is enim scribis & pharisæis ad Baptismum pœnitentiæ accedentibus: Progenies, inquit, uiperarum. Primi nimirum illi ab initio patres, planè sancti extiterunt: qui uerò illos sequuti sunt, sceleratissimi fuerunt. Innutritos ergo patris moribus, & auitam sectantes impietatem, semen maleficum non immeritò nominauit. Dereliquerunt nanq; Dominum, & Sanctum Israelis, scilicet Christum concitare non destiterunt. Mysterium enim de illo non intellexerunt. itaq; in cumulo ac plenitudine suorũ peccatorum hæserunt. Quod etiam illis Christus dixit: Amen amen dico uobis, nisi credentis, quòd ego sum, in peccatis uestris moriemini. Onustus itaq; uitijs Israel, eo demum peruenit nequitiæ, ut pœnas eum luere fuerit æquissimum. Etenim expleuerunt & ipsi mensuram patrum suorum, iuxta uocem Seruatoris. Ad aliquod enim tempus & mensurã tulit Deus cõtemptum delinquentium: cùm autem ad plenitudinem & maturitatem peccati notam sibi & perspectam iam pertigerint, supplicium irrogat, ac pro analogia rationeq; delictorum inobedientes pœna *Matth. 3* *Ioan. 8*

afficit. Nimirum hanc mẽsuram cõspicatus A
Zach.5 propheta Zacharias, sustulit beatum angelum,
hæc mẽsura quæ egreditur: hic uerò ad illam,
hæc est iniquitas eorum qui sunt in uniuersa ter-
ra. Hæsit proinde Israel in peccato, quod dele-
ri deterię non poterit, nec emundari uoluit per
Christum: imò uerò etiam dereliquit eum, cùm
fidem quæ in illũ est non recipiendo, tum ad hæc
Ioan.19 dicendo: Tolle tolle, crucifige eum. &: Non ha-
bemus regem nisi Cæsarem.

QVID *percutiemini ultrà, addentes iniquitatem? Omne caput dolet, omne cor mœret: à pedibus ad caput usq; nihil est in eo sa-num. Vulnus, liuor, plaga tumens, nec est malagma quod apponas, non oleum, non ligaturæ.*] De uno uelut corpore Iudai
cę societatis, de paruis, inquam, & magnis & me-
diocri sorte præditis hominibus sermonem insti B
tuit. Caput uidetur dicere eum, qui regni præro-
gatiuis ornatus est: cor uerò, sacrosanctam & se-
lectam tribum, id est, leuiticam, ueluti lege erudi
Malach.2 tam, & curam totius corporis gerentem. Labia
enim sacerdotis, custodient iudicium, & legem
requirẽt ab ore ipsius. Pedes demum eos esse ait,
qui in postremis sunt, & qui tanquam infimam
in populo stationem obtinent. Proinde cùm ter-
ra Iudaica calamitates non ferendas sustinuisset,
depopulantibus eam nunc Babyloniis, nunc fi-
nitimis gentibus, & propter impietatem in Chri
stum, Romanorum manibus esset cõcremanda,
cùm eorũ etiam regnũ euertendum esset, (Alie-
nigenæ enim eos subegerunt) cumq; sacerdotij
munia apud eos cessarẽt, sacrificijs subuersis, tem C
plo sublato, non aris manentibus, non sacerdo-
tio, non declarationibus iuxta prophetę uocem,
hinc dicit: Quid percutiemini ultrà, addentes ini
quitatem. Inflictum est, inquit, uobis omne ge-
nus irę & supplicij à Deo, diras continuasq; alias
super alias pœnas deposcente: nihilo tamen mi-
nus contemptores estis, & alumni iniquitatis. Er
go quid percutiemini ultrà? quę nã ultionis men
sura uobis erit satis ad emendationem? In sum-
ma, quæ acerbitas, quæ calamitas inferri possit,
quæ iam non accidit? Omne caput dolet, omne
cor mœret, à pedibus ad caput usq;. Etenim qui
regia dignitate pollebãt, laboribus haud parum
afflictabantur, cum ad resistendum impressioni-
bus hostium pares non essent. Sacerdotes item D
dolore affecti afflictiq; sunt, abolito, uti dixeram,
sacrificio. Pedes quoq;, hoc est, extremi & homi-
nes infimi percutiebantur, tam hostili gladio cõ-
cisi, quàm fame & sterilitate domiti, & in summę
miseriæ discrimen adducti. Dicit itaq;, uulnus, li-
uor, plaga tumens, nec est malagma quod appo-
nas, non oleum, non alligaturæ. Quando scilicet
modicæ plagæ humanum corpus infestant, & u-
num tantummodo membrũ peruasit læsio, tunc
moderatæ curationes eorum qui rei medicæ gna
ri sunt, puta malagma, ligamenta, & olei inun-
ctio contentas partes ac rigidas resoluens, esse
poterunt usui. Cùm autem corpus totum corru-
ptum est, quod nam curationis genus proderit?
Superat enim omnem remediorum uim ac uirtu
tem artis, magnitudo morbi. Iraq; populus Iudai
cus iam consauciatus sanari non potest: & inue-
teratis morbis cùm laboret intolerabiliter, nec ul
lo modo ei succurri possit, omnino perijt. Vnde
& diuini prophetæ dixerunt: Curauimus Baby- Hier.4
lonem, non est sanata, deseruimus eam. Babylo-
ni siquidem Gentium urbi, hæc urbs licet sancta
dicta sit, propter impietatem in Christum maxi-
mè, & quia eam manu factis oppleuerunt, com-
parata est: utpote cùm à cõsuetudine institutoq;
Babyloniorum neutiquam recederet: quæ dicta
est etiam ciuitas sculptilium.

TERRA *uestra uasta est, urbes uestræ igni crematæ sunt, regionẽ uestram in conspectu uestro alieni comedunt. Et uastata est, euersa à populis alienis.*] Quod dictũ uidebat quodã-
modo obscurius, quàm dici oportuit, id planum
& apertum facit. Quid enim hoc significat, non
est malagma quod apponatur, non oleum, non
alligaturæ? Terram eorum uastatam esse candi-
dè & perspicuè interpretatur, dicitq; urbes incen
sas, in manuq; esse hostium atq; adeò alienigena-
rum, totamq; modò non à fundamentis excisam
esse. Sæpenumero quidem accidit, ut caperetur
Iudæa ab Assyrijs & Ægyptijs, Syris & Moabi-
tis, ab Idumæis & ab his qui Philistim seu Palæsti
ni uocant: at leuia pertulit, & in mala incidit tole
rabilia, & opitulante Deo ipsoq; uulnerante per-
cutientem, rursus emersit. Verũ post Seruatoris
crucem Vespasiano ac Tito eam populantibus
funditus est deleta. Tũc enim euenit, ut urbes in-
cenderentur, uniuersa etiam regio incolis uacua,
uastaq; redderetur, & in manum uictorũ recide-
ret, quodq; omnium miserrimũ est, in conspectu
ipsorũ, ipsis scilicet coràm spectantibus, atq; do-
lentibus terrã esse alijs subditam, & exesam quo-
dammodo atq; consumptam. Nam absentes au-
ribus haurire solum, dolorẽ afferret fortassis, at to
lerabilẽ: præsentes uerò intueri, nec tamen quie-
quam opis afferre posse, necessarijsq; quasi inge
miscere calamitatibus, intolerabilibus quidẽ est, Spectatio
& sanè quàm molestum. Quare nõ est nobis san- spectatio
ctus Israelis cõcitandus, ne in hostes tam aspecta spectatio
biles, quàm inaspectabiles incidamus, qui in fœ-
das perturbationes demergunt, & omne propu-
gnaculum mentis nostræ subuertunt, ut miseram
animã depascant quodammodo, omnesq; eius
fructus absumant, ita ut arida quasi, ac ignobilis
& senticosa terra reperiatur, cuius finis combu-
stio, secundum beati Pauli dictum.

DERELINQVETVR *filia Sion, ut casa in uinea, ut tu-gurium in horto cucumerũ, ut urbs obsessa.*] Miseratus res pro-
fectò. quî enim non sit lamentis & luctu dignas
Nam quæ filia quondã fuit, & tali uocatione or-
nata, quæ sic egit sub patre indulgẽtissimo Deo,
quæ misericordia & charitate eius ebria quodã-
modo facta est, nobilissima sorte ab eo corona-
ta, quæ hostes subiugauit, & innumerabili multi
tudine incolentiũ referta & cincta fuit, perbeata
illa quidem & percelebrata Sion, Hierusalem ui-
delicet: hæc, inquam, Derelinquetur, nempe de-
serta erit, & cùm robore corporis, tum incolis
suis nudata: & ita derelinquetur, ut casa in uinea,
ut tugurium in cucumerario, & ut urbs obsessa.
Qui uinearum enim custodijs præficiuntur, race
mis iam efflorescentibus ut in tuto ac securo sint,
plurimum adnituntur, & fures, qui decerpere uo
lunt, terrent, & ferarum genera arcent: quod e-
tiam factitare in more est, excubitoribus seu do-
minis cucumerariorum. Racemis uerò compor-
tatis & calcatis, & fructibus qui in cucumerarijs
sunt, ablatis, sedulitas custodientium in posterũ
remittitur, & illi, suis relictis umbraculis, liberam
irrumpendi potestatem faciunt quibuscunq;, qui
ibi allaborare porrò uoluerint. Tale quiddam &
in misera Sion fieri, propheticus nos sermo do-
cet. Dum enim adhuc fructus iusticiæ haberet,
secura munitione & custodia & omni eam mise- B
ricordia dignatus est Deus. Dixit enim: Ego erò
illi, ait Dominus, murus ignis circũclusus, & glo
ria ero in medio eius. Canit etiam beatus Dauid:
Ecce non dormitabit nec dormiet qui custodit
Israel. Quamdiu erat Israel, uinea Domini Sa-
baoth, obuallabatur & sepimento digna iudica-
batur. Peperit autẽ spinas, traditaq; est à Deo op
primentibus, inquit enim: Auferam sepem eius, Isai.5
& erit direptioni: & auferã maceriam eius, & erit
cõculcationi, & relinquam uineam meam, & nõ
putabitur, neq; fodietur. Fuisse etiam illam ab a-
pro syluestri depopulatam, & ab asino agresti
depastam, desertamq; à Deo uineam ac derelí- Isai.5
ctam, Seruator docet his uerbis: Hierusalem
Hierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas C
eos qui mittuntur ad te: quoties uolui congrega
re filios tuos, quemadmodum gallina congregat
pullos suos sub alis, & noluistis? Ecce relinqui- Matth.23
tur uobis domus uestra. Exclamauit & hoc antè
per uocem prophetæ, dicens: Dereliqui domum Ier.12
meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam
animam in manus inimicorum suorum. Facta est
hæreditas mea mihi, ut leo in sylua, edidit contra Hæreditas.
me uocem suam, propterea odi eam. Iosephus
item Iudaicę terrę mala tragicè amplificans, cùm
iam in proximo erat ut caperetur Hierusalẽ, com
memorat audiuisse in templo uocem sacerdotes,
uelut angelorum in eo clamantium: Migremus
hinc. Obsessa uerò urbe, modum effugij ab om-
nibus qui in ea erant, quæsitum fuisse, quî dubiũ D
id quidem esse potest? Hinc conijcere licet, quæ
Iudaicæ regionis mala fuerint. Nam obsessis ter
optabile uidetur, uel uitam conseruare: de domo
autẽ & facultatibus, uel etiam de ciuitate, nulla
illis omnino cura est. Sciendum præterea homi-
nis animam derelinqui à Deo multifariam: nisi
præscripta rectè exequatur, & Domini oraculis
ceruicem submittat, pietatisq; fructus pariat. Ete
nim si quis nostrũ ab initio probus fuerit, si nun-
cupatus filius aut filia Dei, si etiam Sion, hoc est,
specula extiterit, nimirum animo excelso & men
te purissima, mysteria intuente ac considerante:
si uerò deinde, quæ fas non est perpetrare, & san
ctum Israelis exacerbare cõspiciatur: ab ipso de-
seretur, ac uelut incusto dita uinea prodetur sata-



næ, tradetur carnis affectibus, omnibus præce- A
ptis uacuus, præclarisq; uitæ instituendæ ac con-
uersationis decoribus nudus, omnibus onustus
malis efficietur.

ET *nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, essemus ut Sodoma, essemus Gomorrhæ similes.*] Incẽsa regione pro-
pter impietatem in Christum, ita tamen reliquiæ
Israelis seruatæ sunt, miserante Deo, atq; hoc
quasi beneficium inter cætera eximium memó-
riæ patrum largiente. Nec enim prorsus interijt,
nec ab ipsis fundamentis conuulsus est, sed hæsit
in reliquijs. Nam ex illis extiterũt diuini discipu-
li, & quidem quotquot in Dominũ nostrum Ie-
sum Christum spem fidemq; coniecerũt: tum uo-
cabuntur extremis seculi temporibus & hi, qui
nondum crediderunt. Ad hæc fidem nobis faciet B
uerbum, quod ita habet: Quamobrem multos Osee 3
dies sedebũt filij Israelis, sine rege, sine principe,
sine sacrificio, sine ara, sine sacerdotio, sine decla
rationibus. Postea reuertentur filij Israel, & quæ-
rent Dominũ Deum suum, & Dauidem regem
suum, & stupebunt in Domino & in bonis eius,
postremis temporibus. Et alibi uniuersorum
Deus: Quid tibi, inquit, faciam Ephraim? Pro- Osee 11
tegam Israel? Quid tibi faciam? Vt Adamam
ponam te & ut Seboim. Conuersum est cor meũ
in idem, permouetur pœnitentia, non utar iræ
meæ furore, nõ relinquam ut deleatur Ephraim,
quippe ego Deus sum, non homo, in te sanctus.
Audin' quo pacto non pro iræ magnitudine se
contra eos facturum polliceatur, at denunciet
antè potius clementiam delinquentibus? ac in
paucis reliquijs Israelem remansurum? Quod
eodem etiam modo superiori memoria nobis o-
stendit. Erant enim Israelitæ incredituli in dese-
rto, cùm essent prope ipsum riuum Iordanis, iam
iamq; terrã promissionis possessuri, unde Deus:
Sic iurauí, inquit, in ira mea, si introibunt in re- Psal.94
quiem meam. Ceciderunt membra eorum in de-
serto: & omnes consumpti sunt præter Calebum
filium Iephone, & Iesum filium Naue, qui ingres-
si sunt unà cum populo nouo, & transierunt Ior-
danem, & à Deo sortem consequuti sunt. Figura
esse possunt & hi, reliquiarum Israelis, quæ per
obedientiã fidei in Christum seruatæ, traiectoq;
nobiscum sacrosancto Iordane, etiam regnum
cœlorum hæreditario accipient. Gratias itaq; a-
gens propheta, dicit: Nisi Dominus Sabaoth re-
liquisset nobis semen, essemus ut Sodoma, es-
semus Gomorrhæ similes. Nam quoniam idolis
seruiuit Israel, eoq; medio prophetas sustulit, ac ne
gauit Christum, imò potius principem uitæ, uita
priuauit: omnino totam gentem morte damna-
re, uniuersitatis Deum oportuerat. Cùm autem
sit suprà quàm dici potest bonus, residuum serua
uit, & pari conditione cum Sodomitis non fue-
runt, qui cum toto genere ac familia, cum ipsis
urbibus igni consumpti sunt. Si qui etiam uitio-
rum sordibus teneri, peccatoq; uix delebili cõta-
minari uolunt, his quoq; hoc idem accidet: qui-
bus à nobis dici potest non malè: An diuitias bo Rom.2

nitatis eius & tolerantiæ & lenitatis contemnis? ignorans bonitatem Dei ad pœnitentiam te inuitare? Sed pro duritia tua & corde resipiscere nescio, cumulas tibi ipse iram, in die iræ & repræsentationis iusti iudicij Dei. Omnes enim nos re præsentari oportet apud tribunal Christi, ut referat unusquisq; quę per corpus gessit, siue bonum siue malum.

AVDITE *uerbum Domini, principes Sodomæ, attende legem Dei populus Gomorrhæ. Quorsum mihi multitudo sacrificiorum uestrorum, dicit Dominus? Satur sum uictimis arietum, & adipem agnorum & sanguinem taurorum & hircorum nolo. Nolite uenire ad comparendum coram me. Quis enim exegit hæc de manibus uestris? Calcare atria mea, ne perrexeritis. Si obtuleritis similam, inane incensum, abominatio mihi est. Nouilunia uestra, sabbata, & diem magnum non fero: ieiunium, ocium, festa uestra, odit anima mea.* ] Cùm futurorum malorum comminatione satis perterruerit, & illis hæc omnino ac certissimè euentura, suo tempore, prænunciauerit, nisi meliora sapere, simulq; exequi, quæ fas & æquum postulant, uoluerint: commodè transfert sermonem, ostenditq; quod in rem est, ut meliora cogitare & sentire uelint, quo ab impendente pœna liberentur. Nam quia in Christum debacchati sunt Israelitæ, perierunt: & præterea dicimus, eos propter impietatem eorum qui præficiebantur docendi prouinciæ, cecidisse. Licet enim illum hæredem esse nouerint, interfecerunt tamen: nam eius uineam, sortem suam facere uoluerunt. Quòd autem stupidus Israel, principum malignitati obsecutus, à ipe in Christum deciderit, confirmat uniuersitatis Hier. 12 Deus uoce prophetarum loquens: Pastores multi corruperunt uineam meam, polluerunt hæreditatem meam, redegerunt partem meam desiderabilem in solitudinem inuiam, redacta est ad interitum pessimum. Et rursus: Quia pastores desipuerunt, & Dominum non exquisierunt, propterea grex non intellexit, & dispersi sunt. Verè enim desipuerunt pastores, & populo suo interitum accersiuerunt. An non decebat eos potius, utpote per legem ac prophetas Christi mysterium probè doctos, aliis uiam ad illi credendum patefacere? Atqui Seruator dicit, gloriam eos ab hominibus accepisse, gloriam uerò, quæ est à solo Deo, non quæsiuisse. Si enim Moy si credidissent, credidissent & illi. De illo enim is scripsit. Facti sunt igitur cæci, & duces cæcorum, itaq; præcipitati sunt, & in uoraginem exitij corruerunt. Quorsum ergo conatur propheta bonis eos monitis mutare? Quo melius sapiant, & Seruatoris dicto audientes sint. His uerò admonitionibus territationē quoq; utiliter admiscet: uarijs quodammodo pharmacis adhibitis, curans in illis hæc stultitiæ uulnera. Ideoq; dicit: Audite sermonem Domini principes Sodomæ, attende legē Dei populus Gomorrhę. Audis ne quomodo plebi & principibus ex amore simul & pio affectu uirgam inferat, & inobedientiæ morbo corruptos feriat? Vrbibus autem perditissimis & maxime impijs Hierusalem compa-

rat, ut multis coopertam uitijs, nec quicquam planè in se habentem, unde ueri simile esset posse eam minarum uim impetumq; effugere. Voluit enim uniuersitatis Deus urbes Sodomitanorum incendere, remq; cum Abrahamo com- Gen. 18
municauit. Cui ille: Nunquid perdes iustum cum impio? Et erit iustus perinde ut impius? Promisit autem Deus, si in Sodomis decem iusti inuenirentur, se ab ira desiturum. Atqui non sunt inuenti: itaq; dignas suis flagitijs pares pœnas dederunt. Talis quoq; fuit hæc Hierusalem Domini interfectrix, in qua magna erat iustorum hominum penuria. Nam cùm pro ea Hieremias Hier. 5
propheta supplicaret, dixit Deus: Circumcurrite in uijs Hierusalem, & uidete, & uocitate, perq; plateas eius conquirite, si quem comperietis uirum, qui ius faciat & fidem quærat. Et propitius ero illi, dicit Dominus. Quia ergo inquinata esset, & in scelerum sordibus multifariam uolutata, magnaq; laboraret sanctorum inopia: Sodomam uocat eam & Gomorrham, & cum populo tum principibus Sodomiticæ impuritatis labem aspergit. Quid enim ait? Audite uerbum Domini, principes Sodomorum, attende legem Dei populi Gomorrhę. Euigilate, inquit, parumper, & sapientissimi uerbis oculo mentis uestræ intento, Christi mysterium intelligite. Dixit quippe Moses: Prophetam excitabit uobis Deut. 18
Dominus Deus uester, ex fratribus uestris similem mei. Ipsum audietis in omnibus quæcunq; loquutus fuerit uobis. Audite igitur uerbum Domini, attendite legem Dei, id est, intelligite etiam ipsimet angelicorum oraculorum uim atq; energiam. Hoc Moses præcepit, pædagogus enim est ad Christum, & finis legalium oraculorum ad hoc mysterium de illo refertur. Vel legem Dei, reprehensionem dicit. Existimatis enim, inquit, uos pulchrè placere Deo, quòd typica & umbratica implere studeatis. Audite eum loquentem antiquam legem, uobisq; dicentem: Quorsum mihi multitudo sacrificiorum uestrorum, dicit Dominus? Satur sum. Nam si tanquam egenti offertis, iam ab officio recessistis, & à considerata uera; ratione aberrastis. Omnino enim nihil deest ei naturæ, quæ complet omnia, quia eius sunt omnia, & ab ea alijs suppeditatur. Quid enim habes, quod non ac- 1. Cor. 4
cepisti? Id enim meritò dici poterit creaturæ. Facstidio enim nunc, inquit, & satur sum: nec cupirem ab illis sacrificia amplius. Quid? dic mihi, ecquid proderit uniuersitatis Deo aries sacrificatus? Ecquid proderit agnorum adeps? Et si taurorum & hircorum sanguis offeratur, quam uoluptatem ex istis caperet Deus? Quis exegit hæc de manibus uestris? Etsi enim Moses loquutus est de uictimis & hostijs: ea tamen cultus ratio antiquitus Deo minimè fuit accepta. Nimirum quia per figuram & umbram ad ueritatem pædagogia quadam perducere oportuit: hæc lege constituta sunt usq; ad tempus instaurationis, nec ita tamen constituta, quasi uerè Deo



grata. Necomnino & absolutè de sacrificijs legalibus est loquutus: at quia infirma mens erat eorum, qui pędagogiæ hisce rudimentis tunc instituebantur, per typum & umbram ad ueritatem quasi manu ducebantur. Sed aduentante tempore, quo ueritatis pulchritudinem oportebat enitescere, typus irritus est, umbra inutilis. Ideo ait: Calcare atria mea ne perrexeritis. Si obtuleritis similaginem, inane incensum est, abominatio mihi est. Nos enim fide in Christum illustrati, spirituales hostias Deo offerentes, sancta eius calcamus atria, nimirum ecclesias. Christus autē in ecclesijs Iudaici cultus ritum minimè recipit. Nam qui similaginem oleo maceratam & incensum cadens sub sensum offerre uolent, neutiquā admitterentur. Meminimus enim de eo loquutū esse Deum: Abominatio est mihi. Et nos quidem certè sacrosancta in Christo festa celebramus. At Iudæi à typicis significationibus non recedentes, in Neomenijs tubas inflant, diem feriatum putant esse sabbatum, & diem quæ magna dicitur, colunt. Ea uerò est festi, quod tabernaculorū fixio uocatur, dies extrema. Si etiā Deo ieiunēt, pugnis humiliter se uerberant. Quamobrem audiant ipsum dicentem: Festa uestra odit anima mea. Hæc autem dicit, quo à typis ad ueritatem traducat, persuadeatq; ut Christi oraculis ceruicē mentis supponant, ut nobiscum Euangelicè uersentur, & suauitate odorum sub intelligentiam eadentium Deum permulceant, quasiq; thymiama spirituale ei conficerent morum modestiam, charitatem, mutuū amorem, patientiam, temperantiā, & ante alia fidem. His hostijs placatur Deus, & Euangelicorū uaticiniorum uirtus his ornamentis coronat credentes.

SATIETAS *ac tædium uestri me cepit, non remittam amplius peccata uestra. Cùm manus expanderitis ad me, auertam oculos meos à uobis Et si preces multiplicaueritis, non exaudiam uos. Manus enim uestræ plenæ sunt sanguine.* ] Quæ res satietatem & nauseam pariunt, fastidiri debent, & omnino parui fiunt, imò in odium ueniunt. Siquidē Esa. 1.14
sapientissimus Salomon inquit: Tardè infer pedem tuum ad amicum tuum, ne fatur tui oderit Prou. 25
te. Dicit itaque uniuersitatis Deus Iudæis: Exaturatus sum exoleta umbra, uósque molestos mihi esse duco, si ingrediamini ad comparendum coram me. Auersor etiam solùm conspectum uestri, non remittam amplius peccata uestra. Olim enim Israelitæ cùm impiè desciuissent, ita ut uniuersitatis Deum in se exacerbassent, creaturam colendo, ipsaq; opera manuū suarum adorando: traditi sunt Babylonijs, & à Iudæa abducti sunt captiui, & in Persarum atq; Medorum finibus habitauerunt, acerbam ac non ferendam seruitutē subeuntes. Exacto demum septuagesimo anno, iterum misericors Deus commiseratus est. Siquidem ut in Zacharia scriptum est, preces supplices pro illis fudit beatus angelus, dicens: Domine omnipotens, quousq; tu nō misereberis Hierusalē & urbium Iuda, quas despicis? Hic annus Zach. 1.12
est septuagesimus. Et ad hæc Deus: Æmulatus sum Hierusalem & Sion, æmulatione magna & furore magno iratscor Gentibus quæ una conspirant. Pro eo quòd ego iratus sum parum, ipsi una conspirarunt ad mala. Itaque tum remisit peccata uestra. Liberatus enim est & denuo in suam ipsorum terram reductus. Post crucifixionem denique Seruatoris, non amplius se peccata remissurum denunciat, propterea quod in illi perseuerarent longo tempore, quo quidem interuallo manserunt, iræ eius furori & ictui obnoxij. Quòd tamen nouissimis temporibus misericordiam consequerentur, gratia in Christum nobiscum iustificati, sacræ literæ prædicant: sed, ut dixi, longè diutius quàm antè, iræ tempus durauit, idcirco dicit: Non amplius remittam peccata uestra. Addas autem si placet & aliud huic sententiæ. Israelitæ ex ueteri ritu institutoq; legis sacrificia obtulerunt, pro suis delictis, hœdo & agno mactatis. Et indulsit Christus, quippe cùm uetus etiam lex non inefficax fuerit ad opitulandum maioribus: desinebatur enim in ea Christi mysterium. Quando uerò apparuit Christus, eneruem esse oportebat deinceps legalē purificationem, utpote cùm iam adesset ueritas. Non ergo satis esse ad remissionem legis umbram, illis, Christi redemptionem non amplectentibus; docet, inquiens: Non remittam amplius peccata uestra. Veritate enim, inquit, nondum præsente, indulsi & concessi, ut typi iuuare possent peccatis implicitos, ipsius ueritatis reuerentia ac respectu etiam hoc faciens, qua præsente iam ac demōstrata, imbecillis figura est, & umbra parum efficax. Et non remittam amplius peccata uestra, sed si expanderitis manus, auertam oculos, & si preces multiplicaueritis, non suscipiam. Ergòne desiit esse humanus hic uniuersitatis opifex? Ergóne oblitus est misereri Deus? Nequaquam, inquit: Sum enim sum & humanus, & bonus, & misericors, tantùm non inuitus auertens oculos. Manus siquidem uestræ plenę sunt sanguine. Audis ne eum cæteris criminibus præteritis, cædis dicam impingere? tametsi pluribus eos uitijs implicatos esse deprehendimus. Nam audierunt: Væ genti improbæ, populo uitijs onusto, semini malefico, filijs perditis. Cùm uerò etiam prophetas trucidarunt, ipsiq; Christo omnium nostrūm Seruatori impias manus attulerunt: hinc & quidem iure optimo grauissimam accusationem & ad condemnandum satis capitalem illis intendit, dicens: Manus uestræ plenæ sunt sanguine. Auertit autem faciem Deus & Pater, quippe nō sustinens uidere manus homicidarū filij sui sanguine rubentes.

LAVATE, *mundi estote.* ] Peccatis in memoriam reuocatis, eos despondere animum non sinit sed gratiam ex bonitate & clementia profectā percō modè infert, nec fraudat eos beneficio, quòd per Christum omnibus per uniuersum terrarum orbem est propositum: Omnes enim declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Et obnoxius factus est mundus Deo, quia Gentes creaturam coluerunt,

runt, Israelitę legem sibi per Mosem datam uio- A larunt. Cęterùm Gentibus illuxit Christus, & ad mirabilem eius lucē uocatæ sunt, & qui non populus quondam, făcti sunt populus. Iudęi autem miseri in ipsum debacchati sunt, & principem uitæ neci dederunt impię, etiamsi rursus ut Deus reuixit. Quia uerò bonus est, & omnes homines seruari uult, & ad agnitionem ueritatis uenire, illisq; adeò uiã salutis patefacere: eos quoq; iubet peccata abiicere, iustificatos gratis & nõ ex operibus legis, imò magis per fidē & sacrum baptisma, ideoq; ait: Lauate, mundi estote. Quod uetus lex etiam illis per umbras figurauit, & gratiã per sacrum lauacrum antè prædicauit. Dixit enim alicubi Deus ad sacerdotem Mosem: Accipe Leuitas de medio filiorũ Israel, & purificabis B eos, & sic facies ipsis purificationem eorum. Aſperges eos aqua purificationis, & non ueniet nouacula super totum corpus eorum, & lauabũt uestes suas, ac mundi erunt. Dein cuiusmodi sit aqua purificationis, Paulus sapientissimus docebit, hisce uerbis: Si eñ sanguis hircorum & uitulorũ, & cinis iuuencæ perfundens coinquinatos, sanctificat ad carnis emundationem: quanto magis sanguis Christi? Quocirca carnalem quidem lex emundationem per aquã purificationis effecit: Christus autẽ per baptismum omnes sordes animi detergit. Baptizati enim sumus spiritu sancto & igne, qui excoquit omne uitij genus in nobis & colliquefacit quodammodo, & ut inutilẽ materiam quasiq; squisquilias absumit. Nam hoc C ignis opus est & propriũ. Planum facit hoc beatus Paulus, dicens: Per fidem admonitus oraculo Noe apparauit arcam in salutẽ domus suæ, in qua paucæ, hoc est, octo animæ conseruatę sunt in aqua: cuius figura baptismus, nunc seruat nos, qui non est carnis sordium depositio, sed conscientiæ bonę interrogatio in Deum. Quod Iudaicum populum facere monet, dicẽs: Lauate, mundi estote: hoc est, abluite maculã, iustificante uos ex clementia & benignitate, eo, qui apud uos contumelijs affectus est. Videmus etiam diuinum Petrum eos increpare, quòd uitæ principem interfecerint, & quòd homicidam, scilicet Barabbam sibi donari postulauerint. Is tamen etiam excitat ad pœnitentiam, ait enim: Et nunc D fratres, scio, uos per ignorantiam fecisse, sicut & principes uestri. Resipiscite igitur, & baptizetur unusquisque uestrũm, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & accipietis donum Spiritus sancti. Vobis enim sunt promissiones & filijs uestris.

Num. 8

Heb. 9

Heb. 11
1. Pet. 3

Act. 2

AMOVETE *iniquitates animarum uestrarum ab oculis meis, desistite ab iniquitatibus uestris.* ] Ad peccati nanq; ablutionem sufficit salutare & sacrum lauacrum, abstergitq; superiorum delictorum maculam. Qui uerò semel sanctificati sunt, eos animas suas quoad eius fieri potest, puras & illibatas seruare oportere ait, & memores esse eius qui dicit: Omni custodia serua cor tuum. Et rursus: Si spiritus dominantis ascenderit in te, *cor tuum ne dimittas, quia medela reprimet peccata multa. Voluptas enim magna quæ etiã cum turpitudine conjuncta est, hominis animã labefactat, imprimisque præ alijs lex in membris carnis insita & effigurata: ad hæc, prauæ cogitationes in omne uitiorum genus mentem nostram planè demergentes. Baptizatos igitur oportet ab illiusmodi cælestibus omnibus desistere: nec solùm ab his partibus quæ extant & in conspectu positæ sunt, sed & ab anima sua nequitiam remouere: maximè cùm uideat Deus & inspiciat omnia. Simulant etenim nonnunquam bonos, & probitatis opinionem aucupantur & quasi suffurantur, intus cùm sint lupi rapaces, secundum id quod scriptum est. De quibus omnibus arbitror uniuersitatis Deum uoce Hieremiæ dicere: Ore suo loquitur pacifica, & apud sese habet odium, quin & uoce Dauidis: Molliores sunt sermones eorum oleo, & ipsi sunt iacula. Imò quantumuis latere cupiant, qui habitat in cœlis irrideb it eos, & Dominus subsannabit. Nouit enim ille, nouit corda & renes. At qui uerè bonus est, ita erit & apud Deum & apud homines: & ut dicit Paulus: Prouidentes bona non solùm coram Domino, sed & coram hominibus. Magnum itaque hoc est, iniquitates ab oculis Dei submouere. Qualis erat Nathanael, de quo Christus: Ecce uerè Israelita, in quo dolus non est. Desistite igitur, inquit, ab iniquitatibus uestris, id est, delinite committere peccatum quod uobiscum unà coalescit & inhæresc it, ad meliora cõr uestrum conuertite. Quòd si hæc Christus loquitur, Iudæos crimine arcessens: cogita quæ fecerint cum debacchantur in eum, laqueos ponerent, foueas foderent, cumq; modis omnibus ac totis uiribus omne genus immanitatis in eum machinarẽtur. Nunc etenim quosdã è suis discipulis subornant cum his qui uocantur Herodiani, ut interrogarent & dicerent, Licẽtne dare tributum Cæsari, an non? Nunc etiam iterum accedunt & inquiunt, An licet curare sabbato? ut accusarent eum. Audiant proinde dicentem: Amouete scelera uestra ab oculis meis, desistite ab iniquitatibus uestris.*

Prou. 4
Eccl. 10
Septuaginta

legunt mendose, pro, *Iudicium.*

Ioan. 8

DISCITE *benefacere, exquirite iudicium, oppressum liberate, patrocinamini pupillo, & uiduæ causas agite, adeste, & disputemus, dicit Dominus. Et si sint peccata uestra, ut purpura, quasi niuem inalbabo. Et si sint ut coccinum, uelut lanam inalbabo.* ] Imbecillitatem cultus legalis definiuit, cùm ait, Quorsum mihi multitudo sacrificiorum uestrorum, dicit dominus? Satur sum, ubi subintulit: Quis enim exegit hæc de manibus uestris? Commodè iam denuo Euangelicæ conuersationis dignitatem & quasi elegantiam exponit, & sanctę uitę uiam ostendit uere, quæ non in typis porrò aut in umbris, sed ex rebus ipsis ornamentisq; uirtutum laudem habet & approbationem. Quid enim ait: Discite benefacere. Ergo, cedo, dixerit quispiam, eximit ne omnino à legis præcepto? Neque finit omnino ad illam per Mosem diuinitùs traditã respicere? Quî fit quòd postea dicat Christus: Ne putetis uenisse me ad solUendum

Isai. 1

Psal. 2

Matth. 5



uendum legem uel prophetas, non ueni ut solUam, sed ut impleam? Et quomodo etiam ait Paulus? Quare lex quidem sancta, & præceptum sanctum, & iustum, & bonum? Ad quæ nos rursum dicemus, bonam quidem esse legem, siquidem intelligatur spiritualiter: neque eximit nos omnino à lege Christus, imò magis deducit ad id quod excellẽtius est & præstãtius: cùm pædagogiam legis seu fundamentum in nobis præstruxerit, & umbras illas quasi typos ueri cultus tanquam progymnasma ac tyrocinium ueteribus præmonstrauerit. Illud ad hæc alij qui dicendum est: Lex Mosaica docet à uitio ac peccato abstinere, & commonstratrix est turpitudinis, Paulus ita que ait: Peccatũ non cognoui nisi per legem. Verum prædicatio Euangelij reddit nos omnis uirtutis studiosos. Idcirco meritò & propriè & uerè bonum reipsa dici potest. Nam illud, Non occides, non adulterabis, initiatos quidem deterret à peccato, non tamen quid perfectè bonum sit, ostendit, nimirum fratri non esse irascendum, non concupiscendum, nec ad uirtutis apicem & ornamentum perducit. Eximium quippe est, extrahere iram: admirabile est posse reuellere mali cupiditates, nec permittere, mentem ad tetræ & execratissimę cupiditatis principia euagari. Proinde uerè bona est disciplina Euangelij & Christianæ institutionis uirtus atque efficacia. Clamandum est igitur literæ amatoribus, Discite benefacere, exquirite iudicium, scilicet ut rectè iudicetis. Nam præter alias fœditates omnes, hoc C morbo laborabant, qui Iudaica synagoga docendi locum sortiti sunt, quòd rectè scilicet nusquam iudicarent, sed iniustè potius ferrent calculos, & munerum atq; donorum illecebra corrumperentur, uolentibusq; inferre injuriam, impio suo consilio suffragarentur, ut & propheta inquit: Duces eius propter munera iudicabant. Necessaria igitur præceptio est, etiam his, qui Euangelicè cupiunt uiuere, nec ad iusticiam inutilis, rectè iudicare, non in externis solùm rebus, sed in alijs etiam quæ ad animum & ad cor spectant: puta, cùm Deus uitium damnat, Satanas laudat: cum lex Seruatoris suadet, bonum esse amabile, ille trahit ad contrarium. Tunc in nobis mens ueluti iudex est & arbiter. Si quod bonum D est, probarit, eique superiores partes tribuat, tam exquisiuit iudicium. Sin uitio adiudicet uictoriam, discedit tum à rectè iudicando, iustéque iudiendo. Væ his qui dicunt malum bonum, & bonum malum: qui dicunt amarum dulce, & dulce amarum: qui uertunt tenebras in lucem, & lucem in tenebras. Gloria igitur & laus Euangelij est, rectè iudicare, & oppressos defendere. Hoc enim opinor, est, Liberate oppressum. Exercẽda est præterea sympathia quędã & ἀποφατικὴ, ut scilicet malorum sensu afficiamur, & nullam personarum rationem habeamus. Patrocinamini, inquit, pupillo, & uiduæ causam agite, & adeste, & disputemus, dicit Dominus, non quasi iudicio conflictantes cum Domino; iustificabitur enim omnino in sermonibus suis, & uincet cùm iudicabitur. Nemo est intiger sordium q; purus, sed neq; gloriabitur quisquam mundum se habere cor: at potius arguentes, & uelut apud seipsos probantes, sit ne magnitudo diuinæ magnificentiæ multa, & amplecten da. Sicut & nobis sapiens Paulus scribit: Non sunt afflictiones huius temporis pares futuræ gloriæ quæ reuelabitur in nos. Qui ergo à legis institutione & conuersatione ad Christianæ uitæ urbanitatem quasi & elegantiam per fidem quodammodo traducuntur: his appromittit remissionem eorum, in quibus iam antè offenderunt. Illa enim est nostræ spei introitus, & diuinæ erga nos clementiæ primitiæ, & ueluti ianua ac uia. Fidei autem gratiam cùm his qui ualde inquinati sunt, tum etiam paulùm morbo affectis, satis ad emundationem ualituram esse, fidem facit, dicens: Si sint peccata uestra ut purpura, uelut niuem inalbabo: & si sint ut coccinum, quasi lanam inalbabo. Nihil eñ difficulter eluitur, Deo detergente. Quemad modum & Paulus ait: Vbi abundauit peccatum, supra modum abundauit gratia. & rursus: Quis incusabit electos Dei? Deus est qui iustificat. quis est qui condemnat?

Fidei.

Rom. 5

ET *si nolueritis, & si audieritis, bona terræ comedetis. Si uerò nolueritis, & non audieritis me, gladius uos deuorabit. Os enim Domini loquutum est hæc.* ] Affatus est Israelitas uniuersitatis Deus, per sapientissimum Mosem: Ecce ego posui in conspectu tuo uiam uitæ & uiam mortis. Posita enim est nobis ad utrumque semita. Et fructus uoluntatum cuiusque ceu flosculorum est splendidè & legitimè, uel aliter etiam ac culpatè uiuere. Sed nec esse potest cuiquam dubium, quin hi qui probam & præclaram Deoque acceptissimam uiuunt uitam, semper ad uitam subuehantur: qui aurem uoluptatibus malis dediti sunt & addicti, exitum habent tendentem in exitium & interitum. Itaquè fructus obedientiæ erit, bona terræ comedere, quæ sanctis præparata est: cuius meminit etiam ipse Dominus noster Iesus Christus, in hanc sententiam: Beati mites, quia ipsi hæreditate accipient terram. Fructus autem malitiæ & uitæ flagitiosæ, est inutilis pœnitentia, & ex diuina ira gladius & interitus, ut dictum est, & quid non? Orationem uerò suam fide dignam esse demonstrat propheta, cùm mox infert: Os Domini loquutum est hæc. Cùm enim fieri non possit ut Deus mẽtiatur, manet enim semper idem quod est, nempe ueritas: an non ex necessario intelligendum ea quæ prænuncia ta sunt, certissimè ad finem esse peruentura? Quod quidem necessum est considerare, quia mirifice & insigniter prodest sermo propheticus, cùm animis perfectorum & maturorum, tum eorum etiam qui genuina germanáque fide nondum confirmantur. Cùm eñ posuerit uniuersitatis Deus in propensione inclinationeq; eorum qui hac pædagogia informati sunt, cùm bonũ eligere, tum à malis recedere: liquido ꝓbat retũ faciendarũ & fugiẽdarum

Deut. 30

Matth. 5

rum habenas cuique mortalium dedisse,ut ad id A
quod elegerit quis,libere ire posset. Cùm hoc ue
rum sit, uana nimirum & frigida futela est,con-
tendere ac dicere,naturale esse in homine malum,
Fatum. uel fortunam aut fatum aut natiuitatem clauum
rerum humanarum gubernare,& ad quod cuiq;
eorum placet, quoslibet pro suo arbitratu adige
re,ut uitiositatis aut uirtutis officio fungatur, nō
ad id uolūtario impulsu ac propensitate ingressi,
sed tanquam ineuitabili nutui subiugati & subdi
ti,necessitate dominantiū egrè ac difficulter im-
pulsi. Etenim si mala natura est, ac in substantia
inhæret,ut isti nugantur ac cōfirmant: quomodo
pro uniuscuiusq; uoluntate uel inualescit uel de-
bilitatur? Si em uellē bonus esse,nihilobstat quò
minus talis quoque uidear. Si item malus,nihil B
etiam impediet, quò minus ad id etiam delabar.
Vbi tandem Fortunæ & Fati uirtus? Et quæ est
illa natiuitas, quæ ulli hominum necessitatis iu-
gum imponit, si modò hoc cuiusque uolūtatem
sequatur,ut præstantes obedientiam,bona terræ
comedant? itemq; opus materiáque fiant gladij,
si per inobedientiam peruicaciamq; diuinis legi
bus aduersentur?

QVOMODO *facta est meretrix Sion,ciuitas fidelis,plena iudicij? in qua iustitia dormiuit,in ea nunc homicidæ.* ] Admi-
ratur quodāmodo Iudaicę synagogę adeo flacci
dā & lubricā mutationē, mutationē dico & trāsi
tum in deteriora, & ex melioribus in turpiora.
Ex Moysis siquidem lege, noticiam eius quod
utile est,docebatur:& cùm Dei sermonem quasi C
internuncium & tabellarium haberet, qui singu
la quæ agenda sunt referret & deportaret, illu-
stris ac spectatissima, & admiratione digna fuit,
ac percelebris apud quamplurimos homines,in
quibus iusticiæ fructus opulēter & affatim efflo
ruit,eratq; Christo accepta. Extiterunt enim in
ea Prophetæ ac sacerdotes, & qui iusticiæ mune
ribus fungebantur, multitudinis quoque præfe-
cti, iudicij tenaces & custodes fuerunt, legemq;
in lingua habuerunt, bonis commodisq; mori-
bus omnibus honestati & exornati. Ad extre-
mū uerò his tot ac tantis bonis,& antiqua adeò il
la probitate, quasi orbata, inconsideratē maluit
agere,& religionem ac reuerentiam erga Deum
amoremq; pro nihilo duxit atque contempsit. D
Siquidem ante Seruatoris nostri aduentum, co-
luit haud natura deos: unum autem & uerè Do-
minum fornicationibus in hoc repertis contu-
meliosē dehonestās,& tanquam prostituta quę-
piam ac proterua mulier multis uarijsq; modis
impia fuit, aliàs alijs adhærescens doctoribus,
qui ad quiduis Deo inuisum infestumq; adduce-
re nouerant. Accusat itaque illam uniuersitatis
Deus uoce Hieremiæ: Scis quæ fecit mihi do-
mus Israel: abierunt ad omnem montem excel-
sum:& sub omni ligno frondoso scortati sunt.Et
Hier. 3 rursus quasi ad illam: Si dimiserit quis uxorem
suam, eáque discedens ab eo, nubat uiro alteri,
num deinde unquam ad illam reuertetur? nónne polluta polluetur uxor? Tu autem scortata es
cum pastoribus multis, & reuersa es ad me,dicit
Dominus. Attolle oculos tuos,& uide,ubi non
conspurcata sis.In uijs ipsis consedisti, quasi tor-
nix solitaria:polluisti terram scortationibus tuis,
& malitia tua. Habuisti pastores multos in rui-
nam tibi ipsi. Facies meretricis facta est tibi,de-
puduisti ad omnes. Etenim uti dixeram,cultum
diuinum aspernata, in apostasiam conuersa est:
ac pastorib. doctoribusq; usa est, impuris spiritis
bus & idolorum cultoribus. Hæc ita ut dixi,fue-
runt ante Seruatoris aduentum Iudaicæ synago-
ge scelera. Postquam uerò in terris Christus efful
sit,apparuit enim nobis Deus Dominus, ut scri-
ptum est: non illum adhibuit præceptorem, sed
coluit potius doctrinas, mandata hominum: ac
bono pastore repudiato, qui ad omnia præcla-
rissima institutа perducere nouerat, scribis ac
pharisæis agglutinata est,& addicta. Hūc ad mo
dum scortata est, etiamsi lex & propheræ Chri-
sti mysterium ei prædicerent, & ipsum affuturū
temporibus suis prænunciarent. Quomodo igi-
tur,inquit,facta est meretrix ciuitas fidelis Sion,
plena iudicio? Perinde est ac si diceret: Quæ tot
ad intelligēdū occasiones accepit,imò uerò quæ
spiritualibus adiumentis abundauit: in defectio-
nem & apostasiam defluxit, olim fidelis & iusti-
ciæ operatrix? In qua, iusticia habitauit, & lex
conquieuit, (domicilium enim quoddam eius
fuit, his elementis primis erudita multitudo) nūc
in ea diuersantur homicidæ? Audisne eum,reli-
quis omnibus prætermissis, actionem cædis il-
lis intentare? Effuderūt namque in caput suum, Mat.26
preciosum Christi sanguinem, cùm Pilato dice-
rent: Sanguis eius super nos & super filios no-
stros. Quin & sanctos prophetas sustuleruntid Act.7
quod illis beatus Stephanus obiecit: Vos,inquit,
semper Spiritui sancto resistitis. Quē é Pro-
phetis non interfecerunt patres uestri & uos?

ARGENTVM *uestrum reprobum. Caupones tui miscent uinum aqua, principes tui inobedientes sunt, socij furum,diligen-
tes munera,consectantes præmium, pupillis non iudicant,& iudi-
cio uiduæ non attendunt.* ] Causas mutationis in deteri-
us planè enumerat ac perspicuè: & quemadmo-
dum peritissimus medicus quispiā ægrotis mor-
bi occasiones aperit: sic & ille cupiens omnes
homines saluos, atque ad agnitionem ueritatis D
peruenire,his qui ex imperitia ab honesto deco-
róque deflexerunt, causas afflictionum, & deli-
ctorum exponit. Reprobum enim,inquit, est ar-
gentum uestrum. Argentum uocat præcepta,
quæ apud ipsos inoleuerunt,non ingenua aut li-
beralia,sed omni potius detestatione referta, ac
quæ obesse non prodesse auditoribus poterant.
Solet nimirum scriptura diuinitus aspirata, Ca-
techeseos & primæ institutionis sermones, qui
apud populum subditum habētur, argentum ap
pellare. Et sanè Dominus noster Iesus Christus, Mat.25
simile esse dicit regnum cœlorum homini patri-
familiās,qui profecturus peregrè uocauit seruos
suos:& huic quidem dedit quinq; talenta,illi ue-
rò duo, unū alteri, quibus labore suo defunctis,
dignas



dignas laudes reddens: Euge,inquit,serue bone A
& fidelis:ei autem qui abscondit talentum,nihil-
que omnino labore acquisiuit: Serue, ait nequā
& piger,oportebat te mittere argētum meū men
sarijs,& ego reuersus meum cum fœnore recepis-
Psal. sem. Canit etiam beatus Dauid: Eloquia Domi-
ni, eloquia pura, argentum ignitum, probatum
terræ. Adulterinum itaq; & non probatum argē
tum fuit,quod apud Iudæos erat,id est, quæ à scri
bis ac pharisęis proficiscebatur oratio:qui caupo
nibus assimiles, aqua uinum permiscuerunt, id
est, legis interpretationem notham & insynceri
affinxerunt: & intexentes sua quædam placita,
achrigidos dilutosq; sensus interponentes, non
meram,ut ita dixerim, simplicem, ac puram, sed
cum deteriore mixtam legislatoris uolūtatis ex- B
plicationem reddiderunt. Adierunt nimirū Ser-
Mal.2 uatorem scribæ ac pharisæi aliquando, ac dixe-
runt: Quare discipuli tui transgrediuntur tradi-
tionem seniorum? Non enim lauāt manus suas,
cùm panem edunt. Quibus ille: Quare & uos,in-
quit,transgredimini præceptū Dei propter tradi
Mat.15 tionē uestram? Nam Deus dixit: Honora patrē
& matrem: & qui maledicit patri aut matri, mor
te moriatur. At uos dicitis: Si quis dixerit patri
uel matri, Dono,quod ex me proficiscitur, iuua-
beris, non est cur honoret patrem suum uel ma-
trem. Et irritum fecistis præceptum Dei propter
traditionē uestram. Vidésne in his uerbis manife
stum crimen Iudaicæ cauponationis? Dum em
suas ac proprias traditiones consectari uolunt,ir C
tas Dei leges fecerunt: fingentes ac simulan-
tes quidem eas se exposuisse,insulcientes tamen
traditiones rancidas ac frigidas. Insimulat porrò
principes,ut qui effrenatione quadam ac fastu la
borarunt,& sublata quasi ceruice obedire nolue
runt. Non enim fidem Christi admittere uolue-
runt,quantumuis lex passim suprà & infrà, ut a-
iunt, eius mysterium clamitaret, idq; innumeris
modis ostenderet. Siquidem & Dominus noster
Iesus Christus illis dixit: Putatisne me accusatu-
rum uos apud patrem? Est qui accusat uos, Mo-
ses,in quo uos fiduciam collocastis. Si enim cre-
didissetis Mosi, credidissetis & mihi: de me enim
ille scripsit. Præfracti itaq; erant,neq; legis uolun
tatem puram, simplicem genuinamq; interpreta D
tiuolebant populo, neque fidem per Mosem &
prophetas sanctos prædicatam colere, neq; ob-
temperare Christo dicenti: Venite ad me omnes
qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā uos.
imponite iugum meum uobis. Etenim quoniam
duri & inobedientes fuerunt, consortes furum
extiterunt: partim largientibus munera consen-
diendo: partim cum nefarijs consilijs, perditi si-
mul & furacissimi discipuli. Dominum nostrum
Iesum Christum prodētis,conspirando. Quin &
aliqui attenti fuerunt ad rem Iudæorum præfe-
cti,cuminum,anethum,& omne olus decuman-
tes,grauiora autem legis capita iudicium,miseri
cordiā,fidem prętermittentes. Nec em orphanis
iudicabant,neq; uiduis: sed expectātes magis ab
his qui afferre solēt, mercedē, iniustè oppressos,
impiè iudicio perfuderūt, & nonnunq; iniquissi-
mum in eos calculum ac sentētiam tulerūt. Ex eo
autem quòd iniustè iudicauerint,& fordidis prę-
dis inhiauerint, etiam in ipsum Christū sunt furio
sè debacchati. Vt enim solidas collationes mu-
nerum haberēt, uineæ Dominū non receperunt,
eam in suam propriè sortem seuocantes,quę ipsi
& quidem soli debebatur. Quamuis enim lex di
ceret: Innocētem ac iustum non occides: eum ta-
men insontem iustumq; interfecerunt.

IDCIRCO *ait hic dominator Dominus Sabaoth: Væ potē tibus Israel. Non cessabit enim furor meus contra hostes, & iudi-
cium de inimicis meis exercebo.* ] Causas cur perierit Hie
rusalem, refert in eos qui docendi partibus fun-
gebantur, & sanè meritò. Sequitur enim illos ut
plurimum uulgus quod ipsis subest: quemadmo
dum certè & pastores, qui subiectus est, grex. Si
enim ad pinguia illos & copiosa prędia deducāt,
habitiores euadent illi & benè saginati: sin in ter
ram salsam & spinarū altricem quasi & matrem,
inedia illos perdent ac periment. Item & in no-
bis ipsis uerum esse inueniemus. Nam interpre-
tationibus illis,quæ ad rectitudinem, uirtutem,
Deiq; noticiam inculpatam adducunt,mens eo-
rum qui initiantur & informantur, fœcundatur
quasi & pingueścit: consilijs uerò ad impietatem
uergētibus,ad rerum turpiorum desiderium aui-
ditatemq; quàm facillimè delabitur. Tale quid-
dam passi Israelitæ, scribarum ac pharisæorū tra-
ditionib. atq; doctrinis, miseri disperierunt. Non
enim sinebant eos ueram & seruatricem uiam
intendere, uiam inq; per fidem, quæ est in Domi
num nostrum Iesum Christum. Siquidem curato
eo, qui ab ortu cæcus erat, cum per totā Hieruśa-
lem diuini miraculi magnitudinem admirarentē,
cumq; is qui à morbo liberatus est, medicum prę
dicaret, diserte clamarūt hi, qui ad ueritatem eru- Ioan.9
dire ac informare debuissent: Tribue Deo glo-
riam, nos scimus hunc hominem peccatorē esse.
Testatur præterea quidam è sanctis Euāgelistis,
iam conuenisse scribas & pharisæos, ut qui illum
confiteretur esse Christum,à communione eccle
się segregaretur. Ita quidem certè, dum pudorem
ac reuerentiam, quam erga se ipsi habuerunt, sa-
luti suę imprudentissimè anteferrēt: omnino glo
riæ,quæ à Deo est, inanes expertesq; extiterunt.
Quod illis denunciauit Seruator: Quomodo po Ioan.5
testis credere, gloriam à uobis inuicē percipien-
tes,& gloriam,quæ à solo Deo est, non quæren-
tes? Est etiam alibi: Væ uobis scribæ & pharisæi Matt.23
hypocritæ, quoniam clauditis regnū cœlorum.
Scandalum igitur facti sunt populo: & cōtra ma-
iestatem Christi continuè pugnarunt. Hinc itaq;
dicit de illis: Væ potentibus. Non cessabit enim
furor meus contra hostes, & iudicium de inimi-
cis meis exercebo. Viden' quo pacto aduersarios
illos,& quidem hostes appellet? Et in illos ma
xímè diuinam iram incursuram ac sæuituram ait.
Par enim fuit,par fuit plecti grauius eos, & iudi-
cāti rationes reddere de aliorum interitu, quem
prohibere

Universidad de Deusto
Biblioteca



prohibere ac propulsare potuisse ipsos, uerisimile est: si & ipsi recte sapere, & cæteris omnibus callem eò perducentem monstrari uoluissent. Occlamauit & diuinus Ioannes ad pœnitentiæ
Matth. 3 baptisma accedentibus: Progenies uiperarum, quis monstrauit uobis, ut fugeretis à futura ira? Sumpta est ergo ultio à Deo de potentib. maximè præsidibus, id est, qui apud illos erant præpotentes, uidelicet principes: deleta ipsorum regione, & generosissimis Romanorũ copijs expositа.
Lucæ 23 Præsignificauit item illis hoc Seruator: Cùm uiderítis Hierusalẽ ab exercitu circunsessam, tunc dicetis montib. Operite nos: & collibus, Corruite in nos. Horrendum est igitur incidere in manum Dei uiuentis: non quia durus est & implacabilis, benignus est eñ potius & bonus: sed quia B
despicatui ac contemptui habitus, molestè fert, maximè quando ipsi nos gratuitis eius donis priuamus: etiam cùm liceat illis affatim frui, & circunfluere, modò legibus ab ipso latis parére, improbos ac impios rerum ad uitam pertinentium præceptores arcere in animũ induceremus: qui tũ fidei syncerítatẽ suis uerbis eneruare, qualicũ luxare nituntur: tum simpliciorũ animis, fuę peruersitatis uirus infundentes in grauia mala detorquent & auertunt.

ET *inducam manum meam tibi, & uram te ad purum putum: inobedientes autem perdam, constituam iudices tuos ut prius, & consiliarios tuos ut ab initio: post uerò ciuitas iusticiæ, metropolis fidelis, Sion uocabitur. In iudicio enim seruabitur captiuitas ipsius, & in misericordia: & conterentur iniqui ac peccatores simul, & C qui dereliquerunt Dominum, consumentur.* ] Inducit manũ Deus, ut pote ferientẽ. Is enim semper est gestus percutiẽtium. Quòd autem prorsus non erit abre & sine fructu hæc manus in eos inductio, hoc est, rerum aduersarum incursio, & tentatio: nec promiscuè omnibus hæc supplicia accident, sed quòd credentes cura & misericordia dignetur, & genuinis filijs seruatricem gratiam sit largiturus, clarè docet. Etenim Hierusalẽ olim Deo repugnans, cùm alienos deos colendo, multipliciter scortata fuisset: manum ei Deus induxit, & in belli calamitates tanquã in ignem quẽdam coniecit. Cúmque deinde Pater filium è cœlo nobis misisset, Seruatorem ac redemptorem, tumcũ in eum bacchata esset furiosè, eacũ ex impotenti pa D
traret amentia, nec desineret per inobedientiam insigni cõtumelia afficere eum, etiam, qui impiũ iustificat, & ab inueteratis flagitijs per fidem liberat: induxit ei manum deintegro, & uelut artifex quispiam igne discreuit: & probatissimum ac selectum genus credentium sibi reseruauit: adulterinum uerò & reiectitiũ exitio dedit, ac deleuit. Quemadmodum igitur qui igni, uel æs, uel argentum liquant, excoquunt materias: ita & ego, inquit, exuram te ad purum: quandoquidem scriptum est: Eluet Dominus sordes filiorum & filiarum Sion, & sanguinem è medio eorum expurgabit, spiritu iudicij & spiritu ardoris. Dictum est etiam à quodã è sanctis prophetis: Subitò uenietin templum suum Dominus, quem uos S
quæritis, & angelus fœderis, quem uos uultis. Ecce tanquam ignis uenit, dicit Dominus. Et quis sustinebit diem aduentus eius? Vel quis substetit in conspectu eius? Quia ipse uenit tanquam ignis fornacis, & tanquam herba lauantium, & sedebit conflans, uelut argentum & aurum. Aliter etiam nobis explicabit hoc sapiens Matthæus, loquens de Christo: Ego baptizo uos in aqua ad pœnitentiam: at qui me sequitur, fortior me est, cuius calceos non sum dignus portare. Ipse uos baptizabit Spiritu sancto & igne, uentilabrum in manu eius, & expurgabit aream suam, congregabitq; triticum suum in horreum, paleam autem comburet igne inextincto. Itaque triticum in horreum colligitur: infrugiferum uerò, id est, paleam, ignis fore escam dicit. Modum autem si quis scire cupiat, uerba proposita declarabunt. Mox enim inquit: Inobedientes perdam, & perdam omnes iniustos, omnésque superbos deprimam. Perijt siquidem Israelitarum antiqua multitudo, quæ in Christum admisit piaculum, & Redemptorem negauit. Exterminati quippe sunt omnes superbi, & qui iniquè uiuunt, Iudaicæ scilicet synagogę præfecti, & principes sacerdotum & pharisæi. Quî enim iniusti non sunt & arrogantes, qui legis sanctimoniam parui faciũt, cornu in sublime tollunt, & contra Deum iniquitatis sic loquuntur? Dixerunt enim: Tolle tolle, crucifige illum. Sublati deniq; sunt, quippe qui Iudæi erant, & ex Iudæis, & filij eius, quæ tum fuit, synagogæ, diuini discipuli. Quòd aũt fuerint patres fidelium, Paulum audi loquentem: In Christo eñ Iesu, per Euãgeliũ ego uos genui. Et iterum: Filioli, quos iterũ parturio, donec formeť Christus in uobis. Dein & alius è sanctis prophetis, de Seruatore omniũ nostrũ Christo, & sanctorum ipsius discipulorũ manifestatione, nobis ita cõmemorat, & inquit: Ecce rex iustus regnat, & principes cum iudicio prærunt. Nam Iudaicæ synagogæ proceres, & uitam coluerunt à lege alienissimam, & cum iudicio, id est, iustitia regere haud nouerũt. Cæterũ regnante in terris Christo,



Christo, & iusti & boni fuerunt diuini discipuli, A
cúmque iudicio præsederunt, quibus inauguratis, rursus ciuitas iusticiæ, & metropolis fidelis, Sion, id est, Ecclesia, est appellata. Quoniam autem non citra delectum, ut dixi, sed cum solicitudine & ratione, & iusticia, Dei excoctio siue exploratio habetur, quæ genus per fidem approbatum discernit planéque detegit. Porrò addit, & dicit: Quia cum iudicio seruabitur captiuitas eius, & cum misericordia, & atterentur iniqui & peccatores simul, ac derelinquentes Dominum delebuntur. Discretis enim generibus, ut dicebam, & eo, quæ credidit, approbato, altero autem grauiter impingente: electum quidem seruatum est, sed perijt, quicquid nefandum ac odiosum fuit, & uitæ dissolutiori deditum à primo lacte & incunabilis, quicquid impiè uixit, & Christum nihili fecit, qui saluum facere nouit, & maleficia remittere, ac gratia iustum efficere. B

QVAPROPTER *rubore suffundentur in idolis suis, quæ ipsi uoluerunt: & erubuerunt in hortis, quos concupiuerunt. Erit enim ueluti terebinthus, quæ abiecit folia, & ut hortus aquã non habens.* ] Dixi, propheticum sermonem genuinam in his uerbis causam afferre Iudæorum incuriationis. Genuinum enim fuit eorum crimen. Nam olim relicto uno & naturali Deo ac Redemptore, idola coluerunt, sacrificia militiæ cœli sacrificauerunt, operibus manuum suarum cultum detulerunt, nec mediocriter impietatem exercuerunt. Porrò etiam, cùm Deus Dominus C
apparuisset nobis, ut est in scripturis: negarunt & ipsum, ac nefariè in principem uitæ debacchati sunt. Itaque cognata & quasi germana fuerunt crimina: & huius amentiæ modus, priori fuit nõ absimilis: imò potius maior ac grauior est dementia. Tempore ante aduentum, hostium irruptionibus, ciuitatum conflagrationibus, domorum seuersionibus, crudelitate gladij puerorum occisionibus, & fœminarũ captiuitatibus mulctati sunt & puniti. Deo namque immittente, Persæ, Medi, Moabitæ, Idumæi & accolę gentes ista factitarunt. Cæterùm ubi, quemadmodum dixi, etiam in ipsum Christum impij fuerunt, in malis uersabantur, non minoribus aut leuioribus illis, quæ præcesserunt. Inciderunt enim in Romanum exercitum, qui uniuersam Iudæam funditus deleuit, cùm nemo, qui quidem posset eripere, & ab illa tam acerba calamitate liberare, subueniret. Idcireo dicit: Rubore suffundentur in idolis suis, quæ ipsi uoluerunt: & erubuerunt in hortis suis, quos concupierunt. Nemora siquidem occupantes & colles, deinde idola prominentibus arboribus obtegentes, atque aras erigentes, falsõ cognominatos deos, seruatores appellabant, & in ipsis manuum suarum operibus spem omnem locabant, posse, inquam, se, inimicis superiores esse, & aduersantes facilè expugnare. Postquam uerò aduenissent hostes, & hostiliter fecissent, & opis inops destitutusq; à dijs suis extitisset Israel: in idolis suis pudefacti sunt. Illos D
namq; ante alios unà cum hortis lucisq; exustos conspexerunt, cum delubris ipsis & altaribus. Exciderunt igitur spe, quando deos suos pati cõspicarentur, tum denique uix intelligentes, illud uoce prophetæ dictum à Deo: Vbi sunt dij tui, quos ipse tibi fecisti? num surgent & seruabunt te afflictissimis temporibus tuis? Affecti ergo ignominia, in dijs suis quos expetiuerunt, & in hortis, erunt tãquam terebinthus abiectis folijs, & ut hortus aquam non habens: id est, nudi & despectissimi, & multum laborãtes sterilitate, mentis uidelicet & intelligentiæ, quæ in bonis actionibus cernitur. Terebinthus enim & alia species quæcunque arborum, quãdiu suis floribus densa est qualicũq; comata, sibi decoram gloriam retinet: amissis autem foliis, erit arida ac parum formosa, ac ueluti inhonorata. Hortus item, si fontes habeat, bene cultus est, & spissus est arboribus. fructuumq; ubertate multipharia luxuriat: siccus uerò & humore carens, omnino sterilescet fructuum inopia, imò & ipsarum quoque arborum. Inhonoratus igitur & fructuosus mansit Israel. Quis enim est uirtutis fructus, in idolorum cultoribus? Aut quid ni sit plenus omni dedecore & contemptione, qui deserit unum & naturã Deum? qui dicit ligno: Pater meus es tu. & lapidi: Tu me genuisti? Præterea alio modo uelut terebinthus erit abiectis foliis, Israel. Nam ante Seruatoris aduentum, dum legis umbram retinerent, instar arborum erant, quæ fructum non habent, foliis tamen proiectis & propagatis egregiè efflorescunt. Cùm deinde offendissent Christum: ipsam etiam umbræ obseruationem abiecerunt. Nec enim ultrà obseruant legis sacrificia, nec sanè legalibus ornamentis insigniuntur: sed uix antiqua instituta tenent, & infrugiferi sunt, spoliatique honoribus, & iure quidem optimo. Interfecerunt enim principem uitę, quem Deus, Act. 2
solutis doloribus mortis grauissimis, excitauit è mortuis, quãdoquidem possibile non erat illum ab ea teneri.

ET *erit fortitudo eorum uelut culmus stupæ, & opus eorum uelut scintillæ ignis, & comburentur iniqui & peccatores simul, nec erit qui extinguat.* ] Sapienter dixit Salomon: Quisq; peccatorum suorum compedibus stringitur: & quidem uera est hæc oratio. Sua enim cuiq; nostrũm delicta perniciem creant & ex ira diuina pœnas conflabunt. Quod quidem passi sunt Israelitæ. Commentitios enim & falsõ nuncupatos deos sibi fabricauerunt, atq; in illis spem habuerunt, confisi se posse hostes deuincere. Cæterum hoc ipsum factum est illis tantùm non ignis & ligna. Propter hãc enim prauitatem, igni traditi sunt, & quidem igni inextincto, grauibus scilicet & continuis calamitatibus, nullo ferente suppetias. Id quod nobis perspicuum facit, inquiens: Et erit fortitudo eorum, tãquam culmus stupeus, & eorum opera uelut scintillæ ignis. Quod sperabant sibi fore præsidium & firmamentum, erit tanquam culmus stupeus, id est, alimentum ignis & fomes incendij: atq; opera manuũ suarũ,

Universidad de Deusto
Biblioteca



quasi ignis scintillę in ipsos conflectę. Quapro A
pter iniqui comburentur & peccatores pariter.
Ideoq; commentandum non est, ut Deum post-
hac offendamus, eáue designemus imprudenter, quæ propemodum inuitum accendēt in nos eū, qui potest omnia. Hæc etenim opera nostra, & ignis erunt nobis, & fomentum ignis: quemádmodum profectò rectè ac præclarè facta, laudem, uitam, & gloriam rectè & emendatè uiuentibus conciliare uidemus.

# LIBRI PRIMI, ORATIO SECVNDA.

## CAPVT II.

VERBVM à Domino factum ad Hesaiam, filium Amos, de Iudea & Hierusalem.] Similia & cognata superioribus sunt hæc quę proposita sunt, & pari quodammodo sententiarum tenore procedere uidebit, quisquis ad hanc rem intelligendā & considerādam paululùm modo animum mentemq; adhibeat. Facta sunt enim olim à Deo uerba ad diuinum prophetam de Iudea & de Hierusalem. Videtur autem nec magnam sanè nec admodū dilucidam uisionis interpretationem adhibere, quam dicturus est de Iudæa & de Hierusalē. Nos uerò quoad eius fieri potest, ipsam uisionis uim explicabimus, uelutiq; paucis ac compendio reficabimus. Quoniam enim partim sensibilis Iudeæ & Hierusalem profligationem, partim eius quæ in Christo est & intelligibilis demonstrationem & partefactionem in mūdo, instituit dicere: hæc de causa, non super Iudea, nec contra Hierusalem, sed de Hierusalem se uidisse dicit uisionē. Sensibilē Iudęam & Hierusalem dicimus, regionem ipsam in qua habitauit Israel, & ipsum Iudaicæ synagogæ consessum. Intelligibilē rursus Hierusalem siue Iudææ, statuimus esse ecclesiam, seu eam quæ in spiritu est circuncisionem, id est, eos qui in Christo, non manibus factam, sed animi ac cordis circuncisionē habent. Quippe Iudæis clamauit è sanctis prophetis unus: Circuncidamini Deo, & circuncidetis cordis uestri obstinationē, uiri Iudæ & habitantes Hierusalem. Agnouit etiam D. Paulus Iudęum alterū, non ex carne, sed D
Rom 2 potius in spiritu. Sic enim scribit: Non enim manifestò Iudæus est, neque manifestò in carne circuncisio est: sed qui in occulto Iudæus est, & circuncisio cordis, in spiritu non in litera: cuius laus nō ex hominib. sed ex Deo. Diligēter itaq; obseruandū est qñ propheta cōtra sensibilē Hierusalē uel Iudææ uerba facit, quando item de ea quæ in Christo est & intelligibili, quæ etiam uere perfecta est & incontaminata. Iam uerò quid dicit?

ERIT in extremis diebus spectabilis mons Domini, & domus Dei super editis montibus, & extolletur supra colles, & uenient ad illum omnes gentes, & ambulabunt gentes multæ, & dicent: Adeste ascendamus in montem Domini & in domum Dei Iacob, & annunciabit nobis uiam suam, & ambulabimus in ea. Ex Sion enim egredietur lex, & uerbum Domini de Hierusalē.] Terminata est enim & absoluta uisio prophetę. Præcedentis autem prædictionis ultima clausula erat, quia pudore afficientur super idolis suis, quæ ipsi uoluerunt: & erubuerunt super hortis suis quos appetiuerunt. Quemadmodum uerò pudore affecti fuerint Israelitæ in idolis suis, abundè diximus. Iam uerò prophetia de illis commemorata, auspicatus propheta uicinam ordine & secundam uisionem, tempus designat, quo non in aliqua parte orbis terrarum, non in una regione & ciuitate diaboli imperium concidet in totum euulso cultu & prophano apparatu idolorum: sed ex omni loco sub cœlo ille morbus & immundorum dæmonum tyrannis eliminabitur. Erat autem hoc reformatum, mortalibus. In extremis diebus, id B
est, ultimis huius seculi temporibus quibus unigena Dei sermo factus caro genitus ex muliere, apparuit: quum intelligibilem Iudæam uel Hierusalem, hoc est ecclesiam, sibi ipsi repræsentaret ac sisteret, uirginem castam, non labem, non rugam aut eiusmodi quippiam habentem, sed potius sanctam & immaculatā, ita uti scriptum est. De ea uerò dicit: Quia erit in extremis dieb. spectabilis mons Domini, & domus Dei supra omnes montes. Legitur quidem Sion illa terrena Iudæorum in monte sita & ædificata: intelligi tamen potest hîc non crassè aut sensibiliter, at spiritualiter Ecclesia, quæ etiam monti comparatur. Etenim uerè est excelsa & illustris, & omnibus ubique notissima. Aliter etiam excelsa est, quo- C
niam terreni nihil sapit, at supra res terrenas est, & gloriam Dei, quatenus licet, animi oculis intuetur, & sublimibus admodum de Deo opinionibus gloriatur. Græcorum enim cohortes lectissimæ, etiamsi sapientiæ nomine ualde supercilium tollerent: creaturā tamen quasi deificant, mundiq; elementis uenerationem attribuunt. Terrenā siquidem habent mentem, & speculamenta humi repētia, & cor obtenebratum: cùm se dicerent esse sapientes, infatuati sunt, sicuti scri- Rom 1
ptum est. At Sion intelligibilis, Ecclesia scilicet, supra omnem creaturam & aspectabilem & inaspectabilem euolat, & ad ipsam adeò uniuersitatis naturam pertingit, (luce enim diuina plena est) illamq; agnoscit opificem artificemq; uniuersorum, illi atq; adeò soli potentiam in omnia tribuit, eáque ipsa gloria tanta Deum ac Christum Opt. Max. Regem coronat. Hinc igitur mons intelligibilis & domus Dei iure dici possit. Est & illustris, utpote supra colles eleuata, de qua meritò illud dici poterit, quod illustris exempli causa Seruatoris uoce dictum est: Non potest ci- Matth. 5
uitas abscondi supra montem posita. Sunt uerò plura alia quæ facillimè colligi possent: unde uidere est in scripturis diuinitus inspiratis, Hierusalem intelligibilis apicem, id est, Ecclesiæ celsitudinem, collibus & montibus comparari. Cæterùm ad sequentia ueniamus & hęc studiosis coarùm ad sequentia ueniamus & hęc studiosis coaceruāda relinquamus, siquidem id uoluerint: ac uideamus quid ut litatis mortalibus afferat, domum Dei hanc conspicuam esse ac spectabilem ubilibet



ubilibet omnibus, ita ut iam quodāmodo euecta A
supra collē, & in editis mōtibus collocata uideatur. Id uerò mox propheta abundè declarabit, dicens: Et uenient ad eum omnes gentes, & ambulabunt gentes multæ, ac dicent: Adeste, ascendamus in montem Domini & in domum Dei Iacob. Et annunciabit nobis uiam suam, & ambulabimus in ea. Atqui omnes gētes coactas fuisse, & per fidem in Ecclesiam confluxisse, longiori uerborum circuitu id demōstrare non erit opus: quin ipse rerum euentus ipsissimus erit ac uerus testis. Illud autem admirari operęprecium fuerit. Vocata est enim gentium multitudo, non per legis pædagogiam, non per sanctos prophetas, sed diuina potius & tacita quædam gratia, intelligenter irradians, & salutis per Christum ardo- B
rem desideriumq; instillans, eas congregauit. Specta enim quomodo nullo prædicante sibi inuicem acclament: Adeste & ascendamus in montem Domini, & in domum Dei Iacob. Et annunciabit nobis uiam suam, & ambulabimus in ea. Primùm ascendit, dein sic quærunt, ut uerbum Domini sibi annuncietur, & recipiunt se ituros uiam Domini, nimirum Euangelicum cursum, qui per fidem purgat, mundósque facit. Qui autem uiam Domini cupiunt discere, inuerati erroris condemnationem uidentur antè protestari ac profiteri. Alioqui non erit in nobis illa meliorum expetitio, nisi prius uetera prima damnantibus. Quis ergo illis erat mystagogus? C
quis dux & præco initiationis? Quis induxit agnitionem ueritatis? quis persuasit, ut prima existimarent ridicula, & ad posteriora accurrerent? An non uidelicet Deus? qui ut dixi illorum mentem & cor illustrauit, adduxitq; ut dicerent simul & sentirent: Ex Sion egredietur lex, & uerbum Domini de Hierusalem. Quod geminū sensum habet. Vel enim illud dicit, nos uerbum à domo Dei accepturos, & ibi natos, uerbum Dei cognituros: uel quòd lex relictura esset Sionem, & exitura ab ea, atq; uerbum Dei emigraturum ab Hierusalem. Postquam enim in Christum debachati sunt, & regnum eius negarunt, eos reliquit
Iohan 14 orphanos & orbos, illúdque dictum est per pro-
phetam: Et dixi, non pascam uos, moriens mo- D
riatur, & deficiens deficiat, & posthac edat quisque proximi sui carnes. Itaq; lex & uerbum Dei exiuit è Sion. Post Seruatoris enim crucem designata est uisio & prophetia: nec legem Dei neque uerbum habuerunt. Ideoq; diuinus Paulus
Rom 11 tantùm non desperans, & inemendabilem Iudæorum turbam conspicatus: Vobis, inquit, necesse erat loqui uerbum Domini, postquam aūt repulistis illud, & indignos uos facitis æterna uita, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus. Discę igitur, quo pacto in gratia Dei exultent gentes. Nam ex Sion & Hierusalem legem & uerbum Domini recessisse dicit, omninoq; ad ipsas emigrasse. Trāsiit enim gratia ab his, qui fidem uoluerunt reijcere, ad eos qui per fidem uocati sunt.

ET iudicabit inter gentes, & arguet populum frequentem, & concident gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces, & non sumet gens in gentem gladium, neque discent amplius bellum gerere.] Cùm prædixerit potentiam diaboli casuram & in nihilum abituram, idolorumq; fictionem irritam cassamq; futuram, exhortatione mutua sibi acclamantibus gentibus: Adeste & ascendamus in montem Domini, & in domum Dei Iacob, & annunciabit nobis uiam suam, & ambulemus in ea: tempus ob oculos auditorum constituit, quo ea quæ commemorata antè sunt, ad finem peruenient, & ex ipsa rerum constitutione & conditione facit clarissimum. Etenim olim cùm terra non esset uni iugo subdita, sed per ciuitates & regiones distingueretur gentes, & quęq; sigillatim suum haberet ducem: dissidium erat, & nulla hominum permixtio aut consociatio, sed pugnæ & bella ubiuis gentium perdentibus sese mutuò terræ habitatoribus, & semper alienas res diripientibus: & rapinam ac feritatem, contra quos quisque poterat, gloriam summam esse existimantibus. Nec igitur latam habitationem habuerunt, semper migrantes ad alteram, & ab ea quam occuparunt deturbati à potentioribus. Cæterùm quando uniuersorum Deus Romanorum sceptris orbem terrarum submisisset, & unum deinceps ubique regnum constitutum esset: bella cessarunt, pugna & dissensio conquieuerunt, iustícia obtinuit, atque æquitatis securitas: cùm nemo raperet, nemo iam popularetur, cùm non in ciuitates aut regiones incursiones facerent, nec inflāmari cupiditate diuitiarum præclarum ducerent. Nec id modò, sed & usus adeò armorum traditus est solis bellatoribus maximis & militarem ordinem tenentibus, ac regis quasi manui atque potestati subiectis. Deprehēsum est etiam & perspectum, arma gentium infirma fuisse, quæcunque Romani imperij iugo excusso, ciuitates & regiones crudeliter inuaderent. Non enim licuit illis in quos uellent, liberè grassari: obsistunt enim Romanorum arma, & ut feras cogunt conticescere, & suis uiribus, illos imbelles & parum masculos esse declarant. Præfinit itaque tempus, ut dixi, beatus propheta, gentium uocationis & conuersionis. Quod tandem? Quando, inquit, uniuersitatis Deus & Opt. Max. rex ac dominus gentes iudicabit, hoc est, iusticiam ac iudicium erga omnes gentes exercebit. Præualuit enim ut iam dixi, iniusticia, gentibus sua mutuò diripientibus, & omne genus immanitatis & auaritiæ inuehentibus. His uerò è medio sublatis, iusticia & iudicium à Deo sunt data: & arguebantur, ut dixi, gentes multæ Romanis armis deuictæ: adeò ut regi subditæ, nullos amplius impetus reformidarent. Eò denique tranquillitatis & simul felicitatis res eorū uenerunt, ut non iam bellicæ rei facultate & exercitatione indigerent, sed è medio amouerent & deponerent, ac lubentissimè in pacis officijs administrandis uersarentur, ac cū laboribus rusticis commutarent, reique agrariæ

curam susciperent. Hinc belli mutant instrumen A ta, ut gladius ad aratri usum adsumatur, lancea efficiatur falx, omninóque bellum dediscant, & præliari inter se supersedeant. Gentibus enim impetrante Christo, qui est pax, è medio submota est omnis dissensio & cõtentio & pugna, & omne genus cupiditatis: & sublata sunt, quæ ex bello oriuntur incommoda, & metus, qui inde nascitur: uoluit autem eius uoluntas, qui nobis dicit: Pacem meam do uobis.

ET nunc domus Iacob uenite, & ambulemus in luce Domini. Demisit enim populum suum domus Israel.] Grauiorum malorum uaticinijs abundè perterrefactos, non sinit desperatione collisos & contusos perire: at nolentibus resipiscere subinnuit, Deum fore propicium: & turpiora declinaturis, ac meliora expe B riturís, rursus salutis uiam pate facturum: nec mala se refricaturum, sed ipsos recepturum ad se, etiamsi plurima & non ferenda commiserant. Affabrè enim reprehensionibus innectens consolationem, dicit: Et nunc domus Iacob uenite, ambulemus in lumine Domini. Arbitor uerò prophetam in hac exhortatoria oratione quã adhibet, horrari Israelitas, ut dicenti Christo auscultent: Quam diu lucem habetis, ambulate in luce, ne tenebræ uos comprehendant. Ipse siquidem est lux. Idcirco dixit aperte: Ego sum lux mũdi. Qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lucem uitæ. Lux autem Domini, & iure optimo dici potest ipsius prædicatio, id est, Euangelica. Perinde est ac si dicat, utiuamus piè, Euan- C gelicæ reipubl. splendorem colamus, finem typicis rebus imponamus, umbrã dissoluamus, Mosaicas literas in ueritatem transferamus, salutarem lucem recipiamus. At quum Iudæi patribus carnalibus gloriantes, supercilium erigerent, tanquam propter ipsos dilecti, & pars & sors locati Dei, & populus sanctus & selectus: dein nugarentur ac prorsus penitúsque se curari ac diligi à Deo crederẽt, quantumuis multa illi inuisa facitarent, quantumuis nihili putarent legem, quantumuis etiam eam dedecori contemptuíq; haberent, & Seruatoris aduentum, gratiam scilicet aduentus in carne, non reciperent: necessariò prophetam minimè sic affectũ esse uniuersorum Deũ demonstrat, inquiens: Dimisit enim populum D suum, domum Israel. Tale quid per alterum quoque prophetam dicit uniuersorum Deus, Iudæorum supercilium deprimens, & insultos illos esse coarguens: Etenim, inquit, concupierunt agros, & rapuerunt pupillos, & domos ui occuparunt, Mala. 3 & in Dominum se extulerunt, dicentes: Nónne Dominus in nobis est? Non inuadent nos mala. Idcirco nos, propter, Sion ut ager arabit, & Hierusalem ut pomarium erit, & mõs Domini tanq; saltus syluosus. Si non igit, inquit, unà nobiscum desideratus in luce domini ambulare, id est, si per Christum prædicationẽ reiscitis, & illustrationẽ ipsius auersemini, prorsus penitusq; & ipse suum populum dimittet. Et hoc est diserte quod dixit Matt. 23 illis Dominus noster Iesus Christus: Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas missos ad te: quoties uolui cõgregare filios tuos, quemadmodum congregat gallina pullos suos sub alis suis, & noluistis: Ecce relinquitur uobis domus uestra deserta. Quin & Hieremiæ uoce inquit, Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam.

QVONIAM repleta est ut ab initio regio illorum uaticinationibus ut terra alienigenarum, & filij alienigenæ nati sunt inter ipsos.] Apologiam quodammodo & nunc propheta instituit, & diuina iudicia defendit, causasq; reddit cur à Deo, domus Israel, populus ipsius seuero adeò iure deseratur: & delictorum Israelis tam ueterum quàm recentium meminit, eósque inimicos Dei esse arguit, & ualde crudeles & immites esse, & effrenato impetu tendere ad omnia, quæcunque in uitio sunt, contra etiam multum clamitat. Nam ante Seruatoris nostri aduentum, uerecundia erga Deum abiecta, & mandati per Mosem illis dati nulla ratione habita, multis nominibus rei peragebantur, atque in uniuersorum Seruatorem Christum ipsum, pessima quæque designabant. Nonnunquam igitur eorum erga legem contumaciæ crimen, & ob id supplicia, quibus iustè in eos inquisitum est exponit: bellum cum illis tunc gerentibus Persis, & Babyloníjs, Idumæis, Elamitis, alijsq; gentibus. Aliàs uerò furorem contra Christum obijcit, & quæcunque eam ob causam pati eos contigerat, Vespasiano & Tito cum globo & manu sua contra totam Iudæam belligerantibus. Proinde in præsentia commemorat nobis hic sermo, quæ fuerunt ante Christi aduentum Iudaicæ synagogæ delicta, eáque de causa relictam dicit, id est, à Deo populum suum inimicis traditũ, propterea quia prioribus uitijs denuo laborare maluerat, & denuo ad primam impietatem recurrere. Etenim in Ægypto indigenis & gentilitijs díjs seu dæmonibus seruierunt, dein per Mosem Deo commisserante redempti sunt, & animi iuxtà ac carnis seruitute liberati. Quemadmodum enim excussérant Ægyptiacæ tyrannidis iugum: sic & à dæmonum impia sæuitia eximebãtur, nec amplius, falsõ nominatis díjs seruierunt, sed lege potius per Mosem ad ueritatem instituti, unum & natura & uerè Deum agnouerunt: quoniã audiuerunt eum, & legem ferentem & dicentẽ in Chorcb: Non facies tibi idolum, nec omnĩ similitudinem quę in cœlo sursum, & quæ in terra deorsum, & quæ in aquis sub terra: non adorabis ea neq; seruies eis: Ego namq; sum Dñs Deus tuus. Quin & scriptũ est in Deuteron. Si uerò intraueris in terrã quam Dñs Deus dat tibi, non discres abominationes gentiũ illarum, non reperiet in te filium suum aut filiam suam lustrans igne, uati cinans uaticinia, & diuinãs, & auspex ueneficus, incantator, uentriloquus, & præstigiator, & sciscitans mortuos. Est enim abominatio Domino Deo tuo quisquis faciet hęc: perfectus eris coram Domino Deo tuo. Gentes enim illæ, quarum



quarum hæreditatem accipies, diuinationes & A uaticinationes audient. Tibi autem non sic dedit Dominus Deus tuus. Hæc quidem lex. Quia uerò illi leues & mobiles erãt, & ualde ad defectionem, scilicet à Deo procliues, aliud porrò fœdus Deut. 7 ante ferit, dicens: Si uerò introducat te Dominus Deus ad terram, ad quam proficiscéris, & si possederis, & eiecéris gentes magnas & robustas ante faciem tuam, (aliam atque aliam nominat) & tradiderit eas Dominus Deus tuus in manum tuam, eásque percusséris: delendo delebis eas, non feries cum eis fœdus, neque misereberis earum, neque affinitatem contrahes cum illis: filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam eius capies filio tuo: auertet enim filium tuum à me, & seruiet díjs alienís, & irascetur furore Deus uobis, B ac perdet te maturè. Omnibus enim modis de illis cauit Deus, ne prolaberentur, ac ut Sacra scriptura inquit: Legem ad subsidiũ dedit. Illi uerò præceptionum adeò uenerandarum cura abiecta, in consideratè conuersi sunt ad omnia præceptis contraria. Applicabant enim se diuinationibus, & falsis uaticinijs, & ab his qui idolis addicti erãt ac deuoti, futurorum noticiã quæsiuerunt: & uerè prophetas sanctos increpuerunt ac dixerunt: Isa. 30 Alia nobis loquimini, & annunciate nobis aliũ errorem. Fuit quoq; illis cum filiabus uicinarum gentium commercium, etiam cùm lex hoc interdixisset, cum mulieribus malis quas Deus odio habuit, & quæ idololatricis ritib. innutritæ erant, C præter legem cohabitarũt, liberorũ alienorũ exterunt patres, qui matrum quoq; more institutóque educati, legem Mosaicam, ut ita dicam, nescire quidem uideri uoluerunt. Itaq; impleta est, ut ab initio, regio eorum diuinationib. ut terra alienorum, & filij alienigenæ nati sunt illis. Erat autẽ absurdissimum & uerè turpissimum, ex alienigenis uxoribus natos filios, qui sanctam ciuitatem inhabitarunt, ad instar Græcorum extra legẽ uerfari ac uiuere. Quanquam etiam Deus constituerat omnem masculum octo dierum circunciden dum, & apertè diceret: Tribus & quatuor temporibus anni apparebit omne masculũ coram me: illi tamen istuc non fecerũt: sed eos qui nati sunt adduxerunt dæmonibus, & in phanis idolorum sacrificarunt. Vides eos omnino legem conculcasse. Deinde qui cõsentaneum erat, eos, qui postea eò impietatis peruenerũt, ut ne Redẽptorẽ quidem cognoscerẽt, ipsius populi nomine censeri? Sanctum est igitur in eos hoc iudicium, & auersionis non ignobilis aut infirma ratio. Non enim personarũ acceptator est uniuersorũ iudex.

IMPLETA est enim regio eorum argento & auro, nec erat numerus thesaurorum ipsorum: & repleta erat terra equis, & non erat numerus curruum ipsorum.] Duo iterum uitia fœ- Esa. 2 dissima, illis inesse ait, auaritiam & superbiam. Auaritiam omnium malorum radicem esse sapientissimus Paulus testatur perspicuè. Arrogantiam autem rem Deo odiosam & infestam esse, constat omnibus. Scriptum est enim: Dominus elatis resistit, humilibus uerò dat gratiam. Imò à quo tandem nequitię genere eos qui diuitiarum studio tenentur abesse uideas? Corradunt enim 1. Petr. 5 huiusmodi homines quęstum, corrogantq; pecunias, ex usuris & fœnoribus, ex cupiditate & iniustitia, ex rapina & calumnia. Adest & diuitijs insolentia, & ad prouentus & nefariarũ & execratissimarum uoluptatum magna procliuitas. Nam ubi deliciæ, illic omnino commessationes sunt: ebrietates, lustra, libidines, omneq; genus turpitudinis. Quis est porrò eorũ, qui sanè sapere solent, qui non oderit superbũ, infirmiores despuentem, altum supercilĩ tollentem, mendicitate pressos despicientẽ, uersari cum calamitosis non sustinentem, nec ad eos etiã qui in angustia sunt & laborib. accedentem: seq; puluerẽ esse ac cinerem ignorantẽ? Deus itaq; noster uirtutis amans, ludęos & non iniuria accusat, ut inexplebili animo ad rem, ad lucri studiũ attentos, ut equis baiulatos, ut gloriæ laqueis, & honorũ cõtentione irretitos. Tum equis plenã esse regionẽ eorũ affirmat, non quasi unus aut alter laboraret fastu, sed uelut tota ipsorũ regio hoc affectu morboq; caperetur, & per omnes hoc malum permearet. Quanq; taxat etiam, quòd in legem offenderint, neq; Deo obedire uoluerint, qui clarè dixerat: Si in terram, quã dat tibi Dominus Deus tuus, sorte ueneris, & hæreditate acceperis eam, & incoluerís, & dixeris: Præficiam mihi principem, sicut Deute. 7 & gentes quę circum me sunt: omnino cõstitues super te principẽ, quẽ elegerit Dominus Deus tuus. Dein de eo qui cõstitutus est dicit: Propterea non multiplicabit sibi equos, nec auertet populum in Ægyptum, ne multiplicet sibi equos. & ad hæc porrò: Argentum & aurum non coaceruabit sibi ipsi multum. Itaq; eos perstringit, ut qui diuitias accumularent, idq; insatiabiliter, & equitatum quoque sibi augerent. Attingit hic etiam, ut par erat, hæc reprehensio, maximè eos qui primas tenuerunt, ut qui præceptum uiolarent, quos etiam præ alijs consentaneum erat uideri, & diuina edicta colere, & transgredientes reprehendere.

ET impleta erat terra abominationibus operum manuum suarum, & incurauerunt se his quæ effinxerunt digiti ipsorum, & prostratus est homo, & deiectus est uir, & non dimittam illos.] D Vocat eos in crimen fornicationis, quę sub mentem cadit & intelligentiam, q̃ multis fictitijs, falsoq; nuncupatis díjs procubuerint: ostenditq; ad eam impietatis mensurã processisse, ut ad omnium malorum quasi culmen pertigerint, & ultimam moliti meditatiq; fuerint defectionẽ à Deo qui nutu sustentat omnia, eaq; facit & esse & subsistere. Videturq; quodammodo etiam indolere uehementer hominis naturam, extremè contumelia esse affectam. Honestauit enim uniuersorum Deus, suæ manus artificio hominem, nec uerbo cum alijs creaturis neglectius ille conditus est, uidelicet sic: Fiat firmamẽtum, & factum est sic: at accepto de terra puluere hominem effecit, ut à sapientissimo Mose dictum est, & factus est ad imaginem & similitudinem Dei, ac tanq;

Universidad de Deusto
Biblioteca



princeps quispiam terræ præfectus est, & porrò, A
Gen. 1 spiritu uitali ornatus. Instauit enim in faciem e-
Psal. 48 ius spiritum uitæ. Homo autem in honore cum
esset, nõ intellexit, ut scriptum est: Seruiuit enim
sculptilibus suis, ut prophetica habet oratio, pro-
strauerunt se illis quæ fecerunt digiti ipsorum:
Et incuruatus est homo, & deiectus est uir: quæ
iniuria & in Deum ipsum redundat, & in homi-
nis naturam. Cùm enim analogicè & rata quadã
proportione, ex pulchritudine creaturarum ea-
rum artificem perspicere potuissent (Inuisibilia
enim ex creatione mundi, per opera intellecta
perueniuntur, æterna scilicet eius potentia & diui
nitas) isthuc haud fecerunt, sed lapidibus uene-
rationem exhibentes, & ligno procumbentes
miseri, Dominum ac Deum natura, rerum uni- B
uersarum architectum offenderunt, nec intelle-
xerunt suam quoque propriam naturam, ita ut
æquum est, contumelioſè fuisse deformatam: si-
quidem homo, est lignis ac lapidibus præstan-
tior. Hinc meritò indignatus omniũ opifex ait:
Incuruatus est homo, deiectus est uir, & nequa-
quam illos dimittam. Vnde immutabilitatẽ iræ
ostendit, & duplici hoc nomine, ita uti par fuit,
contra illos ira commotus est: tum quòd diui-
nam maiestatem offenderint, tum quòd suam
quoque propriam naturam uilissimam contem-
ptissimamq; reddiderint. Impleri dicit abomi-
nationibus terram ipsorum: subinnuẽs non pau-
cos esse sed innumerabiles, qui huic apostasiæ ac
desertionis uitio fuerant obnoxij: nec cultum eo C
rum uniusmodi fuisse, at à singulis pro suo cuius-
que placito adorari, & multa idolorum exami-
na totam eorum terram compleuisse. Dictum
Hier. 2 est igitur uoce Hieremię: Secundum numerum
ciuitatum tuarum erant dij tui, & secundum nu
merum transituum Hierusalem constituistis al-
taria ad sacrificandum Baal. Est igitur flagitio-
sum & Deo intolerandum idolorum figmẽtum,
eorum inquam, quæ sensibus patent, & illorum
etiam quæ in mentem ac intelligentiam cadunt.
Deprædatur etenim Satanas hominum animas,
grauiter ac multipliciter, animo & cordis ido-
lorum figmentis interdum in peccata præcipi-
tans, atque in fœdas ac prodigiosas uoluptates
inducens.

ET *nunc intrate in petras, & abdimini in terram à facie timo*
*ris Domini, & à gloria fortitudinis eius, quando surrexerit ad per*
*cutiendam terram.* Oculi enim Domini sublimes, homo autem hu
milis, & deijcietur altitudo hominum, & extolletur Dominus
die illa. ] Idololatriæ dedita Hierusalem, imò to
ta ludæa errore seducta, & in ea omnia quę Deo,
uirtutis amanti, inuisa sunt, efferenatè prolaben-
te: Babylonicum bellum uniuersam quodam-
modo ludæam occupauit, ubi autem uicissent,
captos trucidarunt, mulierculas & liberos in suã
regionem abduxerunt, & dein loco captiuo
rum habuerunt. Expeditione autem hac denun-
ciata prius & imminente, tantus ludæos inuasit
metus, tanto dolore ac conflictatione agebã-
tur, ut in speluncis & montium fissuris abscon-

derentur, locosq; inaccessos capesserent. Quip- A
pe cùm omnis eorum manus propulsantis his
qui irruptionem fecerant par non esset. Proinde,
non quasi instantibus, sed potius uelut præsen-
tibus malis & in ipsa regione uersantibus, abscõ
di iubet, eósque qui adhuc uiuerent tantùm non
abdi, à timore Domini, & à gloria fortitudinis
eius: quando ad terram percutiẽdam, id est, con-
terendam, & conquassandam surrexerit. Atqui
excelsa esse, & supra omnes homines eminere
diuina consilia & cogitata, neminemq; morta-
lium illis resistere posse, planum atq; perspicuum
facit, cùm ait: Oculi enim Dei sublimes. Oculos
enim Domini hisce uerbis, uocat eius uelut pro-
spicientiam & consilia & in quaq; re iudicia. Ho
mines scilicet pusilli natura & mẽte cùm sint, pu
silla consultant, & humilia cogitant. Sed altus na
tura Deus uniuersorũ, & in omni re arcana qua-
dam præstantia elucens & apparẽs, consilium ha
bet inexpugnabile. Quis enim cõtra id quod ille
uult, uel consilium afferret uel subsidium, ad di-
uinorum consiliorum machinas subuertendas,
potens satis firmum? Hoc cognituros ait Iudæos
ersi olim non agnouerint, quando graue Babylo
niorum bellum eos impetet, quando omnis ma-
nus subsidiaria imbecillis erit & imbellis, cùm
consultatio, humanique consilij inuenta nihil
proficient: quibus illi quidem rati sunt calamita-
tes bellicas, confestim se posse effugere. Itaq; do-
cebit, inquit, experientia, humilẽ esse hominem
& deiectum: & deprimendã celsitatem hominũ,
extollendum uerò Dominum solum in die illa.
Nam ut modò dixi, cùm eorũ robur omne uelut
imbecillũ apparuerit, diuinæ potentię excellẽtia
& splendor in illis qui passi sunt & afflicti, maxi-
mè inclarescet. Miserrimum itaq; hoc est, & causa
omnium calamitatũ quę nobis accidunt. Nec ue
rò nostris uiribus nitendũ est, sed potentia Deo
tribuenda: & illum nobis amicum & adminicu-
latorem conciliare debemus, quando aliquod
graue malum nobis per peccatum offendenti-
bus infertur.

DIES *Domini Sabaoth, super omnem contumeliosum. super-*
*bum, & super omnem elatum, & tumidum, & deprimentur. Et su*
*per omnem cedrum Libani prælatam & erectam, & super omnem*
D *arborem quercus Basan, & super omnem montem editum, & su*
*per omnẽ collem celsum, & super omnẽ turrim excelsam, & super*
*omnem murum præcelsum, & super omnem nauim maris, & su*
*per omnem pulchrum nauigiorum aspectum: & deijcietur altitu*
*do hominum, & euehetur Dominus solus in die illa.* ] Belli
ipsum tempus, & iræ expletionem in illos, diem
appellat Domini: est enim hoc solenne, diuini-
tus aspiratæ scripturæ: quippe & ipsum Seruа-
toris nostri aduentus tempus, Dei appellatione
designat Dauid, dicens: Hęc dies quam fecit Do
minus, exultemus & lętemur in ea. Fore ideò di-
cit tempus iræ contra omnem contumeliosum
& superbum: contumelioſos, id est, ὑβριστὰς, uide
tur dicere, qui diuinam maiestatẽ conspurcãt, eo
quòd non sustineãt eam adorare, sed illis potius
diis affigãtur, quos ipsi cõmenti sunt: Superbos
ὑπερηφάνους,



qui diuinã legem contemnunt, & di A
uinitùs edicta pro nihilo ducunt, siquidem & bea
Psal. 10 tus Dauid ait: Superbi legẽ preuaricati sunt uehe
menter. Quoniam aũt cùm plures fuerant per lu-
dæam & Hierusalẽ, diuitijs cumulati affatim, &o-
pibus facultatibusq; haud mediocriter circũflue-
rent, cæteris præcellerent, & potentia septi ac mu
niti essent, illaq; suæ nobilitatis haud exigua men
sura exultarent, sublatiq; in altum, ueluti intume-
scerẽt, ideò in eos maximè hanc diuinã iram dicit
incursurã: statũ cuiusq; atq; gradum ænigmaticè
subinsinuãs. Confert etenim illos & cum Libani
Psal. 36 cedris: Vidi enim, inquit, impium erectũ & ela-
tum uelut cedros Libani: etiam & cum arboribus
quercus Basan, id est, quercubus quę sunt in Basa B
nitide terra. est aũt is locus in Iudæa, qui nunc Ba
sanæa uocatur, plantarũ nutrix optima, spissas &
bene proceras habẽs cedros. Confert etiã eos si-
militer cum collibus & montibus, & cũ turribus
& muris præaltis. Addit deinde eos cumulanda-
rum opum occasiones in regionem importauisse,
cùm dicit: Et super omnem nauim maris, & super
omnem aspectũ pulchrum nauigiorũ. Dupliciter
aũt hoc intelligitur. Cùm enim denunciaretur un
diq; bellum, & Babylonios aduentare diceretur,
spem in Deum figere destiterũt Israelitæ, & Ægy
ptios in præsidium adsciuerunt, Tyro, & accolis
gentibus mercede conductis. Omnes enim Tyrij
maritimi erant, & rei mercatoriæ periti, & naues
habebant magnificè extructas. Postquam autem
aduenit Babylonius, antequã terram Iudæorum C
uastaret, deprædatus est Tyrios. Igitur hisce uer-
bis uel hoc dicit propheticus nobis sermo: uel il-
lud fortassis: Plurimi reges Israel causa negocian-
di naues habuerunt, quę ex Iudæorum regione ac
terra merces exportarent, illis rursus ex alienis re
gionibus ac ciuitatibus aduecherent: ex quo factũ
est ut ingentes opes illis accreuerint: unde elatio-
res facti sunt cedris, quercubus, montibus & tur-
ribus non dissimiles. Quòd uerò conflandarum
opum occasio, id est, lucra quæ ex negociatione
& cõmutatione influunt, simul cum superbis pe-
riturа sint, luculenter denotat. Quòd etiam Israe-
litæ multos in subsidium conduxerint, non obscu
rum est, cùm Deus de illis per alterum prophetã
dicat: Et erat Ephraim columba amens, non ha- D
bens cor, Ægyptum inuocauit, & ad Assyrios a-
bijt. Et quum abierint, iniiciam illis rete meum,
uelut cœli uolucres confringam eos, rumore af-
flictionis suæ ipsos erudiens. Ineuitabile est igitur
Dei iudicium, contra quos fit. Nónne uerò impia
est imperitia, spe in Deum fracta ac debilitata ua-
nis & inconsideratis ratiunculis ludificari, & exi-
stimare, etiamsi seruare nolit ipse, alium quempiã
erepturum, & humani auxilij accessionẽ, eius nu-
tus ac uoluntates superaturam? Si, inquit, clause-
rit contra hominẽ, quis aperiet? Melius igitur est
sperare in Domino, quàm sperare in homine, iu-
xta uocem psalientis.

ET *manufacta abscondent, cùm intulerint in specus & in scissu*
*ras petrarum, & in rimas terræ à facie timoris Domini, & à gloria*

*fortitudinis eius, quando surgit ad percutiendum terram.* ] Ridi- A
culum ostendit ludæorum consilium: siquidem
deos occultant, & quos adorarunt, eos seruare fa
tagunt. Quin potius seruatores illos fore expecta
rent, sipote rectè deos esse norunt? Atqui sua ipsi
decreta damnantes, & ipsiusmet sibi eorum ad om
nia imbecillitatẽ præstantes, dijs succurrunt. Ab-
scondunt enim in speluncis & in scissuris saxorũ,
& in terræ foraminibus, ne hostes inueniant, &
unà cũ uictis captiuos quoq; deos asportent. Qui
ergo iam dij sint, qui suorum cultorum ope indi-
gent? Sed materia exanimis illa sunt, & ut inquit
Psal. 113 beatus Dauid: Idola gentium argentũ & aurum,
opera manuum hominum. Et sanè qui colunt ea,
simili cum illis stupiditate laborant. Ipsũ enim fa-
bri & opifices eorum cùm sint, humeris ea impo-
nunt, eunt, adorant, apprecantur, dicentes: Eripe
me, quia Deus meus es tu. Stercus igitur cor eo-
rum, & hallucinantur. Decet autem eos qui pie-
tatem colere solent, errantium stulticiæ ualedice-
Hier. 10 re, illudq; clamare: Dij qui cœlum & terram non
fecerunt, perdantur de terra, & de his quæ sub cœ
lo sunt. Nobis enim unus Deus pater, ex quo om
nia, & nos in ipsum, & unus Dominus Iesus Chri-
stus, per quem omnia, & nos per ipsum.

DIE *illa eijciet homo execranda idola sua, aurea quæ fecit,* πρὸς μὲ-
*ad procumbendum uanis rebus, & uespertilionibus, ut ingrediantur* τοικίας
*in cauernas solidæ petræ, & in scissuras petrarum à facie timo-* idolor.
*ris Domini, & à gloria fortitudinis eius, quando surrexerit ad per-*
*cutiendum terram.* ] Sequitur hanc clausulam in He-
braeo quod etiam adiectũ est interpretationi Se-
ptuaginta, ab Aquila: Quiescite uobis ab homi-
ne, cui spiritus in naribus est, quia in quo reputa-
tus est ipse? Quod falsò nuncupatos deos ab ipsis
factos abscondere uoluerint, nõ quia puduerit il-
lorũ, sed potius quòd materiã inutilem & imbellẽ
esse arguerint, manifestũ reddit cùm subiungit his
quę dixerat: Die illa eijciet homo abominationes
seu idola sua, quæ fecit ut adoraret, & uespertilio-
nes. Collocata enim in adytis, nempe in latibulo,
manufacta adorauerũt impiè, arbitrati nimirũ es-
se deos. Postquã uerò belli punctũ præsens uide-
rent, nullaq; auxilij, nulla misericordiæ cõsequen
dæ uia esset, & lapides ac ligna esse deprehẽderen
tur, & materia aurea & argentea, quos sospirato-
res & liberatores fore crediderũt: è tẽplis eiecerũt,
& in cauernis abdiderũt, magis ut parcerẽt mate-
riæ, quàm ut iam ceu deos colerẽt. Frustranẽũ aũt
& inutilẽ illis laborẽ esse in idolorũ effictione, o-
stendit dicens: Eijciet homo idola sua quæ fecit a-
dorandi causa, & illa & uespertiliones. Etenim suo-
rum deorũ extiterunt opifices, & artifices eorum
quibus se incuruarũt. Opis dein nihil inde perce-
perũt, fortassis etiã uespertilionib. quibus ædifica
rũt phana caruerũt. Semper autẽ eiusmodi uolati
lia siue animalcula in cæcis locis libenter habitãt,
& horrore & fœditate replẽt omnia. Eijciet itaq;
homo quæ fecit idola. Eijcit scilicet, ut ingredian
tur in foramina duræ petræ, & in scissuras petrarũ
à facie timoris Domini. Ecce quo pacto se unà
cum suis dijs conati fuerint sepelire, miseri? Cæ-

terùm uniuersorum Deum non uiderant talem esse. Non enim abscondebantur, cùm ex terra Ægyptiaca perfugerent, & insequeretur Pharao persequens. Perrupit enim mare, eduxit inenarrabili eos manu & potentia inexplicabili, & illi quidem conseruati sunt, perinde quasi aridam transirent: hic uerò stupidus Pharao præfocatus est cum toto exercitu. Item. Cùm Rabsaces Babyloniorum dux Hierusalem obsidione undique premeret, ac contra Deum deblateraret, diceretq; se totam Iudæam facilè deuicturum: non delituit Deus, nec petrarum rimas quæsiuit, nec rupturas montium: sed precatus est Ezechias dicens: Exaudi Domine, aspice Domine, uide sermones Rabsacis quem rex Assyriorum misit, ut in Deum uiuentem probra iaceret: statimq; Deum audiuit loquentem: Propugnabo ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid seruum meum. Et quæ nam tum fuit periclitantibus subueniendi ratio? Incredibilis sanè & à Deo digna. Egressus enim angelus Domini, ex castris Assyriorum centum octoginta quinque millia interemit. Quare pudore suffundantur qui adorant sculptilia, qui omnipotente Deo relicto, dijs seruiunt, quos apud se recondunt, ne ante ipsos pereant, ubi cupiditati hostium auaritiæq; fuerint expositi. Dicamus ergo secundum prophetæ Hieremiæ uocem: Solium gloriæ exaltatum, sanctificatio uestra, expectatio Hierusalem, omnes qui derelinquunt te, pudefiant: deficientes in terra scribantur, quia dereliquerunt fontem uitæ Dominum. Iam uerò si fas sit spiritualibus aliquid etiam spirituale dicere: Quicunque idola mentis suscipiunt, & phantasias ac notiones absurdas admittunt, sciant fore se nidos uespertilionum, hoc est, spirituum immundorum. Vnusquisq; enim tentatur, inquit, à propriis cupiditatibus tractus & inescatus, dein cupiditas postquam concepit, parit peccatum, consummatum progignit mortem. Repellenda sunt itaque principia malorum, & mentis idola, quæ per solas cogitationes incurrunt, propulsemus, scientes scriptum esse: Si spiritus dominantis ascenderit super te, locum tuum ne deseras: quia medela sedabit peccatum.

*Spiritualis sensus.*

*Iacobi 1*

## CAP. III.

ECCE *autem dominator Dominus Sabaoth auferet à Iudæa & ab Hierusalem robustum & robustam, robur panis & robur aquæ, gigantem & robustum, & principem, bellatorem & iudicem.*] Cùm fusè satis uetera eorum uitia exposuerit, opportunè rursus sermonem ad extremas eorum miserias traducit: quas in omnium nostrûm Seruatorem Christum impiè debacchati, meritò subiuerunt. Effusus est enim in illos furor Domini, idq; iustissimè. Sublatis etenim prophetis, & lapidatis legatis, ne ipsum quidem filium reueriti sunt, sed instar ferarum insultarunt, & ducem uitæ, quantum in ipsis erat, mor

A ti tradiderunt: Vinciamus, inquiunt, iustum, quia incommodus nobis est. Grauissima igitur illis ex bello euenerunt, & multis modis consumpti sunt, partim fame atque obsidione, & flamma atque ferro: partim fœminarum & puerorum captiuitatibus. Quòd etiam supernorum & diuinorum donorum amissione afflicti, & mentis, animiq; bonis orbati fuerint, docet his uerbis: Ecce dominator Dominus Sabaoth auferet à Iudæa & Hierusalem robustum & robustam. Loquitur autem nunc propheta, non de corporea fortitudine (est enim ineptum hoc, sic intelligere) sed de ea potius quæ sub intelligentiam uenit, quæ ad mentem & cor pertinet: qua rectè uirtutem exercere consueuimus, pugnat enim B caro contra spiritum, & spiritus contra carnem: hæc nanque dissident inter se, & plurimæ mundanæ ac immundæ uoluptates humanam mentem demergunt, & ad peccata abripiunt. Opus igitur est fortitudine hac quæ è supernis uenit & Deo. Sic uidelicet euadet quispiam superior, idq; uix, ac cùm uicerit, coronatur. Hanc autem tollendam à Iudæis dicit, quod etiam res ipsæ clamitabunt. Quæ est enim iam oratio apud eos de exercenda uirtute? uel quis est quem laudibus ornare possis? Quis affectus carnis reprimere studet, aut monstrosarum uoluptatum assultus? Exposita etenim est & prostituta quodammodo omnium mens tanquam beta semicocta, iuxta pro C phetæ uocem. Non enim possunt dicere: Omnia possum in eo qui me corroborat, Christo. Aufertur etiam ab illis fortitudo panis & fortitudo aquæ: panis rursus non sensibilis, nec aquarum in usu communi positarum: sed eius uerius de quo Dauid ait: Panem cœli dedit illis, panem angelorum manducauit homo. Aquas item memorare eum dicimus, quæ mentis sunt & intelligentiæ, quarum ipsemet propheta Hesaias memi- *Ioan.4* nit: Et haurient aquam cum lætitia è fontibus salutis. & porrò ipse Seruator: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quam ego dabo illi, erit in illo fons aquæ salientis in uitam æternam. Cæterùm diligenter obserua uerba prophetæ. Non enim dixit simpliciter tolli à Iudæis panem & aquam, sed robur D panis & robur aquæ. Siquidem nos hoc docere uult. Nam qui sacros sermones, & diuinas scripturas legimus, easq; intelligimus, robur panis, qui intelligentia percipitur, accipitur. Non enim, inquit, solo pane uiuit homo, sed omni uerbo quod prodit ex ore Dei. Eodemq; modo intelliges de aquis quæ subiectæ sunt intellectui. Iudæi quidem panem & aquam etiamnum habent. Multum enim occupantur in literis Mosaïcis, & legunt legem. Cùm autem nihil sciant, neq; quaquam habent robur panis, nec etiam robur aquæ. Nuda enim & sola litera illis data est, quæ panis quidem & aquę speciem habet, minimè tamen eos ullo modo enutrit ad habitudinem ac uegetationem spiritualem. Adstipulatur huic Paulus, scribens: Vsq; ad hodiernũ diem, quando legitur



tur Moses, uelum cordi eorũ imponitur, non retectum: quia in Christo tolletur. Aliter item submoueri dicimus ex synagoga Iudęorum robur panis & robur aquæ. Et sermo est mysticus. Etenim nos qui per fidem ad sanctificationẽ uocati sumus, panem habemus, panem inquam de cœlo, hoc est Christum, seu corpus eius. Si uerò quis interroget, cuiusmodi tandem illius robur ac uis sit, uiuificum esse dicimus: dat enim mundo uitam. Similiter etiam recipimus per Spiritum sanctum baptismi gratiam, qui sanctificat nos: uimq; aquæ dicimus esse, peccatorum abolitionem, regenerationem spiritualem (ut ipsi Christo conformes simus) præterea etiam, liberum ingressum in uiam, quæ ad regnum cœlorum ducit. Nisi enim quis, inquit, natus sit ex aqua & spiritu, non B potest ingredi regnum Dei. Priuati sunt itaq; Iudæi eiusmodi bonis: quoniam apud eos non est panis robur, id est, illa, quæ est in Christo, uiuificatio: neq; aquę uim habent, quia manet in ipsis iniquitas illota: neq; regnum cœlorum intrant, quia Christum qui introducit, honori non habuerunt, non enim crediderunt dicenti: Ego sum uia, & ego sum ostium.

AVFERET *similiter & gigantem & præpotentem.*] Quis nam demum est ille gigas? quis ille præpotens? Equidem existimo gigantem dicere eum, qui ad terminum metamq; spiritualis fortitudinis peruenit: præpotentem autem minorem paulo ac deiectiorem, & hac quæ in illo intelligitur, præstantia inferiorem. Vnicuique e- C nim nostrûm mensura gratiæ à Deo data est. Atque hoc perspicuum nobis reddit sapientissimus *Rom.12* Paulus, dicens: Volo autem omnes homines esse sicut & ego sum, uerùm unusquisque nostrûm peculiare habet donum à Deo, hic quidem sic, alius sic. Est etiam familiare scripturæ diuinitùs inspiratæ, gigantes alioqui appellare eos qui sunt robustissimi. Siquidem dixit de his Babylonijs qui Iudæorum regionem expugnarant, Gigantes ueniunt ad explendum furorem meum, gaudentes simul & insultantes. Et Psalmigraphus: Exultabit ut Gigas ad currendũ uiam suã. Nec est apud Iudæos bellator uel iudex. Nos enim qui fide dominum uirtutum seu potentiarum colimus, ab eo neruosi reddimur: & idonei efficimur D ad oppugnandum prauas impurasq; potestates. Nec est enim nobis lucta aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus principatus, & aduersus autoritates, aduersus mundi dominos, rectores tenebrarum, aduersus spiritualia nequitiæ in supercœlestibus: quibus iusticiæ armis instructi, & armatura spirituali præditi, intelligibiliter resistimus. Quorum etiam diuinus Paulus mentionem facit, dicens: State igitur cincti lumbis ueritis in ueritate, & quæ sunt deinceps: arma enim nostra non carnalia, sed potentia Dei: & in carne ambulantes, non iuxta carnem militamus. Apud Iudæos uerò, nemo eiusmodi unquam fuit, sed citra pugnam cedunt uictoriã omni ingruenti, suisq; adeò indomitis uoluptatibus. Nec quen

A quam norunt, qui rectè nouit iudicare, uel in rebus in animo positis, uel etiam externis, & ad uitam pertinentibus. Incursant enim humanam mentem prodigiosæ & depraua tæ cogitationes, & grauis immundarum cupiditatum tumultuatio confundit, imò à prudentia & modestia mens excidit, quæ uelut iudex quæpiam explorat singula, malum repudians, optimo calculo utile coronans. Hoc tamen à Iudaico populo omnino neglectum est. Non enim est cum illis, qui ad hoc nos dirigit, Deus. Sed nec si quid rerum externarum exercetur, probare sciunt, quid irreprehensibile, quid Deo acceptum sit. Quî enim scirent uerum legis scopum hi, qui legislatorem offenderunt? Eamq; ob rem, omni intelligentia, sacrarum inquam literarum priuati sunt haud immeritò.

AVFERET *etiam, præterea inquit, prophetam & coniectorem, & senioren, & præfectum quinquagenarium, & admirabilem consiliarium, & sapientem architectum, & gnarum auditorem: & constituam adolescentulos principes eorum, & deliciæ dominabuntur illis.*] Itaq; prophetiam ex Iudaica synagoga sublatam esse, non est cur dubitet quis, cùm res ipsa clamitet. Beati nanque prophetæ, suis temporibus prius Iesum prædicauerunt. Postquam autem completũ esset quod erat prænunciatum, uenisset etiam legis ac prophetarum finis: Deus Dominus, secundum scripturas, apparuit. deinde ubi in eum debacchati sunt, cessauit apud eos prophetiæ gratia. Non erat enim C consentaneum, ut, qui cum Deo bellum gererẽt, & dominicidæ essent, manus q; sanguinibus redundantes haberent, prophetiæ spiritu honorarentur. Attestabitur uerò his etiam beatus Daniel, obsignari dicens uisionem ac prophetiam. Expers itaque fuit Israel adeò illustris & inclytæ gratiæ, adeoq; rudis fuit & bonæ mentis inops, ut ne ullus quidem apud eos coniector existeret. Coniectorem seu diuinum eum esse dicimus, qui singula rectè coniectaret, exploratisq; iudicijs demonstraret, & quo quicque uenturum esset, & in quem aliquando finem recasurum, probè dinosceret. Qui enim inconsideratè & leui iudicio ad res agendas accedunt, ab utili deuiant, & uelut in tenebris uersantur, ac in saxa impingunt. At qui exquisita cognitione præditi sunt, acuto oculo rerum euentus intuentur: & propterea non sine admiratione, omnia appositè ac dispositè administrant. Est autem hic bonæ mentis fructus, & uere lucrum ac fœnus optimi consilij. Seniorem autem uocamus, non tempore (plurimi enim apud Iudæos etiamnum sunt, qui ad senilis ætatis summum peruenerunt) at intelligentia & cognitione, & qui uelut finem ac fastigium prudentiæ attigit: cui & beatus Ioannes præcipit, dicens: Scribo uobis patres, qui cognouistis eum ab initio. Senes ergo intelligimus eos, qui mentem habent sedatam, qui constantes ac cani sunt animo, & mente prouectiore & adultiore. Quinquagenarium appellat, non absolutè *1.Ioan.2*

Universidad de Deusto
Biblioteca



luté quinquaginta hominibus præstitutum, sed A ueluti ex una hac re quisquis simpliciter ac omnino præfectus est, & quasi compositè & ordinatè uersari ac uiuere persuadet suos subditos. Caruit autem cùm reliquis rebus, tum & hac Iudæorum synagoga. Adhuc enim quandiu cum illis esset omnium nostrûm Seruator Christus: & per fidem ad uitam æternam, & ad coniunctionem cum Deo uocaret: fuerunt etiam tum apud eos sacerdotum principes, præfecti scribæ & pharisæi: at ubi eum interfecissent miselli, in omnes uentos dispersi sunt, & hospites facti sunt, atque errones, & ubiuis gentium peregrini: non duces, non præfectos, ut olim, (sed erant instar gregis qui pastore destitutus est, non habens qui præsint) nec, quod etiam grauius est, B consultores admirabiles habebant: quales erant olim prophetæ, qui ad salutem illis conducibilia docent, refractarios & effrenes monent, & ad omnia necessaria ad usum ac utiliratem, scienter manuducunt. Minitatur porrò abductum se ab illis & sapientem architectum, & gnarum auditorem. Quæ dona spiritualia sunt, & à Deo data, & summo in honore habenda ac precio. Sapientem quippe esse dicimus architectum, qui intelligenter ædificare nouit Ecclesiam, rectis & inculpatis mystagogijs, & falsò nominatæ scientiæ fucos tollere: atque mentes fidelium, ueritatis opinionibus, quasi muris communire. Cuiusmodi erat diuinus Paulus præci-
1.Cor.4 piens & dicens: Secundum gratiam datam mi- C hi à Deo, uelut sapiens architectus fundamentum posui, alius autem superstruit. Vnusquisq; uerò uideat quomodo superstruat. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est: qui est Iesus Christus. Nullus ergo apud Iudæos sapiens architectus. Sed neque gnarus auditor. Hunc esse arbitramur, qui dijudicatione spiritus præditus est, quicq; potest internoscere, quis in Dei spiritu loquitur, & quis rursum in Beelzebul. Multi enim à multis sermones habiti sunt: qui enodant dogmata ac controuersias, & qui morum probitatem inculcant. At imperiti & indocti citra discrimen rapiunt, & citra examen recipiunt sermones, etsi nihil emolumenti habeant, imò si nocumentum D potius afferant. Atqui gnarus auditor, ueluti expertus mensarius quod prodesse solet, admittit, quod secus habet, uelut malè signatum numisma adulterinum iudicat. Non dissimile est quod
1.Thes.5 beatus Paulus inquit: Estote prudentes nummulary, omnia probantes, bonum apprehensate, ab omni specie mala abstinete. Alius porrò è sanctis discipulis præcepit hisce consona, dicens: Fratres probate spiritus, an ex Deo sint. His ergo omnibus submotis, substituam, inquit, adolescentulos principes eorum, & derisores dominabuntur illis. Adolescentulos rursum non ab ætate hîc uocat, sed qui nondum perfectum intelligentiæ culmen sunt consecuti. Desipit enim semper iuuentus, & ignoratione iactatur & fluctuat, optimúmque consilium illis deficit. Habent autem & hodie Iudæi, duces uerè tales, mente iuuenes, & tanquam illusores. Simulant enim, ut aliquid uideantur esse, omnium licet bonorum, omnisque uirtutis magna laborent inopia. Sunt & alirer illusores, dum emunt pecunijs, ut Rabbi uocitentur, & propter quæstus studium, ut prædas aucupentur ac colligant, docendi munus adipiscuntur. Verùm qui propulsato hypocryseos morbo, ueri sunt omnium nostrûm Seruatoris Christi adoratores, non externis decoribus fucatam habẽt uirtutis speciem, sed pietatis ornamenta, in mentem internam: & cor admittunt & quasi introducunt, ac in terra quidem obambulant, sed in cœlis uersantur, præceptorem habentes ipsum Dominum nostrum Iesum Christum.

ET *concidet populus, homo ad hominem, & homo ad proximum suum. Insultabit puerulus contra senem, & ignobilis contra nobilem.*] Expositio autem nobis hic sermo, auferendum à Iudæa robur panis, & robur aquæ, gigantem etiam & præpotentem, bellatorem & iudicem, quin & prophetam & diuinatorem, senem, & quinquagenarium ducem, & suspiciendum consiliarium, & etiam sapientem architectum, & intelligentem auditorem. Deinceps quò tandem res euadet, & in quantum detrimentum ipsis erumpet, manifestè aperit, cùm mox porrò subdit: Concidet populus, homo ad hominem: id est, in seditione eruntur, & in medijs tumultibus uiuent uitam, iuuenibus uenerandam canitiem senis non reuerentibus, non dignante honore percellentem eo, qui inferiorem classem obtinet: sed quum reprehendat nemo, nec ad id quod quemque decet, dirigat, sublato omni ordine & scientia, maxima omnium rerum apud eos perturbatio existet & confusio. Vbi enim diuina non præ- unde poterit quisquam honestè aut decorè uiuere? Simile enim est, ac si quis uelit nauim clauis & gubernatore carentem, recto & inoffenso cursu prouehi.

QVIA *apprehendet uir fratrem suum, uel familiarem patris sui, dicens: Vestem habens, princeps noster esto, & cibus meus sub te sit. Respondens autem dicet die illa, Non ero princeps, non enim est in domo mea panis, neque uestis, non ero princeps populi huius.*] Iudæorum miseriæ & summæ calamitatis magnitudinem prophetica nobis significat oratio. Regnarunt enim statis temporibus in Hierusalem, qui ex tribu Iudæ erant: & splendidi fuerunt, celebres & diuitijs ornati, & nobilitatis sorte sanè quàm egregiè coronati. Præsederunt item alio modo, qui è tribu fuerunt Leui, ex Aaronis ordine. Cùm ita Summus sacerdos præesset, seniores & leuitæ publica munia sua obirent ac ministeria, suspiciendi fuerunt hi per uniuersam regionem Iudæorum. At ubi quæ fas non erat commisissent, nullúmque non impietatis genus in Christum exercuissent: de pristina dignitate, ac celebritate diuitiarum & clari- A tate delapsi sunt: in eámque confusionem, in eum occasum deliquiúmque res eorum deuenerunt, ut nullum omnino possent inter ipsos ducem habere, nec antiqua excellentia clarum, nec opibus, nec potestate, nec legis notitia præditum. Hoc ipsum docet, cum ait: Apprehendet uir fratrem suum, uel familiarem patris sui; dicens: Vestitum habens princeps nobis esto, & cibus meus sub te sit. Confusis etenim rebus & multum perturbatis, ita ut corruant ipsi, alius in alium, nullusq; sit honor aut pudor uel iuuenibus senis, uel ingloriis glorioso: quisque, inquit, sibi quæret ducem, eúmque eliget, uix etiam propinquitate generis commouens, & trahens ad misericordiam, & eliget, inquit, non B ueluti diuitijs florentem, sed quodammodo nudum, amabitq́ue sub eo ali, & mendico seruire, & qui uix uestem habeat. Verumenimuerò quantumuis ita sit, non accipiet tamen imperium, etiamsi ab his qui subdi uolunt, nihil petatur. Quærunt enim panem ut subsidiantur, & pro alimento tenuissimo se illi in seruitutem addicunt. Et quæ hæc tergiuersatio, ac repudiatio? omnino mendicitas. Dicet etenim, inquit, Non est in domo mea panis, neque uestimentum, non ero princeps populi huius. Vides, quo pacto quod olim apud eos in summo fuit precio, præesse inquam, quod multis aliquando pecunijs quæsitum est, & paucis obtigerit, tribuetur uolentibus. Sed quia in graui inertiq́; C mendicitate res omnium posita sunt: etiam hæc res fugienda uidebitur. Licet igitur ex rebus ipsis perspicere, ex qua & quali fortuna in quam miseram conditionem ierint res Iudæorum. Offenderunt namq; miseri Christum, qui omnia nobis bona opulenter distribuit, qui gloria coronat diligentes se, qui donis spiritualibus germanorum filiorum animas locupletat.

QVIA *dimittetur Hierusalem, & Iudæa concidet, & linguæ eorum cum iniquitate, in his quæ ad Dominum pertinent non obediunt.*] Corruisse dicit Iudæam, instar parietis: & hoc quam ob causam patiatur, confirmat.

Quid uerò est, dimittetur? hoc est, deserta est, & derelicta est, carens illa Christi cura ac sollicitudine. Audiuerunt siquidem dicentem aperte: Ecce relinquitur uobis domus uestra desolata. Corruit etiam & Iudæa tanquam murus quidam, non habens qui excitet, qui seruare sciat & possit. Est enim Christus fundamentum, & in eo omnes exædificamur, lapides uiui ac spirituales, compacti & coagmentati intelligenter in templum sanctum, in ædificium Dei, in Spiritu. Et qui in ipso collocati sunt, & eum basim habent: immotum habent in omnibus bonis firmamentum & stabilimentum: qui uerò non habent, ruinosi sunt, & ad quiduis flagitiosum facillimè abripiuntur. Cecidit igitur Iudæa, dimittetur etiam Hierusalem. Simile quiddam & sanctis prophetis alius antè proclamauit, cùm dicit: Domus Israel cecidit, non est qui eam re-



suscitet. Quæ idcirco quidem acciderunt, quòd præter inobedientiam, impiam præterea linguam & iniquissimam haberet. Quod enim fœditatis genus non loquuti sunt contra omnium Seruatorem Christum? quum Samaritanum, dæmoniacum, edacem, uinipotorem, & ex scortatione natum, eum dicerent? Proinde hac inobedientia, lingua eorum, in ijs quæ ad Christum spectabant, semper impiè petulans fuit, de quibus dici potest: Non enim immeritò tenduntur Prouerb.1 retia uolatilibus. Qui enim cædis socij ac participes fuerunt, sibi ipsi mala quasi thesaurizant & recondunt: & malus est interitus eorum uitiorum qui legem uiolant.

QVARE *nunc attenuata est gloria eorum, & pudor uultus ipsorum reliquit ipsis, peccatumq; suum, quasi Sodomorum annunciarunt & manifestarunt.*] Reiectionis Iudæorum tempus notat, iam attenuata est, inquit, gloria eorum: certò confirmans, illis maximè temporibus, quibus lingua eorum, non sine scelere & iniquitate, in Christum impia fuit, omne tum calamitatis genus illis fuisse irrogatum, & in hanc ignominiam eos incidisse. Atqui quomodo lingua ipsorum contumaciter impia fuit? Cæteris prætermissis, ipse nobis propheta explicat, solam ultimam eorum blasphemiam commemorans. Fuerunt enim semper Christo aduersi & infesti, inuidentiæq́ue telis perciti, ac quasi sauciati, multis modis insidias collocarunt. Demúmque suum scelus maximè, tanquam Sodomorum annunciarunt, & manifestum testatúmque reddiderunt. Nam quemadmodum habitatores Sodomorum intemperantia ac immoderatione cupiditatum effrenatè laborarunt, uoluptatibúsque à natura abhorrentibus adducti, in beatum Lot irruerunt dum omni uerecundia proculcata & contempta, & prærupta quadam impudentia superante, uiros ad ipsum diuertentes, ad abusum peterent: pari modo arbitror, & Iudæi contra se iniquitatem suam clamitarunt, & annunciarunt, cùm Pilato dicunt de Christo: Tolle tolle, cruci affi- Ioan.19 ge eum. Hanc ipsorum Deo inimicam uocem accusauit etiam per quendam prophetarum dicens: Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, tradidi dilectam animam meam D in manus inimicorum eius. Facta est hæreditas mea mihi, ut leo in sylua, dedítque contra me uocem suam, propterea odio prosequutus sum eam.

VAE *animæ eorum. Quia consultarunt consilium mali agnum contra semetipsos, dicentes: Vinciamus iustum quia inutilis nobis est. Itaque partus operum suorum edent. Væ iniquo, malè pro operibus manuum ipsius euenient ei.*] Propheta etiam nunc Iudæorum populum luget, & querelarum causas ipsis exponit: Dixerunt enim, inquit, in se ipsis, Vinciamus iustũ, quia inutilis nobis est. Neque enim recipiunt per fidem, uniuersorum Seruatorem Christum: sed contumelia perpetuo affecerunt: & existimarunt eum nullo modo uitæ utilem fore, qui in hoc uenit, ut omnia in ipso, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca



so, quæ quidem nobis conueniunt, communia fierent, utq; à legali uiuendi ratione in spiritualem conuersationem eos, qui ex sanguine Israelis orti sunt, adduceret. Cùm ergo nihil adiumenti eum putarunt allaturum, morte ligarunt eum, quantum quidem in ipsis erat: tametsi reuixit de integro, ut Deus, inferos exinaniens, & corruptionis imperium infringens. Vita est enim & uitæ autor. Verùm contra se ipsos consilium inierunt: Iustum ligare uolentes, & fructus ac fœtus suorum laborum comedent. Quod enim serit quis, hoc & metet. Qui moribus probis sunt, & toto pectore Dei amore flagrant, bonos hinc fructus inuenient: at qui resiliunt, pertinaces sunt ac præfracti, & diuinæ maiestati reluctantur, edent prouentus laborum suorum, ignem nimirum & B suppliciũ, & pœnam, & quæcunq; ira solet afferre. Omnino enim talia mala consequentur eos, qui cum Deo pugnant. Est igitur uerum, iniquo erit uæ, & mala pro operibus manuum ipsius obtingent ei. Nam ut Iesum Pilato, & indomitis militum furoribus obiecerunt: ita & ipsi, inquit, Romanis copijs tradẽtur. Quod apertè & clarè Hiezechielem inueniemus dicere. Nam dictum est ad impiam & Domini interfectricẽ Hierusalem: Quemadmodum fecisti, sic erit tibi: merces tua rependetur in caput tuum.

# CYRILLI COMMENTARIORVM IN HESAIAM

*Libri primi,*

## ORATIO TERTIA.

POPVLE *mi, expilatores tui quasi racemant te, & exactores dominantur tibi.*] Cùm Iudæorum regionem omnium bonorum destitutione laboraturam, abundè satis & clarissimè expossuerit, & quæ illis qui in Christum debacchati sunt euentura essent, dixerit: pergit porrò persuadere declinandum à delictis, & leuibus mollibusq; uerbis tantùm non incantat utiliter, & ad meliora conuertit, docetq; uitandos eos qui omnium malorum autores ipsis & causæ extiterunt. Non enim existimo debere uos, his qui præceptorum locum sortemq; tenent subijci, nisi quatenus utilia docere aggrediantur, & nisi quod uere in uitio esse creditur, uelint redarguere. Est enim uirtus doctoris, ad perfectam accuratamq; eius quod est utile notitiam eos qui informantur, posse perducere: & quod nociturum est, tanquam adulterinum notare, & iubere ut id auertentur quod solet nocere. Omni etiam laude digni sunt, qui in discipulis censentur, si non simpliciter intueantur placita doctorum, sed rerum naturam: & si mirentur eos qui docent, siquidem sint boni & scientes rerumq; optimarum interpretes: quibus autem talis scopus propositumq; non est, reprehendant. Etenim pascunt quidem etiam in montibus & syluis ouium greges: atqui si quæ fouea sit pecoribus exposita, si præcipitium appareat, obit atque circumit ouis, nec sibimet mortem accersit: nam quasi pædagogia quadam docetur, lege à natura tributa, oportere suam se tueri ac curare uitam. An uerò à ratione alienum non est, ut hoc in animalibus ratione carentibus ualere uideatur: in nobis autem ipsis quantumuis ratione præditis, rerum ad commoditatem & necessitatem cultumq; uitæ pertinentium non insit cognitio? Par igitur est, ut nos, si qui doctores ac duces constituti, ad ea quæ minus deceant abstrahere uelint, non sequamur simpliciter, nec temerè ac inconsideratè ad ea quæ ipsis placent conuolemus, sed de singulis rebus agendis exquiramus, & sic ad ea quæ maximam utilitatem afferunt, progrediamur. Erant itaque Iudæorum præceptores, id est, scribæ ac pharisæi, in diuitiarum prouentibus congerendis, & in colligendis oblationibus, decimis, primitijs, acres & impigri, & in omnibus etiam quæ sorti sacerdotum lex deputauit. Scopus autem eorum consiliumq; fuit, in eoq; omne studium positum est, ut fidem facerent plebi legem in hisce potissimum conseruandam esse: aliarum uerò præceptionum non magna apud illos ratio, ideoq; ipse Seruator illis dixerat: Væ uobis, scribæ & Matth.23 pharisæi hypocritæ, quoniam decimatis anethum, mentham, & cuminum, & omisistis grauiora legis, iudicium, misericordiam & fidem. Erant itaque lucro dediti & amantes rei pecuniariæ: & si qui fortè offenderent, acres his multas inflixerunt: ut eos, quocunque crimine postulatos territarent, & nonnunquam etiam ultra facultates offerre persuaderent. Hinc dicit his qui iniuriam ab illis passi sunt: Populemi, expilatores tui racemant te, & exactores dominantur tibi. Cùm populum dicit, significat Israelem, etiam adhuc lenitatis & humanitatis beneficio fruiturum, nec penitus ab ea conjunctione consuetudinéque cum ipso auulsum iri: siquidem uelit ad id, quod ipsi collubitum est, sese transferre. Cùm uerò exactores race- D mare ait: immensæ cupiditatis & auaritiæ magnitudinem indicat. Siquidem metentium alij resecant ferro spicam, alij resecantis manu decidentes colligunt, nihilq; faciunt in agris relictum. Idemq; factitant, qui uites uindemiant. Racemant igitur, inquit, uos exactores uestri. Perinde ac si diceret: Vindemiarunt uestras copias. Neque ibi inexplebilis eorum sistit cupiditas, sed etiam iam racemos decerpunt, id est, manus in ea quæ adhuc relicta sunt injciunt. Belligistros, non aliquid aliud eiusmodi esse dicit, sed exactores, sed extortores nominat, docetque eos dominari illi non ut doctores, discipulos leniter tractantes, sed ut rigidi ac fœuidomini, quod ipsi uelint sentire cogentes, & quiduis



quiduis nonnunquam impellentes. Cæterùm hi A uirtutisq; cultori cogitãdum est, ut ratiocinationes animi ac cordis quæ ipsiim beatũ prædicant, summopere fugiat. Est enim ad malitiam uafritiamq; instructus Satanas: cùm uiros ob uitam quam amplectuntur, & ob cõuersationẽ spectatos ad suam uoluntatẽ non potest traducere, alia aggreditur uia quo frangat, ac dissolutiores faciat. Nam quasi qui rectè egissent laudat, quasi etiã sanctos suscipit, & quasi amicos iam Dei factos, & ad sortem summamq; omnium uirtutum prouectos, beatos prædicat. Demum affectu superbiæ colliquefactis, suggerit ut Deum offendant, & decæterò tanquam plantulam quampiam, radicitus & ab ipsa stirpe conuellit & concutit. Nõ enim ignorauit uniuersitatis Deum submissis da re gratiam, superbis uerò resistere. Proin, ita ut dixi, ratiocinia quæ in mẽte et intus in corde nos ut beatos efferãt, deprecari detestariq; debemus: quippe ea rectã nos uiã non sinũt inire, per quã facillimè quis ad id qd' Deo placet pertingeret.

SED *nunc se ad iudicium constituet Dominus, & in iudicio sistet populum suum. Ipse Dominus in iudicium ueniet cum senioribus populi sui, & cum principibus suis. Vos autem quid incendistis uineam meam? & quid rapina pauperis in domibus uestris? Quid iniuria afficitis populum meum, & faciem pauperum pudefacitis?*] Non opis inopẽ fore dicit prophera oppressorum multitudinem, non omni cura uacuã ac desertam, imò summam eorum curam omniũ dominum suscepturũ, pulcherrimè disserit. Nã, inquit, causam eorum aget, contra eos qui racemando exuxerunt, & quasi beatos suscipiunt: & semitam pedũ ipsorum turbabit, & iudicio prosequetur seniores populi, & principes uel præfectos. Redemit enim è domo seruitutis populum suum, & à dominatorum importunitate liberauit, materiam in eos excitauit creaturam, aquas in sanguinem mutauit, grandine profundisq; ac tríduanis tenebris, alijsq; omnibus (est enim longum singula commemorare) percussit: dein per medium mare traduxit, in deserto pauit, in terrã promissionis induxit, gentes magnas & pugnacissimas tanquam spinas expulit. Diuinus quoq; Dauid id declarauit, omnium conseruatorem & redemptorem alloquens: Vitẽ ex Aegypto tran- Psal.80 stulisti, eiecisti gentes, & eam plantasti, uiam præ- struxisti ante illam: extẽdit palmites suos ad mare usq;, & ad fluuios propagines suas. Erat enim, inquit propheta Hieremias, uitis fœcunda pampinis Israel, & fœlix fructus eius. Sed cùm demãdata esset ad agricolas, prouinciam docendi sortitos: adeò iniustis modis oppresserunt herilẽ uineam, ut computruisse iam & incensa esse uideatur. Hãc igitur dicam impinget illis, hisce uerbis: Vos cur incendistis uineam meam? Nã quos æquum erat illam uitẽ intelligibilem, nimirũ Israelem, florẽtiorẽ & frondosam reddere: hi ad uastitatem omnino uocarunt, hero aridã adduxerũt. Ab illis itaq; succẽsa est, à quibus turgida botris fieri, fructibusq; grauida, & ab omni detrimento immunis cõseruari debuit. Iam quemadmodum hanc uineam intelligibilem incendisse dicantur,

Universidad de Deusto
Biblioteca



uidere est operæpreciũ. Oportebat enim eos qui A didascalicam professionem munusq; obtinent, qui legem ad omnia quæ Deo placent ducẽtem tenent, maximè præ cæteris ad legis præscriptũ uiuere,& iustitiæ gloria ornari,& potissimum ministere, ita ut eorum uiuendi institutum, singularis cuiusdam perfectissimæq; uitæ exemplar quoddam & imago sit populo suæ manui ac potestati subdito. Oportet præterea eos legis tyrocinio ac pædagogia, ad omnem probitatem subditos iugo suo adducere, delinquẽtes coarguere, lapsos erigere, pietatis iter monstrare,& ad præstantiora informare,& persuadere,ut in finẽ legis, Chri-
Rom. 10 stum inquã respicerent. Finis enim legis & prophetarum Christus. De ea uerò re Moses loquutus est in umbris ac figuris, priscis hominib. uene- B randum & magnum præsignificans mysterium: cæterùm omnibus his pro uili habitis, ipsi erant moribus improbi, habendi cupiditate effrenes, impotẽtes ad auaritiam, paruí ducentes recte iudicare: & de quibus satius fuisset erubescere, in his ipsis soliti sunt superbire. Incẽsa est igitur uinea, quã nec uita eorũ qui docendi uices gesserũt adiuuit, nec legis rudimenta ac introductiones informarunt, ad rectã & inculpatã uitam, uel ad
Ioan. 14 agnitionẽ Christi, Christi inquã, qui iam in terra resplenduit,& luculẽter dicit: Ego sum lux mundi, ego sum uia, et ego sum ueritas. Ergo audiant: Quid incẽdistis uineã meã, & direptio pauperis in domo ueſtra? Quid uos iniuria afficitis populũ meum,& facies pauperũ pudefacitis? Attraxe C runt enim pauperes ad cognitionẽ prout ipsis ui sum fuit, atq; uultus eorũ conati sunt pudefacere. Quemadmodũ enim iustitiæ cultores, tantũ non nitido uultu multaq; pleno fiducia in oculis Dei steterant: ita dicimus uitijs addictos tetricam ac tristẽ ruboreq; ac pudore opertã, cordis faciẽ gestare. Sed ut is qui ad cognitionẽ pedagogus est, rerumq; pulcherrimarũ prædmõstrator, iuuat: sic oẽs (credo) qui doctores ordinati sunt, incõmodum afferũt, nisi rerũ meliorũ amantẽ efficiant eũ qui instituit. Rubore nanq; faciẽ eius suffundũt, & qui scientia pauper est ac tenuis, eũ detrudũt ꝓpe et rapiũt ad turpiora. Erãt itẽ alio q̃q; modo iniusti ac rapaces iudicũ duces, cũ dedecore perfunderẽt pauperũ facies, et locupletib. adhæresce D rẽt, etiã lege dicẽte: Iudiciũ iustũ iudicate: & passim præcipiente, Nõ accipies personã in iudicio.

HAEC *dicit Dominus, pro eo quòd elatæ sunt filiæ Sion, & incedunt elato collo & nutibus oculorum, & ingressu pedũ simul trahunt tunicas, simulq; pedibus lusitant: etiã deprimet Deus principes filias Sion, & Dominus reteget habitũ earum die illo.* ] Declarauit antè nobis sermo, Iudæorum præfectos hoc curæ studioq; habuisse potissimũ, ut ditescerẽt, & ex eo gloriã illustrẽ cõsequerent, plenosq; fuisse iniustitia et auaricia: quo ipsi splendidos tũ in urbe tum in agris prouentus perciperẽt, equis inuecti, externorũ fulgore ac specie stipatorũ nõ mediocriter turgidi. Accusauit quippe illos in præcedẽtibus, dicens: Et repleta est terra equis, nec erat numerus curruũ ipsorum: & impleta est terra auro ac argẽto, & nõ erat numerus thesaurorũ. Accidit etiam eorum uxores diuitijs luxuri antes, auri & lapidum splendore insolescere, ac toga stolaq; uariegata cultusq; magnificẽtia multũ exultare. Est em genus muliebre rebus prospe ris & florẽtibus quodãmodo, gloriosum et ostentabundũ, imprimisq; splẽdide uestiri cupit, auro ornari, elatũ supercilio tollere, corporis formositate gloriari. Sæpe etiã ob hoc ipsum, cohabitantiũ animus intumescit: ac quidã sibi laudi ducũt uxorũ mollitiẽ. Hoc fortassis morbo affecti fuerunt ludæorũ proceres, dũ pietatẽ quæ in Deum est haberẽt despicatui. Quo em̃ semper opes subministrarent, populo ex præscripto offerente, tidẽ Christianã amplexi nõ sunt, nec credere aljs uoluerũt, sed regnũ Dei occluserũt, quẽadmodũ scriptũ est, nec ipsi intrantes, nec admittẽtes eos qui uolũt ingredi. Hinc Romano exercitui in uastationẽ, ac in direptionẽ traditi sunt, & eũ mulieribus simul et charissimis ędibus ac opibus periere rũt: aliorũq; sunt, quæ summo opere ac studio eo acceruabãt, ipsiq; miserãdi sunt, & errones, & in ultima miseria palãm uersanẽ. Inuehitur ergo hæc oratio in eorũ fœminas siue filias, primarias scilicet & maximè insignes, quę etiã erant præpotẽtiũ, ac inquit: Propterea ꝙ elatæ fuerũt filiæ Sion, altaq; ceruice incedũt, et nutibus oculorũ, & quę sunt deinceps. Elatæ aũt sunt non de uirtute, sed propter carnalẽ maximeq; terrenã prudentiam. Altũ enim sibi sapere, deq; se magnifice sentire ui debanẽ, propter opulentiã, gloriam, externamq; pulchritudinẽ, quã ex lapidibus, & auro, et uestibus uaria conciliarunt. Etenim in his describit nobis sermo propheticus ingeniũ & habitum mulieris uoluptuariæ, leuis, ornatuq; splẽdido decoratæ: puta ut ex una omniũ inter ipsas fœminarũ demonstraret superbiam. Incedebant enim, inquit, extento collo, & nutibus oculorũ: cùm fœminæ ornatissimæ, uitaq; cũ grauitate & probitate coalenti, uerecundia sit gratissima, minimeq; deceat uirorũ oculis conspici. Hæ aũt in tantam stoliditatem atq; impudentiã impegerunt, ut in procellibus ac incessibus suis sese uẽditarent, ceruicem erigerent & extenderent, intuentibus annuerẽt, interdũ etiam arriderẽt, & risu propemodũ se intuentibus cõgressum promitterẽt. Est enim meretricius animus instabilis semper & fluctuat, multumq; ocio dissluit, unde maior existit ad uoluptates propensio. Obijcit aũt & illi crimen desidiæ, & scortari dicit. Simul trahunt tunicas et hu sitant pedibus. Nimirũ uerisimile est & hoc ab illis ad elegantiã consummandã complendãq; fierí: estq; professio hæc meretricia, atq; abominationis extremę argumentũ. Nam ubi pedũ strepitus cũ carminibus numerosis cõsentit: ibi uidelicet omnino & manuũ ipsarum plausus resonat, & omne genus fœditatis, & inuitanẽ spectatores ad turpitudinẽ. Sub id uerò tẽpus deprimet Deus principes filias Sion, & formã ipsarũ detget, id est, uel circuncidet & auferet ornatum, uel iguominiã reddet manifestã. Erit aũt istud, quando



do prostituentur desertæ ac nudæ omni elegan- A malos & impuros amatores incident, in principes seculi huius, in rectores tenebrarũ, in spiritualia nequitiæ: hiq; animas uirtute excultas maximè captant & uenantur. Ludus enim est illis & delicię pessundare eas, nõ minus profectò quàm aucupes rem dignam & egregiã putant, passeres eximios capere. Scriptumq; est etiam de Satana: Esca eius selectiores. Quare cõsentaneum est ut nos uigilemus, & masculo ac uirili animo simus, Dei beneficio & ope, ac memores simus beati
1. Cor. 10 Pauli dicentis: Quare qui stare uidetur, uideat ne cadat. Ad hæc accedendũ est ad Deũ qui omnia ualet ac potest, inq; precib. dicẽdũ: Dñe in potentia tua præsta decori meo potentiam.

ET *erit pro suaui odore sœtor, & pro cingulo cingeris funiculo, & pro ornamento capitis aureo, caluitiũ habebis propter operta tua, & pro tunica clauatæ purpuræ accincta eris sacco. Et filius tuus pulcherrimus quẽ tu amas, gladio cõcidet. Et præpotẽtes uestri gladio cadent, & humiles reddentur. Plorabunt capsæ mũdi uestri, & derelinquẽris sola, & in terrã ad pauimentũ usq; prosternẽris.* ] Nõ abs re hic, ut uideri potest nõnullis, subtiliter omnia ad uiuũ tractat sermo propheticus, sed dũ singula in hisce delicatulis et uoluptate diffluẽtib. fœminis excussẽ et exactè psequiẽ, tũ ornatus species, tũ ipsas pristinas delicias ac luxũ, post quæ ipsis omnino patiẽda sunt & subeũda: morderi eas & cruciari uult, rerum adeò iucũdissimarum ademptione, mœroribus propè confi- B ciens, & quasi iam afflictas in memoriam prospe ritatis elegãter reuocat, ut futurorũ expectatio- C ne & terroribus inde proueniẽtibus, imò intolerandis calamitatibus percellat horribiliter, quo eas traducat ad condecentiã & modestiã, persuadeatq; ad Dei placita recurrere. Cõtinget igitur, nõ solùm, inquit, ornatu priuari eas quę sic luxuriarunt, sed erit etiam illis pro odoramento suaui cinis, id est, pro domib. suffitu gratis, profectiones multæ & puluerulentæ, cùm in captiuitatem abductæ sunt, pedibus adhuc teneris & delicatulis. Nec id solùm, sed forma ac specie erũt quàm abiectissima, ut zonæ aureæ loco, solo fune circumligenẽ, patienturq; nuditatẽ capitis, caluitiũ scilicet, licet quondã aureis capillorum nodis redimitum fuerit. Indumentum etiã dat illis dignũ captiuis, crassum & uile, quod saccum nominat, idq; purpuratæ uestis & lauti amictus uice. Sub- D iungit porrò: Et filius tuus pulcherrimus quem tu diligis, gladio corruet. Est enim id in more his qui regionẽ capiunt uel urbẽ, paruulos ab ipsis uberibus & è gremio matris, & sub nutricibus altos infantulos rapere & occidere crudeliter, quo ire possint matres eorũ suffarcinatæ, nec paruulorum onere premantur. Vel ergo sic gladio occasurum ait dilectum ipsarum filium, uel etiã aliter ut pugnet, & manu hostili occumbat. Ploraturas autẽ dicit arculas ornatus ipsarum, non quasi sensu præditæ sint arculę ut plorare possent, sed perinde ac si dixerit quisquiã lugere domũ, cùm nemo in ea habitet. Producit ad hæc & illud: Relinquẽris sola, & in terrã ad pauimẽtum prosternẽris: id est, misera eris & proiecta, & uelut humi

Universidad de Deusto
Biblioteca



iacens. Hæc siquidem ferè est uita eorũ qui capti A uitate, qui ærumnis, qui aspera & intolerabili ser uitute premunt. Est igitur grauissimũ, Deum offendere, & animi pulchritudinem parui ducere. Qui em ignauiæ se dedunt & torpori, eos Deus omni ornatu spoliat, scilicet mẽtis & intellectus, ac omni uirtute nudatos tradit hostibus. Ita dicimus, aliquos in reprobã mentẽ & perturbatiões ignominiosas traditos esse. Dũ em Deus qui super omnes Deus est, nos robore spirituali continet & coercet, retinemus in nobis splendidum propriæ naturæ decorem. Sin opem suam subtrahat, denudati erimus omnibus bonis uirtutisq; insignibus: & abiecta pulchritudine, fœdis affectibus succumbemus, ac seruiemus hostibus.

CAP. IIII. B

ET *apprehendent mulieres septẽ unum uirũ dicentes: Panẽ nostrum edemus, et uestimentis nostris operiemur, at nomen tuũ super nos uocetur, aufer dedecus nostrum.* ] Pulchrè iã cõclusa oratione de Iudæorum mulieribus, propter luxũ & opulentiã captiuitate afflictandis: ostẽdere conatur Iudeæ urbes uiris orbas mansuras, fore etiam multã hominum, quondã bellacissimorum inopiã. Nã dixerat: Omnes præualẽtes inter uos gladio corruent. At quæ tandẽ est horum quæ dixi, demõstratio? Valde opportuna, & scitè instituta. Cùm em lex per Mosem dicat filijs Israel: Nõ erit in te orba neq; sterilis: maximo probro dabatur apud Iudæos, mulierẽ non parere, uel in uiris haberi qui liberis carerent. Statim etenim illis effœtæ & sterilis macula inusta est. Atqui spiritualis hæc lex erat. Præcepit enim uniuersorũ Deus ne Israel intelligibilis, nimirum mens Deum cõtemplãs, infructuosus esset, néue sterilescceret, sed ferax potius existeret, & bona terra atq; nobilis. Verùm hoc Iudæi externa tantùm cute ac carne intellexerãt. Animales quippe fuerunt, spiritum non habentes. Erit itaq;, inquit, tãta uirorum impia, & rarítas hoc hominum genere bellis per regionẽ cõsumpto, ut septẽ mulieres, nẽpe multæ, uno uiro apprehẽso dicturæ sint: Panẽ nostrum comedemus, & uestrib. nostris operiemur, at nomine tuo uocemur, aufer dedecus nostrum. Vidésne eas orbitatis infamiã extimescere? & orbę ac sterilis nomẽ refugere? Accedũt enim nõ consueta quærentes, quæ moris est uxores à cohabitantibus accipere (sibi em in hoc satis suppedita turas fore dicunt) sed petunt tantummodo, quẽadmodum dixi, ut tollatur dedecus. Specta uerò mihi huius sermonis profunditatem. Si em diues fuisset qui rogabat, neutiquã dixissent mulieres: Panẽ nostrum edemus: sed quoniã norãt qui ex bello seruati sunt et uix effugerant, ad ultimã reciditatẽ, & in magna uersari miseria, omnino nihil quærunt: hoc sõlum petunt, matres esse liberorũ. Et hæc est historica oratio hactenus. Detorquent autẽ quidã nescío quomodo id qd' propositum est ad considerationẽ spiritualẽ, nõ sane satis rectè: alioqui enim omni laude digni essent. Siquidẽ asserũt septẽ mulieres septẽ esse spi- *Anagogia spiritualis.*

ritus, uirũ deinde unum Christum. Tum decoro parum obseruato, septem spiritus aiunt ei dicere: Aufer dedecus nostrum, & panem nostrum edemus, & uestibus nostris operiemur. Quãquã cur potius nõ dicẽdũ, septẽ mulieres multas esse animas? quæ & Christum receperunt per fidem, quæ ipsum ut panẽ, & ut uestẽ salutis quærunt, & ab ipso fructum petũt? Tale em quid etiã beatus Dauid extulit de omniũ seruatore Christo: Qui habitare facit sterilẽ in domo, matrẽ propter filios lętantẽ. Dicit uerò sterilẽ parituram septẽ, id est multa: uarię sunt nanq; uirtutes, nõ una, imò multæ quarũ matres sunt animæ quæ amãt Deum. *Psal.112*

DIE *uerò illo splendebit Deus in consilio cũ gloria super terram ad exaltandũ & glorificandũ quod est residuũ in Sion, & refiduũ in Hierusalẽ. Sancti uocabuntur omnes qui uocati sunt ad uitã in Hierusalem.* ] Quia ambigũt quidã, quo nã tempore hæc de Iudæorũ mulieribus siue de tota eorum regione per uocẽ prophetæ prædicta sunt, ante uel post Seruatoris aduẽtum: certò persuadet horũ uerborum sensus & uis, nõ aliud nobis tempus denotare prophetam, q̃m illud ipsum quo propter impietatẽ in Christũ, miseri in eũ deblateraruntmaximeq; se dignã pœnã luerunt, cùm obsiderent Hierusalẽ ab exercitu, quãdo eum terrorẽ dicimus Iudæorum mentibus iniectum, ut mõtibus dicerẽt, Operite nos: & collib. Obruite nos. Quare illo, inquit, die, hoc est, sub id temporis, quo ad exitũ hæc quæ prænunciata sunt proceperẽt: emicabit Deus in consilio cũ gloria super terrã, ut exaltet & glorificet quod est residuũ in Hierusalẽ. Sermo em Dei patris nõ rapinã duxit equalẽ esse Deo. Altum uerò quiddã arcanumq; de nobis cogitauit. In forma em, et parilitate Dei & patris existẽs, factus est nostræ cõditionis par ticeps, et nobis in terra agentibus apparuit, at nõ sine gloria, & caro factus est. Operatus est enim Deo digna, & signa effecit quæ quidẽ omni admiratione digna sunt: & postquã emicuit, misertus est Hierusalẽ. Non em periit in totũ, sed cõseruatæ sunt reliquiæ, quę euectæ sunt, & glorificatæ, & sanctitate enitescẽtes, in libro Vitæ inscriptę. Verũ esse ꝓpheticũ sermonẽ apparere cuiuis potest in primitijs eorũ qui seruati fuerunt in sanctis Apostolis, qui & subuecti uerè sunt, & gratuitis Dei muneribus illustrati, & hæc gloriæ claritate ditati. Acceperunt em potestatẽ contra spíritus immũdos, ut eos ejicerẽt, & curarũt multos infirmitatibus affectos, sed & in libro Vitæ descripti sunt. Quippe cùm gauderent dęmonia sibi subiecta fuisse, idq; dicerẽt, occurrit illis Christus, & maioribus rebus adhuc lætãdum illis docet: Nolite gaudere, inquit, q̃ dæmonia uobis subdita sint, sed gaudete magis, q̃ nomina uestra scripta sint in cœlis. Sunt ergo euecti Israelitæ, qui tãquã in cẽsu ac sorte harũ reliquiarũ fuerunt superstites. Etenim digni habiti sunt honore ac gratia à Christo, filij uocati sunt Dei, fratresq; egregij amici, gloriæq; eius socij ac participes: diius & amici, gloriæq; eius socij ac participes: diuus etiã habiti sunt ut in supero & cœlesti libro describerentur, & ciues nuncupati sunt intelligibi- *Luc.10*



lis Hierusalẽ, quæ est mater sanctorũ, cuius ipse- A met propheta Hesaias meminit dicẽs: Oculi tui contemplabuntur Hierusalem ciuitatẽ diuitem, tentoria quæ non quatientur.

QVIA *eluet Dominus sordes filiorũ & filiarũ Sion, & sanguinẽ de medio eorũ purgabit, spiritu iudicij & spiritu ardoris.* ] Exuscitauit iterũ Prophętę oratio, & nõnullorũ cõmentitias obiectiones irritas, & superuacaneas ostẽdit, nec ullo modo permittit cuiquã diuina oppugnare iudicia. Sed quadã apologia præmunit cõmodum: ac si quispiam illi occlamaret: Extollent de integro filij Hierusalẽ, et ornabunt gloria, et hoc lucrifacient ut in superis recẽseant: quãtumuis impietatẽ haud mediocriter exercuerint, prophetas occiderint, missos lapidibus obruerint, ipsum demũ Christum morti tradiderint, B eorumq; manus sanguine redundauerint. Quid igit prophetæ? Eluet Dominus, inquit, sordes filiorum Hierusalẽ & filiarum Sion, & sanguinem expurgabit è medio eorum, in spiritu iudicij et in spiritu ardoris. Dereliquerunt siquidẽ citra controuersiã, iustificauit uerò oẽs gratia per Christũ, ipsisq; interfectoribus gratis indulsit ἀμνησίαν, ut eorum scilicet peccata obliuione sepeliret et obrueret. Nimirum & diuinus Petrus Iudaicum po- *Act.3* pulum affatur alicubi dicẽs: Vos sanctũ & iustũ negastis, & flagitastis homicidam donari uobis. Alicubi iterum: Et nunc fratres noui q̃ ex ignorãtia fecistis, sicuti & principes uestri. Resipiscite itaq; & baptizet unusquisq; uestrũ in nomẽ Domini Iesu, & accipietis donũ sancti Spiritus, uobis em sunt ꝓmissiones & filijs uestris. Quapropter, inquit, uniuersorũ opifex & Dominus, multum misericors, qui mãsuetudine & clemẽtia humanæ mentis paruitatẽ & angustias excedit, qui nõ uult mortẽ morientis, quo eum à uia sua prauaauertat, & uiuat: abluet sordes eorum qui peccarunt, & è medio illorum purgabit sanguinem, spiritu iudicij & spíritu ardoris. Iudicij autẽ spiritum dicimus, ex iudicio recto & iustitia latum in nos à Deo calculum. Scilicet ita inquit Seruator: Nunc iudicium est seculi huius. Iudicio em contendit cum mundo hoc & cum Satana, & hunc quidẽ eiecit ut iniuria afficientẽ, illos uerò iustificauit é mundo per fidẽ, iniuria affectos. Ardoris uerò spíritum dicimus, gratiã in sacrosancto Bapti- D smo, nõ absq; spíritu nobis ingeneratã. Baptizati autẽ & loti sumus, nõ aqua nuda, sed nec cinere uituli emundati sumus, ad solã carnis purificationẽ, quẽadmodum inquit beatus Paulus, sed Spiritu sancto, & igne diuino ac intelligibili, qui sordes uitiositatis in nobis deterit & absumit, & peccati inquinationẽ liquat & excoquit. Hunc Seruatoris aduentum nobis & alter quoq; è sanctis prophetis præsignificauit inquiẽs: Quia ecce egredit quasi ignis fornacis, & quasi herba lotorum, & purgabit cõflando quasi argentum & quasi aurum. De Iudæis enim qui inobedientiæ crimini affines permanserunt: Defecit follis, inquit, ab igne, defecit plumbum, in uanum argentum cõflat, malitiæ eorum non liquefactæ sunt, argentum reprobatum uocate eos, quia reprobauit eos Dominus. In nobis autẽ qui credidimus, non in irritum laborauit faber argentarius, neq; defecit follis ab igne, nec plumbum: purgati em sumus in spíritu iudicij & in spíritu ardoris. Prętereà emundationẽ fieri dicit in Iudæorum populo per calamitates bellicas, & per ea quæ passi sunt. Purgãt em et emundant punitiones, & omniũ iudice dari pœnas, subinde à multis delictis liberat. Itaq; uerum esse probabit hæc oratio.

ET *ueniet, et omnem locũ montis Sion, et omnia quæ in circuitu eius sunt, obumbrabit nubes die, noctu uerò instar fumi & instar splendoris ignis incensi, omni gloria obtegetur, & erit loco umbræ ab æstu, & loco tegumenti & absconsionis à fœtitia et pluuia.* ] De quo igitur dicit: Veniet? Num de tempore quo hæc futura sunt, an de eo qui se ad exinanitionẽ demisit, & de cœlis descendit, ut genus humanũ seruaret? Quadrabit ergo oratio, siue hæc quis de aduẽtus tempore extulerit, siue malit de ipso Christo enunciari. Nam cum is uenit, Sionis sub intelligentiam cadentis & liberæ Hierusalẽ filios, sua coronans gratia, fœlices reddidit, & uelut protector quispiam illis extitit: tantùm non ueterem illam nubem repræsentans, quæ olim in deserto obumbrauit Israelem, hinc dicit: Et ueniet, & omnem locum montis Sion, & omnia quæ in circuitu eius sunt, obumbrabit nubes die. Vt enim uitæ huius æstum & probationes quæ ex tentationibus proficiscuntur, atq; ustiones fugãt hi, qui Sion intelligibilem habitant, id est ecclesiam, nubis instar propemodum impendebit, inquit, & protector erit Christus, ipse ignorationis & diabolicæ nequitiæ dispellet tenebras illucescens mẽti, tanquam lux in caligine & tanquam ignis coruscatio. Scriptum quoque est de filijs Israel, In nube diurna eos deduxit, & in splendore ignis per totã noctẽ. Verùm hæc typi fuerunt, et rerũ uerarũ simulachra: ueritas aũt per Christũ. Est em ipse ueritas. Itaq; qui opitulatione digni sunt habiti, ubiq; & undiq; erũt, inquit, in umbrãculo ab æstu et integumẽto, et in occulto ab aspritate & pluuia. Rursus tentationũ uehementiã & acerrimum assultum cõparat asperitati & pluuijs. Sic enim quodammodo inquit Christus: Omnis igitur quicunque audit sermones meos, *Matth.7* & perficit illos, assimilabitur uiro prudenti, qui ædificauit domum suam super petram, & descendit imber, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & incubuerunt in domum illam, nec cecidit. Fundata est enim super rupem. Cùm uerò adijcit, omni gloria obtegetur, innuit non particularem aliquã fore gratiam Christi ijs qui in eum crediderunt, sed omnem in uniuersum honorem ac thesaurum misericordiæ illis tribuendum. Erunt enim sub operculo & uelamẽto eius qui seruare potest, & qui extra omnẽ malum collocat.

CAP. V.

CANTABO *dilecto meo carmen dilecti, uineæ meæ.* ] Primus uersus propositę sententiæ, ueluti definitio quædam est seu limes, & dicẽdorum præscriptio. Quid

enim acturus sit propheta, subinnuit dicens: Can A
tabo Dilecto meo carmen Dilecti mei uineæ
meæ: canam igitur, inquit, Dilecto, id est, Chri-
sto. Sic enim nobis eum & Deus & Pater nomi-
Matth.3 nauit, cùm dicit: Hic est filius meus dilectus in
quo cõquieui. Nunquid ergo ô propheta tuam
uocem audiemus? Nunquid ergo ex tuis solius
cogitationibus uerba effluunt? At spectа quor-
sum odæ scopus, & quid eloquatur. Etsi inquit
per me habeatur sermo hic, non tamen est meus,
sed est dilecti. Confectus est autem de dilecto ui
neæ meæ, seu ut alij interpretes dicunt, de uinea
eius: sin de uinea mea dixerit, non hæc loquitur, q
ipsius esset uinea, sed q ipse unus sit eorũ q in ui-
nea recẽsent. Inuenerimus etenim prophetas eti
am de populo Dei eiusmodi interdum uocibus B
Hier.9 uti. Exempli causa propheta Hieremias: Quis
dabit mihi in solitudine tugurium ultimũ, & de-
seram populum meum & discedam ab illis: qua-
si enim unus sit è populo, populum suum dicit,
sanguine nimirum & genere propinquos. Can-
tat itaque propheta Dilecto. Dictum autem est
carmen de uinea, & de uinea Dilecta, id est, Isra-
ele. Scriptũ emẽ est, uinea Dñi Sabaoth homo Iu
da, plantula dilecta. Quid aut huius carminis te-
nor uelit ostẽdere, ex insequentib. intelligemus.

VINEA *erat dilecto in cornu in loco opimo, & sepẽ circun dedi, & obuallaui, et plãtaui uitẽ Sorec, et ædificaui turrim in me dio eius, et lacum fodi in ea, et expectaui ut ferret uuas, ac protulit spinas.*] Cum uinea contulit Israelem, & persistit
in ea Metaphora per totam orationem. Erat igi- C
tur uinea, inquit, Dilecto in cornu, in loco opi-
mo. Aiunt nonnullis interpretum satis uideri, si
dicant: In loco opimo, quasi cornu nobis aliud
quiddam designaret. Nõnullis placet, in cornu,
intelligere quasi Dei uirtute & potẽtia. Nam ac-
cepit Israel terram promissionis hæreditariam, di
uina ope his uictis, qui olim eam inhabitarunt.
Alloquitur enim ipsum in quadrag. tertio Psal-
mo: In te inimicos nostros cornu uentilabimus,
& in nomine tuo spernemus insurgentes contra
nos. Sumitur porrò cornu in Diuina scriptura, p
fortitudine & potentia & gloria regia. Licet e-
nim audire beatum Dauid, interdum dicentem
ueluti in persona iusti cuiusuis: Euchetur instar
unicornis cornu meum: interdum etiam de Chri D
sto, Cornu eius attolletur in gloria. Splendidissi-
mum quippe est regnum Christi. Opimam uerò
esse terram promissionis, attestatur Scriptura sa-
cra: ubiq; enim eam uocat terram fluentem la-
cte & melle. Confirmat deinde hoc diuinus Psal
tes, psallens & loquens de Israele: Vitem ex Ae-
gypto transtulisti, eiecisti gentes, & plãtasti eam.
Viden' illud, in cornu, potentiam Dei in his uer-
bis significare? Est enim plantata eiectis genti-
bus. Cæterùm uidetur alijs in cornu dici, tanquã
in edito & excelso loco: talis enim est Sion, in
monte posita. Plantaui igitur, inquit, uineam, &
sepem circundedi & circumuallaui, & plantaui
uitem Sorec, lectissimam. Circundabatur enim
Israel ueluti quodam sepimento tum angelorum
uirtute, tum supernis præsidijs obuallabatur. Et
quid tandem hoc est? Qui culturæ uinearum pe-
riti sunt, palos cuicq; scienter apponunt, & in altũ
tollunt, & in terra figunt. Sic enim earum fructus
erit saluus & incolumis. Tale quiddam etiam fe-
cit uniuersorum Deus, lege Mosaica propè ob-
uallans uineam intelligibilem, ne in terra proie-
cta, & solùm quæ carnis sunt relipiẽs, multis mo
dis periret, utq; quę supra sunt posset sapere. Ab-
ducit enim à terrenis Dei lex, subleuãs uidelicet
in sublime mentem eorum qui in eo pædagogio
educãtur. Quòd autẽ & generosa uinea sit, expli
cat cùm ait, non simpliciter quamuis uitem in o-
pimo loco plantatam, sed Sorec, id est, electam.
Hebræis emẽ uideẽ species & nomen pulchræ &
feracissimæ uitis per Sorec declarari & exprimi.

AEDIFICAVI, *inquit, & turrim in medio eius, & torcu lar fodi in ea.*] Erigebatur nempe Hierosolymis ce-
lebratissimum illud templũ, tanquã turris quæ-
dam & hospitium Dei: quin & fodiebatur torcu
lar, & arca in illa ponebatur & corbam, quod est
gazophylacium, seu thesauri custodia, in quam
omnis oblatio aduenientium cõsiciebatur. Cùm
autem inquit, fecerim ut per omnia bene se habe
rent, expectaram ut uuam proferret. Putabam e-
nim inquit, putabam eam non aliud, quàm uitis
fructum nobilem ac generosum esse redditurã:
at protulit spinas. Itaq; spes frustrata est, & fefel-
lit Israel, & uice botrorum peperit spinas, qui nec
legis custos erat, nec probitatis fructibus decora
bat, sed pluribus modis impingebat, & spinas se
rebat, id est, opera ignis, nẽpe qui eos qui contin
gunt & propè accedũt, cõsauciant. Offendit aũt
Deũ quod à nobis fit peccatũ, & quod nobis est
spina, id etiã est illi uitiositas. Sed ut beatus Pau- Hebr.6
lus scribit: Terra quæ imbrẽ in se uenientẽ cõbi-
bit, & herbã gignit accõmodã illis à quib. colit,
accipit benedictionẽ à Deo: at quæ spinas, p fert
& tribulos, reproba est, & maledictioi proxima,
cuius finis combustio.

ET *nunc homo Iuda, & qui incolũt Hierusalẽ, iudicate inter me & uineã meã. Quid factũ uineæ meæ quod nõ fecerim eit? Ideo expectaui ut ferret uuas, sed tulit spinas.*] Demonstrare co-
nat inexcusabilẽ omnino Iudæorũ ignauiã, et ad
uersus legẽ impudentiã. Cùm emẽ præclarã & lau
datã legitimę uitę & Christianę institutionis uiã
inire potuisset, ipsi obliquã & deuiã coluerũt: &
facultate fructificãdi neglecta, infructuosa uelut
terra facti sunt, quæ altrix est, & nutrix nõ mitiũ
fructuũ, sed quę agrestis est potius, spinosa & syl
uestris. Prodeant igitur, inquit, qui inter uos sunt sa
pientes, iudicẽt inter me uineæ dominũ & ipsas
uites. Quid igitur boni illis defuit ut inutiles fie-
rent? Si emẽ rerũ ad usum & utilitatẽ necessariarũ
quippiam à me qui plãtaueram, forte prætermis-
sum fuerit, causæ nihil dicam, nec pœnas exigã.
Quid enim facerem, inquit, quod nõ ei fecerim?
Cùm uerò rebus eam utilibus plenam nulliusq;
rei indignam fecerim, etiam spinas tamen pariat,
etiamsi ego expectarim, ut eam pulchris fructi-
bus ornatam uiderem: qui tandem in posterum





à iudice feretur calculus? Num igitur inertẽ, nũ A
desidiosum agricolam dicet? an potius illos ac-
cusabit qui tanta solicitudine curati à me, adeò
fertilitatem suam neglexerũt, ut inanem syluam
ac turbã spinarũ pro racemis pepererint? Quòd
autem de spina sensibili sermonem non habeat,
nec de racemis aut uua, cuiuis perspicuum est. Si
uerò uinea sit sub intelligentiam cadẽs, tales om
nino sunt & fructus.

*Nunc annunciabo uobis quid faciam uineæ meæ: Auferam se pem eius, & erit direptioni: & amouebo maceriam eius, & erit conculcatione: & dimittam uineam meam, & non putabitur, neq; fodietur, & ascendent in eam uelut in terram incultam spinæ. Et mandabo nubibus, ne pluant super eam imbrem.*] Non caret,
ut mihi uidetur, schema huius orationis admira-
tione. etenim ipsa, tacentibus etiã his qui ad ferẽ B
dam sententiã inter ipsum & uineam adsciti erãt,
pœnã decidit deinceps, & quibus item hæc euẽ-
tura sunt diserte prænunciat. Cùm enim nihil ei
deesset eorũ quæ ipsis utilia sunt, in uepres redi-
git, sua sententia. Par enim est, ut qui ad tantã per
uersitatem deueniissent, manu & cura & auxilio
Domini imposterum priuarentur. Proin, inquit,
auferã sepem ipsius, & erit direptioni, & auferam
maceriã eius, & erit conculcatione. Vinea siqui-
dem quæ sepimento & muro caret, prostituetur
omnino, quibusuis diripere uolentibus, ceu con-
uiuium omnibus expositissimum, & ceu trita se-
mita, iter facientibus, nemine prohibente. Nam
Christo nos obmuniente, & arcano adminiculo
ceu maceria tantùm nõ cingente, obuij & expo- C
siti non erimus, neq; immundorũ spirituũ incur-
sioni, nec direptioni ferarum agrestium obiecti,
nec ludus & deliciæ uulpibus, de quibus in Can-
tico canticorum scriptum est: Cõprehendite no-
bis uulpeculas paruas destruentes uineas. Dicũ-
tur etiam portio uulpium fieri. At si Deus nos in
iuriã facere uolentibus relinquat, & cura super-
na nudet & destituat: in omnium malorũ discri-
men ueniemus: & quiuis nos ac bona nostra faci
le inuadet, siue sit latro quispiã intelligibilis, siue
in mẽbris carnis grassans lex, siue quælibet agita
tio motusq; animorum nostrorũ qui Satanæ fru
ctificabit. Itaq; citra sepimentum & citra murum
uinea cuiuis prostabit ad deprædationẽ. Et non
putabitur, & non fodietur: id est, nulla ei cura im D
pendetur, quæ eam possit corrigere & in melius
reducere, & ab hac tam graui egestate liberare.
Mandabo aũt nubibus, sub intelligentiã cadenti
bus, id est, sanctis prophetis, uel potestatibus an
gelicis, ne super ipsam imbrem depluant, scilicet
intelligibilẽ, ut qui exhortatione uerboq; diuino
in mente & corde peragitur. Verùm hinc maxi-
mè perspicere licet, sermonẽ propheticum dice-
re, non ante aduentus tempora filijs Israel euen-
tura hæc, sed cùm in Christũ bacchati fuerãt. Nõ
enim memorari uel demonstrari tẽpus poterit,
quo Israel sanctis prophetis destitutus manserit.
Nam diuersis temporibus captiui erãt, & in Per-
sarum ac Medorũ regione dissipabantur cũ uxo
ribus & amantissimis. Verùm sine prophetis san
ctis in Aegyptũ non descenderant: cùm Babylo
nij celeberrimã Hierusalẽ funditus sustulissent,
aderat tamen cum illis propheta Hieremias, mi-
nistrans supernis & diuinis sermonibus. Cùm ue
rò in Christum blasphemiã euomuissent, sepimẽ
to suo prorsus caruerunt, & omnis eorum securi
tas concidit. Hoc enim, arbitror, possumus dice-
re, maceriam eorum sublatam. Cessauit etiã om-
nis inter illos sanctorum prophetarum oratio, &
instar pluuiæ inhibita est quodammodo, & inter
mittebantur uoces sanctorũ. Hoc est, ut opinor,
quod illis per quendã à Deo dictũ est: Ecce dies Amos 8
ueniunt dicit Dominus, inducã famem in terrã,
non famem panis, nec sitim aquę, sed famẽ audiẽ
di uerbum Domini. Ab oriente ad occidentem
cursitabunt quærentes sermonẽ Domini, & non
inuenient. Contigerunt sanè Israelitis hæc ut di-
cebam, non immeritò. Repulerunt etenim uni-
uersorum Dominum, qui animas & corda intel-
ligẽter irrigat, & rore spirituali pinguefacit: quo-
rum etiã beatus Dauid mentionem fecit, cùm di
cit: Velut ros Hermon descendẽs super montes
Sion. Exurrexit aũt loco illius uinea noua, eorũ,
qui uocati sunt per fidẽ ad sanctificationem. Ac
de illis inquit spõsus cœlestis, id est, Christus, Vi
tes germinant, ediderunt odorẽ. Et ille est prima
& sanctissima & uerè uitis: à qua nos pendemus
ceu palmites, uiuifica pinguedine ab illo repleti.
Siquidẽ clarè dixit: Ego sum uitis, & pater meus Ioan.15
agricola est, omnẽ palmitem in me, non ferentẽ
fructum, tollit, & omnem qui fert fructum, pur-
gat, ut fructum uberiorem ferat. Cùm uerò illi a-
gnati ac insiti sumus per coniunctionem uidelic
et spiritualem, fructuosi efficimur. Ad hæc hoc
nobis confirmat ipse cùm ait: Manete in me, &
ego in uobis. Quemadmodum palmes non po-
test fructum ferre à seipso, nisi maneat in uite: sic
neq; uos, nisi maneatis in me. Ego sum uitis, uos
palmites: qui manet in me, & ego in illo, ille fert
fructum copiosum: quia sine me non potestis fa-
cere quicquam. Dico itaq; oportere per fidem &
dilectionem & obedientiam per omnia, uiti ue-
ræ, id est, Christo adhærescere. Ipse siquidem red
dit nos frugiferos, ipse circundabit sepem, & cir-
cundabit murum, & arcebit transeuntes. Et ad i-
psum alicubi dicit sacrum oraculum: Et extruen- Esa. 61
tur solitudines tuæ perpetuæ, & monumentum
in ætates, & uocaberis ædificator sepium, & semi
tas intermedias cessare facies.

*Vinea Domini Sabaoth, domus Israel est & homo Iuda, ger men dilectum. Expectaui ut faceret iudicium, at fecit iniquitatem, non iustitiam, at clamorem.*] Liquidò in his uerbis ostẽ-
dit, non se loqui de uinea sensibus obiecta, sed in
tellectu percepta. Sumit enim fere semper scri-
ptura diuinitus inspirata, exempla quę apparent
& patent ad demonstrationẽ rerum obscuriorũ,
& sub intelligentiã uenientium. Est enim, inquit,
uinea Domini Sabaoth, & germen dilectum do
mus Israel, & homo Iuda. Veruntamen cùm illã
omni misericordia & dilectione dignarer, omni
cura prosequerer: non erat racemorũ ferax, non

uitis generosa,legē non coluit, non probā, neq; A
sanctā uitā degit, sed spem agricolæ ueluti fefellit.Ego quidē expectaui iudiciū, id est, ex animo
syncero rectā, & in omnibus rebus agendis opinionem irreprehēsibilē seu iudicium.Sed illa,iniquit,patrauit iniquitatē, uidelicet uitis spinas peperit,itaq; fefellit, ut iam dixi. Vnde enim æquū
erat iustitiæ fructus crescere, inde præter opinionem & expectationē ostendebatur uita,quæ extra sacras literas & præter diuinum præscriptum
legē habet & condemnationē. Idcirco fecit iniquitatem & non iustitiā,sed clamorem.Clamorē
autem hoc opinor,dicit:ostendens uitam eorum
iracundia effusam ac præcipitem, & plenam tumultibus.Quare & diuinus Paulus dilectis præcipit dicens:Omnis autem clamor & ira & furor B
& maledictum tollatur à uobis,& omne uitium.
Neq; uerò decet eos qui mente stabili ac sedata
præditi sunt,stolidis uti uociferationibus:sed his
cōuenit magis, quibus uita est labilis & lubrica,
imò ad omne facinus procliuis, & qui furore magis quàm prudentia uitam instituunt.Videtur etiam atrocissimam Iudæorum exclamationē sub
innuere,quā contra ipsum Christum excitarunt.
Obijciēte nanq; Pilato an Regē suū in crucē agi
uellēt,omni honesto & pietate posthabita,exclamarūt,Tolle,tolle,cruci affige illū:Nō habemus
Regē nisi Cęsarē.Clamor ergo improbus,Iudaici conciliabuli fructus est.Hinc orbati sunt & sepe, & maceria, & irroratione è sanctis nubibus,
omniq; etiā cura: quippe dicit:Dimittā uineā meā, C
& non putabitur,non fodietur. Vastata est enim
tota,spinas gignens, quæ ignis alimentum sunt,

*Væ his qui iungunt domum cum domo, & agrum cum agro copulant,ut uicino aliquid auferant. An soli habitabitis in terra? Audita sunt enim hæc in auribus Domini Sabaoth.*] Ne quis existimet frustra eum in Israelem dixisse,& sine causa calumniari uineam, utpote nō uuas sed spinas
parientem,id est,pro iudicio & æquitate iniquitatem,pro iustitia clamorem: cōmodè enumerat
ea,ex quibus quamobrem fuerit accusata, intueri ac uidere liceat: nō propter uulgaria iam & cō
munia, sed propter ea quæ uehementer legi dissentanea sunt,maximeq; Deo uirtutis amanti inuisa.Ideò dicit: Væ qui coniungunt domum domui,& agrum cum agro copulāt, ut proximo ali D
quid auferant.Inest enim omnino his,qui ditescere uolunt,& qui potentia ualēt,ut semper acquisitis iā, aliquid huc uelint accumulare, & ut suas
facultates ac copias infinitis accessionibus coaceruare uideantur.Insidiantur enim semper accolis uicinis,& urbanas res amplificare student, &
dominos suis prędijs finitimos opprimunt,& cū
suis copulant ac coniungunt.Est enim insatiabile quiddam uir diues,siquidem accedat quoq;,ut
quod uelit non possit rectè conficere. Quiescet
enim nunquam,neq; desinet ad proximi bona assilire:quod nondum adest, sitit: & quæ nondum
parata sunt, cōcupiscit. Væ igitur,inquit,his qui
copulare uolunt & iungere suis ædibus alienas,
& agros agris,ut proximo auferant aliquid.Sem

per enim causam studēt obtendere, cur plus ipsi
possidere debeant,& cur alios sibi contiguos esse non oporteat:dein imbecilliores cogūt,& impiè rapiunt ab illis eiulantibus interdum,& contra eorum sæuitiam ac ferociam uociferantibus.
Quid igitur illis dicit sermo propheticus? Ecquid habitabitis soli in terra? Ecquid enim,inquit, uos esse solos in terra arbitramini? an non
præsidet,& quæ acta sunt inspicit Deus? Quanquā admodum propè est uniuersorum Deus: audita sunt hæc uestra facinora.At quomodo? Forsan dicetis, exclamarunt uidelicet hi qui iniuria
affecti sunt.Simile quiddā Seruatoris discipulus
scripsit: Agite nunc diuites, plorate ululantes in
miserijs uestris quæ inuadunt.& ad hæc dicit:Ecce merces operariorū qui demessuerunt prædia
uestra defraudata à uobis clamat,& uociferationes eorum qui messuerunt ad aures Domini Sabaoth peruenerunt.Accipit enim promptissimè
uoces eorū qui fraudati sunt sanctissima & improbitatis inimica natura. Quòd autē nō recedat
à terra,confirmabit ipse,cùm dicit: Deus approprinquans ego sum, ait Dominus, & non Deus
procul.Audiant ergo qui auaritiæ dediti sunt, &
qui uim fratribus inferunt: Nunquid habitabitis
soli in terra? Præsens est enim uniuersorū Deus.
Videtur etiā propheta aliud quiddā non inuenustum nobis hisce uerbis innuere. Si enim ô diuites,inquit, proximi bona rapueritis, si uicinū odio habueritis,usuueniet sanè,ut uos soli inhabitetis regionē,exturbatis alijs omnibus.Desolatā
proinde fore terrā & uacuā habitatoribus ostendit.Itaq; optimum & consultissimum, ut curent
ea solùm quæ ad uitam seipsa contentā ac moderatam pertinent.Est etenim portio tenuis cum timore Domini melior,quàm multi prouentus cū
iniustitia. Vtq; etiam aliquid ex sacris literis desumptum cōmemoretur: præfuit quidam ea tempestate Israeli in Samaria, qui domo sumptuosa
& magnifica sibi extructa,obijt statim,ac confestim perijt.Hunc Deus reprehendens ut qui frustra laborasset: Aedificasti, inquit, tibi ipsi domū
concinnè fabrefactā, cœnacula perflatilia, dīducta fenestris,materiata cedro,et peruncta minio.
Non regnabis,quia tu exasperasti in Achazo patre tuo.Melius tibi fuisset iudiciū & præclarā iustitiā exercuisse. Non enim prosunt thesauri iniquis,sicuti scriptū est, sed iustitia liberat à morte.

*SI enim fuerint domus multæ, magnæ & pulchræ, desertæ erunt:nec erunt qui habitent in illis. Vbi enim decem iuga boum laborant,facient amphoram unam: & qui seminat Artabas * sex,sa ciet modios tres.*] Audierat enim proculdubio Dominus Sabaoth auribus suis auaritiā potentiorū
qua usi sunt in alios. Quid ergo? Num cōticuit?
num tacitè dimisit? nū iræ serenitatē & sedationē induxit? Nequaquā, inquit: quod perspicuo
argumento declarat, dū ostēdit irritū studiū esse
eorū qui rerum alienarum amore tenentur.Nam
quæ tandē utilitas,inquit,domū domui iungere,
splēdidē etiam atq; ambitiosè adornare regias, si
nullus futurus sit, qui in eis habiter, bello partios

*Artabe quæ Ægyptios facit modios 20. Hieron. 6. cap. Ezech.*

æque



æquè ac magnos cōsumente? Quid uerò illis e- A
molumenti erit ex agris amplissimis, cùm propter auaricia possidētium, hoc est, diripientium,
fructus percipere Deus nō permittat? Erit enim
erit tāta in agris insce cunditas, ut ex uiginti boū,
seu decem iugerum laboribus in uineis, uix una
surgat amphora: & ex satis mensuris sex, reditus
fructuū ex semine iacto, uix dimidiata parte proueniant.Sufficiet autem opinor,ad opus faciundum iugis decem boum, multum agri uitibus cō
situ,multum itē terræ arabilis. Inutilis igitur possessio,& plura possidendi studium inane est, nisi
sit quę domos in urbibus inhabitet:nec fœliciter
proueniēt quæ sunt in agris,Deo uastante & eorum iniustitiā coarguente. Quia uerò quisq; nostrūm animo suo habet agricolationem sub intel B
ligentiam cadentem,& semen iustitiæ insitū: caueamus ne in offensionem diuinam incurramus.
Tunc enim tunc uirtutes multiplices ac uariæ in
nobis tanquam in domicilio tuto ac munito habitabunt, & frumentum quasi in terra profunda
multiplicabimus: & uniuersorū Deus semini nostro benedicet, & prouentus iustitiæ nostræ augebit,sicuti & diuinus Paulus inquit.

VAE *his qui expergiscuntur mane, & sectantur siceram, & ad uesperum usq; moram trahunt. Vinum enim succendet eos. Nam cithara & psalterio, & tympanis & tibijs uinum bibunt, opera uerò Domini non intuentur, nec opera manuū eius considerant.*]
Adiungit primis alia etiam grauissima crimina
in diuites. Nam præterquam quòd auaritiæ dedi
ti sint,& supra modum tenuiores opprimāt: hoc
mali accedit etiam, ut sint frequentes in perpotationibus,ut luxuria diffluāt, ut comessationibus,
ebrietatibus cōtinuis, cæterisq; malis quæ ex carnis libidine oriuntur, cōmaculentur:idq; iugiter,
perinde quasi hoc,omni tempore, se debere facere existimarent. Opulentia enim abundè stimula
repotest ad uoluptates, omnemq; satietatē in illis excludere. At qui seminat in carne, ut inquit
Paulus,ex carne metet corruptionē. Finis enim
temporarij luxus, longa & perennis erit lachryma,& carnalis uoluptatis fructus,interitus. Describit itaq; propheta nobis Iudæorum fastum,et
immoderationem luxus, effusamq; intemperantiam. Omne enim tempus uentri ac gulę tribuūt,
sub aurorам siceram quærunt,& ad solis cursum D
compotationes protrahunt, permanētes usq; ad
uesperum. Vinum enim incendet eos. Excitat
quippe in uiscerib. largiter bibentis planè quoddam incendiū. Quin & alio modo uinum succendet hęc ebrietatis mancipia. Occasio nimirum erit,ut supplicium de illis sumatur. Siquidem incē
dentur, ablegati in flammā sempiternā, diabolo
eiusq; angelis destinatā. Scilicet hinc ebriosus una cū alijs prophanis à Deo exors erit, & regnū
cœlorum neutiquam ingredietur. Obserua autē
quanta fuerit his temporibus Iudæorum in uoluptatibus consectandis effrenatio. Vbi nanq; citharæ sonus est,& tympanorum pulsus, ac tibici
num concentus cum numerorum concinnitate
& plausibus,ibi omnino est & omne genus fœditatis,eaq; fiunt clàm ab illis, quæ turpe est uel dicere. Quod quidem impedimento illis est, quò
minus gloriam Dei intueantur,eiusq; opera attē
dant. Nam ut corporeus oculus uel puluere iniecto,uel lippitudine offusa, uel obturbante uulnere,clarè non potest uidere:sic mens humana, carnis uoluptatibus degrauata ac demersa, ad Deū
nequit respicere, nec facta eius fixo obtutu contemplari: è quibus manifestissimè, quis ac qualis
opifex est, liceret animaduertere. Ex creaturarū
enim pulchritudine cognoscitur,eumq; admirari & suspicere abundè poterit is, qui rerū ab ipso
factarum admiratione capi uoluerit. Sicuti enim
beatus Paulus scribit:Inaspectabilia, ex creatio Rom. 1
ne mundi per opera intellecta peruidentur, æterna scilicet eius uis & diuinitas. Nec uerò absimile est,prophetam accusare Iudæos, quasi qui cōpotationibus se dedant, & ad delicias cupidissimè cōuolent, nec animo interim futura cogitēt,
id est,quæ ipsis ex ira uelut diuina cuentura erāt,
quę etiā opera manuū Dei nuncupat. Pacē enim
cōstituit diligentibus se, mala uerò creat his qui
ad irā cōcitāt. Si enim futura cōtra se Dñi opera
uidissent, perpotationibus minimè indulsissent,
sed curę ac cordi fuisset illis lachryma, gratus fuisset luctus,labores, preces,pœnitentiæ officia, &
malorū exintēperātia ac profusione cōsideratio.

*Captiuus igitur populus meus factus est, quia Dominū non cognouit, et multi fame et siti aquæ necati sunt. Dilatauit infernus animam suā, et aperuit os suū sine intermissione. Descendentiq; nobiles et magni et diuites et pestes eius. Deijcietur homo, et ignominia afficietur uir, et oculi elati humiliabuntur. Extolletur autē Dominus Sabaoth in iudicio, et Deus sanctus glorioſus erit in iustitia.*] Rē C
in exitiū tandē exiturā, & ad ultima mala recasuram his qui uolunt delicatè ac mollìter uiuere, di
uina nos his uerbis docet oratio. Cùm enī Iudaicæ regionis incolæ alijs clariores illustriores q;,
operū Dei procuratione neglecta, cōsiderandis
operibus manuum eius nullā curā impenderent,
comessationibus autē perpetuis uacarent,ebrietati indulgerent, ac immodicè intemperanterq; tibijs canentes, in eo totos dies producerent: abibunt sane captiui, & seruient inimicis, ac tanta erit per omnē regionē mortuorum, inedia & siti
pereuntiū multitudo,ut infernus prælargo & inexplebili ore,hiantibusq; faucibus absorbēs eos,
qui descenderent,suisq; eos thesauris spolians,lasciuia quodammodo sit exultaturus. Nā cum inferni animā dilatatā nobis dicit,aliud nihil quàm
quod iam dixi, significare eum uelle, existimandum est. Nam scripturā diuinitus aspirata nōminibus figuratè utitur, & quasi metaphoricè, etiā
in rebus quæ animabus carēt, imò quæ nec in ordine ac serie animaliū numerātur, perinde quasi
hoc uere essent. Quæ enim est inferni anima? Locus potius est infernus, & animarū miserarū carcer horridus. Animæ igitur eorū qui in hac uita
delicijs & uoluptatibus effœminātur, ad infernū
descendēt, & implebūt quasi eius animū. Cuiusmodi est qd nobis diuinus Modulator subindicat,loquēs,opinor, de omni anima quæ uoluptatibus

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



tibus & uitijs addicta est, ingredietur ad generationem patrum suorum, in seculum non uidebit lucem. Nam ut sanctos nostra hac mortali conditione defunctos patribus suis aggregari, Sacra scriptura cõmemorat, (etenim dictum est beato Abrahamo: Et tu adoneris ad patres tuos, enutritus in senectute bona.) Sic & mortuos in peccatis ad genus patrũ suorũ recurrere dicimus, patres eos appellantes, qui per omnia consimiles sunt, & æqualẽ uitam uiuunt. Sin uerò dicat multitudinem esse mortuorũ præ fame & siti aquæ, il- *Iosephus.* lud dicimus quod scripsit Iosephus, qui Iudaicæ calamitatis magnitudinẽ tragicè literis prodidit. Obsessis iam Hierosolymis, mulierculæ ederunt quos ediderant liberos, & quicquid in dentes uenit, fame ac necessitate urgente, deuorarũt. Neq; hoc solùm Hierosolymis factum est, sed & in cæteris Iudææ urbibus. Quomodo, dubitet quispiã, & unde? Complures nimirum bello consumpti sunt, & gladio ceciderunt: at multis sic è medio sublatis, plures tamen inediæ rabies perdidit. Sin uerò dicat aliquis, aquarum sub intelligentiã cadentium, cibiq; diuini inopiam fuisse, Iudæis impiè sceleratèq; uiuentibus, itaq; eos perisse & uelut ad inferos concessisse, propterea quòd per Christũ ad uitam reuocati non fuerint, exemplo eorum qui in eum crediderãt: is neutiquam à uero aberrauerit. Nam & hoc eis accidit. Cæterùm hi qui descendunt, quibus ipse adeò infernus suã animã dilatat, & os insaturabile aperiet, quinam intelligantur esse: pergit porrò ostendere, cũ ait: Nobiles, magni, diuites & pestes eius. Nam cùm totius regionis facilè principes existerent, & insigniores, par erat, ut subditi rudimentis pædagogicis per illos ritè instituerentur: quod illi quidẽ minimè fecerant. Typi quippe & exẽpla fuerunt alijs uitæ execrabilis: quos sacrum oraculum alicubi affatur: Laqueus facti estis speculationi, & *Oseæ 5* uelut rete expansum super * Itabyrion, quia ue- *Heb. in Miza pa Thabor.* nantes feram defixerunt. Vidésne quo pacto laqueus & pedica reliquis fuerint? Nimirum præfectorum probitatem, uel etiã socordiam imitari plerunq; consueuerunt subditi. Itaq; ceu autores & causæ interitus & sibi ipsis & alijs omnibus, primi descendent & præcipites ibunt ad inferos, diuina ira ante alios quodammodo in ipsos insiliente. Punientur uerò, non quia diuites & nobiles sunt, sed quia pestes, id est, labes & lues tũ sui ipsorum, uti dixi, tum gregis uniuersi. Hi, inquit, qui magno tumore inflati sunt, reddẽtur abiecti & inhonorati. Quẽ enim mortis terror non prosternet? uel quem oculum elatum & altum suspicientem grauis & intoleranda calamitas quietum & sopitum non reddet? Hæc, inquit, omnia ubi euenerint, Extolletur Dominus Sabaoth die illa: id est, tum quãdo hæc de illis prædicta ad exitum decurrent. Extollitur uerò Dominus Sabaoth in iudicio & iustitia, cùm recto suo & sacrosancto calculo in populum superbum & uoluptuarium animaduertit. Proin auersari lasciuiam, carnisq; libidines inutiles uel potius impu-

A

B

C

D

rissimas quàm lõgissimè profligare studeamus, ne cõtrà insultet nobis infernus inexplebilis. Me minimus enim Seruatorẽ dixisse: Væ uobis diuitibus, quia habetis consolationẽ uestrã. & rursus: *Luc. 6* Beati qui lugetis nunc, quia ridebitis. Desinet enim labor in quietẽ, & bonorum sudorum finis uoluptates conciliabit æternum duraturas. Nam qui seminat in carne, ex carne metet interitum, sicuti scriptum est: & qui seminat in spiritu, ex spiritu metet uitam æternam.

ET *pascentur direpti ut tauri, & solitudines eorum qui relicti sunt, agni depascentur.*] Constituta adhuc regione Iudæorũ, rebusq; secundis florente, contra sanguinẽ Israelitico oriundos finitimæ gẽtes belligerabant: Deoq; uniuersitatis Israelẽ quasi scuto cõtegente, rebellantes sic deuicit, ut omnes citra pugnã expugnarit & fregerit, terrasq; eorũ diripuerit, urbes populatus fuerit, & res alienas, tanquã potestate quadã & autoritate prædíti, * tulerit egerit. At ubi in Christũ impij facti sunt, Romani exercitus uastationi direptioniq; expositi sunt, urbes cremantur, omnia eorũ bona diripiuntur à uictoribus: dein Romanorũ copijs subducentibus se parumper ac cedentibus, qui olim direpti sunt, incursionẽ faciunt, urbes ac domus peruesti gant, & reliquas res cõpilatas in suã quisq; regionem importãt. Cuiusmodi est quod nobis Deus uniuersitatis significat uoce prophetæ: Colligite, inquiens, colligite quasi racemos ex uinea, reliquias Israelis: reuertimini tanquã uindemiator ad canistrũ suũ. Prædicit igitur nõ satis fore, hæc solùm à Romano milite passos esse, sed præterea ex finitimarũ gentiũ crudelitate hęc accessura, dicens: Et pascentur qui direpti sunt, tanquã tauri. Qui enim olim, inquit, direptioni eorũ facilè patebant, quia Deus opẽ ferebat: hi regionẽ eorum depascẽt ceu tauri, id est, feroces, magnanimi, & qui inuictã ad resistendũ uim afferent. Et solitudines eorũ qui relicti sunt, agni depascẽt. Relictos dicit obsessos. Agni comedent, hoc est, illi rursus qui sunt ex gentibus. Cùm enim uelut de tauris uerba fecisset, persistẽs in tropo, agnos adiecit: uti tauros esse ualde robustos intelligamus: alios uerò qui tales non sunt, sed inferiores ac minori robore præditi, agnos appellemus. Ad eũdẽ quoq; modum inertis cuiusq; & supini hominis cor pra- D uæ & impuræ potestates uelut boues & agni deuorabunt, illisq; cedent in cibum uoluptuarij, & qui animos atq; oculos cõuertunt ad peccandũ.

*ἐφορᾷ ἄγρια πράγματα, σπείρειν, ἀμᾶν, πράσσειν, φέρειν, ἄγειν.*

## CYRILLI COMMENTARIORVM IN HESAIAM

*Libri primi,*

### ORATIO QVARTA.

VAE *trahentibus peccata tanquam funiculo longo, & tanquam iugi loro iuuencæ iniquitates, dicẽtibus: Cito appropinquent quæ faciet ut uideamus, & ueniat consilium sancti Israelis, ut sciamus.*] Vniuersitatis opifex & Dominus, humanæ naturæ



turæ infirmitatem uincens clemẽtia, per sanctos prophetas affatus est maiores, unde eos ad meliora se recipere, deteriora relinquere, à uitijs ac sceleribus desistere, ac in uirtute potius reuiuiscere, ac quod bonũ est diligenter persequi, erat consentaneum. Eamq; ob rem illis nunc præmia sanctis destinata proponit: nũc suppliciorũ genera peccatoribus digna exponit: ut omnibus modis ad id quod expedit perducat. Sed tũ nullus erat modus aut uia quæ Iudæorũ ignauiæ depellẽdæ satis esse potuit. Nam in auaritiã & libidinẽ prolapsi, & morbo contumaciæ in Deũ extremè laborantes, in sanctos prophetas grauiter cõcitati sunt, & alij quidẽ dictis eorũ fidẽ non habẽtes dicere: Alia nobis loquimini, & annunciate aliũ errorem: alij uerò naturæ diuinę patientiam propedixerim accusantes, inter se, ut apparet, loquiderident. Procul abest dies, perijt omnis uisio. Id circo ait Deus ad beatũ Ezechielẽ: Fili hominis, ecce domus Israel exasperãs, semper dicit, Visio quã hic uidet, est in multos dies, & in longinqua tempora hic uaticinatur. Propterea dic illis, hæc ait Adonai Dominus, non protrahentur omnes sermones mei quos loquar, quia loquar sermonẽ & faciã, dicit Adonai Dominus. Rursum alij tantum non de sua ipsorum salute & uita desperantes, ira animosi & audaces facti sunt, qui etiam dixerunt: Veniat citò belli tempus, non inuenient nos imbelles, & ad quemuis strepitum pauitantes, qui uastitatẽ illaturi sunt. Sumus & nos bellãdi non imperiti, & rei militaris nõ ignari. Hos ergo ad hunc modum affectos merito luget, & inquit: Væ trahentibus peccata uelut funiculo longo, & quasi iugali loro iuuencæ, iniquitates. Peccata & iniquitates hic dicit supplicia & pœnas pro peccatis: procul uerò abesse adhuc & nondũ propè, quòd Deus adhuc pati uelit: trahi autem quodammodo ab illis, eo quòd diuinæ iræ acrimoniã & asperitatẽ sensuri sint. Quibus ego singulis illud congruentissimè & uerè dici posse arbitror: Num diuitias bonitatis eius & tolerantiæ & lenitatis cõtemnis? ignorans bonitatẽ Dei ad resipiscentiã te inuitare? At secundũ obstinationem tuã, & cor resipiscere nescius thesaurizas tibi ipsi irã in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei. Trahunt enim ita uti dixi, ipsi in se punitionis tẽpus, fortassis etiã soluti inde & securi, quia differt punire eos, & quia turpiter delinquẽtibus pœnã non irrogat. Trahunt ergo peccata quasi funiculo lõgo, & quasi iugali loro iuuencæ iniquitates. Quemadmodũ enim qui iuuencas uel boues iugis submittunt, trahũt quandoq; ui multa, & adligant ad labores: ad eundẽ, credo, ipsum modum, hi qui se objiciunt iræ diuinæ, dicunt: Appropinquẽt citò quæ faciet, ut uideamus, & ueniat cõsilium sancti Israelis, ut sciamus. Alius itẽ è sanctis prophetis luget quoq; eos qui istuc dicunt idẽq; sentiunt: Væ, inquit, desiderantibus diẽ Domini, & illa est calígo & non lux, & opacitas non habẽs lumen suũ. Quocirca, cùm Deũ offensum esse intelligimus, cõfestim duci pœnitudine oportet, & precibus assiduis illũ mitigare potius, non cõmotum iam irritare, nec cõminantem contemnere. Est enim lenis & multũ misericors, auferẽs iniquitates, & conniuens ad iniustitias: & paucis quandoq; lachrymulis peccantium, ad placabilitatem serenitatemq; sibi gratissimam traducitur.

A

B

C

D

*Væ dicentibus malum bonum, & bonum malum: ponentibus tenebras in lucem, & lucem in tenebras: statuentibus amarum dulce, & dulce amarum. Væ his qui sibi ipsis uidentur sapientes, & in oculis suis prudentes sunt.*] Insipientes esse omnino eos etiam hisce uerbis arguit, qui peccata quasi longo funiculo trahunt. Cùm enim pœnitentiã omni laude dignam existimare, & se ab ira impendẽte probè ac integrè uiuendo conseruare, & Deo omnipotenti offenso, prece & supplicatione, se probare oporteret: mensarij improbi euaserunt, turpiora in precio habentes, nõ tantes uerò ut ad ulteriniũ citra discrimen id quod præstabilius est, & ad suam ipsorum salutẽ utilissimũ. Cõuenit ergo hoc: Væ illis sic affectis, quia in seipsos impij & stulti iudices extiterunt. Etenim cùm malum bonum esse dicerent, & tenebras lucem ducerẽt, & amarum dulce, dulce amarũ affirmarẽt: cumq; malùerint calamitates belli subire, quando alioqui facilè à malis immunes esse potuissent, repudiata etiam ipsa per Christum illustratione: in tenebris remanserũt. Et quid dicit propheta? Cùm expectarent lucem, factæ sunt illis tenebræ: expectantes splendorem, in caligine uersabantur. Ad eam uero impietatem animiq; efferationem proluti sunt, ut quantumuis Dei clementia eiusq; spei dulcissimus fructus illis propositus esset, pœnarum tamen ipsi acerbitatẽ elegerũt, & his grauissimis quidẽ malis diuexari maluerũt. Idq; propterea illis accidisse ait, quòd apud seipsos sapiẽtes, & in oculis suis prudentes uiderentur. Quòd quidem uerum est, quia iuxta Parœmiastæ uocẽ: *Parœmia.* Sapientia reprehensionis impatiens, errat. Et sibi præsidere solere, & ex suo arbitrio iudicioq; solo, quid utile cognitu sit, explicare: id graue est et perniciosum his qui id facere consueuerunt. Sic etiam Sacra scriptura inquit: Insolens & contemptor ac uir arrogans non proficiet. Cùm hoc animi morbo laborarent Iudæorũ præfecti, consilio Seruatoris non acquieuerunt. Erant enim erant prudentes, non apud Dominũ, sed apud se, supercilia tollentes, & altè sapientes propter diuinarũ legum scientiã, cùm omnino nihil sciuerint. Cęci enim erant, iuxta Seruatoris uocẽ, duces cęcorũ:

*Væ his qui inter uos robusti sunt ad bibendum uinum, & uiri ad miscendam siceram: qui iustificant impium propter munera, & iustitiam iusti tollunt ab eo.*] Primores & nobilissimi Iudaicæ synagogæ, & qui inter alios cognitione diuinarum legum eminuerũt, iudiciaq; apud eos exercuerunt: grauiter huius criminis arcessebantur, quasi ad largitiones accipiendas inexplebilem manum extendentes, & fratres iudicio perfundere nolentes, facilè suum suffragium uendẽtes, licet clarè dicat lex: Iudicium iustum iudicate. Verum esse quod dico, cõfirmabit propheta Abakũ, dicẽs: Quousq; clamabo, & nõ exaudies? *Abak. 1* uocife-

Universidad de Deusto
Biblioteca



uociferabor ad te uim patiens, & non seruabis? A
quare ostendisti mihi labores & dolores ut uide
rem miseriam & impietatem? Contra me factum
est iudicium, & iudex accipit. Ideo dissipata est
lex, & non perductum est ad finem iudicium, quia
impius prævalet iusto. Idcirco exibit iudicium per
Hesa.1 uersum. Diuinus quoq; Hesaias ipse alloquitur
Hierusalem seu Sion: Principes tui non obediũt,
socij sunt furũ, diligũt munera, inhiant præmijs,
pupillis non iudicant, & iudicio uiduæ non attẽ
dunt. Hæc fecerũt, corrupti sordidis muneribus,
ac fortassis etiam impiè colligentes, & ad fomen
ta fœdarum uoluptatum ex iniurijs corrogãtes.
Accusat quippe eos uoce prophetæ, dicens: Ve-
stes eorum uincientes funiculis, uelafecerunt cõ
tigua altari, & uinum ex sycophantijs, biberũt in B
domo Dei sui. Væ itaq;, inquit, his qui robusti
sunt & ualidi, qui exquisitè siceram cõdiunt, qui
potationi indulgent, & ebrietate delectãtur, qui
iustitiam tollunt à iusto, id est, iniustè oppressum
condemnant, & causam hominum auaritiæ stu-
dentiũ iusta sententia adiuuant. Et hoc planè est,
ut arbitror, malum dicere bonum, & bonum ma
lum, tenebras lucem, & lucem tenebras, amarum
dulce, & dulce amarum. Deplorat autem in om-
nibus robustos, præcellẽtes & præpotentes, quã
doquidem potentes potenter & acriter exami-
nabuntur, & cui multum additum est, ab eo mul
tum exigetur, iuxta uocem Seruatoris. Nõ enim
pari supplicio afficientur præfecti, & hi qui ma-
nui eorum ac imperio subduntur. Etenim hi præ C
texunt interdum se non scire uoluntatem domi-
ni sui: at illi etsi sciant exactissimè, non fecerũt ta
men. Eamq; ob causam meritò duriora patien-
tur ab eo qui pœnam irrogat.

*Propterea quemadmodum exuretur stipula à carbone ignis, & comburetur à flamma incensa, radix eorum, quasi puluis erit, & flos eorum ut cinis ascendet.* Quoniam, inquit, con-
tra seipsi protraxerũt peccata uelut funiculo lon
go, nec recti rerum existimatores fuerunt, crimi-
nantes bonum, laudantes malum, sapientes etiã
apud seipsos, & in oculis suis prudentes, & quæ
his fœdiora erant spectantes, impiũ propter mu
nera iustum pronunciantes, ius iusto eripientes:
his omnibus de causis, erunt materia concrema-
bilis, instar stipulæ, & ignis fomentum, & flam- D
mæ accensæ eos deuorabunt: ut unà cum radici-
bus ipsorum quoq; fructus consumantur, id est,
ut cum parentibus & ex his etiã procreati simul
intereant, & tanquam puluisculus aut cinis, rapi
dissimi uenti impetu dissipẽtur. Accensam ue-
rò flammam dicit, quæ à nullo extincta est. Inci-
dit quandoq; ignis & in segetem, & in uites, non
tamen fit accensus, quia multi succurrunt, nec si-
nunt eum inualescere, ut agros nullo prohiben-
te depopuletur. Cæterùm cùm nullus laborat,
nec ulterius cursum flammæ impedit, tunc acce-
sa erit, & libera, & effrenatè in quodcumq; obie-
ctum & obuium uagabitur. Quare Deo omni-
potente bellicis calamitatibus eos obijciente, &
sacrosancto suffragio mulctante, cùm nullus om

nium subueniret: hinc accensam facem, optimo
iure iræ nominat. Vt & beatus Moyses ait: Deus Deut. 4
noster ignis consumens est. Et si clauserit contra
hominẽ, quis aperiet? His igitur diuinus Dauid
accinit dicens: Tu formidabilis ô Domine, ec-
quis resistet tibi? Omnibus igitur uiribus effugiẽ
da est hæc ira, utpote terribilis & ineuitabilis. I-
taq; docemur in precibus dicere: Domine ne in Psal. 6
furore tuo redarguas me, nec in ira tua castiges
me. Non enim acerbum est castigari: sed ex ira
quasi & furore id contra nos fieri, & molestũ est
& intolerabile. Sic & propheta: Castiga, inquit,
nos Domine, uerùm in iudicio, non in furore: ne
nos ad numerum paucissimum redigas.

*Non enim uoluerunt legem Domini Sabaoth, sed oraculũ sancti Israel irritarunt. Et commotus est furore Dominus Sabaoth, in populum suum, & iniecit manum eis, & percussit eos, & exacerbati sunt montes, & facta sunt morticinia eorum uelut fimus in me-
dio uiæ.* Sapientissimus Hieremias insciti am lu- Hier. 8
dæorum & superbiam taxat, dicens: Quomodo
dicetis, sapiẽtes sumus nos? & lex Dñi apud nos
est? Vanus factus est iuncus, mendax scriba, pu
defacti sunt sapiẽtes, perterriti sunt & capti sunt.
Sapientia quæ nam illis inest? Quoniã uerbum
Domini reiecerunt. Neq; enim prædicationẽ E-
uangelij admiserunt, imò nec ipsam legẽ à Mose
traditã coluerunt: ut etiã ipse Christus dixerat: Si
credidissetis Mosi, credidissetis mihi, nam de me
ille scripsit. Contra utrunq; ergo deliquerunt, &
Dei uerbũ repudiarũt miseri, neq; prædictiones
legales ut ueras recipientes, neq; salutari Euãge- Hier. 6
lico q; sermoni suffragantes. Idcirco uoce Hiere-
miæ de ipsis locutus est Deus: Ad quẽ loquar, &
cõtestabor, & exaudiet? Ecce incircuncisæ aures
eorũ, nec possũt audire. Ecce uerbũ Dñi uersum
est illis in opprobriũ. Nolũt illud audire. Probris
enim cõmaculatum uerbũ Dñi, cùm de ipso au-
dientibus diceret: Dæmonium habet, & insanit,
quid illũ auditis? Cùm ergo legem Dñi Sabaoth
non uoluerint, irritarunt oraculũ sancti Israel, id
est, Christi. Cõmotus est, inquit, furore, & percus
sit eos, & exacerbati sunt montes. Quòsnam di-
cit hîc montes? annon uidelicet Romanũ impe-
rium propter splendorẽ gloriæ, & dignitatis emi
nentiam? Eo quòd exacerbati sunt mõtes, facta
sunt morticinia eorũ quasi fimus, id est, qui in bel
lo mortui sunt, passim & sparsim proiecti sunt, et
aceruatim iacuerunt, uniuersamq; regionẽ eorũ
repleuerunt. Quin etiã aliter de his qui per ino-
bedientiã omnium Seruatorẽ Deũ exacerbarũt,
intelligi potest. Exacerbati sunt enim montes in Ephes. 6
telligibiles, id est, principatus, & potestates, &
mũdi domini, rectores tenebrarũ. Quod ubi fit,
eos qui subditi illis sunt, mortẽ animæ subire om
nino est necessum. Etenim Deo Opt. Max. sup-
petias ferente, quantumuis cõtra nos excandue-
rint montes, multa eorũ ratio habenda est. Scri-
ptũ est enim: Castrametabitur angelus Domini cir
ca timẽtes ipsum, & eruet eos. Sin manũ ille sub-
traxerit, nec iã seruare sustinuerit, tũc iacebimus,
& uelut stercus pedib. inimicorũ substernemur.

In om-



*In omnibus his non auersa est ira, sed adhuc manus eius excelsa.* Itaq; *leuabit signum in gentibus longinquis, et asibilabit illis ab extremo terræ. Et ecce citò leuiter uenient, non esurient, neq; labo rabunt, neq; dormitabunt, neq; consopientur, neq; soluent cingula sua à lumbo suo, neq; rumpentur corrigiæ calceorum ipsorũ: quo-
rum tela acuta sunt, & arcus eorũ extenti pedes * equorũ eorum ut silida petra reputati sunt: rotæ curruum ipsorũ quasi tempestas. Irruunt quasi leones, & astiterunt quasi catulus leonis. Et apprehẽ det & uociferabitur quasi fera, et inijciet se, nec erit qui eripiat. Et uociferabitur propter ipsos die illo, ut sonitus maris inundantis, et inspicient in terram, & ecce caligo tetra eorum inopia.* Quòd ira in eos iusta iudicãtis hîc nõ sistet, sed ulterius progredietur, ex his quæ iam proposita sunt, per spicuum erit. Nã licet crudeliter uastati, fame & siti pressi, belliq; calamitatibus impliciti fuerint miselli, tamẽ in hac apostasia & auersione à Deo perstiterunt, nec ab ira liberi immunesq; fuerũt. Hoc enim opinor significat ubi ait: Adhuc ma-
nus excelsa, quippe feriens eos qui peccauerunt. In altũ enim semper eleuatur manus percutientis. Dein quę & quanta montiũ irritatio sit futura, & qui furoris eorũ administri erunt, quanta cũ forti
tudine & audacia, & insueta in homines immani
tate & sæuitia adoriẽtur, declarat cùm dicit: Itaq; leuabit signũ in gentibus longinquis. Non enim uicini erant, aut Iudæorũ regioni cõterminí, qui eam uastarunt, & Hierosolyma cunctasq; Iudæo
rum urbes cremarunt: sed ex longinquis regioni
bus & ex omni terra congregati: cõplures quip-
pe imò innumerabiles coniunctis copijs & cly-
peis Vespasianum & Titum adiuuerũt. Signũq;, inquit, dabitur, perinde ut belli ac pugnæ tempo
re. Sic enim ducibus solenne est, multitudinẽ sub ipsis merentẽ in aciẽ educturis, signũ quoddã da re, & symbola, ut uocant, in altũ tollere. Quorum & propheta Hesaias meminit: Capietur, inquiẽs, uexillum in monte, & ut symbolũ gerens in col-
le. Vexillum nanq; collocantes in præaltis uerti-
cibus, uel rectà procedunt uel retrocedunt, uel e-
tiam suspendunt quiddã ad quod acies respicit. Constat siquidẽ hoc duci placere. Itaq; leuabit, in
quit, signum, & asibilabit illis. Sumit hoc rursus, uelut à consuetudine apum. Solent enim apiarij sibilo eas excitare, & ita ex aluearijs ad flores & herbas educere, & ex agris quoq; reducere, do-
micq; ut cõsideant efficere. Sibilabit ergo inquit. D
Hi uerò accurrere uolucres, & leues, famem ma-
gnopere nõ curare, nec pertimescere labores, sed insomnes esse, & disiunctissimi, ac bellico appa-
ratu instructissimi, inuulnerabilibus equis uehi, ac instar turbinis impetum facere, leonibus simi-
les, ac more ferarũ uorare: occursu adeò sæui & truces, ut citra pugnã possent uincere, nemine cõ
tra se opponente, uel ad subsidiũ ferendũ satis ua
lente. Erit itẽ ploratus eo tẽpore, & clamor cõfu
sus, ut nemo sit qui præsit aliis, perinde quasi soni
tus maris per regionẽ Iudæorum dissiparetur. E-
rit etiam caligo tetra: idq; partim propter nebulã quasi & noctem intelligitur, partim ac quidẽ ue-
rius, propter terrores & consilij inopiam. Mala enim grauiora menti tenebras offundunt. Inser-

uit igitur Deus uniuersitatis utilitati nostræ, in A
omnibus. Nec enim sine causa facit futurorũ præ
dictionem: & accuratè narrat magnitudinẽ ma-
lorum, ut quoniam sæpe indociles sumus, & ser-
monem ad pœnitentiam uocãtem negligimus,
saltem metuentes ne tam grandi pœna inuolua-
mur, Dei timorem in nobis suscipiamus, & dedi-
scentes mala, animum deinceps ad bonũ ample-
ctendum conuertamus.

## CAP. VI.

*FT factum est anno quo mortuus est Ozias rex: Vidi Dominum Sabaoth sedentem in solio excel-
so & eleuato. Et plena domus gloria eius, et Se-
raphim steterunt circum eum: sex alæ uni et sex* B
*alæ alteri, duabus quidẽ uelabãt faciem, duabus uerò obuelabant pedes, & duabus uolabãt. Clamabatq; alter ad al
terũ, & dixerunt: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth, ple
na est omnis terra gloria eius.* Nec simul nec sine inter-
uallo beati prophetæ uisorum reuelationes acce
perunt à Deo, sed paulatim & particulatim pro-
ut Domino uisum est, & tum cùm uoluit facere
is, qui retegit profunda & secreta, & qui occulta
cognoscit. Lux enim apud illum est, sicut scriptũ
est. Ozea igitur, qui & Azarias dictus est, adhuc
superstite, & regni Hierosolymitani solium occu
pante, superiores sermones habuit beatus pro-
pheta Hesaias. Nam Ozeas qui & Azarias, val-
de pius erat & religiosus, quippe qui legitur fecis
se rectum in oculis Dei: at integram & illibatam
religionis gloriam per omnia nõ retinuit. Expu- C
gnatis enim Dei auxilio & beneficio finitimis
gentibus, & pluribus admirandisq; rebus contra
eas gestis, felici hoc successu inebriatus est, & ad
superbiæ scopulum impegit. Eò enim amentiæ
deuenit, ut sacrum ministerium sibi ipse arripue-
rit, & sponte non uocatus ad sacrificandi munus
accesserit. Ingressus enim Dei templum, non leui
tarum uel sacerdotum opera uicaria uti in offerẽ
dis Deo hostijs uoluit, sed ad diuinum altare assi
liens, præter morem & legem aggressus est incẽ-
sum adolere. ac reprehẽsus quidem est à tribu sa-
cerdotali, quasi impiè agens, & legem uiolãs. At
is regali dignitate insolescens, sibi hanc sacerdo-
tij functionem arrogauit, spretoq; sacerdotũ con
silio, cõfestim à Deo redarguitur, lepra uidelicet
percussus, morbo in ipsa adeò fronte germinan-
te. Quò autem hæc quæ dicta sunt plenius intel-
ligantur, diuina quoq; ipsa oracula quę de hac re
scripta sunt, apponenda esse arbitror. Sic autẽ se
habent. Anno uicesimoseptimo Hieroboami re 4.Reg.14
gis Israel, regnauit Azarias filius Amazię rex Iu
da. Filius sexdecim annorum erat, cùm regnaret.
Regnauitq; quinquagintaduos annos in Hieru
salem. Nomẽ autẽ matris * Hiechelia fuit de Hie * Cyr. Xen.
rusalem, fecitq; quod rectum erat in oculis Do- Nic.
mini, iuxta omnia quæ fecerat Amasias pater e-
ius: attamẽ excelsa non sustulit. Adhuc populus
sacrificauit, & suffitũ fecit in excelsis. Tetigit au-
tem Dominus regem, & lepra correptus erat usq;
ad diem mortis suę. Hęc quidem in Regnis.

d In Pa-

2.Paral.13 In Paralipom. autẽ, ut dixi: Et ut obtinuit, inquit, A elatum est cor eius ad corrumpendũ. Et iniustè egit contra Dominum Deum suũ, intrauitq; templum Domini ut adoleret in altari suffimentorũ. Introiuit autem post ipsum Zacharias sacerdos, & unà cũ eo sacerdotes Domini octogintaduo prępotentes, & stabant contra Oziam regem, & inquiunt: Nõ licet tibi, Ozia, adolere Domino, sed penes nos est, qui sacerdotio fungimur, qui filij Aaronis sumus, qui sanctificamur ad adolendum. Exi è sanctuario, quia recessisti à Domino, & non erit tibi hoc gloriæ à Deo. Iratus est autẽ Ozias, & in manu eius thuribulum erat, ut adoleret in templo. Cumq; iratus esset ipse sacerdotibus, lepra orta est in fronte eius coram sacerdotibus in domo Domini, supra altare suffimentorũ. B Conuertitq; se ad eum Summus sacerdos & sacerdotes, & ecce leprosus est in fronte, atq; eum inde properè eiiciunt. Nam & ipse festinauit exire, quia arguit eũ Dominus. Cùm autem lex Mosaica sanciret, leprosum ut immundum omnino è castris emittendum esse, leprosus uerò inquinaret, ac sua immundicie pollutum redderet eũ qui cum ipso uersaretur: habitaret tamen Ozias Hierosolymis, hinc totum propemodum Hierusalẽ inquinans: tacuit Dominus non quidẽ prophetas sanctos contumelia afficiẽs, sed potius admonitione eorum indignos declarans eos, qui etiã præter legislatoris uoluntatem immundo cohabitarent. Sic enim inquit alicubi & ad beatum Iezechielem: Et linguam tuam ligabo, & obmutesces, nec eris illis corrector & cẽsor: quia domus exasperans est. Obtinuit igitur, ostendens nimirum indignationem. Cõmota sunt enim Hierosolyma, & cõcussa est uniuersa Iudæorum regio. Quod intelligemus ex his quæ propheta Amos

Amos 1 scripsit. Habet enim sic: Verba Amos quæ facta sunt in Akarim ex Thecue, quæ uidit super Hierusalem, temporibus Oziæ regis Iuda, & temporibus Hieroboami regis Israel, duobus annis ante terræmotum. Postquam autem obiisset Ozias, desijt tempus silentij, diuinasq; uisiones sanctis prophetis Deus uniuersitatis reddidit. Ideoq; propheta Hesaias: Et factũ est, inquit, anno quo mortuus est Ozias rex, uidi Dominum Sabaoth sedentem in solio excelso & eleuato. Prophetam D autem uidisse filiũ in gloria Dei & patris, nemo dubitare poterit, cùm Ioannes scribat de eo apertè. Hæc autem dixit Hesaias, quãdo uidit gloriã eius, deq; eo loquutus est. Specta uerò mihi diuinæ dignitatis præstantiam, & in omnem creaturam dominatum. Ille enim est in excelso & eleuato throno, pulcherrimis regni insignibus egregiè coronatus. Supremæ item potestates, quibus multæ res genitæ superiores legũtur, undiquaq; circumstant, ministrorum locum tenẽtes, eumq; ornantes laudibus. Plena est, inquit, terra uniuersa gloria eius. Dei autem thronum nõ in sublimitate loci terminata positum, meo iudicio, existimare debemus: id enim profectò stultum est & friuolum: at in sublimi Dei thronus positus est, quatenus diuini regni gloria omnem naturã sub intelligentiam cadentem, superare intelligitur. Deinde sessio quæ de eo dicitur, ueluti firmitatẽ & stabilitatem in eodem bonorum tenore constantiamq; uidetur subnotare. Psallit enim sic & beatus Dauid: Deus sedet in throno suo. & propheta Hieremias ad eum dicit: Tu sedes in sempiternum, & nos perimus in sempiternum. Semper enim & omnino corruptioni obnoxia est rerum natura, & eorum quæ actum habent mensura quædam est ac terminus. Sedet autem, uti dixi omnium rerum architectatrix & opifex sapientia, id est, immota est, & eodem modo permanet. Plenam dicit esse domum gloria eius. Nam quãdiu Israel non admisit impietatem contra Dominum nostrum Iesum Christum, gloria Dei Hierosolymitanam domum impleuit. Sed postquã negarunt regnum eius, & in impietatẽ nullo modo ferendam iam prorumpunt, audiuerunt dicentem: Ecce relinquitur uobis domus uestra deserta. Vnicuiq; autem Seraphim sex alas adnatas esse dicit, ut duabus faciem, duabus pedes tegerẽt, reliquis uolarent. Seraphim, igniti seu feruentes exponitur. In superis enim potestatibus nihil frigidum, ut quæ proximè Deum sunt. Nos etiam hoc modo per fidem & bonã legiq; maximè consentaneam uitæ institutionem illi adglutinati, spiritu feruentes perficimur, & charitate in Deũ ardentes. Porrò Seraphim alis uelare faciem & pedes, & duabus uolare, symbolum est, neminem posse uel principium, uel finem sententiarum aut sermonum de Deo introspicere. Caput enim & facies designant principium, finem pedes. Caret etenim principio diuinitas, & finis est nescia. Nos autem utix intuemur, ea quæ in medio interiacent, ea inquam, quæ tempore fiũt, quo ea quæ non sunt, in effectũ aliquando producuntur. Volant deniq;, ut qui nihil proculcatum habent seu abiectum: quin potius altè semper illorum mens in Deum fertur. Non enim, ut nos, hæc infima sapiunt hæ potestates supremæ, sed mentẽ habent arcanis quibusdam sententiarum sublimitatibus affixam & conunctam. Os quoq; eorum plenũ est faustis ominationibus ac laudibus. Gloriam enim decantant, idq; alternis uicibus, non quia defatigantur, ut ego quidem arbitror, sed honore sibi mutuo cedunt, & uicissim doxologias ac laudationes cantitant. Omnia enim supera ordinatè fiunt ac decenter. Cùm, Sanctus, ter dicunt, claudunt doxologiã in hoc, Dominus Sabaoth, in una deitatis natura, sanctã constituentes Triadem. Subsistere enim patrem planè dicimus, sic etiam filium, & Spiritum sanctum. Neq; uerò singulos hos quos diximus, in naturalem aliquam diuersitatẽ ulla ratio dissecat, sed in triplici hypostasi una deitas intelligitur. Hoc quidẽ nobis testatum faciunt per hos sanctos Seraphim, qui uniuersam terram maiestate eius plenã dicitant, futura præcinentes, & administratæ per Christũ dispensationis mysterium prænunciantes. Priusquam enim Verbum caro factum esset, Dæmon exitialis, Trinitas.



exitialis, draco, defector, orbem terrarũ occupauit, & creatura præ creatore & conditore adorata est: at ubi factus est homo unigena Dei sermo, omnis terra maiestate eius repleta est. Illi enim flectet se omne genu, & illi omnes linguæ ac tribus seruient, iuxta id quod scriptũ est. Proclamauit & hoc antè beatus Dauid in spiritu, dixit enim: Omnes gentes quas fecisti, uenient & adorabũt coram te. Hoc perfectum est, uocata gentiũ multitudine, & cunctis eum qui de nobis pro nobis factus est adorantibus, quiq; per seipsum manet supra omnia.

*Et commotum est superliminare à uoce qua clamabant, & domus repleta est fumo.*] Cõtemplatus est enim prophetа Dominum Sabaoth sedentem in solio celso et eleuato, circũstantibus undiq; sanctis Seraphim, & laudibus continuis eum percelebrantibus. Affirmauit etiã domũ fuisse plenã gloria eius. Nunc uerò cõmotum esse dicit superliminare, & domũ fumo oppletam, idq; quasi à uoce, qua sancti Seraphim clamarũt. Nunquid ergo uocẽ dicemus causam fuisse eorum, quæ in domo acciderunt? Atqui id sentire, quid ni sit ualde ineptum & insciti? Quonam igitur pacto ad horum uerborum intelligentiam optimè & sapienter aspirabimus? Scilicet ante Seruatoris nostri humanitatẽ & aduentũ, dum adhuc Israel secundum legẽ inoffensè & inculpatè uitã institueret, percelebre illud templum, quod Hierosolymis extruxit Solomon, gloria diuina replebatur. Nam in eo sacrificabant ex legis præscripto. Cæterùm ubi de cœlis uenientẽ in humana forma, & ex lege & prophetis prædicatum non receperũt, imò uitæ principem uita priuarunt, dereliquit domum suã, hæreditatem suã dimisit. Diuertit enim ad Gentes, & omnis terra gloria eius impleta est, regio Iudæorum in uastitatem redacta est, templumq; ipsum incensum. Quando igitur iuxta prophetiã & prædictionem, uoce sanctorum Seraphim impleta est uniuersa terra maiestate eius, tunc superliminare templi commotum est, fumoq; impletũ est. Itaq; hoc: A uoce qua clamabant, temporis significationem habet: nec prorsus doxologiæ opus est uel effectio. Cõmotum esse superliminare, significat, ut opinor, dissolui templum: incensum itẽ esse, ex eo quòd impleri fumo dicat, perspicuum est. Sin uoluerit quis alio modo hæc intelligere, & de omni gente Iudaica ea intelligibiliter perfecta esse dixerit, à decoro & à ratione non exorbitauerit. Siquidem cùm Seruatoris nostri gloria omnis terra repleta esset, uocatis per fidem Gentibus, tum Iudæorũ animi de omni spirituali securitate ac tranquillitate dimoti ac deiecti sunt, ac in morem fumi, nebula ignorationis in animum intromissa, miseri homines cæci fuerunt intelligentia. Hinc & Seruator clamauit illis: Quandiu, inquit, lucem habetis, ambulate in luce, ne tenebræ uos occupent. Iudæorum autem mentes lubricas & labiles esse, ac omni generi perturbationum obnoxias, ope superna destitutas, ecquis tandem est qui ambigat?

*Et dixi, O me miserum, quia compunctus sum, quia homo sum, & immunda labia habeo, in medio populi immunda labia habentis ego habito. Et regem Dominum Sabaoth uidi oculis meis.*] Lex per Mosen sapientissimum sanxit, Prophanus cum sanctis ne habeto cõmercium, inq; eo apud Iudæos summa erat obseruatio. Sanctos quoq; Apostolos iam piscantes alloquutus est Dominus: Demittite, inquiens, retia uestra ad capturam: quo facto, magna quidem piscium multitudo capta est, ac diuinus Petrus uerbi uim admiratus: Accidit (ait) ad genua Iesu, dicens: Recede à me, nam homo peccator sum, Domine. Nolebat tamen Petrus Christũ à se abire, sed cognito legis scopo, se peccatorem confessus est, ac cũ sancto esse horruit, secundum eam, quæ semper apud Iudæos inualuerat, consuetudinem. Cum etiam Christus in regionem Gergesinorum aliquando uenisset, deinde in monumentis immaniter dæmoniacos curasset, diuinum quidem signum admirati sunt, attamen dixit Matthæus: Tota ciuitas exiuit obuiam Iesu, & cùm uidissent illum, rogabant, ut à finibus ipsorum diuerteret. An non uerò decebat magis ut curam eius qui curauerat haberent? & rogarent uti apud se maneret? & aliorum quoq; cœlurium miraculorũ architectus esset? Verùm illis rẽporibus significatio erat reuerentiæ cuiusdã, & honoris sanctis debiti modus quidam, cauere, ne qui eos accederent. Matthæus etiam cùm uocatus sequeretur Christũ, ac postea eum in domum suã inuitasset: Ecce, inquit, multi peccatores & publicani accesserunt, & accubuerũt cum Iesu & discipulis eius. Quod ubi uidissent pharisæi, dixerunt discipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus edit præceptor uester? Intelligis ergo eos Christũ accusare, quòd lege posthabita uoluerit cum malis cibum capere. Incusat porrò Deus eos, qui Iudaicæ Synagogæ primatũ occuparunt, per prophetam, dicens: Inter sanctum & prophanum nõ discreuerunt. Reuerentiæ igitur, ut dixi, initium erat, & legalium præceptorum traditio, ut eos uersari cum sanctis nollẽt, in quibus uitij suspicio hereret, & qui non haberent à peccatis liberam cõscientiam. Tale quiddam etiã beato prophetæ accidisse uidetur, ideoq; ait: Miserum me, quia cõpunctus sum. Nec quia cõpunctus erat, propterea miser fuit: nam hoc pacto intelligere, quid ni sit perineptum? sed quia cõpunctus sum, inquit, à conscientia, nimirum ideo dicebam: O me miserum, quia homo sum, & immũda labia habeo, in medio populi immũda labia habentis ego habito, & regem Dominum Sabaoth uidi oculis meis. Nam cùm sancti Seraphim, mundo & sanctissimo ore laudes cecinissent: timuit ille, à Deo quippe edoctus, non ignorãs indecoram esse in ore peccatoris laudationem, quemadmodũ scriptum est. Erant enim immunda planè Israelitarũ labra, utpote qui in Dominum nostrum Iesum Christum conuicia iecerunt. Sin uerò ait prophetа se quoq; eiusmodi habere labia, licet Israeliticæ impietatis planè expers fuerit: dicimus eum

Matth.8

Matth.9

Universidad de Deusto
Biblioteca



ut sanctum de se modestè loqui, estq; probabile, quatenus erat ex sanguine Israel seipsum omni crimine non eximere, peruagatum aũt populi uitium notare, ut seruet ita illos qui peccauerant. Vel humanæ naturæ morbum confitetur: cuiusmodi est illud à beato Dauide cõtra omnem hominem dictum: Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Est enim insecta morbo mendacij ac uanitatis mens humana, licet malo hoc liberentur quidã, sobrietate id lucrifacientes. Timuit ergo propheta quòd cùm mũdus nõ esset, quemadmodum certè sunt sancti Seraphim, Dominum Sabaoth cõtemplatus fuerit & tacuerit, atq; adeò à laudib. celebrandis abstinuerit, quòd ore non ita mundo sit præditus. Quòd autẽ puris labijs celebrare laudes oporteat, ex eo quòd
Iacobi 3 quidã sanctorum discipulorum dicit de lingua, planum fieri potest. Illa laudamus Dominum & patrem, & illa execramur homines ad similitudinẽ Dei cõditos. Non oportet, fratres mei, hęc sic fieri. Nũquid fons ex eodẽ foramine ebullit dulcem & amaram aquam? Nunquid potest, fratres mei, ficus oleas proferre? aut uitis ficus? Sic neq; idem fons salsam & dulcem aquam edere.

ET *missus est ad me unus ex Seraphim, et in manu habebat prunã, quã forcipe accepit ab altari, & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigit hoc labra tua, & ablimet iniquitates tuas, & peccata tua emundabit.*] Diuinus Paulus scribit de sanctis Angelis, omnes esse administros spiritus, ad ministerium delegatos propter eos qui hæreditatẽ salutis accepturi sunt. Quod non est obscurum. Omnia namq; ab illis supremis potestatibus ornatè splendideq; administrantur, & administrationis termini finesq; gloriæ cuiusq; sunt constituti à Deo, qui omnia pro arbitratu suo dispensat. Atqui idem quasi iugum est omnibus sanctis spiritibus, & herili nutui seruiunt, non indignã censentes seruitutem, sed honori laudiq; ducentes. Hæc uirtus germana ac genuina illis inest. Præfiguratur igitur ob oculos prophetæ, mysterium Christi, per superas potestates optimè administratum. Mittitur itaq; è Seraphim unus, carbonem habens, quem de ara sumpsit forcipe. Hæc demũ erat Christi significatio & repræsentatio, qui propter nos ac nostra causa seipsum in sacrificium spirituale, purum ac impollutum obtulit, in odorem suauis fragrantiæ. Itaq; non abs re de altari accipitur. Quam autem ob causam assimiletur prunæ, dicendum est necessariò. Familiare est Scripturæ diuinitùs inspiratæ, diuinam naturam igni comparare. Sic enim apparuit Israeli in monte Choreb seu Sina, eo die, quo ecclesia congregata est. Sic etiam ipsi beato Mosi pascenti in deserto, specie ignis in rubo conspectus, aliis atque aliis temporibus apparebat, & colloquebatur. Quemadmodum pruna enim lignum quidẽ natura est, uerum tota omni ex parte igni plena est, eiusq; uim & efficacitatem habet: ad eundẽ, puto, modum & ipse Dominus noster Iesus Chri
Ioan. 1 stus, meritò potest intelligi. Caro enim Sermo factus est, & cõmoratus est inter nos: uerum quã-

A uis esset homo uisus nobis similis ratione dispensationis, tamẽ omnis plenitudo diuinitatis in eo habitauit, modo, inquã, adunationis. Hinc & in carne sua plane diuinissimã operandi uirtutẽ habere cernitur. Tacto siquidẽ loculo, mortuum ui Luc. 7
duæ filiũ suscitauit: & cùm inspuisset, luto inunctis oculis, cæcis usum restituit. Rectissimè ergo hic Emmanuel prunæ cõparandus est, qui si in nostris quodãmodo labijs fuerit, omnino peccata auferet, & iniquitates expurgabit. Quomodo aũt in nostris erit labijs, quando fidẽ, quæ in
B ipsum est, non cõfitemur? Ita & diuinus Paulus: Rom. 10
Prope te uerbũ est, in ore tuo, & in corde tuo, hęc est prædicatio fidei quã prædicamus. Quia si cõfessus fueris ore tuo Dominũ Iesum, & credideris corde tuo Deũ excitasse ipsum è mortuis, seruaberis. Corde enim creditur ad iustificationem, ore aũt cõfessio fit ad salutẽ. Sit itaq; in labijs nostris diuina pruna, quæ peccati quisquilias exurit, & iniquitatis sordes liquat, & nos spiritu feruentes reddit. Quòd autẽ dicatur forcipe accepi, eleganter intelliges, quòd fidẽ in ipso ac cognitionem legalibus & propheticis institutionibus siue prædictionibus, tanquam quapiã forcipe capimus: unde passim ad ueritatẽ probandam, sanctorum Apostolorũ oblignatur ac confirmatur oratio. Citatis enim ex lege & prophetis testimo
C nijs, auditoribus fidem faciunt: & ipsi quoq; pruna quodammodo eorum labris admouẽt, cùm fidem in Christum plane simpliciterq; exponũt.

ET *audiui uocẽ Domini dicentis, quem mittam? & quis proficiscetur ad populũ istũc? At dixi: Ecce ego sum, mitte me.*] Postquã prophetæ labia pruna tetigerit, eiusq; amouerit iniquitates, tunc uocem Domini audit, nec extimescit amplius, & tacet illud: O miserũ me, ac se fortiter ad legationẽ obeundã sistit, eoq; nõ uocatus, ultrò se ingerit: Ecce ego, mitte me. Quanquã dicat Deus, quẽ mittã, & quis proficiscetur ad populũ istum? nõ dicimus uocẽ esse debitãtis, aut quasi egentis aliquo qui mittatur, sed perstringentis potius Israelẽ tanquã ualde inobe
dientẽ, & qui eorũ qui missi sunt nemini obsecũdauerit, imò eos interemerit. Nã alios contumeliosè tractarunt, lapidarunt alios, alios etiã interfecerunt: quemadmodum & Christus dixit, contexta nobis in Euangelijs parabola. Quem ergo
D mittam? ecquis proficiscetur ad populũ istum? qui antè missis non credidit, qui durus, qui crudelis fuit? Et re ipsa cõprobarunt, non esse hominis cuiusuis cum illis rem habere, sed constantis solùm, & propriã ipsam uitã abnuentis. Quòd uerò flecti ac moueri omnino noluerit Israel, licet ex his discere, quæ Deus ad beatũ prophetam Iezechielem loquutus est, quę ita se habent. Fili ho- Iezech. 3
minis, uade, ingredere ad domum Israel, & loquere sermones meos ad eos, quoniam nõ ad populum profundi labij, & grauis linguę emitteris, ad domum Israel, neq; ad populos multos alterius uocis, uel alienæ linguæ, neq; ad eos, qui graues lingua sunt, quorum sermones non audies. Et si ad tales mississem te, audissent te. At domus Israel



non uult audire te, quia nolunt audire me: quoniam tota domus Israel contentiosa est, & duro
A corde. Grauiter Israelitas crudelitatis insimulat. Quem igitur mitto? Propheta igitur omni cunctatione abiecta: Ecce, inquit, ego, mitte me. Quando ergo & nos diuina pruna contigerit, ab offensis puri erimus, & prompti, atq; ad capessendam legationẽ iuueniliter alacres: quod & fecerunt diuini discipuli. Quamuis enim ex Iudæis essent, & ante charitatẽ in Christũ donatã, impura & ipsi labia haberent cũ cæteris: postquã tamen fidem amisissent, præclarã confessionẽ ediderũt, ac pruna eos tetigit, ac tum quidẽ ad legationem
Esaiæ 6 euocabantur, & sine mora sequebantur: tametsi Moses sapientissimus dicat: Obsecro Domine, coopta alium qui potest, quem mittas. & Hiere
B mias iterum: Tu qui es, ô Dominator, Domine, ecce non scio loqui, quoniam ego adolescentior sum. Feruentius igitur ad apostolatum & ministerium qui in Christo erant rapiebantur, quàm ueteres sancti. Illustris autem huius rei typus esse poterit beatus propheta Hesaias, post carbonis attactũ, cùm clamat & dicit: Ecce ego, mitte me.

ET *dixit: Proficiscere, & dic populo: Auditu audietis, & nõ intelligetis, & uidentes uidebitis, & non uidebitis. Crassum enim effectum est cor populi huius. Et auribus grauatè audierunt, et oculos suos occluserunt, ne quando uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos.*] Excæcationem ex parte factã Israeli, diuinus Paulus scribit, interpretans ferè quemadmodũ illis excæcationem pati contigerit. Ad hodiernũ enim usq; diẽ,
C quando legitur Moses, uelum cordi eorũ imponitur. Etenim qui ad istã demum morũ feritatem delapsi sunt, ut effrenes planè, neq; Mosaicis scriptis, neq; sanctis prophetis, addo etiam, neq; ipsi Christo obedire uoluerint: eos nebulæ intelligibilis circunfundi tenebris, & minimo minus à lapidibus sensu carentibus abesse, consectaneum est. Hoc proinde uaticiniũ instituit uniuersorum Deus, & iubet prophetã denunciare illis: Auditu audietis, & non intelligetis. Erant nimirũ ipsi auriti testes, auditoresq; uocis Seruatoris, docuit in Synagogis, clamauit Hierosolymis, ac perin-
de erant, ac si nihil omnino audiuissent. Erãt spe-
D ratores rerum admirabiliter supra fidem gestarũ. Spectarũt eñ leprosos morbo releuatos, exilientes claudos, cæcos uidẽtes, mortuos è monumẽtis resurgentes: at illis hæc minimè profuerũt: sed miseri homines perpetuò quasi orbati ipsis oculis extiterũt. Hac de causa uoce sanctorũ probro illis uertit, q; semper præfractæ ceruicis fuerint, ac corde immorigeri, sanctosq; occiderint. Datã uerò illis esse obdurationẽ dicit: Ne uideãt oculis, & corde intelligant, & cõuertantur, & sanem eos. Hoc demũ erat planè quòd Christus di
Matth. 13 xit his, qui nolebant credere: Ne murmuretis inter uos: Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Et rursus: Omnis qui audiuit à patre & didicit, uenit ad me. Itaq; ad agnitionem Christi per reuelationẽ Dei & patris, uocati non sunt, quòd salute ipsius & uita digni non

A fuerũt. Si cui placeat, alium sensum his uerbis apponere, hũc ad modum intelliget. Prædicit enim uniuersorum Deus, ut qui scit occulta & futura, aitq;, omnino eos uisuros, & audituros, mãsuros autem, ac si non audissent, neq; contemplati fuissent, idq; ipsis propter mentis suæ malitiam accidisse. Addit deinde, dum hæc faciunt, suis ipsorum capitibus insidiari, & pertinaciæ morbo laborantes, nec audire uelle, nec uidere posse. Ne uideant oculis, & audiant auribus, & conuertant se, & sanem eos. Autores itaq; sui ipsorum interitus fuerũt, cùm nec à Christo acutè dictis aurem adhiberent, nec suæ ipsorum mentis oculum aperirent. Si enim hoc fecissent, conuersi fuissent, & si cultum quem oportuit reliquissent, saluam ac
B sanam suam mentem conseruassent.

ET *dixi, Quousq; Domine, & dixit: Donec uastẽtur urbes, ut non sit qui inhabitet, & domus, ut non sint homines, & terra derelinquetur deserta. Et post hæc elongabit Deus homines, et derelicti multiplicabuntur in terra.*] Verebatur propheta, ne perpetua & sempiterna execratio induceretur Israelitis. Ideoq; rogat ut tempus sciat, quo hoc futurum est, & quousq; protrahetur hæc quasi ægrotatio. Ad quæ respondẽs Deus, uastationem ipsorum Hierosolymorum prænunciat, adeoq; uniuersæ Iudæorum regionis, & inquit: Donec uastarentur urbes, ut non inhabitentur, & domus, ut non sint homines. Quod ad extremum euenit, cùm Vespasianus & Titus terram Iudaicam post Seruatoris crucifixionem, & in cœlos assumptionem, depopulabantur. Quòd autem hæc supplicij mensura ac modulus inobedientibus, ut hucusq; duntaxat patiantur, non adhibebitur, & quòd in torũ cum tota stirpe non sit periturus Israel, significat dicens: Et post hæc longè faciet Deus homines, & derelicti multiplicabuntur in terra. Longè uerò facti à Deo fuerunt, cùm & sanctos, & ipsum porrò uitæ principem interfecerint. Qui uerò relicti erant, id est, salui ac superstites, & qui in Christum crediderunt, qui & sunt reliquiæ Israel, multiplicabãtur: idq; in prin-
cipio libri ipsemet etiam beatus Hesaias signifi- Hesa. 1
cauit, cum ait: Et nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, uelut Sodoma facti fuissemus, & Gomorrhæ similes fuissemus. Aliis porrò uidetur etiam aliter hæc uerba intelligenda. Quærente enim propheta, & uolente scire quousq; & quãdiu extenderetur excæcatio, respõdet Deus: Donec uastentur urbes, ut non habitentur, & domus, ut non sint homines, & post hæc elongabit Deus homines, ut inde cõsummationis tempus intelligamus. Oportebit enim primùm bella & rumores bellorũ audire, & gentẽ in gentẽ, & regnum contra regnum insurgere, ac urbes ac domos uastari: deinde ita fore tum finẽ, quo longè facti sunt homines, deinceps nimirum post tempus resurrectionis integram longamq; uitam uiuẽtes, interitu prorsus sublato morte inanita, omnisq; peccato submoto. Excæcatũ uerò Israelem esse, & extremis mundi temporibus uocandum, cùm scriptura diuinitùs inspirata clare affirmet,

producere & conquirere fidei faciendæ argumẽ A
ta, frustraneum esse arbitror.

ET *adhuc in illa est decimatio, & rursus erunt direptioni ut terebinthus, & ut glans quando exciderit ex theca sua.* ] Incidit etiamnunc in mentionẽ historiæ, prophetica oratio, quã necesse est, ut uidetur, cõmemorare: sic erit quod exponitur, manifestũ. Oppugnantibus igitur regionẽ Iudaicam, ut iam ante dixi, Vespasiano & Tito: ipsa adeò urbs Iudæorũ excisa est, unà cum ciuitatibus & domibus exusta: & spectaculum crudele fuit, ac uidẽtibus quàm luctuosissimum. Etenim ad tantam uirorum paucitatẽ gens illorum recidit, ut à uero deflexurus nõ sit, qui uix totius populi decimationem in ea superfuisse dixerit. Deinde aliquantulũ temporis in pa
ce alti conseruatiq; permanserunt, non citra me- B
tum tamen, etiã deinceps uastationẽ perpetiendi. Quod factũ est. Nam Adrianus eo tẽpore regni Romani solũ tenens, & Antiochus Illustris, in regionẽ Iudæorũ incursionẽ fecerunt, & nihil superiorũ malorum non erat in istis minimis quidem, reliquijs deuastatis, missis in captiuitatẽ his qui cõprehensi erant, quando etiã Maccabæorũ mala acciderunt. Huiusmodi igitur historiarum mentionẽ nobis facit denuò in uaticinio uniuersitatis Deus, & inquit: Adhuc erit in illa decimatio, & rursus erit direptioni. Non enim cura uacuus erit populus Iudaicus, reliquiæ erũt, inquit, perexiguæ, rursus erit direptioni, eritq; etiam tũc iterũ illis regio ceu terebinthus, & ipsi ceu glans quando ciderit è theca sua. Arbor quidem est C
terebinthus: at si folia defluxerint, ualdè erit inornata ac deformis, ramos habens aridissimos. Pari ratione, etiam regio, ut mihi uidetur, cum habitatoribus suis destituitur, similis omnino erit arboribus aridis, quæ florẽ suũ non habent, quin & ipsi foliorum quasi abiectionẽ patientur. Similiter glans, fructus quidem est quercus, quando autem theca exciderit, tum his quæ eam depascere solent animantibus prostituetur. Proinde Iudæorum regio imitabitur terebinthũ, folijs abiectis. Cumq; demum ea exciderint, in captiuitatẽ fugientes, iacebunt instar glandium, propemodum sua theca, terra inquam quæ tulit eos exturbati. Simile quiddam & Solomon ait: Sicut auis cùm ciciderit ex suo nido, sic & homo cùm suo D
loco dimouebitur. Quid enim his qui in captiuitate sunt, fieri potest miserabilius? Quid uerò tã miserum est & tam proculcatum ac contemptibile, quàm homines in manũ uictoris incidere?

## CAP. VII.

ET *factum est in diebus Achazi filij Iotham, filij Oziæ regis Iudæ, ascendit Rhaason rex Syriæ, & Phacee filius Rhomeliæ rex Israel, contra Hierusalem ad obsidendum eam, & non potuerunt oppugnare eam.* ] Qui in scripturis diuinitùs inspiratis historiam ut rem friuolam & inutilem fugiunt, id, ut apparet, cauẽt ne queant quo modo ita ut conuenit, quæ in ipsis scripta sunt, intelligere. Speculatio enim ac cõsideratio spiritalis quæ bona est & utilis, intelligentiæ oculos optimè collustrans, cordatissimos quidẽ efficit, quãdo aũt aliquid historicè gestum ex sacris literis nobis adfertur, tunc tunc illam quæ ex historia utilitatem nascitur, quasi uenari ac aucupari decet, ut scripturam diuinitùs inspiratam unde cunq; nos & seruare & iuuare appareat. Enarrat itaq; nobis hisce uerbis sermo propheticus, quæ tempore Oziæ regis Iuda & Beniamin, decemq; tribubus in Samaria, quæ & Ephraim nominabãtur & Israel, contigerunt. Cùm uerò quatuor regum temporibus uniuersa prophetiæ oratio habita sit, quæ sigillatim contingunt, ponit prophetа, significatq; necessariò, ordinem uisis atq; sermonibus suis optimum adhibens. Defuncto igitur Azaria, qui & Ozias, succedit in regnum Ioatham, scopumq; ac instituta patris sui persequutus est. Dicitur quippe & ipse in oculis Domini fecisse rectum, quemadmodum & Ozias, uerùm excelsa non sustulit, sed etiã num populus in excelsis adoleuit. Et Ozias quidem tentauit præterlicitũ, Deo fungi sacerdotio, & offerre incensa, eam ob causam lepra affectus est. Ioatham autẽ non sic. Postquam & ille migrasset è uiuis, subrogatur in regnum Achazus, imperitante adhuc Israelitis, id est, decẽ tribubus Phacee filio Rhomeliæ. Hic bellũ contra Achazum & Iudam mouit, & uno die centum uiginti chiliadas interemit. Iritatus est enim uniuersitatis Deus, propter impietates Achazi, de quo scriptum est quarto Regnorum, quòd in uia regis Israel ambularit. Erat enim uir impius, & seruiebat idolis, & liberos suos per ignẽ traduxit, immundis dæmonibus sacrificans. Temporibus itaq; ipsius regni, & ipse Phacee filius Rhomeliæ, & Rhaason rex Aram, id est, Syriæ, contra Hierosolyma & Iuda conspirarunt, uenerunteq; populabundi. Verùm non ce
perunt urbẽ. Achazus aũt impressionẽ intolerabilem metuens, aceruo pecuniarũ magno congesto, ad Theglaphalasarum regẽ Assyriorum legatos mittit, rogat ut uelit sibi subsidio esse, utq; contra Rhaason arma capiat. Quod etiam ad exitiũ perductũ est. Profectusq; Assyrius cepit Damascum, obtruncauit Rhaason. Mortuo autẽ Phacee filio Rhomeliæ, qui regnauit in Samaria super Israelem, sceptrum capessit Osee filius Elæ, quo regnante, inuadit Samariam Salmanasar Assyrius, totamq; occupauit, Israelem captiuũ abduxit, & in finibus Persarũ ac Medorũ collocauit. deinde quosdam qui secum erant, iussit incolere Samariam, Eschyntam & Sapphariam. Sic enim in Regnis scriptũ est. Et quidẽ de singulis quæ dicta sunt, lõga est in scriptura diuinitus inspirata, oratio, at narrationem hanc quanta licuit breuitate persequutus sum. Sed particulatim dicemus singula, uerborumq; sententiã ordine explicabimus. Diebus, igitur inquit, Achazi filij Iotham, filij Oziæ regis Iuda, Rhaason rex Aram, & Phacee filius Rhomeliæ rex Israel, conspirarunt contra Hierosolyma, & peruenerũt ciuitatẽ deleturi eam, tamẽ oppugnare non potuerũt. Dicta sunt hæc



hæc inscriptionis & præfationis loco & ceu per A
narrationem euẽtorum. Declarauit item cõsiliũ ipsumq; conatũ, subijcitq; cõtinuò rei ipsius exitum: Non enim potuerunt eam oppugnare.

ET *renunciatum est domui Dauidis à dicentibus: Conspirauit Aram cum Ephraim, & cõsternata est anima eius, & anima populi eius, quemadmodum in sylua lignũ à uento mouetur.* ] Definita ac declarata, ut dicebam, narrationum occasione, & tanquam in breui summa comprehensim conatu duorum regum commemorato, incipit deinceps per partes, singula quasi oratione persequi: Renunciatum est, inquit, domui Dauidis, id est, regnanti, & annũciarunt Aram cum Ephraim conspirasse. Aram uerò Syrum dicit, Ephraim similiter decem tribus in Samaria. Hæc cùm ita se haberent, audiuit & credidit domus B
Dauid, hoc est, Achaz. Consternata est anima eius, & anima populi, quemadmodum cùm in sylua lignum à uento mouetur. Illud autem ἐξέστη, consternata seu stupore commota est, ponit communiter pro, perculsa est, & propemodum ipsa mente excidit. Ex grauibus enim terroribus concutitur mens, animusq; exagitatur, idemq; uidetur pati quod lignum in syluis sæuorum uentorum impetu huc illuc iactatum. Causa autẽ metus siue ecstaseos ac perturbatiõis ei fuit, id quod contigerat. Iam enim dicebam, illo regnãte Phacee aduersum Iudã bellum fuscepisse, & uno die ex populo centum uiginti milia è medio sustulisse. Cùm igitur solus Phacee talis tantusq; extiterit, ut facilè Hierosolymitanos superarit: an non C
his extremis temporibus tum Achazum ipsum, tum subditos timere oportuit, cùm consenserit Syrus, & arma copiasq; cum Ephraim aduersum Hierosolyma tulerit?

ET *dixit Dominus ad Hesaiam, egredere in occursum Achazitu, & derelictus tu sub filius tuus, ad piscinam superioris uiæ agri fullonis. Et dices ei, obserua ut quiescas, & ne metuas, nec anima tua debilitetur à lignis duobus titionum fumantium istorum. Quũ enim ira furoris mei fuerit, iterum sanabo.* ] Omnino clemens est & misericors Dominus, & omnes hõmines seruari uult, & ad agnitionem ueritatis uenire, omnesq; regit ac gubernat sapienter, cuiq; salutis uiam æquabilem planamq; faciens. Quod ita esse ex ipsis rebus licet nobis cernere. Nam Achazus fuit idololatra, abominabilis & ῥpha- D
nus. Cùm autem in malis non fugiendis iam uersaretur, et calamitatibus tantùm non inebriatum atq; obrutum eum Clementissimus conspicaretur, consequendæ ab ipso salutis spem facit è uestigio, ac pollicetur auxilium, ut ab idolomania desistat, studeatq; iam sibi à prioribus uitijs temperare, & ueræ Dei cognitionis lucem recipere. Itaq; propheta iubetur ei obuiam facere una præsente Iasobo: qui derelictio & derelictus exponitur, figura propemodum significante tanquam in symbolo Achazo, conseruandas esse reliquias Iudæ, qui Deo adhæserat. Typum enim Dei repræsentans propheta, percõmodè affert pollicitationem auxilij in piscina superioris uiæ agri fullonis. Figura rursum est piscina salutaris fontis sacri Baptismi, quæ nos etiam in uiam deducit superiorem, & fullonis sub intelligentiam cadentis, id est, eius qui sordes nostras omnes detergit, & ab inquinamentis liberat. Firma est hæc ergo pollicitatio: & in figura particulari sapiens ænigma ac insinuatio rei generalis & per Christum, à propheta tradita est. Aitq;: Vide ut quiescas, & ne timeas, nec anima tua debilitetur, à duobus lignis titionum istorum fumigantium. Quòd quiescere curisq; uacare, & à trepidationibus molestis liberum esse præcipiat: uocantis nimirum est, idq; prudẽtissimè ad obedientiam, & reducentis ad principia quasi, ut colat sermones dei uiuos, & ueritatem eorum quæ dixit, prõpte suo suffragio confiteatur. Faces uerò & ligna fumantia uocat eos, qui contra illum cõspirarunt, quasi qui paulo post, & esse & regnare desituri sint. Quemadmodum enim lignum seu titio quando ex igne extrahitur, fumigat quidem, uerùm ignẽ in sese amplius habere desinit: pari quoque ratione arbitror, homo uel uitæ uel rei alicuius finem facturus, meritò fax dici poterit, aut lignum adhuc fumigans. Cæterùm ubi eos timidos admodum & mœrore magno deiectos esse intelligeret, quòd dimicantes contra Phacee uincerentur, & quòd centum uiginti milia ex Iuda, ut dixi, uno die corruissent: etiam his terriculamentis eos eximit, & inquit: Quando enim ira furoris mei fuerit, iterum sanabo: id est, nequaquam cecidissent, nisi furor meus in manum hostium eos tradidisset. Sed inquit, si fuerit ira mea contra quosdam accensa, rursus eos qui passi sunt sanabo. Nam qui ex ira tradidit, facilè ex innata quadam mansuetudine & humanitate eximit.

ET *filius Aram & filius Rhomeliæ, quia consultarunt consilium pruum contra te dicentes: Ascendemus in Iudæam, & colloquentes cum eis transferemus eos ad nos, & regem præficiemus illis filium Tabeel: hæc dicit Dominus Sabaoth, non manebit consilium istuc, neq; erit.* ] Insidiarum contra ipsum rumorẽ neq; concedit non credendum, neq; permittit eũ nimiò terrore confringi: sed confirmat potius, & coniurationes consensusq; contra ipsum duorũ regum ueros esse demonstrat, subsidium promittit, eoq; trãsfert ac traducit, uti dixi, ut ipsi inniterentur, ac cõfiderent, nec idolorum cultibus addicerẽtur, falsorumq; uatum sermonibus qui infinita quidem pro animi sui libidine scisciantibus pronunciant, ueri autem nihil loquuntur. Quod igitur consilium inierint reuertendi in Iudæã, & sermones cum tuis subditis cõferendi, persuadẽdiq; ut suam sequantur uoluntatem ac sententiã: uerum est & confessum. Volunt etenim illis Tabeelis filium præstituere. Verùm nõ erit hoc, inquit. Et quis tandem est qui promittit? Dominus Sabaoth, id est, uirtutis seu exercituum: quo annuẽte uictoriam quibus uoluerit, quis ea quæ decreta sunt euertet? Et diuinis eius iudicijs quis poterit resistere? Confirmat proinde in fide etiam iam infideles. Non enim opus habent sani medico, sed malè habentes: sicut & ipse dixit

Universidad de Deusto
Biblioteca



Seruator. Sciendum præterea, quòd filium Arã appellet. Syrum, id est, Rhaasón, filium Rhomeliæ, Phaceem qui regnauit super Israel, id est, decem tribus in Samaria.

SED *caput Aram Damasci, & caput Damasci Rhasim, sed in annis sexaginta & quinq; deficiet regnum Ephraim à populo, & caput Ephraim Somorrha, & caput Somorrhæ filius Rhomeliæ. Et si non credideritis, nequaquam intelligetis.* ] Qui exponere uolunt quę scriptura diuinitus inspirata cõtinẽtur, hi opus omnino habẽt etiã narratiõe historiarũ, ut undiquaq; ueritas diuinos sermones consequat. Enarrat igit propheta quæ in sacris literis prodita sunt, ex quibus maximè poterimus sensum horũ uerborũ optimè cõsequi. Itaq; temporibus regni Achazi cõsenserunt cõtra Iudã & Hierosolyma rex Rhaasón Assyriorum & Damasci, & Phacee filius Rhomeliæ, qui Israelitico regno præerat in Samaria. Metuens ergo incursum Achazus, persuader pecunia Theglaphallasoro Assyriorum regi, ut sibi ferat supperias, & cõfœderatorum insultum propulset. Qui expeditione facta Damascum euertit, quæ Syrorum metropolis erat, ipsumq; Rhaasonẽ occidit. Defuncto in Samaria Phacee, qui erat Rhomelię filius, regnũ accipit Osee filius Elæ, uir improbus, & dæmonum deceptionibus addictior. Quo regnum gubernante, ascẽdit Salmanasar Assyrius, aduersus totã Samariã, & confestim capto Osea, & in loco serui habito, ac cuncta regione uastata, & filijs Israel desolata ac deserta, in illis suorũ, id est, subditorũ quosdã inquilinos collocat, Echutamq; & Sappharuitan. Gentes, credo, hæ fuerunt Persicæ: sic enim in libris Regnorũ scriptũ est. Huius nobis historiæ narrationem propheta cõmemorãs: Hęc dicit Dñs, inquit, nõ manebit cõsiliũ hoc, neq; erit, sed caput Arã Damascus, et caput Damasci Rhaasim, sed intra annos sexaginta & quinq; deficiet regnũ Ephraim à populo. Clara quidẽ est uerborũ cõstructio ac collocatio, at hũc in modũ accõmodandũ est. Caput inquit, Arã, id est, Syrię Damascus. Metropolis em Syriæ Damascus, & caput Damasci Rhasim, id est, Rhaasón. Caput siquidẽ regiõis & metropolis est, qui regnũ in illos gerit. Et caput Ephraim deficiet à populo in annis sexaginta & quinq;. Deficiet & caput Aram, id est, Damascus, & caput Damasci, id est, Rhaasón. Cepit em, ut dixi, Theglaphallasarus Damascum & Rhaasón, & Salmanasarus, Oseã regẽ Ephraim, siue Israelis, & Somorrhã, scilicet Samariã, cõmuniter currente & inseruiente illo uerbo, Deficiet: & caput Ephraim ciuitas Somorrhorũ, deficiet rursus. Caput aũt Ephraim Somorrha uocat, id est, Samariã. Mater em princepsq; ciuitas Samarię Somorrha. Ephraim aũt quando dicit, Israelẽ notat. Et caput Somorrhorum filius Rhomelię, id est, Phacee, redit ac recurrit iterũ illud: Deficiet in omnibus. Adiungit porrò hisce: Et si non credideritis, non intelligetis. Et hæc quidẽ non immeritò dicunt. Etenim qui Dei uerbũ propter incredulitatẽ onerãt cõtumelijs, hi cognitione eius prædi-

esse non possunt. Oportet igit incunctanter ire pere quæ exhibentur à Deo, & quę pollicetur ac loquitur, his annuere alacriter. Ita nobis inerit cognitio bona, & mentem nostrã illustrabit lux sapientiæ eius.

ET *perrexit Dominus loqui Achazo, dicens: Postula tibi signũ à Deo tuo, in profundo, uel in excelso. Et dixit Achaz, Nequaquam postulabo, nequaquam tẽtabo Dominũ.* ] Achazo thronũ regni obtinente Hierosolymis, & ad effrenationẽ quandã ualde prolapso, & dæmoniorũ cultibus falsis adhærescente: eũ omnibus modis conatur ad melius traducere, & ut ueritatis opiniones cõsectetur ac cupiat, & recta de Deo sentire uelit. Quoniã igitur idolorum cultores magnificit, ac curæ studioq; ei fuit rerũ euentus curiosius curare, et à sacris scisciatari oracula, uerbisq; falsorũ uatũ ludificari, periculis impendẽtibus Achazũ hæc molientem retrahit ante & impedit, præcipitq; ut non iã ex cõsuetis sibi delubris, non ex uanis uatibus, sed a Dño Deo potius signum petat. Genus etiam & modũ petitionis assignat sua sentẽtia, cùm dicit: In profundũ, uel in excelsum, hoc est, in cœlũ uel in terram, atq; adeò inferiora. Quibus uerbis probat ac significat, Deũ esse uniuersitatis Dominũ, & per potestatẽ & autoritatẽ quicquid uisum est efficere, siue rerũ cœlestiũ siue terrestrium procurationẽ uoluerit susciepere. Repudiat deinde Achazus, nõ quasi Deum reueritus, sed contumelia potius afficiens miser, etiamsi uerbis pijs & religiosis glorietur. Non etenim, inquit, petam, nec tentabo Dominũ. Nã iubente Deo petere, si petere nolis, sapit manifestã impietatẽ. Simulat enim se nolle ipsum tentare, & uerba ferè legis obtendit: Non enim tentabis Dominum Deum tuũ. An non aũt est huic peruersitati Achazi pleno ore reclamitãdũ? An nõ cùm Deus iubet petere, præstabat illud qd' præcepit factitare, quàm malignè captiones commiscisci, & excusationẽ inobedientiæ friuolam prætexere, scilicet: Non tentabo Dominũ? Verùm hoc illi in animo erat, superos atq; diuinos sermones non amplecti, sed fatidicorum potius delubrorum coronare, & cãdidiore calculo anteferre, auguriorum responsa curiosius scisciatari, & dæmonum præsidium implorare.

ET *dixit, Audite domus David, nũ parũ uobis molestiã exhibere hominibus? etiámne Domino facessitis negocium? Propterea dabit Dominus ipse uobis signum.* ] Cùm Achazus signi petitionem detrectasset, nec sustinuisset colere neq; cognoscere natura & uerè Deum, & Dominum uniuersitatis: conatur docere, eum nõ penitus ignotũ fore Israeli, neq; suã sortẽ perditurum, sed diuersis temporibus eos illũ agnituros. Achazum uerò insolentẽ & Dei hostẽ, non ulteriùs alloquio dignatur, sed domum potius Dauidicam cõpellat, id est, eos qui ex tribu Iuda erãt, ex qua natus est secundum carnẽ ipse Christus. Vaticinium aũt hoc clemẽtissimè, ut Deus instituit, accusans primum, q; pro nihilo haberet, ipsum etiã Deum omnipotentẽ offendere, & ueluti molesti ęas ac negocia exhibere ei ad ipsos uenienti, eo quòd



quòd recto pede non ineederent. Tunc tunc catholici latissimeq; patentis auxilij uaticiniũ profert. O domus, inquit, Dauidis: ne homines quidẽ offendere licet impunè? Domino aũt qui punire quidem nõ uult, potest aũt & facillimè, quid creatis molestiã? Quoniã uos recusatis signũ petere, ipse sponte mea uenio ad hoc, inquit, etsi uoletis ęgrotare, adduco medicinã, quãdoquidẽ benignus sum, & hominis amantissimus. Ipse Dñs nobis signũ dabit, certò persuadẽs Israelẽ errãtẽ suo tẽpore seruatũ iri: & nõ ignoraturũ herũ, sed cultorem Dei Seruatoris euasurum. Id autẽ per Christum perficitur, qui uocauit ad agnitionem Israelem, omniq; peccato absoluit eum quãtumuis lignis lapidibusq; procumbere uolentem.

ECCE *uirgo prægnans erit, & pariet filiũ, & uocabunt nomẽ eius, Emmanuel. Butyrũ et mel comedet, priusquã sciat ille malũ reprobare, & eligere bonũ. Ideo priusquã sciat puer bonum uel malũ, malitiæ nõ obtemperat, ut eligat bonũ. Et relinquetur terra quã tu metuis, à facie duorũ regũ.* ] Reddiderũt quidã eorũ qui diuinas scripturas interpretati sunt: Ecce puella prægnans. Videt quidẽ ludæis puellæ nomine oportere matrẽ Dñi subnotari: nec uocari uirginẽ. Existimant siquidẽ fas esse uim mysterij eneruare, si puella nõ uirgo dicatur. Cęterum rudes eos esse multis modis uidere licet. Primùm em licet dicat hæc uirgo, Puella, nõ priuabit eo, ut sit uirgo. Dein asseuerãt prophetam de uxore Achazi dicere, illud: Ecce puella prægnãs erit, et pariet filiũ, ut intelligamus ex eo natũ Ezechiã. Atqui dum prophetiæ uerba nõ examinãtes, inconsideratè quod lubet arripiunt, tũ hoc etiã solum habere uidentur quo suũ propositũ ac sententiã confirmẽt. Verũ ô uiri optimi, dixerit quispiam illis: Quis Ezechiã uocauit Emmanuel? Vel unde demonstrare poterunt, q; priusquã sciret ille bonũ uel malum, malitiæ nõ obtemperaret, ut eligeret bonum? Igit uale dicamus istorũ præstigijs, & q; rectum uerumq; est amplectamur, sanctã uirginẽ hac prophetia nobis à Deo denotari credamus. Sic em erit paradoxũ uerè, atq; incredibile, & signum maximũ, in profundũ simul & excelsum, iuxta diuinã promissionẽ. E supernis enim, & ex Deo patre secundũ naturã genitus filius unigena, exinaniuit seipsum, & ex utero uirginali editus est secundũ carnẽ, nõ humano conceptu & generatione, sed ui & efficientia diuini & sancti Spiritus. Itaq; nãq; dictum est diuæ uirgini uoce beati Gabrielis: Spiritus sanctus perueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Pariet igit, ait, filiũ, & tu ô domus Dauid, quæ nũc, inquit, renuis Deo credere, signũq; ab eo postulare, ad confirmationẽ eorũ quæ promissa sunt, propterea q; magis idolis afflicta & addicta sis: uocabis nomen eius Emmanuel, hoc est, confiteberis Deum in humana forma apparuisse. Quũ enim apparuit secũdum nos unigenitus Dei sermo, tunc etiã nobiscũ factus est. Qui enim supra omnẽ creaturam fuit, factus est secundũ nos, id est, nobis similis. Obserua uerò, ut ostendat eum uerè Deum simul & hominẽ fuisse, quo pacto ei

diuina & humana attribuat. Nã in carne fuisse uerè, conat certò persuadere, cùm dicit, cibum ei fore paruulis conuenientẽ, butyrũ & mel. Quòd etiã licet caro extiterit, nihilominus futurus esset peccato superior, Deus, iterũ docet cum mox infert: Antequã sciat puer bonũ uel malum, malitię non obtemperat, ut eligat bonũ. Homines enim nondũ ad pubertatẽ prouecti, nec ad mensuram ætatis peruenientes, (quæ ipso tẽpore prudentia exculta est & ornata) nequaquã habiles & idonei esse possunt, ut quid uitiosum quid bonũ sit, ualeãt decernere: cùm aũt ad id tẽpus uocat, tũc res agendas liberè eligendi facultatẽ habent. Diuina aũt & suprema natura, in sublimitate quadã nõ nostra, sed propria & sibi congruente collata est, ad quã malitia accessum nõ habet, uitijq; omne genus excutit & expellit, non tẽtata aliquando, perturbationib. uacua, imò natura sua & essentia, malitiæ nõ obtemperãs. Non aliter credo, q; ut quis de luce dicat, q; refragef esse caligo, ut enim lux non sit, ferre nõ potest. Naturæ igit diuinæ esse, semper bono adhærere, declarat, cùm ait: eam non obtemperare malitiæ, quo bonũ eligat. Quod in ipso Christo uerũ est. Etsi enim genitus fuit secundũ carnẽ per sanctã uirginẽ, Deus natura & ex Deo natus uerbum: tamẽ ex uulua erat, & ante ipsam, imò & ante omne seculũ, sanctus ut Deus, à sua prærogatiua nõ deturbatus propter humanitatẽ, sed nec humana neglexit, propter administrationẽ: ita uti credat uerè nostræ cõditionis fuisse, & nostrã hãc creationẽ sanctificasse. Relinquendam præterea asserit terram quã suspicat & timet, à facie duorũ regũ. Simile est ac si quis dicat apertè: Quando uirgo in utero concipit & parit, & tu ô domus Dauid uocabis nomen eius Emmanuel: tunc omnes qui affligunt sanctã terrã, relinquent eam, nec erit deinceps obuia ulli uastitatẽ inferre uolenti. Spiritualis uerò est hæc oratio. Nato enim Emmanuele, ea quæ uerè facta terra est & ciuitas, id est, Ecclesia, in bonã spem uocata est, omnesq; hostes calcauit, qui inuictam illam uidentes recedunt, & ut à Deo conseruatam relinquunt. Ego enim ero illi, dicit Dominus, murus igneus circũquaq;, & in gloriam ero in medio eius.

# CYRILLI COMMENTARIORVM IN HESAIAM,

*Libri primi,*

## ORATIO V.

SED *inuehet Dominus tibi, & populo tuo, & domui patris tui dies, quales non uenerunt, à die quo abstulit Ephraim à Iuda principẽ Assyriorum.* ] Turbato plurimũ Achazo propter cõspirationẽ duorũ regũ, Rhaasón & Phacee, pollicitus est uniuersitatis Deus subsidiũ: & in fide eũ uolẽs corroborare, signũ petere iussit in profundo, siue in excelsõ. Renuente autẽ Achazo, & peruersissimè dicente: Non petam, neq; tentabo Dominum, (attendit enim

enim magis uanorum uatũ impostũris) sua spon A te quodãmodo Deus ipse domui Dauidis signũ exhibuit: Ecce enim, inquit, uirgo prægnans erit, & pariet filium, & uocabunt nomen eius Emanuel. Oratione demum de his sane belle cõfecta, transfert rursus futurorum prædictionẽ ad ipsius Achazi personam. Oportebat enim, oportebat inquam salutis per Christum prænunciationem fieri ad eos qui ex familia erant Dauidica, id est, ex tribu Iuda, de qua ortus est secundum carnem ipse Christus: prædictionem autem grauium & inauspicatissimorum malorum inobedientibus proponi decebat, ut perspicerent uere acerbũ fore, & non impune cessurum his qui diuinam maiestatem dedecore aspergũt, quod Domino molestias facesserẽt, & præter ipsum alios qui diȝ nõ B sunt, adorarent. Itaq; successu tẽporis & ipsa Hierosolyma, & cunctam Iudæorum regionem in ultimas calamitates deuoluẽdam esse, & manibus hostium subdendam, enucleate prænonstrat. Cęterum obscuriorẽ dictionum cõpositionẽ & structuram, quoad potero, ante alia etiam aggrediar enodare. Inuehet Deus, inquit, tibi & populo tuo, & domui patris tui dies, quales nunquã uenerunt, à quo die sustulit Ephraim a Iuda. Est aũt horum uersuũ hæc sententia. Temporibus regni Rhoboami filij Salomonis, abstulit, id est, auulsit seipsum Ephraim, id est, decẽ tribus à Iuda tribu. Diuisæ sunt enim & decẽ tribus, inhabitarũt Samariam, tribus Iuda & dimidiũ tribus Manasse, Hierosolymis remanserunt. At processu tem- C poris multa aduersa illis acciderũt. Fornicata est enim Samaria, & conterminæ gentes, Idumæi, Moabitæ, & Philistini incursum in Iudęam fecerunt. Itaq; perpessi sunt tam hi quàm illi multa & grauia, & tẽpora aspera senserunt. Dies igitur inuehet Deus, quales non fuerunt, siue inuaserunt uos ab eo tempore, ex quo abstulit, siue seiunxit se à Iuda Ephraim. Quod tandem uobis erit hoc tẽpus, & quinã dies? Rex, inquit, Assyriorũ nimirũ Nabuchodonosorus, qui Hierosolyma uastauit, uniuersamq; Iudæam ui occupauit, qui diuinum phanum cremauit, & nullum nõ ferinæ crudelitatis genus exercuit, cuiusmodi nunquam in ullam gentem patrasse reperitur.

ET *erit die illa, sibilabit Deus muscis quæ dominabuntur parti fluminis Aegypti, & api quæ est in regione Assyriorum: & uenient omnes & residebunt in uallibus regionis, & in cauis petrarum, & in speluncis, & in omni scissura, & in omni ligno* ] Amplificat narrationem, & minutatim impetum belli describit, & q; omnem eorum terram, oppida & urbes excisuri essent, qui tẽporibus succedentibus eos inuasuri erant. Hic rursus quo hæc melius illustrentur dicenda iudico, quæ in quarto Regnorum scripta sunt. Erat igitur filius Achazi ad quẽ nunc sermo est, Ezechias: Ezechiæ autẽ Manasses, Manassis Amos, huius filius Iosias fuit, uir pius quidẽ, ueruntamen hunc ad modum è uiuis emigrauit. Pharao Nechao rex Aegypti, patria relicta, omnes copias eduxit, & contra terram Assyriorum propere expeditionẽ fecit. Ve- D



inebriari gestientem. Et hic quidẽ est sensus uerborum. Dicimus autem infamiæ cuiusdam insignis genus fuisse, quoquo modo, & capite & barba derasos conspici. Nunc etiã uniuersitatis Deus cõminatus filiabus Sion, fastuosis & inceden- 3.Reg.3 tibus elata ceruice, oculorumq; nutibus, fœlicitatis ademptionẽ, dixit: Et erit pro odore suaui fœtor, & pro zona, funiculo succingéris, & pro ornamento capitis aureo, calui tiũ habebis propter opera tua. Fecerunt deinde hęc quidam & super mortuis, ac dedecore sese affecerunt, unde & lex Mosaica, præcipit illis qui diuinũ mysteriũ sortiti sunt, ne more aliorum super cadauere abradantur, neq; formam barbę corrũpant. Sic enim scriptum est. Deuastatis uero Hierosolymis à Nabuchodonosoro, ascenderunt uiri à Sichẽ & a Salẽ B & Samaria, quemadmodũ ait Hieremias: Octoginta uiri circũcisi barba, & rupti uestibus & consci si, & manna & Libanus in manibus eorum, ut in domũ Domini importarent. Itaq; luctus simul & dedecoris species erat, nouacula caput iuxtà & barbam resecare. Quod diuersis tẽporibus Iudaicæ regioni accidisse, propheticus sermo cõfirmat. Manebit enim, inquit, extinctis ipsius liberis, plorans & contemptissima. Si cui placet alio modo commẽtari, huiusmodi quidpiam fere intelliget. Capillos siquidẽ capitis fortasse uocat honoratissimos homines, & opibus, rerumq; cæterarũ prærogatiua insigniter antestantes. Superius enim capite nihil est: barbæ autem crines, di- Rabsa. cit, intelligentia & mente præditos. Sic enim bar C ba semper in scriptura diuinitus inspirata sumit. Quando etiam pedum crines nominat, in extrema & postrema classe constitutos homines denotare uidetur. Pepercit uerò omnino nulli nouacula inebriata: sed unà cum præstantibus uiris, medios & ultimos ac prudentes è terra Iudæorum excidit et amputauit, ut eam nudam & spoliatam relinqueret. Nam in montes Persarum ac Medorum, uniuersum fere Israelẽ Nabuchodonosorus traduxit.

ERIT *etiam in die illa, alet homo buculam, & duas oues, & erit ex eo quod multum lactis proueniet, butyrum & mel comedet omnis superstes in terra.* ] Nouaculæ magnæ & inebriatæ, id est, gladij Babylonici effectũ ac uim declarare propositum est, dicitq; totam regionem Iu- D daeorum nudatam iri, & eo mẽdicitatis uirorũq; paucitatis redituram, ut qui relictus est & seruatus è manu hostium, remanseritq; in terra, uix futurus sit unius buculæ & duarum ouium dominus: licet olim numerosos ouiũ greges & boum tum possidere, tum pascere per totam Iudæã consueuerint. Quare summæ paupertatis indicium manifestum hoc est. Quòd autem & uere pauci numero in locis existent, præsignificat dicens: Et erit, eo quòd multum lactis proueniet, butyrum & mel comedet, quisquis in terra erit superstes. Et duabus ouibus & bucula una tantum lactis fore affirmat, ut omnibus derelictis abundè sit sufficiturum. Si ex lacte proueniens alimentum con- Isa. 7. sere* uelint, an non perspicuum est eos qui no- A uaculam effugerunt, qui singulis in locis Iudææ hæserunt, facile numerabiles esse? Quot esse possint quibus ad nutritionem & satietatem, duarũ ouiũ uniusq; buculæ lac satis erit? Cęterum quid nobis hinc utilitatis spiritualis proueniet? licet id quidem ex ipsis rebus cernere: quòd qui uolunt esse contumaces, & contra Deum, superbã ceruicem tollunt, tum spiritualium bonorũ inopia contabescent, tum omnino fient paucissimi, & quicquid eos bona mentis intelligentiæq; habitudine enutriret, & ad uirum perfectum mẽsuramq; ætatis plenitudinis Christi solide perduceret, eo omni indigi expertesq; deprehendentur. Tale quiddam etiam audient Deum uoce sancti loquentẽ: Ecce qui seruiunt mihi, manducabũt: uos autem esurietis: Ecce qui seruiũt mihi, bibẽt: uos autẽ sitietis. Etenim abundè cumulateq; superditatur omnium bonorũ participatio à Deo his, qui illa quæ eius sunt sapiũt, quos affatus est etiam ipse: Edite, inquit, & bibite, & ingurgitamini ô proximi. Cant. 5

ET *erit in die illa, omnia loca, in quibus sunt mille uites, mille siclorum, solitudo erunt, & spineta cum sagitta, & arcubus uenietur eò, quia solitudo & spina erit omnis terra.* ] Effectus hic est nouaculæ magnæ & inebriatæ, & paucitatis uirorum in hac gente aperta demõstratio. Sic enim attriuit bellum Iudææ incolas, ut uix in ea numero pauci superstites fuerint. Hinc neglectũ iri & solitudinem fore & spinetum, possessiones ipsorum pulcherrimas & lectissimas ait, nimirum cùm nulli sint qui norunt terram colere. Si enim, inquit, in uno loco mille uites mille siclis sint, ut singulæ uites singulos siclos ualeant, æstimationis hæc mensura uertetur in solitudinem & in spinas, ut si quis uelit regionem inuadere, & ingrediatur solum, hoc non possit absq; sagitta & arcu efficere. Spinæ quidem non arcus non sagittas desiderant, at statim eius qui uelit inambulare pedes sauciare poterunt. Causa igitur ratioq; efficiẽs omnium malorum nobis erit, ea quæ fas non est uelle designare. Destituemur enim quodammodo Deo, si illum non uereamur offendere. Si enim præstamus & quæ illi grata & amica sunt, sapere uolumus, nec tergiuersamur: uirtutis fructus proferemus, nosq; sua cura dignabitur. Audiemus siquidem dicentem Christum: Ego Ioan. 15 sum uitis uera, & pater meus agricola est. Omnis palmes in me non ferens fructum, tollit eum: & omnis palmes ferens fructum, purgabit ipsum, ut fructum copiosiorem ferat. Verum si effrenate in impietatem morum prouoluimur, spina sub intelligentia cadente replemur, omni uitiorum genere in nobis inualescente. Finis uerò spinæ, ignis: & fomẽtum ignis est, materia infrugifera. Hoc etiam beatus Paulus nobis planum faciet, cùm inquit: Terra enim quæ uenientem in sẽ Heb. 6 pluuiam combibit, & herbam parit accommodatam his propter quos colitur, ea benedictionem à Deo participat. At quæ profert spinas & tribulos, improba est & maledictioni affinis, cuius finis combustio.

ET

Universidad de Deusto
Biblioteca



ET *omnis mons aratus arabitur, & non ueniet eò terror. Mutabitur enim propter solitudinẽ & uepretũ in pascua ouium, & in conculcationem bouis.*] Paucos fore superstites in Iudæa dicit, & eò timiditatis & ignauiæ uenturos, ut præingenti & incredibili timore, in montibus cõmoraturi sint, & ab nubibus habitationibusq; desideratissimis semigraturi, et festinaturi in mõtibus, insidijsq; delitescere. Sic enim facere cõsueuit tota regio & ciuitas, si quando aliqua sit hostium incursatio. Accurrunt enim ad editos & imperuios montes, & difficultate loci, ceu armatura se muniunt, & timiditatis pharmacum ac remedium est, in fissuris esse petrarũ. Quinimò hoc etiam Seruator ipse dixit populo Iudaico: Tum enim, inquit, qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. Itaq;, inquit, pulcherrima prædia in solitudinem, & in uepreta mutabuntur: cùm derelicti timerent, etiam in illis, & spineta solùm etiã subire non permitterentur: sed ad montes potius confugerent, ibiq; suspirantes rusticis laboribus manũ admouerent. Arabitur enim omnis mons & omnis collis, ab his qui ad eos confugiunt, cupientes colligere, nõ quæ ad opes aut uoluptates spectant, sed quantum ad necessarium usum corporis suppeditat, & quantum tenuem & angustum difficulterq; parabilem uictũ submínistrat. Quid est ergo causæ, ut in montibus habitare eosq; colere uelint, contemptis prædijs electissimis? Nõ ueniet illuc terror, inquit. Hęc apud se reputabũt ad eos, qui incolere ibi uolent, metum non perueniturum. Deinceps uerò extremæ solitudinis ac desolationis magnitudinem ostendit. Mutabitur namq;, inquit, propter uastitatem & uepreta in pascua ouis, & in cõculcationem bouis, id est, in depastionem ouium uniuersa regio, regio inquam præpinguis, uitibus fœcunda, oleæ ferax, arborib. egregiè consita, semper fructibus cõpta quasi & culta, lacte & melle affluens, iuxta id qđ scriptum est. Itaq; quamdiu Deo nostra in omnibus obedientia placemus, tutò uirtutem quasi ciuitatem uel regionẽ colemus & inhabitabimus, hostibus superiores erimus, neq; quisquam nos omnino perterrebit: sed potius omnis probitatis et bonorum operum sectatores erimus, copia & ubertate fructuum Deo placentium abundabimus: intelligibili spineto liberabimur, & terra spontanea erimus, iuxta uocem prophetę, & uere Dei agricolatio.

CAP. VIII.

ET *dixit Dominus ad me: Sume tibi librum nouum magnum, & scribe in eo stylo hominis, ut celeriter deripiat spolia. Adest enim, & testes mihi adhibe fidos homines, Vriam sacerdotem, & Zachariã filium Barachiæ.*] Cùm plenam & copiosam adhíbuerit prædictionem eorum quæ Iudaicæ regioni progressu temporis erant obuentura, magnitudinemq; calamitatis exhiberit, commode de Emanuele subtexit, & mysterium eius Deus monstrat prophetæ luculentius. Dicebat enim: Ecce uirgo prægnans erit, & pariet filium: & uocabunt nomen eius Emanuel. Quòd autem noui Testamenti sequester sit, (abrogato nimirum primo, quod multum haberet infirmitatis, & quod antiquaretur, ac neminẽ conscientia tenus perficeret,) subindicat dicens: Sume librum nouum, magnum. Et quid nam illud, tibi, significat? an illud forte? Siquidem, inquit, non contumacibus, sed in fide sermonem eius ample ctentibus, quæ in nouo libro sunt dabuntur, id est, Christi mysterium reuelabitur. Nouus igitur hic liber & magnus. Non enim ad ueteris fœderis instar, hoc nouum & nuperum compositum est, quod Christi mysterium enunciat, neq; legalis historiæ exilitatem habere, sed in eminentia & sublimitate cognitionis, ac dogmatum uersari conspicietur. Vnde & diuinus Paulus suauissimè dicit, pro damnis haberi omnia quæ sunt legis, præ noticiæ Christi excellentia. Patet ergo q; antiquato primo, ut dixi, nouum & magnum uolumen secundi fœderis sumitur: quod præstantioribus sacrificijs sancitum est, quemadmodum sanctissimus Paulus ait. Scribitur porrò hic liber stylo hominis. Quid ita? Quando eñ animi oculis sacrosanctæ & consubstantialis Trinitatis mysterium peruestigamus, dein alijs aliquãdo arcanum ortum unigenæ filij Dei tradere instituimus: tunc sanè tunc usus nobis est non humani styli, qui nostræ domi natus est. Quæ enim oratio satis erit, ut quod supra mẽtem & orationem est, expedire possit? His adeò subtilibus omnẽq; mentem ac cogitationem superantibus enarrationib. ille solùm calamus suffecerit, de quo Deus & Pater uoce Dauidica loquitur: Lingua mea calamus scribæ, celeriter scribentis. Nemo enim nouit filium nisi pater, sed nec patrem quisquam agnoscit qui sit, nisi filius, & cui uolet filius reuelare. At quando de humanitate eius uerba facimus, tunc tũc humano stylo usus est, quod & fecit sapiens Ioannes, dicẽs: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Nec uerò difficile est, etiam mortem eius secundum carnem, & ex mortuis resurrectionem nostris uerbis annunciare: et πρωτόλλοιον quasi ac primitias humanæ naturæ ad incorruptionem renouatæ, ad patrem ascendisse, & in cœlis consedisse, ac constituto tempore uenturum, iudicemq; sessurum. Proinde hominis penna de humanitate unigeniti, homines spiritu afflati conscripserunt. Iam uerò porrò præcipit, inquiens: Testes mihi adhíbe fidos homines: Vriam & Zachariam filium Barachiæ. Sciendũ quo tempore de hisce rebus sermo à Deo ad beatum Hesaiam habitus est, Vriam prophetam fuisse, Zachariam sacerdotem & legis doctorem. Adhíbetur ergo ad hanc de Christo testificationem mystagogia, seu cognitio, seu etiam prædictio ex lege ac sanctis prophetis. Finis quippe legis ac prophetarum Christus. Tale quiddã monstratum fuisse sanctis Apostolis tẽpore transformationis Christi in monte asserimus. Scriptum est enim: Et post dies sex adsumpsit Iesus Petrũ & Iacobum & Ioannem fratrem eius, & subleuat illos in montem ualdè excelsum, et trãsformatus est coram



est corã ipsis. Et resplenduit uultus eius sicut sol, & uestes eius factæ sunt candidæ sicut lux. Et ecce apparuerũt illis Moyses & Elias, colloquentes cum ipso. Obserua itaq; quomodo Moyses & Elias, id est, Sacerdotium ac lex, (utraq; enim Moyses,) quin & Elias assumptus ante faciem sanctorum prophetarum, ipsi inter se, ut inquit, collocuti sint, de exitu quem esset in Hierusalem impleturus. Qualis tandem exitus? Dispensationis nimirum finis, crux, mors, uitæ ex mortuis redintegratio, in cœlos resumptio. Nam hęc omnia præfigurauit umbra lex, prædixit etiã illustris & magnus sanctorum prophetarum chorus.

ET* *accessit ad prophetissam, & in utero concepit, & peperit filium.*] Quod non ex sanguine & carne, neq; ex uoluntate uiri, Christi natiuitas secundum carnem peracta fuerit, sed & insolita, & ultra leges humanæ naturæ extiterit, Deus prophetæ reuelauit. Etenim ipse, inquit, qui dicit, Cape tibi librum nouum magnum, accessit ad prophetissam. Cõsidera uerò quo pacto hominis penicillo Christi mysterium nostris q; uerbis scribatur. Illud autem, Accessit, pro coniugali ritu communicauit, ex more suo dicit diuina scriptura. Videt ergo propheta etiam cõgressus formam cum Sancta uirgine, quam prophetissam quoq; dicit, rem ueram docens: dein & conceptionem fœtam ait, filiumq; editum. Illud enim sanctissimum corpus ex Spiritu sancto è supernis uerbo formatum esse, cui dubium esse poterit? Quocirca spiritus uirtus ac uis, per quam illud corpus in sancta uirgine formatum est, hoc congressus habitu ac figura obliquè significatur. Primitiæ siquidem factus est hinc Christus eorum, qui sanctificati sunt in spiritu, qui non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, nec ex uoluntate uiri, sed ex Deo geniti sunt. Natus ergo est ex sancto Spiritu iuxta carnẽ ipse ante alios, ut & nos quoq; per illum nasceremur. Hic enim notandũ, quòd Vriam & Zachariam testes adhíberi iusserit, ut citò diripiat spolia. Adposuit etiam: Adest enim. Attestatur etenim lex, & porrò sanctorum prophetarum prædictio, Christum natum satanam spoliasse, & uasa eius diripuisse, ut ipsemet inquit, hoc est, eos qui huius aliquando adoratores erant, suos fecisse. Hoc enim & ipse Christus dixit, exempli causa, inquiens: Vel quomodo potest quispiam ingredi in domũ fortis, & uasa illius diripere, nisi primũ uinciat fortẽ, & tum diripiat uasa illius? Cùm autem ait: Adest enim, nõ longè abfore manifestationẽ Emmanuelis annuncíat. Quin & beatus Abbacũ dixisse reperít: Adhuc parumper, qui accedit ueniet, & nõ tardabit.

ET *dixit mihi Dominus, uoca nomen eius, Velociter spolia, Citò prædator. Eapropter antequã sciat puer uocare patrem uel matrem, auferẽt potentiam Damasci, & spolia Damasci, corã rege Assyriorum.*] Cùm superius dixisset: Ecce uirgo gravida erit, & pariet filiũ, & uocabunt nomen eius Emmanuel, nunc iubet uocari nomẽ eius, Velociter spoliato, Citò prædator. An uerò illud primũ nomẽ inane est & irritum, nimirum Emmanuel? & hoc maximè decebit, Velociter spoliato, Citò prædator? Nequaquam istuc dicimus, sed illud dicimus potius. Mos est Scripturæ diuinitus aspiratæ, diuersis nominibus uniuersitatis Deum appellare: & à rebus pro temporum ratione gestis aliquando nomenclaturas antè inuenire. Hoc etiam in ipso Christo obseruatum est. Deus enim uerus est. Et quoniam Deus natura existens, factus est nobiscum, sermo qui apparuit nostra specie, denotari Emmanuelis nomine sapientissimè possit. Dein factus homo cùm despoliasset satanam, & olim abreptos, eiq; per peccatum seruientes, ab illius tyrannide eripuisset: exerit & declarauit illud: Velociter spoliato, Citò prædator. Quòd etiam, ut Deus, redemptionem humanam inexplicabili uirtute procuraturus sit, præmonstrauit, cùm dicit: Priusquam nouerit puer patrem uel matrem, auferet potentiam Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum. Altissimus est horum uerborum sensus, & enarratio spiritalis. Obducta est enim obscuritatibus fere semper diuina oratio, nec ex historia rebusq; sub sensum cadentibus inuenerimus, Christum natum statim uel spoliasse Damascum, uel regionem regis Assyriorum, liberatis his qui è Samaria in eius regionem deportabantur. Quando uerò rem intelligenter & spiritaliter introspicimus, tum hoc uerissimũ esse uidebimus. Erat igitur Damascus, siue Syria uniuersa, & Assyriorum regio, scilicet Persarum & Medorum, idolis plena, & idcirco terra γλυπτῶν id est, sculptiliũ, uocitata est, in qua scilicet erant altaria & fana ubiuis locorum, & qui frequentare fana soliti sunt, falsorum inquam uatum genera, & incantationum periti. Robur autem & firmamentum eorum omne fuerunt dæmonia, quæ singuli colebant, & princeps ac præfectus eorum satanas. Quòd igitur Damasci potentiam, regisq; Assyriorum, id est, satanam, & improbas ac prophanas dæmoniorum turmas modo non deprædaturus sit Christus, atque eius seruitio liberaturus eos qui seducti erant, etiam antequam ad eam ætatem pertigerit, quàm æquum est, scire posse patrem ac matrem uocare, declarauit cum ait: Priusquam sciat puer uocare patrem uel matrem, potentiam Damasci auferet. Auferet, pro, depopulabitur. Auferet item & spolia Samariæ, id est, captiuos eripiet, pro illis depugnans coram rege Assyriorum, scilicet intelligibili, uidelicet satana. Is enim erat Damasci & Syriæ potentia. Idolorum autem cultores omnem in seipsis salutis spem habere, & Christum, quàm primùm natus est, spoliasse satanam, facilè est uidere. Scribit enim Matthæus: Cùm uerò Iesus natus esset in Bethleem Iudææ diebus Herodis, ecce Magi ab Oriente uenerunt Hierosolyma dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim ipsius stellam in Oriente, & uenimus ut adoremus eum. Adorarunt ergo, & adduxerunt aurum, & thus, & myrrham. Vidésne quo pacto satanam spoliet & deprædetur uelociter? Deinde aduentus sui scopum & fi-

Sensus spiritalis. Matth. 2

nem fuisse redemptionem eorum qui in captiuitate intelligibili sunt, designat & ipse Christus, uoce Hesaiæ, dicens: Spiritus Domini super me eo quòd unxit me, ad Euangelizandum pauperibus misit me, ad prædicandum captiuis remissionem, & cæcis uisum. Psallit item & beatus Dauid de ipso: Ascendens in altitudinem, captiuans captiuitatem. idq; docuit ipsemet, cum dicit: Cùm subleuatus in altum fuero de terra, omnes traham ad me ipsum.

ET perrexit Dominus loqui mihi: Quoniam non uult populus iste aquam Siloam fluentem placidè, sed uult habere Rhaason & filium Rhomeliæ regem super uos, propterea ecce reducit Dominus super uos aquam fluuij uehementem & abundantem, regem Assyriorum & gloriam eius. Et ascendet in omnem uallem uestram, supergredietur omnem murum uestrum, & auferet à Iudæa hominem qui poterit caput leuare, aut præstare aliquid. Et erunt castra eius, ut impleant latitudinem regionis tuæ.] Emmanuelis natiuitatem, præter communem consuetudinem nouam hominibus peregrinam & admirabilem, ex sancta Virgine, plurimorumq; ac insignissimorum uerè diuinorum signorum effectricem, suo tempore pulchrè admodum exposuit: deinceps prophetæ aperit, futuram contra illum humanitatis tempore Iudæorũ insaniam. Venit in mundũ unigenitũ Dei uerbum, in similitudine carnis peccati, non illustrẽ & spectabilem diuinæ præstantiæ gloriam habens, nec more suo solito, lucem habitans inaccessam, neque angelico exercitu splendidè stipatũ, imò nec in gloria mortalis regis. sed modestè admodum, & submissè, & sine ullo strepitu. Idq; nobis Deus & pater, uoce Sanctorum designat dicens: Ecce intelliget filius meus dilectus, in quo conquieui, iudicium gentibus inferet, non contendet, neq; clamabit, nec audietur in plateis uox eius, calamum contritum non confringet, & linum incensum non restinguet. Et hæc quidem species ac habitus fuit dispensationis unigeniti in carne. Iudæi autem miseri, hoc de illo mysterium non intelligentes, omnino atq; etiam impiè opprimentes, grauiter contrà extimulabantur, eiq; mortem moliebantur, dicentes: Ob bonum opus non lapidamus te, sed ob blasphemiam, quòd tu homo cùm sis, facis teipsum Deum. Perseuerarunt etiam per omnia præfracti & effrenes, & hoc præterea ad impietatem accedit. Adduxerunt enim Pilato, dicentes: Tolle tolle, crucifige eum. Ille autem cùm ad hæc propè ridens diceret: Regem uestrum crucifigam? exclamarunt dicentes: Non habemus regem nisi Cæsarem. Vide itaq; quo pacto eius regno parére recusarint, & Cæsarem ac homines reges crearint. Itaq; hoc ænigmaticè Deus perspicuum ac testatum prophetæ facit. Cùm uerò, ut arbitror, explicationem sermonis huius rebus tum gestis accommodatam afferre consentaneum sit: dicimus aquæ Siloam eum regnum diuinum conferre, quod ubi contempsissent Iudæi, alteri subdebantur, & tradebantur hostibus. Hinc ait: Quoniam non uult populus iste aquam Siloam fluentem placidè, sed habere maA uult Rhaason, & filium Rhomeliæ regem inter uos, propterea ecce reducit Dominus in uos aquam fluuij uehementem & abundantem, regem Assyriorum. Aquam Siloam adeò placidè fluere dicunt, ut quietè sine omni sonitu præterlabatur. Vertitur autem Siloam, missus. Itaq; ut iam dixi sumitur ut sit imago & repræsentatio nostri Seruatoris aduentus, qui absque omni murmure extitit. Missus est autem uerè Christus: quamobrem apostolum & pontificem confessionis nostræ sapiens Paulus nominat. Accipitur item pro imagine & typo regni Dei. Proinde quandoquidem populus iste obduratus & effrenatus, aquam Siloam leniter fluentem respuit, excutit enim Dei iugum, magisq; cupit hominum regno subesse, & ut homines habendi cupiditate inflammari: Rhaason, inquit, & Phacee sibi dominentur: hanc ob causam, in eos aquam fluuij, id est, Euphratis immittam. At cùm oratio inuolutior sit, adiunxit porrò statim, & inquit: Regem Assyriorum & gloriam eius, id est, omnes subditos eius, & omnem gentem ceruicem ei substernentem. Aquę uerò comparat multitudinẽ, idq; ex more diuinitùs aspiratæ scripturæ. Siquidem de Niniue & multitudine eius innumerabili, dicit uoce prophetarum: Et Niniue, uelut piscina aquarum, aquæ eius. Immoratur autem in translatione, & tanquam de unda & fluuio dicit: Et ascendet in omnem uallem uestram, & perambulabit omnem murum uestrum, & auferet à Iudæa hominem qui caput leuare poterit, aut efficere aliquid. Et erunt castra eius, ut latitudines regionis tuę repleãt. Perducta sunt ad exitum omnia hæc, prophetante Hieremia, Nabuchodonosoro regioni Iudæorum bellum inferente, & Hierusalem percelebrẽ delente, templo incenso, Iudæorumq; clarissimis uiris interfectis, simulq; cum uastis facris, uniuersa multitudine, quæ quidem residua è bello euaserat, in eius fines adducta. Perspicuum igitur est, qui aquam Siloam leniter fluentem, id est, Christum, siue regnum Dei habere uolunt, his omnino Assyriorum regem, hoc est, satanam insultaturum, & captiuos suo iugo suppositurum, & multiplicibus peccatorum laqueis cõstrictos, seruos effecturum.

NOBISCVM Deus, scitote gentes & uincimini. Exaudite usq; ad extremum terræ qui præualuistis, uincemini. Si enim rursus præualueritis, etiam iterum uincemini. Et quandocunq; consilium inite rituis, dissipabit Dominus, & sermo quem loquemini, minimè stabit, quia nobiscum Dominus Deus.] Exilit præ gaudio animus prophetæ, utpote qui planè Christi mysterium agnouit. Deinde sanctorum Euangelistarum & Apostolorum tum persona tum oratione adsumpta, cum Græcis & Iudæis tantùm non disputat: neq; ulla erunt arma ad resistendum quę fabricentur. Gentibus præcipit ut duo hæc rectè ac diligenter faciant, ut cognoscant Christi mysterium, & ut ab his qui illud docent uinci se patiantur. Scitote enim, inquit, & eius sermonem capite, & uincimini, id est cedite, & sanctis mystagogis nolite resistere, sed illis potius obsecundate, & exau-



& exaudite, usq; ad extremum terræ, id est qui in quauis ciuitate & regione estis, & usq; ad ipsos fines orbis terrarũ. Quippe uicti qui sunt, quicq; uictoriam magistris ueritatis concedere uolunt, facilè eorum orationi accedent, & credentes in Christum, rectà in omni probitatis genere progredientur, gratissimamq; ei uirtutem excolentes, splendidam, & admiratione æmulationeq; dignissimam gloriam cõsequentur. Et hæc quidem Græcorũ cohortẽ tanquam ex persona sanctorum Apostolorum ac Euangelistarum propheta dixit. Vos autem ô Iudęi qui præualuistis, uincimini. Nam (quod ad Iudæorum quidem animum & institutum attinet) præualuerũt Christo, cum miselli cruci eum traderent: uerùm inuerunt consilium, quod non potuerant stabilire, iuxta id quod scriptũ est. Nec enim fieri potuit, ut morte oppressum tenerent uitæ principem. Itaq; etsi putauistis potiores tulisse cùm Dominum trucidauistis, tamen deinceps uincimini, præstate obedientiam, fidem amplectimini: ac illud scitote, quòd etsi posthac præualueritis, tamen si mystagogiam ferre nõ uelitis, sed his qui Euangelium annunciãt, crudeliter insulteris, de integro uincimini à iudice qui punit in posterũ, & tantæ tamq; diuturnæ insaniæ pœnas expetit. Quod & factum est. Postquam enim reuixerat Christus, & redierat in cœlum, & ipsis quoq; sanctis Apostolis collocarunt insidias, & tractos in concilia uerberarunt, crimina intentantes, ac dicentes: Annon mandato mandauimus uobis ne loquamini in nomine isto hominis? & ecce repleuistis Hierusalem doctrina uestra. Itaq; propterea uidebantur præualere: cæterùm & consilium & prudentia & uerba, omnia illis parum profuerunt. Vicerunt enim diuini discipuli ac dicunt: Nobiscũ Dominus Deus est. At isti acerbas pœnas dederunt, Romanis copijs uolentes nolentes subacti.

SIC dicit Dominus, forti manui immorigeri sunt, itineri uiæ populi huius, dicentes, ne quando dicant, durum. Quicquid enim dicit populus hic, durum est.] Dixi beatum prophetam sanctorum Apostolorum & Euangelistarũ personam sibi imposuisse, & mouisse Gentes ac Iudæos ut Christo subiugentur, utq; audiant ipsum etiam hi qui in remotissimis terræ finibus habitant. Præterea Deus tantùm non demirans Israelis peruersitatem & insignem inscitiam, ait: Forti manui immorigeri sunt. Est enim præpotens & infracta, & omnipotens dextera Dei & Patris Filius, per quem omnia, & in quo omnia, qui aboleuit omnia, contriuit satanam, spoliauit inferos, & corruptioni subiectos, incorruptione donauit, atq; omnia sicuti ab initio fuerant, renouauit. Sic qui in Christo seruati sunt, uoce Psallentis dicunt: Dextera Domini euexit me, dextera Domini præstitit uirtutem. Dictum etiam est in Odis: Dextera Domini nobilitata est fortitudine, dextera Domini fregit inimicos. Et abundantia gloriæ tuæ attriuisti aduersarios. Itaq; eò impietatis & insaniæ uenerunt, ut forti manui faciB le conseruati immorigeri esse uoluerint, idq; pro nihilo duxerint. Immorigeri sunt etiam, inquit, uiæ populi huius, cuius personam assumens modo dixerat: Nobiscum Deus. Quæ tandem uia est populi huius? Eorũ qui Emmanuelẽ habent, fides Euangelica, uitæ institutio & conuersatio, legali & umbratili reiecta. Et immorigeri sunt uię populi huius, dicentes, ne quando dicant, durum. Omne enim quod dixerit populus hic, durum est. Siquidem durus uidebatur Iudæis esse sanctorum Apostolorũ sermo: quia circuncisa uelut & ablegata peropportunè in ipso temporis articulo umbra, non secundum Moysis legem uiuere eos passi sunt, sed Euangelicè & spiritualiter.

AT timorem eorum ne timueritis, nec turbemini, Dominum ipsum gloriæ sanctè colite, & erit ipse timor tuus. Sicq; ipsi confisus fueris, erit tibi sanctificationi, & non ut lapidi offensionis occurretis ei, nec ut petræ ruinæ.] Cùm perstrinxerit antè Hierosolymitanos ut immorigeros uiæ populi, populo nempe in Domino, & mysticis sanctorum Apostolorum institutionibus: orationem paracleticã & consolationis plenam ad eos conuertit, & inuictum animum illis addit: non debere inquiens timere eos, qui illis immorigeri sunt, nec omnino propter eorum ferociam tumultuari: sed Deo potius confisos, hostibus iuuenili alacritate insultare: pro certo habentes eum arma ipsis fore & arcem fortitudinis: secq; facilè superaturos eos qui resistunt. Hinc ait: Timorem eorum ne timueritis, neq; turbemini. Sin uelit quispiam in his sententijs argutiorem subesse intelligentiam, & alio modo hoc interpretari: sic res se habet. Iudæi enim nõ parum metuebant, ne quo modo Deum offenderẽt, si legalis instituti uiam repudiarent, & Seruatoris sermonem qui à figuris auocat, & umbram nihili facere præcipit, reciperent. Etenim dixerunt: Si hic homo à Deo esset, neutiquã uiolaret Sabbatum. Ergo quoniã etiam ex Iudæis erant diuini discipuli: timorem eorũ qui non crediderunt, sed in legem, ut dixi, impingere ueriti sunt, abdicare iubet (eo quòd magis Euangelicè uiuendum sit) ac inquit: Timorem eorũ ne timueritis, neq; turbemini. Sed potius sanctè colatur à uobis gloriæ Dominus, id est Christus, & colatur fide, & apud uos sit terribilis. Erit enim ille uobis sanctificationi, nec ut lapidi offensionis occurretis ei, nec ut petræ ruinæ. Duo constituit in illo magna ac eximia. Primùm etenim: Sanctificabit, inquit, uos qui creditis, & participes reddet uos diuinæ suæ naturæ per sanctum Spiritum: atq; hoc quoq; lucri adferet, ut nec ut in lapidẽ, nec ut in petrã offensionis incidatis. Quod miseris Iudæis accidit propter singularẽ inscitiam, cùm aiunt: Nos scimus Mosi locutum esse Deum, hunc uerò nescimus unde sit. Proin cùm eum nec sanctè colerent, nec ei credere uellent, sanctificationis omnino expertes extiterunt, & prolapsi tanquam ad lapidem impegerunt, omnibusq; in malis uersati sunt.

DOMVS Iacobi in laqueo, & in* uolutabro sedentes in Hierusalem, propterea infirmi erunt inter eos multi, & cadent, & conterentur, & appropinquabunt & capientur homines in securitate existentes. Tunc manifesti erunt qui obsignant legem ut non discant.] Sapiens Parœmiastes dixit: Fili ne æmuletur cor tuum peccatores, sed in timore Domini esto toto die. Decet enim uerè cordatos non improbitatis pessimorum, sed probitatis bonorum imitatores esse. Postquam itaq; sanctis discipulis suaserit, ut colere Christum satagant sanctè, imò ut in ipsum credant, & furorem persequentium nihili æstiment, infert porrò necessariò, quantum & quale stipendium immorigeris accidet. Domus, inquit, Iacobi, id est, Iudaei, maxima & perpetua contra Christum contumacia quasi morbo laborantes, similes erunt his qui laqueo tenentur, & capiuntur ad interitum, uel his qui sunt in uolutabro, id est, qui præcipitantur in foueam. Hanc ob rem firmi erunt inter eos multi, & cadent & conterentur, & appropinquabunt, id est, aderunt prope eos, quicunq; solent concutere & pessundare. Erunt enim debiles & attriti, & à bellatoribus capti. Idq; nimirum uoce prophetæ de illis dictum est à Deo: Ecce ego do super populum hunc debilitatem, & debilitabuntur in illo patres & filij, simul & uicinus & proximus eius peribunt, licet qui in Christo uocati sunt ad sanctificationem, non sic habeant. Robur enim & laus eorum Dominus iuxta id quod scriptum est. Confirmabit autem quod dicit diuinus Paulus: Omnia possum per Christū qui corroborat me. Capientur ergo, inquit, qui non credunt homines in securitate existentes. Quoad enim Israelitæ præsidio superno ipsis assiduè proposito & parato communiti erant: nec capi poterant nec expugnari ab inimicis, siue aspectabiles illi fuerint, siue inaspectabiles. Dixit enim alicubi Deus de Hierusalem: Et ego ero illi dicit Dominus, murus ignis circumquaq;, & in gloriam ero in medio eius. Cæterùm ubi impegerunt, & in Christum temulentius deblaterarunt, omni munitione & defensione tam intelligibili, quàm sensibili destituti desertiq; in mundo exiterunt. Ad alios enim, id est, ad Gentes migrauit Seruatoris gratia. Erunt quidem tunc, inquit, manifesti qui obsignant legem ne discāt. Et hi qui nam tandem sunt? Qui in Christo uidelicet & uocati & sanctificati per Spiritum, à quibus illud aptè dici posset: Signatum est super nos lumen uultus tui Domine. Imago quippe & similitudo & tanquam facies Dei & patris est filius. Lumen autem ab illo in nos missum, est Spiritus sanctus, per quem obsignamur ad primam imaginem reformati, per sanctificationem. Facti enim sumus ad imaginem & similitudinem Dei qui cōdidit. Euadent igitur in manifestationem, inquit, id est, insignes & Deo notissimi, & in mundo conspicui, qui sancto Spiritu obsignati sunt, ut non discant legē. Nunquid igitur abstinebimus à lectiōe legis? Atqui sic intelligere, quid ni inscitū sit & absurdum? cùm Deus dicat perspicuè: Propterea loquor uobis: Omnis scriba doctus in regno cœlorum similis est homini diuiti, qui depromit ex thesauro suo noua & uetera. Itaq; scire quidem legem non recusauimus: at cauendum tamen ne ita sciamus, ut & uiuere cupiamus legaliter & Iudaicè. Non enim boues sacrificabimus, neq; hostijs sanguinolentis uniuersorum Deum uenerabimur, at spiritualem cultū illi offeremus in odorem suaueolentiæ. Sicuti enim ait Seruator: Deus spiritus est, & qui adorat illū, in spiritu & ueritate oportet adorare. Quod autem sancto Spiritu obsignatis ad nouitatem uitæ, magnū sit dispendium, uelle iam uiuere & uersari Iudaicè, scilicet secundum legis umbram, probabit beatus Paulus loquēs his qui post fidē ad cultū umbratilem uelut retrò abeunt: Exorsi spiritu, nunc carne cōsummamini? & rursus: Dico aūt uobis, quòd si circūcidamini, Christus uobis nihil proderit. Abalienati igitur estis à Christo, quicunq; in lege iustificamini, gratia excidistis. Nos uerò per fidē, spē iusticiæ expectamus.

ET dicet, expectabo Deum qui auertit faciem suam à domo Iacob, & confisus ero ei.] Quòd ij qui in Christo sunt, facilè quasi freno duci & flecti possint, ex his etiam uobis propheta fidem facere conatur. Allocutus est enim eos uniuersorū Deus de Emmanuele, Dominum ipsum sanctè colite, & ille erit tuus timor. Et si ei confisus fis, erit tibi sanctificationi. Hi autem sermonem huius mystagogiæ libenter admodum admittentes, abiecta omni cunctatione pollicentur obedientiam: & omnē in eo spem ponentes, dicunt: Expectabo Deum qui auertit faciem suam à domo Iacob, & confidam ei. Et quid significat illud: Expectabo? Num id omnino quod etiam diuinus Dauid dicebat: Expectans expectaui Dominum & attendit mihi. Expectat autem Deum, qui curare ea uult quæ ipsi placent, & eius nutui obsequitur, quicq; pro pietate certamina libentissimè sustinet. Huc enim eos uoce Psallentis excitat spiritus, inquiens: Viriliter age, & corroboretur cor tuum, & expecta Dominū. Expectabo, inquit, Deum, qui auertit faciem suam à domo Iacob. Obserua igitur obserua præter obedientiā, quanta prudentia præditi sunt. Nam unde cæteri impegerunt, & diuini uultus auersationē passi sunt, inde illi suos animos magis tranquillos & mitiores reddunt, & ad meliora procliuiores. Timuerunt siquidem diuinorum oculorum auersionem. Non enim personarum acceptator est iudex, nec cuiquam dubium esse potest, quin ubicq; & semper pro cuiusq; meritis conueniens & dignè uel laudem tribuat, uel supplicium inferat: & qui ex obstinatione proterui fuerunt, à conspectu remouebit, & odio dignos iudicabit. Qui uerò fide coluerunt, charos habebit eos qui fidem seruant, at qui hanc ingenuitatē relinquunt & abijciunt, auertet eos, pari ac pectore fortasse loco habebit, quàm qui nunquam omnino crediderunt. Scriptum est enim de quibusdam: Satius erat illis uiam * ueritatis non agnouisse, quàm



quàm ubi agnouerint, conuerti ab eo quod illis traditum fuit, sancto præcepto.

ECCE ego & pueri quos mihi dedit Deus, & erit in signa & ostenta in Israel à Domino Sabaoth qui habitat in mōte Sion.] Præclarā cōfessionē cùm enarrauerit beatissimè (dixit enim: Expectabo Deū qui auertit faciem suam à domo Iacobi, & confidam illi) mox personā ipsius Emmanuelis introducit, qui in ipso spem collocantibus, affinitatem & coniunctionem spiritualem uidelicet gratuitò indulget. Effudit enim, filius suum spiritum in nos, & quasi domestici ac intimi facti sumus ipsius, in ipsoq; clamamus, Abba pater. Quare pueros Dei & patris nos uocat, utpote regenerationem per Spiritum habentes, ut & fratres eius qui natura uerè est filius, nuncupemur. Dixit enim uoce Psallentis: Annunciabo nomen meū fratribus meis. Verùm enimuerò frater etiam factus est, & primogenitus nostrūm propter humanitatem dictus est, etiamsi Deus sit & filius unigena. Sed enim gloriam eius, & supra omnem creaturam excellentiam non ignoramus. Scimus item nos ipsi à Deo & patre donatos. Quod ipse inuenitur Patri & Deo cœlesti dixisse: Quos dedisti mihi ex mundo, tui erant, & mihi illos dedisti. Dominus enim omnium est natura filius, & in omnia quæ sunt creata, cum Deo & patre regnum obtinet. At ubi homo factus est, cui omnia adiudicata sunt & data diuinitùs, accipere dicitur ea, quorum existit Dominus, ut Deus: Postula, inquit, à me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Exultat ergo in his qui illi fidunt, id est, in his qui uocati sunt ad agnitionem ueritatis per fidem, & manu tantum non protensa eos monstrat dicens: Ecce ego & pueri quos dedit mihi Deus. Quis igitur qui hęc loquitur? uidelicet Emmanuel. Erit, inquit, in signa & ostenta in Israel, à Domino Sabaoth qui habitat in monte Sion. Nam ut credant terræ incolæ, eum qui natura Deus est, factum esse hominem, etiā qui uniuersitatis Dominus existit, serui formā gestauit dispensationis suæ ergò pro nobis, ac complurima per Iudæam signa operatus est, diuinæq; præstantiæ documentū clarissimum edidit, atq; ea exhibita sunt quæ opinionē omnium & orationē superant, mortuos excitando, immundos spiritus increpando, cæcisq; uisum pro suo iure & autoritate largiendo. Iudaicæ autem peruersitatis & impietatis criminatio, prophetica erit oratio. Signa enim & ostenta à Domino Sabaoth qui habitat in monte Sion, facta dicit: isti uerò nihil non & rerum fœdissimarum & uerborum incompositissimorum adhibentes, blasphemare ausi sunt dicentes: Hic non ejicit dæmonia nisi per Beelzebul principem dæmoniorum.

ET si dixerint nobis, requirite uates de terra uocem edentes, uentriloquos, uaniloquos, & qui de uentre loquuntur, nonne gens ad Deum suum? Quid consulitis pro uiuis mortuos? Legem enim in* adiumentum dedit, ut dicant, non sicut uerbum istud, de quo non est dona dare pro ipso.] Catechismum seu orationem institutricem prætexit ipse Emmanuel, his qui spem in ipso habent, qui numerabantur in filijs, & ipsi à Deo & patre dati sunt, ut Seruatori & Redemptori, & uiuificatori, quicq; illuminare ualet, omnicq; malo liberare: & qui eos omnibus modis à pristinis moribus, primaq; dementia uindicat. Est enim in more idolorum cultoribus, oracula dæmoniorum amplecti, & uani loquis quibusdam necromanticis adhærescere, qui ueri quidem nihil dicunt, sed quicquid simpliciter tanquam in mentem uenit, eructant. Atqui uos, inquit, etiamsi accedat quis, ac dicat, cōsulito uates de terra uocem edentes: id est, qui simulant se mortuos reducere, & uelut ex inferis oracula respondere: siue uentriloquos, qui fingunt deos se quosdā habere in uentre, & ita adeuntibus hæc ab illis se dicere: consilium nolite admittere. A suo enim solo uentre sonitū edunt, nec sunt gens intelligens, ut uel Deum consulant, uel ab illo discant quippiam. Dicitur autem his qui ea consulunt: Quid quærunt mortuos pro uiuis? uiden' quo pacto eos reddat prudentissimos? Non enim solùm præcipit à peruersitate sua & amentia desistere, sed etiam iuber ut his qui errant, boni consultores euadant. Nam dicitur: Quid quærunt pro uiuis mortuos? Communis enim hæc est & humana ratio. Quem enim colorem rationis habet, pro his qui etiamnū uiuunt, homines in terra iacentes? uel animas quæ fortè sunt apud inferos scisciscitari? Quin alio etiā modo insulsum & ineptum est necromantijs, falsisq; præstigiatorum uerbis, qui mentem mortuam, qui animum quasi extinctum habent, attendere. Etenim uniuersitatis opificem ignorāt, nec habent in seipsis uiuentem Dei sermonem: ad hæc mortuorum operum cultores & sectatores sunt. Quo modo igitur qui uiuunt, id est, qui è supernis in se uiuificantur, & uiuo Dei uerbo ditati sunt, pro illis mortuos consulunt? Hæc ergo, inquit, dicite, addentes: Legem in adiumentum dedit, id est, Euangelicā, ut qui ei attendunt, dicant: Non sicut uerbum istud de quo non licet dona dare pro ipso. Qui nanq; ex suo ipsorum corde solo loquuntur, uendunt mendacium: at conseruatrix & uera est Dei lex, id est, oraculum Euangelicum, quod in adiumentum mortalium confertur, non est isti uerbo simile, scilicet falsorum uatum. Sed neq; licet dona dare pro illo. Siquidem, ut iam dixi, quidam argento incantatorum uana uaticinia emebant. Prostat autem uolentibus cœleste uaticinium, per quod ad omnia bona quasi pede ducimur. Quæcunq; enim futura sunt, & fieri debent, didicimus. Cui enim obscurum est, nobis bona facientibus, & germanā charitatem seruantibus, omnia à Christo fore ex animi sententia? Beatos siquidem ostendit & in hoc mūdo, & in futuro seculo. Prostat itaq; absq; argento & omni dono, his qui scire uolunt datā esse à Christo legem in adiumentū. Id autem uoce Hesaiæ sapienter dictum est: Qui sitis uenite ad aquam, & qui non habetis argentum, adeste,



* κυλισμοῦ. ἀπὸ τοῦ κυλίω. in cōualle. sed longè recedunt hic à uerbis Heb.

Philip. 4

Psal. 40

Psal. 39

2. Pet. 2

* alias iustitiæ

* uoluntabro, in humonium, in dixilium, & pro שחר aurora, שחר munus.

Hesaiæ 55

Universidad de Deusto
Biblioteca



adeste, coemite absq; argento & precio.

ET inuadet uos dura fames, & erit, ut esuriatis, conseruabimini, & malè dicetis principi institutisq; patrijs. Suspiciāt in cœlum sursum, & in terrā deorsum inspicient. Ecce aūt afflictio, & angustia, & caligo & egestas angusta, & caligo ut non uideatis, & nō confundetur qui in angustia est, ad suum usq; tempus.] Orationem ad contumacē gentem, id est, Iſraelem trāſfert, qui cùm amplam & uberrimā consolationē diuinitùs consequerentur, & legis institutis & præceptis affatim opulenterq; abundarent, Christum tamen, quamuis hoc ad utilitatē suam proficere intelligerent, non admiserunt. Hinc deturbati sunt ab ea quæ cum illo est cōiunctione, scilicet sub intelligentiam cadente & spirituali, & quasi fame disperierūt. Dixit enim uniuersitatis Deus uoce prophetarū: Ecce induco famem super terrā, dicit Dominus, non famem panis, necq sitim aquæ, sed famem audiendi uerbum Domini. Et ab Oriente usq ad occasum circumcursitabunt quærentes uerbum Domini, & non inuenient. Quando igitur, inquit, principe uitæ interfecto, grauē & intolerabilem famē sustinebitis, sermonē Dei, panem qui de cœlo descendit, qui dat mundo uitam non habentes, tunc uerò tunc esurietis, infortuniū quod accidit sentientes, principi & patrijs institutis maledicetis. Hoc quid sibi uult? Iudæorū nimirum præfecti, scribæ, dico, & pharisæi, multitudinē sibi subditā, contra Seruatorem omnium Christum concitare non desitierunt. Quò aūt excusationē suæ contra illum insanię obtenderēt, religionē Mosis & leges allegabant. Nam persequebantur dicentes: Si esset à Deo hic homo, non soluisset Sabbatum: ideoq; persuaserūt ut ceu legis præuaricatorē persequerentur. Quando itaq;, inquit, uos ab illis seducti esurieritis: tunc maledicetis omniū uestrūm principi, & patrijs ritibus, hoc est legis institutis & consuetudinibus. In memoriā enim reuocabitis præfectos uos insimulasse. Et principum prætextus atq; excusatio insaniæ huius cōtra Christū, erant patrij ritus, id est, cōsuetudines & traditiones, nō modo quę ex lege fluxerunt, sed etiā quę ex suis proprijs obseruationibus acceperunt, doctrinæ, mandata hominū. Aderit igitur uobis dura fames, quantumuis sursum & deorsum perlustretis, & undiquaq; circunspiciatis, atq; mentis oculos circunferatis, aliud, inquit, nihil uidebitis præter egestatē angustam, & tenebras, ut nihil quod utile sit cernatis. Quod aūt dicit: Non cōfundetur qui in angustia est, usq; ad tēpus: præ dicit iterū uocationem Gentiū. Qui enim nunc, inquit, angustia & fame premuntur, diuinis mathematis ac disciplinis persuasi, nō * confunden tur. Gratuito siquidem illis benedictionē impertiet Emmanuel, & apponet escas spirituales, & diuinā suam instruet mensam, illud dicēs: Edite, bibite, inebriamini dilecti mei. Erit uerò hoc, inquit, ad suū usq; tēpus, id est, nō perueniet nūc ad exitū, quando propheticus sermo de illis habeē, sed tempore cōmodo, quo mortalibus illucesceret Emmanuel: tūc eī uocata est Gentiū multitudo.

* οὐκ ἐγκρυβήσονται, non deficient, non confundentur, non hærebunt implicati.

CAP. IX.

HOC primum bibe, citò fac regio Zabulon, terra Nephthalim uia maris, & reliqui maritimi & trans Iordanem, Galilæa gentium. Populus qui ambulat in tenebris, uidete lucem magnam, qui habitatis in regione & umbra mortis, lux illucebit uobis. Maximam partem populi deduxisti in lætitia, & lætabuntur coram te, ut ij qui lætantur in messe, & ut ij qui diuidunt spolia.] Et dura fame & inopia premendos dixit, qui fidem Emmanuel habere recusarunt, non tamen defecturos qui in angustia uersati sunt, usq; ad tempus quod præfatus est, iuxta redditam antè sententiam. Orditur demonstrare qui sint primi qui crediderunt & qui accesserunt ad agnitionem Emmanuelis dicentis: Ecce ego & pueri mei quos dedit Deus, qui & erat in domo Iſrael in signa & ostenta à Domino Sabaoth, qui habitant in monte Sion. Proinde narrant fines Zabulon & Nephthalim, Tiberiadi stagno adiacere, & in extremis partibus Iudaicæ regionis esse, ut Galilææ gentium sint cōterminæ, nam altera est in regione Phœnicum. Ex his maximè tribubus, dicunt pleroſq; sanctorū Apostolorum esse. Et quidem de eorum uocatione Matthæus beatus Euangelista nobis enarrās, primū quidem per fines Zabulon & Nephthalim Iesum deducit, posteà quēadmodū delegerit sanctos Apostolos, prudenter subiūgit, licq; de Christo scribit: Et re licto Nazareth, ꝓfectus habitauit in Capernaū, mari finitimam, in finibus Zabulon & Nephthalim, ut impleretur quod dictum est ab Hesaia propheta, dicēte: Terra Zabulon & terra Nephthalim, uia maris ultra Iordanem, Galilæa Gentium: Populus qui sedit in tenebris, lucem uidit magnā, & sedentibus in regione & umbra mortis, lux orta est. Obambulās uerò iuxta mare Galilææ, uidit duos fratres, Simonem dictum Petrum, & Andream fratrem eius, iacientes retia in mare, erant enim piscatores, ac dixit illis: Venite post me, & faciam uos piscatores hominū. Atq; illi continuò relictis retibus, sequuti sunt eum. Inde progressus uidit alios duos fratres, Iacobū filium Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in nauí, cum Zebedæo patre suo, farcientes sua retia, & uocauit eos: hicq; protinus relicta nauí, & patre suo, secuti sunt eum. Sciendum uerò scripturam sacram dicere mare Galilææ Tiberiadem lacum: ibiq; diuini discipuli piscatorum arte omissa inuenti sunt. Facit igitur uerba in præsentia usus inuenti sunt. Facit igitur uerba in præsentia usus inuersitatis Deus uoce prophetæ, uelut ad regiones siue ciuitates tribus Zabulon & Nephthalim, quæ Tiberiadi stagno erant confines: quibus tantùm non salutare poculum impartitur, & uinum propinat exhilarans cor hominis, prædicationē uidelicet de Christo. Hoc, inquit, pricamum bibe, citò facito, id est, ô regio Zabulon ac Nephthalim, suscipe prædicationē salutarē. Sed fac citò, id est, citra omnem morā. Celeres, uti decebam, erant discipuli, & ualde alacriter ad credendū Christo, prosiliērūt. Nam cōtinuò relictis retibus & patre suo, sequuti sunt: & mystagogia non



Matth. 3 non parua illis opus erat. Audierunt enim: Veni A te post me, & faciam uos piscatores hominum, & sequuti sunt eum. Pari modo & cæteros Apostolos sanctos uocatos inuenimus, & imitationē ac mystagogiam in Christo commemorantes.

Iohan. 1 Scripsit etenim Ioannes sic de Seruatore nostro Christo: Postero die uoluit exire in Galilæam, & reperit Philippū. dicit ei Iesus, Sequere me. Erat autem Philippus à Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri. Reperit Philippus Nathanaelem, & dicit ei: De quo scripsit Moyses in lege & prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph, Nazarenū. Vbi uerò accessit ad Iesum, dicentem demū audiuit: Priusquam te Philippus uocaret, cùm esses sub ficu, uidebam te. Credidit protinus, & clamauit, dicens: Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Iſraelis. Rursus Bethsaida, de qua Philippus, & Nathanael oriundi sunt, adiacebat mari Tiberiadi. Meminit item beatus Dauid electionis discipulorum, & inquit: Illic Beniamin iunior in stupore, principes Iuda, duces eorum, principes Zabulon, principes Nephthalim. Quòd autem nō modo diuini discipuli suis temporibus uocandi erant, sed etiam aggregatio Gentium, designat, iniquens: Et reliqui maritimi ultra Iordanē, Galilæa gentiū, populus qui ambulabat in tenebris, lucē uidit magnā, & qui habitatis in regione ac umbra mortis, lux illucebit uobis. Incedebant enim iam perinde, ut Gentes, & commorabantur in mundo, tanquam nocte, & in tenebris uadūt, propterea quòd lumen ueræ Dei cognitionis animo non haberent, sed ruerent quasi in omnē foueam, & in malum ueluti ad quemuis lapidem impingerēt. Habitare uerò eos in regione & umbra mortis, ait, quòd sit apud eos, puta in regionibus eorum, aliud nihil quàm sola nebula & caligo, mentis uidelicet & intelligētiæ, quicq; sint instar mortuorum, adhuc eiulantes. Corporū nāq; umbra, omnino eorum formas imitatur, & quantum ad effigiem, formam & figuram pertinet, nullaratione discrepat. Deum autem nescire qui natura est, & uerè Deus, imitatio quodāmodo est, & umbra mortis. Cęterùm illis hoc morbo laborantibus, lux magna affulsit, lux nimirum à Christo, & oraculum Euangelicum. Inde fuit maxima pars populi quam deduxisti in lætitia. Multo enim plures ex Gentibus uocati sunt, præter eos qui ex Iſrael crediderunt. Itaq;, inquit, lucem uidit magnam, maxima pars populi quem deduxisti in lętitia. Illud, Deduxisti, positū est ꝓ Vocasti, & redemisti, ueluti captiuos diaboli tyrānide.

HILAETABVNTVR *coram te, quasi qui lætantur in messe, quemadmodum qui diuidunt spolia.*] Bifariam autem intelligemus hæc uerba. Nā diuinos discipulos esse dicimus, qui lætati sunt in messe, & diuiserūt spolia, dum Gentes colligunt, ueluti frumentū in horreum dominicum, & antiquum errorem amputantes, gaudio afficiūtur similiter ut hi qui in agris metunt: & dum tanquā è tyrannica uiolentia eripiūt à Satana seductos, & per fidem ad pietatem traducunt, gaudent quasi qui spolia diuidunt. Etenim hi illos, illi alios permouerūt, & singulis in luerum cedunt hi qui seruati sunt, ut è bello spolia uictoribus. Sin de his qui crediderunt istuc dicat: intelligemus, eos cùm erroris tēpore nullum fructum iustitiæ haberent, hoc credentes in Christū impleuisse. Qui etiam olim uastati, & cùm à dæmonijs tū à Satana direpti, eos qui quondam spoliabant deuicerunt, & eorum malitia superiores extiterunt. Itaq; gauisi sunt & ipsi, sicuti propheta dicit, tanquam qui lætantur in messe, & quemadmodū hi qui diuidūt spolia.

PROPTEREA *tolletur iugum ipsis impositum, & uirga quæ super collum ipsorum. Virgam enim exactorum dissipauit Dominus, uelut in die Madiam.*] Cùm liberi essent in terra, & ad imaginem diuinam pulcherrimè fabricati, cōditiq;, ut inquit beatus Paulus, ad opera bona quæ præparauit Deus, ut in illis ambularemus, inuasit eos & totos possedit iniquitatis inuētor, & à charitate in Deū auersos, ꝓpriè suos cultores reddidit, ac ineuitabile peccati iugū imposuit. Itaq; miserè agētes, hisq; in malis uersatos gētiles maximè, Christus eripuit, & de integro in libertatē uindicauit. Idcirco ait: Tollet iugū ipsis impositū, & uirga quę est in collo eorū. Virgā autē, credo, dicit, uel sceptrū, hoc est regnū, scilicet Satanę ac immūdorū spirituū: uel sortè necessitatē ac ueluti plagā & flagellū. Coercet eīm uos, cogitq; ad suā uoluntatē sceleratā & nefariā, agmē dæmoniorum eorumq; antesignanus Satanas, affectuum dynastia atq; imperio ceu uirga propemodum uerberans, quos menti offundit, animumq; impellet, ut quę nō licet uelit facere. Excutiunt ergo, inquit, iugū tyrannidis, & uirgam quam habuerūt semper in collo uelut mancipia, heri plagis subiecta. Mentionem uerò rursus interserit historiæ quæ posita est in libro Iudicum. Sic autem se habet: Cùm dereliquissent uniuersitatis Deum Iſraelitæ temporibus Iudicum, ad impietatē morū deuoluti sunt. Deumq; opitulatorem ac uindicem molestia affecerunt, idolis affixi, operibusq; suarum manuum cultū attribuentes. Hinc Madianitis traditi sunt, qui uniuersam eorum terram depopulati sunt, urbes & castella, & quæ in agris erant diripuerunt, tantumq; timorem miseris incusserunt, ut in rupibus habitauerint, & inaccessos montes, petrarumq; specus sibi pararint, diraq; ac diuturna inedia oppressi fuerint. Grauiter aūt fatiscētes ac laborantes cōmiseratus Deus, manu ac ministerio Gedeonis asseruit: qui Madianitas deuicit, & necessitate impēdente ac uirga Iſraelem liberauit. Ita ergo dissipauit exactorum uirgam, sicut in die Madiā. Quemadmodum enim tunc intolerabili tyranni de oppressos eripuit, tyrānica gente expulsa: sic eos exactorum uirga depulsa & abiecta gentes cōseruauit. Exactores uerò appellitat ipsum Satanā, ipsaq; cum illo dęmonia: quib⁹ hic scopus quasi propositus est, ut peccata consuetu quasi uectigal seu tributum ab hominibus exigant. Omnino eīm ab eo qui scortari solet scortationē, ab eo q furari solet furtum, ut suppilet uestes uel

furetur simpliciter, & à singulis demũ hominibus in quibus insunt affectus, ea quæ familiaria illis sunt & amica reposcunt. Vnde, opinor, sacrę literæ quosdã uocem publicani exercentis & uectigal non audientes, beatos prædicant.

* καταλλαγῆς κεφαλαίου, Hier. cõmutatione, sed nõ est in Heb. *Sic ex 70. etiã legit Hier. uulgata Græca addit, θαυμαστὸς σύμβουλος, θεὸς ἰσχυρός, &c.

QVIA omnem stolam congregatam fraude, & uestem * commutatione restituent, & uolent, esse igne combusti. Quia puer natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius principatus factus est super humero eius, & uocabitur nomen eius, * Magni consilij angelus. Ego enim adducam pacem super principes, pacem & sanitatem eorũ. Magnus principatus eius, & pacis eius non erit finis, sedens super solium Dauidis, & regnũ eius, ut rectè illud administret, idq; confirmet in iustitia & in iudicio in omnem deinceps æternitatem. Zelus Domini Sabaoth fecit hæc. ] Vocatæ sunt ad agnitionẽ Emmanuelis per sanctos Apostolos reliquiæ Israelis, uocatæ sunt & Gentes: qppe dicebat, Regio Zabulon, & terra Nepthalim: quibus deinde subdit, Galilæa Gentiũ, populus qui sedet in tenebris, uidebat lucem magnã, lucem uidelicet per Christum, qui intelligentiæ luce nongentem Israeliticã iam, sed totum terrarum orbẽ collustrat. Quod aũt collustrati diaboli malitiæ iugum exuere, uirgamq; effugere deberent, plenè confirmauit, cùm addit: Propterea tolletur iugum quod illis impositũ est, & uirga in collo eorum. Atenim uidemus his qui creaturæ seruiũt, & opera manuũ suarum adorant, diabolicę malitiæ iugũ incubuisse: Israelitis etiam legis pondus non ferendũ, & onus uere intolerandũ. Siquidẽ beati discipuli reprehenderunt eos, qui post fidẽ ad legalium obseruationẽ quosdã perpulerũt, di Actо. 15 centes: Et nunc quid tentatis Deũ, ut imponatis iugũ cerui ci discipulorũ, quod nec̃ nos nec̃ patres nostri portare ualuerunt? Intolerabile igitur admodũ Israelitis erat legis iugũ, & quod adhuc grauius est, eos phariſæorum malitia haud mediocriter, insatiabili cupiditate frangens & opprimens. Erant enim pecuniarũ amantes Iudæorũ Synagogæ ductores, unumq; hunc scopum præ se habentes, ut undecunq; colligerent, populũq; subditũ uiolentissimis modis tractarent. Amplissimè itaq; & rectissimè dici poterit de Israelitis etiã: Tolletur iugũ illis impositũ, & uirga quæ est in collo eorũ. Virgam aũt procerum rapacitatẽ nominare uidetur, quòd impẽdio quàm auaritię dediti fuerint. Hanc ob causam miseri, ipsum etiã filium interfecerunt. Quanquã enim scirẽt eum esse hæredem, apud sese dixerunt: Adeste, occidamus eum, & habeamus nobis hæreditatẽ eius. Quoniam igitur impium & irreligiosum scopũ haberent ob oculos Iudæorum prę fecti, scopum inquam auaritiæ, per quam & hæredem è medio tollere, & hæreditatem occupare uoluerunt: omnium quę erant illis iacturam libentissimè pertulerunt. Quòd uiderint illuscentem mundo Emmanuelem, subindicat dicens: Omnem stolam congregatam dolo, & uestem cum commutatione restituent, & uolent igni combusti esse: Quia puer natus est nobis, filius etiam datus est nobis. Ex dolo enim & fraude, & ex iniquo iudicio opum coaceruarunt cumulum, inquit: quin & iu-

A cundum illis erit & gratum, etiam ipsum amictũ & uestes, cum permutatione, id est cum quæstu, dimittere & abijcere, imò uerò, inquit, uolent cõburi etiam igne, ægerrimè ferentes puerũ natum esse nobis, & filium datum nobis. Quibus enim herilis uinea cõmissa erat, hi fructus sibi uolebãt habere solummodo, hero aũt nihil prorsus addu cebant. Puerum autem natum cùm dicit, infirmi Manichæi. B tatẽ Manichęorũ opinionis euidenter coarguit, qui renuunt dicere: Verbum caro factum est, id est, nostram carnem propter nos portauit οἰκονομικῶς, ut dispensationis suæ munere fungeretur. Atqui si rectè sapere noluerint, & suam ipsorum temeritatem atro damnare calculo, ne contume lioſe peruertant uerba prophetę dicentis: Puer nobis natus. ubi etenim proles uerè nata est ex muliere, q̃ locus esse poterit, opinione & umbra uel sola ſpecie aduentum eius fuisse? uerùm dicit nobis datum esse filium. Factus est enim homo unigenitus Dei Sermo, nõ propter seipsum, sed potius ut nostram conditionẽ, sicuti fuit à principio, restauraret, & ut omnium uitæ, preciũ ac redemptionẽ suum sanguinẽ proprium, Deo in odorem bonæ fragrantię offerret. Et tale quid intelligit. Quoniã enim, inquit, tulit crucem humeris Dominus noster Iesus Christus, adq; passionẽ nobis saluificã uenit, & exaltatus est, & orbẽ terrarum per seipsum obtinuit: hinc fuisse dicitur principatus eius super humero eius. Habet uerò aliquid probabilitatis hæc oratio, nec sententia re- C ctè posita uituperanda est, imò & laudanda. uidetur nimirum hic propheticus sermo, humerũ appellare fortitudinẽ, omne siquidẽ robur nostrũ in brachijs & humeris situm est. Et quidẽ brachiũ Dei ac patris dicitur. Domine, enim inquit, quis credidit auditui nostro, & brachiũ Domini cui re uelatum est? Imperauit ergo orbi terrarum suæ Ioan. 5 ipsius potentia Christus: qppe fortitudo est Dei ac patris. Vocatur præterea & Magni consilij angelus, uidelicet Dei & patris. Attestabitur autẽ de his loquens sapiens Ioãnes: Qui accepit eius testimonium, is obsignauit Deũ uerum esse. Quẽ enim misit Deus, uerba Dei loquitur. Et ipse dicit sanctis Apostolis: Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio uobis. Non iam uos dico D seruos, quia seruus nõ intelligit quid facit Dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo, patefeci uobis. Magni itaq; consilij angelũ hac de re nominat Emmanuelem. Postquã autẽ factus est homo, ipse omnium à se gestorum uim & uirtutem Deo ac patri attribuit. Quod ipsum Deus ac pater ipse per hęc nobis ostendit, cùm ait: Ego enim adducam pacem super principes, pacẽ & sanitatem eorũ. Manentẽ pacem sanctis Apostolis, ut suã ac pro Ioan. 14 priam dedit Christus. Omnia enim quæ sunt patris, sunt eius. Dicebat itẽ: Pacem meã do uobis, pacem meã relinquo uobis. Si uerò dicatur ipse Emmanuel pacem & sanitatem accipere, cogita mihi rursus dispensationis in carne, decorũ. Accepit enim pacem quæ est ex mundo, uidelicet patre



patre ei tradente omnia, & ut pacem erga ipsum A habeat persuadente, illũ adorando, regnię eius iugum suscipiẽdo. Nemo enim potest, inquit, uenire ad me, nisi pater qui misit me, trahat eum. Proclamauit etiam sapiẽs Hesaias: Faciamus pacem, faciamus pacem accedentes ad eum. Accepit itaq; pacem à patre, ad eum quem dixi modum. Audiuimus siquidem eum alloquentẽ patrem, & Deum cœlestem: Quos dedisti mihi ex mundo, tui erant, ac illos mihi dedisti. Accipit itẽ sanitatem, id est, è mortuis uitæ renouationem. Cùm enim paulò infirmior fuisse dicat, eo quòd hoc insit carni suæ gratia Dei pro omnibus mortem gustare, sanitatẽ accipit, renouationem uitæ accipit, idq; iterum ipse effecit. Excitauit enim suum ipsius templum, cùm ipse sit potẽtia patris. B Si enim ipse est resurrectio, & uita, quid tandem ad uiuificationem desideraret uitæ? Et si aliorum corpora excitasse cõspicitur, sua etiam ui ac potentia, quid ni ante aliorum corpora suum proprium resuscitaret? Affatur autem ipse Iudæos: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Regnum uerò Dei, omnino fixum, & firmũ esse, docet, cùm ait: Magnus principatus eius, & pacis eius nõ erit finis. Non eñ soli Iudæę, sed toti orbi terrarũ imperauit. Nec finis erit pacis, quę à nobis illi afferẽ. Pacem eñ erga eum habemus: colimus, ut dixi, sic & per illum, & in illo Deum ac patrem, & peccatum unde bellum conflatum, & ortum est, exterminare debemus. Venisse autem eum ad gẽtem Iudęorum docet, C eúmq; addit: Super solium Dauidis, & super regnũ eius, ut dirigat illud, & administret in iustitia, & iudicio, in omnem deinceps perpetuitatẽ. Postquam fusè satis de Emmanuele uerba nobis fecit beatus propheta, humanitatis tempus explicat, dicẽs: Zelus Domini Sabaoth fecit hæc. Qui tãdem zelus, & pro quibus necessariò dicendum. Draco nimirum apostata orbem terrarum prædæ habuit, & suis sceptris hominem ad Dei imaginem factum subiecit. Erat igitur uere omni zelo dignum & omni tyrannide plenum, quod in nos factũ est. Liberauit igitur zelus Domini Sabaoth, omnis terræ incolas. Aliter autem sic. Ad æmulationem prouocarunt eum Israelitę in non dijs, sicut scriptũ est, & in uanitatibus suis, & tan D dem Emmanuelem in crucem subegerunt. Accensi autem sunt ipsi æmulatione in gentibus, quemadmodum ipse dicit: Illi ad æmulationem incenderunt me in non Deo, irritauerunt me in idolis suis. Ego aũt ad ęmulationem prouocabo eos, in non Gente, in gente stulta irritabo eos.

# CYRILLI COMMENTARIORVM IN HESAIAM

*Libri primi,*

## ORATIO SEXTA.

MORTEM *immisit Deus in Iacob, & inuasit in Israel, sctetq; omnis populus Ephraim, & confidentes in Samaria, superbè & elato animo dicentes: Lapides ceciderunt, at uenite, incidamus lapides, & excidamus Sycomoros, & Cedros, & ædificemus nobis ipsis turrim.* ] Prolixa quidem fuit prophetę oratio de Emmanuele: qua scitè admodũ cõfecta, rursus ad principia reuertitur. Erant aũt hæc. Grauiter siquidẽ accusauit Israelem, utpote Deo, qui semper conseruauerat immorigerũ, eaq; de causa ultimis sese calamitatibus inuoluentẽ. Dicebat enim nolle se legẽ Dñi Sabaoth: at oraculũ sancti Israelis exasperarunt. Ac stomachatus est Dominus populo suo, immisitq; illis manũ suam, ac percussit eos, & exacerbati sunt montes, & facta sunt mor ticina eorum uelut stercus in medio uiæ. Montes uerò dicit exacerbatos, reges Assyriorum. Superbi enim erant, & fastuosi, & elati animo, qui tota Samaria à fundamentis concussa, & conuulsa captiuum Israelem ceperunt, & in montes Persarum & Medorum abduxerũt. Absoluto itaq;, uti dicebã, uaticinio de Emmanuele, denuò institutũ principio scopum prosequitur, & Samariæ propulsationem exponit, cùm ait: Mortem emisit Deus in Iacob, & inuasit Israelem. Sciendũ aũt Hebræorũ interpratationem, cæterosq; expositores pro morte, sermonẽ, posuisse. Sermonẽ, inquit, misit Dominus super Iacob. Quẽ sermonẽ? nempe cõdemnantẽ eos qui impietatem exercuerunt, & pœnas irrogantẽ ijs qui ipso relicto, operibus suarum manuũ procubuerunt. Siue igitur dicat: Mortem misit Deus, siue maledictionẽ, uel sermonẽ, uis sententiarũ nõ erit absurda, sed ad unum & eundem scopum tendet. Cæterum hic mẽtionem injicit historiæ, quam breuibus dicam. Sic nanq; uix etiam manifestũ euadet quod enarratur. Regnarunt igitur diuersis tẽporibus Hierosolymis in Iuda atq; Iacob, uiri tũ probi, tum improbi, nec minus in Israel, Ephraemitę in Samaria. Nam erat ex tribu Ephraim etiã primus eorum rex Hieroboamus, filius Nabati, qui ut uitulos aureos adorarẽt, persuasit. Eorum ergo qui regnauerunt Hierosolymis, ac in Samaria, certis temporum uicibus, cõplures, uti dixi, Deũ offenderunt, intrepidè prophani idololatræ, colentes militiã cœli, signisq; & lapidibus impiè seruientes. Cuiusmodi etiam fuit ille Achazus, qui suos adeò liberos per ignem traduxit, plurimaq; contra Hierusalem mala est machinatus, atq; in ipsum Dei templum transgressus est. Quo è medio sublato, & morte capto, capessit sceptrũ Ezechias, regnãte in Samaria super Israelem seu duodecim tribus, Osea filio Elę: quo regnũ administrante, bellum Samariæ intulit Assyriorum rex, unà & cum ea cepit & multas alias urbes Iudææ. Deinde uerò post Senacherimo terram Iudæorum incursitante, quandoquidẽ pius erat Ezechias, mirabiliter supra opinionẽ Deus Hierusalem conseruauit. Est aũt sic scriptũ quarto libro Regnorũ: Factum est anno quarto regis 4. Reg. 18 Ezechiæ, qui fuit annus septimus Oseæ filij Elæ regis Israel, expeditionem fecit Salamanasarus rex Assyriorũ in Samariã, eamq; obsedit, atq; ea post triennium capta anno octauo Ezechiæ q̃ fuit annus nonus Oseę regis Israel, occupata est Samaria

Universidad de Deusto
Biblioteca



maria,& traduxit rex Assyriorũ Samariã in Assy A
rios,& in Alae, & in Abio fluuio Goshan, & in
mõtib.eos collocauit Medorũ,eo quòd non au-
diuerunt uocem Domini Dei sui, & uiolarũt fœ
dus eius, nihil eorum quæ præcepit Moyses ser-
uus Domini,audiuerunt,nec fecerunt. Decimo
aũt quarto anno regis Ezechiæ, ascẽdit Senache
rimus rex Assyriorũ, in urbes Iudęę munitas,eas
que occupauit. Et hæc quidem ex sacris literis.
Quòd autem depopulatus sit Samariã,Senache
rimus expetidione facta contra Hierosolyma,ex
his quę beatus Hesaias ,ppheta scripsit,facile ci-
tra puluerẽ, q̃d aiũt, uidebimus. Clamauit siqui-
dem Rhapsaces his qui sederunt in mœnib.hũc
in modum. Ne uobis imponat Ezechias dicens:
Deus uester eripiet uos,num eripuerũt dij Gen- B
tium suam quisq; regionẽ ẽ manu regis Assyrio-
rũ:ubi est deus Amath, & Arphath? Et ubi deus
ciuitatis Seppharaim? Num Samariam à manu
mea defendere poterãt? Euertit nimirũ antè Sa-
mariã Senacherimus,cum alijs simul urbibus,&
regionibus,ac demũ Hierusalẽ obsedit. Postquã
uerò in diuinam maiestatẽ hæc dicteria iecisset,
egressus à Domino angelus, occidit ex castris As
syriorũ una nocte,centum & octogintaquinque
chiliades. Cùm igitur expeditionem feciſſet con
tra Hierosolyma Senacherimus, Samaria prius
occupata,Deo tradente eam,quòd nequiora his
quę Hierosolymis facta sunt,patrauerit,necessa
rio,inquit: Mortẽ emisit Deus in Iacob, & inuasit
Israel. Atincẽsa est ciuitas Samaritanorũ, in qua C
habitauit Israel, id est, decem tribus, & funditus
perijt. Erat porrò sapientiæ, credo, ut dein-
ceps considerarent,hi qui in ea relicti erant,Deũ
offendere,esse uerẽ grauissimã: dein hoc cogni-
to & perspecto, placare offensum omnino opor
tere,& mutationib.in melius,& omni genere offi
ciorum,ac diligẽtiæ quasi emollire, ac mitigare.
Quod hi non fecerũt,neq; in animũ induxerunt,
unde mente capti ambitiosẽ iactarũt,lateres ceci
derunt:sed uenite incidamus lapides,incidamus
Sycomoros,& Cedros,& ędificemus nobis ipsis
turrim.O magnã insciti㠠. An' nõ equius erat di-
cere: Offendimus per stultitiã & incogitatiã om
nipotentẽ Deũ? Vexatæ sunt hãc ob causam ur-
bes nostrę,& uici, uenite hãc irã resipiscẽtia exo D
neremus, & excutiamus. At hi minimè istheс di-
xerũt,at diuini auxilij securitate & prędidio cõtu
meliosẽ contẽpto,dicitabãt, urbiũ Samariæ mu
ri extructi sunt ex latere uitioso. Quòd si nos la-
pides cędimus,& ligna incorrupta,Sycomoros,
inquã,& Cedros adoptamus,turrimq; erigimus,
non capiemur ab hostib. & inuicti manebimus.
Qui ergo, inquit, hæc superbè & elato corde di-
cunt,Sciẽt,id est, discẽt,rursus, quo tandẽ euase-
rit hæc solertia, q̃dq; iterũ cõsilũ hoc sibi in per-
niciẽ cesserit.Sciendũ aũt post uastationẽ Sena-
cherimi reporib.etiã Hieremiæ,Nabuchadono-
sorum ludęã oppugnasse,& cepisse,ac uastasse to
tã Samariã, ipsamq; adeò Hierusalẽ. Proin hinc
Hier.17 propheta Hieremias ait: Maledictus qui spẽ ha-
bet in homine, & in carne brachij sui præsidium
collocat, cuius animus à Dño desciscit. Seruabit
enim nemo eũ, q̃ diuinę irę obnoxius est.Manũ
excelsam quis auertet? sicuti scriptum est.

ALLIDET *Deus consurgẽtes contra montẽ Sion, & hostes dissipabit,Syriã à solis ortu,& Græcos à solis occasu, qui Israelem toto ore deuorent.*] Cùm percutit Deus ob multa pec
cata, inducit credentib. medelã, ut appareat eũ
omnibus modis, dolore inquã,& cõsolatione ad
pœnitentiã reuocare. Et nunc simile quiddã his
qui exiliũ passi sunt, appromittit, habetq; histo-
rię explicationẽ,quod propositũ est,quã,ut dixi,
commemorare paucis,est necesse. Vltimum eñ
bellum contra uniuersam Iudæã & Samariam,à
Nabuchodonosoro gestũ est,in quo abducebantur captiui,& hostibus septuaginta annos seruie
turcaptiui,& hostibus septuaginta annos seruie
rũt. Tẽpore uerò iræ exacto, uniuersitatis Deus,
iterũ misertus est,& fauore cœpit prosequi,cùm
Cyrus filius Cambysis Babylonios subegisset.
Cùm uerò ad sanctã ciuitatẽ cõcessissent, hi qui
afflictabant,eã denuò reficere uoluerũt, idq; le-
cerũt, diuinũq; suũ templũ restaurauerũt. Cęterũ
licet tanta passi fuissent,& ueterũ delictorũ pœ-
nas luissent,nihilo tamen minus deintegro exin
uidia uicinę gẽtes aggressę sunt. Nec eñ uolebãt
Hierusalẽ inualescere,maximè uerò omnũ alio-
rũ,Syri uicini & Damasceni acerbissimè infesta-
runt. Verũm Deo seruãte,& illis captiuis succur
rente,uicti sunt,ac quidẽ gentes superarũt. Dein
de tẽpore progredięte,Antiochus cui cognomẽ
erat Epiphanes,id est, Illustris regnũ tenẽs Asiæ,
offensus illi,qui tum tẽporis Ægyptiacæ terrę re
gnũ occupauit,prędio cõmisso uictus est, uixq;
saluus effugit. Ne uerò omnino re infecta domũ
redirẽt, nullo potitus uictoriæ monumẽto,bello
illato Iudæę Hierosolyma occupauit,& sub ma-
nũ, ditionẽq; redigẽs, omnia uasa sacra diripiẽs,
Lysiã quendam ducẽ Iudęę prefecit,ac prefectu
ram ei tuendã ac conseruandã demãdauit. Tum
Antiocho, quẽ cõmemorauí,ad suũ regnũ reuer
so,bellũ gerẽtes Iudæi cum Lysia prefecto,sube-
gerũt. Quo cognito, Antioch⁹ prę dolore obijt.
Promittit itaq; auxiliũ uniuersitatis Deus à Na-
buchodonosoro quidẽ subactis, captiuitatem ũ
licet ægrè effugientibus,& ait: Et allidet Deus in
surgẽtes cõtra montẽ Sion. Audin' quo pacto e-
tiã qui percutit, sanat? qui sunt ergo insurgẽtes?
Syria à solis ortu,& Græci à solis occasu. Græcus
eñ genere fuit Antiochus,ẽ Macedonia erũpẽs.
Ea uerò est ad occasum, quippe pars occidentis
est Macedonũ regio,maximè qñ uelut per cõpa
rationẽ quoad situ de Græcis intelligit. Qui Israe
lem toto ore deuorẽt, sciendũ Antiochũ crudeli
ter,& inhumaniter impetũ in ludęos fecisse,& in
numerabiles miserũ & miserandũ in modũ truci
dasse:qñ & Maccabęi pugnarũt,illustresq; de illis
hominib.celebratæ sunt uictorię. Historiã hanc
refert Iosephus in libro quẽ de eo cõscripsit. De-
uorant & alio modo Israelẽ, idq; quo pacto fiat,
est dicendũ. Nam poetę eorũ,& historici ad sum
mum apicem facundiæ peruenientes,& dicendi
facultate

Grœci. Syri sibi inuicem.



facultate præstantes,ac uiri sapientes,Israelẽ spi- A
tualem, id est, mentem contemplatricem Dei ab
ripiunt,& eos qui iam in Christum crediderunt,
seducunt, ut malint cum ipsis creaturã,præ crea-
tore adorare. Hi toto ore Israelẽ deuorãt:in quib.
dictionis splẽdor cum operibus, quæ ipsi intuen
tur, coniunctus,attendendus non est,sed neruo-
sa,& demonstrans, ac Deo placens erit oratio.
Nuda aũt,& solitaria, quid aliud porrò sit, quàm,
ut sapientissimus Paulus ait,æs sonans, uel cym-
balum tinniens?

IN *his omnibus non auersus est furor,sed etiamnum manus excelsa est;& populus non conuersus est donec percussus est;& Dominum non exquisiuerunt.*] Nam seruauit uniuersita-
tis Deus Israelem etiã delinquentem, & tulit sup
petias,adeò ut Syria finitima hominib.occiden- B
talibus fuerit superior,qui eum toto ore deuora-
rũt. Verũm, inquit,in his furor Domini nõ auer-
sus est,id est,non desiit, imò extensior erat ferien
tis manus,parata uidelicet illis & plagas alias in-
fligere. Quam ob causam? Non eñ, inquit,cõuer
sus est populus,nec peccare destitit. Nec Deum
quæsierunt,ut quæ ipsi placẽt,& quę grata sunt
ea sentire uelint,& agere:eoq; animo semper fue
runt,donec illis excelsa,& ad omnia instructissi-
ma manus inferebatur. Quæ rursum fuerit hæc
plaga ulterior,an nõ operępreciũ est uidere? No
uissimè eñ, ut dicebã,Nabuchodonosorus cepit
oẽm Iudæam,& præterea Samariam,& Israelem
in montes Persarum,& Medorum transtulit. Cę
terũm,ut iam dixi, elapso captiuitatis tempore, C
in Iudæam reducti habitauerunt Hierosolymis,
non iam in duas tribus diuisi, sed uni deinceps
omnes Regi subditi. Hoc enim ab uno sanctorũ
prophetarum dictum est: Et ascendẽt è terra,&
constituent sibi principatum unum. Itaque post-
quam cũcti ex captiuitate in Iudæam redierunt,
bellum in eos susceperũt,qui à Syria,& qui ab or
tu solis uenerãt,qui tamẽ deuicti sunt,Deo libe-
ratos quasi scuto protegẽte. Deinceps uerò per-
seuerarunt interea temporis, usq; ad Seruatoris
nostri aduentum,non uiuentes sanctè,nec omni
no à pristinis illis uitijs recedentes,sed nec deco-
rẽ,nec secundum legem uersantes,ualdeq; negli
gentes,& incurij. Cùm etiam per omnẽ terrarum D
orbem emicuit Christus, (apparuit enim nobis
Deus Dominus,iuxta Pallẽtis uocẽ,) effrenatio
nem suã retinuerunt,& quæ fas non erat, designa
runt,nec uerbum eius receperunt,nec fidem co-
luerunt. At quid hęc dico? Impiè contumelia af-
fecerunt,& eò impietatis deuenerunt,ut & crucí
figerent,& hominem cùm sanctum,tum iustũ,
negarent, mortemq; uitæ principi machinaren-
tur,impium iustificanti,& hac de causa uniuersæ
terræ incolis illuscecenti,ut mortem aboleret,&
peccati aculeum,hebetem & inefficacem efficeret. Omnibus hisce de causis manus feriẽtis man
sit excelsa,& furor non est auersus. Expositi e-
nim sunt uastationi, Vespasiano & Tito cum il-
lis belligerantibus, cunctáque Romanorum ma
nu, quando & funditus miseri perierunt, iuxta

Seruatoris uocem, incensa regione, conuulso ip-
so templo, omninoq; corruente, ut lapis lapidi
impositus non conspiceretur. Conniuẽre igitur
ad nostra delicta misericorde Deo, incogitantes
esse omnino grauissimum est,omnibusq; modis
conuenire dico,ut offensum placemus. Etsi uerò
delinquentes cumulat beneficijs, ac inobedien-
tes pro sua clementia conseruat, ne sit in nobis
animus obstinatior, nec ad sentienda eius dona
tardus, qui nouit etiam bonos beneficijs affice-
re. Hinc hinc nos ad agnitionem humanitatis ei-
us peruenientes,de præteritis pœnitudine duca
mur, nostrámque uoluntatem ad seruiendum ei,
& ad probitatẽ morũ amplectandã cõuertamus.

ET *abstulit dominus Israeli caput,& caudam,magnũ,& paruum una die, senem, & eos qui facies admirantur, is principatus est,& propheta,qui docet iniqua,is est cauda.Et erunt qui beatum dicent populum hunc, seducentes, & seducti ut absorbeant eos.*] B
Quia excelsam manum in omnes porrectam di-
cit, nedum iram diuinam finem habituram: de-
clarat etiam dilucidè, quí nam temporum dela-
psu futurus sit modus pœnæ ab illis exigendæ.
Auferet enim, inquit, una die, id est, simul uno
tempore, uidelicet belli Romanorum, caput,&
caudam. Quid autem hoc ænigmatis sit, explí-
cat,cùm ait: Magnum & paruum, id est, & illu-
strem, & obscurum. eos etiam qui sint rursus
demonstrat,cùm addit: Senem, & eos qui facíes admirantur. Quibus, ut ego quidem censeo,
innuit tribum quæ sacerdotij munus sortita est,
id est,eos qui sunt ex sanguine Leuitico, quos e-
tiam subditi seniores nominabant. Et sanè diui-
ni discipuli eos sic appellabant, dicentes: Prin- Act. 4
cipes populi & seniores, si nos hodie de benefi-
cio in hominem infirmum collato in iudiciũ uo-
camur, quomodo ille seruatus sit, notũ sit uobis,
& toti populo, quòd in nomine Iesu Nazarei,
&c. Hi enim seniores penes quos iudicandi po-
testas erat, non rectas de rebus singulis tulerunt
sententias, insatiabili cupiditate munera capi-
entes,& proximorum facies admirantes, quan-
tumuis lex per Mosen clamaret, Iudicium iu-
stum iudicate: quãtumuis ubiq; inculcaret, Non
accipies faciem in iudicio. Is est, inquit, principa-
tus. Habetur uerò etiam caput. Caput enim po-
puli sacerdos, quando uelut de uno intelligitur
corpore. Auferendum deinde ait cum sene, &
Prophetam dicentem iniqua: quem dicit esse
caudam, id est sequẽtem. Erant enim quidam a-
pud Iudęos qui legem à sapientissimo Mose da-
tam interpretati quidem sunt, qui laxè tamen id
fecerunt, Mosaicis uerbis intexentes parum re-
ctè, traditiones nõ scriptas, mandata hominum
atque doctrinas. Hi Iudaicam plebem decepe-
runt, & ut præpinguem ceruicem contra Chri-
stum erigeret, effecerunt. Quoniam igitur sequę
bantur hi quoq; sacerdotũ sententias, qui in or-
dine lo coq; capitis collocati sunt, eos caudã nõ-
minauit. Nam ut dicebã qñ de uno intelligamus
corpore, cauda semper caput subsequitur. Cùm
aũt prophetas appellat,eos minimè sanctos esse,

& ueros

& ueros existimemus. A diecit enim eos docere A
iniqua: uerùm illud dicimus. Erant uidelicet in
Israel pseudoprophetæ diuersis temporibus, tũ
scilicet cùm etiam essent ueri propheræ. Post ca-
ptiuitatis autem tempora tum fuisse alios, nemo
commodè & uerè dixerit: nisi id fortè quis dicat,
quòd Gamaliel legis doctor, & uir suspiciendus
toti populo commemorauit, quemadmodum
Act. 5 scriptum est in Actis apostolorum. Sic enim
de sanctis Apostolis affatus est eos qui erant in
concilio: Viri Israelitæ, inquit, attendite uobis ip-
sis quid de hominibus his sitis facturi. Superio-
ribus enim diebus exortus est Theudas, qui dice
bat se esse quempiã magnum, cui numerus homi
nũ plus minus quadringentorũ adhęsit. Et is sub
latus est, & quotquot parebãt ei deleti, & ad nihi B
lum redacti sunt. Post hunc exortus est Iudas Ga
lilæus temporibus descriptionis, & auertit popu
lum post se: sed & is perijt, & omnes qui parebãt
ei dispersi sunt. Auferendum itaq; dicit caput, &
caudã, iuxta eum sensum quem nũc reddidimus.
Verùm fore dicit, qui hunc populum felicem
prædicent, seducentes, & seductos, ut absorbe-
ant eos. Iudæorum enim procceres quibus sacra,
diuináq; scena concredita est, & qui ad sacrifi-
cia iuxta legem facienda, constituti erant, popu-
lum manui ipsorum ac potestati subditum, ad
donorum oblationes cohortati sunt, beatos eos
dicentes esse, si abundè utraque manu offerrẽt:
idq; acriter, acerbéque facti tarunt non religionis
erga Deum cura tacti, sed suum ipsorum quæ- C
stum spectantes. Hac ratione, inquit, seducunt,
ut absorbeant eos. Cùm enim insatiabili diuitia-
rum cupiditate tenerentur, ut dixi, non quèadmo-
dum oportebat, ut implendo legem uniuersita-
tis Deum placaret, docuerunt populum: sed hor
tabantur potius, ut ipsos ultra etiam facultates
oblationibus honoraret, ob eámque causam ne-
que ipsi fidem Christianam amplexi sunt, sed ue-
luti clauso regno cœlorũ, ne alios quidem eò in-
gredi permiserunt. Etenim si umbra legis euane
sceret, & Euangelica prædicatio approbaretur
cultus spirituali inuecto, prorsus cultũ typicum,
& cruentum exolescere, & sacrificia obsolescere
non ignorarunt. Atq; hæc quidem erat inexple-
bilis ipsorum, auaritiæ plena, perfectaq; euersio. D

PROINDÈ *iuuenibus eorum non delectabitur Deus, & pu
pillorum ipsorum, & uiduarum ipsorum non miserabitur, quia o-
mnes iniqui & improbi, & omne os loquitur iniusta.*] Deducit
nos etiamnum hæc oratio exemplis illustribus,
ad ea quæ sensum excedunt, & sub intelligẽtiam
recidunt. Iuuenes enim hic dicit, non semper uiri
bus corporis, aut integra ætate carnali pubertate
polleteis, sed denotat uerius eos qui animi &
cordis robur spirituale habẽt, ut possent & rectè
iuuenili alacritate obire ea, unde illustres euadãt,
Deoq; spectatissimi, omniq; genere probitatis
cumulati. Qui hac sunt affecti habitudine, eos al
1. Ioan. 2 loquitur etiam beatus Ioannes, inquiẽs: Scribo uo
bis, adolescẽtes, quoniam fortes estis, & uicistis
malum. Cęterum ante Seruatoris nostri aduentũ
extiterunt quidam, etiam apud Iudęos, eo quem
iam dixi, modo, qui uiriles esse studuerũt: ut citra
reprehensionem mãdatum traditum exequi uo-
luerint, & splẽdore ac gloria ualde enitescere po
tuerint. Nec erãt à Deo reiecti cùm iam tempus
esset umbræ legalis: & cum Euangelica ac Chri-
stiana politia nondũ patefieret, hæc quidẽ erunt
summè laudata ac gloriosa. Sic enim scriptũ est
de Zacharia, & Elizabet: Erat diebus Herodis te Luc. 1
gis Iudææ, sacerdos quidã nomine Zacharias ex
uice Abia, & uxor ei è filiab. Aarõ, cui nomẽ erat
Elizabet. Erant uerò iusti ambo coram Deo, am
bulantes in omnib. præceptis, & iustificationib.
Domini inculpati. Ad hunc, credo, modum tum
sancti prophetę uitam traduxerunt. Quinimo di
uinus Paulus, licet manifestè dicat se fuisse in le- B
gis iustitia inculpatũ, ait tamen: Quæ mihi lucro
erant, hęc duco propter Christũ damna. Itaq; an-
te aduentum Seruatoris omniũ Christi, nõnulli
qui laude ipsius legis conspicui erant, fortes fue-
runt & iuueniles. At post apparitionẽ eius, præ-
dicationemq; Euangelij cessarunt Legalia, trãsi-
uit umbra in ueritatem, ac spiritualis ueruscq; cul
tus est introductus. Quare non delectatus est
Deus Iudæorũ iuuenibus, id est, uirilitatem exer
centib. legaliter uiuẽdo: nõ accepta sunt eĩ cru-
enta sacrificia, & carnis circuncisio, lotionum do
ctrinę & sabbatorum otia. Docemur aũt ut dixi,
instituendæ uitæ, quæ Deo placet uiam. Reiecti
sunt ergo, & quidẽ ualdè merito qui post cessa
tionem umbræ, inde per eam iuuenes sunt. Non
miserebitur pupillorum & uiduarum. Pupillos
autem uocat, qui uelut alimento indigent spiri-
tuali, & pædagogia ac institutione magistro-
rum. Viduas similiter animas esse dicimus, quæ
facultate fructificandi destituũtur. Quod autem
ueræ doctrinæ expertes inueniemus Israelitas, * proueribium
propter * debacchationem in Christum, laudare Hebraicum,
nemo potest. Obtenebrati sunt enim oculi eo- sed malum
rum ne uideant, iuxta Psallentis uocem, & incur Hebraicum.
uata sunt terga eorum omnino, ut non poterint
supera aspicere, sed ueluti incuruí terrenis rebus
affigebantur. Accidet uerò hoc illis, inquit, non
sine causa: Sed quia omnes, inquit, & mali extite
runt, & omne os loquitur iniqua. Qui enim om-
nibus sceleribus cooperti non sint, qui eum qui
uocabat ad uitam, qui nesciebat peccatum, mor-
ti tradere studuerũt? quãuis lex manifestò dicat:
Innocẽtem & iustum non interficies. An non e-
tiam omnis lingua Iudæorũ loquuta est iniqua?
acclamarunt eĩ Christo, dicentes Pilato, Tolle
tolle, crucifige eum. Et: Si hũc non occidas, non
es amicus Cæsaris.

IN *omnibus his non auersus est furor, sed adhuc manus excel
sa. Et succendetur uelut ignis iniquitas, & uelut herba arida deuo-
rabit igne, & succendetur in densitate syluæ, & deuorabit omnia
quæ circum colles sunt. In ira furoris Domini cõbusta est terra uni
uersa, & erit populus quasi igni succensus. Homo fratris sui nõ mi
serebitur, sed declinabit ad dexterã, quia esuriet: & comedet à sinis
tris,*



*tris, & non saturabitur homo, comedens carnes brachij sui. Come* A
*det Manasses, Ephraim & Ephraim Manassem, quoniam simul op-
pugnabunt Iudam.*] Maturescente iã diuina ira, & im-
pendente illa manu quæ flagellũ suppliciaq; illis
admouet, singula ea quæ euentura sunt, conatur
aptè præmonstrare, moderatiores efficiens au-
ditores terroribus. Hanc igitur ob causam uati-
cinationes grauium malorum instituit Deus, ut
timentes eum offendere, malis ex ira illatis non
sint obnoxij, sed potius grauib. ab illis periculis
liberẽtur. Et succendetur, inquit, ergo iniquitas
ut ignis. Iniquitatẽ uerò appellat, nõ rem ipsam
(hoc enim uel intellectu uel dictu ineptum est,)
sed iniquitatibus implicatos, qui eò demum im-
probitatis morum ueniunt, ut non iã iniqui, sed
uerius iniquitas debeãt nominari. Hi igitur quasi B
ignis ardebunt, inquit, id est, ipsi sibi ignis erũt.
Nemo enim alius flammam illis inferet, sed ipsi
ad hoc sibi inter se sufficient. Succẽdentur etiam
quasi herba arida, & ut densitas syluarum. Arde-
bunt enim facilè semper flammæ, si in materiam
cremabilẽ, herbã inquam aridam, & ligna sylue
stria incidant. Credo ego, propheticum sermo-
nẽ hisce uerbis nobis hæc uelle demõstrare. Ve-
spasiano enim & Tito, quemadmodũ iam suprà
dixi, uastantibus Iudæam, urbesq; eius oppu-
gnantibus, maxima erat undiq; tumultuatio, par
tim fame cõficiente, & quasi labefaciente, par-
tim ubique seditiosis hominibus, tum domos
diripientibus, tum eos qui uidebantur insignio- C
res esse inuadentibus, ut intestina incolarum mo
limina ipso bello externo grauiora existerẽt. Ho
rum Iosephus diserte contexit historiã. Ergo, in-
quit, ardebunt ceu in densitate syluæ. Agrestem
uerò herbam & aridam, densitatemq; syluæ, gre-
gariam turbam eum dicere arbitror. Diuisi erant
quippe aduersum se ipsi, in factiones, & dissidia
populares. Deinceps & eos qui uidentur esse ali-
quid tanget, malumq; porrò, ostendet, dicens: Et
deuorabit quæ in circuitu sunt collium omnia.
Colles, puto, uocat eos qui præstant alijs, & uel
gloria, uel opibus, uel alio quopiam modo excel
lunt. Iam dixi, ijs qui splendidiores esse uidebant
tur, grauiter uim fecisse qui in quaq; ciuitate sedi
tiones concitare soliti sunt, uelut desparata pro-
iectaq; audacia, agentes ea, quæ ne ipsa quidem D
hostium manus aliquando egerit. Et hęc, inquit,
in ira furoris Domini. Succensa est enim sic uni-
uersa terra Iudæorũ. Quæ tectè per ænigma di-
xit, illa plana facit audientibus, statim adnectẽs:
Et erit populus uelut igni succensus: homo fra-
tris sui non miserebitur. Quemadmodũ qui bo-
bus ignem admouent, extimulant ad iram, effi-
ciunt q; ut ferociore impetu ferantur in eos quos
impetũt: sic erit, inquit, in populo, uelut igni in-
census. Violenti enim & immisericordes erunt,
ipsi in se alius in alium, & fratres non ignoscent,
acres & agrestes, ac fero animo omnes, & ferarũ
instar, quæ fame tinguntur & pungunturs, rabidè
aguntur in alios, declinant ad dextra, & edent à
sinistris, id est, hinc & illinc circuncursabunt, illos à
dextris mordẽtes, hos à lęua, parcentes nemini,
insatiabili cupiditate seipsos inuadendi ardẽtes.
Non enim, inquit, satiabitur homo comedens
carnes brachij sui. O rem miram & incredibilem.
Non, inquit, sibi ipsis comparcent, ex impotenti
uidelicet insania. Prorupta eĩ semel & desperata
audacia freti, ad omnia turpissima acerrimè &
quasi iuueniliter progredientur. Post enim dicit:
Comedet Manasses Ephraim, & Ephraim Ma-
nassem. Ephraim uerò & Manasses fuerunt duo
fratres, & filij Ioseph. At inter sanguine coniun-
ctos, inquit, & inter copulatos testamento, natura
ipsa pacem non constituet: legesq; consangui
nitatis inanes erunt & irritæ. Surgent enim in se-
se alius in alium, etiam fratres, etiam eodem orti
semine, alter in alterum, & duo in alterum. Co-
medet nempe, inquit, Manasses Ephraim, & E-
phraim Manassem, quoniam simul etiam Iudam
oppugnabunt. Itaq; confusionis plena sunt om-
nia, & in quos non licet, & à quibus nõ licet per-
miscuè furor agit omnia. Et hæc quidem histori-
ca, quemadmodum dixi, cœtui Iudæorum acci-
derunt. Nobis etiam ipsis cauendũ est. Punitur
enim inobedientia, in quam quisquis recidit, tan
quam igni comburetur, eumq; & carnalis uolu-
ptas, & ardens cupiditas incendent, ac erit ei in-
tus in animo ac corde pugna intolerabilis, ac in-
surget contra spiritum caro, & ingens erit iacta-
tio ac tumultuatio. Quare sicuti & diuinus Pau-
lus inquit: Spiritu ambulate, & cupiditatem car-
nit ne feceritis. Nam si Deo subditi sumus, ambu
labimus in spiritu, carnales cupiditates superabi
mus, internasq; animi faces uincemus, & cor trã-
quillum pacatumq; conseruabimus. Pax enim,
sicut scriptum est, quæ superat omnem mentem,
custodiet corda nostra.

CAP. X.

IN OMNIBVS *his non auersus est furor, sed adhuc manus excelsa. Væ q scribũt iniquita-
tem. Scribentes enim iniquitatem scribunt, detor
quentes iudicium pauperum, & diripientes ius
inopibus populi mei, quo uiduas habeãt prædæ,
& pupillos diripiant. Quid uerò facient die uisitationis? Afflictio
enim uestra procul ueniet, & ad quem perfugietis, ut auxilium uo-
bis feratur? & ubi relinquetis gloriã uestram, ne corruant in dedu
ctionem.*] Quando Iudæorum calamitates, & incõ
moda hostili manu futura, latius nobis prophe-
ticus sermo exposuisset: prudentissimè quoq; &
appositè infert causas, propter quas uniuersitatis
Deus offensus est, docereq; conatur, causam hãc
esse sanctum decretum Dei, ad pœnam uocan-
tis. Non enim iniuste tenẽtur retia uolucribus,
iuxta id quod scriptum est: Væ igitur, inquit, qui
scribunt iniquitatem. Scribentes enim iniquita-
tem scribunt, detorquẽtes iudicium pauperum,
& eripientes ius inopibus populi. Extiterunt ete
nim apud Iudæos, scribę, ut uocantur: quorum
officium erat, legis scopũ ac in quaq; re sensum
quibus libet discere uolentibus explicare, & his
qui iudicare populum conati sunt, hæc illis enar
rare. Scriptum uerò est: Labia sacerdotis custo-

dient iudicium, & legem exquirent ab ore eius. A Itaq; turpium capturarum illecebra uicti iniusta conscripserunt, quod diuina lege decretum est, impiè cauponantes, & uelut unum aquę miscentes, & purum argentum, adulterinum reddentes, ut uiduam iniuria afficiant, & eripiãt ius pauperibus, ac orphanum, ueluti prædam quandam cupiditati omnium ditescere uolentium, exponant. At, inquit, isti, quid facient die uisitationis? Visitationis autẽ diem uocat belli tempus, quo inuisit Deus scribentes iniquitatẽ, & recta legis iudicia detorquentes. Quæ enim, inquit, opes uobis opitulabuntur? Quo nam pacto congregatarum à uobis rerũ ex auaritia coaeeruatio iuuabit? Iniuriã fecistis, corrupistis legem, proculcastis consilium legislatoris: deinceps quò tandẽ euadetis? quid etiam agetis, aut quid loquemini, quò effugiatis diem uisitationis? Afflictio etenim uestra procul ueniet. Pugnabant quippe Iudęi sæpenumero aduersus accolas gentes, Idumæos inquã & Elamitas, & Moabitas, & Syros, & qui Philistini dicuntur: euenitq; ut multis meliores, ac in pugna superiores uiderentur. Sed nũc: inquit, Afflictio uestra procul ueniet, id est, non aduersus Idumæos uobis certamen est, non aduersum Moabitas bellũ, sed nec aduersus ullos accolas, quos aliquando subegistis, cùm ex prælio maiorẽ laudem consecuti estis, corona nobilissima redimiti: sed nunc uobis afflictio procul ueniet. Videtur aũt hinc uel Assyriorũ incursionem, uel Romanorũ subindicare. Nã & hi & illi C è longinquo uenerunt. Incũbente uerò afflictione, ubi relinquetis uestram ipsorum gloriam, ut non incidatis in deductionem? Fregistis enim, inquit, sępe hostes, & inuadẽtibus restitistis, ac urbes & regiones uestras conseruastis: nunc autem nunc ubi eam relinquetis? Cadetis enim omnes fortitudine, quæ sæpe contra alios ualuit, nullo modo uos iuuante. Quid etenim facietis ut non corruant in deductionem, inquit, illis uelut ex ira diuina illatã, bellicam q; calamitatem. Deo nimirum inducente delinquentibus pœnas, quis auertet? Aut qua ratione qui pœnę & supplicio obnoxij sunt, adiuuabũtur? nulla. Etenim & fatidicus Dauid psallit dicens: Domine ne in furore Psal. 6 tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me & rur D sus: Tu es terribilis, & quis resistet iræ tuæ? Amolietur enim diuinam iram nemo: at eam quasi emolliet resipiscẽtia: imò, nec omnino imperium mouere potest, siquidẽ uelit quis rectè & legitimè secundum oraculorum eius placita uiuere.

Paraphrasis Septua. hoc loco prolixior et alienior.

IN OMNIBVS his non auersus est furor, sed etiam manus excelsa. Væ Assyrijs, uirga furoris mei & iræ meæ. At gentem iniquam mittam, & populo meo edicã, ut faciat spolia, & prædas agat, & cõculcet urbes, & redigat eas in puluerem. Ipse quidẽ non sic cogitauit, & animo non sic reputauit: sed mutabit animum suum, ut etiam disperdat gentes non paucas. Etsi* non dixeris ei, Tu solus es princeps: dicet, non recipi* regionem quæ est supra Babylonem, & Chalanen cuius turris ædificata est. Cepi Arabiam & Damascũ, & Samariam: quemadmodum cepi has, etiam cunctas *regiones capiã. ] Vbiq; Deum suæ glorię curam habuisse inueniemus. Etenim indignè fert iã cùm uidet aliquos placita ipsius cõtemnere, ac pro nihilo ducere, omniq; honesto quasi excusso ad omne genus turpitudinis deflectere. Tales aũt ille cõuertit, & tantũ nõ trahit fortiter, ad id quod in eorũ cõmodum maximè cedit. Sic emin quit Beatus Dauid: Lupato & freno maxillas eorum constringes, qui nõ appropinquant ad te. Multa flagella peccatoris. Sumit uerò supplicii de his qui delinquũt, tradẽs iram suã ueluti uirgam quandã in manus hominũ nõ bonorũ, ut illi fiant eorum qui impietatẽ designarũt animaduersores & uindices. Contingit tamen eos qui ad hoc assumpti sunt, alto elatoq; esse animo contra eos in quos animaduertitur, imò uerò in eum qui eos tradidit. Non enim considerant hi, permittente Deo, & sententiam ferente ut paterẽtur illi, se eos subegisse. At uerò isti etiam ipso seruare uolente, se uicisse, & non tradente, superasse existimant. Deriuat ergo hanc iram in illos, & iure quidem optimo. Dum uerò superbis resistit, eorumq; superbiã deprimit, pœnasq; irrogat ipsis dignas: plenam fidem astruere conatur, non fortitudinis eorum opus, sed ipsius nutus & uoluntatis fuisse, ut eos punitos superarent. Simile quiddam accidit regi Assyriorum. Postquam enim cepisset Iudęã, urbesq; uastasset: altum apud se sapuit, & sanè putauit, se terram sanctam præter uoluntatem Dei, & præsidentis, & seruare promittentis, subactarum. Hanc ob causam dicit, nondum furorem suum auersum, sed illud Væ inducendum Assyrijs. Et quæ tandem huius rei causa? Virga enim, ait, iræ meæ, in manus eorum traditur, à me uidelicet, ut illa feriat eos, qui in me impietatem moliti sunt. Ego mandaui illis, ut spolia facerent, & prædæ haberent populum meum, & proculcarent urbes, & in puluerem eas redigant. Si enim manum seruatricem non subduxissem, & auxilio semper & usitatè illis à me porrecto non denudassem, capti non fuissent unquam, semper per me superiores facti hostibus. Cæterùm ipse Assyrius non sic cogitauerat, & animo non sic reputauit, ac quod ad eius quidem animum spectat, mutabit, id est, euertet gentes non paucas. Putat enim resistere posse neminem suis uiribus, sed absque labore se cunctas adeò gentes debellaturum, foréque dominum, nullo se opponente. Ita dum inexplebilem animum habet, & rerum summa potiri uult, etiamsi non accedat quis dicens ei: Tu solus es princeps, id est, igitur tu possis solus imperitare orbi terrarum? ad hęc, inquit, superbam uocem emittens, dicet: Nonne cepi regionem quæ est supra Babylonem, & Chalanen, cuius turris ædificata est? Cepi Arabiam, & Damascum, & Samariam: quemadmodum cepi has, ita omnes regiones capiam. Chalane igitur turris ædificata à maioribus in extremis quodammodo orientis partibus, ultra remis quodammodo orientis partibus, ultra regionem & terram Babyloniorum sita est. Itaque ferè in ipsis finibus orientalis terræ, mei regni terminos constitui. Cepi etiam Damascum & Samariam,



Samariam, quibus dij ipsorum non succurrerunt, sic & alias regiones capiam. Quòd autem Rapsaces, uerba referens ab Assyriorum rege, sedentibus in muro dixerit, necesse habeo commemorare. Hæc dicit rex Assyriorum: Ne uobis imponat Ezechias sermonibus, qui uos eripere non poterunt: Nec dicat uobis Ezechias, erepturum uos Deum. & post alia rursus: Num liberarunt dij Gentium, suam quisq; regionem è manu regis Assyriorum? Vbi est Deus Emath, & Arphath? Etubi est Deus ciuitatis Sepphariam? Num poterant eripere Samariam è manu mea? Quis tandem est ex omnium gentium illarum dijs, qui terram suam ex manu mea liberauit, ut Deus Hierosolymam à manu mea defenderet? Proinde regem Assyriorum qui de se magnificè sensit, & diuinam maiestatem deridere uoluit, pœnis subiecturum se denunciat. Etenim & nobis ipsis superbiæ morbus odio est habendus. Quando uerò contra ipsam diuinam maiestatem audaci animo inflatur: tunc tunc uæ, & quidem iustissimè, hoc facere uolentibus irrogabitur.

VVLATE sculptilia in Hierusalem, & Samaria. Quemadmodum enim feci Samariæ eiusq; manufactis, sic faciam & Hierusalem, & idolis eius. ] Induxit modo alta & tumida cogitantem Assyrium. Vbi enim Samariæ urbes deleuisset, dijs falsò nuncupatis non succurrentibus: imò incensis etiam cum ipsis delubris & altaribus: atq; subijcere suæ manui & imperio Hierosolymam & Iudęã, etiam sempiterno eius asserC tore & conseruatore Deo uolẽre cogitasset: cautas illico nobis, & cur ipsa caperet Samaria, cum plures q; urbes Iudææ, prophetica oratio adijcit. Hinc nec sanè immeritò ipsum impietatis genus in memoriam redigit, eosq; ululare iubet & plorare: & tantum non obstupescens apostasiam & defectionem à singulari illa sua pietate, proclamat: Vlulate sculptilia in Hierusalem & Samaria. Nam ubi dignis honoribus Deum uniuersitatis decorare oportuit, illic contemnebatur, & honore suo congruente & debito priuabatur. Sculptilibus siquidem ueneratione attributa, ausi sunt miseri dicere ligno: Deus meus es tu. & lapidi: Tu genuisti me. Itaque cum stupore ueluti hoc D prophetæ fit, quod epiphonemate quasi dictum est, scilicet, Sculptilia in Hierusalem & in Samaria. Cuiusmodi est quod & uoce Hieremiæ dicit de Hierusalẽ: Quid dilecta fecit in domo mea abominationem? Dixit porrò & apud prophetam quendam: Tenebræ Ephraim cum Deo, propheta laqueus tortuosus in omnibus uijs eius. Insaniam in domo Domini confixerunt. Collocatis enim Hierosolymis altaribus & manucõditis, Baalo & militiæ cœli sacrificarũt. Quod etiam in Samaria fecerũt. Quemadmodũ igitur, inquit, feci Samariæ & manufactis eius, sic faciã & Hierusalem & idolis eius. Quorum enim similia & cognata sunt maleficia, eos meritò consimilis etiam & æqualis pœna consequetur. Cepit igitur Assyrius Damascum & Samariam: uia huius rei cõficiendæ & occasio uictoriæ fuit, idolorum effictio, cùm Samarię tum Hierosolymis: idola. idcoq; his qui talia patrare consueuerũt, dignissimas pœnas inflixit. Est itaq; graue scelus, & iram diuinã nobis accersit ubicq; idolorũ effictio: idq; etiã si quis forte hoc in animo & mente fabricauerit. Abducunt emin illa à dilectione in Deum, incãtant animum, & ad quæ non oportet trahunt.

ET erit quando expediuerit Dominus omne opus suum, in montem Sionem & in Hierusalem, inducet super mẽtem magnam, principem Assyriorum, & super celsitudinem gloriæ oculorum eius. Dixit enim: in fortitudine faciam, & sapientia intelligentiæ tollam gentium terminos, & robur earum deprædabor, & deturbabo urbes habitatas, & continentem totam comprehendam in manu, ut nidum, & ut derelicta ouа tollam. Nec erit qui effugiat mihi, uel resiterit mihi. ] Non immunem fore Assyriũ à pœna, quippe qui tantopere inhumuerat, assueuerat. Dñs enim superbis resistit, iuxta id quod scriptũ est, & sermones arrogantiæ uitio infectos & corruptos, ad examen semper reuocat, illosq; miseros reddit & proiectos, ut sciant non esse tollendum cornu in altũ, sicuti scriptũ est, sintq; conscij potius suæ ipsorum naturæ & infirmitatis. Quando em, inquit, expediuerit opus suum in mõtem Sion, & in Hierusalẽ, id est, quãdo uitæ ipsorum finis uenerit: tunc inducet manũ, & uirgam quasi luctantem & pugnantẽ contra mentem magnã, principẽ Assyriorum. Mentẽ uerò ipsum appellauit magnam, non laudi hoc uerbum ei tribuẽs, sed uitio dans potius, quippe qui nihil aliud sit, quàm superbia Deo exosa. Nihil enim de se sensit humanitus, sed quę omnẽ naturam mortalem excedunt & supereminent, cõgitauit. Inducet igitur super celsitudinem gloriæ oculorum eius. Oculorum uerò hic dicit, pro opinionum seu cõgitationum. Altæ enim sunt illæ, ut dixi, & pretumidæ. Deus enim, qui cor introspicit & renes, & qui perlustrat occulta, nobis etiam illa planè demonstrat, & inquit: Dixit enim, in fortitudine faciam, & sapientia intelligentiæ tollam gentium terminos, & robur eatum deprædabor, & deturbabo urbes habitatas. Obserua igitur quomodo quasi auxilio superno non egens, suis ipsius uiribus solis incensus sit, quasi omnia quæ uelit, posset facere: secq; adeò sapientem fore & rei militaris sciẽtem, ut per se terminos gentium transferre facillimè, & earum potentiam perfringere, & deprædari, & urbes imbelles desertasq; posset concutere: etiamsi complures & innumerabiles incolas habeãt. Sed non hic hæsit eius arrogantia. Iactat enim se uniuersum orbem terrarum expugnaturũ, idq; facillimè, & prompte & citra pugnam se facturum decernit, ac cõstituit, quicquid tandem ipsi in mentem uenerit. Comprehendam enim totam continentem, uelut nidum, & uelut derelicta ouа tollã, & non etit qui diffugiet uel qui resiterit mihi. O insignem superbiam, ô cogitationes stultas: quasi unius passerculi nidus esset, uniuersa hæc machina, ita eam considerat: ouis relictis ab altrice aue, totius terræ incolas confert, ut quasi draco inuadat & absorbeat

ἀηδὲ ὄδυ ἐπεὶγ, ἐς λόγος ἤδη ὧν πρόσωπα ἐδ πολὺ ὀργιλώτερ.

sorbeat, oditq; contradicentes,[a] nec expectat ut obiecti secum in colloquium ueniant. Hæc dicit queant & [b] referri ad personã ipsius Satanæ. Est enim ille pater superbiæ: putatq; se continentem comprehensurum, nullo contraueniente. At res non sic demum abit, imò euenit illi ad extremũ exitus rerum longè contrarius. Etenim contradixit pro nobis Christus, nec cõtradixit solum, sed & de ipsa omniũ in certamen descendit, & exitialem illum uicit, pedibusq; sanctorum substrauit. nam dixit eis: Ecce dedi uobis facultatẽ calcandi super serpentes et scorpiones, et supra omnẽ potestatem inimici.

[a] Speculatio spiritualis.

NVM gloriabitur sine illo qui secet ea? num attolletur serra sine eo qui trahat eam? Similiter si quis leuauerit uirgam uel lignum, nonne sic? Sed emittet Dominus Sabaoth in tuum honorẽ, ignominiam, & in tuam gloriam, ignis ardens incendetur.] Apertè redarguit Assyrium & temerè inflatum, & prorsus ignarũ, quòd non manus eius opus fuerit, Samariam perdere. & unà cum ea alias quoq; urbes capere, sed potius decretum supremũ, q̃ intolerabiliter impietatẽ admittentibus eum ceu bipennem quandã, uel uirgam, uel lignũ constituit. Cedo emi mihi, inquit, ô amentissime omniũ: Num securis gloriabitur sine illo qui secet ea? Bipẽnis emi si optimè exacuatur, accõmoda est ad ligna agri detondenda. Num igitur laudabit quis, inquit, iecurim, q̃asi hoc præstare absque incidente eum ea ualeat? Serra per se quid efficiet? Rursus, nisi quis attraxerit illam, suúmue recte faciet officium? Si etiam quis contra quodcunque seu uirgam, seu lignum eleuet, annon rursum sic eriet? Iacebit enim uirga in terra, & lignum proiectum: at si quis acceperit & applicauerit, tunc omnino ea quæ per illa fiunt, in opus uenient.

Quid ergo alta sapis? quid supplicium exigis? Existimásne tua ui hoc perfunctum esse te, ut caperes urbes, cùm tanquam instrumentum à manu nimirum diuina, quæ hæc facit adhibitus fueris? non proinde tua gloria, sed Dei potius, qui tua crudelitate tanquam securi quapiam seu uirga, seu ligno, aduersus eos qui ipsum offenderant usus est. Non igitur eris, ait, ut ipse cogitas: nec eundem gloriæ tenorem retinebis, sed neq; adeò marcidis honoribus lasciues, nec in fortitudine facies, nec sapientia intelligentiæ tolles gentium terminos, non capies continentem ut ova relicta, sed mittet Dominus Sabaoth in tuum decus, dedecus, & in gloriam tuam, ignis ardens accendetur. Decus eius dicit exercitum, qui sub ipso merebat. Inde enim gloriatus est. Ignis ergo, inquit, inuadet illum, tuumq; decus amburet. Quemadmodum igitur hoc factum sit, rursus explanat, nec id prolixè.

ET erit lux Israelis pro igne, & sanctificabit eum igne ardenti, & edet sicut fœnum syluam. Die illa extinguentur montes, & colles, & saltus, & deuorabit tam animam quàm carnes, & erit fugiens uelut fugiens à flamma ardente. Et superstites ex illis erunt adeò pauci, ut eos uel paruulus puer describat.] Valdè obscurum est quod dicitur, & orationis structura sensum affert intellectu difficillimum. Explicabimus autem rursus sensum in his uerbis latentem, illud præfati: Cepit nimirum Salmanasarus rex Assyriorum, Samariam, legauitque è Laches Rhapsacen Hierusalem: qui profectus eám que cingens obsidione, eos qui erant in mœnibus affatus est, quæ ab eo qui ipsum miserat acceperat. Quibus adiunxit blasphemias & conuicia in Deum: Non liberabit, inquit, Deus Hierusalem è manu regis Assyriorum. Quæ iniquo ferens animo Ezechias rex, fusis ad Deum precibus, inquit: Exaudi Domine, aspice Domine, & contemplare uerba Rhapsacis, quæ emisit rex Assyriorum, ut probris Deum uiuentem insectaretur. Repromisit uerò Deus salutem illis: egressúsque exiuit angelus Domini, una nocte è castris Assyriorum centum octoginta quinque millia interemit: quo facto, ictus est Assyrius ingenti timore. Accepto uerò nuncio Serratha regem Æthiopum contra terram suam expeditionem facere, cum paucis omnino derelictis, abijt profugus. Hoc nunc prophetica nobis interpretatur oratio. Lux enim Israelis Deus uniuersitatis extitit, qui solus legem quæ illuminare potest constituit. Sed, inquit, lux quæ existet Israeli, non erit lux Assyriorum copijs, sed pro igne erit exitiali. Quod autem Hierosolymitanos proprium sibi ac consecratum populum uniuersitatis Deus, existimet per ignem ardentem inter Assyrios, docebit omnes quotquot ubique sunt, idq; nimirum sanctificans eumigne ardente. Quod enim sanctificari dicitur, non semper erit sanctitatis particeps, at potius in gloriam consecratum esse Deo significat. Cuiusmodi est quod dicitur apud Mosen: Sanctifica mihi omne primogenitum aperiens uuluam, mascula Domino. Quid autem est, hîc, Sanctifica? Id dicit uniuersitatis Deus, pro, Consecra Israelem: id est, consecratum eum & electum effice. Ignẽ ardente, per ignem incensum contra Assyrios. Ignem autem appellat hîc, inopinatum interitum. Nisi enim peculiarem sibi dixisset hunc populum, nunquam incẽdisset contra aduersarios ignem, qui etiam consumpsit uelut fœnum uel syluam, Assyriorum multitudinem. Illa itaque, inquit, die, hoc est, circiter illud temporis extinguentur montes & colles, & saltus, & deuorabit tam animam quam carnes. Collibus & montibus & syluis pulchrè assimilat cateruam Assyriorum, eorumq; præfectos, quique alijs, ceu colles & montes præcellunt: uerùm hi quidem extinguentur. Qui olim ualidi erant & feruentes, ac cũ non habent expirabunt. Hoc enim declarat, Extinguentur. Deuorabit emi eos mors, tantùm nõ animas conficiens & corpus. Quod etenim non intereant simul cum corporibus & animæ, cuiuis perspicuum est. Subindicat hinc iræ potentiam. Et erit, inquit, qui fugit, uelut fugiẽs à flamma ardente, & superstites ex illis, erunt numero pauci, ut puer eos describat. Pauci etemi prorsus, ut dixi, quasi ex flamma succensa uix uix exilientes, simul cum rege fugerunt. Tantillum autem numerum fore dicit, ut pueri à illuc infantis mens possit eum consequi & describere, seu dimetiri. Haber enim Hebræorum traditio, quòd soli decem numero residui remanserint qui cum Rhapsace id quod euenit, regi Assyriorum renunciarent.



Hæc superbiæ eius stipẽdia. Nobis quoque hîc typus utilis est. Si quis enim iram diuinam effugere uelit, minimeq; illaqueari malis à Deo, caueat uehemẽter, ne in morbos consimiles parésque illorum peruersitati incidat.

ET erit die illa, non deinceps residuum in Israel, & qui euaserint ex Iacob, confidant ijs qui iniuriam eis faciunt, sed Deo sancto Israel uerè confident. Et erit residuum Iacob, apud Deũ potentem.] Exardescente igne contra exercitũ Assyriorum, duo hæc inquit, commodè euenient & existent: Superbus enim ille & sceleratus, desinet uolẽs nolens tam graue & odiosum supercilium tollere. Abibit enim pauidus, & præter expectationem fractus & debilitatus. Intelliget etiam ex hac re, etiamsi nõ uelit fortassis, se diuinæ iræ organum contra peccatores extitisse, non suis prorsus uiribus eos inuasisse, & hæc quidem Barbaro accident. Israelitis item hæc res cedet in commoditatem. Qui reliqui sunt in Samaria, id est, Israele, & in Iacob, hoc est, duabus tribub. Hierosolymitanis, ab inueterato recedent errore, & frigidis ac insipidis cogitatiunculis. Non enim his qui sibi fecerunt iniuriam, confident. Postquam enim hostis cecidit manu angeli cõfectus, omnipotentem conseruantis dexterã optimè perspexerunt, ipsumq; faciẽt Seruatorem & uindicem, ac in eo omnem spem habebũt hi, qui amplexi sunt illos, qui iniuriam intulerunt. At qui hi sint, & quomodo iniuriã intulerint, necesse habeo dicere. Seruauit eũ eos qui sanguine Israelitico orti sunt uniuersitatis Deus, cum & præsideret, & quasi clypeo propugnaret, & fortiores aduersarijs redderet. Postq; aũt ad defectionẽ auersi sunt, & hi qui dem uitulos aureos fabricarent, illi Chamos, alij Belphegor, illisq; uenerationẽ tribuerẽt, atq; cœli militiã adorarẽt, Deus eos renitẽtes & resistentes, diuersis temporib. partim undiq; finitimis Iudæq; gẽtib. Idumæis dico, & Moabitis & Elemitis, partim & lõgè remotis, Assyrijs inquã, & Ægyptijs tradidit. Bello itaque grassante & passim per totã regionẽ denunciato, annon satius erat Israelitas manus dare offenso Deo omnipotenti, & cursu in melius commutato, iram depellere? Oportebat enim prophanam idolorum multitudinem exterminare, & ipsum conseruatorem & redemptorem nuncupare. Cæterùm huiusce rei nulla apud eos ratio habita est. Legatos enim nunc ad Ægyptios, nunc ad Assyrios miserunt, eorúmque subsidium implorarunt. Hinc, arbitror, Deus grauius etiam in eos ira exacuebatur. Iniuria itaq; affecerũt Israelem & Iacobum, cùm falsò nominati dij, diuinam in ipsos iram euocantes, & ut sibi fidant efficientes: tum uerò hi, qui pecunijs & donis inutile ipsis auxilium diuendunt. Consumpta igitur, illis bellantium multitudine, una nocte, deinceps confident: Deo, eóque documento cogniturí fortissimam seruantis dexteram: non ijs qui iniuriam fecerunt, nixuri, sed in ipso sancto Israelis, uerè spem suam collocaturi. Et erit residuum Iacob, cum Deo potente. Nec enim lignis aut lapidibus nitentur, sed potius in illo præsidiũ collocabunt, qui fuit semper illis opitulator & propugnator, armatura & murus infractus.

ET si fuerit populus Israelis uelut arena maris, reliquiæ eorum seruabuntur. Verbum enim consumens & concidens in iustitia, quia consumptum uerbum efficiet Deus in orbe terræ uniuerso.] Quòd Deus peruicaces, & inobedientes ac refractarios nihilo æstimet, seruet autem omnisque misericordia dignetur hominem morigerum, & sequacem: hisce uerbis nobis pulcherrimè ostendit. Peruasit siquidem Assyrius omnes aras gẽtis Iudaicæ, ac in animo habuit, nemini parcere, sed uniuersam regionem strpitus excindere: hominibusq; desertam & incolis uacuam reddere, & delere Samariam, & una Iudææ urbes innumeras. Seruauit autem præter opinionem Hierosolymitanos. Quæ est itaque hæc oratio? Certè, inquit, quoniam omnis Israel impietate se non cõmaculauit, sed aliquot extiterunt, qui impietatem in Deum exercentibus indignarentur: idcir co sanctam & iustissimam his solis qui peccauerunt pœnam denũciauit. Verum autem esse hoc uerbum, nullo labore, ac sine puluere, ut dicitur uidebimus, ex his, quæ scripta sunt apud Hiezechielem prophetam. Dixit enim Israelitarum quosdam uisos esse Solem adorare, Deo dicente: Audi de illis, Vidisti fili hominis, unde patum fuit Israeli patrare iniquitates quas patrauẽ hîc? Propterea impleuerunt terram iniquitate, & conuersi sunt ut ad iram concitarent me. Deinde ait, quendam uisum esse talarem uestem habentem & succinctum, cui dixit uniuersitatis Deus: Pera gra Hierusalem, & signato frontes uirorum ingemiscentium, & ad omnia quæ in ea fiunt flagitia suspirantium. Illis autem dixit audiente me: Abite in ciuitatem post eum, & cædite, nec comparcite oculis uestris, nec miseremini. Senio rem, iuniorem, uirginẽ, & infantes mulieris sunditus interficite. Sed quisquis signum habet, ad eum ne accedite. Obserua igitur quo pacto obsignet Deus sua manu, & pium & sanctum, & eapropter quæ cæteri ausi sunt eum offendere, grauiter ferentem & ingemiscentem. Quare, inquit, etiamsi numerosa sit Israelitarum multitudo, adeò ut arenæ in littoribus positæ, comparari posse uideantur: reliquiæ saluæ erunt. Quod sanè cõtigit Ezechiæ temporib. Deleta est enim, uti dixi Samaria, & unà complures Iudææ urbes. Factum est etiam hoc extremi seculi temporib. unigenito nobis in carne illucescente. Tunc emi tunc uerbum cõscindens in iusticia, uerbum concisum seu abbreuiatum fecit Deus in orbe terræ. Lex enim per Mosem data per longas ambages uenit, & contorto quodam circuitu quod utile erat indicauit, per ænigma & umbram uix subinuens

Hiez. 9

nuens, quod ad usum atq; utilitatem pertinet. Salutaris aũt & Euangelica oratio, nobis breuis est, & ueluti concisa ac contracta, nudam habens ueritatem, & uitæ uiam planam cõstituens, non impedita difficultatibus, non obscuris præconijs obuelata. Simplex enim, uti dicebã, est ueritatis negocium. Seruatæ sunt porrò reliquiæ Israelis, id est, qui fide eius apparitionem coluerunt, cum multitudo aliò auerteret. Nam in ipsum uniuersorum seruatorem & Dominum bacchati sunt, & antè prophetas obtruncauerunt, & qui missi erant lapidarunt, & quid tandem fœdi non moliti sunt?

PROPTEREA *hæc dicit Dominus Sabaoth: Ne metue populemi, qui habitas in Sion, Assyrios, quia uirga percutiet te. Plagam enim ego infligã tibi, ut uideas uiam Aegypti. Breui enim tempore cessabit ira, furor autem meus super consilium eorum.*] Postquam enim sanctam sententiam & mansuetudinem se dignam adhibuisset, seruasset; germanos ac ingenuos, tradidisset autem eos qui offenderant, uniuersitatis Deus: Ne, inquit, metue, populemi qui habitas in Sion, Assyrios. Peruenit enim Rhapsaces Hierusalem, eámque obsedit, minatúsque est se concrematurum omnes & deleturum. Læsit autem omnino nihil. Nam abijt fugitiuus, exercitu eius præter spem concidente, & una nocte disperdito: itaque gladio eos in Sion non peremit. At ubi semel suis incursibus, perterruisset, & metum aliquem malorum iniecisset, quasi uirgam solam uisus est extendisse. Ne igitur, inquit, metue Assyrios, uirga enim te feriet, & breuem ueluti plagam inferet, plagam inquam ad terrorem, me hoc contra te fieri permittente. Vt uideas uiam Ægypti, id est, ut discas quantum tibi ipsi incommodaueris, dum in Ægyptum proficisceris, inde quærens auxilium, Deo salutis autore despecto. Ezechias itaque quo regnante Assyrius cinxit Hierusalem, iubsidium Ægyptiorum non expediuit. At Oseas Elæ filius regnum tenens Israelis, istuc fecisse inuenitur. Scriptum est enim sic quarto Regnorum: Dormiuit autem Achazus cum patribus suis, & sepultus est in ciuitate Dauidis, & regnauit Ezechias filius eius pro eo. Anno autem duodecimo Achazi regis Iuda, regnauit Oseas filius Elæ Samariæ, apud Israelitas nouem annos, ac designauit malum in oculis Domini, uerùm non ut reges Israel eius maiores. Hunc Oseam Salmanasarus rex Assyriorum, facta in eum expeditione subegit, & reddebat ei Manaa. Et inuenit rex Assyriorum in Osea iniustiam, quia misit nuncios ad Segor regem Ægypti. Et non attulit Manaa regi Assyriorum anno illo. Obsedit eum rex Assyriorum anno illo, & ligauit in domo custodiæ, & adortus Samariam, triennium obsedit. Illud etiam sciendum Achazum patrem Ezechiæ, Damascenorum rege cum ipso bellum gerente, auxilium ab Assyrijs coemisse, unde uehementer Deus commotus est. Induco igitur, inquit, plagam, ut uideas uiam Ægypti, uerùm breui pòst tempore, cessauit ira: furor uerò meus super consilium ipsorum. Perierunt enim, ut dixi, per iram diuinam. Cúmque statuisset ipsi quoque Sioni manum inijcere ac capere, à scopo aberrarunt, & irrita fuit eorum machinatio, Deo exitum uertente omnino præter illorum expectationem.

4.Reg.17

Tributum in Heb.

ET *excitabit Deus in eos secundum plagam Madiam, in loco afflictionis, & ira eius in uia quæ per mare, in uiam quæ est ad Aegyptum.*] Corruent, inquit, ira superna & diuina in eos inuecta: nec ullo prorsus labore opus erit Israelis. Euadent enim uictores, non arcus iactu, non manuum ui, non bellica peritia, at potius manu diuina percutiente, & superbum populum conficiente: superabũt quem admodum profectò accidit Madianitis. Etenim Madianitæ, & propter multitudinem & generis præstantiam congregati, grauiter quidem Iudæorum omnem regionem prædationibus afflixerunt: & ingenti timore perculsos, ex urbibus & uicis migrare inuitos coegerunt, ut uix in montium uerticibus idq; timide confederint. At succurrit tum quoque Deus, & manu Gedeonis periclitantes conseruauit, parua admodum manu subsidiaria instructus: qui tamen noctu & in tenebris, hydrijs confractis, facibus ostensis, cornibus buccinantibus, aduersariorum phalanges turbarunt. Ex quo illud demum Madianitis accidit, ut fusis ordinibus, Deo colliJud.7 dente ac conterente, & noctu amicum & cognatum, ab inimico non internoscentes, inter se commixti ac commissi fuerint, & quæ hostium partes erant, egerint, suisque ipsorum manibus miserabiliter dispererint. Inducetur itaque, inquit, iuxta plagam Madiam in loco afflictionis. Locum autem afflictionis seu tempus nominat, quo hæc facta sunt. Quod autem furorem Barbari tantum non aberrare faceret Deus, & in alios illum auerteret, significat dicens: Et ira eius in uia quæ est per mare, in uiam quæ est ad Ægyptum. Rex enim Assyriorum Theglaphalasarus in Samaria capta, tributum habitatoribus imposuit, & uectigal ab his qui succedentibus temporibus regnarent in Israele exegit. Cùm huc demum res uenisset, ut subiugata Samaria, Oseas filius Elæ, non mississet regi Assyrio rum Manaa, sicut scriptũ est, & cum eũ ualdè offensum intellexisset, Ægyptiorũ manum in subsidium conduxit, siquidẽ uellet is qui tributa & uectigalia indixerat, belli leges experiri. Promittere illi & quidẽ lubentissime, qui rum Ægyptijs imperitabant. Assyrius autem his offensus, cum omni exercitu contra Ægyptios expeditionem adornare: gubernatoribus illis hoc criminis intentare, quòd Oseas resilierit, ac iugum excussetit, insolentiæ ansa arrepta, quòd supperias polliciti fuissent. Itaq; Barbari furorem, quem admodum iam dixi hinc significat, inquiẽs, Et ira eius in uia per mare, in uiam ad Ægyptum. Accolunt enim mare Hierosolymitani, uiam autem ad terram Ægyptiorum ducentem, & sanè citra laborem,



rem, mare uicinum etiam adhuc affirmant.

ET *erit die illa, tolletur timor eius tibi, & iugum eius humero tuo, & corrumpetur iugum ab humeris uestris.*] Dixi Assyrium postquam uicisset, tributa Israelitis imposuisse, & populum sanctissimo Deo peculiariter dicatũ, suo sceptro uoluisse subijcere, eamq; ob causam contra Ægyptios armatum fuisse. Ergo quid dicit? Nunquid deuictis Ægyptijs, iterum iugum imponet, his qui liberum collum semper habuerunt, & solum Dei regnum agnouerunt? Nequaquam inquit: Tolletur enim sub id temporis timor eius tibi, & iugum eius humero tuo. Nam postquam populus ille innumerabilis concidisset, & una nocte angelo consumente interijsset: annõ omnis formido exempta est: annon cunctis humeris iugum eius tantum non excussum est? Ad hæc, corruptum est, id est, omnino perijt, idq; solum quærit ille ut seruetur & domum recurrat, nec deinceps contra Iudæam, ut prius supercilijũ attollit. Etenim cogitauit, uti dixi, suo eam iugo supponere, at spe sua frustratus est, aliudq; accidit expectationi longè contrarium. Conseruatus est enim amantissimè: nec ille armis deuictus est, at diuino potius nutu & manu angeli, idq; admirabiliter. Vt enim appareat Deum rerum exitũ, quamuis nondum fiat, ob oculos habere: fugæ ipsius modum, & locos, & diuersoria, manifestissimè & clarè aperit, & quòd Iudæam uehementissimè metuerit miser etiam profugus, & se in pedes conijciens.

VENIET *enim, inquit, in ciuitatem Ange, & transibit per Magedo.*] Vrbium & uicorum ac locorum hæc sunt nomina.

ET *ad Machmas deponet uasa sua.*] Dicunt enim Hebræi, Assyrium ad Machmas, omnia sua impedimenta deposuisse, impetum Israelitarum reformidantem, siquidem eos ad persequendum procursuros putauit. Dein ait:

ET *transibit uallem, & ueniet Ange. In timore erit Rhamá, fugiet ciuitas Sauli. Fugiet filia Gallim. Audietur * Ensa, audietur Enathoth, obstupefacta est Madebena & incolæ Gabir.*] Habet huiusmodi quiddam Hebræorum traditio. Nam hæc decem solum ad ipsum ex Hierosolymis superstites reuersos esse dicunt, ut quod factum est renunciarent, tum cum paucis admodum in patriam est reductus: cunctasq; urbes, ac uicos, suã ipsius terram fugiendo, turbauit, ac timiditas effecit transitum intolerabilem. Si Deus succurrit & seruare uult, ibi quod officiat nihil est, sed debilis erit omnis manus bellantium, ac robur & peritia inimicorum, & ars militum in irritum recident.

CONSOLAMINI *hodie in uia ut maneat, manu cõsolamini montem filiam Sion, & colles in Hierusalem.*] Cum orationis structura ordinata fuerit, explanationẽ sententiæ inducere necessum est. O igitur, inquit, colles, id est, ô uos qui excellitis & eminetis, alijsq; antestatis in Hierusalem: Qua uoce significat, uel prophetas sanctos, uel etiam ipsum sacerdotum Chorum. Consolamini montem, id est, filiam Sion. Consolamini manu tantum non contingentes, & contrectantes caput, ut maneat in hac uia. Quæ est autem illa? Videlicet in hac fiducia in Deum. Promisit enim se erepturum & conseruaturum facilè, deiecturum Assyrium, & terrorem eius amoliturũ, corrupturum iugum, & ab omni eos tyrannide liberaturum. Sed, inquit, hæc erunt, quando in hac uia perrexerint: nimirum à fiducia in Deum. Quare consolamini hodie, id est, tempore rei gerendæ opportuno, & ut constanti ac firmo animo prædita sit, efficite. Non enim potest mentiri ueritas, nec loquetur mendacia Deus. Si enim iam annuerit, id semper perueniet ad exitum, cum nos fide colimus, & ingenua ac infucata mente, eum qui salutem promisit delectamus. Pari ratione nos etiã consolantur sancti, dicentes: Resistite diabolo, & fugiet à uobis. Et castrametabitur angelus Domini circum timentes eum, & eruet eos. Dixit etiam ipse uoce Dauidis de omni homine qui credit, & spem locat in eo: In me sperauit, & liberabo eum: clamauit ad me, & exaudiã eum. Cum ipso sum in afflictione, & eripiam & glorificabo eum. Nam qui ipsum glorificant, eos glorificabit omnium nostrũ seruator, & Dominus Iesus Christus, per quem & cum quo, Patri cum sancto Spiritu, gloria sit in omne æuum. Amen.

Psal.90

# CYRILLI, ARCHIEPI-
## SCOPI ALEXANDRIAE, COMMENTA-
### RIORVM IN PROPHETAM HESAIAM, LIBER SECVNDVS,
*Tomi quinq; Laurentio Hunfredo interprete.* *Author damnatus.*



*Anacephalæo-sis præceden-tium.*

ECCE Dominator Dominus Sabaoth, *conturbabit gloriosos cum fortitudine, & elati superbia cõterentur, et deijcientur, & cadent elati gladio, ac Libanus cum elatis concidet.*] In libro iam absoluto, sermo erat de Assyrijs, & de rege Persarum, cum Iudæa & Hierosolymis belligerante, ac iræ diuinę seueritatẽ ex improuiso sentiente. Nam Israel, non arcũ tendens, non scutum arripiens, nõ equitatu, nõ arte phalangibus eius resistens, nõ lege militari aduersariorũ manũ debellãs, sed potentia Dei & gratia, cõseruatus est mirabiliter. Exiuit enim, inquit, angelus Dñi, & occidit una nocte è castris Assyriorũ, centum octogintaquinq; millia. Quo propalàm facto, illi perijsse sperãtes, tripudiare, odasq; gratulatrices Deo conseruatori reddere, ac dicere: Vesperi cõmorabitur fletus, & mane lætitia. Et ad hæc, Vertisti luctũ meum in gaudiũ mihi, discidisti saccum meũ, & circumcinxisti me lætitia. At iste confidens & superbus, magnã & inanem crepans iactantiã: Orbem terræ, inquit, uniuersum capiã quasi nidum, & quasi relicta oua tollã, nec est qui effugiet me, uel qui resistat mihi: frustra apud se animo altum sapiẽs redarguebat. & uix elapsus, fugitiuus domũ, Iudæa relicta, se recipiebat. Itaq; dixit etiã uniuersitatis Deus: Ne metue populemi, qui habitas in Sion, Assyrios, Depingebatur etiã modus fugæ, cùm ille urbes & uicos in transitu tantũ non concuteret Et rursus, In timore erit Rhama ciuitas Saul. Hæc interpretantes, narrationẽ quidem magis historicã instituimus, sed nõ à ueritate alienã. Etenim prępositarum rerum qualitati & ui, interpretationẽ ex altera parte respondentẽ, accommodate omnino est necesse. Cùm uerò scripturæ diuinitùs aspiratæ familiare sit, rebus crasse & historicè gestis quandoq; ostendere mysteria, & occultorũ sensuũ imagines adumbrare: dicimus inuentorẽ peccati in nos exercuisse tyrannidem, & populo Seruatoris sanctificato, uidelicet per spiritum, & per fidem perpurgato, grauiter insultasse & acriter, atq; Ecclesiam Dei impugnasse, spirituũ eius imperiõ parentiũ sceleratissimã phalangem contra eam concitando: ac cogitasse forsan posse se absq; omni sudore & labore euertere, uenerandã sanè & sacrosanctã Dei ciuitatem, intelligentia perceptã Hierusalẽ. Cæterùm captus est, cùm ea quæ fieri nullo modo poterãt, spectaret. Non enim potis erat sanctã obsidere urbem nec dexteram fortissimã expugnare. Quis enim potest omnipotenti Deo reluctari? Perijt itaq; simul cum satellitibus suis, & è grege piorũ se clusus est, indomitæ feræ instar insiliẽs, sed de sua tyrannide cõtra nos deturbatus est. Quod nos Seruator docuit inquiẽs: Nunc iudiciũ est seculi huius, nunc princeps huius seculi ejcietur foras. Et ego si euectus fuero è terra, omnes traham ad meipsum. Euersio enim mortis, & diaboli subuersio, & peccati demolitio, Christi fuit passio, euecti in cruce, deprimentis & deijcientis in terrã diaboli gloriã. Opportunè igit̃ deinceps etiã nũc uniuersitatis Deus natiuitatis unigeniti in carne sermonẽ inducit, & uoce prophetica mysteriũ antè patefacit, ut rebus ad exitũ perueniẽtibus, indubitatã fidẽ faciat omnibus. Hinc ait: Ecce Dominator Dñs Sabaoth, cõturbabit gloriosos fortitudine. Ad nouitatem uitæ Euangelicæ, ac Christi mysterium, reuocat & reformat terræ incolas, euersis nimirum antiquis ritibus, moribus q; umbraticis & typicis, obtinere uim suam amplius non ualentibus. Sed aduentus sui in hunc mundũ hic scopus fuit, uenitq; prædicaturus, & ante alios Israelitis, quòd quæ usq; ad restaurationis tempus instituta erant, id est, lex in litera posita, ea de cætero tollit, animo fidelium, uti dixerã, ad meliorem & spiritalem uitæ institutionem transformato. Noua enim in Christo omnia. Etsi uerò decebat eum etiam ante alios Iudaicæ synagogæ primoribus, & his qui sacerdotij decoribus haud mediocriter insoleicebant persuasisse: hi tamen è contrario repugnarunt iuueniliter ac petulanter restiterunt impiè, & legem à Mose sapientissimo promulgatam semper in ore habentes, mysterium dispensationis Vnigeniti in carne, quod peruenit ad eos, irritum uoluerunt effi cere: sed penes eos non erat hoc præstare, at obluctantes omnium Seruatori & Deo pro sua libidine, mali malè perierunt, partim in se alter in alterũ assultantes, & more & lege belli insidiantes: partim in Romanorũ manus incidentes, qui ipsum adeò templum incenderunt. Ecce igitur Dominator Dominus Sabaoth, cõturbabit gloriosos fortitudine. Dominũ Sabaoth, id est, exercituum, conturbantem nominat, auditores tecimere percutiens, ne quis fortè existimet debilio rem fore ipsum, uel etiam minas adhibuisse ineficaces, & quæ omnino ad finem non essent perueniturræ. Quid enim inefficax seu imperfectum erit eorum quæ à Domino Sabaoth, hoc est, exercituum suscipiuntur? Conquassaturum se dicit elatos superbia. Celsi enim & elati uerè super bia erant, qui non modo prophetas sanctos trucidarunt, & rectissimè consulentibus impudenter dicunt: Alia nobis loquimini, & annunciate nobis alium errorem: sed etiam in ipsum Christum linguã exacuunt, & cornua in sublime tollunt,

*Spiritualis theoria.*

*Zach.11*

*Ioan.12*



lunt, & ut scriptũ est, cõtra Deum loquuntur insusticiam. Atqui, inquit, hi reddentur humiles, & cadent gladio. Interierunt etenim, ut dicebã, uel cùm Deus uehementissima ira inflicta, uelut acuto gladio eos consumeret, sacerdotij insignia auferret, officio gubernãdi populũ abdicaret. Vel etiã alio modo illos caluros gladio ait: nimirũ hostium, quemadmodũ modo dixi. Sed, inquit, etiã Libanus cum elatis corruet. Libanũ in his sicuti est probabile, appellat templũ, quod subuersum est & incensum, cecidit̃q; simul cum his qui alto sunt supercilio. Fastuosa enim fuerunt uere sacerdotũ examina, & ipse cum illis Israel, qui uniuersorum Seruatorẽ & Redemptorem dedecore conspurcauit. Inueniemus etiã ipsam Hierusalem appellari Libanũ. Etenim propheta Zacharias alicubi dixit ei: Aperi Libane portas tuas, & deuoret ignis Cedros tuos. Plora pinus, quippe cecidit Cedrus. Plorate quercus Basan, quippe succisus est saltus cõsitus. Post quam enim monti Libani Hierusalẽ cõparãs ita nominasset eam, necessariò in sermonis tropò diserte immorans, Cedrorũ syluaq; consitæ appellatione, populos inea & principes uocat cõmodè, quas lugere iubet, propterea quòd in sultent illis tanquã syluis, hi qui diiperdiderunt. Si quis aũt uelit rectam & reconditam sententiã attingere, & sensum uimq; horum uerborum satanæ subditisq; ipsi potestatibus nefarijs accõmodare, hic à scopo ac decoro nequaquã recesserit. Contrita est enim, & pergit, ad omnem malitiã protecta & profligata dæmonum cohors, & ipse cum illis Draco apostata, qui elatus & superciliosus fuit, & ueluti Libano monti assimilis. Nam ante Seruatoris aduentum, illustris erat omnibus, & insolens, ubiq; locorum adoratus, & gloriã Deitatis ad se rapuit.

ET egredietur uirga ex radice Iesse, & flos è radice ascendet, & acquiescet in eo spiritus Dei, spiritus sapientiæ & cognitionis, spiritus cõsilij & fortitudinis, spiritus intelligentiæ & pietatis complebit ipsum, spiritus timoris Dei.] Præscius rerum futurarum propheta, face è supernis accensa, aptam prædictionem facit. Posterioribus enim temporibus dictũ est ad beatũ Dauidẽ à Deo opt. max. Ex fructu lumbi tui collocabo in sede tua. Cũ uerò omnia sciret, futurorũ perspicientiam sanctis prophetis inseruit: & hoc ab illis quoq; antè pro clamatũ est, ut undecunq; testatũ fieret mysteriũ, & cùm factum esset credereturr. Itaq; uirgam è radice Iessæ egressuram ait, floremq; ascensurum. Non aũt gloriosis in fortitudine conturbatis, elatis deiectis, Libanoq; cum illis collapso, tum uirgam dicit ex stirpe Iessę germinaturã: sed in superioribus totius negocij summa in genere demonstrabatur. Quæ namq; euentura essent Israelitis, impiè in Dominũ nostrum Iesum Christũ debachatis, breui sermone didicimus: nunc aũt narratio ad summũ ueluti rei principium regreditur, ad humanitatẽ inquam unigenæ, & ad natiuitatem secundum carnẽ, ex muliere dispensationis administrandæ causa futurã. Proinde uirgam nominauit Christũ ex radice Iessæ iuxta carnem, & præterea etiã florem: & per uirgam, eum regiam dignitatem habere, obliquè subindicari uidetur. Nam tessera & signũ regni Virga. Hinc diuinus Dauid ipsi Filio dicit: Thronus tuus Deus in seculum seculi, Virga rectitudinis uirga regni tui. Quin & aliter uirga dici potest, quoniã habet omnia, & ut benè illis sit continet ac conseruat, & quod infirmũ est, facit cõsistere: uel etiã q; humana natura sit prædita, quæ tantũ nõ cõquassata est, & ærumnis, & afflictionibus obruta, & quodammodo inebriata. Cantat igit̃ beatus Dauid, cõmuni omniũ persona sibi imposita: Virga tua, baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Confirmat enim iustos Deus, quemadmodũ scriptum est: & uocatus est uoce prophetarũ, Baculus gloriosus, uirga magnificentiæ. Virga etiã aliter, quia bonus pastor est, animã suã ponens pro ouibus. Dictũ est igitur ei à quopiã sanctorũ prophetarum: Pasce populũ tuũ in uirga, tribum tuã, oues hæreditatis tuæ. Sin aũt cui uidet, quia iudex est, & reddit singulis pro ratione operũ suorũ, idcirco eũ & meritissimò nominari uirgã, ritè intelliget. Nã dictũ est ei, Israele in illũ debacchante, & impotenter ad inobedientiã prolapsũ: Pasces eos uirga ferrea, & ut uasa figuli cõminues eos. Sic nobis illũ sapientissimi Moysis lex designat. Assumit enim in typũ Christi etiã uirga Aaronis quæ floruit, & in sancta sanctorũ introducta est. Efflo ruerũt enim iuglandes, quid aũt causæ sit, & quę umbrarum sententia, dicendum est. Quidã enim physiologias, rationesq; naturales attingunt, & affirmant uirgã ex iuglandibus, si capiti alicuius adponatur, uigilantiam naturaliter efficere. Itaq; cùm Christus, sicuti dicit beatus Paulus, gratia & beneficio Dei pro omnibus mortẽ gustaturus esset, & pauliſper ueluti nictãs tanquã ex somno excitatus esset, iterũ & morte conculcata diuinitùs reuixisset, hinc uirgæ iuglandium cõparatur. Hac diuina & intelligibili uirga Moyses operatus est miracula, dum Israel seruitute Ægyptiaca eximit, ideoq; eam uirgam Dei nominauit. Erat quippe ei uirga uirtutis, sicut scriptũ est. Cùm igitur propheta ænigmaticè, & rectius mysterium Christi subinnuẽs, è stirpe Iesse uirgã nobis exoriri dicit, tunc quidẽ, tunc animi oculis illũ unigenitum Dei sermonẽ, illum per quẽ omnia, & in quo sunt omnia, & incarnatũ, & hominẽ factũ, & ad uoluntariã inanitionem, se demittentẽ, & propter nos natiuitate dispensationis fuæ causa subeuntẽ, iuxta carnẽ inquam, & ex muliere contemplans, dicit cum propheta: Audiui uocẽ tuã, & pertimui, cognoui opera tua, & extra me raptus sum. Virga itaq; propter causas quas modò cõmemorauimus, uocatus est. Flos uerò rursum, quoniam hominis natura in illo ad incorruptionem, & ad uitam, & ad nouitatẽ conuersationis Euangelicæ floruit. Aliter etiã flos, propter suauem fragrantiã sub intelligentiã cadentẽ appellatur. Ego enim, inquit, flos campi, liliũ conuallium. Erat sanè, & nobis ueluti odor quidã cognitionis Dei, & Patris. Nimirũ diuinus Paulus in epistola dicit

*Cantic.2*

Universidad de Deusto Biblioteca

dicit: Deo autē gratia, qui semper triumphat per nos in Christo, & odorem cognitionis suæ patefecit per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo in his qui seruantur, & in his qui pereūt: his quidem odor mortis, ad mortem, illis uerò odor uitæ, ad uitam. Idcirco in hac uirga, seu in hoc germine ex stirpe Iessæ, suis temporibus, acquieturū ait spiritum Dei, multis uirtutibus & uiribus pollentem. Spiritū enim ipsum nominat consilij, & intelligentiæ, & cognitionis, & sapientiæ, & fortitudinis, & religionis, & timoris Dei. Dicimus autem prophetam in hoc præconio suo artificium sic temperasse, ut non hominem merum nobis inducat Iesum, dein spiritu afflatum, & quasi nostri ordinis, ac conditionis esset, charismatū diuinorum participem factum: sed potius Dei sermonē humanā naturam assumpsisse declarat, cumulatū bonis omnibus (quatenus ad ipsius naturam pertinet) ac etiam unā cum humanitate quæ ad eam spectant, uelut sua ac propria sibi uindicantem. Proprium nanq; humanitatis est, domi ex se, & ex propria quasi natura nihil supernorum donorum habere (dictum enim est ei: Quid habes quod non accepisti?) at exterius magis, & aliunde adscitijs nimirum à Deo, locupletari, quę propriam naturā superāt. Oportebat igitur unigenitū Dei sermonem qui se exinaniuit, & demisit, illius exinanitionis humilitatem non recusare, sed propter humanitatē susc ipere, non sua causa, sed nostra potius, qui omniū bonorum laboramus indigētia. Itaq; licet interdum dicatur spiritū accipere, cùm sit tamē ipse choragus, & subministrator sancti Spiritus, & nō ex mēsura det, sed ex propria plenitudine illud dignis impartiat, hoc pro mensura, & modulo exinanitionis, intelligaē accipere: sic enim rectà ad uerū peruenie mus. Verū illud mihi specta. Acquieſcit enim in ipso, inquit, spiritus Dei. A principio quidem dabatur nostri generis primitijs, id est, Adamo, uerū in obseruatione mandati, quod traditū erat, piger, & remissus, iussa posthabuit, ac demersus est in peccatū: nec
Psal.13 inuenit in hominibus requietē spiritus. Omnes etenim declinauerunt, simul inutiles facti sunt, nō erat qui bonū exerceret, ne unus quidē. Pōst factus est homo unigena Dei sermo, licet Deus esse non desineret: cumq; ex nobis esset, irretitus tamē peccatis nō est, Spiritusq; sanctus in hominis natura insedit, uelut in ipso primo & quasi in primitijs generis posterioribus, ut & in uobis deinceps cōquiesceret, ac maneret, at in credentium mentibus cū uoluptate habitaret. Sic enim & diuinus Ioannes uidisse ait se, descendentē de cœlo spiritū in Christum. Vt enim consortes eramus, & hæredes malorum quæ protoplasto primumq; condito homini acciderūt: sic etiam eorum quæ per dispensationē extiterunt, secundis nostri generis primitijs, id est, Christo erimus participes. Quòd autē nō particularē aliquam ei gratiam addiderit, quemadmodū in sanctis cōquiescere dictus est spiritus, sed plenitudo deitatis, in sacrosancta carne uelut in suo templo commorata fuerit, & non in experte animi, sed potius animato animo, ac intelligenti, planū faciet propheta, dicens: Complebit eum spiritus timoris Domini. Vni autē spiritui multiplicem tribuit efficacitatem: nec enim alius est spiritus sapientiæ, alius intelligentiæ, uel consilij, & fortitudinis, ac reliquorū: at quemadmodū unus est ex Deo patre sermo, energia autē, & efficientia nominatur multifariā, (uita namq; est, & lux, & uirtus:) sic etiam de sancto Spiritu habebis. Vnus nimirū cùm sit, intelligitur multipliciter, utpote, sic operatur, & efficit. Quippe Paulus sapientissimus ubi diuersorum charismatū species nobis enume- 1.Cor.12
rasset: Hæc omnia, inquit, operatur unus & idem spiritus, diuidit unicuiq; propria prout uult.

NON *ex opinione iudicabit, neq; ex sermone redarguet, sed iudicabit humili iudiciū, & arguet humiles terræ, & percutiet terram uerbo oris sui, & spiritu labiorū necabit impium. Et erunt iustitia cinctī lumbi sui, & ueritate inuoluta latera.* ] Emmanuelem suo tēpore nascendū cùm optimè supra dixisset: adducit porrò peropportunè ex quibus rebus posset inclarescere, à uirtute scilicet quæ ipsi ineſt diuina, operūq; splendore. Oportebat enim, oportebat inquam eos, qui prædictiones prophetica s habent, diligentes antè persuadere his qui fidē in eum amplexuri erant, quis & qualis sit, & in quibus præclare factis sit uenturus. Quemadmodū enim si quis nostrūm aliquē hominibus, qui eum nō norūt monstraturus, ex his quę nouit uerbis depingit, & de eo prædicat, nō esse capillitio denso, sed mediocriter tenui, & raro, & gratioso esse oculo, & subridenti obtutu, & mirè gracili, ac subtili, cæterasq; corporis partes persequit: pari, credo, ratione etiā beatus Apheta, quoniā ei de uerbo humanitatē propter nos assumēte sermo est, ideò signa diuinq; præstantię & excellentiæ enumerat, deq; eo dicit: Non ex opinione iudicabit, neq; ex sermone arguet. Digna res Deo, summeq; naturę consentanea. Etenim nō ex opinione homines intueri, sed rectū, & immotum in re quaq; & omnino irreprehensibile exercere iudicium, nónne omniū rerum regina naturam decet? Non enim nouit personā respicere, nec diuitijs uel elegantia cultus, uel autoritate decoratū quemq; honore aut æstimatione dignatur alios spoliare uolentē, sed operarium iniquitatis cōdemnat prorsus & deuouet. Dein illud, Non arguet ex sermone, quemadmodum debeat intelligi, disserere necesse est. Plerique enim nostrū honore dignos cēsent qui laudare uolunt, quantūuis bonis moribus prædīti non sint: & illis mercedē uelut adulationis tribuūt, ut interdū etiā colant eos, & obseruēt, ac reprehensiones supprimūt. Verū Dñm, ac Deū nostrū Iesum Christū hoc factitare nemo uiderit. Qui ēm blandè uolūt loqui, neq; uerè boni sunt, hos acerbissimis reprehensionib. cōuertit sæpe, ut uitā uelint instituere moderatius. Accesserunt ēm aliquādo quidā Herodiani, ut uocant, erāt autē quasi publicani, & uectigaliū exactores, ac dolo in illū egre



Matth.22 gię instructo dicunt: Præceptor, scimus te uiam Dei uerè docere, neq; quenquam curare, quippe qui non spectes personam hominū, liceatne pendere tributum Cæsari nécne? Quibus ille: Quid me tentatis hypocritæ? ostendite mihi numisma census. Obserua igitur quo pacto redarguat palpantes, & blandientes repellat. Coarguit autem, idq; non ex sermone ipsorum. nam hi captabant quod criminarentur, ironicè loquentes, uerùm ingenuum & facetissimum orationis lepōrem adhibentes, hic autem eos tentatores, & hypocritas de improuiso nominauit. Itaque non iudicabit ex opinione, id est, non acceptator erit personarū iudex: neq; redarguet ex sermone, non enim, inquit, adhærebit his qui impiè affecti sunt, quicq; lepōrem orationis tanquā fraudulentiæ, ac uersutiæ personā sibi ipsis attribuūt.
Matth.7 Quod disertè dicit: Nō omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit uoluntatē patris mei qui est in cœlis. Et rursus: Multi dicent mihi illo die, iudicij nimirū, Domine Domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & uirtutes multas præstitimus? sed tunc, inquit, dicam illis: Amen dico uobis: nunquam noui uos. Quid porrò agit iudex hic à personarum acceptatione alienus? Iudicabit humili iudiciū, & arguet humiles terræ, id est, non despiciet quenquā humilem, at rectum, & inculpatū de eo iudiciū proferet. Similiter etiā arguet humiles terræ. Quemadmodum igitur personā diuitis rapere ac spoliare uolentis, non uerecunda bitur, sed iustum de humili exercebit iudiciū: ita, inquit, si quis eorum qui in tenui fortuna, & angustijs rerum ad uitam necessariarū constitutus est extra leges diuinas euagetur, & iniusticiæ crimine conuictus, ac constrictus teneatur, etiam is coarguetur. Scriptum enim est: Pauperem nō misereberis in iudicio. Quemadmodum etenim diuitijs, & dignitate, & principatu auctum, ornatumq; claritas, & amplitudo criminibus non absoluet, si reus peractus sit fœdorum scelerum: sic abiectæ fortunæ, & humilis hominem paruitas hæc, ut malus nō sit, nō tuebitur: nec à supplicio prohibebit defendētue eum qui mēdicitate grauatur, & opprimitur, & qui sordidā, ac ter miserā uitam transmittit. Adiungit præterea his & cætera diuinæ cuiusdā excellentiæ genera, quæ dicit in omniū Seruatore Christo esse, qui non nudus & simplex homo nostræ conditionis fuerit, sed, uti dixi, uerbum Dei unigenitū incarnatū, & humanæ naturę particeps. Quid ergo efficiet? Percutiet, inquit, terram uerbo oris sui. Et quam terram? maximè quā execratus est. Est quidem hoc uerum, imò uerissimum dicitur: maledixit enim
Gene.3 uniuersæ terræ, seu hominis naturæ in Adamo, inquiens: Terra es, & in terrā ibis. Maledixit nihilominus impio mundo, quē aqua suffocauit.
Malach.4 Maledixit etiā ad hęc Iudææ: cùm incolę eius temulentē in illū deblaterarent. Dixit enim: Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & ad te missos lapidas, quoties uolui cōgregare filios tuos, quēadmodū gallina cōgregat pullos suos sub alas, & noluistis? Ecce relinquitur uobis domus uestra deserta. In illo enim, Relinquitur domus uestra, derelictiōis in ea factæ calamitas explicatur. Derelicta uerò ab eo, bello, igne, & aduersariorum manibus consumpta est. Est item illud aliud signum, & complementū summæ potestatis. Spiritu labiorum auferet impium. Increpauit enim immundos spiritus, & quantū humanā naturam attingit, uox personuit ex ore & labijs, uicq; spiritus inexplicabili dæmoniorum multitudo fracta est. Erunt etiā, ait, & iustitia cinctī lumbi sui, & ueritate inuoluta latera. Perinde enim est, ac si quis dicat, potestatē, & autoritatem in rebus mundanis habet omnino nullam, at gloriā uerius diuinā, & quasi succinctus est iusticia & ueritate. Zona etenim, seu cingulum, signum est principatus: & quum dicat ei inuoluta latera, unam, & eandem rem declarat. Quia tanquā baltheū quempiā circumponet sibi iusticiā, & prętexta ueritatē. Verisimile est autē, eum iusticiam & ueritatem appellare nouam, & Euangelicā prædicationem, quemadmodum dictum est ei Psallentis uoce: Iusticia tua, iusticia in omnē æternitatem, & lex tua ueritas. Iusticiæ enim magistra erat & lex, sed nō mansit æternū, meliore, & perfectiore introducta, scilicet quæ per Christū lata est. Rursus lex nō erat ueritas, sed typus potius & umbra. Christus autē, & eius leges, purè & simpliciter erāt ueritas. Siquidē dixit: Ego sum ueritas.

ET *compascet lupus cum agno, & pardus accubabit hœdo, & uitulus, & taurus, & leo, simul pascentur, & puer paruulus aget eos, & bos, & ursus compascentur, & simul catuli eorum erunt, & leo, & bos, simul uescentur paleis, & puer paruulus in foramē aspidum, & in cubile fœtuum aspidum manum immittet, nec lædent, neq; perdent quenquam in monte sancto meo, quia impleta est uniuersa terra cognitione Domini, sicut aqua multa operiet mare.* ] Ad ea quæ iam prius commemorata sunt, addere poteris & illud magnum, & eximiū signum, & mirificū Seruatoris nostri aduentus effectū: idq; ualdè meritò. Priusquā enim homo fieret similis nobis unigena Dei sermo, priusquā se Abrahami semini insereret, & per omnia tribus similis esset, quemadmodum scriptum est, uniuersum genus in terra, humanū dico in duas gentes diuisum est, tum in Iudæorum, tum eorū qui creaturam supra Creatorem, & conditorem coluerunt. Notus autem erat in Iudæa Deus, cōpiosumq; & ingens idolorum agmen ab alijs adorabatur, Deiq; maiestati, pro cuiusq; arbitratu honor tribuebatur. Omnes enim declinarunt Psal.13
simul, & nequam facti sunt, nec erat qui rectè faciat non est, ne unus quidem. Sed Iudæi legis pædagogia uelut manuefacti, & iusticię consortione cicurati, uitam coluerunt hominibus dignam: illi uerò alij, id est, qui inanimis simulachris seruierunt, rectricem legem non habentes, mente sæua prædīti extiterunt, & agrestes, & rapaces, auaritiæ addicti, impetuosi, & proni ad uoluptates, easq; turpissimas, & ad omnia fœdissima præcipites, quorum alius lupo assimilis erat,

Universidad de Deusto
Biblioteca



erat, alius pardis vicinus & conformis, propterea quòd mentē plurimis & uarijs perturbationibus, & affectibus notatam quasi & commaculatam haberet: alius uerò animo impotens, & effrenis rapacitate facilè persequens, in uita leonibus assimilis extitit. Verùm hi adeò efferatis, & moribus, & motibus innutriti, Christo eos ad mansuetissimam, ac sanctam uitam transforman te, crudelitate sua relicta & reiecta, uitam hominibus conuenientē, nimirum quæ cum mansuetudine coniuncta esset excoluerunt. Crediderūt
Matth.11 enim Christo dicenti: Tollite iugum meum super uos, & discite quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus uestris. Itaque unà cum fide lucrifecerunt & ueteris immanitatis abolitionem, & ut boni essent, & mites, & ut unà cum sanctis uersarentur. Nuncupati sunt enim cōciues sanctorum, & domestici Dei. Hoc nobis arbitror propheticum sermonem hisce uerbis uariè subnotare. Compascet enim, inquit lupus cum agno, & pardus accubabit hœdo: id est, contigua erunt, & coniuncta per Christum sæua cum mansuetis, & quæ nullo modo sacra erāt, cum sacris, & sanctis. Nam Israel quatenus lege instructus est, & probitatem morum cognitam, perspectamq; haberet: placidus erat, & mitis simul & sanctus, & quasi oui & capræ cōsimilis: ambo siquidē sacra sunt, & munda animalia, & præterea ab ipsa natura ad mansuetudinem efficta. Lupus autem, pardus, & leo, immania sunt naturaliter, nec inter se congregabilia: at in Christo hoc quoq; perfectum est. Consociati sunt enim inter se mutuò Iudæi, & Græci, communem ueluti capientes cibum, Euangelicam & Apostolicam scilicet prædicationem, & uni pastori omnium principi subditi qui pascere nouit, sicut dicit propheta, in pascuis bonis, & in loco præpingui. Sed & uitulus, inquit, & taurus, & leo simul pascentur. Videtur autem uitulum appellare nouitiū, & recentem credentium populum, in Christo scilicet puerascentē: taurum autem fortassis Israelem, uelut ueteranū. Cùm enim tener sit uitulus, taurus prior est & maturior tempore. Vel per uitulū designat eum qui cognitione, & uirtute eminet. Quale est quod dicitur: Pusillos cum magnis, & seniores
D cum iuuenibus benedicere, iuxta uocem Psallentis. Nouit uerò & sapientissimus Ioannes, mentis & animi ætatem talem. Scribit igitur & patribus, & paruulis, & præterea adolescentibus comparans, ut arbitror, mensuram cuiusq; mentis, & notitiæ & diuinæ cognitionis corporum ætatibus Pascentur itaq;, inquit, simul, & uno in loco, uitulus, & taurus, & leo. Tum commodè uitulo & tauro leonem adiungit, ut rursus ænigmaticè & obscurè subintelligas fide iustificatos, & sceptro Christi omniū nostrūm Seruatoris subiectos, non ex solis esse mundis, & sanctis, nempe ex placidis, & mitibus, id est, ex lege mansuefactis, sed etiam ex agrestibus, uidelicet ex gentibus, conglutinante, & ad concordiam animorum componente eos nostrum omnium Seruatore Christo, & bonum inde etiam in filios filiorum, id est, ex ipsis natos trāsmittente. Nam huc etiam propagatur à nobis pax Christi, & consensionis animorum, & fidei bonum. Istuc enim, puto, ostendit cùm adijcit: Simul catuli eorum e
A rum componente eos nostrum omnium Seruatore Christo, & bonum inde etiam in filios filiorum, id est, ex ipsis natos trāsmittente. Nam huc etiam propagatur à nobis pax Christi, & consensionis animorum, & fidei bonum. Istuc enim, puto, ostendit cùm adijcit: Simul catuli eorum e
B runt, & leo, & bos simul uescentur paleis, inquit. Obserua quod dicit nō mite in alimentum feris usitatum, sed in mitis nutritionem ferum demigrare. Carniuora quippe planè sunt ursus & leo: bos autem & uitulus, & hœdus non ita, sed herbas carpunt eiusmodi animantia. Atqui à cōsuetis ac solitis, inquit, sylueſtria recedent, & potius ad cibaria mansuetorū transibunt, & illa uescentur palea. Typus aūt doctrinæ posset esse hæc pastio. Est igitur intelligendum, ante fidem in Christum, gentes improbos habuisse præceptores, pecuinam illis tradentes doctrinā, & porrò suadentes, corruptissima, & perditissima consectari. At ubi ad agnitionem Dei, qui uerè Deus est, uocati sunt, tum simul à pristino errore & doctrinis in quibus enutriti & educati sunt desciuerūt, floridum & delicijs affluentem pastum Euangelicarum institutionū simul cum Israelitis sectantes. Cæterùm, inquit, etiam puer paruulus ducet
C eos, id est, hypodidascalis utentur & pædagogijs: non mala mente uitijsq; dedita prædictis, sed potius simplicibus, & in malitia infantibus, animoq; sapientibus, quales omnino sunt Christiani diuinū habentes thesaurum in testaceis uasculis, & corde peruersitate ac improbitate libero præditi, ac nuper natis puerulis nulla in re inferiores. Tales enim ipse Seruator dignos esse ait regno cœlorū: Sinite, enim inquit, pueros, & ne prohibite illos uenire ad mē, talium est enim regnum cœlorum. Quod autem, licet innocentissimi forent & simplicissima mente, inexpugnabiles & indeprehensibiles, omnibusq; terroribus superiores futuri sunt, subindicat, dicēs: Et puer paruulus in foramina aspidum, & in cubile fœtuum aspidum manū immittet, nec lædent, necp; poterunt quenquam perdere in monte sancto meo. Foramina autē & cubilia aspidum, credo, dicit malas dæmoniorum turmas, uel impiorum
D hæreticorū lustra ac latibula. Ecclesias enim dicere non lubet, in quas sæpenumero manus immittentes, qui in Christo infantes sunt, facilè superant, nullo prorsus incommodo affecti. Christus siquidem eos uindicat, & sinistræ eorum peruersitatis morsus reprimit, uirusq; inefficax efficit. Nec enim poterunt, inquit, perdere quenquam in monte sancto meo. Sanctum montem dicit Ecclesiā, propterea quòd in alto gloriæ fastigio collocata sit, & propter dogmatum in ea sublimitatem. Humile enim nihil est in nobis, non etenim creaturæ supra Creatorem uenerationem deferre solemus, nec omnium Opificem Deum uerbum de gloria debita deturbamus, nec eum creaturis annumeramus. Repletam deinde ait uniuersam terram cognitione Domini, tanta religione erga eum plenam, quantis scilicet



licet aquis, spacioſum & laxum mare operitur. Quod uerum esse à quouis perspici potest & intelligi. Vbi enim, & apud quos, Christus non nominatur? Et quod genus hominum illi nō paret? Flectet etenim se illi omne genu, et omnis lingua illi confitebitur, quemadmodū scriptū est, Quòd Dominus Iesus Christus in gloria Dei patris.

ET *erit die illa radix Ieſſæ, & qui cōſurgit ut ſit princeps Gentium: in ipſo Gentes ſperabunt, eritq; requies eius honor.*] Elucet paulatim eorū quæ obscurè dicta sunt intelligentia, & quæ per ænigmata dixit, hic attentis auditoribus optimè explanat. Nam & quo modo compascet lupus cum agno, & pardus hœdo accubabit, & uitulus, & bos, & leo simul uescentur paleis, quando etiam hęc omnino fient, & quinā olim crudeles, deinceps euadēt cicures & mites, & quo pacto placidis & sanctis permiscebuntur sub uno summo omnium pastore pascentes, candidè & apertè declarat, cùm ait: Et erit radix Iessæ. At quid erit & in quibus? Vt princeps sit, inquit, Gentium, & ut spes sit spem non habentibus, ipsis uidelicet Gentibus, quibus sapientissimus Paulus in Epistolis dicit: Mementote uos,
Eph.2 gentes, (qui uocamini præputium ab ea quæ circuncisio in carne dicitur manufacta,) fuisse tempore illo sine Christo, abalienatos à Republica Israelitica, & alienos à testamentis promissionis, spem non habentes, & Deo carentes in mundo. Nunc autem qui quondā eratis procul, facti estis propè in sanguine Christi. Verùm etsi erant spei expertes, & Deum nō habentes in mundo (procubuerunt enim operibus suarum manuum) tamen uocati sunt per fidem ad agnitionem Christi, & ei subiecti sunt, & Deum habuerunt naturā, & uerè, & huius spei erant consortes. Erit autem, inquit, requies eius, honor. Duplicitèr intelliges quod dicitur. Si quis enim mallet requiētē hic Christi mortem in carne significare, quam propter nos sustinuit uolens, non tanquam mortem sustinens, (uita enim erat natura) sed uelut uanam & euanidam carnem efficiēs ad tempus: hoc illi aliud nihil erat quàm honor. Glorificatus est etenim uniuersitatis Dominus Iesus Christus, cùm lanienam pro mundo subiret, & pro omnium uita uoluntariam mortem perpeteretur. Affatus nimirum est patrem cœlestem, ad precioſiſſimam crucem profecturus: Pater glorifica tuū filium, ut & filius tuus glorificet te. & rursus: Glorificatus est filius hominis, & Deus glorificatus est in eo. Quatenus enim ad crucifigentium dementiam, & impios & crudeles conatus attinebat, labē illi et ignominiā asperſit Passio, putabāt enim forte inuitū eū esse passum. At ubi reuixit, spoliato inferno, & morte se superiorem hac re ostendens, honori ei & gloriæ huius rei cuētum fuisse comperiemus. Erit itaq;, inquit, hoc modo requies ei, Honor. Si uero quis aliter his cōmentationibus adijcere uelit, sic dictorū sensum accipiat. Non enim in solam spē erit Gentibus Seruator, sed manifestabitur etiam stato temporum curriculo, scilicet resurget non ut imperet solū illis, sed etiam requietem quę gloriæ ipsis & honori sit, donabit. Hospitium enim gratum illi est sanctorum mēs, & cōmorabitur cum dignis, & conquiescet cum animabus sacris ipsum colentium. Quod qui consequuti sunt, his honori est et gloriæ. Quid enim cum hac nobilitate & gloria conferendum est, Deum habere diuersantē, & in corde habitantē? Erit itaq; modo uelimus etiam hac ratiōe in nobis requies eius honor. Si enim quis, inquit, audiet sermonē meum, diliget eum pater meus, & ad eum ueniemus, & in eo manebimus.

ET *die illa, perget Dominus oſtendere manum ſuā, ut ad æmulandum excitet derelictas reliquias populi, quæ derelinquentur ab Aſſyrijs, & ab Aegypto, & Babylonia, & Aethiopia, & Elamitis, & ab ortu ſolis, & ab Arabia.*] Diē itaq; nominat prophetа hic tempus quo Christi præsentia exstabat, & dispensationis carnalis unigenæ mysteriū patefiebat: tunc, inquit, tunc ostendit Dominus suā manum, id est, potentiæ magna erit declaratio, idq; nō frustrā, sed ut ad æmulandū excitet derelictas reliquias populi, quę, inquit, nō derelinquētur ab Assyrijs, & ab alijs gentibus. Cæterùm sensum eorū quæ dicta sunt explicare oportere me arbitror, et efficere illustriorem. Superiore iā memoria haud mediocriter diuexata est gens Iudaica, partim eā Assyrijs, & Elamitis, partim ijs qui ab Aegypto, & Babylonia, & ab ortu solis, & ex Arabia profecti sunt, depopulātibus. Inclarescētē demū Christo, omnipotentissima manus, omniumq; effectrix dextera Dei & patris se miraculis illustrabat, et Israelitas in summā spem erigere adnitebaī. Quoniā aūt esset uerè Deus, et Dei uerè filius, (quid enim gestum est apud eos nō uaide stupendū?) omnia erant diuina, & cōmunem opinionē excedentia, & summæ potentiæ clarā, & illustrissimā habentia demonstrationem. Hoc autē tempore, inquit, perget Dominus exercere manū suā, ut ad æmulationē Israelē prouocet: uidelicet nō ut ad solas gentes accederet Christus, sed ut hi quoq; in illo spē habeant, illi subsint, illū principē colant & ducē, principē & doctorē qui hac de causa homo factus est. Dixit aūt uoce Da
Psal. 2 uidis: Ego cōstitutus sum rex eorū, annuncians præceptū Domini. Venit enim Christus, dicens
Matth. 10 se nō missum nisi ad oues perditas domus Israelis. Et sanè apud eos primum prædicauit, præcepitq; sanctis Apostolis: In uiā Gentium ne abieritis, & in ciuitatē Samaritanorum ne intretis, ite potius ad oues perditas domus Israel. Cùm autē ex singulari amētia, eum qui ad hoc uenit, sua inobedientia, miseri homines affecerint insigni cōtumelia, transmigrauit deinceps ad gentes, & facti sunt ultimi primi, & primi ultimi. Hinc & propheta quippe uir spiritu afflatus, & futurorū scientia, face prælucēte è supernis ditatus, primùm mentionē facit Gentium, deín post illas, Israelis, utpote qui proiectus est à tergo eorū, qui per fidē sanctificati sunt, & in dorso positus est, & inter reliquias, quemadmodum scriptum est.

ET *tollet ſignū in Gentes, & congregabit perditos Iſraelis, et diſperſos Iudæ coget à quatuor alis terræ, et auferetur zelus Ephra*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*im, & inimici Iuda peribunt, & Ephraim non æmulabitur Iudã, & Iudas non afflíget Ephraim.*] Prophęta sermonẽ hũc hísce uerbis mirabiliter pertexit. Sumit enim qđ hístoricè factum est, ad imaginẽ describendã rei sub intelligentiã cadentis. Idq; dicendum esse arbitror, quatenus licet, dilucide. Capessebat regnũ Solomonis natus eius Rhoboamus, sub quo dissecta est in dissidium gens Iudaica, & decẽ tribus cum dimidia tribu Ephraim, commigrarunt Samariã: Hierosolymis uerò remãsit tribus Iuda, & dimidia tribus Manassis. Regnarũtq; uicissim statis temporibus, & horũ & illorũ aliquot: Hierosolymis, ex tribu Iuda, in Samaria qui ex tribu erant Ephraim. Et magna interea loci inter partes efferbuit æmulatio, bella crebra, & aliorũ in alios tumultus & incursatiões, sicuti in libro Regnorum diserte exponitur. Vbi aũt Chaldæi, & Babyloniæ Persicæ reges, uniuersam propè, ut ita dixerim, Iudæam deuastassent: in suã ipsorum terrã, tum Israelẽ, tum Iudã captiuos abduxerũt, id est, tam eos qui in Samaria, quàm qui Hierosolymis degebant. Dein liberati ex captiuitate, denuò reuersi sunt in suã regionem, & habitarũt nõ sparsim & diuisim, sed Hierosolymis omnes, cessaruntq; separatim reges sibi ac principes ungere, & alter alterum afflictare iã ac inuidere, sicut prius. Subditi enim erãt tum uni Zorobabeli filio Salathielis, qui erat è tribu Iuda, tum & Iesu filio Iosedek, qui sacerdotio claruit. Et hæc quidẽ est in his historica oratio. Prophętę autẽ consiliũ & scopus est, ut ex rebus euidentioribus, & ex illis quæ olim euenerunt, Seruatoris nostri aduentu, præclaras res gestas ostẽderet. Erecto etenim signo, id est, preciosa cruce per uniuersum orbẽ terrarum gentibus ac populis inclarescẽte, facta est eorum qui captiuitate uidelicet intelligibili detinebantur, remissio, concursus ad concordiã, studium ad animorum fideiq; consensionem, inter eos, qui olim diuisi erant, & multorum ac impiorum tyrannorum iugo oppressi. Seruierãt enim impuris spiritibus, eorumq; iugo depulso, ad Sion intelligẽtia perceptam seu Hierusalem, id est, Ecclesiam, summa cum alacritate confluebant, unicq; regi subdebantur, qui erat ex tribu Iuda, id est, Christo, cuius typum præ se gessit Zorobabel, reducens ex captiuitate Israelem, uersante cum illo etiam Iesu sacerdote magno, ut eo intelligatur Christus, rex pariter & sacerdos sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus, sicuti inquit diuinus Paulus. Quòd autem Christi signum, id est, preciosa crux, quasi conciliatrix & mediatrix fuerit, ut uniuersæ terræ incolæ, in fidei conspirationem coalescerent, & per illum patri sanctissimo intimè ac domestice conciliarentur, ex his quæ scripsit diuinus Ioannes Euangelista, clarum esse poterit & perspicuum. Introduxit enim maledictum illum Caipham in concilio, dicentem: Vos nescitis quicquam, neque cogitatis, expedire uobis, ut unus homo moriatur pro populo, & non totus populus pereat. Quibus subiunxit: Hoc autem dixit non à seipso, sed sacerdos cùm esset anni illius, prophetauit moriturũ esse Iesum pro Gente, & non pro Gente solùm, sed ut filios Dei dissipatos in unum cogeret. Erat enim Christus pax nostra, iuxta scripturas, qui interstitium sepimenti rupit, legem mandatorum in decretis abo leuit, in unum nouum hominem duos populos condidit, ambos per seipsum Deo & patri reconciliauit, intermediam inimicitiam diremit, ut omnes in uno corpore, & in uno spiritu, & animę & corporis societate inter se iuncti, in ipso uidelicet Christo fructum ei iustitiæ, quæ supra legem est, & puritatem Euangelicæ uitæ proferamus. Itaq; si ab his quæ hístoricè gesta sunt, ad theoriam & contemplationem spiritualem uenias, optimè Christi mysterium intelliges.

*Spiritualis sensus.*

*Ephes. 2.*

*Matth. 28*

*2. Cor. 11*

ET *extendentur in nauibus alienigenarum. Mare simul prædabuntur, & eos qui à solis ortu, & Idumæam: & in Moab primum manus iniicient. Filij uerò Ammon primi obedient.*] Quomodo ex quatuor alis terræ, id est, omnes gentes ad fidei Christianæ societatem, & uinculum sanctæ dilectionis congregãdæ essent, denuò explicat hísce uerbis. Ante preciosam enim crucẽ, sanctis Apostolis dixit Christus: In uiam Gentium ne abieritis, & in ciuitatẽ Samaritanorum ne ingrediminí: Ite potius ad oues perditas domus Israel. Quemadmodum & iterum dixit: Nõ sum missus nisi ad oues perditas domus Israel. Atubi ad summum ac culmen omnis impietatis prouecti, deblaterarent in eum, uitę principem, & interemissent, & sanctum & iustum negassent: tunc quidem tunc morte calcata, & resuscitatus è mortuis, sanctis discipulis in mandatis dedit: Profecti docete omnes gẽtes, baptizantes in nomine patris & filij & Spiritus sancti, docentes seruare omnia quę præcepi uobis. Postquam etiam consciendisset cœlum, & in eos ex alto uirtus denigrasset: non iam in sola hærebant Iudæa Euangelizantes Iesum, sed alij quidem ad Orientem eiusq; urbes profecti prædicabant, alij Occidentem occupabant, alij finitimis gentibus sermonẽ catecheseos gratuitò impartiebant, eratq; necessum, ut qui uniuersum orbem terrarum peragraturi erant, etiam nauì uterentur. Siquidem diuinus Paulus noctem ac diem se in profundo maris egisse, affirmat. Et qui Acta sanctorum Apostolorum cõscripsit, ait, eum & comites eius conscendisse nauem Alexandrinam, quæ insigne Castoris et Pollucis habebat. Moris enim erat, ut naues, maximè Alexandrinæ, in prora dextrorsum & sinistrorsum huiusmodi scripturis insignirentur. Cùm autem uerisimile sit, idololatria per id temporis uigente, inscriptos nauì Dioscuros, id est, Castorem & Pollucem, hinc alienigenam, id est, idololatram nauis dominum fuisse, intelligẽdũ uidetur. Igitur in nauigijs alienigenarũ extendẽtur, inquit, id est, celeres & quasi uolucres transibunt, & prædabuntur mare. Est autem familiare scripturæ diuinitùs inspiratæ, mare appellare partes Occidentales, eo quòd ibi spaciosum admodum sit mare. Etenim beatus Dauid, totius mundi



mundi architectum declarãs uniuersitatis Deũ: Aquilonem, inquit, & mare tu condidisti. Quòd autem & diuinus Petrus, & ipsemet Paulus sapientissimus, Occidentalibus partibus occupatis, Christum annũciauerint, nemo est qui ambigat. Deprædabuntur uerò, inquit, & eos qui ab ortu solis sunt, & Idumæam, & in Moabitas manus iniicient. Filij autem Ammon primi obediẽt. Nã post Idumæorum regionem, omnes deinceps finitimæ & uicinæ, ac etiam longius dissitæ, plenę erant idololatris, sensu & opinionibus dissidentes ab his, qui unum & natura & uerè Deum cognoscunt. Idumæi dein & Moabitæ, & filij Ammon, finitimi quidem erant Israelitis, & conterminam regionem incolebant, dissenserunt tamẽ, & graues & pugnacissimi hostes extiterũt, astra adorarunt, omniq; religione Luciferum prosequuti sunt, aliorumq; deorum principem & antistitem nominarunt. Quorum animo ac cordi imprimis illuxit uerè Lucifer, et lux diei sub intelligentiam cadentis resplenduit. Nam pristina nebula abiecta, & cultu iam creaturæ repudiato, Christo se prostrauerunt, & quondam insensissimos, Israelitas inquam mystagogos, & sacrorum antistites, & præmonstratores uiæ ad salutẽ perducentis constituerunt.

ET *uastabit Dominus mare Aegypti, et admouebit manũ fluuio, spiritu uiolento, & percutiet septem ualles, ut transire possit ipse calceis. Et erit transitus relicto meo populo in Aegypto, & erit Israeli, quasi dies quando egressus est è terra Aegypti.*] Inuentor & pater peccati, cùm in omnes orbis terrarum incolas imperium ui ac tyrannide usurpauit, hominemq; extra septa ueritatis seductum, gregis dæmoniorum cultorem reddidit, ac suo eum iugo subiecit: tum uerò Aegyptij cùm primi præ alijs superstitiosissimi, & in hoc acerrimi impigerrimiq; extiterunt. Delubra enim passim & aras per regionem, & simulachra infinita habebant, & examina imaginum, easq; in adytis multiformes. Adorarunt enim uolatilia, & pisces, capram, & ouem: & uitulus ab illis in honore habitus est. Sic tamen affectos inuisit Deus, & simul cum alijs uocauit ad lucem & ad agnitionem ueritatis. Prædicarunt enim inter illos Euangelium Christi, cùm Marcus beatus Euangelista, tum cæteri post illum suis tẽporibus, partim qui ex Hebræorum regione uenerunt, partim ex ipsis qui crediderunt, duces mysteriorum, & doctores ac magistri, temporibus subsequentibus efficiebantur. Quo autem modo hoc perfectum fuerit, historiam aperiendo dicendum est. Prius enim quàm Romani imperium in omnes obtinerent, singulis regionibus suum ducem ac regem habentibus, magna erat inter gentes dissensio: tum quòd prædas agere liceret quibus lubebat, & alios aliunde nullo reprehendente dirípere. Erat itaque maxima gentium inter se disiunctio & dissociatio, nec detrimento sum erat, capi eos qui in aliorum regionis finibus uersabantur. Verùm cùm in omnes Romanorum imperium inualesceret, & uni præfecto subessent, & ad legum

quas illi tulerunt normam uiuere docerentur, cõmerciaq; ac societates gẽtium deinceps citra metũ ultro citroq; haberentur, & summa mãsuetudo & clementia uigeret: tunc quidẽ tũc Euangelizantibus Iesum transitus, seu uia patefacta est, ut etiam Aegyptum pertransire potuerint. Quomodo autem ceperit Aegyptiacam terram Augustus Cæsar, prophetica nobis interpretatur oratio. Fluuius enim Aegypti, & latus & magnus, certisq; temporibus inundans, per septem ostia means, scatebras in maris accolas emittens, & in partibus uicinorum hominum existens, latis ac magnis aquarum ductibus cunctam eorum terram inundat, ita ut quæ frumenti fertilis erat, fiat nauigabilis. Postquã igitur Augustus Cæsar Iudæorũ deuicta terra, in regionẽ Aegyptiorũ uenisset: existimabant eius incolæ, etiam ipsis quiescentibus, & à bello armisq; sibi temperantibus, non posse regionem ab eo capi, quòd lacubus & fluuio rigaretur. At postquam uniuersitatis dominatori Deo placuit una cum alijs etiam hanc, Aegyptiorum inquam, Romanorum sceptris submittere, uento Noto uiolentissimo, fluuij unda in mare depulsa, primam totam regionem & meabilem fecit, ut qui lacus & ualles, nimirum septem fluuij ora trajicere uellent, ne pedis sui, ut sic dixerim, calceum soluerent. Complanante igitur Deo, & aperiente transitum Romanorum exercitui, fractæ sunt uires Aegyptiorum. Hoc rursus propheta ipse nos docet, inquiens: Hæc dicit Dominus Sabaoth: Et ebibentur Aegyptij, aqua iuxta mare, fluuiusq; deficiet & exarescet, & deficient fluuij, & fossæ fluuij, & exarescet omnis collectio aquæ, & in omni ripa calami & papyri, & palea uiridis omnis circum fluuium, arefient uenti corruptione. Vastabit igitur, inquit, Dominus mare Aegypti. Solet autem scriptura diuina ipsas lacus, maria appellare. Et admouebit manum fluuio, spiritu uiolento. Manus igitur & potentiæ diuinæ opus esse dicimus, uehementissimi spiritus in aquas inductionem. Itaque percussit septem conualles, id est, fauces & ostia, adeoq; exiccauit, ut illas calceis pertransirent. Tunc, inquit, tunc erit transitus in Aegypto, derelicto populo meo. Et qualis tandem & quis est? Qui in Israel credebant, de quibus & propheta Hesaias dicit: Si fuerit numerus filiorum Israel uelut arena maris, reliquiæ seruabuntur. Primitiæ uerò uelut reliquiarum, beati erant discipuli, & qui cum illis fuerunt, quorum unus erat diuinus Marcus. Erit etiam, inquit, quasi dies quando egressi sunt Aegypto, id est, qui ex sanguine Israelitico orti, diuinum & cœleste uerbum illis in Aegypto prædicarunt, impendio gaudebant, quemadmodum sanè illo die gauisi sunt, cùm è terra Aegypti exiuerunt. Olim enim illi è seruitute Aegyptiaca abducti & erepti sunt. At qui diuinorum præconiorum ministri facti sunt, & Euangelicorum uaticiniorum custodes ueri ac genuini, non seruitute carnali liberabant Aegyptios,

Universidad de Deusto
Biblioteca



ptios, sed è manu diaboli extractos, liberos red- A
diderunt. Intermediante sapientissimo Mose, fluuius in sanguinem conuersus est, nunc uerò facta illis est in Christo aqua salutifera. Seruamur enim per sacrum Baptisma. Suffocati tum erant illi qui mare rubrum penetrarunt, persequentes Israelem. At à sanctis Apostolis edocti sunt, ex huius uitæ undis enatare, & ex mundanis fluctibus eluctari fortiter. Illos tum infestauit grando uehemens & ualidissima. At ubi mystico sermone dispensationis in carne initiati sunt, pluuia diuina in mentem eorum demissa, fructuosos reddidit. Profundæ & trium dierum spacio inductæ erant tenebræ? Sed in luce uersati sunt. Luxerunt primogenia? Sed eos seruauit ex morte & corruptione, primogenitus ex mortuis, id est, B
Christus. Proinde in his omnibus cõsentaneum erat ut Israelitæ lætarentur, quemadmodum ubi egressi erant ipsi ex terra Aegypti.

## CAP. XII.



*T dices die illo, Prædicabo te Domine, quia iratus eras mihi, & auertisti furorem tuum à me, & misertus es mei Ecce Deus meus Seruator meus Dominus. Confidam ei, & saluus ero in eo, & non timebo, quoniam gloria mea, & laus mea Dominus, qui mihi saluti fuit.* ] Cùm dixisset conseruatos esse gentiles per fidem in Christum, & ad agnitionem ueritatis uenisse, qui præ aliis superstitiosissimi erant: meritò eos prædicantes introduxit. Quia enim liberati fuerant, omnino prio- C
re ignoratione, qua principiò laborabant, & deinceps transmigrarunt, ut ea spectarent quæ soli seruanti Deo placent: documẽtum manifestum esse poterat eum ad gloriam decantandam, & uelut ad spirituale quoddam gratiarum actionis sacrificium ei offerendum instigare. Quare sub id temporis, inquit, quo fieret transitus in Aegypto, illis reliquijs Israel, id est, illis Euangelici & salutaris uerbi legatis: Tu, inquit, qui in altis olim uersatus es tenebris, & magnus idololatra extitisti, & dæmoniorum impostoris conturbatus es, quandoquidem animi oculis lucem intueris, quandoquidem contemplaris uocantis gloriam, & ad eam gloriam atque eum sensum adductus es, ut unde ueneris, & in quem statum tran- D
sieris intelliges: & quandoquidẽ acerbo tyranno subiugatus, ab eius tyrannide liber constitueris, & ad Dei cuncta potentis, perditos conseruantis, opem confugeris: tunc quidem tunc apud te multum & sanè meritissimè glorians, acclamabis dicens: Prædicabo te, quia iratus eras mihi, & auertisti furorem tuum à me, & misertus es mei. Offerunt autem gratiarum hostias, ac gloriam tribuunt, non quòd iræ diuinæ subijcerentur, sed cùm subiecti & obnoxij fuissent, misericordiam consequerentur. Irasci dicimus talia loquentibus uniuersitatis Deum, uidelicet simulachrorum cultoribus. Quam ob causam? Paulus diuinus nobis aperiet dicens: Cùm se iactant sapientes esse, insatuati sunt, & mutarunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudine imaginis corruptibilis hominis, & uolatilium, & quadrupedum, & reptilium. Hinc ait: Tradidit eos Deus in reprobam mentem, & in cupiditates ignominiosas, ut faciant quæ non decent. Qui enim diuinam adulterarunt gloriam, & supremæ naturæ excellentem pulchritudinem, adeò miseris creaturis attribuerunt, an non iustissimè diuinæ iræ seueritati subijcerentur? Cùm ait: Auertisti furorem tuum, misertus es mei: (uocati enim sumus ad agnitionem per fidem: Non ex operibus quæ fecimus nos, sicut scriptum est, sed ex multa eius misericordia) idcirco dicit, sensu & intelligentia tuæ magnificentiæ permotus, assiduè tribuam tibi gloriam & laudes, & dicam: Ecce Deus meus Seruator meus Dominus, confidam ei, & saluus ero. Quondam enim lignis lapidibusq; procubantes, & imaginibus sensu carentibus offerentes sacrificia, seruari per illa rogabant. At postquam Deo uero agnito, falsò nominatos profligauerint, illum & solum monstrabunt, dicentes: Ecce Deus meus Seruator meus Dominus. Non iam lignis, non lapidibus fidam amplius, inquit, sed in eo, & quidem solo, & per ipsum seruabor. Et licet qui olim spoliauit & in errorem abripuit, rursus accedit tentans & pugnãs: Vincam tamen, inquit, quia gloria mea & laudatio mea Dominus. Viden' quomodo nouerint salutare esse, laudes canere ac glorificare? Sacrifica, enim inquit, Deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua. & [Rom. 1]: Inuoca me in die afflictionis tuæ, & eripiam te, & glorificabis me.

ET *haurite aquam cum lætitia ex fontibus salutis.* ] Gloriosus ille Deus qui uocauit, promptus & paratus ad remunerationem, qui conseruauit, benefacit agnoscentibus, & gloria decorantes ipsum diuinis atque spiritualibus donis gratuitis affatim opulenterq; exhilarat. Contemplare etenim, quo pacto hi quidem confitebantur, & dicunt: Ecce Deus meus Seruator meus Dominus, confidam ei: ille confestim & fontes ipsis, & aquam promittit salutarem. Decuit è tenebris ad lucem emergentes, ex ignorantia Græca ad agnitionẽ ueri Dei uocatos, pædagogiæ & uerbi Dei, qui exhilarat & potest eos in pietatis officio continere, neutiquam esse expertes. Non enim, inquit, in solo pane uiuet homo, sed in omni uerbo prodeunte ex ore Dei. Aquam ergo nominat uiuificum Dei uerbum, fontes autem sanctos Apostolos & Euangelistas, adde etiam ipsos prophetas, salutem uerò Christum. Vos igitur, ait, qui confessionibus fidei me natura & uniuersitatis Deum extuleratis, recipietis & diuinam & spiritalem hilaritatem, haurientes uerbum quod continere & corroborare in hoc uos poterit, ex fontibus salutis, id est, Christi. Ipse enim constituit sanctos Apostolos, de quibus & beatus Dauid psallit: Apparuerunt fontes aquarum, & retecta sunt fundamenta orbis terrarum. Fontes siquidem aquarum sunt diuini discipuli, qui [Psal. 17]



sermones è supernis & per spiritum in uniuersum orbem terrarum depluunt. Sunt item & fundamenta mundi. Lapis enim selectus Christus, qui positus à Deo & patre dicitur, in fundamenta Sion, id est, Ecclesiæ: ipsi namq; innitimur, & per fidem ædificamur domus spiritualis in sacerdotium sanctum, in ædificium Dei, in spiritu. Lapides uerò secundum ipsum siue fundamenta orbis habitabilis possent esse ac dici, idq; iure optimo, qui illum per omnem terram prædicant. Nam scripta eorum nos sustinent, ac firmitate & constantia fidei & ueritatis fulciunt.

ET *dices die illa: Hymnis celebrate Dominum, inuocate nomen eius, annunciate gentibus gloriosa eius, commemorate quòd sublime sit nomen eius, hymnis decantate nomen Domini, quia ardua fecit, annunciate hæc in omnes terras. Exultate & letamini qui habitatis Sion, sublimis est Sanctus Israelis in te.* ] O rem admirandam & incredibilem. Qui modo myste- B
rijs initiatus est, dein ad salutis fontes accessit, uitales; hausit scatebras, tantam uidetur adiecisse accessionem, ad hoc inquam, ut fidus & germanus existat: ut statim apostolicum ministerium ostendat & exerat, & non solùm gloria ebuccinanda ferueat, sed iam alijs omnibus hoc facit. tandum mandat, dicens: Hymnis prædicate Deum, inuocate nomen eius. Et quibus nã iniungit inuocare? Perspicuum facit, dicens illi eo: Annunciate in gentibus gloriosa eius. Ne enim, inquit, lateat Seruatoris gloria: Omnibus conspicua sit diuina eius uis atque potestas. Ser- C
uauit, nec mala refricat: sustulit inexpugnabilem diaboli ac dæmonsorum tyrannidem, redemit deceptos, in libertatem asseruit captiuitate constrictos. Fausta nunciauit cæcis, ut uisum reciperent, iustificauit per fidem, sanctificauit per spiritum, filios effecit quondam fugitiuos, & ignobilem degentes uitam & execrabilem. Re ipsa certò fidem fecit, se natura & uere Deum esse. Excitauit mortuos, leprosos fecit mundos, infirmitatibus laborantes nutu sanauit, spirituũ assultus præscidit, mare sæuum uultu compescuit. Quocirca annunciate in gentibus gloriosa eius, & commemorate, quòd sublime sit nomen eius. Excelsa enim fecit. Sunt namque uere supra hominis manum, imò ultra omnem admi- D
rationem præclarè ab illo præstita. Exultate igitur & lætamini, qui habitatis Sion, id est, qui firmam fidem habetis in Ecclesijs: quoniam sublimis est Sanctus Israelis in te. Quamuis etenim homo factus sit Sanctus Israelis, & in forma serui uenerit propter nos ad dispensationis perfunctionem, ex effectibus tantum operumq; splendore, diuina subuectus est dignitate, & qui natura sit, perspeximus.

# CYRILLI COMMENTARIORVM IN HESAIAM,

*Libri secundi,*

*Tomus Secundus.*

## CAPVT XIII.

VISIO *quam uidit Hesaias filius Amos cõtra Babylonẽ.* ] Visio hæc cõtra Babylonem & quæ hîc deinceps cõtra Idumæos, & Moabitas, & Aegyptios, porrò et reliquos fiunt, ad consolandũ Israelẽ adhibent: & quidẽ res quæ significant explanationẽ habent historicã, uerùm licebit prudentioribus quæ maiorib. acciderũt uelut ex crassa figura ac imagine, ad spiritualẽ considerationẽ uenustè cõuertere: oratioq; progrediens, & quæ scripta sunt sigillatim quantũ licuerit, interpretãs, narrationẽ lecto- Visio.
ribus efficiet planissimã. Iã, ut arbitror, ad rei primordiũ recurrendũ, & uisionis causæ exponendæ. Nã uocatus per sapientissimũ Mosem Israel, ad agnitionẽ cultumq; ueri Dei, & legẽ habẽs ad omnia admirabilia dirigentẽ, præceptũ sibi datũ neglectui habuit, conuersusq; est ad doctrinas, mandata hominum, imò deteriorib. adhuc se immiscens, delapsus est in idololatriæ uoragines. Inuectus est igit' in eos qui talia cõmiserunt uniuersitatis Deus per omnes prophetas, multumq; in eos se impietate inquinantes uociferat. Dixit ergo: Appropinquat mihi populus hic, labijs suis honorãt me, cor eorũ procul abest à me, frustra aũt colunt me docentes doctrinas, mandata hominum. Et rursus: Quid dilecta fecit in domo mea abominationẽ? Abominationẽ idolũ nominat. Itaq; uelut grauiter ad fœdã supinitatẽ declinãtes, & à seruitio Dei ceruicẽ subducẽtes, suũq; sensum superciliosum contra eũ erigentes, certis tẽporibus tradidit, nũc contiguã regionẽ occupãtibus, Idumæis inquam, Moabitis, Aegyptijs, & Philistinis, nũc grauiore illis plaga illata, mortaliũ crudelissimos in eos immisit, Babylonios, inquam, qui etiã uniuersa Iudæorũ regione citra laborẽ deuastata, captiuã abduxerũt ad suã multitudinẽ innumerabilẽ. Cæterùm hæc euẽtura esse illis Deũ uniuersitatis irritantib. prædixerũt suis temporib. beati pphetæ. At hi, licet quæ prænunciata iã sunt, etiã ad fmẽ peruenissent, nihilo secius præfracti erãt & peruicaces, execrandã & alegis regula alienissimã uitã instituẽtes. Appositissimè ergo uniuersitatis Deus post plagã et flagellũ, & quę his definitis temporib. ab hostibus erãt obuẽtura, suauissimarũ rerũ, quę delectare poterant, facit præsignificationẽ: promittitq; iã quantũuis factos captiuos reditũ adornaturos, & miseriæ nexus relaxaturos, illosq; qui olim uicerũt, in manus hostiũ tradituros. Maximè enim cõueniebat etiãsi inemẽdati propter illa fuerint: posteriorib. tamẽ hisce impensè deinceps gaudere, & in spẽ desideratarũ rerũ uelut alis euectos, gratissimũ Deo cultum in precio habere, & mentẽ illi

affixam ac immotã custodire. Quoniã igiť, licet cõplures suo tẽpore Iudæorũ regionẽ populati fuerint, crudeliores tamẽ aliįs & sæuiores fuerũt, Chaldæi maximè, & qui tum tẽporis Babyloni præfuerunt, illis quodammodo primùm oratio prophetica insultat, ac inquit:

IN *monte campestri tollite signum.*] Oportere aũt existimo qui diligẽter uerba proposita enarrare uolunt, aliquid quod ad rẽ facit, necessariò præfari.

Cyrus. Cyrus ergo patre quidem Cambyse, matre uerò Mandana natus, Persiæ ac Mediæ rex, oppugnauit Babylonẽ & omnẽ regionẽ Chaldæorũ, licet ampla sit & maxima: & sanè expugnauit, cepitq; eã non uiribus suis, neq; robustiori manu, (inuicta siquidẽ & insuperabilis est gens Chaldæorũ, & propter multitudinẽ, & propter magnã rei militaris peritiã) sed potius q̃ Deus ei aduersarios subiįceret, impiumq; Babyloniorũ imperiũ labefactaret, quippe apud quos plurima uenefi cia, at innumerabilia idolorũ examina extiterãt, nimirũ terra τῶν γλυπτῶν, id est, sculptiliũm nominata est, uel propter turbã sculptiliũm, uel etiã q̃ nullus incolarum, in eo inquã q̃ impotenter & effrenatè in errorẽ prolabebatur, etiã à quoquã seruo differre deprehenderetur. At hæc, quia sancta terra & Deo deputata, id est, Iudæa deuastata, & Hierosolymis ipsoq; diuino templo incensis, abduxerunt in suã ipsorum regionẽ uasa sacra, atq; impotenti ira cõcitati Israelẽ occiderunt, quantũuis sanctus populus, & portio, & sors Dei nominareť. Nam q̃ Israelẽ idola colentẽ tradiderit Deus in manus hostiũ, non obscurũ est sacrarum literarum scientibus, sed qui ad hoc uocati sunt, eos non leui supplicio affecerunt. Inueniť enim

Zach. 1 alicubi dixisse uniuersitatis Deus uoce Zachariæ: Æmulatus sum Hierusalẽ & Siõ, æmulatione magna, & furore magno irascor gentibus conspirantibus, pro eo q̃ ego iratus fui modice, ipsæ uerò conspirarunt in mala. Et Babyloni ait: Ego dedi eos in manus tuas, tu aũt non impartiuisti illis misericordiã. Cyro igitur tradidit Deus superbã & insolentẽ, omnis uitiositatis matrẽ & nutricẽ, dico aũt, Babylonẽ. Hoc aũt manifestum esse

Hesa. 45 poterit, dicente ipso uoce Hesaiæ sic: Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius prehensaui dexterã, ut auscultent corã eo gentes, & ciuitates non occludentur. Ego ante te ambulabo, & mõtes cõplanabo, portas æneas conterã, & uectes ferreos cõfringam. Cùm subegisset uerò Cyrus, laxauit captiuitate Israelẽ, domũq; lætos ire iussit, ipsumq; Dei templum restaurare. Quin & p-

Hie. 50 pheta Hieremias inquit: Verbũ quod loquutus Dominus super Babylonem: Annunciate inter gentes, & audita facite, & ne celate, dicite: Capta est Babylon, confusus est Bel, imperterrita, mollis tradita est Meodach, quia ascendit cõtra eam gens ab Aquilone, ipse rediget terrã eius in uastitatẽ, nec erit inhabitans in ea, nec homo, nec iumentum. Diebus illis & tempore illo uenient filiį Israel & filiį Iuda, unà ambulantes & flentes ibunt, Deũ suũ quærentes, usq; ad Sion interroga

bunt uiã. Hinc enim faciẽ suã dabunt, & uenient & cõfugient ad Dominũ. Fœdus enim æternũ non tradeť oblivioni. Et rursus: Propterea hęc dicit Dñs: Ecce ego uindictã sumã de rege Babylonis & de terra ipsius, sicuti uindictam sumpsi de rege Assur: & restituam Israel in pascua sua, & pascẽ in Carmelo, & in monte Ephraim, & in Galaad, & implebitur anima eius. *Ibidem*

IN *monte campestri tollite signũ, eleuate uocẽ eis, ne timete, euocate manu, aperite principes. Ego instruo & ego adduco eos, sanctificati sunt, & ego adduco eos. Gigantes uenium ut expleant furorẽ meũ, gaudentes simul & insultantes.*] Beatus prophe ta mentem habens repletã sancto Spiritu, & constituitus in specula ut res ueluti sibi descriptas & ob oculos positas contempleť: tantum nõ exultat Persis iuxtà ac Medis, acclamãs, (ac si iã subiugassent Babylonios) ut & tollant in altũ uictoriæ symbolum, hoc eñ est opinor, signũ, & ut uocẽ tollant cõtra Chaldæorũ exercitum, uelut corruentẽ iam & tradentẽ ipsis superbã illam & impudentẽ regionem, quã & malleũ terræ, propheta Hieremias uocauit, dicẽs de terra Babyloniorum: Quomodo captus est & contritus malleus uniuersæ terræ? Tota enim ciuitas & regio contrita erat, & cõquassata quodãmodo uelut quopiam malleo, eorum rapinis. Montem autẽ (puto) campestrem nominat, ueluti humilem & instar tumuli. Non eñ cùm contra montes resistentes expeditionẽ faciunt, uexilla statuunt uel trophæa, uidelicet signum, sed in collibus non ita editis, ita ut simul & multum absit ab eo, ut excelso in loco ponatur, & tamen toti exercitui maximè sit conspicuum & cognitũ. Tollite igitur, inquit, signum quasi iã uictores, Deo tanquam scuto protegente. Eleuate uocẽ, id est, clamores contra phalangem inimicorũ tollite. Ne timete. Potens enim procul dubio et inexpugnabilis Babyloniorum manus ubiq; habebatur, & si qui extimescerent, eam nemo reprehendat. Sed nũc, air, nolite timere, cum Deus eorum superbiæ irã suã opponat. Euocate manu. Et quid tãdẽ est istuc? Solent fortassis militum duces manu excitare, & nutu extimulare fortissimos, & ad incursiones contra aliquos faciendas animare, cùm ueluti in magno tumultu uox ad hoc minus ualeat. Proin de iubet ut qui rebus gerendis præficiuntur, copias quæ sub potestate sunt, manibus & nutibus cohortenť, suosq; ad inuictam quandã alacritatem exacuant. Acclamat etiam rursus: Aperite principes. Vel enim imperat Babyloniįs iã quasi deuictis, ut aperiant portas, & superbã olim & insolentẽ urbẽ tradãt: uel etiã fortè exercitui sancto, iussu & imperio Dei succurrenti, Medis, & illis spaciosa loca, quà uel equi agãtur, & ardua ac prærupta ostendenti. Quo autem pugnantiũ ira superabilem manum demonstret, adnectit, & inquit: Ego instruo, & ego adduco eos. Sanctificati sunt, & ego adduco eos. Simile ferè est ac si diceret: Medorum exercitus multitudo non ultrò uenit ad nos, non solum sua sponte ac uoluntate Persarum populus accessit, sed ego in-



struxi potius eos, & ad hoc sanctificaui. Hic autem, Sanctificaui, dicit pro, segregaui, & uelut selegi, ad eorum quæ constituti administrationem. Contra uos igitur ueniunt, inquit, quos ego adduco, uelut Gigantes quidã, ut furorẽ meum expleant, gaudentes simul & insultantes: gaudẽtes quippe qui confidunt se uictoria potituros. Insultantes autẽ, pro, circumuenientes & circundãtes eos, ceu multum imbelles, et nullius precij homũculos. Hic eñ semper barbarorũ animus est, propendens in spẽ uictoriæ, & eleuãs semper aduersarios & abiįciens. Ira enim eos huc uelut dux euocat, eumq; fortitudinis ardorem ingenerat, ut omne periculum ac formidinem contemnant.

VOX *gentium multarum in montibus similis gentium multarum: uox regum & gentium congregatorum. Dominus Sabaoth præcepit genti bellicosæ ut ueniat è terra loginqua. Ab extremo fundamento cœli Dominus, & bellatores ad delendam omnem terram habitabilem.*] Velut iam uociferantibus Medis, & uocem bellicosam extollentibus, uelut equo hinniente, & persequentibus aliįs, cæteriscq; in fugam iam uersis, & ingenti ac confuso sono dissipato: Vox, inquit, gentium multarum in montibus similis gentium multarum. Ea, inquit, uox est, ut non numerabiles esse eos qui clamarunt indicent, sed potius ut innumerabilem esse multitudinem existiment. Ostendit deinde hæc oratio, una cum subditis metu perculsos fuisse, etiã eos qui principem locum obtinuerunt. Gentiũ enim & regum uocẽ esse affirmat. Itaq; illi, qui clamores sustulerunt, infinitus populus Babyloniorũ, & in his insigniores, uiri esse possent, captã iam urbem conspicati: uel etiam Persæ, & Medi, captis occlamantes. Illos, credo, armatos bellatores nuncupat, & è longinquo uenientem gentẽ ab extremo fundamento cœli, id est, ab ipsis finibus Medicæ regionis, & à terra remotissima, maximè boreali. Quoniam autem cõsilio & uoluntate Dei hanc impressionem fecerunt, bellatores

appellat Dei, & aduentasse dicit ad delendam to-
Hieron. tam terram * habitabilem: non quidem totam hanc quæ apud nos est, nec enim hoc à Cyro & comitatu eius factum inueniemus. Terram autẽ habitabilem uocat, Chaldæorum terram, utpote maximam & supra modum spaciosam, & uelut habitaculum & domicilũ contentionis, propter habitantium multitudinem.

PLORATE: *prope enim est dies Domini, et uastitas à Deo ueniet. Propterea omnis manus resoluetur, & omnis anima hominis timebit, & perturbabuntur legati, & dolores tales habebunt, quales sunt mulieris parientis, condolescent alter ad alterum, & stupebunt, & faciem eorum tanquam flamma mutabunt.*] Tanquam spe omni sublata, & nulla re alia Babyloniįs nisi solum ut lugeant relicta: Plorate, inquit. Iubet quasi desperare salutem, & non res inutiles aggredi, ac frustrà repugnare, cùm diuina ira sit in eos uelut armata, & superno decreto inducta sit uastatio: id quod omnino ineluctabile est. Manifestum enim excelsam quis auertet? quemadmodũ scriptum est. Et rursus: Si clauserit aduersus hominem, quis aperiet? Quæ enim fortitudo, aut cuius, bellabit cum Deo? Propterea inquit: Omnis manus resoluetur, & omnis anima hominis timebit: Deo enim omnipotente concutiente animos hominũ timore, quis exeret fortitudinẽ? quis uel animosum se & ad resistendum habilem ac ualidum satis ostendet? Turbandos, inquit, legatos, & in dolores tanquam fœminæ parientis deuenturos, & alterum apud alterum condolituros, & obstupefactos fore, & faciem ipsorum instar flammæ mutandam. Legatos uerò, ut arbitror, dicit, idolorum sacrificos, magica arte insignes, apud Babylonios dæmoniorum cultores, qui, ut apparet, cùm expeditio adornareť, & aduentantes Medi, cum Cyro & Persis, expectarẽtur, uaticinabantur bona, & auxilia quærebant à dæmoniįs, supplicationibus decretis, & donaria stata offerentes, ceremonias uidelicet & sacrificia stata adhibẽtes, & legationẽ pro uniuersa terra obituros se pollicentes. Hi proinde, inquit, dæmoniorum cultores & supplicatores, sacrificia pro omnibus nuncupantes, quando uiderint res præter spem mutatas, perturbabuntur, & grauibus affligentur doloribus, & alter cum altero congemiscet, id est, secũ acclamabunt, uelut præ nimia miseria, illud scilicet, Væ, & similia. Et uelut flamma mutabunt faciem. Solet enim eorũ facies qui animo deiecto sunt, denigrari, ut aliud nihil esse uideatur, cq; fauilla & cineris cõsumptæ, reliquię.

ECCE *enim dies Domini uenit insanabilis furoris & iræ, ut redigat orbem terrarũ uniuersum in uastitatẽ, & ex ea peccatores tollat. Astra enim cœli, & Orion, & omnis ornatus cœli lumen nõ dabunt: et tenebræ offundentur sole oriente, & luna non dabit lucem suã. Et mandabo uniuerso orbi mala ac impijs peccata sua, delebo insolentiam iniquorum, & insolentiã superborũ deprimam.*] Perspicuè his uerbis conatur docere, quid tandẽ causæ sit, cur principes inter se condoleãt, faciẽq; ueluti flamma mutent. Quia enim cùm uaticinarentur, ut dixi, illis, omnibusq; Babyloniįs, prouoto & ex animi ipsorum sententia, spe excciderunt: propterea dicit, Mœrore erũt pleni. Inuasit enim eos insanabilis dies, uniuersitatis Domino eam inducente. Diẽ rursus uocat tempus, quo diuina hæc & ineuitabilis ira extitit, ut terrã Chaldæorum in uastitatẽ redigat, & peccatores ex ea tollat. Nec quasi ibi quidã essent ab ira immunes & boni uiri, propterea dicit perditurum se peccatores: quin hoc nomen potius omnibus Chaldæi regionis habitatoribus iure cõpetere poterit, quippe qui omnes nequã fuerint, & idololatræ. Quoniã uerò magnitudo calamitatum quãdoq; humanam mentẽ tantùm non caligine & tenebris opplet, ut etiam cùm dies sit, lux solis abesse existimetur, & ad lumen præbendum omnis ille ornatus cœli & ipsius lunæ orbis inefficax esse uideatur: ideò inquit: Astra cœli, & Orion, & omnis ornatus cœli lumen non dabunt, & tenebræ Babyloniįs seu menti Babyloniorũ offundẽtur, etiam sole oriente, & luna splendẽte, etiamsi elementa lumen suũ non cõtraxissent, ideò nimirum q̃ illi uelut præ magno meru diuinæ iræ subiecti essent, & animo noctẽ & tenebras haberẽt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Mandabo, inquit, uniuerso orbi mala. Mãdabo, A
ait, pro minabor, uel inferre studebo: uel præcipiam orbi, mala superbiã iniquorum euertendo & superbos illos, nimirum arrogantes deprimẽdo. Fastuosa enim semper & dissolutissima fuit Assyriorũ natio, & porrò Deo inuisa. Quicquid enim bonum est, nullo apud eos in honore habebatur: omnia autem fuerunt ad uniuersitatis Deum offendendum comparata. Sciendum uerò qui interpretati sunt diuinam scripturam, Orionis feciſſe mentionem, ut inde unum aliquod ex astris insignissimum, significarent: nec, dum ista dicunt, Græcorum incantamenta sequuti sunt, sed potius abusi sunt nomine usitato & trito, quẽ admodum profecto etiam in Iob scriptum est: Qui facit Pleiadas & Vesperum, Arcturum & B
promptuaria. Noti.

ET *erunt superstites preciosiores auro obrizo, & homo pretiosior erit lapide ex Saphiro.*] Preciosum in his quid sit, quærendum est. Itaq; dicit terram Babyloniorũ, & totam regionem Assyriorum ea paucitate uirorum laboraturam, ut uix uos in ea reperire futurum sit difficile, tantamq; raritatem superstitum, quanta est lapidum Indicorum, & auri probatissimi. Videtur enim eiusmodi apud quosdam in honore esse & precio, eò quòd difficulter admodum parabilia sint, & quòd pauca sint, & rarò in ueniantur. Vt igitur, inquit, quæ apud homines in admiratione sunt, paratu difficilia sunt, precio si lapides, & aurũ obrizum, id est, spectatissimũ: sic erunt & pauci & rarò, qui è bello derelicti ca- C
teruam bellatorum effugient.

COELVM *enim irascetur, & terra concutietur à fundamentis suis propter furorem iræ Domini Sabaoth, eo die quo uenerit furor eius.*] Loquuntur hyperbolicè beati prophetæ, & diuinam ac inexplicabilem potentiam ac gloriam animo capientes, altè uoces exaggerãt, & magnitudinem eximiam in narrationibus suis considerant, ac semper irato Deo, simul etiã ad iram exacuitur serua creatura, perpetuò eam huc excitãte eo, qui omnibus imperat. Succensuit enim ille Ægyptijs: creatura autẽ nihil agere non potuit. Transiuit quippe in sanguinem aqua, scaturiuit terra ranas, cœlum demisit grandinẽ, profundæ tenebræ trium dierum spacio per totam eorum regionem dissipatæ sunt, sicut scriptũ est. D
Itaq; inquit: Irascetur etiam ipsum cœlum, & uelut à fundamentis terra concutietur propter furorem iræ Domini. Pugnabit enim etiam unà aduersus stultos, ipsa creatura, & commoto Domino, etiam ipsa ad hoc propemodũ instructa est. Omnia siquidem cum suprema uoluntate cõspirant atq; concurrunt, & nihil est in rerum natura, quod non diuino nutu & consilio cadat.

ET *erunt relicti quasi damula fugiens, & quasi ouis errans, & non est congregans, ita ut homo in populum suum cõuertatur, & homo in regionem suam impellatur. Qui enim captus fuerit, transfigetur, & qui coacti & congregati sunt, occumbent gladio, filios eorum coram eis elident, domos diripient, & uxores habebunt.*] Facile profectò innumerabiles fore eos dicit, qui superẽrint: quin & eos ipsos parũ uiriles, & maximè imbelles, eoq; timiditatis ac uecordiæ dejectos, ut nihil aliud in uotis habeãt, quã ut fugiant solũ, instar damæ: & ut seruentur, inquit, cũ dedecore, prorsusq; renuãt hostilẽ incursionem propulsare. Quòd etiã sine præfecto & sine principe maneant, etiã hi numero pauci, subindicat, cùm dicit: Velut ouem errantẽ fore, sine pastoris cura, & à pascuis procul palantẽ, ut etiã à septis consuetis procul absit. Non enim erit, inquit, cõgregans, ut homo ad populũ suũ conuertatur, & homo ad regionẽ suã impellatur. Illud autẽ, Impelli, dixit, pro abduci, etiamsi grata sit & amica sua cuiq; regio, & patrijs institutis nihil præstantius: Imò etiã, inquit, rerũ charissimarũ priuatio iucunda erit, propterea quòd quisquis deprehenderit esse molestius: Imò nonne omni supplicio grauius & intolerabilius, domos uidere direptas, & uxorum pudicitiã uictorum intemperantia uiolatã? Beatus Psalmographus eiusmodi ĩrmones de Babylonijs ait habitos: Beatus qui apprehenderit, & in pauimento alliserit parũulos tuos ad lapidẽ. Cæterùm hæc quidẽ historicè Assyriæ, eiusq; urbibus & regionibus contigerunt, quia omnes etiã idololatræ & insolentes non tolerabiliter, & Dei hostes acerbè, & magiæ periti artifices extiterunt: sanctam ciuitatẽ depopulati sunt, Dei sortẽ, id est, Israelẽ uastarunt, & captiuorum loco ac numero habẽtes, nouũ ac inconsuetum illis iugũ seruitutis imposuerunt. Confitetur aũt hæc de illis oratio, nõ solùm in his quæ historicè & conspicuè gesta sunt, sed etiã qui uolũt potenter intelligere spiritualiter, si rerũ gestarũ um ad ipsum omnis uitiositatis inuentorẽ, Dei hostẽ immanissimũ, Satanã inquã, prudenter traducãt, maximè quoniã prophetica oratio, Christi mysterio præscito, & prædictione de eo optimè iam adhibita, uicinã contra Babylonẽ uisionẽ introduxit, tantùm non auditorum mentes excitans, ut quæ historicè & contra Babylonẽ, & cõtra uniuersam terrã Assyriorũ facta sunt, spiritualiter intelligantur. Itaq; Draco iste apostata & transfuga, multis modis Dei cultoribus insidias instruere nunquã destitit, incumbitq; acerrimè, semper ad id quod sibi uidetur transuersim obripiens, cõprehẽsosq; tanquã captiuos sæpe abducit, in perturbationũ uoragines præcipitat, & iugo seruitutis duro & incuitabili illis impositio, in captos gloriatur, & insolescit: quẽadmodũ sanè qui apud Assyrios alijs atq; alijs temporibus regnarunt, insultabant Israelitis, quòd à sua terra & sancta ciuitate extranei, alienigenis seruierint. Sed non semper diaboli tyrannis in eos quos diripuit, obtinuit. Excitatis emi est Seruatoris signũ, id est, pretiosa crux, nosq; cõtra illũ iubilauimus, id est, uitrices odas obtulimus ei, qui propter nos & nostra causa uicit, & recte fidei cõfessionẽ edidimꝰ. hoc

*Theorius ſpiritualis.*



hoc autem est, ut arbitror, illud: Eleuate uocem A
contra eos. Præcepit etiam Dominus uenire in gente bellatrice, uidelicet sanctorũ, quibus lucta & bellum est, non contra sanguinem & carnem, sed potius contra principatus, & potestates, & mundi dominos, rectores tenebrarum, aduersus spiritualia nequitiæ in supercœlestibus. Hi acie cõtrà instructa uicerunt, & adhuc obtinẽt, & aduersariarum potestatum agmen oppugnant, & idololatriã ueluti ciuitatẽ quandam depopulati sunt: Palæstinam inquã, quantumuis nulla manu expugnabilem. Superiores autem euaserunt aduersarijs, Christo ueluti exercitũ ductante, & adminiculantibus sanctis Angelis, ita ut facilè numerabiles sint hi, qui eorum potestatẽ ueneranB
tur, sintq; etiã miseri & parum uiri, & meticulosi, prorsusq; sessi causam hanc, cõtra Christi, inquã, seruos deseruerint. Cæterùm percurrat hanc uisionem & reliqua uerba quæ sequũtur, & aliquã eiusmodi notitiã spiritualis sensus eliciat, quisq; prudens est, ualetq; parabolã & tenebrosum sermonẽ, dictaq; sapientũ ac ænigmata cognoscere.

ECCE *ego suscito uobis Medos, qui despiciunt argentum, nec auro opus habent. Arcus iuuenũ conterent, & liberorum uestrorũ non miserebuntur, nec filijs tuis parcent oculi eorũ, & subuertetur Babylon, quæ uocatur Inclyta, sub rege Chaldæorum, quemadmodum subuertit Deus Sodomam & Gomorrhã: non habitabitur ullo æuo: neq; ingredientur in eam per multas ætates. Nec transibunt eam Arabes, neq; pastores requiescent in ea.*] Luculentissimam deinceps facit belli prædictionẽ, hisce uerbis, & uelut adumbratione quadã & obscuritate, C
quam sermonibus suis offudit, circũcisa & semota, nudam & propalàm ac uelut in conspectu collocat eam, quæ nondum affutura est, calamitatẽ. Venient enim, inquit, uenient Medi, non corrupti pecunia, non largitiones uestras curãtes, imò superiores erunt, uelut in ipso articulo, omnibus maximo studio ab illis & elaboratione comparatis, ut arcus iuuenũ conterant. Si quis enim Barbarorum infestationes & expeditiones cõtra regiones & urbes factas, consideret: non aliam ob causam fieri reperiet, quàm ut spolient & rapiãt, & opes undiq; obuenientes coaceruent. Cæterum, inquit, Medi non capientur, nec inescabuntur prædis, fastidient quæstũ, quo Babylonicum D
superciliũ deprimãt. Nam propter sagittandi dexteritatẽ semper tumebãt plurimum, & inflabantur, & artis peritiã maximi faciebãt. Inferiores tamen erunt hostibus. Itaq; asperi & immites erunt uictores, ut miserandæ etiã ætatis nulla capi ueliint misericordia, neq; pereuntibus miserabiliter infantibus, ullã humanitatis lachrymã profundent. Sed Babylon, quæ Inclyta uocatur, à rege Chaldæorũ ad eam redigetur uastitatẽ, ut à combustis Sodomis & Gomorrhis nullo modo differat: neq; incoletur, quã horrebũt adeoq; fugiẽt tum finitimi, tum qui è longinqua gente eã peragrant, ut ne Arabes quidem pastores, in ea pecora sua uelint pascere, quòd omnino desolata sit & deserta. Sciendum autẽ eum gentes Saracenorum, & quæ ad ipsam terram Assyriorum pertinA
gunt, & intimam eremum incolentes, nominare Arabas. Vicinam nanq; habẽt terrã Arabum. Et probabile est illos ex Arabia Saracenos, passim per Assyriorum deserta ambulare.

CAP. XIIII.

SED *requiescent ibi bestiæ, & implebuntur domus sonitu, ibi requiescent Sirenes, ibi saltabunt dæmonia, & onocentauri ibi habitabunt, nidos cõstruent in domibus eorũ erinacei. Citò uenit, & non tardabit.*] Gratũ semper est ĩmansuetis animantibus in locis desertis degere, & in ciuitate uacua, sibiq; cõplures speluncas ex sese contectas & neglectim efficias, uelut fortuB
ito ac temere inuentas efficere. In desertis autẽ & quietis locis tenuis quidã sonitus præ magno silentio haud scio quomodo exoritur, & in eremo degentium auribus iudicatur. Itaq;, inquit, bestiæ requiescent, & sonitu domus plenæ erunt, id est, nullum omnino incolã habentes, sonum edent desertis conuenientem. Saltabunt, inquit, illic & dæmonia. Dicunt enim illis quoq; esse uolupe in uastis uacuisq; locis iucundè cõmorari, & quasi diuersoriũ quietũ cõstituere. Sirenes aũt dicit animantia suauiter loquentia, uel secundũ Hebræorum expositionẽ, noctuã. Syluestres asinos onocentauros nominat, & Echinos, id est, erinaceos, mures acutis spinis uelut hirtos & horrẽtes. Hæc omnia merito uastatis, uel urbibus uel domibus conuenire possent. His iam dictis subdit, Citò ueC
nit & non tardabit: cùm Assyrijs acriorem curã excitans, tum his ex semine Israel consolationẽ haud exiguam eadẽ opera afferẽs. Cùm enim in captiuitate uersarentur, & Cyro cũ Persis & Medis Babyloniorum fines expugnante, redituros se sperarent, celerem ipsis molestiarum leuationem pollicetur, & quòd ea quæ in uotis erant, non procul abforent, sed quasi propè ante pedes essent, & dictum ac factum sequerentur.

ET *miserebitur Dominus Iacobi, & eliget adhuc Israelem, & requiescent in terra sua, & aduenæ illis adiungetur, & adiungetur domui Iacob, accipient gentes, & introducent in locum suum, & hæreditarió possidebunt, & multiplicabuntur in terra Dei in seruos & seruas. Et erunt captiui qui in captiuitatem duxerunt eos, & dominatui subijcientur qui dominati erant illis, & erit die illa, qua reficillabit te Deus ex dolore tuo, & iracundia tua, & seruitute dura quæ seruiebas illis.*] Ex sanguine Israelis ortos afflictos & laborãtes in bonã spem rursus erigit, & bonis promissis ut bono sint animo cõfirmat, qui capientium tyrannide uexati erant intolerabiliter. Quòd enim reuersuri essent è captiuitate, & nouæ, & inauditæ seruitutis iugum excussuri: uastata Babylone, omniq; regione Assyriorum, luculenter prædixit: Non enim, inquit, in perpetuum reijcietur Israel, neque delictorum continuas pœnas dabit, sed miserebitur & recreabit, cùm diuersis tẽporibus uelut probati fuerint. Et quia positus est primogenitus in filijs, tuisitatiõe & misericordia diuina non destituetur. Et redituros dicit eos in patriã, & unà aseẽsurum aduenã. Aduenam autem uocat indigenã & uernaculũ, id est,

id est, inquit, Babyloniũ. Quamplures enim Babylonij sequebantur Israelitas, partim cum ipsis cognatione coniuncti, partim legis studio & cultui addicti. Cùm enim longo tempore in captiuitate permansissent, uerisimile est ex illa gente nõ mediocrem illis accessisse multitudinem. Adiungetur igitur, inquit, aduena ipsis, id est, sequetur & comitabitur ipsius terræ alumnus & indigena. Accipient eos gentes, & introducent in locũ suum. Quando enim Cyrus reduxit Israelem, regionum principibus mandauit, ut eum securum ac saluum deducerẽt. Factitauit idem post illum is qui sceptra Assyriorum suscepit, Xerxes. Possunt autem qui exactius hæc perueſtigare uolũt, libros Esdræ legere, & omnium quæ commemorauit certissimam cognitionem excerpere. Ascenderunt enim ex Assyriorum terra in Iudæam, regnante Zorobabele filio Salathielis ex tribu Iuda, præfecto uerò sacri ordinis Iesu, filio Iosedec, Pontifice Maximo. Gentes igitur, inquit, deducent eos, & introducẽt in terram ipsorum, & sortem ipsis supernè distributã obtinebunt: & quod est adhuc ab opinione communi fideq; alienissimum, qui olim cultores idolorum erãt, qui deos multos & innumerabiles nuncupabant, in terra Dei in seruos & ancillas multiplicabuntur. Eruntq; captiui qui ceperunt eos. Qui enim captiuum abduxerũt Israelem, simul adducti cum eo, & aduentantes, inquit, in Iudæam, legis iugo cer uicem supponent, & uelut præclaram & salutarẽ captiuitatem perpessi, Dominũ & Deum inserbent & nuncupabunt eum, qui omnium est opifex. Vel enim istuc dicit, uel illud fortassis uult innuere, quòd qui olim uictoria potiti sunt, & Israelem ex Iudæa abduxerunt, suoq; subiecerunt iugo, dominationi subijcientur & captiuabuntur, Cyro nimirum & Persis & Medis eos ad uastitatem redigentibus. Die enim illa, hoc est, illo tempore recreaberis ex dolore & iracũdia tua, id est, ex ira tibi impendente, nempe diuina, effugiesq; duram seruitutem, & recreaberis ex doloribus.

*Cõsideratio spiritualis.* Sed agedum rursus, quantum licet crassam historiæ superficiem ad considerationem spiritualem transferentes, simile quiddam in Satana, & in his qui à Christo redempti sunt, factum contemplemur. Erant siquidẽ captiui idolorum seruitio affixi, & eius qui summam exercebat tyrannidẽ imperia uenerantes: sed misertus est nos ut iniustè uiolatos uniuersitatis Opifex, misit nobis è cœlo redemptorem, proprium filiũ in nomine Domini, id est, non ut è sanctis prophetis quempiã, sed ut dominationis gloria clarũ, qui demolitus est idololatriam uelut ciuitatẽ quampiã superbã & insolentẽ, opem suã conferentibus bellatoribus armatis suis, id est, sanctis Apostolis: qui tota quodammodo regione diaboli excisa, secum in sanctam ciuitatem, Hierusalẽ intelligentiæ subiectam, ecclesiam inquam, duxerunt eos qui decepti sunt, & iugo seruitutis oppressi. Hi etiã in terra Dei multiplicati sunt, & in seruos ac seruas euaserũt. Et qui antè in ditione ac manu sua habebant captiuos, id est, dæmoniorum cultores, & huc pertinentia docebant gentes, ac ad interitũ irretiebant, hi captiui facti sunt, id est, uicti sunt prædicatione sanctorum Apostolorum, & sub Christo egerunt. Dominatui nanq; suo eos subdidit, fidem nimirum amplexatos. Conquieuerunt enim à seruitute, qua prius seruierunt, antequam Domino eiusq; militibus subderentur.

*ET uteris hoc luctu in regem Babylonis, & dices illa die, qui fit ut cesset exactor? cesset solicitator? Contriuit Deus iugum peccatorum, & iugum principum, percutiens gentem iracundia, plaga insanabili uerberans gentem, plaga iræ, qua non pepercit, requieuit confidens.*] Tantam acerbitatem futuram ait bellicarum calamitatum Babylonijs ipsiq; Nabuchodonosoro, ut etiam hostes ad misericordiã cõmoueantur: & quos par erat non ferenda perpessos tantùm non insultare iacenti, illi è conuerso etiam deinceps lugeãt, & multitudine eorum quæ ijs euenerunt, ad commiserationem descendant: uel etiam ut alio modo deplorent eos, qui occubuerunt, non solùm commiserando, sed lætando potius, & hominibus præter spem captis insultãdo. Pertexit autem lamentationem suam, ac carmen etiam dat euentui conueniens. Dices enim, inquit: Quî fit ut cesset exactor? Cessare, molliore nomine dicit, pro Perire, & finem habere. Exactorem uerò & solicitatorẽ nominat Babylonium, qui propter immensam superbiã, non finitimis modo tyrannidis suæ iugum imposuit, sed & in remotius habitantibus tum ciuitatibus tum regionibus tributorum exactores emisit, & uectigalia depoposcit & tributa. Mirãtur igitur qui fit ut talis cessaret, & ea manus, quæ ab omnibus rapuit, desisteret. Quòd autem non ignorauerint occasus illius causas, ostendunt & inquiunt: Contriuit Deus iugum peccatorum, iugum principũ. Audis quo pacto principes nominat mentem illis superbam attribuens? Insultarunt enim, ut dixi, omnibus, quodammodo per omnem terram, suo eos iugo submittentes. Imperare & solebant illi & uolebãt. Sed percussit Deus, inquit, supercilioſum genus, siue gentem percutiens plaga insanabili. Ille uerò cõfidens sibipſi, & elato animo nolens uolens cessauit, id est, finẽ habuit se dignissimum, plagam subiens insanabilis iræ, omni sublata misericordia. Sed hæc nos ipsos dicere conuenit, & uelut acclamare Satanæ exigenti & urgenti, idq; rigidissimè. Oppugnat enim cuiusq; mentem, eam optimis & honestis studijs, pietatis inquam & iustitiæ spolians, & ut quocunq; lubet uelut auferens: & ceu rigidus quispiam exactor peccati assiduitatem & diligẽtiam requirens à singulis. Sed contriuit Deus iugum peccatorum, illud abijciens, nosq; magis suo ipsius iugo supponens, & uerberans gentem ira, plaga insanabili. Quæ est autem, uel ubi prorsus est hæc gens dæmoniorum? quæ in abyssum ire iussit, & pœnas illas quidem graues inflixit. Clamabant siquidem, ac dicebant: Quid tibi nobiscum rei est, Iesu Nazarene? uenisti huc ut ante tempus nos torqueas?

*Commutatio spiritualis.*

*Mar. 1*

Omnis



*Omnis terra clamat cum lætitia, & ligna Libani lætabuntur in te, & cedrus Libani: ex quo tu dormiuisti, non ascendit qui succidat nos.*] Et hæc est pars quædã lamentationis, & quantum quidẽ attinet ad historiam, lætitia fuit per totã terrã Assyriorum regione deuastata, & occidente solicitatore, & eo qui ab omnibus sub iectionẽ exegit: quos & ligna Libani prophetica nominat oratio, in principatu semper & potestate positos cedris cõparans, uerùm tanquam frondator quispiã Nabuchodonosorus quatiens eos suo iugo submisit. Cedri igitur, inquit, gaudent propter te: ex quo tu dormiuisti, nõ ascendit qui succidat nos. Si quis hanc orationẽ uelit sortiri Israelitis adaptare, hunc ad modum intelliget. Libanus mons ingẽs est in terra Phœnicum, cedris & thuribus quasi comatus & decoratus, & denſus ac spissus arboribus. Sæpe itaq; illum seriptura diuinitus aspirata terræ Iudæorũ cõparat, propterea quòd cõplures essent in ea & potẽtia & gloria clarissimi, essentq; etiã alij sacerdotij insignibus altè subuecti, & uelut odore fragrantissimi. Et sanè Zacharias propheta cum Libano confert Iudæa: qui in ea erant, cedris & quercubus & pinubus: Romanum autẽ exercitum, post Christi crucẽ totã eorum regionẽ incendentem igni omniuoro, ficq; ait: Aperi Libane portas tuas, & exedat ignis cedros tuas, ploret pinus, quia cecidit cedrus, plorate quercus Basan, quia euulsus est saltus cõsitus. Sit igitur Iudæorũ hæc oratio, uelut à lignis Libani sumpta, quæ gaudẽt & dicunt Babylonio ipsiusq; seruis: Ex quo tu dormiuisti, non ascendit qui succidat nos. Elegãtissimè uerò ac diu in hac sermonis translatione immoratus est. Nam quia uelut à lignis Libani sumpta est uox, ideò dicit: Nõ ascendit qui succidat nos. Nã post reditũ Israelitarũ ex Babylone, nequaquã cõtra illos bellũ ex terra Assyriorum excitatũ est. Dicemus & nos meritò Satanæ, qui olim ab illo euersi, stabilem deinceps mentem in Christo habemus, animumq; in pietate firmũ & radices agẽtem, & pectus florentissimũ: Ex quo tu obdormiuisti, non ascendit qui nos succidat.

*Infernus subtus exacerbatus est, tibi occurrens, excitati sunt simul tibi omnes Gigantes qui dominati sunt terræ, qui excitarũt ex thronis suis omnes reges Gentiũ. Omnes respondebunt tibiq; dicẽt, & tu captus es quemadmodum & nos. Inter nos aũt reputatus es. Descendit ad inferos gloria tua, ac multa lætitia tua. Tibi substernent putredinẽ, & * hospitiũ tuũ uermis.*] In more est scripturæ diuino afflatu proditæ, personas fingere alicuius rei, quando, & ueluti ipsis rebus uoces accõmodare: quale illud est: Erubesce Sidon, dixit mare: & fortitudo maris ait, nõ parturiui neq; peperi, neq; enutriui adolescẽtulos, neq; euexi uirgines. Applicat uerò hunc sermonẽ in hoc, Tyriorũ ciuitati, quæ paulatim à Babylonijs excisa est, dicimusq; hãc orationẽ naturæ rerũ quadrare. Sic & Michæas propheta induxit Hierusalem, Babyloniã allocutẽ: Ne insultes mihi inimíca mea, quòd ceciderim, resurgam. Propterea si sedero in tenebris, Dominus illucescet mihi, irã Domini sustinebo, quia peccaui illi, donec iustã pronunciet ipse causam meã, & faciat iudicium meum, & educet me in lucem: uidebo iustitiam eius, & uidebit inimica mea, & uestietur ignominia, quæ dicit mihi, Vbi Dominus Deus tuus? oculi mei uidebunt ipsam, nunc erit conculcationi, ut lutũ in uijs, diebus lituræ lateris delebit te dies ille, quo scilicet Cyrus & Medi cum Persis coniunctim terrã Babyloniorum sustulerunt. Itaq; nihilominus & hic Prosopopœiam facit beatus propheta, exacerbari dicit & exasperari inferos, accurrantes regi Babyloniorum descendenti. Et mihi intuere orationis œconomiam ac dispositionem. Hic enim ostendit homicidam eum esse & sanguinibus plenum, ut totus fere infernus, nimirum hi qui apud inferos sunt, opus & materia fuerint eius, quæ in ipso erat, crudelitatis. Nõ enim destitit superbus & gentes & reges stirpitus euellere, & miseris animabus inferos replere. Omnes igitur Gigantes, inquit, id est, uiribus insignes, & multis imperitantes gentibus, & per te sublati respondebũt, & dicẽt, & tu captus es, quemadmodum & nos. Eras enim, inquit, homo, sed nõ dignatus es hoc nosse neq; sentire: sed nec existimasti quenquam fore qui supercilium tuum, & manum immanem ac horrendam posset superare, imò fortè te mortem posse uincere non desperabas, uix autem etiam nolenti gladius Medicus persuasit, ut hoc experimento disceres, te nostræ quoq; conditionis ac sortis fuisse. Et tu captus es sicut & nos: descenditq; ad inferos gloria tua, pro, Extincta est morte, & triste mortalitatis imperium inuectum est, tuamq; lætitiam quam sustulit, uix aspiciet. Substernetur etiam tibi putredo, fietq; tibi uermis pro indumento. Atq; hoc quidem est cõmune: nam cum semel passa sunt mortem humana corpora, semper & putrefactio & uermis accident. Sed de illo pulchrè dicitur acerbæ cõtumeliæ loco. Qui enim in obliuionem uenerunt suæ ipsorum infirmitatis, & propter insignem quandam insolentiam, se nihil passuros humanitus expectant: meritò probris exagitantur & dicteriis, ut ista patiendi, ægrè licet discant, quemadmodũ oporteat sentire de se modestius. Qui igitur, inquit, mollibus ac regalibus diffluxit ac luxuriauit delicijs, is simul cum alijs iacebit sine amictu, nec his quæ sunt decreta & sancita mortuis dignus habebitur.

*Quomodo cecidit de cœlo Lucifer mane oriens, attritus est, in terram misit ad omnes Gentes?*] Stella lucidissima est Lucifer, & antè splendorẽ auroræ paululum oritur, & coruscationis ueluti solis quidam est prænuncius. Quòd autem abundanti, & quasi diuite luce effulgescat, illud iudicio esse poterit, quòd ante diluculũ parum eluceat. Quandiu enim ætherium corpus atrum est nocte quasi cõdensata, & inualescentibus tenebris, lucidiorẽ habẽt claritatẽ cœlestes stellæ: cùm aũt aduẽtat dies, & ueluti solis extremo circulo imminet, cõtrahit quodãmodo earũ omniũ lux, cedẽs præstãtiori, & à maiori lumine superata. At Lucifer lumẽ adeò copiosum est, ut diluculo appareat, & emicationẽ emittat

Universidad de Deusto
Biblioteca



emittat radijs solaribus proximam. Cõponit itaque cum Lucifero Babyloniũ, eo quòd antecellat cæteris, & nemo ei similis imperijs & regnis cõspiciatur, itaq; cõspicuus & illustris sit, ut quasi inter astra reliqua Lucifer habeatur. Cæterùm quacunq;, inquit, gloria circundatus, & in sublime eleuatus, & inuicta nobilitate resplendens, quomodo decidit uelut ex cœlo attritusq; est ad terram qui mittit ad cunctas gentes? Illud autẽ, Mittit, pro Iubet, dicit, uel etiam alio modo. Placuit eñ ferè semper Babyloniorũ tyrãnis, genus humanũ omne in suã manũ ac potestatẽ redigere, & ad iugũ seruitutis trahere. Miserunt ergo ad omnes gentes, glebã petentes terrę, & aquam inuas: ueluti ex parte quærentes totum, terrã inquã & mare, quasi Domini essent rerum omnium.

TV *autẽ dicebas cum animo tuo, in cœlum ascendam, supra astra cœli ponam soliũ meum, sedebo in monte celso, super montes celsos qui ad Aquilonẽ, ascendã supra nubes, ero similis altissimo. Nunc autem ad inferos descendes & ad fundamenta terræ, qui uiderint te, admirabuntur te & dicent: Hiccine est ille homo, qui cõcitans terrã uniuersam, qui tremefaciens reges, orbẽ totũ in solitudinẽ redigit, & urbes euertit, & qui in* inductione erãt non soluit?] Inopinatis calamitatibus inuoluendum esse ait, & cũ in malis præter spem & opinionẽ uersatur, uix tandẽ ex rebus ipsis discituru̇s se hominẽ esse, & hominibus ante se mortuis similẽ. Quãtũ enim spectat ad uerba superbię, & ad animũ Dei odio flagrantẽ, atq; adeò summæ insolẽtiæ ac fastus plenissimũ: Paululũ te, inquit, à diuinæ præstantiæ celsitudine abesse putasti, cœlumq; fortè ipsum tibi fore peruiũ expectasti, tuũ soliũ supremo throno adæquauisti: Deo æqualẽ te esse & supra creaturã stolidè existimasti: te ultra nubes seãdere, & in ipsis stellis cõsidere credidisti. Cæterũ captus es, ac frustra hæc cogitasti. Arguit tuã sinistrã incogitantiã rerũ exitus. Descende enim ad inferos, & ad fundamenta terræ, & hæc ait, ut fortè locũ significet infimum, id est, exteriores tenebras. Eriscq;, inquit, miraculũ uidentibus, idq; iure optimo. Crebræ enim mutationes simul præter spẽ percellunt spectãtes. Quod nam erit miraculũ? & quæ erit oratio de illo? Dicẽt quippe: Hiccine est ille homo? at cùm passus fuerit, uix hominẽ nominant, fortassis olim hoc dicere ueriti: uerùm hiccine ille homo, qui cõcitat uniuersam terrã, qui reges tremefacit, qui redigit orbẽ terrarũ in solitudinẽ, & urbes euertit? Mirati sunt nõ abs re, siquidẽ unus homo cõtra totũ orbẽ terrarum bellũ gesserit, regna cõquassarit, orbẽ habitabilẽ in solitudinẽ redegerit, urbesq; cõcusserit. Et prę terea quid illud alterum sibi uult? Et qui in inductione erãt, non soluit? Quoniã quędã exẽplaria habẽt: Qui erãt in *ἀπαγωγῆ, id est, abductione, si quis ita uelit intelligere, dicemus abductionis nomen, captiuitatẽ Israelitarũ & è mortuis resurrectionẽ posse significare. Abducti sunt eñ ex ludæa in Assyriã. Sin eos qui in *ἀπαγωγῆ, id est, inductione erãt, Sacra scriptura dicat, nihilo secius intelliges, quippe qui erãt in inductiõe iræ Dñi. Inducta est enim illis ira propter multa peccata.

*Abductio, exilium.

*Inductio, uinculum, carcer.

Nabuchodonosor nõ soluit, id est, ex miseria nõ relaxauit. Oportuit enim oportuit nefariũ hominẽ non insolentẽ modo cõspici, sed & Deo repugnantẽ, & terrã uastantẽ, & durũ & immisericordẽ, & qui nullo modo norit misereri eorũ, qui in extremis fuerũt calamitatibus, miserećq; egerunt. Adaptare aũt quis poterit, & quidẽ ualdè meritò hæc quæ dicta sunt historicè, capiti eius qui omnia cõminuit, draconis inquã principis malorũ. Erat enim exactor & solicitator, illis quos iam diximus modis: cessauit aũt & è medio sublatus est, Deo illũ percutiente plaga furoris insanabili, & supersedit secare uelut frondator robustus cedros intelligibiles, quarũ etiã beatus Dauid meminit, affatus uniuersitatis Deum: Cedri Libani quas plantasti. Postquã aũt descendit in Orcum omnino cõdemnatus miser, ibi flãma omniũ rerum edace detentus: mirabãtur hoc eũ pati, ut uerisimile est, nequã ac illi subditæ potestates: & fortassis plorarunt dicẽtes: Et tu captus es quemadmodum & nos, sed inter nos reputatus es, & quę cõsequũtur. Erat enim quod ad gloriã attinet, in signis inter angelos, & superis potestatibus spectabilis, & sanè ueluti inter astra Lucifer cecidit, & cõminutus est, tumida & turgida cogitans, & honorẽ ac gloriã soli summæ naturæ congruentẽ rapere cupiens, quantũ molimine & ui & animo poterat. Sed ut propheta ait: Descẽdit ad inferos & in fundamẽta terræ, qui olim totã terrã cõcita uit, qui uniuersum orbẽ redegit in desertũ. Deseruit enim omnẽ terræ orbẽ effecit uera Dei notitia, quæ nullum prorsus haberet uirtutis autorẽ. Nec soluit eos qui erãt in inductiõe ac custodia. Sed hoc gratis contulit Dominus his qui in ipso sperarũt, illis dicẽs in uinculis, Exite: & illis in tenebris, Reuelamini: sed & diuinæ iræ obnoxijs, quòd in diuinas leges debaccharentur, remittẽs culpas, obliuione mala obliterans, & supplicio eximens, qui ex infirmitate humana multis uitijs implicabantur.

*Omnes reges terræ dormierunt in honore, homo in domo sua. Tu aũt proiectus eris in montibus, quasi mortuus abominabilis cũ multis mortuis confossis gladio, descendẽtibus ad inferos.*] Exre rum cõditione aliquãdo futura, grauiorẽ eius calamitatẽ ostẽdit: & uerum est quod dixi, siquidẽ nõ pari sorte cũ reliquis potiri eũ contigit, qui sic fastuosus est & cruciosus, & incõparabili dignitate euectus, ut in alto culmine locatus uideatur. Illi eñ, inquit, obdormierunt non absq; honore, neq; sine clarissimis sibi loculis. At tu horũ exors omnino, in montibus tacebis execrandus & proiectus, id est, olidus & aspectu inuenustus. Quid eñ corpore mortuo & uestitũ nõ habẽte, esse potest execrabilius? Occumbens aũt cum reliquis qui Medici gladij opera interierũt, nullo te lugẽte, neq; lachrymã mortuorum comitẽ distillante, non parentationis honore cohonestante: sed ita miserabilis, ita proculcatus eris, ut à subditis tuis, ijsq; despectissimis, nulla in re differas. Sed & sciendum est usq; ad illa procedere lamẽtationem.

*Quemadmodum uestis sanguine conspersa non est munda, sic neq;*

Accommodatio historiæ.



*neq; tu eris mundus, propterea quòd terram meam perdidisti, & populum meum interfecisti, nequaquam permanebis in perpetuitatem temporis.*] Quæ grauia admodum flagitia sunt, quæq; ab autoribus suis difficulter elui possunt, ea tincturæ cuiusdã instar colorata uidere licet. Ostẽdit uerò eos cõmissse digna extrema ira, & dignos supplicio utrijs ex æquo respõdente. Nõ absoluẽris, inquit, peccatis, neq; mũdus eris, neq; miseticordia dignus. Eris aũt sic cõtaminatus, & indelebili cędis crimine cõmaculatus, quẽadmodum sanè uestimentũ sanguine mixtũ. Perdidisti enim terrã sanctã, & occidisti populũ mihi deputatum. Quando enim, inquit, diuisit Altissimus gentes, filios Adam quos dispersit, cõstituit fines gentiũ pro numero angelorum Dei, & facta est pars Dñi populus eius Iacob, funiculus hęreditatis eius Israel. Est igitur grauissimũ se contra terrã Domini, id est, ecclesiã attollere, & aduersus populũ Christo deputatũ, audere homicidij scelus admittere. Nullo eñ modo erit mundus, qui tam prodigiosis sceleribus irretitur. Dixerit aũt quispiã, credo, Iudææ & ipsarũ Hierosolymorũ calamitates animo & cogitatiõe uersans: Ergòne sua sponte uenit Babyloniorũ tyrannus? & Iudaicã terrã oppugnauit, cepitq; sanctã ciuitatẽ, nõ permittente illi Deo hoc facere, imò nõ tradẽte? Equidẽ, inquit, ipse propheta Hesaias, nobis: Sibilo uocabit Dñs muscas quæ dominãtur parti fluuij Ægypti, & apí quæ est in regione Assyriorũ, & uenient omnes, & requiescẽt in fossis regionis tuæ, & in specubus petrarũ, & in speluncis, & in omni scissura, & in omni ligno. Quî igitur factũ est ut ex diuino nutu pendẽs Babylonius, insanabili scelere perditus sit, adeoq; grauiter puniatur, ut amplius nõ cõspiciatur, ira ei inflicta? Certè iure optimo. Voluit eñ uniuersitatis Deus declinãtẽ ad defectionẽ Israelẽ arguere, & modico supplicio persuadere, ut denuò ad consuetũ cultũ, ie galem inquã, recurreret. Iste autem licet ad hoc ductus, ferę more immitis erat, & effrenato furore agebatur. Siquidẽ accusatur à Deo manifestè dicẽte: Æmulatus sum Hierusalẽ & Sion æmulatione magna, & furore magno ego irascor gentibus cõspirantibus, pro eo q; ego succensui parũ, illi cõspirarunt in mala. Pharaonẽ item tanquam uas furoris ac iræ, & propter sua peccata animaduersione iam dignũ, excitauit, sicuti ipse ait, ut in ipso & suam potentiã & iusti iudicij seueritatem ostẽderet. Ita quoq; de Babylonijs intelliges. Cũ enim essent uasa iræ, & iuste plectendi, inuaserũt Hierosolyma, ut Israele castigato, & ipsi cum illo ad pœnam se dignissimam deposcerentur.

SEMEN *improbum, præpara liberos tuos ut occidantur ob culpas patris tui, ne resurgant & terræ hæreditatẽ adeant, impleantq; terrã bellis: ac resurgã contra eos, dicit Dominus Sabaoth, et perdã nomen eorũ, & reliquias, & semen.*] Grauissimè afflixit omnes gẽtes Nabuchodonosorus, & post eũ & ex eo nati usq; ad Baltasarũ, patrisq; sui peruersitatẽ sectantes cum etiã superarũt, crudelesq; & immanes in omnes gentes extiterũt, & Israelitis insultarunt, etiãsi in captiuitate fuerãt, & iugo seruitutis oppressi, adeoq; se etiã contra Diuinã maiestatẽ efferebant, ut sceleratus Baltasarus cõuiuio magnatib. suis adornato sacra uasa adferret in mediũ, & ex illis cum pellicibus & cõcubinis biberet. Quando etiã egressus articulus manus, sicuti ait Daniel, scripturã in pariete fecisset: MANÉ, THECEL, PHARES: id interpretans diuinus Daniel, diuisum esse dixit regnum eius, & Medis ac Persis traditũ. Aiunt igitur tunc genus Nabuchodonosori & Baltasari funditus perijsse, ut nemo prorsus post illos sanguine eorũ oriundus, regiã illã sedẽ cõscenderet. Hoc, ut opinor, his uerbis quæ ꝓposita nobis sunt, propheticus sermo declarat: Intuere nimirũ quo pacto in uniuersum semen improbũ diuina ira grassetur. Præpara enim, inquit, liberos tuos propter culpas patris tui, ut interficiantur. Cum enim patres essent impij, omnis eorũ posteritas deleta est. Quã ob causam, ut non resurgant, inquit, & terræ hæreditatẽ adeant, & terram *bellis impleant, id est, ne paternã insolentiã sectantes, & auitæ impietatis æmuli, bellis terrã impleant, sicuti illi uidelicet, fiantq; eius Domini. Et insurgã cõtra eos, dicit Dominus Sabaoth, & perdã eorũ nomẽ, & reliquias, & semẽ. Quemadmodũ enim Deus promisit regibus Israel qui ei placuerunt etiã quartã prolẽ in solijs eorum concessurã, benedictionẽ in futurum eorũ genus extendens: sic cùm impij ualde sunt, generis propagationẽ amputat & præscindit. Impij enim, inquit, prorsus radicitusq; ex terra peribunt. Audiat igitur quoq; omniũ hostis, peccati inuentor, & omniũ nobis causa malorũ: Quemadmodũ uestis cruore conspersa non erit munda, sic neq; tu eris mũdus, eo quòd terrã meã perdidisti, & populũ occidisti. Non satis erat generis nostri originẽ ad transgressionẽ conuertisse, sed etiã totum terrarum orbẽ à diuino utili seductum, & hominẽ terrenũ à dilectione ad sẽ abductum, suum cultorẽ fecit, & in foueã interitus præcipitauit. Proinde mundus non erit, sed neq; durabit in perpetuitatẽ tẽporis, nõ enim per omnia iniustitiæ habenas obtinuit, Deo tyrãnidem retrahente, & proteruiæ in nos impetũ cohibente & retardante. Perijt enim simul cũ filijs suis, id est, impuris dæmonibus: Semen enim erant malum. Perierunt autẽ catenis tenebrarũ detenti in tartaro, quemadmodũ dicit Seruatoris discipulus: Ne resurgant, & terræ hæreditatẽ adeant, & impleant terram bellis. Depulsi sunt enim sua in nos tyrannide, & factus est nobis pax Christus: Quemadmodũ enim beatus Paulus scribit: Pax Christi quæ superat omnem intellectum, custodiat corda uestra & cogitationes uestras. At quonam pacto hoc illis accideret, ipsemet nobis uniuersitatis Deus ostendet, dicens: Et insurgã contra illos, ait Dominus Sabaoth. Et perdam eorum nomen, & reliquias, & semen.

HAEC *dicit Dominus: Et faciã Babyloniam desertũ, ut inhabitent erinacei, & redigentur in nihilũ, & faciam eam luti barathrũ in perditionem.*] Oraculum hoc nobis iam propositum, uidetur esse quædã eorum quæ latius ac fu-

*πολέμων Septuag. pro λεμίων hoc sttib.

Spiritualis sensus.

Phil. 4

sus dicta sunt, cõcisa & breuissima anacephaleo A
sis. Ostẽdit enim aliud nihil quàm illud omnino,
hominibus uacuam fore Babyloniam, & animã-
tibus plenam, quibus habitaculum gratum est so
litudo. Cùm uerò, ut apparet, maximum undarũ
defluxum habeat, cumq; fluuij eam, ut fertur, in
duas secent partes: accidit, ut quía nullus riuus
nim suam deriuaret, ad loca quæ cunq; obuia pro
rumperetur, & aqua per totam terram diffunde-
retur, stagnorum multitudo efficeretur: ut quæ
regio olim clara & celeberrima erat, & reliquarũ
regina, & gloriosissima dicebaẽ, ea luti barathrũ
ac puteus euaderet corruentibus in perditionẽ.

HAEC *dicit Dominus Sabaoth: Vt dixi, ita erit, & ut decreui,*
*ita manebit, ut perdã Assyrios in terra mea, & in montibus meis.*
*Et erunt conculcationi, & auferetur illis iugum eorũ, & decus eo-* B
*rum ex humeris demetur.* ] Prophetat igitur beatus He
saías regnante Ozea, Ioathamo, Achazo & Eze
chia: uideturq; contra Babylonẽ inquã totamúe
terrã Assyriorum orationẽ habere, superstite e-
tiamnum & regium honorẽ sustinẽte Ozea, qui
est etiã Azarías. Cùm autem regnante Ezechia,
Senacherim Assyrius Iudææ bellũ indixisset, plu
rimasq; urbes Samaritanorũ cepisset, ac per ma-
num Dei coargutus esset, quantumuis ipsis Hie-
rosolymis insultans, (mortui sunt enim una no-
cte alienigenarum centum octogintaquinq; chi
liades, angeli manu cõsumptæ:) hanc ob causam
ne quicquã eorum quæ à Deo ad consolandum
Israelẽ dicta sunt, intercidere uideantur, procla-
mat & illud, & inquit: Vt dixi, ita erit, descendet C
eũ in luti barathrũ Babylonia, eritq; desolata, il-
ludq; omnino manebit: ad auspicatũ, inquit, finẽ
perueniet quod decreui, quòd mea sententia cõ-
firmauit, ut deleam Assyrios in terra mea, & in
montibus meis, & erunt conculcationi, auferе-
turq; iugum eorum, & decus ex humeris ipsorũ.
Missus enim est ab ipso Senacherim Rhapsaces
ex Laches in Hierusalẽ, deinde Babyloniorũ co
piis tota undiq; circundata, & diuinã maiestatẽ
haud parum ludificans, barbarico animo dignã
uocem edidit: Ne, inquit, decipiat uos Ezechias
dicens: Liberabit uos Deus è manu Assyriorum:
cumq; seruitutis iugum hominibus superiore me
moria, liberis studeret imponere, magnũ decus,
id est, gloriã sibi ac suo Domino tribuens, in cala D
mitatẽ deductus est inexpectatã. Surgẽtes enim,
inquit, mane, inuenerũt omnia corpora mortua.
Atq; experimento cognouit, fortissimũ esse san-
ctorũ principẽ, diuinoq; eiº nutui nihil obsistere.

HOC *est consiliũ quod decreuit Dominus de omni terra, hæc*
*manus excelsa est in omnes gentes terræ. Nam quod Deus sanctus*
*decreuit, quis rescindat? et manum excelsam quis auertet?* ] Rur-
sus sciendum est, uim prophetiæ huius non per
omnem terram, aut per orbem terrarum uagari,
sed hoc uaticinium potius contra omnem Assy-
riorum terram instituitur, quam & orbem appel
litat, quòd ampla sit & spaciosa, quodq; gẽtibus
infinitis ac innumeris, copioseˊ repleatur. Itaq; in
quit, contra omnẽ terrã Assyriorum uenient quę
dicuntur, & ad exitum peruenient prorsus peni-
tusq; quæ prænunciantur. Cùm igitur nemo un
cula soluat, nemo possit diuinæ iræ obnoxijs o-
pem afferre, pergit porrò sermocinari ac dicere.
Nam quod Deus sanctus decreuit, quis rescin-
det? & manum excelsam quis auertet? Præscin-
dit enim omnẽ Babylonio spem, ac opportunè
corroborare pergit Israelitas, quo animo sint æ-
quiore ac moderatiore, & omnipotentissimam
manum omnia domantem, rectam atq; suprema
promissa seruaturã uereˊ sentiant. Cùm enim terri
bilem atq; formidabilem Assyriorum potentiam
existimarent, quæ nemini cederet ac uinci se non
pateretur, ac propterea consentaneum esset pro-
phetícis sermonibus diffidere: hinc iure optimo
hoc illis accidere non sinit, ac tantùm non con-
trarium suadet, & incredulitatis morbũ resecat,
cùm dicit: Manum excelsam quis auertet?

ANNO *quo mortuus est Achazus rex, factum est uerbũ hoc,*
*Ne lætamini omnes alienigenæ. Contritum est enim iugum percu-*
*tientis uos. Nam ex semine serpentum egredientur progenies aspi-*
*dum, & progenies eorum, egredientur serpentes pennati.* ] Di-
uersas habebant diuersis temporibus reuelatio-
nes sancti prophetæ, rerũ naturæ cõgruentes, ad
eorum qui tum uixerũt utilitatẽ. Etenim Israelẽ,
qui exaruerat, & diuinarum legum curã abiece-
rat, uniuersitatis Deus ad meliorẽ mentẽ tradu-
cere uoluit: multis beneficijs afficiẽdo, & in illos
qui ei aduersabantur iram accendendo, atq; eos
qui sanctã ciuitatẽ, Hierusalẽ dico, habitabãt, ad
bonam spem reuocando, quo unum scirent ac so
lum uniuersitatis Dominum, & alium præterеà
neminẽ. At uerò illi creaturã præter Creatorẽ ho
nore ac ueneratione persequentes, atq; falsò no-
minatis diis liba offerentes, offensarunt non me-
diocriter. Talẽ igitur & nunc œconomiam ac or
dinis artificium tenor propheticæ lectionis no-
bis propositæ, subindicat. Cæterùm primùm ape
rire operæprecium est historica, & singula expo-
nere dilucidè: erit quippe sic lecturis perspicuũ
maximè id quod explanatur. Regnauit igitur
Hierosolymis in Israele Ozías qui & Azarías.
hic quidẽ fuit cultor pietatis: fecit enim rectum
in oculis Domini, ut de eo scriptũ est. Potentiſſi-
mus autem erat & formidabilis admodum hosti
bus, nimirum in alienigenas fortitudinẽ in bellis
exerens. Cùm igitur obsedit, cepit, atq; uastauit
multas urbes Philistinorũ, scilicet alienigenarũ, 2. Paral. 26
id est, Palæstinorum eorumq; qui ex Syria sunt,
quæ Caua dicitur. Scriptũ est aũt sic de illo in se-
cundo Paralipo. Et exiuit, & belligerauit aduer-
sus alienigenas, & debellauit muros Geth, & mu
ros Iamniæ, & muros Azoti, & ædificauit ciuita
tes Azoti, & in alienigenas roborauit eum Do-
minus, & in Arabas habitãtes in Petra & in Min
næos. Et dederunt Minnæi, Oziæ dona, & inela
ruit nomen eius usq; ad ingressum Ægypti, quia
obtinuit etiam supra. Quũ autẽ è uiuis discessit,
cæpessit regnũ eius natus Ioathamus. Dein post
eum Achazus, nequam & apostata, & in erroris
cœno uolutatus. Coluit enim ligna & lapides, &
omnẽ militiam cœli: traduxitq; filium suum per
ignem,



ignem, siquidem eum dæmonijs obtulit. Scriptũ A
Reg.16 est enim de eo sic quarto Regum: Neq; fecit re-
ctum in oculis Domini Dei sui, fideliter, quem-
admodũ Dauid pater ipsius, ambulauitq; in uia
regũ Israel, & filium suũ traduxit per ignem, secũ
dum abominationes Gentiũ, quas euertit Domi
nus ante faciẽ filiorũ Israel. Et adoleuit in excel-
sis & in collibus, & sub omni ligno syluestri. Tũc
ascendit Rhaason rex Assyriæ, & Phacee filius
Rhomeliæ rex Israel in Hierusalem ad bellum, et
obsederunt Achazũ, & non potuit pugnare, &c.
Et emisit Achazus nuncios ad Theglaphalassa-
rum regẽ Assyriorum, dicens: Seruus tuus & fi-
lius tuus ego, ascẽde, serua me ex manu regis Sy
riæ, & ex manu regis Israel, qui insurgunt contra
me. Et cepit Achazus argentũ & aurum inuentũ B
in thesauris domus Domini, & domus regis, &
misit regi munera. Et audiuit eum rex Assyriorũ,
ac uenit Damascum, & eam captã transtulit, &
Rhaason interfecit. Igitur primum quidẽ Ozías
qui & Azarías est, internecioni dedit alienige-
nas, omniq; eorũ terra uastata, tributa accepit &
uectigalia. Secundus uerò post ipsum Achazus
mercede cõduxit Assyriũ, & inuasit eos, qui & u-
niuersam euertit regionẽ Palæstinorũ. Eos enim
dicit esse alienigenas, abduxitq; captiuos in suã
ipsius terrã, eos qui è bello erant relicti. Mortuo
aũt Achazo, ob id resilierunt alienigenarũ ciuita
tes, uelut è medio sublato eo qui percusserat, ac
intolerabile uelut iugũ tyrannidis induxerat. De
bilitati enim semel & excisi manu Assyriorũ, ira C
exacerbabantur quidẽ in Achazum, at ulcisci se
non ualebant. O igitur uos, inquit, alienigenæ:
Quandoquidẽ sicut dicitis & creditis, defuncto
Achazo, contritũ sit imposterum iugũ percutiẽ-
tis uos, id est, conterentis, propterea ne gaudete.
Quanquã dixerit quispiã, Achazum idolorũ cul
torẽ fuisse, & prophanũ, & Dei hostẽ: tum quí fit
quòd propter hunc impediat Deus risum aduer-
sariorũ? Non contra illum omnino hic risus erat,
sed si quid aduersi Iudææ cõtigisset, non tam pa-
tientes quàm Dei manũ quæ Israelẽ quasi scuto
defendit, sannis conuicijsq; conabantur insecta-
ri aduersarij. Putabant siquidẽ attenuatã & infir-
matam esse potentissimã dexterã, & suos Deos
custode Israelis fuisse meliores. Proinde quan- D
quam prophanus fuerit Achazus, tamen quia a-
lienigenæ, ut iam dicebã, ludibrio habuerunt Is-
raelitas, cõprimit lætitiam, & quasi retrahit ac re
frenat gaudium, dicens: non liberatos esse eos iu
go premente, sed passuros se digna, & uolentes
nolentes cruciandos, non mediocriter. Quid emi
ait? Ne lætamini dicentes, percutientis nos iugũ
esse contritum. Scitote uerò potius, quòd ex se-
mine serpentis, egredientur fœtus aspidum. Bisa
riam hoc intelligas. Erat nimirum Ozías qui &
Azarías, uti dixi, tũ immitis tum bellacissimus,
& ita manui suæ ac potestati eos subiecit, ut præ
ter solitum uicis & urbibus tributa imperarit. De
inde post illum Achazus, tametsi non sua quidẽ
manu fortassis nec armis patrijs, Assyriorum ta-
men uiribus, paria in eos gessit. Cepit enim Da-
mascum Theglaphalassarus, ciuitatesq; alienige
narũ, & ipsum Rhaason trucidauit. Demortuo
Achazo, in regnum succedit, iustus ille quidẽ ac
pius Ezechias. Scriptum est autem de eo quarto
Regnorum, Et defecit à rege Assyriorũ, nec serui 4. Reg. 18
uit ei. Ipse percussit alienigenas usq; ad Gazam,
& usq; ad terminũ eius à turre custodientiũ, usq;
ad ciuitatem munitam. Itaq; uelut ex semine ser-
pentis Oziæ, fœtus aspidum ortus est Achazus:
deinde secundum illum serpens uolans, id est, acer
Ezechías. Mordebant enim quodammodo alie-
nigenas, deletis eorum urbibus. Etsi aũtẽ serpen
tes dicti sunt Ozías & Ezechias, licet alioqui
pij, illud tamen prudentissimè intelligendum, sic
ut sermonis scopus ad affligendos Philistinos si-
ue alienigenas dirigatur atq; collimet. Oporte-
bat ergo eos non placidos, non mites esse, sed tru
ces & acres, ut uelut serpentum in morem in ad-
uersarios insiliant. Quare uel hunc ad modum in
telliges illud, ex semine serpentis egrediẽtur pro
genies aspidum, uel alia si placet ratione. Condu
xerat nempe Achazus Theglaphalassarum Assy
rium, & regionem alienigenarum inuadẽs, cùm
totam depopulatus esset, ipsum quoq;, ut dixi, re
gem Rhaason interemit. Temporibus autem re-
gis Ezechiæ, cõtra Samariam eduxit exercitum
Salmanasarus, ipse quoq; rex Assyriorum. Gras-
sansq; primum in regionem Palæstinorum seu a-
lienigenarũ, barbaricam in omnes exercuit cru-
delitatem, ita ut ex semine serpentis Theglapha-
lassar, fœtus aspidis exierit Salmanasarus tan-
quam serpens & ipse, non ad assultus piger, non
ad impetus in obsedẽdo tardus, sed acer potius,
& quasi uolucris urbibus imminens.

ET *pascentur mendici per ipsum, & pauperes in pace requie-*
*scent, & perimet fame semen tuum, & reliquias tuas interficiet.* ]
Supra dixi, mortuo Achazo, effusos in lætitiam
fuisse alienigenas, & derisisse non illum modo,
sed fortissimam dextram, conseruatricem inquã
Israelis. Cæterùm non destituros pugnare etiam
post Oziam, declarauit optimè, cùm dicit: Ex se-
mine serpentum orituros fœtus aspidum. Quo-
niam autem diuinæ maiestati insultabant, neces-
sariò ostendit nobis his uerbis propheta, seruа-
turum esse Israelem, qui protector eius est, & ad- D
uersarijs internecionem prorsus penitusq; illatu
rum. Obsedit nanq; Hierusalem Salmanasarus,
tota Samaria capta: obsedit item Rhapsaces, ex
peditionẽ missa ex Laches, uti scriptum est: at ser
uauit præter opinionem Israelitas uniuersitatis
Deus. Conciderunt enim Assyrij, consumente
eos angelo Domini: & semen alienigenarum, &
uniuersæ reliquiæ ex prima obsidione tempori-
bus Theglaphalassari factа, omnino sublatæ
sunt, & in totum perierũt, fame fortassis oppres-
si. Nam obsidionem urbium semper & alia mala
consequuntur. Igitur pascentur per Deum men-
dici, & mansueti homines, id est, suam ipsorũ ter-
ram incolent, & in pace requiescent. Tum uerò
semen & reliquias, perdit fames. Horrendum igi

tur est sannis excipere Dei subditos, secq; contra eos qui curæ eius commissi sunt attollere. Minimè enim despiciet, sed omnino suis notis & familiaribus succurret, ne effusè ac ore diducto rideāt aduersarij, Deumq; incessant conuicijs, quasi qui non posset subditos suos tueri satis & cōseruare.

PLORATE *portæ urbium, clament urbes turbatæ, alienigenæ omnes, quia fumus ab Aquilone uenit, & non est ut sit.*] Illud, ex semine serpentium egredietur progenies aspidum, quomodo intelligendum esset exponētes, diximus Theglaphalassarum alienigenarum urbes uastasse, & Damascum cepisse: dein post illum in grauiores eos calamitates Salmanasarū coniecisse temporibus regni Ezechiæ, cùm Samaritanorum urbes obsideret. Quasi enim iam acies instructa esset, & Assyriorum adesset exercitus, quasi iam hostes, ad portas cuiusq; urbis adducti, iam iam intolerandis suis tormentis muros percutere pararent: plorare iubet portas, & clamare urbes, non amplius, contra sanguine Israelitico cretos, gloriantes, non omnipotentis Dei maiestatem conuicijs & dicterijs proscindētes, non demortuo Achazo insultantes, sed tragicum potius luctum & lamenta meditantes, & ex miserijs nondum præsentibus haud leui dolore confectas. Propterea enim, inquit, plorare urbes iussi, quia fumus ab Aquilone uenit, & non est ut sit. Fumum in his ab Aquilone uenientem, dicit uel ipsum Salmanasarum ex terra Assyriorum prorumpentem, uel qui cum eo est exercitū. Australis enim maxime est Iudæorum regio, magis autem Aquiloni Assyriorum. Fumo autē belli lacem exercitum comparat, ut qui uelut lachrymas captis excitet. Elicit enim semper ex oculis fumus lachrymam. Nō est autem dissentaneum fidei, in his uerbis alia de causa bella comparari fumo. Quemadmodum enim fumus incidens in corporis oculos, uisus aciem semper perstringit, illisq; adimit: sic & formido mortis tantùm non inebriat mentem, cor turbidum reddit, & grauibus ac intolerandis terroribus propè denigrat et offuscat. Veniet igitur fumus ab Aquilone. At quis erit huius incursionis exitus? Non est ut sit, inquit, id est, extrema internecio urbes & domos, & qui in illis sunt pessundat.

ET *quid respondebunt reges Gentium? Quia Dominus fundauit Sion, et per illum seruabuntur humiles populi.*] Impressione Assyriorum facta, captæ sunt alienigenarum urbes, deuastatæ nihilominus etiam Samaritanorum ciuitates: seruata est autem egregiè præcetis ac mirabiliter sola Hierusalem, Assyriorum copijs: manum admoliente eo, qui omnia facilè ac rectè potest efficere. Mortui sunt enim una nocte alienigenarum, centū octogintaquinq; chiliades. Quando igitur Aquilonares isti incenderint alienigenarum urbes, populati fuerint etiam Iudææ uicinam Samariam, deinde cingentes undiq; ipsam Hierusalem, nullo resistente, una nocte corruerint: Tunc tunc, inquit, uelint nolint confitebuntur Gentium reges, quòd Dominus fundauit Sion, & quòd seruabuntur humiles populi. Humiles populi, uocat eos, qui in illo solo spem salutis suæ collocant: qualis erat ipse rex Ezechias, & qui circa illum erant procidentes & dicentes: Exaudi Domine, respice Domine, & uide sermones Rhapsacæ, quos emisit rex Assyriorum, probra iaciens in Deum uiuum. Verùm è diuerso ipse audiuit Deum loquentem aperte: Hæc ait Dominus, propugnabo ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid puerum meum. Bonum est igitur confidere Deo. Quod etiā beati prophetæ non ignorarunt. Hieremias quippe dicit: Beatus homo qui confidit Domino, & erit Dominus spes eius. Sapientissimus etiā Dauid: Domine Deus uirtutum, beatus homo qui speratin te. Nemo enim perdet eum qui diuino eius nutu adiutus est, & superno fauore ac beneuolētia quasi muro probè obuallatus. Dignatur enim cura sua amantes se, & qui diligēter quæ ipsi placent cogitare & agere student, hi ut firmis & diu turnis bonis potiantur, facilè annuet.

4. Reg. 19

Psal. 83

# CYRILLI COMMENTARIORVM IN HESAIAM,

*Libri Secundi,*

*Tomus Tertius.*

## CAP. XV.

ONERVM *contra Moab.*] Confecto & perorato sermone de Babylonijs atq; rectissimè, rursus ad Moab, id est, contra Moabitarum metropolim regionemq; uniuersam ipsumq; adeò regnum transfert uaticinium. Gens uerò barbarica fuerunt etiam hi, Deo exosa, quòd ido lorum cultui toti adhæresceret, magicæq; artimaximè confiderent, ac diuinæ maiestati sese opponerent, & Israelitis essent quàm infestissimi. Cumq; Ægyptiaca tyrannide liberati, ad terram eft autem sic in Numeris: Et descendentes filij Israel castrametati sunt ad occidentem Moab, apud Iordanem iuxta Iericò, & uidens Balakus filius Sephori, quæcunque fecit Israel, pertimuit Moab, & quæ tandem eius tectura fuit & machinatio? Conductum Balaamum ex Mesopotamia, (erat autem is falsus uates & augur) rogauit dicens: Execrare mihi Israelem. Nouienim quòd quibus tu benedixeris, benedicuntur, & quos tu execratus fueris, execrationi subijciuntur. Incantationis autem modus hic ab eo adhibitus fuit, aris excitatis, hostijsq; oblatis. Cæterum spe falsus est Balaamus, & uoto animi ac sententia sua excidit, bene precante præter opinionem Israeli eò qui ascitus est ad imprecādum. Cùm hoc molimen ei præter spem euenisset, rursus alio modo, hanc rem nefariam contra eos aggreditur.

Num. 22

Israelitas



Israelitas enim illaqueauit ut muliebri forma correpti, à Dei dilectione exorbitarent, & Beelphegor, idolum scilicet Moabitarum, adorarēt. Scriptum est iterum sic in Numeris: Cōmoratus est Israel in Sattin, & contaminatus est populus ut fornicaretur cum filiabus Moab, uocaruntq; eos ad sacrificia idolorum suorum, ac comedit populus de sacrificijs eorum, & adorauerunt idola eorum, & initiatus est Israel Beelphegori, & iratus est animo Dominus Israeli. Nam cùm Deo iuuāte, potens & terribilis esset Israel, hinc fraudulenter & malitiosè eius submoto præsidio, Deum uniuersitatis offendere persuaserunt, & semper in suscepto consilio perstiterunt. Quòd si in calamitatum societatem uenire Israelem contingeret, quòd Deum offendissent: se contra efferebant il li, ac conuiciabantur causantes Deum, qui seruare cultores suos promiserat, nihil omnino potuisse. Huiusq; testis est beatus Hieremias in sua de illo uisione, dicens: Cōfractum est cornu Moab, & præmium eius cōtritum. Inebriate illum quia in Dominum magnus factus est. Et rursus: Sic dicit Dominus. Capta est * Arioch, & munitiones simul captę sunt. Et peribit Moab à populo, quia in Dominum magnificatus est. Venit enim alijs atq; alijs temporibus Assyriorum & Babylonio rum tyrannus, ad Iudæam perdendam: cepitq; urbes Samariæ. Moabitæ autem de integro irridēt eos qui perierant, sannisq; ac ludibrijs uexarunt, & non mediocriter diuinam maiestatem probris assiduè aspersерunt. Hanc ob causam tradentur & ipsi internecioni, eosq; cum urbibus & domibus, totoq; populo funditus euerterunt, ut iam quodammodo ne esse quidem uideantur. Memi nit itaq; uisio proposita eorum, quæ ab initio nimirum superiore memoria illis acciderunt, & inquit.

Num. 25

Ier. 48

Isaiæ. 21

NOCTE *peribit Moabitis, nocte enim peribit murus Moabitidis.*] Quidam eorum qui hæc pertractarunt diligenter, tradiderunt, bellum in illos capessentibus Babylonijs, motu facto adeò concussam esse Moabitarum metropolim, ut totus eius murus noctu & in tenebris sua sponte tremefactus fuerit: quo facto, ante impressionem hostiū propemodum eorum omnis spes salutis perierat. Ideò dicit noctu perijsse Moab. Sed inquit.

CONTRISTAMINI *in uobis ipsis.*] Simile est ac si dicat: Sæpe erecto supercilio alto, alienis insultastis calamitatibus, at nunc ad uos ipsos bellum erumpit, ad uos properat, & quæ hinc sunt incommoda, uestris impijs impendēt capitibus. Contristamini igitur, non aliorū sed uestra causa.

Iudæos.

PERIBIT *enim * Lebedon, ubi est ara uestra.*] Dixi sæuos & superbos fuisse Moabitas, & impostu ris dæmonum fretos ac magica arte, ratos se omnium potentiam superaturos, ipsumq; adeò Israelem, etiamsi Deus succurreret. Igitur in ea quæ uocatur Lebedon & Deebon, aram habebant et delubrum admirabile, quantum ad structuram pertinet, ibi celebrarūt uaticinia, ac se plurimum efferebant, & præ cæteris hunc locum uenerabilem augustumq; reddiderūt. Sed peribit, inquit, etiam uaticinij huius officina.

ILLVC *ascendetis ad plorandum super Nabaton Moabitidis.*] Ciuitas & hæc est fortissimorum.

PLORATE, *inquit, super omne enim caput caluitium.*] Id est, una peruadet omnes ignominia. Caluitiū quippe ignominiæ symbolum.

ERVNT *& omnis brachia concisa.*] Plangendo & lamentando, uel quòd idolorum cultoribus solenne fuerit γαστρίμαργας, quas uocant, & incisiones tum genis tum brachijs inferre. Frustra igitur & hoc agetis, inquit, siquidem res est omnino inutilis.

IGITVR *in plateis eius circumcingite saccos, & luctu concidamini in domibus, & in plateis, & in uicis omnes, ululate cum planctu, quia clamauit Esebon, & * loquuta est, donec exaudita est uox eius.*] Effigiem urbium non mediocri terrore fluctuantium, nobis prophetica sententia describit. Bello enim opprimente, & ultima calamitate, tam urbibus, quam domibus inuecta illi in plateis & angiportis eiulantes discurrunt (similiter ut imbecillum & imbelle fœminarum, & infantium genus domi exiliens, luctum edit & eiulatum, cùm hostiles phalanges aspicit) cùm nondum præsentem cædem cogitant. Plorate, igitur, clamauit enim Esebon, & loquuta est usq; dum exaudita est. Vrbes has narrant esse Moabitarū bellicosissimas. At tametsi, inquit, ita sint, tantū attamen luctum excitabunt, ut non obscurè non in absconditio plorent, imò ita ut percipi auribus uox possit, & clarè eiulent, incolis suam fortitudinem solitam negligentibus, & ita contusis & accisis, ut prorsus nihil uirium nihil neruorum habeant, nihilq; fortiter aut cogitent aut suscipiant.

Septuagin ta legūt pro ἐβόησε loquuta est, Exaudita est, ut est in He.

LVMBVS *Moabitidis clamat, anima eius cognoscet, & cor Moabitidis clamat in ipsa usq; ad Segor. Vitula enim est trienuis. Super autem ascensum ad te flentes ascendent in uia Aronim clamat: Contritio & concussio.*] Immittunt se & ingerūt semper ante incurabiles calamitates, diri cruciatus & exanimationes acerrimæ, pauorumq; incursio, quæ satis est ad animum fidentissimum labefactandum. Hinc fit, arbitror, ut quorundā facies tetricè sint, & suspiria ueluti ex profundo trahantur, internæ flammæ feruorem experimentia. Clamat igitur lumbus Moabitidis, id est, in doloribus est, labores angoresq; habens intestinos rumoribus antè perculsus, bellumq; nondum intētatum persentiscens. Cognouit enim hoc anima eius. Hanc ob causam lamentabatur & clamabat in se usq; ad Segor, nimirum tota regio Moabitica, & usq; ad ipsos terminos. Narrant uidelicet in ipsis finibus Moabitarum sitā esse Segor. Cuius igitur rei gratia hæc ei accidant? Vitula est triennis. Tertius annus animantibus ratione carentibus, ad ætatis florem, & ad maturas uires efficendas sufficit. Itaq; & eo tempore domari debēt. Quandiu ergo uitula est iugi inexperta, lasciuiēs & iuuencula, & tenerum ac nouitium cornu proferens, exultās ex septis & uestibulis ac stabulis, saltitat identidem. Talis extitit Moabitis, insultans uicinis, & in infirmiores insiliens. Excelsam autem

autem dicũt esse tritam & populatẽ Aroníjm ut A uocatur, recípereq; quotquot ad eam ex alijs seu urbibus seu regionibus uentitant. Igitur, ait, ex ascensu Aroníjm flentes ascendent. Vox aũt flentium est: Contritio & concussio. Siquidẽ clamarunt ob acerbitates euenturas ex bello, quod scilicet omnes tam urbes, quàm domos concutit, et qui in ijs sunt conterit.

AQVA *Nemrim deserta erit, & herba eius deficiet. Herba* * al. Nemrim. *enim utridis non erit. Nunquid & sic debet seruare?* ] Vrbem * Nebrím positam esse dicit in extrema ora regionis, mari rubro uicinam, adeoq; aquosam & feracem, ut qui in ea sunt equos multos possideant: ideoq; esse etiam pugnacissimos homines, habereq; equitatum bellãdi peritum. Ex diuina ergo, inquit, ira, ex hostium impressione, destituta erit B aquis, uiridicq; herba. Quo sanè facto, iacebit omnino rei militaris scientia, sublatis antè equis, ac inedia intereuntibus. At si hoc, inquit, fiat, num igitur altè de se ac tam magnificè sentiet? Num si hoc contigerit, seruabitur? num inimicorum manus effugiet? Facta enim & extincta eorum potentia, quæ demum erit spes salutis?

## CAP. XVI.

INDVCAM *enim in uallem Arabes, & capient eam. Pertigit enim clamor ad terminum Moabitidis, Agallim, & ciulatio eius usq; ad puteum Elim. Aqua Rhembon replebitur sanguine. Inducam enim super Rhembon, Arabes. Et tollã semen Moab & Ariel Et residuum Adama, mittam tanquam repti* C *lia super terram* ] Partes Damascenorum ad Austrũ maximè uergentes, innumerabilia genera corũ qui Saraceni uocãtur, incolere dicunt, & ad Persiam usq; porrigi: hi arma contulerunt, copiasq; iunxerũt cum Babylonijs, & populati sunt Moabitidem: sequebantur quippe & ipsi, licet ex ea gente essent, Moabitarumq; uicini. Vocabuntur enim hi quoq; Arabes. Capiendum itaq; dicit, Neurim. Inducam enim super uallem Arabes, & capient eam. Vallem, ut uidetur, Neurim nominat, quippe quæ in concauo loco sita sit, nimirũ cum aliæ urbes in altum euectæ, & in montibus positæ sint. Quoniam uerò non pars Moabitarũ bello attrita est, sed tota omnino ac in totum cõquassabatur, & in morem ebrij iactabatur, ideò D inquit, à finibus ad fines peruẽturum clamorem ululantium, uidelicet & eorum, qui casum pereuntium soliti sunt deplorare. Pertigit enim clamor, inquit, terminum Moabitidis, Agallim, & ciulatio eius usq; ad puteum Elim. Extimas autẽ urbes, & in ipsis locatas terminis nominat: Agallim, inquam, & puteum Elim. Cumq; lamentum per omnes prouincias tollendum asseueraret, uti dicebam, inde ait: Aqua Rhembon implebitur sanguine: hoc scilicet dicẽs, quòd sanguis belli tempore occumbentiũ, cum largitate & copia aquarum contender, & rubefacti apparebunt fluuij, diffundeturq; aqua terræ, non iam pura, non aquæ speciẽ habens, sed diuersi coloris, & sanguinea. Capiẽdamq; eam ait, ab Arabibus, ut totum semen Moab, & Ariel tollatur, id est, perdatur et conficiatur. Et residuum mittam, inquit, uelut reptilia super terrã. Qui enim sunt acres & acerbi, semper ibunt in captiuitatẽ, uelut serpentes quidam aliquorum incantationibus præstigijsq; fascinati, & præter solitum mansueti, conniuentes. Dicendo enim, Mittã, amandare denotat. In more enim est his qui ceperũt regionẽ, uel ciuitatẽ, quandoq; non omnes delere funditus, sed multitudine pugnacissima cõsumpta, reliquos in classe numeroq; captiuorum ponere. Si uerò historijs alium quempiam sermonẽ necessarium inseruit *Anagogia ſeu rinalis.* rere liceat: tenendum est, animam Dei timore, ue lut muro obseptã, fortem esse & quodammodo inuictã, & manum uiresq; eorum, qui manus cũ ipsa conserunt expugnare. Vincit enim principatus, & potestates, & mundi dominos, rectores harum tenebrarum, spiritualia nequitiæ in supercœlestibus. Sin diuerrat ad ea quæ non conuenit, & extra rectum callẽ feratur, & Dei placita prætereat ac prætercurrẽs, ad mundanas cupiditates deuoluatur, atq; iugum obediẽtiæ respuat: omnem denudat subsidio, uelut sine maceria patentem efficit, hostibusq; reddit incustoditã, uiã prestruit & cõplanat assultibus cupiditatũ cõtra eã, ita ut nullo modo posset effugere. Sic traduntur quidã in reprobã mentẽ, fiuntq; expugnabiles, expositiq; mõstrosis cupiditatibus, nec quicquã defendit eos, sed pedibus inimicorum proiecti sunt ignauiter. Si enim, inquit, clauserit cõtra hominem uniuersitatis Deus, quis aperiet? & præpotentẽ tradẽtis dexterã quis superabit? Permaneamus itaq; in timore Dei. Sic enim superne misericordiæ gratiã lucrifaciemus, peccatũ ac cupiditates spiritualiter tanquã iuuenes uincemus, & diaboli tyrannidẽ paruí admodũ ducẽtes, laudatam & probatissimam uitam rectè instituẽtes, ad brabæum supernæ uocationis perueniemus.

NVM *petra deserta est mons Sion? eris enim uelut auis uolantis pullus ablatus, filia Moab* ] Oppugnauit Samariã capta opportunitate Salmanasarus Assyrius, cepitq; eius ciuitates, porrò etiam Iudææ multas male tractauit, & captiuam multitudinem in suã regionem abduxit. Hanc ob causam illuserunt Sioni seu Hierusalem gentes Moabitarum, & petram desertam eam appellarunt: non tam irridentes eam miseri homines, quàm eum qui est super omnes Deus, quippe dicitantes eius manum oppitulatricem elanguescere, & hanc ob rem etiam sub pedes uenire hostium. O igitur filia Moab, inquit, usitata quidẽ est semper hæc oratio. Numquid petra deserta est mons Sion? An, inquit, sola laborauit ac succubuit Sion? An sola corruit sub pedibus inimicorum? Et inopia incolarum afflictatur? Vel tu ipsa in deteriora incidisti, capteris eñ ab hostibus, & tanquã è nido pullus ereptus in alienã migrabis regionẽ, & inimicis seruies, erisq; apud illos captiua, miserabilis & profligata, & seruituti subiecta. Vtile igitur & necessarium pręceptũ illud: Si ceciderit inimicus tuus, ne propterea gaudeas, quia uidebit Dominus, & non placebit



placebit ei, & auertet furorem suum. Non enim A cõuenit alienis lætari calamitatibus, nec id quod uicino accidit, nostræ uoluptatis occasionẽ ansamq; facere: at si quis fortè sit mœrore cõfectus, condolere illi potius, & ad nostra peccata oculo intento, multum reformidare, ne & in nos ceden tis ira deueniat.

DEINDE *uerò Arnon plura consule. Præbete tegmen planctus, ipsi semper in meridianis tenebris fugitant, & obstupuerunt.* * al. ἀπρὸς ἀπρὸς, ἀφεστὼς ἀπὸ τοῦ ἀπρὸς, ἀπρὸς ἀπὸ τοῦ ἀπρὸς, &c. Non * *ab initio habitabunt apud te fugitiui Moab. Erunt tegumenta uobis à facie persequentis, quia sublatum est auxilium tuum, &* B *princeps periit conculcans super terra* ] Ad interpretandũ difficilis est mens & sententia horum uerborum, propter personarum in personas metabases & transitiones, & compositio aspera est, nec omniũ intelligentiæ obuia. Veruntamẽ quoad potero, enitar explicare. Deleta itaq; tota Moabitide, euersis urbibus, incẽsis domibus, & prorsus rabiosẽ sæuientibus ferine Babylonijs, qui elabi poterant, Arnon se receperunt. Vrbs autem hæc munitissima est, & Moabitidi contermina. Habetur igitur ad eam sermo: Tu, inquit, posthac ô Arnõ plura consule: Absconde, inquit, & cõtege quodãmodo, ut seruare possis superstites, coscq; qui immanitatem uastatorũ potuerũt euadere. Præbete tegmen planctus ipsi semper: Certè, inquit, tegere humanitatis est, latebra esto eis intolerabili luctu confectis. Fugitant enim in meridianis tenebris, id est, cùm dies est, & sol in meridie lucet, ipsi mentis caliginem circunferunt. Satis est C enim ad turbãdũ animum mortis metus: & summæ desperationis assultũ tanquã noctem quãdã mentis offundit. Hinc etiam ait: Et obstupuerũt. Nam belli perterrefactionib. perculsi, tantũ non mẽte sensuq; priuati sunt. At si acceperit, inquit, Moabitas, scito tamen planissimè, quòd seruasti nõ omnes, sed ad tẽpus tantùm, et eorũ qui extincti sunt reliquias facilè numerabiles. Hoc puto ostendere uelle, cùm dicit: Non à principio habitabunt iuxta te fugitiui Moab. Nõ, cùm primùm mouebaẽ bellũ, inquit, suscepisti, pfugos, non ne facilè innumerabiles, omninoq; pauci erant, qui effugere poterant? Itaq; producta sunt ad finẽ ea quæ à Deo cõtra Moabitas dicta sunt. Perijt eñ etiã breuí, uixq; conseruatæ sunt reliquiæ. Sed ô, inquit, Arnon, suscepisti Moabitas, sperans fortassis eos quoq; suo tẽpore fore latibulũ uobis à facie persequentis. Erit autẽ hoc minimè. undeq; Sublatũ est eñ auxiliũ tuũ, & princeps perijt cõculcans super terrã. Qui enim, inquit, suppetias tibi semper tulit, Moabiticæ terræ prefectus, acer et elatus, qui tanquã pulueren calcare solitus est eos qui rebellarunt, perijt & interijt. Exterminatus est eñ & sublatus è medio. Docet eñ hisce, qꝺ etiã sit ablata & præcisa Moabitis spes, posse aliquando rursus superiores obtinere. Impij eñ, inquit, radicitus de terra perdentur. Diuina aũt ira omnino insiliente, cuiusmodi erãt, eorũ qui afflicti sunt reliquiæ? Vel quis restaurare potest, subuertente Deo?

ET *instaurabitur eum misericordia solium, & sedebit in eo* A *cum ueritate in tabernaculo Dauidis iudicans & uestigãs iudicii, & accelerans iustitiam.* ] In istis uerbis, aperte promittitur, Israelẽ suis tẽporibus à nõ ferenda infœlicitate malisq; quibus in captiuitate oppressus erat, esse liberandum. Cùm eñ Cyrus Babylonia cepisset, reuersus est Israel reductusq; est, Deo cõmiserante in sanctam ciuitatẽ, ducibus Zorobabelo filio Salathiel, qui erat ex tribu Iuda & Dauid, & Iesu filio Iosedek magno sacerdote. Solũ, inquit, id est, Iudaicũ regnũ instaurabiť cũ misericordia, id est, in suũ quasi propriũ statũ ac dignitatẽ restituet miserante Deo, & residebit denuò in eo cũ ueritate, & in rabernaculo Dauid, iudicãs & uestigans iudiciũ. Et tabernaculũ ut uidetur nominat basilicas seu regias, in quibus commorabanť iudicantes legitimè eos, sedẽ regni administrantes, quatenusq; cũ Dei uoluntate coniunctum erat & consentiens, curabant colebantq; iustitiã: etiamsi à uirtute aberrauerint quidã, ad deteriora declinãtes. Sciendũ aũt est post reditum è Babylone, non iã diuisim habitasse Israelitas, ut Samariæ decem tribus & dimidia tribus Ephraim essent, imperitante illis uno, Hierosolymis autem tribus Iuda & dimidium tribus Manassis, rursus priuatim regnante altero: sed in unam mentem conflati ac conspirantes, incolebant simul Hierosolyma, unum porrò regem inungẽtes. Hoc erat uidelicet uoce prophetę de illis dictum, Et ascendent ex terra & laborabunt paululum, ungendo regem et principem. Verùm pollicitus est Deus C Iudaici throni instaurationem, tantùm non probra in Moab iacens? scommata enim illa torsit, dicens: Petra deserta est mons Sion. Imò tibi, inquit ille, istuc continget, quæ hianti ac largo ore rides Israelitas: horũ uero prorsus penitusq; miserebitur Deus, & ex his quæ acciderunt recreabit ac relaxabit, & in antiquam cõditionem redigeť, regnum eorum reformando.

*Audiuimus insolentiã Moab, ualde insolens est.* ] Cùm declarauerit superius reditum Israelitarum è captiuitate, iuxta prius expositam rationem, & quod iterum ad ueterem formam principatus, nimirum regni ipsorum futura sit reditio, recipit se de integro ad Moab, ad eosq; sermonem transfert. Dictum est autem uelut ex persona sanctorum D prophetarum illud: Audiuimus insolentiam Moab, ualde insolens est. Collaudant enim per hæc ueluti in iudicio punientem Deum, debitumq; ac dignum illis inferentem supplicium. Audisse se dicunt insolentiam Moab, primam illam uetustissimam historiam non ignorantes, quam diuinus Moses exponit. Vt enim suprà diximus, conduxit Balaamum Balakus, Ades, inquiens, execrare mihi Israelem: & quamplurima ad hæc facta sunt, alijs atq; alijs temporibus ex fastu ac superbia Moabitarum, cũ diuina maiestate pugnante.

*Superbiam sustuli.* ] Sanctis prophetis disertissimè confitentibus audiuisse se insolentiam Moabitidis, non quidem simpliciter fastuosam, sed ueluti reipsa fastum & ipsam insolentiam è medio tol

lendam curaui. Bellum enim gero cum superbis, & pugno cum his quí de se modestè sentire nolunt, imò frustra intumescunt, & altè tollunt supercilium, suæq; naturæ ignorãt imbecillitatem. Scriptum est autem, quòd Dominus superbis resistit. Deinde docens quòd iustè puniat, & simpliciter pœnas nõ abs re inducat, accusationem intendit contra Moab, superbiã ueluti morbo intolerabiliter laborantem.

NON *sic diuinatio tua, non sic.*] Sustuli, inquit, igitur ego superbiam: hoc est, Excidi Moab, sed hæc tibi non prænunciarunt uaticinia apud te. Annunciarunt enim falsidici uates, quòd bellicas incursiones superares, ac facilè uinceres aduersarios, neq; capi posses ab hostibus, uictisq; illuderes. Verùm hæc ita se nõ habent, at plurimum abest, imò in diuersum euenit, & non pro uoto ac spe, rerum erat exitus. Difficile igitur & uere noxiũ irridentium sermones attendere, & præstigiatorum uocibus abripi, quæ iuxtà spem nunquam euenient.

PLORABIT *Moab, in Moabitide enim omnes plorabunt, in habitantibus Deseth meditatio.*] Quod non ita ut expectarant cecidit diuinatio, sed aliter omninoq; diuerse, demonstrat liquidò, cùm ait: Plorabit Moab, etsi qui diuinationem & magicã artem exercebant, ploraturam eam minimè prædicebant: imò deletis hostibus, applausuros & insultaturos iacentibus. Igitur omnes, inquit, in Moabitide lamentabuntur. Et meditatio erit habitãtibus Deseth. Ciuitas autem hæc Moab, quí lugubres cantiones & lamentationes contra eos haud numerabiles meditabantur, hinc significantur.

ET *non reuerebuntur campi Esebon, planget uitis Sebama, absorbentes gentes, conculcate uites usq; ad Iaser.*] In hisce, fermo uidetur esse ad eos qui Moab sustulerunt, ad Assyrios inquam, & Babylonios, quibus præcepit campos Esebon non reuereri, id est, & ipsam Esebon incendere, & sic disponere Sebama, ut plangant uites quæ sunt in ea. Quibus etiam dicit: Absorbentes gentes. Vobis enim edico, inquit, ô gentium pernicies & inexplebiles interfectores, qui tanquam crudeles & immanissimæ feræ gentes absorbetis, conculcate uites eius usque ad Iaser. Est autem hæc & urbs Moabitarũ. Vites rursus hic Moabitarum incolas nominat. Est enim familiare scripturæ diuino afflatu præditæ, & syluis, & lignis, & sanè uitibus assimilare eos, qui in singulis urbibus sunt atq; prouincijs. Et certè de Israele, ait: Vitis enim Domini Sabaoth, domus Israel est, & homo Iuda, nouella planta dilecta. Cùm dicit: Conculcate uites eius, rursus ostendit, non fuisse opus fortitudinis Assyriorum, expugnare Moab, sed Deus erat omnipotẽs, qui ipsorũ pedibus eos qui aduersantur subiícit, & dat ut eorum manum ualeant superare.

NE *contingite, errate per eremum, missi relicti sunt, pertransierunt* eremum.*] Aiunt Assyrijs irrũpẽtibus complures Moabitarum in conterminam et uicinam confugisse eremum, & latere studuisse, & numero paucissimos uix fuisse conseruatos. Nec difficile fuit Babylonijs etiã illos inuenire, Deo permittente, & ad eos usq; iram extendẽre. Sed cùm plectit moderatè humanus & φιλάνθρωπος, tantùm non in mandatis dat his quí euerterunt Moab, non adiungere se his qui delẽt profugos, sed errent uelut per desertũ, id est, obliuioni tradant, & supersedeant eos qui concurrebant illò peruestigare. Hinc ait: Errate in eremo. Vos qui missi estis, inquit, qui ex mea ira emittimini, ut ui capiatis Moab, errate per eremum, date obliuioni, & explorationem remittite. Transierunt enim illã. Deinde illud interponitur, Relicti sunt: illud rursus docens, quòd non in his malis uersata futisset Moabitica prouincia, nisi Deum omnia ualentẽ nimium offendisset.

PROPTEREA *plorabo uelut ploratu Iaser, uitim Sebama, arbores tuas deiecit Esebon, & * loquebaris. In messe & in *al. Elele. uindemia tua calcabo, & omnia cadent, & auferetur lætitia, & exultatio ex uineis tuis, & in uineis tuis non lætabuntur, nec calcabunt uinum in torcularibus, nam cessauit.*] Effingit propheticus sermo personam Moabitarum calamitatibus illachrymantem & etiam Iaser, supra reliquas deuastatæ. Sic & alias lugere ait, ita ut parfuit, ipsam Iaser. Vites autem & arbores appellat eos qui inhabitarũt ciuitates, enumeratq; subuersas urbes Sabama & Esebon. Hostilis autem populus loquitur. In messe & in uindemia tua, inquit. at quid loquitur? Calcabo uidelicet, & omnia cadent. Et ad hæc: Auferetur porrò lætitia & exultatio ex uineis tuis. Est enim festiuitatis amans Moabita, plurimis ceremonijs prosequens dæmonas, pernoctans in aris, & ansam lætitiæ habens, semper sacrificare. Plorabit & flebit, omniq; uoluptate procul aberit. Non enim lætitia afficientur, non calcabunt uinum in torcularibus: Nam cessauit, non erit, inquit, fructus uitibus: peribunt enim cum ipsis quæ ab ijs nata sunt. Et de uitibus, si excindantur penitus, uera hæc oratio. Sin pertineat ad nos, uelut exempli gratia de rebus humanis, docet rursus hic sermo, quòd cum gignentibus ea quæ genita sunt exolescent, ut neq; ipsis prægnantibus ulla ab hostilibus tribuat misericordia. Passam hoc fuisse Hierusalem dicimus, in bello aduersus Romanos. Seruator nimirum dixit, prænuncians ea quæ illi euentura erant, quòd obsideretur ab exercitu, accideretq;: Væ parientibus & uterum gerentibus, illis diebus maximè.

PROPTEREA *uenter meus super Moab uelut cithara sonabit, & interiora mea uelut murus quem renouasti.*] Submotis, inquit, gaudio & lætitia de uineis tuis, & nullo in illis lætante, cùm hoc usu uenerit: fient interiora, cithara et cantilena et modulatio super te. Tua enim enunciabo mala, & percelebrabo inflictam tibi calamitatẽ. Et uelut musicus quispiam resonabo lyra, & sic percutiam, & exaudibi le faciam carmẽ, uelut murũ quẽ renouasti. Dixit enim in principio uisionis beatus propheta: Nocte peribit Moabitis. Nocte eñ destruet murus Moabitidis. Cũ aũt nos sensum horũ dictorũ interpretaremur, diximus, terræ motu facto, murũ disruptum

* τλὺ ἐρημωθησαν Sept. & Heb. בֹּקַע מָאֹב, mare.



disruptum fuisse Moabitidis, & ante hostium conflictum, tantùm non de fundamentis commotum, ac Moabiticam regionem quasi tonitru perterrefecisse. Quem etiam refecerunt, sed irritum planè laborem in hoc insumentes. Ceperũt namq; facilè citra laborem omnem terram Assyrij & Babylonij. Sonabunt igitur interiora mea, inquit, in tuis calamitatibus quasi cithara, & luctum adeò celebrem edam: quemadmodum scilicet murus, qui delectus est, quem refeciſti quidem, uerùm inutiliter. Etenim corruente sua sponte muro, nemo erat uel in tota Moabitide, uel etiam in alijs urbibus ac prouincijs, quem latebat quod accideret.

ET *erit tibi dedecori ac pudori, quòd laborauerit Moab super aris, & ingredietur in manufacta sua ad supplicandum, et non poterunt eripere eam.*] Rursus continget & aliud quiddam præterea, quod tibi pudori erit & ignominiæ. Frustraneos enim labores exantlabis, sanguinibus altaria tua replendo, & iuges sacrificationes faciendo, & manufactis supplicationes offerendo: consequéris autem nihil quod ad commodum salutemue pertineat: non enim ab impendentibus malis poterunt liberare. Idolis enim inanimis quid tandem inest fortitudinis? quæ & humanæ artis inuenta sunt, & artifices habent qui ea adorant. Itaque sicut beatus Dauid Psalm. ait: Similes illis sunt qui faciunt ea, & omnes qui fidunt illis. Sciendum autem, extitisse Moabitas superstitiosissimos, & augures & uanos uates, & miraculorũ iactatores, præstigijs noxijsq; plurimum tribuisse. Existimarunt enim se hostium manum deuicturos, non tam, ut ego quidem censeo, usu peritiaq; armorum, quàm ipsorum deorum adminiculis. Verùm ipe frustrati sunt, dum inanimam materiam sacrificijs precibusq; in auxilium uocauerint.

HOC *est uerbum quod loquutus est Dominus super Moab, quando & loquutus est.*] Hæc, inquit, uisio est contra Moabiticam dicta à Deo, quando etiam loquutus est, id est, etiamsi antequam per me uerba fierent, quamplurima de ea loquutus est, & ob infinita mala eam insimulauit. Quẽadmodum eñ superius dixi, diuinus Moses, gentis huius cõme morat peruersitatẽ, & in odiosissimis ac infestissimis haberi iussit. Dixit itaque: Non ingredietur Ammonita, & Moabita in ecclesiam Domini, etiam usq; ad decimam ætatem. Abduxit item aliquando Israelem à charitate in Deum, persuasitq; adorare Beelphagor, uoluptatibus ad fœditatem stimulatum, & uenustate mulierculaum illaqueatum ad interitum. Itaque de ea loquutus est uniuersitatis Deus: Et nunc, inquit, per me factum est uerbum, super ea.

ET *nunc dico, in tribus annis annorum mercenarij, ignominia afficietur gloria Moab cum omnibus diuitijs, ijsq; multis, & reliquetur pauciſsimus, & non honoratus.*] Ad commemorationem historiæ nunc quoque reuocat nos sermo propheticus. Secesserunt uidelicet ab Hierosolymis decem tribus Israel, & dimidia tribus Ephraim, habitaruntq; in Samaria, ac iuuencas aureas adorarunt, inuitante eos ad hoc Hieroboam filio Nabal, impiecq; impellente. Dein & alios cultus commentitios illic excogitarunt, quíscq; pro suo arbitratu consecrantes quasi Deum. Indignatus igitur his uniuersitatis Deus, utpote maiestate ipsius contumelioſe commaculata, patrijsq; scitis proculcatis, tantùm non conductum Assyrium Salmanasarum, in eos immísit, qui & totam Samaritanorum terram in manum potestatemq; redegit, tribus continuis annis illi insidens ac incubans: eodemq; toto tempore sub imperio fuit etiã terra Moabitica. Proinde, inquit, quanquam loquutus sit olim Deus: Sed & nunc dico, quòd in tribus annis annorum mercenarij, id est, regis Assyriorum, ignominia afficietur gloria Moab. Quo uerbo, uel ipsorum dicit regnum, uel magnitudinem urbium, uel inhabitantium multitudinem, uel fortassis ætatem rei bellicæ expertam. Derelinquetur autem, inquit, pauciſsimus, & non honoratus, id est, bello conficietur quicquid est apud eos honorificum: superstites etiam omnino pauci erunt, abiectiſsimi, & parum masculi, nullo habiti in precio. Terribile igitur incidere in manus Dei uiuentis: & omnipotentem audere offendere, quid aliud est, quam omnes calamitates consciscere? At salus est libenter illi parére, ipsum solum scire, & erroris laqueos euitare, eíq; cum affectu bono dicere: Domine, extra te alium non cognouimus, nomen tuum nominamus.

## CAP. XVII.

ONERVM *contra Damascum.*] Fortiſsima & clariſsima ciuitas erat Damascenorum, at impía & Deo rebellis, & sanctiſsimo Deo maximè inuisa, ac cultrix idolorum, tum impietate atque elatione ipsis Assyrijs nullo modo inferior. Offendit item alia ratione omnipotentem Deum. Oriundi enim sanguine Israelis, id est, decem tribus & dimidia tribus Ephraim semigrantes ab Hierosolymis, & incolentes Samariam, uitulis aureis se prostrauerunt, inducente ad hoc ac impellẽte impio Hieroboam filio Nabal: omninoq; refugerunt, modisq; omnibus à charitate in Deum resilierunt, in obliuionem legis datæ sibi à sapientiſsimo Mose, adducti. Cùm autem aliquando tempus uocaret, & bellum aduentaret, non in Deo uiuente spem locarunt, sed adsciuerunt potius eos qui illis temporibus Damasci, omnisq; Assyriorum terræ regnum obtinebant, ut ipsis ferrent auxilium, & è manu hostium eriperent. Succensuit igitur hanc ob causam, & contra eos exacerbatus est uniuersitatis Deus. Oblíti enim prorsus se ex Aegypto fuisse redemptos, & intolerabile iugũ seruitutis excussisse, et per mediũ mare trãsiuisse, dein Mãna edisse, aquam ex petra potasse, omnibusq; inimicis prævaluisse, hęredes bonorũ patrib. repromissorũ extitisse, ab hominib. opẽ implorabant miseri;

Universidad de Deusto
Biblioteca



miseri, modò non Deum atro notantes calculo, quasi eos seruare non potuerit. Hãc igitur ob causam traditi sunt regi Assyriorum, qui uniuersa capta Samaria ipsam deleuit Damascum, & omnẽ Syrorum terram ad uastitatem uocauit. Vera aũt esse de illis hęc uerba, corroborauit ipsemet propheta Hesaias, cùm dicit: Et factum est diebus Achaz Ioathan, filij Osiæ regis Iuda, ascendit Rhaason rex Aram & Phacek, filius Rhomeliæ rex Israel contra Hierusalem ut oppugnet eam: & non potuerunt obsidere eam. Et nunciatum est domui Dauid à dicentibus: Conspirauit Aram contra Ephraim, id est, Syrus contra Samaritanos. Aram quippe interpretatur Syrus: Ephraim autem uelut a tribu Ephraim, omnem Israelẽ qui in Samaria habitauit, designat. Quia enim ex tribu Ephraim extiterat Hieroboam, primus eorum rex, & secundum illum hi qui subsequuntur ordine, tanquam ex regia tribu, tribu inquam Ephraim, uniuersus Israel qui in Samaria fuit, significatur. Inueniemus autẽ libro quarto Regnorum, Phacee in Samaria regnãte, aduersatos fuisse Israelitis Assyrios, & Rhaason qui Damasci regnum administrauit. Pòst pecunia persuadet tyranno Assyriorum, Achaz, euocatq; ut curriculò ueniat ipsiq; succurrat, Damascumq; propulset: quod etiam fieri contigit. Quomodo itaque hæc bellicosissima & potentissima & insolens deleta est? rursus hisce uerbis proclamat propheta, & inquit:

ECCE *Damascus tolletur à ciuitatibus, et erit in ruinam, derelicta in seculum, in cubile gregum et requietem, et non erit persequens.*] Non simpliciter in periculum bellorum & malorum hinc nascentium deuenturam dicit eam, sed auferendam potius, id est, stirpitus perdendam, omninoq; casuram, ut non sit futura ciuitas. Erit enim in ruinam, inquit, in perpetuitatem relicta, derelictaq; ab aliquot, uel in totum ab his qui eam incolunt: non quòd ad alium recessum receptumq; commigrent, sed hostium gladijs confecti sint & absumpti. Cùm dicit, fore eam in cubile gregum, omnimodam ostendit desolationem. Non enim requiescerent pastores, non in ea pecorum greges stabularent, si qui essent in eius domibus. Hanc ob rem & meritissimè protulit, dicens: Et non erit persequens. Nemo enim, inquit, increpabit pastores, quòd ciuitatem tam illustrem & decantatam stabulum effecerint.

ET *non amplius erunt munitiones ut confugiat illuc Ephraim. Et non amplius erit regnum in Damasco, & reliquum Syrorum. Non enim tu melior eris filijs Israel, & gloria eorum.*] Pro exacta declaratione eorum quæ proposita sunt, rursus existimo commemorandam esse historiam positam in libris Regnorum. Regnante enim Achazo super Iudam Hierosolymis, Phacee filius Rhomeliæ regnans Samariæ super decem tribus, oppugnauit Hierosolyma. At cùm uereretur ne non satis potens esset ad capiendum, armorum socium & commilitonem fecit Rhaasõn regem Syrorum & Damasci. Sic autem ait beatus propheta Hesaias: Et factum est, diebus Achaz, filij Ioathã, filij Oziæ regis Iuda, ascendit Rhaason rex Aram, (exponitur uerò, Syrorum seu Syriæ:) & Phacee filis Rhomeliæ rex Israel in Hierusalem, ut pugnaret contra eam: nec potuerunt obsidere eam. Et nunciatum est domui Dauid à dicentibus: Consensit Aram aduersus Ephraim, id est, Syrus aduersus eum qui ex tribu Ephraim regnum tenuit Samariæ. Et obstupuit anima eius, & omnis populus eius, quemadmodum in syltua lignum à uento iactatur. Itaque Ephraim, relicto uniuersorum Seruatore Deo, eiusq; manu atque auxilio paruipenso, Damasci Syrorumq; Præsidem adiutorem asciuit: eamq; ob causam, nec immeritò offendit Deum. Damascus itaque, inquit, uastata, & in desolationem redacta, bellicasq; calamitates subiens, non erit amplius munitio ut confugiat Ephraim, sed nec erit in ea regnum. Quanquam dixerit quispiam, etiam post excidium inuenti erant quidam reges Damasci. Meminit proinde & Paulus inquiens, In Damasco præfectus gentis, Areta rege, quæ- 2. Cor. 11
siuit ut me comprehenderet. Itaque sermo propheticus magnam emphasim habet. Non enim amplius fore ait regnum potens in Damasco & illustre, etiamsi postea toparchæ fuerint, id est, Satrapæ ac locorum præsides, seu phylarchæ potius, nimirum præfecti tribuum, qui tamen ueri regni splendorem non sunt adepti. Non itaq; erit, inquit, in Damasco regnum, etiam residuum Syrorum in ea debilitabitur, id est, uniuersa gens in ea. Metropolis etenim Syriæ Damascus. Deinde dicit ei: Non enim tu melior eris filijs Israel, & gloria eius. Nam, inquit, si non pepercisorti distributæ, ac deputatæ mihi, nimirum Israelitis in me delinquentibus: quid ni tu detrimenta ex bello importata omnibus modis sustineres, nulla in re Israele melior?

HAEC *dicit Dominus Sabaoth: Erit die illa, defectio gloriæ Iacob, & pinguia gloriæ eius conquassabuntur.*] Iacobum hisce uerbis nominat, ex Iacobo natos, uel decem tribus in Samaria et dimidium tribus Ephraim, quæ tantùm à charitate erga Deum resiliierunt, & à spe salutis in ipso collocanda, ut sibijpsis confiderent, & de sola multitudine altum supercilium erigerent: hic erat modus ac genus eorum gloriæ. Hoc rursus nobis erit clarum, ac perspicuum, ex uerbis prophetæ: dixit enim de illis, gloriæ eorum ex partubus, ex puerperijs, ex conceptionibus. Quibus subdit, Da illis Domine: Quid dabis illis? Da illis matricem effœtam, & mammas aridas. Erit itaq; sub id temporis, decrementum gloriæ Iacob, id est, hostium absumetur gladijs frequens & innumerabilis multitudo Iacobitarum, de qua gloriabatur, & altum sapere uoluit. Sed & præpinguia gloriæ eius conquassabuntur, id est, Regnum eorum prosternetur. Scriptum est enim libro quarto Regnorum, Regnante Osea filio Elæ in Samaria, aduentantem Salmanasarum ciuitatem



tatem obsidione cinxisse, continuos tres annos, cepisseq; eam, & Oseam Babylonem trãstulisse. Pinguia igitur gloriæ Iacob intelligi possunt, is qui in Samaria circiter id temporis regnauit, & fortassis homines per totam regionem splendidi, & reliquis insigniores diuitijs & potẽtia, aliorum mensuram excedentes delitijs, & præ cæteris sibi placentes honoribus.

ET *erit perinde ac si quis congreget messem stantẽ, & semen spicarũ metat. Et erit quẽadmodum si quis congreget spicã in ualle dura, & relicta fuerit in ea stipula: uel sicut grana oliuæ duo aut tria in extremitate sublimi, uel quatuor uel quinq; in ramis eius relinquantur.*] Quòd & facile & sine sudore uicturi essent Samaritanos Assyrij bellantes, & ad hæc rursus, q̃ non in totum ac prorsus ad interitum ruerent, sed futurum esset residuum pusillum, denotauit manifestè nobis hisce uerbis sermo prophe- B
ticus. Nam qui metendi spicas habent peritiam, & artificiosè demetunt, frumentum quidem colligunt, semper autem post se stipulam, uelut inutilem, relinquũt, totam segetum latitudinẽ quasi percurrendo explorant. Et qui uindemiare solẽt olearum fructum, partim quidem eos baculo decutiunt, partim etiam & manibus attingunt, & ramis præreptis congregant: at tres in illis uel quatuor uel forte quinque in summis frondibus remanere uerisimile est, & uindemiantium oculos latere. Tale quiddam & Samaritanis usu uenturum ait. Euenturum enim illis affirmat, sicuti cum spica in metentium manus incidit. relinquent enim in ea uelut culmum, id est, paucos C
ignobiliores, uel etiam grana oleæ duo aut tria, quæ racemantium oculum fugiunt, propterea q̃ in summis ramis occultentur.

HAEC *dicit Dominus Deus Israel: Die illo confidet homo ei qui fecit eum. Oculi eius in sanctum Israelis intuebuntur, et non confident altaribus, non operibus manuum suarum quæ fecerunt digiti eorum, sed fident sancto Israelis, et non respicient arbores sitas, neque abominationes suas.*] Sapientissimus Paulus cùm uideret, neque inutilem neque uanam esse rem ut erudiantur à Deo hi, qui ab ipso ad agnitionem ueritatis uocati sunt, epistolam mittit, & Heb. 12
inquit: Si eruditionem sustinetis, ut filijs uobis se offert Deus: Quis enim est filius, quem non erudit pater? Apponit & illa ex scriptura diuinitùs inspirata, infert enim statim: Fili ne con- D
temnas eruditionem Domini: neque deficias ab illo correptus. Quem enim amat Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem suscipit. Cùm enim bonus sit uniuersorum opifex, omnes utiles saluos esse, & in agnitionem ueritatis uenire. Hinc igitur monuit sæpe per prophetas sanctos, Israelitas, maximè uerò Hierosolymitanos, qui ad Samariam commigrauerunt. Atqui hi intemperanter ad id quod ipsis placitum est declinarunt, & Deo natura ac uere delicto, cultores dæmoniorum extiterunt, & idolis inanimis seruitium accommodarunt. Cùm uerò tanta laborarent ignoratione, ut (sicuti decebat) resipiscere renuerint, pòst Deus puniuit. Quos enim non iuuerunt uerba, mutauit affli- A
ctio, conuertens eos uelut ex necessitate ac ui ad id, quod Deo placet. Simile quid inuenitur beatus quoque Dauid dixisse: In freno ac lupato maxillas eorum constringas, qui prope ad te non accedunt. Nam quemadmodum qui pullos domare solent, ijq; sapientes, equos feriores, ad cursum moderatum frenis circumagunt: sic uniuersitatis Deus, necessitate laboris ac doloris, sæpe agitat ac circumflectit, ut rebellis & effrenis recte uiuere desideret. Tale quid usu uenit in Samaria habitantibus, qui postquam belli calamitates sustinuissent, uix punientem agnouerunt & offensum, & profligato cultu idolorum, ad sanctum Israelis oculum mentis transtulerunt, ab illo nimirum expectantes fo- B
re auxilium, & à malis sibi inuectis liberationem. Non enim, inquit, confisi sunt altaribus, nec operibus suarum manuum quæ fecerunt digiti eorum, & non intuebuntur arbores suas, neque abominationes suas. Solebant enim montium uertices conscendere, & sub quercu ac populo, sicuti scriptum est, procubare operibus suarum manuum. Sed non, inquit, respicient amplius hæc, cum reipsa & experimento didicerint, rem esse irritam ac prorsus infrugiferam, omniumq; potius causam miseriarum. Hanc enim ob causam perierunt, traditi sunt inimicis. Consultissimum itaque est cauere, & omni opere uirili iram diuinam declinare, & non experiendo discere malis occurrere, sed antè potius C
causas, maturè remouere, de quibus Deus irasci poterat: Deoq; commoto, antè plagam & uerbera turpiora euitando, optima excolendo, omneq; uirtutis genus exercendo, sese purgare.

DIE *illa erunt derelictæ urbes tuæ, quemadmodum reliquerunt Ammorrhæi, & Euæi, à facie filiorum Israelis, et erunt desolatæ, quoniam dereliquisti Deum Seruatorem tuum, et Domini adiutoris tui non recordatus es.*] Ex his quæ acciderunt certiores eos facit, in contrarium illis res euenisse. Iterum enim uicerunt auxiliante Deo, & gentium urbibus, & prouincijs formidabiles fuerunt. Ceperunt enim eas sine sudore, Deo illis distribuente quicquid arduum erat & difficile. Postquam autem impietatis eorum imitatores facti sunt, meticulosi euaserunt, & facile capi poterant. In solitudinem enim redactæ sunt urbes eorum, & derelictæ sunt ab inhabitantibus, quomodo Euæi olim, & Amorrhæi, eorum gladijs cõciderunt cõsumpti, euidentèq; causam reddit cur adeò debilitati & imminuti fuerint, & cur tã crudelem ac intolerandam calamitatem sustinuerint. Dereliquisti enim Deum Seruatorẽ tuum, inquit, & Domini Dei adiutoris tui nõ recordatus es. Cùm enim eos gratias agere oporteret de his quibus affecti sunt beneficijs, partim quia ex seruitute Aegyptiaca redempti sunt, partim quia hostibus superiores facti sunt, & aduersariorum urbes depopulabantur: partim etiã quia in ipsam promissionis terrã introducti: illi Domino malũ repẽdebãt securè offendentes, nec uno modo cruciãtes, sed legem etiã per sapientissimũ Moysen

Universidad de Deusto
Biblioteca



Moysen descriptam pro minimo ducentes, diuinæ quoq; religioni prorsus recalcitrantes, & inanimis materijs uenerationem attribuentes, utulis aureis dicentes: Hi dij tui Israel, qui reduxerũt de terra Aegypti. Quando igit̃ à Deo sumus, & quæ eius sunt studiosè curamus, & illi grata facere cupimus, tunc quidẽ tunc omnino superiores erimus hostibus, & principatus, & potestates, & mundi dominos rectores tenebrarum harũ, spiritualia nequitiæ calcabimus, tunc quãprimũ subigemus mõstruosas uoluptates motusq; carnis, tũc ratiocinia peruersa superabimus, & spiritus dominantis nõ inueniet locum in nobis. At ubi adhæresce re Deo negligimus, imbecilles sumus, & parũ uiriles, et pedibus inimicorum subijciemur, & prævalentem Satanam nulla ratio infringere poterit aut impedire.

PROPTEREA *plantabis plantationem infidelem, die quæ plantabis errabis. Mane si semines, florebit in messem, quo die sortiris, & ut pater hominis filijs tuis sortieris.*] Obscuritate multa obtectã huius oraculi sententiã, ut licet, conabor explicare. Est itaq; quod dicit huiusmodi. Dixi superius q̃ decipientes & decepti, & quæ fas nõ erat machinati, Israelitæ siue Ephraim (ut decem tribus in Samariam translatas intelligas) alto fuerunt supercilio, omninoq; rati sunt, hostes nullos ipsorum manum superare potuisse, eo q̃ innumerabiles essent, & ualdè populosi. Atqui spe frustrati sunt. Ceciderunt enim partim bello confecti, in uictorum regiones asportati, capti ui & timidi, et omnibus malis exercitI. At ubi Cyro imperante ex regione Persarum in ciuitatem sanctam reducti sunt, pòst separatim & seorsim reges habere supersederunt, omnesq; Hierosolyma incoluerunt, & legẽ Dei coluerunt, incq; precio ac honore habuerũt. Tunc immunes incolumesq; fuerunt eorũ liberi, & ad filios filiorũ successiones excurrerunt. Tale quiddã docet hęc oratio nunc, fermenti & spicarũ quasi ænigma, proponens. Cùm enim, inquit, Dñi Dei tui non memineris, eam ob causam infidelis erit, & non ad perpetuitatẽ stabilis ea quã plantabis, plantatio, id est, ex te semen & genus. Quando aũt plantaueris, & numerosum genus uideris, tunc errabis. Putabis enim te multitudine, inquit, niti, at non uerè reputas. Spicarum enim in morẽ cadent, & spem in illis omnino reperies esse inutilẽ. Si manè seminas, id est, cùm in luce uersaris, & demum agnoscis natura & uerè existentẽ Dominum, seruantem facilè & ad opitulandum potentẽ, tunc quod est plãtatum, seu dissẽminatum, florebit in messe, id est, fructificabit. Etenim immaturã spicã consumi, agricolis affert tum laborum, tum spei iacturam: ad messem uerò peruenire, spẽ dat bonorum plenissimam. Florebit igitur in messem, id est, plenum fructum feret tua plantatio, quando sit tibi mane, id est, quum uelut in luce ac die, & in agnitione Dei uersari deprehenderis. Tunc & quasi pater hominis sortem suppeditabis filijs tuis: Transmittes enim ad filios uelut sortem quandam ac patrimonium animi trãquillitatem, & supremi auxilij communicationem.

VAE *multitudini gentium multarum, sicut mare fluctuant, sic conturbabimini, & dorsum gentium multarum, tanquam aqua sonabit, tanquam aqua multa, gentes multæ quasi aquæ multæ ui impulsæ. Et exterminabit eum & procul eum propellet, ut puluerem paleæ uentilatum coram uento, & quasi pulueren rotæ tempestate impellente.*] Non relinquit Israelitas consolatione destitutos uniuersitatis Deus hominum amans, spemq; bonorum cum metu sæpenumero facit conflígere, idq; aptè, ut utrinq; iuuet audientes. Quòd itaque ciuitates eorum in desolationem redigendæ essent, dictum est manifestò: & quæ afflictionum occasio, docuit, cùm ait: Dereliquisti Dominum Deum tuum, & Domini Dei tui adiutoris non recordatus es. Sed is qui percussit, cõfestim se curaturum promittit. Exponit autem quiddam, quòd accidit, quod propter utilitatẽ paucis dicere necesse est. Ezechia illis temporibus regni sedem occupante, Hierosolymis, Senacherim rex Assyriorũ contra urbes ludææ munitas expeditione facta, eas cepit: scriptum est enim sic. Dein ablegat Rhapsacem ex Laches Hierusalem ut eam obsideret, qui ubi uenisset, maiestatem omnium nostrũm Seruatoris Christi Dei habuit derisui: non enim posse eos seruare, etsi hoc uelit maximè, tamen contemnere eos affirmabat. Barbarica autem lingua ac mente usus, cognouit experientia edoctus, durum esse homini cuiuis, contra supremã maiestatem sese attollere. Egressus est enim angelus Domini, & sustulit una nocte ex castris alienigenarum, centum octogintaquinq; millia, ac surgentes mane inuenerunt omnia corpora mortua. Et cùm expectatiõe frustratus est is qui misit, Senacherim inquam, reuersus est perfuga, & seruatus est uix sua domi recuperans: quin & ipse trucidatus est non longè pòst à suis filijs. Factum est, inquit, dum adoraret domi suæ, Sarach patriarchum seu patronum suum, Adramelech & Saraka filij eius, eum gladio confoderunt. Hujus historiæ hoc loco meminit nobis sermo propheticus: incursumq; Assyriorum præmonstrat, ac inquit: Væ gentium multarum multitudini, & quæ consequuntur. Luget enim eos miseros quasi iam iã morituros, perdente Angelo. Quòd autem non una fuerit gens, sed plures, demonstrat perspicuè, cùm gentium multitudinem nominat. Inuaserunt autem prouincias seu urbes ludææ uelut aqua copiosa, & tanquam impetus aquæ desilientis & murmurantis, tantum non maris in morem contra aduersarios inundantes. Incursant autem semper tergum eorum qui fugiunt, hi qui persequunt. Dorsum uerò in his multarum gentium appellat, eo quòd multæ gentes apud ipsos persecutione premãtur. Deinde postea exterminabit eum, inquit, id est, à tergo mittet, et eum longè persequetur, quasi pulueren paleæ uentilatum à uẽto, & ut pulusculum rotę turbo auferet. Quid est eñ sic leue & mobile, ut pulueris uẽto rapido ex rotis & area sordidãte? Quòd autè discesserit fugitiuus Senacherim, probabit dicens



dicens ei uniuersitatis Deus, uoce Hesaię: Et inij A ciam retinaculum nari tuæ, & frenum ori tuo, & uertam te uia qua uenisti.

AD *uesperum erit luctus antequam sit diluculum, & non erit. Hæc erit portio deprædantium nos, & hæreditas eorum qui uestras hæreditates adiuerũt.*] Dixi in superioribus, quòd cùm Rhapsaces circumsideret Hierosolyma, & bellatores non longo pòst interuallo interempturum comminaretur: ante lucem & diem cum toto exercitu perijt. Luctus igitur erit, inquit, sub uesperum semper expectantibus Hierosolymitanis, fore mane impressionem belliq; impetum, uerùm cessauit ante lucem, idcirco ait: Erit quidam luctus uesperi, sed antequam lucescat non erit, id est, destitit, & desinet lachryma, & simul cum metu patiendi faceret, subueniente B Deo, & admirabiliter hostilem aciem fundente, & ducem insuper ex terra Iudaica profligante. Hoc etiam beatus Dauid interpretatur, dicens: Vesperi commorabitur fletus, & mane exultatio. Sed hæc, inquit, sors, hæc pars eorũ qui prædati sunt uos, & uelut suum patrimonium diripuerunt. Conuellit hìc Israelem, quòd ea desgnauerint ipsi, unde par erat gentem totam radicitus deleri. Commiseratur rursus ipse, & morte mulctat eos qui populum sibi destinatum diripuerant: Diuisit, enim inquit, altissimus gentes, dispersit filios Adam, constituit terminos gentium iuxta numerum angelorum Dei. Et factus est portio Domini populus eius Iacob, funiculus hæreditatis eius Israel. Cęterùm hoc mihi ad- C huc contemplare articulatius & subtilius, & uelut à rebus gestis historicè, ad penitiorem descendam sententiam. Quum impiæ & aduersariæ potestates, aquæ uiolentæ instar influentes nostram animam, uel externis incumbentes tentationibus, uel insitis motibus carnis, mentẽ beneconstitutam obsidere aggrediuntur: ne in eneruem timiditatem delabere, quisquis palmam ac primas ferre, Deo iuuante, cogitas, sed illi potius innixus, omnem terrorẽ exuperabis. Quòd enim auxilio illius potiturus sit, dubitare quí licet? Nouit enim Dominus pios eripere ex tentatione, & beatus Paulus scribit: Potens est Deus, ut nõ permittat uos tentari ultra quod potestis, D sed efficiet cum tentatione exitum, ut sustinere uos queatis. Et ut Psaltes ait: Castrametabitur angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Quando etiam ignari sacrorũ dogmatũ hæretici, sua freti cõtumacia insurgunt contra ueritatis cultores, acresq; & audaces adoriuntur, uel bella excitando, & persecutiões, uel afflictiones ipsis accumulando, & mortis metum, nihilo minus debilitabuntur etiam hi: manu enim secreta bellum gerit Dominus aduersus Amalec, in omnes ætates, sicut scriptum est.

VAE *terræ nauium, alis ultra flumina Aethiopiæ. Qui mittit in mari obsides, & epistolas chartaceas per aquas. Ibunt enim nuncij leues ad gentem excelsam, & peregrinum populum & durum. Quis ultra illum, Gens desperata & conculcata?*] Mirari quis poterit apud se, & ratiocinari forsan & dicere: Cuius rei gratia, cùm hìc contra Damascum sermo propheticus fuerit, etiam terræ quæ est ultra fluuios Æthiopiæ mentionem inducit? Dicimus igitur Israelitas multis ac diuersis temporibus uniuersorum conseruatorem & Deum incautè molestia affecisse, in errorem plurium deorum deuolutos esse, & cura Mosaicæ præceptionis in totum abiecta, à Deo castigatos, bello multoties in eos concitato, & hinc calamitatibus quasi colliquefactos & attritos. Hi autem, cùm debuissent pœnitudine sanare offensum, & à sua discedere prauitate, & ad id quod legislatori uisum esset reduci, ipsiusq; sitire opitulationem, conspirationes finitimarum gentium precio mercabantur, nũc se regibus Damasci, nunc Ægyptiorum adiungendo: nec id solùm, quin etiam gentium sibi ferentium præsidium cultus didicerunt, illosq; æmulari contenderunt. Etenim Achazus filius Ioatham, rex Iuda, cùm esset in Damasco, ibi demum aram idolo sacram conspicatus, noua fabricatum elegantia, simile adornauit, & in domo Dei dedicauit. Proinde facta est uisio contra Damascum. Ecce enim, inquit, Damascus spoliabitur ciuitatibus, & non erunt munimenta ut confugiat Ephraim. Videsne causam ilico introductam, cur dicat Damascum ciuitatibus expoliandam? Non enim amplius erunt, inquit, sic munimenta, ut profugiat eò Ephraim, qui Samariæ regnauit. Traducit igitur orationem ad terram Ægyptiorum. Accedebant enim & ad eos Israelitæ, maximè uerò hi qui habitarunt Hierosolymis, ipsorumq; consortium & subsidium magnopere expetebant, inuadentibus maximè Babylonijs. Siquidem uoce prophetæ, ait: Væ descendentibus in Ægyptum propter auxilium, qui equis & curribus confisi sunt. Hoc autem ita se habuit. Arma tulit contra terram Iudæorum Nabuchodonosorus, alijs atq; alijs temporibus. In trãsitu aũt, omnes, ut sic dixerim, oriẽtales urbes deprædatus est. Cumq; Tyriorum urbem capere uellet, insulam tum, nauium autem laboraret inopia, quæ traijcerent: Persico animo ac stomacho præditus, ac multitudine copiarum confisus, mare iussit fieri permeabile, mole aggesta, unde ex terra ad Tyriorum usq; urbem, lata uia publica sibi præberetur. Veriti igitur Tyrij, ne fortè caperetur ciuitas, Babyloniorum conatibus ad finem perductis, nauibus undecunq; conuectis, discedunt ab insula, & uacuam ei relinquunt ciuitatem. Quod ubi dicisset Nabuchodonosorus, dimisso exercitu ad regionem Aegyptiorũ capiendam, eam sine puluere ac labore occupauit, Deo illũ in Aegyptios excitante: quoniam isti quoq; magno semper cõtracto supercilio, in Israelitas se gerebant arrogantius, quasi Deũ haberent qui conseruare minus ualeret. Vocati enim in subsidium & ad opem illis ferendam, suos deos, Iudæq; Deo iactabant fortiores. Babyloniũ aũt cepisse Aegyptũ, post illum laborem in Tyro sumptum, planum fieri poterit, ex eo quod Deus dicit prophetæ

Ezech.29 Ezechieli: Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis in seruitutē tradidit copias suas seruitute magna cōtra Tyrū. Omni capiti caluitiū, & omnis humerus debilis, & merces non erat ei, & copijs suis propter seruitutem duram, qua seruiuit, in Tyro. Propterea dedi ei terram Aegypti. Infert itaq; propheta huic illud, Væ, dicens: Væ terræ nauium, alis ultra flumina Aethiopiæ. Aethiopiæ flumina septem ostia dicit, per quę latus & magnus Aegypti fluuius mari confluit. Terrā uerō ultra fluuios nominat, eam quæ nūc est Ale
*vòu xandria, tunc* Non, uocata. Erat aūt populosissima, & incolas habuit fortissimos, & à fluminibus Aegypti distabat paululum. Nam ab ultimo ostio, cui nomē est Heracleum, ad Occidentem stadijs plus minus octoginta disterminat. Quoniam uerò in more ac consuetudine erat positū, hanc, quæ commemorata est, ciuitatem habitantibus ultro citroq; fluuium transmittere, utpote semper nauigabilem, & exportare res suas ad alios, & ad se alienas importare, & ex emporijs, ac negociationibus quæstum uberrimū comparare: ideò exclamat his uerbis, in naues, propheticus sermo: nec tamē contra naues inserens Væ, sed contra eos potius, qui semper usi sunt, & gaudentes & circunfluentes illo quæstu, ut dixi, quē ex his conflauerant. Occupata siquidē cuncta regione à Nabuchodonosoro, cessauit omnis mercator, & ita fiduciæ magnitudo & amplitudo præcisa est, pereuntibus simul his qui eas possederunt. Væ igitur, ait, alis nauigiorū terræ illius, quæ est ultra fluuios Aethiopiæ. Alas aūt nauigiorum nominat uela, in quæ uentorū impetus incidens, per medios fluctus alitis instar eas deferunt. Qui mittit in mari obsides, & epistolas chartaceas per aquas. Difficilis est admodū horum dictorū sententia: cōtinet aūt historię Græcanicæ narrationem, quam etiam cōmemorare oportet nō ut ab officio decoroq; Christiani sermonis deuiemus, sed ut sententiarū explicationem auditoribus perspicuā faciamus. Habet uerō se hoc modo historia. Fabulantur quidam apud Græcos Poetę, Myrrham fuisse Cumyri cuiusdam filiam: qui effreni impetu, ad uoluptatē ferebatur, ac cum propria filia congressus libidinosè, eam fecit pueri matrem, quem etiam nomi nauit Adonidem. Quo facto erubescēs, & naturæ legibus, impij flagitij conuictus, in monte, ut fertur, infantē expoluit. Acceperunt autem eum quædam Nymphæ illic, quas etiam Montanas uocat dæmonas, educarunt & conseruarunt: qui cum ad pubertatem & ad iuuentutis maturitatem profecisset, uenustissima forma esse uidebatur, uenationemq; exercuit, studium illud in syluis diligenter colebat. Quem tum, ut aiunt, conspicata illic Venus, meretricia muliercula, amare, coire, & nunquam non amplecti. Quo offensus Mars æmulus ac riualis Veneris, suis forma assumpta, in uenantem insilit. Perit ille è uestigio. Quę res causam luctus Veneri præbuit, itaque consternata, metuq; confecta est, ut ad Orcū usq; descenderet, amasium reductura. Cùm autem Plutonis uxor adolescentulum impendiò quàm complecteretur, & pulchritudine admirabili præstantem non dimitteret, cōuenerunt inter se, ut anni periodo diuisa, & alternis uicibus eum haberent. Reuersa Venus cùm hoc suis familiaribus seu amicis seu cultoribus renūciaret: in festū res exijt ac panegyrim. Itaq; Græci hinc late festum excogitarunt, ut se cum Venere propter mortem Adonidis mœsta condolere & lugere: redeunti aūt ex Orco & inuentū esse dicenti, quē quæsierat, gratulari, & unà exultare simularēt. Hoc quoq; ex sanguine Israelitico orti didicerunt, idq; ipsum factitarunt: Deo uidelicet natura & uerè derelicto, ad id quod fas non erat delapsi, & dæmonū imposturis in pernicię & interitum imprudenter abrepti. Meminit huius etiā beatus propheta Iezechiel. Dixit enim sic: Et uidi, & ecce mulieres sedentes, lugētes Thammuz (exponitur aūt Thammuz Adonis.) Factum est aūt tale quiddā ab his qui erant in terra trans fluuios Aethiopiæ, de qua in superioribus paulò planius diximus. Accepto fictili, dein cōscriptā in papyro epistolam ad fœminas, quasi inuento Adonide, ac fictili impositā & obsignatā, in mare demiserunt, quibusdam celebratis ceremonijs: & ut dicebant temerè, & casu in *chartas, iuxta manifestos anni dies referebatur. Quod ubi illæ fœminæ Veneris amicę unà cum epistola accepissent: perinde ac si repertus fuisset à Venere Adonis, luctū posuerunt. Deridet ergo sermo propheticus nobis uelut idololatras impios, seductores, & Dei hostes eos qui terrā eam inhabitant, transfluuios Aethiopię, & inquit: Qui mittit in mari obsides, & epistolas papyraceas per aquam. Hoc etiam omnino sequitur Væ, quemadmodum certè alas nauium. Væ enim, inquit, terræ nauium alis. Quare in commune extendit illud, Væ, ad eum etiam qui mittit in mari obsides, id est, concordiæ ac consensionis pignora. Nam perinde quasi Veneris mysteria celebrarent, eam in papyro colentibus ac pari laborantibus insania, miserunt epistolas, non impositis naui tabellarijs, sed uelut per aquas, eo quòd, uti dixeram, eas in urceolo posuerunt. Coacti sumus, solum ut uerborum intelligentiam declaremus, fabulas putidas & aniles, & Græcam abominationem commemorare. Ibunt enim nuncij celeres ad gentem excelsam, & peregrinum populum & durū. Quis ultra illum? Gens desperata & proculcata. Dixi offendisse reges Assyriorum, eos qui terrā trans fluuios Aethiopię habitarunt: quoniam flagitantibus auxilium Israelitis non solùm promiserunt, sed etiam misere, etiamsi nihil prorsus illos iuuerit. Hinc illi commoti, postquam uniuersam, ut hoc uerbo utar, Iudæam depopulati sunt, bello Aegyptijs illato, totam terram nullo labore ceperunt Deō illis dante, ut aduersariorum manum expugnarent, eo quòd in Aegyptios concitati fuerint. Proin expugnaturo regionem eorum Babylonio,



nio, cursores quidam ex Iudæa profecti, non longè absuturam incursionē pronunciarūt: de quibus propheta: Ibunt nuncij leues, id est, uelocES, & uelut pennati & agiles, & utcinam aciam in foribus præsentem belli calamitatem denunciabunt. Gentem excelsam, ac populum peregrinum ac durum, Aegyptios nominat: excelsam & elatam, pro, Superbam uel leuem & agilem, & nulli uulneri aut ictui expositam: peregrinam autem & duram, tanquam rara quadam fœuitia ac inusitata immanitate præditam, quæ hic non habeat superiorē. Quis enim ultra illum? pro, Quis adeò leuis & rudis, & imperitus, quis tantam bonis insuetam peruersitatem exercuit, quantam Aegyptiacus populus. Maximi enim erant cultores idolorum. Quocirca etiam gentem desperatā, & conculcatum populum nuncupat: desperatam, eò quòd eum qui natura & uerè Deus est ignorarent: cōculcatam autem, quoniam dæmoniorum erroribus animū subditum substratumq; habentes, tantùm non pedibus eorum succubuerunt. Quin aliter quod dictum est accipias. Nam dum in manus Assyriorum caderent, omni spe gaudij abiecta, sic proculcati sunt, ut restitui, si fas sit dicere, nunquā possent, quin uictorum pedibus subiaceant ac sustернantur.

NVNC *fluuij terræ omnes, ut regio habitata, incoletur regio eorum.*] Commodè etiam modum captiuitatis prædicit. Credebant enim Aegyptiacæ terræ incolæ, se à Babylonijs non posse capi, quòd tota eorū regio plurimis & magnis cincta esset fluminibus, & spacioſas ac ingentes paludes haberet. Sunt enim regiones huiusmodi inaccessæ grassatoribus, nec ita ad incursiones opportunæ. At ubi Deus illis immittit, paratum hoc & facile Babylonijs reddidit. Omni enim aquarū confluxu exiccato, humidam terrā effecit equestrē. Hoc arbitror prophetam hic denotare, cùm ait: Nunc fluuij terræ omnes, quasi regio habitata, incolentur regio eorum. Etenim, inquit, illa loca quæ erant nauigabilia semper & humida, erūt eiusmodi tempore belli, ut iam futura sit regio omnino habitata, & terra planè aquis destituta. Quid enim recta & omnipotens & suprema Natura nō poterit efficere?

QVASI *in signum à monte leuabitur quasi tubæ uox, sub auditum cadet.*] Rei militaris duces belli tempore, in tumulis quosdam statuunt, & iubent identidem signum tollere: quæ res manifestum est cuncto exercitui signum & indicium. Vtuntur etiam sonis tubarum, uel cùm iuxta quendam numerum receptum & usitatum ad pugnandum excitant, uel, cùm (ubi uisum est) receptui canunt, & à bello auocant. Erit hoc igitur quod sit in sublimi loco, signum insignissimū. Steterunt enim in monte, qui hoc facitarunt: & omnibus qui in prælio sunt, exaudibilis est & clarus tubarum clangor. Erit ergo, inquit, Aegypti cruciatus ubiuis gentium adeò celebratus, ut signo in monte aliquo erecto cōparari possit, adeò clarus & exaudibilis, ut est sanè tubarū sonitus. Ex his illud intelligemus, cursores quidam ex Iudæa profecti, non longè absuturam incursionē pronunciarūt: de quibus propheta: Ibunt nuncij leues, id est, uelocES, & uelut pennati & agiles, & utcinam aciam in foribus præsentem belli calamitatem denunciabunt. Gentem excelsam, ac populum peregrinum ac durum, Aegyptios nominat: excelsam & elatam, pro, Superbam uel leuem & agilem, & nulli uulneri aut ictui expositam: peregrinam autem & duram, tanquam rara quadam fœuitia ac inusitata immanitate præditam, quæ hic non habeat superiorē. Quis enim ultra illum? pro, Quis adeò leuis & rudis, & imperitus, quis tantam bonis insuetam peruersitatem exercuit, quantam Aegyptiacus populus. Maximi enim erant cultores idolorum. Quocirca etiam gentem desperatā, & conculcatum populum nuncupat: desperatam, eò quòd eum qui natura & uerè Deus est ignorarent: cōculcatam autem, quoniam dæmoniorum erroribus animū subditum substratumq; habentes, tantùm non pedibus eorum succubuerunt. Quin aliter quod dictum est accipias. Nam dum in manus Assyriorum caderent, omni spe gaudij abiecta, sic proculcati sunt, ut restitui, si fas sit dicere, nunquā possent, quin uictorum pedibus subiaceant ac sustернantur.

NVNC *fluuij terræ omnes, ut regio habitata, incoletur regio eorum.*] Commodè etiam modum captiuitatis prædicit. Credebant enim Aegyptiacæ terræ incolæ, se à Babylonijs non posse capi, quòd tota eorū regio plurimis & magnis cincta esset fluminibus, & spacioſas ac ingentes paludes haberet. Sunt enim regiones huiusmodi inaccessæ grassatoribus, nec ita ad incursiones opportunæ. At ubi Deus illis immittit, paratum hoc & facile Babylonijs reddidit. Omni enim aquarū confluxu exiccato, humidam terrā effecit equestrē. Hoc arbitror prophetam hic denotare, cùm ait: Nunc fluuij terræ omnes, quasi regio habitata, incolentur regio eorum. Etenim, inquit, illa loca quæ erant nauigabilia semper & humida, erūt eiusmodi tempore belli, ut iam futura sit regio omnino habitata, & terra planè aquis destituta. Quid enim recta & omnipotens & suprema Natura nō poterit efficere?

QVASI *in signum à monte leuabitur quasi tubæ uox, sub auditum cadet.*] Rei militaris duces belli tempore, in tumulis quosdam statuunt, & iubent identidem signum tollere: quæ res manifestum est cuncto exercitui signum & indicium. Vtuntur etiam sonis tubarum, uel cùm iuxta quendam numerum receptum & usitatum ad pugnandum excitant, uel, cùm (ubi uisum est) receptui canunt, & à bello auocant. Erit hoc igitur quod sit in sublimi loco, signum insignissimū. Steterunt enim in monte, qui hoc facitarunt: & omnibus qui in prælio sunt, exaudibilis est & clarus tubarum clangor. Erit ergo, inquit, Aegypti cruciatus ubiuis gentium adeò celebratus, ut signo in monte aliquo erecto cōparari possit, adeò clarus & exaudibilis, ut est sanè tubarū sonitus. Ex his illud intelligemus, gemus, idq; nobis ère erit, ut nullo modo ad irā immortalem exacuamus Naturam: ac uel omnino quæ fas non est admittendo, & eius cultum auersando, uel cū desertoribus & apostatis conspirando, mores hominum diuinę iræ obnoxiorum imitando, in societatē cum ipsis calamitatū ueniamus, & pares pœnas diuinitùs luant. Hoc usu uenisse Ægypti incolis uidere licet. Offendentibus enim Israelitis, atq; adeò ipsis promittentibus seruare eos, etiam Deo uolente, deduntur hostibus in exitium & interitum.

QVIA *sic dixit mihi Dominus, securitas erit in mea ciuitate, uelut lux ardoris in meridie, & uelut nubes roris diei messis: fiet ante messem.*] Aperta est hæc historia, attamen cursim cōmemorabimus. Seruauit nempe Hierosolyma Deus, cumq; obsideret Rhapsaces, & innumerabili Assyriorum multitudine circumsideret, tamen conseruauit. Egressus est enim angelus Domini, inquit, & interemit ex castris Assyriorum una nocte centum octogintaquinq; millia. Erit ergo, inquit, in ciuitate mea securitas. Quòd aūtē ego periclitantibus fuerim adiutor, hinc perspicuū fiet ubiuis gentium: quia lux meridiana, clarissima est & fortissima. Sole nimirū sub meridiem lucente, & desuper in terrestria radium intensissimum emittente, ditissimo & copiosissimo lumine collustrantē omnia. Erit proinde, inquit, periclitantibus gratia & securitas quę tum à me dabitur, perinde ut nubes roris in diebus messis ante demessionem. Quid autem demonstrare uelit, deintegro repetam. In more est metentibus, non antè spicis admouere ferrum, quàm ros demissus molliorem culmum & tactu faciliorem efficiat. Illud igitur in uotis est maximè, ut scilicet ros diuinitùs descendat. Itaq; securitas hæc diuinitùs Hierosolymitanis fuit ter desiderabilis & optabilis, quemadmodum profectò in diebus messis ros ante demessionem.

QVANDO *consummatus est flos, & immatura uua flore bit, florem germinās, & auferet rācemulos paruos, falcibus & sarmenta auferet, & abscindet, & relinquet simul uolucribus cœli & bestijs terræ, & congregabuntur ad illos uolatilia cœli, & omnes bestiæ terræ eò uenient.*] Difficilis est admodū, nec parum obscura horum uerborum sententia, & ipsa præterea dictionis compositio: at, quoad licuerit, conabor expedire. Transfert ergo orationem uelut à scientia agricolarū. Moris enim illis est, quando uitis botros efflorуisse uiderint, & iam uuarū speciem habere, redundantes propagines amputare, & minutos racemulos superfluo appensos, & maioribus interseritos falcibus resecare, ut fœcundiorem succum maiores botri percipientes fructum possint fundere. Tale quiddam fecisse dicit uniuersitatis Deum, siue de Assyrijs siue etiam de Aegyptijs: nec enim satis aperta est oratio quibus maximè congruat. Si quis malit intelligere uelut unam uitem, Assyriorū multitudinem, quę sanctam Vrbem obsidione pressit: dicimus inuenire nos posse magnam in ea botrum significari, scilicet eum qui regio solio explendescens cum reliquis non perijt, sed euasit

Universidad de Deusto
Biblioteca



ille quidem, cætera autem turba uelut ordinẽ ac
seriem pusillorum racemorum occupans, con-
sumpta est, & paratissimus Domini gladius qua-
si falx quæpiam eos uelut superuacaneos surcu-
los detondit. Ceciderũt enim, ut dixi, angeli ma-
nu extincti, & fuerunt cadauera eorum, delicíæ
animantibus agri & uolatilibus cœli. Sin de Ae-
gyptijs uelis hæc dici, intelliges Assyrios dum
eam populati sunt, non stirpitus omnem, nõ fun
ditus internecioni dedisse, sed domicilia hinc in-
de sparsim, & uicos uelut paruos racemulos gla
dio percussisse, ad Dei misericordis iras se attem
perantes, qui castigat quidem offensantes, sæpe
tamen pœnas abrumpit, nec prorsus interire si-
nit eos qui castigantur.

TEMPORE *illo adducentur munera Domino Sabaoth à* B
*populo afflicto & auulso, & à populo magno, deinceps & in æ-
ternitatem. Gens sperans & conculcata, quæ est in parte fluuij re-
gionis eius, in loco ubi nomen Domini Sabaoth inuocatum est,
mons Sion.* ] Cùm ea quæ in bello euentura erant
Aegyptio populo, alijs atq; alijs temporibus pul
cherrimè edisseruerit: mentionẽ facit deinceps
etiam cõuersionis ad Deum, & quòd pristina er
roris caligine ab oculis animi ablegata, & idolo
latriæ uale dicto, ad meliora se conferent, & na-
tura & uerè Deum & uniuersitatis opificem Do
minum agnoscent, & diuertentes uelut ad nouã
quampiam & selectã uitam, fructificabunt Deo
in his, quibus esse possent approbabiles, & om-
nibus abundantes laudibus, & quasi munera ad-
ducent in odorem bonæ fragrantiæ Deo, fidem, C
spem, charitatẽ. Afflictam autem nominat eum
populum, quippe quòd plurimas sustineant ca-
lamitates, & diuinæ iræ uim subeant. Ad hæc E-
uulsum dicit: fortassis transitum eorum ad melio
ra inde designans. Planta enim uiui radices emit
tit, & fundamento suo euulsa, transit ad alterum.
Hæc agriculturæ optimæ species quædam est, a-
pud agricolas non infrequens: sic etiam animus
eorum qui in erroribus uersantur, transplantatur
quodãmodo, à ueteri seductione, tanquã reuul-
sus, & in aliam mentem ad alia studia aliamq; co
gnitionem præstantem, imò antiqua incompa-
rabiliter meliorem, traducta ac insita. Vt fructi
ficent in æternitatem, id est, cõtinenter, nulla in-
terruptione, nulla remora interueniente, imò ue D
rò semper & usq; in omnem perpetuitatẽ. Qua-
re & magnum eum populum nominant, uel fœ-
cunditatẽ eius latè fusam inde signans, uel quòd
probatus extiterit, per fidem, quæ est in Christũ,
uocatus. Qui enim alios omnes idololatriæ sce-
lere olim superarũt, nunc præstantiores sunt mul
tis & prudentiores, & intensissima in Christum
charitate, & ad omnia bona fortitudine ac fiden
*Rom.5* tia prædíti. Vbi enim abundauit peccatum, su-
perabundauit gratia. Vbi ergo fructum ferent?
In loco, inquit, ubi nomen Domini Sabaoth in-
uocatum est: Mons Sion, id est, mons Sion ubi
inuocatum est nomen Domini Sabaoth. Vnde
significat Ecclesiam, magnum & subiectum in-
telligentiæ montem: nihil enim in ea humile,



nõ prorrita aut proiecta dogmata, sed quicquid
est magnum & excelsum, uera scilicet Dei cogni
tio, & illustris Seruatoris nostri mysteriorum pa
tefactio. Sion autem montem nominat sæpenu-
mero diuinitùs inspirata scriptura, Ecclesiã Chri
sti, uelut à prima nomen habens spiritualiter, ue-
rior Sion, id est, excelsa & specula. Interie-
ctum est deinde in medio illud: Gens sperans &
conculcata, quæ est in parte fluuij regionis eius.
Cœpit enim Aegyptiorum conuersio ad Deum
à quadam regionis parte ultra fluuiũ sita, ut Rhi
nocoronitarum, uel unam aliquam ciuitatũ quæ
inibi sunt, intelligas. Dicit enim in subsequenti-
bus, in Visione Aegypti: Die illa erit altare Do-
mino in regione Aegyptiorum, & columna ad
terminum eius Domino. Et erit in signũ in æter-
num tempus in regione Aegypti. Cõculcata ue-
rò est, quasi belli calamitatibus attrita & contu-
sa: Sperans autem, quoniam postea in Christo
spem fixit, eiusq; iugo ceruicem submisit, eiq; ser
uijt, & pietatis mores quasi fructus protulit.

# CYRILLI COMMENTARIORVM IN HESAIAM

*Libri secundi,*

*Tomus quartus.*

## VISIO AEGYPTI. CAP. XIX.

ECCE *Dominus insidet nubi leui, & ueniet in
Aegyptum, & concutientur manufacta Aegypti
à facie eius, & cor eorũ deficiet in ipsis.* ] Quo
modo Aegyptiorum regio seruata
fuerit, & ad pietatẽ quasi illaqueata,
per fidem uidelicet Christianã, quantumuis mul
torum deorum cultrix, & erroris morbo prodi-
giosè affecta, docere nititur hisce uerbis pro-
pheta. Erant etenim tanquã profundis tenebris
obruti, natura Deum & uerè uniuersitatis archi-
tectum & Dominum prorsus ignorantes, creatu
ræ uenerationẽ attribuentes, & quod adhuc ab-
surdius est, suorum deorũ artifices esse deprehen
duntur, & multiplicia idolorũ examina in delu-
bris habere, & animantiũ ratione carentiũ figu-
ras effingere, & erectis altaribus, illis sacrificare.
Oportuit ergo abundante in illis peccato, super-
rare & redundare gratiã, & ita fœdè morbidis, il
lucescere medicũ, & corde obtenebratis diuinũ
lumen atq; cœleste inclarescere. Ecce, igitur in-
quit, Dominus residet in nube leui, & ueniet in
Aegyptum. Quid aũt sibi uult in nube leui cõspi
ci Dñm? Age dicamus quoad poterimus. Qui-
dam interpretes leuem dixerunt esse nubem, san
ctam Dñi carnem, id est, ex Virgine sumptũ tem
plũ, quod propterea forsan nubi conferũt, quòd
à terrenis motiõibus ac cupiditatibus liberetur,
& sursum uelut ac in altũ euolet: est enim omni-
no purissimũ, omniq; terrestri immunditia libe-
rum, ac immune sanctũ corpus omnium nostrũ
Seruatoris Christi. Alij rursus leuẽ nominari nu-



bem autumarunt, sanctam Virginem. Equidem A
censeo alterius cuiusdam sensus amplitudinẽ no
bis subindicari, dum eum dicit nubi leui insidẽ
re. Multoties enim beati prophetæ maiestatem
Domini conspicati sunt, cùm uisiones conscribe
*Isaiæ 6* rent. Hesaias enim in solio celso & eleuato dicit
conspici Dominum Sabaoth, supremis potesta-
tibus ratione præditis undequaq; circunstantibus, ac hymnum illi cantantibus, cœlumq; ac ter
ram maiestate eius repleri dicẽtibus. Sapientissi
mus item Daniel ab antiquis diebus in solio col
locat, ac mille chiliadas ei ministrare contendit,
infinitas myriadas circunstare asserit, & uisum
esse quasi filium hominis in nubibus uenientẽ,
*Dan.10* aliaq; posuit deinceps his consentanea. Ezechiel
similiter firmamentum se ait uidisse, Seraphim B
subiectis: ac in throno hominem esse uisum, seu
speciẽ hominis, cuius superna electro dicit esse
similia, à lumbo autem ad pedes usq; quasi aspe-
ctum ignis. Quibus uisionibus singulis manife-
statio quædã & effigies diuinæ maiestatis, & my
sterij de Christo, eleganter nobis subindicatur.
Nihil igitur obstat etiam in hoc Christum in le-
ui nube conspectum intelligere, imò cõmodissi
mè fiet hoc & necessariò. Etenim nubes typum
pluuiæ & roris spiritualis ipsiusq; salutaris laua-
cri nobis plenè repræsentat. Siquidẽ beatus Pau
lus sanguine Israelitico ortos in nube & in mari
dicit fuisse baptizatos, & uastam illam solitudinẽ
trãseuntibus, interdiu nubes impendebat, noctu
columna ignis præcedebat. Quo utroq; descri- C
ptus est Christus, seu de ipso mysteriũ, nempe il-
la in fide & sacrosancto baptismate iustificatio
& sanctificatio. Decebat itaq; Dominũ, cùm ad
emundationẽ & mutationem Ægyptiorũ se con
ferret, diuino scilicet & spirituali more, in nube
leui apparere. Nõ enim fieri aliter poterat, ut ma
cula animis peccatiũ aspersa aspergeretur, nisi
sancto baptismo, cuius figurã nubem esse statui-
mus. Porrò leuis nubes non sanè abs re nomina-
tur. Nam baptismo tingimur, ut repudiemus &
abnegemus peccatum, & impietate ceu uere in-
tolerabili onere reiecta, alati quodammodo in-
de efficiamur, & quæ supra sunt cogitare, & cor-
da in alto fixa & intenta habere discamus. Illud
uerò, Considere in nube Christum, hoc puto de- D
monstrare: sessio uel requiẽ nobis innuit, uel po
testatẽ. Christus itaq; non in legali cultu requie-
scet unquam, sed potius in ea quę est per sacrum
baptisma perfectione. Sic etiam regnũ in res ter-
renas obtinuit. Concutientur deinde, inquit,
manufacta Ægypti à facie eius. Exhibito enim
iam sacro baptismate, & Christo deinceps irra-
diante, inueterati erroris ludicra obscurari & eua
nescere, & diaboli laqueos perfringi, omnino est
necesse. Irretiuit enim, ut sic dixerim, omnẽ gen-
tem genusq; omne ad interitũ, & exitiũ, maximè
uerò Ægyptios. Erant quippe præter cæteros su
perstitiosissimi, & quidẽ Persas ipsos Assyriosq;
superstitione, errore uicerunt, scriptura uidelicet inspirata diui
nitùs de ea regione dicente, eam esse terram scul

ptilium. Dicit porrò, cor Aegyptiorum defectu
rum: nimirum, ut ego quidem existimo, ceder E-
uangelicæ prædicationi, ut primas ferat & cuin-
cat, etsi olim cum Deo bellauerit, & ueritati ob-
stiterit. Talem esse Pharaonem manifestè inue-
niemus. Moses enim Hierophanta ac sacrorum
antistes, aperte dixit: Deus Hebræorum misit
nos ad te, dicens: Dimitte populum meum ut ser
uiat mihi in eremo. Quibus ille: Quis est, inquit,
Non audiam uocem eus, non noui Dominum,
& Israelem nõ dimittam. Deficiet igitur cor eo-
rum in ipsis, id est, non erit refractarium & perti-
nax, non durum & inemendabile manebit, sed
prædicationem potius salutarem admittet.

ET *concitabuntur Aegyptij aduersus Aegyptios, & oppu-
gnabit homo fratrem suum, & homo uicinum suum. Et concitabi-
tur ciuitas contra ciuitatem, & Nomus contra Nomum. Conturba
bitur spiritus Aegyptiorum in ipsis, & consilium eorum dissipa-
bo.* ] Hoc planè aliud nihil est, arbitror, quàm
quod dixit Christus: Nolite putare me uenisse *Matth.10*
ad mittendum pacem in terram, non ueni ut mit
tam pacem, sed gladium. Veni enim ut dissidere
faciam hominem contra patrem suum, & filiam
contra matrem suam, & nurum contra socrum
suam, & inimici omnes homines qui in domo e-
ius sunt. Proclamata enim diuina & Euangelica
prædicatione, obseruantia erga parentes postha
bita, inimica ac inuisa ipsis cogitarunt homines,
& bello tantùm non pro lege concitato, in fra-
tres insurrexerunt. Illi enim inueterato indulgen
tes errori, & ad idolorum imposturas effreni cur
su proruentes, fidei sermonem nõ recipiendum
esse iudicarunt. Hi autem ridiculum & impium
omnino rati, uelie dijs à se fabricatis procubare,
ad ueritatis sermones conuolarunt, & cùm olim
longè abessent, facti sunt propinqui, & declarati
per fidem domestici Christi, ac intimi, & spei san
ctorum & fidei in seculum duraturæ scripti hæ-
redes. Concussis igitur, ait, manufactis Aegypti,
eo quòd ad eam ueniat Dominus in nube leui,
magna erit familiarium & cognatorum dissen-
sio, & bella, tum singulorum tum uniuersorum:
ita ut ciuitas in ciuitatem, Nomus in Nomum
impressionem sit factura.* Nomus autem dici- *νομὸς quid.
tur ab his qui regionem Aegyptiorum incolũt,
unaquæq; ciuitas & uicini agri, & pagi qui ei D
subsunt, ac trita est apud eos hæc dictio. Deinde
ait: Turbabitur spiritus Aegyptiorum in ipsis,
& consilium eorum dissipabo. Dicimus autem,
quòd cùm diuersis dissiderent opinionibus, tu-
multuati sunt non mediocriter: sed cùm seducti
turbas excitarent, & bella contra credentes, u-
niuersitatis Deum bellantem cum ipsis & repu-
gnantem inuenirẽt. Dissipabo, enim inquit, ipso-
rum consilia, id est, omnem eorum solertiam, ua-
nam esse ostendam, & inutiles omnino conatus
illorum qui aduersus eos qui ad me confugiunt,
intenduntur.

ET *interrogabunt deos suos & imagines suas, & loquentes
è terra, & uentriloquos, & gnosticos: & tradam Aegyptum in
manus hominum dominorum durorum, & reges duri domina-*

*buntur ipsis.*] Quomodo & quo etiam tempore, salutaris prædicationis diuitias acceperint Aegyptij, studiosè conatur propheta explanare. Sensusq; historiæ his qui rerum bonarum studio tenentur, non erit inutilis. Cùm uastasset igitur Iudæorum regionem Vespasianus, & incendisset Hierosolyma, omnibus copijs ac uiribus descendit in Aegyptum, quam etiam in manum suam ac potestatem redegit. Quod quidem ex uoluntate Dei fecit, qui Romanorum sceptris prouincias omnes simul & ciuitates subiecit. Existimarunt quidem Aegyptij, facile seruitutis iugum effugere se potuisse, secq; extra aleam captiuitatis positos, quòd aquis plurimis cincta fuerat regio. Sed errarunt à spe. Deus enim si perficere uelit, omnia cedunt facilè: & quæ inaccessa & immota sunt, inopinatò dissipantur. Manum enim excelsam quis auertet? quemadmodum scriptum est. Accidit ergo, omnes eorum aquas in lacubus & fluminibus auferri penitus, ut pedibus traiecerint: itaque deinceps, cùm nudatam Aegyptum inueniret Vespasianus, eam facillimè deuicit. Quare sub id temporis euenit, ut ingrederentur Aegyptum diuinę ac salutaris prædicationis sacrificij & ministri, & Gentes per fidem in Christo ad ueritatis agnitionem irretierunt. Itaque ubi Romani exercitus fortissimam ac insuperabilem incursionem Aegyptij intellexissent, ualdè tumultuati sunt, & scire desiderantes quò tandem rei exitus euaderet, deos & imagines suas, & de terra uocem edentes, & uentriloquos, & gnostas seu ariolos interrogarunt. Diuersa enim apud eos erant falsarũ uaticinationum genera, & ficti prophetæ, alij qui se mortuos sciscitari simulabant, alij qui ex suo pectore uerba eructabant. Alij etiam erant Gnostæ, id est, qui fumos ex sacrificijs, & palpitationes in hepate mactatorum animantium indagant & curiosè & impiè. Sed nulla, inquit, erit uaticiniorum utilitas. Nec enim qui dij constituti & nuncupati fuerunt, eos auxilium afferre potuisse inueniemus. Tradam enim Aegyptum in manus hominum dominorum durorum, & regis duri dominabuntur eis. Duros autem cùm audis, non immitissimos esse cogites, sed inuictos potius & inuulnerabiles, & uictoriã cedere cuiquam nescios. Quales extiterunt Romanorum reges illustrissimi, diuino & secreto consilio, ut dicebam, illis subijciente omnia: quippe orbem terrarum submigrarunt & obtinuerunt.

HAEC *dicit Dominus Sabaoth: Et bibent Aegyptij aquam quæ iuxta mare. Fluuius autem deficiet & exarescet. Deficient fluuij & aluei fluuij. Et exiccabitur omnis congregatio aquæ in omni palude calami & papyri. Et palea utridis, & omne circum flumen, omne quod seminatur iuxta flumen arescet, uentoq; peribit. Et gement piscatores, & gement omnes mittentes hamum in fluuium, & mittentes sagenas, & iacientes retia plorabunt. Et ignominia apprehendet operantes linum fissile, & operantes byssum, & operabuntur ea in dolore, & omnes zythum facientes contristabuntur, & animis dolebunt.*] Quadrabunt & hæc illis quæ sunt à nobis iam commemorata. Terram enim Aegyptiorum humidissimam, aridam effecit omnipotens Deus, ut etiam sine sudore peruia sit, stagna & fluuios pertransire uolentibus. Diuisa est autem quodammodo Aegyptiorũ regio: & alij habent terrã arabilem & fœcundissimã, & uitiũ sunt cultores studiosissimi. Alij autem lacus accolunt, & quæ inde proueniunt, decerpunt. Piscium enim quasi uenatores sunt, & papyrum desecant, ac chartæ confectores sunt, & linum fissile operantur. Palustres autem homines siue bubulci denominantur. Sunt enim apud eos innumera boum armenta: panis, uini, aliarumq; rerum magna penuria. Deficientibus itaque aquis, inquit, bibent aquam. Nam cùm in littoribus quandoque fodiunt, torrentem potabilem exhauriunt. Deficient enim & exarescent omnes fluuij & aluei. Erit autem in omni palude calami & papyri raritas aquarum. Et omne quod in aquis nascitur, inquit, exiccabitur, ut & lugeant piscatores, & qui linũ conficiunt fissile, & in dolore magno uersentur qui ea exercent. Et præterea qui apud eos zythum apparant. Aquis enim deficientibus, inopia laborabunt omnium quæ exhilarare solent, & ad uitam opportuna & accommoda, affatim suppeditare. Et hoc quidem quatenus ad historiæ declarationem pertinet, clarè dictum est. Sin uelit quis aquarum raritatem aliter accipere, & ad subtilioris intelligentiæ profunditatem descendere, non à scopo recedet, si anilem & insulsam orationem Græcorum sapientum aquis comparet, piscibus autem & papyro & calamo, alijsq; quorum alumna & nutrix est aquarum natura, hominum frequentiam. Piscatoribus uerò, & rerum aquatilium curatoribus, eos qui inescare norunt gregariam multitudinem, & qui student sermonibus in errorem deducentibus eam quasi linis quibusdam implicare. Hi lugebunt & contristabuntur, & animis dolebunt, cùm eorum oratio diluta sit, & inefficax: quam meritò aquis comparari posse, hinc patet, quòd ea prorsus deficiat, & omnia inde enutrita exarescant. Hi faciunt zythum, non enim uinum offerunt quod hominis cor exhilarat, sed spuriam quandam & inutilem doctrinam, eamq; uerbis subtilibus & elimatis, ut quidem uidentur, efferunt. Hoc enim, ut opinor, byssus, uel sericum significat, ut dicat eos nimium subtilitati & argutijs studere. Et linum fissile. Minutiæ enim apud eos subtiliter ac tenuiter disseruntur, uerùm prorsus friuola, & frigidis speculationibus referta. Frigidus enim zythus. Est autem Aegyptiorum quidam potus, sed frigidus & turbidus. talis siquidem est eorum oratio, & tales sunt doctrinæ, quæ sitim non sedant imbibitæ, sed inflammant potius, & insuaues sunt bibentibus, & ob uehementem frigiditatem morbos insanabiles pariunt.

*Spiritalis intelligentia.*

ET *stulti erunt principes Taneos. Sapientes consiliarij regis, & consilium eorum infatuabitur.*] Imminente uidelicet Ægy-



cet Aegyptijs ineuitabili calamitate, & regione captiuitati proxima, etiamsi hactenus alieno iugo noluerint cernicem subijcere: consternatus haud mediocriter, & intolerando terrore perculsus, is qui principatum sortitus erat, Sophos, ut cognominãtur, id est, Magos, coegit: & ad quem tandem finem hæc res exiret, & quo pacto belli impetum frangere possent, diligentissimè interrogauit. Tantùm abest, ut hi aliquid opportunum aut uerum potuerint dicere, ut etiam insignis stultitiæ damnarentur. Deo enim uolente malum inferre, parum ualebit omne consilium humanum & potentia. Si enim clauserit contra hominem, quis aperiet? sicuti scriptum est. Sophos igitur Taneos, pseudoprophetas eius & rerum ecclesiasticarũ procuratores dicit: qui cùm omnino nihil essent, de arte magica se efferentes, ex ipsis rebus redarguebantur.

QVOMODO *dicetis regi: Filij intelligentiũ nos, filij regum ab initio? Vbi sunt nunc sapientes tui, & annuncient tibi, & dicant: quid consilij cepit Dominus Sabaoth super Aegyptum.*] Ob quę nam, inquit, præclara facinora, attolleris supercilium? Quid adiumenti regioni Aegyptię attulistis, ut in admiratione apud eos sitis? Vel qua oratione utemini cum Regem corripitis, dicentes: Filij intelligentium nos, id est, prophetarum, magi ex magis: qui etiam per uniuersam regionẽ tantùm non regnarunt, qui apud cultores idolorum existimationem & gloriam celeberrimam adepti sunt: qui cum potentibus uersati semper fuerunt, & uicitarunt, quippe consilia in omnibus rebus agendis afferre soliti, falsò nominatis dijs, cõmodi indaginem, & aucupium inspirantibus. Quin igitur falsa concionantes, inquit, & ueri nihil scientes conuincemini, quomodo dicetis regi: Filij intelligentium nos? filij regum qui à primis extiterũt temporibus? In his autem sermo propheticus, spectat ad eos, qui esse uidebantur sapientes: dein uerò transitum facit ad personam eius qui principatum sortitus erat, & ait: Vbi sunt sapientes tui nunc? & annũcient tibi, & dicant, quid consilij ceperit Dominus Sabaoth de Aegypto. Etenim, inquit, si non sunt impostores & deceptores, & scurræ, si non falsa prædicare solent, nisi ex suo pectore solo loquantur, non ab ore Domini: disce ab illis quæ Aegyptijs impendent, & quæ ex consilio Domini Sabaoth primo quoque tempore sunt euentura. Insultat quasi illis qui Deum non cognouerunt, sed uelut in profundis tenebris iacuerunt, eo quòd idolorum cultui adfigerẽtur. Grauissimum igitur, imò uerò prorsus frustraneum, impostoris falsorum uatum confidere. Cùm enim futura & quæ Deus infert, omnino ignorẽt: coacernandi argenti materiam faciunt artem pseudomanticam, uaticinationes, & à Deo audire se fingunt, quæ suo solo arbitratu eructant, animúmque eorum qui ipsis adhærent excantant. Loquuntur enim quæ placent alijs. illud dicunt solùm quod uoluptati esse audientibus conijciunt. Cæterùm diuina lex præcepit, ab huiusmodi hominibus recedere. Habet enim sic: Si ingressus fis in terram quã dat tibi Dominus Deus tuus, non disces facere secundum abominationes gentium earum. Non inuenietur in te qui lustrat filium suum uel filiam suam igni, aut uaticinans uaticinium, uel ariolus, uel augur, uel qui ueneficijs incantat, aut uentriloquus, uel qui ostenta considerat, aut qui interrogat mortuos. Etenim abominatio Domino Deo tuo quicunque talia facit. Adiungit porrò his, & ait: Perfectus eris coram Domino Deo tuo. Nam gentes illæ quas tu hæreditate possides, ariolationes & uaticinationes audient. Tibi uerò non sic dedit Dominus Deus tuus. Prophetam de fratribus tuis excitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audietis per omnia, quæcunque loquetur uobis. Omnino enim Dei amore uacuus erit, & pietatis ornamentis nudabitur, qui uaticinijs, ariolationibus, augurijs & incantatorum fucis animum adhibet. At is spei bonæ uerè plenus erit, qui Euangelicis oraculis animum intenderit, & his quæ Christus dicit, uerè subscripserit. Siquidem ille est prophetarum Dominus, & omnis cognitionis choragus & largitor, etiamsi pro mensura humanitatis propheta nominetur. *Deut. 17. & 18*

DEFECERVNT *principes Taneos, & euecti sunt principes Mempheos, & decipiẽt Aegyptum secundum tribus. Dominus enim confudit eos spiritu erroris, & deceperunt Aegyptum in omnibus operibus eius, sicut errat ebrius & uomens simul, nec ullum opus habent Aegyptij quod faciat caput & caudã, principium & finem.*] Deridet nobis quodammodo falsorum uatum nugas & uanitates, in hisce uerbis sermo propheticus. Ægyptiorum enim præfectus, qui cum ipso semper erãt præstigiatores & uanos uates, qui etiam nominabãtur Sophi ac sapientes, interrogauit in quem tãdem finem expectata deuenirent. Postquam autem cõsilio frustrati sunt, & mendacij conuicti, nullusq; esset qui consilij utilis & inuenti conducibilis uiam indicaret: nihili facti sunt, ac alij deinceps sapientes quęrebãtur. & quidam mirabãtur principes Mempheos, id est, sacerdotes & Magos, qui inquam Memphin incolebant. Selecti enim quasi uidebantur hi tum temporis, & cùm ad magicæ peritiæ summum peruenissent fastigium, omni ueneratione digni idololatris habebantur. Defecerunt igit, inquit principes Taneos, id est, pro nihilo habiti sunt, & summi ac admirabiles regi ac omnib. qui circum illum erãt, esse uisi sunt: Memphitarum præsides & antistites. Verùm seduxerunt & illi Ægyptum secundum tribus, id est, oppidatim & uicatim, non uiritim solum, sed etiam cateruatim. Habebant enim illis fidem, etiamsi quod è re esset nihil dicerent: tamen aliquo modo audebant. Dominus em, inquit, confudit eos spiritu erroris, id est, omnem ueritatis sermonem ab eorum lingua excussit, ut nihil ueri potuerint uel cogitare uel dicere. Etenim in linguis idololatrarũ ueritas residere nullo modo potuit. Decepunt itaq; Ægyptum, sicuti errat ebrius & uomens simul. Solent enim ebrij in uomitionũ inci-

Universidad de Deusto
Biblioteca



dere intemperantiam. Itaque dicit: Non habent A Aegyptij ullum opus quod faciant caput & caudam, principium & finem. Nec enim egregia cœpta iuueniliter aggredientur, hoc enim est principium & caput: nec in optatissimum finem occurrent quæ geruntur: hoc enim est cauda & finis: omnis enim humana consultatio infructuosa, & omne præsidium imbecillum, nec ulla ex parte iuuare potest, si Deus ut dixi, mulctat ac pœna afficit, manúmque omnipotentem resilientibus affert, & ad suam uoluntatem rerum naturas conuertit.

DIE *uerò illa erunt Aegyptij, uelut mulieres in timore & in tremore à facie manus Domini Sabaoth quam ille iniiciet eis. Et erit regio Iudæorum Aegyptijs terrori. Si quis nominauerit eam ipsis, expauescent ob consilium quod decreuit in illam Dominus.*] Qui enim olim audaces & immites & omnium B periculorum contemptores fuerunt, pauidi, inquit, & fracto corde erunt, ut à mulieribus infirmissimis nihil differant, sed tanquam muliebriter effeminentur. Causa uerò metus & terroris huius, manus erit Domini Sabaoth, quam ipse iniiciet ijs. Manus Domini Sabaoth hic definitur esse omnipotens uolũtas Dei, Aegyptiacam gentem Romanorum regno subijciens. Quod omnino inuictum est, id diuino consilio & supremæ naturæ consultis atque decretis prorsus transigi conficique necesse est. Erit præterea regio Iudæorum terrori Aegyptijs. Quid autem hic dicat, consideremus diligenter, ualde enim obscurum est quod dicitur. Itaque conseruata quidem olim est Iudæorum regio, propugnante C Deo, ita ut nulla, ut ita dicam, regna gẽtium quæ circumcirca sunt expugnare potuerint. Cæterùm licet tantum haberet opitulatorem, capta est, & Romanis subiecta, & tota urbs incensa, & domus iuxta ac uici uiris uacui remanserunt. Et quæ tandem causa fuit ut caperentur? Consilium nimirum quod contra illam decreuit Dominus. Tradita enim est & ea unà cum alijs, Romanorum manui potentissimæ. Erit ergo regio Iudæorum Aegyptijs terrori. Falsi enim uates, suis uerbis animum addere illis uoluerunt, quòd & manu inuadentium robustiores essent, & si opponerent se, superarent. Verùm cùm ipsa Iudaica regio etiam quæ Deum uictorem olim Augustum habet, illis tradita sit, hoc grauissimum D timorem ipsis iniecit. Expectarunt enim inde semper, ut quibuslibet populaturis subijcerentur, cùm, ut dixi, Iudaicæ terræ hoc accidisset: non quòd is qui seruat, debilior esset, sed quòd suo eam subijceret nutui, & Romanorum sceptris submitteret. Alijs placet etiã aliter hoc qđ proponitur intelligere. Postquam enim uisitauit in uniuersum Aegyptios, & à tenebris in lucem transtulit uniuersitatis Deus, & à ritu idololatrico traduxit, deditq; ut decæterò cognoscerent quis esset natura ac uerè Deus, ac uniuersitatis fabricator (crediderunt enim in Christum, & per illum & in illo nouerunt quoque patrem) hinc ait, propter magnam ipsorum probitatem & religionem, ipsis fore regionem Iudæorũ terrori. Terrori autem cùm dicit, metum ex pietate intelliges profectũ. Colũt enim omnes Hierosolyma, eo quòd ibi natus fuerit Christus, & crucem pro mundi salute pertulerit, & in monumento positus, denuò reuixerit, adq; patrẽ emigrarit. Olim quippe Ægyptiorum odio flagrauit Iudæorum regio, erat enim pugnans & discrepans eorum religio. Illi enim creaturam & opera suarũ manuũ adorauerunt: hi uerò sanctissimo Deo seruierũt, & legibus eius gubernati, synceræ conuersationis imitatores extiterunt. Hæc igitur quondam inuisa regio terror ueluti quidam, & religionis erit causa & materia, propterea quòd in ea Christus natus fuerit, ut dixi, qui ex tenebris eos ad mirabilem ipsius lucem uocauit.

DIE *illa quinq; ciuitates in Aegypto loquentur lingua Chananæa, & iurabunt nomini Domini. Ciuitas Asedec uocabitur una ciuitas.*] Mirari quis poterit in his, & ualde quidẽ meritò, argutam & exquisitam beati prophetæ tractationẽ, qui eorum prorsus nihil ignorauit, quæ regioni Ægyptiorum aduẽtus tempore essent futura: qui & sigillatim prædicit particularia, & quomodo Euangelica prædicatio suscepta fuerit, clarè disserit. Loquentur inquit, quinque ciuitates in Aegypto lingua Chananæa, id est, Syrorum uel Palæstinorum. Vna enim lingua loquuntur Phœnices & Palæstini. Sunt autem conterminí, sibique ipsis contigui Palæstini & Aegyptij, nec quicquam est intermedium, sed statim in extremis finibus Aegypti quæ ad Orientem & ad mare spectat, inquam, Palæstinæ terræ primi introitus & quasi fauces apparent. Conuenit igitur Chanaan Aegyptus: ideoq; ciuitates illæ in confinio Aegypti, primum Euangelij receperunt prædicationem: fuerũt autem hæ quinque, quarum primam eam quæ nunc Rhinocuritarum est, dicimus. Loquuntur enim etiam lingua Chananæa. Illis enim urbibus studio est, non tantùm operæ curæq; in Aegyptiorum sermone, quantum in Syria lingua ponere. Quidam etiam narrant in suis scriptis, Iosephum diserte commemorare quendam nomine Ioniam ministerio functum inter eos qui sanguine Leuitico oriundi sunt, & sacerdotio ex lege ornatum & honoratum simul, ut ex terra Iudaica semigrasset, quòd simultatem cum quodam cognato suo exercuisset, uel fortè persecutionem perpessus fuisset: ad quinque has urbes finitimas Chanaan pertigisse. Hic, inquit, infinita coacta Iudæorum multitudine, ad unam harum quinque ciuitatum commigrauit, quæ etiam ciuitas Asedec, id est, Iustitiæ, dicta est. Hinc aiunt eos in ora Aegyptiorum solere & auere linguam sonare Chananæorum. Discent etiam, inquit, iurare nomini Domini. Hoc etiam planè est incredibile. Est enim solenne uanitatum cultoribus, iuramentum pro suo cuiusque arbitratu, mũdi elementis nuncupare. Alij enim cœlestia nominant, alij solem, alij etiam in adytis manufacta, sed nullo modo uerè Dei mentionem fecerunt, quẽ ne nouerunt quidem.



quidem. Agnoscentium autem & credentium A munus & officium est, etiam in nomine ipsius iurare. Sic etiam Moses sapientissimus, Israelem ab Aegyptiaco cultu demigrãtem, ad agnitionem ueri Dei traduxit, dicens: Dominũ Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Adposuit illud quoque, Nomine eius iurabis. Argumentum est igitur & demonstratio euidens, illas quinq; urbes iidem admisisse, quòd in nullo uano idolo iurauerint, sed ad iurisiurandi usum nomen Domini sumpserint.

DIE *illa erit altare Domino in regione Aegyptiorum, & columna ad cõfinia eius Domino, & erit signo, & testimonio in æternitatem Domino in regione Aegypti.*] Terra enim omnis Aegyptiorum, phanis abundat, & aris plena est: passim liba erant & sacrificationes, tum mundi B elementis, tum etiam, ut dixi, imaginibus quæ in phanis collocabantur, oblatæ, & dæmoniorum erant columnæ. Ad quid hoc dico, cùm etiam animantium ratione carentium erectis formis, gloriam quæ Deo congruit, his attribuerint? Hæc hæc sunt itaque ex quibus Aegyptiacæ res conuersæ & collapsæ sunt. Qui enim quondam alijs omnibus superstitiosiores fuerũt, & effrenatè laxis habenis proruerunt: Illa, inquit, die, id est, ex eo tempore, quo salutaris prædicatio his illucesceret, cultum natura & uerè Dei amplectentur. Erit enim altare Domino in regione Ægyptiorum. Emphasim magnam & uim habet hæc oratio, quippe non sine admira- C tione dictum. Annon enim est ab opinione ac fide alienum & planè paradoxum etiam in ipsa regione Aegyptiorum, altare Domini uideri, & ad hæc etiam columnam ad confinia eius Domino? Columnam uerò hic dicit, ut mihi uidetur, uel templum sanctum, hoc est, ecclesiam, quæ forte prima aliarum ad confinia eius excitata est, uel sanctæ crucis signum, quo obsepiri credentes solent & communiri. Vsi enim semper sumus hac re, cùm omnem diaboli insultum euertimus, & dæmonum impetus infringimus. Murus enim in fractus est nobis Crux, & in ea est gloriatio, uerè salutem afferens. Idcircò Paulus sapiens scribit: Gal. 6 Absit uerò ut ego glorier nisi in cruce Christi. Mirabilia erant igitur & supra opinionẽ uulgarem, quæ tunc prophetícè prædicta fuerunt, & nunc D etiam ad finem sunt perducta. Aræ enim extiterunt Domino complures & innumerabiles per Ægyptum: & crucis signum incolis uenerabile. Etenim in Dñm nostrum Iesum Christum credi derunt. Nonnullis autem expositorum placuit, pro columna titulũ dicere, eumq; ferunt esse hũc: ὁ ἅγιον εὐαγγέλιον, id est, SACROSANCTVM EVANGELIVM. Iudicet autem rursus prudẽs, quid optimum, & quid rectissimum esse uideat.

QVIA *clamabunt ad Dominum propter afflictantes se, & mittet illis Dominus hominem qui seruabit eos, iudicans seruabit eos, & notus erit Dominus Aegyptijs, & cognoscent Dominum Aegyptij die illa, & facient sacrificia, & uouebunt uota Domino & reddent.*] Contemplare mihi iterum, prophetiæ egregiã & artificiosam uigilantiã. Nam perinde quasi interroget quospiam, ac dicat: Quid hoc rei est? quid causæ, ut Dominus ueniret in Aegyptum in nube leui, atq; hoc & illud gratis conferret: præoccupãs prophera, respondet & ait: Quia clamabunt ad Dñm propter affligentes se, & mittet ipsis Dominus hominem, qui seruabit eos. Insultauit etenim peccati pater, id est, Satanas uniuersæ terræ incolis, & nequitiæ suæ iugo impositio omnibus, uelut à septis diuinæ charitatis abduxit, & tantum non ligatos habens apud se rigidè & impiè ui coercuit. Cæterùm rei natura grauem & non ferendam in se habens uiolentiã, contra tyrannidem eius uociferata est. Sic intelliges clamasse Aegyptios. Atqui quì uerum non sit dicere, eos qui natura uniuersitatis Dominum non cognorant, omnino ad ipsum non clamasse? Ante nim quemadmodũ sanguinem Abelis clamasse dicit ad Deum, etiamsi ipse propriã uocem prorsus non habeat, sed quòd ipsam quasi rei indignitatem Deus prosequatur: ad eũdem puto modũ intelligere quis poterit, de his etiam qui adorare solebãt immundos spiritus. Etsi eñ uniuersitatis Deum non habebãt cognitum, tamen quia uim passi sunt à Satana: ipsa quodãmodo re exclamarunt, omnino sibi auxilium implorantes. Sic clamasse dicimus & Aegyptios ad Deum propter afflictantes eos, id est, sub manum eorum ac potestatem redigẽtes, & uelut acerbissima quadam seruitute opprimentes, uidelicet impuros dæmonas. Cæterùm mittet illis Dominus hominẽ, qui conseruaturus est eos. Qui tandem homo? annõ Christus scilicet? Nimirum in humana forma natus, unigena Dei Sermo, hic seruauit, non Aegyptios modo, sed porrò etiam terram uniuersam: seruauitq; iudicans. Et quid est illud Iudicans? scilicet, Iustum in eos iudicium pronũcians. Satanam enim qui uim intulit, & cum eo ipsos impuros dæmonas calculo sancto subiecit, catenis tenebrarum in tartaro custodiuit, tradiditq; ut in iudicium magni diei puniendi seruentur. Qui porrò tyrannidem sustinuerunt, eos conseruauit & eripuit, & suos effecit cultores: ueritatis luce eos collustrans, & libertatis ornamento amiciens. Ita etiam ipse dicit alicubi Seruator: Nunc Ioan. 12 iudicium est huius mundi, nunc princeps mundi huius eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero de terra, omnes traham ad me ipsum. Viden' illum, mundum iudicasse? & Satanam olim contra ipsum tyrannidem exercentem eiecisse? ad se omnes traxisse? Nouerunt etenim ipsum Aegyptij. Et ubi agnouerint, facient sacrificia, uouentq; uota, & quæ sunt promissa, exequentur. Istuc enim est uoce Dauidis decantatum: Vouete & reddite Domino Deo nostro. Intuere itaq; nouitatem rerum. Qui etenim quondam dæmonijs sacrificare consueuerunt, qui satanam cultu prosecuti sunt, grata consecrarunt carmina, & uota quoq;, nempe pollicita adimpleuerunt studio se: illuminati mente per Christum, & ueritatis dogmatib. illustrati, ab antiquo errore subterfugerunt ac recurrerunt, & agnoscentes semel uniuersitatis Psal. 50

Universidad de Deusto
Biblioteca



sitatis procreatorem & Dominum, ipsi in spiritu A cultum offerunt, puríssima uota implendo, & sacrificia repræsentando, non iam per cruorem & brutorũ rationis expertiũ cędem, sed, uti dicebã, spiritualia, & propter immaculatam puritatem accepta.

ET *percutiet Dominus Aegyptios plaga magna, et sanabit eos sanatione, & cõuertentur ad Dominũ, et exaudiet eos, et sanabit.* ] Quando uisitat Deus, percutit quidẽ designãtes impia, & qp in eum debacchati sunt, pœnas exigit, sed hac eadẽ ratione iuuat. Nõ em̃ ira uictus, infert flagellum, sed in melius potius conuertit. Vel em̃ ab errore traducit ad ueritatẽ, uel etiam incontinenter declinãtes ad turpiter delinquendum, docet resipiscere, & celeriter ad id quod ipsi uisum est sese recipere. Igitur cum scirent bea B ti prophetę rem utilẽ esse, castigari inquam, clamarunt ad ipsum: Castiga nos Domine, uerùm in iudicio, non in furore. Et rursum: Domine in afflictione meminimus tui, in afflictione exigua castigatio tua nobis. Dixit etiã synagogæ Iudæorum: In dolore & uerbere castigare Hierusalem. Castigat itaque quos eligit, & hoc modo solet conferre beneficium. Ægyptijs quoque ait propheta: Percutiet enim eos Dominus plaga magna, & sanabit eos sanatione. Etsi enim traditi sunt, puta Romanis ducibus, & bellicis armis instructissimi sub illis Lanceariꝫ terræ imperitarunt: attamen diuina prædicatione locum apud eos habente, hoc erroris sui damno leuati & exonerati sunt, & ad diuinam, ac cœlestem lucem C transierunt, & inueterato morbo depulso, sano deinceps corde fuerunt. Conuertentur enim ad Dominum, & exaudiet eos, id est, qui olim propter multam impietatem à Deo proscripti erant, decæterò discent non iam idolis abominandis pro his quæ fieri uellent, supplicationes offerre, sed ad ipsum clamabũt, qui cor sanat contritum. Erit autem non tardus Deus, sed potius ad annuendum illis paratus, propitius & placabilis. Causa igitur efficiens & concilians omnia bona omni homini est, natura ac uerè Deum uniuersitatis Creatorem & Dominum agnoscere.

DIE *illa erit uia Aegyptijs ad Assyrios, & intrabunt Assyrij in Aegyptum, & Aegyptij uadent ad Assyrios, & seruient Aegyptij Assyrijs.* ] Beatus Saulus de omnium nostrũ D seruatore Christo scribit, qp ipse sit pax nostra. Non em̃ modo superioribus administris, & sanctis spiritibus terrę incolas coniunxit, sed gentes cum gentibus congredi ac celebrare cœtus inter se instituit. Antequam enim hoc commercium aliorum cum alijs ueniret, separatę erant prouinciæ & urbes, crebræ quasi seditiones ac turbationes, bellorum passim impressiones, & uincentium contra uictos palmæ ac præmia, & effrenatus dominabantur, & quosuis quibuscunqꝫ modis opprimere, nobile quiddam & sanè quàm ad mirabile ducebatur. Cæterùm etiam hic nobis pax Christus factus est. Postquam enim Euangelicis uaticinijs orbem terrarũ collustrans, omnes uiam pietatis docuisset, & ut charitatẽ erga Deũ, & erga se mutuo amplecterentur: illa antiqua ob soleuerunt, uetera recesserunt, & noua facta sunt, sicuti scriptum est: Obtinuit enim pax ubiqꝫ gentium. Hoc etiam est, opinor, quod & alibi dicit propheta Hesaias de omnibus gentibus: Et conscindent gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces, & non tollet gens in gentem gladium, & non discent amplius bellare. Nam cum uni iugo parérẽt omnes, spiritualiter quidem, Dei, corporaliter autem Romanorum: sedatam & inturbidam & belli expertem uitam uiuunt, ut omni liberati metu, etiã olim inimicissimi, alij cum alijs animorum coniunctione consentiãt. Aegyptijs enim, inquit, uia erit ad Assyrios, & Assyrijs ad Aegyptios, & ibunt Aegyptij ad Assyrios, & seruient Aegyptij Assyrijs, non ut illis iugum seruitutis injiciant, sed ut amoris uinculo captos & comprehensos teneant, & suauissimas societates coeant. Assyrios nominat Orientalem regionem incolentes.

DIE *illa erit Israel tertius, ac inter Assyrios & Aegyptios benedictus in terra, cui benedixit Dominus Sabaoth, dicens: Benedictus populus meus in Aegypto, & qui in Assyrijs, & hæreditas mea Israel.* ] Dicit Israel primogenitus inter filios. Cùm autem in Christum debaccharent, Gentib. subditi sunt, & secundã uelut classem sortiti sunt. Habet em̃ & ille destinatum sibi tempus fuę conuersionis. Nam scriptum est: Quando uerò pleni tudo gentium intrauerit, tum omnis Israel saluus erit. Contemplare igitur contemplare in his tertium, denominatũ inter Assyrios & Aegyptios. Assyrios hìc dicit, ut dixerã, qui totã uelut Orientalem terram occupant, maximè eam quæ inter fluuios sita est, in qua etiã germanos & ingenuos adoratores ferunt, qui & cognatam & uicinam Aegyptiorũ excolũt disciplinam, sta ut in bona rerum rerũ studio, alacritate, & uirtute æquo prorsus marte decertare uideantur. Proinde dicit uniuersitatis Deus, Benedictus populus meus qui est in Aegypto, & qui in Assyrijs. Numeratur qꝫ tertius Israel. Subdit enim: Hæreditas mea Israel. Causam autem non præsignificauit nobis oratio. Dominum enim occidit, & positus est in tergũ, quemadmodum ait Dauid, & in reliquijs celebratur primogenitus.

## CAP. XX.

ANNO *quo ingressus est* *Tanathan in Azotum, *quando missus ab Aruarege Assyriorum, Azotũ aggressus est & cepit: tunc loquutus est Dominus Hesaiæ, dicẽs: Vade, & exue lumbo tuo saccũ, et calceos tuos detrahe de pedib. tuis, & fac sic incedas nudus & discalceatus. Et dixit Dominus: Quemadmodum ambulat Hesaias seruus meus nudus & discalceatus, sic tribus annis erunt signa & prodigia Aegyptijs & Aethiopibus, quia sic ducet rex Assyriorum captiuitatẽ Aegypti & Aethiopum iuuenes senesq; nudos et discalceatos, opertos dedecore Aegypti.* ] Cùm sermõi de Aegyptijs finẽ optimè imposuerit, & quẽadmodũ uocãdi essent per fidẽ ad ueritatis agnitionẽ prædixerit, rursus quod Israelitis perutile & pernecessariũ est, aptè intexit. Ea quæ sint paucis dicã. Cõtempta enim ipsius legis Mosaicæ religione, & charitate in Deũ spreta, eò deuoluti sunt imprudẽtissimè, ut errore multorũ deorum inuoluerẽtur, & suarum manuum operibus seruirent. Quo semel in animum demisso, nihil malorum nõ aggrediebant. Qua de causa sæpenumero uniuersitatis Deus bellis & prælijs eos uexauit, cùm per finitimas gentes, tum per Persas & Medos: qui in Iudæam impressiõe facta alijs gentib. prius uastatis, Israelitas graui & intolerando metu non rarò exanimarunt. Hi uerò cùm uniuersitatis Deum emollire & placare, ab impijs studijs pedem referre, & potius ad Dei placitum se conferre, & se ei offenso purgare, atque à turpioribus ad meliora confugere, & ita ab eo salutem, & quidem solam quærere, manumqꝫ semper conseruantem, & uin- B dicantem expetere deberent: id sanè miselli non fecerunt, sed corrogatis & emendicatis ab hominibus auxilijs, interdum finitimos quosdam ad hoc euocarunt, interim & uicinos Aegyptios addẽtes iniquitatem iniquitati suæ, uti scriptum est: & hoc ipso Deum omnipotentem ad iram extimularunt. Dixit siquidem per unum è sanctis prophetis: Et erat Ephraim columba amẽs, cor non habens, inuocauit Aegyptum, & ad Assyrios, pfecti sunt. Quin & per ipsum prophetam Hesaiã: Væ descentibus in Aegyptum pro subsidio, qui equis confisi sunt & curribus. Sunt enim multi, & eorum qui equis insident multitudo magna. Et non confisi sunt sancto Israelis, & Deum non exquisiuerũt. Sapiẽter ipse inflixit C illis mala, nec uerbum eius non irritatũ est. Cùm igitur Thanatha regis Assyriorũ dux oppugnasset Azotum, uiqꝫ cepisset, (erat autem hæc regio ni Iudæorum uicina) expectarunt Israelitæ se iamiam etiam citra laborem similia esse perpessuros. Hanc ob causam Aegyptiorũ manu conducta, ad ferendum ipsis subsidium Assyriorum phalangibus se uoluerunt opponere. Vanam ergo esse eorum spem declarat Deus, & clarè prædicit fore ipsos prædam Assyriorum potentiæ, & successu temporum capiendos, & captiuorum in numero ac loco futuros. Ferunt enim Aegyptum fuisse sub manu Assyriorum diuersis temporibus, & cõtinuis tribus annis commisso cum ea prælio, ui totam cepisse, magna turba captiuorum comitante suam in patriam redijsse. Præcipit ergo Deus prophetæ, ut habitum captiuis conuenientem & consuetum sumat, id est, nuditatem & discalceationem. Nam uictores captiuorum non magnam planè rationem habent. Hicqꝫ eò miseriæ prolapsi, etsi essent iuxta carnem nobiles, etsi conferta esset multitudo, uno calamitatis lino inuoluuntur, non uestem habentes, nec aliud quicquam uel ad ornatum, uel ad recreationem ipsorum pertinens, sed ad hanc turpitudinem ex libidine capientium coguntur accedere. Iubetur itaque, ut dixi, diuinus prophe ta detrahere lumbo suo, & sandalia soluere, & mediam Hierusalem transire nudum & sine calceis. Idqꝫ fecit nõ admodum sollicitus quomodo



elegans aut uenustus appareat: Deicqꝫ decreto nihil adiecit, licet id graue & reprehensioni expositum uideretur. Sed fortè dixerit quispiam: Cur non præmonstrauit potius Israelitis ea quæ processu temporum contingerent Aegyptijs? cur adeò nudus ac discalceatus tam celebris propheta ambulauit, omni conueniente cultu neglecto? Ad hoc dicimus, eos prophetarum sermonibus non obtemperasse, imò cùm prædicerent futura, increpasse: Alia, inquiunt, nobis loquimini, & annunciate nobis alium errorem. Hinc prudens hic uir, modestus, & omni uirtute cumulatus, ac prophetiæ dono quasi coronatus, & in meditatione & exercitio hoc illustris, ipsum adeò centonem exuit, non mollem sanè aut splendidam uestem, sed crassam potius & leuidensem, ipsa etiam soluit pedum calceamenta, tali habitu ingrediens, ut qui ipsum uident, hoc mirentur, causasqꝫ scisciteantur, & scire cupiẽtes cur hoc fecerit: uanam se spem habuisse in hominibus, exploratum habeant: cùm oportuisset potius, è supernis fauorẽ ambire, Deumqꝫ sibi conciliare adminiculatorem, qui semper conseruauit. Proinde nudo & sine calceis perambulante Iudęam beato propheta, cùm spectatoribus non exiguus timor incuteretur: Dixit Dominus, inquit: Quemadmodum ambulat Hesaias puer meus nudus, & discalceatus, sic tribus annis erunt signa & prodigia in Aegyptios, & Aethiopes. Nam ut superius dixi, cum Assyriæ rex trien nio toto Aegyptũ, Aethiopesqꝫ uicinos, & Thebanorum terram accolentes depopulatus, complures captiuos haberet, Aegyptiorum calamitatibus exultans & insolescens: tunc tunc illustris domum iterum reducitur.

ET *erubescent uicti super Aethiopas, quibus confisi sunt Aegyptij, erant enim eius gloria. Et dicent habitatores insulæ istius: Ecce nos confisi sumus, ut confugeremus ad eos pro auxilio, cùm ipsi non potuerunt defendi contra regem Assyriorum, quonam pacto seruabimur nos?* ] Accolæ Thebanorum sunt gentes barbaræ, Blemmyes qui idem sunt Aethiopes, homines peritissimi, telis mittendis, atqꝫ tor quendis exercitati, quæ ueneno pernicioſissimo inuncta, in eos quibus cum cõgrediuntur eiaculabãtur, si rettigerint, percussus omnino moritur, & perinde atque à serpente morsus, confestim concidit. Erat igitur in more & consuetudine Aegyptijs, bello ex pugna ingruente, Aethiopicas phalanges conductitias corrogare, & de illis plurimũ superbire. uerùm cum illis capti sunt fortitudine Assyriorum deuicti: Erubescent, inquit, Aegyptij in Aethiopibus quibus fidebant. Captis enim illis & superatis, dicent eius insulæ habitatores: Ecce nos confisi eramus ut confugeremus ad eos auxilij gratia, qui non potuerunt contra regem Assyriorum defendi, quonam pacto seruabimur nos? Insulam igitur Aegyptum nominat, eo quòd fluminibus circumfluat, & stagnis aquarũ undiqꝫ cingat. Introducit eius habitatores se ipsos spei in Aethiopib. collocatæ dãnantes. Si etem̃, inquit, capti sunt ipsi, cõfisos sibi qui

Universidad de Deusto
Biblioteca



qui seruare poterunt? Melius est ergo sperare in A
Hier.17 Domino, quam cõfidere homini: & ut dicit Hieremias propheta, Maledictus homo qui spem habet in homine, & instituit carni brachij sui: Benedictus qui fidit Domino, & erit Dominus spes eius. Oratio autem prophetica nobis semper utilis est, & quanquam forte spiritualem enarrationem non habeat hæc historia, tamen haud exiguus fructus inde peruenit. Paulus em̃ dicit hæc
2.Cor.10 figuratè contigisse maioribus, ad nostram quoq; admonitionem, esse conscripta.

## VISIO DESERTI.

TERMINATO pulcherrimè sermone, qui de Ægyptijs inquã habitus est, cùm à propheta, quando & quomodo B per fidem ad agnitionem ueri Dei uocarentur expositum sit: ad aliam uisionem se confert, de eremo: nec simpliciter hic terræ desertæ & desolatæ facit mentionem, sed eremum uocat Babylonicam, quæ cùm olim innumerabiles haberet incolas fortes & pugnacissimos, ira è supernis illata sic deuastata est, ut omnino uiris uacua remaneat, cùm Cyrus Cambysis filius oppugnaret Babyloniam: cuius & alibi meminit propheta, inquiẽs: Sic dicit Dominus unctio meo Cyro, cuius apprehendi dextram, ut audiant coram eo gentes, & ciuitates non concludentur. Hic illam superbam quandam, & contra omnem gentem eleuatam, & in pugnis formidabilem, Babylonem inquam ui occupauit. facit autem & nunc C propheta eius mentionem, & desertum nominat. Quomodo autem eò calamitatis delapsa sit, duabus de causis manifestè narrat, ut quidem ego censeo: uel ut Iudæos à spe in illis collocata abducat: (erat enim Ephraim columba amens, quemadmodum ait alius è prophetis, Ægyptum inuocauit, & ad Assyrios profecti sunt:) uel ut contristatos consoletur, quia uastata eorum regione. & exusto ipso templo, Babylonem captiui abducti sunt cum uxoribus & liberis. Quo qui dem perspicuè docet, si ex præscripto legis uiuere instituant, & diuinarum præceptionum germani & ingenui custodes esse uelint, Deum uastatores illos aggressurum. Narrationem igitur instituit propheta, habétque uisionis contextus D enallagen, & imitationes personarum. Nunc enim uelut futurorum oculatus testis, & spectator à Deo sibi ostensa enarrat: nunc & quid temporum decursu & delapsu contingeret, spiritu prophetico antè denunciat: nunc introducit insuper personam Babyloniorum, sese ob tam acerbas & inopinatas calamitates deplorantium. Proinde quasi contemplatus Persarum, & Medorum, & Elamitarum, contra Babylonem expeditionem, ita ait: Obequitabunt & peragrabunt eremum.



SICVT uenti tempestas desertum pertransit, pulueremexcitans, & omnia susq; deq; miscens, addit: Horribilis ustio, & dura annunciata est mihi.] Sufficit enim nudum & solum hostium spectaculũ, & uirorum bellicosorũ multitudo fortissima ad bellum instructa, timorem uehementer ingerit, & iniecit spectatoribus. Sed non spectari tantùm dicit, sed annunciatum est mihi, inquit: simul enim cum spectaculo rerum euentum docuit, à Deo scilicet.

PRAEVARICANS *præuaricator, iniquus iniqua agit.*] Imperterritam esse ait, & proruptam grassatorum audaciam, qui non ratiocinijs humanis interrumpuntur, & reuocantur ad placabilitatem, sed nemo eorum quicquam cum officio & decoro coniunctum cogitat, at præuaricatur nec reprimi potest, nullòque suffusus pudore, pro sua libidine opprimit: Non enim misericordiam spectant, sed opus, inquit, horum & hoc studium est, iniqua agere & opprimere. Huic non dissimile dixit uoce Hieremiæ ad Assyriorum habitatores: Ecce induco ego uobis Medos, qui argentum non curant, nec auro opus habent. Arcus iuuenum conterent. Deo enim iram delinquentibus infligente, nihil opem afferre poterit: imò & in illis qui in quos incursant, perdere aggrediuntur, belluina mens insidet & habitat.

IN *me Elamitæ & Persarum legati in me uenient. Nunc ingemiscam & consolabor me ipsum. Propterea impleti sunt lumbi mei dissolutione, & dolores ceperunt me sicut parturientem. Iniustè egi ne audirem, operam dedi ne uiderem. Cor meum aberrat, & iniquitas me demergit, anima mea conjecta est in timorem.*] Prosopopœias uim habet hæc oratio. Inducitur enim Assyrius, impetum pertimescens, & hostium phalanges non nescíens, & contra quem huius belli scopus tendat. Non enim, inquit, contra alium quenque, sed contra me Elamitæ, & præstantissimi omnium Persarum fecerunt impetum. Ingemisco igitur & consolabor meipsum. Qui namque in ultimis erumnis sunt, his consolationis genus quoddam esse uidetur, flere & plorare. Extunditur enim ex dolore lachryma. Nouum uerò & peregrinum Assyrios, duros & fastuosos, semper, & contra omnes gentes superciliosissimos, quorum occursus ominosus, & formidabilis esse putabatur, lachrymari. Cæterùm hi tam audaces & animis supra homines tumidis mulie briter fundunt lachrymas, & ante belli periculum debilitate fracti & contusi, fletum sibi ipsis cõscíscunt & eliciunt. Repleti sunt enim, inquit, lumbi mei dissolutione, & dolores ceperunt me sicut parturientem. Sed quamobrem contingũt hæc, inquit, ô Assyrie? Dic roganti: Ne, inquit, conscia mihi sum offendisse me, multis peccatis omnipotentem Deum. Iniustè egi ne audirem, operam dedi ne uiderem. In hoc, ait, meipsum damno, & inique feci quòd insigni per uicacia, & in audiendo pertinacia usus sim, & operam dedi ne uiderem, id est, quis sit ille natura & uerè Deus. Audieram enim Iudæorum cultum,



tum, Sanctam urbem ui capi, templum euerti, ex A
disciplina auditu percepta, mediocrem cognitionem eorum quæ Israelitico populo præcepta e-
Ion.2 rant, consecuta sum: imò propheta Ionas à Deo missus est, ut prædicet, & dicat: Adhuc trés dies & subuertetur Niniue. mox pertimui minas, & egi pœnitentiam, sed iniustè iterum feci, nè audirem, & studio annixa sum, ne uiderem, quę uidisse oportuit. Aberrat enim cor meum, & demersit me iniquitas, quodammodo obruens. Hinc & anima mea conjecta est in timorem, fui enim in metu extremo. Hæ igitur uoces esse possunt Assyriorũ. Familiare em̃ est prophetis uoces & personas affingere propter utilitatem audientium.

PARATE *mensam, bibite, edite. Surgite principes, arripite clypeos.*] Dixeram orationem propheticam mul- B
tis interdum personarum uarietatibus distingui, pulcherrimè. Omnino igitur qui scire hæc & referre probè uolunt, talia debent obseruare. Perspicua igitur erit & nihil abrupti, nihil difficultatis habebit horum dictorũ intelligentia. Induxit ergo personam Assyriorum apud sese flentiũ, & timiditate confractorum, & de malis futuris intolerabili timore dolẽtium. Dein tempus commemorat quo eos capi & immedicabiles in ærumnas incidere continget, & causam ire contra illos
Deus declarat. Scripsit em̃ B. Daniel, Baltasar regem apparasse cœnam magnatib. suis millibus corã millib. uinũ. Dein ait, & sacra uasa ex Hierosolymis sumpta, alijs atq; alijs temporibus obtulisse impiè, & bibisse ex illis cùm ipsum tum pellacas C eius & concubinas. Hoc autem aliud nihil erat quàm contra diuinam maiestatẽ magno elatoq; animo se efferre, & aduersus Israelitarum ducem & præsidem erigi, quasi suum populũ nullo modo iuuare posset. Bibente igitur Baltasaro, & sacra uasa tantum non irridente: Apparuit, inquit, articulus manus & scripsit in pariete, MANE, THECEL, PHARES, quam scripturam diuinus Daniel interpretatus est Assyriũ alloquens: Distupit Deus regnum tuum, & diuisit illud, ac datum est Medis & Persis. Huius historiæ ut ego quidem censeo, meminit propheta affatus uelut ipsos principes, seu magnates & Baltasar: Para mensam, bibite, edite, surgite principes, arripite clypeos, luxu diffluitis, in mensis intempe- D
rantibus (est aiunt hæc oratio usitata) exaturamini bibentes inexplebiliter. Quid deinde? Bella excipient panegyrim & conuentum, & non longè aberit ut patiamini, sed ab ipsa computatione ad arma curretis, & quæretis clypeos. Est ergo uerè grauissimum contra Deum efferri, & contra Maiestatem, qua nihil est sublimius, animos & spiritus tollere. Traditus est enim Assyrijs Israel: Deo propter summam iniquitatem captiuitatis pœnam irrogante. Non enim par fuit eos qui ad hanc stupiditatem & in has stultas cogitationes consulto deuenerunt, sic cogitare & sentire, se posse nolẽtis eos seruare manum superare, & ineffabilem Dei qui super omnia extat & eminet, potentiam debellare.

QVIA *sic dixit Dominus mihi: Vt, tibi constitue speculatorem, & quod uideris, renuncia. Et uidit sessores equites duos, sessorem asinæ, & sessorem cameli.*] In more est sanctis prophetis, diuinę contemplationis seu uisionum tempore, uelut in se ipsis animum cogere & colligere, & acerrima attẽtissimaq; cogitatione à Deo res ostensas perlustrare, & uelut in sublimi ac secreta specula diuinis uerbis aurem præbere. Quippe ex sanctis prophetis quidam dixit: In custo- Abac.2
dia mea stabo, & conscendam petram, & speculabor ut uideam quid loquetur in me, & quid respondeam ad castigationem meam. Hoc itaque propheta docet se à Deo audire: I, & constitue speculatorem, & quod uideris renuncia. Non iubetur alium speculatorem statuere, at seipsum omnino ad diuinam contemplationem compara re, & uelut speculatorem in edito loco, animo ac mente factum circumspicere futura, & rerum inspectionem usu aspectuq; cõsequi. Vidi igitur, inquit, sessores equites duos, sessorem asinæ, & sessorem cameli. Et quid hoc est? Lamentatio Assyriorum hoc planè docebit. Dixit enim: In me Elamitæ, & legati Persarum in me ueniunt. Elamitæ gens barbara sunt, & camelis uehi gestiunt. Sessor autem asinæ qui alius sit præter electos & eximios Persarum uiros, quos aiunt mulis & *sciadijs conscensis, ad pugnam iuisse, ne * σκιάδας,
quis eos labor eneruet: ubi autem pugnæ locum uidentur fuisse
uident, tum è sciadijs desultantes, equis utuntur currus quidam
lectissimis. Asinæ ergo insessorem dicit, eum qui ceu umbracu-
mulabus uectus est. Vel etiam alio modo: Versi lo quodam o-
mile est uidisse prophetam, hostium cuneum e- perti.
quis uectum, & camelorum & mulorum instructorum multitudinem sequentẽ, fortassis ad spolia auehenda. Hoc si quidem dicit alibi: In afflictione & angustia leo & leunculus ibi, & aspides & progenies aspidum uolantium, qui portabunt asinis & camelis diuitias suas. Leonem siquidem & catulum leonis Cyrum uocauit, & Persas sub eo Medosq;: aspidas & aspidum uolantium progeniem, id est, qui properè præcurrere, & auium in motem ferri solent, eos dicit qui ex alijs erant gentibus quos etiam camelis uehi in more positum erat & consuetudine.

AVDI *auditionẽ multam, & uoca Vriã in speculã Domini.*] Confessus est propheta uidisse se quosdam ascensores, equites duos, cameli & asinæ: qui autem fuerint, superius diximus. Semel autem speculatus, iussus est deinceps quæ ex ea incursione futura sunt, docere, & calamitatis Chaldęorum narrationem terribilem inducere. Hæc autem auditio uerè multa est. Nam quæ Babyloni contigerunt, horrenda erant, nec ulla oratione exprimi possunt, & in summum uenerunt malorũ. Cyrus etenim sic eam cepit, ut prorsus uastam reddiderit, & qui in ea erant interemerit, & eos demum qui in speluncis insidiabãtur, & omnino se posse latere sperabant. Etenim dixit ei uniuersitatis Deus: Dabo tibi thesauros tenebrosos occultos, à cõspectu remotos apertam tibi. Inducit etiam persona Hierusalem uelut Babylonẽ alloquẽtis:

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ne gaudeto ô inimica mea de me: si eciderim, A resurgam: si in tenebris sedero, Dominus mihi lux erit. Iram Domini feram, quia peccaui ei, donec ipse iustificet iusticiam meam, & faciat iudicium meum, & educat me in lucem, videamq; iusticiam eius. Videbit inimica mea & circumfundetur pudore, quæ dicit mihi: Vbi Dñs Deus tuus? oculi mei uidebunt eam. Iam iam cõculcanda est, quasi lutum in uijs. Dies liturę lateris, delectio tua dies illa: qua uidelicet à Persis & Medis & Elamitis uastata & deleta est, ut dixi. Audi igitur, inquit, auditionem multam, id est, de captiuitate longam & horribilem narrationem. Et uoca Vriam in speculam Domini. Vriam dicunt fuisse quẽdam legis ministerio maximè conspicuũ. Voca, inquit, testẽ factæ tibi speculationis, uidelicet uisionis, Vriam, & doceatur abs te futura. B

Postquam enim prophetarum enarrationibus minus credentes, dixerunt: Alia nobis loquamini, & annunciate nobis alterum errorem: hinc & appositissimè uniuersorum Deus, Iudæorum honoratissimos, adhibuit testes eorum quæ ostensa sunt diuersis temporibus, ut qui uelut in uisione prophetica, prophetię spiritum haberẽt, ut nisi illorum uerbis morem gerere uoluissent, saltem animarent illos hi, qui apud eos ornati & honorati sunt legali sacerdotio.

ET *dixi, Steti per totam diem & in castris, steti per totam noctem, & ecce ille uenit ascensor bigæ.*] Iussus propheta sibi constituere speculatorem, & aptè denunciare quicquid ei à Deo ostẽsum esse: Steti, inquit, per C totam diem & per totam noctem. Et ecce ille uenit ascẽsor bigæ. Quisnam ille? Persa & Elamita, uel exercitus præfectus, id est, Cyrus.

ET *respondens ait: Cecidit Babylon et omnes imagines eius, & manufacta eius contrita sunt in terram.*] Cum dixisset propheta: Ecce ille uenit ascensor bigæ, & quomodo hæc incursio fieret, & quòd non longè abesset, optimè contemplaretur: respondet Deus & inquit: Cecidit Babylon, id est, superbus & insolens uniuersæ terræ malleus, ut inquit Hieremias, quę omnes gentes belluino more inuadit, quæ elatam ceruicem tollit, quæ prouincias, quę urbes solo æquat: Concidit, inquit, id est, funditus perijt, interijt & cõculcata est, & proiecta deinceps, & pedibus cuiusuis hominis subiecta cõ D spicitur. Contritæ sunt etiam omnes eius imagines & manufacta. Terra enim est sculptilium, sicuti dicit alius è sanctis propheris, & falsò nominatis dijs magnopere confisa est, illorumq; ope seruari sperans cum illis calcata est, et simul cum numinibus contrita.

AVDITE *derelicti & dolentes, audite quæ audiui à Domino Sabaoth, Deus Israel annunciauit nobis.*] Abductus est captiuus Israel, & seruijt Babylonijs, Deo propter multa flagitia immittente, & permittente diuturnis eum inuoluí calamitatibus. Remanserunt quidem Hierosolymis, & in Iudæa multi, at suspirantes iugiter & dolore affecti, regione ipsorum uastata, temploq; ipso incenso, & uidelectis Hierosolymis, Pharmacum igitur auxiliare ipsis ad consolationem commodè subtexit propheta hanc uisionem, dicitq; illis: Audite derelicti & dolentes: audite quę audiui à Domino Sabaoth. Deus Israelis annunciauit nobis. Oportuit enim oportuit Babyloniorum calamitatem illis concliare lætitiam, & illis sic excisis euersisq; fucũdas esse quodammodo narrationes contra eos qui affecerunt molestia.

## VISIO IDVMAEAE.

ETHuius etiam uisionis hypothesin & argumentum primum exponendum arbitror: hac enim sola ratione qui hęc legent intelligent. Erant proinde Isaæ co, filij duo, Esaus & Iacobus, & hic quidẽ Esaus, Edom cognominatus est, id est, Terrenus: talis enim ei fuit uictus uitęq; ratio, & edulio solo uendidit ius prærogatiuæ suæ, quemadmodum scriptum est. Iacobus autem doli fuciq; nescius, erat domi habitans: de eo enim sic dixit sacra scriptura. Ex Iacobo, qui nomen quoq; Israelis adeptus est, Iudæi nati sunt: ab Esao uerò siue Edom, Idumæi siue Agareni, hi sunt autem Saraceni. Itaq; fratres & semine sanguineq; propinqui Israelitis fuerunt Idumæi, & confinis fuit Iudęorum & Idumæorum regio ac contermina. Sed neq; generis coniunctio, neq; uicinitas eorum inter se conciliare potuit & alere inter hos cognatos beneuolentiam. Nam dissenserunt, & Idumęi Grẽcorum ritibus ac legibus uiuentes, Iudęorũ prouinciam sæpe prædati sunt, & perpetrare in eos ausi sunt omniũ turpissima. Quippe Ægyptiacæ sæuitiæ iugo aliquando exonerantes se Israelitæ, in terrã patribus promissam migrarunt. Misit, inquit, legatos Moses ex Cades ad regem Edom, dicens: Num. 20
Talia dicit frater tuus, Israel. Tu scis omnia, laborem qui inuenit nos, & descenderunt patres nostri in Ægyptum, habitaruntq; in Ægypto dies complures, & uexarunt nos Ægyptij ac patres nostros. Clamauimus aũt ad Dominum, & exaudiuit Dominus uocem nostram, & misso angelo eduxit nos ex Ægypto, & nunc sumus in Cades ciuitate ex parte montium tuorum, transibimus per terram tuam, non proficiscemur per agros, nec per uineas, non bibemus aquam ex lacu tuo: uia regia ibimus, non declinabimus ad dextram, nec ad sinistram, donec præterierimus fines tuos. Dixit autem ei Edom: Non transibis per me, alioqui bellum ingrediar contra te. Videsne quàm fuerint duri, quàm ab omni misericordia alieni Idumęi, idq; etiam erga fratres? Sed non huc tantum eorum proruperunt scelera, sed & aliud quicquã & impiũ & immite admiserunt. Capta enim Iudęorum regione à Babylonio, incensoq; templo, uastatis Hierosolymis, ea in ciues patrauerunt quæ nulla consectari potest oratio. Deinde cùm eorũ aliquot qui à gladio Persico immunes & salui euadebant, ad regionẽ Idumęorũ, ut finitimã & ut ad fratres & cõsanguineos perfugituri essent: isti quanq; succurrere ut fratrib. misereri ut miserorũ, refocillare ac restituere ut amicos



ut amicos debuissent: belluinè inuaserũt, & opus A ac fomentum suæ crudelitatis fecerũt profugos. Ob hoc ipsum grauiter insimulauit eos uniuersi
Abd. 1 tatis Deus, uoce Abdiæ prophetæ. Scriptum est enim sic: Illo die, ait Dominus: Perdam sapientes ex Idumæa, & intelligentiam de monte Esau, & consternabuntur bellatores tui qui ex Theman, ut auferatur homo de monte Esau propter cædem & impietatem in fratrem tuum Iacob. Operiet te ignominia, & exterminaberis in æternum: A quo die restitisti ex aduersa parte, in die alieni genarum captiuum ducentium exercitum eius, & alieni ingressi sunt in portas eius, & de Hieru salem iecerũt sortes, & tu eras quasi unus ex illis. Ecce ut Persicę crudelitatis imitatores extiterũt, & qui salutẽ expectabãt, & propterea tanquam B ad fratres & uicinos ibant, eos trucidarunt immaniter. Quare Babylonij cùm Iudæorum regionẽ cepissent, reductideinceps in suam patriã, obiter quasi in transcursu ac præter institutum depopulati sunt Idumęam. Ceperunt enim omnes facilè
Ibidem. sanè, & absq; puluere, Dei ira illis imminente. Et rursus dixit uoce Abdiæ: Propterea, ppe est dies Domini super omnes gentes: quemadmodũ fecisti, ita erit tibi, retributio tua retribuet in caput tuum. Hoc igitur est quasi breui compẽdio, eius quæ præ manibus est uisionis argumentum. Progrediendum est autem ad singula tractanda, pro ut eorum quæ scripta sunt, ordo postulat.

AD *me clamat de Sijr.*] Hæc uox est omnipotentis Dei alloquentis prophetam. Perinde quasi bel- C lum terræ Idumæorum primo quoque tempore ingrueret, uertentur in fugam omnes qui eam in habitant. Sijr uerò mons ingens est Idumææ, in quo illustris urbs apud eos esse dicitur. Quasi igitur Montani Sijr, id est, Idumæi iam iam fugam parárent: Ad me, inquit, clamat, id est, ueniãt qui hinc fugiunt, in Idumæã. Nam ut Israelitas apud eos profugos sannis & scommatis exceperunt, sic irridebuntur, inquit, & par pari referent illis, cùm Babyloniorum manu uicti fuerint.

CVSTODITE *propugnacula, custodiã mane & noctu.*] Sermo est Dei ad Idumæos, quibus uanos & irritos labores quos in propulsandis hostibus collocauerunt, ab ipso salutem auxiliumq; nulla ratione expetentes obijcit. Imminente enim Assy- D riorum incursione, urbium obstructo & præsentio aditu propugnacula custodiebant ac defendebant, sed res erat inutilis. Occupatis enim eorum urbibus, nemo prorsus euasit. Itaq; habetur ad eos à Deo oratio moribus accõmodata. Certè enim ait, recta & consentanea decernite, custo
Ibidem. dite propugnacula. Deinde respondetur quasi ab illis: Custodiam mane & nocte. Sed nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat qui custodit. Oportuit enim potius supernum auxilium à Deo quærere, & non lapidibus confidere. Sic enim narrant urbium mœnia cõcussa fuisse, ut lapis lapidi suppositus non uideatur.

SI *quæsieris, quære, & apud me habita, in saltu uesperi dormies.*] Si enim uolueris, inquit, præsidium quęrere, hoc à me qui seruare ualeo quære, & apud me habitato: id est, mecũ esto & mea sapito, à falso nominatorum deorum cultu ipsum conseruato. Tale quid Seruator ait: Qui me amat, sequatur me: & ubi ego sum, ibi & minister meus sit. Phalange ergo, inquit, hostium uniuersam terram Idumæorum incursante, ex ędibus deturbaberis & ex urbibus, & in sylua uesperi dormies: idem simul cum syluestribus feris diuerſaberis, & in pa ludibus commoraberis, sic crudelitatis erga fratres in posterum pœnas persolues.

IN *uia Dædan, in occursum sitienti aquam ferte, qui inhabitatis regionẽ Thymani, paribus occurrite fugientibus propter multitudinem fugientium, & propter multitudinem errantium, & propter multitudinem cadentium in bello, & propter multitudinem gladiorum, & propter multitudinem arcuum extentorum.*] Idumæos qui impiè patrarant accusat, quemad modum iã dixi, & Abdiæ prophetæ uoce. Cùm enim Israelitis in miserias insanabiles incidentibus succurrere & condolescere debuissent: hoc minimè fecerunt, sed ab omni pietatis affectu alieni, & prefracti, & Assyriorum crudelitate immaniores esse uidebantur, & cùm omnino manus eorum effugere non ualerent, crudeliter interimebant. In quo igitur bene audire eos oportuisset, si fecissent, hoc cùm non fecerint, accusat, dicens: In uia Dædã, in occursum sitienti aquam ferre qui habitatis in regione Theman, occurrite fugientibus. Oportuit enim oportuit, inquit, uos qui australem habetis regionem, Theman enim interpretatur Auster, in uia Dædan, fugientibus & errantibus panes & aquam adducere, & charitatis officia erga fratres ut æquum est studiosè & incunctanter exequi, & non belluino more resistere, & quodammodo afflictis iam insultare, & iugum adeò acerbis asperisq; calamitatibus pressorum aggrauare. Æquum ergo fuerat amanter occurrere fugientibus. Versi sunt enim in fugam domo & urbibus spretis, propter gladiorum, & crudelissimorum arcuum multitudinem, & quia complures ceciderunt, innumerabilesq; apud eos mortui fuerunt.

QVIA *sic dixit mihi Dominus: Adhuc annus, quasi annus mercenarij, deficiet gloria Cedar, et residuũ arcuum fortium filiorum: Cedar erit exiguum, propterea locutus est Dominus Deus Israel.*] Quòd prope sit & quasi in foribus Idumææ interitus, & quòd prorsus penitusq; ad internicionem abituri, incendẽtibus ipsorum urbes Babylonijs, & cunctam regionem deuastantibus, perspicuè prænunciat: Vnus enim, inquit, erit annus intermedius. Et sagittarij Cedar, qui mirum in modũ hac de re sibi placebãt, deficient & dispersibunt. Verum erit hoc uaticinium. Dominus enim loquutus est, Dominus Deus Israel. Veritas autem minimè mentietur. Annum mercenarij dicit, exactè & præcisè ad calculos reuocatum. Qui enim in seruitute sudorem tolerat, & se mercede addixit alteri, subtiliter & accuratè rationem init semper temporis suæ conductionis. Hæc quidem quod ad literam attinet. Ac de hi- *Theoria spiri-*
storia iam dictum sit. Huius autẽ sermonis uim *tualis.*

& uirtutem ad sanctam Ecclesiam eiusq; alumnos, & ad alterius sectæ congregationem referimus illud quod dicimus, Græcorũ agmina non raro aduersari: his qui rectè sentiunt: qui natura & uerè uniuersitatis opificem ac Dominum adorare uolunt, eos acerbis prosequi insectationibus ac persecutionibus, intolerãdisq; interdum laboribus inuoluere. Similiter etiam qui impiarum hæreseõn uirus animo & pectore habent, etsi Christianorum nomen furati sunt, & fraternitatem nobiscum simulãt, immanitatem etiam hostilem interdum superant, à charitate & pietate alieni & immites. Nam quid horum est, cuius affines esse reipsa non deprehenduntur? At omnino eos non feret Deus, nec eos qui sic ad omnem humanitatis & pietatis affectum obduruerunt sustinebit, at illis quæ ira, quæ iusticia flagitat, irrogabit.

# CYRILLI COMMENTARIORVM IN HESAIAM

*Libri secundi,*

*Tomus quintus.*

## VISIO VALLIS SION.

AEGYPTIORVM, Assyriorum & Idumæorum captiuitatem, cùm propheta prædixerit, ad ipsam sanctam ciuitatem, id est, Hierusalem accedit, quæq; illi defluxu temporum ex diuina ira contingent, opportunè denunciat: ut uniuersitatis Deum, iusticiæ administratorem, imò uerè ipsam iusticiã uideant, non simpliciter quòd per legis pædagogiam intimi & coniunctissimi essent, propterea eos colere, recipere & cura dignari: sed potius quid in uita à quoquæ fit, explorare, & bonis quidem uirtutis habitu confirmatis bona distribuere, uitioso autem amãtem, quasi nulla secum necessitudine iunctum, peregrinum ducere: quantumuis forte propter patres charus atque dilectus fuerit. Existimauit igitur præ insigni quadam stupiditate populus Iudaicus, ab hostibus nullo modo captũ iri, nec ullam prorsus impressionem facturos, at sedatam & altissima tranquillitate circumfluentem uitam uicturum, etiamsi Deum offenderit, & in summam impietatem perD uolutus fuerit. Idolis enim procubuerunt, & sub quercu ac populo, aris erectis, uanis diis sacrificia fecerunt, illisq; gloria sanctissimo Deo debita prorsus contempta, liba obtulerunt. Etenim uoce Hieremiæ affatur Hierosolymitanos: Nolite dicere: Templum Domini est, quia si uerè, & seriò non correxeritis uias uestras & studia uestra, etiam domum hanc faciam quasi Selom.
Mich.3 Sugillauit item illos per Michæam prophetam dicens: Præfecti eius propter munera iudicabãt, & sacerdotes eius propter mercedem respondebant, & prophetæ eius propter argentum uaticinabantur, & in Domino acquiescebant, dicentes: Nõne Dominus in nobis est? Non uenient in nos mala. Ideo propter uos Sion ut ager arabitur, & Hierusalem ut pomorum custodia erit, & mons domus Domini, quasi saltus syluæ. Quòd autem iudicium Dei acre contra omnem delinquentem ueniat, perspicuum fecit illis etiam diuinus Baptista Ioannes, inquiens: Progenies uiperarum: quis submonstrauit uobis ut fugeretis à futura ira? Facite igit fructus dignos resipiscentia: & ne putate dicendum apud uos ipsos, Patrẽ habemus Abrahã: Dico enim uobis, posse Deũ ex lapidibus istis excitare filios Abraham. Jam uerò securis ad radicem arborum posita est. Omnis igitur arbor quæ non fert fructum bonum, excinditur & in ignem mittitur. Proinde cùm Israel effrenata libidine ad peccandum propenderet, &, ut iam dixi, commentitijs idolorum cultibus adhæresceret, futuram Hierosolymorum curſu temporum, captiuitatẽ præsignificat Deus per prophetam, & inquit.

Matth.3

## CAP. XXII.

QVID *factum est tibi, quòd nunc ascendistis omnes tecta uana. Plena est ciuitas clamantibus, uulnerati tui, non uulnerati gladio, nec mortui tui, mortui bello.*] Videtur hic deuastationem rem poribus Sechoniæ demonstrare: grauiterq; Israelitas perstringit, utpote qui in ipsis iam malis, & in urgentissimis grauissimisque calamitatibus, quod ex re est, quòdque beneuolentiam é super nis conciliaret, facere recusarunt. Nam flere & plorare oportuit, & in domum Dei ascendere, & pœnitentiam edicere, & obliuionem eorum quę debacchati sunt poscere, ac manum subsidiariam ab eo solo petere. Hoc illos docebat dicẽs apud prophetam quẽdam sanctum scriptum esse: Circuncincti estote & plangite sacerdotes, flete uos qui ministratis altari, ingredimini, dormite in sacIoel.1 cis qui ministratis Deo, quia defecit ex domo Dei uestri sacrificium & libatio, sanctificate ieiunium, prædicate cultum, conuocate seniores inhabitantes terram in dom .m Dei uestri, clamate ad Dominum iugiter: Heu, heu, per diem. Hæc igitur feciſſe oportuit, & concitatum qui seruare potest, emollire. Cæterùm elati forsitan & turgidi fiducia, hæc debere se facere ne cogitarũt quidem, & contra ritus patrios & uernaculos, ad Excelsa redierunt. Erant autem luctus undique, & lamenta feminarũ, & liberorum, fame & siti confectorum. Nam urbibus obsidione cinctis, hæc usu uenire necessum est. Hinc inquit: Quid factum est tibi, quòd nunc ascendistis omnes tecta uana? Quare enim, inquit, in his adeò intolerandis terroribus, cùm de summa rerum sermones & omne certamen uobis est, non clamastis ad Deum: sed in ædiculas assilijstis, etsi res ea nihil uobis emolumẽti afferat. Propterea etiam uana tecta uocat. Cur etiam impleta est ciuitas clamantibus: non sanè ad Deum, sed frustra uociferantibus, & cum tantum non in foribus essent mala, haud modice indolescentibus. Oportebat fletum



fletũ esse ad resipiscẽtiam, oportebat lachrymas effundi ad Deum. Ecce, inquit, priusquam susciperetis bellum, priusquam arriperetis gladium, priusquã oppugnationẽ moliremini, plena facta est cadaueribus ciuitas. Vtile igit & ad salutem necessarium est, ut ex quibus Deum Seruatorem conciliare quis possit, ea ritè præstare, etiamsi in acerbissimis calamitatibus uersetur. Psallit itaq;
Psa.83 & ait beatus Dauid: Domine Deus uirtutum, beatus homo qui sperat in te. Sciendũ porrò nominare eum uallem Sion, Hierusalem. Est enim mons uel in monte Sion, & in radicibus montis sita est Hierusalem, unde eam Sion uallem appellat.

OMNES *principes tui fugerũt, & capti grauiter uincti sunt, & præpotentes in te longè fugerunt.*] Populus Iudaicus, B ut dixi, derelicto uniuersorum cõseruatore Deo humanis præsidẽs adminiculis, salutem expectauit. Cùm uerò aduẽtassent hostes, & timor malorum creuisset, & quasi maturuisset, uidissentq; Assyriorum cohortes regionem iam & sanctam Ciuitatem circumsidere: qui in uastigio erant, summisq; potiebãtur honoribus, desultarunt, & tanquam naui demersa, spei salutis quam in se collocabant ualedicentes, natarunt & fluctuarunt. Fugerunt omnes, inquit, qui olim tibi salutem promittebant, & qui insuperabilem manum habere putabantur, hi etiam capti, grauiter ligati sunt, & duriter Comprehensus est enim Sedecias simul cum suis liberis: illos trucidauerũt Babylonij, hunc oculis exectis, in suam auexerunt patriC ãm. Vana igitur salus hominis, uti scriptum est, at soli Deo adhæresendum, illud sapienter dictum clamando: Non in arcu meo sperabo, & gladius meus non seruabit me. Seruabit nimirum solus exercituum Dominus diligentes se, & ex omni malo eruet, ut gaudentes etiam dicant: Seruasti enim nos ab his qui affligunt nos, & qui nos oderunt pudefecisti.

IDCIRCO *dixi, dimitte me, amarè flebo: ne tentate me cõsolari in contritione filij generis mei: quia dies trepidationis, & interitus, & conculcationis à Domino Sabaoth in ualle Sion.*] Hæc est prophetæ uox tantùm non flentis & generis calamitates deplorantis. Cùm autẽ prohibet præpotentes consolationem admouere, plagæ magD nitudinem declarat, quippe quæ medicinam re perire non possit, sed intolerabiliter potius infligenda illis sit, cuius ictus sit acerrimus & ineuitabilis. Dies enim trepidationis, & interitus, & conculcationis à Domino Sabaoth illata est. Manum enim excelsam quis auertet? Si enim supremo non irato, incursio ab Assyrijs facta fuisset, spes foret maxima fessis & languescentibus, possese inuadente Deo omnium dominatore manum semper illos conseruantem porrigente, tandem aliquando superare. At cùm is sit qui percutit, & à Domino conculcatio sit, quis euertet hoc aut labefactabit? Si enim contra hominem clauserit, quis, inquit, aperiet.

ERRANT *à paruo ad magnum, errant in montibus.*] Admirare huius qui spiritu afflatus est uigilantiam. Postquam enim dixisset, à Domino Sabaoth trepidationem & interitum diemq; conculcationis importandam, ne quis abs re autumet diuinam in eos iram insilijsse, suspicionem illico amputat eorum qui ex lenitate eos ad hanc aliquãdo stulticiam deuenisse opinantur, annectitq; apologiam, ut uniuersitatis Cõditor iustus iudex esse appareat. Errãt enim, inquit, à paruo ad magnum, errant in montibus. Quid uerò istuc est? Ex ipsis Dei uerbis disces. Dixit enim alicubi beato Hieremiæ: Vides quæ fecerunt mihi domus Israel, Hier.2 abierunt ad omnem montem excelsum, & in omnem collem excelsum, & sub omni ligno frondoso, & illic fornicati sunt. Occupantes enim excelsa montium, aras & delubra pararunt. Tum effor mato pro suo arbitratu idolo obtulerunt hostias ei, & religione diuina prorsus neglecta, ligno dixerunt: Pater meus es tu: & lapidi: Tu genuisti me. Nunquid à paucis hoc factum est? Nequaquam, inquit: Ex omni enim genere hominum, ex omni domo quasi aberrauerunt, parui & magni. Siquidem rursus alloquitur beatum prophetam Hieremiã: Et tu noli orare pro populo isto, & noli rogare pro illis precationem, & orationem, quia nõ exaudiam. An non uides, quid tui faciant in ciuitatibus Iuda, et in uijs Hierusalem? Filij eorum colligunt ligna, & patres eorum accendunt ignem, et uxores eorum subigunt farinam, ut parent hordeaceos panes militiæ cœli. Et libauerunt liba dijs alienis, ut ad iram excitarent me. Iusto aũt calculo puniti sunt. Tribuẽtes enim creaturæ uenerationem, & operibus suarũ manuum seruientes, ipsi in sua capita diuinam iram transfuderunt. Non enim iniustè tenduntur retia uolucribus, sicut scriptum est: & pœnis subdit Deus eum qui gloriam suam contumelia afficit, & qui erratica mente ad omnem fœditatem delabitur.

ELAMITAE *uerò acceperunt pharetras, conscenderunt homines, & conuenerunt ad pugnam: et erunt electæ ualles tuæ, & implebuntur curribus, ac equites oppilabunt portas tuas, & patefacient portas Iuda, & inspicient die illa electas domos ciuitatis, & retegent abscondita domorum arcis Dauid.*] Amplificat narrationem, & belli assultum modo non depingit: ac terrore auditores percellit, eos artificioseq; quasi coercens, ac in arctum cogens, ut pœnitẽtiam agant, eaq; dicit quasi iam præsentes cateruas & pro portis uideret. Elamitæ sunt quasi ex ciuitate Persica, qui ex ea nomen sortiti sunt. Aiunt etiam quidam, equites illos esse Saracenos, suntq; hi equestres sagittarij, in bene faculãdo dexterrimi ac peritissimi, asperi & inflexibiles, & misereri nescij. Quòd autem sint innumerabiles, docet, inquiẽs: Electæ ualles tuæ replebuntur curribus. Et oppilabunt equites portas tuas, ut qui ingredi uolunt miris premantur ac cingãtur angustijs. Irrumpentes autem in omnem domum splendidam, curioseq; perlustrabũt. Et retegẽt abscondita domorum arcis Dauid, id est, regum opulẽtiam. Regnarunt enim ex tribu Iuda, ex qua natus est quoq; beatus Dauid. Sed hæc quo ad historiam

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Tractatio spiritualis.*

dicta rursus tractentur. Si hostium instar in men A tem humanam irrumpũt, uel rationũ stultarum, uel carnaliũ uoluptatum agmina: tanc̃ captæ ciuitati dominabuntur, omnesq; eius diuitias spirituales demolientur, oẽm expellent pietatem, & uirtutis præclaris actionibus eum exuent & spoliabũt. Ideò dicit scriptura diuinitus inspirata: Si spiritus dominantis ascendat in te, locum tuum ne deseras, quia simul desistes à peccato magno. Decurtatę eñ & circuncisę huiusmodi perturbationes, in nihilum propè recidunt. Vtilis est aũt uigilantia his qui ea utũtur: qui uerò soluto & laxo quasiq; incoercito impetu semper uergunt & serpunt in peius, eos spiritualiter dormitantes, à fundamentis conuellunt atq; concutiunt.

ET *uiderũt quòd plures sunt, quodq; auerterunt aquã antiquæ* B *piscinæ in ciuitatem, & quod diruerunt domos Hierusalem ad munienda mœnia ciuitatis: & fecistis uobis ipsis aquã, inter duos muros, intra piscinam antiquã: neq; respexisti in eum qui ab initio fecit, & in eum qui condidit eam, non spectastis.*] Iterum accusat Iudaicum populũ, præfectos nempe summis que ornatos honoribus, utpote à ratione sana aberrantes, imprudenterq; facientes, nõ ea quibus, periclitãte Hierusalem, seruari posse uidebatur, sed unde iram eos infestantem magis aggrauarẽt, & exasperarẽt, cùm adhuc magis ad indignationẽ exacuereẽ contra eos omnipotens Deus: contemptui habitus & despicatui, in illo nemine iam fidem collocante, sed Israelitis hostilem manum superare se posse studio & conatu humano existimantibus. Etenim narrant recensuisse eos C ciuitatis familias, dein aquam quam repositã domi habebãt, quantũ coniectura assequi poterãt, emẽsos, cognouisse q; plures essent, deriuaruntq; ueteris piscinę aquã in ciuitatẽ, ut haberẽt quẽad modum sibi uidebaẽ, quod posset sufficere, etiãsi tempus obsidionis protraheret in longius. Et ad hæc, inquit, muro cõmunierunt diruptis urbis domib. Neq; respexistis ad eum qui ab initio fecit, & in eũ qui cõdidit, non spectastis. Oportuit eñ, inquit, oportuit, non suis eos copijs, uel artibus confidere, sed mentis oculum ad eum potius qui sanctam Vrbem semper quasi murus obmunit intendere. Montes eñ, inquit, circũ eam, & Dñs in circuitu populi sui, qui etiã uoce prophetæ ei promissus est, cùm ait: Et ego ero ei, dicit Dñs, D murus ignis circũquaq;, & in gloriam ero in medio eius: sed nihili, inquit, hoc fecistis, diuina pro nihilo duxistis, & perinde quasi superno auxilio uobis opus non esset, lapidum uallis & sepimentis nixi estis stultissimè: longè melius fuisset inuictam manum inuocasse, & ut hæc clementia & humanitate diuina acciperent, quæsiuisse, illum Seruatorem & redemptorẽ nominasse, sicq; affectos ex pœnitentia lachrymas effudisse.

ET *uocauit Dominus Sabaoth die illa ad luctum, ad planctũ, ad rasurã & cinctura saccorũ. Ipsis aũt lætitia & gaudiũ est, et mactãt uitulos, sacrificant oues, edunt carnes, & bibiunt uinũ, ac dicunt: Edamus & bibamus, cras enim moriemur, hæc patefacta sunt in auribus Domini Sabaoth, quoniam non remittetur uobis hoc peccatum quin moriamini.*] Verũ est sicuti scriptũ est: Impiũ cùm in profundũ malorũ uenerit, contemnere. Hoc Israelitis cõtigisse, uidere licet. Reformidantes eñ omnia mala, & impendẽs sibi cõspicati periculũ, crudelitate Assyriorũ, cùm sua ipsorũ socordia deplorãdo, Deũ mitigare, & luctũ edere, & rasurã ac cinctura saccorum facere debuissent, tẽpore ad hoc uocante: omnino illi uersi sunt ad contrariũ. Proterui eñ & contumaces ueluti, & quasi omnẽ doloris sensum exuentes, delicias cõsectati sunt, & hilaritatis ac gaudij partes & opera agere satagebant, uitulos & oues sacrificando, ebrietati indulgẽdo, & luxuria supra satietatẽ diffluẽdo, & desperato, agresti ac securo animo sibi mutuò acclamãdo: Edamus & bibamus, cras eñ morimur. Putabãt etiã sicuti uerisimile est, Deũ talia nõ audire: Sed, inquit, patefacta sunt hæc in auribus eius, & non uobis remittet peccatũ hoc, quin moriamini, id est, descendetis omnino ad mortẽ et interitũ, idq; uestri peccati causa. Oportet itaq; uos in dieb. irę, uidelicet tentationũ consternatione fractos, non torpore et ignauia supinos esse, sed lugere potiꝰ, et lachrymãtes, ad Deũ bonorũ amicũ accedere, et se ieiunij laboribus afflictare, misericordiã quęrere, illud uoce Psallentis clamantes: Vide humilitatẽ meã et luctũ meũ, et *Psal.24* remitte omnia peccata mea. Quoniã uerò in his propheta dicit, uocauit Dñs Sabaoth die illa ad fletũ et ploratũ, et rasuram et cinctura saccorum, operæpreciũ esse putabã Micheę, uel potius per prophetã à Deo facta uerba, his sermonib. intexere. Scriptũ est aũt sic: Et nunc dicit Dñs Deus *Ioel.2* noster: Cõuertimini ad me ex toto corde uestro, in ieiunio et in fletu et in luctu, et dirũpite corda uestra & non uestimẽta uestra, & cõuertimini ad Dñm Deum uestrũ, quia misericors & propitius, longanimus & multũ misericors, & pœnitentiã agẽs super malis. Quis nouit an conuertet & pœnitudine ducet, & relinquet post ipsum benedictionem & sacrificationem & libamẽ Dño Deo uestro. Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium, prędicate cultũ, congregate populũ, sanctificate ecclesiã, eligite seniores, cogite infantes sugẽtes ubera: egrediaẽ sponsus de cubiculo suo, & ipõsa de thalamo suo. Per mediũ fundamẽti altaris plorabũt sacerdotes qui ministrãt Dño, & dicẽt: Parce Dñe populo tuo, & ne des hęreditatẽ tuam in opprobrium, ut dominent illis gentes, ne dicant inter gẽtes, ubi est Deus eorũ? Deo igit illo tempore, ad fletũ uocante, & ad planctum & rasuram & cinctura saccorum, iucunditati sese dediderũt, acuentes in seipsos grauius ad irreuocabilẽ iram eum qui perdere potest & seruare.

HAEC *dicit Dominus Sabaoth, Vade in pastophoriũ (cubiculũ scilicet eius qui tẽplo præpositus est,) ad Somnan quæstorẽ, & dic ei: Quid tu hic? & quid tibi est hic? id est, quòd incideris tibi ipse hic monumentum, & fabricaueris tibi in edito monumentũ: et scripseris tibi in petra tabernaculũ. Ecce Dominus Sabaoth eijciet et atteret uirũ, et auferet togã tuã, et coronã tuã gloriosam, et proijciet te in regionẽ magnã et immẽsam, ibiq; morieris. Et rediget currũ tuũ pulchrũ ad ignominiam, & ruinum principis tui in conculcationem, & à dispensatione tua, et de statione tua deturbaberis.*] Somnas fuit quæstor



quæstor ærarij & custos pecuniarũ, sacrarúmue A & templo deputatarum, an regiarum, incertum. Videtur aũt potius sacrę pecuniæ colligendę, & rebus necessario & utiliter interdum ad restaurationem sacrorum uasorum expensis præstitutus fuisse. Narrant etiam illum ex sanguine Leuitico esse, & sacerdotij ornamentis insignem habitum fuisse. Magno elatoq; erat animo & superciliosus admodum, ac sæuus in eos qui offenderãt, rapinis exultans, sordido quæstui mancipatus, ostentabundus, & honores semper ab hominibus uenans. Hinc cùm & quidẽ iustissimè à Deo odio haberetur, & Iudæa iam iam propterea deuastanda esset, & capienda ipsa Hierusalẽ, quando etiam Babylonij uicissent, & in suam terram captiuum Israelem transportassent: monumentũ B sibi illustre Somnas apparauit, & in eo sumptuosissimam structurã erexit. A Deo igitur ad eum sermo habetur. Quid enim dicit propheta: Vade in pastophorium (erat autẽ locus hic in templo Somnæ quæstori) & dic ei: Quid tu hic? & quid tibi est hic? id est, quam habes hic sortem? uel quomodo hic manes? Quare enim excidisti tibi ipse monumentũ, & scripsisti in petra tabernaculum? Quid eñ erit? & quid est quod impendet? Vel in quibus, inquit, malis uersaberis? Ecce Dominus Sabaoth eijciet & conteret uirum. Abierunt enim ut dixi, captiui cũ gregarijs potentissimi, & electissimã præ cæteris habentes eminentiam. Cum aũt abductus esset & ipse in captiuitatem, sacerdotij ipsius corona ablata est, & tan- C quam uas inutile in terrã immensam proiectus est, illic moriturus, absq; omni misericordia, non iam ut prius, splendidis curribus insidens, at potius iactatus, & omnino de dispensatione sibi cõmissa, decq; gradu deiectus, id est, statione qua præsidebat & Deo ministrabat.

ET *erit die illa uocabo puerum meum Eliacim filium Chelciæ, & induam eum togã tuã, & coronam tuam dabo ei, & potentiam & dispensationem tuam ei in manus tradam. Et erit quasi pater inhabitantium Hierusalem, & inhabitantium Iudam, & dabo gloriam Dauidis ei, & imperabit, & non erit qui contradicat, & stabit tuam eum principem in * loco fideli, & erit pro throno glorioso domui patris sui, & confidet ei omnis gloriosus in domo patris sui, paruus æquè ac magnus, & pendebunt ab eo die illa*] Nondum ab historia recedit narratio. Fertur enim ad D huc contra Somnam quæstorem sacerdotij quidem dignitatem consecutũ, qui tamen eo sic abusus est, & omnes inuasit se contrà opponentes, ut intolerabili rerum alienarũ cupiditate inflammaretur, ut omnino quicquid est turpitudinis, id & cognitũ haberet & meditatũ. Quare eo profligato, id est, in regionẽ longinquã & immensam asportato: Vocabo, ait, sub id tẽporis, puerũ meũ Eliacim filiũ Chelciæ Cum eum puerũ suum appellat, freno sequacẽ & flexilem futurũ testatur. Quòd autem sacerdotij honorem ei collaturus esset, perspicuum facit, cùm se coronaturum illum pollicetur, & cùm dicit, se togam ei daturũ & dispensationem & potentiam, id est, ut posset subditis manui suæ populis imperare. Testificatus est etiam ad hæc fore Christum non instar Somnæ elato supercilio, sed uelut patrẽ, mitem & bonum, ac propterea fore stabilitum in loco fideli, per eum scilicet firmè & solidè conseruato & manenti, ut cupiat etiã quisq; insignis & conspicuus, tantum non in eo ipsem collocare, non quasi in Deo: multum enim abest, sed quasi in patre benignissimo. Præerit enim, inquit, & proteget paruum & magnum, sicq; amabitur, ut populus in eius manu ac potestate positus, ab eo quasi pendere uideatur. Et hæc, ut dixi, historicus sermo nobis adfert. Cæterùm interiori ac penitiori intelligentia, Christi nobis mysterium uidetur subindicare. Scribæ siquidem & Pharisæi, sacerdotio legali coronati & ornati, fuerunt illi quidẽ haudquaquam freno morigeri, sed præfracti, arrogantes, & ad rem attenti, & marsupiorum turgidorum amantes, & quicquid esset Deo inuisum exercentes. Siquidẽ ipsemet propheta Hesaias principio libri, inquit: Quomodo facta est *Hesa.1* meretrix ciuitas fidelis Sion, plena iudicio, in qua iustitia pernoctauit, nunc autem homicidę. Argentũ uestrum reprobum. Caupones tui miscent uinũ aqua. Principes tui infideles sunt, consortes furum, diligentes munera, consectantes remunerationem, orphanis nõ iudicantes, & iudicio uiduæ non attendentes. Sugillat illos quoque ipse Seruator, sic inquiens: Væ uobis Scribę *Matth.23* & Pharisæi hypocritæ, quia decimatis anethũ, & thymum, & cuminum, & omisistis grauiora legis, iudiciũ, & misericordiã, & fidem. Et quod etiam his magis impium est, Domini fuerunt interfectores. Hac de causa depulsi erant sacerdotij honoribus, deturbati dominatu populari, deiecti dispensatione sibi ex præscripto legis designata, exuti coronis sacris & toga sacerdotali. Vocatusq; est post eos Dominus noster Iesus Christus, magnus noster sacerdos. quemadmodum enim beatus Paulus scribit: Non sibi quis *Heb.5* arripit honorẽ, sed uocatus à Deo, quemadmodum & Christus non seipsum glorificauit, ut fieret pontifex, sed qui loquutus est ad illum: Tu sacerdos in æternitatem, secundum ordinem Melchisedec. Deus enim natura & uniuersitatis Dominus, & cultum ab omnibus recipiens, cùm esset homo factus, uocatus est etiam noster pontifex, & Dauidis gloriã accipere dictus est, id est, potentiã & regnum in Israelem. Israelem uerò dicimus, non iuxta carnem omnino, sed intelligentia perceptũ, & in spiritu. Non enim, inquit, omnes ex Israele hi sunt Israel, neq; quòd sint semen Abraham, omnes filij sunt: sed qui per fidem iustificati sunt, qui sequuntur uestigia patris Abraham, hi & liberi eius, & promissionis filij & Israel nuncupabuntur. Exhibito igitur omniũ nostrũm Domino & Pontifice Christo: Non erit, inquit, qui contradicat. Non enim perficiet inimicus in illum, & filius iniquitatis nõ pergetue-xare illum. Item alio modo. Contradixit quippe Israel, at gentes regnum ipsius amplexæ sunt. Inuenitur enim uoce Dauidis dicere, de Israele:

Universidad de Deusto
Biblioteca



Psal.17 Libera me à contradictione populi. de gentibus autem: Constitues me in caput Gentium, populus quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris audiuit mihi: Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Inueterati sunt, & interitui facti sunt proximi, & leui & quasi fracto animo fuerunt præditi, filij facti alienigenæ, Israel scilicet. Olim erat primogenitus, at cùm Christo mentiti sunt, facti sunt alieni. Proles enim perditionis, & filij gehennæ uocati sunt deinceps. Sed quando, inquit, designabo Eliacim, (qui interpretatur Dei resurrectio, excitatus est enim in subsidiũ nostrũ Deus Verbum, qui etiã dicit: Propter miseriam pauperum, & propter gemitum inopum, nunc exurgam dicit Dominus:) Tunc, inquit, cõfidet ei omnis gloriosus in domo patris sui: Domus autem patris Christi quę esset alia, præter Ecclesiã? Arqui si quis in ea sit celebris, ille fidet Christo, & nõ solum gloriosus ac celebris, sed etiam, si quis tenuis sit mundi iudicio. Iustus enim est, & personas non suscipit, uniuersitatis Deus, sed potius pro mensura spiritualis ætatis, hi patres sunt, illi etiam filioli, & adolescentes, & ephebi intelligibiliter.

HAEC *dicit Dominus Sabaoth: Mouebitur homo firmatus loco fido, & cadet, & gloria eius tolletur, quia Dominus loquutus est.*] Post adeò longam narrationem concisa & breuis inducitur oratio, ceu regis diuinorum iudiciorum præcisam seueritatem cum digna autoritate declarantis, & huc demum enunciationis huius uis spectat. Si enim uelis, ad Somnã quæstorem referas: si latius ad legis sacrificos, intelliges sicuti iam reddidimus. Nam qui in secura tranquillitate positi uidebantur, (hoc nempe est, firmari in loco fido,) corruerunt, & quæ illis aderat, gloria priuati sunt, nemine auxilium præbente, uel tumultuantes erigere ualente: quia Dominus loquutus est. Si enim clauserit contra hominem, quis, inquit, aperiet?

## VISIO TYRI. CAP. XXIII.

ULULATE *naues Carthaginis, quia perierunt & non amplius reuertuntur, è terra Cittiensium uenit captiuus.*] Age denuò quę in Tyro à Deo patefacta fuerunt oracu- D lis, quoad licet explanare studeamus, historiamq; prius enarremus, & quemadmodum capta sit & perijt, & captiua uenit, iuxta quod scriptum est, planum perspicuumq; faciamus. Quando igitur Babylonij, Iudææ deleuissent, & sanctã Vrbem concremassent, atq; captiuum Israelem auexissent: Gentes alienigenarum accolę circumcirca habitantes, audax & effrene os nullis obseratum ualuis aperientes, diuinam maiestatẽ conuicijs ausæ sunt proscindere. Iactabant etenim seruare illos non ualuisse, etiã ipsum opitulatorẽ Deum Assyriorũ manu inferiorem fuisse, imò suos deos uernaculos, Hebræorum Deo & fortiores esse rati sunt, & protegere ipsos quasiq; muris obuallare, ab omni incursione cõ- A seruare, & Babylonijs efficere superiores. Quin & alio quoq; modo ipsi deprædati sunt gentem Iudaicã, partim insidiando, & imminendo, & superstites diripiendo: partim falsò nũcupatis dijs sacra uasa consecrando, & qui iugo seruitutis ab illis oppressi erant, à legis cultu abdicando, ac ui quasi abarcendo. Siquidem dixit Deus per unum sanctorum prophetarum: Ecquid uos mihi Tyre & Sidon, & omnis Galilæa alienigenarum? num retributionem uos retribuitis mihi? num malorum memores eritis uos mihi? Velociter & celeriter retribuam retributionem uestram in capita uestra: propterea quòd argentum meum & aurum meum accepistis, & electa mea & pulchra mea introduxistis in templa uestra. Et filios Iuda & filios Israel tradidistis filijs Græcorum, ut extruderetis eos ex terminis uestris. Capta igitur fuit quodam sanè modo, ex ira diuina, Tyrus, ut quæ insula erat, traiectu per medium iam facto, & non longis interuallis à continente dirimente. Postquam autem appulerat Babylonius, eamq; simul cum alijs capere quæsierat, iussit copijs sub manu sua positis, mare intermedium aggere structo obruere, idq; ma ri continuare, nec sinere ut amplius Insula maneat. Quod ubi factum esset, uel etiam iam iam futurum expectaretur, complures Tyrij quippe qui mercaturæ studium sectati sunt, & nauigare consueuerũt, ex Insula cum liberis simul & cum mulieribus enatauerunt, & ad alias urbes & pa- C gos commigrarunt. Irruentes itaq; Babylonij, commorantes in ea trucidarunt, & ceperunt multos, & quæ in more sunt uictoribus, facitarunt. Verùm haud mediocri sunt percussi dolore, cùm didicissent quamplurimos, & multò cæteris illustriores in ea, bona nauibus imponentes aufugisse. Meminit etiam historiæ, Iezechielis prophetiæ oratio. Dixit enim sic ei uniuersitatis Deus: Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis, in seruitutem tradidit exercitũ suum, seruitute magna obseruans. Omne caput caluitium, & omnis humerus depilis, & merces non fuit ei & exercitui eius, pro seruitute dura qua seruierat aduersum Tyrum. Propterea dedi illi terram Ægypti. Siquidem post Tyriorum captiuitatem, ad gentem Ægyptiacam transtulit pugnam Babylonius. Huius historiæ meminit etiam nunc beatus propheta Hesaias, & plorare iubet naues Carthaginis, plorare uidelicet Tyrum, quòd perijt, & non iam ulterius ex terra Cittiensium ueniunt. Narrat quidam Cittienses insulas esse Helladicas, seu Macedonicas: alij hinc Cyprũ designari affirmant, quasi sic nominatã. Plorate, inquit. quam ob causam? Venit enim captiuus. At dicet fortassis quispiam, iubet ne Carthaginem, seu naues quæ ibi sunt, deplorare Tyrum? Quam ob rem? Coloni enim Tyriorum fuerunt Carthaginenses. Tyrum autem dico matrem nobilissimã, & ex insulis Orientalibus fortissimam. Et narrant Cittienses de illa plurimum gloriari, & ex nundinarum quæstu insolescere. Plorate

Iezech.29



Plorate igitur, inquit, Carthaginis negotiatores A uel naues, perierunt enim. Ploret etiam Tyrus: non enim reuertuntur ex terra Cittiensium. Venit namq; captiuus.

CVI *similes facti sunt qui habitant in hac insula, negotiatores Phœniciæ transmittentes mare per aquam multam? Semen negotiatorum quasi esset messis illata, negotiatores gentium.*] Quibus, inquit, gentibus, eos qui hanc insulam incolunt, assimilabimus? Qui nam talia passi sunt? uel qui sic uastati deletiq; sunt, sicut hi negotiatores Phœniciæ? Negotiatio nimirum Tyriorum exercitatio fuit, & mare traijcere lucri & quæstus causa, studio illis erat. Cùm adijcit: Semen negotiatorum, ostendit patrium genus eorum ignobile, & ex mala stirpe latos, maioresq; ipsorum superiores, auaritiæ deditos & addictos B fuisse. Fuisse etiam innumerabiles, qui sordidam hanc uitam exercent, docet, cùm inquit: Quasi messis illata esset, negotiatores gentiũ. Frumento enim demesso, siue spicis, in agro undiq; multa est inuectio manipulorum, & in aream comportatio.

ERVBESCE *Sidon, dixit mare. ac fortitudo maris dixit: Non parturiui, nec peperi, nec enutriui uirgines, nec euexi iuuenes.*] Coloni Tyriorum Carthaginenses, uerum Tyrij matrem habuerunt Sidonem, à Sidone enim erat Tyrus. At ubi capta esset, & uenisset captiua, tunc dicit mare id est, maritimę insulę cunctæ deinceps dicent: Erubesce Sidon, perijt ornamentorum tuorum pulcherrimum: siquidem munimentum fuit peruetustum, ualidum & C fortissimum, & diuitijs multis celeberrimum. Itaque mare hæc dicet: Ipsa etiam maris fortitudo, nimirum quæ insularum domina est, Tyrus scilicet, suas deplorans calamitates, quando se incolis nudam & filijs destitutam conspexerit, tum plane dicet: Non parturiui, neq; peperi, neq; enutrui uirgines, nec iuuenes educarunt, nec uirgines, eo q; omnes funditus ad interitum peruenerint, nullusq; omnino remanserit.

QVANDO *autem auditum fuerit in Aegypto, eos capiet dolor de Tyro.*] Non ignorauit ergo propheta, quẽ admodum iam prædixi, Assyrium, post captos Tyrios, ad Ægyptiorum regionem se receptu- D rum. Cum igitur, inquit, hæc audita fuerint ab Ægyptijs, tunc & ipsi passim ac prorsus dolore conflictabuntur, non quòd Tyrus succumbat, at quòd ad se belli mala peruadant.

TRANSITE *in Carthaginem: ululate qui habitatis in hac insula.*] Solennis admodum est hæc apud prophetas oratio. Nõ etenim propriè & uerè à Tyriorũ urbe hortatur recedere, & Carthaginem concedere, sed neq; simpliciter eiulare, imò quasi exprobrat fugientibus, & ingenti timiditate supra modum fractis. Oportere autem dicit ipsos se deflere, se inquã implicatos calamitatibus. Ambo hæc muliebria sunt, & adolescentulis magis & ætate prouectis iam senibus cõuenientia. Etenim bello denunciato, & ut regionem aut ciuitatem inuadat, expectato, omnes qui in flore ætatis sunt & maturi, ad pugnam instruuntur, & disciplinam militarem exercent, & in hostium phalanges, licet nondum adsint, neq; parati sint, furiunt: mulierculæ uerò & adolescentuli, fugã meditantur, & eiulant & lachrymantur. Pronti sunt enim semper ad metum & fictum, adolescentulus ac fœmina. Deridet itaq; uniuersitatis Deus imbelles ac parum masculos Tyriorum animos. Fugiunt enim & ululant, qui quondam dominabantur in pugnis, uehemẽtes & occursu fœui, audaces & insuperabiles.

NVNQVID *hæc uestra contumelia ab initio, priusquam traderetur ipsa? quis hæc decreuit in Tyrum? num imbecillior est? uel an non ualuit?*] Suprà dixi Hierosolymis euersis, & ipso quoq; templo incenso ab exercitu Assyriorum, accolas & confines gentes insultasse Israeli quasi perditæ, & in totum concisæ, & in illos sua mouerunt capita, & putarunt sub manu hostium corruisse, non sua ob scelera, sed quòd is qui seruat eos, debilis & languidus esset, & quòd hi qui uicerant, diuina manu fortiores extiterant. Quid igitur, inquit, ô Tyrij? Nónne priusquam ipsa traderetur, hanc mihi fecistis iniuriam? Nónne dixistis, meam fortitudinem imbecilliorem? & uestris dijs minutiorem? Quis igitur hæc, inquit, cogitauit contra Tyrum? Ego uidelicet, quem uos infirmiorem dicere ausi estis & imbellem. Ex rebus igitur ipsis coniecturam facite, sit'ne uestris dijs inferior, & non præualeat. Equidem delinquentem in me Israelem effrenatum, inimicis tradidi. Cùm uerò abundetis dijs, & plurimi dij apud uos in honore habeantur, quis nam eorum tale consilium cepit contra Tyrum? quis tradidit hostibus? Graue igitur est, ex ipso periculo percipere, quæ pati oporteat. Cordatissimos itaque oportet subtili mentis oculo longè prospicere quid ère sit, & flagellatis sanctis nõ exultare, neq; putare manum quæ semper conseruat, elanguisse, sed cogitare potius, quòd Deo permittente nonnunquam in tentationes incidant.

MERCATORES *eius clari, principes terræ, Dominus Sabaoth cogitauit dissoluere uniuersam contumeliam gloriosorum, & ignominia afficere omne gloriosum super terram.*] Transit iterum oratio, ut arrogantiæ altitudinem quæ illis inest, & præterea insatiabile lucri studium denudet. Negotiatores enim, inquit, cùm sint, & institutũ uitæ adeò turpe & abiectum ineant, eo gloriæ & eminentiæ peruenerunt, ut etiam principibus dignissimos honores sibi accommodent, & corona nobilitatis atq; splendoris fiant spectatissimi. Sed Dominus exercituum, inquit, gloriosorum iniuriam decreuit infringere & labefactari, omnemq; eiusmodi dedecore afficere & infamia. Si Deus talem de ea ferat calculum, & acre iudiciũ præcisumq; inducat, patrocinari quis poterit? aut quis iram diuinã profligabit? Quis enim omnipotenti potestate fortior? aut quis excelsam manum auertet? sicut scriptum est. Igitur ne arbitrentur, inquit, quòd suos deos

deos offendentes, à gloria ad ignominiam traducti fuerint, sed intelligant potius, iudicium Domini Sabaoth factum esse, contra quẽ audebant dicere: Imbecillior est, & non ualet. Dicamus proinde & nos legem præuaricantibus & peccantibus, ne cornu exaltent, nec tollant illud impiè, nec contra omnium dominatorem Deum iniusticiam loquantur.

COLE *terram tuam, naues enim non ueniunt ultra Carthaginẽ. Manus tua nõ amplius ualebit per mare, quæ prouocat reges.*] Studium, inquit, tuum ab instituto negociandi ad agriculturam conuerte. Non enim mercaturis tibi gratissimis uteris de integro. Nec uenient Carthagine, qui ad te immensas opes cõuehunt, & ad tuam manum, id est, potestatẽ confugiunt. Nihil enim prorsus ultrà poteris, etsi potueris in mari plurimum, id est, quæ contra omnem & insulam & urbem mari adiacentem fortissima exciteris, & complures reges prouocaueris. Sæua enim, ut dixi, fuit Tyrus antiquitus, & terribilis tum remotissimis & uicinis, tũ gentiũ ducibus.

SED *exercituum Dominus præcepit de Chanaan, id est, de terra alienigenarum, ut perdat eius fortitudinem.*] Mala siquidem bellica, ex Assyriorum crudelitate non soli Tyro illata sunt, sed reliquis gentibus, Moabitis & Idumæis, & alijs quibusdã. In uniuersum uerò, omnes Chananæi nominabantur, qui cultores erant idolorum, & nõ ex semine Israelitico. Probro enim afficitur quisquis audit, semẽ Chanaan & non Iuda. Quando, igitur inquit, belli nocumẽta per omnes simul Chananæos peruaserint, tunc quidam causis eorũ quæ ipsis contigerunt, perspectis ac cognitis, dicent: Ne pergatis amplius uexare & iniuria afficere filiam Sion. Dixi enim eos probra iecisse in Iudæam, & Israelitas derisui habuisse ut captos, & ut miseram exagitasse Hierusalem & Sion, non quasi despectam à Deo conseruatore, sed quasi in captiuitatem & afflictionem decidentem ob id quòd Deus, quẽ colebant, cui secundum legem cultum exhibebant, uictus fuisset & debilitatus.

ET *si abieris ad Cittienses, neq; erit tibi illic requies: & in terram Chaldæorũ, et illa uastata est ab Assyrijs, murus eius cecidit.*] Deo ad sudorem & laborem impellente, quis auxiliari poterit? Et si omnipotens dextera bellum gerit, quis nam is est, qui ab insanabili calamitate eripiet laborantes? Nemo prorsus. Sequitur enim diuinos eius nutus, rerum natura: & quod fieri uelit, hoc semper & omnino perficit. Si igitur longinquam confeceris profectionem, ut etiam ad Cittienses peruenias: enarrant enim urbem esse in Cypro, Cittienses uerò eam esse contendunt Carthaginẽ: ne ibi quidem tibi requies erit, id est, hostes te & formido mortis, & extrema apprehendẽt pericula. Imò etiamsi captiuus factus Chaldæã occupes, ne sic à dolore requiesces, nec tibi erit respiratio. Quî id uel quo pacto? Est enim & illa uastata depopulãtibus eam Persis & Medis, Cyro nimirum oppugnante, quando etiã cecidit murus eius. Murum autem, opinor, uocat uel Chaldæorũ præsidem & regẽ, uel ipsum murum, cui innixi Babylonij nihil aduersi sperabãt se passuros, sed hostium impetum fore irritum. Sic enim extructus erat, ut etiamsi plaustra alternatim succederent, usa in eo lata ac spacioſa conspiceretur. Et hinc uoce Hieremiæ dicit uniuersorum Dominus, spem hanc Babyloniorum labefaciens: Murus Babylonis dilatatus est, suffossus suffodietur. *Hier. 51*

VLVLATE *nauigia Carthaginis, quia perijt munitio uestra.*] Canticum & lamentatio quæ in principio uisionis fuit, posita est in medio. Maximè conuenire de Tyro eas uoces dici, quæ ab omnibus celebratæ sunt, & affirmat quodammodo sermo propheticus, & ululare naues Carthaginis, eo quòd munitio eorum perierit, id est, Tyrus. Rei uerò occasio, ex his quæ iam præterita sunt, manifestè exposita est.

ET *erit die illa, derelinquetur Tyrus, annis septuaginta, id quod tempus est regis, & quasi tempus hominis.*] Subsannauit Hierosolyma Tyrus, ut quę ueluti deleta fuisset: causasq; malorum non ludæorum socordię attribuit, Deũ offendentiũ per debacchationes in legem eiusq; decreta, sed existimauit non potuisse seruare ducem ipsorum, nimirum uniuersitatis Deum. Capta igitur est & illa, hanc ob causam, & ad uastitatem redacta est, captiuitati Israelitarum æqualem tamq; diuturnã. Annos enim septuaginta apud Chaldæos cõmorati sunt, iugo seruitutis uix tolerabili detenti. Eo enim tempore derelinquetur, id est, desolabitur Tyrus, & uiris destituta manebit, & manebit temporis interuallo tanto, quantum tempus uitæ hominis, seu regni esse uidetur, id est, annos septuaginta, ut etiam beatus Dauid psallit: Dies annorum nostrorum, septuaginta anni, ut uerò ad summum, octoginta, & maior pars eorum, labor & dolor. *Psal. 89*

ET *erit post septuaginta annos erit Tyrus quasi canticũ meretricium. Sume citharam, circui, ô *ciuitas, meretrix obliuioni tradita, bene cithara cane, multũ cane, ut tui memoria sit.*] Peruul gata & scortatrix mulier, quæ formam corporis amatoribus prostituit, quandiu ætate est integra & iuuencula, multos irretit, & corporis flos ueluti laqueus est, & cassis intuentibus. Cùm autẽ ætas prouectior fuerit, tunc etiam tunc pulchritudine eius defloreſcente & emarcescente, cum ad hanc uenationẽ & aucupium inutilis est, alia uia aggreditur, ut miserarũ prædarũ prouentus excogitet. Cantus em̃ & melodia, ei studio sunt, multiq; dum citharã pulsat, demulcentur. Hinc exigua & breuis quæpiam erit eius uitę olim defunctæ memoria, & uenustatem eius uigentem, & floridã quidam laudibus uehunt. Simile quiddam, inquit, Tyro accidet. Erit enim uelut canticum meretricium, nec iam, ut prius, ornata erit & elegans. Canticum erit & melos nonnullis. Cõmemorabunt enim quę olim ei affuerunt. Tu aũt ô Tyre, ueluti quædã uetula & effœta meretrix, cape citharam, circumi ô ciuitas facta ueluti meretrix quæpiam, obliuione sepulta. Emarcescente enim, ut dixi, mulierũ forma, obliuiscunt eius **ἀπὸτῆς πρὸς τὸν ὄντως ἔρωτος ἀποστάσεως ἡ ψυχὴ ἑαυτὴν ἐπιλανθάνεται.* *urbem.*



eius qui allicicbantur, eius quondam amatores. Bene igitur cane cithara, & multum cane, ut tui sit memoria.

ET *erit post septuaginta annos inuiset Deus Tyrum, & iterũ restituetur in pristinum, & erit emporiũ omnibus regnis orbis terrarũ, & erit eius negotiatio, & merces sancta Domino, non ipsis cõgregabitur, sed ijs qui habitant corã Domino, omnis negotiatio eius ut edat & bibat, & ad satietatẽ impleatur, ut sit monumentũ coram Domino.*] Iusto iudicio Deus, ut dixi, captiuitatẽ Israelitarum, & Tyriorum internecionẽ æqualem fecit. Cùm uerò Cyrus cũ Persis & Medis Babylonicum regnum ui sustulisset, uniuersa Chaldæorũ regione euersa, releuabatur, & respirabat à captiuitate Israel, inq; suam patriã iterum remigrauit, sanctamq; urbem inhabitauit. Quin & absq; ulla malorũ exprobratione uniuersitatis Deus à Tyrijs iram auertit: rursus collegit se, & in priorem dignitatẽ restituta est, atq; ut prius, omnibus terræ regnis emporiũ fuit, ac diuersoriũ. Verũ obserua differentiã. Olim em̃ merces quæ ex negotiatione surgebat, colligebatur ab his solum qui eam exercent: at nemo omnino fructus Deo adduxit. At ubi uocatis in fidei gratiã gentibus, cognouisset, & ipsa uniuersorũ conseruatorem & redemptorẽ, tẽplo sancto ab eis extructo, atq; diuino altari erecto, non ipsis iam solis merces negotiationis reposita conditur, sed Domino sacra erit, id est, ei anathema & sacrũ donariũ erit, & oblatio fructuũ, ut edant & bibant coram Dño. Olim enim idolorũ domicilijs & dęmoniorum phanis occupatis, sacrificia obtulerũt, & pa negyres cœtusq; inter se in honorẽ ac gloriam suorũ numinum celebrarunt. Adhuc enim errabant. Post quã uerò, ut dixi, Deũ uerum agnouissent, quæstus negotiationis Domino sacer fuit, comedebant & bibebãt deinceps in monumentum, corã Domino Deo uidelicet, & in quibus fortunabantur, de his carmina grata dedicabãt.

## CAP. XXIIII.

ECCE *dominus dissipabit orbem terrarum, & delebit eum & reteget faciem eius, & dispergit eius habitatores.*] Suprà dixi uastatam esse Hierusalem, & unà reliquas Chaldæę urbes fuisse dissipatas. Gentes aũt circumquaq; finitimæ iacenti illudebant, & tantùm non motis capitibus, deducto ore late ridentes dictitarũt, Assyriorũ manu uictum esse Deum: quemadmodũ certè & Rhapsaces Persica plenus arrogantia, in muro sedentibus dixit: Ne decipiat uos Ezechias dicens: Liberabit Deus Hierusalem ex manu mea. Quia igitur cũ Babylone, aliæ quoq; gentes diuinã maiestatem conuicijs incessentes, illum eorum quondam ducem non potuisse seruare eos dictitassent: hinc iustissimè quidem & delictorũ & tam impiæ ac effrenatæ dicacitatis pœnas dederunt, traditæq; sunt & ipsæ Babylonijs in uastationẽ. Visionem aũt de singulis gentibus, prophetica nobis exposuit oratio. Subiecti enim sunt diuini futoris iactationibus Ammonitæ, Moabitæ, Dascenę, Ægyptij, & qui ex deserto erant, Azotij, Idumæi, ad hæc Tyrus, & ad ultimum, Babylon, omnisq; terra Chaldæorum exemplo moreq; aliarum gentium, Cyro Cambysis & Mandanæ filio, contra eam Assyrios & Medos concitante, deleta est. Cùm igitur beatus propheta, quæ singulis gentibus dictis ex diuina ira inflicta erant commemorauerit: his uerbis totius orationis anacephalæosin summamq; recolligit, & totius orbis excidium uocat, quod multis gentibus accidit. Hinc ait: Ecce Dominus dissipabit orbem terrarũ, illumq; delebit, & reteget faciem eius. Non enim una ciuitas aut duæ ceciderunt, sed prouincię & gentes, ijs quos iam dixi modis, deletæ sunt. Dissipabit itaq;, inquit, & delebit orbem terrarum, & eius faciem reteget. Quandiu enim mala tolerat, & differt pœnas uniuersitatis Deus, late quodammodo impiorum uita, & cuiusq; uitæ facies, seu species quasi tegitur & occultatur. Cùm uerò iram infligit, & de unoquoq; dignum ac debitũ sumit supplicium, supplicio affectorum facies ac persona retegitur. Quales enim sint & fuerint, genus animaduersionis arguit, siquidẽ uerum est, redditurũ Deũ unicuiq; secundum opera sua. Quin & illud puto dicendũ. Scilicet cùm orbem terrarũ propheta nominasset, illumq; delendum & in solitudinẽ redigendum dixisset, uolunt quidam propheticũ sermonẽ uelut à particulari indignatione, ad generalem & contra omnes descendere, asserunq; palàm prædici, quę tẽpore consummationis erant mundo euentura. Oportet itaq; nos illorũ sequi sententias, & quæ dicta sunt singula dupliciter interpretari. Proinde terrarum orbem perdendum dicit & uastandum, & faciem eius detegendã, his nimirum quæ à singulis gesta sunt patefactis, siue bonis siue malis. Dispergetq;, inquit, habitantes in eo. Si de gentibus uis sententiæ efferatur, intelliges, dictis regionibus in uastitatẽ deductis, earum incolas partim disseminatos & disiectos, partim captiuos seruisse capientibus, relictaq; sua patria, ad alias demigrauisse. Sin de uniuersali iudicio, dispergi habitantes in terra, significare potest diuidi, id quod apertè docebit Seruator, dicens: Quando sederit filius hominis in solio maiestatis suæ, & stabunt oues à dextris, hœdi à sinistris. Itaq; pro diuidere uel dispartiri habitatores terræ, illud, Dispergere, hic posuit. *Matth. 25*

ET *erit populus, uel sacerdos, & seruus ut Dominus, & famula ut domina. Erit emẽs ut uendens, & fœnerãs ut fœnus accipiẽs, & debẽs ut is cui debet. Perditiõe perdetur terra, & direptione diripietur terra. Os enim domini loquutum est hæc.*] Vigente pace, necesse est omnino, tum urbes, tum prouincias, congruentibus legibus tam diuinis quàm humanis, administrari, & dignitatum & præstantiæ ordines conseruari, & opulentis constabiliri opulentiam, & liberis libertatẽ. Sin hostiles phalanges ingruãt, & barbaricæ crudelitatis fomentum, & materia fiat urbs aut prouincia, rerum erit perturbatio, & nihil demum ordine continebitur. Cassus enim erit honor sacerdotum; pari

Universidad de Deusto
Biblioteca



pari loco erunt seruus ac dominus, famula & domina, emens & uendens, fœnerans & fœnus accipiens, debens & is cui debet: quibus denotatur, diues & pauper. Peruadit enim omnes eodē modo interitus & depastio, direptio scilicet ac deprædatio. Obsignat autem propheta uerum esse quod dicitur, inferens: Etenim os domini loquutum est hæc. Quòd autem pro diuino tribunali iudicium, sine acceptatione personarum sit futurum, quis non audebit dicere? Non enim autoritatis eminētia ullos seruabit, nisi quis conuersationis legitimæ, bonos fructus habeat, nec diuitię eos qui his prædити erant iuuabunt, sed pari modo ac æquali statu omnes sistemur apud iudicem, seu paruus sit seu magnus, diues seu pauper. Non enim est apud Deum personarū respectus. Tale quippiam & apud Iobum scriptū est: Paruus & magnus illic est, & famulus qui metuit dominum suum.

Rom.2

LVXIT *terra, & corruptus est orbis, luxerunt excelsi terræ, terra autem iniquè egit propter habitantes in ea.*] Mœstus est semper lugentium habitus, & oculi demissionis pleni sunt & etiam genę, fronsq; pallescit. Siquidem instar ignis, humanū cor exurit tristicia, quę pro morientibus concipit. Tale quid uidere est, urbi uel terræ & regioni, quę capti sunt à barbaris usuuenire. Tristia enim & tetrica fiunt omnia, cōsumptis gladio his qui in eis sunt, & incensis ædificijs, bellicq; detrimenta sustinentibus. Sic intelliges terrā lugere, quæ cùm talia patitur, excelsos in ea, id est, insigniores lugere necessum est. Qui enim maximè honore & diuitijs, alijsq; bonis, quæ nobiles & principes uiros comitari solent, priuati sunt, inter eos qui patiuntur, grauiori tristicia afficiūtur. Iniquè agere terrā dicit, propter eos qui illam incolūt. Nominatur enim iniqua sæpe etiam regio, etiamsi terra sensus expers præuaricari nesciat, at propter improbitatē inhabitantiū hoc iudicij subit. Accipies etiā hūc sermonem iterum generaliter. Si enim, quemadmodum ait quidam sanctorum discipulorū: Terra & quę in ea sunt opera omnia, consummationis tempore cōcremabuntur: mœsta erit terrę facies, & lugenti assimilis. Quoniā etiam terra iniqua, id est, impiorū tutatrix est, comburitur. Cœlos enim nouos & terrā nouam, & promissiones eius expectamus, iuxta id quod scriptum est, scribitq; Paulus, q; etiā ipsa creatura liberabit à seruitute corruptionis, in libertatē gloriæ filiorū Dei.

Rom.8

PROPTEREA *quòd transgressi sunt legem, & mutauerunt præcepta, & dissipauerunt fœdus æternū, ideo execratio exedet terrā, quia peccauerunt inhabitantes eam.*] Rursus ad diligentiā expergiscitur prophetica oratio. Ne etenim quidam putēt Deum uniuersorū aliquibus abs re pœnas inferre, iræ ac cōcitationis adiungunt atq; annectūt causas, & eorū qui pœna affecti sunt, crimina liquidò annunciāt. Lugebit igitur terra, quā ob causam: quoniā transilierunt legem, & dissoluerunt fœdus sempiternū. Idcirco ait: Et maledicta erit terra, deliquerunt enim qui inhabitant eam. Videtur autem rursus prophe-

A ta (postquā cum alijs ciuitatibus ac regionibus etiā ludæa pœnas soluit, euersa est enim, ut dixi) eorum qui sub lege sunt, peccata in mediū addu cere: Transgressi enim sunt legem, inquit, quippe quū eius nihil pensi haberent Israelitæ, sed ad aliam semitā deflecterent, doctrinis ac mandatis hominum intenderent, ad generalem hanc ratio nem, sententiarū expositionem referentes, Deū quidem uniuersorum dicimus ab initio hominē cōdidisse, & naturalem ei legem impressisse, quę ad notitiam mali ac boni pædagogia quadam perduceret. Hoc etiam puto esse quod Ioannis uoce dictum est de unigena filio Deo: Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in mundum. Hoc etiam extremis temporibus, aduentus inquam, fieri intelligimus. Scriptum est enim: In diebus illis, dicit Dominus, dabo leges meas in animum ipsorum, & cordibus ipsorum inscribam eas. Hanc itaq; legem ingenuè & insititio quodā instinctu nos ueluti clauo ad cognitionē boni & mali gubernantem, terræ incolæ uiolarunt, & mandata mutarunt. Conditi enim ad opera bona, ad carnis studium & sensum terrenum uersi sunt. Hinc etiam execranda facta est terra. Offenderunt enim cōditorem plurimis delictis, qui eam inhabitant.

B

Ioan.1

PROPTEREA *pauperes habitabūt in terra, & relinquentur homines pauci.*] Cùm enim, inquit, execrabilis facta est terra, propterea quòd summa in ea delicta gnetur iniquitas, hinc inopinata etiam mendici tate onerati, uix salui euadēt, relinquentur enim pauci & numerabiles. Et hactenus, quantum ad literam attinet, & ad historiæ externam superficiem. De interiori uerò intelligentia illud rursus dicimus, quòd qui semper ac omnino coram diuino tribunali multorū criminum conuicti sunt, merè erunt pauperes, atq; supernorum bonorū distringentē inopia, ac nudi spe quæ sanctis præparata est: descendēt enim ad inferos puniendi, & relinquentur pauci, id est, qui per iusticiā Deo placuerunt, & ex præclarè fortiterq; gestis diuitias adepti sunt. Sunt autem hi innumerabiles iuxta Seruatoris uocem: Multi quidem uocati, pauci uerò electi.

C

Spiritualis intelligentia.

Matth.22

LVGEBIT *uinum, lugebit uitis, gement omnes qui lęti sunt animo. Cessauit lętitia tympanorū, cessauit contumacia & opulentia impiorū, cessauit uox citharæ. Erubuerūt, non biberunt uinum, amara facta est sicera bibentibus, desolata est omnis ciuitas, claudet domum ut nō ingrediatur. Plorate pro uino ubiq;. Cessauit oē mnis lętitia ex terra, & relinquentur urbes desertæ, & domus derelictæ perdentur.*] Accusauit sæpenumero uniuersorum Deus creatos sanguine Israelitico, quippe qui intoleranda deliquissent: hinc quidē præscij se puniendos, non tamen cupidi, laboribus pœnitentiæ iram restinguere. Dixerat em quòd uocarat Dominus Sabaoth die illa ad luctum & planctum, & rasuram & cincturam saccorum, hi aūt gaudio & lætitię se dederūt, mactantes uitulos, & sacrificantes oues, ut edant carnes & bibant uinum, dicentes: Edamus & bibamus, cras emū moriemur. Et apud aliū prophetā inqt: Qui dormien-

D

Amos 6



dormientes in lectis eburneis, & deliciantes in A stratis suis, comedentes hœdos ex gregibus, & uitulos ex medio armentorū lactentes, bibentes delicatū uinū, & primis unguentis uncti, nec patiebantur quicquā propter cōtritionem Ioseph. Quapropter posteaquā in maximā deuoluti lasciuiā, luxui non tempestiuè fuerūt addictiores, cùm iugibus lachrymis genas rigare oportuisset, & oblitionē postulare peccatorū, iure illis insferuntur quæ ex bello oriunē incōmoda: & qui luxuria quondā diffluxerunt, præter spē inciderunt in calamitates. Luxit uitis, non ipsa stirps & instio, sed qui ex ea bibūt uinum, qui quondam, inquit, exhilararunt animā, plorabunt, & ululatus magis ijs cordi ac curæ erit. Cessauit enim lætitia tympanorum, cessauit contumacia & opulentia impiorum. Cōtumaciam dicit, celsum supercilium uel arrogantiā. Quæ aūt inde nascuntur, enumerat: Et uox citharæ, & amara est sicera olim luxuriantibus, ac uastæ factæ sunt urbes & domus. Cessauit enim omne gaudium terrę. Si uerò quis de seculi fine hic differat, quando erit tempus iudicij, rursus dicet, præteriturum omnem mundanarum rerū luxum, & gemitū potius fore & stridorē dentiū ab his qui descendunt ad inferos: diuitiæ illis qui habent, nihil proderūt, omnes deliciæ euanescent, cessabunt corporalia, imò his qui peccatis oblectāt se, desideratissima illa quidē olim carnalis uoluptas, in amarā exibit catastrophen. Reddēt siquidē omniū iudici rationē: Oportet enim nos oēs, ut sapientissimus Paulus scribit, corā Christo manifestari, ut recipiat unusquisq; ea quæ p corpus gessit, seu bonū seu malū.

B

C

QVEMADMODVM *si quis racemat oliuā, sic racemabunt eos: & si quieuerit uindemia, isti uoce clamabunt.*] Rursus ab exemplis ob oculos positis & euidentissimis, demōstrat hostium improbā immanitatem; cùm nemo parcit, nemo quenquā immunem ab insita crudelitate sua permittit effugere. Acri em oculo cōtuentur arbusculā, qui ex oleis fructum quærunt. Si quid ceciderit, cupidissimè arripiūt; & ad unum usq; colligunt: Sic, inquit, illos excutient ac colligent, ad internecionē usq; perdētes, inimici. Et si uindemia cesset, isti uoce clamabūt. Hoc itē sumit ex more eo, qui sub finē uindemiæ inoleuit. Vindemiantes enim quando ab his laboribus desistunt, gaudent ac uociferantur, & rustica quapiā cantilena composita, ex præsidijs se referunt. Quando ergo, inquit, hostes racemauerint omnes, & nullum prorsus reliquerint, tunc quemadmodū exacta uindemia, uoce exclamabunt, iubilantes nimirum cōtra eos qui iacent & succumbunt, & insultantes his qui ceciderunt. Iā uerò ad penitiorem sensum respiciētes dicimus, iudicij tempore neminem eorum qui uixerūt impię, latiturum. Sed qui uersati sunt, ac uixerunt rectē & legitimè, in suprema ibunt habitacula: prophani autē & improbi, ignis omniū edacis erunt alimentum. Exquisita, igitur inquit, erit taliū collectio, & hic docebit ipse Seruator, dicens: Simile est regnum cœlorum uerticulo iacto in mare,

D

Matth.13

& ex omni genere colligenti, quo attracto, & in littore collocato, bonos cōgregarunt in uasa, malos foras eiecerūt. Exacta & rigida, igitur inquit, erit impiorū inquisitio, sed eorū, qui sic traduxerunt uitam, nemo supererit, at omnes exhibebit angelis ad hoc ordinatis, is qui corda & renes habet cognitos.

QVI *uerò in terra superstites erunt, exhilarabuntur cum gloria Domini.*] Cùm diligentē fore inquisitionē dixisset eorum qui in peccatis deprehensi essent, ut nullus posset delitescere: non sinit piū & religiosum hominem his pauoribus frangi & cōsternari. Etsi enim ira dicatur in omnes permeare, tamē uniuersitatis Deus nō perdit iustum cum impijs. Et istuc docet, uoce Iezechielis dicēs: Fili Hominis, terra ad quā adduco iudicium, terra sanguinis est: & si sint in medio eorū Noe, & Daniel, & Iob, hi in iustitia sua seruabuntur, terra aūt erit in perditione. Et alibi dicit ipse propheta nobis sē cōtemplatum esse uirum talari uestē indutum, & zonam habentem, & sex homines sequentes illum, & cuiusq; securis in manu sua, & dixit: Ite in ciuitatem post illum, & lugete, & nolite parcere; nec misereminī senioris: iuuenē, infantes & mulieres interficite ad internecionē: ad omnes autē in quibus est signum, ne appropinquetis, & a sanctis incipite. Iam cùm prophetæ uerba inexcussa relinquere non oporteat, age dicamus, quid tandē est q; dicat, Noe et Iobo iam mortuis, fortassis etiā ipso Daniele, seruari tamen eos in propria iustitia, etsi alia quæuis terra, contra quā mortis calculus latus est, corrupta antè sit & peiisindata? Videtur itaq; Noe cōparare, qui per fidē ih Deū ipsi placent: Danieli sapientes & perspicaces: rursus Iobo, per patientiam nimirum in omni re laudata ei placent. Cùm igitur inquit, ira consumat eos qui in terra sunt, non Iudæorum solùm, uerū etiā gentiū, qui residui sunt, & iusto iudicio Dei omnia ad nos pertinentia librantis & expendentis, interitum effugerint, exhilarabuntur cū gloria Domini. Gaudebūt scilicet seruati per inenarrabilē gloriā eius qui præses est sanctorū, qui uelut macerią communit impium, sua misericordia & gratia. Addimus dictis & illud. Tēpore uidelicet cōsummationis huiusce seculi, mittentur in orcum quicunq; fœdorum studiorū amātes extiterunt: at qui reliqui sunt, id est, iusti, lætitia afficientur cùm gloria Domini. Erūt enim cū Christo, qui est gloria Dei & patris. Dixit enim ille: Illustraui te in terra, opus cōsummaui quod mādasti mihi ut faciā. Quin & ipse Deus ac pater dicit beato Mosi: Viuo egò, & uiuit nomen meū. Certē implebitur gloria Domini omnis terra, repleta sunt enim omnia Christo.

Iezech.14

Iezech.9

TVRBABITVR *aqua maris, propterea gloria Domini in insulis erit maris, nomen Domini gloriosum erit.*] Aquā & mare ænigmaticè nominat gentium multitudinē. Est enim in more sanctis prophetis hoc facere. Quippe beatus Dauid, de terra & his quæ in ea sunt, inquit: Hoc mare magnū & spaciosum: illic reptilia quorū nō est numerus, animalia parua cum

Psal. 103

Universidad de Deusto
Biblioteca



ra cum magnis. Illic naues transeunt, draco iste, A quē formasti, ut illudat ei. Nec dicimus eũ loqui de his qui natant in mari, nec differentias piscium demonstrare uoluit, sed nec draconē aliquē corporeũ & sensibilē, marinis aquis inesse dicimus. Sed,uti dicebam, hinc nobis turbas in uita ostendit,& uitā in hoc salo, quin & draconē malorum principē & caput, id est, Satanā, qui omnes circunstat homines, & orbē terrarū apud nos peragrat, animabus sanctorū struens insidias. Aquā igit maris,gentiū uocat multitudinē: insulas uerò, urbes forsan appellat. Porrò oēs in illis turbandos ait,diuina ira insiliente.Gloriā autē Christi in omnibus quodammodo fore ait. Agnoscēt enim sese diuino uultu uastatos & perditos fuisse, & Deum omnia potentem illa sua impietate B non mediocriter offensasse.Quare traditi sunt in desolationē,& ubiq; ac semper deos suos insimulabunt nullo modo illis opē ferentes. Hoc autē aliud nihil erat, quàm Domini gloriā in magnā celsitatē euehi. Scopus porrò propheticarū prędictionū, in posterum ad Christi mysteriū uidetur tendere, & futurę per illum salutis mentionē facere:Qui enim sunt, inquit, residui super terrā
Gal.2 exhilarabuntur simul cũ gloria Domini. Seruati enim sumus nō ex operibus in iustitia quæ fecimus nos,sed ex magna eius misericordia,nec per
Iustificatio. legis umbrā iustificamur. Minimè nāq; iustificat nos lex, sed potius gratia quæ per sacrosanctum Baptisma est,nos à peccatis liberat:quę futurorū bonorum spem reficit ac recreat, & affatim fœ- C cũdat quasiq; pinguefacit. Expectamus em̄ nos fore cũ Christo ipso, qui est gloria Dei & patris, sicuti modo dixeram. Postquam autem à terminis ad terminos orbis terrarum, sanctorum Apostolorum perambulauit oratio: Gentes à multorum deorum errore transtulit, & ad gratiam per Christum adduxit. Turbari ait aquam maris,nimirum terræ uniuersæ sub sole populos.Turbantur autem,peregrinam linguā sonantes, & à pristino errore discedētes, atq; ad ueritatis agnitionem adductæ.Hinc ait: Gloria Domini in insulis erit maris.Insulas, ut quidem censeo, sanctas dicit ecclesias Dei,quæ in mūdo quasi mari constitutæ,Christo seruante, ferunt & superant eius tumultuationes, & qui nō sinit eas persecutionū D fluctibus concuti. Cùm enim mare nominasset ænigmaticè gentes, huic in translatione sermonis prudenter immoratus,insulas nominat ecclesias,in quibus admirabilis est Dei gloria.

DOMINE *Deus Israel, ab alis terræ portenta audiuimus, spes pio.*] Relictorum in terra,& exhilaratorum cũ gloria Domini,& in ipsis insulis, ecclesijs inquā habitantiū, personam inducit hisce uerbis nobis propheta, uniuersorum seruatorem Deum glorificantium, & dicētium: Ab alis terræ audiuimus portenta,& ad hæc credentium,pijs bonam fore spē, se per illū seruatos iri, quin abundè benignitatis eius fore consortes. Alas terræ uidetur nominare,sanctos mystagogos,& sacrorum antistites,quorū sermonibus uelut alis tantùm nō subuecti, superna sapimus, in res terrenas desultantes,& terrestrem ac carnalē affectum abijcientes, conuersationē habemus in cœlis.Ab his alis terræ sic intellectis,dicūr se portēta audire,per Christum uidelicet. Initiamur enim sanctorū Apostolorum et Euangelistarū scriptis,& Christi diuina miracula discentes, in ipsis spē habemus solidissimā, & confidimus, & firmo ac constanti affectu præditi sumus, atq; spem piorum optimam esse credimus.Expectamus enim regnum cœlorum, & honores ac gloriam, quæ diligentibus Deum destinantur & præparantur.

ET *dicēt, Væ prævaricātibus qui prævaricantur legē,timor, & fouea,& laqueus super uos qui habitatis in terra. Et erit, qui fugit timorem,incidet in foueam,qui exuadit ex fouea, capietur laqueo.*] Quidam dicent, qui supererunt omnino in terra,& cũ gloria Dei exhilarantur,& insulas seu ecclesias inhabitant, dicent inquam, legē repudiantibus,id est, qui non crediderunt: Si enim credidissent Mosi,credidissent Christo, de illo enim is scripsit.Vide quomodo qui fidē receperūt,illico legē respuētes admoneant,& futuræ punitionis metū aggrauēt,& terroribus cōcutiant, futura denunciando.Timor em̄,inquit,& fouea,& laqueus,id est,omnia genera malorū super uos,& à calamitate suffugiū nullum erit, nec declinatio. Sed fortè si unū quis malorū effugerit, capiet altero,et ubiq; ac semper, aliquo malorum illatorū cōprehendet. Hoc cōtigit Iudæis post crucē Seruatoris,cùm regio eorū uastaret,urbesq; & ędes conquassarentur:sed dicere singula lōgū est,maxime ecclesiæ alumnis gnaris ac scientibus.

QVIA *ianuæ cœli apertæ sunt, & concutiētur fundamenta terræ,turbatione turbabitur terra, & ad summā inopiā redigetur terra, declinauit,& commouebitur sicut tugurīū omnis terra, ut ebrius & crapulatus & cadet,nec potest resurgere, inualuit enim contra eam iniquitas.*] Causam reddit eorū quæ pronunciata sunt, & q; in acerbas, & inextricabiles miserias incident.Dixit em̄,timor, & fouea,& laqueus super uos,et foueā si quis effugerit,capiet laqueo.Quę igit est rei huiusce causa:Ianuę itaq; cœli apertæ sunt,id est, inuisit Deus eos qui sunt in terra.Quandiu em̄ sustinet delinquentes,nō inspicere quodāmodo, imò potius quoq; cœlum occludi uidet. Cùm aūt uias mortalium obtuet, tūc tunc ueluti ianuis apertis,ob oculos cōstituit eos qui in terra sunt, ac pœnas ,p ratione cuiusq; delicti conuenienter infligens, tumultu ac metu cōplet omnia.Et tanquā prę ebrietate omnes terræ incolæ omni malorū generi obiciunt. Cōmode aūt infertur post illud dictū: Sicut aliquod in agris tugurīū, cōmoueri terrā, illud alterū: Quia inualuit in ea iniquitas. Nā dum qui in ea agunt, peccant tolerabiliter, reuocat & retractat quasi pœnas, et ictū refrenat uniuersorū Deus. Sed omniū impietas si intēperans fiat & effrenis,necesse omnino est,terrā à Deo spectari,& inualescente in ea iniquitate,inebriari quodāmodo, & opleri crapula,& omni calamitatis genere agitari.

ET *inducet Deus super ornatum cœli manum, & super reges terræ,& congregabunt & concludent in munitionē et in carcerem,*



*cerem,per multas ætates uisitatio erit eorū, & liquefiet later, & cadet murus.*] Illustre est hoc quoq; humanitatis uniuersi documentum.Oportuit enim oportuit, deinceps illucescente iustitiæ sole, tenebras illas intelligibiles dissipari,quas omniū cordibus Satan offuderat.Obtenebrauit enim,iuxta id quod scriptū est,sensus infidelium,persualitq; ut creaturę supra creatorē procumberent. Partiti sunt nimirū hi qui errabant,mundi elementa, alij solē nuncupabant Deū,alij lunā,cęteri ex astris aliud atq; aliud pro sua libidine. Laborabant uerò hac impietate etiā ipsi Iudæorū populi. Alicubi em̄ dixit Deus Hieremię prophetæ pro illis supplicanti: Et tu ne ora pro populo isto,& ne precare, & ne accede ad me pro illis oratione et precatione, quia non exaudiā. An' non uides quid isti faciāt B in ciuitatibus Iudæ in uijs Hierusalē? Filij illorū colligunt ligna, & patres eorum accēdunt ignē, & uxores eorum subigunt farinā ut faciant placentas militiæ cœli, & libauerūt liba dijs alienis, ut ad iram prouocent me.Et per alium prophetā alloquitur illos: Nūquid mactationes & hostias adduxistis mihi quadraginta annos in deserto domus Israel, dicit Dominus? Et sustulistis tabernaculum Moloch, & sydus Dei uestri Ræphan, figuras quas fecistis uobis ut adoretis. Inducet igitur,inquit, Deus super ornatum cœli manum, id est, dissipabit eos qui ornatum cœli adorāt,solem inquam,& lunā,& astra. Verisimile uerò est, uelut ex parte, totā idololatriā in his denominari.Iam enim cessarum est,Christo exhibito & de- C monstrato,adorare mundi elementa. Sicq; ornatum cœli ipsum peccati inuētorē & patrē, id est, Satanā intelligamus, rectà sanè ad ueritatē peruenerimus. Dictum est enim de eo: Quomodo cecidit de cœlo Lucifer mane oriens? Cùm autē semel ante lapsum,propter antiquā eius gloriam Lucifero assimilaretur, ornatum cœli etiānum prophetícus sermo nobis eum appellitat. Manū inferendā dicit,nō soli ornamēto cœli,sed & terræ regibus,id est, sublunarē hunc globum ui obtinētibus,uidelicet seculi huius mundanis rectoribus,nequā & aduersarijs potestatibus. Regnū enim terræ capessebant, & suos in ea adoratores effecerunt,persuaserunt q; omnibus, charitatē erga Deum prorsus cōtemnere.Istos igit ex fraude D & mendacio & auaritia imperitātes siue regnantes,cōgregabunt,in munitionē & carcerē cōcludent.Demisit em̄ eos in supplicij carcerē, Seruatoris potētia, in firmā ac ineuitabilē custodiam. Siquidē rogarunt dæmones accedentes eum, ne præciperet,in abyssum abire. Subnectit prophetа,ac inquit: Per multas ætates uisitatio erit illorum.Etenim à constitutione mundi tyrannidem occuparunt, nec destiterunt cum diuina & secreta maiestate bellum gerere. Continuata est autē hæc eorum amentia, ad usq; Seruatoris omnium nostri Christi aduentū, & uisitatione postea per illum facta in custodiā cōclusi sunt, & in carcerē, uerūm hoc per multas ætates passi sunt. Liquefaciendū dicit laterē,& casurum murum: muro forsan Satanam comparans. Potēs enim ad resistendum erat, & quasi ciuitas turribus munitissima: cæterùm quatiente Christo captus est & prostratus. Nō enim ualuit inuictā eius uim sustinere & excipere. Quòd aūt deleto & cōcidente Satana, idololatriæ nugæ irritæ fuerint, & qui olim errauerant, per fidē ad ueritatis agnitionē uocati fuerint, omnipotenti dextera eos tantùm nō rapiente,docebit ipse Seruator,inquiens: Vel quomodo potest quis ingredi in domū fortis, & uasa eius diripere,nisi prius ligauerit fortē,& tunc uasa eius diripiat? Solēne aūt est scripturæ diuino spiritu proditæ, robustissimos & muris & urbibus cōferre, quemadmodū sanè & beato prophetæ Hieremiæ dixit Deus: Ecce posui te hodierno Hier.15 die, uelut ciuitatē munitā, & uelut murū æreum munitum, omnibus regibus terræ, & bellabunt contra te, & nō prævalebunt aduersum te, quia tecum sum ut eripiam te,dicit Dominus. Cōmemorandum necessariò est, q; Iesus filius Naue, quinq; reges gentiū captos & uictos in spelunca cōclusérit, & lapidibus aduolutis excursum eis et effugium obstruxerit.Imago siquidē fuit rei uerę.Cōclusæ enim erāt in prædiū & carcerē Seruatoris fortitudine, malæ & aduersariæ potestates, quæ olim orbē terrę subegerunt: abolitus & amolitus est cum illis magnus & infractus olim murus,nimirū Satanas. Vocati sunt per fidē, qui errabant,ut cognoscerent deinceps, uerè & naturа uniuersorū architectū et Deum et Dominum. Sciendum pręterea,quosdā hæc in alium sensum ad ornatū cœli referre,& inquiunt:Quòd cōsummationis tēpore,sol obtenebrescet,et luna nō dabit lucē suam.Sed oportet,ut arbitror,interpretationi aptè & cōuenientissimè,uerborum propositorum sententiam semper respondere.

QVIA *regnauit Dominus in Sion & in Hierusalē, & corā senioribus glorificabitur.*] Sion exponitur excelsa, & specula: Hierusalē, uisio pacis. Specula itaq; uera & pacis uisio,uerè esse poterit Christi ecclesia: in ea em̄ diuinorum eius mysteriorū excelsissima speculatio esse solet,& pacis uisio. Pacē esse dicimus Christū, quē ex scriptura diuinitùs inspirata agnoscimus, sapientissimo Mose de ipso scribente, præterea etiā sanctis prophetis.Circucisa itaq; prophana & detestabili idololatria, & è medio & è pedibus sublata creaturæ adoratione, & coarctatis in præsidiū & in ergastulum his qui ex auaritia mundum occuparunt, liquefactis mœnibus, & à fundamentis ipsis iuxta expositas iā antè sententias cōquassatis:Regnabit Dominus in Sion,et corā senioribus gloria extolletur.Seniores puto uocare illum hic, mētе integros & perfectos, & animo ueluti cano præditos, ut cordis oculis,mysteriorum eius profunditatem possent intueri.His sapiens quoq; Ioannes missa epistola 1.Ioan.2 dicit:Scribo uobis patres, quia cognouistis eum qui ab initio est.Imò norunt & admirātur, & gloriam ei diuinam attribuunt, & regem illum ac uniuersitatis Dominum esse confitentur. Quòd autem diaboli tyrannide in totū deleta, Christus

Universidad de Deusto
Biblioteca



regnarit,ipsemet docebit, inquiens, quando se- A exaltatus de terra fuero, oēs trahā ad meipsum.
ipsum pro uita omnium precium redemptionis Quapropter eos qui in tota terra degunt, suis
Deo & patri obtulit, preciosam crucem pro no- sceptris subiugauerat, electo ante seculi huius
Ioan.12 bis sustinens: Nunc iudiciū est huius mundi, nūc principe. Eiectionis autem nomen, tyrannidis in
princeps mundi huius eijcietur foras. Et ego si omnes euersionem uidetur denotare.

SECVNDI LIBRI COMMENTARIORVM IN HESAIAM
FINIS.

# CYRILLI, ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE, COMMENTARIORVM IN PROPHETAM HESAIAM LIBER TERTIVS, TOMI quinq; Laurentio Hunsredo interprete.

CAP. XXV.

Epilogus superiorum.

DOMINE *Deus meus celebrabo te, & hymnis laudabo nomen tuum, quia res miras fecisti, consilium antiquum, uerum, Fiat Domine.*] In eo quē absoluimus libro, propheta orationē longam, recondituscq; plenā sentētijs habuit, exorsus tum de malitia diaboli, futuroq; ei supplicio ac pœna, tum etiam de improbarum & aduersariarum potestatum euer C sione: quibus præterea regni Christi adiecit prædictionē. Etenim dixit, regnaturum Dominum in Sion & in Hierusalē, & in cōspectu seniorum celebrādum. Horum omnium causa, repletus est propheta gaudio, et rerum tā admirabilium effectorem ornat encomijs: ideoq; inquit: Domine Deus meus celebrabo te, & hymnis cantabo nomen tuum: cōsilium antiquum & uerū, resq; miras effecisti. Quia uerò de his quæ nondum facta sunt eo tempore: Fecisti, dicit, q̄ non fierent adhuc, sed prorsus penitusq; forent, subindicat, adfecto illo: Fiat Domine. Nam aduentus tempus uelut instans animi oculis uiderūt, & nondū præsens minime ignorarunt. Consilium autē tanquā antiquū, & res miras, appellat humanitatis uni- D genitī mysterium, & quæ ab ea fuerunt per uniuersam terram instaurata. Seruati enim sumus in
Eph.1 Christo, qui ante mundi constitutionē præscitus est & in extremis huius seculi tēporibus manifestatus: quēadmodum ait sapientissimus Paulus. Neq; em̄ nouum aut recens est Christi mysteriū, sed ante conditum mundum quidē præfinitum, suo autem tempore patefactum.

QVIA *redegisti urbes in tumulum, urbes munitas, ita ut ea derent earum fundamenta, urbs uerò impiorum non ædificabitur in seculum.*] Hoc quoq; ex uero illo consilio est, inculpatisq; decretis omnia potentis Dei, ut urbes munitæ concutiantur, incq; tumulum redigantur, uelutq; ab ipsis fundamentis dimoueantur, spēq; posse aliquando restaurari omnē amittant: Non enim, inquit, ædificabitur in seculum. Vrbes eorū quassatas esse dicimus, non illas sensu perceptas, aut homines qui in illis sunt: sed unamquanq; improbarum aduersariarumq; potestatum, & ante alias ipsum Satanā, urbē, idq; fortē nominari existimamus. Solet em̄ diuinitus inspirata scriptura eos qui ualidissimi sunt, turribus & mœnijs uel etiā urbibus, quēadmodum etiā suprà diximus, cōparare. Quippe à Deo quoq; positus est beatus propheta Hieremias, ut urbs munita, & ut C murus æneus munitus. Cùm exhibitus fuisset, mundoq; illuxisset Emmanuel, impium agmen aduersariarū potestatum est submotū, exipsisq; fundamentis deturbatus est Satanas, itaq; concidit, ut in nō finiendā inciderent imbecillitatē, nulloq; modo expectarit, resurgere & respirare.

PROPTEREA *benedicet tibi populus mendicus, urbesq; hominum oppressorū iniuria. benedicent tibi. Factus enim es omni urbi humili adiutor, & deficientibus propter inopiā umbraculū, ab hominibus improbis liberabis eos, umbraculum sitientium, & respiratio hominum iniuria oppressorum, benedicent tibi quasi homines paruo animo præditi sitientes in Sion, quia liberabis eos ab hominibus impijs, quibus nos tradidisti.*] Vocatus est ad Dei agnitionē, per prædagogiā institutionēq; le gis, Israel, bonisq; diuinis locupletatus est. Nā seruatus est, terramq; promissionis hæreditate obtinuit. At aliarum gentium innumerabilis multitudo, qui inquā sub toto cœlo degunt, hi bonis spiritualibus, & supernis prorsus alieni extiterunt, nec charismata diuina gustarūt. & nudi quodam modo ac nō uestiti, nō tegumētum diuinum, nō amictū supernum, nō opes animi ex uirtute, non aliud quippiā uel laude uel admiratione dignum habuerunt. Cùm aūt ipse Christus apparuit, submotaq; diaboli tyrannide, Deo & patri adduxisset, ac luce ueritatis, eiusq; gloriq; participatione, Euangelicæ conuersationis magnitudine ditati fuissent: propterea gratulabundas odas Deo ac patri emittunt. Itaq;, inquit, ô Domine, cùm antiquum consilium ac uerum effeceris, omnibus in Christo



Christo capite recollectis ac consummatis, & il- A
lustratis illis qui in tenebris sederunt, & delectis mundi principibus seculi huius, quantumuis instar urbium quarundā potentibus, benedicet tibi populus mendicus, uniuersæq; urbes te prædicabunt. Extitisti enim cunctis opitulator, & umbraculum his qui propter inopiā spiritualiū bonorum intolerabili dolore affecti sunt, eosq; ab improbis hominibus liberasti. Erant em̄ etiā in Sion adeò pusillo animo quidā præditi, ut hi qui siti erunt confecti. Fortassis & illud nobis hisce uerbis ostendit propheta. Nā in Israel etiā fuerūt, qui Seruatoris aduentum sitiuerunt, & uniuersorum Seruatorē ac redemptorē uidere cupiuerūt.
Luc.2 Qualis fuit Symeon quidā ille iustus, cum natū Iesum manibus accepisset, dicens: Nunc dimittis B
seruum tuum Domine, secundum uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei salutē tuā, quā parauisti cōspectu omnium populorum: Lumē in reuelationē Gentium, & gloriā populi tui Isra
Luc.1 el. Atq; etiā beatus Zacharias pater Ioannis, Sancto spiritu repletus gloriā cecinit, clamans: Benedictus Dominus Deus Israel, q̄ inuiserit & cōfecerit redemptionē populo suo: & erexerit cornu salutis nobis, in domo Dauidis pueri sui (sicut locutus est ore sanctorum qui à seculo sunt, pphetarum suorum:) Salutē ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos: Vt uteretur misericordia erga patres nostros, & memor esset testamenti sancti sui, luriisiurādi quod iurauit Abrahamo patri nostro, daturum se nobis, ut sine C
timore, e manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi, in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Viden' quomodo antiquum & uerum cōsilium Dei & patris sanctis etiā pluribus promissum sit? Emmanuelē, inquā, salutē mundo esse demonstrandum? Qui factus est respiratio hominum iniuria oppressorum. Ab inimicis em̄ respirarunt, & liberati sunt ab hominibus impijs quibus fuerunt traditi. Si de gentibus quis uerba hęc accipiat, homines uocari eos dicimus, impios dæmones, qui ijs qui terrā incolunt olim dominabātur: quorum imbecillitas ex eo q̄ homines nominentur, optimè declaratur. Probabile quoq; est, doctores eorum falsos, & D
hieromystas, ut uocantur, id est, sacrorum præfectos, uel etiā poetas & oratores, inuentoresq; eloquentiæ, quæ apud Græcos in precio fuit, dici homines improbos: utpote qui per oris facundiam qua polluerunt, deceptos in puteum interitus dejcerent. Sin de Israelitis istuc dicatur, improbos asserimus esse, qui ad docēdum sorte delecti, scribæ nimirum & pharisæi, sacerdotij gloriam consecuti, dignitate inde simul ac potestate ornati, clauē scientiæ acceperunt, & nec ipsi crediderunt, nec alijs ut hoc facerent concesserunt. Tradebant autem legalibus præceptoribus subditi populi, & errātes, impuris dæmonibus, Deo permittēte ut hāc traditionē paterent. Ita sanè in reprobā quoq; mētem traditi sunt quidam, qui se eius misericordia auxilioq; indignos reddiderūt.

ET *faciet Dominus Sabaoth omnibus gentibus super monte hoc, bibent in lætitia bibent uinum, ungentur unguento in monte hoc. Trade hæc omnia Gentibus. Consilium enim eius super omnes gentes.*] Cùm prædixerit Dominum in Sion & in Hierusalem regnaturum, ex hac quasi similitudine rerum sub sensum aspectumq; cadentium, mysticum sensum pertexit. Excelsa enim & specula Sion, uisiō autem pacis Hierusalē exponitur. Est autē utrunq; hoc uere, Christi ecclesia: celsa nempe & illustris, & uelut in monte posita. Alio etiā modo excelsa à nobis intelligitur; in ea em̄ nihil est humile, & à terrenis reb. procul habitat. Scriptum nanq; est, à Deo fortes tertæ admodū subuehi. Similiterq; dogmata in ea alta diuinaq; & uera sunt. De Deo enim, & de sancta ac consubstantiali Trinitate sermo est subtilis & perpolitus, & sola ueritate cōformatus. conspicitur rursus in ea Christus, qui est pax. Faciet igitur, inquit, Dominus Sabaoth: neq; solis Israelitis uelut dilectis propter patres & probatis: imò omnibus gentibus, id est, in omni terra sub cœlo agētibus. At quid faciet? Bibent, inquit, in lætitia, bibēt uinum, ungentur unguento in monte hoc: per lætitiam uero uidetur hilaritatē in spe, uidelicet per Christum subindicare: nam cum Christo regnabimus, & lucrifaciētes quæ neq; cogitatione neque oratione cōsequi possumus, omni animi uoluptate perfruemur. Per uinum autē mysticā benedictionem, & incruente hostiæ modum significat, quam in sacris ecclesijs cōsuēuimus administrare. Vnguentum nobis perpulchre Sancti spiritus unctionē designat. Scribit enim sapiens Ioannes: Et uos Vnctionem habetis a sancto illo: 1.Ioan.2
neque opus habetis, ut quis doceat uos, at sicut Vnctiō docet uos. De omnib. enim inuncti sumus unguento, maximè sacrosancti Baptismatis tempore symbolum accipiendi Sancti spiritus unctionem facientes. Sed hæc, inquit, omnia tra de gētibus. Consilium em̄ hoc super omnes gentes. Antiqua enim lex eiusq; cultus per angelos administratus, non omnibus simpliciter gētibus dabatur, sed uni & soli ex sanguine Israelitico oriundo. At gratia in Christo, & per fidem uocatio, ad hæc per spiritum sanctificatio, hocq; per consilium Dei & spiritus mysterium, in omnes gentes extitit. Est enim Christus, iuxta uocem Sancti, gentium expectatio.

ABSORPSIT *mors potens, & rursum abstulit Deus omnem lachrymam ab omni facie. Opprobrium populi abstulit ex omni terra. Os enim Domini loquutum est hæc.*] Commodissimè et necessariò cum mysterij traditione sermo de resurrectiōe mortuorum cōiungitur. Idcirco etiam sacri Baptismatis tēpore, fidei cōfessionē exhibentes, etiā carnis resurrectionē futurā expectamus, itaq; credimus. Mors igitur inualuit contra primum parentē nostrum Adamum, propter transgressionē, & uelut fera sæua & dira insiliēs, rapuit: inde demum lamenta luctusq; & lachryma, & planctus mortuorum, terræ incolas occuparunt. At in Christo cessarunt. Tertia enim die reuixit, calcata morte, factus uia humanę nature

Universidad de Deusto
Biblioteca



ad interitum propulsandum. Factus enim est pri A
mogenius è mortuis, & primitiæ dormientium.
Sequeturq; omnino primitias, & primũ id, quod
est posterum, nimirum nos. Versus est ergo plan
ctus in gaudium, saccus diruptus est, Christiq; su
mus lætitia data diuinitùs, ut gaudẽtes dicamus:
1.Cor.15 Vbi uictoria tua mors? ubi aculeus tuus inferne?
Aculeus, inquit, mortis est peccatũ. Omnis itaq;
lachryma sublata est. Nam credentes q; mortuos
prorsus penitusq; Christus excitet, non illos la-
chrymis prosequemur, nec in tristitiã immodera
tam delabemur, sicuti reliqui qui spẽ non habẽt.
Probrum uerò populi, ipsam mortẽ uidetur dice
re: utpote per quam primum nos transgressio in-
uasit, & peccatum, per quod interitus ingressus
est, mortisq; imperium terræ incolis est domina- B
tum. Cùm autem resurrectionis mysterium mul-
tis nõ esset approbabile, sed propter eius magni-
ficentiam incredibile uideretur, necessariò ad-
iungit beatus propheta: Os Domini loquutum
est. Quis uerò audet dicere, Deum mentiri? imò
non prorsus penitusq; quod annunciatũ est, uerè
Matth.24 perficere? Cœlum enim, inquit, & terra præteri-
bunt, sermones autem mei non præteribunt.

ET *dicent die illa: Ecce Deus noster in quo sperauimus & exultauimus, & seruabit nos ille Dominus, & expectauimus il-lum, & exultabimus, & lætabimur in salute nostra: quia requi-em dabit Deus super montem hunc.*] Cognoscetis, inquit, eum qui in lætitia potat, & uino, & qui unguen-to eos qui in Sion sub intelligentiam cadente sunt, inungit: cognoscetisq; uerè Deum esse, & C
ex Deo natura filium, etiamsi in forma serui ap-
pareat omniũ salutis & uitæ causa homo factus,
& per omnia terrenis hominibus extra solũ pec-
catum, similis. Etenim inquit, modo nõ protensa
manu dicent: Ecce Deus noster in quo sperauimus,
& exultauimus in salute nostra. Hũc sermo
nem maximè conuenire Israelitis arbitror, qui tũ
uerbis Mosaicis innutriti, tum sanctorũ prophe-
tarum prædictiones nõ ignorantes, Dominũ no
strum Iesum Christum Seruatorẽ & Redempto-
rẽ suo tempore aduenturum expectarunt. Quip
Luc.1 pe, ut iã antè dixi, Zacharias Ioannis pater, pro-
phetans in spiritu, de Christo dixit: Cornu salu-
Luc.2 tis populo excitatum fuisse. Symeõ itẽ sancto in-
fante in manus accepto, inquit: Viderunt oculi D
mei salutẽ tuam, quã parasti ante faciẽ omniũ po
pulorum. Cùm igit agnouerint eum, qui omniũ
spes est, Seruator ac Redemptor, prænũciatum,
dicent, inquit: Ecce Deus noster. Confitebantur
etiam, q; requiem dabit Deus super monte hoc.
Rursus mihi cogita montẽ dici ecclesiã, in ea em
data est requies. Audiuimus siquidẽ Christum di
Matth.11 centem: Venite omnes qui laboratis & onerati
estis, & ego refocillabo uos. Etenim per fidẽ in il
lum, molestũ & graue onus peccati excussimus.
Requieuimus etiam alio modo, liberati terrori-
bus iupplicij quod subire oportuit, ac pœnæ de-
lictorum soluendæ. Nec usque eò solum Christi
omnium nostrũ Seruatoris gratia in nos extí-
tit, sed insuper bona in spe, regniq; cœlorum pos



CAP. XXVI. A

DIE *illo cantabunt carmen istud, in terra Iudæ, di-centes: Ecce ciuitas munita, & salus nostra ponet murum & muri propugnaculum.*] Conculcata Moabitide, id est, cultu idolorũ in totum sublato, iuxta iam mentem antè expositã, hi qui errore liberati sunt, & ad lu-cem ueritatis pertigerunt, apertis intelligentiæ oculis, agnoscent, inquit, uniuersorum opificem & Dominum, Seruatorem & Redemptorẽ, per quem omnia, & in quo omnia, qui propter nos, ad nos nostraq; fuit deductus. Huic odas & me-los ueluti lyra præcinunt, glorificantesq; dicunt: Ecce ciuitas munita, & salus nostra. Est enim ue-re tanquam ciuitas quædam probè turri defensa, & prorsus indelebilis, Dominus noster Iesus B
Christus, nimirũ spes in illum. Accipit enim eos
qui diaboli tyrannidẽ effugiunt, acceptosq; con
Iudæo seruat. Ideoq; dicebat: Oues meæ uocẽ meam au
diunt, & sequuntur me, & ego do illis uitã æter-
nam, & nemo eas dẽ manu mea rapiet. Vrbs ui-
delicet munita salutaris est, Seruator omnium, &
urbs murum habens, & propugnaculum, omnẽ
scilicet incolumitatẽ. Nam urbes optimè cinctæ
muris, non simplicẽ habent munitionẽ, & præter
magnũm murum etiã altero circummurali muni
mento obuallantur. Estq; præterea consentaneũ
ueritati illos qui hanc odam decantant, de eccle-
sia Seruatoris nostri, dicere illud: Ecce urbs mu-
nita & salutaris. Portæ enim inferorum contra eã
Iudæo non inualescent, iuxta uocẽ Seruatoris. Est enim C
ueluti quodã gemino muro circumcincta, cùm
sanctorum angelorum præsidio, tum superno &
Dei, qui est propugnaculum. est enim & ipsorũ
sanctorum spirituum robur: quippe qui solus est
cunctarum potentiarũ Dominus. Sciendum est
etiam, in sacris literis Iudam aliquando uocari
Christum, ueluti natum ex tribu Iuda, iuxta uo-
cem Iacob, dicẽtis: Iuda te laudabunt fratres tui.
In terra igitur Iuda melos cantatum est. Christi
enim ciuitas est Ecclesia.

APERITE *portas, ingrediatur populus, custodiens iusti-tiam, & custodiens ueritatem, apprehendens ueritatem, & custo-diens pacem: quia in te sperauerunt Domine usq; in perpetuum.*] Cùm agnouerint iam per uniuersam terram Do
minum nostrum Iesum Christum, eumq; cõfessi D
fuerint urbẽ esse munitã & salutiferam, murũ ha-
bentem & propugnaculũ: deinceps peropportu
nè sanctis mystagogis sacrorumq; administris,
apostolis, inquã, & euangelistis præcipit Spiri-
tus sanctus, uoce prophetæ, dicens: Aperite por
tas, id est, patefacite aditũ per fidẽ his qui uolunt,
& per inculpatã mysteriorũ institutionẽ, ingres-
sum. Et ingrediatur populus custodiens iustitiã,
& custodiens ueritatẽ. Nam diuina & Euangeli-
ca, & saluifica prædicatio, docet credentes iusti-
tiam supra legẽ, ut constanter ueritatẽ retineant.
Nec enim iam typicum aut umbratilẽ, sicut certè
antiqua lex, sed spiritualem & uerum cultum in-
ducit. Et hęc est ueritas. Apprehendens ueritatẽ.
Nimirum consectabitur, ut dicebam, non ea quę
in umbris sita sunt, sed quæ sunt per Christũ, qui
est ueritas. Custodiens pacem: qui aut quomo-
do? Nam omnino susceptus à Christo, & uetere
illa inimicitia direpta, (errans enim ab illo dis-
sidebat,) immotus erit firmusq; cultor. Hoc im-
plere illum beatus Paulus nobis fidem facit, scri-
bens: Iustificati igitur ex fide, pacem habemus a- Rom.5
pud Deum, per Dominum nostrum Iesum Chri-
stum. Repugnamus enim Deo, dum creaturę ser
uimus, carnisq; perturbationibus tenemur. Ami
ci uerò & pacati uocamur, ei soli dicentes: Domi
ne extra te alium non scimus, nomẽ tuum nomi-
namus. Præterea uitæ præstantis, & Euangelicæ
conuersationis ornamento, ueluti corona quadã,
redimiti sunt. De quibus meritò dici possit illud
factatum, hac uocẽ sanctorũ ad Deum: In te Do-
mine speranimus usq; in seculum. Non enim un-
quam sperare in Deum desistẽt, sed potius de eo
iugiter gloriabuntur.

DEVS *magnus, æternus, qui humiliando deduxit habitato-res in excelsis, urbes munitas destrues, & sternes ad terram usq;. Et proculcabunt eos pedes mansuetorum, & humilium uestigia.*] De rebus ualde admirabilibus solent sancti pro
phetæ gratias Deo omnium dominatori referre,
& tanquam exilire gaudio. Cuius ingenuitatis
summæ argumentũ cuidens, hoc esse poterit. Et-
enim impendio gaudent, uidentes Dei gloriam
amplificatam, & qui ei inuident, impuros inquã
dæmonas è medio sublatos, ad hæc Satanã quo-
que, quos munitis urbibus comparat, & in excel
sis habitare contendit. Alta enim sapiunt, & tu-
ment, ita ut contra manum Dei se efferant, pu-
tentq; immaniter resistẽdo, se nihil passuros dam
ni, sed regnum ubiq; in terræ incolas obtẽturos.
Verùm tu, inquit, & solus Deus magnus es & e-
ternus, idq; adeò ex rebus ipsis demonstrasti: hu
miliando enim, eos qui in excelsis erant deduxi-
sti, id est, superborum robur conquassasti, elatos
licet & arrogantes ad terram depressisti, & quasi
urbes munitas excidisti funditus. Hoc enim est,
usq; ad terram. Dedisti q; eos conculcando pedi-
bus mansuetorum & humilium. Qui autẽ sunt i-
sti? annon oraculorum Seruatoris custodes? qui
dominum suum imitari student, acclamantem &
dicentem: Venite ad me omnes qui laboratis &
onerati estis, & ego refocillabo uos: Tollite iugũ
meum super uos, & discite à me, quia mitis sum
& humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus
uestris. Rursus memores sumus eius qui dixit: Ec Luc.10
ce dedi uobis potestatẽ calcãdi super serpẽtes &
scorpiones & super omnẽ inimici potentiã. Cal-
catus est em draco apostata, & super aspidẽ & ba
siliscũ incedimus, qui in auxilio altissimi habita-
re uolumus, esseq; sub umbraculo Dei cœlestis,
Christi uidelicet, nam in cœlo adoratur. Quãdo
enim, inquit, primogenitum inducit in orbẽ ter- Heb.1
rarum, ait: Et adorabunt eum omnes angeli Dei.

VIA *piorum recta facta est, & præparata uia piorum. Via enim Domini iudicium. Sperauimus in nomine tuo, & in memoria quam desiderauit anima nostra.*] Beatus propheta Here
mias Euangelicæ conuersationis & iustitiæ in

Universidad de Deusto
Biblioteca



Christo meminit, dicẽs ueritatis amatoribus: Sta A
te in uijs, & interrogate semitas Domini æternas, & uidete, quæ sit uia bona, & incedite in ea, & inuenietis purificationẽ animabus uestris. Semitæ enim & uiæ Domini sunt sermones sancto rum prophetarũ, & Mosaicæ præceptionis mysteriq; de Christo uelut in umbra & figuris prædictio. Itaq; has semitas peruestigantes, uiam bonam discimus, id est, Christianæ uitæ institutionem, & incedentes in ea, nostris animabus uerã & spiritualem purificationẽ inueniemus. Rectã ergo piorũ uiã factã dicit. Quis enim non esset recta ac plana, nihilq; omnino habens præruptũ? quia uerbũ fidei dicentes, iustificamur: & per sacrosanctum baptisma abunde ac perfecte repurgamur. Recta uerò est & alio modo uia piorum. B
Nam sublatis hostibus, & amota diaboli tyrannide, omniq; difficultate expedita, quid est quod obsistat amplius, aut quod pietatis amantes possit labefactare? Specta aũt, quomodo uia piorũ quodãmodo leuigata, typicorum & umbratiliũ euersionẽ fore dicat. Infert enim non simpliciter, illud: Via Domini iudiciũ, id est, nõ uitulorũ oblationes, non ouium mactationes, non liba, aut thura, sed iudiciũ potius, id est, iustitia. Mos em̃ est scripturæ diuino afflatu proditę, iudicij nomine iustitiã subindicare: quemadmodũ etiã & beaPsal. 98 tus Dauid: Honor, inquit, regis iudicium diligit, id est, iustitiã. In honore nanq; est, tum apud Deũ tum apud homines, omne regnũ diligens iustitiam. Itaq; uia Domini iudicium. Rursus inducit C
eos oppidò quàm gaudentes, qui rectã hanc uiã ingrediuntur. Dicũt enim: Sperauimus in nomine tuo, & in memoria, quam desiderat anima nostra. Omnis siquidẽ spes nostra in Christũ conjecta est, cuius sumus etiam semper memores, hoc habentes desideriũ, quia & inde seruati sumus.

DE *nocte uigilat spiritus meus ad te Deus, propterea quòd lux præcepta tua super terram.*] Qui dicũt: Speraũimus in nomine tuo, & in memoria quã concupiuit anima nostra, adducunt porrò necessariò & illud. Diuino enim lumine in mentẽ uelut domiciliũ admisso, & inueterata erroris caligine amandata, cùm peccati nubem amotã cõspicantur, odas gratiarũ referunt, cùm se de nocte & ex tenebris euigilare ac surgere dicũt, elucẽre in illis, quę sub D
mentis notionẽ cadit, die, & lucifero denuò exoriente in cordibus eorũ, sicut scriptũ est. Talibus etiã diuinus Paulus missa epistola ait: Qui quondam tenebræ, nũc autẽ lux in Domino. Et quoq; alibi: Nec enim sumus noctis aut tenebrarũ, sed lucis filij, & filij diei. Illustratur siquidem credentium mens Euãgelicis uaticinijs. Hinc dicit etiã diuinus Dauid, uelut ad Dominũ nostrũ Iesum
Psal. 118 Christum: Lucerna pedibus meis lex tua, & lumẽ semitis meis. Caligine etenim uelut & obumbrationibus nimirũ literæ, sapiẽtissimi Mosis lex quasi incrassata est. Sed in Euãgelicis præconijs, nuda & pellucida ueritatis forma apparet, & mẽtem piorũ sentẽtijs, instar lucis infusa collustrat.

IVSTITIAM *discite qui inhabitatis terram, cessauit enim impius. Omnis qui non discit iustitiam in terra, ueritatem non faciet. Tollatur impius, ne uideat gloriam Domini.*] Dixerat uoce prophetæ Deus: Et erunt omnes docti à Deo. Vide ergo quo pacto in his uerbis sermo nobis inducat Christũ natũ ut mystagogũ quendã ducẽq; sacrorũ gentibus in ipsum credẽtibus. Nã qui semel agnouerunt eius præcepta lucẽ esse super terrã, his oportuit, oportuit inquã cognitionẽ eius quod est utile, ab eo inseri. Ouos, inquit, qui inhabitatis terrã, discite iustitiã. Similis est illi uox Dauidica: Audite hæc omnia Gẽtes, aures aduertite omnes qui inhabitatis orbẽ terrarum. Lex siquidẽ quæ in litera est, rudimentis solum carnalẽ Israelẽ informauit. Dominus aũt noster Iesus Christus, mansuetudinis lino expanso, terrã uniuersam sub cœlo quasi illaqueauit. Meritò igitur illis qui uniuersam terrã incolunt, consulit, dicens: Iustitiã ab illo dictã, id est, Euangelicam eis discendã esse. Quòd aũt damno non careat, illius sermonibus non obtẽperare, adiungit porrò & ait: Cessauit em̃ impius. Omnis qui non discit iustitiã in terra, ueritatẽ non faciet. Abibit enim, inquit, in exitiũ & interitũ, ac uelut extinguetur. Istuc enim puto significare: Cessauit omnis qui non admiserit iustitiæ Euangelicæ cognitionẽ, & qui ueritatẽ non fecerit. Veritatẽ rursus hic, uim Christianæ cõuersationis appellat, adorationemq; ac cultũ in spiritu atq; ueritate. Vmbram enim habens lex futurorũ bonorũ, & non ipsam rerũ imaginẽ, non erat ueritas. Christus autẽ illiusq; uaticinia, iustitia & ueritas non immeritò possint intelligi. Illudq; puto, dicendũ est: Factus est nobis à patre iustitia Christus, estq; præterea ueritas. Discite igitur iustitiã, inquit, & ueritatem: nimirũ, eum qui uerè filius est, & uniuersorũ opifex ac Dominus, agnoscite. Tollet quippe & exterminabit omnis impius, ne uideat gloriã Domini. Eiusmodi est illud quo Christus ipse Iudaicũ populũ alloquitur: Amen amen dico uobis, quia si non crediderit is quòd ego sum, in peccatis uestris moriemini. & rursus: Qui credit in filiũ, non iudicatur. Qui aũt nõ credit, iam iudicatus, quia non credidit in nomẽ unigenæ filij. Qui autẽ semel condemnatus est, proprijsq; peccatis immortuus, quî poterit gloriã Domini uidere? Non enim erit cum Christo, eiusq; gloriæ nullo modo particeps, sanctorum sortem non uidebit.

ET *excelsum tuũ brachiũ, et non cognouerunt: cũ uerò sciuerint, erubescent. Aemulatio apprehendet populũ ineruditũ, et nunc ignis aduersarios comedet.*] Cùm Deus sit cõminatus illis qui iustitiã non discunt, & ueritatẽ non faciũt, iuxta uerba iam antè à nobis exposita: Propheta in mentionẽ Israeliticæ ignorationis simul & inobediẽtiæ incidit. Nam uniuersorũ opifex Deus uerbũ, fortissimũ patris brachiũ, per quẽ omnia in lucẽ ortumq; producuntur, forma & æqualitate patris existens, sese ad uoluntariam exinanitionem demisit, seq; ipse humiliauit, ut scriptum est, factus homo, ut eos qui in terra sunt iustificaret, per fidẽ scilicet in ipsum: ac quæ orationem excedũt, operatus est, & cùm Deus, & ex Deo natura esset,



esset, ex rerum gestarum magnitudine dignatus A
est innotescere, inquiens: Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere: si facio, etsi mihi nõ creditis, operibus credite. At isti rerum tam mirabilium spectatores, eiusq; sermonum auditores ipsissimi, præfracti tamen & admonitionis impatientes remanserunt, imò potius oris sui fores patulas effrenesq; habuerunt. Nam Samaritanum eum, & ebriosum, & fabri filium, & nominibus adhuc odiosioribus impij audebant appellare. Cùm hæc face spiritus præsciuisset propheta, uerba hæc ad patrem ac Deum in cœlis facit, & inquit: Domine, excelsum tuum est brachiũ, & nõ cognouerunt. Etenim ex suæ præstantiæ dignitate, & uelut ex diuina gloria magnus & excelsus est, & prœualidum patris brachium, nimirum per B
quẽ fiunt omnia, Deus, uerbum. Postquã autem in carne apparuit, eius ignorauerunt gloriã: Verum erubescẽt, inquit, ubi eum didicerint esse, uidelicet uiuificum Dei uerbum. Didicerunt autẽ quomodo? Nam ipsi principẽ salutis interfecerunt, & sanctum Israel negauerunt: sicut ait diuinus Petrus: Posteaquã autem uincula mortis diruptisset, tertia die reuixit. Quod Iudæi, maximè duces resciuerunt. Et tunc tunc erubuerũt. Et ueriti ne quando resurrectionis mysterium in uulgus percelebraretur, abundè satis argenti dederunt militibus, sicut scriptũ est, ut dicerent: Discipuli eius noctu uenientes furati sunt illũ. Erubescent etiã alio modo. Quãdo enim uiderint in cõ
summatione seculi uenientẽ, in gloria patris cum C
sanctis angelis, tunc etiam pudore infinito suffusi sunt. Nã filij sponsi cùm essent, propter patres: ipsorum enim erant promissiones & legislatio & testamentum: missi tamen sunt in tenebras exteriores. Ineruditum itaq; populum nominat eos meritò. Et æmulatio, inquit, apprehendet eos, & ignis aduersarios comedet. Cùm enim abiecti fuerint, & spe in Christum ejecti, & declarati à repromissionibus alieni, gentesq; fuerunt assumptæ: hinc æmulatione conficiuntur, & tanquã igne quodã inuidię uidelicet miseri cõsumpti manent. Tale quid scriptum est in Odis, de his qui sunt sanguine Israelitico orti. Ipsi ad æmulationẽ prouocarunt me in non dijs, irritauerunt me in idolis suis. Et ego æmulatione prouocabo eos in D
non gente, in gẽte stulta ad iram cõmouebo eos.

DOMINE *Deus noster pacem da nobis, omnia enim tradidisti nobis, Domine Deus noster possidentes nos. Domine extra te aliũ non nouimus, nomen tuum nominamus.*] Consueuerũt sancti prophetæ, pro Israele preces fundere, erant enim amici Dei, & pietatis ornamẽtis pulchrè coronati. Nam ex radice Abrahami semel cùm essent sati, & ex sanguine sanctorum patrum, Israelitis tribubus suis indolere oportuit: quũ eos propter impietatẽ in Christum perire uiderent. Hinc nunc quoq; beatus propheta Hesaias pergit, dicens: Domine Deus noster, pacem da nobis, omnia enim tradidisti nobis. Si enim donaueris, inquit, pacẽ nobis, omni bono abundabimus, omniumq; tuorum donorum participes efficiemur.

Et quam pacem uiderè petũt? Necessariò ipsum petunt Christum, ipse est enim pax nostra, secundum scripturas, & per illum spirituali scilicet cognatione etiam patri copulamur. Vel illud dicit. Qui enim nondum crediderunt, & peccati maculam abiectam remotamq; non habent, à Deo seiuncti sunt, & in hostium loco iustè numerantur, & superba ceruice sunt, & aduersus ipsas Domini leges pugnant. At qui morigeri sunt, & ad frenum flexiles, & ad omnia quæ ei placent parati, amantissimi sunt, pacemq; cum eo habent. Cæterum uerè Dei donũ est, & ex superna uenit munificentia. Da igitur nobis ô Domine, ut pacem habeamus erga te, & prophano ac detestabili peccato è medio profligato, tibi spiritualiter per mediatorẽ Christum uniamur. Cuiusmodi est illud Paulina uoce dictũ rectè: Iustificati igitur ex Rom. 5
fide, pacẽ habemus erga Deum per Dominũ & Seruatorẽ nostrũ Iesum Christum. Quod ubi fit, Dei possessio & sors erimus. Hinc sapiẽter infertur illud: Domine posside nos. Extra te alium nõ scimus, nomen tuũ nominamus. Moribus enim similes sint oportet, & Deo soli coniugati, qui cũ ipso pacẽ habent: ita ut illũ & solũ sciant, & alius cõmentitij Dei nomen omnino ne lingua quidẽ præ se gerant. Solum enim illũ, quia solus est noster & natura & ueritate Deus, nominare oportet. Quale est illud, quo nos Lex sapiẽtissimi Mosis affata est, Dominum Deum tuum adorabis, & ei soli seruies, & in nomine eius iurabis.

MORTVI *uitam non uident, neq; medici resuscitabunt, propterea induxisti, & perdidisti, & iustulisti omne masculum eorum. Adde illis mala Domine, adde mala omnibus terræ gloriosis.*] Qui solum natura & uerè Deum norunt, ideoq; dicunt, Domine extra te alium non scimus. adnectunt illud necessariò: Mortui uitã nõ uidebunt, extra te scilicet. Vita enim omniũ qui est, & natura uniuersorum opifex & Dominus, omnia in uitã producit: & in eo mouemur & sumus. Sed nec medici, inquit, suscitabunt: illo uidelicet consequẽte, extra te. Omnia enim nobis à Deo, & ipse fecit de terra pharmaca; iuxta id quod scriptum est. Quãtũ igitur, inquã, ad literã pertinet, & ad primã obuiamq; uerbi speciẽ, hęc sententiarum expositio hoc modo rectè se habet, & non aliter. Cùm autẽ sermonẽ hunc prono fluxu pro *Morale.*
cedere oporteat, cumq; propheticæ subtilitatis scopus denudandus sit, illud necessariò dicimus, quosdam nondum carne tenus adhuc esse mortuos, sed esse uoluptate mundana mortuos, quicq; uita sancta, Christiana, & Euangelica non sunt prædit. Sed extra te, inquit, eiusmodi sunt, qui uitæ, qui uiuificæ gratiæ exortes sunt. Rursus extra te qui animi morbis eos qui his detinẽtur liberare ualebãt, qui & spirituales medici meritò queãt intelligi, neminẽ eorũ qui ægrotarũt, potuerũt sucitare. Spirituales aũt medicos esse dicimus, san- *Spirituales medici.*
ctos prophetas & apostolos & euãgelistas, qui sermone ad sanãdũ potẽte dirati, à peccato & diaboli nequitia uulneratos curãt. Verisimile est etiã propheticũ sermonẽ aliud nobis subinnuere.

Dominus

Universidad de Deusto
Biblioteca



Dominus enim noster Iesus Christus, potentia A & gloria parem se ei qui generat ostendens, mortuos ex monumentis resuscitauit, morbisq; extremis correptos sanauit. Veruntamen harum rerũ adeò mirabilium & incredibiliũ effector, ab his qui spectarunt non colebatur, sed illũ adeò persecuti sunt, ludæorum maximè præceptores & doctores. Quoniam igitur extra te, inquit, non possunt uitam uidere mortui. Tu enim solus es qui ad uitam excitare potes, nec suscitabit è monumentis medicus, quos ipse suscitasti: Infideles erant, insuper uerò impotenter etiam in rabiem acti sunt, quos ante alios par erat fideles extitisse: Propterea induxisti, & perdidisti, & sustulisti omne eorum masculũ. Induxisti enim illis iram. Atqui necesse est totum Israelem funditus non deleB uisse, (nam seruatæ sunt reliquiæ,) sed omne masculum eorum, id est, primarium ordinem: est enim maximè primarium, si fœminã spectes, masculum. Mares etiã forsitan uocat, apud Iudæos iuniores ac florentiores, nõ corporis robore, sed Hier.5 legalium præceptorum scientia. Quale etiam dictum est à Deo apud unum è prophetis: Vadam ad optimates, & alloquar eos. Ecce una mente contriuerunt iugum, diruperunt uincula. Quod autem præstantiores & sanctiores inter Iudæos, meritò deuoueãtur, iramq; in illum impetuosius Matth.23 effuderint, planum faciet ipse Christus, dicẽs: Vę uobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia peragratis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum: Et si contingat, facitis illum filium gehennę duplo magis quam uos estis. Et rursus etiam: Vę uobis leguleis, quoniam sustulistis clauum scientiæ, ipsi uerò nõ ingredimini, & ingressuros prohibuistis. Meritò igitur plectitur masculum, id est, quod excellit, & in honore est, & quasi fortitudine spirituali ad cognitionem legalem peruenit: quibus etiam mala uult addi. Nõ solum enim à coniunctione quæ cũ Deo est exciderunt, cùm contra Christum debaccharentur: sed & fame cõsumpti sunt, & hinc in calamitates inciderunt, regione eorum uastata & omnino euersa. Quos autem dixit mares, eosdem etiam gloriosos appellat: utpote præcellentes, alijsq; antestantes, quòd sacerdotij insignibus coronarentur.

DOMINE *in afflictione recordati sumus tui, in afflictione parua, eruditio tua nobis. Et ut parturiens propinquat ad pariendũ, & in dolore suo clamat, sic facti sumus dilecto tuo.* ] Beatus propheta ex multò maxima pietate cõtra Iudaicos ausus cõmotus, cùm dixerit: Appone mala omnibus gloriosis terræ: ne quis eum asperum immitemq; esse putet, qui non rogat ut qui peccarunt deplorentur, sed potius in afflictione malisq; uersentur: necessariò intulit quod cunctis solet obuenire, quòd nimirum in afflictionibus & necessitatibus meminisse Dei omnia potẽtis cõsueuerint. Nam summa & alta trãquillitas, remissos facit, interdum ad contemptum usq;, &, ut sic dixerim, prę nimia pigritia ipsi sua delicta nõ sentiant, cùm in hanc mentem sententiamq; prolapsi fuerint. At afflictio Deum ueluti cõtrahit, & ad agnitionem offensarũ adducit. Hac proinde de causa inquit: Appone mala gloriosis terræ: quoniam hoc omnibus cõmune est, tum maximè te habere in memoria, & tua cogitare ac sentire, quãdo in calamitatum uenerint cõmunionẽ. In afflictione enim parua erudimur: Deo non nimium graue, non nimis dirum supplicium inferẽte, sed iram potius mãsuetudine temperante. Nõ erat ergo odio habentis eos qui peccarunt, roga re ut illis afflictionem inducat, sed magis amantis, & erudiri illos rogantis: ut quia sponte ac uoluntate sua fructum non habuerunt pietatẽ, uelu ti ex necessitate ad id traducantur, in iræ diuinæ sensum uocati. Simile opinor, est illud rectè Dauidica uoce dictum: In freno & lupato maxillas Psal.31 eorum stringas, qui non propinquant ad te. Sed illi quidẽ cum intolerãda delicta patrarint, Christoq; obbacchati fuerint, in afflictionem incidẽt. Nos autẽ qui tui sumus, & tua sapimus ac loquimur, aliter affecti sumus erga dilectum tuum, id est, filium: sanè instar parturientis fœminæ tantum non clamamus contra eos qui eum dedecore aspergunt, grauiterq; ob id dolemus, ac plurimum contra eos qui ei non parent uociferamur. Estq; uerum quod dicũt. Quippe beatus ipse Hesaias Iudæorum dicacitatem increpans, qua usi Hesa.57 sunt contra Christum: Vos, inquit, accedite huc, filij iniqui, semen adulterorũ & meretricis, cui insultastis? in quẽ aperuistis os uestrũ? in quẽ laxastis lingua uestrã? Nonne uos filij estis perditionis, semẽ iniquũ? Quinimò & beatus Dauid de illis ait: Obtenebrentur oculi eorũ ne uideãt, & dorsum eorũ omnino incurua. Sũt uerò præterea cõplures sanctorũ prophetarũ sermões cõtra Iudaicã synagogã, propter hanc in Christũ impietatẽ.

PROPTER *timorem tuum Domine nos uterum gessimus & parturiuimus, & peperimus spiritum salutis, quo grauidi fuimus super terra.* ] Qui dicũt pietatis causa fuisse se dilecto Patris filio, scilicet instar fœminæ parturiẽtis, in figura sermonis prudenter cõmorantes, se parturire dicunt, & uterum tulisse, & spiritum salutis super terra peperisse. Quadrare, ut dixi, potest hæc oratio prophetis, & sanctis Apostolis & Euangelistis, qui supernæ mystagogiæ ditati ornatiq; ministerio, & uelut intelligibili semine accepto, spiritum salutis in terra peperẽrunt, nimirum doctrinã spiritualẽ, quæ uitæ æternæ conciliatrix est & procuratrix. Solet enim scriptura diuina, spiritum sæpe nominare, aliquorum scripta. Et probate, inquit, spiritus an ex Deo sint. 1.Ioan.4 Nam in Spiritu sancto salutaris prædicatio resonat, & in spiritu mũdi, quæcunq; sunt ueritati pugnantia. Scribit nimirũ diuinus Paulus de seipso 1.Cor.2 alijsq; sanctis: Nos autem non accepimus spiritum mundi huius, sed spiritum ex Deo: ut uideamus quæ sunt à Deo nobis donata. Spiritum ergo salutis uocat Euangelicam prædicationẽ: deducit enim ad sempiternam beatamq; uitam.

NON *cademus, sed cadent habitantes in terra. Resurgent mortui, & excitabuntur qui sunt in monumentis, & letabuntur qui in terra sunt. Nam ros qui à te est, sanitas illis est, terra impiorum ca-*



*rum cadet.* ] Admiratione sanè digna est sanctorũ A uigilãtia. Intelligunt enim semper uerbis quæ apud nos faciunt, occurri solere. Itaq; cùm dixissent, se illis qui in terra sunt spiritum salutis pepetisse, mortẽ tamen contra terræ incolas deinceps etiamnum inualescere uideant, quasi dixisset qui spiã: Quæ nobis utilitas diuinorũ præconiorũ? ubi salutis spiritus? cadũt enim qui sunt in terra: necessariò contrà opponunt apologiã, ac inquiunt: Resurgent mortui, gratia quidẽ Dei, quemadmodum ait beatus Paulus, Dominus noster Iesus Christus pro omnibus gustauit mortẽ, uerùm reuixit die tertio, & factus est primitiæ eorũ qui dormierunt, & radix eorum qui per ipsum ad uitam transformantur, & quasi principium humanæ naturæ, quæ exuit corruptionẽ, specq; inconB cussa uitã æternã possidebit. Itaq; prorsus ac omnino reuiuiscent mortui, & mortis imperium in totum abolebitur: uerùm cùm tempus quo resurrectio futura est, nondum adest, natura hominis interim subcidit, eo quòd moriẽdũ est, & mortẽ olim in Christo debilitatã, & in nobis quoq; ipsis futurã debilẽ, tempore suo, perfert. An igitur, inquit, istuc nostris sermonibus repugnat, salutaribusq; prædicationibus, quòd in terra qui sunt cadant? Certè hoc omnino nihil est. Resurgent eñ mortui, & quæ in terra ac monumentis sunt corpora, in uitã redibunt. Iam rursus huius quis tandem erit modus? Ros qui à te est, sanitas illis est. Et rorẽ in his uocare eum sentiunt uiuificã spiritus efficacitatẽ & potentiã, per quã excitandos C esse mortuos beatus Dauid ait. Psalmo enim canit ad Deum & dicit: Auertente enim te cõspectum, turbabuntur, & in puluerẽ suũ reuertẽtur. Est ergo ros uiuificus spiritus à Patre, per quẽ terrestribus corporib. incorruptio tribuitur: at qui in terra cadent, reuiuiscẽt. Terra uerò eorum qui uixerunt impiè cadet. Quod usu uenit regioni Iudaicæ: quippe qui in Christum debacchati fuerunt, sanctosq; mysteriorum antistites, quãtumuis spiritũ salutis in terra degẽtibus peperissent.

VADE *popule mi, ingredere in conclauia tua, claude ostiũ tuum, absconde modicum quantulumcunq;, donec pertranseat ira Domini. Ecce enim Dominus à sancto inducit iram in eos qui habitant super terram. Et reuelabit terra sanguinem suum, & non abscondet interfectos.* ] Dei persona nobis hisce uerbis D sanctorum mentem ad patientiam exhortantis, & quasi inungẽtis inducitur. Cùm enim tum sanguine Israelitico ortis, tum per totum terrarũ orbem degentibus, spiritum salutis administrãtes, id est, sacrosanctam Euangelij prædicationẽ, adornantes in graues & intolerabiles inciderent calamitates, adeoq; uitæ & sanguinis discrimẽ subiret: huic & quidem meritissimò suadet aduersus res eiusmodi iuueniles animos gerere, dicẽs: Vade populę mi, ingredere in conclauia tua. aptissimo & fausto nomine conclauia uocat, fortassis in terra monumenta: ac perinde quasi detecti essent, suadet ut fores claudant, sustineantq; parũper latere, donec ira Domini pertranseat. Dictũ enim est principio generis, id est, Adamo: Terra es, & in terrã reuertẽris: ac quidem maledicta fuit propter trãsgressionẽ hominis natura, unde corruptioni subiecta est. Hæc autẽ ex ira diuina illata soluentur, idq; in solidũ, consummationis tempore: exinanita morte, & diabolo tyrannide sublãta, peccatoq; obruto ac sepulto. Abscondere igitur, inquit, ò populę mi, sustine modicũ quantulumcunq;, donec mors ex ira Dei inflicta pertrãseat, omniumq; resurrectionis tempus declaret. Etiamsi enim, inquit, perpetiaris fortè mortem, proteruia hostiũ etiã in sanctos mysteriorũ antistites assiliente, attamen omniũ herus supplicium his qui sanctos sustulerunt inferet. Inducet enim à sancto Dominus irã super eos qui habitant in terra. Simile est hoc illi: Etiam pluit Dominus à Domino super Sodoma ignẽ & sulphur. Igitur filius à sancto patris inferet irã habitantibus super terra. ut enim ipse dixit: Pater non iudicat quen- Ioan.5 quã, sed iudicium omne dedit filio, ut omnes colãt filiũ, quemadmodũ colũt patrẽ. Instante uerò tẽpore, quo ira infligetur his qui contra sanctificatos deliquerunt, sanguinẽ suũ reuelabit terra, & non abscondet interfectos, id est, omnis sanguis qui cecidit in terrã, erit manifestus, nemoq; occultabitur, seu in oblitionẽ ueniet eorũ qui sunt oppressi iniuria. Recordabit etenim omniũ opifex, nec ullus omnino erit illorũ qui iniustè interẽpti sunt, q nõ erit notus, cuiusq; Deus nõ meminerit.

## CAP. XXVII.

DIE *illo inducet Deus gladiũ sanctum & magnũ & fortem, super draconẽ serpentem fugientẽ, super draconem serpentẽ tortuosum, & interficiet draconem.* ] Inducendã iram his qui impiè egerunt, sanctosq; occiderunt, cùm perpulchrè disseruisset, ipsum quoq; Satanã dixit, cum filijs suis una esse tollẽdum, cuius stratagematis cedentes, oppugnarunt sanctos, illorum resistẽtes prædicationibus. Illo enim, inquit, tempore, quo reteget terra sanguinem suum, sanctum gladium & acutissimũ & magnũ, prævalidum & inuictum, unigenitũ scilicet Verbum, inducet pater super draconẽ serpentem fugiẽtem, super draconẽ serpentẽ tortuosum, & interficiet draconẽ. Draconẽ uerò & serpentẽ nominat Satanã. Acerbus enim est & uenenì iaculator, & ad hæc timidus. Semper enim ei familiare est fugere. Dirus est etiã & maleficijs gaudens. Currit enim tortuosè instar bestiæ, at tolletur, quippe qui in posterũ nihil efficiet, imò magis uerborum impietatẽ luet pœnam ultimã perpessus, & in portis inferorum detentus, æternæ flãmæ materia ac opus, diuturnum ac infinitũ sustinẽs supplicium.

DIE *illo uinea bona, desiderium incipere contra eam. Ego ci- Variant ab uitas munita, ciuitas oppugnata, frustra potabo illam. Capietur e- Heb. ni in nocte die uerò cadet murus.* ] Cùm absoluerit percõmodè sermonem de his qui per fidem quasi illaqueati sunt, ostenderitq; apertissimè, ungendos unguento, & uino potãdos, in monte sancto omnium nostrũ seruatoris Christi, (montẽ aũt diximus esse ecclesiam) cumq; adiecisset ultionẽ fore eorum,

Universidad de Deusto
Biblioteca



corum, qui interfecti fuerant religionis ergô, & gladio sancto & magno draconem defectorem prorsus penitusq; perdendum, sermonem redintegrat de his quæ obtigerunt per ignorantiam, sanguine Israelitico proghatis. Sub id enim tempus, inquit, quò fidem in Christum non recipiēt: Ego uitis pulchra, cuius desiderium incipere qui spiam dixerat: Ego ciuitas munita, habetur enim hæc oratio uelut ab Hierusalem: Ero ciuitas oppugnata. Deinde personam Dei nobis inducit prophēta, dicens: Frustra dabo illi potum. Etsi enim, inquit, fuerit uitis frondosa, iuxta uocē Hieremiæ, Israel tamen protulit spinas, & per legis exhortationem sibi reddidit inutilem. Frustra igitur lege antiqua illam potauit: & si Euangelica prædicatione eā etiamnū potaret, & illud quoq; manet inutile. Quid ergo inde eueniet? Capietur nocte, die uerò cadet murus. Postquam enim ciuitatem fortem nominauit, & tamen obsessam, consecutioni sententiarum accommodatè dicit quoq; eam capi, & mœnia casura affirmat. Illud autem: Noctu capi, & interdiu casura mœnia, tale quid uidetur submonstrare. Occupata enim fuit & uastata, ut quæ fuerit tanquam in caligine ac tenebris uersata, eo quòd nō sustinuerit Christum dicentem: Donec lucem habetis, ambulate in luce, ne tenebræ uos comprehendant. Cumq; sermones eius semper paruī duxerint, miseri ueluti in tenebris comprehensi sunt. Dominatum enim est in eos peccatum. Id quod uoce Christi ad eos dictum est: Amen dico uobis, nisi credideritis quòd ego sim, in peccatis uestris moriemini. Capta est igitur manuitq; in peccatis, cecidit murus uelut in die, id est, conspicuè ac manifestè diuino munimento priuata est. Cuiusmodi etiam in principio dicit propheta beatus Hesaias: Vinea enim Domini Sabaoth, homo Iuda, nouella dilecta: Expectaui ut proferret uuam, at protulit spinas. deín adiunxit: Nunc autem annunciabo uobis quid facturus sim uineæ meæ: Auferam sepem eius, & erit direptioni, & tollam murū eius, & erit conculcationi. Et demittā uineam meam, & non putabitur neq; fodietur. Et ascendent in illam ut in terram incultam spinæ. Et nubibus mādabo, ne pluuiam in eam depluant. Vides, quo pacto uerum sit quod dixi, nimirum: Frustra potum illi dabo. Non enim pluuiam intelligibilem Israelitis dedit, sed eius sepem, atq; etiam murum diruit. Sepem quidem fortassis angelorum auxilia uocat: murum uerò inexpugnabilem & fixam eius potentiæ munitionē. Montes enim, inquit, in circuitu eius. Et Dominus in circuitu populi sui. Et si dicat, Cecidit: non significat sanè deiectum, sed potius sublatum esse: semper enim Israel destitutus præsidio fuit, prorsus expers superne misericordiæ atq; amoris.

Ioan. 12

Ioan. 8

Hesa. 5

NIHIL *est quod non apprehendit eam. Quis me ponet ut custodiam stipulam in agro? Propter hostilem hanc regionē asperna tus sum eum.*] Obsessa fuit Iudæorum regio post Seruatorem cruci affixum, & ex omnibus gentibus congregati, potentissimæ nempe Romanorum copiæ, aduersus gentem Iudaicam fortiter consurrexerūt. Quin & alio modo uastata est, intelligenter nimirum & reconditè. Tradita enim est in cōculcationem immundis spiritibus. Si enim sepimento sit priuata, & murus qui illam seruat dirutus sit, ecquis dubitare potest, quin direptioni ferarum intelligentiæ subiectarum sit expositā? Hoc siquidem uoce Dauidis dictum fuit de illa, ad uniuersorum seruatorem Christū: Quare destruxisti sepem eius, & uindemiant eam omnes qui prætergrediuntur uiam? Depopulata est eam sus ex sylua, & asinus ferus depastus est eā. Etenim per hæc, uariæ perturbationes, quibus mens Iudæorū subiugata est significat, asino extremam rationis inopiam, sue uerò uoluptatem significante. Quod igitur ab omni populatoro capi possit facilè, docet, cùm inquit: Nō est quod illam non apprehendit: non manus, non uis, uel hominum uel malorum spirituum, quæ illam nō comprehendit. Sed ô Domine, dixerit forte quispiam: Non seruasti tuum populum, non custodiuisti, non murus ei prævalidus extitisti. Certè, inquit, custodiui, & gratia mea & potentia circumuallaui: quin & custodiri oportuit tunc, cùm legis fructum haberet. At uerò, inquit, cùm eò infelicitatis deduceretur, eo spirituali laboris odio laboraret, ut nullum uirtutis fructum ederet, uideretur q; stipulæ inani, & infructuosæ similis: quis me constituet ut custodiā eam? Quæ enim est ex hac mea securitate & custodia utilitas, si bonis fructibus uacua fuerit? Quis mihi hoc persuadebit? Hoc enim denotat: Constituere ad custodiē dum stipulam in agro. Sed quomodo eò infelicitatis deuenit? rationē reddit, cùm dicit: Propter hanc hostilem regionē repudiaui eam. Cōmonstrat his uerbis tantùm nō digito Israelem. Postquam, inquit, mihi facta est infestissima, propterea & quidem iustissimè illam repudiaui. Non enim aliam hostem esse dicit hic, rursum aliam se repudiasse, sed eandem potius Hierusalem, & ut hostem demōstrat, & repudiasse dicit, deiectam uidelicet spirituali cū ipso societate. Dixit enim ei: Quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis, & noluistis? Ecce relinquitur uobis domus uestra deserta.

Matth. 23

PROPTER *hoc igitur fecit Dominus Deus omnia quæcunq; ordinauit, combustus sum, clamabunt omnes habitantes in terra.*] Cùm enim inquit, hostis facta est, & cōseruatori restitit, & uocanti ad uitam uelut inimico bellum intulit, propterea omnia quæcunq; ordinauit, id est, definiuit fieriq; decreuit, ad finē perduxit. Et quæ tandem ista? Repudiari omnino, pluuiam intelligibilem posthac nō habere, obsidionem pati, superno fauore, & munimento carere. Incensa est enim & prorsus inutilis reddita. Et combustus sum. Clamabunt enim, inquit, omnes qui habitant in illa. Si uerò quis historica his dictis adijcere mallet, incensam inueniet Hierusalem. Sin aliter, incensio omnimodam in his uerbis inutilitatē denotat, omnibusq; modis incumbentem



bentem Iudæis desolationem, diuina ira illos tantùm non incendente, & in puluerem ueluti ac cinerem redigente. Tale quid etiā dicit Hieremias diuinus propheta tanquam ad Hierusalem: Oliuam umbrosam pulchram specie uocauit Dominus nomen tuum, in uocē circuncisionis eius accensa est magna afflictio super illam. Inutiles facti sunt rami eius. Inutile est enim & noxium animæ hominis, à Deo discedere, eiusq; gratia & auxilio omnino priuari. Horridum est enim incidere in manus Dei uiuentis, & quemadmodum ait Moses: Deus noster ignis consumens est.

Hier. 11

Deut. 4

PACIAMVS *pacem cum eo, faciamus pacē qui uenimus filij Iacob. Germinabit & florebit Israel, & implebitur orbis terræ fructu eius.*] Proinde quasi Iudæi dilectioni ac fidei in Seruatorem uniuersorum Christum renunciassent, quasiq; dilectus eos repulisset, uocationemq; ad Gentes transtulisset, Christusq; à finibus terræ homines uelut reti caperet per sanctos Apostolos, Beatus propheta omnibus ubiq; gentibus fidus consultor adest iam, & dicit: Recessit Israel, recalcitrauit primogenitus, negat fidem, impius in redemptorē extitit: at nos, qui uenimus, id est, qui suo tempore ueniemus, ueniemus inquam, omnino uelut à tenebris ad lucē, ab ignorantia Græca, ad agnitionem ueri Dei, à peccatis ad iustitiam: faciamus pacem cum eo, id est, pristina simultate dissoluta, pacem apud Deum habeamus. Sublato nanq; peccato, & abolito Satana, & nemine prohibēte, qui nos à Christo secludat & separet, consentiamus eius uaticinijs, quæ uelit & dicit sequamur, Euangelij prædicationi ceruicē subdamus, sic enim faciemus pacem cū eo, cuiusmodi dicit etiā sapientiss. Paulus, his qui ex gentibus uocati sunt: Iustificati igitur ex fide, pacē habemus apud Deum per Dominum nostrum Iesum Christū. Hortatus igitur eos qui ueniunt (de quibus etiā Dauid ait: Annūciabit Domino ætas uentura) sermonē ad omnes sanctos Apostolus traducit: & cùm orbē terrarum Deo adducendum intellexisset, seu per Spiritū sanctū didicisset, exilit quodāmodo, & præ ingenti gaudio, inquit: Filij Iacob germinabūt, & efflorescet Israel, & implebitur orbis terrarū fructu eius: nati enim sunt ex sanguine Iacob, qui cognominatus est etiam Israel, diuini discipuli. Cùm uerò ab ortu in occasum, & in omnē terrā exierat sonus eorum, & in fines orbis terrarum uerba eorū, uocata est ad agnitionem gentium multitudo, & scuti uerba prophetæ habent, Impletus est orbis terrarū fructu eius. Cuius uerò? Scilicet Israelis, id est, eorum qui orti sunt Israelis sanguine. Fructus nanq; sudorum Apostolicorū sunt credentes, quos gaudium & coronā diuinus Paulus nominauit. Gloriatio enim uerè, & prædicatio sanctorum mystagogorum sunt, qui per ipsos seruati sunt.

Rom. 5

Psal. 21

Osee 11

Matth. 23

NVNQVID *ut ipse percussit, sic & ipse cædetur? & sicut ipse occidit, sic occidetur? Rixans & exprobrans emittet eos.*] Cohæret planè cum his quæ dicta sunt, horū uerborum sententia, quo autem modo quoad licet dicemus. Etenim diximus, quòd filij Iacob germinabunt, & florebit Israel, & implebitur orbis fructu eius. Sed perinde quasi urgeret quispiā ac diceret: Etiā impiè egit ultra modū Israel, præfractus enim fuit & peruicax, occiditq; sanctos, ac in quemuis iustū hominē ac prophetā grassatus est, & manum habet plenā sanguinibus: ita quomodo rursus florebit? & quomodo (quasi nihil absurdi fieret) implebitur orbis fructu eius? Quibus propheta: Nunquid, inquit, ut ipse percussit, etiā ipse sic cædetur? An ut ipse occidit, sic occidetur? Impotenti enim iracundia, & effrenato impetu contra sanctos usus, eos interfecit, quasi nullo modo misereri nouisset. Itaq; pari mensura ac pondere iræ utetur in eos fons clementiæ: sicq; tollet eos, quomodo & ipsi sanctos sustulerunt. Imò uincet ut Deus, & non in totum excindet dilectum & electum quondā propter patres. Tale quiddā est apud unum è sanctis prophetis dictū à Deo: Quid tibi faciam Ephraim, quid tibi faciā Iuda? Sicut Adama ponā te, & sicut Seboim conuersum est cor meū in hoc. Conturbabitur pœnitentia mea. Non faciā iuxta iram furoris mei. Nō relinquam ut deleatur Ephraim: quoniā Deus ego sum, & non homo in te sanctus. Nā oportuit, oportuit inquā eum qui Deus est, & non homo ut nos, & clemētia nos anteire: & ut natura quic quid ortum habet superat, sic mortalibus antestare, & hac inquam humanitate debet excellere. Itaq; florebit Israel, & implebitur orbis terrarū fructu eius, eo modo qui iam expositus est. Nō ēm sic occidetur, inquit, sicut ipse occidit, neq; pari modo ferietur, etiamsi immani furore exagitatus sanctos percusserit. Ergo quæ tandem erit mensura huius contra illos cōmotionis? Rixans, inquit, & exprobrans emittet eos. Emittet, intelligē, pro, à sua coniunctione relegabit, quod Seruator fecit, relegauit enim abdicauitq; Israelem. Rixans & exprobrans. Rixans, posuit pro increpans. Increpans enim Iudæos, & etiā exprobrās, dicebat Seruator: Hierusalem Hierusalē quæ occidis prophetas, & lapidibus obruis missos ad te. Quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum congregat gallina pullos suos sub alas, & noluistis? Ecce relinquitur domus uestra. Hoc enim erat nihil aliud, quàm affirmare discessionē ab illis nō longè abfore. Quo quidem pacto, perijt Israel, etiamsi saluæ factæ sunt reliquiæ, sicut inquit & Hesaias ipse: Et si sit numerus filiorū Israel, ut arena maris, reliquiæ saluæ erunt.

NONNE *tamen eras qui meditabaris spiritu duro interficere illos, spiritu furoris?*] Contemplare prophetam in his digna sanctis libertate utentem, & arguentē Israelē quòd sanctos debellauerit, & duro & immiti spiritu, studium adhibuerit, quo tolleret, animoq; in eos efferato irrueret. Si igitur dixero, inquit, illum sustulisse, & percussisse, minimè erit hæc falsa doctrina, sed quod dictum est, uerū apparebit. Nam ô Israel, nonne tu eras qui meditabaris, id est, solebas spiritu duro, ut dicebam, contra eos qui missi fuerant à Deo, belluino more

m grassari?

grassari? Et si negaueris, inquit, testem adhibebo ipsum uniuersorum iudicem. Dixit enim alicubi Christus illis: Quem è prophetis non occiderūt patres uestri? Rursus: Non licet prophetam perire extra Hierusalem.

PROPTER *hoc auferetur iniquitas Iacob, & hoc est benedictio eius, quando auferam peccatū eius, quando posuerint omnes lapides ararum, concisos ut puluerem minutum. Nec manebūt arbores eorum, & idola eorum excisa, uelut lucus longè.*] Interiecta reprehensione cōtra eos qui impiè se in sanctos prophetas gesserāt, prosequitur denuò beatus propheta sententiarum contextum, & inquit uelut in persona Dei: Propter hoc auferetur iniquitas Iacob. Propter hoc. Quid nam? Etenim quia ille non sic interficietur ut interfecit, neq; sic percutietur quemadmodum ipse percussit, cum Deus clementia præditus sit, quæ humanā imbecillitatē semper uincit, neq; unquam de peccatis in terra cōmissis æquale supplicium sumit, sed iram mansuetudine tēperat. hinc ait: Remittetur iniquitas Iacob, id est, experietur humanitatē, atque tēpore suo culpas ei remittet, criminibusq; eum absoluet. Et hæc est benedictio eius. Promisit enim Abrahamo dicens: Certè benedicendo benedicā tibi, & multiplicando multiplicabo semē tuū. Atqui uerò diuinus Abrahā benedictus nō erat, neq; multiplicatū est semē eius, pro ratione ac proportione peccatorū pœnas soluētibus his qui ex illius sunt orti sanguine: quoniā etsi nihil boni egerāt, sed ad ultimā impietatē deducti sunt: tamen & illi hac remissione collocupletati sunt, & custodita est trāsitq; in eos benedictiōis promissio. Quādo igit̄ inquit, auferā peccatū eius, hic erit ei modus benedictiōis. Tēpus quoq; per spicuum facit, quo ille futurus est à delictis liber. Quando em̄, inquit, uocati per fidē ad agnitionē ueri Dei, aduersus pristinū errorē pugnabūt, quādo è medio tollentur aræ, phana, & idolorū examina, quando igne concremabunt templa inanimis idolis facta, quando suas excindent arbores, præterea manufacta uelut lucum quendā: tunc quidē tunc remittet Deus etiam illis Israelitis offensas. Idq; opinor est quod lumen diuinus ille Paulus dicebat: Quando plenitudo Gentium intrabit, tum omnis Israel seruabitur. Nam concremare tēpla, lucos excindere, imagines q; subuertere, eos qui illis affixi ac dediti sunt, nihil aliud omnino significat, quàm eos, qui olim errarunt, operaq; manuū suarū adorarūt, ad ueritatis agnitionem transituros: eoq; religionis pietatisq; deuenturos, ut his quæ quondā adorauerāt, manus inijciant, deosq; ex ligno factos tanquam lucum quempiam excindant, quasiq; detondeant.

TRANSLATVS *grex dimittetur uelut grex derelictus, & erit multo tempore in depastionem, & illic requiescent, et post tempus non erit in illa quiequam uiride, propterea quòd exic cabitur.*] Translatum gregem nominat Israelē, eò quòd complures habuerit eosq; bonos pastores, tantùm non illic cohabitantes, qui eos ad omne quod laudatum est adducere dirigerēq; nouerūt. Itaq; replebaē pastoribus bonis. Sed erit, inquit, dimissus. Quid sit autē, Dimissus erit, ipse statim explicauit, dicens: Velut grex derelictus, id est, omni præside curatoreq; destitutus. Quod cùm fit, longo tēpore in depastionē prostituetur. Dirupient enim eos feræ sub intelligentiā cadētes, & potentissimæ, id est, Satanas, & quæ cum illo & sub illo sunt, potestates malæ. Nā cùm nemo malarum potestatum insultus ab hominis corde abarceat, capi facillimè poterit, demigrabitq; quocunq; illis certè uidebitur. Sicq; dicenda sunt quæ ex historia consequuntur, præda facti sunt, post crucem Saluatoris, etiam Romani exercitus. Mā sit enim apud eos, & requieuit instar stolonis cuiusdam robusti, sed paruo, inquit, tempore intercedente, nihil erit in ea uiride, eo quod exiccatū erit, id est, donec diripiant terram usq; eò, ut arida appareat, nihil habens ultrà pastionis. Hoc autem argumentū est euidens, nō prius discessuros ab eorū regione qui illā deuastāt, q; totū quod illis utile est & pretiosissimū, tantū nō deuastauerint, propriamq; sortē fecerint. Possit etiā & hæc esse oratio, si quis accipere uelit, Iudæorū corda uelut stolones quosdā, impuros dæmonas uastare. usq; eò nanq; deuorabāt ea, ut in posterū desti tuantur pabulo: q; sit in illis deinceps nihil boni, nihil saluū ac reliquū quod possit ab ijs cōsumi.

MVLIERES *uenientes à spectaculo, adeste. Non enim est populus qui habet intelligentiam, propterea non commiserabitur qui fecit eos, neq; qui formauit eos miserebitur.*] Cùm dixerit translatum gregem dimittendum esse, forecq; prædam, & in depastionē prostituendum, ut uera iam antè expolita habent, ac si iam Israel à cōiunctione quæ cum Deo est, propter impietatē in Christum excluderetur, & testamento primo, & ritibus legalibus cessantibus: præcipit sanctis mulieribus seruatoris nostri resurrectionem Euangelizare. Quorum etiā meminit Matthæus, sic inquiens: Vespera aūt sabbatorum, quę illuxescit in unam sabbatorum, uenit Maria Magdalena, & Maria alia, ut uiderent sepulchrum. Et ecce motus magnus factus est. Cùm autē ualde territæ essent, dixit illis beatus Angelus: Nolite timere uos. Scio enim quòd Iesum crucifixum quæritis. Non est hic, surrexit enim quemadmodū dixit: Adeste, & uidete locum ubi positus est, & celeriter profectæ, dicite discipulis eius, quòd fuscitatus sit à mortuis: Et ecce præcedit uos in Galilæam, illic eum uidebitis. Post uerò dicta angeli: Ecce Iesus occurrit illis, dicens: Auete. Illæ autē accedentes prehenderunt pedes eius, & adorarunt eum. Tum dicit illis Iesus: Ne timeatis, abite, renunciate discipulis meis, ut abeant in Galilæam, ibiq; me uidebūt. Igitur dimisso Israele, uos sapientes mulieres, inquit, uenite, & Euangelizate fortissimè resurrectionem eius, qui mortē occidit, interitum perimit, peccantes fide iustificat, inquinamentis implicatos liberat, qui ad nouitatem uitæ transformat accedentes ad ipsum, qui nouam in terra uitam ostendit, id est, Euangelicam, qui legalis cultus imbecillitatem abolet, ueritatem illustrat, uiam spiritualis & ueræ adoratio-

nis co-



nis colentibus ipsum, planam constituit. Venite igitur. Excidit enim spe Israel: non enim est populus qui habet intelligētiam. Excæcatus nanq; est corde, & manet in tenebris, & in caligine pecCap.3 cati detinetur. Non enim attendere uoluit dicenti Christo: Quandiu lucem habetis, ambulate in luce, ne uos tenebræ comprehendant. Admirandam uerò esse dico Seruatoris dispensationē, in his sapientissimis etiam mulieribus. Possit enim, opinor, quis dicere: An non erant sancti discipuli, quibus fortasse melius erat, utpote diuinorum dogmatum sacris administris, etiā ante alios fautum resurrectionis nuncium prædicare? Cur enim potius illi non uiderunt primi, Iesum potentiam mortis dissoluentem? Sed mulieribus apparuit, & dignitate apostolatus illis tributa, ire iubet, discipulisq; referre, Christum excitatū è mortuis. Et primæ eius gloriā spectarunt. Ad hæc dicimus: Factum esse hominē unigenitum Dei sermonem, ut infirmū curaret, hominemq; pristinis sceleribus exolueret. Oportebat igitur oportebat gratificari mulieribus, primisq; Euangelizare resurrectionē. Cùm enim prima & antiquior mulier Adamū in trāsgressionē induxisset, dictis serpentis subseruiens, fuissetq; illa mortis procuratrix & conciliatrix: cur non illa debuit tam graCap.5 uium crminum causas apostolatu depellere? Ubi enim, inquit, abundauit peccatum, exuberauit gratia. Datum est salutis Euangeliū fœminę, quę mortis ministra fuit. Dictū enim est his necessariò: Auete, ab eo qui maledictionem imposuerat Gen.1 in principio. Dixit enim illi: Paries filios. Soluta sunt ergo secūdis prima, & quod infirmum erat, curatum est. Itaq; illis præcipit Euangelium prædicare, Christi amore erga Iudæos refrigescente. Nam, inquit, postquā amentissimi & insulsi manserunt, non misericordiā capiet eorum qui fecit eos, neq; digni sunt quorum misereri oporteat.

ET *erit die illo, obsepiet Dominus à fossa fluminis, usq; ad Rhinocururon. Vos autem congregate filios Israel singulos.*] Excitatus Christus, cum præcepisset sanctis Apostolis, Profecti docete omnes gentes, baptizātes eas in nomē patris & filij & sancti spiritus: & cœlos conscendisset: ira uidelicet è supernis in eos qui impiè in ipsum debacchati sunt, descēdit. Cōsumpti enim sunt ferro & igne, insurgente cōtra eos Romanorū manu, cunctasq; eorū urbes incendente, ipsa Hierosolyma, ipsum celebre templū diruente. Terminatur igitur regio Iudææ Euphratis flumine, ueluti ad Orientē & Austrū, & ea quę uocatur * Rhinocururon. Est aūt illa urbs Ægyptū claudēs & Palæstinā. Cùm ergo Iudææ nobis terminos nominauerit, obsepturum affirmat Dominū omnia circūcirca finitima, id est, uniuersam Iudæā. Obsepiet, posuit pro obsidebit & premet, & in summas adducet difficultates. Obseptio enim siue conclusio, ineuitabilē afflictionē uel calamitatē significare poterit. Quin & alio modo intelliges illud, obsepiet. Conclusa enim quodāmodo erat mens Iudæorū, ut nullo modo posset lucē ueræ contemplationis diuinæ recipere, neq; Christi mysteriū cognoscere: sicuti beatus Paulus scribit: Excæcatio ex parte facta 2.Cor.3 est Israeli. Et ad hunc usq; diē, cū legitur Moses, uelamen cordi illorū impositū est. Et hoc est, opinor, obseptio. Quod autē hoc factum sit, non cōtra uniuersum orbē terræ, nimirum cōtra uniuersas gentes, sed cōtra solā Iudæā & qui in ea sunt, ostēdit manifestè, cùm dicit: Obseptionē nō simpliciter cōtigisse, sed à fossa fluminis usq; ad Rhinocururā. Et hoc quidē dicit euenturum populo Iudaico qui prophetas occidit, & missos à Deo lapidauit, ipsumq; filiū cruci affixit. Deinde sermonē transfert ad omnium nostrum Seruatoris Christi personā, disserentis & dicētis sanctis Apostolis, uidelicet omnibus, succedēte tempore, Euangeliū eius ministrantibus, & mystica sacra tractare solitis: Vos aūt congregate filios Israel, singulos. Id est, ne multis uerbis utantur, quibus docēdi prouincia cōcredita est, etiamsi nō uideatur Israel cōfertim ingredi: at si quis inter eos sit intelligēs, uocetur per fidē, ueniatq; per se quisq; & tanquā selecti. Saluę enim sunt reliquiæ Israel. Et quidē diuini discipuli eos alloquuti sunt sæpe numero, quemadmodū sanè diuinus Petrus: Et Act.3 nunc fratres, inquit, scio quòd ex ignorantia fecistis, quemadmodū & principes uestri. Resipiscite itaq;, & baptizetur unusquisq; uestrū in nomine Domini nostri Iesu Christi, & accipetis donū Sancti spiritus. Vobis enim sunt promissiones & filijs uestris. Et capta est haud modica multitudo. Verùm hi præ uniuersa gente Iudęorum paucissimi omnino erant. Et ueluti sigillatim per se quisq; absumebatur, seruatus per fidem, uidelicet in Christo.

ET *erit die illo, clangent tuba magna, & uenient qui pereūt in regione Assyriorum, & qui pereunt in Aegypto, & adorabunt Dominum super montem sanctū in Hierusalem.*] Mos est sanctis prophetis, obscuritate quadā suum obtegere sermonē, & (quoniam effrenes ac præcipites in iram erant Israelitæ) media quadā uia in sentētijs incedere, ita ut sit sæpe obscurum quod significatur. Tuba canere non alios dicit, ut arbitror, quàm sanctos mysteriorū antistites, & nō simpliciter tuba canere, sed tuba magna, id est, Euangelica prædicatione tantū non resonare, & magnū quiddā & stupendū clamare in terra degētibus. Etenim uerè in omnē terrā exiuit sonus eorū, & Psal.18 in fines orbis uerba eorum. Tuba quoq; usus est suo tēpore magnus Moses, at non magna. Exili enim uoce prædixus erat, & tarda lingua: & legaliū prædicationū uis ad solā regionē Iudæorum cōtrahebatur. At diuina & salutifera prædicatio cunctas urbes peruadit & regiones, & ueluti per uniuersam terrā quæ sub cœlo est intonuit. Tale quid etiā in libris Mosaicis scriptū est. Ambulauit enim uniuersorū Deus specie ignis super mōte Sina. Erant aūt fumi & grandines, & caligine Exod.19 profunda ætherium corpus obtenebratū est, sed etiā, inquit, uox tubæ sonabat ualde. tum his subinfert, dicens: Factæ sunt aūt uoces tubæ procedentes multò fortiores. Initio enim lex exilii uo-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ce resonabat, at tempore præcedẽte, uoces tubæ
factæ sunt quàm fortissimæ. Illo, inquit, tẽpore,
magna tuba clangent, id est, Euãgelicum præco
nium resonabunt: eos qui errauerũt colligentes,
& qui loco captiuorũ facti sunt, ac idololatriæ la
queis impliciti, à pristino errore extrahentes. Ve
nient enim, inquit, perditi in regione Assyriorũ,
& perditi in Ægypto, & adorabunt Dominũ in
mõte sancto in Hierusalẽ. Duas regiones posuit
maximè præ cæteris superstitiosas, Assyriorum,
inquã, & Ægyptiorum: Sed hi, inquit, qui in illis
perierunt, uenient uocati per fidẽ ad agnitionem
ueri Domini & Dei, adorabuntq; eum, non in
phanis contaminatis, sed in monte sancto, eccle-
sia uidelicet: quam etiam Hierusalem nominat:
montem quidem, eo quòd humile omnino nihil B
humiue repens existat in ecclesijs, sed altis & sub
limibus præcellat opinionibus: Hierusalem ue-
rò, quòd sit uere pacis uisio.

## CAP. XXVIII.

VAE *coronæ iniuriæ, mercenarij Ephraim, flos ca-
dens de gloria super uertice montis pinguis, ebrij
sine uino.* ] Cùm supra ostenderit uocã-
dos esse per fidẽ ad agnitionem ueri-
tatis, omnesq; adoraturos Dominum quicunq;
perierunt laqueis detenti idololatriæ, orationem
ad proceres Iudæorum traducit, qui impietatis
in Christum origo & occasio populo subdito ex
titerunt. Non enim eos per legem & prophetas
adduxerũt ad agnitionem eorum quæ promissa C
fuerant antiquitùs, sed & in foueam interitus de-
pressos, excõmunicarunt, exterminaruntq; e Sy
nagoga, qui illum esse Christum cõfessi sunt. Sic
etenim ait diuinus Ioannes. Conuellẽtes autem
ueluti & labefactantes fidem in illo, & gregario
rum mentem à fide recta abducentes, Iesum Sa-
maritanum & ebriosum & ex scortatione natũ
appellitarunt. Et quod adhuc his magis est im-
pium, ad Pilatum adduxerunt, & ut crucifigere-
tur rogauerunt, quantumq; in ipsis erat, uitæ
principem occiderunt. Verùm calcata morte re-
uixit, ut qui uita esset natura tanquam Deus, et-
iamsi in carne existeret. Væ igitur, inquit, coro-
næ iniuriæ. Coronam eos uocat. Erant enim illi
totius Israelis corona ueluti quędam & gloria, sa D
cerdotij insignibus excellentes, & principatus
autoritatẽ sortiti. Verùm in hac dignitate et præ
rogatiua sibi deputata non permanserunt, imò
exciderunt potius, cùm facti essent Corona iniu
riæ, seu insolentiæ. Circundati enim ignominia
& labe, impietatisq; crimine implicati, tanquam
flos emarcuerunt. Erant enim illi mercenarij E-
phraim. Ephraim dicit Iuda, quòd esset ex tribu
Ephraim. Illum nanq; mercede conduxerunt Iu-
daicæ synagogæ præfecti, ut essent cædis eorum
administri, & hunc doctorem traderent. Væ er-
go, inquit, coronæ iniuriæ, id est, proceribus, qui
etiam mercede conduxerunt Ephraim, scilicet
eum qui esset è tribu Ephraim. Hanc namq; ob
causam facti sunt uelut flos cadens de gloria.

A Quemadmodũ enim florum gloria est, sine mar-
core esse, & in suæ naturæ pulchritudine consp
ci, pari modo & in nobis ipsis posse intelligi arbi
tror. Quãdiu enim uersamur, in quibus nos uersa
ri conuenit, animæ nostræ pulchritudinem dili-
genter custodimus illibatam: at mente nostra ad
ea quæ parum decet transuersa, flos erimus cu-
ius decora gloria defluxit. Quod usu uenit Scri-
bis & Pharisæis, mente, sermone, conatibus, om-
nibusq; prodigiosis machinamentis cõtra Chri-
stum initructis. At ubi erat flos decidens de glo-
ria, & quo pacto? Sortem obtinuerat: In uertice
montis pinguis. Montem pinguẽ, Israelem no-
minat: pinguẽ quidem quòd tranquillitate & se
curitate gestiret, montem uerò quòd in sublimi à
B Deo collocaretur, quod ad nobilitatem, inquit, *Hesa.8*
attinet. Ait enim ipse de Israelitis: Filios genui &
euexi. Est autem familiare diuinæ scripturæ ma-
trem Iudæorum, Hierusalem inquam monti cõ-
parare quandoq;. Positi igitur erant flos in uerti-
ce montis, id est, supra omnes & in omnes uelut
principes, & ad imperitandum alijs suffragio le-
gis delecti. Hi erant ebrij sine uino. Etenim ex ui
te Sodomorum erat uitis eorum, & sarmentum
eorum ex Gomorrha, uua bilis, botrus amarus il
lis, & ira draconum insanabilis. Inebriati sunt e-
nim, non hoc uinum subiectum sensibus bibẽ-
do, sed ex impotenti ira & furore ebrietatem, &
diabolicæ peruersitatis obtenebrationem in ani
mi quasi domicilium admittendo.

C ECCE *fortẽ et durũ ira Domini, sicut grando quæ deorsum
demittitur non habens uelamentũ, (seu quod impediat) uiolenter
demittitur, uelut aquæ magnæ uis trahens regionem, in terra ficiet
quietẽ, manibus & pedibus et cõculcabitur corona superbiæ, mer
cenarij Ephraim.* ] Quomodo illis dira cõtingent, &
quòd impietatis in Christum pœnas daturi sint,
in durã & implacabilẽ iram iusti iudicis inciden-
tes: hisce uerbis propheticus sermo nobis submõ
strat. Veniet enim, inquit, ueniet contra nos du-
ra & sæua ira Domini, sicq; ueniet perinde quasi
grando demitteretur contra eos qui non habent
uelamentũ, demissa uiolenter, id est, non tolerabi
liter, sed potius fortiter & acriter, ac si quis funda
uibrata, immaniter aliquẽ impeteret. Veniet er-
go, inquit, instar grandinis, aut tanquã uis aquæ
multæ trahens regionem. Est autẽ & hoc inexpu D
gnabile. Agedum enim flumine, ut exempli cau-
sa dicã, uel torrẽte impetuosissimè demisso, quid
est, quod obstare aut resistere ualeat, quodq; a-
quarum irruptioni non cedat? Veniat igitur ue-
lut aqua, totam inundans regionem, uidelicet Iu
dæorum. Erit autem casus tam horribilis, ut in to
ta terra facturus sit requiem. At qualem requiem
& quam? Manibus & pedibus. Est autẽ hæc uer-
borum sententia. Nam qui natare discunt, siqui-
dem sit aquarum status placidus & uelut tracta-
bilis, pedibus manibusq; adductis & porrectis,
mediocriterq; laborantibus, suffocationis peri-
culum effugiunt. At impetus aquarũ si omnino
irruat ita, ut exitus non pateat, quiescit ac desinit
natare omnino captus, uideturq; labore libera-
tus,



tus, ac cùm sit prorsus submersus, ut deinceps A
præfocetur, necesse est. Itaq; Ironiam habet hæc
oratio, cùm ait terræ facturã requiem aquam, re-
quiemq; manibus & pedibus. Simile est enim ac
si diceret, frustra laboret nemo, ut aduentanti in
omnes calamitati occurrat. Adeò enim impetuo
se ruet, ut si laborare uellent, nec consilio proui-
dere possint, nec cogitatione præcipere. Nemo
enim enatabit, ac uelit nolit deprimetur, quocun
que aqua attrahens detulerit, id est, uiolentissi-
ma & inuulnerabilis manus Romani exercitus.
Tunc quidem tunc cõculcabitur, id est, pedibus
eorum quos dixi subijcietur: Corona superbiæ,
mercenarij Ephraim. Qui nam autẽ isti sunt, ex
his quæ iam supra dicta sunt cognouimus.

ET *flos cadet de spe gloriæ, in summo montis excelsi, uelut* B
*præcoquus ficus quem simul atq; uidit aliquis, priusquam eum ma
nu capiat, deuorabit.* ] Quid sit ille flos decidẽs de spe
gloriæ, & quid præterea significauerit, in uertice
montis excelsi situ esse cõspici, ex paulo antè di-
ctis euasit perspicuũ. Florẽ igitur utpote in mon
te conspicuum, uel Israelẽ, uel eos qui ut præsint
delecti sunt, optimè intelliges. Sed erit, inquit, tã
quam præcoquus ficus. Nam cùm fructus in ficu
matures cunt, si quis forte alios præuenit & ante-
uertit, fiatq; ita aptus esui, qui uidet, alacriter in-
uadit cupitq; deuorare, & fortassis impetu ad
hoc inflammato, quãtum ad appetitum attinet,
manum se extendere cunctantem accusat, oreq;
diducto in ramos assultat. Sic erit, inquit, diripiẽ- C
tibus Israel. Deuoratus est enim, ut dicebã, à Ro-
manis, dulcisq; cibus factus est capientibus.

DIE *illo erit Dominus Sabaoth corona spei, ornamentum
gloriæ relicto populo meo. Derelinquentur in spiritu iudicij super
iudicium & fortitudinem * prohibens interficere.* ] Quæ, &
quomodo, domini interfectoribus euẽtura sunt,
exposuit nobis hisce uerbis oratio. Deinceps ad
ducit porrò explicationẽ de fidelibus, non enim
in totum perijt Israel, sed iuxta uocem prophetę,
reliquiæ saluæ factæ sunt. Credidit nanq; in Chri
stũ non parua multitudo, cuius principiũ quod-
dam & quasi primitię extitit sanctorum Aposto
lorum chorus. Eo igitur tẽpore, inquit, erit Do-
minus Sabaoth corona spei, ornamẽtum gloriæ,
derelicto populo meo. Ipse enim exercituũ Do- D
minus coronabit credentes spe & gloria: spe fu-
turorum uidelicet bonorum: gloria, quòd cum il
lo simul regnabunt, & summorũ donorum facti
participes, admirabiles existẽt & illustres. Quid
enim ad rationem honoris par esse poterit spẽ
tibus, se regni in Christo coronam accepturos?
Ad hæc alibi dicit ipse propheta Hesaias: Et eris
corona pulchritudinis, & diadema regni in ma-
nu Dei tui. Gloria enim infinita coronabit credẽ
tes in se Christus, speq; opima recreabit quasiq;
saginabit. Taliũ, inquit, particeps erit derelictus
populus meus, scilicet Iudæorum reliquiæ: com-
prehenso uidelicet etiam alio populo, nimirum
ex gentibus: qui in Christo magna fiducia conce
pta, orant & clamant ad patrem & Deum cœle-
stem: Domine, uelut armis beneuolẽtiæ corona-

sti nos. Beneuolente enim & placato Deo & pa-
tre, arma nobis infracta exhibitus & factus est
Christus, se telis maligni pro nobis opponẽs, po
pulumq; suum inuulneratum, & ab eius malicia
immunem intactumq; custodiuit. Istud demum,
ut opinor, significat, quòd dicit de populo dereli
cto, id est, fide iustificatis. Derelinquentur in spi-
ritu iudicij, super iudicium & fortitudinẽ prohi-
bens interficere. Semel enim olim Satanas, ut ità
dicam, interfecit terrigenas, in peccati uoraginẽ
dejectos. Non enim erat qui rectè faciat, nõ erat *Psal.57*
ne unus: sed omnes declinarunt, simul inutiles fa
cti sunt, iuxta uocem Psallentis. At postea quã fa
ctus esset homo unigena Dei sermo, nostrum iu-
dicauit iudicium, & inter nos & Satanam tyran-
num, se arbitrum interposuit, ac illius stragẽ dam
nauit, & è terra uelut pernicio sum & homicidam
exterminauit: itaq; perditos, id est, nos seruauit.
Idq; docet inquiens: Nunc iudiciũ est huius mun *Ioan.12*
di, nunc princeps mũdi huius ejicietur foras. &:
Si exaltatus fuero de terra, omnes trahã ad mei-
psum. Quippe diserte ait: Non misit Deus filium
suum in mundum, ut iudicet mundũ: sed ut mun
dus seruetur per illum. Quomodo ergo dicit iu-
dicium est mundi huius? Nos enim sumus hi qui
quondam clamarunt, uoce Prophetæ: Excitare
Domine, & attẽde iudicio meo, Deus mi, & Do
mine mi, causæ meæ. Nam etiã iudicio de nobis
iusto facto, gratias agimus & dicimus: Confite-
mur tibi Domine, toto corde meo, narrabo om-
nia mirabilia tua. Psallam nomini tuo Altissimẽ.
Et quam ob causam? Quia fecisti iudicium meũ,
& egisti causam meam: sedisti in solio iudicãs iu-
dicium: Increpuisti gentes, & perijt impius. Incre
patæ sunt cateruæ dæmonum, simulq; cum illis
perijt impius, id est, Satan. Derelinquentur igi-
tur, id est, conseruabuntur in spiritu iudicij. Iudi-
cauit enim & iustificauit, ut dixi, super iudicium
& fortitudinem, id est, recto iudicio & potentia,
uidelicet diuina. Prohibens interficere eos qui
credunt in eum.

HI *enim uino errauerunt. Errauerunt præ sicera. Sacerdos et
Propheta mente alienati sunt præ uino. Vacillauerunt propter e-
brietatem siceræ, errauerunt. Hæc est uisio.* ] Describit ali-
quo modo eos qui lapsi sunt, quiq; Deum diuti-
na hac inobedientia offenderunt. Errauerunt eñ
tales, inquit, uino & ebrietate titubantes, nõ qui-
dẽ sensibus subiecta aut corporea: at potius men
tis cæcitate capti, quã hominib. ocio & ignauiæ
deditis, dirus draco immittit. Scribit enim diui-
nus Paulus: Deus seculi huius obtenebrauit in-
telligentiã infidelium, ne lux Euangelij gloriæ Dei
illucesceret. Vinũ igitur & sicerã ex diaboli per-
uersitate in animos hominũ immissam, rectissi-
mè tenebras uocat. Stupore autẽ & admiratione
ueluti percellitur, quòd non solùm indoctissima
gregariorum multitudo hoc morbo laborare ui-
deatur: uerùm etiã sacerdos & propheta mente
præ uino excesserint. Vinũ rursus ebrietatem ex
ignorantia uocat. Mirum uerò uidere, sacerdotẽ
& prophetam hoc pati cum reliquis. Nam quos

æquum erat alios instituere, & ad utilitatẽ indagandam & uenandã dirigere, & salutis semitã ostendere: hi, & quidẽ præ alijs, tenebras receperunt: ita ut uacillarent, & quouis uento, idq; ex hac mentis ebrietate, circumferrentur. Dixit aũt quispiã, inquit, hanc rem ueluti phasma ac uisionem esse: id est, miraculum uel stuporẽ. Quando enim præter spem & opinionẽ quidpiã cõtingit, tunc uidentibus quendã uehementẽ stuporẽ incutit. His autẽ uerbis prophetam dicit, non omnino uerum, & à Deo missum: sed potius quã sibi ipsi gloriã existimationemq; prophetæ affingit: de quibus loquitur uoce Iezechielis: Væ prophetantibus ex corde suo, & non ex ore Domini. Accusatur etiã uoce Hesaiæ. Nã de Hierusalẽ dicit: Duces illius propter munera iudicabant, Prophetæ eius propter argentũ uaticinabantur.

EXECRATIO *deuorabit hoc consilium. Hoc enim consilium est propter auaritiam.*] Cùm ait errasse sacerdotẽ pariter & prophetã, & sana mẽte motos esse propter uinum ex uitibus Sodomorũ, & animi ebrietatem: cumq; adijceret, hoc esse uisionem seu spectrum, id est, obstupefactionem, & ueluti miraculum: statim demonstrat occasionem huius stuporis, & excessus ebrietatisq; sacerdotum crimina. Ideoq; inquit: Execratio deuorabit hoc consiliũ. Execrabilis enim ludæorum consultatio fuit uerè, in Christum inquam omnium nostrũ Seruatorẽ. Præmisit enim Deus & pater sanctos prophetas, & eos occiderũt. Dein post illos, misit dilectum, ut perciperet fructus uineæ suæ, ut in Euangelica parabola habetur. Præfecti aũt uineæ stultissimi agricolæ & si intelligerent illũ esse filiũ, & loci dominũ, dixerunt tamen inquit, apud sese: Hic est hæres, Adeste, occidamus eum, & habeamus inter nos hæreditatẽ eius. Execrabile ergo est, inquit, hoc consilium. Huius etiã meminit
Psal. 2 beatus Dauid, nunc dicens: Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes congregati sunt in unum, aduersus Dominũ, & aduersus unctum eius: nunc rursus de his qui talia deliquerũt: Euertes eos & non ædificabis eos: quia declinauerũt in te mala, cogitauerunt consiliũ quod nõ potuerunt stabilire. Quantũ enim ad illorũ uim & conatus attinet, occiderunt filiũ, rati se herilẽ sortẽ obtẽturos: at ut Deus reuixit, & malos male perdidit, sceleratos & stultos agricolas, & fundũ dedit alijs, nimirũ sanctis Apostolis & Euãgelistis, & sanctarum ecclesiarum doctoribus. Execrabile igitur consilium Iudæorum: factum est enim auaritiæ causa. Est enim uerè auaritia, seruos uelle superiores esse hero, & suũ patrimonium fieri id, cuius sunt constituti cultores: maximè cùm mercedem habeant satis amplam, sacerdotij præmia, honoresq; quibus alijs præsident.

CVI *annunciauimus malaꝰ & cui annunciauimus nunciũ?*] Sanctis prophetis in more est, adeoq; uniuersæ scripturæ diuinæ, duabus rebus hominẽ inducere & impellere, ut rectè uitã instituere uelit. Aut enim supplicij terrore frangunt obfirmatum animum, & ad melius incitant: aut premiorũ pollicitationibus audentiores efficiũt, ut uirilia pro pietate facinora fortiter subeãt. Quale est illud uoce
Hesa. 1 Hesaiæ ad Iudæos: Si uolueritis, & audieritis me, bona terræ edetis. Si uerò nolueritis, neq; auditis me, gladius uos deuorabit. Os enim Domini loquutũ est hæc. Ostẽdit igitur Israelẽ indomitum, sermones sanctorũ Prophetarũ ueluti contempsisse, cùm ait: Cui annunciauimus malaꝰ & cui annũciauimus nunciũ? Ecce enim ecce, Cui? inquit, pro, duro & rebelli & imprudẽti populo ministrauimus, & è supernis diuinorũ sermonũ legationẽ afferentes, annunciauimus illi mala, id est, supplicia, minas: quæ prorsus certè ad caput eorum, qui cõtumaces esse solent affigentur: An nunciauimus nunciũ, id est, læta, annunciauimus bona, his qui bene consueuerunt agere diuinitus destinata. At nihilo melior reddetur intractabilis Israel, procliuis ad delicta, multumq; laborans morbo inobedientiæ. Quũ igitur dicit: Cui? nullo modo dignũ significat. Etenim post hãc adeò clarã sanctorum Prophetarũ prædictionẽ, nihilo secius tamen refractarij extiterunt & improbi, & omnibus uitijs animũ refertũ repletumq; habentes. Quin & immanes facti sunt ministri diabolicæ crudelitatis & amarulentiæ. Cruci enim tradiderunt uniuersorum Seruatorẽ & Redemptorẽ, Christum inquam, per quem & quo cum sit patri gloria cum Spiritu sancto in secula, Amen.

# CYRILLI COMMENTARIORVM IN HESAIAM,

*Libri Tertij,*

*Tomus secundus.*

ABLACTATI *à lacte, aulsi ab ubere, afflictionem afflictioni adijce, spem spei, adhuc paruũ propter irrisionem labiorum, propter linguam alteram.*] Desijt nobis oratio prima, in hoc: Cui annunciauimus malaꝰ & cui annunciauimus nuncium? Prædictorum uerò sententiam interpretantes, diximus sancto rum prophetarum personam introductam esse, ortos ex sanguine Israelitico quodammodo increpantium: quippe qui temerè ac frustra illorũ sermonibus interfint, nihilo autem meliores reddantur, tametsi mala illis & nunciũ fuissent prænunciata. Ac mala quidem esse, confirmauimus supplicia delinquentibus destinata: nuncia uerò, in spe bona honores. Itaq; perinde quasi nihil iuuarentur qui ex sanguine Israelitico oriundi sunt licet annũciauerint illis Prophetæ hæc à Deo, minas, (inquã,) & futurorũ bonorũ repromissiones: Cui, inquit, annunciauimus malaꝰ & cui annunciauimus nuncium? Iam cùm sancti prophetæ ueluti conticuerint, suumq; sermonem finiuerint, ipse uniuersorum Deus sanctus compellat, dicens: Ablactati à lacte, aulsi ab ubere, afflictionem afflictioni adijce, spem spei.



Nam qui admonitioni recalcitrãt, & frenũ iamdiu abiecerũt, meritò repudiati sunt, & salutis in Christo expertes ibunt in interitũ. Vos aũt deinceps per fidem uocati ad agnitionem ueritatis, qui tanquã ab uberè & lacte legalis pædagogiæ abstracti estis, cibum olim paruulis accõmodatũ capientes, & rudiori mente præditi, prouecti uerò nunc in uirum perfectũ, in mensurã ætatis plenitudinis Christi, & ad cibum perfectis aptũ transeuntes, quiq; non ignari sermonis iustitiæ extitistis: præparate corda uestra, ut nouã prædicationẽ Euãgelicæ cõuersationis suscipiatis, Christiq; oracula. Viros uos præbete patientia, & si afflictio accedat crebra, alia ex alia succedẽs, excitatis tentationibus, & persequentium crudelitate grassante in uos, sustinete paululũ, & paululũ sufferte afflictiones, ut et spe diuites sitis, spe, inquã,
1. Cor. 2 quæ mentẽ humanã excedit. Oculus eñ, inquit, non uidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit, quæ præparauit Deus diligẽtibus se. Deinde ostendit quæ nam sit prima illa cõtra eos afflictio. Propter irrisionem, inquit, labiorũ, & propter linguã alteram. Est autẽ hæc mens prophetica. In actibus sanctorum Apostolorum scri
Act. 1 ptum est: Die Pentecostes erãt omnes simul congregati in unum. Et ecce factus est de cœlo sonitus, quasi ruens uentus uehemens. Deinde ait: Conspectæ sunt illis diuiduæ linguę instar ignis, & eorum unicuiq; insedit. Et cœperunt loqui uarijs linguis, prout Spiritus dabat eis eloqui. Præceperat enim Christus illis, ut Hierosolymis non recederẽt, sed expectarẽt promissionem patris, donec ex alto induantur uirtute. Deinde descendentes loquuti sunt Israelitis, omnibusq; ex alijs regionib. datis sibi à Deo linguis, & stupore perculsi sunt audiẽtes, & dicebãt: Nonne oẽs qui loquunt Iudæi sunt? Et quomodo nos audimus eos loquẽtes, sua quisq; lingua? Alij aũt dixerũt, inquit, Musto pleni sunt, id est, ebrij sunt: hoc est, opinor, per irrisionẽ labiorũ, propter linguã alterã. Loquẽbantur enim linguis diuersis, magnifica Dei omnia potentis. Et hoc prædixit: Varijs linguis, inquit, & labijs uarijs loquar populo huic, neq; tamen sic credent. Cùm autẽ oportuisset certa fide signum accipere, et cogitare ob hoc diuinitùs factũ esse hoc uaticinium: hoc minimè fecerunt, sed exprobrantes illis ebrietatẽ, increduli esse perrexerunt.

QVIA *loquentur populo huic dicentes: Hæc est requies bibenti, & hæc contritio, & noluerunt audire.*] Dixit alicubi Deus, cõtumacia Iudæorũ offensus: Ecce ego induco famẽ in terrã, non famem panis, neq; sitim aquæ, sed famẽ audiendi sermonẽ Dñi: & ab Oriente ad Occidentem circuibunt, quærẽt sermonem Dñi, & non inuenient. Inducta est igitur fames intelligentiæ Israelitis, quia non susceperũt per fidem panem uitæ, qui de cœlo descendens uitam dedit mundo: ideoq; inopia cibi diuinitùs
Luc. 4 dati, iustissimè laborarunt. Non enim, inquit, solo pane uiuet homo, sed communi uerbo quod egreditur ex ore Dei. Debacchati sunt autem in uniuersorum Seruatorem & Redemptorem: at tamen bonus cùm sit, uocauit ad resipiscentiam per sanctos Apostolos. Alloquitur ergo illos beatus Petrus, quòd sanctum & iustũ negauerint, & uitæ principem occiderint, & homicidam sibi donari petiuerint. Quin & hoc adiecit: Et nunc scio, fratres, quòd per ignorantiam feceritis, sicut & principes uestri. Pœnitentiam igitur agite, & baptizetur unusquisque uestrũm in nomine Domini Iesu, & accipietis donũ Sancti spiritus: uobis enim sunt promissiones, & filijs uestris. Itaq;, inquit, auulsi ab ubere & lacte, uocati ad Apostolatum, & nouæ prædicationis ministri facti, loquentur populo huic, clarè ostendentes, quæ nã sit requies bibenti, & quæ sit cõtritio, id est, quid utile, quid secus. At non audiuerunt. Vnde, opinor, motus quidam è sanctis, eos affatus est: Duræ ceruicis & inobediẽtes corde, uos sancto Spiritui resistitis. Vide enim quo pacto illi, quãtumuis intolerabiliter impij fuerint pædagogos habuerint sanctos Apostolos, ad resipiscẽtiam adducentes, & utilitatis cognitionem instillantes, ac moribus incommodis ac præfractis, supra modum præditi.

ET *erit eis uerbum Dei, afflictio super afflictionem, spes super spem.*] Quibus tandem? Sanctis Apostolis uidelicet & Euangelistis, qui diuinum sacræ prædicationis munus administrantes, orbem terrarum peragrabant, eos qui errant irretientes, adducentes Christo per fidem eos, qui olim dicebant ligno: Pater meus es tu. & lapidi: Tu genuisti me. Verùm non sine sudore cursum sui Apostolatus confecerunt, sed afflicti, uexati, & hostium Dei insidias sustinentes, factumq; est eis uerbum Domini, afflictio super afflictionẽ, nec id solùm, sed & spes ad spem. Exantlatis enim pro pietate in Christum laboribus, in spe diuturna, imò infinita erunt, & unà cum Christo regnantes, corona incorruptionis cingentur.

ADHVC *paululũ, adhuc paululum, ut uadant, & cadant in posteriora, & periclitentur, & conterantur, & capiantur.*] Extimulat ad fortitudinem, & inungit ad patientiam sanctos Apostolos. Prædicarunt enim Israelitis, & salutis sermonem faustum illis annunciarunt. Verùm in eos tanquam indomitæ bestiæ insiliebant, ad conciliabula pertrahebant, illisq; charitatem in Christum germanam, tanquam piaculare scelus crimini dabant, & acerbis dicterijs incessebant, & plagis ac uerberibus afficientes, & excoriantes dicebant: Inter- Act. 4
dicto interdiximus uobis, ne cuiquam loquamini in nomine isto: Et ecce impleuistis Hierusalem doctrina uestra. Quin alijs quoque modis insultantes, & immaniter insidiantes afflixerunt eos, laboremq; illis facessiuerunt. Pertexit itaque uniuersorum Deus illis consolationem uberrimam, & cædem persequentium quæ nondum aduenerat, antè demonstrat, inquiens: Adhuc paululum, adhuc paululum. Non enim longe aberit tempus, quum retrò cadent illi, & conterentur, & in pericula adducentur,

& capientur, ruentq; in interitum. Hoc autem di A cimus euenisse Iudaico populo, spiritualiter simul & corporaliter seu sensibiliter. Periclitati sunt enim, & perierunt bifariam: partim bello & obsidione consumpti, partim q; essent dulcis præda Satanæ, & ex impietate hauserint quasi cōfluerintq; suo capiti interitum.

PROPTER *hoc audite uerbū Domini uiri afflicti, et principes populi huius in Hierusalē, quoniam dixistis: Fecimus fœdus cum inferis, & pacta cum morte. Turbo irruens si pertransierit, nequaquā ueniet ad nos: posuimus in mendacio spem nostram, & mendacio protegemur.* ] Quoniā, inquit, intolerabilia sunt futura contra uos, & acre ac ineuitabile supplicium excipiet eos qui se omni impietati dediderūt: propterea audite uerbum Domini. Licuit enim illis declinare à malo, si Apostolicis prædicationibus mentem intenderent, hisq; quę Christus loquutus est uerè annuerēt. Audite ergo uerbum Domini uiri afflicti, & principes populi huius in Hierusalē. Afflictos dicit Israelitas, uidelicet lege quæ cōdemnat oneratos. Iram enim lex operatur. Et qui legē Mosis reiecerat, sine miseri cordia sub duob. aut tribus testibus moriē. Quippe Paulus sapientissimus epistola missa his qui post fidē, nimirum in Christum, ad legis umbras 2. Cor. 6 redire uoluerunt, inquit: Os nostrum apertū est erga uos ô Corinthij, cor nostrum dilatatum est: Nō estis angusti in nobis, sed angusti estis in uisceribus uestris. Eandē autem remunerationem uobis ut filijs præcipio. Dilatemini & uos, ne tra hatis diuersum iugum cum fidelibus. Afflicti igi C tur esse queant, hi qui adhuc subsunt præcepto Mosis, quiq; sunt oppressi quodammodo, & onus legis graue mente & corde habent. Allocutus est itaq; principes et populos: dein interea sermonē quendā Iudæorum interponit, qui ab illis ex contumacia, & ueluti ex desperatione excogitatus est. Et qui tandem iste? Necesse est dicere. Deus enim uniuersorum lōganimus, & malorū patiens, non statim infert supplicium offendentibus, sed irā differt, terrore percellens, & prædicatione futurorum malorum interdū ad resipiscentiam reuocās. Hinc sæpenumero per sanctos, pphetas inueniemus eum dicentē: Ecce uenit. &, Adhuc parū adhue parum. &, Quàm mox. Sed audaces & superbi cùm debuissent offensas cor- D rigere posterioribus, lenitatem Domini in occasionem risus uerterūt. Simul atq; audiuerant eū prophetam dicentē: Adhuc parum adhuc parū, quam mox, ilico inter se dixerunt, longum tempus inter uerba prophetæ & exhibitionem prædictorū interiacet. Nos moriemur, & diuina ira Iezech. 12 in nos insiliet. Siquidē dixit Deus prophetæ Iezechieli: Fili hominis, filij populi tui dicunt: Visio hæc quā hic uidet, in dies multos, & in tempora longa hic prophetat. Propter hoc dic: Viuo ego, dicit Adonai Dominus: Nō amplius procrastinabunt sermones mei quos loquar. Quia loquar sermonem & faciam, dicit Adonai Dominus. Exprobrat igitur Israelitis, utpote contēnentibus, et tantùm non dicentibus: Fecimus fœdus cum inferis, & cum morte pacta. Quæ nam illa? Turbo irruens si transierit, non inuadet nos. Etenim, inquit, etiamsi uoce nō dicant, tamen ipsis factis tantùm non clamarunt: Pacta fecimus cū inferis: Capiāt enim nos. Et si ueniat fortè turbo, seu periculum contra nos, ueniat sanè nobis. Posuimus enim in mendacio spē nostram, & mēdacio protegemur. Qui em̄ sibi ipsis finxerūt quod lubet, & dicunt: Moriemur antequam turbo ingruat, seu calamitates, quomodo nō in mēdacio spem suā posuerunt? Non etenim erat penes eos ut possent effugere, & morte eorum quæ aduenturant insultum præuenire: sed in diuinæ & ineffabilis potentiæ & excellentiæ potestate situ est.

PROPTER *hoc sic dicit Dominus: Ecce ego immitto in* B *fundamenta Sion, lapidē sumptuosum, electum, angularem, precio sum, in fundamenta eius. Et qui credit in eo, non cōfundetur. Et ponam iudicium in spem, misericordia uerò mea in stateras.* ] Hæc sunt adaptanda superioribus his in medio interiectis: Propter hoc, inquit: Audite uerbū Dñi uiri afflicti, & principes populi huius in Hierusalē. Quid aūt est quod audire iussit? Ecce ego immitto in fundamenta Sion, lapidē electum, angularē, precioſum, in fundamēta eius. Et qui credit in eo, non pudefiet. Lapidē igitur electū, sumptuosum, & precioſum, uocat Dominum nostrum Iesum Christum, diuinitatis gloria & præstantia excellentem. Ipse est basis, & spes, & fulcrum, & fundamentum immotum Sion sub intelligentiā cadentis, id est, Ecclesiæ: idq; explanat dicens, eū in fundamenta coniectum à patre. Angularē uerò esse ait, utpote qui per fidem unā duos populos, Israeliticum inquam & gentilem, unione spirituali coniungit. Semper em̄ in angulis ædificiorum duo cōcurrunt muri, & contigui, in unū cōagmentātur. At qui credit in eo, inquit, non pudefiet. Vide autem quo pacto reficiat & relaxet quodammodo credentes, & afflictis libertatem Euangelicæ conuersationis patefaciat. O afflicti enim, inquit: Ecce pono electum lapidem in fundamenta Sion. Et quæ inde utilitas? Qui credit in eo, non pudefiet. Hinc uerò suadet à graui legis onere collū subducere, & ab inutili, & inefficaci umbra recedere, & gratiā per fidem potius amplecti, iustificationemq; in Christo, qui nihil laboris habet, arripere. Ponam, inquit, iudicium in spē, misericordiaq; mea ad stateras. Etenim, ut Ioan. 5 ipse Seruator inquit: Pater iudicat neminem, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorent filium, quemadmodum honorāt patrem. Quod intelligens beatus Paulus, scribit in Epistola, & 2. Cor. 5 inquit: Omnes nos manifestari oportet coram tribunali Christi, ut reportet unusquisq; ea quæ fiūt per corpus, siue bonum siue malum. Futurum igitur iudicium speramus, et misericordiam, prout cuiq; conuenit, recte factis nimirum congruenter. Quod significare puto illud: Misericordiam esse à iudicante nos ad stateras, id est, ex ratione æqui & boni, benefactis ueluti respondentis.

ET *qui credunt fruſtra, mendaces sunt, quia non pertransiuit uos turbo, non auferet uobis testamentum mortis, & spes uestra*



*uestra quæ apud inferos est, nō permanebit. Turbo irruens si tran* A *fierit, eruis illi in conculcationem. Cum pertransierit, accipiet uos, mane mane pertransibit interdiu, et in nocte erit spes mala.* ] Dixi, sanctis prophetis futura prædicentibus Israelitico sanguine ortis, diuinamq; illis irā modo non præsentē iā oſtēdentibus, incredibili cōtumacia insolescentes disputasse dixisseq;: Etiāsi fiant fortassis ista, tamen erit mora dilatioq; temporis, & nō statim aderit eorū quæ prænunciata sunt exitus; dilabetur autē uitæ nostræ tempus, post uos hæc grauia erunt. Ista dicentes & cogitantes, tantùm nō cum morte fœdera fecisse uisi sunt, & ueluti spem habuere in inferis. Hinc dicit illis: Qui cōfidunt fruſtra, mendaces, quia nō pertransibit uos turbo, timete, nè uobis auferat fœdus mortis, & spes in inferis non maneat. Nouit enim no B uit corda & renes, & animi motuum uim, uniuersitatis opifex. Quum igitur hanc spem habet, ait: Nonne qui hæc in uobis nouit, delebit hoc uestrum cum morte fœdus? Delebit quodāmodo. Si em̄ aduenīat ira, id est, turbo, non alij post uos, sed uos ipsi eritis conculcationi. Et tollet uos mane mane, id est, non in longinquum erit, sed ueluti diluculo & cras, non erit omnino è malis euasio, sed in die & nocte erit mala spes, id est, omni tempore, rerum grauium expectatione cōsumemini. Deo enim affligere uolente, quis propulsabit calamitatis insultum? uel quis diuino furori reluctabitur?

DISCITE *audire coangustati, nō possumus pugnare. Ipsi* C *aūt debilitamur, dum uos congregamini. Sicut mons imptorum resurget. Et erit in ualle Gabaon. Cum furore faciet opera sua, amari tudinis opus. At furor eius alienè utetur, & amaritudo eius aliena.* ] Optimus Maximus Vniuersitatis Deus omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Hinc eos qui infirmi erāt cōmonefaciens, & qui animā suā nihili fecerunt, in rectā & planā semitam reuocans, omnes uias omnemq; orationē admouet. Nunc em̄ suppliciorū minis ac iræ terroribus concutiens, ad melius reducit: nūc aūt bonorū pollicitationibus inescat, attrahitq; ad utile. Cùm igitur cōminatus fuerit, prædixeritq; fore ut prorsus penitusq; turbine seu calamitate mox cōtra illos futura implicarentur, essentq; omni tēpore in spe mala cōsolatiōis D oratione adhibita, indulgētius agit, nec sciuit animū desponde re, ueluti sapientissimus & peritissimus medicus, qui mēbrorum corporis morbos aliquādo pharmaco acri curāt, remedijsq; fortissimis cruciatus partes maximè affectas resecant, aliquando uerò modicis & ueluti mitissimis tantùm nō incātāt ualdeq; molliunt. Postquā minatus est ergo monet, hortaturq; ut animum adhibeant Euangelicæ prædicationi, dicens: Discite audire coanguſtati. deinde ait: Nō possumus pugnare. Meminit uerò etiā eorū quæ facta sunt in ualle Gabaon per illa tēpora. Admodum autem obscurum reddit cùm dictionis expositio, tum ipsum filum contextusq; cōpositionis. Puto aūt ex historia hæc referenda. Vix enim sic erit perspicuum studioſis quod significatur. Bellū itaq; gerente & duce Israelitarū Iesu filio Naue, & in- Ios. 10 tolerabiliter grassante in regionibus gentium, ac cōpluribus deletis: Gabaitæ ueriti ne similia paterentur, cùm essent ex alienigenarum urbibus, accurrerunt ad eum, & mentiti fefellerūt primū, & admissi sunt. Sed posteaquam noti sunt, & qui & unde existerent, facti sunt aquę geruli, & ligni cæsores cœtui. Quod uti cognouissent gentium reges, quinq; illi bellum gesserunt cōtra Gabaō, crimini dantes, q; ad Israelitas cōfugissent. Cùm aūt in extremis essent Gabaitæ, cumq; reputarēt se pares nō esse resistendo: rogarunt ut manu Iesu liberarentur. Hic uerò statim opem ferēs subditis suis, alienigenarum ducibus restitit. Deinde quid tunc manu Dei gestum fuerit, docebunt sacræ literæ. Habent enim sic. Et cum adortus fuis- Ios. 11 set illos Iesus repentè, totā noctem profectus est ex Galgatis, & cōturbauit eos Dominus à facie filiorum Israel, & attriuit eos Dominus attritione magna in Gabaon, & persecuti sunt per uiam ascensus* Orouim, & percusserunt eos usque ad * Septuaginta Bethcrō Madica. Cùm autē fugerent ipsi à facie filiorum Israel, in descensu Orouim, Dñs proiecit in eos lapides grādinis de cœlo usq; ad Azeca. Plures au tē mortui erant lapidibus grandinis, q̄m quos occiderunt filij Israel gladio in bello. Sumit igit̄ uelut ab his quę cōtigerūt ueteribus, imaginē & figurā auxilij futuri Israelitis à Deo, qui seruare potest, siquidē uelint Seruatoris nostri uerbis parēre. Vos em̄, inquit, coangustati, id est, multos dolores adeuntes, excidijs & futurorū horroribus ueluti oppressi, discite audire, uocate & uos Iesum in auxilium, dicite quēadmodū certe & Gabaitæ: Nō possumus pugnare & debiles sumus, ac cōgregemur, ut resistamus inuadētibus, uidelicet inimicis. Et quid hoc, inquiunt, erit? Cognoscetis, ait, etiāsi feratur contra uos ueluti mōs, insultus hominum impiorū, illis euenient ea quæ fuerunt in ualle Gabaon. Nā contra eos qui bellum inferunt uobis, cum furore faciet opera sua, & opera amaritudinis, id est, iræ. Et quis tādem? an non uidelicet uindex Deus? Furor eius alienè utetur, & amaritudo eius aliena. Ira enim, inquit, noua & inusitata bellabit contra persequentes uos: pugnabitq; cœlum cum illis è sublimi, & è supernis effundens tanquā grandinem imporentis sui furoris seueritatē. Tale quid dicit & uoce Psallentis: Si populus meus audiuisset me, Israel Psal. 80 si in uijs meis incessisset, uel ad nihilum inimicos eorum redegissem, & illis qui premunt eos iniecissem manum meam.

ET *uos ne lætemini, neq; roborentur uobis uincula, quia consummatus & concisus res audiui à Domino Sabaoth, quas faciet super omnē terrā.* ] Inducitur rursus beati, pphetæ persona, Iudæorum præceptores impetens & dicēs: omnino non oportet eos gaudere, id est, non insolescere conatibus audacissimis contra Christum, sed tristari magis, & lachrymas perfundere ob suas impietates: neque legis uincula populo manui suæ subdito inijcere, sed permittere potius ut credentes in Christum, à ueteri præ-

cepto

Universidad de Deusto
Biblioteca



cepto immunes sint, & quæ in umbris erãt & figuris omittẽtes, cultum in spiritu & ueritate admittant. Est enim, inquit, spiritus Deus, & quẽ in spiritu & ueritate oportet adorare. Quòd aũt lex quoddã quasi uinculũ sit, iustificãs neminẽ, (nec eñ consummauit quenquã,) sed ueluti infirmos & manifestis transgressionibus implicatos supplicio coercẽs, nemo est qui ambigat. Vnde opinor, beatus Dauid & quidem rectè, Israelitas ad gratiã per fidẽ cõtendere uehementer hortatur,
Psal. 2 dicens: Rumpamus uincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum. Onerarunt eñ one rarunt Iudæorum præceptores impiè suos subditos, & graui illis iugo impositio, uidelicet legaliũ mandatorum tanquã infractis catenis cõstrinxerũt. Hinc propheta dicit eis: Ne roborenẽ nobis B uincula, quia cõsummatas & cõcisas res audiui à Domino Sabaoth, quas faciet super omnẽ terrã. Et quænã sunt hę cõsummatę & cõcisæ res? Prædicatio Euangelica, gratia quæ est per fidẽ, iustificatio per Christum, sanctificatio per Spiritum. Lex enim non erat concisa neque consummata, nullum siquidem, ut dixi, consummauit. Erãt autẽ theoremata eius ac tractationes, quasi per ambages & anfractus, longosq; literæ circuitus. Cæterum hæc saluifica prædicatio perfectissimam habet & concisam uiam, quæ scilicet ducit per fidem ad iustitiam et sanctificationem. Lex autem solis dabatur Israelitis, Moyse administro: Gratia uerò & ueritas per Iesum Christum facta est, nec iã solum Israelitis, sed omnibus etiã terræ incolis. Nã Moyses ille diuinus alloquutus est Israelitas, dicens in hunc modum: Audi Israel. Dñs autẽ noster Iesus Christus per terrã Psallẽtis: Audite, inquit, omnes gentes, attendite qui uspiam inhabitatis terram.

AVRIBVS *percipite & audite uocẽ meam, attendite & audite sermones meos.*] Rursus his uerbis ipsius Seruatoris infert persona, tantùm nõ incantantis Israelitas, at persuadentis & quidẽ disertissimè Euangelicæ prædicationis sermonẽ admittere, ciusq; uoces Mosaico præcepto nõ postponere. Quòd aũt non oporteat negligenter & oscitanter diuinis & Euangelicis sermonibus adhibere animũ, ostendit dicens: Attendite & audite sermones meos. Attentione enim opus est, & etiã obedien D tia his qui ea prudentia & cõsilio ualẽt, ut animorum suorũ amplitudinẽ doctrina ac institutione quæ supra legem, nimirũ Christiana cõplere fatagant. Quòd uerò exhibito illo, periculosum & noxium sit cultũ legalẽ sectari, confirmabit Paulus, dicens his qui ex nimia stultitia post fidem in ipsum & emundationẽ per sacrum lauacrum, ac
Gal. 5 Mosaica, id est, legalia reuersi sunt: Aboliti estis à Christo, quicunq; in lege iustificamini, à gratia excidistis. Nos eñ per fidẽ spem iustitię expectamus. Verisimile est & aliud subinnui, ex eo quòd dicat Christus: Attẽdite & audite sermones meos. Si enim ueluteris subtiliter, inquit, umbras legis animo pensiculare, & digna attentione æstimare typos, omnino sermones meos audietis. A Describor eñ in typis, et peregrinũ nihil induxit uis meorum uaticiniorum, siquidem spiritualiter lex intelligatur. Si eñ, inquit, crediderit is Mosi, Ioan. 5 credetis mihi, de me nanq; ille scripsit.

NVNQVID *tota die debet arans arare? aut semen præparare, antequã præparet terrã? nónne quum æquarit faciem eius, tũc seminat paruũ papauer & cyminum? & rursus seminat triticũ, & hordeũ, & speltã in montibus tuis.*] Propositorum uerborum sententia profundissimum sanè & obscurũ admodum est ænigma, dicã uerò ut licet & quatenus conceditur. Reiecerunt Seruatoris uerbũ miseri Iudæi, & occasio illis erat, ut consueuerint Mosaicis præceptis mordicus adhærescere. Putarunt eñ se pietatẽ colere, sectãdo typica, & pulchritudinem ueritatis ueluti despuẽdo. Vnde lesum persecuti sunt, tanquã legalis præcepti uim aliorsum deriuantẽ, & ipsos ad alium cultũ Euangelicum inquã traducentẽ. Sumit ergo ueluti ab agricultura, obuium & familiare exemplũ, & inquit: Num totũ diẽ debet qui arat arare? Quod hunc habet sensum. Idololatrarum pectora dura sunt & rigida, & ueluti agrestis quædã terra inculta. Opus est igiẽ illis tanquã aratio dissecante sermone, sermone scilicet institutionis uti supernũ cœlestęq; semẽ admittant: sicq; deinceps fructificẽt Deo, omniũ bonorũ desideriũ & propitudinẽ. Tale quid factũ est Israelitis. Colebãt eñ in Aegypto, eos qui ibi erãt Deos: per Mosen uerò sapientissimũ uocati sunt, data quoq; est illis lex, quæ aratri instar scindere poterat corda eorũ
C obturata & cõstricta, mentẽq; incultã. Sed enim necesse erat non solũ ut ad principia agriculturæ sub intelligentiã cadentis uocarent: sed illucescẽ te iã omnium nostrũ seruatore Christo, Deo fructificarent, spiritualis cultus uirtutẽ. Itaq; postquã, ut dixi, sermonẽ Christi reiecerãt, affixi Mosaicis præceptis, ideo idq; iustissimè, transfert eos ab hoc instituto, dicens: Num totũ diẽ debet qui arat arare? Qui, inquit, terrã inaratã, agrestem, & spinosam subigit, ut apta sit & parata ad recipiendum semẽ, num semper arat? Qui, inquit, terrã colere uult, an nõ, priusquã hoc animo cogitat, præparabit semina? nónne quũ æquabit eius superficiem, tunc serit paruum papauer & cyminũ? Et rursum serit triticum, & hordeum, & speltam in
D montibus tuis. Oportuit enim, inquit, oportuit, corda eorũ qui pædagogia instituti erãt leuigari antè, præceptisq; typicis præcoli, quasiq; terræ cuiuspiam superficiem præparari, ut deinceps ad fructus edendos promptissima & accõmodata esse cõspiciatur. Agricola, inquit, si æquet & leuiget superficiẽ terræ, nõ statim neq; ab initio solidiora iacit semina, sed parua adhuc & infirma emittit, papauer nimirum & cyminum: apta autẽ nudataq; iam terra ad fructus proferendos, tum inquit, tum & triticũ & hordeum & speltã serit. Hic enim modus artificiosæ agricolationis est in tuis finibus. Facta est igitur lex omnibus præceptrix, & quasi præleuigatrix, ac quidam uelut agricola peritissimus, inserens his qui instituti sunt, quasi papauer quoddã & cyminum, & parua & umbra-



umbratilia, & quæcunq; semina per se ipsa & sola esui minimè apta sunt, sed quæ runt semper adiungi & adhærere alijs, quò utilia esse uideanẽ. Si nanq; tritico & hordeo, id est, panibus ex tritico & hordeo cõfectis adiungantur, tunc quodãmodo uidenẽ esse utilissima. Ea uerò est legalis cultus uirtus. Si enim non habeat utilitatem ex solidiore cibo, id est, Euangelico, per spiritualem interpretationem, sola & ex se nihil commoditatis habere potest.

ET *erudieris iudicio Dei tui, & lætaberis. Non enim cũ duritia purgatur papauer nigrum, neq; rota plaustri circuibit super cyminum, cũ pane comedetur. Nõ enim in æternũ ego uobis irascar, neq; uox amaritudinis meæ cõculcabit uos. Et hæc à Domino Sabaoth egressa sunt portenta.*] Cùm ad emũdationẽ peccatorum, inquit, inefficax esset lex, amota est umbra, inutilia apparuerunt typica, & introductum est iudicium uiuificum & uerè utilissimũ. Et cuiusmodi tandẽ est illud? postquã enim per legem nõ potuit homo iustificari, apparuit nobis Vnigena Dei Sermo, consummatã rem & concisam proponẽs, iustificationem nimirum per fidẽ. Tu igitur, inquit, ô Israel, obedienti ceruice omnium seruatori Christo subiecta, ab illo iudicio eruderis, discẽdo nimirum ab illo uiã salutis. Eris enim sic in lætitia. Postquã uerò semel papaueris nigri & cymini fecerit mentionem, aliquid inde utile desumit, & inquit: Non cum duritia purgatur papauer nigrum, & quę sequunt deinceps. Erat eñ transgressionum reus Israel, & ad legis obseruationẽ piger esse conuincebatur. Dixit igitur uniC uersorum Deus: Populus iste labijs me honorat, cor aut eorum procul abest à me. Frustra colunt me, doctrinas docẽtes, mãdata hominũ. Nónne igiẽ pigritię pœnas iustissimè ex lege exigere potuit? Certè, inquit. Verũ humanus est legislatoris scopus ac cõsilium. Nã quemadmodũ, inquit, nigrum papauer nõ purgat duriter, & rota plaustri nõ circumagit cyminũ, cùm illud scilicet triturat & cõminuit, ut sanè fit in frumento, sed uirga potius & moderatis illos agitationib. expurgat. Cùm uerò adiecit, Cyminum cum pane comedetur: ostendit legalis cultus externã speciem per se ipsam & solitariã parũ iuuare, at utile & necessarium fore, si solido cibo, nempe Euangelicæ prædicationi adhibeatur. Quod tũ dixi, cùm æD nigma illud de cymino & nigro papauere interpretarer. Quid aũt illud uult, scilicet: Virga nigrũ papauer excutiet? Adiungit, & inquit: Nõ enim in æternum ego uobis iratcar, neq; uox amaritudinis meæ cõculcabit uos. Non enim, inquit, ero iracundus, neq; uos pœnæ extremæ addicã, nec acerbum in uos proferã iudicium ut cõculcemini, quod fieri solet tum cùm res per irã geruntur. Quòd aũt ad summũ omnis patientiæ peruenerit, hoc rursus uniuersorum Deus uidetur porrò ostẽdere, inquiens: Et hæc à Dño Sabaoth exiue runt portenta: Portentũ enim uere & monstrum est admiratione dignum, tot tantisq; delictis obrutum Israelem, misericordiam consequi, & innumerabilium criminum remissionem, Deo com-
A miserante, lucrifacere.

CONSILIVM *inite, extollite uanã cõsolationẽ.*] Cùm ἀμυησίαν obliuionẽq; ꝙ debacchati sunt, appromisisset, irãq; in eos nõ admodum grauẽ fore, rectissimè dixisset: bonum cõsilium capere iubet, insimulatq; ꝙ uanã cõsolationẽ, magnum quiddam & eximium rati à decoro aberrarẽt. At quæ tandẽ est hæc magna, ut illi putãt, cõsolatio, quæ tamẽ utilitatis nihil habet? Hæc prorsus: dicebãt eñ: Fecimus fœdus cũ inferis, & cũ morte. Tempestas irruens si pertranseat, nõ ueniet ad nos: posuimus mendacium spẽ nostrã, & mendacio pte gemur. At hi qui hæc cogitãt, & uanã spẽ habẽt, & qui morituros se ante graues calamitates existimarunt, audiuerunt clare: Tempestas irruens
B si uenerit, eritis ei in conculcationem, quum transierit, tollet uos.

## CAP. XXIX.

MAE *ciuitati Ariel, quã Dauid expugnauit, congregate germina ab anno ad annum. Comeditis enim cũ Moab. Nã afflictã Ariel. Et erunt eius fortitudo & diuitiæ meæ. Et circundabo sicut Dauidte. Et cingãte uallum, & ponã circum te turres, et deijcientur sermones tui in terrã, & in terrã sermones tui cadent. Et erit uelut loquentium è terra uox tua, & ad pauimentũ uox tua infirmabitur.*] Sumit quiddam historicè factũ tẽpore beati Dauidis, idq; facit ferè, ut Iudaicæ synagogæ scelera cõtra Christum ostendat. Sunt eñ figuræ rerum uerarum, ea quæ in umbris ueterib. contigerunt. Quæ ergo nunc Hierusalẽ est, olim
C lebus uocata est, quã beatus Dauid obsedit. Quã uerò ob causam, ex ipsis sacris literis cognoscemus. Habet uerò sic secundo libro Regnorũ: Et 2. Reg. 5 abijt Dauid & oẽs uiri eius in Hierusalẽ, ad lebusæum inhabitantẽ terrã. Et dictũ est Dauidi: Nõ ingredietur Dauid huc, quia restiterunt cæci & claudi dicẽtes: Nõ ingredieẽ huc. Accepit autẽ Dauid munitã Sion, hæc est ciuitas Dauid. Et dixit Dauid die illo: Omnis percutiens Iebusæum, tangat pugione cæcos, & claudos, oppugnãtes animã Dauidis. Itaq; beato Dauidi, Hieroiolymitani, id est, Iebusæi cæci & claudi restiterunt, quo facto miserè disperierunt. Cepit eñ eam. Restiterunt autẽ omnium Seruatori Christo, ipsius aduentus tẽpore, habitatores Hierusalem, claudi et cæci. Non enim recto pede incedere potuerunt, sed nec diuinã lucem mente cõprehenderunt, fidemq; nõ receperunt, Scribæ maximè & Pharisæi. Dixerat eñ de illis ita affectis uoce Dauidis: Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati Psal. 17 sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Mittit uerò illis etiã epistolã Paulus, inquiens: Quapropter Heb. 12 manus remissas & genua soluta surrigite, & facite ut recti sint gressus pedibus uestris, ne claudicatio aberret, sed potius sanetur. Quòd aũt cæci fuerint, confirmabit ipse Seruator dicens: In iudi Matth. 13 cium ego in mundũ hũc ueni, ut qui nõ uidẽt uideant, & qui uident cæci fiant. Visum eñ receperũt Gentes, etsi alioquin nõ uiderint. Occæcati sunt Iudæorum populi, etiã uidentes mysteriũ, quãtũ

ad

Universidad de Deusto Biblioteca

A ca legalẽ mystagogiã attinet. Exclamat igit̃ con
tra Hierusalẽ, et inquit: Vę ciuitati Ariel, quã Da
uid expugnauit. Ariel uerò eã dicit, nomine usus
multis recepto. Exponit̃ enim Ariel, leo Dei. Et
quoniã expeditiones inuictas cõtra omnes alias
regiones & gẽtes fecit Hierusalem, Dei ope uin-
cens, & leonis in morẽ rapiens & lacerãs resisten
tes: tale cognomen sortita est. Væ igit̃, inquit, ô
misera ciuitas, quæ olim uelut leęna frendebat in
Gẽtes, nũc uerò demũ in has adeò acerbas & in-
sanabiles incidit calamitates. Expugnauit em̃ il-
lã quondam Dauid, & qui ex eo natus est postea
Christus. Ait porrò ad eos: Cõgregate germina,
ab anno ad annũ. Comedetis em̃ cum Moab. Per
totũ enim biennĩũ uniuersam peragrans Iudæã
B Dñs noster Iesus Christus, doctrinas omni sapi-
entia refertas adhibuit, diuinãq; illis & Euangeli
cã prædicationẽ tradidit. Cùm adsit igit̃ tẽporis
opportunitas, præbeatq; facultatẽ spirituales ci-
bos colligendi, & eos in animo & corde tanquã
in horreo coaceruãdi, ne sitis in hoc tardi, sed po
tius omni abiecta cunctatione, alacriter colligi-
te. Comedetis em̃ cum Moab. Erat autẽ quondã
Moabitarũ regio superstitiosissima, & inter eos
nemo prorsus extitit, qui natura et uerè Deũ ado
rare sustineret. Ex una itaq; regione idololatrica
quodammodo, simul omnẽ errantiũ personã in-
Adorãt illũ. telligit, & inquit: Comedetis em̃ cum Moab: id
est, cibos à Christo omniũ Seruatore appositos,
seu germina nimirũ sub intelligentiã cadẽtia co-
medetis cum Moab. Vocatę nanq; sunt & Gen-
C tes, et cõmunis cibus, tum Israelitico ortis sangui
ne, tum alijs quondã errantibus, facta est Euãge-
lica & salutaris prædicatio. Deinde adiungit, &
inquit: Affligã enim Ariel. expones etenim hoc
de primo. Dixerat enim: Væ ciuitati Ariel. Tum
interpositis illis in medio de cõsilio, rursus prose
quit̃ institutum, & inquit, Dixi: Væ ciuitati Ari-
el: affligã enim eã. Et erit eius fortitudo & diui-
tiæ meę. id est: Ego omnes eius diuitias, & omnẽ
fortitudinẽ tollã. Quod intelliges sensu, tũ exter-
no tum spirituali. Terrenæ nanq; diuitiæ eorum
emunctæ & exinanitæ sunt, diripientibus uide-
licet his qui eam obsidẽt. Cõfracta est etiam ma-
gna olim & celebrata fortitudo, quippe qui uicti
D sunt manu Romanorum. Ad hæc nudati sunt uir
tutis ornamentis, omniumq; bonorum laboran-
tes penuria, simul cum alijs etiã legalis sapientiæ
diuitias abiecerunt. Dico præterea illud: Cingã
te uallo, & ponã circum te turres: Obsidionem
Hierosolymitanã quæ facta est post crucẽ Salua
toris, ostẽdere. Cùm autẽ arrogantes essent Pha-
risæi, & uocẽ contra Christum immanẽ & super-
Ioan. 9 bam iactarent, nam dictitabant: Nos scimus Mo
si loquutum esse Deum, hunc autẽ nescimus un-
de sit. Hinc ait: Deprimentur sermones tui in ter
ram etiam. Nec tamẽ hoc eueniet omnino ac ue-
rè ipsis sermonibus, sed qui ausi sunt illos loqui,
hi deijcientur: qui olim dura & fastuosa loqui so-
lebant, hi belli malis exponentur. Hi exilẽ & de-
bilissimam uocem habebunt, & ita sonabunt, ut
qui certè è terra sonum edunt, nimirum ut necro
mantæ, qui euocatis mortuis fundunt oracula:
qui cùm fingũt se animam educere, subtile quid
& stridulum uix mussitant, quasi ipsa anima leni
ter & è terra loquente.

ET *erunt sicut puluis de rota, diuitiæ impiorum, & ut puluis qui excitatur, & erit sicut punctus repente à Domino Sabaoth.*] Impios nominat qui in Christũ debacchati sunt, & crucì tradiderunt Redemptorẽ, principemq; salutis morti tradere audebãt, etsi denuò ut Deus, in carne reuixerit. Has diuitias uelut in puluerẽ abituras ait, & instar puluerìs de rota auolaturas, & nõ longo tractu tẽporis, sed breui, & tanquã in puncto. Hanc aũt rẽ à Domino Sabaoth futurã, id necessariò indicauit, ne quæ illos uana
B spes ludat, dum se effugituros expectant.

VISITATIO *enim erit cã tonitru & cõmotione & uoce magna, turbo irruens, & flamma ignis deuorans.*] Quid̃ nã illud significare uelit: A Dño Sabaoth, explanat cùm uisitationem quandã in illos fore dicit. Nequaquam enim despiciet Deus & Pater, impietatis crimẽ in filium. Sed excitabit, inquit, uelut tonitru quoddam, & commotionem, & tempestatem, & flammam ignis quæ belli deuorat potentiam.

ET *erũt ut somniantis in somno diuitiæ Gentiũ omniũ. Quicunq; militauerunt contra Hierusalẽ, & omnes qui cõgregati sunt contra eam, & qui affligunt. Erunt sicut qui in somno bibunt, & edunt, & cùm surrexerint, uanũ eorum insomniũ. Et quẽadmodum somnians sitibundus uidetur sibi bibere, & cùm surrexerit, adhuc*
C *siuit, animaq; eius frustra sperat, sic erunt diuitiæ omnium Gentiũ, quotquot militarunt contra montẽ Sion.*] Cùm dicit opes impiorũ, id est, in Christũ debacchantiũ, fore tanquã cinerẽ, & tanquã puluerẽ de rota, neq; uastatores ipsos tuta & secura possessione fruituros confirmat. Qui enim, inquit, sic diuites euaserũt, perinde erunt, ac si qui per uisum nocturnum se ditatos esse crederent, cùm tamen nihil omnino lucri habeant. Nã euigilantes somniorum agnoscent fallaciã, & quod uerum esse autumabant, id omnino umbrã esse & opinionem inuenient. Id quod etiã uidere licet in his, qui uel fame uel siti tenentur. Appetit enim corporis natura necessariò quæ sui sunt, & licet interdum somnus mentẽ oblectet, nihilo tamen secus cupiditate rerũ earũ
D quas habere uult, inflammatur. Hinc credo tenues quædã rei imaginationes ac phantasiæ ceu uapores quidã mentem obsidẽt ac circumcursant, sed erit uana & prorsus inutilis opinio, ubi somnus deinceps ab oculis discesserit. Hæ sunt, inquit, diuitiæ omniũ gentium, quotquot bellũ gerunt cõtra montẽ Sion. Quãdo autẽ uel quomodo hæc fieri contigerit, omitto dicere.

DEFICITE *& obstupescite, & inebriamini, non sicera neq; uino, quia potauit uos Dominus spiritu cõpunctionis, & claudet oculos eorum, & prophetarũ suorũ, & principũ suorũ qui uident sculptilia.*] Pergit porrò cũ diuinorum oraculo tam contẽptoribus, & diuinã & cœlestẽ, Euangelicam inquam prædicationem pro nihilo ducentibus, de integro disputare. Quanquam enim gratiã per Christũ lucrifacere idq; facillimè potuissent,



A potuissent, si mentis ceruicem sequacẽ subdidissent: hoc quidem minimè fecerunt miseri, sed
Rom. 9 præsidentes sibi, & de se magna sentientes impu
denter dixerunt: Nos Moysis sumus discipuli:
Nos scimus Moysi loquutũ esse Deum, hũc aũt
nescimus unde sit. At Christum disertè dicentẽ
Ioan. 12 audiuerũt: Ego sum lux mundi. & rursus: Quoad
lucem habetis, ambulate in luce, ne uos tenebræ
comprehendant. Postquam autem, etsi hæc gra-
uissimè dicta audiuerunt, facti sunt nulla ratione
meliores, seipsis uel sapientiores, sed duri & pre-
fracti postea deprehendebant: tũc quidẽ meritò
tenebris cõprehensi sunt, & quodammodo dese-
cerunt, & quasi uino temulenti in omnem turpi
tudinem facilè deturbati sunt. Tale quid signifi-
car, cùm ait illis: Deficite & obstupescite, & ine-
B briamini, nõ sicera neq; uino. Etenim potest qui-
dem potest uinum hoc quod sensibus est subiec-
tum, uel etiam illa inebrians mixtura, sicera scili
cet, mentem inebriare, sed non omnino ac in to
tum: sed calamitates & uelut excæcatio quædã
ex diuinæ iræ cognitione obueniens, hoc citius
efficiunt & efficacius. Hoc enim, puto, docet, a-
ieans: Et claudet oculos eorum, & prophetarum
suorum, & principum suorum, qui uidẽt sculptilia. Qui enim, inquit, olim legali pædagogia in-
stituti tum erant, & ueritatis pulchritudinem ue
lut in obscuris adhuc umbris aspexerũt, & ex par
te sermones sanctorum prophetarum intellexe
runt, etiam hoc ipso, inquam, priuabuntur. Oc-
C cludet enim mentis eorum oculos, etiamsi uide-
rint olim * sculpta. Eueniet autem istuc, inquit,
Princip. & prophetæ, id est, præfecto & sacerdo
ti. Nominarunt enim prophetas, qui sanctorum
prophetarum prophetias summa contentione
indagabant. Erantq; apud Iudæos quidam, legis
specie tenus studiosi præceptores & doctores,
quemadmodum certe & Gamaliel, de quo mul-
tus apud eos peruagabatur sermo.

ET *erunt uobis omnia ista uerba, uelut sermones libri signati huius, quem si homini scienti literas tradant, dicentes: Lege hæc, dicet: Nõ possum legere, signatus est enim. Et dabitur liber hic in ma*
Isa. 6 *nus hominis non scientis literas, dicetq; illi: Lege hoc, & dicet: Nõ scio literas.*] Dixit Iudæis Dñs noster Iesus Christus: Scrutamini scripturas, quia in illis putatis uos habere uitam æternã, & illæ sunt quæ testifi-
D cantur de me. Et non uultis uenire ad me, ut uitã habeatis. Itaq; frustra sursum ac deorsum laborarunt Israelitæ Mosis præcepta semper in ore habentes, fingentes quidem se haud uulgarem legis cognitionẽ animo & pectore recondidisse, cùm Christum non inquirant, etsi lux eius expli
Ioan. 5 cet mysterium. Nam & rursus audiuerunt: Si credidissetis Moysi, credidissetis mihi. De me enim ille scripsit. Cùm ergo de lege frequens illis esset sermo, nihilo magis tamen eum qui ab ea prædi
ctus erat interficerent, honoris erga Mosen nul-
la ratione habita: obsignata est quodammodo à Deo, quasi liber unus, diuinitùs afflata scriptura. Vnus enim liber est, tota scriptura, & ab uno sancto Spiritu prodita: at quodãmodo est obsigna-
ta. Etenim nec qui legere poterant, & literas norunt, quicquam in eo potuerunt intelligere: nec etiam qui nesciunt literas, in eo quippiam recondi
tum cognoscẽt, sed erit omnibus ex æquo lex consignata: eo quòd sententiarum uim nẽ hi qui legere scirent assequerentur. Hoc demum uoce Dauidis ad Deum hymno decantatum est: Obtenebrentur oculi eorum ne uideant, & dorsum eorum semper incurua.

ET *dixit Dominus: Appropinquat mihi populus iste, labijs suis honorant me, cor autem eorum procul abest à me. Frustrà uerò colunt me docentes mandata hominum, & doctrinas.*] Iudæi enim mandatorum legis profunditatẽ perspicere se profitentes, & in ore ac lingua mandatum olim patribus descriptum habentes, ex
B hoc solo diuini cultus uim metiebantur: eorum autem, quæ oraculo tradita sunt, omnino nihil præstabant: sed contempta uelut legislatoris uoluntate, ad doctrinas & hominum mandata conuertebantur. Nam traditiones quasdam uanas de nouo sibimet fabricantes, pios se putabant & bonos: at ipsis factis deprehendebantur à charitate in Deum imprudenter resilijsse. Quod ad legem igitur lingua tenus habitam attinet, se uicinos existimabant. Sed quia illam implere uolebant, deprehensi sunt recessisse, & extranei ab illo fuisse. Cæterùm adhæsisse illos magis hominum mandatis, uel inde fieri posset perspicuum. Accesserunt enim aliquando ad Seruatorẽ Scribę & Pharisæi dicentes: Quare discipuli tui trã-
Matth. 15 grediuntur mandatum seniorum? non enim la-
uant manus, cùm panem edunt. Quibus dixit: Quare & uos transgredimini mandatum Dei? Deus nanq; dixit: Honora patrem tuum & matrem tuam: Et qui maledicit patri uel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Qui di-
Marc. 7 cit patri uel matri, Donum quod ex me est, cedet in commodum tuum, nec honorabit patrem uel matrem. Et irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem uestram. Adduxitq; huc dictum hoc quod uobis præ manibus est, nam ait: Hypocritæ, bene prophetauit Hesaias de uobis, dicens: Populus iste labijs me honorat. Cùm ergo pædagogum contempsissent, & legem Dei nullo loco dignati, ad doctrinas & mandata hominum conuersi fuissent, hinc iustissimè diuinitùs inspiratæ scripturæ liber obsignatus est. Non enim consentaneum erat cognitione scripturæ diuinitùs aspiratæ ditari eos, qui illam despectui
D haberent.

PROPTER *hoc ecce rursus transferam populum istum, & transferam illos. Et perdam sapientiam sapientum, & intelligentiam intelligentiũ abscondam.*] Transportatus enim uelu ti erat Iudaicus populus, multis, ut mihi uidetur, modis. Nã uocabatur sors Dei & portio eius & funiculus, at translatus est quodammodo. Non enim ultra appellatus est eius sors, sed uulpium portio factus est, & Satanæ immundis & spiritibus in cibum datus. Verùm translatus est à recto sensu in mentem reprobam, à gloria in ignominiam, à fortitudine in infirmitatem, à sapien-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tia in extremam stultitiam. Perdam enim, inquit, A sapientiam sapientum, & intelligentiam intelligentium abscondam. Videbantur nimirum Scribæ & Pharisæi sapientes & ualde cordati, scientiæ legis opinionem consequuti: ac à Deo abscondita est & tantum non coarctata sapientum intelligentia, id est, lex seu scriptura diuinitùs aspirata.

VAE *his qui profundum consilium capiunt, & non per Dominum: qui in abscondito consilium capiunt, & quorum opera erunt in tenebris, & dicent: Quis nos uidit aut quis nos cognoscet? aut quæ nos facimus?*] Quando pœnam & suppliciũ quibusdam constituit uniuersorum Deus, statim infert huiusce rei causas, & eorum quibus hæc acciderunt crimina plana facit, ut & iustus appareat is qui omnia pro iusticia non punit. Dicebat B igitur imprudentẽ omnino futurum Iudæorum populum lege obsignata: & omni eorum cognitione sublata, manifurum cæcum, mente uidelicet & intelligentia. Qualia itaq; crimina sint, & de quibus causis illis contigerit ut huc prolaberentur, mox explanat. Plurima eorum contra Christum extiterunt consilia, & à Deo dissentientia. Hoc nimirum, opinor, est, Per Dominũ. Quin & cogitarunt apud se clàm consilia inire, & res arduas suscipere, ut etiam dicant: Quis nos uidit? aut quis sciet quæ nos facimus? At ignorarunt consilium cogitationemq; hominis acutam & moliminum potentiam non posse diuinam & incorruptam mentem latere, etsi ea forte cassis in tenebris & occultè faciant. Conduxe- C rant enim proditorem Iudam, tantùm non dicentes: Ligabimus hunc iustum, quia inutilis est nobis. Et sanè cruci tradiderunt, quantumq; in ipsis erat, principem uitæ interfecerunt: & excitato è mortuis rursus, insultarunt acerbi, hæcq; præstiterunt clàm ex impietate & animo maleuolo. Cùm enim excitatum illum fuisse cognouissent, argenteos sat multos dederunt militibus sepulchri custodibus, uti dicerent, discipulos eius noctu uenisse, & furatos fuisse illum. Væ igitur, inquit, his qui solent ea consilia inire, nõ per Dominum, sed uelut in Beelzebul.

NONNE *ut lutum figuli reputabiminini? nunquid dicet figmentum fictori: non tu me finxisti? aut opus ei qui fecit: non tu me fecisti?*] Cùm dixisset: Transferam populum istum, D hisce uerbis prorsus penitusq; ostendit hanc rem se emendaturum, & quidem facilè citra laborem, cùm ait, Transformandos esse ipsos prout uoluerit is qui condidit, quemadmodum certè opus manibus figuli fabrefactum. Cuiusmodi Hier. 18 est etiam quod propheta Hieremias docuit, dicens: Surge, enim inquit, & descende in domum figuli, & ecce ille faciebat opus super lapides, & cecidit uas quod ipse fecit manibus suis: & rursum fecit ex illo uas alterum, quomodo placuit ei facere. Et dixit Dominus ad me: Nonne, ut figulus hic, potero facere uos, domus Israel? Ecce ut lutũ figuli uos estis, in manibus meis. Transformat enim facilè ad quodcunq; uoluerit quod à se factum est, uniuersorum artifex & opifex.

NONNE *iam breui transferetur Libanus, quasi mons Chermel, & mons Chermel in sylua reputabitur?*] Cùm dicit eos fore uelut lutum figuli, & transformandos in fœdiora, propterea quòd insint ipsis plurima peccata, quomodo res futura sit, perspicuè demonstrat, & quod subobscurè uidebatur dictũ, quodammodo candidè & clarè ostendit. Libanus itaq; mons est Phœniciæ, quicq; in ipso & circa ipsum habitarunt, erant homines quàm superstitiosissimi. Similiter etiam Chermel, uel Chermelus, mons erat in regione Iudæorum maximus, in quo habitasse dicitur Elias Thesbita. Itaq; per montes seu regiones in quibus sunt montes, significare uult eos, qui in illis habitant, & inquit: Transferetur, nimirum trãsmutabitur Libanus, eritq; uelut mons Chermelinus: mons autem Chermelinus, uelut Libanus, id est, Qui quondam idolis seruierunt, in Iudæa cultum Deum agnoscent, & in numero classeq; primogeniti Israelis reputabuntur. Qui ex semine Israelis sunt, fient aliquando similes inhabitantibus Libanum, & errantibus. Eiectus enim est Israel à coniunctione quæ est cum Deo, propter impietatem in Christum. Assumptæ sunt etiam Gentes, & sanctificatæ per patrem, diuinæ naturæ facti sunt participes. Transferetur igitur Libanus, inquit, uelut mons Chermel: mons uerò Chermel ut sylua reputabitur, id est, ut syluæ ligna syluestria, quorum finis est combustio. Vel etiam alio modo: Fuerunt enim uelut lignorum cæsores Israelitis qui depopulantur eos. Id quod, opinor, significat propheta Zacharias, dicẽs: Aperi ô Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Ploret pinus, quia cecidit cedrus: Plorate quercus Basanitidis, quia succisa est sylua consita. Vide itaq; hunc quoq; Libano cõparare Iudæam, utpote quæ ab his qui quondam in eo erant, nimirum errore deceptis, nihil differat. Pinum autem & cedrum & etiam quercum, appellat in ea casuros. Nam elati & in altum subuecti, tanquã igne diuinæ iræ consumpti sunt.

ET *audient die illa surdi, sermones libelli, & qui in tenebris sunt, & qui in nebula, oculi cæcorum uidebunt, & exultabunt pauperes propter Dominum lætitia, & spe destitutæ gentes, implebuntur lætitia.*] Vocationem Gentium ex his quæ proposita sunt, euidentissimè ostendit. Est autẽ uidere rerum quæ accidit naturam uelut ex antistropho, seu antithesi quadam, & è contrariò. Nam dixerat obsignandum libellum legis, seu uniuersæ scripturæ diuinitùs inspiratæ, & diuinorum eloquiorum noticiam, Iudæorum mentem esse cælandam: adeò ut qui scit literas dicat: Haud queo legere, obsignata enim est. & qui non nouit, dicat: Haud noui literas. Verùm quòd uocabuntur gentes ad cognitionem Dei, lucemq; Euangelicæ prædicationis in animum & pectus recipient, ipsamq; Mosaicam legem cognoscent, quantumuis surdę fuerint, nec olim audierint, & uelut in nebula ac tenebris ceu in ignorantia, & errore uersati fuerint, planum facit ac perspicuum. Gauisuros autem eos dicit, non



non in alia re quapiam huius uitæ, nisi in Do- A
mino, id est, Christo. Nam pauperes cùm sint, & nihil boni mente habeant, sed omnium uirtutum penuria laborent, spe etiam destituantur, (nam erant carentes Deo, in mundo, sicuti scriptum est,) explebuntur lætitia. Erunt enim à peccato liberi, & pleni sanctimonia, & morte superiores, & spe referti à Deo, & æternæ lætitiæ consortes.

DEFECIT *iniquus, & perijt superbus, & deleti sunt iniquè agentes propter malitiam, & facientes peccare homines in sermone. Omnes autem arguentes in portis, offensionem ponent, & detorserunt ad iniusta iustum.*] Sublatis uelut è medio, & B
ejectis à Dei consortio & coniunctione Israelitis, tametsi non in totum, seruatæ enim sunt reliquiæ, iuxta prophetæ uocem: Defecisse, inquit, iniquũ & superbum. Iniqui, ut qui ipsam legem non seruauerint, sed auersi fuerint, potius ad doctrinas & mandata hominũ: Superbi uerò & admodum supercilioſi, Christũ uelut grauiter contemnentes. Dixerunt enim nunc: Nonne hic est fabri filius, cuius nos patrem & matrem nouimus? quomodo igitur dicit, E cœlo descendi? nunc rursus: Abraham mortuus est, & prophetæ mortui sunt, & tu dicis: Si quis meum sermonem audiuerit, mortem non uidebit in seculum, quem teipsum facis? Quin & alibi uidere licet Scribas & Pharisæos ualde impiè dicentes: Dæmonium habet, & furit, quid illum auditis? Deleti sunt ergo prætaricantes iniquè semper, pro- C
pter insignem malitiam, & nequitię ipsorum magnitudinem. Isti erant qui faciunt homines peccare in sermone, nam abducẽtes, ut dixi, populũ suæ manui subditum à legis reuerentia, peccare fecerunt, persuadentes suum sermonẽ, sua ipsorum nimirum præcepta seruare, efficientesq; ut hæc pro lege ducerent: & quod his magis est impium, posuerunt offensionem arguentes in portis. Etenim sancti prophetæ supernos & diuinos sermones tanquàm legati annunciantes Israelitis, redarguebant interdum idq; liberè, non clàm sed uelut pro portis. At qui delecti erant ad gregem manui & potestati suæ commissum instituendum, cumq; omnia quæ utilia essent ut prædagogi docere deberent eos, qui à recta & incul D
pata uia excurrunt, offensionem fecerunt reprehensiones hasce utiles, illos seductores & mendaces uidelicet nominantes. Scopus enim propositumq; eorum fuit iniustis rebus iusticiæ uim semper peruertere. Hoc nimirũ, opinor, est: Detorserunt ad iniusta iustum: puta, cùm lex dicat: Honora patrem tuum & matrem tuam: &, Qui maledicit patri uel matri, morte moriatur: isti docuerũt dicere genitoribus ex ipsis genitos filios, Donum quod ex me est, in tuum commodum cedit. Si hoc dicat, non honorabit patrem suum uel matrem suum. Licebit, inquit, non honorare patrem uel matrem. Hoc enim illis obiecit Christus, inquiens: Irritatis præceptum Dei, propter traditionem uestram.

PROPTEREA *hæc dicit Dominus, super domum Iacob, quam segregauit ex Abraham: Non erubescet nunc Iacob, nec faciem mutabit nunc Israel: at quando uidebunt filij eorum opera mea, propter me sanctificabunt nomen meum, & sanctificabunt sanctum, Deum Israel timebunt.*] Adùigilat semper oratio prophetica, & malitiam eorum qui reprehendendi studio tenentur, præoccupat. Dixit enim: Deficit iniquus, perijt superbus, deleti sunt iniquè agentes propter malitiam. Quoniam uerò ex insigni imperitia uerisimile erat quosdam putare Deum mentitum fuisse, cùm in totum non perierit Israel, sed reliquiæ, uti dixi, seruatæ fuerint, hinc ualde opportunè mentionem facit spei extremis seculi temporibus Israeli reseruatæ. Vocabuntur siquidem & ipsi per fidem in Christo, & post Gentes accurrent. Cùm enim, inquit, plenitudo Gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet. Quid itaq; ait? Propterea hæc dicit Dominus, de domo Iacob, quam segregauit ex Abraham. Selectus enim erat ex omnibus gentibus Israel, & ueluti sors quædam eximia Deo, Abrahamiticum & Iacobæum genus reputabatur. Sed nunc, inquit, non erubescent, neque faciem nunc mutabunt: id est, non quàm primum impiè egerunt in Christum, agnitis suis peccatis erubescent, & ueluti retrocedent, ut qui tales uideri nolint. Hoc enim, opinor, est, mutare faciem: sed tempore procedente, quum ex ipsis nati uiderint opera mea, id est, quum aspexerint uocatum omnem orbem terrarum, & credentes in me quotquot ubiq; gentium sunt, cùm uiderint diaboli potentiam conquassatam, euersò scilicet inueterato illo & prophano errore, simulq; cum delubris incensis idolis: tunc sanctificabunt nomen meum, pro, sanctum credent esse me etiam ipsi: sanctificabunt uerò utpote reuera sanctum Iacobi, & Deum Israelis. Sic enim me timebunt. Via autem ad salutem semper est, Dei timor. Scriptum nanq; est: Timor Domini uitam parit. Prouerb. 14

ET *cognoscent spiritu errantes intelligentiam, & murmurantes discent obedire, & linguæ balbutientes discent loqui pacem.*] Nam ubi nomen Seruatoris omnium nostrũm Christi sanctificauerint, cõstanterq; crediderint, ipsum esse sanctum Iacob, & Deum Israelis, cognoscent intelligentiam, quantumuis olim spiritu erroris detenti, legemq; obsignatã habentes, semperq; murmurantes discent obedire. nam Christo obmurmurabat Iudaicus populus, aliàs dicunt: Quinquaginta annos nondum habes, & Ioan. 8 Abraham uidisti? aliàs etiam persequi eum non detrectarunt, & crimini dederunt illi ueritatem. Seruator enim uniuersorum filium se nominauit Dei & patris, & umbram legis nihil esse ostendens, spiritualis cultus pulchritudinem adiecit. At hi persequuti sunt eum non solum, inquit, quòd uiolarit sabbatum, sed & patrem suum uocauit Deum, æqualem seipsum faciens Deo. Hi igitur obmurmurantes discent obedire, inquit, & linguæ balbutientes discent loqui pacem. Balbutiebant enim linguæ eorum, qui nihil rectè de Christo loquebantur: Verùm discent, in-

quit, quæ illius sunt loqui, imò clamare quæ ad pacem pertinent: non redeuntes ad priorem amentiã amplius, sed mentis cerui cem potius ipsi submittentes. Loquetur autem pacem ad Iesum, si quis dicat: Domine Deus noster possîde nos, extra te alium non nouimus, nomen tuum nominamus.

VAE *filijs degeneribus, hæc dicit Dominus. Inijstis consilium non per me, & pacta non ex spiritu meo, ut adderetis peccatum peccatis. Abeunt ut descendant in Aegyptum, (me aũt non interrogauerunt,) ut auxilium habeant à Pharaone, & protegantur ab Aegyptijs. Erit enim uobis protectio Pharaonis dedecori, & fiducia in Aegypto probro, quia sunt in Tani principes, nuncij mali, frustra laborabunt de populo qui non iuuabit eos, neq; auxiliũ afferet utilitatem, sed dedecus & probrum.*] Exclamat rursus in Israelitas tanquã peccatis deditos & apostatas factos, & improbissimos, & tetra consilia capientes, non per Deum. Non enim consilium capere per Deum, poterunt hi, qui in re ulla mala cõsentiunt, sed is cum Deo consilium capit, & in rebus agendis progreditur, quisquis pius est & bonus, & iusticiæ amans. Scriptũ est enim: Cogitationes iustorũ iudicia. Accusat ergo stupidũ Israelẽ, ut qui sententiã de Christo tulerit à Deo dissentientẽ. Consultarunt enim in consessu & dicitarunt: Quid facimus, quia iste homo multa facit signa. Si dimittamus illum sic, uenient Romani, & tollent nostram & ciuitatem & regionem. Alius uerò ex his qui cum imperio & dignitate erant, inquit: Vos nihil prorsus scitis. Expedit unum hominem mori, & non totam gentem perire. Manifestè istuc docet in Euangelicis parabolis Dominus, inquiens: Qui uineam plantauit, paterfamiliûs, emisit seruos suos, ut reportarent fructus. Interfecerunt autem illos agricolæ. Visq; eò proruperunt eorum impietatis scelera, ut filio conspecto post famulos missò à patre, dixerint apud se: Hic est hæres, uenite interficiamus illum, & habeamus nobis hæreditatẽ eius. Apostatæ itaq; sunt, tam nefariorum & impiorũ consiliorum magistri, peccatum peccatis addentes. Interfecerunt enim, uti dicebam, prophetas sanctos, dein post ipsum etiam hæredem, id est, filium. Quòd autem diuturna & diu antè cogitata sententia eorũ, ad apostasiam defectionemq; à Deo spectarit, certò pleneq; fidem conatur facere, dicẽs: Qui proficiscuntur ut descendant in Ægyptum (me autẽ nõn interrogauerunt) ut auxilium habeant à Pharaone, & protegantur ab Ægyptijs. Interiectũ uerò est illud in medio: Me autem non interrogarunt: consecutio uerò sententiæ hoc modo se habet: Væ, inquit, descendentibus in Ægyptum, ut auxilia petant à Pharaone, inueniantq; protectionẽ subsidiúmue ab Ægyptijs. Denũciato enim illis bello & pugna, & rege Assyriorum contra Iudæorum regionem arma mouente, confugerũt ad Ægyptios, eorumq; opem implorarunt: cùm oporteret Deum placare, & ea in quibus illum offenderãt, reditu recurs usq; ad meliora, delere & auertere. Nam quòd illius bonitate ditati & fauore, hostium pedibus subiecti non fuerint, eorum quæ iam antecesserunt experimentum ac documentum confirmabit. Quem enim non uicerunt, quem ope diuina non superarunt? Verùm cùm salutem ab ipso pro nihilo ducerent, imò nec posse quenquam cõseruare omnipotentem dexteram statuerent, ab hominibus auxilia quæsiuerunt. Sed hæc res, inquit, in dedecus & probrũ illis uertetur. Sunt nanq; in Tani, inquit, principes nuncij mali. Descenderunt siquidem in Ægyptum Israelitæ, putaruntq;, sicuti iam dicebam, suffecturum sibi præfectorum in Tani seu regum auxilium. At inde quoq; uenerunt quidam mala & intoleranda nunciantes dominatoribus regionis. Expeditionem enim fecit contra Ægyptios Assyrius, post bellum gestum aduersus Tyros. Frustra igitur, inquit, laborarunt Israelitæ dum currunt ad populum, qui nullo modo illis poterit subuenire. Non enim satis habebit quò ipsis opituletur, neq; quò possit ab impendentibus eos malis liberare, sed ad dedecus & opprobrium. Sequitur enim semper eos qui suo corde à spe in Deum defecerunt, ut prorsus omninoq; in omnia mala incidant. Verè quidem dicit beatus Dauid, inquiens: Melius est sperare in Domino, quàm fidere homini. Eripit autem & omni malo liberat, diligentes se, ipsiq; studentes adhærere.

*Ioan. 11*

*Psal. 117*

## VISIO QVADRVPEDVM IN DESERTO.

QVOD futura quædam suo tempore contra Iudæorum regionem contemplatus fuerit, etiam nunc propheta nobis declarat. Operæprecũ uerò duco rursus nobis historiam commemorare, cuius causa hæc illi habita est oratio. Ita enim sensus & uis horum uerborum perspicuus euadet legentibus. Regnante ergo in regione Iudæa Iechonia filio Eliakim, inde quoque Israele multum ad defectionem à Deo declinante, ualdeq; cultui idolorum affixo, & uniuersorum Deum in se prouocante: plurimæ apud eos habitæ sunt orationes per uocem Hieremiæ uocantis ad resipiscentiam, prudentissimeq; suadentis, ut erroris labem abstergerent & eluerent, imò summæ impietatis scelera excuterent, relapsi ad melius, & reuersi ad ueritatem. Hi autem duri & præfracti, sanctorum prophetarum sermones reijcere, & negocia illis facessere. Itaque exacerbatus contra illos omnipotens Deus, excitauit Nabuchodonosorum, qui Iudæam occupauit, & incensis in ea urbibus & uicis Sedeciam insuper præfecit. Cæterùm illo resiliente offensus Assyrius, de integro bellum intulit Hierusalem. Qua capta, & ipso Dei templo incenso, in suam terram rediit. Tum itaq; qui relicti sunt, & seruati, & qui effugere poterant gladium Babyloniorum, cum tota familia in Ægyptum descenderunt, etiamsi eos Deus hoc facere pro-



re prohibuerit, ac manifestissimè dicat uoce Hieremiæ: Nolite descendere in Ægyptum. Cùm uerò nihilo secius inobedientes manserint, perierunt in Ægypto. Nabuchodonosorus enim occupauit eam, simulq; cum Israelitis sustulit Ægyptios. Visionis itaq; hæc causa est, & occasio, hæ sunt rei omnes circunstantiæ. Sed dicenda nobis sunt ut arbitror, quoad licet, singula.

IN *afflictione & angustia, leo & catulus leonis inde, & aspides & progenies aspidum uolantium, qui ferebant super asinos & camelos diuitias suas, ad gentem, quæ non proderit illis ad auxilium, sed ad dedecus & probrum. Aegyptij nequicquam insiterq; succurrent uobis. Annuncia eis: Vana consolatio uestra hæc.*] Sortitò dedit diuinus Iesus, scilicet Naue filius, terram promissionis, his qui erant ex sanguine Israel. Aiunt autem tribum Iuda maximè, quæ ad Orientem & Austrum spectant, in regione Iudæa, sortitam esse: adiacente illis & imminente deserto, unde qui uelit possit in Ægyptum transire. Tempore igitur afflictionis & angustiæ, id est, obsidente Nabuchodonosoro, & incumbente, & Iudææ ciuitates affligente: Leo & catulus leonis inde. Leones fortassis uocat, qui principatum obtinebant, & potentissimos, quiq; uiribus haud paruis cõtra alios ualebant: Catulos leonis forsitan ex his natos: Aspidas & aspidum progenies, rursus alio modo acerbos & pestiferos, summaq; improbitate intoxicatos. Quod autem dicat, Volantium, intelliges eos qui uolucri cursu celeriterq; tendunt ad omnia nefaria. Improbi uerò omnes & acerbissimi planè sunt, qui à dilectione diuina recedentes, ligno dicunt: Pater meus es tu. & lapidi: Tu genuisti me: & qui operibus manum suarum ueneration em exhibent. Isti ergo super asinos & camelos, relictas sibi diuitias asportarunt ad gentem, quæ non proderit illis, ad auxilium, sed ad dedecus & opprobrium. Inutilis enim prorsus illis est hæc res, & uana facta est consolatio: id est, quod putarunt sibi fore solatio. Etenim, uti dixi, simul cum incolis regionis Aegyptiorum perierunt, ui etiam illam delente Nabuchodonosoro. Grauissimum itaq; est, Deum offendere. Sicq; iram aliquibus inducat, uanum est omne consilium, nihilq; omnino seruabit eos, cõtra quos hæc fiunt. Manum enim excelsam quis auertet? sicuti scriptum est.

NVNC *ergo sede & scribe, in buxo hæc, & in libro: quòd sient in diebus temporum ista, & usq; in æternum: quia populus incredulus est, filij mendaces, qui noluerunt audire legem Dei, qui dicunt prophetis: nolite annunciare nobis, & uidentibus uisiones, nolite loqui nobis: alia loquimini nobis, & annunciate nobis alium errorem, & auertite nos à uia hac. Auferte à nobis semitam hanc, & auferte à nobis uerbum sancti Israel.*] Quasi hæc essent futura suo tempore, scribi ea mandat, & obsignari iubet. Contingent nanque, inquit, in diebus temporum: æternisq; monumentis digna sunt. Et uerus est sermo. Semper enim erunt documenta prophetarum, usque ad consummationem huius seculi. Obsignari igitur dicit. Sunt enim populus incredulus. Erit autem hæc res illis utilitati. Nam si non credant futuris illo tempore prophetis sanctis, pudefieri eos maximè par est, cùm hæc & per te fuerint prædicta. Mendaces autem nominat eos, sicuti ego iudico, propterea quòd germanam pietatem in Deum religionemq; nõ conseruent, quodq; fidem fefellerint quam dederunt temporibus Mosis, qui eis in monte Sina leges descripsit, leges, inquam, Dei omnium nostrũ dominatoris. Inueniemus enim dixisse eos: Omnia quæ dixit Dominus Deus, faciemus & audiemus. Præcipiente igitur lege & dicẽte: Dominum Deum tuum adorabis, & ei soli seruies: Et non facies tibi ipse idolum: nihili hoc præceptum fecerunt, idolis enim seruierunt. Hinc iustissimè eos nominat filios mendaces. Psallit & Dauid, ac inquit: Inimici Domini mẽtiti sunt ei. & ueluti in persona Christi: Filij alieni, inquit, mentiti sunt mihi. Causa huiusce morbi eorum erat, quòd legem nulla dignarentur reuerentia, ipsosq; sermones sanctorum prophetarum contemptui haberent. Quod etiam docet, inquiens: Qui noluerunt audire legem Dei, dicentes prophetis: Nolite annunciare nobis. & uidentibus uisiones: Nolite loqui nobis, alia nobis loquimini, & annunciate nobis alium errorem. Et auertite nos ab hac uia. Et auferte à nobis uerbũ sancti Israel. Multis enim prophetis sanctis, idq; multoties insultarunt homines acerbi, Israelitæ istuc clamantes atq; dicentes. Perspicuè illud uidere est, quòd cùm Hieremias hortaretur, ne descenderent in Ægyptum, hi dixerunt: Mendacia, nõ misit te Dominus, sed filius Neri emisit te ad nos, & reliqua.

*Psal. 80*

*Psal. 17*

QVIA *non credidistis sermonibus his, & sperastis in mendacio, & quia murmurasti & confisus fuisti sermoni huic, propterea erit uobis peccatum hoc quasi murus cadens subito, ciuitate munita capta, cuius subito adest ruina, & ruina eius erit, quasi confractio uasis testacei ex figuli officina, comminuti ita ut non inueniatur in eis testa, qua ignem tollas, & qua abstrahas parum aquæ.*] Docere aggreditur grauem illis exitum omnino imminere, quòd sanctorum prophetarum monitis nolint obtemperare, sed in mendacium spem ponant, & quòd inconsideratè, sese munire ac tueri conentur. Cùm enim sermones prophetarum suggillauerit is, errorẽ eos nominantes, impieq; dictitantes: Auferte à nobis uerbum Domini. Hinc uobis peccatum hoc tanquam murus captæ urbis concidet, idq; subito, id est, breui urbis, inquam, sic attritæ, ut uas testaceum in minutas particulas confringitur, ut fragmenta singula omnino sint inutilia, ut nemo possit in eis uel ignem portare, uel modicam aquæ copiam collectam dispergere. His autem uerbis innuit, quòd tanta erit ac consimilis quodammodo, pœna inobedientibus, & increscet calamitas, ut in ultimam miseriam deducantur, interq; eos nemo prorsus reperiatur, qui non in horum malorum sortem deuenturus sit.

SIC *dicit Dominus sanctus Israel: Cùm conuersus ingemueris,*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*nueris, tunc seruaberis, & cognosces ubi fueris, quòd confisus fueris in anibus.*] Cùm supplicium eis omnium ultimum intentarit, & futurorum terriculamentis exagitauerit, commodè mox etiam iræ in eos causam demonstrat, uiamq; salutis. Benignus est enim & humanus conditor, & ut ipse dicit alicubi uoce Ezechielis: Non uult mortem impij, sed ut conuertat à uia mala, & uiuat. Punitur ergo Israel, quippe qui à dilectione in Deum prorsus refugerit, & idolorum cultui se addixerit. At permittit uolenti resipiscere ut expers malorum sit. Nam inquit, cùm à uia praua & scelerata conuerteris, ab adorando, inquam, creaturam, ab exhibendo uenerationem ligno & lapidi, tunc seruaberis. Ad hæc disces, ad quam tandem mentis ad quam stupiditatem potius recideris, confisus inanibus. Si enim subuenire non ualeant sibi, alijs opem afferre qui possent? Quid enim est idolo infirmius? Sunt nempe materia inanimis, & præterea nihil, dij errantium.

Ezech. 18

VANA *fortitudo uestra facta est, & noluistis audire. Sed dixistis, equis fugiemus, propterea fugietis: & in pernicibus equitabimus, propterea pernices erunt qui persequuntur uos. Vocе unius fugient mille, & uoce quinq; fugient multi, donec relinquamini quasi malus nauis super montem, & quasi signum ferens super collem.*] Etiamsi, inquit, experientia ipsa inuenerítis spem in in his qui dij habiti sunt, uritam esse, & uideatis eorum fortitudinē uanam, nihilominus inobedientes mansistis. Audientes enim, inquit, nō esse descendendum in Aegyptū, sed colendum fide eum qui seruare promisit, noluistis audire. At dixistis: Equis fugiemus, & in pernicibus equitabimus. Satis enim puratis ad salutem uobis, in Iudeam recurrere. At pernices, inquit, erunt qui persequuntur uos, id est, uolucres & celeres. Adeò feroces ac formidabiles erunt uobis, ad eam timiditatem inobedientium animus delabetur, ut si unus hostium uociferetur solùm, mille in fugā uertantur: Sin quinq; clamorem edant, ex phalange Iudæorum multi fugient: adeò uerò insignem calamitatem sustinebunt, ut conspicua futura sit, nullisq; omnino non cognita: adeoq; spectabilis, quemadmodum si quis certè malum in monte, uel etiam signum in colle statuerit. Signum autem & malum uocat ligum in collibus & tumulis excitatum, signa quædam ferens, unde significant præfecti militibus, uel quòd uicerint, bellisq; fortuna pulchrè ceciderit, uel fortè ut ad se conuocentur, aliquid audituri necessarium.

ET *rursus expectat Deus ut misereatur uestri, & propterea in altum tolletur, ut sit propitius uobis, quia iudex Dominus Deus uester. Et ubi relinquetis gloriam uestram?*] Spe rursus Israelitas seruauit. Conseruatę enim sunt reliquiæ. Non enim, inquit, dilectus funditus abibit in interitum, neq; obliuiscetur misereri Deus, sicuti inquit beatus Dauid, sed erit nomen eius gloriosum & excelsum, quando uestri misertus fuerit. Sed inquies: Nónne boni proprium fuisset, omnino pœnam non intulisse? Sed cogitandum est, quòd sit & benignus & iudex, iudicis autem officium est, rectè & incorruptè pro ratione delictorum cuiusque, admetiri pœnas: rursus boni est, punitos placido nutu in melius transformare. Vos, inquit, ubi relinquetis gloriam uestram? Κατελείψετε relinquetis, dicit, pro καταλειφθήσεται, relinquetur. Scriptura enim diuinitus aspirata de uerbis minus laborat. Obijcit itaq; illis, quòd gloriam suam per quam essent & dicerentur Dei, (nam sors eius erant,) nihili æstimarint. Illam enim reliquerunt, in turpiora transferentes, & operibus manuum suarum seruientes, & sanctis prophetis minus obedientes, ipsamq; à Deo salutem negligentes, & falsam inutilemq; spem in hominibus colentes. Descenderunt enim, uti dixi, in Aegyptum.

A

B

C

BEATI *omnes qui perseuerant in eo, quia populus sanctus in Sion habitabit. Et Hierusalem fletu fleuit, miserere mei. Misereburtui: Vocem clamoris tui quando uidit, audiuit te.*] Cùm gloriam Israelis uniuersorum Seruatorē Deum nominarit, prorsus penitusq; beatos pronunciat, si nolint ab eo recedere, sed magis per obedientiam in omnibus submissionemq; ei innitī uelint. Quòd etiam Seruatoris nostri aduentus tempore multi ex sanguine Abrahami pœnitentiam acturi sint, & iustificati per fidem, & omni peccato liberati, per spiritum diuitias sanctificationis consequuturi, docet, inquiens: Populus sanctus in Sion habitabit: Fletum enim fleuit, inquit, Hierusalem, miserere mei. Cumq; sit uniuersorum Deus ad humanitatem promptus & expositus, ad miserendum paratissimus: Miserebitur tui, inquit, tuumq; clamorem exaudiet. Simulac enim resipiscentem intuitus fuerit, obliuionis malorum gratiam etiā alacriter confert. Nam quod ad uoluntatem omnium Domini attinet, omnes per fidem in Christo salui esse potuissent. Cùm autem redemptorem non admiserint, hinc traditi sunt in exilium, utpote quod ipsi elegerunt.

D

*tom. 6*

ET *dabit uobis Dominus panem afflictionis, & aquam angustam, & nequaquam ultra appropinquabunt tibi qui decipiunt te. Quia oculi tui uidebunt decipientes te, & aures tuæ audient sermones qui te deceperunt, dicentes: Hæc uia, ambulemus in ea siue ad dextram siue ad sinistram.*] Factus est nobis uiatus panis uitæ Dominus noster Iesus Christus. Dixit enim disertè: Ego sum panis qui de cœlo descendi, & uitam dat mundo. Sed est quoque aqua, non sub sensum cadens aut materialis, sed diuina potius & intelligentiæ subiecta. Nuncupatus siquidem est flumen pacis, & torrens deliciarum, idq; dicimus, psallente & dicente beato Dauide tanquam ad Deum & patrem, de his qui fide iustificati sunt: Apud te fons uitæ, & torrente deliciarum potabis eos. Panis igitur & aqua uiuifica, Christus: sed cum sudore & labore inuenitur. Magna enim bona & eximia non percipiuntur ab his qui iacent & deliciantur, sed ab his qui sudores & labores in hac re collocatos cōtemnunt. Sic diuinus Dauid mysterium Christi scrutatus est, psallens & dicēs: Si conscen-

*psal. 35*

*psal. 131*



dero lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis: donec inuenero locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Ecce audiuimus eum in Ephratham, inuenimus eum in campis syluæ. Natus est enim in Bethlehē Emmanuel, quæ est Ephratha. Promisit igit uniuersorum Deus, Israelitis ad se conuertentibus, panem afflictionis, & aquam angustam daturum se, id est, uitam, quæ est in Christo, donaturum, suiq; notitiam: quam colligere quis poterit, & in animi sui thesauris reponere, non in uoluptates delabēdo, non ignauam uitam ducendo, non latam & laxam uiam ingrediendo, sed potius per angustam portam, quæ ducit ad uitam, subintrando. Hunc itaque panem, inquit, si acceperis, tunc fies etiam securus, neque in errorem procliuis, nec uerbis decipientium facilè abreptus. Videbis enim illos, & sermones eorum audies. Nam olim cùm non poteras eorum uerba dijudicare, similis eras his qui nec omnino uident, cùm sermones eorum qui consueuerunt fallere audiunt: sed pane hoc accepto, uidebis omnino eos, & quo affectu ac indole sint, planè cognosces: nimirum dissentientes planè & dicentes: Hæc est uia, ambulemus in ea, siue ad dexteram siue ad sinistram. Non enim erat iniusti, & eius quod tale non est, discrimen, sed uelut inconsideratè ac promiscuè ad quiduis eos quorumuis uerba abducebant.

A

B

ET *auferes idola argentea, & deaurata imminuta comminues, & disperges uelut aquam menstruatæ mulieris, & ut stercus proturbabis ea.*] Existimo docere cùm eos qui ex Gentibus uocati sunt, per fidem ad agnitionem ueritatis, tum eos qui orti sunt sanguine Israelitico, ut hoc uelint rectè administrare. Nihil autem incommodi est si dicamus, quadrare etiam his qui è Græco errore exierunt: Dabit uobis Dominus panem afflictionis, & aquam angustam, & nequaquam appropinquabunt tibi decipētes te. Iudæi sanè miseri, malos habuerunt præceptores, Scribas inquam, & Pharisæos, qui ad id omne quod ipsis collubitum est, abducere uolebant, à præceptis Mosaicis auertentes, & persuadentes doctrinis & præceptis hominum attendere. Accusabatur porrò Israel, quòd eò quasi dementiæ progressus esset, ut & inanima idola uoluerit adorare. Atqui Græcorum filij impios doctores habuerunt, qui animali & dæmoniaca prædíti sapientia, innumerabilem in uita dæmoniorum turbam prædicarunt, docuerúntque creaturam supra Creatorem adorare. Accepto autem pane uitæ, & aqua uiuifica, tam hi quàm illi, à pristinis liberati sunt doctoribus, aut potius deceptoribus: & se erroris accusantes, idola abstulerunt. Iustificati sunt enim per fidem, Satana immundisque dæmonibus, seu spiritibus tantùm non ualedicentes, & qui olim apud eos sublimes habiti sunt, falsò nominatos inquam deos, execrantes & fugientes, tanquam rem maximè odiosam, & extremè immundam. Quid enim stercore, & aqua menstruatæ mulieris esse potest detestabilius?

C

D

TVNC *erit pluuia semini terræ tuæ, & panis germinis terræ tuæ erit abundans & pinguis. Et pascentur iumenta tua die illo, in loco pingui & spacioso. Tauri uestri & boues operantes terram, comedent paleas, immixtas hordeo uentilato.*] Orationis figura sumitur ab agricolis, qui postquam magnam pluuiæ copiam è supernis & è cœlo effusæ opulenter acceperint, tunc omnino & fertilitatem multam habent, & amplos prouentus, qui satis ad uictum suppeditent, herbámque ex agro iumentis demetunt. Transfertur autem rursus eorum quæ proposita sunt sententia à rebus sub sensum cadentibus, ad spiritualem considerationem. Cùm enim, inquit, panem afflictionis, & aquam angustam dederit tibi Deus, quando uideris decipientes te, & animum tuum ab illis auerteris, quando idola sustuleris, & ueræ Dei cognitionis illustrationem acceperis, tunc spirituali fertilitate abundabis. Erit namque pluuia semini terræ tuæ. Pluuiam dicit intelligibilem spiritus consolationem, quæ corda colentium Deum recreat & quasi opimat, & fructuosos efficit. Dauid enim in Psalmo canit, de his qui per fidem in Christo iustificati sunt: Pluuiam uoluntariam segregabis ô Deus, hæreditati tuæ. Euangelicam nempe & salutarem prædicationem, & consolationem, ut dixi, per sanctum Spiritum. Dixit quoque alicubi propheta Hesaias, persona Dei, de Israelitis, qui erant uinea: Et mādabo nubibus, ut non depluat in eam pluuiā. Erit ergo, inquit, pluuia semini terræ tuæ. Quin & panis germinis terræ tuæ erit abundans & pinguis: id est, fructus tuorum operum erit adiumento & utilitati. Fructum enim edet, & pinguis erit & copiosus. Nam Malachias propheta defectores Israelitarum alloquebatur, dicens: Quia decipiens erat uitulus tuus, Samaria, quia corrupta uento seuerunt, & subuersio eorum excipiet ea. Manipulus non habens uires faciendi farinam. Rursus & alter è sanctis increpat quosdam, & inquit: Et Domini Dei tui non es recordatus, propterea plantabis plantationem infidam. Infrugifer enim est impiorum fructus, & labores inutiles, & conatuum successus nihil habet utilitatis. At pij fructuosi sunt, quibus bene sanè apprecatur diuinus Paulus, inquiens: Deus autem iusticiæ augeat semen tem uestram, & multiplicet prouentus iusticiæ uestræ. Adiecit uerò his propheta: Et iumenta pascentur in loco pingui & spacioso. Iumenta puto illum uocare, pusillanimes & simpliciores, qui mente tardi sunt: uocati autem semel ad agnitionem Dei per fidem, intelligentiæ pastum inuenient, & in loco pingui pascentur: id est, in scriptura diuino spiritu prodita, uerè spacioſa. Est enim lata & ampla, & tendens ad pietatem. Tauros seu boues operantes terram esuros dicit paleas commixtas hordeo uentilato: id est, bene saginati spirituali pastu, & solidis repleti disciplinis, terram colent. Tauros autē, opinor,

*Ose. 8*

*Psal. 67*

*2. Cor. 9*

Universidad de Deusto
Biblioteca



uocat hisce uerbis, eos qui diuinæ prædicationis A
ministerio sunguntur, & magna uirtute Euange
lium annunciant. In hoc nobis fidem faciet ite-
rum sapientissimus Paulus, legale præceptum
intelligēs spiritualiter. Dixit enim, Scriptum est:
1.Cor.9 Non obturabis os boui triturānti. tum adiecit:
Num boues curæ sunt Deo? an propter nos om
nino dicit? Itaq; tanq; ab optima uitulorū pastio-
ne, explicat effingitq; spiritualia, datq; intellige-
re electis, cultoresq; Christi, uelut terram frugife
ram reddētibus, pulcherrimū solidumq; pastum
adsuturū. Oportuit enim oportuit, populorum
præfectos, spiritualibus bonis ante impleri, quò
habeant unde iuuent subditos.

ET *erit super omni monte excelso, & super omni colli sublimi aqua pertransiens die illo, cùm perierint multi, & cùm ceciderint turres.*] Hoc quoque intelliges spiritualiter.
Colles enim & montes, sanctos Euangelistas di-
cit & Apostolos, cæterosq; omnes qui post illos
extiterunt sanctorum, Ecclesiarum procurato-
res, & diuinorum mysteriorum administri: qui
Psal.46 terreni nihil sapiunt, & in altum uelut sunt eue-
cti. Nam scriptum est, Dei potentis, terræ sub-
uecti sunt uehementer, ac diuina & cœlestis ex
eorum mente tāquam è fonte fluit oratio, ipsi au
tem è supernis gratia locupletati sunt. Est autem
larga & liberalis hæc aqua. Multi enim montes,
tot etiam colles, & riuulus ex illis dulcis & uber
ac perennis. Verùm die, inquit illo, erit & hoc.
Diem iterum nominat Seruatoris nostri aduen-
tus tempus: quo hi de quibus sermo est repræsen C
tati sunt, & exhibiti. Perierunt q; omnino, & de-
structæ sunt turres, id est, Iudæorum præcepto-
res, Scribæ & Pharisæi. Et si enim cæteris omni-
bus antestent, propter sacerdotij gloriam, & præ
fecturæ autoritatem, in Christum tamen impij
fuerunt, & qui illos effecit sublimes, trucidarunt.
Populos ad hæc subditos deceperunt. Cecide-
runt etiam aliæ turres, impiorum spirituum illu-
stria agmina.

ET *erit lux lunæ quasi lux solis, & lux solis erit septies maior, eo die, quando sanauerit Dominus contritionem populi sui, & dolorem plagæ tuæ sanauerit.*] Volūt quidam interpretes,
propositorum uerborum sensum referendū esse,
ad tempus consummationis seculi. Tunc enim,
ait, erit incremētum lucis, in ipsis elementis quæ D
quidem naturæ sunt lucidæ. Sed inueniemus sa-
cram scripturam dicentem: Obtenebrabitur
tunc sol, & luna non dabit lucem suam. Cadent
quoque stellæ sicuti cadunt folia de ficu. Omisso
itaque hoc sensu, illud potius dicimus: Non e-
nim, inquit, erit elementis incrementum lucis.
At lunam nominat, uelut in luce lunæ uersantes,
& ueluti adulterinè & modicè illuminatos. Isti
esse possent, qui humanitùs insita in nobis pru-
dentia sola uiuere solebāt, nondum superna illu
stratione ditati: cuiusmodi sunt qui nōdum Deū
natura & uerè norunt, sed tanquam in nocte ma
nent, mediocrem tum habēt splendorem, quem
ab ipsa creatione Deus humanæ naturæ indidit.
Hi cùm uerę Dei cognitionis lumen acceperint,
non tanquam in nocte manēt, nec exiguum iam
& lunare lumen habēt, sed deinceps uelut in die
radium solarem aspiciunt. Qui cùm uelut in die
existunt, & quasi sole collustrati sunt, eo quòd na
tura Deum sciant, septuplo maiorem adhuc illu-
strationem accipient. Quales erant legis gnari,
in animo habentes uelut solaris radij coruscatio-
nem, eo inquam, quòd scirent omnium conditō-
rem & Dominum. Audierant enim: Audi Israel,
Dominus Deus tuus, Dominus unus: nec dum
legem exactò cognouerant. At Christo illuce-
scente, proficiente eorum cognitione in melius,
& inspecta deinde lege spiritualiter, lux quæ illis
inest solis, tantùm non septies erit clarior. Sol e-
nim iustitiæ uniuersorum Deus, & est & intelli- B
gitur, & ipse est uniuersa sapientia. Resplenduit
autem per legem Israelitis. Nam uelut è caligine
pristina Ægyptiaci erroris eduxit, fecitq; eos in-
telligere & confiteri, solum illum esse uniuersō-
rum Deum ac Dominum. Verùm, inquit, hæc e-
runt, quando sanauerit Dominus contritionem
populi sui, & dolorem plagæ tuæ. Attritos enim
nos, & dolore plagæ confectos (impēdebat nan
que supplicij metus, & Græcis & Iudæis) sanauit
Christus. Eramus autem quodammodo demisso
animo, & infirma ac soluta mente ad opera iusti-
ciæ prædita, sed hic non hæsimus: medicinam e-
nim uniuersorum Deus gratuitò dedit, & effecit
ueteri morbo liberos, & ad omnia quæ illi pla-
cent robustissimos, ac fide in Christum iustifica-
tos. Per quē & cum quo sit gloria patri cum san- C
cto spiritu in secula seculorum, Amen.

# CYRILLI COMMEN-
## TARIORVM IN HESAIAM,
### Libri tertij,
### *Tomus Tertius.*

ECCE *nomen Domini uenit post multum temporis, ardens furor cum gloria. Eloquium labiorum eius, eloquium iræ plenum: & ira furoris eius quasi ignis deuorat. Et spiritus eius quasi aqua in ualle trahens, ueniet ad collum usque, & diuidetur, ut terreat gentes errore uano, & persequetur eos error uanus, & capiet eos in conspectu ipsorum.*] Septies clariorem fore Solis lucem, credentibus in Christum, cùm optimè declarauerit, eo tempore, quo populi sui conquassationem sanabit: commodè adiungit, diuinum furorem etiam futurum contra Satanam qui contriuit, & contra ea quæ sunt cum illo dæmonia. Non enim exercebunt tyrannidem perpetuam in nos, nec firmam ac inconcussam potestatem habebunt: maximè ubi Seruator omnium Christus humano generi illuxerit. Sed propheticus sermo, non est uelut nudus & retectus, sed obumbratus potius ac profundus. Est enim figuratus quasi de Assyrijs, qui Hierusalem uastarunt, totamq; ce-
perunt



perunt Iudæam: & dilectum Israelem captiuum A
habentes, reuersi sunt in patriam suam, tantùm
non insultantes diuinæ gloriæ, putantesq; quòd
nolente Deo superauerint eos qui illum colunt.
Siquidem Rhapsaces eos qui erant in muro affa
Psal.128 tus est, dicens: Ne decipiat uos Ezechias, dicens:
Eripiet Deus Hierusalē de manu mea. Nū eripue
runt dij gentium, singuli regionem suam de ma-
nu mea? Insolentes igitur esse, & multum ad-
uersus ineffabilem maiestatem blaterare, argu-
untur hi, de quibus sermo est. Sed cùm duras-
set Israel in captiuitate & seruitute apud eos sep-
tuaginta annos, rursus eripuit & seruauit uni-
uersorum Deus. Reduxit enim in Iudæam, duci-
bus tum Zorobabele filio Salathielis ex tribu Iu
da, & Iesu sacerdote magno. Sensus igitur pro- B
phetię, quantum quidem ad superficiem attinet,
mentionem uidetur facere eorum quę Chaldæis
& Babylonijs acciderunt. At uera dictorum sen
tentia de Assyrio est sub intelligentiam cadente,
nimirum Satana, ad quem dictum est à Deo:
Quemadmodum uestimentū sanguine mixtum
non erit mundum, sic neque tu eris mundus, eo
quòd terram meam perdidisti, & populum meū
occidisti, non manebis in æterna tempora. Se-
men improbum, præpara filios tuos, ut mactent
in peccatis patris tui: ne resurgant, & terram hæ-
reditariò accipiant, & terram bello impleant, &
ego resistam illis, dicit Dominus Sabaoth, & per
dam eorum nomen, & reliquias, & semen. Ve-
niet igitur, inquit, post multum temporis no- C
men Domini. Si historicè quis malit intelligere,
post annos septuaginta misertus est Deus Israe-
lis. Sin intus abstrusam sententiæ semitam in ani
mum admiserit, longo tempore inuentor pecca-
ti, iugum nequitię suæ, omnibus terræ incolis im
posuit iugiter: ut suos efficeret cultores, & pecca
ti laqueis irretiret. Atqui post multum temporis,
Vnigena Dei sermo nobis apparuit. Et factus
est ardens furor cum gloria, & eloquiū labiorum
eius, eloquium iræ plenum. Cyrus enim Camby
sis filius, Deo stimulante & excitante, sine causa
oppugnauit Chaldęos, terramq; Babyloniorum
cepit. Et uelut ira & ignis factus est illis, omnes
enim quasi deuorauit, & intoleranda facta im-
pressione, tanq; aqua in ualle trahens factus est, D
his qui ibi erāt, & tumultu ac turba omnes Chal-
dæorum gentes impleuit, iustè propter errorem
uanum condemnatas. Putabant enim, ut dixi, q;
etiam nolente Deo, deuicissent Iudæam. Inuasit
itaq; eos uanus error. Irrogatum est enim ex im-
potenti & uehementi furore supplicium: suisq;
perierunt impietatibus. Quod etiam passum fuis
se principem malorum draconem uidere est. Fa-
ctum est enim illi eloquium Domini, eloquium
iræ plenum. Iubebantur enim & ipse & malæ cū
ipso potestates in abyssum abire, & consumpti
sunt uelut igni, & aqua multa, distracti & agitati
in cauernis infimis ui spiritus. Conturbati sunt
enim & ipsi errore uano. Dixit namq; Vniuer-
sum orbem terrarum comprehendam manu ut
nidum, & uelut relicta ouа tollam, & non est qui
fugiat me, uel contradicat mihi. Putabat nimirū
se reuera Deum esse, & gloria quæ soli omnium
conditori competebat, ad se perpetuò transla-
ta, terræ incolas se posse uincere existimauit. Tur
bati ergo sunt, erroris uani damnati, & in his ca-
pti sunt. Pœna enim illis, & furor, & supplicium,
ob hanc etiam causam illata sunt.

NVM *semper oportet uos lætari, & semper ingredi Sancta mea? uelut festū celebrantes, & uelut lætātes, intrare cum tibia montem Domini, ad Deum Israelis?*] Dixi deuicta Iudæa
Babylonios continenter insultasse captis, & im-
piè admodum diuinum templum derisisse. Sed
capti sunt & ipsi: quo autem modo, non est ob-
scurum. O igitur Assyrij, inquit: Nunquid omni
tempore aduersus meos cultores gaudere debe- B
tis? & in panegyris occasionem traheres? & pro-
hibente nemine, Sancta mea ingredi? etiam cum
tibia & citharis? Atque hæc quidem historicè.
Sin contra Satanam & quæ eius sunt sapientes
ac sentiētes dicantur, hoc modo intelliges. Gau-
debat longo tempore, contra ineffabilem maie-
statem se extollens, & sanctos conterens, & iu-
sticiæ operarijs immaniter resistens, & ueluti
conspurcare sancta Dei studens, & hanc rem fe-
sti & uoluptatis loco ducens, & contra direptos
ac possessos triumphās. Verùm excidit hisce mi-
ser, Christo illum in id quod præter spem erat de-
trudēte, & à tyrānide in nos deturbante. Cessauit
ergo omnis eius uoluptas & lætitia, desiit con-
tra nos tripudium, & rerum natura in omnia
contraria uersa est & mutata. Nos enim oblecta
ti & deliciati sumus in salute per Christum, in iu-
stificatione per fidem, in sanctificatione per Spi-
ritum. At hic imperio frustratus, in iugi erit mœ
rore, & suæ potentiæ euersionem deplorat.

PER *uocem enim Domini uincentur Assyrij plaga ea, qua percutiet eos, & erit ei undecunque, unde erat illis spes auxilij, qua ipse confisus est. Ipsi cum tibijs & citharis bellabunt contra illum excommunicatione.*] Per uocem Domini, pro,
iubente Domino, dicit. Etenim uicti sunt As-
syrij, & plagæ obnoxij sibi illatæ, Cyro & Per-
sis & Medis, ut dixi, potentia & uoluntate Dei,
depopulantibus eos & tollentibus. Sed ante
hæc, tum Medi tum Persæ erant Chaldæorum
defensores, habebántque spem in illis posse se
fœliciter agere, & regiones ac populos quos
uellent facilè subigere. Hi ergo, inquit, illi, in
quibus erat Babylonijs spes auxilij, rebus mu-
tationem & tantùm non confusionem in omne
contrarium subeuntibus, cum cithara & tibijs,
id est, gaudentes & festum celebrantes, bella-
bunt cōtra illum. Hoc etiā uideri potest factum,
in Satana & immundorum spirituum grege. Ha
bebant enim in hoc mundo, infinitos potius &
innumeros cultores, sed per uocem Domini, id
est, per prædicationem Christi, plagæ subiecti
sunt, & uicti, & quos sperabant habere auxilia-
res sibi, hi præter opinionem passi sunt muta-
tionem in omne contrarium. Vocati enim sunt
per fidem, & cum illis gesserunt bellum. Nam
subuersa

Universidad de Deusto
Biblioteca



fuerſa ſunt phana, commoti colles, & multitudo immundorum dæmonum igne eſt conſumpta, & uetere principe damnato, Deum natura & uere, regis ac Domini titulo inſigniuerũt. Et magnum exiſtimarunt, uitam probatam & præclaram in omni uirtute uere colere: uitam autem uitioſam quàm longiſſimè profligarunt.

NON enim ante dies lues, nunquid etiam tibi paratum eſt regnare? Vallem profundam, ligna poſita, ignis, & ligna multa. Furor Domini, ut uallis à ſulphure incenſa.] Vbi dixiſſet Aſſyrium bello impetendum ab his, à quibus par erat potius auxilium expectare, quodq; hæc quæ omnibus malis acerbiora eſſent patefieret, neceſſariò infert & iſta. Poſtquam enim longo tempore eos toleraſſe uidebatur, uixque intuliſſe ſupplicia intoleranda patrantibus, apologiã facit quodammodo, & inquit: Non enim ante dies lues.

Tolerat enim, & benignè ac prolixè benignitatem ſuam confert in delinquentes uniuerſorum Deus, ut ad meliora eorum mentes cõuertantur, & pœnitentiam agentes, debitam ſibi pœnam effugiant. Quod cùm factum non ſit, deinceps inducit iram: non ante dies hoc faciens, ſed ueluti tempore, cumq; ad menſuram uenit, prout maximè ſerenitati & humanitati omnium dominatoris Dei conuenit. Itaque, inquit, ô Aſſyrie, fui tibi benignus & lõganimis. Non enim ante dies lues, ſcilicet pœnas, eo quòd in meos debacchatus es. Tale eſt quod dictum fuit beato Abrahamo: Nondum enim expleta ſunt peccata Amorrhæorum uſque ad hoc tempus. Quin & beatus
Zach. 5 Zacharias propheta, mulieres ſe uidiſſe ait alatas inſtar upupæ, & deferentes menſuram, & uelut in forma mulieris ſedẽs in medio peccatum. Admetitur enim legislator analogicè & conuenienter, uniuſcuiuſque delictis pœnas. Sed putaſti, inquit, ô Aſſyrie, quòd & tibi præparatum ſit continuè regnare? uel poſſe imperium tenere, & inconcuſſum habere in omnes dominatum? Sed aberraſti à uero: nam hereditariò potius accipies uallem profundam, & ligna poſita, & ignem. Erit enim ſic in te & in tuos, furor Domini. Dixerim autem & hoc conuenire maximè dici Satanæ. Poſſedit enim ui terram uniuerſam, priuſquã Chriſtus effulſerit. Vbi uerò Deus & Dominus effulſit nobis, abactus eſt tanquam ſæuiſſima
D fera è grege credentium, deſcenditque ad orcum, ignem & flammas ibi hæreditariò conſequuturus. Erit namque ei furor Domini, quaſi uallis à ſulphure incenſa. Non igitur ante dies luit, ſed tempore poſtea illum ad hoc uocante. Nec enim comparatum eſt, ut ille regnet perpetuò, ut certè Chriſto Seruatori omnium. Cui il-
Pſal. 44 lud per uocem Dauidis dici à nobis commodè poteſt: Solium tuum Deus, in ſeculum ſeculi, uirga rectitudinis, uirga regni tui.

CAP. XXXI.

VAE qui deſcendunt in Aegyptum, ad auxilium; qui equis confidunt & curribus. Sunt enim multi, & eorum qui equis inſident multitudo magna. Et non cõfiſi ſunt ſancto Iſraelis, nec; Deum quæſierunt. Ipſe aũt ſapienter dixit in eos mala. Et uerbã eius non fruſtrabatur. Et inſurget in domos hominũ malorũ, & contra ſpem eorum uanam, Aegyptium, hominem & non Deum, equorum carnes, nec eſt auxilium.] Cùm propheta didicerit euentura Aſſyrijs, temporum ſucceſſu, & quòd Perſis ac Medis deuaſtantibus eorum regionem, funditus internecione delerentur, Deo nempe in illos excitante Cyrum: uenit ad cõmorationem inobedientiæ Iſraelitarum. Cepit enim Babylonius Iudæam, & ipſam ſanctam ciuitatem, dico, Hieruſalem: abduxitque Iſraelem captiuum, relictis deinde in Iudæa, Deus exhibuit miſericordiam. At cùm illi ad Ægyptios deficere uoluerunt, ueriti, ne quando de integro bellum ſibi inferretur ab Aſſyrijs, mandauit is qui ſeruare poteſt, per uocem Hieremiæ, ne deſcenderent in terram Ægyptiorum. Cæterùm ubi poſtea quoque facti ſunt rebelles, putauerintque ſeruaturas ſe potius humanas ſuppetias, ceciderunt in Ægypto, & funditùs omnes interierunt. Exclamat igitur in ipſos propheta: Væ, inquit, qui deſcenderunt in Ægyptum, ad auxilium. Non enim Deo qui omnia ualet nixi ſunt, ſed equis potius & curribus. Equorum magnus erat numerus in Ægypto. Verùm ſapiens uniuerſorum Deus, adduxit in illos mala, & uerbum eius nõ fruſtrabatur. Dixit enim illis uoce Hieremiæ, quæ * infrà poſita ſunt. Igitur in domos hominum malorum inſurget, ſcilicet confugientium in Ægyptum, & ad ſpem eorum uanam. Elegerunt enim, inquit, adiutorem Ægyptium hominem & non Deum, equorum carnes. Loquitur autem propheta, emphaſi uehementiſſima, Iſraelitarum inſcitiam redarguens. Quid enim eſt equus, niſi ſola caro? Et quæ uis eſt carnis adeò infirmæ, & corruptioni ſubiectæ? Tale quid etiam, inquit, propheta Hieremias: Execratus qui ſpem habet in homine, & firmabit carnem brachij ſui, cuius cor recedit à Domino. Verè enim melius eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in homine.

DOMINVS autem adducet manum ſuam in eos, & laborabunt auxiliantes, & ſimul omnes peribunt.] Poſtquam enim Ægyptij arrogans & elatum tollentes ſupercilium, recepiſſent Iſraelitas, putaſſentq; uirtutem ſuorum falſò nominatorum deorum, præſtantiorem eſſe Deo Hebræorum, traditi ſunt & ipſi Babylonijs. Subegerunt nanque regionem, & qui ibi relicti ſunt Iſraelitæ, unà cum inhabitantibus eam perierunt. Dicit igitur, Dominum ipſis inducturum manum, & quòd prorſus penitusq; laborabunt, id eſt, debilitabuntur hi, qui inexpugnabile præſidium illis promittunt, & ſimul omnes peribunt.

QVIA ſic dixit mihi Dominus, quemadmodum, ſi clamarit leo uel catulus leonis ob prædam quam cepit, & uociferabitur ſuper eo,



per ea, donec impleti ſint montes uoce eius, & uicti ſint, & magni tudine furoris perterriti, ſic deſcẽdet Dominus ut prælietur in monte Sion, in montibus eius. Vt aues uolantes, ſic proteget Dominus Hieruſalem, & eripiet, & ſouebit, & ſeruabit.] Interiecit propheta territationem, in eos, inquam, qui deſcendunt in Ægyptum, & qui adiutorem habere maluerunt Ægyptium hominem, & non Deum. Dixitq; ſimul perituros cũ his qui promittebant ſubſidiũ: rurſumq; ad eum ſermonẽ reducit, qui ab initio fuit. Cùm enim dixiſſet: Vallem profundam hæreditariò poſſidebunt Aſſyrij, manifeſtè declarat, Deum auxilium laturum ritè colentibus ſe, & pro his qui in Iudæa erant pugnaturum, & ſic aggreſſurum illos qui iniuria eam uolunt afficere, ueluti leo quidam, ob prædam magna & horribili uoce irrugit obſiſtentibus. Nam aiunt hanc feram, fame incitante, quò armenta boum
B uel alia pecora aggrediatur, prius illa perterrere, magno & terrifico admodum rugitu, & intolerabilem impetum facere in paſtores. Sic, inquit, deſcendet Dominus ut prælietur in mõte Sion, id eſt, Hieruſalem, in montibus eius. Vt aues uolantes, ſic proteget Dominus Hieruſalem. Pullos enim ſuos curant in montibus uolucres, & in denſis arboribus conſtituunt nidos. Siquæ alia quæpiam auis uel ſerpens pullos uenit diripere, mater defendit acriter, & circunuolitando & ſubſtrídendo, & tantum non ingẽrem clamorem edendo in eum qui deſtruer, affectus pietatisque ſuæ uirtutem declarat. Sic, inquit, uniuerſorum Dominus proteget Hieruſalem, & eripiet, & ſouebit, & ſeruabit. Facta ſunt aũt hæc, uaſtata Baby
C lone, & Cyro è captiuitate Iſraelẽ relaxante. Reuerſi enim ſunt, regnum adminiſtrante apud eos Zorobabelo filio Salathielis, qui erat ex tribu Iuda, ſacerdotio autem fungente Ieſu filio Ioſedec, ſacerdote magno. Cumq; inſtaurarent mœnia Hieruſalẽ, adorti ſunt finitimi quidam, uolentes impedire. Nemo tamen uicit, Deo neruos ac uires addente Iſraeli. Eiuſmodi quoq; exitit in nos Seruatoris noſtri auxilij uirtus. Cepit enim omnes captiuos Deus, ut uidebatur, huius ſeculi.

Sed inſilijt in illum Chriſtus, tanquã leo quidam, uel catulus leonis, & uerbo potentiæ ſuæ eum aboleuit. Dominus eſt Sabaoth. Et præliatus eſt in monte Sion, id eſt, certauit pro intelligibili Sion, quæ eſt eccleſia Dei uiuenti, & uelut pro-
D prium ſuum nidum ſeruauit fortiter. Pater autem peccati ſactauit inſigni ſuperbia. Totum orbem habitabilem comprehẽdam manu uelut nidum: & uelut derelicta oua tollam, & non eſt qui effugiat me, uel contradicat mihi. Seruator uerò uniuerſorũ & Dominus, congregauit fideles in unum, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alis, & extra omnes inſidias poſuit. Eripuit enim & fouit, aſſeruitq; ſibi uniuerſam terram, & ſeruauit orbem terrarum.

CONVERTIMINI qui profundum conſilium conſultatis, & iniquum.] Dicente Deo, ſe uelut prælaturum in mõte Sion, & inſultaturũ in eos qui iniuria opprimũt Iſraelẽ, ſiue credentes in ipſum, robuſtiſſimi leonis inſtar, & adijciente, ſe protecturum, & erepturum, & aſſerturum, & ſeruaturum: rurſus propheta exclamat in illos qui credere non ſuſtinent: quòd omnipotens ſit Dei dextera, & quos uelit, facilè ab hoſtibus conſeruet. O igitur, inquit, qui adeò turpi & execratiſſima infidelitate laboratis, qui uniuerſorum Deum dereliquiſtis, & auxilia ab hominibus inconſulto corrogatis, & conſilium neſcio quomodo impium & ridiculum in hoc ſequuti fueritis, conuertimini ad Deum, conſilia capite meliora, dicite & uos: Domine Deus uirtutum, Beatus homo qui ſperat in te.

QVIA die illa auferent homines manufacta ſua argentea & aurea, quæ fecerunt manus eorum. Et cadet Aſſur, non gladius uiri neque gladius hominis deuorabit illum, & fugiet non à facie gladij. At iuuenes erunt uictis & cætera.] Redit & nunc oratio ad ſcopum ſibi propoſitum. Proteget enim, inquit, Dominus Hieruſalẽ, id eſt, pugnabit pro ſua Eccleſia, quæ eſt ciuitas ipſius, & eripiet in ſe credentes, & ſibi uindicabit illos, & propriam ſortem reputabit, & ad hæc, etiam ſeruabit. At quo pacto? Liberabunt enim ſeipſos à prophana & deteſtanda idololatria, nec ultra colent opera ſuarum manuum, ſiue auro ſiue argento, ſiue alio modo ſumptuoſè efficta. Nam ante aduentum Seruatoris, ſtupore harum rerum percellebatur humanum genus: hi quidem creaturam, alij etiam mundi elementis gloriam attribuerunt quæ Deo conuenit: ut & propheta: Argentum ſuum & aurum ſuum fecerunt ſibimet idola. Effulgeſcente aũt Chriſto, ab hiſce fœdis & deteſtabilibus uitijs libera facta eſt uniuerſa terra. Euerſæ ſunt eñ delubra & aræ, & manufacta, & ſemotus eſt error antiquus Satanæ, totã terram polluens. Sublatis igitur, inquit, manufactis, una cum errore & erroris quoque patronus peribit, nimirum Satanas, intelligibilis Aſſur ſiue Aſſyrius. Cadet enim non gladio uiri percuſſus, & timidus erit: abibit ſiquidem in Orcum, ſimul cum alijs malis poteſtatibus. Hoc namque ſubindicat nobis, dicens: Vincentur autem iuuenes: id eſt, fortes, & dominatum uſurpantes in terræ habitatores, inferiores erunt & cadent. Quo pacto, aut quomodo?

PETRA enim circundabuntur quaſi uallo.] Petram hîc nobis uocat infractam & illabefactabilem Seruatoris potentiam. Itaq; diuina potentia tanquã rupe quadam cincti, & quaſi uallo ſeu munimento & ſepimento, cedent uictoriam, & nemo eorum fugiet. Nam ſi quis hoc facere uelit, omninò omni ex latere capietur. Nimirũ, ſignificat hoc, opinor, illud: Fugiens capietur. Quis ergo eorum deinceps ſaluus euadet, ſi tanquam uallo circuncludantur petra, ſicq; nullus fugæ locus illis omnino detur? Præſtitit uerò hæc, Seruatoris potentia: partim Aſſur, id eſt, Satanam abolens: partim cum eo malas ſimul poteſtates tollens, & ueluti uallo circundans, & ineffaces redigens, & Orci receſſibus coercens, ut puniantur.

CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca



## CAP. XXXII.

HAEC dicit Dominus: Beatus qui habet in Sion semen, & domesticos in Hierusalem. Ecce enim Rex iustus regnabit, & principes cum iudicio imperabunt. Et erit homo occultans sermones suos, & occultabitur ut ab aqua quæ fertur. Et apparebit in Sion, ut fluuius qui fertur, glorioſus in terra ſitienti. ] Apertè hiſce uerbis beatus propheta myſterium diſpenſationis Vnigeniti in carne enũciat. Nam beatos fore ait, qui eo tempore inhabitant Sion, ſcilicet intelligibilem, quæ eſt eccleſia Dei uiuentis. Beati enim uerè. Et ad hæc Seruator ipſe nos certos reddet, dicens credentibus in ipſum: Amen amen dico uobis, quia multi prophetæ & iuſti concupierunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt: & audire quæ uos auditis, & non audiuerunt. Veſtri autem oculi beati, quia uident, & aures ueſtræ, quia audiunt. Qui igitur, inquit, habuerunt interiorem ac quaſi domeſticam conſuetudinem per ſpiritum cum Domino noſtro Ieſu Chriſto, & fructus tulerunt in Sion intelligibili, & domeſticos ac intimos habuerunt in Hieruſalem, quæ alia non eſt quàm ipſa Sion, ter beati ſunt, & omnibus bonis prædíti. Habuimus & nos quoque domeſticos ac neceſſarios ſpiritu, ſcilicet ſanctos myſtagogos ſacrorúmque antiſtites. Ecce enim Rex iuſtus regnat, & principes cum iudicio imperabunt. Regnauit namque Chriſtus noſter, iuſtus pariter ac immaculatus, ac iuſticiæ omnis adminiſter, & eorum quæ ſupra legem ſunt præceptor. Imperarunt etiam cum iudicio principes. μετὰ κρίσεως cum iudicio dicit, pro κεκρυμμένως occultè. Erit iuſtus Rex, homo quidem & frater per omnia eorum qui in terra ſunt: reuera autem Deus. Verbum enim caro factum eſt, iuxta ſcripturas. Et erit occultans ſermones ſuos. Plurima enim loquutus eſt in parabolis Dominus noſter Ieſus Chriſtus: qui etiam proclamauit hoc ipſum antè uoce Dauidis, dicens: Aperiam in parabolis os meum, eructabo occulta à conſtitutione. nec id ſolum dicit, ſed: Et occultabitur quaſi ab aqua quæ fertur. Impetum tentationum, aquæ quæ celeriter fertur, uel fluuiorum riuis qui in terra rapidè fluunt, iterum ſolent ſacræ literæ comparare. Quando igitur, inquit, graſſantur in eos tentationes, ſunt que tanquam aqua celeriter ac rapidè ruens, ipſe occultabitur, id eſt, ab inſidijs tentantium immunis erit, ut non capiatur. Dixitque de illo Dauid: Non proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non perget malo afficere eum. Sæpe enim inſidias ſtruxerũt populi Iudæorum, incitantibus illos ad hoc, his qui tunc præfuerunt, Scribis dico & Phariſæis. Sed non poterat Chriſtus præter uoluntatem quicquam pati eorum quæ ſolent moleſta eſſe. Illi enim lapidarunt, hic autem, ſicuti ait beatus Euangeliſta, per medium eorum tranſiit, & ſic prætertit, id eſt, non curauit. Eritque his qui ſunt in Sion, uelut fluuius incitatus, glorioſus, in terra ſitiente. His enim qui ſitierunt, ex Gentibus uocatis ad agnitionem eius, nec habentibus ſermonem qui ſeruare nouit, factus eſt uelut quidam fluuius, diuite riuulo exuberans, & etiam glorioſus, id eſt, inſignis. Complures enim alij quoque fluuij uocati ſunt. Etenim beatus Dauid ſanctos myſteriorum antiſtites, quique ſermonem è ſupernis & cœlitus hauſerunt, qui fidem adminiſtrunt, fluuijs comparans, ait: Eleuarunt flumina, eleuauerunt flumina uocem ſuam. Claræ enim & exaudibiles erant ſanctorũ Apoſtolorum uoces: at eorum nemo adeò fuit glorioſus, ut certè quidem eſt hìc torrens deliciarum, id eſt Chriſtus. Ab eo enim dicimus quoque alijs omnibus datum eſſe, ut abundè habeant unde poſſent myſteria tradere, & uiuificum Dei ſermonẽ animis credentium inſtillare.

ET *non erunt amplius conſiſi hominibus, ſed aures dabunt ad audiendum, & cor infirmorum attendet ut audiat, & linguæ balbutientes citò diſcent loqui pacem, & non ultra dicant miniſtri tui, Sile. Stultus enim ſtulta loquetur, & cor eorum uana loquetur, ut perficiat iniqua, & loquatur ad Dominum errorem, ad corrumpendum animos eſurientes, & animos ſitientes uacuos reddat. Conſilium enim malorum iniqua cogitabit, ut corrumpant humiles ſermonibus iniuſtis, & diſſipet ſermones humilium in iudicio. Pij autem prudentia cogitabant, & conſilium eorum manet.* ] Conueniet perpulchrè uerborum propoſitorum uis atque ſententia, tum uocatis ex gentibus per fidem, tum ſanguine Iſraelitico oriũdis. Nam qui falſò nominatis dijs ſeruierũt, homínib. freti ac fiſi, apud illos ſapientiæ famam, & ſummæ élo quentiæ opinionem & exiſtimationẽ conſequuti, in mentem fœdam & corruptam quaſi ab aduterinam abducti ſunt. Nam decepti ſunt, & dixerunt ligno: Pater meus es tu. & lapidi: Tu me genuiſti. & deos nuncupabant qui dij non ſunt. Iudæi uerò, cùm his qui præficiebantur attenderint, fidem in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum haud admiſerunt. Exiſtimarunt enim qui ſacrarum literarum periti erãt, melius quàm illos conſuluiſſe, & quid Deo gratum, quid populo ſubdito utiliſſimum eſſet, non ignoraſſe. Ergo non amplius, inquit, erunt hominib. confiſi, ſed adhibebunt aures, ut Seruatoris ſermones excipiant, & infirmorum cor aliquando tandem uiriliter confirmatum ad cognitionem, attendet ut audiat. Linguæ autem balbutientes, id eſt, quæ rectè loqui non ſciunt unquam, (eſt enim quodammodo balbuties, nihil poſſe in gloriam Dei, ſed ad hymnologiam laudémque falſò nominatorum uerba conſumere) diſcent, inquit, loqui pacem. Loqui autem pacem, nihil aliud eſt, quàm lingua habere Chriſtum & quæ ſunt eius. Eſt enim illa pax noſtra, ſecundum ſcripturas. Balbuties quoque eſt Iſraelitis, non ſuſtinere loqui Chriſti myſterium, ſed garrire ſemper legem, & quæ in ea ſunt umbras, & præcepta hominum atque doctrinas. Sed & hi, inquit, ceſſabũt, & omnis erit eorum de Chriſto ſermo. Quòd autem ueteres doctores non ferent, oſten dit, inquiens: Et non ultra loquantur ſtulto ut imperet. Stulti enim planè, qui apud Græcos ſapientes



pientes ſunt. Infatuata eſt eñ mundi ſapiẽtia. Stulti etiam Iudæorum magiſtri, ac doctores, qui in umbra legis quid ſcriptum eſſet non cognouerunt, & ſermones ſanctorum prophetarum non intellexerunt. Non igitur dicent amplius ſtulto, ut imperet, ſed neque ſtultorum miniſtri, his qui apud eos docentur, dicent: Sile. Loquuti ſunt eñ in Beelzebul, qui in mundo ſunt ſapientes, & dogmatum ſiniſtrorum & frigidorum, & præterea etiam impiorum inuentores. Verùm ſi quis eorum nugis reſiſtere uellet, & illas uelut prodigioſas deformare atque adulterare, aſſiliunt quidam eorum qui ſolent eis miniſtrare, & clamant ut ſiliant, quia uolunt eorum dictis non contradici. Narrant moris fuiſſe, cùm Pythagoræ diſcipuli loquerentur interdum frigida & ridicula, & multis incredibilia, illud dicere, Ipſe dixit: hoc eſt, Sile, & fidem adhibe dogmatis inuentori, etiam citra examen. Non igitur dicent, inquit, miniſtri tui, Sile. Loquetur enim ſtultus omnino ſtulta, ſed & uana ſentiet, & cor eius, unum habet ſcopum, ut peragat iniqua, & loquatur ad Dominum errorem. Nihil enim aliud quàm error ſunt Græcorum nugamenta, contra Dei gloriam concinnata ad corrumpendos animos eſurientes, & ad animos ſitientes euacuandos. Diſcendi enim ſtudio flagrabunt quidam aliquando, deinde ad iſtos imprudenter accedentes, nihil omnino utilitatis percipiunt: & licet eſuriant & ſitiant diſcere. ut uidetur, aliquid ſemper, quod ipſis ſit neceſſarium & utile, ad ſalutem animæ: tamen conſilium, inquit, improborum, iniqua cogitabit, & hoc ſpectat, ut iniuſtis ſermonibus corrumpat, & in iudicio ſermones humilium diſſipet. Amatores enim mundanæ ſapientiæ, & peruerſorum dogmatum aſſertores, etiam omne adhibent ſtudium ac diligentiam, ut ſermones doctrinæ ſanctorum myſtarum, quos etiam humiles nominat, diſpergant atque diſſipent: quantumuis in iudicio facti fuerint, id eſt, non oſcitanter, ſed expenſè & excuſſè, ac in ſapientia ſuperna ac diuina. Nam hoc, opinor, docet addens: Pij uerò prudentia cogitabunt, & hoc conſilium manet. Etenim ſapientum in mundo compta loquacitas euanuit. Obtinuit autem piorum conſilium, id eſt, doctrina ſiue prædicatio. Et pios eſſe dicimus, qui diuinum & Euangelicum ſermonem his qui per uniuerſam terram ſunt, adminiſtrant.

MVLIERES *diuites ſurgite, & audite uocem meam. Filiæ in ſpe auditè ſermones meos. Diei anni mentionem facite in dolore cum ſpe.* ] Mos eſt ſcripturæ diuinitùs aſpiratæ, mulierum perſonam ſæpenumero uel urbi bus uel etiam uillis apponere, & cùm una eſt metropolis, reliquas eius filias appellare, ſicut nimirum & diuinus Dauid inquit, de Sion, ſiue Hieruſalem, & accolis: Audiuit, & lætata eſt Sion, & exultarunt filiæ Iudææ. Semper enim ferè ſunt circum matrem omnium dominam, paruæ & ſubditæ ciuitates. Inducitur ergo hic ipſius Seruatoris perſona nobis, ciuitatibus Iudææ conſilium dans, & dicens: Mulieres diuites ſurgite, et audite uocem meam. Exhortatur itaque ut obedientiam uelint colere, et admittere ipſius ſermones, uidelicet Euangelicam et ſalutarem prædicationem. Diuites uerò ipſas nunc percommodè appellat, utpote admodum populoſas iam, habentésque innumeram incolarum multitudinem: uerùm breui futuras deſertas et egentiſſimas, ita ut nullum habiturę ſint qui inhabitet, niſi eius oraculis ceruicem mentis ſuæ malint ſubijcere. O igitur, inquit, mulieres, ô filiæ: Audite ſermones meos in ſpe, id eſt, non abſque mercede, ſed potius ſpe ampla et ſplendida. Quid ergo iubetur? Mentionem facito, inquit, dierum anni, quo apparuit Chriſtus, et diſſertè prædicauit ciuitatibus et uillis per uniuerſam Iudæam. Dixit enim ipſe uoce Heſaię: Spiritus Domini ſuper me, propterea unxit me, ut fauſta nunciem pauperibus miſit me, ut prædicem captiuis remiſſionem, & cæcis uiſum, ut dimittam confractos per remiſſionem, ut ſanem contritos corde, ut proclamem annum Domini acceptum. Exurgite igitur, id eſt, euigilate, et bona ſpe animo concepta, commemorate dies anni, quo, ut dicebam, facta eſt à Chriſto omnium noſtrũm Seruatore prædicatio. Iubet autem ut hoc agant non remiſſè aut negligẽter, ſed ſtudio & cura. Sic enim rectè perficiuntur bona. Heſa. 61

CONSVMMATA *eſt uindemia, ceſſauit ſemen ut non amplius ueniat. Obſtupeſcite contriſtamini confidentes, exuite uos, nudæ eſtote, cingite lumbos, & ſuper ubera plangite, ex agro cupiditatis & uite germinis, terra populi mei ſpinam & gramen proferet. Et ex omni domo lætitia tolletur, ciuitas diues, domus derelictæ, diuitias ciuitatis & domos deſiderabiles amittent, & erunt uillæ ſpeluncæ uſque in ſeculum, lætitia onagrorum, & paſcua paſtorum.* ] Non impunitum fore, ſed cauſam efficientem eſſe omnis ſupplicij, & miſeriæ Iſraelitis, hiſce uerbis oſtendit, eo quòd ſermonem Chriſti non receperint. Erant enim ciuitates per uniuerſam Iudæam uaſtandæ, incendente eas Romanorum manu, ut uacuę uiris cõſpicerentur, & loca eximia delerentur, & in fugam uerterentur qui uix fugere ualuerunt, domóque & diuitijs excíderent, & ciuitas ſeu uilla aliquando multis hominibus referta, habitaculum ferarum fieret. Sin etiam uelit quis ſpiritualem intelligentiam in hiſce uerbis propoſitis accipere, illud cognoſcet. Vindemiam & ſemen, ut arbitror, uocat intelligibilis fertilitatis uirtutem, qua ſumus Deo accepti, non uelut ſpinam multiplicem gignentes peccatum, ſed culti à Deo quaſi terra pinguis & fœcunda. Exciderunt ergo intelligibili feracitate, hi miſeri Iudæi: & intelligibilis uinea, facta eſt terra parens & ferax ſpinarum. Expectauit enim, inquit, ut ferret uuam, & tulit ſpinas. Dictúmque eſt etiam uoce prophetæ de Iſrael, quòd uentoſa ſeminarunt, & ſubuerſio eorum excipiet ea. Manipulus non habens uim conficiendi fari-

Universidad de Deusto
Biblioteca



nam. Consumpta ergo est, inquit, uindemia, id A
est, non amplius uinea nuncupaberis, nihil enim
est tibi maturum. Cessauit semen, non eris ter-
ra pariens bona, & fructuum mitium nutrix.
Hinc & meritissimè obstupescite, id est, percel-
limini & admiramini, contristamini confiden-
tes. Vos, inquit, quæ quondam superbistis in
Deo, cùm uideritis cor uestrum omnis boni ina
ne, tunc tunc dolete, exuite uos, nudæ estote, ac-
cingite lumbos, & super ubera plangite, ex agro
cupiditatis & uite germinis. Luctus, inquit, cau-
sa est, quòd pereat & prorsus uastetur ager desi-
derabilis, & uinea admirabilis. Significat per
hæc, Israelem. Explicat illud etiam aliter, & in-
quit: Terra populi mei spinam & gramen pro-
feret. In uastitatem enim redactus est Israel: di-
misit siquidem uineam suam, & nubibus impe- B
rauit ut non depluerent in eam pluuiam. Et fa-
cta est lætitia onagrorum, & malorum pasto-
rum pascua, nimirum immundorum spirituum.
Psal. 79 Sic quoque beatus Dauid, uelut de uinea Israele
orationem conformans ad uniuersorum Seruato-
rem Deum: Vineam, inquit, ex Ægypto trans-
tulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam. Deinde
adiũgit, inquiens: Quare destruxisti sepem eius?
& uindemiant eam omnes qui transeunt uiam?
uastauit eam aper syluestris, & asinus ferus depa
stus est eam. Quemadmodum enim loca quę in-
culta iacent, negligunt & abijciunt possessores,
& nulla illis cura est, quodcunque damnum ipsis
inferatur: sic & Deus noster uirtutis amans, re-
linquit animam, & omni nudam destitutámque C
misericordia reddit, si bonorum operum fructi-
bus uacua sit.

DONEC *adueniat in uos spiritus ab excelso, & erit solitudo Chermel. Et Chermel in syluis numerabitur, & requiescet in solitu dine iudicii, & iustitia in Carmelo habitabit, & erunt opera iusti cię pax, & obtinebit iustitia requiem, & confidentes erunt usq; in æternum. Et habitabit populus eius in ciuitate pacis, & habitabit confidens, & requiescet cum diuitijs.* ] Tempus declarat, quo intelligibili fœcunditate uacuum erit Israeliticum genus rebellans. Sermonem enim trans-
fert, ad eos qui submissione & obedientia Do-
minum nostrum Iesum Christum coluerunt, &
ad eos qui purgati sunt per fidem in ipsum, & fa-
cti sunt participes Sancti spiritus. Futura enim
sunt, inquit, prædicta, & desolabitur propter ef- D
frenem contumaciam Israel, donec adueniat in
Act. 2 uos spiritus ab excelso. Vt enim in Actis sancto-
rum Apostorum legimus: Erant omnes in unum
coacti, circiter dies sacræ Pentecostes. Ecce ue-
rò factus est subitò è cœlo sonus, instar concitati
& uehementis uenti, & compleuit domum ubi
erant coacti, & uisæ sunt illis dispartitæ linguæ
*ἐνάδουσεν, ad linguas re- fert Cyrill. tanquam ignis, & *insederunt unicuique eorum,
& cœperunt loqui diuersis linguis, sicut spiritus
dabat eis eloqui. Quando igitur, inquit, uene-
rit in uos credentes è supernis & ab excelso Dei
spiritus, tunc & solitudo erit Chermel. Chermel
autem siue Carmelus, mons est ingens in Iudæa,
& sylua spissa densus. Comparat itaque Cherme-
lo ipsam Hierusalem, & omnem finitimam re-
gionem, scilicet quæ innumerabilem habet mul
titudinem inhabitantium. Sed erit, inquit, solitu-
do, & reputabitur ut sylua. Syluam dicit horri-
dum & agreste nemus, cuius usus est combustio.
Excinduntur enim ligna squalida, & horrentia,
& flammæ sunt fomentum. Excisо igitur Cher-
melo, & reputato instar agrestis syluæ, requie-
scet in solitudine iudicium. Solitudinem dicit æ-
nigmaticè, gentium regionem, cuius & alibi me
minit ipse propheta Hesaias, dicens: Lætare soli-
tudo, quæ litis, exultet solitudo, & floreat ut liliũ.
Comparat autem solitudini, eo quòd infructuo
sa sit, & uelut nudata, in qua etiam nulla arbor
unq̃ creuit. Sed hæc ditata est, & facta est arbori
bus dẽsissima spiritualiter, quãdo in ea Christus
habitauit. Et sanè iterũ dixit uoce prophetæ He Hes. 41
saiæ: Et faciam in solitudine aquam, & in loco a-
quis carente fluuios, collocabo in terra aqua ca-
rente cedrum, & buxum, & myrtum, & cypres-
sum, & populum. Significant enim per hæc, ani-
mæ probatæ per fidem in ipsum, & erectæ in al-
tum, uariarum & multiplicium uirtutum fasti-
gium. Requiescet igitur, inquit, in solitudine iu-
dicium, & iustitia in Carmelo habitabit, pro, bo-
num uersabitur in solitudine & Carmelo. Cher-
mel & Carmelus non diuersa sunt, sed utroq; u-
nus idemq; mons significatur. Quomodo igitur
solitudo erit? & in syluis numerabitur, & in ea-
dem habitabit iustitia? Dicimus ergo non in to-
tum excidisse à cõiunctione cum Deo Israelem,
sed reliquiæ saluæ sunt, & congregantur cum
gentibus qui ex illis crediderunt, & Christus tam
in his, quàm in illis habitauit, qui est iustitia & iu
dicium. In illo enim iusti sumus, & iusto & recto
iudicio, abolito peccato, & sublato Satana. Quid
igitur Christus qui habitauit, qui iustitia est, in
solitudine effecturus sit declarat, inquiens: Et e-
runt opera iustitiæ pax Aduenies enim Domi Ephes. 2
nus noster Iesus, ut ait Paulus, Euangelizauit pa
cem longinquis, & pacem propinquis, id est, &
Græcis & Iudæis: obtinuitque nobis hæc iusti-
cia requiem. Pace enim facta cum Deo, & disso-
luta inimicitia, in ciuitatibus sumus requietis,
& æternæ uoluptatis. Et facti sumus in illo con-
fidentes, usque in æternum, & habitauimus in ci
uitate pacis, id est, Ecclesia Dei uiuentis. In ea e-
nim habitat Christus qui est pax. Et requieui-
mus cum diuitijs. Qui enim omnibus bonis &
omni uirtute egebamus, à Deo alieni in mundo,
& spem non habentes, diuites sumus iam per
Christum, & magis adhuc erimus, supernorum
& diuinorum charismatum amplissimam acces-
sionem consequuti.

ET *grando si descenderit, non inuadet uos. & erunt qui habitant in syluis, tam confidentes, quàm hi qui in campis.* ] Cùm impiè egissent in Dominũ nostrum Iesum Chri-
stum Iudæi, & quantum nefarijs consilijs & sum-
mis uiribus contendere poterant, illum tantùm
non occidissent, uiolentissima grando, nimirum
diuinæ iræ, uniuersam infestauit regionem. Re-
dacta



dacta est enim in uastitatem, capta est, & uastata, A
& in omnes uentos dispersi sunt, iuxta uocem
prophetæ. Quando igitur grando, inquit, inue-
cta erit, id est, diuina ira, non uos qui creditis, &
qui habitatis in ciuitate pacis inuadet, neque ger
mina iustitiæ nostræ corrumpet, neque bonos
nostros labores pessum dabit. Et erunt tam con-
fidentes hi qui habitant in syluis, quàm hi qui in
campis. Quid istuc est? Terra enim spissis lignis
referta, aspera est & arationi parum accommo-
data: illa uerò terra campestris est & æquabilis, agri
colis ad seminum esui seruientium procreatio-
nem aptissima. Deo siquidem annuente, omnia
erunt fertilia: & terra quondam aspera, efficietur
seminum satiuorum alumna. Omnia enim fru-
ctum ferunt per Christum, intelligentiæ scilicet B
fructus, spiritualiter. In spinis autem seminat ne-
mo. Sed innouantes noualia, iuxta prophetæ uo
cem, seramus in iustitia, uiuẽtes non ultrà secun-
dum carnem & uoluptuarie, sed cõuersantes ma
gis Euangelicè.

BEATI *serentes super omnem aquam, ubi bos & asinus cal cant.* ] Traducto sermone ad agriculturę opera, &
ad feracitatem agrorum, commoratur in transla
tione, & beatos nominat seminantes super aquã,
ubi bos & asinus calcant. Aquam enim scriptu-
ra diuino spiritu prodita diuinum & cœlestem
sermonem appellat, & sanctorum mystarum prę
dicationem. Loquũtur enim in spiritu etiam ipsi.
Iere. 7 Confirmabit etiam ipse Seruator dicens: Non
uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri C
qui loquitur in uobis. Cùm sit eñ uiuificus Dei
sermo, idcirco ac quidẽ meritò aquæ cõparatur.
Viuifica est enim aqua, efficiensq; omnis fœcun
ditatis. Tales igit̃ aquæ intelligibiles cùm nobis
suppeditentur, colere solemus uirtutis officia,
studemúsque pietatis insudare laboribus. In his
aquis bos & asinus calcant, id est, Iudæorum po-
pulus & Gentium. Iustificauit nanque Deus Cir
cunci sionem ex fide, & Præputium per fidem.
Rom. 2 Et ut Paulus ait: Interstitio maceriæ diruto, & le-
ge mandatorum in decretis abrogato, condidit
duos in unum nouum hominem, faciens pacem,
& reconciliauit Deo, iugum imponẽs ambobus
unum, & coniungens animorum consensu, per
fidem & charitatem, & sanctificationem. Bouí D
uerò assimilat Iudæorum gentem: mundum e-
nim animal est, secundum legem, Bos, & oblatus
est in odorem bonæ fragrantiæ Deo Asinus au-
tem immundus. Et quidem cùm primogenia ani
mantium iussisset offerri Deo: Sanctificabis e-
nim mihi, inquit, omne primogenitum aperiens
uuluam: reiecit asinum sic dicens: Omne aperiẽs
matricem asini mutabis oue. Verùm enimuerò
etiamsi impurus fuerit propterea quòd errauerit
forte Gentium populus, tamen sanctificatus est
per fidem. In Christo etenim iustificatus est, & ue
tera peccata sacrosancto Baptismo abluit, & pro
miscuè, ut dixi, cum Iudæis iugo Seruato-
ris nostri subiectus est.

CAP. XXXIII.

VAE *his qui miseros faciũt uos, sed nemo uos facit miseros: & qui repudiat uos, non repudiat. Capientur repudiantes, & tradentur, & ut tinea in uestimento, sic isti superabuntur.* ] Beatos no
minat qui serunt in omni aqua, ubi
bos & asinus calcant. Diximus per hæc significa
ri, tum ex Iudæis tum ex Gentibus per fidem ad
agnitionem Christi uocatos. At uerisimile e-
rat quosdam disputaturos & dicturos: Ergo quî
tandem beati sint eiusmodi, cùm eos persequan-
tur hi qui mundana sapiunt, & difficultatibus in
tollerabilibus semper implicent? & sæpe in ca-
pitis adducant periculum? Vigilat igitur & ex-
citatur hæc oratio ad consolationem creden-
tium, & inquit: Væ illis qui uos faciunt miseros:
uos autem nemo miseros reddit. Pati enim
propter Christum, sanctis gloriam, inferentibus
autem persecutionem, parit exitium. Seipsos er-
go miseros efficiunt, non eos qui passi sunt: siqui
dem qui compatiuntur, conregnant cum Chri-
sto. Atqui, inquit, si quis uos repudiauerit, sei-
psum etiam repudiat. Capienturq; qui hoc face-
re solent, id est, non effugient iram diuinam: sed
erunt pœnis sibi illatis uelut exesi & exhausti ue
luti certè uestimentum à tinea. Itaque labor, ut
dixi, sanctis æternorum bonorum conciliator
est. At qui uolũt malo afficere Deo dicatos, non
erunt immunes, imò his qui hoc faciunt, extremi
supplicij causa est.

DOMINE *misereri nostri, tibi enim confisi sumus. Redactum est semen incredulorum ad interitum, at salus nostra in tempore afflictionis.* ] Postquam Deus affatus fuisset san
ctos: Væ his qui miseros reddunt uos, cùm ta-
mẽ uos nemo miseros reddat: præ immenso gau
dio illi, tantùm non exilientes dicunt, & miseri-
cordiam quærunt, & in ipso omnẽ spem habent.
Quòd autem infidelium omnis labor irritus fu-
turus sit, quòdque multi sterilitate laborantes &
infructuosi, ad interitum ruituri sint, cùm his fa-
lus dabitur, semper suis temporibus demonstra-
bitur. Omnis enim in Christo uirtus ipsorum, e-
tiamsi prorsus debiles esse nonnunquam uidean
tur, quatenus, inquam, persequutioni inimicorũ
premantur. Sed tunc maximè is qui seruare no-
uit, mansuetudinis erga illos & auxilij è supernis
magnitudinem exerit. Itaque tempore afflictio-
nis maximè salus est sanctis mystagogis. Quod
ostendet sapientissimus Paulus, scribens: Quan- 2. Cor. 12
do ergo infirmus sum, tum potens sum. Cui uni-
uersorum Saluator: Sufficit tibi gratia mea. Po-
tentia enim mea in infirmitate perficitur.

PROPTER *uocem timoris tui obstupuerunt populi, à ti-more tuo, & à sublimitate tua dispersæ sunt gentes. Nunc autem congregabuntur spolia uestra, parui & magni, perinde ac si quis congreget locustas, sic illudent uobis.* ] Prorsus penitusq;
fore, ut increduli Israelitæ, qui fidem Christianã
non admiserunt, omnium turpissima & indigniſ-
sima paterẽtur, ut lex Mosaica proclamauit antè,
sic nihilominus etiam sanctorum prophetarum
sermones ostendũt: & quidẽ ipse Christus dixit:

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quando uideritis obsessam undique à militibus A Hierusalem, tunc dicetis mõtibus, Operite nos: & collibus, Cadite super nos. Propter uocem igitur timoris tui, inquit, nimirum quæ concutit timore: Obstupuerunt populi, illud, ἐξέστησαν, dicit pro, perculsi sunt, & quodammodo stupore perculsi, præ magnitudine, ut arbitror, calamitatis. Intoleranda enim mala mente dementant, & ueluti stultum reddunt patientem. Sin quis maluerit, ἐξέστησαν, alio modo intelligere, significare potest hæc uox, patria eiecti sunt, sic in omnes gentes dispersi sunt. Et hactenus uox sanctorũ prophetarum. Iam persona Dei infertur, dicens illis uidelicet attonitis: Nunc congregabuntur spolia uestra, parui & magni. Non enim diu, inquit, erit priusquam trademini hostibus, neque procrastinabuntur minę, sed primo quoque tempore pessum ibitis, paruus & magnus. Sic uos colligent hi qui uastant, ut si quis multitudinem locustarum in agris congreget, non cum labore hoc efficiens, sed potius citra puluerem, & uelut per lusum. Dicere autẽ possit aliquis, hoc ipsum passum esse Israelem, etiam spiritualiter traditum Satanæ, & impuris spiritibus tanquam hostibus, in direptionem, & ut tãquam locustæ irrisioni prostituantur.

SANCTVS *Deus qui habitat in excelsis, repleta est Sion iudicio, & iusticia, in lege tradentur, in thesauris salus nostra. Illic sapientia, & scientia, & pietas ad Dominum: hi sunt thesauri iusticiæ.*] Interloquuntur rursus sancti, & debitis laudibus ornare satagunt uniuersorum Seruato C rem Deum, qui in excelsis habitat, uel in cœlis uidelicet, uel in ædificijs ratione præditis, quorum altitudo sita est in multiplicium uirtutum intelligibili magnitudine. Doxologiã igitur canunt Deo, suspicientes nimirum Sion, id est, Christi Ecclesiam, uidentes eam iudicio & iusticia repletam. Terrena enim Hierusalem, hac tam illustri gloria destituitur. Nequaquam enim admisit iusticiam Dei & patris, id est, Christum. Ecclesia autem Gentium intelligibilis & uerior Sion plena facta est iudicio & iusticia. Iudicium hic iustum in re quaque iudicium denotat. Solent enim sancti congruenter rationi & legibus uiuere, & Euangelicis oraculis semet oblectare. Deinde admirantur Israelitas, legem habentes à D Deo traditam in auxilium, per eam tamen peri-
Rom. 4 re. Nam, ut beatus Paulus scribit: Reiicientes Dei iusticiam, & propriam stabilire quærentes, iusticiæ Dei non sunt subiecti. Finis enim legis Christus, ad iusticiam omni credenti. Lex namque erat in umbris, usque ad tempus reformationis posita, noua uerò prædicatione elucescente, & ueritate introducta, omnino cessare figuras oportuit, & umbras exolescere. Sed contentiosus & pertinax Israel, etiamsi uoluerit legi consentire, & Mosaicis præceptis insistere, per hoc pietatem se colere arbitratus, traditur hostibus. Non enim tam diuturna contumacia ueritatem contemnere oportebat. Itaque in lege tradentur. Nobis autem qui ex Gentibus credimus: Lex quondam per angelos loquuta, sequestre Mose, thesaurus salutis inuẽta est. illic enim, hoc est, in illa, & sapientia est, & scientia, & pietas in Deũ. Nam clamitauit lex Mosaica Christi mysterium, & Euangelicæ politiæ uirtutem tanquam in umbris inuenietis, subtiliter & exquisitè his quæ scripta sunt adhibentes animum. Dixit quippe Seruator Iudaico populo: Si credidissetis Mosi, credidissetis & mihi. De me enim ille scripsit. Est ergo lex thesaurus iusticiæ, non attendentibus umbræ, sed ipsam penitus introspicientibus, & ueritatis decus exquirere studentibus.

ECCE *timore uestro ipsi timebunt, quos timuistis, ij timebunt uos. Angeli mittentur rogantes pacem, amarè flentes, exhortantes* B *pacem. Deferentur enim horum uiæ. Cessauit timor Gentium, & testamentum quod ad illos attinet tollitur, nec reputabitis eos homines.*] Rursum hisce uerbis Dominus exercituum animare uidetur sanctos mystagogos, omnique metu liberare, & futurorum ipsis bonorum amplitudinem præmonstrare. Persequuti sunt enim sanctos Apostolos miseri Iudæi, partim citantes ad concilium, partim uirgis cædentes, & dicam scribentes illis, criminisque loco ducentes Christi religionem, & in diuina præ
Act. 4 dicatione studium & promptitudinem. Dixerunt enim: Interminando interminati sumus uobis, ne cuiquam loquamini in nomine isto. Et ecce impleuistis Hierusalem doctrina uestra. Ipsos etiam sanctos Apostolos inuenietis mentes Iudæorum insultum, & procidentes sanctissimo Deo, ac dicentes: Inspice minas istorum, & da seruis tuis, ut cum fiducia liberè loquamur sermonem tuum. Itaque inquit: Ecce ipsi potius uos, non uos ipsos timebitis. Hi quos timuistis, timebunt uos. Mittent etiam tempore suo, angelos, petentes pacem, & amarè flentes. Deferentur enim horum uiæ, id est, iter sibi non cadet prosperè: cùm maluerint cum Deo pugnare, & Domini nutui contradicere. Olim enim Israel, ab initio, inquam, diuinæ prædicationis, sanctis mystagogis erat molestus. Cùm autem multitudo credentium numero uinceret, per totam urbem & regionem, uicta demum est eorum superbia, & credentium pedibus subiecti, & flentes, & satis fore sibi putantes solatij, si pace cum ipsis digni habiti fuerint. Hæc est, opinor, mens prophetiæ. Cessauit enim, inquit, timor Gentium, scilicet Iudæorum, & fœdus cum illis tollitur. Facti namque sunt alieni à consortio Dei, & extranei à promis-
Rom. 9 sionib. Quia non oẽs qui ex Israel, hi sunt Israel: neq; quia semẽ Abrahæ sunt, omnes filij: sed filij promissionis hi reputabuntur pro semine, id est, qui sunt ex fide in Christo. Iustificatus est enim per fidem primus pater Abraham. Accepto igitur fœdere quod ad illos attinet, non reputabitis eos homines, id est, nullo precio dignos existimabitis.

LVXIT *terra, erubuit Libanus. Salius factus est Saron. manifesta erit Galilæa, & Carmelus.*] Libanus mons est in



in Phœnicia, insignissimis Cedris, alijsq; lignis A densissimus. Huic igitur monti solet scriptura diuinitùs inspirata Iudæorum synagogam comparare: utpote quæ numerosam habeat incolarum multitudinem, sicuti etiam uoce alterius
Iesa. 11 prophetæ dicit ei: Aperi Libane portas tuas. Luxit igitur terra, non quidem absolutè omnis, sed hæc terra Iudæorum & derelicta à Deo, & ab ipsius misericordia excluſa, à Romanis uastata est. Erubuit Libanus, id est, Hierusalem. Hæc enim quondam clara & celebris, & supernæ beneuolentiæ igne inflammata, & inuictam habens potentiam contra omnes, cecidit sub pedibus inimicorũ, incensa ac deserta est, & Domini misericordia priuata. Saltus factus Saron. Locus B est in Iudæa, cui nomen Saronas, campos habens arabiles, & ad agriculturam ualde accommodos. Cæterùm, inquit, hæc adeò fructuosa & fœcundissima terra, saltus fit, id est, densa compluribus spinis in ea crescentibus. Sumit iterum uelut à similitudine rerum apparentium, spiritualem intelligentiam. Desolatus est enim ueluti Israel, & terra quondam nutrix suauium fructuum, & ueluti bona & opima, nimirum Iudæorum synagoga, facta est spinarum parens. Expe-
Mat. 5 ctaui namque, inquit, ut proferret uuam, & protulit spinas. Sed hæc Iudæis euenient, quippe qui impiè in Christum egerint. Manifesta erit Galilæa & Carmelus, id est, illustris & conspicua ubilibet locorum degentibus. Galilæam uocat, regionem Gentium, seu Gentes, & fortassis C Ecclesiam ex Gentibus: quam etiam dignat Carmelo comparare. Carmelus autem mons est densus & excelsus. Talis est quodammodo ecclesia Christi. Complures enim in ea floruerunt, qui piam mentem habentes, plenam omni bono, in altum erectam, & à rebus terrenis seiunctam. Scriptum est enim: Dei potentes terræ multum eleuati sunt. Est autem solenne scripturæ diuinitùs inspiratæ, Ecclesiam montibus assimilare.

NVNC *exurgam, dicit Dominus, nunc gloriosè prædicabor, nunc eneabor, nunc uidebitis, nunc sentietis. Vana est fortitudo spiritus uestri. Ignis uos deuorabit, & erunt Gentes combustæ, ut spina in agro, proiecta & exusta.*] Vnigena Dei sermo, D cõformis & æqualis Deo & patri, ex se, natura, & indubitatò, exinaniuit seipsum, forma serui accepta, & in habitu hominum factus, humiliauit seipsum, factus obediens usque ad mortem, & mortem crucis. Cùm autem hanc crucem pro uita omnium subijsset, & denuò ut Deus reuixisset, tũc tunc istis huius suę impietatis cõuictis, ita ut non solũ non obedirent quantũuis uocãti ad uitã, sed auderent etiã conuicijs & flagris & morte ipsa afficere, dignã pœnã intentauit. Mali emm malè perierunt: incensis ipsorum urbibus, & terra in uniuersum uastata. Tum tum didicerũt eius qui passus est gloriã, & in tam graues & ineuitabiles prolapsi calamitates, uix tandem cognouerunt, non in unum aliquem è prophetis hanc impietatem scelerate patratam esse, sed in ipsum omnium Seruatorem & Redemptorem. Quasi itaque diuina ira confestim in illos incideret: Nunc exurgam, inquit, dicit Dominus. Nam ante preciosam crucem cùm mala tulisset ut Deus, passus iam in ea, insurgit propemodum contra inimicos, & glorificatus est & euectus, traditis in perniciem his qui omnia in illum machinati sunt, uocatisq; per fidem, & intelligibili ac diuina luce collustratis, qui olim in tenebris erant, & mentem pectusq; insciticæ caligine circumfusum habebant. Nunc igitur glorificabor, nunc uidebitis, nũc sentietis. Vana em̃ erit spiritus uestri fortitudo, id est, in nihil euader. Circundabo enim uos nolentes, & ignis eritis alimentum, uelut spina in agro combusta & proiecta. Consumpti erant nimirum, ut dixi, ab omniuora flamma quo dammodo, ubi in diuinæ iræ motus uexationes
Deut. 4 que inciderant. Nam ut beatus Moses ait: Deus noster ignis est consumens.

AVDIENT *qui longè sunt quæ feci, sciant qui propè sunt fortitudinem meam. Recesserunt qui in Sion sunt iniqui. apprehendet enim tremor iniquos.*] Missus enim est à Deo & patre, Dominus noster Iesus Christus, ad perditas oues domus Israel. Eorum etenim erant promissiones, leges, & fœdus, & patres, manitq; per uniuersam Iudæam sese manifestans: partim doctrina supra legem usus, partim diuinis signis supra rationem territãs. Sed inutile prorsus fuit hoc Iudæis, propter magnam peruersitatẽ mentis. Docuit enim Dominus: Scribæ uerò & Pharisæi increpantes auditores, dixerunt: Dæmonium habet, & furit, quid auditis illum? Malos & immundos increpauit spiritus, idq; liberè, ut Deus: at hi, hanc supernaturalem adeò & ineffabilem uerè calumniantes potentiam, ausi sunt dicere: Hic non eijcit dæmonia, nisi in Beelzebul principe dæmoniorum. Hinc abiecti sunt, & iustissimè, spei in illum haud participes. Et ad hæc mysteria introductæ sunt Gentes, & salutarem & Euangelicam prædicationem receperunt. Hoc, opinor, docet, dicens: Audient qui sunt longè, quæ feci. Nam quantum ad legis institutionem attinet, propè erat Israel: gẽtes uerò à cognitione & conIunctione cum Deo, uidelicet spirituali, semotæ erant, colentes creaturam supra Creatorem. Sed hi, inquit, audient quæ feci, cùm nollet audire Israel. Sciẽt qui propinqui sunt fortitudinem meã. Perijt enim non in totum Israel: sed ex illis plurimi crediderunt, & uelut prope Deum sunt. Quia in lege instituti iã fuerũt, Dei fortitudinẽ cognouerunt. Crediderunt namque eum miracula edidisse, ut Deum. Sed hi, inquit, scient. Recesserunt autem, & omnino expertes facti sunt spei sancto rum, qui in Sion iniqui sunt. Apprehẽdet etiam illos tremor, quãtumuis insigniter impios. Nam experientia calamitatum quæ illis inflictæ sunt, satis fuerit ad comprimendam eorum deinceps insolentiam.

QVIS *annunciabit uobis, quòd ignis ardeat? Quis annunciabit uobis locum æternum?*] Quòd in acerbum & ineuitabile supplicium incident, ignis alimentum fu-

Universidad de Deusto
Biblioteca



turi, qui in Christum impiè fecerunt, hîc demonstrat. Dixit enim alicubi & ipse: Amen amen dico uobis: Qui credit in filium, habet uitam æternam. Qui non credit filio, non uidebit uitam, sed ira Dei manet super eum. Itaque hominibus duri pectoris & inobedientibus, annunciat locum æternum, & quòd præparatus sit & ardeat, idq; perpetim. Sicuti enim ipse Propheta rursus dicit, de his qui peccatis suis immortui sunt: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, uenientq; in conspectum omnis carnis.

Ioan. 3

Hes. 66

AMBVLANS *in iusticia, loquens rectam uiam, odio habens iniquitatem & iniusticiam, & manus retrahens à muneribus, obturans aures, ne audiat iudicium sanguinis, claudens oculos, ne uideat iusticiam. Hic habitabit in excelsa spelunca petræ fortis. Panis ei dabitur & aqua fidelis. Regem cum gloria uidebitis, & oculi uestri uidebunt terram procul, anima uestra meditabitur timorem.* ] Ostendit pulcherrimè, quosdam impietate in Christũ inuolutos, abituros ad inferos, puniendos, & in flammam inextinctam casuros. Opportunè adnectit quod manifestũ reddit, quinam sint hi qui æterna uita potiri debent, & qui sint, tempore suo, charismatis, diuinis scilicet & spiritualibus abũdaturi. Nam, inquit, ambulans in iusticia, id est, qui opera iusticiæ coluit, & uitam præclaram instituit, & qui loquitur rectam uiam, id est, qui in lingua habet quicquid ad id quod rectũ est adducit. Et qui odit iniusticiam, & quisquis auaritia superior est, & hostis corruptelæ munerum. Et qui aures suas auertit à iudicio sanguinis, & oculos amouet, ne quid iniusti uideant. Hic habitabit in excelsa spelunca petræ fortis. Securus enim erit, & ueluti in petra domum habens, immotam inueniet in omnibus optabilibus permansionem. Quinimò consentaneum est, his uerbis petram nobis uocari, Dominum nostrum Iesum Christum, in quo tanquam spelunca quædam uel ouium stabulum, Ecclesia intelligitur, habens tutum & inconcussum, ita ut bene sit domicilium. Tu es, enim inquit Seruator, Petrus, & super hac petra fundabo meam ecclesiam, & portæ inferorum non prævalebunt contra eam. Huic ergo, inquit, in hac petra habitanti, dabitur panis, & suppeditabitur aqua fidelis. Habitantibus namque in ecclesia, panis uitæ Christus datur, à Deo & patre, & aqua fidelis, sacrosancti nimirum baptismatis, fideles & stabiles efficiens eos, qui eo digni habentur. Data est enim sacrosancti baptismatis gratia, purificatis per sacrum baptisma. Qui uerò regem accipitis, inquit, cum gloria uidebitis, id est, Christum. Videbitis etiam terram procul, nondum enim intuiti sunt terram. de qua ait Seruator: Beati mites, quia ipsi hæreditate accipient terram. Adhuc eam procul quasi intuemur oculis intelli gentiæ. Hinc etiam solemus meditari timorẽ Dei, ut in ea simus, & simul cum alijs sanctis, charismatis per Christum repleti, eum gloria & laude extollamus.

Petra Christus Mat. 16

Matt. 5

VBI *sunt literatiẽ ubi sunt consiliarij? ubi est numerans eos qui in agmen cogunt paruum & magnum populumẽ cui non consilium dederunt, neque sciebat profundam uocem habentem, ita ut non audiret populus contemptus, & non est audiendi intelligentia.* ] Præmijs eorum qui pietatem amplexi sunt expositis, transit rursum ad exacerbandum, probro dans ídq; meritò Iudæorum præceptoribus, quòd inconsultò exciderint ab eo statu, in quo possent & feliciter agere per gratiam supernam, & omnibus bonis abundare. Nam cùm meliores uideri, studium uirtutis pium habere, fidémque recipere potuissent: hoc miseri non fecerunt, sed prouoluti potius in fœdiora, multis modis inuoluti & capti sunt. Etsi enim legem semper consueuissent loqui, & sanctorum prophetarum uerba curiosè indagare, ut sic cognoscerent: hunc tamen Dei sermonem, qui in humana forma apparuit, & incolis terræ illuxit, ignorarunt, & etiam cognito hoc mysterio, grassati sunt, acerbi. Nam filio, qui missus erat à Deo & patre, post seruos agnito, dixerunt: Hic est hæres, uenite, occidamus eum, & habeamus nos hæreditatem eius. Et quidem quãtum ad conatum uimque ipsorum attinet interfecerunt (etiamsi ille ne ab inferiorum portis teneri potuit) extimulantes ad hoc populum subditum, & clamauerunt contra illum, Pilato dicentes: Tolle tolle, crucifige eum. Hac de causa, uelut summæ impietatis rei, & dominicæ cædis crimine implicati, extranei facti sunt à spe in Christum, detrusi sunt à coniunctione quæ est cum Deo, & præcipitati sunt in calamitates insanabiles. Dicit ergo illis: Vbi sunt literati? pro, in quibus malis sunt? Grammaticos seu literatos uocat scribas. Vbi sunt consiliarij? Et qui tandem sunt isti? Qui in sacerdotio constituti sunt, de quibus lex Moysis dicit. Quia labia sacerdotis custodient iudicium, & legem exquirent ex ore eius. Admonitionibus enim sacerdotum, populus qui sub manu est, instituitur. Vbi ergo sunt consulentes? Vbi est numerans eos qui in agmen cogunt populum paruum & magnum? Rursum hic mihi contemplare fastu turgidos, scribas & sacerdotes siue pharisæos, qui populum suæ potestati & manui subditum contra Christum conglobarunt, & copias manumq; populi parui & magni collegerunt, qui domum Pilati cingentes, postu larũt sibi donari homicidam Barabbam, & eum qui nullius fœdi facinoris reus erat omnino, Christum dico, crucifigi. Non enim fecit peccatum. Cuius meminerunt Matthæus & Marcus, beati Euangelistæ. Nam Pilato dicente: Oportere potius in festo Iesum remitti ipsis qui nihil deliquerat, sacerdotum principes, ut Matthæus narrat, & seniores persuaserunt turbis, ut Barabbam peterent, Iesum uerò perderent. Id quod etiam Marcus, ut dixi, manifestissimè narrat. Vbi igitur est qui numerat eos qui in agmen cogunt paruum & magnum populum? Cui populo non dederunt consilium, neque sciebat profundam uocem habentem, ita ut non audiret populus contemptus. Nec est audiendi intelligentia. Difficillima est horũ uerborũ cõpositio, & eo-

Mal. 2

Matt. 26



& eorum mens obscura. Dicã tamen ut licet. Vbi enim, inquit, est numerans eos, qui in agmen cogunt populum paruum & magnum? Cui populo non consilium dederũt. Magna enim pars populi, ut uidebatur, nesciebat Christum esse Dei filium, in quem uociferabantur. Quod fecerunt, propterea quòd hi qui sciuerũt, id est, præfecti non consulerint potius, ut fidem in hunc admitterent. Non enim sciuit, inquit, populus profundam uocem habentem, nimirum Christum. Profundæ uocis eum propterea nominat, quòd occulti sint & uelut ænigmatis & parabolis eius sermones. Siquidem introducitur per lyram Psallentis sic dicens: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione. Alloquutus est igitur Iudæos per parabolas. Igitur non dederunt, inquit, consilium populo. Sed neq; sciebat profundam uocem habentem, non consuluerunt autem, ita ut non audiret populus contemptus. Si enim consuluissent, non audiuisset populus contemptus. At beati potius qui agnouerunt Redemptorem. Verùm, inquit, non erat audienti intelligentia. Parum enim intelligentes Iudæi, præfectorum uoces non dijudicabant, nec discernebant, commodàne consulerẽt, an secus facerent.

Psal. 77

ECCE *Sion ciuitas, salutare nostrum, oculi tui uidebunt Hierusalem ciuitatem opulentam, tentoria quæ non mouebuntur, neq; commouebuntur paxilli tentorij eius in æternum tempus, neq; funiculi eius rumpentur, quia nomẽ Domini magnum uobis. Locus uobis erit, flumina, & fossæ latæ & spaciosæ.* ] Interpositis in medio Dei sermonibus, quos habuit ad insipientes Iudæorum literatos, & impios consiliarios, rursus introducitur persona ueritatis amantium, & agnoscentium apparitionem Christi, atq; dicentium: Ecce Sion ciuitas, salutare nostrum. Significant per hæc uel in terra Ecclesiam, uel in cœlis summam & pulchram ciuitatem, altricem sanctorum. Quare siue hanc in terris Ecclesiam nominet quis, siue illam animo concipiat, unum per utrumq; demonstrabitur. Qui enim in hac inferiori sunt, erunt progressu temporis, etiam in illa summa & cœlesti. Proinde dum magno gaudio tantum non exiliant, agnoscentes Sion, in qua salus nostra est, id est, Christus, dum ipsi sibi eam ostendunt, statim diuinus sermo eorum uoces excipit, & inquit: Oculi tui uidebunt Hierusalem, ciuitatem opulentam. Sermocinatur autem uelut ab antiqua similitudine, & ab eo tentorio quod in deserto erat. Opulentam nominat Sion, & inconcussum tabernaculum. Confirmat enim, habere eam funiculos infractos, & paxillos fixos firmosq; in perpetuum. Fulcitur enim Ecclesia, & solida est ac immota, & bona eius mansio. Non enim, inquit, portæ inferorum prævalebunt aduersus eam. Redditq; causam, cur talis futura sit, & inquit credentibus in Christum: Quia nomen Domini magnum uobis. Nam his qui non receperunt fidem, haud magnum neq; gloriosum est nomẽ Christi, at apud nos qui credidimus, magnũ & excelsum. Adoramus quipe ut Deum, ut filium uerè Patris, ut Sermonem hominem factum, ad uniuersorum salutem. Hoc igitur, inquit: An semper manens tentorium, uobis erit locus. Etenim Ecclesiam Christi fecimus tanquam ciuitatem, summæ illius figuram. Eruntq; in ea flumina, & fossæ latæ & spaciosæ. Significat autem his uerbis sanctos Euangelistas, & Apostolos, qui temporibus suis præsident Ecclesijs, qui instar fluuialis riui credentium animos irrigant, & in eos diuinis sermonibus influunt, amplissimamq; consolationem ingerunt, scilicet per sanctum Spiritum. Verùm hi omnes fluuij & fossæ, upum summum capiunt, scilicet Christum: de qub scriptum est: Fluuij impetus lætitia afficiunt ciuitatem Dei. Et ipse alicubi uoce prophetæ dicit de suis adoratoribus: Ecce ego declino in eos uelut fluuium pacis, & uelut torrentem qui inundat gloriam Gentium.

A

B

C

D

Psal. 45

Hesa. 66

NON *ambulabis per hanc uiam, neq; ambulabit nauigium insonans. Deus enim meus magnus est, nõ præteribit me, Dominus iudex noster, Dominus princeps noster, Dominus rex noster, Dominus ipse nos seruabit.* ] Relabitur oratio ad personam credentium. Nam cùm fluuiorum & fossarum fecisset mentionem, ideò & quidem ualdè meritò ueluti de nauigio dicit. Et quid autem sibi uelit, explicare conabor. Nam ante aduentum Seruatoris nostri, deprædatus est orbem habitabilẽ, nemine increpante, satanas. Sed postquam per Christum liberati sumus, & sanctum tabernaculum, Ecclesiam inquam, inhabitamus, euangelicorum & apostolicorum sermonum uelut delicijs luxuriamus, & audentiores sumus contra illum qui olim diripere ualuit, & quia credimus Christum seruaturum corda nostra, nec permissurum iniquitatis inuentori, ut in illa ingrediatur, alloquimur eum: Non ambulabis per hanc uiam, nec transibit nauigiũ insonans: id est, nõ erimus peruij aut expositi tuis iam direptionibus, sed neq; in his fluuijs inuenieris, ueluti nauis quædam insonans. At dixerit quispiam fortassis, unde hoc audemus dicere? Certè, inquit, habemus unde cõfidamus. Deus enim meus est magnus, & non præteribit me, id est, non transibit per me, ut antè, satanas. Non subijcias ipsius pedibus, Christus enim noster est iudex. Dominus princeps noster, Dominus Rex noster, Dominus ipse nos seruabit. Erat enim quondam iste, infestissimus ille & immitis princeps noster. Postquam autem ad hoc Euangelicũ & salutare iugũ accurrimus, iudicẽ habuimus, principem, regem, Dominũ, hunc filiũ: & ipse nos seruabit. Alio modo docet hoc, inquiens ipse propheta Hesaias, & de Ecclesia Dei, & de iustificatis per fidem in Christo: Erit illic uia pura, & uia sancta uocabitur, & non erit illic uia impura, neq; erit illic leo, nec ulla mala bestia ibi nascetur. Sed ambulabunt in ea redempti per Dominum.

Psal. 16

DIRVPTI *sunt funiculi tui, quia non præualuerunt. Malus tuus inclinatus est, non pandet uela, non tollet signum, donec tradatur uastationi.* ] Nauigij mentione facta, & tabernaculo cõmemorato, perse quitur rursus Dei interpo-

Universidad de Deusto
Biblioteca



interpositam orationem, aitq; ad Iudæorum synagogam seu tabernaculum: Dirupti sunt funiculi tui, quia non præualuerunt. Nam Sion ciuitatis opulentæ funiculos non ruptum iri dicit in æternum tempus. Fundauit enim, ut dixi, super petram, Dominus noster Iesus Christus, suã Ecclesiam. Sed disrupti sunt uelut funes Iudaici tabernaculi, utpote qui non ualuerunt. Cæterùm ut uehemente uento perflante, nauis uela intenduntur, minimè uerò laxantur, flatu non permittente, & naufragiũ patitur: sic, inquit, malus tuus inclinatus est, & non laxabis uela. Itaq; tanquam imagine quadam ex nauigantibus sumpta, id quod accidit Iudæorum synagogę, ostendit. Sed nec signum tollet, inquit, at manebit sic donec tradatur uastationi. Ecce hoc quoq; utitur exemplo, multifariam nobis significans, quę ipsis acciderunt. Solent enim in bello uictores, signum tollere, uel tropæum erigere. Victi autem signũ non tollunt, itaq; ait: Non tollet signum, id est, non superabit hostes, sed imbecillior erit, donec tradatur uastationi. Ex quibus rebus omnibus significat, subijciendum pedibus Satanæ, & naufragium passurum, nec unquam fore superiorem eius sæuitia, sicuti sanè hi qui inconcussum habitant tabernaculum, sed in prædam ei futurum.

IGITVR *multi claudi prædam agent, & non dicet: Laboro, populus qui habitat in illis Remissum est enim illis peccatum.*] Iudæi enim etsi recto pede incedere per legis pædagogiam potuissent: in prædam traduntur fatanæ. At Gentes licet mentem habeant claudicantem, (quippe errauerunt,) & rectas ire uias nesciant, prædas agent. Nam lucrabuntur diuina, uicto satana. Quodq; graui peccati onere ablegato, spiritalem habituri sint requietem, explicat, dicens: Non dicet, laboro populus habitans in illis, remissum est enim ipsis peccatum. Nam qui sunt ex sanguine Israelis, impendente uidelicet ipsis peccato, (nec enim iustificantem gratiã admiserunt,) meritò in prædam abrepti sunt, & uelut captiui sunt, peccati inuentori. At qui ex Gentibus erant, meliores, quàm ut accusari possint propter peccatum, (ablatum enim est, Christo abstergente,) omni uoluptate fruentur, omniq; labore immunes & liberi sunt, relegata omni molestia. Quorum meminit etiam beatus Da-
*Psal.31* uid: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus uir, cui non imputabit Dominus peccatũ. etiamsi dicat peccator: Iniquitates meę superarunt caput meũ, uelut onus graue grauatę sunt in me. Siquidem lex
*Matth.11* intolerabilis erat. Et Christus dixit: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos.

CAP. XXXIIII.

ACCEDITE *Gentes, & audite principes, audiat terra, & qui in ea sunt, orbis habitabilis, & populus in eo. Quia furor Domini super omnes Gentes, & ira in omnem numerum eorum, ut perdat eos, & tradat eos mactationi, & uulnerati eorum proijcientur, & mortui, & ascendet corũ fœtor, & ri-*
*gabuntur montes sanguine eorũ, & cõuoluetur cœlum ut liber, & omnes stellæ cadent, quasi folia de uite, & ut cadunt fici de ficu, ea briùs est gladius meus in cœlo.*] Cùm perpulchrè dissereret, Iudæorũ synagogam naufragium incursurã, & tradendam his qui uastant eam, diripiũt & capiunt, cumq; his uocationẽ Gentium subintulerit: Multi enim claudi, inquit, prædam facient, necessariam aggreditur catechesin & institutionẽ, his qui olim claudicantem habuerunt mentem, nunc aũt didicerunt recto pede incedere, per fidem in Christum. Cõmemorat igitur, iudicium contra omnes futurũ, paruos æquè ac magnos. Hinc ait, Gentibus uelut è longinquo constitutis: Accedite Gentes, & audite principes. Illud, Accedite, posuit, pro Appropinquate. Nam quandiu sunt in errore, & seruiũt creaturæ supra Creatorem, longè à Deo constituti sunt. Sublata aũt causa ob quã longè abesse dicuntur, cõiuncti sunt cũ Deo, & propè esse intelliguntur: participes facti ipsius, quòd consortes sint sancti Spiritus. Propinquate igitur, inquit, Gentes & principes. Audiat terra, & qui in ea sunt, orbis terræ, & populus in ea. Et quid demonstratur? Impendet enim, inquit, ira omnibus qui in ea sunt, & non simpliciter & promiscuè, sed inuadet potius illos qui peccatũ non abiecerunt, habentq; delictorum sordes animis suis inustas. Quòd autem peribunt, & uelut in exitium & mactationẽ tradentur, & omnem locum polluent corporibus uelut intereuntibus, orationis schema exprimit.
C Nam ait: Rigabuntur montes sanguine ipsorũ. Dein tempore declarato, mundi consummationem adducit in medium, & inquit: Cõuoluetur quasi liber cœlum, instar foliorum stellæ cadent: sicuti etiam discipulus Seruatoris dixit de extremo die: Quia in ea cœli procellę in morem transibunt, & elementa æstuantia soluentur: terraq; & quæ in ea sunt opera, exurentur omnia. Et nos uos cœlos, & nouã terram, iuxta promissa ipsius expectamus. Igitur illud: Cõuoluendos esse cœlos, & casuras stellas, huius uniuersitatis renouationem potest ostendere. Liberandam uerò esse creaturã diuinus etiã Paulus ait, à seruitute corruptionis, in libertatẽ gloriæ filiorum Dei. Cùm addit: Ebrius est gladius meus in cœlo, dat intelligere diuinæ iræ impetum non in sola terrestria incursurum, sed in ipsos impuros spiritus: quos etiam mundi dominos, rectores tenebrarum, & spiritualia nequitiæ in supercœlestibus uocare solent sacræ literæ. Punientur enim, & ueluti exaturabunt Dei gladiũ supplicio quod tolerant, cum tyrannidem exercuerint in longum tempus, & totum terrarum orbem, quantum in ipsis erat, deleuerint, luentes pœnas tam insignis impietatis.

ECCE *ad Idumæam descendet, & ad populum interitui destinatum cum iudicio. Gladius Domini repletus est sanguine. Pinguefactum est adipe agnorum, & adipe taurorum, & arietum.*] A generali iudicio demittit orationẽ, ad punitionem illatã Idumæis, propter impietatem in Christum. Idumæam uocat Iudæã, paululum immutans,



tans, ut eam deridere uideatur. Esau enim natus ex Isaac, qui cibo solo uendidit primogenita, iure uocatus est Edom, id est, terrenus. Sic enim is affectus erat, à quo cæteri nomen habent, nimirum Idumæi: quippe terreni & ipsi. Terrenum habere affectum intelligi potest, ex ipsa, ut dixi, nominis interpretatione. Idumæam igitur Iudæã uocat, ut quæ nesciret ea quæ suprà sunt sapere, sed magis rebus terrenis assideret, & carnalem affectum haberet. Ecce igitur, inquit, gladius in cœlo ebrius est, descendet nunc super Iudæam, seu Idumæam, & ad populum interitui destinatum. at eum iudicio, populus interitui destinatus, quis esset nisi Israel? non enim uolebat fide colere Redemptorẽ. Verùm gladius ebrius est
B cum iudicio, seu cum iusto iudicio: nõ enim simpliciter uel citra discrimen, & ueluti funditùs periit Israel, at saluæ factæ sunt reliquiæ per fidem, scilicet in Christũ. Vocantur enim ex Iudæis innumerabiles, & crediderunt in Christum. Sed in cõtumacibus gladius Domini cruentus exaturatus est, id est, ira tantùm nõ mactans, & quasi arietes quosdã & tauros crassos & præpingues sternes. Quibus meritò id dici poterit à nobis: Agitè nũc diuites flete, ululantes super miseriis uestris, quæ aduenient. Subinferemus & his illud: Luxuriastis, lasciuistis super terrã, enutriuistis corda uestra, uelut in die mactationis. Tales enim extiterunt moderatores Iudæorum, pascentes in pingui loco & spacioso, ex reditibus populi, obesi uelut omnibus honoribus. Sed ut arietes &
C tauri ceciderunt, in gladium Domini irruentes miseri.

QVIA *sacrificium in Bosor Domino, & cædes magna in Idumæa, & conci dent robusti cum eis, & arietes, & tauri, & ebria erit terra sanguine, & adipe eorum implebitur.*] Bosor interpretatur coarctatio, & munitio, & fausta nuncium, & caro. Idumæam igitur uocat Bosor, ut intelligas carnalem, uel coarctatam, id est, obsessam: uel fausta nuncium, in ea enim fausta annunciauit Christus. addi potest, & munitio: Dominus enim erat in circuitu eius, & in circuitu populi sui, quemadmodum scriptum est. sed in hac, inquit, sacrificium Domino. Expositi enim sunt gladijs obsidentium, & nõ in odorem bonæ fragrantiæ ascendentes Deo, sed in satietam gladij qui eos percutit. Quòd autem non sola multitudo in Idumæa consumpta sit, sed insignium in ea uirorum facta sit cædes plurima & miserabilis, ænigmaticè subindicat, inquiẽs: Robustos, & arietes, & tauros casuros cum illis. Et inebriabitur terra sanguine eorum, & adipe eorum implebitur. Hæc autem dicit quasi de tauris & arietibus proiectis in terram, & multum sanguinis fundentibus, eo quòd diffluãt, eamq; tantùm non irrigantibus.

DIES *enim iudicij Domini, & annus retributionis iudicij Sion. Et uertentur ualles eius in picem, & terra eius in sulphur. Et erit terra eius ardens uelut pix noctu & interdiu, & non extinguetur in æternum tempus, & ascendet fumus eius sursum. In ætates deseretur, & habitabunt in ea aues, & erinacei, & ibices, &*
*corui. Et inijcietur super eam funiculus Geometriæ deserti. Et onocentauri habitabunt in ea.*] Clarius his uerbis proponit ad intelligendum, quæ dixit per ænigmata. Nominat enim Sion, cui & iudicij diem & retributionis annum imminere ait, quando pice & sulphure tantùm nõ effusis in totam eorum regionem immisti igne consumentur, & irrequietas flammas habebunt. Fumum autem ascendentẽ fortassis intelligere oportet, rumorem ueluti afflictionum, qui longè dissitis significat calamitatis, quæ inflicta est magnitudinem. Deserendam ait eam in ætates, & quæ desertis urbibus continguntur, dicit. Nam aues, & erinaceos, & ibices, & coruos ait in ea commoraturos, & in desertum commensurandam esse, habitantibus in ea onocentauris. Onocentauros uocat onagros, quibus gratũ est, in desertissimis locis uersari: Echinos seu erinaceos, mures dicit spina uestitos. Sin maluerit quis intimam cõtemplationem seu internam accipere intelligentiam in hisce uerbis, dicimus, desertas & uelut desolatas hominum mentes, eo quòd nõ in illis habitet per spiritum uniuersorum Deus, à malis bestijs depascentur, & impuri spiritus ibi diuersabuntur: tanquam in forma dictorum erinaceorum & coruorum & asinorum syluestrium.

PRINCIPES *eius non erũt, reges enim, & principes, & magnates eius interibũt.*] Cùm dixerit in superioribus, robustos, & arietes, & tauros, Iudæorum gubernatores, nimirum conspicuam gloriam sortitos seu sacerdotij ratione, siue quòd diuitijs & honore insigni illustres fuerint: his uerbis principes nominat apertiori eos designans uocabulo. Itaq; qui reges eorum quondam erant, inquit, & principes, & magnates, non erunt. Non enim potentia delicatè insolescent in omnes, nec uanum tollent supercilium, adeò sublimibus luxuriantes honoribus: sed detrudentur solio & principatu, & quasi regno delapsi, & imperio deiecti, abibunt in interitum simul cum alijs per illos pereuntibus. Facti sunt enim occasio exitij populo suæ manui commisso. Quod etiam docebit u-
*Hier.12* niuersorum Deus, inquiens: Pastores multi corruperunt uineam meam, polluerunt partem meam. Dederunt partem meam desiderabilem in desertum inuium. Redacta est ad interitum pessimum.

ET *renascentur in ciuitatibus eorum spinea ligna, & in munitionibus eius. Et erunt cubilia sirenum, & aula struthionum, & occurrent dæmonia onocentauris, & clamabit alter ad alterum, illic requiescent onocentauri. Inuenerunt enim sibi requiem, illic nidum construxit erinaceus.*] Rursum nobis alio modo quæ in solitudine contingunt, conatur declarare. Quandiu eñ uirorũ multitudine refertæ sunt ciuitates, nulla ligna syluestria in eis nascũtur, & recedunt bestiæ quæ desertis gaudent. Vbi autem uiris uacuę sunt & incolis destitutę, tunc ueluti inculta quædam tellus inuenietur, spinis plena, struthionum & sirenum maximè habitaculum. Sirenas autem dicit, uolucres uocem lugubrem noctu edentes, & propemodùm ululantes:

Universidad de Deusto
Biblioteca



lantes: quæ interdiu solitariæ sunt & in desertis locis cõmorantur: imò in tenebris uolant, exemplí causa, noctua, & similia. Cùm dicit dæmonia, & onocentauros sibi inuicẽ occurrere & clamare alterũ ad alterũ, summã ueluti solitudinẽ ciuitatum subinnuit. Habitare enim dicuntur libenter in desertis locis etiam mali spiritus, libentissimè etiam diuertunt feræ, quæcunq; abesse ab hominibus impendiò cupiunt, & naturę lege ad sæuitiam instituuntur.

ET *seruauit terra filios eius cum securitate, illic cerui occurrerunt, & uiderunt facies inter se. Numero transierunt, & una ex eis non periit, altera alteram non quærebat, quia Dominus præcepit ipsis, & spiritus eius cõgregauit ipsas. Et ipse immittet eis sortes, & manus eius diuisit ipsis, ut pascerentur in æternum tempus hæreditatẽ habebitis, in omnes ætates quiescent in ea.*] Cùm dixerit regionem Iudæorum in extremam solitudinem tradendam, prorsus expertem esse supernæ & diuinæ misericordiæ, & dilectionis: rursum memorat eos qui seruati in ea fuerunt. Isti esse possunt reliquiæ, nimirum per fidem. Et de illis hic dicit: Seruauit terra filios eius cum securitate. Filij enim erant Iudaicæ regionis, credentes Israelitæ, & securitatem & quasi turrim immotam auxilij inuenientes, Dominum nostrum Iesum Christum. Ab his filijs qui seruati sunt, cerui quodãmodo nati sunt diuini discipuli, cõparantur & meritissimè ceruis. Est enim animal serpenticida, & aquarum fontes sæpe & libenter frequentat. Tales sunt omnes hi, qui in sortem diuinæ religionis assumpti sunt, ad euertendum intelligibilem draconẽ instructi & idonei, gloriam eius subuertendo, & nequitiæ illius uenenum infirmũ & inefficax reddendo. Sed & in aquarum fontibus sub intelligentiam cadentibus uelut lasciuiunt, id est, spiritualium bonorum ministerijs, tantùm non irrigantibus mentem, fructuosam eam Deo efficientibus. Illic igitur, inquit, id est, in his qui seruati sunt, occurrerunt sibi inuicem ceruæ, admiratæ sunt ipsæ sese, hoc enim opinor significare illud: Viderunt facies suas inter se. Nulla periclitata est, nam id est, Transierunt numero, & una ex his non periit. Altera alteram non quæsiuit. Quis igitur seruauit? Dominus præcepit ipsis. Et spiritus eius congregauit ipsas. Elegit enim eas, & iussit docere omnes gentes, & baptizare in nomen patris, & filij, & Spiritus sancti. Inijciet eis sortes, & distribuit manus eius, ut pascerentur in æternum tempus. Diuisæ sunt nanq; sanctis Apostolis uelut quædam sortes, quibus unumquemq; prædicare oportuit. Præpositus scilicet est diuinus Petrus circuncisioni. Vaticinatusq; est spiritus dicens: Segregate mihi Barnabam & Paulum, ad opus, ad quod uocaui eos, & erunt Apostoli Gentium. Diuisit igitur illis manus eius sortes, ut pascerentur in æternum tempus. Quoniam enim ceruorum fecit mentionem, necessariò posuit, Pasci. Nam regiones modo non pascebant, oblectantes se in his qui per fidem uocati sunt. Agnitio ueritatis & sors hæc illis. Quippe diuinus Paulus aloquitur eos qui per ipsum uocati sunt, inquiẽs: Gaudium & corona mea. Sine fine autẽ seruandam ipsis à Deo hanc de illis gloriationem, exponit, dicens: Requiescent in ea. In qua? Scilicet in hæreditate sibi distributa à Deo. Nec prætereundum est, quod beatus Dauid de illis psallit: Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit syluas. Syluæ enim intelligibilibus ceruis monstratæ sunt à Deo, innumerabilis Gentium multitudo: quã possidebunt intelligibiliter, in probitate credentiũ acquiescẽtes, & quasi deliciantes.

Matth. 28

Philip. 4

Psal. 28

## CAP. XXXV.

LAETARE *desertum sitiens, exultet solitudo, & floreat ut lilium. Efflorescent & exultabunt solitudines Iordanis, & gloria Libani data est ei, & honor Carmeli, & populus meus uidebit gloriam Domini, & altitudinem Dei nostri.*] Desertum & sterilem appellare solet diuino spiritu tradita scriptura, Gentium ecclesiam, quę olim in illis erat: non habens è cœlo intelligibilem sponsum, Christum inquam, sed inopia laborans bonorum omnium, & quasi nutrix spinarum, sticuloſa, & aquis carens. At ubi in ea esset Christus, (assumptus enim est per fidem, & diuino eius riuulo ditata est, fons enim est uitæ, & torrens delictarum, dixitq; ipse apud quendam è sanctis prophetis: Ecce ego inclino in eos, uelut fluuium pacis, & uelut torrentem inundantem gloriam Gentium,) ultrà sterilis nõ erat nec desertũ: imò fœcunda, & sub sponso, & florida intelligibiliter. Quæ olim igitur sitiens erat, lætetur, inquit, & efflorescat quasi lilium, tum floridum tum odoratũ Christi enim odor fuit. Quod confirmabit Paulus scribens, Christi bonus odor sumus Deo. Deserta Iordanis, dicit circum ipsum solitudinẽ. Nõ enim rebellibus Israelitis, sed nobis Gentibus, & inter eas credentibus, Iordanis riuulus datus est, & apud nos est, nã in eo baptizamur, &, ut dixi, noster est sanctus fons. Hinc itaq; ait, in solitudine quondam sticuloſa, nunc autem celebrẽ Iordanem sortita, gloria Libani data est, & honor Carmeli. Libanus & Carmelus dicitur sæpe Hierusalẽ, & ipsum Dei templum. Verùm gloria digna sancta ciuitate, & diuino templo, data est Gentium ecclesiæ: inq; ea uidimus gloriam Domini, & altitudinem Dei. Nam Iudæi tanquã nudo homini & præ alijs nihil egregiũ habenti, adducti sunt Domino: nos autem altitudinem glorię ipsius uidimus. Deum enim scimus ipsum, propter nos ex dispensatione & prouidentia factum hominẽ, itaq; Deum.

CORROBORAMINI *manus remissæ, & genua labantia consolamini, ô pusillanimes. Corroboramini, ne timeatis. Ecce Deus noster iudicium retribuit & retribuet, ipse ueniet & seruabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient. Tunc saltabit sicut ceruus claudus, & diserta erit lingua balborum.*] Digna est mystagogia, & spiritualis consolatio his qui ex gentibus ad agnitionem Christi, uocati sunt. Corroboramini manus remissæ, & genua labantia. Nam errantibus adhuc manus sunt pigræ, & genua soluta. Nec semper hæc dicit de corporis partibus, sed mente & intelligentia infirmos inueniemus, qui decipiuntur & in erroribus uersantur. Nec enim ullũ pietatis officium apud eos inuenire est, nec firmitatem genuum, seu mentis puram uiam in iustitia gradientis: Sed robusti estote, inquit, ut ad Deũ possitis currere. Vos autem qui ueluti ordinati estis ad ministerium diuinæ prædicationis, consolamini infirmos, dicite sapienter his qui paruo animo præditi sunt: Roboramini, ne timete. Nõ enim robusta mens est Deum nescientibus, timent enim uelut impressiones afflictionum, & satanam olim contra ipsos tyrannidem occupantem, & porrò, mortem. At ecce, inquit, Deus, id est, non multò pòst Seruator, qui retribuet iudicium. Condemnabit enim principem seculi huius, & liberabit à seruitute, eos qui sub illo oppressi sunt. Veniet enim ueniet, & seruabit nos. Quid tum? Veniet tunc his qui super terrã sunt. Aperientur oculi cæcorum: nam qui olim creaturæ supra Creatorem seruierunt, ipsam creaturam, quæ olim seduxit, tanquam ducem quandam faciẽt, pulchrè ad agnitionem Opificis adducentem. Ex pulchritudine enim opificij, analogicè architectator eorũ conspicitur: &, ut Paulus ait: Inaspectabilia eius, à creatione mundi, operibus intellecta, perspiciuntur, æterna eius uirtus, & diuinitas. Aperientur igitur, inquit, oculi olim cæcorum, aures surdorum audient. Nam qui quondam diuinis sermonibus reiectis, mysticam sanctorum etiam institutionem recipere non studuerunt: libenter eam admittent. Saltabit etiam tanquam ceruus, claudus, & diserta erit lingua balborum. Siquidem qui olim recto pede nesciuerũt insistere, sed ueluti remissa mente fuerunt, ceruorum in morem inquit, exilient, id est, cursu agiles, & cruribus firmi erunt: nimirum intelligibiliter, & porrò serpentum interfectores, & bene dicendi periti. Loquentur enim diuina, non amplius dicentes ligno: Pater meus es tu, & lapidi: Tu genuisti me. Sciendum uerò, hæc etiam corporaliter Christum impleuisse, ineffabilibus miraculis perterrentem Iudæam.

Rom. 1

QVIA *rupta est in deserto aqua, & uallis in terra sitiente. Vertetur terra sine aquis in paludes, & in siticuloſa terra erit fons aquæ, illic erit lætitia auium, caulæ arundinis & paludes.*] Lætari iussit siticuloſam solitudinem: deinmox lætitiæ causam subnectit: Rupta enim est, inquit, in ea aqua. Et bene quidem, rupta est, ut maxima uis subministrationis inde significetur. Vallem dicit pro fluuio: quo facto, locus sine aquis deinde in paludes uerteretur. Habebit etiam aquæ fontem, uel sanctum Iordanem, uel etiam ipsum uniuersorum Seruatorem Christum. Fons enim est uitæ, & aquæ uiuæ puteus. In illis factus est auium concursus, & lætitia. Aues hîc dicit, eos qui ultra res terrenas euolãt, & qui alti sunt propter uirtutem, & quæ suprà sunt sapiunt, hi gaudent Christo tanquam fonte, qui effecit desertum, caulam arundinis, & paludes. Semper nanque aquoſa loca paludibus quasi ornari solent. Et Ecclesia Gentium, cœlesti riuo ditata, & diuinis charismatis rigata, & doctrina sanctorum affluens & quasi luxurians, nutrix est paludum, id est, in Christo florentium, ad uitam æternam per sanctificationem.

ILLIC *erit uia pura, & uia sancta uocabitur, & non transibit illac immundus: neq; erit illic uia immunda. At dispersi ambulabunt in ea, & non errabunt, & non erit illic leo, neq; ulla mala bestia ascendet ad eam, neq; inuenietur illic: sed ambulabunt in ea redempti per Dominum, & congregati conuertentur, & uenient in Sion cum lætitia, & lætitia perpetua super caput eorum. Nam in capite eorum laus & exultatio, & lætitia apprehendet eos, fugit dolor, & tristitia, & gemitus.*] Viam puram uocat, Euangelicę conuersationis uirtutem, uel aliter, purificationem per spiritum. Detergit enim maculam animis hominum impressam, & à delictis absoluit, & efficit ne ullis commaculemur sordibus. Via ergo sancta & pura, & quidem rectè dicta est, sed his qui nondum emundati sunt, inaccessa. Versatur enim nemo Euãgelicè, qui prius ditatus non est purgatione per sacrum Baptisma: nec igitur quisquam infidelium: nam hi impuri sunt. Vadent, inquit, in ea. Sed ambulabunt dispersi, id est, quos sparsit Satanas: innuit uerò Gentes: nec errabunt. Olim siquidem errabant, lignis & lapidibus seruientes, & obliquis uijs insistentes. Nunc autem discẽt rectam uiam & puram, ad sanctam uitam adducentem. Quòd autem à uia diabolica liberi, hanc gloriosam uitam transacturi sint, candidè & perspicuè tradit, inquiẽs: Nec leo, nec alia quæpiam mala bestia, illic erit, id est, in uia pura. Olim enim tanquam sæua fera, cum impijs spiritibus insultauit terræ incolis inuentor peccati: sed per Christum fractus est, & à grege credentium abactus est, & à Christo ejectus est hac contra eos tyrannide. In hac ergo uia pura, per Christũ redempti, & congregati per fidem, in unam animorum consensionem coibunt, & uia ueteri omissa conuertentur, & uenient in Sion: id est, Ecclesiam, habentes & in terra & in cœlo iugem lætitiam. Laudibus igitur uehent Deum qui seruauit. Et exultatio, & lætitia, & omne genus uoluptatis in Christo, capient eos, nec ullum prorsus gustabunt dolorem, aut gemitũ. Nam qui uocati sunt ad spem adeò amplam, qui æternæ uitæ hæredes futuri sunt, & gloriæ supernæ decoribus locupletandi sunt, qui expectant, ut cum ipso Christo simul regnent, quem illi dolorem percipient? aut quem accipient gemitũ? cùm uniuersorum Deus malas bestias perditurus sit & uastaturus: imò gaudebunt potius, ut qui futuri sunt omnium bonorum omnino omnibusq; modis consortes.

Universidad de Deusto
Biblioteca



# CYRILLI COMMENTARIORVM IN HESAIAM

*Libri tertij,*

*Tomus quartus.*

## CAP. XXXVI.

ACTVM *est autem quartodecimo anno, regnante Ezechia, ascendit Senacherim rex Assyriorum, ad ciuitates Iudææ munitas, & cepit eas. Et misit rex Assyriorum Rhapsacen ex Lachis, in Hierusalem, ad regem Ezechiam cum copijs multis, stetitq; in aquæductu piscinæ superioris, in uia agri fullonis.*] Nota est omnibus studiosis historia, paucis tamẽ uerbis, ut potero, expediam. Regnante Achazo Hierosolymis, cùm deinde Phacee filius Rhomeliæ, & Rhaasson rex Syriæ, obsidione Iudæam premerent, ipsisq; Hierosolymis manus inijcere cogitarent, nec ad resistendum satis ualidus esset hic quem commemoraui, legatis missis, Theglaphallasarum Assyriorum regem in subsidium uocauit, multisq; muneribus ei persuasit, ut suppetias ipsi ferret, & regum contra se conspirantium, Samariæ inquam, & Syriæ, uim reprimeret. Quo quidem facto, perierunt qui cum eo bellarunt. Cepit enim Damascum & Syriam Assyrius, & redactus est in manum ac potestatem eius, & coactus ad tributum uectigaliaq; pendenda deinceps Achazus. Erat autem is flagitiosissimus, quippe idolorum cultor & Dei osor, & cæteros omnes peruersitate contra Deum superauit. Cùm migrasset ex humana uita Achazus, in regnum eius successit Ezechias, huius quidem filius, uir tamen Dei amans, & summæ iusticiæ pietatisq; gloriam adeptus. Hic, inquit, in regem Assyriorum præuaricatus est: nec enim sustinuit regnũ suum tributarium esse, sicuti certè Achazus. Hac de causa, Senacherim, rex Assyriorum, quasi debuisset habere totam Iudæam uectigalem, regnumq; ipsorum, ira incensus est, Samariaq; deuastata, etiam contra Iudææ ciuitates duxit exercitum: captisq; multis, ad ipsa demum Hierosolyma mittit Rhapsacen: non ut arma tum legebelli moueret, sed ut uulgus & minis & pollicitationibus blandis inescaret.

4.Reg.16

4.Reg.18

ET *exiuit ad eum filius Eliacim filius Chelciæ, œconomus, & Somnas Scriba, & Ioach filius Asaph qui erat à commentarijs, dixitq; illis Rhapsaces: Dicite Ezechiæ, hæc dicit Rex, magnus rex Assyriorum: non consilio neq; sermonibus labiorum fit prælium. Nunc uerò cui confidis, quòd mihi non obtemperas? Ecce confisus es uirgæ arundineæ, confractæ isti Aegypto, qui ei innixus fuerit, penetrabit manum eius, & perfòrabit. Sic est Pharao, rex Aegypti, & omnes qui ei confidunt.*] Clausis nimirum portis, & stante in mœnibus populo, cumq; semper fortissimus legationis munere fungitur, exiuerunt ad Rhapsacen electi & præstantes ministri Regis. Iste autem, Persica crudelitate præditus, & os habens, sicuti scriptum est, loquens magnifica, contra diuinam maiestatem audacter se opposuit. Et simplici quidem appellatione Ezechiam nominat, non addito Regis uocabulo, nec alia re quapiam uitis ea dignitate præditis conuenientissima. At regem Assyriorum uocat, nec simpliciter hoc ipso contentus nomine, sed & Magnum appellat. Ait uerò: Num consilio uel sermonibus labiorum prælium fit? Quoniã enim Iudæi legem Mosis habentes, reliquis gentibus sapientiores habebantur, (nam dicebant: Beati sumus Israel, quia quæ placita sunt Deo, nobis cognita sunt) reducit tunc eos Rhapsaces, gloriationem in hoc nullam esse, bello & prælio instantibus, ac prorsus inutilem ipsis ad auxiliũ fore dicens, scientiam legum & cognitionem, & quicquid tandẽ in solo consilio aut uerbis quasi situm est. Cumq; regum Iudææ quidam in subsidium uocarent Aegyptiorum manum, (atq; id quidem turpiter factum est) putauit quoq; nunc Assyrius, Ezechiam non in Deo fiduciam collocauisse, sed in alijs quibusdam, maximè Aegyptum obtinentibus. Hinc etiam arundineam uirgam nominat eam. Imbecilla enim, inquit, semper & fragilis spes est in illis, & obessent potius quàm prodessent qui ipsis utuntur, quemadmodum sanè arundinea uirga, super qua si quis resederit, & illa prorsus confringitur, & qui ei confisus est læditur.

QVOD *si dicetis, Domino Deo nostro confidimus, *nunc miscemini Domino meo regi Assyriorum, & dabo uobis duo millia equorum, si poteritis dare sessores super eos. Et quomodo potestis comparere coram Toparcha uno?*] Obblaterat adhuc effreni ore, & cornua in altum tollit, & iniusticias contra Deum loquitur. Si enim, inquit, illi confiditis, miscemini domino meo, id est, capessite arma, & state in procinctu. Ego quoque adijciam equos uobis bis mille, & hoc, inquit, ad fidem satis erit: quia superabitis manum Assyriorum, si inueniatis insessores, uel gnaros omnino in bellis equitandi. Dein, cum neq; hoc præstare possitis, quomodo superabitis unum Toparcham? Nam diuisum est Assyriorũ imperiũ, & reges subiectos habet ei qui maior est omnibus, hicq; Toparchæ, id est, unius loci duces seu præfecti nominantur.

* Septuaginta hic plura habẽt cum Hebr.

Toparcha.

SERVI *sunt qui confidunt in Aegygtijs, in equo & equite. Et nunc haud sine Domino ascendimus in regionem hanc oppugnatum eam. Dominus dixit mihi: Ascende in terram hanc, & disperde eam.*] Spem omnem in Aegyptijs tantùm non resecat & tollit, & in seruis numerari dicit eos iam, qui illis confidunt. Capientur enim facilè, inquit, qui equo & equiti fidunt. Deinde, acerbum quiddam, & uelut ex malitia sua resonat, affirmans se non sine Domino contra Iudæã bellum capessere. Si enim, inquit, quemadmodum uos ipsi dicitis, magnus est & potẽtissimus Deus uester, & propugnat regionem: qui nos ascendimus in eam? Si enim uicimus auxiliantis uires, non magnus est, sed tenuis & imbellis. Sin magnus & ualidus, non prohibemur, si uelimus, populari Iudæam: non ascendimus contra eam sine Domino.

ET *dixit*



ET *dixit ei Eliacim, et Somnas scriba, & Ioach: Loquere pueris tuis Syriacè, audiemus enim nos, & ne loquaris nobis Iudaicè. Et quare loqueris in aures hominũ super murum? Dixit autẽ Rhapsaces, illis: Num ad Dominum uestrum, aut ad uos misit me Dominus meus, ut loquar sermones hosce an nõ ad homines sedentes super murum, ut comedant stercus, & bibant urinã unà uobiscum?*] Vehementer trepidum est semper uulgus, & procliue admodũ ad cõtemptum, ingruente maximè bello, & cæde expectata, aut urbis incendio. Hinc prudẽtissimè qui sermones cũ Rhapsace habẽt, aiunt non oportere ipsum loqui Iudaicè, sed lingua Syrorum uti debere potius. Nolebant enim eum sermones barbaricæ superbiæ plenos, populari auribus instillare, quantumuis eos ad fortitudinẽ rex Ezechias excitaret, diceretq; diserte: Dñs est nobiscũ, & spẽ firmã esse his qui Dño cõfidunt, facilè uerò labascere humana, & nihil prorsus esse ad huius inquã potentiã. Verùm intellẽgit id etiã Rhapsaces, & causam nõ ignorat, cur prohibeatur loqui Iudaicè. Hinc ait: Non ad ipsos, neq; ad regẽ profectionis huius consilium fuisse, sed ut cum illis in muro disputaret. Rursus cõtumeliosus est, & sermones ex impuro corde eructat, dictitãs, propterea sedere in muro, & custodire ciuitatẽ, ut propter inopiã panis & aquæ, eò adducãtur necessitatis, ut omnino inuisa ipsis etiam canibus, cibum faciant sibi & potum.

ET *stetit Rhapsaces, et clamauit uoce magna Iudaicè, et dixit: Audite uerba Regis magni, regis Assyriorũ. Hæc dicit Rex, ne decipiat uos Ezechias uerbis, quæ non poterunt liberare uos. Neq; dicat uobis Ezechias: Liberabit uos Deus, nec tradetur ciuitas hæc in manus regis Assyriorũ. Nolite audire Ezechiã. Hæc ait rex Assyriorũ: Si uelitis beati esse, egredimini ad me, & edite quisq; uitẽ suã, et ficus suas, & bibite aquã cisternæ uestræ, donec ueniã, & accipiã uos in terrã, quæ perinde est ut terra uestra, terra frumẽti, & uini, et panũ, et uinearũ.*] Cõuertit sermonẽ iam ad eos qui in propugnaculis sedebãt, parati resistere his qui uolebant obsidere. Supra & infrà ac ubicq; uocat magnum regẽ, Assyrium, & ipẽ in Deo eleuat, & mendacẽ Ezechiã appellat, & deceptorẽ, qui dicat, requiescendum potius esse in Deo, & hominum impetus, eo subueniente, nullo modo extimescendos. Promittit demum confugiẽtibus ad se, fore ipsos in suis possessionibus ad tẽpus (hoc enim illud est, donec ueniã & accipiã uos:) suisq; agris fruituros. Mitigat uerò quasi captiuitatis horrorẽ, et rei asperitatem fucatis uerbis cõtegit, addens illud: Donec ueniã & accipiã uos, in terrã quæ perinde est, ac terra uestra. Assimilat nanque Assyriorum terram, terræ Iudæorum, in hanc ferè sentẽtiam: Amissa Iudæa, etsi sitis apud nos, nihilo tamen minus uestram ipsorum terram inuenietis. Terra enim est frumenti & uini & panũ & uinearum, Persica regio & Assyriaca.

NE *decipiat uos Ezechias dicens: Deus uester liberabit uos. Numquid liberauerunt Dij Gentium, suam quisq; regionem de manu regis Assyriorum? Vbi est Deus Emath? & Arphath? Et ubi est Deus ciuitatis Sepharuim? Num potuerunt liberare Samariam è manu mea? Quis deorum omnium Gentium istorum, liberauit terram suam de manu mea? quomodo liberabit Deus Hierusalẽ de manu mea? Et siluerunt, & nemo ei respondit uerbum, quia præcepit rex, ut nihil responderent.*] Barbarizat iterum mente Rhapsaces, & uerbis contra Deum insolescit, & magna spirat, q̃ Assyriorum rex plurimas ciuitates gentium ceperit, nullaq; earum à falsò nominatis dijs seruata fuerit. Verùm ignorauit ligna illos fuisse & lapides, & nihil aliud quàm humanæ manus solertiam. At Iudææ Deus, imò uniuersi mundi, Deus est uiuus & uerus: non recens, & fictus, sed fictor potius ipsorum seculorum, & opifex uniuersitatis, & exercituum Dominus. Existimat ergo Rhapsaces, euidẽtissimo fore argumẽto Iudæis, ipsos prorsus penitusq; capiẽdos, etiãsi magnus Deus illis ferret auxilium, eo q̃ nemo Græcorum deorum seruare potuerit ciuitatem, seu regionẽ, in qua colebatur. Propterea, inquit, ubi Deus Emath, & Arphath? Adiecit & illud: Num potuerũt liberare Samariã de manu mea? At dicere potero: O ter misere, aureos uitulos isti quoq; adorarunt, captaq; est regio, Deo subtrahente auxilium. Et ut suprà dixi: Si nullus è dijs Græcorum seruauit suam ciuitatem, hoc nihil ad Deum uerè & natura & magnum pertinet. Nam illi arte humana adepti hoc sunt, nimirum ut solùm esse uideantur: hic uerò, cunctis dominatur, & inuictam habet manum, utpote exercituũ Dominus. Respõdet nemo Rhapsaci, q̃ Rex edixerit tacere, et quidẽ prudentissimè. Imperitis enim sermonibus, & fastui barbarico, & γλωσσαλγίαις linguæq; contra Deum petulantiæ illachrymari potius, quàm reclamare oportuit. Idq; opinor, docet beatus Dauid, inquiens: Apposui ori meo custodiam, cùm consisteret peccator contra me. Obmutui, & deiectus sum, & à bonis silui.

Psal.38

## CAP. XXXVII.

ET *intrauit Eliacim Chelciæ œconomus, & Somnas scriba exercitus, & Ioach à commentarijs ad Ezechiam scissis uestibus, & annũciauerunt ei sermones Rhapsacis. Et factum est cùm audiret rex Ezechias, scidit uestimenta, & saccum induit, & ascendit in domum Domini.*] Propter Rhapsacis iactantiã, & effrenẽ contra Deum linguæ pruritũ, rumpũt uestes qui ad ipsum missi sunt, & Persicæ insolentiæ fœda responsa regi annunciant. Hic autẽ disrumpit uestem, & amictus est saccò, id est, uestitu lugubri, & ascendit, inquit, in domũ Dñi. Et quæ causa fuit cõscindendi amictum? Moris erat apud Iudæos, in blasphemijs cõuicijsq; contra Deum istuc factitare. Siquidẽ traditus est Seruator Iudæorum gubernatoribus, & mundi iudex ab illis iudicatus est: Sed tacuit, inquit, mentientium uocibus minimè respondens. Dein dicit ei princeps sacerdotum: Adiuro te per Deũ uiuum, ut nobis dicas, sis ne tu Christus ille filius Dei? Ait illi Iesus: Tu dixisti. Verũ aio uobis: Ab hoc tempore uidebitis filium hominis sedentem ad dexterã potentiæ, & uenientẽ in nubibus cœli. Tunc princeps sacerdotũ cõscissis uestibus, dixit: Blasphemauit. Dixitq; etiã per unũ è prophetis uniuersorũ Deus, sanguini Israelitico: Distrumpite corda uestra, et non uestimenta uestra. Putabant

Matth.26

Universidad de Deusto
Biblioteca



bant enim fortassis se piè facere, et summis hono A
ribus Deum oblectare, cùm propter blasphemi-
as in eum, tunicas discinderent: etiamsi uaticinia
Mosis nihili penderẽt. Saccũ uerò seu indumen-
tũ lugubre circumposuit Ezechias, ascẽditq; do-
mũ Dei, et sanè meritò. Lugere enim cõsentaneũ
est & plorare, & affligi eos, qui in summo discri-
mine, malorumq; cuspide uersanẽ: Deumq; spẽ
salutis facere, ipsi adsidere & adhærere, ipsum ad-
mirari in sanctis locis: ubi possit quis ad eum pre
ces decentissimè fundere.

ET *misit* Eliacim œconomũ, & Somnã scribã, & seniores sa-
cerdotum, indutos sacco, ad Hesaiã filiũ Amos prophetã, & dixe-
runt ei: Hæc ait Ezechias. Dies afflictionis, & opprobrij, & redar
gutionis, & iræ est hodiernus dies, quia uenit dolor parienti, sed ui
res nõ habet ad pariendũ: si quomodo audiat Dominus Deus tuus B
uerba Rhapsacis, quæ misit rex Assyriorũ, ad maledicendũ Deo ui
uenti, & ad obijciendum uerba, quæ audiuit Dominus Deus tuus,
& deprecaberis ad Dominũ Deum tuũ, pro relictis his.] Præcel
lentes sacerdotio uiros, & ex lege summis orna-
tos honoribus, iubet simul cũ aliis ire ad beatum
prophetã Hesaiam, nõ sacris indutos uestibus, &
ministerio cõuenientioribus, sed potius saccis &
lugubribus indumentis, ut renunciarent accidis-
se sibi diem afflictionis, & opprobrij. Tantùm e-
nim nõ, inquit, exprobrat Deus ciuitatis sanctæ
incolis, quasi æquitatẽ moderationemq; in lege
præscriptã neglexissent: delinquentesq; redargu
it, inducitq; sic iræ signa. Eoq; res ipsorũ uenisse,
palàm affirmant, ut similis sit Israel, mulieri pari-
enti, & quæ extremis torqueẽ pòst cruciatibus, C
eò q; non queat párere. Vultq; Deum uniuerso-
rum, per prophetæ intercessionem, audire uerba
Rhapsacis, quæ per se ipsum audiuit. Latet enim
illũ eorum quæ sunt nihili. Quasi uerò multis iã
in aliis ciuitatibus dirutis ædificijs ascq; incensis:
Deprecare, inquit, pro relictis his. Ezechias ual-
dè pius, adiutorẽ rogat fieri eum, qui apud Deũ
in precio est, uidelicet prophetã. Vtile igitur ad
genua accidere Deo, sanctis uiris assistentibus.
Annuit enim propter eos, & sæpe miseretur la-
chrymæ etiam ignauorum.

ET *dixit eis* Hesaias: *Sic referetis* Domino uestro. *Hæc ait* Do
minus: *Ne timeas uerba quæ audisti, quibus maledixerunt mihi le-
gati regis Assyriorũ. Ecce ego immitto in illũ spiritũ: audito nũcio
reuertetur in regionẽ suã, & cadet gladio in terra sua.*] Confir D
mat & recreat Deus, nec ita multò pòst, imò sta-
tim & confestim eum, qui ipsi confidit, spemq; ei
ostẽdit auxiliarẽ: nec caruit præmio, q; ad domũ
Dei cucurrerit, simulq; precibus, doloris quoq;
lachrymas emiserit. Placatur sic humanissimus
uniuersorũ Dñs. Cùm eñ Rhapsaces omnẽ præ
cidisset spẽ salutis, Israelitis, etiamsi uellet seruare
is qui omnia potest Deus, impiè dictitãs: Ne de-
cipiat uos Ezechias, q; liberaturus sit Deus Hie-
rusalẽ è manu mea: Num liberauerũt dij Gentiũ
illorum, regionẽ quisq; suã de manu mea? Hinc
nec sine causa liberat his terroribus, nec frigidis
& anilibus sermonibus, & barbarica dicacitate
eos deijci sinit, sed potius spẽ optatissimã erigit,
cùm ait, superbum tyrannum nolentẽ uolentem
in suos fines reducendum, malo spiritu tèrtitãe,
& metum ipsi non tolerabilẽ de suo regno injici
ente, & casurum gladio, nõ periclitantẽ in aliena
regione, nec uerò hostium strage gloriantẽ, aut
splendidis propter fortitudinẽ in hostes honora
rijs locupletatum, sed in terra sua, idq; præter spẽ,
& opinionẽ, & à quibus seruari par erat, in discri
men uocatum. Qui uerò sint isti, ex consequenti-
bus uidebimus.

ET *reuersus est Rhapsaces, & deprehendit regẽ obsidentem
Lobnan, audiuitq; rex Assyriorum, egressum esse Tharacam regẽ
Aethiopum, ut obsidioẽ premeret eum. Et hoc audito, reuersus est,
& misit nuncios ad Ezechiã dicens: Sic referetis Ezechiæ regi Iu-
dæ: Ne decipiat te Deus tuus, cui cõfisus es, dicens: Nõ tradetur Hie
rusalẽ in manus regis Assyriorum. An nõ audiuisti, quæ fecerunt
reges Assyriorũ omni terræ quam destruxerunt? Num liberarunt
eos dij Gentium, quos patres mei perdiderunt? Gazan, & Charã,
& Raphis, quæ sunt in regione Thaman? Vbi sunt reges Emath,
& Arphath, & ciuitatis Empharaim, Ana & Auat?*] Occupa-
ta Lache, & redacta in potestatem Barbari, obsi-
debatur pòst eam Lobna. Illic Rhapsaces dicitur
inuenisse Assyrium, qui multum angebatur. Mi-
litauit enim contra illum Tharaca Aethiopum
rex: dein ueritus ne occupata ab ipso regione, se-
dibus suis pulcherrimis exueretur, relicta Iudæa,
properat in suam patriã, de crudelitate tamẽ sua
nihil remisit. Ira autẽ imporenti inflammatus, q;
Israelitæ seu sanctæ ciuitatis incolæ nollent ad
ipsum confugere, uerbis Rhapsacis persuasi: de
integro ore effreni blaterat miser contra Diuinã
maiestatem, & in mandatis dat quibusdã seruis
familiaribus, ut properè se ad Ezechiã conferrẽt,
eiq; hæc ipsius nomine renunciarent. Erant autẽ
blasphemiæ contra Deum, apertè cùm diceret,
quoniam dij aliorum, siue regionum simul cũ a-
doratoribus suis perierant, nõ posse ipsum Deũ
Hebræorum eos eripere, & à manu Assyriorum
defendere. Tum urbes uastatas enumerat, quas
etiam uerisimile est multum potuisse. Ex his ipsis
quæ reliqui passi sunt, hos uelut iam monituros
percellens, qui ipsi Deo omniũ dominatori con-
fisi sunt.

ET *accepit Ezechias librum à nuncijs, aperuitq; eum coram
Domino, et orauit Ezechias ad Dominũ dicens: Domine Sabaoth
Deus Israel, qui sedes super Cherubim, tu solus Deus es omnis re-
gni orbis terrarum. Tu fecisti cælum et terrã, exaudi Domine, in-
spice Domine, et uide, et audi uerba quæ misit Senacherim, ut ma-
ledicat Deo uiuenti.*] Eximmensa pietate in Deum,
explicat librum, Deo, non quasi ignoranti arro-
gantiæ Senacherim magnitudinem, sed ut in bar
baricam hanc superbiam exclamaret, eiusq; au-
dacis & duri oris ac procacitatis, ipsum uniuerso
rum dominatorem quasi testem faceret. Ac uide
quomodo Senacherim sermonibus aduersetur,
edens hanc supplicationem. Nam ille, quantum
in se erat, Dei maiestatẽ incessens, inquit: Ne de-
cipiat te Deus tuus, cui confisus es, dicendo: Nõ
tradetur Hierusalem in manus regis Assyriorũ.
At hic dominationis magnitudinem confitetur,
cùm eum Dominum Sabaoth nominat, & Deũ
Israelis, & superiorem omni creatura, superna &



rationis cõpote. Tu enim es, inquit, qui sedes su- A
per Cherubim. Cõstitetur porrò, etiamsi quidã in
terra reges dicantur, hunc natura & uerè regẽ es-
se, & omnia pedibus substrata habere, ipsum esse
solum, & terræ, & cœli conditorẽ, & nutu ea, quę
non erant quondã, sustẽtare. Exaudire obsecrat,
& inspicere, id est, non despicere, neq; præterire
has adeò diras blasphemias, sed hunc conscelera
tum iustè plectere. Maledixit enim, inquit, Deo
uiuenti, id est, nullo modo similem Gentiũ dijs,
quibus ille audax eum impiè comparauit.

VERE *quidem uastarunt reges Assyriorum, orbem terræ
uniuersum, & regionẽ eorum, et conjecerunt idola ipsorũ in ignẽ,
nõ enim dij erant, sed opera manuum hominum, ligna & lapides,
& perdiderunt eos. Tu autẽ Domine Deus noster, serua nos de ma
nu eorum, ut cognoscat omne regnum terræ, quòd tu sis Deus so- B
lus.*] Audiui, inquit, Barbarũ dicentẽ: Num libe-
rauerunt dij Gentium suã quisq; regionẽ è manu
mea? Etsi hoc dicat quispiã, laudo & credo. Supe
rarunt eñ omnẽ terram, urbes cõcremarũt, cùm
falso nominati dij nihil ferre opis potuerunt, nul
lum eñ seruarunt. Qui eñ, aut unde? cùm facti
sint ex lapide & ligno, & opera artis lapidariæ,
sintq; fabrorũ opificium? Hinc etiã cum suis cul-
toribus perierunt. Sed tu serua nos, ô Dñe. Hoc
enim certo argumento erit, fidemq; faciet uniuer
so orbi terrarum, ut firmã cõcipiant fiduciã, q; tu
solus sis Deus. Quemadmodũ enim q; caperent
regiones Gentiũ, testimoniũ erat cõtra falsò nũ-
cupatos deos, q; omninò nihil sint: iste etiã, q; effu
giat eiusq; euadat manus Hierusalẽ, quę tibi sub- C
est & tua est, testatam quoq; propemodũ, & per-
spicuã faciet omnibus undiq; hominibus libera-
tionem tuæ potentiæ, & absolutissimæ gloriæ,
quodq; solus sis tu ipse Deus, & in cœlo & in
terra.

ET *missus est Hesaias filius Amos, ad Ezechiam, & dixit ei:
Hæc dicit Dominus Deus Israel: Audiui quæ orasti ad me de Sena
cherim rege Assyriorum.*] Non lõgè pòst seruat, sed in
propinquo est, & quasi ad pedes orationis ac pe
titionis, exitus. Mittitur enim propheta, qui ante
hæc contra Barbarum tacuit, & hunc cõtra eum
Dei calculum ac sententiam non retulit: Hęc, in-
quit, dicit Deus Israel. Animat credentem, nec di
cit aliquẽ è falsò nuncupatis dijs mississe, sed eum
in bonã spem uocans, Dominũ nominat, & Deũ D
Israelis. Laudat quidẽ & approbat quodammo-
do, inquiens: Audiui quæ orasti ad me, de Sena-
cherim rege Assyriorũ. Probo enim sanè, inquit,
hunc zelum & affectum, noui pietatẽ, hanc con-
tra me blasphemiã & maledicentiã ferre non po-
teras, accessisti lachrymas, et tanquã dolẽs meo
nomine, & tuã fecisti tristitiam, hæc in me facta
cõuicia. Laude ergo dignissimus est sanctorum
zelus, & Dei gloria contumelijs & maledictis
exagitata, cùm hi dolent, lætatur Deus.

HIC *est sermo quẽ loquutus est de illo Deus. Contemnit te et
subsannat te uirgo filia Sion, in te caput mouet filia Hierusalẽ. Cui
opprobrasti, et quẽ cõcitasti? aut cõtra quẽ sustuliſti uocem tuam?
et non sustulisti in excelsum oculos tuos ad sanctum Israelis, quia
per nuncios probra iecisti in Dominum.*] Exponit dein-
ceps calcitrum & iudicium contra Barbarũ, aitq; A
sannis & ludibrijs exceptura eum, & concussura
caput, Virginẽ filiam Sion, siue Hierusalẽ. Dici-
mus uerò eum uirginem & filiã dicere, Sionẽ seu
Hierusalẽ: uirginem quidẽ, utpote impollutã, et
detestabilis idololatriæ macula non infectam: fi-
liam autem, q; patris affectum, quo suos liberos
prosequi debet, ei tribuerit. Contempsit Assyriũ,
& caput in illum mouit quodammodo: nam de-
risit uictum, & eius calamitates in cantilenam &
& carmen concinnum uertit. Deinde ait ei: Cui
opprobrasti, & quem concitasti? uel contra quẽ
extulisti uocem tuam? An enim aliquẽ falsò nun
cupatum Deum his ardentibus & inflammatis
uerbis offendisti? Nònne decebat, inquit, mentis
oculos in altũ attollere? & cogitare, quis & quan B
tus sit Deus Israelis? Decebat etiam ex ipsa crea-
tionis inspectione, opificis potentiæ magnitudi-
nem ratione quadam & analogia perspicere: de-
cebat maiestatis eius celsitudinem intueri, et con
tra eum nihil humile & terrenum cogitare. Ve-
rùm, inquit, nihil horum tibi uenit in mentẽ, pro-
bra iecisti in Dominum.

TV *enim dixisti multitudini curruũ: Ego cõscendi altitudinẽ
montiũ, & extrema Libani, & succidi altitudinẽ cedri eius, & pul
chritudinẽ eius, et intraui in altitudinẽ partis syluæ, et posui pon-
tem, et uastaui aquas, et omnem collectionem aquæ.*] Perfidæ
arrogantiæ fastum, & stultum tumorẽ, & iactan-
tiæ magnitudinem exponit. Nam comparat Li-
bano, sicuti antè diximus, regionem Iudæorum,
& Samariam etiam fortassis, quam duodecim tri C
bus incoluerũt. Libanus enim mons est in Phœ-
nicia, cedrorum lignis altissimis floridus & refer
tus. Intelligitur uerò talis esse Iudæorum regio,
excelsa quidem, q; Deus sit qui illis subueniet,
densa uerò, q; cernãtur esse in ea innumerabiles.
Verùm Samariam Assyrij tyranni cœperunt, u-
naq; cũ ea, Iudææ ciuitates innumeras uastarunt.
Tu igitur, inquit, ô Assyrie, qui superbo & elato
es animo, quiq; rerum gestarum euentum, copijs
tuis ascribis, dixisti: Multitudine curruum ascen-
di in altitudinem montium, & in extrema Liba-
ni, id est, ad ipsum Israelitícum regnum. Succidi
altitudinem cedri eius. Cuius tãdem? Scilicet Li
bani, Iudææ. Altitudinem Cedri, eorum regnum
dicit. Et intraui in altitudinem partis syluæ. Ete-
nim, ut dixi, unà cum terra Samaritanorum, mul-
tæ quoq; Iudęæ urbes deletæ sunt. Dixisti etiam:
Posui pontem, & uastaui aquas, & omnem col-
lectionem aquarũ. Persæ enim & Assyrij suis ui- *Persarũ ex-*
ribus attribuentes, q; omnia præclarè administra *peditiones.*
rent, cùm regiones incursionibus infestarent, su-
pra quædam flumina pontes construebant, sæpe
uereè auferebant, ut qui tot numero essent, ut fon
tes & congregationem aquarum potuerint con
sumere, nec ipsa adeò flumina quando q; suffece-
rint uiris, & equis sitientibus. Græcorum pruden
tes, qui res Persicas suis scriptis memoriæ q; com
mendarunt, dicunt eos põte strauisse Hellespon
tum. Etiamsi, inquit, flumen cùm adeunti regio-
nem uel ciuitatem, in medio obstare inueniatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca



dixit tyrannus, dixitq; Potando cõsumatur. Huius igitur Persarum elationis meminit uniuersorum Deus, & iactabundos et glorioſos redarguit. Deinde pòſt oſtendit, non potuiſſe ipſos hæc tàm faſtuoſa, de quibus ſuperbierunt exequi: ſed hoc eius decretum contra delinquentes prolatũ, opinionem hanc illis q; potuerint ingenerauit.

NONNE *hæc audiuiſti olim, quæ ego feci? Ab antiquis diebus decreui, nunc autem oſtendi, ut uaſtarem gentes in munitionibus, & habitantes in ciuitatibus munitis. Remiſi manus, & exaruerunt, & fuerunt tanquam flos aridus in tectis, & ut gramen.*] Hæc igitur omnia, inquit, quæ te præſtitiſſe putaſti, nonne te pudet tuis uiribus aſcribere? Verùm ô tu qui uanum ſupercilium tollis in re nihili, an non hæc audiuiſti olim, quæ ego feci? Nã, inquit, ſi tu uelis prophetarum meorum ſermones perſcrutari, iam antè dixi ea futura. Ego em̃ ab antiquis diebus decreui, id eſt, definiui & annui: oſtendiq; tempore nunc uocante demum ea quæ prænunciata ſunt: ut uaſtarem gẽtes in ciuitatibus munitis, id eſt, non infirmas autcaptu faciles. Ego manus remiſi, & exaruerũt. Qui enim quondam tolerantia et patientia continui eas, ac conſeruaui ut eſſent, & conſiſterent, manũ auxiliarem ſubtraxi, & inſtar herbarum exaruerunt, & in morem fœni emarcuerunt, & ſicuti gramen aridum igni in alimentum traditur. Quod etiam alibi dicit ei. Cùm enim à Deo definita impius eſ feciſſet, & apud ſe plurimùm ſibi placeret: rurſus
Heſa. 10 audiuit Deum dicentem: Num gloriabitur ſecuris abſq; percutiente cum ipſa? Num extolletur ſerra abſq; trahente eam? Siquidem ut hæc organa ſe ad opera non mouent, ſed manum uibrantis expectant: ſic etiam, inquit, tu diuinæ iræ inſtrumẽtum fuiſti, tuis uiribus ipſe neutiquam opus feciſti, at tanquã ſecuris, & ſerra extitiſti, quæ ad mouentis uoluntati inſeruiendũ deſtinata eſt.

NVNC *autem requiem tuam, & exitum tuum, & introitũ tuum ego noui. Et ira tua qua iratus es, & amarulentia tua aſcendit ad me.*] Inſoleſcis igitur, inquit, diuinorum iudiciorum factus adminiſter, et cogitas forſan apud te, te ſolum tot gentes & regiones magnificè domuiſſe, ut incenderes eas & caperes. Verùm ego tuam requiem, & exitum, & introitum noui. Requiem, ut ego quidem arbitror, mortem uocat: exitum & introitum, ad omnes res agendas uiã. D Nihil enim prorſus latet eam mentem quæ nouit omnia. Cùm adiiçit: Ira tua, qua iratus es, & amarulentia tua aſcendit ad me. hoc ferè dicit: Nõ impunè blaſphemus eris, non enim non uidebo tuarum impiarum cogitationum malitiam & amarulentiam, ſed uelut ad dolorem commotus, ira tua dignam pœnam inſligam.

ET *injectam circulum in naſo tuo, & frenum labijs tuis, & duertam te ea uia, qua uenisti.*] Quoniam Aſſyrius belluina & bruta fatuitate præditus, inceſſebat Deum, & inſultans quaſi effrenata immanitate, contra Dei maieſtatem probroſas uoces emittebat: huic & iuſtiſſimè, uelut de bruto peiore dicit: Circulum inijciam naſo tuo, & frenũ labijs tuis, plagarum inflictione tantùm non retrahens illum, & magnitudine calamitatum quaſi quodam freno, hæc tam fœda facinora præſcindens. Reuerſurum etiam dicit Aſſyrium ad ſuam patriã. Rediit enim cùm audiſſet * Tharatham regem Aethiopum, expeditionem cõtra feciſſe. Quanquã dixerit aliquis, quid tũ? etſi totus eius exercitus ceciderit, tamen non ſolùm ipſe ſeruatus eſt, ſed etiam in ſuam regionem reuerſus eſt. Oportuit enim oportuit eum, nudum ſua multitudine ac deſtitutum, prouidentia quadam ac cõſilio, conſumentis angeli manum effugere: uti ſuam deploraret calamitatem, intelligeretq; in quem conuicia feciſſet, omnibusq; aliis hoc admirabile & incredibile factum renunciaret. * ἐπιγαλὼ

HOC *autem tibi ſignum, comede hoc anno quæ ſeminaſti, anno ſecundo reliquias. Tertio ſeminantes metite, & plantate uineas et comedite fructum. Et derelicti in iudæa, mittent radicẽ deorſum, et facient ſemen ſurſum. Quia ex Hieruſalem erunt derelicti, et ſeruati de mõte Sion. Zelus Domini Sabaoth faciet hæc.*] Cùm dixerit Aſſyriũ reuerſurũ domũ, et diſceſſurum ex regione Iudæa, tempus præfinit, quo hoc fiet, & inquit: Comede hoc anno, quæ ſeminaſti, & quæ ſequuntur. Nec quidem conſtat omnibus, utrum Senacherim datum ſit hoc ſignum, uel Ezechiæ & ſuis. Verùm explicabo ſcriptorũ ſententiam, itaq; uel illis uel his accommodanda eſt. Si enim Ezechiæ datum eſſe ſignum dicamus, ſic intelligimus. Erat nimirum Hieruſalem obſeſſa. Cumq; ingens exercitus Aſſyriorum eã aggrederetur incendere & capere, maxima erat ediſiorum importatio, fructusq; repoſiti ſunt, & ex quibus poſſent hi, qui in Hieruſalem ſeruati ſunt, uiuere. Tu ergo ô Ezechia, inquit, omnisq; tecum populus, comede hoc anno, quæ ſeminaſti, & ſecundo, reliquias. Et tertio, ubi ſeminaueris metite, & plantate uineas. Per duos enim annos continuos, obſedit terram Samaritanorum, totãq; uaſtauit Aſſyrius. Iamq; tertio ferè inſtante abijt fugiens, cùm deleuiſſent Rhapſacis milites plurima loca circum Hieruſalẽ, ipſamq; obſiderẽt. Tertio igitur anno, inquit, deinceps remiſſio erit, & ſatis erit agricolis, & uinearum curatoribus, ſiquidem eas plantare uoluerint: pace nimirum præſtante ipſis etiam ſecuritatem. Fore autem in turo & in tranquillo, qui ex bello ſeruati, & ſuperſtites ſunt, indicat, cùm dicit, quaſi de arboribus: Radicem extendent, deorſum & ſurſum ſemen iacient. Habituros autem ſecurè & tutò, & extra omnem metum, illud docet, quòd profundam radicem habeant. Ad finem etiã duraturam hanc tranquillitatem, ex eo intelligi poteſt, quòd ſurſum agat radices. Adnectit deinde, Zelus Domini Sabaoth faciet hæc. Quia enim blaſphemiam admittebat Aſſyrius, audebatq; eſt dijs falſò nuncupatis comparare, & dicere: Num liberabit Deus Hieruſalem de manu mea? hæc omnia fient, inquit, concitato ad zelum & æmulationem omnipotente. Sin contra Senacherim dicatur: Comede hoc anno, quæ ſeminaſti, ſecundo reliquias: dicimus belligerare ſolitos, uel contra regiones, uel cõtra ciuitates, protracta interdum



dum obſidione, & bello ipſorum in dies prorogato, agriculturam attingere & exercere, ut alimentum habeant. Ita hoc modo etiam de illò dictum intelligi poſſit. A

PROPTEREA *ſic dicit Dominus contra regem Aſſyriorum: Nequaquã intuadet ciuitatem hãc, nec mittet in eã ſagittã, nec mittet in eam ſcutum, nec circundabit eam uallo, ſed uia qua uenit, eadem reuertetur.*] In capita quodammodo recolligit, dictorum ſententiam, & quaſi paucis epitomen contexens, rei curſum exitumq; ponit perſpicuè. Non enim, inquit, ſuſcipiet bellum, imò ante pugnam, antequam arma uibret, antequam intẽtet immittatq; ſagittam, antequam leuet ſcutum, antequam eam uallo circundet, eadem ipſa uia reuertetur, & domum, inquit, recurret. Sciendum eſt, eum uallum his uerbis dicere, fixam ac B congeſtam in monumentis ſeu tumulis ſtruem lignorum, quæ acuta ſunt, ut qui cadũt, eorum nemo ſeruetur.

HAEC *dicit Dominus: Protegam ciuitatem hanc, ut ſeruem eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum.*] Reſecat ac deprimit ſupercilium eorum qui miſericordia diuina ſeruati ſunt: nec ſinit alta ſapere ac tumere ciuitatis ſanctæ inhabitatores. Erat enim planè probabile, cogitare eos ac dicere: ſe coli à Deo et æſtimari, propter morum probitatem, & iuſtitiæ ſuæ ſpiritualem fragrantiam. Seruat ergo ut Deus, at ſuuat ſeruatos, dum eos inſolentiæ fluctib. non ſinit obrui. Ait enim ſe protecturum ciuitatem, uidelicet ſanctam, nequaquam propter inhabitantes, ſed nec in gratiam cuiuſquam, qui eo C uixit tempore, hoc beneficij collaturum, ſed propter ſe & Dauidem, quem etiam filium ſuum nominat. Propter ſe autem, quia benignus eſt & miſericors: oportuitq; diuinam maieſtatem conuiciijs proſcindentibus, pœnam dignã inferre. Propter Dauidem rurſus, quòd ſanctorum uirorum memoriæ hoc beneficij dat, ut obliuiſcatur malorum, quæ poſteri ipſorum interdũ admiſerunt.

ET *egreſſus eſt angelus Domini, & occidit ex caſtris Aſſyriorũ centum et octoginta et quinq; millia. Et cùm ſurrexiſſent mane, inuenerunt omnia corpora mortua. Et reuerſus abijt Senacherim rex Aſſyriorũ, et habitauit in Niniue. Et cùm ille adoraret in domo Aſarac, patronũ ſuũ, Adramelech et Saraſar filij eius, percuſſerũt eum gladijs. Ipſi autem ſeruati ſunt in Armenia. Et regnauit Achordam filius eius pro eo.*] Subnectitur opportunè D promiſſis, expectatorum finis, ne uniuerſorum Deus mendax uideatur. Conſumpta eſt enim Aſſyriorum multitudo, non capta manibus Iudæorum, non arcu cuiuſquam tenſo, non haſta ad pugnam ſublata, non gladio extracto, non equis ſtrenuis pugna inita, ſed ineffabili potentia angelus proſtrauit, multitudinemq; cadauerum innumerabilẽ effecit. Percellitur ítaq; miraculo quantumuis audaciſſimus, híc uir bellicoſus, nimirum Senacherim, uixq; reductus eſt domũ, omninoq; nudus exercitu quem aduexit, reuerſus eſt mirabiliter. Habitauit, inquit, in Niniue. Sic demum promiſſa à Deo facta, ad exitum perducta ſunt. Cecidit enim in domo ſua, Patrarchum quẽdam ſeu patronum adorans, unum aliquem uidelicet è patribus carnis propagatione, uel exauis ſuis. Conſueuerunt enim qui ſemel errarunt, hoc honoris tribuere, non ſolùm impuris ſpiritibus, ſed & quibuslibet mortuis. Nam cùm ſemel excideſſent recta uia, ad quiduis quod collubitum eſt currunt ſinè diſcrimine & examine. Filios eſſe dicit qui ipſum interfeceruntNam diuina ſententia in aliquos lata, undecunq; & omnibus modis ueniunt in pericula, quibus hoc accidit: non ſanguinis coniunctionem, incolumitatis pignus habentes, non affectum, neq; ſtudium filiorum patribus debitum: ſed à quibus ſeruari eos par erat, periclitantes, per eos ipſos in foueam interitus præcipitantur. Et hæc quidem quo ad exteriorem ſpeciem hiſtoricam, non inornatè dicta eſſe puto. Dicendum eſt etiam aliquid de interiori Spiritualis tractatione ſeu contemplatione, ad conſolatio- theoria. nem ſpiritualium. Ciuitas enim ſancta, nempe Sion, uel Hieruſalem, typus eſſe poteſt eccleſiæ Chriſti, & uerioris Sion: quam interdum, imò ferè ſemper, ueritatis hoſtes obſident, id eſt, impiarum hæreſeòn inuentores: nec obſident ſoli, ſed conductis quodammodo mundi poteſtatibus ac dynaſtijs, inſufflante hoc illis intelligibili Senacherim, id eſt, Satana, & quaſi emittente ſuos ſubditos, quicq; eius nequitiæ ſolebant ſubſeruire. Qui poſtquam ueniunt, pugnantq; cum ueritatis aſſertoribus, ac diuinam derident Maieſtatem, operæ quidem precium minimè faciunt. Silebunt enim qui obſidentur. Quam uerò ob cauſam, beatus Paulus docebit, inquiens: 1. Tim. 6 Non eſſe uerbis pugnandum inutiliter. Et rurſus: Hæreticum hominem, poſt unam aut alteram admonitionem deuita, ſciens, quòd euerſus ſit, qui talis eſt. Nam qui ſemel roti ſunt delapſi in errores & fucos, & mendacio conſtricti, ſuperflua eſt eorum fortaſſis qui prodeſſe ſolent oratio. Scriptum eſt enim: In aures audientium loquere. Quando igitur ueritatis inimici, uel honores, uel requiem pollicentur, ſicuti hic ſceleratus Rhapſaces, uel pericula aut prælia minantur, ad Deum eſt accedendum, & ex ſolo auxilio ſupero pendẽdum: ſufficiet enim ſupera & præpotens dextera, tum ad conſeruationem eorum qui recto pede ſolent incedere, tum ad interitum illorum qui reſiſtunt. Abiget enim eos inenarrabili quodam robore uſus, & liberabit bello Sionem, uerè ſanctam & impollutam, id eſt, Eccleſiam, quippe aduerſus quam portę inferorum non ualebunt.

## CAP. XXXVIII.

EACTVM *eſt autem eo tempore, ægrotauit Ezechias, uſq; ad mortem, acceſſitq; ad eum Heſaias filius Amos, propheta, & dixit ei: Hæc dicit Dominus. Diſpone de domo tua, morieris enim tu, & non uiues. Et conuertit Ezechias faciem ſuam ad parietem, & orauit ad Dominum dicẽs: Memento ô Domine, quemadmodum ambulaui in conſpectu tuo, cum ueritate, in corde uero, & quæ placita ſunt in conſpectu tuo, feci. Et fleuit Ezechias, fletu magno.*] Spectatiſſima uirtute prædituspſ fuit

fuit Ezechias, & celebrem ideo gloriã adeptus A est. Nã aras reuulsit, delubra diruit, adyta incendit, lucos excidit, & iugibus sacrificationibus legi consentaneis, Deum coluit. Accolas etiam Iudææ Barbaros uicit, ut tributarios & uectigales multos faceret. Vrbes etiam instaurauit, ac ut semel dicam, laude ac gloria summa abundãs, meritò admirationi fuit. Cæterùm, abductus est brui, ut Hebræorum filij aiunt, à decoro, & animo magno elatoq; fuit, ac in superbiæ laqueos incidit. Hanc ob causam, ex amore uirgam ei intenta

Hebr.12 uit Deus: Quem enim amat, inquit, erudit Dominus, flagellatq; filium quẽ recipit. Verberat enim ut liberorũ amans pater, traducens ad meliora, & abducens à turpioribus eos, qui ijs sunt impliciti. Quemadmodũ enim medici acerrimi & B peritissimi, quæ in corpore computruerunt, uel igni colliquefaciunt, et absumunt, uel ferro secãt, non odio erga ægrotantem istuc factitantes, sed potius misericordia in eum uicti: ad eundem, credo, modum, uniuersorũ Deus, offensiones morborum in nobis moderata acerbitate, ac securitate rescindit, ne cum mundo, sicuti scriptũ est, condemnemur. In ægrotationẽ igitur incidit rex Ezechias, & in omnium malorum sortem ueniẽs, extreme periclitatus est, ut ex uerbis prophetæ constat, qui eum moriturum dicit, & par esse, ut domum suam disponat. Quod non erat ignorantis, ipsum uicturum, & ægrotationis grauitatem, misericordia sua declinaturum: sed uocantis & C ad precationem extimulantis: ut precatus misericordiam ipsius reciperet. Etenim miseretur eorum quos diligit, & germanis filijs condonat, rerum concupitarum inuentionem: et supplices orationes admittit. Quod & factum est. Orauit enim Ezechias, dicens: Memor esto, ò Dñe, quẽadmodum ambulaui coram te cum ueritate, in corde uero, & quæ tibi placent, feci. Pulchra est iustorum parrhesia & fiducia. nam laborum mercedem prope, & ingenuitatis fructus postulant. Lætatur etiam his qui legitimè uixerunt, uniuersorum Deus, & his qui præclaram uitam transigunt, facilè annuit, quando uidet eos lachrymari, & laborem precibus coniungere.

ET *factum est uerbum Domini ad Hesaiam, dicens: Vade & dic Ezechiæ: Hæc dicit Deus Dauid patris tui. Audiui uocem pre-* D *cationis tuæ, & uidi lachrymas tuas. Ecce adijcio ad tempus tuum, annos quindecim, & de manu regis Assyriorum seruabo te, & ciuitatem hanc protegam. Hoc autem tibi signũ à Domino, facturum Deum hanc rẽ, quam loquutus est. Ecce uerto umbrã graduum per quos descendet sol decẽ gradibus in domo patris tui, reduco solem decẽ gradibus. Et ascendit sol decem gradibus, per quos descendit umbra.*] Non multum temporis intercedit, sed statim Deus innuit, & iusti preces recipit. Nam, ut in Regnis scriptũ est, priusquam beatus propheta exisset aula regis, factum est ad illum uerbum Dei: reuersus igitur mox, sermones eius exponit. Ait enim se audisse uocem eius, id est, suscepisse precationem, & respexisse lachrymas, datq; ei ili co, ut mortis terrorem possit effugere, & terminos uitæ adiectæ designat, ut finem intuens, & se prorsus penitusq; moriturum sentiens, morbũ superbiæ non sinat in animũ intromitti. Promittitq; ut pollicitus est antè, se illum superiorẽ manu Assyriorũ effecturum, & quoq; propugnaturum Hierusalem. Præstitit autẽ omnia hæc, contractionem animi è medio profligans, & eũ qui ualdè dolore cõfectus erat, placabilitatis clementiæq; bono recreans. Qui enim percussit, seruabit nos, benignus quippe est, & misericors uniuersorum Deus. Et fide quoq; corroborat, quòd hæc sint ad finem prouehenda quæ sunt promissa, signo solis, & factæ tunc conuersionis umbræ, decem gradibus. Dicunt autem, Achazum Ezechiæ patrem, in domo sua, uelut machina & arte quadam, gradus quosdam confici curauisse, qui uelut horas numerarent, & cursum solis, decursu umbræ in illis factæ metirentur. Quòd remigraturus in uitam esset Ezechias, planum fecit Deus, retrogrediente solis umbra, & die ad inusitatã horarum mensuram prolatata. Nihil uerò est omnino quod ab uniuersorum Domino non possit effici. imò quicquid uoluerit, præclarè perficit, si uel solùm innuerit.

## ORATIO EZECHIAE
### REGIS IVDAEAE, QVANDO *ægrotauit, & ex morbo suo conualuit.*

EGO *dixi in excelso dierum meorum: Vadam ad portas inferorũ, relinquã annos residuos, dixi: Non ultrà uidebo salutem Dei in terra, non ultrà uidebo hominem ex cognatione mea. Dereliqui quod reliquum est uitæ meæ, exiuit & recessit à me, quasi dissoluat tentorium is, qui fixit. Spiritus meus factus est apud me, uelut tela lanam tractãtis, quæ appropinquat ad succidendum. Die illa traditus sum usq; mane, quasi leoni, sic ossa mea contriuit. Nam à die ad noctem usq; traditus sum.*] Necessariò illud ante alia dicendum est, Septuaginta posuisse hîc, In excelso dierum meorum: ut alij interpretes, In dimidio dierum, reddiderũt. Ego quidem arbitror uerba Septuaginta prudẽtissimè esse posita. Obsessa enim est sancta ciuitas, Rhapsace & Assyriorum innumerabili multitudine eam undique cingentibus. At promisit Deus, per uocem Hesaiæ, facturum se admirabilia præter opinionem, & periclitantes seruaturum, & propulsaturum à Iudæa tyrannum, & ipsum moriturum, ubi rem domesticam constituisset. His igitur omnibus ad exitũ prouectis, eo tẽpore, quod uniuersorum Deus dixit, sublata sunt iam in altum Ezechiæ regni insignia. Ego itaq;, inquit, apud me dicebam, tempore gloriæ, uel in excelso dierum meorum, ero pro foribus inferorũ, & relinquã annos residuos. Deinde his porrò attexit ea, quibus cõtingit eos, qui morbo correpti sunt, & non multò post mortem uidebunt, extremis consternari terroribus. Hæc autem sunt: Non ultrà uidebo salutem à Deo, non uidebo hominem ex cognatione mea, reliqui quod reliquum



quum est uitæ meæ, abijt à me: factus sum quasi A dissolutum tabernaculum, & quasi tela mulieris lanam tractantis, id est, operantis seu texentis, & demum appropinquantis ad succidendum. Deinde ait: Tota nocte & die, traditus sum leoni cuidam quodammodo, qui ossa mea conterit. Et qui tandem leo? uel morbi dolor, & tantùm non mors in speciem infremens, & insultum minitans: uel terror qui ex mortis expectatione surgit. Atterit enim timor & consternatio animum, omnemq; eius uim elidit ac comminuit.

QVASI *hirundo sic uociferabor, & quasi columba sic meditabor. Defecerunt enim mei oculi, ne aspicerem ego celsitudinem cœli ad Dominum, qui exemit me, & abstulit à me dolorem animi. Domine, de ipsa renunciatum est tibi, et suscitasti spiritum meum, et consolatione adhibita, uixi. Eripuisti enim animam meã, ne pe-* B *reat, & proiecisti à me omnia peccata mea.*] Gratulatoria proferens carmina, passeres, qui suauissimè solẽt canere, imitari se prædicat, & perpetuos hymnos laudesq; decantare. Ait uerò, mentis oculis, ad Deum subuectis, seruatum se fuisse, & cùm animi dolores, tum ipsam mortem effugisse. Excitasti enim, inquit, me ad uitam, & uixi, & asseruisti animam meã, ne pereat, & proiecisti post me omnia peccata mea. Hoc autem non est hominis arrogantiæ morbo laborantis, sed agnoscẽtis iam naturam suam, & probè intelligentis, omnes nos pluribus peccatis esse cõstrictos, & nisi Deus ex misericordia seruare uellet, neminem gloriaturũ, castum se cor habere: sed nec liberè dicturum, se à peccato mundum esse. Quare in beneficijs qui C bus nos à Deo afficimur, doxologia à nobis canatur, ut qui obliuioni dederit ea, quorum nos iuste dare pœnas æquum erat. Sapientes enim, inquit, sunt qui se norunt.

NON *enim qui apud inferos sunt, laudabunt te, neque mortui tibi benedicent, neq; sperabunt qui apud inferos sunt, misericordiam tuam. Qui uiuunt benedicent tibi, quemadmodum & ego. Nam ab hodierno die, filios faciam, qui annunciabunt iustitiam tuam, Domine salutis meæ, neq; desinam benedicere tibi cum psalterio omnibus diebus uitæ meæ.*] Similem hisce uerbis sententiam habent ea, quæ uoce Psallen- Psal.29
tis dicta sunt: Quæ utilitas est in sanguine meo, cum descendo ad corruptionem? Num confitebitur tibi puluis? uel annunciabit miracula tua? Qui nanque semel mortui sunt, & in infe- D
rorum porta tenentur, desistent etiam laudes ac doxologias celebrare. Nihil enim quicquam his quæ operati sunt, possunt adijcere. Manebunt potius, in quibus relicti sunt, & generalis iudicij tempus expectabunt. Itaque uiuentes, inquit, & qui bene faciendi facultatem habent, cùm beneficijs affecti sunt, benedicẽt tibi quem admodum & ego. Pollicetur deinde se filios facturum, qui diuinam iustitiam annuncient. Quidam dicunt illum chorum Symphoniacum promittere, & Psalmorum cantores suauissimos, in diuino templo præfecturum. Alij uerò dicunt, mente iam arcanioribus rebus intenta, cùm altum saperet Ezechias, putasse regnum se habere sine fine, uitamq; perennem, persuasus, de Chri sto scripta, tanquam de filio Dauidis, de se dicta fuisse, & eò respexisse. Vnde dicunt, etiamsi quatuordecim annos regnasset, nunquam tamen uisum esse curam egisse suscipiendorum liberorum: nunc itaq; edoctum uitæ suæ terminum, curare eos qui sibi succedant, & quòd filios dicat, & quòd adijciat: Annunciabunt Domini iustitiam. à uero tamen eius aberrauerit oratio. Natus est enim Manasses, impius & nefarius: uerùm quantum ad generãtis animum, pius etiam fuit, & diuinæ gloriæ nuncius.

ET *dixit Hesaias ad Ezechiam: Capemassam ficuum, & tere, & emplastrum impone, & sanus eris. Et dixit Ezechias, hoc est signum quòd ascendã in domum Dei?*] In quarto libro Regnorum scriptum est, causam morbi Ezechiæ 4.Reg.20
fuisse ulcus malum & intractabile, ut ipsas etiam artes medicorum respueret. Sed ubi semel Deus uitam annuit iusto, & morbum quoq; iussit tollere, & deterere: & ex quibus uerisimile, imò exploratum ac certissimum est, dolores uulneris in grauescere, ille per hæc dedit ut liberaretur. Est enim paradoxorum, & incredibilium semper effectrix, manus omnipotentis, & hæc nimirum manus opitulatrix meat per ea quæ sunt à communi opinione abhorrentia. Tere igitur, inquit, massam ficuum, ut emplastrum imponas, & sanus eris. Et erat expectandum, uti dixi, ut lædere tur uulnus, aut certè nihil sentiret opis. Sed cùm Deus iusserit, hoc in signi uim utitur prudentissimus Ezechias, & inquit: Si ex massa ficuũ sanus fuero, cessante morbo, & omni in me dolore consopito, hoc mihi signum erit, firmum & uerum, quòd ascendam in domum Dei, ei scilicet facturus sacrificia, & oraturus.

### CAP. XXXIX.

EMPORE *illo misit Meodach filius Ladã, rex Babyloniæ, epistolas, & legatos, & dona Ezechiæ. Audiuit enim ægrotasse illum usq; ad mortem, & conualuisse. Gauisusq; eis est Ezechias, gaudio magno, & monstrauit eis domum Nechothba, & stactæ, & suffimentorum, & unguenti, & argenti, & auri, omnesq; domos uasorum gazæ, & quæcunq; erant in thesauris suis, nec erat quicquam quod non monstrauit Ezechias, in domo sua.*] Mortuo Senacherim, è suis filijs regnas- D
se loco eius narrat Scriptura sacra, Nochordam filium. Sed ut apparet, eo quoq; è medio sublato, regni solium hæreditate accepit Meodach, filius Ladam. Hic misisse dicitur ad Ezechiam dona, simul & epistolas, & legatos. Quę autem huius sit causa, necessariò dicendũ. Audiuit enim, inquit, ægrotasse usq; ad mortem, & conualuisse: at non hoc solùm admiratione perculsit Babylonium, quòd inquam, ægrotarit Ezechias, & rursus ad bonam ualetudinem redierit, sed illud omnino magnum & ingens uere signum. Ineffabili & diuino nutu sol iussus est recurrere, & retrogredi, ut & umbra decem gradus redierit. Babyloniorum & Chaldæorum cognomine Sophi, id est, sapientes, cùm se iactitent in cursu solis, & stellarũ ortu, & occasu cognoscẽdo subtiliter doctos:

Universidad de Deusto
Biblioteca



hanc retrouersionem, ut uidetur & diei eius inso A
litam magnitudinem non ignorarunt. Est autem
& illud probabile, diuulgatam fuisse per uniuer-
sam terram signi uirtutem, & ad cõfirmationem
promissi diuini, quod, inquam, Ezechiæ factum
est, fuisse datũ. Alio quoq; modo dicimus Meo-
dach admiratum esse, id quod supra opinionem
accidit his, qui cum Rhapsace obsederunt Hieru
salem: quos percutiens manus angeli una no-
cte consumpsit, ita uti mane omnia corpora mortua
inuenirentur. Itaq; uenerunt legati, his diuinis ac
rationem excedentibus signis, admirante Meo-
dach Ezechiæ iustitiam. Hic uerò cùm profectis
ex Babylone, illustri narratione, auxilia omni po
tentis Dei, diuersis temporibus, & incredibiliũ
harum rerum splendorem ac magnificentiam ex B
ponere debuisset, ut & ipsi quoq; diuinam excel
lentiam, & inuictam uniuersorum Domini pote
statem, ex his quos ille institueret sermonibus
magis admirantes, reuerterentur in patriam, diui
na cognitione locupletati, (sic enim licuit, & a-
lijs prodesse, cùm hi renunciarent quæ didicis-
sent:) hoc ille minimè fecit: sed in humanam po-
tius iactantiam prolapsus est, nec suam gloriam,
ex his rebus, quibus est honoratus à Deo, sed ex
Regni opulentia æstimat, hincq; dignitatis suæ
potentiam metitur. Monstrauit enim, inquit, illis
domum Nechotha, nimirum, si interpreteris, A-
romatum, & stactæ, & unguenti, & argenti, & au
ri, & omnes domos uasorum gazarum, id est, fa-
Gaza quid. cultatum. Gaza enim uox Persica esse dicitur, de C
notatq; diuitias seu facultates.

ET *uenit Hesaias propheta ad regem Ezechiam, dixitq; ei: Quid narrant homines isti? & unde uenũt ad te? Et ait Ezechias: E terra longinqua uenũt ad me, ex Babylone. Et ait Hesaias: Quid uiderunt in domo tua? Et ait Ezechias, omnia quæ in domo mea sunt uiderunt, non est quicquam in domo mea, quod non uiderũt, quin & quæ in thesauris meis sunt, uiderunt. Aitq; illi Hesaias: Audi uerbum Domini Sabaoth: Ecce dies ueniunt, & accipient omnia quæ in domo tua sunt: & quæcunq; congregauerũt patres tui, usq; ad diem hanc, in Babylonem uenient, & nihil relinquent. Aitq; Deus, etiam à filijs tuis quos genuisti accipient, & facient spadones in domo regis Babyloniorum.*] Mittitur quidem pro-
pheta à Deo, sed primùm aduenienti & Ezechiæ
occurrens, quasi de sua sententia fingit se loqui.
Hinc dicit: Quid dicunt homines isti? Est autem D
ualde usitata hæc eius oratio. Aduenerunt siqui-
dem Babylonij, quòd fortassis cuperent scire, ut
dixi, causam retrogressiõis solis, & cur hoc signũ
tam celebratũ fuerit. Ille uerò potius, ut dicebã,
quum debuisset diuinam excellentiam eis narra-
re, & quòd ipsius nutu hæc creatura recederet,
domũ ostendit suffimentorũ & gazarũ. Scisci-
tatur igitur propheta, cur uenerint, & qui eorũ hîc
sermo fuerit: cui nihil prorsus ille respondit: hoc
solùm dicit, ex Babylone & ex terra longinqua
uenisse: multùm fortassis inde sibi placens, quòd
tanti uiri, tam longo interuallo interiecto dissiti,
haud mediocri studio eius amicitiam ambierint.
Interrogante ergo propheta, quid spectassent: ac
Rege dicente, nihil fuisse reliquũ quod ipsis esset
inuisum: ait uenturos dies, quando omnia in the
sauris ipsius, & ante ipsum studio & cura coacer
uata, transirent ad Babylonios. adiecit & illud,
quòd ex futuris sibi, temporis successu, filijs, per-
inde quasi ex remotiori generis successione es-
sent, spadones, id est, eunuchos in domo regis
Babyloniorum facerent, harum scilicet rerum ar
tifices. Narrant imò, & Regnorum liber testatur
hæc contigisse diebus Iechoniæ, quando ui totã
Iudæã Nabuchodonosorus cepit, Hierosolyma
& insuper diuinum templũ incendit, Israelemq;
captiuum abduxit, inter quos erant diuinus Da-
niel & eius socij, in domo regis Babyloniorum,
quos etiam dicunt fuisse spadones, id est, eunu-
chos. Cuiusmodi est hæc, & cui usui est hæc præ-
nunciatio? Innuit hinc Deus, uel quòd expedi-
uisset, ac sapientis uiri fuisset, horum quæ admira
biliter facta essent à diuina excellentia & magni
ficentia, necessariam instituere narrationem, illis
qui ex Babylone uenerunt: uel etiam quòd tan-
tùm non illexerit Babyloniorũ oculos, eo quòd
recondita in thesauris ostenderit.

ET *ait Ezechias Hesaiæ: Bonus sermo Domini, quem loquutus est. Fiat autem pax & iustitia diebus meis.*] Destituitur a-
pologia & defensione, cùm orationem non ha-
beat, qua suis delictis opem adferat, bonum ait
esse sermonem Dei, licet hæc prænũciauerit. De
quibus par erat ut uberes lachrymę ex oculis ma
narent. Deinde suis diebus pacem quærit, modo
non uale dicto suis posteris, & abiecta omnino
cura, & regionis & suæ ciuitatis & generis. Ve-
rùm in rem fuisse ei, de his quæ prædicta sunt lu-
xisse, & à Deo misericordiam petiuisse, & poste-
rorum nomine felicitatem non temporariam, &
contractã postulasse. Sed ualdè infirma est mens
humana, & in multis labimur omnes, secundum
id quod scriptum est: Nec quisquam nostrũ cor-
datus, & in omnes partes sapiens esse poterit: sed
cor etiam amans Dei, & mens admirabilis, sæpe
in id quod minus rectum est, impingit.

## CAP. XL.

CONSOLAMINI *consolamini populum meum, dicit Deus: Sacerdotes loquimini ad cor Hierusalem, consolamini eam, quia completa est humiliatio eius, solutũ est eius peccatũ, quia re cepit de manu Domini duplicia peccata eius.*] Transit oratio ad Christi tempora, & gratiæ per
ipsum clarum inducit uaticinium: nec extra de-
corum uidetur expatiari, neq; intempestiuè intro
ducta est. Dicent enim quidam in diuinis literis
non satis diligẽter uersati: Quî fit, quòd prophe-
ta, hîc sermonibus Ezechiæ prædictionem de
Christo nobis uicinã faciat? Ad hoc sic defensio
nem instituemus, & illud dicimus: Cùm ultimam
Iudaicæ terræ captiuitatem, ipsorumq; adeò Hie
rosolymorũ cõmemorasset oratio: tẽpestiuè ue-
luti, & utiliter deinceps factã à Deo consolatio-
nẽ iam induxit, & necessariò. Sed paucis dicã, ex
ponãq; accuratè, quæ à nobis modo dicta sunt.
Plures enim impressiones contra Hierosolyma
factæ



factæ sunt, & sæpe regio Iudæorum uastata est, A
partim manu Assyriorum, partim finitimorũ Bar
barorum, aliorumq; eam populantiũ. Postrema
demum facta est captiuitas, per Nabuchodono-
sorum, tẽporibus regni Iechoniæ, quando Israel
captiuus est abductus in regionẽ eorum, quos di
ximus. Temporibus uerò regni Cyri, a captiuita
te relaxata est, redijtq; in Iudæam, ac templũ refe
cit, & habitarunt non dispersè, usq; ad Seruatoris
nostri aduentum. Quando igitur ultimæ captiui
tatis mentionẽ fecit, cùm in omnes regũ Iudææ
thesauros, irrumpentes Babylonij, redierunt in
terrã suã: necessariò etiã post hæc consolationis
factæ, uidelicet per Christum, prædictionẽ facit,
his qui diuinũ administrãt Euangeliũ, præcipiẽs
& dicens: Consolamini consolamini populum B
meum, dicit Deus. Prima enim ad salutẽ consola
tio, maximè Israelitis, fuit Christi aduẽtus, & per
illũ oracula, cùm dicat apertè: Non sum missus,
nisi ad oues perditas domus Israel. O igitur, in-
quit, sacerdotes, ô ministri nouorũ & Christi uati
ciniorum, loquimini ad cor Hierusalẽ, id est, ac-
ceptũ auditoribus sermonẽ consolationis habe-
te. Molesta enim & onerosa erat lex omnibus, &
docens typos, nõ immittẽs in mentẽ & cor, rerũ
necessariarum institutionẽ, auditoribus: sed ue-
lut externã cognitionis speciẽ, tanquã in sola lite
ra. idq; uix, tradidit. At salutaris & Euãgelica prę
dicatio loquitur, Spiritu sancto, cuiusq; cogita-
tionis profunditatẽ patefaciente, & spirituales
meditationes ac cõtemplationes immittente, & C
sanctorum sermones infigẽte, & in pentitissimis
quasi animi penetralibus inflammãte. Talis erat
beatus Dauid, psallens & dicens: In corde meo
abscondi eloquia tua, ne peccẽ tibi. Quin & san-
ctos Apostolos alloquutus est Seruator: Repo-
nite uos in cordibus uestris sermonẽ, nimirũ ab
ipso traditũ & salutarẽ. Quòd aũt ad mentem &
cor loquatur Euangelica sanctorũ mystagogo-
rum prędicatio, cooperante ad hoc, imò perficiẽ
te totũ hoc, Sancto spiritu, ex sacris literis fides
peti potest. Dixit enim Deus per unum è sanctis
prophetis: Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, &
cõsummabo super domũ Israel & domum Iudæ
fœdus nouum, non secundũ fœdus, quòd feci cũ
patribus eorũ, in die, quo apprehendi manũ eo- D
rum, ut educerẽ eos e terra Ægypti, quia ipsi nõ
permanserũt in fœdere meo. Et ego neglexi eos,
dicit Dominus, quia hoc est fœdus, quod paci-
scar cum illis in diebus illis, dicit Dominus: dans
dabo leges meas in mentẽ eorũ, & cordibus eo-
rum inscribam eas. Scribit etiam ad quosdã bea-
tus Paulus: Epistola nostra uos estis, quæ intelli-
gitur & legitur ab omnibus hominibus dum pa-
lam fit, uos esse epistolam Christi, subministratã
à nobis, inscriptã non atramento, sed spiritu Dei
uiuentis, nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cor
dis carneis. Placet autẽ quibusdam, pro diuinæ
prædicationis ministris, sacerdotes his uerbis no
minari sanctos angelos, quibus illud quadrare
potest maximè, in cordibus loqui posse. Consola
mini igitur illam. Quid ergo dicẽt? Destitisse ab A
ira in ipsos excitata, uniuersorum Dominum. Im
pleta est humiliatio eius, abundè enim, inquit, hu
miliatum & dissolutum est eius peccatum. Quia
recepit de manu Domini duplicia peccata eius.
An ergo præter decorũ puniuit Deus? & pares
criminibus pœnas nõ imposuit? sed longe ac ue
luti duplo grauiores? Quî uerò hoc probabile?
Quî uerus est, cùm dicit: Non puniet Dominus
bis idẽ in afflictione? Ergo quomodo est intelli-
gendum quod dicitur? Quemadmodũ enim pa-
ter quispiã filiorũ amans, & ex intimis uisceribus
totus misericors, cùm delinquenti cuipiã paulu-
lum offensus fuerit, putatur forte etiã ultra men-
suram ac modũ ei factus cõmotior, (causa autem
huius est indulgẽtia, & patris affectus liberis de- B
bitus:) sic ait Hierusalẽm, quam consolatur acci-
pere de manu Domini duplicia peccata: quæ ple
runq; uehementer rerum grauium ac intoleran-
darum accusata fuit, ab ipso tamen moderatè &
non pro dignitate factorum punita. Est enim uẽ
rè misericors & clemens Dominus, longanimis Psal.102
& multæ misericordiæ & uerax. Neq; secundum
iniquitates nostras fecit nobis, neq; secundũ pec
cata nostra rependit nobis.

VOX *clamantis in deserto, parate uiam Domini, rectas facite semitas eius. Omnis uallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Et erũt omnia quæ obliqua sunt, directa, et aspera in uias campestres, et apparebit gloria Domini, et uidebit omnis caro salutem Dei, quia Dominus loquutus est.*] Cùm dixerit re-
demptum esse Israelem, & absolutam à suis deli- C
ctis Hierusalem, cumq; iusserit consolationem ei
adhiberi: tempus consolationis, proximè & tan-
tùm non ad pedes iam dictorum, ut ita dicã, sub-
iungit, nimirum Seruatoris nostri aduentum: cu-
ius præuius ac præcursor uenit diuinus ille Ba-
ptista in deserto Iudææ, clamans & dicens: Para-
te uiam Domini, rectas facite semitas Dei no-
stri. Quod cùm præscisset spiritu etiam beatus
Zacharias, huius Ioannis pater, prophetauit, di-
cens: Et tu puer, propheta altissimi uocaberis.
Præibis enim faciem, ut pares uias eius. Et de eò
dixit illis Seruator: Ille erat lucerna ardens, & lu- Luc. 4
cens, uos autem noluistis exultare ad tempus in Ioan. 5
luce eius. Sol enim iustitiæ, & lux uera, est Chri-
stus. Lucernæ uerò comparat scriptura sacra, bea
tum Baptistam. Etenim, si diuinam & ineffabi-
lem lucem, si inexplicabilem & immensum splen
dorem respicias, meritò comparari possit par-
uæ lucernæ, mentis humanæ modulus, etiamsi
plenus sit lucis & sapientiæ. Quid ergo est, Pa-
rate uiam Domini, &, rectas facite semitas eius?
Explanat, addens: Omnis uallis implebitur, &
omnis mons & collis reddetur humilis, & e-
runt omnia quæ obliqua sunt, directa, & aspe-
ra uia, campestris. Sunt enim quædam publi-
cæ uiæ, & semitæ minimè peruiæ, sed asperæ
illæ quidem & inuiæ, ut aliquando assurgen-
dum sit ad montes & colles, aliquando per eos-
dem descendendum, nunc in præcipitijs pen-
deas, nunc in colles profundos deferaris. Sin

contin-

Universidad de Deusto
Biblioteca



contingat, ut ædita hæc & prærupta loca subsi- A
dant, & quæ in cauo ac profundo sunt cõpleantur: tunc tunc undiquaq; recta erunt, quæ erant obliqua, & cãpi plani, & uia expedita, quæ quondam erant aspera, & abrupta. Hoc factum est intelligibiliter, Seruatoris nostri potentia. Olim enim omnibus, ut sic dixerim, hominibus inaccessa erat uia eximia, & Euangelicæ conuersationis semita parum trita: quòd mens omnium mundanis & terrenis esset detenta cupiditatibus, ac subiecta carnis, ijsq; fœdis motibus. Postquam autẽ homo factus, atq; caro, secundum scripturas, in carne aboleuisset peccatũ, & principatus ac potestates, & rectores mũdi huius demolitus esset: æquabilem nobis & ad currendum aptissimam uiam pietatis effecit: nihil habentem accliue, uel B
in altum sublatum, nihil cauum aut deorsum, sed in campos magis complanatã. Omnia enim obliqua, facta sunt directa, nec hoc solùm: Sed & apparebit, inquit, gloria Domini, & uidebit omnis caro salutẽ Dei, quia Dominus loquutus est. At quo pacto, & quomodo gloriam dicit apparituram? Erat enim & est unigena Dei sermo, utpote Deus existens, & ex Deo patre, arcana ratione natus, in deitatis præstantia, supra omnẽ principatum, & potestatem, & thronum, & dominationes, & omne nomen quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed & in futuro, & ipse est gloriæ Dominus, & nouimus nos gloriam eius, etiamsi olim non nouerimus: quando sicut & nos, factus homo dispensatione, se potẽtia, operatio- C
ne, gloria Deo & patri æqualem declarauit: omnia uerbo potẽtiæ suæ ferens, miracula facile peragens, creaturam increpans, mortuos excitans, & cætera mirifica citra laborem perficiens. Apparuit igitur gloria Domini, & contemplata est omnis caro salutem Dei, scilicet patris. Saluatorem enim & Redemptorẽ nobis misit de cœlo filium. Cùm enim lex nihil consummaret, & typica sacrificia non haberent uim abstergendi peccata, in Christo consummamur, & ab omni labe liberati, adoptionis spiritu honoramur. Hæc in illo gratia, quantum quidem ad scopum, & animũ seruantis, per omnem carnem meauit, id est, per omnes homines. Carnem enim hic intelligere oportet hominem. Si quidam uideantur huius sa- D
lutis expertes, uerus tamen sic est prophetæ sermo. Scopus enim & propositum honorantis & seruare uolentis attenditur, non desidia uocatorum expẽditur. Adijcit idq; necessariò: Quia Dominus loquutus est, ne quis eum mendacia proferre arbitretur, uel ex corde suo, & quod ipsi uisum est eructare, sed potius Dei opinionem, & quod prorsus penitusq; futurum est, præsignificare.

VOX *dicentis. Clama. et dixi: Quid clamabo? Omnis caro fœnum, et omnis gloria hominis quasi flos fœni, exaruit fœnum, et flos decidit, uerbum aũt Domini manet in æternũ.* ] Perspicuè demonstrat, nõ licere aliter uidere salutem Dei, ijs qui uerè illum amant, & eo potiri cupiunt, nisi hoc solo, ut quæ ipsi placita & grata sunt, & senti re uelint & agere. Oportet nanq; eos, qui more sanctorum uersari, & synceram præclaramq; eligere uitam, & cõuersationis Christianæ insignia tanquam coronam quandam sibi redimire uolunt: occupationem turbasq; quæ in uita accidũt contemnere, gloriamq; humanam & temporariam quàm longissimè proijcere, uereq; existimare, humana, fœno & herbis esse similia, animoq; & corde habere Dei uerbum, id est, ex Deo & Patre sermonem. Habitat enim in cordibus nostris, per fidem, & diuino eius spiritu ditati, ipsum in nobis ipsis habemus. Est enim res possessione digna, & æternæ uitæ procuratrix. permanet enim in æternum & uiuens Dei sermo, conseruat & uiuificat. Si quis autem uelit intelligere uerbũ Dei, eius præceptum, & hoc quoq; dicimus non mediocrem afferre utilitatem. Conseruat enim et illud eos qui rectè obeunt, ad uitam beatam, iu- Ioan. 8
xta ipsius Seruatoris dictum: Amen amen dico uobis, si quis sermonem meum custodierit, mortem non uidebit in æternum.

MONTEM *excelsum conscende, ô qui læta nunciat Sioni, intende fortiter uocem tuam, qui læta nuncias Hierusalem. Tollite, nolite timere, dic ciuitatibus Iudæ: Ecce Deus noster, ecce Dominus cum fortitudine uenit, & brachium eum dominatione. Ecce merces eius cum eo, & opus in conspectu eius. Vt pastor pascet gregem suum, & brachio suo congregabit agnos, et prægnantes consolabitur.* ] Ostendit hisce uerbis, diuinam & salutarem prædicationem administrantibus, sanctis, in quam, Apostolis & Euangelistis, uel etiam, ut semel dicam, his qui temporum successu gregibus prædítis ratione præficerentur, & sacrorum mysteriorum curam haberent, quemadmodum Dei amantes, & celebres & pleni summæ gloriæ esse possint. Non enim decet, inquit, qui Euangelizant omnibus, undiq; gloriam & salutem Dei, timidè & submissè id facere, quasi qui latere studeant, sed tanquam in excelso positos, & omnibus cõspicuos, & magna parrhesia tanquam in monte exultantes, clara quodammodo uoce, quę aures penetret, uti, & quæ sit metu libera. Quod ut sibi adsit, diuini discipuli precabantur, dicentes uniuersorum Dominatori Deo: Et nunc Domine inspice minas eorum, uidelicet Iudæorum, & da seruis tuis cum fiducia liberè loqui sermonem tuum. Tollite igitur, & nolite timere, inquit. Annunciate ciuitatibus Iudæ, Deus noster, ecce Dominus cum fortitudine uenit, & brachium cum dominatione. Cùm adijcit illud: Ecce, non in longinquum finit aduentus spem extendi, sed mox & breui affuturum, imò iam propè in foribus esse Redemptorem ostendit. Nam iubet eos manum ostendere, & digito eum qui prænunciatus est indicare. Quòd autem non in infirmitate sanctorum prophetarum, nec submissus ut supplex futurus sit, sed autoritate Domini, & potentia, & dominatione diuinissima præditus, palàm ostendit, cùm dixit: Cum fortitudine uenit, & brachiũ cum dominatione. Nam diuini prophetæ, ut quædam fierent à Deo, & essent suo populo rogabant. At uniuersorum Seruator & Dominus non



non preces fundens, non precariò accepit quip- A
piam aut dedit: sed ut uere filius, paterna bona, cum dignitate liberis conuenienti, credentibus in se distribuit, omniaq; & potestate, & arbitrio suo est operatus. Quòd autem hoc dispensationis mysteriũ non esset infructuosum ei, qui propter nos noster factus est, & crucẽ sustinuit, suãq; mortem, ostendit dicens: Ecce merces cum eo, et
Iam. 12 opus coram eo. Et mercedem nominat, fructum ex eo quòd secundum carnem mortuus sit. Dixit enim: Amen amen dico uobis, Nisi granum frumenti quod in terram cecidit moriatur, ipsum solum manet. Si moriatur, plus fructus fert. Et rursus: Si exaltatus fuero è terra, omnes trahã ad me
Philip. 2 ipsum. Quemadmodũ enim Paulus inquit: Subiuit crucem, contempto pudore. Quare & Deus B
illum euexit, & donauit ei nomen, supra omne nomen, ut in nomine Iesu Christi, omne genu flectat, cœlestium, & terrestrium, & subterraneorũ, & omnis lingua confiteatur, quòd Dominus Iesus Christus sit, ad gloriam Dei patris. Hoc etiã cùm præsciuisset diuinus Dauid spiritu, psallit, et inquit ad eũ: Omnes gentes quas fecisti uenient, & adorabunt in cõspectu tuo, Domine. Itaq; nõ irremunerata, nec infructuosa est hæc dispensatio. At sequebantur, erantq; quasi ob oculos pascẽtis, greges sui: & ante oculos eius qui brachio suo, id est, fortitudine, agnos colligit. Nam credẽtes in ipsum, ut nuper genitæ & recẽs natæ oues, ad nouitatem uitæ instaurabantur, consequuti ui delicet regenerationem è supernis, & per spiritũ. C
Itaq; primùm quidem lac illud rationale appetunt, educati infantum more, sed excrescunt in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Pasceban tur ergo agni, & quædam fœtæ seu prægnantes cõsolationem acceperunt. Agni enim quasi modo nati & modo orti, intelligi meritò possunt. Prægnantes seu uterum gerentes, dicere possit quis eos, puto, qui suum sermonem iam parturiunt, uelut ex legis doctrina, ac prophetarum prędicationibus. Seruauit enim Christus non solùm gentiles, sed etiam prognatos sanguine Israelitico, ad quos etiam dicit se missum esse potissimũ. Hi etiam consolatione fruebãtur, dum exactam cognitionem huius mysterij occurrentem quasi & oblatam sibi, fide confirmarent. D

QVIS *mensus est manu aquã? & cœlum palmo, & omnem terram pugno? Quis appendit montes pondere? & rupes statera? Quis cognouit mentem Domini? & quis consiliarius eius fuit? qui instruet eum: aut quem consuluit? & instruxit eum, aut quis ostendit ei iudicium? aut uiam intelligentiæ quis monstrauit?* ] Ex his quæ nullus mortaliũ assequi potest & præstare, imò fortassis nec supernæ cœlestesq; potestates, conatur ostendere, præstantẽ & incõprehensam uim diuinæ sapientiæ. Admirabile est enim Christi mysteriũ, & inter arcana recensetur, hic sermo de prouidentia & dispensatione. Et mihi uidetur
Rom. 11 tempestiuè utendũ Pauli uerbis: O profunditatẽ diuitiarũ & sapientiæ & cognitionis Dei, q̃m inscrutabilia sunt iudicia eius? & imperuestigabiles uiæ eius? Quis enim cognouit mentẽ Domini? Annon hæc licet meritò dicere cognata esse his quæ proponuntur? Et quẽadmodũ nullo studio, nulla arte fieri potest, ut humana quis manu uniuersam aquã, & palmo cœlũ, omnemq; terrã pugno metiatur, & pondere ac statera montium tractũ perspiciat: sic ad eundẽ modũ nemo poterit mentẽ Domini comprehendere. Huic rei faciet fidẽ, cùm ait per quendã è sanctis prophetis: Non enim sunt uiæ meæ, ut uiæ uestræ, sed ut distat cœlũ à terra, sic distant uiæ meę a uijs uestris, & cogitationes uestræ à cogitatione mea. Quo enim egebã, inquit, cõsulente, aut instruente, aut ostendente iudiciũ, id est, iustitiã, uel iustum iudicium, uel intelligentiæ uiãs? Si enim re ipsa sapientia sit, & ipse omnem mentẽ reddat sapientem, si & lucẽ intelligentiæ, creaturæ rationis participi subministret: quî opus habeat alio? uel quomodo possit reprehendere quispiã, quod ille capit, consilium? Quantã igitur utilitatẽ hinc auditoribus propheta comparat: Iam enim quidã infideles audent etiamnũ dicere: Quid enim oportuit Dei uerbum more nostro nasci, & carnẽ induere eiusq; sordes, ut terræ incolas seruet: quãdoquidem nihil sit ipsi, ut ait, difficile annuere? & possit quod uult, ut Deus, perficere? Deinde annon frustra factus est homo? Ita dum monstrosis sententijs hanc dispensationẽ impiè deformant ac dedecorant, mysterij gloriæ ac maiestati repugnant. Amputat igitur propheta, his uerbis, stultas ac inanes cogitationes, & comprehendi non posse dicit diuinã sapientiã, ac mentẽ, quamuis sit reuera sapientia ipsa ac mens, summa & syncerissima, ita ut deinceps non sit approbabilis, imò ridicula sit iure, infideliũ oratio, qui ausi sunt, nescio quomodo, dispensationẽ unigeniti in carne tanquã non rectè factã calumniari. Placet autem quibusdam illud: Quis mẽsus est manu aquam, & cœlum palmo? & quæ sequuntur, accõmodare omnium dominatori Deo, ut qui possit, & aquam metiri, & cœlum, & terram, & montes, & rupes, & omnium etiam inaccessorum cognitionem habeat, & omne quod factum est apprehendat, & quicquid est in creaturis magnum, tumidum, immẽsum, & multum, nihil existimet. Hoc si quis uelit ita intelligere, nihil offendet.

# CYRILLI COMMENTARIORVM IN HESAIAM,

*Libri Tertij,*

## *Tomus quintus.*

SIQVIDEM *omnes Gentes uelut stilla è situla, & uelut momentum statęræ reputatæ sunt, & quasi saliua reputabuntur. Libanus quoq; nõ sufficit ad combustionem, & omnia quadrupedia non sufficiunt ad holocaustũ, & omnes Gentes nihil sunt, & quasi nihil reputatæ sunt. Cum quo comparastis Dominum? cui similitudini aßimilastis eum? Nunquid imaginem fẽcit faber, aut auri fusor conflans aurum, inaurauit eam? Lignum enim*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*nim quod non putrescit eligit faber, & sapienter quærit, quomodo statuat eam imaginem, ut non moueatur. Nónne scietis? nónne audietis? annon annunciatum est ab initio uobis? nónne cognouistis fundamenta terræ?*] Dispensationem ac ministeriũ unigeniti in carne, propheticus sermo nobis cõmemorauit, & abunde admiratus est arcanam sapientiam, qua etiam seruati sumus, & natura ac uerè Dominum agnoscentes, gratia ipsius digni habiti sumus, congregati, uelut agni, brachio ipsius, & illi subditi tanquam pastori optimo: posuit enim animam pro ouibus suis. Et cùm fieri non posse ostenderit, ut eius mentem perspiciamus, & emetiamur, confessusq; fuerit eũ esse summam sapientiam, & supra omnia: introducit necessariò eum ad gentes, siue ad eos qui creaturã supra Creatorem adorant, sermones habentem, & ab inueterato, & à maioribus & à patribus tradito errore abducentẽ: & ad meliora traducentẽ, & ad cognitionem dignam hominibus reducentem. Demonstrat ergo Dei omnium dominatoris immensam præstantiam, & magnificentiæ ipsius excellentem dignitatem, omniaq; præ illo exigua esse, & perinde ac nihil haberi: quantum quidem, inquam, attinet ad potentiæ & gloriæ ipsius celsitudinem. Hinc ait: Siquidẽ omnes gentes, ut stilla e situla, & ut momentum stateræ reputatæ sunt, & ut saliua reputabuntur. Exigua nanq; sunt hæc, & nullius omnino precij. Nam quid est stilla una decidens e situla? Quid momẽtum stateræ, redigens ad æquabilitatem id quod uidetur esse minus? Aut quid saliua, id est, sputũ humanum? Sed nec sufficerit, inquit, ei Libanus ad combustionem, uel in holocaustũ omnia quadrupedia. Sunt enim planè contemptibilia eiusmodi: etsi omnia ad holocaustum adducantur ei, etiam illa præ diuina maiestate à tergo proijcerẽtur. Siquidem omnes, inquit, gentes, quasi nihil sunt, & quasi pro nihilo habitæ sunt. Cui similitudini similẽ fecistis eũ? Quid enim erit ei simile, & æquipollens, seu naturæ, seu ponderis, seu nobilitatis ratione? Num enim arte fabri, & lignarij, nũ auri fusorum peritia formatus est in effigiem alicuius creaturæ? an, inquit, efficius est, humana imago? Minimè. Nihil enim quicquam ei æquari potest. Deus enim cùm sit, natura, & ex se, quia aliud non extitit, omnibus omnino erit superior. Cùm itaq; ostenderit, supra omne esse quod factum est, & quod genitum est, deridet post hæc, idolorum effictionem, & inquit: Lignum quod non putrescit eligit faber, & sapienter quærit, quo modo statuat eius simulacrũ, ne moueatur: quasi sit fabri peritiæ, hominibus istis errore seductis, Deum fabricari pro mensura & modulo cognitionis suæ, ex animi eorum sententia: ut ita securo ac tuto muniatur præsidio, ne moueatur: néue, cùm ceciderit, confringatur. Habuerunt igitur paucos deos, idolorum cultores, cùm in terra fabrile ædificium non uigeret: neq; seruabantur ea quæ erant manufacta, si artifex sapienter nõ quæ fuisset, unde consistere poterant, sedemq; haberent immotam. Licet autem, opinor, non abs re illud uoce Dauidis dicere: Idola Gentium argentum & aurum, opera manuum hominũ. Quibus adiungit: Similes illis fiant omnes qui faciũt ea, & omnes qui confidunt illis. Cùm irriserit idolorum fabricationem, sermonem transfert, ut pudeat & corrigat errantes, & peccatum eorũ in hoc declarat esse inexcusabile, cùm dicit: Nónne scietis, nónne audietis? pro, an non cognouistis, an non audiuistis? an non est annunciatum ab initio uobis? an non cognouistis fundamenta terræ? Fundamenta terræ, ultimas & extremas eius partes uocat. Cognouistis igitur, inquit, à finibus usq; ad fines. Audiuistis, & annunciatum est uobis ab initio. Quid est annunciatum? Deum, inquit, natura & uerè, unum esse & solum: humana uerò opera de dijs, ligna & lapides esse, ac præterea nihil. Nec enim tacuit scriptura diuinitùs inspirata, imò ueritatis potius cognitio, e supernis, per patriarchas, per legem & prophetas confirmata est. Non enim, quãdo nobiscum factus homo, unigena Dei sermo, illuxit terræ incolis, tũc primum errorem perstrinxit, sed erat, uti dixi, uetus hæc accusatio idololatriæ. Non enim destitit sanctorum chorus, eam exagitare, & execrabilem reddere, uniuersorumq; opificem, & Dominum patefacere.

*Psal. 113. & 134*

*QVI continet circulum terræ, & qui habitant in ea, quasi locustæ. Qui statuit quasi fornicem, cœlum, & fixit quasi tabernaculum ad inhabitandum.*] Ex pulchritudine creaturarũ, perspicitur ratione quadam & analogia, eorũ architectator, ab his qui sana mente sunt. Licet emi sapientibus peruidere, idq; facillimè, quis nam sit, & quantus huius uniuersitatis effector & artifex, uelut ab hac præstantia, & administratione inexplicabili, & diuina: per quam hæc creatura, cùm non esset, facta est, & facta conseruatur, & potentia effectoris, ut bene sit & consistat, continetur atq; coercetur. Cui enim cõparari potest, inquit, Dominus? An non superat ille omnem mẽtem, qui solus uniuersam terram manu comprehendit? qui eam ita ut pulchrè solidata sit continet? quiq; cœlum in ea quasi fornicem bene firmauit, & more tabernaculi expandit, ita ut inhabitent eam, scilicet propter quos facta est? Quemadmodum enim ipse propheta ait: Non incassum fecit eam, sed ad inhabitandum. An ergo, inquit, apud Deum magna est hæc habitantium in terra multitudo, quantumuis immensa? Nequaquam. Nã præ diuina magnificentia & excellẽtia, sunt quasi locustæ. Vel etiam alio modo. Continet enim orbem terræ, id est, omnem eius circulum, & præ ipso nihil sunt qui eam incolunt, quantumuis instar locustarum gregatim in ea pascant, & omnẽ numerum transeant. Est autem hoc admirabile & magnum ad omnipotentis Dei celebrationẽ, ac commendationem.

*QVI reddit principes ut nihil regant, & terram quasi inhilum redigit. Non enim plantabunt, non serent, nec radices agit in terra radix eorum. Spirauit in eos uentus, & exaruerunt, & procella uelut stramenta, eos assumet.*] Solebant hi qui errore decepti erant, quiq; hunc natura ac uerè Deum ignorarunt, non modo dæmonum greges adorare, & ligno dicere: Deus meus es tu, & lapidi: Tu genuisti me: sed etiam homines insignes in terra factos, inconsideratissime deos facere. Nimirum Senacherim reuersus ex Iudæa, in terram suam, adorare dicitur Patrarchum suum. Obtulerũt enim etiam mortuis sacrificia, & Heroas uocant eos, deosq; nuncuparunt. Par itaq; erat, cum multitudinem idolorũ aperte traduxisset, & ad hunc quoq; deuenire sermonem, & fidem facere errantibus, ut humana pro nihilo ducant. Quin etiam si quidam in terra illustres & mirabiles extiterint suo tempore, uel solijs summis ac regijs eminentes, uel alio quopiam honoris priuilegio, illis tẽporibus digni habiti fuerint, nullo tamen modo eos esse deos existiment: imò potius cogitent, hoc ipsum imperare posse aliquibus, non aliunde, nisi a Deo datum esse. Et quòd res sit apud Deum omnipotentem haudquaquam difficilis, ostendit dilucidè, cùm dicit: Principes ab ipso reddi, ut nihil regant. Amplificat adhuc, & inquit: Terram quasi in nihilum redigit. Quòd autem positum sit in Dei potestate, conseruare memoriam, uel secus, eorum qui in terra clari insignesq; euaserunt, ostendit, dicens: Non enim sentent neq; plantabũt. Nisi eũ uelit, scilicet Deus: nullum, inquit, habebunt in terra fructũ, sed neq; stirpem, nec memoriam: sed tanquam uento in eos irruente, in nihilum uelut sarmenta recident. Omnia enim humana, parua sunt, & facilè proijci, ac omnino euerti queunt, atq; herbarũ in morem emarcescunt. Adorandus est igitur Deus solus, Deus, inquam, natura & uerè: nec ulla sit eorum ratio, quos fabrorum scientia inuenit, neq; etiam hominum, qui a quibusdam deorum nomine insigniuntur. Est enim hæc Necrolatria, ac mortuorum cultus, & præterea nihil.

*Hier. 2*

*NVNC igitur, cui me assimilastis? & dixit sanctus, Inexcelsum collocabor. Attollite in excelsum oculos uestros, & contemplamini, quis ostendit hæc omnia, qui educit iuxta numerum ornamentum eius. Omnes nomine uocabit, à multa gloria, & in robore fortitudinis, nihil te latuit.*] Sapientissimus Paulus uiceratus est non immeritò, contra errantium imperitiam, & contra multitudinem idola colentium, iustissimè exclamauit. Nam cùm licuisset illis, ex ipsa adeò creatione, uniuersorum Creatorem & architectum uidere, abducti sunt in pseudolatriam cultumq; cõmentitium, ac eos qui dij non sunt, adorauerũt. Dixit autẽ ita de omnium

*Rom. 1*

dominatore Deo: Quæ nanq; eius sunt inaspectabilia, ex creatione mundi, dum considerantur per opera, perspiciuntur æterna eius potentia, & diuinitas, ut sint inexcusabiles. Quapropter cùm Deum nouerint, non ut Deo gloriam tribuerũt, nec gratias egerunt, sed uanis cogitationibus usi sunt, & obrenebratum est insipiẽs cor eorum. Et professi se esse sapientes, infatuati sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis, corruptibilis hominis, & uolucrũ, & quadrupedũ, & serpentiũ. Quandoquidẽ ergo, inquit, orbẽ terræ contineo, & uelut tabernaculum quoddã extendo cœlũ, reddoq; reges, ut nihil regãt, & terræ incolas cicadis similes faciã, cui me assimilastis? pro, quo cum me comparabitis, ut decorũ non transiliatis, & non a uero aberretis? An cœlum nominantes, uel etiã alicui me elemento assimilare uolentes, putatis uos me extollere? At nulla creatura mihi similis, & quę per omnia mihi respondeat. Nullus enim æquare poterit, ratione substantiæ, eum, qui ut subsint uocat ea, quæ aliquando non erant. Non enim esse me ex numero uestrorum deorum, qui humano artificio habent ortum, perspicietis ex ipsis creaturis. Tollite in sublime oculos, uidete firmamentum, stellarum chorum, cogitate quis hęc omnia ostenderit, quis educat in numerò ornatum eius, scilicet cœli. Ornatum autem cœli, stellas uocat, quas se cognoscere dicit apud se, nõ soluin usitatissima multitudine, sed etiam sigillatim, & quasi nominatim. Diuina res hæc & eximia: quippe prophetam multum hoc miratur, & affatur eum: Ex multa gloria, & in robore fortitudinis, nihil te latuit. Nam sicuti dicit sacra scriptura: Numerabiles ei sunt stillæ pluuiæ. Nihil enim prorsus latet hanc ineffabilem sapientiam, ac mentem quæ nouit omnia.

*NON enim dicas Iacob, & quid loquutus es Israel? Abscondita est uia mea à Deo, & Deus meus iudicium meum abstulit, & recessit.*] Quòd hi errantes uocabuntur suo tempore, & ueritatis luce ditati, animo ac corde, agnoscent uniuersitatis creatorem & artificẽ, quodq; sapientes & cordati futuri sunt, & ex pulchritudine creaturarũ, ratione & proportione quadã, cõtemplabuntur eũ qui totũ hoc quicquid est, inenarrabili potentia produxit ut esset, optime disseruit. Ex his iam ita dictis, cùm satis iustã mystagogiã institutionemq; contexuerit, orationẽ ad eos transfert qui sanguine Iacobi siue Israelis orti sunt. Postquã enim offendissent in lapidẽ offensionis, & salutis autore ac chorago non recepto, à coniunctione quæ cũ illo est, procul abessent: non iam contra receptã in lege umbrã, sed cõtra adorationẽ ac cultum, per spiritum ac in ueritate inuectum, id est, Euangelicũ, obmurmurarũt, & inquiunt: Abscondita est uia mea à Deo. id est: Non considerat legalem uiuendi rationem, ac institutionem. Nam qui sic uiuunt, nempe prout sapientissimi Mosis præceptũ iussit, eos deinceps inspicere nõ dignatur. Sed abstulit iudiciũ meũ, & recessit, id est, legem cessare fecit. Iudicium uocant legem, quod docebit beatus Dauid, cùm alloquitur uniuersorum Deum: Iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti, id est, tu per angelos, uel per Moysis intercessionem, legem statuisti. Dixitq; etiam Moyses de Israel: Illic dedit ei iustificationes & iudicia. Abstulit igitur meum iudiciũ, id est, legis quodãmodo cultũ abiecit, & abstulit à nobis, ac recessit. Nõ enim curat amplius electos, & primogenitus Israel in nihilum abijt.

*Psal. 98*

*ET nunc nónne cognouisti, neq; audiuisti? quòd sit Deus æternus, Deus qui fabricauit terminos terræ? Non esuriet, neq; laborabit, neq; est prudentiæ eius inuentio.*] Olim nanq; ô Israel,

Universidad de Deusto
Biblioteca



eruditus es lege, cognouoſti ex prophetis, mo- A
dum futuræ poſt legem diſpenſationis. Prodita
enim lex eſt, umbras habens & typos futurorum
bonorũ, & myſterij Chriſti uirtutẽ quaſi partu-
riens in litera, multifariam, & per legis præceptũ
antè Chriſtus formabatur, eiuſq; myſteriũ æni-
gmaticè deſcribebat. Hoc ipſe confirmabit, cùm
Ioan. 5 dicit, Iſraelitis inobedientibus: Si credidiſſetis
Moyſi, credidiſſetis & mihi: de me eñ ille ſcripſit.
Quoniã uerò, inquit, criminaṫ, dicẽs: Nõ cõſide-
rat uias meas in lege, id eñ eſt: Abſcõdita eſt uia
mea à Deo, & abſtulit noſtrũ iudicium, ſiue legẽ,
& receſſit, quaſi nõ nouiſſet prorſus eũ qui Deo
confidit: hæccine dicis? Eſto, inquit. Etiam nunc
non cognouiſti, uel non audiuiſti, id eſt, nõne
audire potuiſti? Simile eſt ac ſi dicat: Admitto fi- B
ctionem quã inſtituiſti: non cognouiſti, non di-
ſcere potuiſti, uel nõ audiuiſti. Audi igitur, Deus
æternus eſt Deus, qui fabricauit extrema terræ,
non eſuriet, neq; laborabit. Obtuliſti, inquit, ſan-
guinolenta ſacrificia, oues & boues immolaſti,
uota feciſti, thure & fumo, turturibus & colum-
bis honoraſti. Sed cognoſce, neq; is neſcius, qui
fabricauit extrema terræ, Deus eſt æternus. Ex-
trema terræ, fines dicit, ut inde tota terra intelli-
gatur. Non eſuriet, neq; laborabit. Simile eſt ei
Pſal. 50 quod dicitur illis uoce Pſallentis: Num edam car
nes taurorum? aut ſanguinem hircorum bibam?
Quomodo enim mihi, inquit, adducitis ſacrifici-
a? an ut eſurienti, & præ fame laboranti, ob con
ſilij inopiam? Æternus enim Deus corrumpi nõ C
poteſt, neq; eſuriet, neq; laborabit, nec illũ quic-
quam rerum humanarum attinget. Sed neq; eſt
inuentio prudentiæ ipſius. Cauſaris enim, inquit,
& dicis interdum: Si nũc reieceris præceptũ Mo
ſis, ſeu legis umbrã, cur omnino legẽ condidiſti
ab initio? ſi noua, id eſt, Euangelica oracula, præ-
ſtantiora ſint ueteribus, cur hæc ad ipſam legẽ ad
ponuntur? Ne dicas, inquit, iſtuc. Non enim po-
teris inuenire incomprehenſam Dei prudentiã,
ſiue ſapientiam. Data enim eſt lex Moſis: ob quę
autem & quã ob cauſam, Paulus docebit, inqui-
Rom. 5 ens: Lex ſubingreſſa eſt, ut abundaret delictum.
Et rurſus: Concluſit enim ſcriptura omnia ſub in
obedientia, ut omnium miſereretur. Definitur i-
gitur eſſe, peccati monſtratrix, & omnium infir- D
mitatis quaſi redargutio: ut quoniam iuſtificare
peccatores non poterat, ſed condemnet potius,
deinceps neceſſariò inducatur munificentiæ per
Chriſtum gratia, quæ iuſtificat impium, & libe-
rat delictis eos, qui illis ſunt implicati. Itaq; non
eſt inuentio prudentiæ illius Dei, qui omnia gu-
bernat ſapienter, & qui præmonſtrauit legem, ut
peccata redarguat, qui miſit filium de cœlo, ut iu
ſtificaret per fidem peccatis obrutos.

QVI *dat eſurientibus fortitudinem, & non dolentibus mœ-
rorem. Eſurient enim iuuenes, & laborabunt adoleſcentes, & ele-
cti infirmi erunt. Qui uerò expectant Deum, mutabunt fortitudi-
nem, alas aſſument ut aquilæ, current & non laborabunt, gradien
tur & non eſurient.*] Hoc mihi ſimul ac complexim
intellige, Deus æternus, Deus qui fabricauit ex-
trema terræ, ipſe eſt qui dat eſurientibus robur.
Non enim unquã cibi inopia angebatur, Deus
quippe & æternus: imò dat potius ipſe eſurienti-
bus robur ſpirituale, iuſtitiã: item dat non dolen-
tibus, mœrorem. Atq; hoc bifariã intelliges. Vel
etenim ex ingenti ſtupore, & ex eo quòd ignora
uerint Dei uoluntatẽ, neſcientibus ſe offendiſſe
eum, ac in graues atq; ineuitabiles calamitates in
cidentibus, dat auxilij cauſa ut doleant in poſte-
rũ, de his in quibus lapſi ſunt. Dolor enim qui eſt
ſecundũ Deum, pœnitentiã ad ſalutẽ non pœni-
tendã operatur: uel crucifigentibus Ieſum, & pro
terea gaudentibus, (ſic enim affecti ſunt Iudæo Matth. 27
rum proceres, & quicunq; auſi ſunt dicere: San-
guis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros,) dat
mœrorẽ, dũ effecit ut in calamitatibus belliq; ma
lis uerſarentur: & quoniã à coniunctione quę eſt
cũ illo exciderunt, deſtituti ſunt omni fortitudi-
ne ac cibo ſpirituali. Hinc tantùm non exponẽs
quod dictũ eſt, infert dicens: Eſurient enim iuue-
nes, & laborabunt adoleſcentes, & electi infirmi
erunt. Nã quod ad gentes attinet, cùm defecerãt,
& infirmi fuerant, & ſic pedibus diabolicis ſubie
cti, & facerent diſſolutè, quicquid immundis ſpi
ritibus uiſum eſſet, fortes erant & iuuenes: at in-
telligibiliter uidelicet & ſpiritualiter, fame & la-
bore premebantur. Iam qui ex legis pædagogia
rectè nouerunt agere, & præceptũ ſibi traditũ ſe
mel, perficere, hi, inquit, eſurient & laborabunt,
id eſt, ad omnia bona infirmi erunt & inhabiles.
Fames enim diuinorũ ſermonũ ſi quibus contin
gat, declarat eos prorſus infirmos & fractos, &
qui nihil boni præclare ac fortiter poſſunt pera-
gere. Quòd aũt fame perierit gens Iſraelitica, cre
dentibus in Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ, à ma
lo ereptis, proclamat Deus, & rurſus dicit per u-
num è prophetis: Ecce dies ueniunt, dicit Domi Amos 8
nus, & inducã famẽ ſuper terrã, non famẽ panis,
neq; ſitim aquæ, ſed famẽ audiendi uerbũ Domi
ni. Et ab Oriente uſq; ad Occidentẽ circũcurſa-
bunt, quærentes uerbũ Domini, & non inuenient.
Quomodo enim infirmi non eſſent, quomodo
non laborarent, ac fame mentis & intelligentiæ
non diſperirent, cùm uidelicet Chriſtũ non admi Ioan. 6
ſerint, etiã cùm dicat apertè: Ego ſum panis ui-
uus, qui è cœlo deſcendit, & uitã dat mundo? Si
quis hunc panẽ edit, uiuit in æternũ. Cùm autem
propter inſignẽ inſulſitatem, etiã cùm habere po
tuiſſent, panẽ uitæ non comederint, fame conta-
buerunt, deliciantibus Gentibus. Eſt enim uerũ
quod dicit Salomon: Non fame perimet Domi- Prouer. 10
nus animã iuſtam, uitã uerò impiorũ ſubuertet.
Sed hæc uſuuenerunt Iudæis, quippe qui impij
fuerant in ducẽ uitæ. At qui ſuſtinent Dominũ,
id eſt, qui Chriſto ſeruiunt, & quæ eius ſunt ſapi-
unt, & rectè facere ſtudent, mutabunt fortitudi-
nem. Non enim mãſerunt in illis infirmitatibus,
in quibus erant aliquando errantes, & ſubditi Sa
tanæ iugo, & mundi uoluptatibus, ſed aliam ha-
bebunt, Chriſto ſcilicet ſuppeditante illis facul-
tatem, qua omnem uoluptatem deteſtabilem ſu-
perent,



perent, & è laqueis peccati eluctentur. Scriptum A
eſt enim: Fortitudo mea, & laus mea Dominus.
Renouabuntur igitur ſic, inquit, uelut aquilæ.
Pſal. 103 Quod etiam docebit beatus Dauid: Renouabi-
tur ſicut aquilæ iuuentus tua. Current & non la-
borabunt. Prompti enim & inſtar iuuenum ala-
cres, uias conficient diuinæ pietatis, dante illis
Chriſto quæ ad uitam ſuppeditant, & laborare
non permittente. Implet enim corda diligẽtium
ſe, ſuperna fortitudine, ut, ſi contingat illos in tẽ-
tationes & labores incidere, qui cõuenienter uir
tuti uiuunt, laborem ſuperent, probè ſcientes, nõ
ualde optabilem eſſe patientiam. Quæ ſi adſit ali
quibus, eos ſemper efficit per omnia probatiſſi-
Rom. 5 mos. Operatur enim patientia probationẽ, pro-
batio ſpem, ſpes non pudefacit. Qui ſic conſue- B
Pſal. 26 uerunt uiuere, eos ſtimulat ad uirilitatem, in om-
nibus nimirum bonis, beato Dauide dicente: Vi
riliter agite, & roboretur cor ueſtrum, omnes qui
ſperatis in Domino.

## CAP. XLI.

RENOVAMINI *ad me Inſulæ. Principes
enim mutabunt fortitudinem, appropinquent et
loquantur ſimul, tunc iudicium annuncient.*]
Variis modis intelliguntur Inſulæ.
Sunt enim & in mari complures, di
cuntur ſic etiam ciuitates interdum & uillæ, quæ
amplam circumcirca habent terram, inaratam &
incultam: quales dicunt eſſe Idumæorũ, & Moa-
bitarum, utpote in deſerto ſitas. Erant aũt hi im- C
pij & idololatræ, non procul à regione Iudæorũ.
Itaq; dicimus, cùm Gentium adſcriptionẽ nota-
re, & uelut à re in mediũ producta, ad uniuerſum
genus ſummã negocij trãsferre uellet, erantium
ciuitates affatur, dicens: Renouamini ad me In-
ſulæ. id eſt: Erroris & peccati uetuſtate, & uitioſi
tate animorum ueſtrorũ amandata, renouamini
per pœnitentiam, cogitate meliora, accipite gra-
tiam, uidelicet Chriſti, quæ in nouitatem uitæ re
nouat. Veriſimile eſt aliter quoq; nominari hic
Inſulas, eccleſias, quæ mundi huius difficultatib.
& anguſtijs circunſidentur, & inſurgentium con
tra eas fluctibus iactantur, rerum ſtationem ha-
bent firmam, & immotæ permanẽt. Nam funda-
tæ ſunt ſuper petram, in qua eſt etiã Chriſtus. Hæ D
igitur, tanquam Inſulæ dictę ſunt, nimirum eccle
ſiæ. Significatur aũt per hæc, uocatorũ per fidem
multitudo, quæ quondam peccatis dedita, exe-
crabilis & impura, uitioſa & rugoſa, per Chriſtũ
ad nouitatem uitæ tranſmigrauit, uirgo facta eſt,
pura, maculam aut rugam non habẽs, ſed potius
ſancta & incontaminata. Renouamini igitur ad
me, inquit. Mutare quoq; pulchrè affirmat prin-
cipes fortitudinem. Principes hic nominat ueri-
tatis præcones, alios alijs poſt uocationem ſuffe
ctos, ut & declarãt Petrus & Paulus, & reliquus
Apoſtolorum catalogus, quibus illud amplius
quadrat: Alas aſſument ut aquilæ, current & nõ
laborabunt, gradientur & non eſurient. Talia e-
nim miracula eorum Acta demonſtrant. Non e-
nim conſimiles primis illis, ſcilicet proceribus Iu
dæorum, erant Seruatoris noſtri diſcipuli, ſed a-
lia potentia uelut ſpirituali præditi, nimirum lon
gè erant meliores, & incorporaliter præſtantio-
res uirtutis inſignibus. Hi ergo principes appro
pinquent, & loquantur illud: Appropinquet, de
tempore intelliges. Si enim aperuerit illos tẽpus,
ſimul loquẽtur. Perinde eſt ac ſi diceret: Omnes
idem narrabunt ſuis quos myſteria inſtituũt, qua
ſi ex uno loquẽtes ſpiritu, non uerbis inter ſe pu-
gnabunt, ſed ſummo cum concentu & conſenſu,
de diuinis dogmatis prædicabunt, occultumq;
Chriſti myſterium annunciabunt. Hoc enim eſt,
ut arbitror: Tunc iudiciũ annunciẽt. Quia nanq;
Iſraelitæ iudicium nominarunt, Moſaicam legẽ,
hinc etiam opponens illi hanc Euangelicã & ſa-
lutarem prædicationẽ, eam iudiciũ his uerbis iu-
re optimo appellat. Iuſtum enim iudiciũ uerè, &
legislatoris quæ Deo placet efficacitas, non in le
gis umbra, ſed in prędicatione ſanctorum myſta
gogorũ, nouorũ principũ oſtendit: qui cùm didi
ciſſent à Chriſto iudiciũ, uel Dei ac patris uoluñta
tem, eã nobis uno ore ac cõſenſu annunciarunt.

QVIS *ſuſcitauit ab Oriente iuſtitiam? uocauit eam ad pe-
des ſuos, & uadet?*] Non propter nudam & ſolã poe-
matum magnificentiam, admirari decet uniuer-
ſorum Dominatorem Deum, ſed propter ea qui
bus nos afficit beneficia, ſuæ ſerenitatis & placa-
bilitatis dans ſpeciem. Seruauit enim mortales,
genusq; humanum omnino perditum à morte, à
corruptione, à diaboli tyrannide aſſeruit: Abole
uit enim illum una cum poteſtatibus quæ cum il
lo ſunt, iuſtificauitq; per fidem, peccato, quod cõ
tra nos tyrannicè ſæuiebat, profligato. Sed hæc
omnia egregiè per Chriſtũ præſtita ſunt: Factus 1. Cor. 1
eſt enim nobis à Deo & patre, iuſtitia, & redem-
ptio, & ſanctificatio. Et per illũ illuſtrati ſumus,
cõſortesq; facti miſericordię & charitatis, & om
nium omnino quæ ad ſalutem ualẽt. Hoc quoq;
nobis prædixit quidam ſanctorum prophetarũ,
cùm ait: Et exorietur uobis timentibus nomen
meum, ſol iuſtitiæ, & ſanatio in alis eius. Quis er-
go, inquit, uelut ſolem ab Oriente oriri fecit iuſti
tiam? id eſt, Chriſtum. Quis illum uocauit? id eſt,
uenire fecit, & apparere terræ incolis, & ita appa
rere, ut ad pedes eat uocantis, id eſt, tantùm non
ueſtigijs Dei & patris inſiſtat? Sic enim uerſatus
eſt in terra Dominus, & patris opera implendo,
& ſeipſum nobis in propria natura exhibendo.
Erat enim & eſt æqualis ei potentia, & ex ipſis fa
ctis plenè perſuaſit mortalibus, quòd per omnia
parem genitori mẽſuram habeat. Liquidò enim
dixit: Si nõ facio opera patris mei, ne credatis mi Ioan. 10
hi: Sin facio, etiamſi mihi non credatis, operibus
credite. Cumq; ſemper uoluntatem patris ſeque
retur, imò ipſe potiùs eſſet uolũtas patris, Iudæo
rum populum alloquutus eſt, dicens: Vos ſecun Ioan. 8
dum carnẽ iudicatis, ego nõ iudico quenquã. Et
ſi ego iudico, iudiciũ meum non eſt iuſtum: quia
non quæro uoluntatẽ meã, ſed uoluntatem eius
qui miſit me. Vides ergo, quo pacto ſit patris

Universidad de Deusto
Biblioteca



quasi pedissequus. Dixit enim: Ego in patre, & pater in me est: & qui uidit me, uidit & patrem meum. Ioan.14

DABIT *in conspectu Gentium, & Reges stupefaciet, & dabit in terram gladios eorum, & uelut sarmenta proiecta, arcus eorum. Et persequetur eos, & pertransibit in pace uia pedum eius. Quis operatus est, & effecit hæc? Vocauit eam is, qui uocat eam ab ætatibus antiquis.*] Nam ante Seruatoris nostri aduentum, à brutis animalibus nulla in re discrepãtes terræ incolæ, in magna ignorantia uersari ac uiuere uidebantur, & inscitia ac tenebris inuoluti detentiq; sunt, mundiq; ac seculi huius rectoribus seruierunt, ac diaboli uoluntati mentis suæ ceruicem submittentes, per uias uitiorum deoluti sunt in interitũ. Sed illuxit illis Christus. Ipse est enim expectatio Gentium. Et ab his qui olim occuparunt ereptos, liberos effecit, & filios Dei, omnesq; sordes eorum abstersit. Nam per fidem iustificauit, & Sancti spiritus perfusione, claros reddidit & illustratos. Hanc igitur iustitiam solis locũ tenentẽ quodãmodo, & excitatã ab Oriente, dedit Gentibus: repulso uidelicet Israele, propter hanc in illum impietatẽ. Quo facto, & multitudine adeò numerosa seruata, insurrexerũt Reges. Ecstasis enim quasi & stupor in mundi ac seculi huius rectores incidit, & reformidarunt diuinum & intolerandum iudicium, quod, inquam, factum est in Gentibus. Qui olim potentes & ualidi erant, diuinæq; rebellarunt maiestati, & uelut arma mouere contra eam, ac gladios extrahere, & insolentiæ arcum intendere soliti sunt, in terrã ceciderunt, & instrumentis belli missis, sarmentis facti sunt assimiles. Sumitur rursus in hisce uerbis oratio, tanquam ex similitudine eorum quæ apud nos sunt. Victę enim sunt malę potestates, & omnis eorum malitiæ modus est debilitatus, Christo eius uasa seu instrumenta diripiente. Nõ enim iuuabit, inquit, inimicus in eo, & filius iniquitatis nõ perget affligere eum. Oportuit enim oportuit, malis potestatibus ante sublatis, & defecto in terram omnium hoste, tunc tunc & quidẽ ualdè opportunè, Gentiũ perfici redemptionem. Persequutus est enim illos Christus, id est, in fugã uertit: non etenim licet resistere Deo, qui etiã pristinæ illorũ tyrannidi finem imposuit, ne non paterentur illa, per omnia, quæ par erat eos qui terrã perdiderunt, subire. Hostibus ergo fugatis, (Via enim, inquit, pedũ eius in pace pertrã siuit,) nullum impedimentũ omniũ nostrũm Seruatori Christo res nostras administranti, est iniectum. Sed tanquã planã & æquabilem uiã ingrediens, omnium nostrũm salutẽ, nullo inimico infringente aut obsistente, est operatus. Nam ceciderunt. Quis ergo operatus est hæc omnia? uel quis uocauit iustitiam? Nõnne ego? inquit, qui & nunc extremis temporibus eam ostendi, & uocaui ab ætatibus antiquis. Non enim nuperũ est Christi mysterium, sed ante constitutionẽ mũdi præfinitum, Deo quod futurum est præsciente. Simul enim atq; cecidit Adam, imò priusquã in hoc laberetur, præcognouit conditor, & medelę futuræ illi suo tempore, scilicet per Christũ, tempus præfiniuit. Neq; uerò miseris, quòd inuenia- A
tur præuidisse nos per fidẽ in ipsum iustificatos. Quos enim, inquit, cognouit, etiã præfiniuit conformes imagini filij ipsius, hos & uocauit. Quoniam igitur nos præfiniti sumus seu prædestinati ex præcognitione, quanto magis ipse per quem seruati sumus & uocati?

EGO *Deus primus, & in tempora uentura ego sum. Viderunt gentes, & timuerunt: termini terræ appropinquauerunt, & uenerunt simul, iudicans unusquisq; proximo, & fratri auxiliaturus.*] Primum se Deum esse dicit, non quasi esset secundum se secundus. Quî enim aut unde? unus enim est, & uniuersorum Deus, non habens principium, ut sit, sed uocans ipse, ut sint, omnia. Primus igitur & solus & sine principio Deus, uniuersorum opifex, nec alio modo erat per infinita secula sequentia. Ipse enim est & solus. Postquã uiderunt Gentes Christũ, eiusq; nobis exhibitã iustitiã, uideruntq; omnino oculis mentis gloriã ipsius, timuerũt, inquit, ab extremis terræ usq; ad extrema, id est, per uniuersum orbem terrarũ. Et aggregatæ sunt & appropinquauerunt, non iam procul manẽtes, & uelut alienati per peccatum, sed tanquam propè facti, cognitione spirituali, & in unam fidem, & animorũ consensum cõgregati. Hoc enim, opinor, significat: Appropinquauerunt, & uenerunt simul. Cumq; gustassent Dominum, & intellexissent eum benignũ esse, & pulchritudinem ueritatis admirati fuissent, non sibi ipsis solum reseruarunt hoc doni, sed benigne fe- C
cerunt, & ex æquo & bono iudicarunt, quisq; fratrem & amicum, inquit, ut auxilientur.

ET *dicet, potior fuit uir faber & ærarius qui percutit malleo, atq; producit. Et aliquando dicit: Conflatio publica est. Confirmarunt ea clauis, ponent ea, & non mouebuntur.*] Modũ auxiliij ponit ante oculos. Vnusquisq; enim eorum qui iudicarũt, ut proximo, & fratri suo auxilium ferat, mysterijs, inquit, initiatus & qui ueritatem cognouit, alios monuit, dicens: Potior fuit uir faber, & ærarius, & qui percutit malleo, ac producit. At quomodo fuit potior? Cùm enim confeciſſet idolũ, & deum sculpſiſſet, is qui fabrilem artem callet, & ærarius percutiens, cum malleoductam imaginem effinxiſſet, adduxit eos qui decepti sunt in reprobam mentem, & qui facti sunt ad Dei imaginem, eos suorum laborum seu inuẽtorum cultores reddidit. Deín irridet idolorum fictionem, & uelut mimesi quadam orationẽ eorum qui fabricantur ea, imitatur, qui applaudunt sibi, Conflatio pulchra est. Idolorum nanq; opifices, ubi manum uel pedẽ uel aliquam quampiã partem corporis expoliuerunt, ea conflando seu consolidando, & membra membris adaptando & firmando, clauis deín coniungendo & cõmuniendo, perficiunt ut stare possint, & non moueri. At planè ridiculum est, & uanitatis adorantiũ, & summæ stupiditatis argumentum. Nam cùm sciant, ex minutis particulis, & commissuris ac portiunculis effici idolum, & quòd perpetuitatẽ ex eo quòd factum sit, & quòd consistat, & ex clauis firmitudinem habeat, deínde adorare illa, &



& deos existimare, annon uerè omni supplicio A
uindicandum est?

TV *autem Israel puer meus Iacob, quem elegi, semen Abrahæ, quem dilexi, quem adsumpsi ab extremis terræ, & à summitatibus eius uocaui te, & dixi tibi: Puer meus es, elegi te, & non dereliqui te. Ne timeas. Tecũ enim sum: nõ erro. Ego enim sum Deus tuus, qui corroboraui te, & auxiliatus sum tibi, & protexi te dextra iusta mea.*] Mysteria edoctis pulcherrimè Gentibus, & instructis, q̃ Deus sit & uniuersorũ opifex, eiq; obediãt omnia, eiusq; diuinis nutibus, & quòd ab initio extiterit, & quòd quę in uitã producta sunt pulchrè fixerit, ac inconcussè permaneant: deínceps animat necessariò, Euangelicorum uaticiniorum ministros, unde possent gentes catechesi instituere, sapientes eos reddit etiã & audentissimos, & uirtutem sanctorum patrũ B
in memoriam reuocat, & charitatẽ erga illos declaratã eos uult cognoscere. Hinc ait: Tu Israel, puer meus, Iacob quẽ elegi, semen Abrahæ, quẽ dilexi. Iacob autem & Israel, & semen Abraham dilectum, non sunt alij quàm Israelitæ credentes in Christum, quorum ueluti quædã primitiæ fuerunt diuini discipuli. Electos porrò & dilectos ait esse patres, illud quodammodo dicẽs: Qui ex stirpe nobili estis, adeò honorata, adeò amata à me, qui ex sanguine estis Abrahæ, patriæ uirtutis laudem æmulamini, & eorum pietatis estote imitatores. Dicit etiam se assumptisse Abrahamum, & eum ab extremitatibus & summitatibus terræ uocasse, propterea quòd è longinquo, & è terra Chaldæorum euocatus sit in Iudęam. Audiuit e- C
nim Deum dicentem: Egredere è terra tua, & è cognatione tua, & è domo patris tui, & ueni in terram, quã tibi monstrabo. Dicit præterea quasi de toto Israel, Dixi tibi: Puer meus es, uocatus est enim primogenitus. Erat quoq;, uti dixi, electus, nec relictus à Deo. Audiuit: Ne timeas. & porrò: Non fallo. Ego enim sum Deus tuus, qui robora ui te. Docebatur nanq; ex lege, Deum unum esse, & Dominum unum, & eum solum esse colendum, quòd adiutus fuerit à Deo, & ipsius dextera, quæ est opifex & creatrix eius potentia, nimirum Filius. Et in tuto fuit, & ab omnibus insidijs immunis. Vicit enim Gentes, & hæreditatem accepit terræ eorum.

ECCE *pudefient & erubescent omnes qui aduersantur tibi. Erunt enim ac si non sint, & peribunt omnes aduersarij tui. Quæres eos, & non inuenies homines qui debacchabuntur in te. Erunt enim quasi non sint, neq; erunt qui bellum gerant contra te, quia ego Deus tuus, qui teneo dextram tuam, qui dico tibi: Ne timeas uermicule Iacob, paruule Israel, ego opitulatus sum tibi, dicit Deus, qui redimit te Israel.*] Hæc quoq; superiorum est expositio. Tu enim puer meus, Israel, inquit, & Iacob quem elegi, semen Abrahæ quem dilexi: Ecce erubescent & pudefient omnes qui aduersantur tibi. Complures enim diuersis tẽporibus sanctis mystagogis insidiati sunt, & salutari prędicationi ex sua peruersitate resistere nitebantur, sed facti sunt tanquã nihilum, & impietatis aduersarij disperierunt. Nam in eo quòd ministris diuinæ prædicationis reclamarint, nihil aliud contẽ- Συνέσεως ἐφόδια, Φησὶν ὁ Θεὸς, ἔχουσι, διὰ τῆς ἀπειρίας ἐκτεθειμένοι, ἀπολοῦνται.

debant, quàm ut dogmatis & opinionibus pietatis reluctarentur. Non erũt igitur, inquit, sed quæres eos, & non inuenies qui debacchabuntur in te. Erunt enim tanquam non sint. Hoc siquidem est uocè beati Dauidis hymno decantatum: Vidi impium subuectum & elatum, quasi cedros Libani, & præterij, ecce non erat, & quæsiui eum, et non est inuentus locus eius. Extollebant enim se multi altum sapientes, contra ętatem sanctorum antistitum seu mystagogorum, ac radicitus è terra perierunt, ut perhibent sacræ literæ. Et qui altum sapiunt, grauem patientur & inexpectatam ruinam. Scriptum est enim: Qui altam facit do- Prouer.17
mum suam, quærit ruinam. Itaq; inquit, non erũt qui bellum gerant contra te. Nec prorsus ait: Ne mo sanctis Apostolis restiturus est, neq; etiam semper futurum est, ut splendidè ac tranquillè uiuant. Non enim hoc uerum est. Myriades nanq; pugnarunt contra eos, sed Deo protegente erũt perinde ac si non fuissent, neq; inuenientur superstites, delecti nimirũ, & diuinæ iræ æstui succumbentes. Hinc ad fortitudinem eos reuocat, dicẽs: Ego Deus tuus, apprehendens dexteram tuam, id est, suscipiens te, & reddens te omnibus tentationibus superiorem: Ego, inquam, qui dico tibi: Ne timeas Iacob, paruule Israel. Quantum enim ad multitudinem bellantium, uel ad dynasteias ac potestatem attinet, omnino paruulus erat Israel. Non de tota gente loquor, sed de his qui ex illis adsumpti sunt ad apostolatum. Verùm qui seruat eos, magnus est & fortis, & satis ualidus ad auxilium ferẽdũ, ut qui inuictã manũ habeat. Deo enim liberante, quis malo poterit afficere?

ECCE *feci te quasi rotas plaustri triturantes, nouas, prestheri similes, & triturabis montes, et comminues colles, et quasi in pulueren rediges, et uentilabis, et uentus auferet eos, et tempestas dissperget eos.*] Ægyptiorũ filij, cõportatis ex agris in areã manipulis, quos deínde bobus alligantes, et circumagentes, ita ungulis spicas cõminuunt, à paleis uerò triticũ discernunt atq; separant. In alijs uerò urbibus & regionibus, plaustris & rotis presteri similibus utentes, hoc idẽ conantur efficere. Ecce igitur, inquit, ô Israel, feci te ut rotas plaustri triturantes, nouas, presteri ac turbini similes. Et quid triturantur? an uerò spica, & triticũ, D
& quæ ex agris in areã cõuehuntur? Nequaquã, sed mõtes & colles. Qui tandẽ sunt isti? Primùm quidẽ malæ & aduersariæ potestates. Dedit nãq; uniuersorũ seruator nobis, ut proculcaremus serpentes & scorpiones, & omnẽ inimici potentiã. Deínde cõparare uidetur montibus & collibus eos qui altũ sapiunt, & tumido sunt animo & elato, & qui mundanis dynastijs ac potestatibus prę ficiuntur, quiq; sanctis mystagogijs se opponũt, & obstant instar montium uel collium, ut illis impeditissimam difficillimamq; uiam reddant, quò minus, inquam, cursum apostolatus perficiant. Sed qui tales sunt, inquit, comminues, efficiesq; ut palearum in morem auolent, aurã uentorum dissipati, & trades quasi tẽpestati, ut illos dispergat. Sic in nihilum abibunt.

TV *uerò lætaberis in sanctis Israel, & exultabunt pauperes, & inopes. Quærent enim aquam, & non erit, & lingua eorum siti exaruit. Ego sum Dominus Deus, ego exaudiam Deus Israel, & non derelinquam eos.*] Hostes, inquit, diuinæ prædicationis, & qui iter tuum impediũt, ô Israel, inquit, ibunt in exilium. Lætaberisq; tu in sanctis Israel, id est, deliciaberis, ubi cõplures factos filios, & in filijs Israel numeratos uideris. Nõ em̃ omnes ex Israel, hi Israel: neq; quia sunt semen Abrahæ, omnes filij, sed filij promissionis recensebuntur in semen. Quòd autẽ in more fuerit sanctis Apostolis, gaudere & exultare, de his qui fide, scilicet in Christum probati spectabilesq; erant, declarabit etiam Paulus, epistolã ad eos mittens, & dicens: Gaudium & corona mea. Quin & unumquenq; sanctorũ discipulorum ad eundẽ modũ affectũ esse, equidẽ iure optimo dixerim. Summæ enim uoluptatis causa illis erat, errantium conuersio, & eorum qui non nouerũt ueritatem, ad melius reductio. Lætaberis ergo in sanctis Israel. Qui autem hi sint, enarrat, dicens: Exultabunt pauperes & inopes, id est, Gentes. Erant enim omniũ bonorum indigi, & charismatum diuinorũ omnino expertes. Nam qui illum prorsus ignorãt, eos uirtutis insignibus carere est necesse. Pauperes igitur & inopes exultabunt. Quũ, aut quo pacto? Quærent enim aquã, & nõ erit, inquit: & lingua eorum præ siti exaruit. Quærent, his uerbis dicit pro, Quæsiuerunt. Quoniã etiã non inuenerunt, lingua eorum siti exaruit. Extiterunt enim apud Græcos, multi philologi, & disputatores, & indagatores ueritatis: sed qui docere norit, apud eos hæc, non erat. Non erat aqua uiuifica. Non erat qui saturare posset ueritatis opinionibus eos, qui eam amant. Exaruit ergo lingua eorum præ siti. Sed ego exaudiã eos, inquit Deus Israel, nec derelinquã eos. Miseratus est enim turbæ errantiũ, nec reliquit eam in hac supernorum donorũ inopia, imò potius expleuit: idq; quo modo, ex sequentibus pulchrè enucleabit.

Rom. 9

Phil. 4

SED *aperiam in montibus flumina, et in medio camporum fontes. Vertam desertum in paludes, et sitientem terram in aquæductus. Ponam in terra carente aquis cedrum, et buxum, et myrtũ, et cypressum, et populum, ut uideant, et cognoscant, et cogitent, & certò sciant, manum Domini fecisse hæc omnia, et sanctum Israelis ostendisse.*] Desertum, & terram aquis carentem dicit esse Gentium regionem. Desertum quidem, quòd nudata sit quodammodo, & arboribus florentissimis sub intelligẽtiam scilicet cadentibus, deserta ac destituta, spinarum solùm nutrix, & lignorum syluestrium, & quorumlibet igni ad cõsumendum accõmodorum, mater esse uideatur. Hos fructus aliquando tulerunt Gentes. Cæterùm his, inquit, qui quondam sitiuerũt, aperiam in montibus flumina: uiros nempe sanctos, qui diuino & superno ditati sunt sermone, & qui fluuiatiliũ riuorũ instar, sitientibus effundũt, & quasi scaturiunt, ut desertũ quondã mutet faciẽ, & in eo paludes ac syluæ appareant, & terra sitiens in aquæductus uertatur. Aquæductus rursus esse possint, qui uarijs temporibus, & in unaquaq; regione ac ciuitate mystagogi sunt ac doctores ecclesiarum: qui uelut è fontibus atq; fluuijs sermonem scripturæ diuinitùs inspiratæ, in mentem ac cor quasi in domiciliũ receperũt, eumq; ad alios transferunt: & quasi aquæductus quidã, florentissimos hortos irrigant. Quomodo autẽ solitudo in paludes transferetur, & cuiusmodi lignorũ nutrix futura sit, docet inquiẽs: Ponã in terra carente aquis, cedrum, & buxum, & myrtũ, & cupressum, & populũ. Hæc uerò omnia, ligna sunt bene odorata, & quæ non putrescunt. Adest & sanctis quoq; sua fragrantia, scilicet intelligibiliter, ex pura conuersatione, & non admittunt corruptionem, quatenus soluti non sunt in huius mundi cupiditates. Stant etiam firmi, radicante quasi Deo, & adminiculis sustentante. Cõfirmat enim iustos Dominus, sicuti scriptũ est. Erunt autẽ, inquit, flumina, & fontes, & aquæductus, etiam in montibus & campis, & fere ubilibet. Verteturq; solitudo in paludes: ut qui uocati sunt per fidem, etiam oculis suis uideant, & sana cogitatione agnoscant, & ex factorũ magnificentia, & repentina mutatione discant, hæc tam magna & celebrata, non absolutè per se aut fortuitò perfici potuisse. Ostendit enim illa potius manus Domini, id est, potentia & facultas diuina, nimirum filius, per quem omnia, & in quo omnia facta sunt, etiam & admirabiliter præstita à patre. Non enim falsò nuncupati dij, nec elemẽta mundi, neq; qui putatur esse Deus huiusce seculi, effector horum extitit, sed Israelis sanctus illa exhibuit.

Psal. 36

APPROPINQVAT *iudicium uestrum, dicit Deus: appropinquarunt consilia uestra, dicit rex Iacob.*] Vocationem Gentium, quòd suo tempore sit futura, cùm perpulchrè ostenderit: pollicitus se uersurum solitudinem in paludes, & sitientem terram in aquæductus, & cedris, & buxo, alijsq; arboribus densam effecturum: ac dicens suam manum admirationi fore, utpote harum rerum adeò magnarum architectatricem: dialogo rursus cum idolorum effectoribus, & eiusmodi rerum artificibus disputat: aitq; appropinquare iudicium ipsorum. Iudicium dicit uel debitam ipsis punitionem, uel ruborem & pudorem. Sancto enim calculo Dei, & iusto iudicio puniri possunt, utpote qui orbem terrarum deceperint, & confilia non uera aduexerint. Docuerunt nanq; terræ habitatores dicere ligno: Pater meus es tu, & lapidi: Tu genuisti me. Hinc ait eorum consilia appropinquasse, id est, ad finem peruenisse, excutiente errorem, & ignorantiæ tenebras dissipante Deo, Deo inquam, non ex illis falsò nuncupatis scilicet, sed Domino & Deo uerè, & rege Iacob, id est, eorum qui sunt ex sanguine Israel. His uerbis memoriam refricat signorum quę edita sunt in liberatione Israelitarum, ex quibus optimè cognoscitur diuinæ ipsius autoritatis, & incomparabilis excellentiæ potentia.

APPROPINQVENT, *et annunciẽt uobis quæ cõtingẽt. Vel priora quæ erãt dicite, et adhibebim' mẽtẽ, et cognoscem', quæ ultima, et quæ uẽtura, dicite nobis, annunciate uẽtura in nouissimo, & cognoscemus uos deos esse. Benefacite & malefacite, et mirabimur, et uidebimus simul, unde sitis uos, et unde opus uestrũ. De terra abominatio elegit uos.*] Diuinæ & ineffabilis gloriæ ppriũ ac peculiare est, omnia scire, nihil prorsus ignorare, neq; præteritorũ, neq; instantiũ, neq; futurorũ. Etenim per sapientissimũ Mosem ea quæ ante fabricationem huius mundi, & quæ principio erant, clarum reddit terræ incolis, dicens: In principio fecit Deus cœlum & terrã. Terra erat inaspectabilis, & inordinata, & tenebræ supra abyssum, & uniuersi mũdi fabricã diligentissimè persequitur. Quin et Dominus noster Iesus Christus, qui olim illa loquutus est per Mosem, annunciauit nobis quæ euẽtura sunt in nouissimis: ut nimirum discipulus eius ait: Cœlos nouos & terram nouã, & promissiones eius expectamus. Licet quoq; illum audire clarè dicentẽ: Num me celabitur quicquam? Est enim uerè uiuus sermo Dei, & efficax, & acutior gladio ancipiti, & pertingens usq; ad diuisiones animæ & spiritus, & compagum & medullarum, nec est ulla res creata non manifesta in conspectu ipsius, sed omnia nuda & patefacta oculis ipsius. Quía uerò Deus est, seruat & beneficijs afficit, & omni uoluptate spirituali explet, eos scilicet qui ipsum colũt. Malo afficit autem, & pœnam infert contemnentibus, & bene operari dedignantibus. Sed nihil horum uidere licet in his quæ ex lapidib. facta sunt. Quid enim nouit materia inanimata? aut quomodo benefacere alicui aut malefacere poterunt, cùm sibi ipsis subuenire nequeant? sed accipiant ab alijs, & quod stent, & quod solùm uideantur? Veniant itaq;, inquit, qui putãtur ab his esse dij, annuncient quæ cõtingent, dicant priora, & nouissima, & uentura. Cognoscamus enim tum q; dij sint. Verùm, inquit, non potestis annunciare. Ergo uel benefacite uel malefacite. Sin horum nihil poteritis præstare, pòst uidebimus, id est, facilè est uidere, unde uos sitis, & unde operatio uestra: estis enim è terra abominatio facta. Agedũ enim, siue è ligno idolum fiat, siue ex insigni & selecto lapide, siue ex alia materia, hæc omnia è terra sunt. Mirandiq; sunt, credo, idolorum cultores, si illud non cognouerint, quorsum res ipsorũ euaderent. Neq; enim norunt, nec prædixerunt, ipsos unà cum templis incendendos, & risui tem poribus succedentibus exponendos, etiã his qui olim errarunt.

Gen. 1

Heb. 4

1. Cor. 1

EGO *uerò excitaui eum ab Aquilone, et eum qui ab ortu Solis, uocabuntur nomine meo.*] Nam immundorum idolorum examina, quoniam præter sola ligna & lapides nihil erant, in errorẽ eos qui decepti fuerunt deduxerunt: nihilq; illis omnino uel primũ uel nouissimum annunciarunt, nec bonis affecerunt quenquã, nec malis afficere potuerunt. Ego aũt, inquit, quippe qui bonus & Deus sum, uolui omnes homines seruare, & ad ueritatis agnitionẽ uenire. Seruaui orbẽ terrarũ, & qui perinde ac mortui iacebant, multos excitaui. Et qui tandem hi sunt? Docet, cùm inquit: Eum qui est ab Aquilone, & qui ab ortu solis, id est, populũ Gẽtium.



Nam si regionẽ Iudææorũ respicias, quæ maximè ad Austrum uergit, magis est Aquilonaris terra Gentium, & quæ ad solis radium spectantem locum obtinet. Itaq; qui ab Aquilone est & ab ortu solis, poterit esse populus Gentium, qui nomine Christi uocati sunt. Christiani enim nominamur & sumus. Acquisiuit siquidem nos sanguine suo, & empti sumus precio, neq; sumus nostri iuris. Vnus enim pro nobis est mortuus, ut qui uiuunt, non amplius sibi uiuant, sed ei qui pro illis mortuus est, et excitatus. Hinc dicimus uelut Seruatori nostro, & redemptori: Extra te alium non nouimus, nomen tuũ nominamus. Nomine itaq; illius uocamur. Dictũ quoq; est hoc uoce, pphetica: Qui mihi seruiunt, nouũ illis uidetur nomẽ, quod prædicabitur supra terram. Videtur autẽ, eum qui ab ortu solis est, Christum dicere, eò q; scriptũ sit de eo: Ecce uir, Oriens nomẽ ei. Et rursus, ueluti Deo & patre de eo dicente: Quis exciauit ab Oriẽte iustitiã? Factus em̃ est nobis iustitia Christus, sanctificatio & redemptio.

VENIANT *principes, & ut lutam figuli, & ut figulus conculcans lutũ, sic conculcabimini. Quis enim annũciabit ea quæ à principio? ut cognoscamus & quæ antea, & dicemus quòd uerũ sit. Nullus est qui prædicit, neq; qui audit sermones uestros.*] Deo enim annuente, idolorum multitudo conburenda erat, & credentiũ pedibus instar luti cõculcanda. Calcata sunt em̃ quasi puluis, & quasi lutũ figuli, & quæ præterea nihil aliud essent. Erat em̃ è terra ortus eorũ. Quòd aũt hæc omnia ad finem perducenda erant, suo tempore, sanctis militantibus, & diuino nutui alacriter quasiq; iuuenilitèr subseruientibus, declarat dicens: Veniant principes, id est, designent populorũ duces, qui credẽtes in me ab errore reuocent, & contra inanimos deos armis instruant. Quis em̃ inter illos, inquit, annũciat quę sunt à principio, ut cognoscamus? uel priora, ut his, quæ sunt dicta, ad exitũ prouectis, annuamus comprobemusq; q; uera loquuti fuerint? Sed, inquit, inter deos falsò nuncupatos nõ est, uel inter immundos spiritus, qui prædicit: neq; inter homines, qui uestros sermones audiat. Olim nãq; per regiones & urbes, in idolorũ phanis, falsæ erant uaticinationes, & falsæ prædictiones dæmoniorũ, tripodes & lebetes, & multitudo innumerabilis decipiẽtiũ, multiq; iuerũt scisciturí ab ipsis oracula. Cùm autẽ illuxisset nobis Dei sermo, cõciderũt in adytis idola, cõticuerũt dæmones qui seducunt, imò missi sunt in Orcũ, & in Tartaro custodiuntur. Vocati sunt autẽ ad agnitionẽ ueritatis, qui olim eorũ sermones habuerunt in precio. Quod docebit, inquiẽs: Neq; est qui audit sermones uestros.

PRINCIPATVM *Sioni dabo, & Hierusalẽ cõsolabor in uia. Nam à gentibus ecce nemo, & à simulachris eorum nõ erat qui annunciaret. Et si interrogarem eos, unde estis? non respondebunt mihi. Sunt enim qui faciunt uos, & qui frustra seducũt uos.*] Rursus pollicetur Seruatoris ostensionem: per quem seruatus est orbis terrarũ, & uocata est ad agnitionem ueritatis, errãtium multitudo. Vt enim haberemus præceptorẽ, qui sciret & posset

ad salutis uiam adducere: factus est homo unige- A
na Dei sermo. Et Rex cùm sit natura (sicut &
Deus, & ex Deo patre intelligit, omnibus domi
nante, & creaturam pedibus subijciente,) Rex in
nos constitutus & electus dicitur. Scriptum em
est de illo: Ecce rex iustus regnabit, & principes
cum iudicio imperitabunt. Regnauit enim ac im
peritauit orbi terrarum, Christus. Et id manifestũ
Matth.28 nobis reddit, cùm ait: Data est mihi omnis potes
tas in cœlo & in terra. Etsi enim in uniuersitatẽ
rerum potestatem haberet ut Deus, propter car
nis ministerium sibi datam esse ait, quæ ut Deus
habuit. Cùm ergo regnum obtinuerat, principes
nobis præfecit sanctos Apostolos, qui etiam im
perarunt nobis cũ iudicio, id est, cum iustitia. Da
bo itaq; Sioni, inquit, id est, Ecclesiæ, siue creden B
tium multitudini, principatum seruantem, id est,
Christum. Consolabor etiã Hierusalẽ, quę est ec
clesia, in uia. Consolatione nanq; perfusi sumus,
corroborati per Christum, & monstratur semita,
quæ ad uitã æternam deducit. A gentibus enim,
ecce nemo, & ab idolis eorum non erat qui an
nunciaret. Plurimi enim apud Græcos & sapien
tes & eloquentes fuerunt: sed inter eos, qui doce
re posset uiam pietatis, nemo erat. Idolorũ apud
eos cõplura erant delubra, sed non erat inter ido
la, uel inter falsò nuncupatos deos, qui utilitatis
quasi indaginẽ annunciare potuit, uel ad iustitiæ
uiam dirigere. Imò, inquit, hoc dico, ne si interro
gentur, inquit, unde estis, poterunt respondere:
Qui sese non norunt, materia enim sunt muta & C
sensibus carens, quomodo duces aliorũ esse pos
sunt? uel quomodo ulli ostendant quod illis ce
dat in commodum? Sunt enim sunt qui faciunt
uos, falsò nuncupatos deos formantes. Vos rur
sus decipiunt, qui eos adoratis.

## CAP. XLII.

ACOB *puer meus, suscipiã eum. Israel electus meus, assumpsit eum manus mea. Dedi spiritũ meũ super eum. Iudicium gentibus proferet. Nõ clama bit, neq; remittet, neq; audietur foris uox eius. calamũ confractũ non conteret, & linum fumans nõ extinguet, sed in ueritate proferet iudicium. Splendebit, & nõ uul nerabitur, donec ponat in terra iudicium. Et in nomine eius Gen tes sperabunt.*] Promisit antè, dicens, Principatũ Sio D
ni dabo, & qui tandem ille sit, manifestò demon
strat. Præficitur enim intelligibili Sioni, id est, Ec
clesiæ princeps & gubernator, non tũ ascendens
ad principatum, quũ eum ad hoc cooptatum es
se dicitur. Erat enim & est semper Rex, & uniuer
sorũ Dominus, qui ex Deo patre est sermo. Post
quam autem homo factus est, propriam adsciscit
humanitatis mensuram. Sic enim credere uerè &
indubiè possumus, eum ad similitudinem nostrã
factũ esse. Quare ubi dicitur, accepisse in omnia
imperium, hoc erit dispensationis in carne, accí
pere, non diuinæ præstantiæ, ex qua uniuersorũ
Dominus esse intelligitur. Iacobum autẽ & Isra
elem eum uocitat, quasi natum ex sanguine Iaco
bæorum secundum carnem, qui cognominatus
est quoq; Israel. Dicit porrò, Suscipiam, & electũ
nominat. Cooperatur enim pater filio, & uelut
potentia & marte suo, magnifica gessit facino
ra. Est etiam electus uerè, quia speciosus est deco
re præ filijs hominũ, & acceptus, ut qui dilectus
est, in quo scilicet Deus & pater acquieuit. Dixit Matth.3
ergo: Hic est filius meus dilectus, in quo acquie
ui. Quòd autem unctus sit more humano, & par
ticeps fuisse dicatur Sancti spiritus, etiamsi ipse
Spiritum quoq; dedit, & sanctificet creaturã, de
clarabit, cùm ait: Dedi Spiritum meum super eũ.
Baptizato enim ei insedit, inquit, Spiritus cœli
tus, specie columbæ, & mansit super eũ. Sicq; tem
pore quo baptizatus est, recepit Spiritum, pro
mensura humanitatis, possit & hoc esse inter cæ
tera. Non enim quatenus Deus est, sanctificatus
est, cùm Spiritum accepit. Ipse enim, ut dixi, est
qui sanctificat, sed quatenus apparuit homo, ra
tione dispensationis. Iudicatus est igitur, ut & iu
dicium proferat Gentibus. Iudiciũ his uerbis iu
stum uocat iudicium. Iustificauit enim illas, Sata
næ resistens qui occupauerat. Quod ipse nos do Ioan.12
cuit, inquiens: Nunc iudicium est mundi huius.
Nunc princeps mũdi huius eijcitur foras. Et ego
si exaltatus fuero de terra, omnes traham ad me
ipsum. Damnauit enim capitis eum, ut dixi, qui
orbem terrarum occupauit, & deceptos sanctos
seruauit iudicio. Sed nec clamabit, inquit, nec re
mittet, neq; audietur foris uox eius. Peregrinatus
est enim uniuersorum Seruator & Dominus in
submissiõe multa & humilitate, & quasi sine stre
pitu & iniuria afficiens neminẽ, sed in silentio &
solitudine, ut confractũ calamum etiã non cõtri
uerit, & linũ fumigans nõ extinxerit, id est, ne in
abiectissimos & in perpetiendo damno timidis
simos, pedẽ immiserit. Quid ergo faciet, & quid
administrabit? Gẽtibus uerè proferet iudicium.
Iudicium hic uidetur legem dicere. Scriptum est
enim de Israelis & omnium dominatore Deo: Il
lic dedit ei iustificationes & iudiciũ, & iustitiam
in Iacobo tu fecisti. Iudicium igitur siue legem in
umbris & in typis, uerè proferet, per oracula E
uangelica, quibus uiã cõuersationis sibi acceptæ
indicauit, & cultũ legis in litera, in ueritatẽ tran
stulit. Iudæi uerò miseri debacchati sunt in eum,
& morte carnis affligere ausi sunt. uerùm resplen
duit ut lux, et non uulneratus est, id est, nec eũ in
teritus deuicit, nec insolentia eorum qui insidias
struxerunt, eũ superauit. Soluta em est mors, et re
uixit diuinè, & calcauit hostes, & passio eius toti
terrarum orbi facta est salutis occasio. Nõ uulne
rabitur itaq; donec ponat in terra iudicium. Ne
que uerò existimes eum tẽpus aliquod præfinire
quum uulnerãdus sit, postquã scilicet posuerit in
terra iudiciũ: sed illud potius dicit, Superior erit
aduersarijs, & adeò uincet, ut etiã per uniuersam
terrã positurus sit iudicium. Prædicatum est em
Euangelium per omnem terrã, & quasi fixit sua
uaticinia. Scriptum est em: Iustitia tua iustitia in Psal.11
seculũ, & lex tua ueritas. Sperauerũt, inquit, gen
tes in nomine eius. Agnouerunt em quòd Deus
uerè



uerè sit, & quamuis in carne apparuerit, eũ spem A
facient, sicuti inquit Psaltes: In nomine eius exul
tabunt toto die. Vocati sunt enim Christiani, &
in eo omnem spem habemus.

SIC *dicit Dominus Deus, qui fecit cœlum & fixit illud, qui firmauit terram & quæ in ea sunt, & qui dedit flatum populo qui in ea est, & spiritũ calcantibus eã. Ego Dominus Deus uocaui te in iustitia, & apprehendam manũ tuã, & corroborabo te. Et dedi te in fœdus generi meo, in lucẽ Gentium, ut aperires oculos cæcorũ, ut educeres è uinculis uinctos, & è domo custodiæ sedentes in tene bris.*] Pseudoprophetæ & falsi uates cõplures e
rant in Israel diuersis tẽporibus. Hanc ob rẽ acci
dit, ut non crederẽtur hi, qui à Deo missi sunt, &
qui uerè propheтę erãt, quicq; in Spiritu sancto lo
quebantur. Et quod incredibile est, ipse Christus
dicterijs exagitatus est, quasi non missus à Deo, B
quasi nõ esset uerè sanctus, quasi illa mirabilia fa
cinora, diuinitatis prerogatiua nõ perfecisset. Ni
mirũ Iudæorũ gubernatores, etsi prodigia uide
rent, tamẽ nunc illũ in Beelzebul principe dæ
moniorũ eijcere dæmonia factitarunt, nũc rursus
Matth.9 inter se loquuti sunt: Si esset hic homo à Deo, nõ
soluisset Sabbatũ. Cõtra hæc sæpenumero cona
tus est se defendere Christus, & probare se nõ es
se, quales illi fuerunt, qui solummodo à Deo mis
si uidebantur. Dixit itaq;: Fur nõ uenit, nisi ut fu
ret, & mactet, & perdat. Ego ueni ut uitã habeãt.
Et iterũ: Ego ueni in nomine Patris mei. Vt igit
haberet cœlestẽ ipsum patrẽ sibi testem, etiã per
sanctos propheтas utiliter & necessariò dixit: E- C
go Dñs Deus qui defixi cœlũ, qui terrã stabilisti
mã & inconcussam feci, qui uiuo uiuifico, et flatũ
do omnibus. Ego uniuersorũ Dñs ac Deus uoca
ui te in iustitiã. Non enim, inquit, spõte sua acces
sit, quẽadmodũ illi pseudoprophetæ, qui ex cor
de suo loquunt, & nõ de ore Dñi: sed ego te uo
caui, id est, ex mera beneuolentia, & beneplací
to meo, in iustitia adduxi. Apprehendã manum
tuã, & corroborabo te, pro, adiutor & cooperari
us ero tibi, & te reddã omniporẽtẽ. Nec dicimus
hæc, quasi pater filium infirmũ & imbecillũ esse
nouerit, & auxilio destitutũ. Is est em Dñs exer
cituũ, & immota Patris dextera: qua omnia in ef
fectum perducta sunt. Sed uerba facit iterũ, quasi
ad aliquẽ nostræ conditionis, quemadmodũ ho
mo apparuit, & uidetur quodãmodo propter hu D
manitatẽ à patre roborari. Sic enim illũ resuscitas
se dicit, & gloriã ei tribuisse, & occisorũ insidijs
fortiorẽ reddidisse. Si em humiliauerit seipsum,
& ad hanc exinanitionẽ uolẽs se demiserit: opor
tet planè & exinanitionis modum ac mensuram
apparere, & ex ipsis factis humilitatem intelligi.
Vide quomodo istuc quasi de homine dicat: Ap
prehendã manum tuã & corroborabo te: et mox
illum ostendit Deum esse natura, & filium uerè,
& lumen de lumine. Dedi em te, inquit, in fœdus
generis, in lucẽ gentium, ut aperires oculos cæco
rum. Venit etenim unigena Dei sermo, in hunc
mundum cũ carne, & sui generis, id est, sanguinis
Israelitici hominibus, (ex his enim apparuit se
cundum carnẽ natus ex muliere) nouũ dedit fœ
dus, olim uoce prophetarũ prænunciatũ. Factus
est etiã Gentibus lux, diuinum quòq; est & istuc.
Etenim leges ferre, & irritã reddere sapientissimi
Mosis umbrã, & adijcere porrò noua antiquis di
uinissima potestate, & illuminare posse eos qui
uersantur in tenebris, & oculos cæcos aperire (af
fulsit enim Gẽtibus diuina & cœlestis lux) quid
nõnne manifesto est iudicio & argumento, eum
& esse Deum & ex Deo secũdum naturã: Quod
aũt spiritibus in inferno prædicatum abierit, &
detentis in domo custodiæ apparuerit Christus,
& omnes uinculis liberauerit, & necessitate, &
pœna, & supplicio, porrò pergit ostendere, cùm
ait, eum educere è uinculis uinctos & è domo cu
stodiæ, sedentes in tenebris.

EGO *Dominus Deus tuus, hoc meum est nomen. Gloriã meã alteri nõ dabo, nec uirtutes meas sculptilibus. Quæ à principio ec ce uenerunt, & noua quæ ego annunciabo, & antequã annuncien tur, indicata sunt uobis.*] Proprie enim & uere & solũ
tum est tũ dicitur à nobis uniuersorũ opifex. Et
sicuti Paulus sapientissimus inquit: Etiamsi mul- 1.Cor.8
ti erant dij & domini, & in cœlo & in terra: at nõ
bis unus Deus pater, ex quo omnia, & nos ex
ipso: & unus Dñs Iesus Christus, per quem om
nia, & per ipsum nos. Quoniã autem magnarum
rerum & mirabiliũ, effectorẽ se nobis induxerit:
nec idolis inanimis, nec alteri creaturæ ulli suam
gloriã daturũ se ait, aut diuinas uirtutes, sed sibi
ipsi soli seruasse. Nec em consentaneum est, diui
nitatis gloriã, ulli alij præterea substantiæ ratione
cõuenire, nisi ipsi naturæ soli, & ineffabili, & quę
est supra omnia. Cùm dicat, nulli se gloriã suã da
turum, filio eã donauit. Gloria enim euectus est,
quemadmodum sanè & pater, adoratus in cœlo
& in terra. Quomodo ergo dedit, ei qui quasi alí
us ab ipso non est, æqualis substantiæ, nomen?
cùm in hypostasin separatam uterq; diuidatur?
Vna siquidẽ summæ diuinitatis natura, in tribus
subsistentijs proprijs, & intellecta & adorata est,
ab his qui rectè sentiunt. Cùm dicit: Quæ à prin
cipio, ecce uenerunt, & noua quæ ego annuncia
bo, & antequam annuncientur, indicata sunt uo
bis: non uult ut à nobis sermoni Seruatoris nulla
in re credatur. Quemadmodum enim, inquit, ad
finem adducta sunt, quæ ab initio dicta sunt, de
aduentu ipsius: sic euenient uerè, etiam quæ dicit
noua, & antequam manifesta fiant, sunt indicata.
Quæ nam illa? Promisit enim nobis Dominus
noster Iesus Christus, uitam futuri seculi, quæ est
scilicet in incorruptione, sanctificatione, iustitia,
regnum cœlorum: spiritualium bonorũ glorio
sam participationem, probitatis fructus, pietatis
præmia, charitatis erga ipsum coronam. Quæ ô
si cõsequamur, gratia eius & benignitate. Et per
ipsum & cum ipso sit Deo ac patri gloria,
cum Sancto spiritu in æternita-
tem. Amen.

LIBRI TERTII FINIS.

CYRILLI

Universidad de Deusto
Biblioteca

# CYRILLI, ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE, COMMENTARIORVM IN PROPHETAM HESAIAM LIBER QVARTVS, ORAtiones quinq; Laurentio Hunfredo interprete. *Authore damnato*

## ORATIO I.

379 380

APPARVIT NOBIS A Deus Dominus, ut in scripturis habet : & per ipsum captus est ac irretitus ad gratiam per fidem grex errantium. Expectatio enim erat Gentium, & per ipsum Deus ac Pater in tenebris & caligine mentis & intelligentiæ uersantes, ad ueritatis lucem euocauit. Idq; nobis, uerbis proxime superioribus perspicuum reddidit: Ego Dominus Deus uocaui te in iustitia, & apprehendam manum tuam, & corroborabo te, & dedi te in fœdus generis, in lucem Gentium, ut oculos cæcorum aperires, uinctos è uinculis educeres, & sedentes in tenebris è domo custodiæ. Positus enim est Dominus noster Iesus Christus, à Deo & Patre, in fœdus carnalis sui generis, Israelitarum inquam : quibus etiam per quendam è prophetis iterum Deus appromisit, cùm inquit: Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, & consummabo super domum Israelis & super domum Iudæ testamentum nouum, non iuxta fœdus, quod pepigi cum patribus eorum. Moses nanque diuinus, umbræ & typi minister erat, supplicis mensuram ac personam gerens: Christus uerò ut filius ac Dominus, Testamenti noui factus est administrator: Noui inquam, quod ad nouitatem sanctæ uitæ reuocat, quod hominem reformat, & quod per Euangelicam conuersationem, probatum, & uerum cultorem efficit. Deus enim, inquit, est spiritus, & qui eum adorant, in spiritu & ueritate oportet adorare. Itaque positus est in Testamentum generis, & in lumen Gentium, ut aperiret oculos cæcorum, & educeret uinctos è uinculis. Nam princeps ac caput malorum Satanas, cordibus Gentium offudit tenebras. Vani enim fuerunt in cogitationibus suis, & cùm se profiterentur esse sapientes, insatuati sunt, & gloriam incorruptibilis Dei, per similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedum, & reptilium, commutarunt. Vera lux, id est Christus, uelut intelligibilis lucifer nobis exortus est, & uelut sol iustitiæ : ueræ ac diuinæ cognitionis radio expanso, tenebras diabolici erroris, quæ terræ incolas obruerunt, dissipauit : suorum delictorum catenis ineuitabilibus captos, è uinculis liberauit. Quòd ergo hi qui quondam creaturam præ Creatore coluerunt, qui tenebras mentis circumtulerunt, qui operibus manuum suarum persuasi sunt se prosternere, qui procul à Deo abfuerunt, per fidem quæ est in Christo uocandi essent, & uniuersorum Regem atque Dominum agnituri, pulcherrimè oratio prophetica declarat. Præcipit enim his qui per Christum misericordiã consequuti sunt, ut ipsum glorioſè prædicarent: itaque inquit.

Ioan. 4

Rom. 1

CANTATE *Domino canticum nouum, Principatus eius, celebrate nomen eius, ab extremo terræ, descendentes in mare, & nauigantes in eo, Insulæ, & incolentes eas.*] Nouus est hymnus seu canticum, nouitati rerum congruens. Si quis enim in Christo est, noua creatura est, sicuti scriptum est: Et uetera præterierunt, & facta sunt omnia noua. Redempti enim sunt ex Aegyptiorum tyrannide, qui ex sanguine Israelitico fuerunt, sapientissimo Mose tum sequestre : erepti sunt ex laterum labore, & è uanis sudoribus in studijs terrenis, è sæuitia præfectorum operis, è dominatoris inhumanitate: transierunt per medium mare, comederunt in deserto manna, biberunt aquam ex petra, transuerunt Iordanem sicco pede, introducti sunt in terram promissionis. Sed hæc apud nos omnia noua sunt, & antiquis incomparabiliter meliora. Non enim carnali, sed spirituali seruitute liberati sumus, & pro rerum terrenarum studijs, erepti sumus ex carnalis cupiditatis inquinationibus : nec operum exactores effugimus Aegyptios, nec tyrannum, impium quidem, & inclementem, hominem tamen sicut & nos : at potius malos & impuros dæmonas impellentes ad peccandum, & huius gregis præsidem, id est, Satanam. Transiuimus tanquam solum quoddam, præsentis uitæ fluctus, & in ea turbam ac tumultuationes uanas. Manna mentis & intelligentiæ, panem cœli, qui uitam dat mundo, edimus: Aquam ex petra, Christi riuis, intelligibilibus scilicet, quasi affluentes & deliciantes bibimus. Iordanem, sancto Baptismate dignati, transiuimus. In terram promissam & dignam sanctis intrauimus. Cuius etiam Seruator ipse meminit, dicens: Beati mites, quia ipsi terram hæreditariò possidebunt. Itaque ob noua facinora, nouum hymnum cantari oportuit à principatu eius: id est, ab his qui subsunt & parent ei: & hymnum cantari oportuit, uel eo dignam doxologiam, non in sola Iudæorum regione, sed à termi-

Matth. 5



à terminis terræ, scilicet usque ad terminos, id est, per uniuersum orbẽ terrarũ. Olim enim erat in Iudæa notus Deus, & in solo Israel, magnũ nomen eius. Postquam aũt uocati sumus per Christum, ad agnitionẽ ueritatis, plenum factum est cœlum & terra gloria ipsius. Sic enim & Psaltes ait: Implebitur gloria eius omnis terra. Qui sunt ergo qui iubent nomen eius celebrari, ab extremis terræ finibus, qui cantores ei cõstituunt, qui suadẽt simul chorum symphoniarum instituere, qui ad festum cõuocant spirituale? ui descendũt in mare, & in eo nauigãt, insulæ & eas inhabitantes? Mentionẽ hic facit, ut ego sentio, sanctorum Apostolorũ. Non em̃ per solã Iudæam prædicarunt Iesum, et gratiã per ipsum, sed & mare traijcientes, regionibus Gentiũ Euangeliũ nunciarũt. Nam ad Illyricum usq; & ultra peruenerũt, ut etiam maritimæ insulæ, sacras prædicationes audirent, & qui etiã in illis habitarunt. Atq; hæc quidem historicè dicta sic expendere poteris. Intelliges aũt, si placet, alio modo propheticos sermones. Mari enim sæpenumero scriptura diuinitus inspirata, hunc mundum & uitam humanã cõparat, secundũ id quod in Psalmis canitur: Hoc mare magnũ, et spacioſum, illic reptilia, quorum nõ est numerus, animalia parua cum magnis. Similẽ aũt confirmat esse uitã nostram mari, propter rerum in ea inconstantiam, & q̃ susq; deq; plurimũ misceantur. Hoc mare transfretant, qui in eo nõ demersi sunt, sed enatant quasi, & se mundi occupationibus extricant: hi diuinum auxilium consequuti, & donorum per Christũ semper memores, eum celebrant. Insulę quoq; nimirum Ecclesiæ, quæ intelligibile mare tantùm nõ cingunt, & mali spiritus fluctibus iactatos recipiunt, hæ Christum celebrant, nempe qui eas inhabitant. Ecclesias em̃ cùm dicimus seu nominamus, sanctos in illis cultores significamus. Sciendum & illud. Vocant enim Insulæ etiã uillæ seu urbes, quæcunque magnæ & latæ in medio solitudinis positæ sunt.

Psal. 107

LAETARE *solitudo, & uici eius, uillæ, & qui inhabitant Cedar. Lætentur qui habitant in petra summis mõtibus clamabũt, dabunt gloriam Deo, uirtutes eius in insulis annunciabunt.*] Beati prophetæ, cùm sermones de aduentu Seruatoris nostri contexunt, plerũq; mentionẽ faciũt uocationis gentiũ. Erat em̃, ut dixi, expectatio Gentium Christus. Cæterùm de rebus eiusmodi, non omnibus absolute sermones injiciũt, per uniuersum scilicet orbẽ gentibus & populis. Nõ em̃ uerisimile erat, cùm innumerabilis multitudo orbẽ terræ impleret, adeò subtiliter & minutim uoluisse dicere, ut omniũ nominatim & sigillatim facerent mentionem, sed regionibus accolis Iudææ sumptis, idololatriæ deditissimis, quin illas uocãdas suo tempore dicerent, ex parte totum demonstrabant. Itaq; cùm esset finitima Iudaicæ terræ solitudo lata, ad Austrum sita, quam occuparunt Saracenorum & Arabum gentes : dicit eos qui in ea habitant, gratiã & salutẽ per Christum cõsequuturos. Nomina, etiam uicis seu oppidulis, quæ sunt, inquã, in solitudine, sunt uillæ, & Cedar : & Petra quæ est in Arabia, & hic sita est, & sic nominata. Superstitiosissimi sunt, ut dixi, hi de quibus sermo est, nimirum horũ locorum incolæ, & in totum prolapsi sunt in apostasian & defectionem à Deo, ut qui impuros spiritus coluerunt. Quoniam uerò, ut dixi, participes futuri essent uocationis & salutis, quæ est per Euangelicam prædicationem & fidem in Christo : hinc & quidem iure optimo propheta tanquã pulchros pedes habens, Euangelizat bona, & tantùm nõ in altum tollit uocem, & inquit: Lætare solitudo, & uici eius, uillæ & qui inhabitant Cedar. Lætentur qui inhabitant Petram. Magna hæc est & admiranda Seruatoris nostri potentiæ & præstantiæ demonstratio, qui tã dura & præfractaria corda tã facilè molliuerit, persuaseritq; ab inueterato errore discedere, & meliora præferre, & se ad ueritatem applicare. Quod etiam uoce Iezechielis præsignificauit, dicens: Auellam cor eorum lapideum de carne eorum, & dabo illis cor carneum, id est, tenerum, ut me cognoscant, quia ego sum Dominus. Quod itaq; & hi uocandi essent, ostendit dicẽs: Lætare solitudo, & quæ sunt deinceps. Qui aũtẽ sint, qui à summitate montiũ clamant, & qui dant Deo gloriam, et in insulis eius uirtutes deprædicant, operæprecium est uidere. Nihil prohibet, quò minus illi esse intelligantur qui uocati sunt, qui petrã inhabitant præaltam & excelsam, & regionem atq; ciuitatem, qui non iam hymnos & odas cõtexunt falsò nominatis dijs, sed potius Deum qui illuminauit, et ad ueritatem pellexit & quasi inescauit, celebrãt. Vel qui à summis montibus clamant, dici possunt & sanè rectè, diuini discipuli, quibus etiam alibi propheta dicit: Montem excelsum conscende, qui Euangelizas Sion: extolle fortiter uocem tuam, qui Euangelizas Hierusalem. tollite, ne timete. Prædicabant em̃ summa fiducia & parrhesia, & neminem mortaliũ latére uoluerunt, sed erant ubiuis gentium omnibus conspicui, uelut ciuitas in monte sita. nec sermo eorum absconditè & occultè habitus est, sed summa cũ libertate & fiducia, ut modo dicebã. Hoc em̃ illis Seruator etiam ipse præcepit, cùm inquit: Quod dico uobis in tenebris, dicite in luce: & quod in aurẽ auditis, prædicate in tectis. Dederunt igitur gloriã Deo, & uirtutes eius in insulis annunciarunt. Nã sanctorum Apostolorum & Euangelistarum sermo, uidetur fuisse gloriæ Seruatoris nũcius. Nũc enim de ineffabili eius deitate uerba faciunt, & eximiam uirtutem laudibus ferunt, nec eum inter mortales genitos recensent, sed supra omne quod existit collocãt, & natura eundẽ cum Deo & Patre faciunt: nunc rursus miracula eius, quæ nec mirari satis nec eloqui possumus, narrãt. Nã excitare è monumentis mortuos, & tanquam aridã terram, uti mari, illudq; suis pedibus permeabile facere, uentos increpare, uerbo Satanam conterere: diuinam eius gloriam diligentissimè asserunt.

Matth. 10

DOMI-

Universidad de Deusto
Biblioteca



DOMINVS *Deus uirtutum egredietur, & conteret bellum, excitabit æmulationem, & clamabit contra inimicos eius cum fortitudine. Tacui, num etiam semper tacebo & sustinebo? Patienter egi, ut pariens.*] Progreditur nunc quoq; sermo ordine cõcinno, & mirabilem habet œconomiã ac dispositionẽ. Ministri enim oraculorum Seruatoris nostri, prædicaturi erant eius uirtutes omnib. ubiq;, & multa etiã fiducia, de illis rebus uerba facturi. Cæterùm cogitare debebant, undecunq; restituros huic eorum studio & alacritati, ueritatis hostes, quicq; maiestati Seruatoris modis omnibus struunt insidias, homines scilicet corrupti & superstitiosi, & malitię diabolicæ organa, & eius peruersitatis propugnatores, & simul cum illis ipsa dæmonum agmina, uidelicet quando gloria eorum, et imperium ui partum cõcutitur. Dominabantur enim per fraudem, orbi terrarũ. Ostendit itaq; his uerbis, fore ut non caperentur ab hostibus, neq; quenquam eos superaturũ, Deo protegente, dicens: Dominus uirtutum egredietur, & conteret bellum. Et egredietur, dicit ueluti de quopiam rege in terra, qui copijs suo sceptro parentibus, hostium phalanges intolerabili impetu adoriẽ. Quòd aũt prorsus euasurus sit Dñs exercituũ superior, indicat, cùm inquit: Conteret bellum. Nec enim ulli mortaliũ facilè expositus est Dei exercitus, imò nulli omnium qui sunt tolerabilis, si insurgat & impetum faciat, siue potestates malas, seu ipsum defectorem & exitiosum Satanã, siue mortalẽ aliquem, cui hæc pro illis curæ sunt, intelligamus. Verùm & hi quoq; communtur, idq; suo labore & puluere. Manũ ẽm excel sam quis auertet? secundum id quod scriptũ est. Quòd igitur bellum & fuerit & adhuc sit his qui choro sanctorum Apostolorum resistebant, non cõtra sanctos Angelos solũ, sed aduersus ipsum Dominũ exercituũ, fidem plenè fecit propheta, cùm ait, ipsum egressurum, ut bellũ cõterat. Excitabit emulationẽ, inquit, id est, excandescentiam & ardorem: uel suũ in hostes, secundum id quod scriptum est in sermonibus Zachariæ: Aemulatus sum Hierusalẽ & Sion, æmulatione magna: uel eorum qui pro eius gloria certant, uidelicet qui ipsum colunt, quorũ unum, electũ & sanctissimũ Paulũ fuisse dicimus, qui etiã inquit: Quis nos separabit à dilectione Christi? Afflictio? num angustia? num persequutio? nũ fames? nũ nuditas? num periculum? num gladius? Rursus: Mihi enim uiuere, Christus: & mori, lucrum. Sic æmulatores & zelatores dicimus fuisse, & sanctos Martyres, qui Satana erant fortiores, eumq; uirtute Christianæ pietatis oppugnarunt. Seruarũt enim fidem, & charitatẽ erga ipsum germanam. Excitabit ergo zelum, inquit, & clamabit contra inimicos suos cũ fortitudine. Clamabit, posuit p, subilabit. Vox etiã hæc uictoribus cõuenientissima, cõtra uictos successum quodãmodo gratulans. Deinde inquit: Tacui, num etiã semper tacebo & sustinebo? Patienter durauí, ceu pariens. Hinc optimè perspici poterit, quo tẽpore multitudo Gẽtium in errore uersabatur, cùm illos Satan dissiparet ac dispergeret, & tenebris peccati quasi denigraret, & à cognitiõe Dñi abduceret, quis tum natura & uerè sit uniuersorũ Deus. Sue currere illis quidem uoluit, qui supra omnes est Deus: sed rem produxit, et patienter tulit, sine dubio expectans cõmodum tempus auxilij ferẽdi: nimirum quando incarnatus est & homo factus unigena eius sermo. Tunc enim tunc bellum intulit his, qui nos uicerunt, & ab eorũ malitia eripuit, opemq; attulit, & seruauit, proprioq; nos iugo subdidit. Itaq; præterlapsis retrò tẽporibus dilaceratis terræ incolis, & Satana leonis in motẽ omnes deuorãte: Tacui, inquit: Num etiã semper tacebo & sustinebo? Patienter egi, sicut quæ parit. Vide igitur quãta misericordia terræ incolas prosequutus sit Deus uniuersorũ, tametsi, ut inquit Psalmista, nemo exerceret bonitatẽ, sed omnes ad unum usq; declinarẽt, & prorsus essent inutiles. Et cùm hac de re dolores sentiret, (quatenus quidẽ in illũ tristitia cadere poterat,) & istuc nostra causa pateretur: tẽpus, ut dixi, auxilio opportunum obseruauit.

*Psal. 14*

EXPELLAM *& arefaciam simul, & ponam fluuios, insulas, & paludes siccabo.*] Quid hic significet, Expellã ἐκτήκω, semper inquirendum est necessariò. Vel enim illud dicit: Qui nunc terræ dominantur, eijciã, & exterminari curabo, ac deturbari imperio illis contra omnes dato, secũdum id quod dictũ est à Christo: Nunc princeps mundi huius eijcietur foris: uel illud ἐκτήκω, intelliges, pro admirari faciam, eos qui præstantia facinora, & modum administrationis meæ uidẽt, et inexplicabilis potentię eminentiã: sicuti nimirum propheta Abacum ob hoc eodẽ stupore perculsus est, cùm ait: Domine, audiui famã tuã, & timui: cõsideraui opera tua, & obstupui. Vel etiã, si placet, alio modo illud, ἐκτήκω, intelliges. Qui erãt in tenebris et caligine diabolico, eos ad ueritatis agnitionem transferã, & ad diuinã & intelligibilẽ ac cœlestẽ lucẽ: qui nunc polluti sunt, & prophana ac incircũcisa mente præditi, ad mentẽ traducã incõparabiliter meliorẽ: ut à pristinis sordibus recedãt, & potius bene agere studio ac curæ habeãt. Arefaciã simul, tale quiddã significat, quod etiã patefaciet consequentiũ sententia. Ponã ẽm, inquit, fluuios, insulas, et paludes exsiccabo. Qui nã sunt isti fluuij redacti in insulas? & siccatæ paludes? Dicimus esse scilicet Grærorum poetas & oratores, qui erant erroris multorum deorũ præcones. Deificarunt ẽm creaturã, & innumerabiles deos in uitã inuexerunt. Erantq; uelut quidã fluuij potantes, ùti scriptum est, subuersione turbulẽta seductos: & qui orationum elaboratarũ riuis, in mentẽ eorũ qui ipsos admirantur, influũt, et hinc in errore detinent, & suæ ornatæ dictionis suauitatẽ & gratiã quasi pastũ quendã adhibent. Itaq; meritò cõparari queant fluuijs & paludibus, id est, saltubus, seu syluis, in quibus herbæ plurimũ floret & crescit. Hos fluuios in insulas conuersurum se promittit Deus, id est, aridos & siccos redditurum, & paludes quoque uelut exsiccaturum.

*Ioan. 12*

*Abac. 3*

*Rom. 8*



caturum. Quod etiam factum est. Nam irritam fecit deinceps illorum eloquentię ornatũ & elegantiã, & nihil prorsus illis suppetit. Et qui quondam decepti erant, calcatis ueluti corruptis & prophanis & anilibus decipientiũ fabulis, sapientiam Christi rapiunt. Scribit itaq; Paulus: Vbi sapiens? ubi scriba? ubi inquisitor huius seculi? Nónne infatuauit Deus sapientiã mundi? Proin de dicimus, fluuios redactos in insulas, uel esse sermones Græcorum sapientum in errore Græco detinentes: uel etiã alias insulas exposuimus in præcedentibus, esse Christi Ecclesias, qui excipiunt eos qui nauigant intelligibiliter scilicet & spiritualiter, & qui uelut aggeribus quibusdam suos doctores tutò communiunt, & qui malum spiritum effugiũt, semper eos qui nauigijs in mare descendũt, & in aquis multis opus faciunt, fluctibus quasi & tempestatibus iactantem. Mari uerò, ut dixi, assimilandus est fluctus nostrę uitę, & rerum terrenarum turbatio. Exiccantur uerò & paludes, id est, pascua pecorum, quondam sub manu satanica, ut deinde subsint principi ac omnium pastori, Christo, inquam: qui non ut illi falsi pastores, sua pecora in spinas & tribulos inducit, sed pascit potius in lilijs. Fragrãtissima enim sunt intelligibiliter, diuina & sacra & propria eius oracula.

*1. Cor. 1*

ET *ducam cæcos in uia quam non nouerunt, & semitas, quas ignorarunt ut calcent. Mutabo illis tenebras in lucem, & obliqua in directa. Hæc uerba faciam, & non derelinquam illos, dicit Dominus.*] Egressò enim Domino exercituum, ut conterat bellum, & deletis hostibus, & redactis in insulas fluuijs, & exiccatis paludibus, prout iam à nobis illa oratio pertractata est, redempti sunt omnino, qui in captiuis numerabantur, & qui diaboli nequitiæ subiecti erant: & cæci cùm essent (cæcauit enim corda eorum apostata & defector) iterum ducuntur, à Christo uidelicet, in uias quas antea nescíuerunt. Sunt autem ille, omnino Euangelica uaticinia, & uita cognitioni & uirtuti consentanea, & sanctæ & beatæ uitæ pulchritudo & condecentia. Alloquutus est igitur Gentes diuinus Paulus: Eratis enim quondam tenebræ, nunc autem lux in Domino. Factæ itaq; sunt illis tenebræ in lucẽ, pro, abierũt res in contrarium. Nam rudes facti sunt sapientes, qui quondam errarunt, rectas omnis iusticiæ uias cognouerunt: qui cùm boni nihil sciuissent, omnis uirtutis scientes & gnari euaserunt, & officiorum pietatis studiosi. Facta sunt obliqua in directa, id est, difficilia & ardua, peruia & plana, æquabilia & leuigata. Tale quid in prædicatione Ioannis Baptistæ subindicatur: Omnis enim uallis implebitur, & omnis mons & collis humilis erit, & obliqua uertentur in rectum, & aspera in uias planas. Colles enim & concauitates, uiam efficiunt inæqualem. Cùm autem tumulus non est, nec cauitas, recta semper est uia, & permeabilis, & omnibus difficultatibus extricata. Quod etiam alibi dicit ipse beatus propheta Hesaias: Via enim piorum recta, inquit, & pacata. Estq; uia conuersationis uerè Euangelicæ, non aspera & inuia, sed potius æquabilis & ueluti campestris, his qui uitam eximiam amant & excellentem. Promisit igitur hæc uerba seu promissa Deus, se ad exitum perducturum, nec eos relicturum: id est, semper unà futurum, iuxta id: Ecce ego uobiscum sum, omnibus diebus usq; ad consummationem seculi.

*Matth. 28*

IPSI *autem conuersi sunt retrorsum. Ignominia afficimini, qui confiditis sculptilibus, qui dicitis conflatoribus: Vos estis dij nostri.*] Tempestiuè admodum transfert ad gentem Iudaicam orationem: qui cùm legem haberent Mosis, manu ducentem ad Dei cognitionem, & ut uelint perficere ea, in quibus laudem eos consequuturos uerisimile erat: lapsi sunt in apostasian, & in multorum numinum cultus puteum illapsi, in barathrum exitij descenderunt. unde & non sine causa Deum, qui omnem ipsis & misericordiam & beneuolentiam tribuit, offenderunt. Cùm ergo antè oratio prædicasset, uocandas Gentes suo tempore, & calcaturas, quas non nouerunt, uias, & tenebras in lucem, & obliqua in recta uersum iri: ruditatem eorum qui ex sanguine Israelitico orti sunt, retegit, dicens: Ipsi uerò conuersi sunt retrorsum. Illud, Ipsi, sumendum est emphaticè: nimirum qui diuina lege instituti sunt, & manui meæ subditi sunt, & sequestrem Mosem habuerunt, qui clarè audiuerunt, Dominus Deus Dominus unus est: Et non erunt dij tibi alij præter me: hi, cùm multitudo gentium in bona ipe esset, retrò conuersi sunt, ad Ægyptiaca inquinamenta impiè reuersi, & pristini erroris labem receperunt. Accidit q; illis quod uero prouerbio iactatum est: Canis reuersus ad uomitum suum, & sus lota in cœni uolutabro. Simile quiddam dixit etiam Dominus noster Iesus Christus, cùm Israelem ad ueterem impietatem recurrentem notaret. Cùm enim, inquit, spiritus impurus exierit ex homine, transit siticulosa loca, quærẽs requietem: & cùm non inuenit, redit in domum unde exijt. Et postquam uenit, inuenit eam uacantem, & uersam. Tunc accipit septem alios spiritus peiores se, & ingressi habitant illic. Et fiunt ultima hominis illius deteriora prioribus. Nam deos Ægyptiorũ coluerunt. Sed eiectum est dæmonium, ipsis uocatis ad Dei cognitionem, per legem, inquam. Verùm eo quòd errauerint accusati sunt: adhuc tamen in deteriore loco erant, quòd cùm Deum natura cognouissent, facti sint apostatæ, quippe qui deos qui dij non erant, coluerint. Ergo ignominia afficimini, inquit, qui confiditis sculptilibus, & qui augustum deitatis quæ supra omnia est, nomen, id est, gloriam manuconditis attribuitis.

*2. Pet. 2*

*Matth. 12*

SVRDI *audite, cæci respicite, ut uideatis. Et quis surdus, nisi pueri mei? & cæcus, nisi qui dominantur ipsis? Et cæcati sunt serui Dei. Vidistis sæpe, & non custodiuistis: apertæ aures, & non audistis.*] Surdos & cæcos uocat pulcherrimè, qui idolis seruierunt. Quemadmodum enim sapientissimus Paulus scribit, Deus seculi huius

Universidad de Deusto
Biblioteca



excæcauit mentes infidelium, ut non illuxerit Euangelij gloriæ Christi illustratio. Conuenire potest hic orationis sensus, maximè Israelitis, quibus dum licuisset diuina luce ditescere animo, immittente illis lege diuinæ cognitionis irradiationem, amauerunt stultè in tenebris ambulare, & erroris implicari laqueis. Quin & alio modo cæci sunt. Cùm enim nihil uetaret, quò minus ex pulchritudine creaturarum, ratione quadam & analogia, earum opificem peruiderent. nam ut Rom.1 sapientissimus Paulus scribit: Inaspectabilia eius ex creatione mundi operibus intellecta perspiciuntur, æterna eius potentia & diuinitas: eo sunt delapsi insciitiæ, ut conflatoribus dicerent: Vos estis dij nostri. Etenim prophetam nunc loqui, non de multitudine gentium, sed de his qui sunt ex sanguine Israel, ostendit, cùm dixit: Et quis cæcus, nisi pueri mei? & surdi, nisi qui dominantur eorum? Obcæcata est enim multitudo subdita, ducum ignauia & supinitate huc prolapsa. Nam ipsi erant autores insciitiæ, & erroris præceptores. Surdi quoq; erant qui dominantur eorum, id est, qui moderatores & præceptores electi erant: quippe qui etiamsi gloriam Dei uidissent, & longo usu & experientia huc proue cti fuissent: conuersi sunt ad apostasian. Noluerunt enim obedire Deo, clarè dicenti: Non erunt tibi dij alij præter me. Postquam diuinorum uaticiniorum gnari & periti, deuenerint simul cum his qui iugo subditi erant, ad defectionem & apostasiam: tantùm non perculsus est stupore, dicens: Cæcati sunt serui Dei. Et quæ nam illis occasio cæcitatis fuit? Volentes, inquit, huc deducti estis. Cùm enim sæpenumero licuisset custodire, quia uidistis, & audire, quia nouistis & intellexistis quæ scripta erant: non custodiuistis, nec fusti nuistis ea proferri ac dici, nec curã adhibuistis, nec obedientiam, ut uel aures sacrosanctis legibus patefaceretis. Inexcusabilia sunt ergo ludæorum crimina. Quamuis enim potuissent scire uerum, & ad hoc legem quasi manuductricem haberent: perinde tamen erant, ac qui oculis præditi non sunt, aut quibus aures frustra prominent in capite, cùm sacrosanctas leges audire noluerint.

DOMINVS *Deus uoluit, ut iustus haberetur, & magnis* D *prædicaret laudibus.*] Eripui, inquit, eos è tyrannide Ægyptiorum, liberaui cùm alienis præter æquũ seruirent: instituti sunt per legẽ pædagogia quadam ad diuinam cognitionem, dedi illis Moysen concinni ordinis antistitem. Erat enim mihi scopus ac propositum, qui Dominus sum uniuersorum, iusticiæ operariũ, & præstantissimorum operũ studiosum, reddere Israelem, ut cùm perductus esset in sensum & intelligentiã donorum meorũ, magnis laudibus prædicaret, id est, indesinenter celebraret, scilicet me omnis eorũ fœlicitatis prytanim ac dispensatorem, & eorum quibus locupletati erant suppeditatorem. Sed horum nihil sentientes, mala pro bonis rependerunt Domino, & collo è iugo eius excusso, ser-

A uierunt satanæ, & in cœno erroris multorũ deorum uolutantes, execrabiles facti sunt, & Deo uirtutis amanti inuisi. Hoc quod dixi, alibi est de illis perspicuè, tanquam de uinea: Expectaui ut Hesaiæ 4
ferret uuam, & tulit spinas.

ET *uidi, & populus fuit uastatus & direptus. Laqueus enim in conclauibus ubiq;, & in domibus simul, ubi absconderunt eos, facti sunt deprædatio, et non erat qui eriperet è direptione, nec erat qui diceret,* Redde.] Reuocat illis in memoriam, quæ acciderunt patribus: eo quòd execrandæ multorum numinum superstitionis retibus capti essent. Quod fecit non frustra, sed ut eos modestiores redderet, timentes ne similia cum maioribus patiantur. Quando quidem enim, inquit, cæci & surdi facti sunt, repulso ac reiecto
B Dei cultu, & lignis ac lapidibus uenerationem exhibuerunt. Vidi istuc ego: factusq; est populus uastatus & direptus. Quando enim Deus considerat intolerabiliter impiorũ crimina, tum etiam pœnas inducit pares flagitijs. Direptus est igitur populus, & factus est hostibus deprædatio. Et quam ob causam? Laqueus enim in conclauibus ubiq;, & in domibus simul. Absconderunt eos. Quos nam? conflatiles deos scilicet. Nam cùm fingerent Iudæorum moderatores, se Deum colere, & legalibus oraculis ceruicem submittere, quantum ad externam speciem animo ac corde apostasiæ morbum occultarunt: & cùm adorarent non natura deos, & in conclauibus suarum ædium eos clauderent, clandestina
C illis sacrificia obtulerunt. Scriptum est enim apud Ezechielem: Fili hominis perfora. Et perfo- Ezech.8
raui parietem. Et uidi, inquit, & ecce omnis similitudo reptilis & iumenti, & omnia idola domus Israel descripta in eo per circuitum. Dixitq; mihi: Vidisti fili hominis: Num parua sunt, domo Israelis, quæ facit quisque in cubili suo occulto? Vide igitur, quo pacto eorum singuli in cubili ipsorum occulto, cùm laqueum sibi positum, id est, idololatriam haberent, reuerentiam tamen erga legem simulauerint. Hinc ait: Factus est deprædatio, & non erat qui à direptione eriperet, nec erat qui diceret, Redde. Nam cùm Deus non subueniret, quis eos ab hac tam graui & nõ sananda calamitate eriperet? Cumq; ille non reprehenderet diripientes, quis illis diceret, Redde. Non enim iam Deus ut proprium peculium eos quæsiuit, sed ut alienum à se dimisit, propterea quòd ad non deos declinarent. Videturq; his uerbis, captiuitatis tempus subinnuere, quo Israelitæ in potestate ac manu inimicorum perpetuò fuerunt. Nam ad septuagesimum usq; annum qui illos eriperet, nemo fuit, neq; qui diripientibus diceret, Redde. Commodissimè nimirum & appositè, postquam uocatione, inquam, gentium tractauerit, etiam quibus de causis Israelitæ à consortio Dei electi fuerint, diserte dictum est, ut iusto calculo usus semper Deus uideatur. Oportuit enim oportuit eos, qui impietatem in Deum exercuerunt, eius misericordiæ & amoris expertes esse: at qui ex ignorantia pec-



tia peccati laqueis impliciti erant, & in manum A
diabolicam cadebant, inflammati agnitione Dei & luce ueritatis, eos par fuit ab ominium opifice misericordiam consequi. Hoc enim dicit, ut apud sapientissimum Moysem reperitur: Ipsi ad æmulationem prouocarunt me in non dijs, irritauerunt me in sculptilibus suis. Et ego ad æmulationem prouocabo eos in non Gente, in Gente stulta concitabo eos. Et diuinus Psalmista dixit alicubi: Exacerbauerunt eum in sculptilibus suis, & in studijs suis ad æmulationem eum prouocarunt. Aspexitq; Dominus Deus & despexit, & planè nihili fecit Israelem. Si etiam spiritualis aliqua consideratio apponenda sit, diabolicum laqueum animo & corde habere cernimur: & in phantasijs ratiocinationum mala ido- B
la, ad lasciuiã uocantia, fœdasq; uoluptates, ut simus præda satanæ, & dæmoniorũ direptio. Scriptum est etenim: Si spiritus dominantis ascenderit in te, locum tuũ ne deseras, quia curatio cessare faciet peccata magna.

QVIS *in uobis, qui auribus percipiet hæc? Audite in futura tempora.*] Familiare est scripturæ diuinitùs inspiratæ, dicere, ut auribus percipiant, cùm sermo non obiter aut oscitanter, sed in rebus necessarijs uigilanter accipiẽdus est: ut quod proditur, mente & corde repositum habeant. Cuiu- Psal.118
smodi est quod uoce Psallentis dictum est: In corde meo abscondi eloquia tua, ne peccem tibi. Scriptum est enim, in Psalmo quadragesimooctauo: Audite omnes Gentes, attendite C
omnes qui habitatis orbem habitabilem. Nam audire, omnibus ubilibet qui uocem uel alium quempiam sonum hauriunt, commune est: at uerò attendere, est, ut dixi, cùm aliquid uaticinio proditum in mentem immigrat, eamq; occupat. Videtur ergo hîc, sermo propheticus, eos requirere, qui æquius ac cordatius auscultarunt, ut ad futurarum rerum securitatẽ, quæ ueteribus contigerunt, acciperent. Quemadmodum etiam di- Ioan.10
xit Paulus: Hæ res in typis contigerunt illis, scripta sunt autem, nos admonendi gratia, in quos seculorum fines deuenerunt. Non enim oportet nos frustra narrationes de hisce legere, sed ad animi utilitatem hæc capere, & cauere diligenter, ne similibus illaqueamur peccatis, ne in calami- D
tates eorum incidamus.

QVIS *dedit in direptionem Iacob & Israelem deprædantibus eum? Nónne Deus, cui peccarunt? nec uoluerunt uijs eius ingredi, neq; audire legem eius. Et induxit in eos iram furoris sui, & oppressit eos bellum, & circumquaq; eos comburunt. Nec tamen ulli ex illis cognouerunt, neq; animo considerauerunt.*] Emphaticè admodum in his uerbis, Iacobum & Israelem uidetur nominare. Et ut à nobis huius emphaseos uis intelligatur, uelut breuiter dicemus. Varijs enim temporibus Israelitæ seruierũt Ægyptijs: sed Moyse sequestre, à Deo liberati sunt, at manu forti & brachio excelso, sicuti scriptum est. Infinitis namq; & intolerandis plagis in eos qui diripuerunt animaduertit. Postquam uerò è terra Ægyptiorum fugissent, pedemare

A trajecerunt, panem angelorum comederunt, aquam de petra biberunt, in terram promissionis introducti sunt, reges debellarunt, hostes superarunt, potentem & horribilem manum habuerunt, & celeberrimam inde gloriam consequuti fuerunt. Arma uerò eorum erat, uniuersorum Deus: qui in Gabaon cursum solis sistebat Iosuæ 10
& lunæ, & de cœlo grandines in alienigenas demisit, & suum populum in omnis dignitatis sortem euexit. Ergo, inquit, quis Israelem celebratissimum, Iacobum æmulandum & admirandũ, hostibus insuperabilem, præpotentem, & bellacissimum, & semper uincere solitum, in direptionem dedit, & deprædantibus obiecit? Quàm attenuatus est, qui uinci non potuit? quàm subiugatus subiectus aduersorum pedibus, qui contra omnes excelsum & inuulnerabile cornu extulit? Quia autem necessarium erat nos qui illos sequuti sumus, causas, cur populus adeò illustris & electus traditus fuerit, non ignorare, induxit necessariò: Nónne Deus, cui peccarunt? Et non uoluerunt uijs eius ingredi, neq; legem eius audire. Hæc in ambiguis rebus interrogatio, rei manifestam habet confessionem: Deus enim erat omnino, qui dedit eum, & qui sceleribus iram dignam intentauit. Hinc itaq; illos bellũ oppressit. Eratq; hoc Israelitis insuetum: ut qui semper Deo protegente, superiores euaserint. At ubi in diuinas eius leges debacchati sunt, ueteribus ornamentis deserti & destituti sunt, ad impotentiam reciderunt, ad imbellem timiditatem deducti sunt, circuncirca erant qui eos comburerent, & ueluti igne quodam, rerum quæ inferebantur magnitudine, consumerent, uel eorum ciuitates incenderent. quemadmodum alibi clarè dictum est: Ciuitates uestræ igni incensæ sunt. Verùm non cognouerunt, inquit, ulli ex illis, nec animum adhibuerunt: quibus stupiditatis dica hisce uerbis scribitur. Etenim cognitione perfecti & absoluti esse possent, si Deum offendere superfederent, & à supplicio ac ira procul quasi pedem remouissent, si ceruicem ei teneram & flexilem præbuissent. Qui uerò propter humanos lapsus patiuntur, si ea quę inferuntur non sentiant, hi ab omni spe bona procul absunt. Fuisse autem Israelitas talibus implicatos noxijs, uidere licet ex Hieremia, qui affatur Deum uniuersorum: Hier.5
Domine, oculi tui ad fidem, flagellasti eos, at noluerũt susципere disciplinam. Meminimus, postquam capta esset Hierusalem, & Israel captiuus esset abductus, his qui reliqui erant, loquutum esse Hieremiam propheram, quæ Deus dixerat, ne descenderent in Ægyptum. Deinde impudenter mulieres, imò nullo eius iræ sensu tactæ, ei dixerunt: Non misit te Dominus: & alia his ex impotenti insania adiecerunt. Postquam enim, inquiunt, destitimus sacrificare reginæ cœli, hæc omnia mala in nos uenerunt. Proinde uerum est quod dicitur: Non cognouerunt ulli ex illis, neque animum adhibuerunt, cùm bellum illos oppresserat, & undique

Universidad de Deusto
Biblioteca



cingentibus eos, qui combusserunt.

CAP. XLIII.



T nunc sic dicit Dominus Deus, qui fecit te Iacob, qui formauit te Israel, ne timeas. quoniã redemi te, uocaui te nomini tuo, meus es tu. Et si transieris per aquam, tecum sum, & flumina nõ cooperient te. Et si transieris per ignem, non comburis, flamma non comburet te, quia ego Dominus Deus sanctus Israel, seruans te.] Mirari etiam nunc operæpretium est misericordem Deum. Bonus enim cùm sit natura Deus, & uniuersorum cõditor, etiamsi usuueniat, ad scelerum ablutionem, ut quidam iræ fustæ seueritatem incidant, transit tamen ad misericordiam nec longè post, & qui percussit, sanat, & aufert flagellum, & restituit pœnitentia ductos, & nos lapsos resuscitat, & his qui malis erant detenti ac calamitatibus, manum salutarem porrigit, eos omni ærumna extrahendo, & ad felicitatem traducendo. Specta enim quomodo uelut in obliuionem delictorum ueniat, & diuina ἀμνησίᾳ delere & obterere promittat crimina: adiecto quasi alio principio temporis, quod illos ad tranquillitatem adduceret. Et, Nunc, perinde esse dicimus ut illud in libro Psal morum dictum: Hodie si uocem meam audieritis, nolite obdurare corda uestra, ut in exacerbatione. Quemadmodum enim illic, Hodie, principium definit temporum aliorum: sic & hic, Nunc, argumentum habet ἀμνησίας & obliuionis eorum quæ iam sunt commemorata, & ad principium uiæ ac rerum aliarum à Deo futurarum adducit. Itaq; non sinit eos prorsus desperatione marcescere, nec in perpetuum auertatur, sed omni metu eximit, & dat fiduciam, ac spem facit omnia bona consequendi, Deo rerum naturam ad id quod incomparabiliter melius est conuertente. Redemi enim te, inquit. Quo autem modo, manifestabit sapientissimus Paulus, cùm dicit de omnium nostrũm Seruatore Christo: Collubitum est Deo & Patri, in illo tanquam in capite omnia summatim comprehendere, & quæ in cœlis & quę in terra. In ipso enim est omnium redemptio & remissio, & præteritorum amnestia, & obliuio, & spiritualis cognationis, quæ cum eo, inquam, est, modus per sanctificationem perfectus & consummatus, quæ nos etiam ad communionem cum Deo & Patre adducit. Propterea dicit: Vocaui te nomine tuo. Quod est nimirum: meus es tu. Christi enim esse dicimur, & hoc præclarum nomen est, quo cognominamur. Sciendum uerò, quòd in alia scriptura dicatur: Vocaui te nomini meo. uerùm cùm adiicit & dicit: Meus es tu, soluit alienationem, quam subire solent qui peccatis detinentur. Non enim illi sunt Dei, licet uniuersorum dominium teneat. Et deturbat à societate & coniunctione quæ cum illo est, ad res malas proclivitas. Vnde dicimus eos qui sunt contaminati inquinamentis, nõ esse Dei. Itaq; spiritualis coniunctionis & cognationis, emphasis quædã est: Meus es tu. Promittitq; ei auxiliũ inuictũ, quòd nulla eum tentatio inuadet. Nam fluuij, & aqua, & flammæ, multiplices tentationũ impetus designant. Scriptum est: Omnes qui uolunt piè in Christo Iesu uiuere, persecutionem patientur. Et ipsemet Christus alicubi dixit credentibus in se: Afflictionem habetis in mundo. Sed, inquit, si transieris aquam, tecum sum. Christus enim si una sit, nihil his qui sunt eius, iniuriam fecerit: at eo spiritualis fortitudinis deueniẽt, ut nihili sint facturi eum qui ualeat tempestatibus diuexare & demergere: imò si persequutio in morem fluminis ac fluctus aliquando inuadat, & ignis ac flammæ uim acrimoniamq; habeat, sic tamen euincet, illud scientes, Deum esse qui seruat. Est enim familiare scripturæ diuinitùs inspiratæ, & fluminibus, & aquis tentationum insultus assimilare, quod demonstrabit etiam Seruator ipse, cùm dicit, ueluti forma quadam parabolæ seu exẽpli: Omnis igitur qui audit sermones meos hosce, & facit eos, assimilabitur uiro prudenti, qui ædificauit domum suam super petram, & descendit imber, & uenerunt fluuij, & spirauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Fundata est enim in petra. Est autem petra Christus.

Pſal. 94

Matth. 7

FECI *commutationem tuam Aegyptum, & Aethiopiam, & Syenen pro te, ex quo honorabilis factus es coram me, glorioſus factus es, & ego te dilexi. Et dabo homines multos pro te, & principes pro capite tuo. Ne timeas, quia ego tecum sum.*] Nõ facilè potero assequi sanè mentem horum uerborum, enarrabo tamen, Deo dirigente, ut potero: ipse enim dat sapientiam & cognitionem. Priusquã ergo Christus mundo illuxerat, qui est uera lux, terra uniuersa errabat, & profundis altissimisq; peccati tenebris est obscurata, & complures passim cultus erant, per regiones & per Gentes. Cæteris autem superstitioliores extiterunt Chaldæi & Phœnices, & quotquot terram Ægyptiorum occupant usq; ad Syenen & Æthiopiam. Conterminam nanq; regionem terræ Ægyptiorum inhabitãt. Solus Israel, Dei sors erat electa, & portio Domini, sicuti scriptũ est. Cùm autẽ impij fuerint in Dominũ nostrum Iesum Christum, & dominicidę extiterint, nequaquã iam sors Dei manserunt, sed à cognatione quæ cum illo erat decíderunt. Gentesq; sunt assumptę, & factæ loco Israelis commutatio: etiam qui reliquis omnibus olim erant superstitioſiores, & qui propterea sordes habebant non eluendas. Dixi uehementes & acres fuisse Ægyptios, maximè quod ad idolorum inuentionẽ attinet, & profundè immersi pseudololatriæ ac falsis cultibus, altũ sapiebant, quòd supra modum ac sophisticè in adoratione & nominibus dæmonũ philosopharentur. Itaq; inquit, pro te dilecto, pro te mihi in sortem tributo, feci cõmutationem, Ægyptũ & Æthiopiam, id est, rursus Aegyptũ. Æthiopas enim nominare Aegyptios solet diuinitùs inspirata scriptura. Hinc per quendam è sanctis prophetis dixit: Et uos Aethiopes uulnerati estis gladio meo. Pro te igitur suscepi, inquit, grauiter inquinatos, & qui habe-

Zoph. 2



haberent impuritatem indelebilem quodammodo. Verùm ex quo honorabilis factus es in conspectu meo, & gloria euectus es. Non enim hæsit Israel in hac repudiatiõe & infamia perpetuò. nam ipse per fidem uocabitur quę est in Christo, & sanctorum glorię socius erit ac particeps. Gloria enim subuectus es, inquit, & ego te dilexi. Illud autem: Dabo homines multos pro te, & principes pro capite tuo: demonstrare uidetur, uocatis ad agnitionem Christi, suo tempore Israelitis, quamplurimos fore qui sciant eos mysteria docere, & sapientes uiros & facundissimos. Pro te enim, inquit, dabo multos homines, & principes dabo, qui pro tuo capite dicãt. Caput autem credentium Christus, in quem omnis mystagogia respicit, ac institutio populorũ qui docentur & ducuntur suo tempore, suffragio scilicet ipsius ac sententia. Ergo pro te, significare poterit, ẽ re tua, pro utilitate tua quæ cedet tibi discenti augustum & magnum capitis tui, id est Christi, mysterium. Vel etiam alio modo intelliges: Dabo homines multos pro te, & principes pro capiti tuo. Abiectus enim fuisti & relegatus, inquit, & ab amicitia erga me & coniunctione prorsus alienus. Hinc etiam in commutationem pro te, gentes accepi, quæ ad ultimam prostitutæ sunt infamiam. Sed ex eo quòd honoratus factus es in cõspectu meo, nimirum quatenus credidisti, & gloriam ea de re adeptus es, dilexi te, & ita dilexi, ut si tempus incideret aut usus, ut multos homines ac principes pro capite tuo dari esset necesse, equidem darem. Est enim oratio hypothetica, & maximam habet emphasin & argumentum, honorari à Deo Israelem. Spemq; facit certã, quòd omni tempore & undequaq; cum illis sit Deus. Tecum enim sum. Quod quidem satis est illis, ad omnem felicitatem. Si enim Deus una sit, è medio & à pedibus quasi tollunturmala: & omne genus trãquillitatis offert nobis & adiudicatur.

Esa. 11

AB *Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te. Dicam Aquiloni: Ducito semen tuũ. & Aphrico: Ne prohibeto, adducito filios meos è terrâ longinquâ, & filias meas ab extremis terræ, quotquot appellantur nomine meo.*] Apparuit his qui in terra erant, forma nostra, id est, factus homo, unigena Dei sermo, ut Græcos & Iudæos per multas ac uarias offensiones detrusos in apostasiam ac defectionem, ab omni inquam, conditore, ad ueram & incontaminatam Dei cognitionem attraheret, & in unionẽ spiritualem, per fidem & sanctificationem perpulchrè consummatam congregaret, & deinceps coniunctione cum ipso dignos efficeret, & ita per seipsum Deo ac patri cõiungeret. Nam Christum hac de causa hominem factum esse, ex sacrosanctis Euangelij literis, perspicere non est difficile. Reuixit enim mirabiliter & supra omniũ opinionem Lazarus, è mortuis. Multitudo autem Iudæorũ impiorum, & Pharisæorum inuisa Deo officina ac sentina, coacto concilio, dicebant: Quid agimus? nam hic homo multa signa edit. Si eum sic sinimus, uenient Romani, & tollent gentem nostram & locum. Tum eorum quidam, Caiphas, dixit eis: Vos nihil scitis, neq; cogitatis: conducibilius esse nobis, unum hominem mori pro populo, quàm totam gentem perire. Quibus mox subnectit diuinus Euangelista: Hæc autẽ ex semetipso nõ dixit, sed q̃ esset eius anni pontifex, prophetauit Iesum moriturũ esse pro gente, nec solùm pro gente, sed etiã ut filios Dei dispersos in unũ congregaret. Nam quantũ ad primã hominis creationẽ, & ad consilium eius qui produxit, attinet, omnes eius filij erant. Sed, uti dixi, satanas omnes dissipauit, & in uaria peccata præcipitauit, & à coniunctione quæ cũ illo erat abstraxit, in errorem adductos. Verùm reduxit simul omnes Christus. Venit enim quæsitum id quod perierat. Hoc uerbis hisce etiam significatur. Pollicetur enim synagogæ seu Ecclesiæ ex Gentibus & Iudæis coactæ, se omnes ab Oriente ad Occidentem, & ab Aquilone ac Africo, id est, Austro collecturum, ut inde omne clima ac plagam mundi intelligas. Oriens enim & Occasus, Aquilo & Auster, id omninò nobis subindicãt. Cum dicit enim Aquiloni, Ducito, & Africo, Ne prohibito: dat intelligere, se non permittere, ut feri & mali spiritus, ad se uenientibus resistant intelligibiter: quemadmodum & olim sceleratus satanas, cum suis propugnatoribus, ceu tyrannus quidam sæuus & superbus, in terræ incolas grassatus est, non permittens eos intueri ueritatem, uel ad Deum per conuersionem accedere. Sed & hoc per Christum abolitũ est, qui complanat uiam salutis, his qui uocati sunt, & omne obstaculum ante pedes iacens, quasi è medio tollendum curat. Cùm nominat filios & filias, qui à quatuor plagis currunt, aduentus Christi tempus manifestat, quo data est terræ incolis, adoptionis gratia, per sanctificationem in spiritu. Non esse autem unius Gentis, sed communem & unam omnium uocationẽ, subindicauit, cùm dixit: Quotquot uocati sunt nomine meo. Nominamur enim Christiani, seu populus Dei. Sic enim & Petrus, missa epistola ad eos qui uocati sunt per fidem, inquit: Vos autem estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitus, ut uirtutes prædicetis eius, qui è tenebris uos ad suam lucem admirabilem uocauit: qui quondam non populus, nunc autem populus in Domino.

1. Pet. 2

NAM *in gloria mea creaui eum, & formaui & feci eum. Et eduxi populum cæcum, & oculi eorum similiter cæci, & surdas aures habent. Omnes gentes congregatæ sunt simul, & congregabuntur principes ex illis.*] Omnia facta sunt in Christo noua. Quod confirmabit sanctissimus Paulus, scribens: Quare si quis in Christo sit, noua creatura est. Vetera præterierunt. Scribit etiã uocatis ad nouitatem, scilicet spiritualem: Et ne conformemini seculo huic. Sed transformemini in renouatione mentis uestræ, ut probetis uos, quę sit uoluntas Dei, bona & perfecta & placita. Renouati sumus enim in Christo per sanctificationem, regressi ad antiquã naturæ pulchritudinẽ,

Ephes. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca



quæ est uidelicet ad imaginem eius qui cõdidit, per ipsum & in ipso: & ad nouitatẽ uitę, & quasi elementis quibusdã erudimur, peccato & omni uitiositate inueterata abiecta, & ueterẽ omnẽ hominem corruptũ cupiditatibus erroris exuimus, & nouũ hominẽ renouatũ ad imaginẽ eius, qui ipsum cõdidit induimus. Cæterùm in Christo facta est reformatio, & quæ dicitur, noua creatura: quã nõ ex semine corrupto habuimus, sed ex sermone Dei uiuentis & manentis. Hunc ergo populum à quatuor orbis tractibus collectũ, uocatumq; nomine meo, non alius quispiam, sed ego in gloria mea creaui, & formaui, & feci. Gloriam aũt Dei & patris, licet filiũ dicere. per ipsum em & in ipso glorioſẽ extollitur, iuxta illud: Ego te glorificaui in terra, quod ab ipso diſertè est dictũ. Formatos enim, ut dixi, per ipsum fuisse, qui in illum credidimus, inde certiores reddimur, q; ipsi conformes sint, & diuinæ naturæ pulchritudinẽ animis suis illucescentẽ habeant. Simile quiddã dixit & diuinus Psalmista: Annunciabit Dño ætas uentura, & populus qui creabit laudabit Dominum. Cumq; adjecit his, Populum eduxi cęcũ: potentiæ suæ præstantiã, quæ nulla oratione explicari potest, & uerè admirabilẽ, ostendit perspicuè. Olim enim, quorum mens & cor diabolicæ peruersitatis caligine & errore circunfusum erat, hos illustres effecit & irradiatos, quasi lucifer qspiã, & sol iusticię illis exoriens, & filios reddẽs nõ iam noctis tenebrarũ, sed lucis potius & diei, iuxta sapientissimi Pauli uocẽ. Quòd igitur populum cæcum eduxerit, nemini mortaliũ obscurum est. Sed perinde quasi huic orationi occurreret quispiam & diceret: Etiamnũ uidere est oculos eorũ cæcos, & aures surdas habent: apologiam instituit atq; inquit: Omnes Gentes cõgregatæ sunt unà, & congregabuntur principes ex illis. O uos, prophetiæ sermones solùm accipite, nondum rerũ tempus instat: atqui prorsus ac omnino congregabuntur suo tempore oẽs Gentes. Nam congregatæ sunt, dicit, pro congregabuntur, ut scriptura diuinitùs inspirata, loqui consueuit. Nam quæ prorsus ac penitus futura sunt, interdum quasi iam facta essent, ponit. Dictum est scilicet, uelut in persona Christi, uoce Hesaiæ: Tergum meũ uerberibus exposui, pro, exponã. Et per Psalten: Diuiserunt uestimenta mea sibi, & super uestem meam miserunt sortem. Quod factum est aduentus tempore. Itaq; cõgregabuntur, inquit, omnes Gentes, nec id solùm, uerùm & erunt ex illis principes, id est, populi duces & mysteriorũ antistites, & qui olim errauerũt, & in profundis tenebris iacuerunt, diuinã lucem his, qui mysteriis initiati sunt per ipsos, præferẽt. Cuiusmodi est quod de Gentiũ Ecclesia dixit Psalmographus: Vt caligo eius, sic lux eius. Quẽadmodũ enim in tenebris immensis ac profundis uersati sunt, tempore erroris: sic iterũ eximiè resplenduit, & supra naturã candida facta est & illustris. Verum est enim quod dixit Paulus diui-
Rom.5 nus: Vbi abundauit peccatũ, redundauit gratia.

A QVIS *annunciabit hæc? aut quæ à principio sunt, renunciabit nobis? Adducant testes suos, & iusti reddantur, & dicant uera, & audiant.*] Cùm semel gentiũ, uel eorũ qui uocati sunt per fidem ad agnitionẽ ueritatis mentionem fecerit: contexit quandam uiam & rationẽ mystagogię, qua non parum suggillat errorẽ dæmoniorũ, & idolorum effictionẽ omnino nihil esse declarat. Nam scire omnia, & quæ ab initio sunt usq; ad finem: soli ei qui secundum naturam Deus est cõpetit. Omnis enim ab illo est cognitio, & omnis fons est scientiæ. & in illo omnes sunt thesauri sapientiæ & scientię absconditi. secundum id quod scriptũ est. Si quis posterorũ futurus sit scientia præditus, ex ipsius reuelatione uidetur hoc doni accepisse. Pergit itaq; porrò, ut
B dixi, cũ Ethnicis agere, & inquit: Omnia uobis quæ sunt futura, & q; uocandi sitis tempore suo, ad agnitionem ueritatis, adnunciaui ego & dixi: At quis alius hæc uobis annunciabit? aut dixisse uisus est? Adducant testes suos, & iusti reddant, & dicãt uera, & audiant Ego enim, inquit, loquutus sum per prophetas. Proclamaui antè per sanctos prophetas, quæ successu temporũ euentura erant, & testes habeo, me præuidisse futura, eos, qui ministerio, meo iussu, functi sunt. At qui testes erũt dæmonibus, aut inanimis idolis, quòd aliquid eiusmodi dixerint? Nam plurimi erãt oratores & poetæ apud Græcos: at eorum nemo prorsus dixit, tanquã à suis diis, hæc illis temporibus suis euentura. Neq; uidere licet quenquã
C Græcorũ sapientum prænunciasse, satanã propter tyrannidẽ, suo tempore, à gloria ei tributa, depellendum: aut q; illustrandus sit fide in Christum orbis terrarũ, & quòd uocandę essent ad agnitionem eius gentes: aut quòd tenebręq; idolatriæ facescerent, & in orbe terrarũ obtineret ueritas. Adducãt ergo testes suos, & ostendãt ac dicãt uera, & si hoc fiat, audiãt eos, id est, obsequantur, & collaudent, q; grex dæmoniorũ, rerũ futurarũ noticia sit ditata. Sed nullus illis testis adest: neq; est rerum futurarũ index. Errauerũt siquidẽ extra controuersiam, qui eos putant deos esse. Sunt enim prophani, & seductores & scurræ.

ESTOTE *mihi testes, & ego testis, dicit Dominus Deus, & puer quẽ elegi, ut sciatis, & credatis, & intelligatis, quia ego sum. Ante me quoq; non fuit alius Deus, & post me non erit.*] Cùm
D dixisset, nihil testimonio suffragaturum impuris dæmonibus, uel operibus manuum hominis, quòd futura sciant: pergit suos prophetas affari, & inquit: Estote mihi testes, loquutus enim sum per uos cognitionem futurorum, meus spiritus in uobis emicuit. Itaq; uos meæ gloriæ & diuinę eminentiæ testes citabo. Testificabor & mihi ipse, & filius quem elegi. Simile huic est, quod Seruatoris nostri uoce dictum est Iudæis: Si ego testimonium fero de meipso, testimoniũ meum uerum est, quia scio unde sum, & quò uado. Et rursus: Ego testimonium fero de meipso, & testimonium fert de me, qui misit me pater. Digna est ergo fide Dei uox, quæcunque uelit de sua gloria & excellentia dicere. Sequitur autem

secundo



secundo loco, sanctorum uirorum suffragium &
A cognitio, quæ ei reddit, quæcunque naturę, omnes naturas superanti, conueniunt. Propterea cùm testes sanctos assumpsisset, prophetas, ulterius pergit, & ad id quod extra cõtrouersiam est minimeq; uanum, ad seipsum, inquam, & ad proprium filium. Sufficit enim, ut dixi, ad fidem cor-
Vox Dei sufficit. datis hominibus, Vox Dei. Hinc loquutus sum, inquit, uobis, non frustra, sed ut sciatis, & credatis, & cognoscatis, quòd ego sum. Per cognitionem enim fides est, & per fidem cognitio. Nisi enim, inquit, crediderit is, non intelligetis. Credite autem, ante me non fuisse alium Deum, & post me non futurum. Neque enim erat præter ipsum Deus alius, sed ipse omnium principium, & supra omnem mentem. Et post illum non erit.
B Manet enim idem, & naturam habet inuariabilem, & prærogatiuam in omnes inuiolabilem, regnumq; perpetuum. Nam qui principium essentiæ non habet, ad quem finem procurreret?

EGO *Deus, & non est præter me qui seruet. Annunciaui & seruaui, & exprobaui, & non erat in uobis alienus. Vos mihi testes: & ego testis, dicit Dominus Deus ab initio, & non est qui de manibus meis eruat. Faciam, & quis auertet?*] Testes estote, inquit, quòd ego solus uniuersorum Deus, nec fuit quisquã præter me, nec post me futurus est. Solus enim sum ego qui seruo, & hoc uobis iam olim prænunciaui. Et quod dictum est, ad finem perduxi. Seruaui em in Christo, exprobraui, & non erat in uobis alienus. Oblíti enim erant ad
C tempus Israelitæ sacrosanctorum uaticiniorum, quæ, inquam, per sapientissimũ Mosen sunt prodita: & uoluptatis amantiores erant, quàm Dei. Deinde ocij sui pœnas dantes, interdum, hostib. ipsos inuadentibus, periclitati sunt. Verùm afflictionis tempore, eius qui semper seruat, conati sunt auxilium implorare. Hoc, inquit, illis expro-
Hier.2 brauí uoce Hieremiæ, dicens: Et tempore malorum suorum dicent: Surge, & serua nos. Et ubi sunt dij tui? quos fecisti tibi ipsi? Surgéntne & seruabunt te, tempore afflictionis tuæ? Itaq; exprobraui sæpe uobis, qui estis ex sanguine Israel. Et usu didicistis & experientia, non fuisse inter uos
Deus Seruator. Matt.10 Deum, alienum uidelicet. Seruauit enim uos eorum nullus. Sum igitur solus ego seruator. Quare testificamini, & ego testis mihi ipsi ero, dicit
D Dominus Deus. Nimirum iuxta illud: Quisquis ergo confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego illum coram patre meo qui est in cœlis. Testificamini igitur, quòd ego sim ab initio, id est, quòd ego futura prænunciẽ, ab initio hucusque, & seruare queam citra pulueren, eos qui meam familiaritatem & consortium sitiunt. Et ita seruo, ut nemo unquã possit è manibus meis eripere, quem semel antè cepi & occupaui. Non est enim, inquit, qui de manib. meis eruat. Feci, & quis auertet illud? Effeci enim, inquit, uocationem Gentium, & seruaui errantes. Et quisnam hoc mutabit? aut trãsferet, ut ita se non habeat? Nam quòd nemo rapiet è Dei manibus eos, qui ab ipso seruati sunt, confirmabit ipse Seruator,
dicens: Oues meæ uocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego do illis uitam æternam, nec peribũt in æternum, nec quisquam rapiet eas de manu mea. Pater meus, qui dedit mihi, omnium maximus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. Id planè est, quod scriptum est: Non est qui ex manibus meis eruat. Ioan.10

SIC *dicit Dominus Deus, qui redimit uos, sanctus Israel. Propter uos mittam in Babylonem, & suscitabo cunctos fugientes. Et Chaldæi nauibus uincẽtur.*] Cùm ex illis quæ modo dicta sunt, haud eneruẽ exhortationem contexuisset, ad eos qui ex Gẽtibus uocati erant ad ipsius agnitionem, & declarasset, solùm habere se omnium, & quæ ante initium fiunt, & in medio & in fine, noticiam: nec esse omnino alium quenquam, qui seruare posset, & firmam ac solidam in illis per hæc fidem constabilire: transfert orationem ad sanguine Israelítico oriundos, & persuadere nititur, se omnipotentem esse, & miraculorum effectorem, rerúmque naturas suo nutui cedere, & ipsa mundi elementa subsertire, ac quícquid ipse uelit, hoc omnino perfici, nulla re impediente. Etenim opus, peropus inquam erat Israelítis maxima illuminatione, & hortatibus & admonitis, quæ stabilem constantémque ipsorum mentem redderent. Cæterùm cùm dilaberentur ad quæ fas non erat, & ad alios deos declinarent, idolis & militiæ cœli sacrificarent, sicuti scriptum est: instituit igitur illis prædictionem futurorum, & Babyloniorum calamitates
C artificiosissimè antè detegit: ipsos quidem fore apud eos captiuos præsignificans: illos tamen propter ipsos passuros indignissima, ut dixi, prémonstrans. Et quia de rebus maximis ad eos habetur oratio, necessariò potentiæ suæ incomparabilem gloriam, & fortitudinis eminentiam ostendit, inquiens: Sic dicit Dominus Deus, qui redemit uos, sanctus Israelis. Vt enim uetera facta, in liberatione, inquam, Ægyptiaca illis reuocaret in memoriam, quando magnam miracu lorum ac ostentorum multitudo ipsius gloriæ testis erat, propterea se Dominum Deum nominauit, & Redemptorem esse confirmauit. Atque hæc quidem hactenus. Quid est autem illud futurum? Propter uos mittam in Babylonem. Cepit enim Babylonius captiuũ Israelem, & de patria sede deturbauit, imò potius uniuersam ludæorum regionem unà cum celebratissimo templo incendit, & ad montes Persarum ac Medorum transtulit. Cumq; eò decidissent miseriæ, septuagesimo anno exacto, miserit est eorũ Deus, & contra Chaldęos excitat Cyrum Cambysis filium, Persis & Medis suppetias ferentibus: qui ui Chaldęorum & Babyloniorum terram occuparunt, etiamsi eos antè metuissent, & tyrannicam eorum manum exhorruissent. Habet uerò sic traditio: Cyrum magnates quosdam in ea cepisse, dein ferro uinxisse, & per Caspiũ mare, in los inaccessos & inhabitabiles ablegasse. Suscitatus est autem contra Babylonios Cyrus, Deo incitante, & ei ut posset superare, concedente.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Hes. 45. Nam ait ei uoce Hesaiæ: Sic ait Dominus uncto A rum secundum carnem quos diximus, crundus.
meo Cyro, cuius dexteram apprehendi, ut subijciantur ei gentes. Et iterum: Ego ante te ibo, & montes complanabo, portas æneas conteram, & uectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros tenebrosos, absconditos, qui non uidentur, aperiam tibi. Nam quandoquidem Babylonij acri & impotenti ira contra Israelitas concitati, Deum offenderant: ideo & ipsi dediti sunt Persis & Medis, qui erga illos quoque intoleranda uisi sunt inhumanitate. Dictum est scilicet Babyloni à quodam è sanctis prophetis: Quemadmodũ fecisti, sic erit tibi: retributio tua retribuetur in caput tuum. Vestra igitur causa, inquit, ô Israel, mittam in Babylonem. At quem mittam? Annon sanè celebrem illum Cyrum eiúsque co B Deo patre, cùm illuxisset, unigenitus: exinaniuit
piasi? Illud, Mittam, significat, legabo aut emittam. Excitabo quoque in eos, qui olim fugerant, & cesserant illis, & uelut bellatores ac fortiores metuerãt. Et Chaldæi manibus uincientur. Nam, ut suprà dixi, & ipsi transportati sunt in remota & inaccessa loca, transmisso mari quod Caspium dicitur. Sciendum etiam, aliam circumferri scripturam Chaldæi enim, inquit, non in πλοίοις, id est, nauibus, sed in κλοιοῖς, hoc est, torquibus seu ligaminibus uincientur. Seruauit autem etiam intelligibiliter omnes terræ incolas, uniuersorum Seruator & Dominus, cateruis dæmonum profligatis & deletis, & inuicta sua & supernaturali potentia, hoc est, Christo, contra eos excitato. Sic enim nos captiuos redemit, & seruientes ueluti eorum uoluntatibus, liberos effecit, & ueluti è barbara terra ereptos, in terram intelligentia ac mente perceptam Iudææam, quæ est Ecclesia, adduxit, quam ipse sibi acquisiuit, ab omni labe & contaminationibus liberauit, & sanctam ac immaculatam reddidit.

EGO *Deus uester sanctus, qui ostendi Israel regem uestrum.*] Magna & eximia quæ sunt, sæpe, cùm fore prænunciantur, parum creditur. Idcirco, & sanè meritò, uniuersorum Deus, cùm tale quippiam promittat, ad fidem faciendam auditoribus, suam gloriam manifestam facit & perspicuam, & se Dominum uniuersorũ ac Deum nominat. Quid illi qui eam naturam habet, & tantam gloriam, poterit resistere? Quando igitur uobis prænuncio aliquid, inquit, non sum è numero falsò nuncupatorum deorũ, qui planè nihil sunt, nec quicquam seu paruum seu magnum efficere poterunt: at sum Dominus Deus, inter uos sanctus, id est, augustus, & præ aliis omnibus eximius, & inuictus, & inexpugnabilis, quicquid uel nutu uolo efficere. Et sum, qui ostendi Israel regem uestrum: hoc dupliciter intelligendum. Vel enim illic, inquit, ego sum, qui ostendi meipsum regem uestrum multis signis, & fortitudine & potentia, quæ uerbis exprimi non potest: uel aliud quiddam significari hîc credendum est: Israelem scilicet & Iacobum dici in diuinis literis, Dominum nostrum Iesum Christum, quemadmodum uidelicet & Dauid: ex eo quòd sit ex semine ho-

Sum igitur, inquit, qui olim regem uestrum ortum ex Iacobi & Israelis sanguine. Optimam dispositionem habet oratio. Nam postquam mentionẽ fecisset liberationis particularis, reductus est enim, ut dixi, Israel ex Babylone in Iudæã: ad incomparabiliter maiora extendit promissionẽ, & cõmemorat liberationem quæ per Christum futura est, non particularem iam, aut quæ uelut unius sit gentis, ut olim, sed quæ latius pateat, & quæ uniuersum orbem terrarum peruadat. Christi autem mysterium admirabile esse, propter dispensationis eminentiam, & erga nos placabilitatis magnitudinẽ, nemo eorum qui illud semel nouit, est qui ambigat. Deus enim natura, & ex
se, formamq; serui sumpsit, ut à diaboli tyrannide liberaret eos qui ei subiacebãt, suisq; sceptris subiiceret. Itaq; hoc quidem loco meminit hæc oratio, quasi particularis redemptionis quæ futura esset suo tempore, quæ solis Iudaico sanguine ortis data est, & etiam communissimæ in uniuersum, per Christum scilicet, per quã seruauit Deus & Pater totum orbem habitabilem.

SIC *dicit Dominus, qui dat in mari uiam, & in aqua uehementi semitam, qui educit currus & equum, & multitudinẽ robustam. Sed dormierũt, & non resurgent, extincti sunt ut linum extinctũ.*] Bona & utilia, etsi dicantur sæpe à Deo & hominibus: tamen molesta sapientibus nullo modo sunt ad salutem necessaria. Hinc Paulus sapien- Phil. 3
tissimus, scribit quibusdam per epistolã: Eadem C *λέγειν
*dicere uobis, mihi quidem non graue est, uobis autem tutum. Quoniam enim humana mens, insigni quadam socordia corrumpitur, ita ut quandoq; in oblíuionem ueniat eorum quæ à Deo unicuiq; data sunt: idcirco diuina oratio subinde eorum memoriam nobis refricat, nec sinit frigere socordia, sed pietatis amore, & studio omniũ bonorũ redaccendit. Ergo cùm redemptus fuisset Israel plurimis ac incredibilibus beneficijs ei præstitis, deinde uerò eorũ oblíti, auersi fuissent ad defectionẽ, & ad eos declinauissent qui dij nõ erant: necessariò Deus redigit illis in memoriam suam potentiam, dicens, dedisse se uiam in mari, & in aqua uehementi semitam. Transmiserũt eñ
D medium mare, cùm è regione Ægyptiorũ prosiciscerentur, & pedibus Iordanem traiecerunt. Et hanc esse dicimus in aqua uehementi semitam. Psal. 113
Quæ admiratus diuinus Dauid psallit: Quid est tibi mare, quòd fugisti? Et tu Iordanis, quòd conuersus es retrorsum? Et iterum de Deo: Conuertens mare in aridam, per fluuium transibũt pede. Itaq; dedit in mari uiam, & in aqua uehementi semitam, & currus & equum & multitudinẽ fortẽ eduxit. Pharao eñ persequtus est Israelitico sanguine ortos, curribus & equis usus, & terrifica manu subsidiariorũ militum: atqui nullo modo iniuriam fecit redemptis. Dormierunt enim, & non resurgent, inquit, sed extinguẽtur, ut linum extinctum. Nam præfocati sunt aquis, & simul cum equis perierũt, & ut linum quod facile com



buritur, ira diuina consumpti sunt, & extincti si- A
ne labore, id est, in nihilum abierunt, & ueluti in cineres redacti sunt. Linum enim igne facilè consumitur, & statim antequã manum uerteris, extinguitur, & flammam parit tenuissimam. Si quis dicat: Cùm princeps terræ Ægyptiacę, sua sponte, in Israelem incursionem faciat, quomodo ipse uniuersorum Deus, equos & currus & exercitum eius dicitur educere? Respõdemus, dictum esse
Exod. 9 Pharaoni, ab uniuersorum dominatore Deo: In hoc ipsum excitaui te, ut ostenderem in te potentiam meam, & ut annuncietur nomen meum in uniuersa terra. Atq; hoc quidem sit historicè. Dicimus autẽ, qui rectè uitam instituere cupiunt, & seruitutem diaboli effugere, & à terrenis studijs
recedere, ac qui uolunt quasi subducere se ab om- B
ni impuritate, eos malignã persequi, sed Deum supra opinionem mirabiliter seruare, & inexplicabili potentia, per huius uitæ fluctuationẽ commodũ transitũ & quasi permeabilẽ illis reddere, nec sinere eos huius uitæ curis immergi, sed efficere, ut carnalib. quasi fluctibus superiores euadant, ac ueluti mare quoddam, sic tentationes uitæ incidentes trãquillare ac sedare, ut cùm in hac terra sunt tanquam in deserto, id est, in conditione nec pura nec quieta, panem cœlestem edere, & aquam de petra bibere ualeant, id est, Christi participes esse, & transire Iordanem, sicq; in terram promissionis perduci. Ita spiritualis omnino quod dico, intelliget.

NE *meminerítis priorum, & antiqua ne colligatis. Ecce facio* C
*noua, quæ exorientur, & cognoscetis ea, et faciam in deserto uiam, & in loco ubi aqua non est, flumina. Laudabunt me bestiæ agri: sirenes & filiæ struthionum, quòd dederim in deserto aquam, & flumina in loco aquis carente, ut potum dem generi meo electo, populoq; quem acquisiui, ut uirtutes meas narret.*] Quandoquidem in paulò superioribus particularem redemptionem Israelitis futuram cognoscendam proposuit, & rerum narrationem ad incomparabiliter maiora prouehens, salutis per Christum fecit mentionem, dicẽs, se ostendisse regem nostrum Israelem, siue ortum sanguine Israelis: sic & hic cùm opportunè commemorasset mare rubrum, & undas Iordanis, & transitum Israelitarum: de integro ad Christi mysteriũ reuertit. Propterea
Isa. 43 inquit: Ne memineritis priorum, & antiqua ne D
reputetis. Illatio enim rerum incõparabiliter eminentium, interdum dat obliuioni id quod est minus: & res illustres, ea quę ex natura sua ita nõ sunt, hebetãt quodammodo & obscurant, etiam si priora sint tempore. Tale quiddam etiam Paulus sapientissimus tradit: Nunc cognoscimus ex parte: quando uerò uenerit quod est perfectum, quod ex parte est, abolebitur. Magna enim sunt, & maiora quàm quę ulla oratione explicari queant, quę sunt à Deo per Moysen sapientissimum exhibita: sed excellunt & antestant, quæ fortitudine & præstantia Seruatoris nostri sunt præstita. Per illum enim & ab illo, Gentiũ multitudo per uniuersum orbem habitabilem seruata est. Propterea iubet tantùm non obliuiscí priorum, & in illis potius, quæ incomparabiliter eminent, & illustrem habent gloriã, mentem defigere. Faciam ergo, inquit, in deserto uiam. Intelligitur hîc desertum, arida quondam & infructuosa, & uelut parens spinarum, multitudo Gentium, eo quòd sit in ea nullus omnino pius, & probatus, & qui certò nouit bene agere. Nam sicuti Psaltes ait: Psal. 13
Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: nec erat in illis qui exerceret bonitatem, ne unus quidẽ. In hoc igitur deserto apparuit uia, quę gradientes illac, ad Dei cognitionem ueram, ad sanctam & puram uitam, ad omnem omniũ rerum bonarum scientiam deducit. Hanc uitam esse dicimus, uel diuinam & Euãgelicam & salutarem prædicationem: uel fortè ipsummet Christũ. Au
Ioan. 14 diuimus enim ipsum luculenter dicentem: Ego sum uia. Nec solùm in deserto uia fuit, sed ostensi sunt & fluuij, qui undis intelligibilibus & animo utilibus, eos qui in eo fuerunt, poterant inebriare. Quos dicimus esse, Euangelicorum & Apostolicorũ uaticiniorũ ministros: quorũ meminit
Psal. 19 etiã diuinus Dauid, inquiẽs: Extulerunt flumina uoces suas. Vt enim iterũ idem dicit: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrarum uerba eorum. Præter fluuios iam commoratos, intelligi etiam possunt hi, qui populi ductores fuerunt, & qui rectè & inculpatè mysteria tradere norant, & qui pietatis sermonibus irrigare accedentes ad Christum per fidem potuerunt. Aquis carentem nominat Gentium multi- C
tudinem. Non enim apud eos erant doctores ueritatis, & qui salutares undas haberent: nam iuxta beati Pauli uocem: Cùm profiterẽtur se esse Rom. 1
sapientes, stulti facti sunt, & mutauerũt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudine imaginis corruptibilis hominis, & uolatiliũ, & quadrupedũ, & serpentium. Monstrata ergo, inquit, aqua, in deserto, & loco aquis carente, flumina capiente: laudabũt me bestiæ agri, sirenes, & filiæ struthionum, quòd dederim in deserto aquam, & flumina in terra aquis carente, ut dem potum generi meo electo, populo meo quem acquisiui, ut uirtutes meas narret. Bestiæ agri denotare uidentur, homines præ insigni inscitia efferatos quodammodo, & uiuentes more agresti. Vixerunt autem sic Gentes. Sirenas, et filias struthionum dicit eos, qui apud illos ornatè loqui norunt, et qui dictionem pulchrè expoliuerunt. Solet diuinitùs inspirata scriptura, sirenas uocare, struthiones loquacissimos, et qui melodicum quiddam et numerosum solebant resonare. Eiusmodi erant Græcorum superstitionis doctores, et poetæ, et oratores. Inest enim illis suauitas, et ornatus, quantum ad orationem attinet, nihil uerò docent necessarium. Sed hi, inquit, omnes celebrabunt me, ut qui dederim aquam intelligibilem, et in loco qui caret aquis, flumina ostenderim. Vt potum dem generi meo electo. Quod nam illud est? Annon prorsus illi, quos etiam sapientissimus Petrus affatus est? inquiens: Vos genus electum, 1. Pet. 2
regium

Universidad de Deusto
Biblioteca



regium sacerdotium, gens sancta, populus acquisitus, ut uirtutes annuncietis eius, qui è tenebris uos ad lucem suam admirabilem uocauit, qui quondam non populus, nunc autem populus in Domino. A

NON iam uocaui te Iacob, nec laborare te feci Israel. *Non obtulisti mihi oues holocausti tui. Neque in sacrificiis tuis prædicasti me, nec seruiuisti in hostijs tuis. Neque laborem fecisti in thure, nec emisti mihi argento thymiama, nec adipem hostiarum tuarum concupiui. Sed in peccatis tuis & in iniustijs tuis defendi te.*] In his quæ iam excussa antè sunt uel prælecta, fœderis in Christo, & eius charismatum prædictionem posuit. Dixit enim se in deserto facturum uiam, & in loco siticuloso, flumina, hac de causa se ab omnibus agri hostijs prædicatum iri: ac doxologia & prædicatio hæc intelligi potest, genus quoddam hostiæ intelligibilis, & fructus noui & in Christo fœderis. In his autem quæ proposita sunt, fidem conatur facere Israeli, se ex Ægypto liberatum esse, & seruituti inibi uindicatum, adeoq; grauibus ereptum laboribus: non ut ei uitulos offerat, & per sanguinem & fumos, sibi aditum patefaciat. Reiectamenta enim sunt hæc apud Deum, & umbra magis sunt, quàm ueritas. Itaq; dicit: Non iam uocaui te Iacob. Illud, Iam, accipiendum est, pro, Non quando sacrificas. pura, non cùm boues offers, & pecora mactas, uocauí te: ne forte putes, te liberationem habuisse uelut quoddam oblationis præmium: sed cùm in peccatis uersareris, & inquinamentis esses implicitus, (nam Ægyptiorũ dijs seruiebas) tũ misericordia te & amore dignatus sum. Ergo donum est placabilitatis, & humanitatis fructus, hæc gratia, & uelut de improuiso liberatio. Nihil enim inquit, ad me holocausti tui oues, nec in hostijs tuis me laudasti. Nam quod planè nõ est acceptũ aut gratum, sed frustra oblatum est, quî hoc ad meam cedet gloriam? Sed neque seruiebas in hostijs tuis. Nam quí boni quippiam, inquit, exercet, & quæ uirtutis sunt insignia, præstat, qui meo nutui ceruicem supponit, & sacrosancta uaticinia exequitur, hic dici potest seruisse Deo qui est super omnia. At qui thure sanctũ tabernaculũ fumat, & boues offert uel oues: quare præclarè gesta, ueram ac germanam gloriam referet? Hic planè nihil, quod sit mihi uoluptati, fecit. Non est ergo seruire, sacrificare, sed teneram ac quasi tractabilem ceruicem eius uoluntati uelle submittere. Nam quantum ad id attinet quod mihi placet, non laborem tibi aut negocium exhibui, in thure. Nec emisti mihi thymiama argento. Sed nec adipem hostiarum tuarum concupiui. Simile huic est, quod per alium propheram dictum est illis: Solida sacrificia uestra seu holocautomata cum hostijs uestris colligite, & edite carnes. Quia non locutus sum patribus uestris, de solidis sacrificijs, & hostijs, die illa, qua eduxit eos è terra Ægypti. Dixit autem & alibi iterum idem propheta Hieremias: Quid mihi thus de Saba affertis, & cinanomum de terra longinqua? Holocausta uestra non sunt accepta, & uictimæ uestræ non placuerunt mihi. Quin & uoce Psalmistæ annunciatur: Non accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos. Et declarat abiectum esse planè umbratilem cultum, dum eos abducit à typis, & ad iustificationem per Christum adducit, docétque Euangelicæ conuersationis curam suscipiẽdam esse: per quam solam fit, ut possint Deo pulchrè placere, & uerè irreprehensibilem ac syncerum cultum, spiritualem uidelicet, retinere. Deus etenim, inquit, est spiritus, & qui adorant eum, in spiritu & ueritate adorare oportet.

*Hostia spiritualis.* B

*Verus cultus.* D

Psal. 49

Ioann. 4

EGO *sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas, nec meminero. Tu autem memento, & iudicemur. Dic tu iniquitates tuas prior, ut iustificeris.*] Rursus mihi specta, Deum uirtuti legalis cultus, facultatem liberandi ab insita ipsorum impuritate, non tribuisse. Nec enim fieri potest, ut sanguis taurorũ & hircorum peccata auferat, & in his, umbra legis est inutilis. Etenim ex lege nemo iustificatur, iuxta diuini Pauli uocem. Scribit enim in epistola de se & alijs Apostolis seu credentib. ex circuncisione: Nos, inquit, natura ludæi, non ex Gentibus peccatores, scientes, non iustum fieri hominem operibus legis, sed fide Iesu Christi: nos quoq;, inquam, in Iesum Christum credidimus, ut per illum iustum iusti fieremus. Ne itaq; putes, inquit, te unquam posse, uictimis & fumis, liberum te à uitiositatis crimine efficere. At scito potius, quòd ego sim, qui deleo iniquitates tuas, & non meminero. Iusti enim efficimur, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed ex misericordia eius, qui obliuisci uoluit nostrorum delictorum. Hoc enim solum etiam seruat terræ incolas, qui mẽtem infirmã habent, & ad omnia quæ in lege accusantur, facilè sequacem. Admodum enim, inquit, procliuis est mens hominis ab adolescentia, ad mala. Hinc iustissima de causa diuinus Dauid humanorũ lapsuum meminit, iniquiens: Si iniquitates obseruaueris Domine, quis subsistet? Quia apud te propitiatio est. Misericordiam igitur capit Deus uniuersorum, & auspicato nutu, & diuina obliuione usus, à culpa liberat & offensis, eos, qui deprehensi & conuicti sunt. Verùm non finit misericordiã consequutos, miserentis gratiam scire ipsos. Et perutile hoc ac sanctis curæ fuisse inueniemus. Psallit enim & inquit beatus Dauid aliàs: Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Et rursus aliàs: Iniquitatẽ meam ego annunciabo, & de peccato meo solicitus ero. Ego itaq;, inquit, obliuiscar delictorũ. Tu ipse memento, & iudicemur. Confitere tu, & scito fore certam obliuionem. Scriptum est enim: Iustus sui ipsius iustificator est in principio sermonis. Et iterum: Ne pudeat confiteri peccata tua. Non hoc præceptum seruauit superciliosus pharisæus, quẽ in Euangelicis Parabolis proponit Seruator precantem in synagoga, morbo ignorantiæ & uani tumoris multum laborãtem, ac dicentem: Gratias tibi ago, quòd non sum, quales reliqui hominũ, rapaces, iniusti, aut qualis est hic

Sola fides.

Psal. 129

Psal. 50

Prou. 18

Luc. 18



est hic publicanus: Ieiuno bis in sabbato, decimas do omniũ facultatum mearũ. Iste non sustinuit dicere sua peccata. Condemnatus igitur est, ut arrogans, & mendax. Nemo etenim mundus est à sordibus. Et multum labimur omnes. Nouit autem & confessus est sua publicanus. Stabat enim pulsans pectus, ac dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Iustificatus est ergo, cõfessus culpas, & abominationis suæ sordes non celans, ut emundaretur. A

PATRES *uestri primi, & principes uestri iniquè præuaricati sunt in me. Et contaminarunt principes sancta mea. Et dedi ut perderent Iacob, & Israelem in opprobrium.*] Cùm dixisset: Ego sum qui deleo iniquitates tuas, & non meminero: nouit forsitan aliquos his quę dicta sunt occursuros, & quidem dicturos: Si honoraueris Israelem ἀμνησίᾳ, ita ut oblitus fueris peccatorũ, si ei comparata sit summa tranquillitas, si emundatus sit à sordibus, & inquinamenta ueterum delictorum abluerit: quo modo aut quarum culparum pœnas pendit? hostium gladijs confectus, captiuus factus, & patria amissa, & in manu ac sub iugo eorum qui uastarũt? Nam traditus erat bellatoribus uenientibus ex Babylone. Respondet ergo apologia, inquiens: Iudicemur. & ait: ipsos fuisse autores huius, & accersiuisse hæc suis ipsorum capitibus. Patres enim uestri, inquit, & principes uestri iniquè egerunt in me. Nec simpliciter hoc crimini dat maioribus, cùm dicit: Patres uestri. Sed tale quid his uerbis uidetur potius uelle denotare. Nam qui ad ministerium electi erant, & sapientes, & legisperiti, & populum sibi commissum pædagogia erudire solebant: eorum qui iugo subeuant, patres, & principes, & duces appellari poterant. Itaq; cùm hæc absurda & indecora, non à gregaria turba perpetrantur, sed ab his, quorum erat aliorũ scelera corrigere, molestum est, & pœna ineuitabilis, & in posterum debita his qui fecerunt impiè. Ergo, inquit, qui in loco patrum sunt positi, & qui præfuerunt uobis, impij fuerunt in me. Cùm dicit, In me, ostendit hæc quę turpiter & impiè designata sunt, non in unum aliquem nostræ sortis hominem facta esse, sed cõtra ipsam maiestatẽ Dei, qui est supra omnia. Puta, cùm proximũ quis iniuria affecerit, uel auaritia, & insolentia, aut alio modo circumueniens: peccat quidem, uerùm in hominem suę naturæ similem, & non in Deum. Quia eius cultum repellit, & dæmoniorum deceptionibus sei ipsum exponit, & adorat illa, contra Deum se opponit, & quantum in ipso est, illum è sedibus diuinitatis depellit, & excutere conatur à prærogatiua & gloria quæ ipsi & soli congruit. Israelitæ diuersis temporibus hoc factitarunt. Nam idolis seruierunt, & cùm sacrosanctis oraculis uale dixissent, duram & superbam in Deum ceruicem uoluerunt erigere. Accusat igitur eos, & ait: Sacerdotes non dixerũt, ubi est Dominus? & profitentes legem non cognouerunt me. Et prophetę impiè agebant in me. Et rursus: Quare loquimini mihi? Omnes uos iniquè egistis, & omnes uos impiè egistis in me, dicit Dominus omnipotens. Polluerunt ergo, inquit, principes uestri sancta mea. Ausi sunt enim non in Hierusalem solùm, dæmonum columnas erigere, sed & in ipso templo diuino, hoc impiè fecisse deprehensi sunt. Dixit igitur uniuersorum Deus de synagoga Iudeorum: Quod flagitium abominabile commisit domus mea? quia dicit, loco Dei fabricatam esse imaginem & effigiem. Contaminantur etiam sancta alio modo, si contẽptui habeantur ab aliquibus, ea quæ in gloriam Dei reuerenter & sanctè fieri iubentur, & si qui diuinarum eius legum transgressionem nihili faciant. Itaq; quia, inquit, patres uestri impij in me fuerunt, & principes sancta mea contaminarunt, ideo dedi hostibus, ut perdant Iacobum, & propter hęc, infamia notaui Israelem. B

Hier. 11

C

D

Hier. 2

## CAP. XLIIII.

NVNC *uerò audi puer mi Iacob, et Israel, quẽ elegi.*] Cùm primatum fecerit mentionem, & crimina optimè explicuerit, ob quę traditus est in interitũ & opprobrium, defector Israel: rursus illis promittit malorum obliuionem, & instaurare uult ac reuocare eos ad perfectam & inculpabilem obedientiam. Nam prętermisso uelut ignorationis tempore, quo legem habens, Deum non amare deprehendebatur: rursus aliud illis tempus præfinit, cùm inquit: Nunc cui simile est: Hodie si uocem eius audieritis, ne obduretis corda uestra. Nam tempore, inquit, iam pręterito grauissimè in te & quidem semper iustè clamatum est. Etenim te ipsum in apostasiã præcipitasti, non mediocriter offendisti, lege quę est pædagogus, repulsa, & conuersus ad quæ nõ erat licitum, & inobedientiæ crimen incurrens. Sed hæc, inquit, missa fiant. Nunc audi, id est, deprime affectum hunc superciliosum, nosce Dominum tuum, obedientiæ iugum subi, cogitans, te meum puerum esse nominatũ. Et selegi te ex omnibus, scilicet gentibus in terra degentibus. Quando enim diuisit Gentes Altissimus, & dispersit filios Adæ, constituit fines gentium, pro numero angelorum Dei: factus est populus Domini portio eius, funiculus hæreditatis eius, Israel. Ruborem incutit itaque, & uelut arguit eos qui præuaricati sunt, & haud parum offenderant, cùm in loco filiorum ei essent, & in numero ac sorte electorum.

# CYRILLI COMMENTARIORVM IN HESAIAM,

*Libri quarti,*

*Oratio secunda.*

SIC *ait Dominus Deus, qui fecit te & qui formauit te de uentre, adhuc habebis auxilium.*] Cùm Israelitas apostasiæ insimulauerit, & quòd à dilectione erga ipsum recesserint, seq; non dijs addixerint,

xerint,nam dixit:Patres uestri & principes uestri A impiè egerunt in me,& polluerunt principes sanctu mea:appositissimè hæc quoque infert:nec enim sinit eos ad desperationem redigi, aut omni in illum spe excidere:sed denuò placabilitatem promittit, & pro consueta humanitate recreat, & ad resipiscentiam reducit. Et subindicat,non in totum se auersatum esse eos qui peccarūt, nec funditus interīsse Israelem, ipso commiserante, & credentibus in ipsum, uiam salutis perpulchrè complanante. Seipsum uerò Dominum ac Deum cùm dicit, facientem & formantem de uentre,subinnuere uidetur,errasse illum, cùm nomē diuinitatis alijs attribuerit, & dominationis gloriam inconsideratè ad non deos transtulerit.

Quòd autem non norit effectorem, & eum qui B non hominem aliquando in terra,produxit ut esset,rursus subinnuit: cùm se formatorem & effectorem esse affirmat, & cùm dicam ingratitudinis uelut scribit illis, qui à charitate erga ipsum resilierunt. Est enim absurdissimum, carnalibus parentibus summos honores à nobis exhiberi, lege diuina etiam hoc præscribente:& uniuersorum conditorem,non multò etiam magis quàm illos, sibi conuenientibus decorari laudibus, ac honorari à nobis submissione & obedientia in omnibus. Cuiusmodi est etiam, quod per quen-
Mal. 2 dam è sanctis prophetis dicit: Filius glorificat patrem,& seruus dominum suum. Et si pater ego sum,ubi est gloria mea? Et si Dominus sum, ubi est timor meus? dicit Dominus omnipotens. C

Similiter enim est,& Dominus, quippe qui uniuersam creaturam sub iugo & seruitute habeat.
Psal. 118 dixit enim illi diuinus Lyricus: Omnia seruiunt tibi. & item pater, utpote formator & fictor, & essentiæ procreator. Itaque uelut ex debito & officio submisso submisse præstanda est,& filijs digna subiectio,& seruis conueniens timor. Quando igitur Deus seipsum formatorem & effectorem esse dicit, mentibus ac cogitationibus subijcit, oportere nos ipsum colere, ut huius essentiæ suppeditatorem, & substantiæ autorem his qui quondam non fuerunt. Cùm autem ait peccatoribus: Adhuc habebis auxilium: in spem ac fiduciam erigit,licet multis & ineuitabilibus culpis sint impliciti, reseruari tū bonitatis & humaD nitatis reliquias, nec quicq̄ obstare, quo minus & illi quoq̄ seruentur: siquidem uelint redire ad meliora,& decentiora,& eius legib. cōsentanea.

NE *timeas, puer mi Iacob, & dilecte Israel, quem elegi, quia ego dabo aquam in siti ambulantibus in loco aquis carente. Ponam spiritum meum super semen tuum, & benedictiones meas super filios tuos. Et orientur ut gramen in medio aquæ, & ut salix iuxta præterfluentem aquam. Hic dicet, Dei sum, & ille clamabit in nomine Iacob. Et alius scribet, Dei sum, in nomine Israel.* ] Videtur his uerbis Israelem & Iacobum nominare, sanctorum Apostolorum chorum,uelut una personam comprehensum. Vnum enim sumus omnes in Christo. Considera enim quomodo eum dilectum & electum esse dicat: etiamsi quodāmodo non sit omnibus manifestū, nec unquam nomi-

nauit eos dilectos & electos, qui fidem in ipsum respuerunt. Verùm quia erant ex sanguine Iacobi & Israelis,uasa honorata,& electa,& uocati ad sacrum Euangelicæ prædicationis opus:putauit oportere illos tam splendidis nominibus coronare,utpote futuros tanquam lumina,in mundo sermonem uitæ circumferētes,& uniuersæ terræ sub sole mystagogos. Ne timeas igitur,ait:id est, uiriliter age,& corroborare, & patienti ac iuuenili animo præditus sis, & persequentium assultus & tumultus deridens,firmam habe in Deo fiduciam. Complures enim sacrosanctis repugnāt prædicationibus, & insurget multitudo impia, nostris sermonibus resistens. Sed,inquit,uince timiditatem,& ignauiam, & parum uirilem mollitiem. Ego enim dabo aquam ambulantibus in loco aquis carente. Est etenim iucundū & salubre, in loco siticuloso eūtibus,in fontes aquarum incidere. Et ter desiderabile ac multò iam magis optabile esse dicimus,languentibus amore pietatis,ut diuinis & intelligibilibus madefiant riuulis,& spiritualibus consolationibus:unde fiat,ut mens humana etsi debilitata aliquātulum,uirilitate ac robore instauretur. Aqua, quā Deus hic promittit suppeditaturum se ambulantibus in loco aquis carente,est Spiritus sanctus. Nimirum Ioann. 7 ipse Seruator dixit: Quemadmodum inquit scriptura:Fluuij de uentre eius fluent aquę uitę. Explicans autem dictorum uim sapientissimus Euangelista, mox adiecit:Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in ipsum. Viuifica enim res est aqua, & plantas ac gramina facit augescere: & quodāmodo imitatur Sancti spiritus energiam:per quem omnia constituntur,& bene sunt,& firmantur, & intelligibilis creatura omnium honorum accessione locupletatur,& uelut assilijt,& ascendit ad spirituale incrementum. Quòd autem Sancti spiritus uiuificam uim & energiam, ac intelligentia perceptā eius consolationem significet, cùm promittit aquam, iter per locum aqua carētem facientibus, id quod sequitur,declarabit. Ponam,enim inquit,spiritum meum super semen tuum,& benedictiones meas super filios tuos. Semen autem & filios sanctorum Apostolorum esse dicimus, eos qui per ipsos uocati sunt ad agnitionem ueritatis,& ad regenerationem spiritualem: quos nō ex semine corrupto regenerāt, sed per uerbū uiuentis & manentis Dei, & per Spiritus sancti energiā. Scribit ergo in epistola diuinus Paulus his qui uocati sunt per ipsum,& ait:Nam etiamsi innumeros pædagogos habetis in Christo,tamē non multos habetis patres. Siquidē in Christo Iesu per Euangeliū,ego uos genui. Semperq̄ inuenimus eum qui crediderunt in illum per ipsos, uocare filios. Ponam itaq̄,inquit, spiritū meum super semen tuū, & benedictiones meas super filios tuos. Benedictiōes aūt sanctis à Deo submi nistratas appellamus,spiritualium donorum uarietatem. Huic enim datus est sermo sapientiæ, alteri sermo scientiæ, & quæ sequuntur. Scribit siquidem



1 Cor. 4 siquidem sapientissimus Paulus: Vnusquisq̄ no A strūm donum proprium habet à Deo. Deinde, quæ nam sit benedictionum utilitas declarauit, cùm adijcit: Exorientur ut gramen in medio aquæ,& ut salix iuxta præterfluentē aquā. Herbæ enim & plantæ, quæ sunt in locis aquis carentibus,lentè omnino crescunt,& cùm creuerint,statim emarcescunt. Sed optimè florent, quæ riuulorum fluxus, & aquarum cursus alluit, qui uitam conseruat:semperq̄ uiret planta salicis,fontibus ac fluminibus semper adnascens. Irrigati ergo, inquit,riuulis sub intelligentiam cadentibus,qui his ditati sunt, confitebuntur, quòd me solùm sciant, & Deum nuncupabunt qui eos uocauit. Cumq̄ ait, Hic dicet,Dei sum,& ille clamabit,& alius scribet: multitudinem ad eum per fidem in Christo currentium denotat. Non enim B uocabitur aliquis unus populus, sed omnis potius quæ sub sole est multitudo Gentium: & omnes confitebuntur, quòd nati sint ex Deo, & ipsum nuncupabunt Seruatorem & Redemptorem, & appellabuntur deinceps nomine Iacob Israelis. Et quòdnam erat nomen Iacobæis? Portio,& funiculus, & sors Dei. Ascendent ergo credentes, & scribent in nomine Iacob,id est, q̄ sint funiculus & sors Dei. Factus est em̄,inquit,populus Dñi sors eius,funiculus hæreditatis eius,Israel. Gloriemur itaque qui credimus, q̄ simus sors Dei,& Christi omniū nostrū Seruatoris portio.

SIC *ait Dominus Deus rex Israel, qui liberauit ipsum, Deus Sabaoth. Ego primus, & ego post hæc, præter me non est Deus. Quis est qualis ego sum? Stet, uocet, & paret mihi, ex quo feci hominem in æternum. Et uentura antequam ueniant, annuncient uobis. Ne abscondamini, & annunciaui uobis.* ] Cognitionis in Christo, cùm ex his quæ iam lecta sunt mentionem fecisset,sermonem ad aliud quippiam necessarium conuertit. Quia enim quo tempore, diuinus propheta Hesaias hosce nobis de istiusmodi rebus composuit sermones, regnabat apud eos Dei hostis,& intolerandis uitijs plena essent omnia. Erat enim cuique Deus & religio,sua libido:necessariam ἀγώνισιν & admonitionem inducit Deus aptissimis argumentis inuolutam:à cultu multorum numinum & uitijs,quæ inde oriuntur, transferens: & per resipiscentiam ad agnitionem ueritatis exhortans, & suæ ipsius gloriæ & incomparabilis potentiæ refricans memo D riam. Hinc ait: Sic dicit Dominus Deus rex Israel,qui liberauit eum, Deus Sabaoth. Scire em̄ uult eos,se Deum esse & Dominum exercituum, & ut uelut ab ebrietate respirantes, uideant se à tyrannide Ægyptiorum, Deo mira operante,& potentiæ suæ,& amplitudinis magnitudinem exerente, fuisse liberatos. Nam quid factum est non mirabile? Quę plaga non est inflicta his qui eos inuaserunt? Nonne inexplicabilis potentiæ ipsius aperta demonstratio esse poterit, mare diuisum esse, aquas tanquam murum, fixas ac firmas constitisse? & fugientes medium transire? Et quæ tandem in deserto extiterunt miracula? Nonne illis panem cœlitus dedit? nonne petrā disrupit in deserto, & illos tanquam in abysso multa,potauit? & nónne aquas perinde quasi flumina deduxit? nónne Iordanis riuulis uelut frenum quoddam apposuit, ita ut pedibus eorum transitum parauerit? Necessariò itaque,non simpliciter his uerbis Dominum sese & Deum appellat,sed adiunxit porrò: Qui liberauit ipsum: in memoriam reducens,ut dixi,incredibiliter ab ipso præstita. Scito igitur, ait: Quòd ego Deus primus, & ego post hæc, & præter me non est Deus. Deus enim est principium uniuersorum, ipse sine principio, & omnia ab ipso ortum habent,ortus autem ipse est & genitus à nemine: sed est qui est,& qui futurus est. Hoc enim est nomen ei,& monumentum æternum,in ęuum sempiternum. Neq̄ ergo ante illum alius erat Deus præter ipsum. Longè autē utilissima est hęc exhortatio his, qui negarunt ipsum, & qui ex insigni imprudentia lapsi sunt in hanc opinionem multorum numinum. Quòd uerò nullus sit ei similis,uel alius ab ipso sit numerandus, ostendit, cùm ait: Quis est sicut ego sum? Quis ergo,apud eos qui à uobis dij existimantur,& imprudenter nominantur,meam adæquat gloriam & potentiam? Ex qua operum magnificentia credidistis eos esse deos? Stet aliquis,si mei similis sit. Paret quis,aliquem qui par sit uel natura,uel fortitudine,uel gloria. Vocent quos lubet,falsò nuncupatos deos, ex quo feci hominem in ęternum. Condidi enim,inquit, cœlos, & innumerabilem sanctorum spirituū gregem, qui adorat & colit me. C ex quo creaui hominem, in terra, & quæ sequuntur, id est, ab omni æternitate ostendat mihi quispiam mei similem. Cùm iterum ait, Ex quo creaui hominem, seipsum declarat esse opificem,falsò autem nuncupatos deos, nihil prorsus esse. Quem ergo cultorum suorum produxerūt in uitam & in essentiam? Verùm ego opifex esse cognoscor,& conditor uniuersorum, & omniū rerum cognitione præditus. Scrutamini hoc ab his qui dij à uobis dicti sunt. Ventura, antequam ueniant, annuncient uobis. Deo enim natura cōuenit, oēm habere & iam præteritorū & futurorū noticiam. Sin nemo reperiatur in falsò nuncupatis dijs, qui hoc sit cōsequutus, eos qui cognitiōe diuina præditi nō sunt, deos nō esse, obscurū nō est. Ne abscondemini. pro, ne tacete, ne dissimulate.

NONNE *ab initio auribus accepistis? & annunciaui uobis?* ] Nam uelut natura Deus, & omnia intelligens, futura,& iam facta,prænunciaui uobis, per prophetas sanctos, per sapientissimū Moysem. Christi enim mysterium reuelaui, nec erat quicquam, cuius cognitionē par erat uobis patefieri, quod non fuerit à me prænunciatum. Itaq̄ illi qui Deo nihil dignum habuerunt, dij non sunt. Ego uerò sum, ut esse me credunt, Deus, uidelicet uniuersorum,& ortum habeo diuinum. Mystica itaq̄ sacra docet hæc oratio, eos, qui abducti erāt à uera diuina contēplatione, & delapsi ad inanimata idola,& qui dicūt ligno: Pater meus es tu. & lapidi: Tu me genuisti.

Universidad de Deusto
Biblioteca



TESTES *uos estis, num est Deus præter me.*] Rursus in memoriam reuocat, exhibitam ipsis potentiam & authoritatem, quæ Deo natura & Domino uniuersorum conuenit, quando fuerint è terra Ægyptiorũ redempti. Tunc enim tunc etiam creatura ipsa cum Domino simul armata est, & peruersitati eorum, qui illos inuaserunt tyrãnicè, restitit. Elemẽtorum nanq; factæ sunt mutationes: quippe in sanguinẽ aqua conuersa est, per triduũ profundæ tenebræ diffusæ sunt, & infestauit eos grando cœlestis, & sinipes, & ranæ, & cynomia, & mors primogenitorum est illata, ac mare traiecerunt. Postquã autem in terram promissionis peruenissent, gentes multas subegerunt, etiã uiribus pollentiores. Et terrifici & formidabiles exti
B terunt, tum finitimis gẽtibus, tum longè dissitis, & suspiciendi & celebres. Itaq; non alij uestra, sed uos ipsi intelligere potestis, quis hæc gesserit, quis creaturã in uestro negocio armauerit, quis uires hostium fregerit, uosq; contra omnes robore coronauerit, uos estis testes meæ eminẽtiæ, siquidẽ rectè uolueritis iudicare. Nec opus habebitis alijs pædagogis. Plurimi enim erãt dij apud Ægyptios, illorumq; adyta referta erant imaginibus. Plurimi item apud Amorrhæos, Euæos, Pherezeos, aliasq; gentes: sed eorum nemo satis præsidij in suos habuisse uisus est: imò & qui adorati sunt unà cum adoratoribus uos cõminuistis. Est enim uaticinium proditũ per Mosem: Aras eorum demoliemini, & columnas eorum cõminuetis, & sculptilia deorum igni comburetis. Ita
C que, si uerum uelitis dicere, uos mihi testes eritis, num sit Deus præter me. Nam si quis meis copijs obstiterit, & uicerit, reputetur apud uos Deus.
Sin deprehensi fuerint nihil esse, & per uos facti fuerint opus ac fomentum ignis: ipsa experiẽtia, inquit, nouistis non esse Deum præter me.

ET *non audierunt tunc, qui conformarunt, & sculpserũt, omnes uani sunt qui fingunt quæ ipsis adlubescunt, non quæ proderũt eis. Sed pudefient qui fingunt Deum, & qui sculpunt inutilia, & omnes quotquot facti sunt, exaruerunt, & surdi ex hominibus.*]
Ostendit his uerbis, dira & grauissima defectorum flagitia. Siquidem tãta fide præditi, non esse alium natura & uerè Deum præter ipsum, & ex ipsis præclarè factis persuasi, illum solùm fuisse: eò prolapsi sunt stupiditatis, ut, etiam ipsa lege
D
Deut. 5 diserte illis proclamante & dicente: Dominum Deum tuũ adorabis, & eum solùm coles, & non facies tibij ipse simulacrum, nec ullius similitudinem rei, quæcunq; in cœlo suprà, & quæcunq; in terra deorsum, & quæcũq; in aquis sub terra: obedire tamen ei pro nihilo duxerunt, sed potius cõuersi sunt impiè, ut fingerẽt & formarent deos ex lignis & lapidibus. Sed uani sunt eiusmodi, & sanè meritò. Nulla eñ necessaria causa ad hoc aggressi sunt, sed pro libidine potius sua fecerunt.
Imagines. Facti sunt enim amatores uanitatis. Quæ est eñ ex ligno & lapide utilitas? Itaq; consilij inconsiderati fructus, & manifestum argumentum frigidę cogitationis est, idoli effictio. Verùm non cessuram illis hanc rem impunè, denunciat, inquiens:
A Pudefiant omnes fingentes Deum, & sculpẽtes inutilia. Et omnes quotquot facti sunt, exaruerunt, & surdi ex hominibus. Siquidem de manu conditis sumantur hæc dicta: Exaruerunt, intelligendum esse dicimus, pro perierũt. Si de ipsis hominibus qui talia factitarunt, accipiantur, rectè quadrat si etiã sic intelliges. Nam uelut de arboribus infructuosis quæ inaruerunt & excindi possent ad flammam & combustionem, dictum est. Illud, Surdi ex hominibus: pro, nihil inter homines efficientes amplius, sed surdi & insensati prorsus, ut nihil ab his, quæ facta sunt ab ipsis, differant. Psallit enim etiam beatus Dauid, ac inquit: Psal. 113 & 134
Idola Gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent, & non loquentur:
B oculos habent, & non uidebunt: aures habẽt, & non audient. Subditque istis: Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt illis. Fructus enim extremę stupiditatis, intelligi possunt eiusmodi mala. Quamuis natura & uere Deum esse, ipsa experientia nouerint: tamen cum lapidibus & ignis gloriã ei & soli conuenientissimã accommodauerint, quid ni stulti & uecordes intelligantur esse, cor delirijs plenum possidentes, nec multum his quæ fabricata sunt dissimiles?

CONGREGENTVR *omnes, & stent simul, & pudeſiant, & erubescant simul: quia acuit faber ferrum, ascia operatus est illud, & terebo perforauit illud, fabricauit illud brachio fortitudinis suæ, & esuriet, & infirmus erit, & non bibet aquam.*]
Non singulos idolorum cultores, sed, ut uelint, etiam uni
C uersos congregatos, pudefaciendos ait, & quod ipsi prætexunt, sua ipsorum insipientia dissoluere. Quod quale sit, statim infert, dicens: Acuit faber ferrum. Commemorat etiam instrumenta, quib. fit effictio, ut declaret illos, nõ ipsum lignũ, sed latomi artem adorare. Si enim Deus esset, nõ egeret arte eius, aut alicuius scientia. At erat ita sanè Deus. Si lignum non fabrefactum, nec figuratum, uanam materiam putas, fabricatum autẽ adoras, & Deũ esse dicis: ars illa tibi est pro Deo, idq; hominis imbecilli & interitui subiecti. Corruptionis enim indicium est, cibo egere & potione. Illud uerò: Non bibet aquam: non cum negatione enunciatum dicimus, sed legẽdum potius est cum interrogatione & hypostigme. Sequetur enim sensus: Certè omnino bibet. Deinde quomodo corruptibilis, deorum incorruptibilium erit opifex? aut quomodo mortalis, faciet immortales? Insit enim oportet uero Deo, incorruptio & interitus uacuitas, imò & ut uiuat, & uitam tribuere possit, his, quibus uitam uelit inesse. Itaq; cultus horum qui errant, manifestò in ascia & terebro, & fabrili robore & arte positus est: siquidem quod dixi uerum sit, nolle eos lignum aut lapidem informem adorare: forma uerò inducta, omnia quæ ab illis conspiciuntur, deos esse.

CVM *elegisset faber lignum, statuit illud in mensura, & formauit illud runcina, fecit illud normis, & circino concinnauit. Et effecit illud uelut ad formam uiri, & uelut ad pulchritudinẽ hominis, ut statueret illud in domo. Qui succidit lignum de syluа, quod plantauit*



*plantauit Dominus, pinum quam etiam pluuia nutriuit, ut sit hominibus in combustionem, & cum sumpsisset, ab eo calefactus est. Et succendentes, coxerunt panes inde, ex reliquo autem fecerunt deos, & adorant illud, cuius dimidium combusserunt igni, & succendẽtes, panes inde coxerunt, & inde carnes assauit, comeditq;, & repletus est, & calefactus dixit: Iucundum mihi, quòd calefactus sim & uiderim ignem. Ex reliquo autem fecit Deum sculptilem, & adorat illum, et orat, dicens: Libera me, quia Deus meus es tu. Non cognouerunt, ut saperent, quia tenebræ illis offusæ sunt, ut non uiderent oculis suis, nec intelligerent corde suo. Nec perpendit corde suo, neque expendit animo suo, neque cognouit prudentia, quòd dimidium eius combusserit igni, & coxerit super carbones, panes, & assatas carnes ederit, & reliquum eius in abominationem uerterit. Et adorant illud. Scitote, quòd cinis cor eorum, & errant, & nemo potest eripere animam suam. Videte, non dicetis, quòd mendacium in dextra mea.*]
A admiratione percellitur, cùm dicit: Dimidium combussit igni, & ad suos usus absumpsit. Hinc edulium conficit, & panes coxit, cum gentibus sortem capiens. Deinde eò insipientiæ recidit, ut sui usus reliquias adoret, & ũret, & dicat: Eripe me, quia Deus meus es tu. Cinis proinde est, & præterea nihil, cor eorum, & decepti sunt, nec quisquam poterit animas eorum, qui huc prolapsi sunt eripere: præterquam solus, siquidem uelit, Deus, qui facit omnia & transponit, quod est obtenebratum illustrat, & quod errauit, conuertit. Cæterùm his dijs manu sciſſis nulla inest utilitas, sed uanitas: quippe materia sunt surda & insensata. Videte, id est, intelligite. Et non dicetis: Mendacium in dextra mea. Omnia enim
B in illis sunt falsa, & nomina & gloria. At in dextra mea, id est, in filio (nam semper in scriptura diuinitùs inspirata, filius nominatur dextera patris:) nihil mendacij inueniri potest: sed siue dicatur Deus, est Deus uerus: siue Dominus, non falsò aut furtim huc se insinuat, at est potius natura Herus uniuersorum: siue Rex, siue lux, siue uita, siue potentia, siue opifex, omnia hæc non uanè non falsò existit. Non enim genitus est naturaliter, sed supra omnia esse intelligitur, quæ genita sunt ac producta: Deus existens ex Deo, & uerum lumen de uero lumine.

MEMENTO *horum Iacob & Israel, quia puer meus es tu, formaui te puerum meum: & tu Israel, ne obliuiscaris mei. Ecce enim deleui uelut nubem iniquitates tuas, & uelut caliginem peccata tua. Reuertere ad me, & redimam te.*]
C Christus dixit: Qui nouit uoluntatem domini sui, & non facit, uapulabit multis: qui autem non nouit, nec facit, uapulabit paucis. Sancta omnino est in utrauis re sententia. Qui enim uoluntatem herilem non norunt, peccántque, his licet transgressionis crimini affines sint, potest quis ignoscere, sumens ignorantiam ad ocasionem misericordiæ. Sed qui cùm leges scirent, torpescere mallent, iure in eos animaduertitur. Supinitatis enim crimen est manifestum. Quo igitur melior se ipso euadat Israel, cùm plurimorum criminum conuictus fuerit, ita tamen in precio & honore apud Deum habitus, ut obliuiſci noluerit: iubetur suæ socordiæ meminisse, & eius, qui pro
D sua placabilitate est commiseratus. Horum, inquit, memento Iacob. Et quę nam sunt illa? Quę iam suprà dicta sunt, & quòd filius meus tu sis. Et formaui te puerum meum. Manifestissimò demõstrat his uerbis, Israelem non caruisse pædagogis, sed legi & iugo subditum fuisse, & complures monitores habuisse: puer itaque fuit in hoc, & ad hoc formatus. Quo nam pacto? Dicemus ut possumus. Formatur enim homo simpliciter, nempe de terra, quemadmodum & primus parens Adam. Sumpsit enim, inquit, Deus puluerem de terra, & formauit hominem. Serpit deinde, & post hunc modum creationis progreditur ad hanc, qua nos sumus prædita, formam. Etenim formatur unusquisq; in utero matris suæ, & hæc uia terræ incolas ducit eò, ut sint essentiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca



participes. Formaꝫ item in filiũ Dei, intelligibili A ter informatus, diuinarũ legũ sciẽtia, ad speciem effigiemq; excellentem, quę uirtutum ornatu in animis hominum inhæret ac insidet. Hęc autem pulchritudo intelligi potest spiritualis. Formant etiam uelut in Christo, per Sancti spiritus participationem, ad ipsius speciem. Scribit siquidem
Gal. 4 ad Galatas diuinus Paulus: Filioli, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Formatur autẽ in nobis Christus, Sancto spiritu nobis diuinam quandam formam, per sanctificationem & iusticiã indente. Sic enim sic in animis nostris elucet, character substantiæ Dei ac patris: reformante, ut dixi, Sancto spiritu, nos per sanctificationẽ in ipsum. Itaq; rursus dixit sanctissimus
Rom. 12 Paulus: Ne conformes sitis seculo huic, sed transfiguremini mentis uestræ renouatione, ut probe B tis uos, quæ sit uoluntas Dei bona, & accepta &
2. Cor. 3 perfecta. Quin & uelamen dicit appositum fuisse Iudæorum cordibus, nos autem omnes detecta facie gloriam Domini speculantes, in eandem transformari imaginem, à gloria in gloriam, tanquam à Domini spiritu. Formamur igitur in pueros Dei. Quoniam autem pueri nomen commune est, accipitur enim tum de seruis tum de filijs, dicimus conuenire formatis in lege, ut potius in seruos formentur. Spiritus enim seruitutis super Israel. Et eorum socordia illis non erat impunita: quippe quos lex ut seruos puniuit. Si quis autem formetur in Christo in filium Dei, formetur his, quos iam diximus, modis. Meminisse itaq; oportet etiam humanitatis eius qui iustificat, & quòd C simus in filiorum adoptionem, atque in gloriam formati, ac tanquam patri Deo, eorum quæ in nos facta sunt ab ipso, quasi uices rependentes. Quo autem pacto rectè hoc fiat, docet, cùm inquit: Et tu Israel ne sis oblitus mei. Obliuisci autem quis poterit Dei, cùm pietatem quæ erga illum est contẽnit, aut cùm prorsus recedit. Quod Israelitæ fecerunt, cùm non deos colebant. Faciunt etiamnum quidã, cùm retrocedunt à fide, quorum iudicium iustum est, sicuti scriptum est. Quòd autem obliuisci Deum, significet sæpenumero à pietate resilire: intelligemus, ipso loquen
Hes. 65 te ad Israelitas: Vos qui obliuiscimini mei, & paratis dæmonio mensam, & impletis fortunæ potionem, & derelinquitis montem sanctũ meum. D Ego enim tradam uos gladio, omnes cædę cadetis. Et ob eandem quoque rẽ uociferatus est con
Hier. 2 tra Israelitas, uoce Hieremiæ, dicens: Num obliuiscetur spõsa mundi sui? num uirgo fascię pectoralis suæ? Populus autem meus oblitus est mei, dies multos, quorum non est numerus. Itaque sæpe obliuio, defectionem potest denotare. Memoria uerò est, firmitudo fidei, stabilitas dilectionis, & in omni quod illi placet constans fortitudo. Ne obliuiscaris ergo mei, sed memento potius. Ecce enim deleui uelut nubem iniquitates tuas. Deleui, dicit hic, pro, delebo, & uelut caligine quadam ac nube dispulsa, auferam. Nam quòd deleui, pro delebo, dicat, optimè declarat quod sequitur. Reuertere enim, inquit, ad me, & redimam te. Quomodo enim deleuit, qui uocat ad conuersionem? perinde quasi nondum essent reuersi, sed huc suo uenirent tempore: quando il lucescet Christus mundo, per quem omnis est delictorum remissio, & conuersio, & ad Deum uocatio, per fidem in ipsum, & uitæ institutionem Euangelicam, & optima facta.

LAETAMINI cœli, *quia misertus est Deus Israelis. Canite tuba fundamenta terræ. Clamate montes præ lætitia, colles & omnia ligna quæ in eis: quia redemit Deus Iacob, & Israel gloria afficietur.* ] Hinc facilè nullo labore perspicere licet proclamatum fuisse per prophetas sanctos, illis temporibus, futuram per Christum remissionem peccatorum, & reuersionem ac redemptionem omnium. Postquam enim Deus & Dominus apparuit nobis, & uersatus est simul cum terræ incolis, ut homo agnus uerus, qui tollit peccata mundi, sacrosancta uictima: tunc tunc, supremis ac cœlestibus potestatibus ratione præditis, seu sanctorum angelorum ordinibus, causa festi extitit. Cecinerunt enim, cecinerunt propter natiuitatem eius, carnalem inquam, & dixerunt: Gloria Luc. 2 in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona uoluntas. Et si uerum sit, (est autem omnino uerum,) secundum Seruatoris uocem, gaudium esse in cœlis coram sanctis angelis, de uno peccatore resipiscente: an dubitandum est, cùm totum terrarum orbem ad ueritatis agnitionem reducit Christus, cùm ad conuersionem uocat, cùm fide iustam facit, & per sanctificationem illustrem ac claram reddit, gaudiũ & panegyrim summis spiritibus fuisse? Lætãtibus igitur cœlis, quòd misertus sit Deus Israelis, non carnalis solùm, sed eius etiam qui spiritualis intelligitur: tuba cecinerunt fundamenta terræ, id est, Euangelicorum uaticiniorũ ministri: quorum sonus clarissimus ubiq; circunferebatur, & quasi tubæ quędam sacræ circunsonuerunt, ubiuis gentium annunciantes Seruatoris gloriam, uocãtes ad agnitionem Christi, & qui ex circuncisione fuerunt, & qui olim creaturam supra Creatorem coluerunt. Sed quare eos dicimus uocari terræ fundamenta? Est enim omnium fundamentum & basis incõcussa Christus, qui omnia coercet ac continet, ut bene firma sint: in ipso enim oẽs ędificamur, domus spiritualis, compacti per spiritum, in templum sanctum, in habitaculum ipsius. habitat enim in cordibus nostris per fidem. Fundamenta etiã proxima & uiciniora nobis intelligi possunt, Apostoli & Euangelistæ, oculati testes, & ministri sermonis, facti in confirmationẽ fidei. Nam ubi cognouerimus ipsorũ traditiones esse sequendas, rectam & minimè alienam aut deuiam à Christo fidem seruabimus. Ab ipso enim dictum est diuino Petro (quia sapienter & inculpatè fidem in ipsum cõfessus esset, dixitq; Tu es Christus filius Dei uiuentis:) Tu es Petrus, & super hãc petrã ędificabo ecclesiam meã: Petram, opinor, uocãs, immotã fidem discipuli. Dictũ est itẽ uoce Psallentis: Fundamẽta eius in montibus sanctis.

*Fundamentum Christus.*

*Matt. 16*

*Petra.*

*Psal. 88*



sanctis. Optimè sanctis montibus comparandi A sunt sancti Apostoli & Euangelistæ, quorum cognitio firmata est, instar fundamẽti, posteris: non sinens eos, qui per ipsos irretiti sunt, in reprobam fidem decidere. Tuba igitur canunt fundamenta terræ. Verùm specta mihi hanc obseruationem. Exili enim uoce, & tarda lingua erat Moyses. Non enim erat lex exaudibilis, nisi per solam Iudæam. Tuba ergo canite, qui pro Christo legatione fungimini. Exiuit enim in omnem terram so
Psal. 18 nus eorum, & in fines orbis terrarum uerba eorum. Iubet autem montes clamare lætitiam. Fundamenta terræ, montes hic iterum uocat. Spectabiles enim erant & conspicui diuini discipuli, opere & sermone illustres, & omnibus ubiq; notissimi, quos etiam alloquutus est sermo prophe B ticus: Montem excelsum conscende, qui euangelizas Sion: Extollere fortitudine tua, qui euangelizas Hierusalem. Hos igitur montes intelligibiles clamare iubet lætitiam. Hinc etiam uidere licet & uim legis, & longè præstantiorem Euangelicæ prædicationis differentiam. Lex enim punitiones minitans transgredientibus, & supplicia ineuitabilia his qui conuicti sunt intentans, lætitiam non clamauit, sed potius tristitiam. At Euangelicorum uaticiniorum administratores, & Christi charismatum ministri, lætitiam mundo prædicant. Etenim ubi est peccati remissio, & iustificatio per fidem, & sancti spiritus participatio, & adoptionis splendor, & regnum cœlorum, & non uana spes bonorum, quæ mens ne- C quit complecti, ibi continua est lætitia & gaudium. Colles autẽ & ligna in illis esse dicimus, quæ inferiora sunt montibus, & paululum subsidentia ac subiecta, quod ad illorum rectæ uitæ mensuram attinet: eminentibus nimirum & extantibus sanctis Apostolis & Euangelistis. Colles igitur esse possunt, qui paululum cedunt illorum gloriæ, & qui à magnitudine uirtutis uincuntur: quanquam & hi quoque excellunt, & rebus terrenis superiores sunt, & quæ suprà sunt sapiunt, & ut sublimia quæ cum uirtute sunt cogitent, delecti sunt & cooptati. Ligna quoque his uerbis, enutrita ab ipsis, intelligi possunt, qui per illos crediderunt, & uelut in uirum perfectum adoleuerunt, & ad mensuram ętatis plenitudinis Chri D sti peruenerunt. Hi sunt etiam doctores populorum, & moderatores gregis, instaurantes & corroborantes eos qui ad ipsos accedunt, ubertate ac fertilitate sub intelligeniam cadente. Conclamant igitur læticiam, quæ in Christo intelligitur, fundamentis terræ, colles & ligna quæ in eis sunt, & gaudẽt, quòd redemerit Deus Iacobum, & Israel gloria afficietur. Non enim solùm liberatus est, deletis peccati inquinationib. & ab igne & pœna uindicatus: sed gloria affectus est, Dei factus domesticus, & uocatus eius filius, & fraternitatem cum eo qui unus est & natura & uerè filius, id est, Christus, sortitus.

SIC dicit Dominus qui redimit & qui formauit ab utero: Ego Dominus consummans omnia. Extendi cœlũ solus, & firmaui terram. Quis alius dissipauit signa uentriloquorum? & diuinationes de corde? conuertens prudentes retrorsum, & consilium eorum insipiens, & confirmans uerba pueri sui, & consilium angelorum suorum ratum efficiens. ] Appositissimè uniuersorum Deus, etiam hic nobiscum disputat, & fidem conatur facere his, qui conuertentes se ad alios, qui scilicet dij non sunt, in illum debacchabantur, se esse procreatorem uniuersorum, & dispensatorem, & conditorem, & effectorem eorum qui do centur. Postquam autem de rebus plurimis & mirabilibus promissa fecisset, quæ uerisimile erat ab aliquibus non credi: utiliter, ut dixi, suam illis prius ostendit potentiam & eminentiam, & ut intelligant, quicquid ille ullo modo uelit perfice re, hoc ad finem peruenturum. Quid enim non potest, quid non ualet? quomodo non posset redimere, qui ex utero formauit? id est, qui uocauit ut essent & existerent? produces eos qui aliquando non erant: consummans omnia, id est, dispensator uniuersorum, & pro suo quoq; arbitratu disponens. Quod semper feliciter succedet. Non em Deus errabit ab eo quod est suæ gloriæ conuenientissimum. Aut quî omnipotens non esset, qui omni est tempore antiquior, & oratione maior, qui ingens hoc cœlum extendit, & firmauit terram, quemadmodum etiam Psaltes ait: Funda Psal. 118 uit terram super firmitatem eius. Qui autem eò ascendit potentiæ, uel potius omnis est potẽtia: semper quæ facturus est, nemine uetante, perducet ad exitũ, cùm dicit: Solus extendens cœlum, non excipit eum qui est de substantia sua unigenam sermonẽ: illum, inquam, per quem omnia, & in quo omnia: sed quia nullus Deus falsò nuncupatus, quicquam omnino opis Deo, qui est super omnia, conferat. Cùm enim omnino nõ sint, quo pacto ut cooperarij creatis Dei admitti possunt? Non igitur his uerbis ὡπλισασολλω, id est, distinctionẽ inesse dicimus, quo ad naturalem & ex ipso genitum filium: sed q̃ non alterius sit præterquam Dei effectio, ut cœlum extendatur, aut ut terra sedes immotas ac stabiles habeat. Cùm ergo ostẽderit ex his uerbis, suã gloriã, & incomparabilem eminentiam, & potentiæ magnitudinem: quarum rerum effector erit posteris temporibus, hic consequenter declarat, aperteq; exponit. Quis enim alius, inquit, dissipabit signa uentriloquorum, & diuinationes cordis? Cùm nanque Seruator omnium nostrũm Christus, nobis de cœlo nondum effulsisset, in omnes diabolicę tyrannidis uiolentia extensa erat, & profundæ tenebræ incolas terræ omnes obruerunt & quasi deuorarunt. Erant enim erant & per regiones et per ciuitates aræ ac delubra, et examina imaginum, et deorum falsò nuncupatorum innumerabilis multitudo, et incantationes, et falsæ diuinationes passim, et impostura ac fuci dæmoniorũ: quæ scire se fingebant et prænunciare posse futura, cùm nihil quicquam uel dicerent uel scirẽt. Postquam autem uera lux, id est, unigenitus sermo Dei, totũ orbẽ terrarum undequaq; Euangelicis oraculis illustrasset: ignorationis q̃ nebula

Universidad de Deusto
Biblioteca



dispulsa esset,& illę tenebrę profundæ desiissent, A uocatiq; essent ad agnitionem ueritatis errantes: tunc tunc signa uentriloquorum dissipata sunt. Ventriloquos dicit falsos uates,uel pythonicos, ex sui cordis sensu eructantes quod lubet, qui ni hil ramẽ ueri sciunt. De quibus etiã dixit prophe ta Ezechiel: Vę prophetantibus de corde suo,& omnino nihil uidentibus. Dissipata igitur sunt eiusmodi hominum,data aliquibus ex falsa diuinatione signa seu prædictiones. Abolita sunt enim ubiq; carmina ac decantationes Gręcanicę, & qui mentiri consuerunt,dij Græcorũ obticuerunt:& auersi sunt retrò prudentes,& consilia eo rum infatuata sunt. Videtur autẽ his uerbis prudentes appellare,uel Græcorũ Magos,uocabantur enim apud eos Sophi seu sapientes: uel fortè B qui sapientiæ opinionem apud eos nacti sunt,& intelligentia acres, & qui ui ac facultate dicendi prædi ti erant,& linguæ uolubilitate præstantes, & qui non erant imparati ab eloquentia,sed qui mendacium, dictionis suæ elegantia ornare ua luerũt.Istos dicimus auersos fuisse retrò,cum deinceps sapientia ipsorum infructuosa & inutilis declararetur,ut quę esset animalis,terrena & dæmoniaca.Infatuatam enim sapientiã mundi fuisse,à Deo nempe,dicit Paulus sapientissimus: Auersis autem, inquit, prudẽtibus,& omni eorum consilio imprudenti & inutili declarato: Statuit Deus & pater uerba pueri sui, id est,Euangelicũ & salutare oracului, quod ipsemet Christus no bis loquutus est, & consiliũ angelorum suorum C uerũ ratũq; effecit. Angeli aũt intelligi possunt, qui nomine Christi legatione funguntur,& mundo tanq; præcones concionant. Consiliũ eorum bonũ erat & exhortatio ubiq; omnibus,ut à pristinis uitijs discederent, & honestas actiones forititer capesserent,adhęrerent melioribus, Deum natura & uerè cognoscerent, eiusq; legibus collum subderent,itaq; ad salutẽ uitamq; contenderent. Siquidẽ eorum sermones omni ueritate pleni sunt: Græcorum aũt deliria nullã ueritatis pulchritudinem habebant,sed mendacia erant eorũ omnia, prophetia, cognitio, & imaginariorum deorum illis ipsis qui errarunt ignota multitudo.

Exech.13

Sophi.

QVI *dicit Hierusalem,habitaberis,& ciuitatibus Iuda,ædificabimini,& solitudines eius restituam.*] Sequetur hoc sic: D Egò sum,nimirũ,ô Hierusalem,redimens te,consummans omnia,& extẽdens cœlũ. Ego sum igitur,inquit,dicẽs Hierusalem,ædificaberis. Nam eam ui ceperunt Babylonij, qui uniuersam terrã Iudæorum depopulati sunt: sed redempti sunt à Deo,& captiuitatis iugum exuerunt, permitten te hoc facere eos Cyro,patre inquam Cambysis, qui Babylonem incendit. Hi reuersi in Iudæam, & urbes refecerunt,& templum, & pacatè habitarũt.Itaq; persciti sermo propheticus cùm Hierusalem ædificandam dicit, subindicat auditoribus, capiendam temporibus subsequentibus,& subuertendam. Nec prædictionẽ facit molestiarum quæ illis contingerent, sed eorum, de quibus ueri simile erat eos impensè gauisuros:ita tamen ut res asperiores quoq; mentem cogitationemq; ut dixi,subeant. Cùm ergo Deus iubet,ut ædificetur Hierusalem,capiendam omnino,primum oratio prophetica innuit. Si quis aũt profundiorem uelit adhuc speculationem considerationemq; adnectere:ueriorem Iudæam esse dicimus Ecclesiam:cuius incolæ ac ciues intelligantẽ esse,qui Circuncisionem gestant in spiritu.Quæ deserta & solitaria quondam erat, uiris refertam effecit is,qui hoc fieri iussit, nimirũ Deus in Christo,& solitudines eius reparauit.Lignis enim intelligentiam perceptis densa inuẽta est,& ueluti obsita arboribus,& habet alta sanctorum capita. Solet enim diuinitùs inspirata scriptura plantis arboribusq; interdum sanctorum chorum assimilare. Dixit siquidem uniuersorum Deus uoce sanctorum:Ponam in siticulosa terra cedrum,& buxum,& myrtum,& cupressum,& populũ.Dictum est autẽ uoce Psallentis à sanctis ad Deum: Saturabuntur ligna campi, Cedri, Libani quas plantasti.Iterum alio loco: Tunc exultabunt omnia ligna syluæ à conspectu Domini, quia uenit ad iudicandum terram. Iudicabit orbẽ terrarum in iustitia,& populos in ueritate. Necq; dicimus esse lignorũ sensu carentium, gaudere:sed potius quadrabit hoc sanctis, quos gauisuros dicit, ubi Christus mundo illuxerit. Iudicauit enim sic orbem terrarũ in iustitia, quando eos qui errarunt quondam iustificauit,& Satanam eiusq; angelos ad interitum damnauit.

Psalm.9

QVI *dicit abyssо,desolaberis,& fluuios tuos exiccabo. Qui dicit Cyro, ut sapiat, & omnes uoluntates meas faciet. Qui dicit Hierusalem, ædificaberis,& domum sanctam meam fundabo.*] Abductus est Israel, ut dixi, processu tẽporis captiuus,ceperunt enim Iudæã Babylonij. Quum autem septuagesimus annus captis iam exactus esset,& clementiæ,scilicet diuinæ tẽpus tandem instaret:contra Chaldęos excitauit Cyrum Cambysis patrem, qui Persarum & Medorum imperium administrauit. Is cepit eos,& soluit Iudæos ac laxauit,doctus,prędixisse de eo Deum,cui seruierunt,quòd eius præsidijs munitus esset,foręt-que hostibus superior, & planè uolentibus resistere formidabilis, quodq; diuinum ipse templũ restauraret. Quòd igitur omnino in uastitatem redigenda esset Babyloniorum regio,quantumuis populosissima: denotat, cùm inquit: Ego sum qui dico abyssо, desolaberis. Abyssum enim hic, innumerabilem Babyloniorum multitudinem nominauit, fluuios eius, Gentes quæ ad eam confluxerunt, quæ finitimæ erant ac loca habebant confinia, ab ipsis in subsidium accersita. Familiare deinde est scripturæ diuinæ, fluminibus,& mari,& aquis,semper multas gentes comparare.Dixit siquidem diuinus Lyricus, de omnium nostrũ Seruatore Christo,& de multitudine Gentium, quæ eius uoce ac uerbis irretita & capta est: Vox Domini super aquas, Deus gloriæ tonuit. Vox enim Domini, id est, Euangelica & salutaris prædicatio, per omnes Gentes peruagata est, quando tantùm non in illas

Psal.28



illas detonabat.Personuit enim uelut per uniuer A test catachrestícè ac per abusionẽ, sumptũ quasi sum orbem terrarum, sacra & salutaris prædicatio.Rursus scriptum est: Sustulerant flumina uoces suas. Flumina emm hic nominari dicimus,sanctos Apostolos:quorum uoces, id est, doctrinę, factæ sunt passim omnibus conspicuæ. Dictum est aũt & de ipsa Babylone, & Niniue,q; piscina aquæ sint aquæ eius. Erat igitur Deus qui dicit abyssо:Desolaberis,& fluuios tuos exiccabo.Ille item erat, qui dicit Cyro, ut sapiat,pro,ut omnia scienter administret,omniaq; quæ ipsi uidentur exequatur.Hæc sunt aũt, pœnam factorum à Babylonijs exigere,Iudæam crudeliter populantibus,ac sacrosanctũ, & diuinũ templum incendentibus:& Israelem præterea relaxare,& domũ reficere, siue fundare. Hoc enim dicere, propius B est ueritati. Mandauit enim Cyrus, subsidio pecuniarũ addito,templum excitare:& fundamenta quidem iecit. At postquã ex humana uita migrauit, quorundam inuidia, operũ fastigium & accessio impediebatur, ab eo qui ei successit.Postea uerò rursus ad finem adductum est,Deo annuente. Historiam satis accuratè expositã habemus in scriptura diuinitùs inspirata:& de his longos sermones conterere ac consumere,superuacaneũ esse arbitror. Neq; uerò dicat aliquis,Dei uerbum mentitum esse. Hoc enim adiungitur: Omnes meas uoluntates exequetur, nimirũ ea, quæ ueri simile est Deum uelle commonstrare, occupare,inquam,regionem Babyloniorum,liberare Israelem uinculis & seruitute, & templũ C erigere,& ciuitates Iudææ ædificare.

Psal.77

## CAP. XLV.

IC *dicit Dominus Deus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram,ut subijciam ante eum gentes, & fortitudinẽ regũ frangam,aperiã ante eum portas,& urbes nõ claudentur.Ego ante eum ibo, & montes complanabo. Portas æneas conterã, & uectes ferreos confringã. Dabo tibi thesauros tenebrosos,absconditos,inaspectabiles aperiã tibi,ut cognoscas quòd ego sim Dominus Deus,uocans nomen tuũ,Deus Israel. Propter Iacob puerum meum,& Israelem electũ meum, ego uocabo te nomine meo, & suscipiã te. Tu aũt non cognouisti me,quia ego Dominus Deus, & non sit præter me alius Deus. Non nouisti me ut cognoscãt qui ab Ortu solis,& qui ab Occasu,quòd nõ sit præter me. Ego Dominus Deus,& non est præterea. Ego qui fabricaui lucẽ,& feci tenebras,faciens pacem,& creans mala. Ego Dominus Deus faciẽs omnia hæc.*] Narrant hic,potentissimũ Cyrum legisse hãc prophetiã,& impendio de his quę à Deo de ipso pronunciata sunt gauisum,& eo animo fuisse, ut diuinæ gloriæ præconiũ in suis urbibus & regionibus promulgarit, cõfessusq; fuerit diserte illã solùm esse Deum, uniuersorumq; Dñm, qui à Iudæis colebat. Sed apertissima est,ut ego quidem arbitror,prophetię seu propheticarũ prædictionũ uis atq; sententia. Singula dictorũ percuremus,quoad licuerit,& quod interdũ uidebitur esse obscurũ & præruptũ, explicabimus.Christũ enim nominat Cyrum, non quasi unum quempiam è sanctis,de quibus nomen illud accipi potius catachrestícè ac per abusionẽ, sumptũ quasi ab eo quòd unctus fuerit, sed quòd in more positum fuerat, uocatos à Deo ad regnum, etiamsi non fuerint sancti & colendi, oleo inungere.Inueniemus enim, sanctos prophetas dixisse aliquibus,eorum qui ad hoc destinati erant: Vnxit te Dominus regem super Israel. Christus igitur seu unctus, erat Cyrus tanquam Rex. Cæterùm quòd per Deum imperiũ obtinuerit, & ad hanc insignem gloriam subuectus fuerit, subinnuit, cùm eum unctum nominarit, id est, unctione & suffragio suo ad regnum euocatum. Hinc ait, se apprehendisse eius dextram. Adsumptionis enim illud signum esse potest euidens, sicuti dictum est à sanctis in libro Psalmorum: Tenuisti manum meam dexteram,& consilio tuo deduxisti me. Apprehendisse dicit dexterã eius, ut ausculteni ei gentes, id est, ut subijciantur ei ac cedant, ac regum frangatur potentia. Septem enim dicunt esse reges, uni præcellenti subditos apud Babylonios. Quòd autem sua sponte urbes aperirentur, nihilq; Cyro incursanti contra hostium robur omnino obstaret, demonstrat, inquiens: Vrbes non claudentur. Coram te ibo, & montes complanabo, id est, omnia nuda & plana ut sint efficiam,ut nemo resistat. Sin uerò quis occurrat, & tanquam mons copijs tuis obuiam eat: etiam hunc solo æquabo, id est,miserum & humilẽ & imbellem reddam. Portas æneas conteram,& uectes ferreos confringam tibi, thesauros tenebrosos, reconditos,inaspectabiles aperiam tibi. Narrant Babylonios postquam capta esset ciuitas, in speluncis tenebrosis se abdidisse & obruisse, maximè qui inter illos essent cæteris insigniores:qui mortẽ pertimescentes, more serpentium omnem speluncam & petrarum scissuras ingressi, abscondebantur:sed latere non poterant. Quidam enim significabant hoc Cyro, qui faces accendi iussit, & è recessibus tenebrosis extrahi, qui timore ausugerant, sicq; diris pœnis subijci. Alij uerò dicunt, quòd thesauros Babyloniorum sub terra abditos exinaniuerit.Ita tu eris illustris,& celebris ut scias quòd ego sum Dominus Deus: qui uocat nomen tuum, Deus Israel, propter Iacob puerũ meum,& Israelem electum meum. Vocaui enim te,inquit,ad hoc,ego Deus solus,& hac tam illustri te honorauí gloria,ut fias tu seruo meo Israeli beneficus. Ego uocaui te,inquit,& gloria coronaui. Tu autem me nõ cognouisti,esse Dominũ, & præter me nõ esse Deum. Nec me nosti perinde est ac si diceret apertè: Non percepisti hanc talem gloriam à me, tanquam mercedem illustriũ factorum ad pietatem spectantium: sed ornaui te,etiam cùm meam diuinitatem non noueris & excellentiã, imò cùm ne in numero quidem esses eorum qui me adorãt.Sed ut cognoscant,qui ab ortu solis, & occasu sunt, non esse præter me alium.Quia enim uolui, inquit, meos eripi: etiã per eos qui gloriam meam nõ norunt,hanc rem conficiã,ut manifestè uideãt,qui in uniuersa terra sunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca



ra sunt, Deum præter me non esse. Sum enim A Deus exercituũ, & omnis gentis ac generis Dominus, & quocunq; uoluero, corda eorum qui in terra sunt, inclino: ut etiamsi mei non sint, uoluntates tamẽ meas exequantur. Ego igitur sum Dominus Deus, qui fabricaui lucem, & feci tenebras, id est, diem & noctem, uel lucem redemptis, tenebras perditis. Illi enim uelut liberati uinculis, gaudebant: hi autem in miseria indeclinabili uersabantur. Ego sum qui cõstituo pacem, & creo mala. Et hoc accipies eo, quem iam dixi, sensu: pacem redemptis, mala uerò, id est, malè affligentia, uel omnis malæ afflictionis efficientia, crudelibus & immanibus, qui inuaserunt Israelem. Nam quòd offenderit Deum hæc res, perspicuum esse potest, cùm dicat uoce angeli, B prophetæ Zachariæ: Æmulatus sum Hierusalẽ & Sion, æmulatione magna, & furore magno iratus eor gentibus simul cõspirantibus, pro eo q; ego iratus fuerim parcam, ipsæ autem conspirauerũt ad mala. Quin & uelut de ipsis Babyloniis: Ego tradidi eos in manus tuas: tu autem non exhibuisti illis misericordiam. Quòd autem ex uoluntate Dei, Babyloniorum insolentiæ insultarit Cyrus, & audax, & fortissimus, & digna his qui supplicio affecti sunt, usus crudelitate: intelligemus, Hier. 50 ipso dicente uelut ad Cyrũ, uoce Hieremię: Acriter inuade eam, & habitantes in ea. Vlciscere gladio, & uasta, ait Dominus, & fac omnia quæcũq; præcipio tibi. Et ad hæc iterum: Aperuit Dominus thesaurum eius, & protulit uasa iræ suæ, quia C opus Domino in terra Chaldæorum, quoniam uenerunt tempora eius. Aperite apothecas eius, scrutamini illam tanquam speluncam, & delete eam. Ne sint illius reliquiæ. Exiccate omnes fructus eius, & descendant in occisionem. Væ illis, quia uenit dies eorum, & tempus uindictę eorũ. Dixit etiam ipse propheta Hesaias, uelut in persona Dei, ad Babylonios: Ecce excitabo contra uos Medos, qui non rationem habent argenti, nec auro opus habent. Arcus iuuenũ conterent, & filiorum uestrorũ misericordiam nõ capient, nec filijs tuis parcent oculi eorum.

LAETETVR *cœlum suprà, & nubes spargant iusticiam, aperiatur terra, & germinet misericordia, & iusticia exoriatur simul.*] Solenne ac familiare est diuinitùs aspiratæ D scripturæ, sæpenumero sermonẽ ab his quæ sigillatim & particulatim de aliquibus facta sunt, ad genus uniuersum & ad omnes producere: & uelut à luculenta rerum historicè gestarum imagine mentem eorum qui instituuntur, ad considerationes magis arcanas ac mysticas scitè traducere. Quod etiam in his uersibus qui præmanibus sunt, uidere licet. Longa enim oratio in superioribus consumpta est de Cyro Persarũ & Medorum principe, ut qui Babylonicam regionem deuastarit, & ui eam deleuerit, Israelẽ à seruitute inibi, & captiuitatis uinculis relaxarit, templum Hierosolymitanum fundarit, & contra Chaldæos Deo ipsum exacuente, & portas æneas ipsi aperiente, & uectes ferreos confringente, excitatus fuerit. Erat autem hæc narratio particularis. Soli enim ex sanguine Israelitico, erant in tranquillitate collocandi, & à laboribus captiuitatis liberandi. Deinceps uerò sententiarum uim transfert, iam ad ipsum Emmanuelem, qui exhibitus erat à Deo & patre, ut captiuis remissionem prædicaret, & cæcis uisum, ut peccatorum suorum catenis ineuitabiliter constrictos, malo eriperet, & incolas terræ, à diaboli tyrãnide liberatos, rursus ad se recurrere faceret, itaq; per se, Deo & patri adduceret. Factus enim sequester Dei & hominum, & per ipsum in uno spiritu, patri reconciliamur, & ipse est pax nostra, secundum scripturas: ipse diuinum, hoc est, suum templum restaurauit, id est, Ecclesiam. Ipse enim sibi eam repræsentauit uirginem puram, non maculam, aut rugam, aut tale quippiam habentem, sed potius sanctam & intemeratam. Itaque perspicere licet optimè in Cyro eiusq; factis, tanquam in imagine, diuina ac præclara beneficia uniuersæ terræ habitatoribus diuinitùs donata. Hic est itaq; scopus propositorum uerborum. Singula autẽ ordine prout scripta sunt, quoad licet interpretabimur. Lætetur ergo cœlum sursum, id est, qui in supera ciuitate uersantur, & illustre atq; admirabile tenent habitaculum, angeli & archangeli, & quæ ultra illos sunt, throni, & dominationes, & potestates rationis participes, & supremarum sedium astites & apparitores. Dicimus etiam causam hilaritatis fuisse etiam cœlestibus spiritibus, conuersionem terræ incolarum errantiũ ad Deum, per Christum inquam, omnium nostrũm Seruatorem, & cæcorum receptum uisum, & ut semel dicam, perditorum salutem. Si enim gaudent de uno peccatore resipiscente, qui fas est ambigere, gaudere eos & lætari, cùm orbem terrarum seruatum conspicantur? Itaq; inquit: Cœlum lætetur suprà, & spargant nubes iusticiam. Nubes autem intelligibiles esse dicimus, supernas potestates, à quibus spirituales consolationes pluuiæ instar demittuntur, & in corda destillant credentium: iuxta id quod alibi apertè dictum est, de Israelitis quasi de uite: Et nubibus mandabo, ne depluant in eos pluuiam: uel etiam ipsos sanctos mystagogos, & eos qui sunt in terra, quorum primi & primitiæ fuerunt, diuini discipuli: qui uniuersam terram peragrantes, diuinum & sacrosanctum sermonem dissiparunt: & quasi sticuloſam quampiam & infructuosam terram, quotquot ubiq; sunt, exhilarantes, & quasi intelligibiliter irrigantes, spiritualis ferocitatis causa in illis extiterunt. Itaq; ludæis ut qui dominicidę fuerint, & in Christum ipsum datorem riuorum sub intelligentiam cadentium debacchati sunt, mandat nubibus Deus, ne dent pluuias: at iubentur demittere in ipsum credentibus, & largiter madefacere corda accedentiũ, pluuijs demissis. Aperiatur, inquit, terra, & germinet misericordia, & iusticia simul exoriatur. Erat siquidem opus nubibus sub intelligentiã cadentibus, ut dixi, quæ Hesaiæ 5



xi, quæ iusticiæ præceptis ac institutis orbem ir- A rigarẽt: ut uelut ex seminibus bonis, excresceret boni fructus & efflorescerent. Imperium enim terræ uelut obtinente peccati inuentore, & per mundi sapientes passim execranda & prophana semina demittente, cùm nemo esset qui bonitatem exerceret, ne ad unum usq;, sed omnes decli nassent simul, & inutiles facti fuissent, omnisq; terra uacua esset probitatis fructibus, iusticiæ præceptis ac disciplina, instar pluuiæ nondum uspiam demissa: consentaneum deinceps erat, fructus ut sint pietatis erga Deum. Misericordiam esse dicimus charitatem, quæ est legis complementum: comitante simul iustitia Euangelica: cuius dispensator & doctor factus est nobis ipse Christus. Potest etiam quis dicere, misericor B diam & iusticiam ex terra enascentem & germinantem, ipsum Dominum nostrum Iesum Christum. Factus est enim nobis à Deo & patre, misericordia & iusticia: siquidem uerum est, nos in ipso misericordiam consequutos, & acceptam remissione pristinorum scelerum, iustificatos: & ab illo iusticiam, quæ nos in sortem omnium bonorum potest adducere, & per quam seruamur, accepisse. Si autem iubeatur terra iusticiam germinare, ne quis offendatur, cogitans, etiam Psalmistam de Deo & patre, & ipso Emmanuele dicere: Operatus est rusticiam in medio terrę. Non enim è supernis, & è cœlo nobis carnem suam Christus deportauit: sed potius natus est secun- C dum carnem, de muliere, quæ est una ex his quæ sunt in terra. Quando igitur dicitur, terræ esse fructus & germen: intelliges, ut dixi, natum secundum carnem, de muliere, quæ ad hoc ministerium adsumpta est, licet ex terrestribus illa una fuerit.

EGO *sum Dominus Deus, qui creaui te, faciens meliorem, parauiq; ut lutum figuli.*] Causam ueluti reddit his uerbis, quamobrem Deus cùm sit, natura filius, seipsum exinaniuerit, uoluerit q; pro nobis pati, & terræ incolas tanta dignari misericordia, ut preciũ uelut redemptionis animam suam profuderit: imò & serui formam accipere, & summam gloriam humanæ naturæ paruitate commutare sustinuerit. Hinc ait: Ego sum: quod nunc sumendum est, pro, subsisto, & uiuo Deus existens uerus, & D exercituum Dominus, & producens in essentiam omnia, & mortem non efficiens, sed ad incorruptionem potius creans omnia: dein homi nis naturam honore afficiens. Et quoniam nullum in terris animal ei ulla ratione sit æquiparandum: Faciens, inquit, meliorẽ, parauiq; ut lutum figuli Formati enim ab ipso sumus, puluere sumpto de terra, & efformauit instar figuli pulcherrimè. Sed non sistit hic humanæ naturæ dignitas, sed maius in nobis est munus & donũ artificij diuini: ut qui ad imaginẽ & similitudinẽ ipsius effecti sumus, & locupletati ipsius maiestatis charactere, intelligibiliter coruscãte in animis nostris, tametsi carne tenus sumus terra & ex terra. Quare non contemnendũ est, sed admirandum in ter ra animal, homo: in quo sic Deus gloriatur. Dixit quippe ad patientissimũ Iobum, cùm sua ma Iob 39 gnifica opera declarat: Num tu accepto terræ luto, animal formasti, & eloquens illud locasti in terra? Psallit etiã diuinus Dauid: Domine, quid Psal. 8 est homo, quòd memor es eius, aut filius hominis, quòd inuisis eum? Deinde humanæ naturæ excellentiam narrat, inquiens: Minorem paulò angelis eum fecisti, gloria & honore coronasti eum, & prefecisti eum operibus manuum tuarũ. Omnia subiecisti pedibus eius. Sapientissimus enim Paulus, propositorũ uersuum aliquot Christo accommodauit. Dici autẽ potest conuenienter & de omni homine nostræ conditionis. nihil enim falsi inest.

NVNQVID *arans arabit terram totum diem? Num dicet lutum figulo, quid facis, quòd non laboras? neq; habes manus? Væ qui dicit patri, quid generabis? & matri, quid parturies?*] Profundus est hic sermo, & obscuritate multa obumbratus: tamen ut quod rectum, cõmodum, ac uerum est, intelligas: explicandus est prius, credo, paucis scopus sententiarũ. Sic enim, quasi palpabilis erit, & acceptus auditoribus. Vniuersorum itaq; Deus Israelem ex Ægypto redemit, & ab error e multorum deorum liberauit, & à seductione dæmonum, per legem Mosaicam, ad ueræ cognitionis Dei fulgorẽ reducendo. Docuit enim unum Deum colere, & Dominũ unum adorare: dein per figurã umbræ, ad maiora adhuc & perfectiora, id est, ad ea quæ in Christo sunt traducere uoluit. Pædagogus enim erat lex, & ad tẽpus usq; reformationis posita, nimirũ aduentus Seruatoris nostri: qui legalium præceptorũ umbra, & literæ typis semotis, spiritualis & ueri cultus pulchritudinem, nudè & apertè, his qui in terra degunt, inuexit. Sed grauatè & iracundè etiam hoc ipsum tulerunt ludæi, & adhuc typis patrocinantes, Christo restiterunt, & Mosaicorum uaticiniorum subuersionem ei impegerũt, nunc dicentes: Si hic homo à Deo esset, non uiolaret sabbatum: nunc alijs uerbis tanquam funda quapiam incessentes. Quoniam ergo Euangelicæ prædicationis utilitatẽ aspernati sunt, quæ illos ab inutili umbra, ad spiritualem fertilitatẽ adducit: hinc ait: Num arans arabit terrã, toto die? O stulti, inquit: scindit aratro terrã agricola, sed nõ semper hoc facit, nec totum agricolationis tempus aratris cõsumit. Scindit enim terrã, nõ ut hoc solùm patiatur, sed ut apta sit recipiendis, quę iacta sunt in ipsa, seminibus, utq; fructuosa appareat. Itaq; antè quidẽ præcolui ac præparaui corda omniũ uestrũm syluestria quondam, & quasi inculta, Mosaico quodammodo usus aratro, & agricolæ in morem scindens, ea effeci ad iactum bonorum seminum accõmodata. Bonorum autem omnium sator est hic meus filius: itaq; huius doctrinã recipite, neq; uelitis semper legem aratricem amare & diligere. Arauit enim, ut dixi, nõ ut ibi acquiesceretis: quæ enim inde est utilitas? sed ut ueritatis fructus proferatis. Quoniam autem transformati & transfigurati sumus intelligibiliter

Universidad de Deusto
Biblioteca



gibiliter in Christo, alij ab errore Græco, ad ueri
tatis agnitionem, & ad sanctam uitam, per omni
um nostrum Seruatorem Christum: alij à circu
cisione ad recipiendum instituta ac disciplinam Euangelicam, & ad nouitatem cultus, non
iam deformitatē figurarum habentis, sed potius
spirituali decentissima pulchritudine enitescentis: cōtigit autem hoc nobis & illis, regeneratione per aquam & spiritum in Christo ditatis: simi
liter etiam postquam hanc suam gratiam Iudaicus populus reiecit nec recepit, (restiterūt enim,
ut dixi, Christi uaticinijs,) hinc ait: Nunquid dicet lutum figulo, quid facis, quòd non operaris,
neq; manus habes? Vę qui dicit patri, quid generabis: & matri, quid parturies? Ego enim, inquit,
reformare uolo ad meliora, & uelut refingere ad
potiora per generationē intelligibilem, eam scilicet omnino quæ sit per aquam & spiritum. Sed
meis decretis imprudenter resistitis. Num, inquit, aliquando lutū reprehendit figulum, quasi
manum artificiosam non haberet? aut quasi nesciret quemadmodum formare, quod præ manibus est, oporteat? Sed & nascendus, inquit, nunquid adduxit suo patri, unde generaret? Iam uos
quasi lutum in manibus figuli, & omnino ignari, quemadmodū regeneratio mentis intelligentiæ uestræ sit futura, quomodo ueriti estis contendere? cur non potius nouistis ei ut artifici & patri accedere, ac ipsi producendi modum relinquere? Nam contendisse Iudæos aduersus Seruatoris sermones hac de re habitos, uidere non
Ioan. 3 est difficile. Dixit enim Nicodemo: Amē amen
dico uobis, nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, non potest uidere regnū Dei. Is uerò insultās & recalcitrans temerè his, quæ mente capi non
possunt, oppugnat & dicit: Num potest homo se
nex cū sit, in uentrē matris suę denuò intrare & nasci? Adiecit his etiā aliā mystagogiā: Qui pos-
Ibidem sunt hæc fieri? Quid igitur ad hæc Christus? Si terrena dixi uobis, & non creditis, quomodo si dixero uobis cœlestia, crediturí estis? Cedendū ergo ex his, quę dicit Deus, necessariò. Ipse enim nouit suorum operum uiam. Et quæ ab eo fabricata sunt, à nemine etiam curioso carpi possunt, & quæ mentem superant, ab hominibus nostri
similibus indubitata fide honorari & suspici de-
Hier. 18 bent. Sciendum uerò, prophetam Hieremiam in domum figuli missum fuisse, ut illum fabricantem uideret: dissipato autem luto, & in aliud uas refícto, dixit ei Deus: Nónne ut figulus hic potero uobis facere, domus Israel? Ecce ut lutū figuli uos estis in manibus meis. Quòd autem transformemur intelligibiliter in sanctam & optimā uitam, declarabit Paulus: Nos, inquiens, omnes retecta facie gloriam Domini speculantes, ad eandem imaginem transformamur, à gloria in gloriam, uelut à Domini spiritu: per quā & regeneramur, semen habentes non amplius corruptioni obnoxium, sed id quod est per uerbum uiuentis & manentis Dei.

QVIA *sic dicit Dominus Deus sanctus Israel, qui fecit uentu*

*ra. Interrogate me de filiabus & filijs meis, & de operibus manuū mearum mandate mihi. Ego feci terrā, & hominem in ea. Ego manu mea firmaui cœlum. Ego omnibus stellis mandaui.*] Superiorum uerborum sensus expositio, in his uerbis apparet. Horum autem uersuum sententia ita se habet. Si enim, inquit, lutum unquam increpauit figulum, & eius qui finxit manum uelut rudem aut ociosam accusauit, si quis de his quæ nondum sunt, uel facta sunt, sed expectantur ut fiant, curiosè scisciatus est, cuiusmodi liberorum pater suus sit futurus sator: interrogate me & uos, qui mihi succedentibus temporibus, filij & filiæ eritis: quomodo istuc fiat, ac quemadmodum filij futuri sitis, & filiæ. Mandate mihi & de operibus manuum mearum. Mandate, inquit, pro imperate, & Deo uelut ignoranti rerum agendarum uiam, ne cunctemini dare consilium. Admiratione igitur & quidem meritissimò dignus est
Rom. 11 sapientissimus Paulus, qui sic scripsit: O profunditatem diuitiarum & sapientiæ & cognitionis Dei, quàm sunt inscrutabilia iudicia eius? & imperuestigabiles uiæ eius? Quis enim nouit mentem Domini? aut quis consiliarius eius fuit? Non enim ulla in re sua ullo homine opus habet, omnium architectatrix sapientia: non, etiamsi apud nos quippiam sit facu difficile aut impossibile. Ipsa enim potest omnia, quæ habet omnimodam potentiam, imò quæ est ipsa omnis potentia. Dominus enim est potentiarum & exercituum, uniuersorum Deus, nouitq; solus ipse suorum operum uiam. Itaq; extra reprehensionem etiam curiosorū sunt facta ipsius: & quæ nec mente comprehendi, nec oratione possunt: & ad quæ hominum animi non possunt pertingere, ea ipsi sunt cognita. Siquidem exempli causa, regenerationem intelligibilem per aquam & spiritum datam esse his qui agnouerunt apparitionem Christi, nos credimus. Sed cùm Nicodemo gratiam hanc explicare uellet Christus, & rei uiam exponeret: is nihil eorum quæ dicta sunt intelligens, uerborum Christi difficultatem inexplicabilem excusauit. Hoc autem animo affectum, ut fide miraculum reciperet, confirmauit is qui dicit: Quod nouimus loquimur, & quod uidimus testamur. Quanquam igitur diuinorum operum uiam non intelligamus, nec omni dubio mentem liberauerimus: tum Deo dicimus: Scio, te omnia posse, & tibi nihil esse impossibile, non scisciturnus de filiabus eius & de filijs. Nec unquam mandamus aut præcipimus ei de operibus manuum suarum: sed ut lutum nos figulo cedimus & cōcedimus, ut quod ipsi uisum est operetur. Transfert enim citra laborem quocunq; uoluerit, quæ nostra sunt, & à turpioribus ad id quod est melius animū transformat, nobisq; cor nouum immittit, extirpato priore. Nimirum eiusmodi quippiam dixit uoce Ezechielis: Euellam cor eorum lapideum ex carne ipsorum, & dabo illis cor carneum, id est, tenerum & sequax, ut ipsi me sciant, quòd ego sum Dominus. Recedentes enim à uitiositate omni,



omni, & inquinationibus, deinde mentem nostram componentes, ita ut uelit quod bonum est exequi, & huic etiā adiungentes regenerationē intelligentia perceptam, quę est per aquā & spiritū, filij & filiæ Dei erimus. Quòd enim insit ei summa omnisq; potentia, declarat inquiēs: Ego feci terram, & hominem in ea. Inuentor autem generationis humanæ & autor, qui produxit eum cùm non esset quondam, ut sit: quomodo ad reformationem spiritualem erit inhabilis & ineptus? An non potius nutu eius & sententia, ad quamcunq; speciem natura creaturarum demigrare & transire poterit? Et quid ita mirum aut incredibile uideri debet, si hominis mentem pro suo arbitratu aliter fingat ac fabricet, qui manu cœlum firmauit? Manum autem patris, omnium rerum opificem, esse dicimus filium, per quem omnia, & in quo omnia. Verbo Domini, inquit, cœli firmati sunt. Ipse omnibus stellis mandauit, id est, imperauit, quomodo earū unaquæq; esse deberet. Sol enim positus est ut diei,
Psal. 103 Luna ut nocti imperet: sed &, ut Psaltes ait: Sol nouit occasum suum. Posuitq; tenebras uniuersorum Deus, & facta est nox. Psallit iterum diuinus Dauid, & inquit: Tuus est dies, & tua est
Psal. 73 nox: Tu constituisti Solem & Lunam. Itaque horum utrumuis ab ipso ordinatum, cursum conficit, motu bene composito, & statis horarum interuallis. Similiter & reliquæ stellæ, iuxta legem sibi à Deo datam, & oriuntur suis temporum uicibus, & occidunt. Ipse enim illis mandauit, qui Deus est natura, & uniuersorum opifex ac Dominus.

EGO *suscitaui illum cum iustitia regem, omnes uiæ eius rectæ. Ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem populi mei auertet: non precio neq; muneribus, dixit Dominus Sabaoth.*] Quidam fortassis dicerent, hæc de Cyro patre Cambysis efferri, eo quòd ille relaxarit Israelem, & è uinculis captiuitatis exemerit, templumq; Hierosolymitanum fundauerit. uerùm sequentium consideratio, sensuum uimq; sententiarum non ad illum, sed potius ad omnium nostrum Seruatorem Christum, qui excitatus est cum iustitia, contrahet. Illuxit enim nobis Deus & Dominus, placuitq; Deo & Patri omnia in ipso tum cœlestia tum etiam terrestria summatim comprehendere. Itaq; excitatus est cum iustitia, non ficta aut docendo percepta, sed existens ipse reuera etiam iustitia. Scriptum enim est alibi de eo: Ecce Rex iustus regnabit, & principes cum iudicio uenient. Erat quippe semper Rex uniuersorum, unigena Dei sermo, simul cum Deo & Patre, & omnem creaturam aspectabilem & inaspectabilem pedibus subiecit. Si quis uerò homo terrestris, ab eius regno deficeret & resiliret, eiusq; sceptra paruí faceret, eo quòd in manu ac potestate esset diaboli, peccatiq; laqueis teneretur: rursus iugo suo, hic omnis iustitiæ & administrator & largitor submisit. Sunt enim omnes eius uiæ rectæ. Vias autem Christi esse dicimus, Euangelica oracula, per quæ ad omnem tendentes uirtutem, & pietatis insignibus nostra ipsorum capita ornantes, ad supernæ uocationis brabæum peruenimus. Rectæ siquidem hæ uiæ, nihilq; in illis obliquum uel peruersum, sed directæ uelut & permeabiles. Scriptū est enim: Via piorum recta facta est, & parata uia piorū. Nam semita legis aspera est, per multos typos ac figuras gradiens, & intolerabilis est difficultatis. At plana est Euangelicorum oraculorum uia, & nihil cōfragosum omnino habet aut asperum. Vię igitur Christi rectæ, & ipse ædificauit sanctam ciuitatem, id est, Ecclesiam, in qua & ipse cōmoratur. habitat enim in sanctis, & facti sumus templa Dei uiuentis, Christum in nobis ipsis habentes, per sancti Spiritus participationem. Fundauit ergo Ecclesiam, ipseq; est fundamentū: in quo &
1. Pet. 2 nos tanquā lapides sumptuosi & precioſi extruimur, in templum sanctū, in habitaculum Dei in spiritu. Inconcussa prorsus Ecclesia, est quę Christum habet fundamentū & basim immotā. Ecce enim, inquit, pono fundamenta Sion, lapidē electum, angularem, precioſum: & qui credit in eo, nō pudefiet. Ipse igitur fundata Ecclesia, auertit etiam populi sui captiuitatē. Nos enim oppressos tyrannide in terra, à satana & peccato seruauit & liberauit, & suo iugo subiecit. Verùm non precio, neq; muneribus. Sic enim ipsius discipu-
1. Pet. 1 lus: Non corruptibilibus, argento aut auro liberati sumus, à uana nostra cōuersatione à patribus tradita, sed precioso sanguine, uelut agni immaculati & incontaminati Christi. Dedit enim pro nobis proprium sanguinem: neq; sumus iuris nostri, sed eius qui emit & seruauit. Hinc & quidem iure optimo, qui rectæ fidei directum canonem prætergrediuntur, uoce sanctorum accusantur, ut Dominum qui illos redemit negantes.

SIC *ait Dominus Deus Sabaoth: Laborauit Aegyptus, & negociatio Aethiopum, & Sabaim uiri excelsi, ad te transibunt, & eorunt serui, & post te sequentur uincti manicis, & adorabunt te, & in te orabunt. Quia in te Deus est, & nō est Deus præter te. Tu enim es Deus, & nesciuimus, Deus Israel seruator. Erubescent & pudefient omnes qui aduersantur ei, & ambulabunt in ignominia.*] Sermone de Christo omniū nostrum Seruatore introducto, & præsignificato quòd auertet & dimittet populum suū, non precio nec muneribus: cōtinuò uocandos ad redemptionem ostendit, uidelicet ex Gentibus, quibus maximè illuxisse
Matth. 18 uisus est Christus, tametsi dicat aperte: Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israel. Sed illis quidē & primis diuina & Euāgelica lux affulsit: at postquā pinguefacti sunt & incrassati, & recalcitrauit dilectus meus Israel, quemadmodum scriptū est: Occiderūt enim principem uitæ: hinc iure quidem optimo gregi Gentiū Christus illuxit. Hoc est quod hic in horum uerborum consideratione & cōtemplatione inesse inueniemus. Nominat siquidē gentes, omniū superstitiosissimos: ut uirtus ac potentia uocantis ad pœnitentiam fiat admirabilis. Quemadmodū enim artificium eorū qui medicinæ periti sunt, tum imprimis laudatū, quando desperatæ ualetudinis homines,

nes, experimentis suis tẽpestiuè usi, liberare pos- A
sunt: ita etiam Deus insignem gloriam suam illu
striorem reddit, cùm eorum aliquos, qui grauiter lapsi sunt, & ad ipsum infimum uitiositatis & impietatis detrusi sunt, emergere facit & egredi, ut uirtutem expetant, & mala auersentur, & res cum laude coniunctas suscipiant. Ægyptij itaq; & emporia Æthiopum, id est, Thebanorum urbes, (quibus accolæ & contermini sunt hi, qui Sabaim dicuntur, id est, Æthiopum uel Indorũ gentes, sortiti appellationem fortassis à Saba, temporibus antegressis, eorum regioni & terræ imperitante) laborarunt, inquit. Laborarunt, bifariam intelligendũ. Vel enim illud uult insinuare, defatigatos fuisse & afflictos intolerabiliter, erroris tempore, crudeli tyranno subiugatos, fa- B
tanæ, & gregibus dæmonum seruientes, sacrificia & fructus ipsorum, filios, inquam, & filias deposcẽtibus: uel olim diros & infractos, & propugnatores antiqui erroris, & omni fretos robore, ut Græcanicæ impietati suæ iuueniliter adhærescant. At postquam illuxit Christus, & ueram lucem omnium in corda immisit, & ueluti mentis ac intelligentiæ quidã lucifer exortus est: Laborarunt, id est, non manserunt, ut antè, peruicaces, & remiserunt ueluti de pristina contentio
Rom. 5 ne ac uehementia, uictoriamq; ipsius prædicationi cesserunt. Nec falsa fuit aut mendax de illis oratio. Sic enim sapientissimus Paulus scribit: Vbi abundauit peccatum, eo magis excelluit gratia. Nam Ægyptiorum terra, augustis & san- C
ctis Ecclesijs plena conspicitur. Altaria ubiq; & greges monastici, & uirginum examina, & exercitiorum labores cum ingenti uoluptate, & cursus ad uirtutem, & magna alacritas & feruens, ac impedimenta non sustinens: Christiq; cultum ad ipsos usq; Sabaim & Indicas gẽtes protendit ac propagat. Est enim est uidere etiam apud illos, & apud negociatores Æthiopię, quæcunq; sunt in Aegypto. Isti ergo, inquit, Aegyptij, & Sabaim, excelsi uiri, id est, conspicui, & notissimi omnibus, & nulli non cogniti, quòd sint insigniter dæmoniorum cultores, & diabolicorum inuentorum propugnatores, ad te transibunt: id est, primo relicto errore, & exilientes à fouea interitus, uenient ad te, & tibi erunt serui, tuæ scili- D
cet uoluntatis administri. Significat enim hoc seruitutis nomen à Deo positum. Sequentur te uincti manicis: Insistent, inquit, tuis uestigijs, Euangelica lege manuducti, ad quæcunq; agenda, & excellentis uitæ semitam transibunt, uincti manicis, id est, charitatis nexibus, & compedibus inexplicabilis in Deum pietatis, ut dicere queant: Quis nos separabit à dilectione Chri
Rom. 8 sti? Afflictio? num angustia? num persequutio? num fames? num nuditas? num periculum? num gladius? Hi, inquit, adorabunt te, & in te orabunt: quia in te Deus est, & non est Deus præter te. Tu enim es Deus, & non nouimus, Deus Israel Seruator. Flectit enim omnium Seruatori Christo omne genu, & omnis lingua confitetur, & in ipsum omnis precatio desinit. In Christo enim petimus à Deo & Patre postulata, & in ipso oramus, confitentes etiam in ipso Deum esse, & præter ipsum nõ esse Deum. Sic etenim sen
Ioan. 14 tire nos docuit, cùm ait diuino discipulo, Philippo scilicet: Tanto tempore uobiscum sum, & me non nosti Philippe? Non credis, quòd ego in Patre, & Pater in me est? qui uidit me, uidit patrem meum. Ego & pater unum sumus. Itaq; illud, Deus in te est: &, Non est Deus præter te: idem
Ioan. 1 ualent, idemq; denotant, quia & sermo erat apud Deum, & Deus erat sermo. Ille erat in principio apud Deum. Sin cui libeat uim ac significationem dictorum, etiam ad solam Christi personam referre: planè dicimus iuxta diuini Pauli uocem, habitasse in Christo omnem plenitudinem diuinitatis corporaliter. Erat quippe ipse Deus, & non in duos filios diuisus. Sed hic sermo propriam carnem ueluti habet, in qua & habitasse dicitur. Etiamsi igitur hoc modo intelligatur Deus, tanquam in humano corpore anima, tamen unus est filius Deus. Sciendum uerò, nos dicere, Domini carnem animari, anima intelligentiæ participe. Confitentur igitur: Et in te Deus est, & non est Deus præter te. Tu enim es Deus, & non nouimus, Deus Israel Seruator. Hæc est pœnitentiam agentium uox, & iam ab errore & tenebris ad lucem reuertentium, & ad agnitionem ueritatis transeuntium, & natura atque uerè Deum, & uniuersorum fabricatorem C
& Dominum agnoscentium. Seruatorem Israelis nominant illum qui humanitatem sumpsit & carnem: illum eundem credentes esse, qui erat quondam Israelitarum adminiculator. Vel Israelem intelliges, non solùm carnalem, sed etiam si quis alius Deum potest uidere. Interpretatur enim Israel, mens uidens Deum. Videt autem Deum, mentis oculis, qui Dei ac Patris character em, nimirum filium aspicit. Cui, inquit, qui restiterunt, pudefient, & in pudore ambulabunt. Nam qui fidem in ipsum non receperunt, sed cum Deo quodammodo pugnarunt, scilicet ludæi, omnes erunt prostrati & deuicti ab immota manu: qui eius quidem maiestatem nulla prorsus iniuria afficiunt, suis autem capitibus exitium creant, & dedecus ignominiamq; contrahunt. Erunt enim iuxta uocem propheræ, spectaculo omni carni.

INNOVAMINI *ad me insulæ, Israel seruatur à Domino salute æterna: nec pudefient neq; erubescent usq; in seculum, dicit Dominus omnipotens.*] Rursus explicat & dilatat prædictionem uocationis Gentium, & conuersionis, & non in solis Aegyptijs, aut negociatoribus Aethiopiæ, aut illis Sabaim constituit: sed uocandos esse omnes ubiq; terrarum, & sanctarum Ecclesiarum patefactionem passim futuram, his uerbis significauit. Compellat enim ueluti Ecclesias, omnipotens Dei sermo, ut ad ipsum innouentur: quas etiã insulas dignatur nominare. Quemadmodum enim insulæ iuxta mare, iactantur quidem semper fluctuum motibus, uerùm



uerùm ipsæ manent inconcussæ, & naues quan- A
doq; periclitantes recipiunt, & sinum illis fluctibus uacuum porrigentes, seruant à fluctibus: sic Ecclesiæ Christi iacent quidem tanquam in medijs uitæ turbis, & solitudine, & innumeris agitantur tentationibus, uerùm in Christo domicilium habent immotum: & eos qui mundanarum rerum inutilem inanemq; turbationem ac tumultuationem fugiunt, & uelut tempestatibus acti sunt à satana & peccato, in domum admittunt. Eas igitur comparare oportet insulis. Hoc enim sibi uult hic diuinus sermo: Innouamini igitur ad me, inquit, insulæ. Iam uerò nomen Ecclesiæ multitudinem credentium in Christum declarat, ministros, & populos, pastores & doc- B
tores, & subditos. Hi nimirum omnes in Christo innouabantur, suo tempore, scilicet quo nobis illuxit Deus Dominus. Tunc enim tunc renouabuntur etiam ad uitæ, ac morum institutorumq; nouitatem, & in cultu etiam. Abiecimus enim peccatum inueteratum, & in Christo facti sumus noua creatura, ipsius legibus ac pædagogia instituti ac ducti ad nobilem & amabilem
Ephes. 4 uitæ conuersationem. Siquidem Paulus sapientissimus uocatis per fidem scribit in epistola, & inquit in quodam loco: Exuite ueterem hominem cũ perturbationibus & cupiditatibus suis, & induite nouum, renouatum ad imaginem ei- C
us qui condidit eum. In altero loco iterum: Ne conformes sitis seculo huic, sed reformemini renouatione mentis uestræ, ut probetis uos, quæ sit uoluntas Dei bona & accepta & perfecta. Et crucifigi simul dicit ueterẽ nostrum hominem, ut nouum induamus, per conuersationem & uitam in Christo. Innouamur ergo, & cultus ratione: alij, qui Iudaicos ritus sectantur, umbris relictis & figuris. Nõ enim utentur posthac boum uictimis & thure, sed spiritualiter & non materialiter, suffimentis odoratissimis: alij è Gentium multitudine capti & irretiti, ad meliora transmigrabunt, & ad ea quæ incomparabiliter excellunt atq; eminent. Non enim iam ueterem mentis habebunt caliginem, sed diuina & intelligibili luce intromissa, & sancti & ueri cultores erunt. Desistent enim adorare creaturam, & mu- D
tam sensusq; expertem materiam, & uaticinijs ac præstigijs superseded ebunt, & scurrilitatis Græcanicæ, erroriscq; dæmoniorum absurditatem circuncident & amputabunt, atq;, ut semel dicam, fœdioribus omissis, & ab execrandis recedentes studijs, omni erunt uirtute ornati, & dogmatum ueritatis periti. Innouatio igitur hæc est quo ad nos. Noua enim creatura est in Christo. Promittit siquidem uniuersorum Deus, se omnes, inquam, illos qui secundum carnem sunt, & in filijs Abraham ex promissione numerantur: (non enim omnes ex Israel, hi Israel sunt, sed filij promissionis, hi reputantur in filijs) seruaturum salute æterna, ut cùm dedecore tum ignominia careant, idq; perpetuò. Exuto enim in Christo prophano peccato, & diabolicæ tyrannidis iugo soluto, & unà cum illis abiecta corruptione, atq; induta incorruptione, in his erimus iugiter. Nõ etenim nobis peccatum insultabit amplius, neq; priori nos tyrannidi subijciet denuò satanas: sed & mortis imperium, prorsus in æternum intercidet atque peribit, calcatum in Christo, per quem & quo cum sit gloria & imperium Deo ac Patri cum sancto Spiritu, in æterna secula. Amen.

# CYRILLI COMMENTARIORVM IN HESAIAM

*Libri quarti,*

## *Oratio tertia.*

SIC *dicit Dominus qui fecit cœlum, hic Deus qui ostendit terram, & fecit eam, hic distinxit eam. Non frustra fecit eam, sed ut habitaretur. Ego sum Dominus, & non est alius. Non in occulto loquutus sum, neq; in loco terræ tenebrosõ. Nõ dixi semini Iacob, uanum quærite. Ego sum Dominus loquens iustitiam, & annuncians ueritatem.*] Cùm Seruatoris omniũ nostrũm Christi aduentũ prædixerit, & salutis tempus quò pristinæ ignorantiæ caligine relicta, ad ueræ Dei cognitionis lucem omnes peruenient, significarit: necessariam hic attexit adhortationem, declarans & ob oculos proponens cùm Iudæis tum Græcis, unde sciant apertissimè, ipsum esse Deum, & uniuersorum opificem, & præterea neminem. Hinc ait: Sic dicit Dominus: & nõ simpliciter Dominus, complures enim & in cœlo & in terra, per catachresin & abusionem hoc sortiti nominis: sed ille ipse natura & uerè existit id quod esse dicitur, & à præclaris factis habet hanc nõ fucatam aut ementitam gloriam. Ille enim, inquit, Dominus est qui fecit cœlum. Plurimum facit ad demonstrationẽ nobilitatis summæ, & eminentiæ omnipotentis, cœlum facere, & terram ostendere, eamq; stabilire. Ipse enim distinxit eam, id est, absconditã in abysso, & inaspectabilem & incompositam quondam, spectabilem fecit & compositam. Distinxit enim eam.
Dixit enim secundum fidem Mosaicorum libro Gene. 1
rum: Congregetur aqua in congregationem unam, & appareat arida. Apparuit itaque ex aquis, & submersam omninoq; illaboratam & incultam, seorsim discreuit, clausura & ostia abyssis obdidit, eamq; optimè ab aquis secreuit. Quod autem ad hunc finem utiliter & necessariò perduxerit, non ut conspiciatur solùm, sed ut incolas habeat, nimirum ex ipsa formatos, sicuti uidelicet & cœlũ habet sanctos Angelos, declarauit suprà cùm dixit: Nõ frustra fecit eam, sed ut inhabitetur. Vehiculũ igitur & uelut domiciliũ quoddam eam calcantibus, id est, nobis, proposita est. Quòd si uerò ab eo producti sumus & edi
ti, quidni uerum sit, si dicamus omnino nos ideo factos esse, ut adoremus illum & solum, agnoscamusq; esse creatorem uniuersorum, gratiasq;

& laudes referamus? Ego igitur sum, & non est præterea alius. Si etenim ille sit qui fecit cœlum, & terrā ostendit, nec eam frustra fecit, sed ad inhabitandum: quis nam alius præter ipsum Deus existere intelligatur? aut quis illum potentia & gloria exæquabit? aut quis omnino propè accedet? Et quidni omnis mortalium natura ab hac tam magna & superante omnia gloria, fortitudine, sapientia uincat? Nemo est alius. Solus est igitur, & præter ipsum omnino nullus potest natura & uerè Deus intelligi: ueruntamen dixerit profectò quispiam aliquando: Quis cognouit scopum & propositum ipsius? aut quis potest dicere, utrum aliquando etiam alios quospiam gloria & uocatione Dei uelit coronari, an seipsum solū? Defendit itaq; apologia quadā, & inquit: Non in occulto loquutus sum, nec in loco terræ tenebroso: non dixi semini Iacob, uanū quærite. Leges, inquit, constituí hisce de rebus, nō in abscondito illis loquens, nec id quærēs ut laterem, sed perspicuè & manifestè. Descendit enim Dominus super montem Sina, specie ignis: illic caligo erat, & procella, & fumi, & sonorus clangor tubarū. Circunstetit enim omnis populus seque stre Moyse, & à Deo leges ferebantur, nec præcepit Israeli, ut quæreret quippiam uanū, id est, idolum, uel falsò nominatum cultum: sed econ-
Deut.5 trario præcepta uetuerunt. Nam dictū est ei: Dominum Deum tuū adorabis, & ei soli seruies: Et non erunt tibi dij alij præter me. Et non facies tibi ipsi simulacrum, nec̄ similitudinem ullius rei, quæcunq; est in cœlo suprà, & quæcunq; in terra deorsum, & quæcunq; in aquis sub terra. Itaq; dictū est ei: Ego sum Dominus. Simile est ei quod non semel, at sæpe dicit: Sum Deus solus, & uniuersorū Dominus: Loquens iusticiam, & annuncians ueritatē. Iusticiam, ut ego puto, legem dicit: est enim iusticiæ dispensatrix lex. Veritatē autē, Christi disciplinā & instituta. Inest enim legi, forma ueritatis, & occultatur in umbris, Christi mysterium. De ipso enim scripsit Moses. Itaq; in eo quòd loquatur iusticiam, annunciatur una cum ea, etiam ueritatis quidam uigor: siquidem uerum est, umbrā fuisse legem, & in ea fuisse formam & speciem ueritatis.

CONGREGAMINI *& uenite, consulite simul qui seruauinni ex Gentibus. Non cognouerunt qui tollunt lignum sculpturam suam, & qui orant uelut deos qui non seruant.*] Abduxit ab intima Dei cōiunctione & consortio, terræ incolas, Draco defector, & submotos à uera Dei notitia, dissipauit, ac coniecit in seductionē & errorem multorum deorum, & in uitia præcipitās, peruersitatis suæ linum ipsis inexplicabile & inextricabile reddidit. Verū apparuit Emmanuel, impeditos educens uiriliter ac fortiter, carnisq; mortem nostra causa subiuit, ut, quemadmodum ait Euangelista, filios Dei dispersos, in unum congregaret. Nam quos dissipauit tanquam sæuus & ferus lupus insultans satanas, hos Christus coegit, tanquā bonus pastor, qui animā suam pro ouibus posuit. Hoc itaq; ipsum significat dicēs: Congregamini, id est, una fide & animorum consensione colligamini. Congregamini Deo omnium dominatori, per sanctificationem & iusticiam. Venite propè, qui longè adhuc estis, ab hoc funiculo ac sorte remoti propter peccatum. Quippe in fœdam & execratissimam mentis affectionem deductos, à Deo abscessisse dicimus eos, qui errauerunt, qui etiam propè erunt per fidem in Christum. Siquidem Paulus sapientissimus currentes ad hoc affatus
Ephes.2 est: Nunc autem qui quondam procul eratis, facti estis propè in sanguine Christi. Et rursus de eodē: Venit ut Euangelizaret pacem nobis, qui aberamus procul, & his qui propè aderāt. Hinc per prophetas sanctos his qui iam procul aberant, dicebat: Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis. Venite igitur, inquit, & consulite simul qui seruamini ex Gentibus. Consulite, dicit, pro, quę ad conuersionem attinent, gerantur à uobis non inconsultò neq; inconsideratè, sed miranda prudentia. Per fidem enim cognitio augescit: siquidem non est dubium, si erroris nos & stulticiæ condemnauerimus, & à pristina impostura conuertamur, nos properè cursimq; ire ad Deum, & ueræ Dei cognitionis lucem accipere, & rebus melioribus citra comparationem, recti iudicij calculo, subscribere. Consulite igitur, id est, sapite, qui ex Gentibus seruamini. Nam uelut insipientię plenos ad mentem sapientem eos iubet redire, & admirabilem inculparamq; intelligentiam, qua perspicere omnium dominatoris Dei & potentiam & maiestatem liceat. Sed hoc non nouerunt, inquit, id est, omnino amentes esse intelligi possunt, & extrema pleni insciti a. Qui tollunt lignum sculpturam suam. Qui tollunt, intelliges hoc loco, pro, qui extoliunt, ut ei gloriam Deo dignam attribuant, cùm lignum sit, & ab ipsis sculptū. Deinde orant ueluti deos, qui non seruāt. Ideoq; sunt rudes, & parum abest quin similes illis sint qui adorantur, quantum ad stupiditatem, hi qui suum adorant artificium, & à materia quæ sensu caret, auxilium quærunt, & Dei appellationē, rebus à seipsis fabrefactis attribuunt. Audiāt ergo lyram psallentis, subsannan-
Psal.113 tem illos & clamantem: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt eis.

SI *annunciant, appropinquent, ut sciant simul, quis hæc auditui patefecerit ab initio. Tum annunciatum est uobis: Ego Deus, & non est alius præter me: iustus & Seruator non est præter me. Conuertimini ad me, & salui eritis, uos qui estis in extremo terræ.*] Laqueos ponentes terræ incolis, graues & multiplices, & foueas interitus fodiētes scelerati dæmones, & diuinitatis gloriam impiè rapientes & deprædantes, suisq; capitibus accommodantes, audacissimi, erroris sui machinamenta conflare & extruere nitebantur. Nam semper ad certum tempus fingebant se futura scire, & posse illa discere uolentibus annunciare. Oracula itaque per regiones & urbes erant, & falsa uaticinia ubiq; & ominationes, ac impostorum multitudo, ut scriptū est, ex suo corde loquentium, & con-



& coniectores, & necromantici, & qui è terra edunt uocem, ac uentriloqui, quiq; è farinis uaticinantur, & ut semel dicam, orbis terrarum mendacium plenus erat & impostorum. Neq; igitur ulla uera futurorū cognitione erant præditi: sed uanitate, nugamentis, errore, & dolo, nec quicquam erat præterea aliud. Hinc dicit uniuersorum Deus: Si annunciabunt, appropinquent, ut sciant simul. Si enim possunt annunciare, inquit, ueniant ut simul sciant, ut aliquid palàm omnes in unum coacti annuncient. Erant enim, ut dixi, seorsim ac passim oracula. Alijq; aliò iuerunt, & mentientes impuros dæmonas adorarunt. Si uerè, inquit, annūciare possunt, simul & eodem in loco congregati omnes, sciant aliquid futurorū, quis auditui patefecerit illa ab initio. B Quis est enim superstitiosorū, aut quis illorum uatum falsorū, uel eorum qui illis uaticinijs addicti erant, qui unquam nouit uel annunciauit, suo tempore effulsurum in mundo Christum? aut nubem erroris abituram? & falsò nominatæ cognitionis tenebras dispellendas? & effulsurum terræ incolis, tanquam intelligibilem luciferum, tanquam splendorem & diem, tanquā solem iusticiæ, Christum? Sed neq; inquit, hi qui futurorum cognitionem præ se tulerunt dæmones, hæc ab initio nunciarunt: neq; illorum uanitatis artifices. Nullus enim Græcorum poetarum uel rhetorum, has res tam illustres commemorauit. Quis igitur hæc auditui patefecit ab initio? Tunc etiam annunciatum est uobis, id est, C ab initio. Annunciata sunt autem à nullo alio, sed à me potius, qui omnia noui, & antequam fierent, prænunciaui. Loquutus sum enim uobis illa, & per Moysem & per prophetas sanctos, qui meos ad uos tanquā legati deportarunt sermones. Itaq; inquit, ego sum Deus, & non est alius præter me. Sum autē iustus & Seruator. Iniusti enim sunt scelerati dæmones, & pernicioſi, & sanguinolenti, detrudentes in exitium, terræ incolas. Iustus & Seruator est uniuersorum Deus, subueniens oppressis, soluens uinculis direptos, & catenis peccatorum constrictos, illustrās obtenebratos, roborans debilitatum, excitās quod iacet, & conuertens quod errat. Hinc dicit: Conuertimini ad me, & seruamini ab extremo terræ. D Quibus ex uerbis optimè perspicere licet gratię per Christū magnitudinē, omnes qui sunt in terra peruadentē. Contracta enim erat salus & gratia per Mosen, ad unam gentem Israelis meam: at gratia per Christum porrecta est uelut, & ad terminos usq; terræ excurrit. Capta est enim & irretita per fidem in ipsum, ad salutē & uitam, terra uniuersa.

EGO *sum Deus, & non est alius. Per me ipsum iuro, nihil egredietur de ore meo nisi iusticia, sermones mei non auertentur. Quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua per Deum, dicens: Iusticia & gloria ad eum uenient.*] Sublato falsò nominato cultu, in medium prodire ueritatē oportuit, & tenebris ueluti depulsis lucem undiq; emicare. Hinc & quidem meritissimè, post A utilem & fructuosam hanc exhortationē, suam declarat gloriā. Ego enim, inquit, sum Deus, & non est alius. Deinde eorū quæ futura expectantur per Christum, uirtutem præsignificat, iureiurando cōfirmans, quòd dicta per ipsum iusticia, id est, quæ in Christo per fidem gratis donata est uniuersum terrarum orbem inhabitantibus, & sermones eius, Euangelica scilicet & salutaris prædicatio, omnibus locis omnibusq; modis eluceſcent. Indicat enim, opinor, hoc: Non auertentur. Nam Deo promittente, & prorsus penitusq; futurum dicente, quis poterit impedire? Iurat igitur per seipsum. homines enim per eū, qui maior est, iurant, & omnis controuersiæ finis est illis, ad rem confirmandam, iusiurandum. Deus autem qui est supra omnia, & incomparabili excellentia, antestat cæteris, per seipsum iurat. Nō enim potuit iurare per alium, cùm ipse, ut dixi, omnium sit summus, & ad hanc sortem uocatus sit, ut & natura & gloria emineat. Quid est igitur quod annunciatum est? Salus & conuersio omnium ubiq; gentium. Mihi enim, inquit, flectet se omne genu, & iurabit omnis lingua per Deū. Flectet se genu Deo, & nomen eius ab omnibus in iuramento adhibebitur, quid aliud significat, quàm omnium cōuersionem & agnitionem, & coniunctionis cum ipso patefactionem? Qui enim per conuersionem ad Deum redeunt, prorsus nec genu immundis spiritibus flectunt, neq; lingua illos ut deos circunferunt. Non enim per ullum aliquem iurabunt, tanquā per Deum: sed unum natura & uerè, esse cognoscentes, eius iugo ceruicem supponunt, & genu flectunt, & si legitimè iurare uelint, eius solius mentionem faciunt, dicentes: Omnis iusticia & gloria ad eum uenient, id est, ei & soli conuenit. Omnia nanq; facta præstantissima, & dicta omnia quæcunq; ad Dei gloriam redundant, debent ei à nobis soli accommodari.

PVDEFIENT *omnes qui se à Domino separant. iusti fient, & in Deo glorificabitur omne semen filiorum Israel.*] Verum est in utraq; parte quod dictum est, neq; potest diuinus sermo mentiri. Sequetur enim semper eos qui uolunt à coniunctione & consortio Dei nimirū spirituali, refugere, pudor: at qui illū ex puro corde diligūt, his obueniet, ut in illo glorificentur, & iusticia præluceant. Hi autem sunt, non carnalis Israel, sed uerius semen filiorum Israel. Vt autem dilucidiorem ac planiorem faciamus propositorum sententiā, illud dicimus. Illuxit enim terræ incolis, unigena Dei sermo, ea specie qua nos sumus, & caro factus est, secundum scripturas, & uenit captiuis remissionem, cæcis usum prædicans, confractos liberans, contritos corde sanans, & annum Domini acceptum uocans. Quanquā autem oportuisset Iudæos maximè fidem in ipsum admittere, cùm & legem pædagogū, & sanctos prophetas mystagogos sortiti essent: hoc tamen nō fecerunt, sed ab eo uelut resilierunt, suntq; pudore suffusi, peccatū habentes indelebile, quod illis ignominiā inurit & in-

Universidad de Deusto
Biblioteca



lamiam. Verum est ergo, omnes qui separant se à Domino, pudefient. Nam audierunt ipsum
Ioan. 8 dicentem: Amen amen dico uobis: Nisi credideritis quòd ego sum, in peccatis uestris moriemini. Qui autem eius aduentum agnouerunt, per fidem iustificati sunt, & magnam & perennem lucrifecerunt gloriã, declarati sancti Spiritus participes, & illustri adoptionis filiorum dignitate locupletati. Dedit enim illis hanc dignitatem, ut filij Dei fierent: ad hæc cùm spem dignam & calumniæ non obnoxiam habeant, regnum cœlorum accipient hæreditariò. Hi possunt intelligi esse, semen filiorum Israel. Filios etiam Israel in his uerbis nominari dicimus, sanctos Apostolos & Euangelistas. Erant enim ex Iudæis, quod ad carnem attinet: eos & præterea filios ipsorum, qui per ipsos uocati sunt ad agnitionem Christi.
1. Cor. 4 Alloquutus est scilicet diuinus Paulus eos qui per ipsum crediderũt: Etiamsi mille pædagogos habetis in Domino, non tamen habetis multos patres. Nam in Iesu per Euangelium ego uos genui. Inuenimus etiã sæpenumero & alios præter sanctos Apostolos, qui filiolos uocant eos, qui per ipsos ad salutẽ quę est in Christo, irriteti sunt.

## CAP. XLVI.

DECIDIT Bel, cõtritus est Dagon, facta sunt sculptilia eorum, ut bestiæ & iumenta.] Vaticinia, quę fiunt à prophetis sanctis de omniũ nostrũm Seruatore Christo, semper prædictiones necessariæ rerum ab ipso gestarum, uel in mundo rectè administratarũ, sequuntur. Præclarè autem factũ inter omnia insigne, erat, sublatum esse è medio satanam, & nefariam ac hominum interemptricem dæmoniorum multitudinem. Vbi itaq; ille mundo illuxisset, dissipata est ingens & execrabilis peccati caligo, quam satanas omnium animis immiserat, ne lucem ueritatis aspicerẽt. Cessauit porrò dæmoniorum tyrannis, & idololatriæ iudibria. Itaq; necessariò, ut dixi, hic sermo nobis hisce de rebus introductus est. Et cecidisse ait Bel. Erat autem hoc præcipuè Babyloniorum idolum, sed in alijs etiam ciuitatibus cultum. Narrant autẽ Belum, apud Græcos atheos, fabulosè dictum Saturnum: quem etiam ferunt crudelem esse, & sanguinis sitientem, & cædis hominum amantem. Traditum est etiam in historijs Græcis, quosdam ei uno die trigínta hospites mactasse. O abominandã & inusitatam Deo atq; hominibus celebratam panegyrim. Deus sanè uniuersorum his adeò grauibus impietatibus indignans, per unũ è sanctis prophetis dicit, his qui talia facere solebant: Mactate homines. Vituli enim defecerunt. Eò enim inhumanitatis & immanitatis uenisse dicit impuros dæmonas, ut sitirẽt insatiabiliter humanũ sanguinẽ, & eorum qui rei & cõuicti erãt, interitu delectarentur. Non enim fortè uitulus in ara clamans, & thura ac oues illis conueniebant, sed hominum cæde gaudebant. Cecidit igitur, inquit, Belus, id est, deiectus est, & cecidit dæmonis potentia: ita ut deinceps peruersitatis iugo abiecto, libera & spontanea mente, qui quondam illius malitia impediti erant & retardati, ad Deum currerent. Contritus est etiam Dagon. Numen erat hoc etiam, eorum qui oram maritimam inhabitarunt, quæ est Iudææ contermina: Ascalonitarum, inquam, & Gazanorum, quos etiam Philistijm, uel alienigenas, diuina scriptura sæpe nominat. Pulcherrimè dixit: Contritus est: quippe propheta nunc orationem de eo prosequitur, uelut ab euentu qui subsequenti tempore ei contigit. Legerat enim in libris Regnorum, alienigenas acceptam quandoq; Dei arcam, in domum Dagon introduxisse: deinde ingressos dæmonij cultores, idolum collapsum ante arcam uidisse, & comminutum illum fuisse, ut manus, pedes, caput amiserit. Perscitè itaq; uelut ab eo quod subsequentibus pòst temporibus contigerat, inquit: Contritus est. Dicimus uerò propheticam orationem nobis idololatriæ euersionem subindicare: cùm quasi ex parte Belum & Dagon nominauit. Nõ enim potuit omnium in terra idolorum mentionem facere, sed uelut à parte totum describit.

PORTATIS *ea alligata uelut onus laboranti, & esurienti, & deficienti, & impotenti deniq;, qui nõ poterunt salui euadere è bello: ipsi autem captiui ducti sunt.*] Manuconditorum inutilitatem & inanitatem rursus hîc nobis demonstrat hæc oratio, & uelut à ludicris quæ in illis exhibebantur, pudendum admodum esse errantium cultum ostendit. Celebrarunt etenim dæmonijs frigidas interdum & ridiculas panegyres: deinde sacrificij quidam educentes ex adytis imagines, & illas consecrantes ac dedicantes, circumiuerũt, in plateis titubantes & quasi ebrij, perinde quasi onus grauissimum portarent: & ubi oneraret, id quod ferre uoluerunt, ibi & premi se & baiulare onus non posse simulabant. Populus autem imprudens & gregarius, & mulierculæ mentis inopes laudibus inanimam materiam extulerunt, cùm tamẽ speciem aliquam seu uiri seu fœminæ uiderent, & uerè putarunt pondus intolerabile fuisse eum qui portabatur à dedicantibus. Diuina igitur oratio hic deridet magnam Græcorum stupiditatem, & ait de imaginibus quæ erant in adytis, quas inconsultò uoluerunt adorare: Portatis illas alligatas quasi onus laboranti, esurienti, & deficienti, atq; impotenti deniq;. Hæc enim, ut dixi, quidam sacrifici finxerant, cùm manufacta circumferrent. Qua autem ratione infirmitas eorum quæ adorabantur dinosceretur, ex multis alijs rebus id quidem licet uidere. Lignũ enim aut lapis, aut alia quæpiam materia est, eiusmodi idolorum efficitio. Cùm uerò ex rebus maximè opportunis illud demonstrare erat necesse: reducit illos in memoriam suæ captiuitatis futuræ à Babylonijs, tunquam: quam etiam perpessi sunt, quandoquidem relicta legis impletione, & unius ac naturæ Dei cultu, ad omnia infestissima abierunt, & operibus



operibus suarum manuum procubuerunt, & quemadmodum scriptum est, militiæ insuper cœli sacrificarunt. Vnde igitur imbecillitas fictitiorum deorum apparebit? Non poterunt, inquit, salui euadere è bello, sed ipsi sunt captiui ducti. Capta nanq; urbe uel regione, si qui apud eos essent aurei & argentei dij, ante alia omnia primi ab euersoribus capiebantur: quibus conueniebat, si quidem essent dij, & suis autoribus subuenire, & se manu hostiũ superiores declarare. Quid igitur prodest sculptile, (quia scripserunt illud iuxta sermonem prophetæ, & formarunt illud cõflatile specie fallaci) si neq; sibi ipsis, neq; alijs subuenire ualeat? At quî hoc fieri à ligno & lapide poterat?

AVDITE *me domus Iacob, & residuum Israel, qui portamini ab utero, & erudimini ab infantia usq; ad senectutem. Ego sum, donec senescatis: Ego sum. Ego sustineo uos. Ego feci. Et ego dimittam uos, suscipiam & seruabo uos.*] Artificiosissimè rursus nectitur oratio, & ornatè progreditur, decenter & compositè. Postquam enim belli mentionem fecerat, quo accidit, ut infinita hominũ & mulierum multitudo intermoreretur, & ad uirorum paucitatem Iudæorum regio admodum redigeretur: hinc ait uelut ad domum unam, & uelut ad residuum, ac barbaricæ crudelitatis reliquias: Audite me domus Iacob, & omne residuum Israelis. Non mediocrem utilitatem attulit auditoribus hæc oratio, siquidem sapiebant, & quod è re esset expenderent. Tristia enim & intolerabilia, cùm prænunciata sunt, facilè quis euadet, causas incursionis uitans: sed aduentantia & uelut insilientia, quo nam modo quis repellere poterit? Residuum ergo appellat eos: tantum non clamans, consumendos fore bello, & prædam fore barbarorum crudelitatis, si non à studijs adeò fœdis destiterint. Quòd autem indociles erant Iudæorũ animi, & nulli prorsus usui fuerit illis meditatio legis, ostendit inquiens: Qui portamini ab utero, & erudimini ab infantia ad senectutem usq;. A paruulis enim ad senilem ætatem, in sacris & diuinis literis exercitati, nihil utilitatis ceperunt, & ac si nulla omnino monitione dignati fuissent, in apostasian à Deo reciderunt. Sed tamen, inquit, etsi longum tempus consumptum uobis fuerit in parum frugiferis exercitationibus, & uos ad docendum ineptissimos uideam, ab insita placabilitate non desistam: sed meipsum uobis sic manifesto & dico: Ego sum, id est, uiuo & subsisto, non quasi ortus initium habens, uel quasi exitum prospiciens: sed idem semper, & mihi similis, & iterum donec senescatis, idem ero. Non enim mihi, ut uobis, adest senium, at sum uiuens & omnipotens. Et ego effeci calamitates quæ uobis è bello incumbunt: sancto & pio calculo uocans ad pœnam, eos qui meam gloriam ignominiosè polluerunt. Verumtamen ego dimittam, id est, remittam, & oblitus omnium iniuriarum, uos qui laborastis, instaurabo. Ego suscipiam & seruabo uos. Nam ego qui dedi uos in manus hostium, rursus uos in gratiam recipiam, uosq; soluam captiuitatis compedibus. Itaq; multiplici quasi pharmaco sanat corda eorum, qui in illum debacchati sunt, & præsignificatis ad quę fas non erat prolapsi sunt, partim minis, partim bonis pollicitationibus. Scopus enim ipsi & propositum est, seruare quod periit, & eripere è manibus diaboli, quod errauit.

CVI *me comparastis? uidete & excogitate, qui erratis, & qui confertis aurum de marsupio, argentum in statera appendunt libra, & conducto aurifabro, fecerunt opus manu confectum, & incuruati adorarunt illud. Portant illud humeris, & uadunt. Si autem posuerint illud in loco, manet, non mouebitur: & qui clamauerit ad illud, non exaudiet, è malis non seruabit eum.*] Cõtumelioso esse arguit & angusto animo præditos, idolorum cultores, & in ipsam diuinam ac supremam naturam delinquere. Quantum enim in ipsis est, eminentiam ipsius gloriæ, ad quæ nõ conuenit, & ad inanimam materiam deprimũt, & abijciunt: dum ea ad sua opificia & figmenta transferunt, & pœnis ultimis sacra sua capita implicant. Cui igitur me, inquit, comparastis, cunctis natura præcellentem? & incomparabili præstantia in sublime euectum? & omnibus mortalibus superiorem? uniuersorum opificem, regem simul & Dominum? Quin & aliud quippiam uerisimile est significare uelle Deum, cùm ait errantibus: Cui me comparastis? Videte & excogitate. Videte & excogitate qui erratis. Dicit enim: Aurum & argentum conferentes, deinde, conducto aurifabro, formam aut uiri aut fœminæ confingunt, aut etiam bestiæ, ut ita dicam, uel iumenti, nomenq; Dei illi formato ab ipsis statim inditur. Cogitate igitur, inquit: Cui me comparastis? Vel enim uiro, uel mulieri, uel etiam bestijs, uel animalibus rationis expertibus? Annon sanè res hęc extremè est impia? Excogitate aliquid in defensionẽ, exoluite uos crimine. Sed enim haud inuenietis orationem qua hoc probetis. Nam cùm naturã, quę omnia superat, ad bestias & iumenta deprimatis: qua oratione uteminí? quæ ad criminum uim propulsandam sufficiat? Quòd autem idolorum fictio nihil aliud sit quàm cogitationis uanitas & uilitas, conatur ostendere: hinc præcisè admodum & tenuiter loquitur. Colligũt enim, inquit, è marsupio argentũ & aurum, & in statera ponunt & æquilibrio: unoquoq; fortassis conferente, ut ex æquo & bono qui plus contribuit, ei magis faueat & propendeat qui fabricatus est. Dicturos enim omnes puto, quòd si pecuniarũ essent indigi, omnino Deum non haberent: & nisi abundaret orbis terrarum artificibus, nemo esset omnino qui ab illis coleretur. Sed & eo ruditatis & insipientię mentis ueniunt, ut cùm ipsi ante suos deos existant, honorent tamen eos qui pòst sunt geniti: & eos ipsi creant, quos par erat pòtius creatores uideri: & cùm materiæ domini sint, ea necessarium in abusum sumpta ab ipsis petunt salutem. Onus portant, diis in humeros sublatis, cùm eos immobiles uideant, quicq; ab-

*Idolum quid.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



ducantur, quocunq; libuerit, & illis preces offerunt. Quando igitur uideris eos preces accipere, tum expecta fore auxilium. Sin eos & sensu carere & motu uideas, quam tandem utilitatem ab illis expectes? Sed tu simili morbo laboras, neq; quicquam sentis, quippe extremè stupidus & insensatus.

MEMENTOTE *horũ, & ingemiscite, pœnitentiã agite qui erratis, redite ad cor. Et mementote priorũ à seculo, quòd ego sum Deus, & non est præter me: annuncians prius ultima, antequam ipsa fiant, & completa sint. Et dixi, omne meum consilium stabit, & omnia quæcunq; cogitaui faciam: uocans ab Oriente uolucrem, & de terra remota. De quibus cogitaui loquutus sum, adduxi, creaui, & feci. Duxi eum, & faustum effeci iter eius.*] Conspicatus Deus eos errore, tenebris & graui ignorantia detentos, iterum eorum capit misericordiam: & iubet respicere ueluti, & oculum mentis diligenter ad facta referre, ut à malo ad melióra tranferantur, & orationes ad ipsos habitas sempiterna tenentes memoria, respiscant: nec lingua tantùm simpliciter & tenuiter, sed ipso corde & ex animo faciant. Est enim laude dignissimus & uerus, eiusmodi pœnitentiæ modus. Quòd igitur idolorum effictio res sit ridicula, ex his quæ iam prædixit, perspicere iubet. Quòd autem ipse sit omnium Deus, ex dignitate cogitationum Deo dignissimarum, quæ ipsi natura insunt, probat. Sum enim, inquit, ego Deus, & omnium cognitionem habeo, & antequam fiat quippiam, id significo, & quod annunciatum est, ad finem perduco. Quin & porrò pergit confirmare: Quicquid cogitaui, completum est, & quæcunq; mihi placẽt, omnino fient. Et hoc quidem magnum momentum habet ad demonstrandum insuperabilem & Deo dignam potentiam. Homines enim quanquam summos honores consequantur, & dynastias sorte habeant ac summam potestatem, tamen cùm sibi aliquem uelut scopum proponunt, & aliquid efficere statuunt: non semper neq; omnino illis secundo amne procedunt decreta. Plurima enim obiter incidunt, & graues remoras iniiciunt. Si quid autem uniuersorum Deus uelit agere, quid illi obsistere & obstare poterit? Quæ enim sanctus Deus uult, quis dissipabit? & quis manum eius excelsam auertet? Itaq; ad demonstrandum, se esse natura & uerè Deum, meritò illud dixerit: Omne consiliũ meum stabit, & omnia quæcunq; cogitaui, faciam. Deinde ad hæc ait: Vocans ab Oriente uolucrem, & è terra longinqua. De quibus cogitaui, quod sequetur etiam illud: Ego sum. Volucrem autem ab Oriente & ex terra remota uocatam, Babyloniũ esse dicimus, qui uniuersam regionem Iudaicã incendit, & Hierosolyma cepit, & templum quatefecit ac disturbauit: dein pluribus tum gregarijs tum illustribus uiris deturbatis, à patria abduxit, & in regione atq; terra Persarum collocauit, iugo captiuitatis duriter & intolerabiliter illis iniecto. Erit hoc autem perspicuum ex his quæ Deus ad beatum
Ezech. 17 prophetã Ezechielem dixit quæ sic habent. Ha-

A bitus est autem sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, narra narrationẽ, & dic parabolam, ad domum Israel, & dices: Hęc dicit Adonai Dominus. Aquila magna, longo membrorũ ductu, plena unguium, cui uoluntas fuit intrandi in Libanũ, tulit electas Cedri, & summitates mollitiæ amputauit, & attulit eas in terram Chanaan, in ciuitate mœnibus cincta posuit illas. Accepitq; de semine terræ, & transtulit id in campum satum, in aqua multa, inspectũ id ordinauit. Et facta est uitis infirma, & parua magnitudine, ut appareret, sarmenta ipsius in eo, & radices ipsius subter illa terra erant. Factaq; est uitis magna, & fecit propagines, extenditq; ramos suos. Hæc igitur dixit Deus ad beatum propheram Ezechielem.

B Quoniam aũt sensum orationis assequi nõ poterant, nec ualde perspicua erat auditoribus, ipse denuò explanat, cùm ait: Dic aũt domui Israel irritanti, nescitis, quid sibi uelint quę dixi. Cùm uenerit Rex Babylonis ad Hierusalem, capiet regẽ eius & principes eius, & ducet eos ad se in Babylonẽ. Et accipiet de semine regni, & faciet cum eo fœdus, & inducet in eum execrationẽ, & duces terræ accipiet, ut sit regnum infirmũ, nec unquam erigetur, ut seruet pactum, ac firmet illud. Nam ut in libro Regnorum legimus: Postquam Sancta ciuitas capta esset, Sedeciã captiuũ & aliquot illustriores uiros, cum ipso uinctos in terram Chaldæorum Babylonius abduxit. Et hæ quidem sunt electæ arbores Cedri. Ego igitur,

C inquit, sum qui uoco ab Oriente uolucrem. De quibus cogitaui, loquutus sum & adduxi, nec mentitus sum, inquit: prænunciaui uentura esse suo tempore, & quod prædictum est, ad exitum est perductum. Creaui, id est, paraui mala, scilicet malè affligentia, & belli calamitates, his qui meã contaminarunt gloriam, & qui ad idola inanima ta declinarunt. Et feci. Duxi illum, ac secundaui iter eius. Nõ enim ipsius manus erat opus, debellare Israelem, si quidem ei adiutor fuit Deus. Sed enim ego qui seruo & præfui, secundaui iter eius: ut supplicium de his sumeret, qui pietatem in ipsum paruí fecerunt, imò uerò prorsus resilierunt: ita ut honorem ac gloriam illi & soli conuenientem, lignis tribuerint & lapidibus.

D AVDITE *me qui perdidistis cor, qui longè estis à iusticia, propè duxi iusticiam meam, non prolongabitur, & salutem quæ ex me, nõ tardabo. Dedi in Sion salutem, Israeli in gloriam.*] Ecce deintegrò illis salutem appromittit, & animũ despondere non sinit: ne immensa tristitia uicti & deiecti, procul absint ab ea spe, quòd seruabuntur scilicet, modo uelint resipiscere. Excordes enim erant, errantes, & uerus erat de illis sermo. Quo enim illi animo affecti erant, qui quos ipsi creant, adorant, & ueneratione lignis & lapidibus exhibita, ab ipsis petunt salutem? Verùm etiam sic deos suffert, & deceptorum miseretur, & eorum qui ceciderunt commiseratur, & bonis pollicitationibus reducit ad intelligentiã, & expergisci iubet, & qui procul sunt, & remoti à iusticiæ sorte, id est, Deo, ad se iubet uenire. Videtur autem



autem pollicitatione particularis salutis, etiam A uniuersæ ac generalissimæ demonstrationem unà intexere. Seruauerat enim ex terra Chaldæorum eos, qui pro captiuis in eam fuerunt ablati, & hoc, opinor, licebit particulare auxilium dicere. Generalissimum autem fuit per Christum, qui ueteribus etiam non longè pòst exhibendus denũciabatur. Propè enim, inquit, adduxi iusticiã meam. Et salutẽ quæ ex me est, non remorabor. Simile esse hoc dicimus ei: Adhuc paululum, & qui uenturus est ueniet, & non tardabit. Data est autem in Sion salus Israeli in gloriam. Sion his uerbis nominat eam, quæ cadit sub intelligentiam, id est, Ecclesiam Christi, in qua eius salutem omnes in gloria percipimus, quicunque intelligibilis Israel efficimur. Vt enim Iudæus est non B ex carne solùm, sed si quis in spiritu circũcisione dignus est habitus: sic & Israel, non qui ex sanguine solùm Israel nati sunt, sed quicunque præditi mente sunt, qui Deũ uidet, qui etiam ex promissione in filijs Abrahami numerantur: quem nos ueriorem Israelem esse dicimus.

CAP. XLVII.

DESCENDE *sede super terram uirgo filia Babylonis sede in tenebris filia Chaldæorũ: quoniam non ultrà adijcietur, ut uoceris tenera & lauta. Cape molam, mole farinam, retege tegumentum tuum, detege canos, & denuda tibias, transi flumina. Retegetur ignominia tua. Apparebunt dedecora tua. Quod iustum est de te sumam.*] Cùm dixerit: Ded Israeli salutem in gloriam, & annun C ciauerit captiuis redemptionem: commemorat deinceps & exponit clarè, quemadmodũ capta & uastata sit, & tanquam in tabula depingit captorum habitum. Sicuti etiam bellicam incursionem Babyloniorum antè in regionẽ Iudæorum præsignificauit, singula minutatim percurrens

Hes. 3 & dicens: Eo quòd euectæ sunt filiæ Sion, & incesserunt elato collo, & in nutibus oculorum, & in progressu pedum, simul trahunt tunicas, & simul pedibus lusitãt, humiliabit etiam Deus principes filias Sion. Et Dominus reteget habitum earum die illo, & auferet Dominus gloriam uestimenti earum, & ornamenta & plexos crines, & uestes fimbriatas, & quę sequuntur. deinde adiungit his: Erítque pro odore suaui, fœtor, & pro D zona, funiculo cingẽris, & pro ornatu capitis au reo, caluitium habebis, propter opera tua. Pro tunica clauatæ purpuræ, eris succincta sacco. Ita nunc quoque quæ passuræ sunt filiæ Babylonio rum, & finitimi, Persis atque Medis eas obsidentibus, commonstrat, inquiens: Descende, sede in terra uirgo filia Babylonis. Sede in terra, significat, humilis fias, quæ tantopere superbiæ grauissimo morbo laborasti. Descende ergo de monte, à mente elata ad humilitatem, & à gloria ad infamiam, à delicijs ad miseriam, ab immensis opibus ad extremam mendicitatem, à libertate in seruitutem: & ut semel dicam, ab omnibus rebus iucundissimis, ad deteriora & calamitosissima. Sede in tenebris, nimirum præ insanabili calamitate. Seruiliter enim subiugat mentem dolor uehemens infusus in animum, & inopinatorum laborum impressio, & timor quasi onus incubãs. Præterijsse autem ueteris ipsorum felicitatis tempus, ostendit, cùm ait: Non amplius uocaberis delicata & laura. Nõ enim uero est dissimile, mulierculas Chaldæorum splendidè uictitasse, & studuisse elegantiæ, & comptè fucandi artem non in minimo precio habuisse. Quin fuerunt etiam acierum instruendarum scientes, auro & lapidibus gloriari, & ornatu admirabili splendescere, & in ipsis etiam prælijs. Non uocaberis ergo amplius, inquit, lauta. Sed uolens nolens seruitutis miseriam subibis: moles farinam, apparebis nuda uelamẽtis capitis, crinibus scilicet neglectim undique diffluentibus, etiam si antè fueris uariè redimita, reteges canos. Quod signum esse potest euidens, qui uastant eò crudelitatis uẽturos, ut ne uetulæ mulieri quidem sint parsuri. Denuda tibias, transi flumina. Retegetur ignominia tua, apparebunt dedecora tua. Nam quæ semel in captiuitatem redactæ, & à patria in terram uictorum abductæ sunt, flumina quæ obiter occurrunt interea pedibus traijcere oportet, renudatas scilicet, & eam quæ feminas decet uerecundiam, non amplius oculis præ se ferre: sed uelut ex necessitate multis etiam nudare secreta corporis. Licebit etiam alio modo dicere, eius ignominiam appariturama & dedecora: ut quæ iam capta sit, & in detestando ac luctuoso in loco, quæ quondam molliter ac delicatè uixerat, & omni genere felicitatis floruerat. Ait porrò: Iustum de te sumam, id est, sumam de te quod pati oportuit. Quid autem illud sit, per alium propheram sanctum prælignificauit, dicens: Quemadmodum fecit, ei faciam. Et iterum: Quemadmodum fecisti, ita erit tibi: retributio tua retribuetur tibi in caput tuum. Dictum est autem & alibi de omni delinquente: Væ iniquo, mala opera eius euenient ei.

NON *ultra tradet te hominibus, dicit is qui eripuit te Dominus Sabaoth: sanctus Israel nomen ei.*] Interiecta est alia oratio, idq; tanquã ad Israelem: promittitq; Deus, nullo eos tempore in hostium manus casuros, & misertum se eorum ait, qui peccatis dignas ac quasi æquales pœnas luerint, & qui potius ultrà id quod æquum est puniti fuerint. De eo namq; dixit: Sacerdotes loquimini ad cor Hierusalem, Hes. 40 consolamini eam: quia impleta est humiliatio eius, solutum eius est peccatum, quia recepit de manu Domini duplicia peccata. Ergo, inquit, qui eripuit te Dominus Sabaoth, cui etiam nomen est sanctus Israel, dixit, quòd posthac non tradẽris malis & immitibus hominibus, scilicet his qui uicerunt: eo quòd Deus iratus esset, & misericordia ac dilectione uacuum dimiserat Israelem, quos ad defectionem conuersos conspicatus est, & effreni iræ impetu, ut ea faciant, quæ in diuinis suis legibus sunt accusata.

SEDE *compuncta, ingredere tenebras filia Chaldæorum: non ultrà uocaberis, Robur regni. Irritatus erã contra populũ meum,*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*cout uminasti hæreditatem meam. Ego dedi eos in manus tuas, tu* A *autem nō tribuisti illis misericordiam. Senis iugum nimium aggra uasti, & dixisti, in æternum ero princeps. Non cogitasti hæc in cor de tuo, neq; recordat es nouissima tua.*] Iusto calculo semper usum se ostendit, & pœnas quæ delictis æquo respondeant, quibusdam infligere. Plurima enim Babyloniorum erant peccata, & insignis crudelitatis atq; inhumanitatis dicā illis scribit, & arrogantem eam esse demonstrat, & inconsultò suis uiribus confisam esse: adeò ut propter muro cinctam urbem, se nullo modo passurā esse mutationem unquam arbitraretur. Itaq; inquit, quādo captiuitatem pateris, tunc cōpuncta sede. Compuncta, dicit, pro cogitans, licet fero, apud teipsam maximè. Tenebris inuoluere. Dixi em̄, mala incurabilia, uelut tenebras quasdam menti B offundere, & tanquā puluerem in animos incidere. Non ergo, inquit, posthac uocaberis Robur regni. Sic enim nominata est Babylon, utpote quæ innumerabilem haberet multitudinē, & manum bellacissimam, & satis ad resistendū instructam, siquidem essent qui aduersarentur, & contra illos, qui imperium apud se habebant, copias educerent. Dein causam cur hæc Babyloniis ex ira diuina illata fuerint & irrogata, exponit, dicens: Irritatus eram contra populum meum, contaminasti hæreditatem meam. Ego dedi illos in manus tuas. Tu autem non tribuisti illis misericordiam. Tale quiddam etiam uoce Zachariæ Zach. 1 uidetur dicere: Æmulatus sum Hierusalem & Sion, æmulatione magna, & furore magno ira- C scor Gentibus, quæ una aggrediuntur, quoniam ego iratus sum modicè, ipiæ simul aggressæ sunt ad mala. Ex amore enim interdū castigat Deus, & qui admonitionis impatientes erant, ac superbam in illum ceruicem erigebant, per labores efficit ut sint sequaces & flexiles: uel manum hostium in illos inducendo, uel aliis eos doloribus afflictando. Nam ut uulnera quæ difficulter sanantur, sæpe ignis sanat & ferrum, utpote cùm pharmaca commoda respuant: ad eundem, credo, modum, & uirtutis amans noster Deus, cùm animam uidet effreni impetu in rupes ire præcipites, & uitijs tenaciter adhærescere: acribus eam curat laboribus. Sunt qui ad pœnas inferendas ascīti sunt, qui grauiter & impotenter ira ex- D candescunt, modumq; atq; æquū transeunt, ac intolerabiliter eos qui subsunt onerant. Est ergo hæc res grauissima, & offenditur Deus: succenſetq; his qui hoc solent perpetrare. Abstinēdum igitur est à malo: & si aliqui, Deo castigante, pœnas sumant, spectemus clementiam & placabilitatem, certò scientes, castigatorem ualde incandescere, si quidem pœnæ nobis immoderatè ab iltis inferant. Non ergo, inquit, misertus es senis. Cúmque non tuis uiribus illos, sed me dante, ceperis, durus fuisti, & animo immiti: & quod adhuc est molestius, eò peruenisti arrogātiæ, ut putares & diceres, habiturum te imperiū quod non finiri, & potestatem quæ non labefactari posset. Deinde, inquit, extrema quæ tibi contingunt, nec cogitare neque meminisse uoluisti. Quæ nam sunt illa? Captiuitas scilicet, & calamitas ipsis à Deo illata.

NVNC *uerò audi hæc ô delicata sedens, confidens, dicens in corde tuo: Ego sum & non est alia, non sedebo uidua, neq; sciam orbitatem. Nunc autem inuadent te subitò duo hæc, die uno, uiduitas & sterilitas inuadent te subitò, in ueneficio tuo, in robore incantatorum tuorum uehementer, in spe nequitiæ tuæ. Tu enim dixisti: Ego sum, & non est alia. Scito prudentiam horum, & tuam fornicationem tibi fore dedecori.*] Disputat uelut cum nefaria & lasciua quapiam muliercula, quæ molliter & solutius deliciatur, ac studet elegantiæ. Cæterùm illud dicimus, complures fuisse Magos apud Chaldæos, quos etiam Sapientes nominarunt: quorum admonitis & mendacibus uaticinijs, omnia factitarunt Babylonij. Simulabant B enim habere se exactam futurorum scientiam, & dominatoribus terræ nihil triste uaticinati sunt: sed illa potius, quibus delectari auditores uiderentur. Cogitandum est ergo, Cyro bellum illis denunciante, & iam hostilem manum adducente, semper istos coràm affuisse, illud mentientes & dicentes, quòd mox illo superiores forent, & cítra omnem laborem uincerent, triumphumq; contra hostes canerent, & iacentibus insultarent. Hæc quidem illi. Verùm audi nunc ô delicata: id est, à me disce uera, ô delicata. Quibus uerbis traducit & insectatur Babyloniorum uiuendi rationem, ut solutiorem & remissam. Splendidi enim erant, unguentis odoratissimis delibuti, & cultu uario usi, & ornatus elegantiam plurimi faciētes: ita ut apud illos in precio esset fucādi ac lenocinandi ars, & de pulchritudine certamen esset. Propterea delicata dicta est. Vocat etiam illā sedentem, pro, imperitantem, uidelicet accolis, imò etiam longè dissitis gentibus. Erátque cōfidens, id est, infinita multitudine bellatorum nitens audacius, ut etiam diceret: Ego sum, & non est alia. Putabat enim nullam omnino fore aliam secum conferendam. Sed spe frustrata est, & à uero errauit. Excitatus enim est Cyrus, qui Persas in eos & Medas induxit. Et uix agnouit hoc documento, fuisse aliam se fortiorem, Persarum nimirum & Medorum regionem & terram, à qua facta est uidua, & sterilis, etiāsi olim se hoc passuram non expectauerit. Viduata enim est & destituta rege suo, qui ibi morti traditus est: sterilis autem facta est & orbata bellatorum multitudine, gladijs uastantium consumpta. Inuasit ergo eam & uiduitas & sterilitas. Hæc, inquit, contingent tibi in ueneficio tuo, & in incantatorum tuorum magno robore, in spe nequitiæ tuæ. Quoniam, inquit, malam spem habuisti in tuis ueneficijs & incantationibus, hinc facta es & sterilis & uidua. In altum enim tollens supercilium, & animo superbia pleno ac turgido prædita, teipsam omnibus alijs regionibus meliorem esse putauisti & potentiorem. Dixisti enim non esse aliam. Scito igitur prudentiam eorum, & fornicationem tuam, fore tibi dedecori. Suprà dixi, eos uocasse Sapientes, Magos siue prudentes.

Scias



**Scias igitur ô Babylon, sapientiam Magorum** A **seu falsorum uatum, & incantatorum, ac fornicationem tuam, fore tibi dedecori. Cecidisti enim in manus inimicorum, quòd illis rebus fisa sis, unde nihil adiumenti esse poterat, nisi solùm ut pudefieres: quòd uanam in illis spem collocaueras. Fornicationē dicit hîc Babyloniorum, non corporalem, sed intemperantem & effrenem à Deo defectionem. Nam terra erat sculptilium, & dæmonum seductionibus tanquam plenis uelis abducta.**

ET *dixisti corde tuo, Ego sum, & non est alia: & ueniet in te exitium, & nescies, fouea, & in eam incides. Veniet in te miseria, nec poteris munda fieri: ac subitò ueniet in te exitium, neq; scies.*] **Arrogantia denuò accusat eam, & cor ipsius, quod planè defecit, nec scire uoluit, in hominibus nihil esse firmum, & pendere à diuino nutu,** B **ut sint uel non sint in terra habitatores. Hoc illi scire non sustinentes, suis ipsorum capitibus acceptum ferebant, quòd omnia rectè administrare poterint: eosq; mirabantur, qui tantam illis felicitatem pepererunt. Sed declarant se uirgam arundineam sibi suppositisse: ceciderunt enim de improuiso, & exitium suum præter spem iugent. Quia igitur, corde tuo dicebas: Ego sum, & non est alia: assequetur te acerbus tantæ arrogantiæ exitus. Veniet enim in te exitium, neque scies id est, inutilis reddetur ad hoc tibi uaticinatio. Patieris enim quæ nescibas, & eueniet tibi acerba & inexpectata calamitas. Veniet fouea, & in illā incides. Perinde ac si diceret, graue &** C **ineuitabile malum. Qui enim semel in foueā detrusi sunt, modò profunda sit, fieri non potest, ut effugiant. Veniet etiam miseria. Nec poteris munda fieri. Veniet & exitium, & nescies. Non enim poterant Magi scire futurum omnino, sed cùm uaticinarentur ad gratiam, & ex corde suo, ut scriptum est, loquerentur, uiderunt exitum, & prædictionibus suis, & spei contrarium accidisse.**

STA *nunc in incantationibus tuis, & multis ueneficijs tuis, quæ didicisti ab adolescentia tua, si poteris iuuari. laborasti in consilijs tuis. Stent, & seruent te astrologi cœli, qui contemplantur stellas, annuncient tibi, quid tibi uenturum sit. Ecce omnes quasi stipulæ igni comburentur, & non eripient animam suam è flamma, quia habes carbones ignis, sedebis super eos. Hi erunt tibi auxilio, laborasti in commutatione ab adolescentia, homo in semetipso errauit,* D *tibi autem non erit salus.*] **Deridet & uelut ironicè deludit Magorum superstitionis uanum ludicrum: & omnino inutile esse hoc uitæ institutum demonstrat. Congregatis enim, inquit, bellatoribus & Cyro tibi aduersante, & hostili phalange contra tuas sagittas prævalente, scuta infirma erunt, & artis sagittariæ uirtus nihil proderit, quando cum armatis simul & peditibus, equorū sessores cadent. Sta in incantationibus tuis, & in multis ueneficijs tuis, quæ didicisti à iuuentute tua, si iuuari poteris. Excita, inquit, contra obsidentes, Magos, contra instruendæ aciei peritos, incantationes frigidas. Sed non poteris, inquit. Laborasti in cōsilijs tuis: laborasti, dicit, pro, infirma eras ac debilitata in consilijs tuis ueneficis. Iuuerunt** enim te omnino nihil, consilia Magorū quæ uidentur esse sapientia. Si uerò putas meum sermonem à ueritate aberrasse, Stent & seruent te a Astrologi strologi cœli: qui contuentur stellas, annuncient tibi, quid tibi sit uenturū. Alius hic est ordo nugatorum, præter Magos, inquam, & incantatores. Finxerunt enim apud eos quidam, se ortus & occasus stellarum scire, & motum uniuscuiusq; emetiri, ubi sint, & unde ueniant: affirmarúntque per hanc falsam disciplinam, se futurorum cognitionem adsequi. Itaque si non sunt uaniloqui, & si in ordinem propheratum cooptant eos stellæ, quę firmamentum obtinent: dicant ea quæ euentura sunt. Sed non habent, inquit, quod dicant. Erant enim cum alijs uelut stipulę, ignis opus & alimentum, nec quisquam eorum effugiet. Deinde irridens quodammodo Babyloniam tanquam errantem, infert & ait: Habes carbones ignis, id est, inflammatos & feruentes homines, de quibus est sermo. Super eos sedebis. Hæc sessio denotare potest quietem. Hi erunt tibi auxilio. Si namq;, inquit, uolueris in mendacijs Magorū acquiescere, & in aliorum nugamentis, multum inde auxilij inuenies. Deinde iterum illam alloquit: Laborasti in mutatione ab adolescētia. Rursus, laborasti, accipiendum est, pro, infirmata es. Nam ubi à Deo defeceras, & ad ignominiā prolapsa esses, declinādo ad errores dæmonum, idq; ab adolescentia, infirma facta es, & facilè capi poteris. Non em̄ ditata eras præsidio eius, qui solus seruare nouit, quicq; est exercituum Dominus. Adijcit his: Homo apud se ipsum errauit, tibi uerò non erit salus. Simile est ac si dicat: Multi homines errauerunt humanitùs, tolerabili defectione Deum offendentes, uel quòd descisscerent ad carnalia, uel etiā quòd alio quopiam morbi genere laborarent. Tu uerò eò impietatis pgressa es, ut nullus tibi relictus sit saluti locus. Nā semper grauia delicta pœna æqualis sequet.

## CAP. XLVIII.

AVDITE *hæc domus Iacob, qui uocati estis nomine Israelis, & ex Iuda existis, qui iuratis nomine Domini Dei Israel, recitātes non ex ueritate, nec ex iustitia, & adhærentes nomini ciuitatis sanctæ, & in Deo Israelis contra stabiliti. Dominus Sabaoth nomen eius. Priora iam annunciaui, & ex ore meo egressa sunt, & auditum est. Subitò feci, & uenerunt.*] Absoluto sermone de Babylonijs, admonitionis uirtutem iterum conuertit ad Israelitico sanguine oriundos, quos omnino declinasse uidit, & totis uelut habenis delatos in apostasiam. Post mortem aūt Ezechiæ, qui regni solium administrauit, ex ipso genitus Manasses, uir maximè impius fuit, & ab erroribus dæmonū in totum abreptus: ad eamq; improbitatem, nequitiam, impiáque facinora processit, ut aris & imaginibus Sanctam ciuitatem impleuerit, & in ipso diuino templo abominationem, id est, loco Dei factam imaginē collocauerit. Propterea accusauit uniuersorū Deus Hierusalē, ita inquiens: Hier. 1

Quid

Quid dilecta in domo mea commisit abominationem? nunquid orationes & carnes sanctorum auferēt à te iniquitates tuas? aut his fugies? Rursus alibi: Pro numero ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda, & pro numero uiarū Hierusalē, statuisti aras, & immolasti Baal. Quid loquimini ad me? oēs uos iniquè egistis, & omnes uos impiè prævaricati estis in me, dicit Dominus. Et cùm Hieremias procumberet, & preces funderet pro Israele, Deus dixit: Et tu noli orare pro populo hoc, & ne roga, ut miserear eorum, & ne accedas ad me pro illis in obsecratiõe & precatione, quia non exaudiam. Annon uides, quid hi faciãt in ciuitatibus Iuda, & in uijs Hierusalem? Filij eorum colligunt ligna, & patres eorum accendunt ignem, & mulieres eorum subigunt farinam aqua conspersam, ut faciant placentas militiæ cœli. Et libauerunt liba dijs alienis, ut ad iram me concitarent. Nam ut suprà dixi: Manasses filius Ezechiæ, coluit militiam cœli, omníque honore dignari uoluit præstigiatores, falsos uates, incãtatores, & augures, ac sacrificauit idolis etiam quendam è suis filijs. Itaque demum ad hanc impietatem prolapsum Israelem, crebris monitis ad ueritatis lucem eos uolebat reducere uniuersorum Deus. Hinc sæpissimè illis consolationis sermonem impertijt: ut aperto mentis ipsorum oculo, & à dæmoniaca caligine liberato, ferè licet & uix, aspicere tum queant, quis ille sit uniuersorum creator & Dominus. Hinc ait: Audite hæc domus Iacob, uocati nomine Israel, & ex Iuda exeuntes. Appositissimè mentionem facit patrum nobilitatis, in moribus, inquam, ac uitę consuetudine, ad pudorem eorum qui lapsi sunt. Erant enim erant, quantum ad carnem attinet, ex illis: uerùm alieni, & longè ab eorum probitate aberant, alijs moribus, alia mente præditi, & nudum tantùm eorum nomen habebant, sed mente dissidebant ab his, de quorum nobilitate gloriantur. Vanum autem hoc esse auxilium disertè ostendit Dominus noster Iesus Christus. Nam Iudæi de splendore patrum sese efferentes, & illorum uirtutes iactantes, imprudenter dixerunt:

Nos patrem habemus Abraham. ille uerò ijs: Si filij Abraham essetis, opera Abrahami fecissetis. Non satis est igitur ad nobilitatis uirtutem, nomen, his qui ex illustribus sunt patribus: nisi etiã pulchritudinis, quæ in illis fuit, sint imitatores. Pudore ergo afficit eos, cùm dicit eos uocatos esse nomine Israelis, & exijsse è Iuda, id est, ex semine Iuda ortos esse, nulla tamen in re illis prorsus similes fuisse. Crimini etiam illis dat, q̃ in nomine Domini Dei Israelis iurauerint, & legis qui dem præceptũ perfecerint, (nam inquit: Nomine eius iurabis, percipiẽs fructus iuramentorũ,) sed nõ in ueris nec iustis rebus, sed falsis, ex legis præscripto: deinde etiam quòd adhæserint Sanctæ ciuitati, & in Deo Israelis stabiliti fuerint. Volebant enim in altum erigere supercilium, quòd sanctam & Dei nominatam ciuitatem inhabitauerint. Audiuerunt enim in diuino templo psallentes ministros de Hierusalem: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Huius etiam meminit ipse Dominus dicens, non oportere quenquam iurare per caput suum, quia non possunt unum capillum album uel nigrũ facere, nec per Hierosolima, quia ciuitas est magni regis. Iurarunt enim per Hierosolyma, & eam, ut dixi, ciuitatem Dei nominarunt. Stabiliti sunt etiam in illo, dicentes eum suum esse robur, qui Dominus est exercituum. Verùm eos quisquis hęc habere putarunt, non oportuit Dei ciuitatem prophanare, aris & sacrificijs, & dæmonum erroribus implicitos, nec apud se irritare eum, cui confisi sunt, sed bonis potius studijs eum exhilarare, & pietatis soliditatem ei tanquam sacrificium quoddam offerre: Verùm audite hæc, inquit. Quæ nam illa? Priora iam annunciaui. De ore meo exiuerunt, & auditum est. Subitò feci, & uenerunt. Quia enim, ut dixi ab initio, Manasses Dei hostis, coniectores & aruspices, ut uocantur, undique congregatos, semper quid futurum esset interrogauit, & eorum nugis abreptus, eos hoc manifestè scire putauit: hinc inquit uniuersorum Deus: Ego tibi prima annunciaui, nec ab alio quopiam falsò nominatorum deorum hæc dicta sunt uobis, sed de ore meo prodierunt. Et auditum tibi est, & subitò feci, & uenerunt, id est, etiamsi non expectaueris illa ad finem uentura, tamen ex rebus ipsis finem etiam cognouisti, quia feci, & uenerunt. Videtur autem priorem illam ex bello illatam miseriam dicere: quando ex sua patria abducti, & acerbæ seruitutis iugum accipientes, in Persarum & Medorum regionem deportabantur. Secunda enim postea illis contigerunt, ex Babylonijs, quæ ex ira diuina illis inflicta sunt: quæ iam à nobis pluribus uerbis dicta sunt.

SCIO *ego quòd durus sis, & neruus ferreus collum tuum, & frons tua ænea. Et annunciaui tibi antiqua, antequam uenirent super te, auditui tui patefeci.* ] Declarat his uerbis summæ naturæ incomparabilem benignitatem, & quanta erga homines afficiatur misericordia, etiamsi illum offenderint. Habet enim suę gloriæ parem clementiam. Et quemadmodum immensa excellentia, mensuram mortalium superat quæ sicq̃ eminet, sic est etiam incomparabiliter humanus. Vide enim, quomodo, etsi sciat Israelem durum esse, & ceruicẽ habere elatam & infractam, ut etiã neruus ferreus, durus scilicet & inflexilis esse uideatur, & frontem habere æneam, id est, quæ depuduit, & quæ omnem pudorem ac uerecundiã abiecit, tamen illi futura prænunciauerit, & antequam uenirent, audita fecerit. Idq̃ non abs re fecit: sed quia cor admonitionis impatiẽs habuerunt, rerum tristium prædictionem mentionemq̃ fecit, ut paululũ his fracti terroribus, à fœda & execratissima uita recederent, & se ad quærendum meliora transferrent, omissoq̃ detestabilimaximeq̃ execrando cultu falsò, quẽ falsò nuncupatis dijs attribuerunt, unum & naturã, & uere Deum adorarent. Quos enim oratio à turpibus



pibus non auertit conatibus: eos interdũ etiam nolentes metus facit desistere. Tale quid etiam nobis insinuare uidetur diuinus Dauid psallens & dicens, uniuersorum Seruatori Deo: In freno & lupato maxillas eorum constringes, qui non appropinquant tibi.

NE *dicas, quòd idola mihi fecerint, neue dicas, quòd sculptilia & conflatilia mandauerunt mihi. Audiuistis omnia, & uos non cognouistis: imò & patefeci tibi noua, ab hoc tempore, quæ futura sunt. Et non dixisti, nunc fiunt, & non olim, & non prioribus diebus audiuisti ea. Ne dicas: Scio illa. Nec sciuisti, nec nostis: nunc à principio aperui aures tuas. Noui enim quòd prævaricans prævaricaberis, & impius adhuc ab utero uocaberis. Propter nomen meum ostendam tibi furorem meum: & gloriosa mea inducam tibi, ut non destruam te. Ecce uendidi te, non propter argentum, & erui te de fornace mendicitatis. Propter me faciam tibi, quia nomen meum prophanatur, & gloriam meam alteri non dabo.* ] In Hieremiæ prophetæ sermonibus inuenimus, quòd ubi Babylonici uastatores Sanctam aliquando ciuitatẽ depopulati fuissent, omnemq̃ ludæam, Israelemq̃ captiuũ abduxissent, mulieres relictę, in Ægyptum unà cum Israelitis qui seruati sunt, uoluerint descendere, etiam resistente prophetа, & ut domi maneant persuadente, & causam dilucidè afferente. Sed illæ his contrà reclamarunt dicentes: Posteaquã cessauimus sacrificare reginæ cœli, inuaserunt nos omnia hæc mala. Nam existimarunt, etiamsi passi erant captiuitatem, se propterea sub pedibus hostium corruisse, quòd falsò nominatos deos offenderant, eorumq̃ destituti essent præsidio. Hinc etiam Hieremias propheta affatus est Deum: Domine oculi tui in fidem, flagellasti eos, & non doluerunt: confecisti eos, & noluerunt suscipere disciplinam. Cum ergo, inquit, ego antequam ueniant quæ contigerunt patefecerim: ne rursus dicas, idola mihi fecerunt. Quid fecerunt? quòd implicatus fueris, scilicet belli calamitatib. non ob iram eorum abductus eras captiuus, nec quia eorum præsidium repudiaueris, in hanc pœnam ineuitabilem te induxerũt. Sculptilia enim sunt & conflatilia. Neq̃ uerò illud, inquit, apud te dicas, Idola mihi mandarunt, pro, minata sunt, seu denunciarũt, me hæc talia mala passurũ. Audiuisti hæc ex me: at uos non cognouistis, id est, non intellexistis, nec facti estis sapiẽtes. Hoc enim dicimus esse reuera, intelligere. Intelligentiæ enim opus erat ac officium, & admirabilis prudentiæ fructus, ab his quæ prædicta erant declinare, & tristem non expectare exitum, sed omnem iram ac pœnam effugere. Itaque patefeci tibi noua ab hoc tempore, quæ futura sunt. Nam rerum quæ non factæ sunt, nec contigerunt, à Deo prędictiones factæ erant. Ne dicas ergo: Non olim, neque prioribus diebus audiuisti hæc. Prædixi enim ab initio. Ne dicas: Scio hæc, uidelicet per falsos uates, & uaniloquos. Neque enim nosti hæc, nec sciuisti, nec ab initio aperuit tibi aures, id est, antequã hi mei sermones habiti erant, non hoc tibi notum aut testatum fecí per alterum. Sed finem his quæ prædicta sunt, imposui. Noui enim quòd prævaricans prævaricaberis, & impius adhuc ab utero uocaberis. Nam hoc conuenit his, qui à uentre prævaricari impiéque agere uoluerunt (docebantur enim à puero seruire dijs alienis) ut illis dignæ pœnæ irrogarentur. Ostendi tibi fauorem meum propter nomen meum, & inducam gloriosa mea super te, ne deleam te. Erat enim necesse, furorem ostendi Israeli contemnenti, & ad omnis nequitiæ fastigium prouecto, nulloq̃ omnino in precio diuinum honorem habenti. Vt tamen rursus magnitudinem humanitatis, quæ in illo inest, cerneremus, admisceri tristibus inopinata erat operęprecium, ne delerentur. Nam è manu hostium eos seruauit, & cùm in linum supplicij cecidissent, denuò eripuit, & è captiuitatis laqueis exoluit, ne in totum deleret Israelem. Ecce ergo, inquit, uẽdidi te, non propter argentum, id est, pecuniæ causa. Nec enim abs te aliquid eiusmodi quæsiui, quasi mihi opus esset re aliqua terrena, seu uitulorum, seu ouium, seu hircorum cæde: sed quia peccauisti, & securus in honore & gloria quam mihi eripueras, fuisti. Veruntamen sic, inquit, eripui te de fornace mendicitatis. seruiuit nanque Babylonijs. Sequitur aũt seruitutis mala, etiam ut omnium bonorum labore rent inopia. Propter me faciam tibi, quia nomen meum prophanatur. Nam uastatores putabant, quòd etiamsi Deus seruare uellet eos, & protegere, tamen uincerent, quodq̃ ipso nolente eum adiutum diriperent. Itaque prophanatur, inquit, nomen meum, illis hanc opinionem de me habẽtibus. Dabo autem ego gloriam meam nulli alteri. Gloria autẽ Dei est, seruare & misereri, & posse omnibus dominari, & sine labore exequi, quæcunque uellet efficere.

AVDI *me Iacob, & Israel quem ego uoco. Ego sum primus, & ego in æternum, & manus mea fundauit terram, & dextera mea stabiliuit cœlum.* ] In memoriam reuocat iterum illis, honorẽ quem dedit, & gloriã, & præterea etiam misericordiam ac charitatem. Summis enim honorarijs affecti sunt, qui soli ex omnib. gentibus ad consortium familiaritatemq̃ cum ipso uocati sunt, & portio facti eius & sors. Quippe diuinus Móyses affatus est alicubi Israelitas, sic dicẽs: Ecce Dñi Dei tui cœlũ cœli est. Et te elegit Dominus ex omnib. gentibus, postquã dispersit filios Adam, statuit fines gentium pro numero angelorum Dei, & factus est portio Dñi populus eius Iacob, funiculus hereditatis eius Israel. Oportuit itaq̃ oportuit, sic honoratos, nobile & electum nomen sortitos, in sortem Dei cooptatos, & ea prærogatiua ditatos, ut in electis essent, non ad ea delabi quæ fas non est, nec hunc beneficum patronum enormi rebellione offendere, qui illis omnis honoris dator est, & adeò eximiorum & optatissimorum bonorum suppeditator. Sed horum nihil omnino cogitantes miseri, in puteum idololatriæ defixi sunt, & relicto uero Deo, mundi elemẽta coluerunt. Verùm & sic misereturrursus illorum: uocat nimirum ad obedientiam: Audite clamores meos, & qđ in principio implere præstitisset,

Universidad de Deusto
Biblioteca



prestitisset, ut etiam inconcussa felicitate frueren A
tur, id serò licet, iubet nunc exequi, quò pedem è
pœna extrahant, & illatæ sibi seruitutis uincula
excutiant. Cùm etiam adorarent militiam cœli,
& Creatore derelicto, rebus ab ipso in lucem edi
tis, ueneratione attribuerent: rursus mysticis
eos initiat rudimẽtis. Nam ut beatus Paulus ait: Hebr. 5
Cùm doctores per tempus esse debuissent, rur-
sus opus habuerunt eo qui ipsos doceret, quæ
prima diuinorum oraculorum elementa sint, &
lacte non solido cibo opus habuerunt. Quòd i-
gitur ipse sit, Qui est, & ante omnes sit, & essen-
tiam habeat interminatam, Deus natura, demon
strat, cùm ait: Ego sum primus, & ego sum in æter
num. Primo autẽ quis intelligi possit esse prior?
Quemadmodum enim principio & uero & pri- B
mo, non intelligitur aliud prius: sic neque primo
prior alius quispiam potest intelligi. Itaque sem-
per & ante omnia, & in infinita secula est, uniuer
sorum Deus. Qui enim principium non habet,
in quem tandem finem desinet? Et hæc quidem
quo ad diuinam gloriam. Deorum uerò falsò no
minatorum examina, seu mundi elementa, neq;
prima intelligi possunt, neq; eodem modo & si-
militer habere se perpetuò poterunt. Stellę siqui
dem, sol & luna, & ad hæc ipsum cœlum, in essen
tiam suam hanc producta sunt, & principium ha
buerunt & ortum, atque tandem etiam ad finem
essentiæ decurrẽt. Nec ullum in illis uidere licet,
quod non prorsus penitúsque diuinæ ac immor
talis naturæ subsideat subiaceatq; gloriæ. Quòd C
autem hæc oratio non erret à ueritate, ostendit
mox, cùm ait: Manus mea fundauit terram, & de
xtra mea stabiliuit cœlum. ] Deinde quomodo
quod factum est, de æqualitate certaret cum eo
qui fabricauit? quomodo de gloria contenderet
cum eo qui illud condidit? Demonstrat itaque,
absurdissimum esse, & omnis impietatis accusan
dum, creaturam præ creatore uelle adorare, & il
lo, qui semper & primus est, relicto, in tempore
factis nomen & dignitatem ueræ diuinitatis tri-
buere, idq; suis ipsorum artificijs donare. Adora
runt namque quæ digiti ipsorum fecerant, iuxta
id quod scriptum est. Manum uerò & dexteram
suam Deus & pater nominat filium. Sic enim il-
lum sępenumero in scriptura diuinitùs inspirata D
uocatum esse inuenimus. Siquidem & diuinus
Moyses dixit: Dextra tua, Domine, gloriosa fa-
cta est, in fortitudine dextra manus tua Domi-
Psal. 8 ne, confregit hostes. Et beatus Dauid: Robore-
tur manus, eleuetur dextra tua.

VOCABO *eos, & stabunt simul, & congregabuntur omnes, & audient: Quis eis annunciauit hæc?* ] Vellem, inquit, illis congregatis quæstionem ponere, ut planè dicãt, quem coniectorem aut prædictorem fuisse pu-
tent uerè eorum, quæ illis inopinato illata sunt? uidelicet calamitatis quę ex bello nascitur. Nam falsorum uatum nullus prænunciasse cernitur. Fingebant enim se Deum inuocare, & esse labo
riosos, ac dæmoniorum numine afflatos: ue-
rùm nulla erat in impuris spiritibus futurorum
præscientia, nec in materijs inanimis quę in deos
formatæ sunt. Nullus igitur omnino deorum i-
maginariorum prænunciauit. Ego autem singu-
la minutatim significaui per sanctos prophetas:
sed tamen cùm licuisset malum subterfugere, &
à laqueo immunes esse: uos dormiuistis, & ho-
rum malorum experientiam meorum uerbo-
rum testem ueram expectastis. Quæ est igitur
præstigiatorum utilitas? qui falsorum prophe-
rum usus? quid eorum qui augurari solent offici
nas scire attinet? qui idolorum phana occupan-
tes, & impuris aris assidentes, uilissimis obolis
uendunt mendaciũ, & sui cordis somnia ac quic
quid libet tanquam à Deo eructant his qui ad i-
psos accedunt, propter pugillum hordei, & fru-
stulum panis? luxta id quod uoce Iezechielis di- B
ctum est.

QVI *diligo te, feci uoluntatem tuam super Babylonem, ut auferrem semen Chaldæorum. Ego loquutus sum, ego uocaui, adduxi eum, & secundaui uiam eius. Adducite ad me, & audite hæc principio, non in abscondito loquutus sum, tum cùm fiebant illic eram, & nunc Dominus misit me, & spiritus eius.* ] Non sinit illos de
nuò à suspicione non uera transuersim abripi. E-
rat enim admodũ uerisimile, eos, qui mentem ha
bebant nulla pædagogia institutam, sed ad dese
ctionem procliuẽ, & erroris expositam laqueis,
cogitare, & dicere quòd ea mala belli pati ipsos
contigerit, ex indignatione deorum falsò nun-
cupatorum, contempto ab ipsis digno & debi-
to cultu, nec ulterius oblatis sacrificijs: quòdque
illi & miserti sint, & rursus cùm ista paterentur,
illi admensi sint hæc ex ira supplicia. Nec quic- C
quam absonum habet hæc oratio. Nam antè
ostendimus, uastata Hierusalem, & simul cum
diuino templo tota Iudæa deflagrante, reliquas
mulieres dixisse, hæc illis usu uenisse, quòd de-
stitissent reginæ cœli sacrificare. Quò igitur
sciant Redemptorem, gratiámque non dijs alie-
nis, sed ipsi potius quòd seruati fuerint, referant:
apertissimè ait, se misericordia sua motum & a-
more, quod illis erat desideratissimum & opta-
tissimum, ad finem perduxisse: ut scilicet auser-
retur semen Chaldæorum, quippe qui illos ex-
terminauerant, & omne genus inhumanitatis
ostenderant, & his malis eos grauissimis impli-
cauerant. Amore igitur erga te, inquit, incita-
tus sum, ut perficerem quod tibi placuit in terra
Babyloniorum, ut semen Chaldæorum tolle-
rem. Deinde ait de Cyro, quòd suo nutu addu-
ctus & uocatus fuerit, ut terram uastaret, & ui ca
peret. Ego enim, inquit, loquutus sum, ego addu
xi, & secundaui uiam eius. Loquutus sum hæc,
inquit, principio, & non in abscondito: prænun-
ciaui manifestè, per sanctos prophetas: Sic dicit
Dominus uncto meo Cyro, cuius apprehẽdi de-
xteram, ut subijcerentur ei gentes, & robur re-
gum disrumpam. Non igitur clàm uel in occulto
de eo sermonem habui, sed adduxi eum, & uo-
caui, & prosperaui uiam eius. Nec loquutus
sum solùm, sed quæ tibi grata sunt effeci, & per-
feci ex animi tui sententia: robur Chaldæorum
euertens,



euertens, & illum potentissimum reddens & for A
midabilem, qui illos deleuit: ita ut non fuerint il-
la manu Cyri gesta sed mea omnipotentissima
dextera: ut qui pœnam illis induxi, propter illam
in te debacchationẽ, uel potius immensum odi-
um hominum, & impotentem crudelitatem. Di
xit enim: Ego dedi eos in manus tuas, tu autem
non tribuisti illis misericordiam. Deinde inter
hæc uerba etiam ponit ipsius Cyri uocem, con-
fitentis, Deum illum stimulasse, & inuictissi-
mum ac Babyloniorum robore fortiorem red-
didisse. Etenim inquit: Nunc me Dominus misit,
& spiritus eius. Illud Nunc, ponit, pro, Etiamsi
eorum quæ contigerunt, nihil à Deo prænuncia
tum fuerit: tamen esse nunc confitetur Domi-
nus, Deum excitasse, & summo decore coronas-
se, ut Babylonijs superior euadam. Nam Cyrus B
cùm audisset à Iudæis habitantibus Babylonem,
quòd Deus de ipso in prophetis sanctis loquu-
tus fuisset, uenturum ipsum successu temporis, &
ui terram Chaldæorum uastaturum, & Israelem
ex captiuitate relaxaturum: deinde, quemadmo
dum aiunt, cùm Biblia ei ostendissent, in hanc
eum mentem adduxerunt, ut in suis proclama-
tionibus Deum Israelis, Dominum & Altissi-
mum nominauerit. Sic enim scriptum est in pri
Esd. 2 mo libro Esdræ. Regnante Cyro Persarum, an-
no primo, ut confieret uerbum Domini per os
Hieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri re
gis Persarum, & promulgauit per totum regnum
suum, etiam per diplomata, dicens: Hæc dicit
rex Persarum Cyrus: Me constituit Regem or- C
bis Dominus Israelis Altissimus, & designauit
mihi ædificandam domum in Hierusalem & in
Iudæa. Si quis est igitur uestrùm, ex gente eius,
sit Dominus, Dominus eius cum eo: & ascendat
Hierusalem, quæ est in Iudæa, ædificet domum
Domini Dei Israelis. Hic est Dominus habitans
in Hierusalem. Quandoquidem igitur, inquit,
scitis, hæc quæ contigerunt, patefacta fuisse uo-
bis antequam fierent, non per falsò nuncupatos
Deos, sed per me: audite Cyrum dicentem: Do-
minus misit me, & spiritus eius.

SIC *dicit Dominus, qui liberauit te, sanctus Israel: Ego sum Deus tuus, qui docui te, ut inuenires tu uiam, in qua ambulares. Quòd si audisses mandata mea, facta fuisset uelut flumen pax tua, & iusticia tua, quasi unda maris: & fuisset quasi arena semen tuum, & fœ- D
tus uteri tui, uelut puluis terræ: neque nunc exterminareris, neque deleretur nomen tuum in conspectu meo. Exi de Babylone, fugiens à Chaldæis.* ] Rursus illis animum constantem, & mentem bene constitutam inserit, ut Deum natura & uerè existentem agnoscant: suámque illis gloriam retegit, ne deceptorum uocibus, ad aliquam uanitatem abducerentur: ut uidelicet putent & sentiant, falsò nuncupatos deos illis o-
pem tulisse, qui omnino non sunt. Propterea ego quidem arbitror, dicit: Ego sum Deus tuus: Sum denotante, Existo. Id quod etiam sapientissimo Moysi annunciauit, cùm ait: Ego sum qui sum. Propriè enim & uerè est ὂν, id est, Existens, uni-
uersorum Deus. Quæ etiã ab illo producta sunt, ut in rerũ natura sint, etiam illa ὄντα, seu existen- A
tia dici possunt: uerùm ideò quòd facta sunt, & prin
cipium suæ essentiæ sint sortita. Sic itaq; inquit, Dominus qui liberauit te, sanctus Israel: Ego sum Deus tuus. Verùm ô dominator, dixerit cre
do quispiam eorum qui ex sanguine Israelitico sunt orti, Redemisti nos & seruasti, eripuisti ex i-
gne & à pœna, à iugo & seruitute, & manu barba
ra: tu uidelicet omnipotens, & solo nutu, quęcun
que uolueris, peragens: ergo quomodo nos, qui ex tua misericordia & dilectione pendemus, qui in te adiutore semper gloriamur, ad hoc miseriæ delati sumus? ut etiam pedibus inimicorum suc-
cumbamus? & præter æquũ liberi ex liberis nati seruiamus? Quid igitur ad hæc Deus? Docui te inuenire uiam, in qua ambules. Legem tibi, in-
quit, posui rerum agendarum definitricem, quæ B
ad omnia mihi acceptissima dirigat, ducem ad
iusticiam, doctricẽ pietatis, ad rectam uiam per-
ducentem, ex cuius præscripto si agere uelis, eò
pertigisti, ut genuinus sis & uerus cultor, & uirtu
tum ornamentis pulcherrimè coronatus. Cęterũ
tu à recta uia exorbitasti, & semita relicta, ad
quæ fas non erat deuiasti, militiam cœli coluisti,
sacrificasti idolis, non deos adorasti. Conditoris
oblitus es, legem datam pro nihilo duxisti. Si eã
fuisses meis præceptis audiens: fuisset tanquam
flumen pax tua, & iusticia tanquam fluctus ma-
ris. Quod aũt significare uult, eiusmodi est. Aiũt
torrentes, pluuia rapida in montes delapsa, ferri
uiolenter & intolerabiliter, ita ut impetuoso eo-
rum cursui nihil omnino possit resistere. Quin &
illud puto esse perspicuum. Fluctuum maris im-
pressiones uiolentę sunt & terribiles, non modò
nautis & onerarijs nauibus, sed ipsis interdum ru
pibus. Rumpuntur enim & ipsæ, aquis, torrentis
instar, in eas impingentibus. Itaque dicit: Si meis
uerbis auscultasses, si mentem sequacem & obe-
dientem abhibuisses: facta fuisset pax tua, flumi-
nis & fluctus in morem, inexpugnabilis hosti-
bus, & quibuslibet occurrentibus. Vel etiam a-
lio modo. Vt pacis uberratem, & perpetuitatem
ostendat, flumini comparat & fluctibus: flumini
quidem semper & ubertim fluenti & præterla-
benti: fluctibus autem semper illidentibus, & ue
lut perpetuò terrã incursantibus. Factum etiam
fuisset semen tuum, tanquam arena, & fœtus ute-
ti tui, quasi puluis terræ. Perinde est ac si dicat,
nullo uel gladium extrahente, nulla hostium ma
nu quempiam excindente, fœcundus fuisses &
innumerabilis, ut arenæ & pulueri comparari
possent tui liberi. Quia autem debacchatus es in
Deum, & non mediocriter offendisti, in omnia
fœda illapsus, patulum concisus es, & illam ge-
neris propagationẽ multitudine dilatatam non
habes. Verùm tamen neque nunc quidem exter
minaberis. Conseruatæ enim sunt Israelis reli-
quiæ, ubique. Dixit enim Deus, non casurum
funditus illum, propter factam patribus promis-
sionem. Deinde ait: Exi de Babylone, fugiens à
Chaldęis. Hic est nutus & uolũtas Regis à capti-

Universidad de Deusto
Biblioteca



uirate liberans Israelem. Quemadmodum enim qui in terra rerum summa potiũtur,& regni thronos occupant, terrę habitatoribus interdum exilij remissionem annuunt,beneuolo nutu & uocerem declarãtes:sic etiam uniuersorum Deus, humanum ac beneuolum nutum laborantibus impartijt,& ait aperte, Exi: ut sciant esse Redemptorem,& omnis tranquillitatis præbitorem.

VOCEM *letitiæ annunciate, & audiatur hoc, annunciate usq; ad extremum terræ. Dicite, liberauit Dominus seruum suum Iacob. Quòd si sitierint per desertum ducet eos. Scindentur petræ & fluent aquæ, & bibet populus meus. Non est letitia impijs, dicit Dominus.*] Admiratione digna plane sunt omnia, quæ facit Deus. Quæ uerò cæteris eius operibus præcellunt,& summam gloriam obtinent, si latent, officiunt his qui eorum cognitione priuantur: si cognita sunt, haud parũ adiuuant. Hinc etenim uidere licet ineffabilem eius gloriam, & in omnibus excellentiam, & sublimem manum, & omnipotentẽ gloriam. Redemit enim ex Ægypto Israelem. At ut magnificus appareret, eiúsque gloria uniuersum orbem inhabitantibus, illustris fieret, assumptus est uelut uas & organum quoddã Pharaõ: ut cùm uerbis Mosaicis restitisset, euocaret Deum, ad gloriam suam deinceps omnibus demonstrandam, & ad immẽsæ potentiæ declarandam magnitudinem. Dictum est enim illi: In hoc ipsum excitaui te, ut ostenderem in te potentiam meam,& ut annuncietur nomen meum in uniuersa terra. Hæc autem ueteribus contigerunt, tamen facta sunt ad nostram admonitionem, in quos fines seculorum deuenerunt. Oportuit igitur oportuit redemptionem Israelitarum ex Babylone,non silentio prꝛeteriri,sed uelut promulgari ubique omnibus. Ideóque ait: Vocem lætitiæ annunciate. Vocem autem lætitiæ esse dicimus,doxologiam, quam instituit aliquis cùm eum celebrat propter hæc tanta & tam illustria facinora. Hæc propriè & uerè est lætitiæ uox conueniens iustis, quos par est laudes canere. Psallit nimirum etiam diuinus Dauid, & inquit: Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. Vocem autem uult habere narrationem redemptionis Israelitarum, cuiusmodi est in libro Psalmorũ, habet uerò se ita: Acceptasti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob, remisisti iniquitates populo tuo, abscondisti omnia peccata eorum. Hæc enim etiamsi rerũ spiritualium explicationem contineant, tamen sunt etiam historicè utilia. Promittit aũt,si sitiant iter facientes per desertum, educturum se illis aquam è petra. Scindetur petra,& fluet aqua,& bibet populus meus. Dicimus autem eum his uerbis ostendere, non fuisse alium Deum, qui à crudelitate Ægyptiorum liberauit Israelem, qui per medium mare traduxit, qui cibum in deserto suppeditauit, qui aquã è petra eduxit: sed idem ipse semper eodem modo & similiter se habẽs,& qui antiquis paria miracula potest edere. Si em trãsierint solitudinem, inquit, & potionis aquarumq; urgeantur inopia: uetus illud signum eis exhibebitur, ex petra enim aqua educetur. Sed hoc nemo inueniet factum esse Israelitis ex Babylone in ludæam ascendentibus. Dictum est autem, sicuti commemorauí, appositè, ut uideant Deum qui olim fuit, nunc esse, & æquali potentia & consimilibus miraculis uti posse, & inuiolabilem habere fortitudinem. Clamat ueluti & legem quasi generalem profert: Non enim est lætitia impijs, ait Dominus. Verum & hoc est. Tristis est enim semper quodammodo uultus impiorum, perculso, ut uidetur, corde, animoq; conscientiæ redarguentis, onus portante. Non enim coronas expectat, non laudis honorẽ, sed ignem & supplicíũ, quæ præparata sunt delinquentibus. Vel etiam fortè quadrabit hæc uox Babylonijs. Gaudebãt enim, quòd populum Dei sustulissent: putarũtq; se, deuicta eius dextra, Iudæam obtinuisse. Sed lapsi sunt à uero. Nam illi qui deliquisse deprehensi sunt, misericordia eius orbati sunt: hi quia duri erant & immites, & misereri nescij, dignas pœnas deposcebantur, & deinceps lætitia priuabantur, afflictum iam supercilium, afflictum animum habentes. Non enim, quia olim Israelitas uicerunt, posthac gaudio afficientur, sed quia mali male perierunt, deleta ipsa regione, acerbum dolorem capient.

# CYRILLI COMMENTARIORVM IN HESAIAM,

*Libri quarti,*

*Oratio quarta.*

CAP. XLIX.

AVDITE *me insulæ, & attendite gentes, post tempus longum stabit, dicit Dominus. Ex uentre matris meæ uocauit nomen meum, posuitq; os meum quasi gladium acutum, & sub protectione manus suæ abscondit me. Posuit me quasi sagittam electam, & in pharetra sua abscondit me, & dixit mihi: Seruus meus es tu Israel, & in te glorificabor.*] Cùm plurimis exhortationibus & admonitionibus Israelem iuuerit: mystagogiã ad gentium greges conuertit: & illis mysterium Christi patefacit iterum, unde pecuina & execrabili uita relicta, ad gratissimam ipsi uitæ institutionem reducantur, uerumq; lumen animo amplectantur: ut apertè quis natura & uerè Deus sit, & quæ sit uniuersorum dominatrix natura, intelligant. Affatur autem insulas, quas esse dicimus Christi Ecclesias, uelut in mari positas, tẽpestate uidelicet huius uitæ, & intolerandis fluctuũ insultibus agitatas, persequutionibus scilicet & afflictionibus, quas ueritatis hostes, & uocationi diuinæ repugnantes, illis inferunt. De talibus insulis dictum est sæpe in scriptura diuinitùs inspirata. Psallit nimirum beatus Dauid, & ait: Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Quando enim regnum orbis terrarum Christus tenebat, ac uniuersam terram in manus ditionemq; suam recipiebat, & à tyrannide dæmonũ euellebat: tunc exultabant etiam, id est, lætitia plenæ erant per totam terram Ecclesiæ. Nam ex consequentibus perspicuum esse potest, his uerbis prophetam, cùm insulas nominat, gentium ecclesiam innuere. Statim namq; addidit, post illud: Audite me insulæ, hoc: Attẽdite gentes. Ait deinde: Per longum tempus stabit, dicit Dominus. Promittit, ut dixi, omnium nostrũm Seruatoris Christi patefactionem, & quòd Deus Verbum, unà cum terræ incolis specie nostra uersabitur. Verùm quòd tum prophetiæ, non ipsarum rerum patefactionis tempus fuerit, ostendit, cùm dicit: Per tempus multum stabit, quod promissum uidelicet est & prophetatum. Quid autem illud sit, ipsa Seruatoris persona introducta declarat: De uentre matris meæ uocabit nomen meum. Immiscet autem hic mysterium profundum & magnum, & quod superna quadam mystagogia opus habet. Reuelatum est enim sic diuino Petro. Erat enim iam Deus Verbum æqualis potentiæ, & eundem thronum habuit cum Deo & Patre, simulq; existit, & simul æternus. Nomina etiam ante humanitatem, naturæ ipsius erant consentanea, Deus, Vita, Lux, Sapiẽtia, Virtus: aliáque ad hæc sunt, quæ in sacris literis inueniuntur. Postquam uerò seipsum demisit & exinaniit, in similitudine hominum factus, & forma inuentus ut homo, nomen accepit commune, scilicet, Christus, Iesus, & Nobiscum Deus. Illud Nobiscum significat, in rebus quæ ad nos spectant, & nostræ sunt conditionis & naturæ. Scriptum enim est: Ecce uirgo uterum gerret, & pariet filium, & uocabunt nomen eius, Emmanuel. Beatus quoq; Gabriel reuelans sanctæ & Deiparæ uirgini mysterium: Ne timeas, inquit, Maria. Inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies, & utero paries filium, & uocabis nomen eius Iesum. Ipse enim seruabit populum suum à peccatis ipsorum. Num igitur dissidentia sibi dixerunt, hic beatus angelus, & prophetæ? Nequaquam. Diuinus em̃ propheta spiritu loquens mysteria, Deum nobiscũ factum præsignificauit, à natura & dispensatione quæ simul cum carne coniuncta est, sic illum denominans. Beatus uerò angelus ex operatione & efficiẽtia ei nomen imposuit, seruauit enim populũ suum. Propterea uocatus est Seruator. Siquidem quando hanc carnis generationem propter nos subiuerat: Angelorũ copię pastoribus partũ faustum & felicem annunciarunt, dicentes: Nolite uos timere. Ecce enim Euãgelizo uobis hodie gaudiũ magnum, quod erit futurum omni populo, quia natus est hodie Seruator, qui est Deus Dominus in ciuitate Dauid. Itaque Emmanuel dictus est, quia Deus natura, factus est nobiscũ, id est, hominibus. Iesus autẽ, quia seruare potest orbem terrarum, Deus ipse, & homo factus est. Quando igitur prodijt è uentre suæ matris, ea enim natus est, quod ad carnem attinet, tum etiam uocatum est nomen eius. Parum enim congruens nomen est, Christus Deo Verbo, ante natiuitatem, quæ est, inquam, secundum carnem. Nondum enim unctus, quomodo Christus dici potest? Quãdo enim prodijt è uentre matris homo, tunc appellationem accipit carnali natiuitati consentientem. Positum etiam sibi os dicit, uelut gladium acutum. Verum quoq; hoc est. Scriptũ est enim de eo, imò dicit ipse propheta Hesaias: Et erunt lumbi eius succincti iusticia, & latera inuoluta ueritate. Et in spiritu per labia auferet impium. Diuina enim & cœlestis prædicatio, id est, Euangelica, ore Christi enunciata, gladius erat acutus & penetrantissimus, contra diaboli tyrannidẽ, tollens mundi rectores & tenebrarum, & spiritualia nequitiæ. Dissipauit enim erroris caliginem, & omnium cordibus ueræ Dei cognitionis radiũ immisit, & orbem terrarum ad piam uitæ conuersationem traduxit, omnesq; sanctorum institutorum amatores reddidit, ac mundo peccatũ quasi decussit atq; demessuit, fide iustificans impium, replens eos qui accedunt Sancto spiritu, eosque efficiens Dei filios, fortem & ad pugnã ualidissimum illis indens animum, dansq; illis gladium Spiritus, id est, uerbum Dei, ut his qui quondam superiores erant, resistentes, ad brabæum supernæ uocationis currant, nullo obstante. Quòd autem hæc disciplina & mystagogia per Christum, diaboli tyrannidem in his qui in terra sunt euerterit: declarabit propheta Hesaias, dicẽs: Illo die inducet Deus gladium sanctum, magnum, superdraconem serpentem obliquum, & draconem interficiet. Addit: Et sub protectione manus suæ abscondit me. Humano more loquitur, uerùm prudentibus nihil difficile etiam ex his uerbis uidere, filium à Deo & patre non esse diuiduum, & fuisse hominẽ factum. Ait enim fuisse sub protectione dextræ eius: ut subindicet naturę suæ uim quæ capi & expugnari non potest, sibi reseruari, etiam si nostram conditionem subiuerit. Nemo enim omnipotentem dexteram uincet. at, ut dixi, ratione & mensura humanitatis Verbum separatum est. Est enim Verbum à Deo patre fortissimum, & ipse est Dominus exercituũ. Quia uerò factus est homo, non dedecorat pater uirtutem mysterij, sed dispensationem confirmat, & de eo inquit lyra Psallentis: Non proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non perget malis adficere eum. Et concidam à conspectu eius inimicos eius, & qui oderunt eum, in fugam uertam. Et ueritas mea, & misericordia mea cum eo. Vide igitur uide etiam illum humano more, prophetica uoce loquentem, qui propter nos nostri similis fuit: Sub protectione manus suæ abscondit me. Posuit me, inquit, uelut sagittam electam, & in pharetra sua contexit me. Complures enim fuerunt sagittæ Dei, suis temporibus, in sua prescientia, tanquã in pharetra abscõditæ, suo quæque conuenienti tempore productæ. Sed electa sagitta & supra omnes erat Christus, abscondita, ut dixi, in præscientia patris, uelut in pharetra. Præscitus enim fuit ante constitutionem mundi, productus uerò in medium, quando totam terram

Universidad de Deusto
Biblioteca



ram oportebat inuisere, quæ in interitū, & exitiū A
ceciderat, eo quòd creaturæ supra Creatorem
seruiret, & immundis subiaceret spiritibus, & pec
cati laqueis illigata fuerit. Hæc sagitta electa, uti
dixi, ipsum Satanam interimet, & potestates ma
las quæ cum ipso sunt. Interimet similiter hostes
ueritatis, & qui sacrosanctis eius prædicationib.
impiè restiterunt. Quin & aliter uulnerat, ad uti-
litatem & salutem. Sic enim in Cantico cantico-
Cant.2 rum ait percussa sponsa: Vulnerata ego sum amo
re. Dixitque mihi, inquit, scilicet pater: Seruus
meus es tu Israel, & in te glorificabor. O profun-
ditatem diuitiarum & sapientiæ & scientiæ Dei,
quemadmodum scriptum est. Erat enim & est li
ber filius, ut qui arcano modo ortus sit ex essen-
tia, quæ est tanquam regia omnium. Verùm au-
diuit patrem dicentem: Seruus meus es tu. Ita- B
que Verbum natura liber, dispensatione carna-
li & secundum carnem intellecta, formatur ser-
uus: ut rursus cogites eius de muliere secundum
carnem natiuitatem in tempore. Israelem fuisse
dicit eum, quòd fuerit natus ex sanguine Israel,
quod ad carnem attinet. Sed etiam, inquit, in te
glorificabor. Glorificatus enim erat uniuersо-
rum Deus etiam per prophetas sanctos, sed non
in illis. In Christo autem inconsueto & inusitato
modo: ut qui in illo glorificatus fuerit. Et Chri-
sto glorificato, pater in ipso glorificatur. Videns
etenim in illo relucentem eum per diuinam au-
toritatem, ac potentiam & energiam in omni-
bus, per sanctificationem, & iustitiam, & erga o-
mnia clementiam. Effiguratur enim sic intelligi- C
biliter diuinitas. Siquidem Christus etiam dixit:
Ioan.14 Qui uidit me, uidit patrem meum. Dixitque sa-
pientissimus Paulus, in persona Christi glorifica
ri eum qui genuit. Itaque inquit: In te glorifica-
bor. Flectet enim se filio etiam in carne nato, om
ne genu cœlestiū, terrestium, & subterraneorum,
& omnis lingua confitebitur, Dominum Iesum
Christum in gloria Dei patris, sicuti scriptū est.

ET *ego dixi, frustra laboraui & in uanum, in nihilum dedi fortitudinem meam Propterea iudicium meum apud Dominum, & labor meus coram* Deo *meo.*] Apparuit enim uniuersо-
rum Seruator, ut totum orbem terrarum à diabo
li malitia, à morte, & à peccato liberaret, & san-
ctis charismatis illustraret eos, qui per fidem ad
ipsum accedunt. Vocati sunt autem ad hoc ante D
alios, orti ex sanguine Israelis, & sic honore præ-
positi gentibus, ut dicat Iesus: Non sum missus ni
si ad oues perditas domus Israel: præcipiatq; san
ctis Apostolis, in uiam Gentium ne abeant, & in
ciuitatem Samaritanorum ne ingrediantur, sed
proficiscantur ad oues perditas domus Israel.
Sed hi adeò inclytum & eximium honorem sor-
titi, infideles facti sunt, & apostatæ audaces, &
gregis contemptores, diri, & superbi. Cumq; o-
portuisset libentissimè ad gratiam hanc accede-
re, & fidē eiusq; bona lucrifacere, hoc neutiquā
fecerunt, sed uocanti ad salutem restiterūt, teme-
rè insectantes, & intemperanter subsannantes.
Quid enim graue non resonabant impudenter?
& ad extremum crucifixerunt. Itaque quod ad
infidelium sæuitiā, & ad contradictionē quam il-
li turpiter meditati sunt, attinet, frustra laborauit
Seruator, & in uanum & in nihilum dedit fortitu
dinem suam. Non enim pati potuit, ut iam dixi,
sacram eius prædicationem stupidus Israel, nec
laborem eius honori habuit. Labor enim erat
Verbo, ut nostram conditionem susciperet, & ad
humanam paruitatem se demitteret. Sed, inquit,
iudicium meum apud Dominum, & labor meus
coram Deo meo. Nouit, inquit, pater quos labo
res consumpsi pro salute eorum. Propterea etiā
iudicium ab illo prolatum est. Quale erat iudi-
cium? Electi sunt à coniunctione quæ cum illo
est, depulsi sunt, ne fiant populus Dei, expertes
facti sunt salutis eius, nec sanctorum spem gusta
runt, ac loco eorum uocata est gentium multitu B
do. Et pro illorū pastoribus, creati sunt alij, iusti
& Deo grati, & sanctorum studiorum candida-
ti, & qui populo præesse norunt, lumina in mun
do, sermonem habentes uitæ, quemadmodum sa
pientissimus Paulus inquit. Vis iudicium uidere
patris, & sententiam in illos latam? Audi Seruа- Matt.21
torem dicentē præfectis Iudæorum: Homo qui-
dam erat paterfamilias, qui plantauit uineam, &
sepem ei circūdedit, ac fodit in ea torcular, & ædi
ficauit turrim, locauitque eam agricolis, & pere-
grè profectus est. Ait deinde: Emisit seruos, ut
caperent fructus. Et omnes in pericula adducti
sunt. Postquam etiam deinceps misisset filium,
etiam illum conspicati quisque inter se dixerunt:
Hic est hæres: Venite, occidamus illum, & oc- C
cupemus nobis ipsis hæreditatem eius. Et qui-
dem occiderunt. Hanc parabolam cùm illis di-
xisset, rursus introducit Dominus dicens: Quan
do igitur uenerit Dominus uineæ, quid faciet il-
lis agricolis? Cui illi: Malos malè perdet, & uine-
am locabit alijs, qui reddant ei fructus tempore
suo. Ad hæc dicit Christus: Propterea dico uo-
bis: Tolletur à uobis regnum cœlorum, & dabi-
tur genti alteri, fructus eius edituræ. Quod tan-
dem accidit. Constituti enim sunt alij uinearum
curatores, & sapientes agricolæ, id est, diuini di-
scipuli. Sub his pluuiam nubes demiserunt, e-
tiamsi iussæ fuerint, ne amplius Iudaicam uine-
am irrigarent. Sub his, non spinas, sed uuam uin- Psal.66
demiauit Christus. Docemur enim dicere: Do- D
minus dabit bonitatem, & terra nostra dabit fru
ctum suum. Posset quis aliter etiam dicere, fuis-
se præ oculis Patris, laborem filij, & rectum e-
xiuisse iudicium. Obserua mihi iterum uim ser-
monis, ac considera dispensationem, quam no-
bis quoque sapientissimus Paulus explicat, di- Phil.2
cens: Cùm esset in forma & æqualitate patris fi-
lius, non rapinā arbitratum, esse æqualem Deo,
sed exinaniuisse seipsum, & obedientem fuisse
patri, usque ad mortem, & quidem mortem cru-
cis: hac de causa superexaltatum esse, nomenque
ei donatum, super omne nomen, ut in nomine e-
ius, omne genu se flecteret. Erat enim & est Deus
Verbum. Sed postq; nūcupatus est homo, & hoc
uere



uerè factus esset, in gloriam cum carne ascendit. A
Pro Deo enim agnitus est, nec incassum labora-
uit. Nam hoc dispensatiōis genus ei cessit in glo
riā: non ut insolēs quiddā peregrinū se redderet,
sed ut orbis terrarum Seruatorē & redemptorem
se declararet. Quo etiam cognito, effectum est,
ut cœli & terra, & etiā inferiora ei procumberēt.

ET *nunc sic dicit Dominus qui formauit me ab utero seruum sibi, ut congregarem Iacob & Israel. Ad eum congregabor, & glorificabor coram Domino. Et Deus meus erit mihi fortitudo, dixitq; mihi: Magnum tibi est, ut uoceris puer meus, ut suscites tribus Iacob, & dispersionem Israel conuertas.*] Dicimus etiam hîc
Dominum Iesum Christum, nihilominus huma
nis uerbis usum esse: etiamsi maximum pietatis
mysterium exponat, & modum exinanitionis a-
periat. Obserua enim, quo pacto cùm natura & B
uerè sui iuris sit, formasse dicat eum seruum sibi,
ueruntamen ab utero. Non enim cùm nudus es-
set, & carnem non haberet sermo, in seruitutem
se formatum & redactum ait, postquā hoc Deo
& Patri collibuisset: sed ab utero potius, id est,
quando secundum carnem natus esset, de mulie
re. Tum eñ Deus natura & liber, utpote ex Deo
& libero patre, serui speciem seu formam accі-
pit. Nemo enim mentis compos dixerit, seruum
natura, in seruitutem formari, sed qui extra seruі-
tem erat & iugum, ac naturalis libertatis insigni
bus illustris, meritò potest serui formationem si-
ue figuram capere. Nam quòd liber & filius, se
huc uolens submiserit, quis dubitauerit? cùm
dicat Paulus, in forma Dei fuisse, nec rapinam C
duxisse, æqualem se esse Deo, sed ab hac in omni
bus rebus æqualitate & similitudine, non illiben
ter ad hanc serui formam deuenisse, & ad homi-
num factum esse similitudinem. Deus enim cum
illo. nihilominus tamen nobis ostendit in colla-
tione didrachmorum, se natura & uerè liberum,
uoluntate autem seruum. Interrogabant enim di
uinum Petrum exactores, utrum cum alijs Chri-
stus didrachma conferret, an recusaret contri-
Matt.17 tribuere? Tum ei ait Dominus: Reges terræ à
quo tributa exigunt, uel censum? à filijs suis,
an ab alienis? Discipulo quod uerum erat di-
cente, Ab alienis exigunt reges quod præscribi-
tur. Itaque inquit: Liberi sunt filij. Sed ne eos
offendamus, abi ad mare, & hamum iacito, & qui D
primus ascēdit, piscis, eum tollito, & aperto eius
ore, staterem inuenies: eum capito, & illis pro me
ac te dato. Formatur itaq; natura liber, in seruum
dispensatione, quando natus erat ab utero ma-
tris secundum carnem. Tempus enim illud erat
mensuræ exinanitionis congruēs. Quòd autem
ministerij ratione formatus sit, fidem facit, cùm
ait: Vt congregarem Iacob & Israel. Nostram e-
nim induit naturā, Deus Verbum, non ob aliud,
nisi ut seruaret Israelem, & congregaret Iacob.
Dissipauit enim omnes qui sunt in terra, omnis
uitiositatis inuentor, in multiplex & multiforme
peccatum. Alios enim in totum deficere fecit à
creatore, & sibi impuris dæmonibus subiecit, &
ineuitabile iugum peccati illis iniecit, omninoq;
abduxit, ut quis esset natura uniuersorū Deus ac
Dominus ignorarēt. Alios aũt, qui legem Mosai
cam haberent, rerum agendarum arbitrā, pigros
& resides effecit, & ad omnem pertraxit turpitu
dinem, ut exiguam admodum rationem legis ha
buerint, sed quod cuique uisum erat, fecerint, ac
doctrinas & mandata hominum docuerint. Sed
ubi Christus apparuit mundo, congregata sunt
per fidem in unam & rectam & inculpatam sen-
tentiam, quæ Satanas dissipauit. Et qui olim à di
lectione Dei recesserunt, ad illum accurrerunt,
& peccato inimicitiæ causa, præ studio rerum
bonarum, à tergo reiecto, apud Christum pacem
habuerunt. Exhortati sunt enim eos etiam diui-
ni prophetæ, ut huc maturè tenderent. Nimi-
rum Hesaias: Ineamus, inquit, pacem cum illo, B
ineamus pacem uenientes. Clamarunt etiam di-
uini discipuli: Pro Christo legatione fungimur,
tanquam Deo exhortāte per nos: Per Christum
rogamus, reconciliamini Deo. Cum Deo autem
reconciliamur, quando ad Christum per fidem
accedimus, quemadmodum iterum sanctissi-
mus Paulus inquit: Deus erat in Christo, muna 2.Cor.5
dum reconcilians sibi ipsi. In Christo nanq; mun-
dus Deo reconciliatur. Itaque ministerium hu-
manitatis declarat, cùm ait, in seruum formatum
esse se à Patre, ab utero, ut congreget Israelem &
Iacobum. Quòd si quis dicat gentem Iudaicam
his uerbis denotari, à scopo ille quidem non ab-
errauerit. Dixit enim Christus: Non sum missus
nisi ad oues perditas domus Israel. Sin quis uo- C
luerit, omnes per fidem seruatos, Israelem & Ia-
cobum nominare, sic etiam rectè habet. Siqui-
dem uerum est, non solum esse Iudæum, qui ma-
nifestò est: nec eam circumcisionem, quæ in car-
ne est, dici posse uerè circūcisionem, sed Iudæum
esse, qui occultè est, & qui circūcisionem habet Rom.2
cordis, spiritu, non litera, cuius laus non ab homi
nibus est, sed à Deo. Quòd si igitur Iudæus sit,
qui spiritu habet circumcisionem, non competit
in quenquam istorum, ut Israel uel Iacob nomi-
netur. Ad hunc sermonē adiecta est uox eorum
qui per fidē uocati sunt, fidem suam interponen-
tium ac pollicitantium. Ad ipsum congregabor,
& glorificabor coram Domino. Et Deus meus
erit mihi fortitudo. Nam hoc fieri iubet Deus, & D
simul propemodum iussorū hoc in loco comme
moratorū finis uenit. Seruatus est enim nō totus
Israel, sed quidam non crediderunt, & propter
suam nequitiam, Euangelicæ doctrinæ gratiam
non admiserunt. Vocata est autem simul cum re
liquijs multitudo gētium. hi etiam in filijs Abra-
hæ numerantur, ita ut quantum ad dispensatio-
nem, scopus illius aduentus nūquam frustretur.
Congregatus est enim omnis, si quis est Israel, &
etiam Iacob, sicuti iam illa uerba sunt antè à no-
bis exposita. Promittit itaq; in Christo uocatus
populus, quòd ad Deum congregabitur, uidelі-
cet per fidem, & quòd coram Deo glorificabi-
tur, illustrem adoptionis gloriam lucratus, & di-
uinæ naturæ particeps, & sancto spiritu ornatus,

Universidad de Deusto
Biblioteca



& factus optimorũ institutorum sectator, & etiã A quòd Deum crederet suam esse fortitudinẽ. Sic eũ affici eos par est, qui salutem ab eo expetũt. Adiungit porrò his: Et dixit mihi, magnum tibi est, ut uocaris puer meus, ut suscites tribus Iacob, & dispersionem Israelis cõuertas. Si fas sit loqui humano more, non sinit filium pater remissẽ & cunctanter obire dispensationem, nec seruilis formę humilitatem carere patitur suo præmio: sed fructuosum hoc munus reddit, & hãc abiectionem non irremunerãdam relinquit, & dispensationis onus non erit absq; admiratione, quin & gloriosum fiet, etiamsi inglorium uideatur. Erat eũ humile planè Verbo ex Deo nato, ut uocaretur puer, id est, famulus. Denotat eũ hoc nomen aliquando filium: aliquãdo etiam, ut dixi, famulũ. Prout B sententia postulat, poterit alterutrum horũ suo tempore opportuno adhiberi. Quoniam autem sermo est de dispensatione in carne, aptè conueniet tunc, ut puer intelligatur, seruus. Ergo, ut dixi, licet abiecta res filio sit ignobilitas seruitutis, aliter tamen se res habuit. Non enim parum erat illi, ut qui ab omnibus glorificatur, quòd cùm non rapinam duxerit, esse æqualem Deo, etiam seruili more uersatus hic fuerit, & ad hanc exinanitionem deuenerit, crucemq; eiusq; mala subierit, & ad omnium uitam redimendam, suã ipsius animam deposuerit, ut tyrannidem diabolicam aboleret, & dæmoniorum agmina, ab intolerabili in nos uiolentia deturbaret, ut exitiosum pec C catum de medio tolleret, ut mortem deleret, ut hominis naturam ad primam originem refingeret, & eius suumq; regnum Deo traderet, quod nullius posthea tyrãnide occuparetur, aliorumq; uiolentiæ iugum potius excuteret.

ECCE *posui te in lucem gentium, ut sis in salus, usq; ad extremum terræ.*] Non ignorauit Pater animum Iudæorum obduratum, & admonitionis impatientem, & prorsus ad effrenationem auersum. Non enim doctrinam Christi receperunt, etiamsi par esset, ut Redemptoris clementiã & incomparabilem humanitatem admirarentur, & obuijs uelut manibus maiestatem amplecterentur. Itaq; ne Seruatoris nostri dispẽsatio scopo ac proposito suo frustraretur, cùm uidelicet populus recalcitrasset suo præfecto, & redemptionem, ut dixi, non D admisisset: subiunxit Pater, salutis uiam se ostensurum, & ueræ Dei noticiæ lucem immissurum, in caligine & tenebris uersantibus. Ad hanc eũ Ioan. 12 uocatus erat Israel, Christo apertè dicente: Ego sum lux mundi, & donec lucem habetis, ambulate in luce, ne uos tenebræ comprehendant. Quoniam uerò tenebras dilexerunt magis quàm lucem, illis comprehensi sunt, etiãsi sancti prophetæ gratiam in Christo illis antè prædicassent. A- Hes. 60 lius enim dixit: Illuminare illuminare Hierusalẽ, uenit enim tuum lumen, & gloria Domini super te exorta est. Ecce tenebræ & caligo operient terram & gentes. Super te autem apparebit Dominus, & gloria eius in te uidebitur. Aliter etiam Mal. 4 inquit: Vobis qui timetis nomen meum, exoriatur sol iusticię, & sanatio in pẽnis eius. Sed quia, ut sacræ literæ dicunt, aures eorum aggrauatæ sunt ut non audirent, & oculi eorum occlusi: illuxit Christus gentibus, orbémque terrarum diuina luce repleuit, ut ab ortu usque ad Occasum, & ad terminos usque terræ, ex eius gloria fructum perciperẽt, & puris animi oculis, diuinam & supremam naturam perspicerent, eique & soli spiritualem cultum consecrarent.

SIC *dicit Dominus qui eruit te Deus Israel: Sanctificate eum qui despicit animã suam, qui abominationi habetur à gentibus, qui seruus est principum. Reges uidebunt eum, & surgent principes, adorabuntq; eum propter Dominum, quia fidelis est sanctus Israel. Et elegi te, sic dicit Dominus: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te.*] Quanta misericordia dignatus B sit Deus & Pater eos qui per Christum uocati sunt, etiam hinc discere poteris. Mysticis enim sacris eos imbuit, & profundum ac magnum humanitatis retegit mysterium, nec ullum sinit lapide offensionis confringi, & per imprudẽtiam ad petram scandali impingere. Contritus enim erat sic stupidus Israel. Quid est ergo quod dicit? Ego qui erui te Deus Israel, sic tibi dico: Sanctificate eum qui despicit animam suam, id est, augustum & sanctum habetote, & studio complectimini eum, qui animam suam despicit, id est, nihili ducit. Factus enim pro nobis homo unigena Dei sermo, posuit pro nobis animam suam, uoluitque propter nos mortem carnis perpeti: nec suæ naturæ quicquam suscepit. Nam ipse superior erat, quàm ut pateretur, utpote Deus: uerùm sic inquam, eam abiecit, idq; pro peccatoribus. Quod etiã admiratus est sapientissimus Paulus, inquit enim: Commendat autem suam erga Rom. 5 nos charitatẽ Deus: adhuc enim cum nos essemus peccatores, adhuc, inquã, eo tempore, pro impijs est mortuus. Christus etiam ipse ait: Bo- Ioan. 10 nus pastor animam suam ponit pro ouibus. Itaque & nobis eam posuit. nam ubicunque eius nos sanati sumus, & ipse languidus erat propter iniquitates nostras, & propter peccata nostra traditus. Sanctificetur itaque, inquit, id est, sanctus prædicetur. Hoc quippe Deo & soli quadrat propriè & peculiariter. Nam quanquam multi sancti sunt, & potestates ratione præditæ, atque etiam in terra homines, attamen ex participatione eius qui natura & solus est sanctus, uereq; hoc existit, sancti nuncupantur. Sicuti enim ille uera lux est, dignitatis tamen hoc alijs impartijt: Vos enim, inquit, estis lux mundi: sic etiam qui solus est sanctus cum Deo & Patre, & Sancto spiritu, datur uelut ex sua plenitudine suis consortibus sanctificationem. Sic dicimus & in precibus: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. Nec uerò dicimus sic precari nos, ut aliqua sanctificationis accessio nomini Patris fiat (id enim per absurdum) sed optamus, ut ubique sit quod uerè est, id est, sanctum & terribile. Sic etiam hîc intelligendũ est, Sanctificate. Etiam, inquit, qui despexit animã suã, idem humani quiddam passus esse dicitur, suamq; carnem gustare mortem effecit:



effecit: posuitq; animam suam pro multis. Progreditur oratio, & commemorat alia, quæ impedire interdum possunt, quo minus credant ei, qui dispensationis profunditatem non uident: prudentibus uerò nihil afferet incommodi. Traditum enim Pilato Iesum, quidam milites diris deuouebant, & partim impiè percusserunt, partim etiam sputis dehonestarunt, & corona spinea contumeliam irrogarunt, deriserunt atq; dixerũt: Aue Rex Iudæorũ. Propterea uocat eum abominationi habitum à gentibus. Qui seruus est principum, consequitur semper illud: Sanctificate. Cæterùm quòd perpessus sit ex dispensationis ratione ludibria gentium, quòd etiam postea refulgebit, & illustrabitur ab omnibus in summa dignitate constitutus, & etiam inferiore B honore præditis, prædicit: Reges, inquiens, uidebunt eum & surgent, de regni uidelicet solio. Principes etiam adorabunt eum. Videbunt autem nõ oculis corporis, sed uelut mentis & cordis perlustratione. Sic enim uidemus gloriam Christi. Adorabunt uerò illum propter Dominum, id est, propter me. Glorificatur enim uelut filius Dei & Patris. Quia fidelis est Sanctus Israel. Fidelis hîc significat semper manentem. Immotum enim est & stabile regnũ Dei & Patris: similiter & filij, cùm tamen falsò nuncupati dij fideles nõ sint. Sunt enim nuper nati, & pereunt, & non manent. Vniuersorum autem Seruator & Dominus, uerè fidelis est, id est, ad suam ipse dignitatem prouectus, stabilis & constans, C elegit qui per Christum uocati erãt. Quos enim præsciuit, inquit, etiam præfiniuit, ut conformes essent & ipsi imagini filij sui, & uocauit, & sanctificauit, & glorificauit. Oportuit igitur oportuit electos sanctificare eum, qui animam inhabitat, & non mensuram humanitatis intueri, & à decoro decidere, & ab exacta eius cognitione deerrare, sed potius dispensationis sapientiam intelligere, illumq; adorare, & constanter sic animo affici ac persuaderi, illum esse fidelis Domini natura & uerè filium, etiamsi pro ratione dispensationis in forma nostra apparuerit, & exinanitionis mensuram induerit. Alloquitur porrò electos, & inquit: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Præscitus quidem erat D ante mundi constitutionem Christus, & eius mysterium: illuxit autem illis temporibus, ubi uisum est dynastæ ac dominatori, ubi etiam nos adiuuit. Humanitatis tempus, dicit esse diem sa- 2. Cor. 6 lutis. Sic enim diuinus Paulus: Ecce nunc, inquit, tempus acceptum, ecce nunc dies salutis. Psal. 117 Psallit etiam propheta Dauid, & ait: Hæc est dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.

ET *dedi te in testamentum gentium, ut constituas terram, & possideas hæreditatem deserti, ut dicas his qui in uinculis sunt: Exite, & his qui in tenebris: illustremini. In omnibus uijs suis pascentur, & in omnibus uijs pascua eorum. Non esurient, neq; sitient, neq; feriet eos æstus, neq; sol. sed qui miseretur eorum, consolabitur eos, & per fontes aquarum ducet eos. Et uertam omnem montem in uiam, & omnem semitam in pastum eis. Ecce è longinquo uenient, hi ab Aquilone, illi à mari, alij de terra Persarum.*] Visum est quibusdam interpretibus qui antegressi sunt, huius capitis initium facere: Sic dicit Dominus: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Et aiunt hæc dici a Deo & Patre, omnium nostrũm Seruatori Christo, talemq; sensum attexunt. Orauit, inquiunt, ante crucem preciosam, dicens: Pater, si possibile Luc. 22 est, transeat à me calix iste: nec auditus est, bibit enim illud. Postquam autem calcasset mortem, succurrente Patre dictum est ei necessariò: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Videtur tamen mihi hæc oratio ualde à probabilitate aliena. Nam cùm sciret bibendum esse poculum, & non potuisse orbem terrarũ conseruari, nisi per mortem carnalem, & resurrectionem è mortuis: peraccommodatè formatur huius precationis habitus, ut passionis deprecatio, cædis ludaicæ foret accusatio. Quomodo enim impietatis in eum crimine teneretur Israel, si nõ illi coacta ac uiolenta hæc passio, propter ignobilitatem fuisset? Verùm etiam sic uoluntarium fuit, & mundi peccatum tollere, & nostram naturam ad nouitatẽ sanctæ uitæ reformare. Sciendum enim, sic ab illo dictũ esse: Descendi de cœ- Ioan. 6 lo, non ut facerem uoluntatẽ meam, sed uoluntatem eius qui misit me. Hæc est uoluntas eius qui misit me, ne quid perdam ex omnibus quę dedit mihi, sed ut resuscitem illa in nouissimo die. Apparuit enim mundo Christus, & sacram prædicationẽ auspicatus est apud Israelitas. Verùm quia inobedientes erant, & obdurati, effrenes & audaces, non receperunt fidem, sed contra eam peccarunt multifariam: ad ultimum etiam crucí affixerunt. Hinc mihi specta arcanæ sapientiæ uirtutẽ. Nam mortẽ uidelicet carnis illatam illi à sinistra Iudæorũ nequitia, causam salutis extitisse, dico uniuersæ terræ incolis. Et mors per eius resurrectionẽ abolita est, & calcata est corruptio, nosq; in uitam refloruimus, qui per Adami præuaricationem detrudebamur in contrariũ. Non igitur desperationẽ fuisse in hac Seruatoris nostri precatione dicimus, absit, sed potius dispensationẽ, quã par est admirari. Alio quoq; modo dicimus, hanc orationẽ, ante preciosam crucem, prudenti consilio factam esse. Extitit enim nobis exemplar, & forma rei necessariæ. Tentatione nanq; impendente, & metu inundante, non desides esse nos oportet & supinos, sed uigilantes potius & intentos orationi, & Deum Seruatorem rogare, ut si uisum sit, plagis & laqueo pedem extricemus. Sin patiendum sit, quia nobis magis profuturum scit, etiam hoc perueniat ad exitum, ipso tribuente patientiam. Cùm ergo demonstratum sit opinionem quorundam minus esse probabilem: agedum rursus quæ præmanibus sunt, attingamus. Dedisse enim se illũ ait Pater, Testamentũ Gentium, ut constituat terram, & possideat hæreditatem deserti, dicens illis qui in uinculis sunt: Exite, & his qui in tenebris sunt:

Illustramini. Cùm itaq; recalcitrasset Israel, & à dilectione in illum per infidelitatem recessisset, Christus leges tulit Gentibus, & nouum illis Testamentum, id est, Euangelicam & salutarē prædicationem descripsit: ac terram scilicet turbatā & non satis prudentem, constituit. Nam errauerat creaturam colendo, & impurorum spirituum turmis seruiendo. Fecerunt siquidem id solùm quod ipsis usum esset. Alij uerò eam in omne turpitudinis genus deduxerūt, & pecuinam uitam iusserunt uiuere. Turbata est igitur terra nō mediocriter & tumultuata: uerū per Christum constituta est, & uelut ex tempestate & fluctuatione, conuersa est in serenitatē. Facta est enim portio & sors eius. Idq; est quod in secundo Psalmo dictum est ei, uelut à Deo & Patre: Postula à me, B & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Desertum nominat, gentium multitudinem, infructuosæ & siticulosæ terræ eam comparans. Verùm, ut dixi, facta est sors Christi. Qui & quomodo? His enim qui uinculis & catenis suorum peccatorum constricti erant, acclamauit: Exite, qui in tenebris & caligine mentis uersati sunt, & tantùm non profunda nocte obruti, eos iussit illustrari, & ad lucem uenire, oculosq; animi aperire, suamq; ac diuinam lucem intromittere. Qui his bonis, inquit, digni habiti sunt: in omnibus uijs suis pascentur, & in omnibus semitis pascua eorū. Erāt enim illis plures uiq; probitatis: sed nulla gētibus peruia, at aspera & prærupta. Victiq; sunt à suarum perturbationum impressionibus, & diaboli tyrannide, qui bonitatis iter illis intercluſit. Sed ubi Christi gratia illuxit, uincula eorum soluit, illustrauit cor, ita ut inde per omnem uiam currere, bonumq; mentis ac intelligentiæ pabulum colligere: (hoc enim significat: Pascentur) omnemq; semitam probitatis celeriter transire ualuerint, nihilq;, ut sic dixerim, impediuit: quia semitæ & uiq;, nostros animos adducūt ad Deum, seu, ad sanctam & excellentem uitæ institutionem, diuinitus inspiratæ scripturæ: quæ errantibus minimè fuerunt cognitæ. Postquam autem ad lucem ueritatis uocati sunt, suppetebant illis pastus & pascua, quæ spirituali robore nutriunt, omniumq; bonorum desiderio. Promittitq; illis D Deus gratiæ suæ, & auxilij, & spiritualis consolationis copiam. Non enim esurient, neq; sitient, inquit. Olim enim spiritualis consolationis expertes erant: nec diuinam legem habebant, non prophetam, non pædagogum, non magistrum, non doctorem, non intelligibilium aquarum fontem. At cùm à Deo misericordiam consequuti sunt, spiritualia bona deinceps affatim suppeditabantur, & cibum qui animos iuuat habuerunt: panem de cœlo ederunt, aquam uiuentem biberunt, de qua etiam ipse Christus dixit, Ioan. 4 ad Samaritanam mulierem uerba faciens: Quisquis de hac aqua bibit, iterum sitiet. At qui bibit de aqua illa quam ego dabo ei, fiet ei fons aquæ salientis in uitam æternam. Dixit item pro-

A pheta Hesaias de iustificatis fide, & Euangelicis oracuIis ceruicem mentis submittentibus: Hic habitabit in excelsa spelunca rupis fortis, panis ei dabitur, & aqua eius fidelis. Sed nec æstus illos feriet, neque Sol. Factus est enim illis Christus protector: qui etiam olim filijs Israel suspendit interdiu nubem, & noctu in columna ignis præcessit. Itaq;, inquit, extra solem erunt & æstum, id est, tegentur umbraculo diuino, ut nihil contingat quod sit molestum, uel quod ad pusillanimitatem adducat. Cuiusmodi est quod diuinus Paulus etiam dixit: Potens est Deus, qui nō 1. Cor. 10 sinet uos tentari suprà quàm potestis: sed unà cum tentatione faciet & euentū, ut possitis sufferre. Hoc enim puto significare: Qui miseretur eorum, consolabitur eos. Ducet enim per fontes aquarum, & uertet omnem montem in uiam, & omnem semitam in pastum eis. Fontes hîc dicimus, sanctos prophetas, & Apostolos, & Euangelistas, quibus cum uersantes sapienter & peritè, haurimus ab illis uiuificum & diuinum sermonem, qui satis abundè posset animas nostras ad pietatem confirmare, & spiritualem nobis ingenerare uoluptatem. Sic enim scriptum est: Et hauritis aquas cum lætitia è fontibus salutis. Quòd autem nullum præclarum facinus arduū futurum sit aut difficile, his qui per Christum seruati sunt, illud subinnuere poterit, cùm ait, omnem montem in uiam esse uertendum. Videtur enim sublime, & altum & inaccessum multis esse, ut uirtutem quis colat, puta, continentiam, C temperantiam, longanimitatem, patientiam, mansuetudinem, charitatem & reliqua: sed planam & æquabilem omnem hanc uiam nobis reddidit Seruator: ut quod imperuium & immeabile esse uidebatur, id leuigatum & prostitutum sit illàc ire uolentibus. Idq; est, opinor, quod apertè dictum est ab uno è sanctis prophetis: Omnis uallis implebitur, & omnia erunt obliqua, recta & aspera uertentur in uias planas. Et iterum: Via piorum recta fuit, & præparata uia piorum. Quòd autem innumeri fuerint uocati, & ex omni parte sub cœlo congregati, ostendit dicens: Ecce è longinquo ueniunt, & hi quidem ab Aquilone & mari, alij ex terra Persarum. Illud, E longinquo, uidetur indicare partes australes: Aquilo aquilonares, Mare occidentales regiones. Horum enim sic mentionem facit Psalmodus, cùm ait: Aquilonem & Mare tu Psal. 88 creasti. Illi uerò è terra Persarū, esse possunt, qui capti & inescati sunt ad Orientem. Versus enim radium solis est, Persarum terra. Fortassis etiam Magos intelligere conuenit, qui eum adorarūt. Venerunt enim in Iudæam, percunctantes & dicentes: Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? Matth. 2 nam uidimus stellam eius in Oriente, & uenimus adoratum eum. Siquidem adorarunt & donis honorarunt, thure, inquam, auro & myrrha. Meminit huius etiam Psalmodus, cùm dicit de omnium nostrum Seruatore Christo: Et uiuet, Psal. 71 & dabitur ei de auro Arabiæ. Arabiam enim hîc, Per-



hîc, Persarum regionem nominat.

LAETAMINI *cœli, & exulret terra, erumpant montes lætitiam, quia misertus est Deus populi sui, & humiles populi sui consolatus est.*] Cœlum & terram in unum sodalitium conuocat, & propter eos qui ab illo seruati sunt, festum celebrare, optimè præcipit. Cœli intelligi possunt, non ipsum elementum, sed qui in summis habitaculis commorantur, & cœlesti locupletati sunt domicilio, & sanctæ potestates, principatus, throni, dominationes, & quæ sunt ultra Seraphim. Terra similiter, qui in ea expectant fore eius apparitionem, & qui norunt illum adfore, ad redimendum Israelitas, omnesq; gentes in uniuersa terra degentes. Sicuti uidelicet Symeon ille iustus, paruulum adhuc infantem habens in ulnis, celebrauit Deum, sic in- B Luc. 2 quiens: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei salutem tuam, quam parasti in conspectu omnium gentium, &c. Si fortè illos intelligere oporteat qui seruati sunt, ob hoc ipsum celebrantes festum, & redemptorē coronantes dignis laudibus. Montes erumpentes lætitiam putandum est esse, quemadmodum modo dixi, subuectas illas in sublime potestates rationis participes, uel Euangelicæ prædicationis ministros, qui Christum & quę eius sunt loquuntur, & terrā implent lætitia, quod intellectu percipitur. Annunciant enim: Quia misertus est Deus populi sui, & humiles populi sui consolatus est. Misertus est enim omniū, cum illis Chri- C stus illuxerat. Siquidem uerum est, Erepti sunt è manu diaboli, & sæuitia dæmoniorum, & à peccato quod in eos tyrannidem exercuit liberati, & mortis insuper uinculis: donatiq; gratia, & excellenti dono sancti Spiritus facti participes, & adoptionis gloria illustrati, & ipse, quæ mentē ac cogitationem superat, ditati. Verùm obserua sermonem prophetæ, ait enim: Humiles populi sui consolatus est. Humiles esse dicimus eos, qui flexile & tractabile collum submittunt Christo, & iugum regni eius non contemnunt, eo quòd fidem admiserunt, ac præparati sunt, in spiritu & ueritate adorationem ac cultum ei præstare: cùm hi qui fidem non admiserant, non sint humiles, sed cornu in altum erigunt, & iniusticiam contra eum loquuntur, & contra sacrosancta eius D uaticinia, superbam uelut ceruicem mentis attollunt. Hi non sunt donati spirituali consolatione: non enim erant digni. Quæ enim pars fidelium cum infidelibus? secundum id quod scriptum est.

DIXIT *enim Sion: Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei. Num obliuiscetur mater filij sui? uel non miserebitur partus uteri sui? Etiamsi horum oblita fuerit mulier, ego tamen non obliuiscar tui.*] Proposuit enim uniuersorum Seruator & Dominus etiam ante alios, filijs Sion, seu ex sanguine Israel, gratiam per fidem, & infinitis sermonibus fidem illis conatus est facere, ut apprehenderent opportunitatē, qua possent, si in illum credidissent, gloria patribus promissa

A locupletari. At hi præfracti erant, & inobedientes: & legibus, quæ per sapientissimum Mosen descriptæ erant, despectis, & prophetici prædicationibus neglectis, à fide exciderunt, & crimine dominicidij tanquam laqueo capti sunt. Hac de causa lapsi sunt, & à coniunctione quæ cum ipso est, procul sunt alienati. Reliquię tamē seruatæ sunt, & funditus Israel non periit. Cæterùm pauci sunt seruati, & præ infidelium multitudine, omnino facilè numerabiles. Perscitè itaq; Sion, Iudææ matris personam sustinēs, nunc introducitur propemodum, & luget quasi despecta à Deo explodente. Hinc paucissimis ipsi relictis liberis, dicit: Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei. Et quid ad hæc Dominus? Incomparabilem in homines charitatem declarat, & Sioni intelligibili misericordiæ bona promittit: & quòd non posset aliquando sui figmēti obliuisci, conatur persuadere. Quemadmodum enim mulier quæ peperit, suorum liberorum obliuisci non potest, ut quæ legem naturæ habet, summæ pietatis & indulgentiæ dispensatricem & administratricem: sic, inquit, ego meorum obliuisci nequeo: siquidem affectum indulgentiamq; maternam, quæ diuina sunt, superant & supereminent. Illa autem, non est dissentaneum, quin in obliuionem uenire possit. Me autem hoc pati fas non est. Itaq; oratio est, uelut à terrestri Sion, seu Iudæorum matre, quæ uel sterilitatem uel paucitatem liberorum passa est: promissio autem est, uelut ad intelligibilem Sion: ad quā sapientissimus Paulus dicit accessisse eos qui crediderunt: ut ex gentibus & Iudæis coactam Ecclesiam intelligas, typum habentem superioris, cuius etiam sapientissimus Paulus meminit, cùm dicit: Superna Galat. 4 Hierusalem libera est, quæ est mater omnium nostrum. Ciuitas enim est Dei uiuentis, & primogenitorum nutrix, & mater sanctorum qui descripti sunt in cœlis: cuius nunquam obliuiscetur Christus. Diligit nanq; Ecclesiam, quam ipse sibi repræsentauit, conditis duobus populis, in unum hominem nouum, & utroq; reconciliato in uno corpore, apud patrem. Qui autem obliuiscatur proprij corporis? id est, Ecclesiæ, cuius D ipse est caput?

ECCE *super manus meas depinxi muros, & coram me es semper, & citò ædificaberis, à quibus destructa es, & qui deuastauerunt te, egredientur ex te.*] Non facilè profectò inueniri potest horum uerborū sententia. Quales enim esse Dei manus suspicabitur quis, super quibus depictos muros Sion cogitandum est? sæpenumero enim sacra scriptura manus Dei nominat, eius actuosam potentiam, per quam omnia in lucem produxit, & quādo aliquid ex animi sui sententia efficit: quemadmodum omnis hominis ingressum in uitā declarat Lyricus cùm ait: Ma- Psal. 118 nus tuæ formarunt me, & fecerunt me, quia ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridā manus eius formarunt. Et rursum: Et tu ab initio Do- Psal. 101 mine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca



sunt cœli. Dein quomodo putabit quispiam actuosa potentia Dei, uelut in tabula, pictos esse muros Sion quæ hic intelligitur? uel cuiusmodi tandem murorum mentionem facit oratio? Quid igitur dicimus? Nihil prohibebit, ut opinor, Christi discipulum, his uerbis huiusmodi sententiam accommodare. Accusauit Dominũ Sion, ut qui sui oblitus esset. Quòd autem hoc uerum non sit, Dominus noster Iesus Christus conatur ostendere, ab humanitate ueluti, & ab his quæ passus est, factus propter nos nostri similis. Etenim cùm licuisset ei in forma & æqualitate Dei & Patris esse, non rapinam illud arbitratus est, sed descendit ad hanc exinanitionem, accepitq; formam serui, factus Patri obediens usq; ad mortem, & quidem mortem crucis. Suspensus enim est in ligno, affixis clauo manibus. Verùm salutaris passio deiecit principatus, & triumphauit de mundi ac seculi huius dominatoribus, omnesq; diabolica tyrannide liberauit, nos Deo adduxit. Vibice enim ipsius nos sanati sumus, & super ligno in corpore suo peccata nostra portauit: & ipse quidem languit, at nos seruati sumus, & facta est ipsius passio, securitas & murus nobis: ut qui nos ab execratione legis redemerit, factus pro nobis execratio, & quatenus ipse passus est & tentatus, tentatis succurrit: & passus est extra ciuitatem, ut suo sanguine populum sanctificaret. Itaq;, iterum enim dicam, Christi passio, & preciosa crux, & manuum ipsius affixio, securitas fuit & murus inaccessus & infractus, his qui in ipsum crediderunt. Dicere ergo possit iure: Ecce manibus meis depinxi muros tuos. Intelliges perfossionem manuũ, siue passionem hoc uno significari. Depinxi, pro, Efformaui, dicit. Et coram me es semper. Si enim passus est pro nobis, quomodo nostri obliuiscetur? uel quomodo non essent in oculis eius, propter quos ligno affixus est? Sin uoluerit quis etiam alio modo, horum uerborum sententiæ aliud adijcere, nihil absoni fuerit, puto, hoc pacto intelligere: in manibus Dei Patris omnes esse, qui in Christum crediderunt.
Hoc licet quidem, opinor, dicere, nec à uero erraverit: quippe ipse ait: Oues meę uocem meam
Ioan. 10 audiunt, & sequuntur me. Et ego do illis uitam æternam. Porrò etiam: Nemo rapiet eas de manu Patris mei: utpote quæ sint sub umbraculo superno, & superno auxilio tanquam turri munitæ. Quando igitur Deus & Pater manibus uelut nos sustentat, & seruat apud se, & non permittit, ad quæ fas non est abduci, nec insidiantium malitiæ subijci, nec diabolicæ uiolentiæ prædam fieri: nihil obstat quo minus intelligas etiam Sionis muros, quasi depictos esse manibus suis, id est, exercitatos ad decorem spirituale, & pulchritudinem habentes, ex omni genere uirtutis optimè dignosci. Muros autem Sionis sub intelligentiam cadentis dicimus, sanctos Apostolos & Euangelistas, in hoc à Deo positos, & sententia ipsius approbatos, quę nunquam desinit aut deficit. Scripta sunt enim nomina eorum in cœlis, & positi sunt in libro uiuentium. Neque mireris, si dicat, sanctos esse propugnacula, & muros Ecclesiæ. Est enim ipse murus & circummurale uelut munimentum. Quemadmodum autem ipse est lux uera, eos tamen lucem mundi dicit: sic murus cùm sit, omnisq; securitas eorum qui in ipsum crediderunt, dedit sanctis mystagogis quasi illustrem hanc dignitatem, ut uocentur muri suæ Ecclesiæ. Citò, inquit, ædificaberis à quibus destructa fuisti. Nam Iudæi siue Iudæorum magistri, terrenam Sion, uel suam matrem demoliti sunt, dum eam à Christo auferrent, & eam fidem non esse accipiendam docerent. nam dixerunt: Nos scimus, Ioan. 9
Mosi loquutum esse Deum, hic autem unde sit nescimus. Et cùm deuenissent in sortem omniũ malorum, & sustulissent hæredem: in causa fuerunt, ut illa caderet. Sed ut Iudæi demoliti sunt, sic rursus Iudæi genere, diuini discipuli eam excitarunt, mutatam uidelicet, non ut erat manentem, id est, rebellem & dominicidam, sed fide nimirum in Christo resplendentem. Hi autem qui deuastarunt eam, ab ea egressi sunt: quippe electi sunt primi duces, & loco eorum surrexerunt alij, quos iam commemorauimus. Non enim aliter licuit illam mutare, & Christum diligere, & pro legis umbra, ueritatem amplecti, nisi primi depulsi essent, ne illã iniquè moderarentur. Excitatus est contrà sanctorum mystagogorum chorus, quorum Dauid ille diuinus pulcherrimam facit mentionem, psallens & inquiens ad uniuersorum Seruatorem Christum: Psal. 44
Constitues eos principes super omnem terram, & recordabuntur nominis tui in omnem æternitatem.

ATTOLLE *undiq; oculos tuos, & uide omnes. Ecce congregati sunt, & uenerunt ad te. Viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus his uestieris, & circundaberis eis quasi ornamento sponsæ.*] In tota sancta & diuinitùs inspirata scriptura, clarè dictum est, portionem & sortem Christi, esse sanguine Israelitico oriundos, seu terrenæ Sion liberos, in extremis seculi temporibus. Reuer- Osee 3
tentur enim, inquit, ad Dominum Deum suum, & ad regem suum. Et stupebunt in Domino, & in bonis eius, postremis diebus. Subingressa est enim, illis diffidentibus, Ecclesia gentium, quam etiam intelligibilem Sion esse dicimus. Vocabuntur autem & illi, eritq; unum ouile, unus pastor, ut non amplius duæ Sion nominentur, sed ambæ in unam consummentur Ecclesiam, unius summi pastoris manui subditam. Quòd autem hæc prorsus penitusq; futura sint, probat, cùm Iudæorum matrem alloquitur: Tolle undiquaq; oculos tuos, & uide omnes. Ecce congregati sunt, & uenerunt ad te: Viuo ego dicit Dominus, quia omnibus eis uestieris, & circundaberis uelut ornatu sponsæ. Erant enim dissecti, perinde quasi nullus pastor illis præfuisset. Dictum enim est per unum è sanctis prophetis, uelut in persona Christi: Et dixi, non pascam uos: Moriens



riens moriatur, & deficiens deficiat, & reliqua. Et comedat quisq; carnes proximi sui. Etenim quod in totum à diuina misericordia & amore excidit, quibus tandem incommodis id non est obnoxium? Expositi enim erant quibuslibet ut diripiant eos & auferant, quocunq; uisum est cuiq; eorum qui iniuram solent facere: & abducunt à Deo mali ac pernicioſi dæmones. scriptũ est enim: Partes uulpium erunt. Quòd etiam faciunt multiplices in nobis perturbationes. Nam
Rom. 1 tradi quosdam sapientissimus Paulus ait, in perturbationes ignominiosas, & in mentem reprobam. Quid igitur hisce uerbis diuina promittit oratio? Vocationem & collectionem eorum qui dissipati sunt, & reuersionem in spiritu, eorum qui perierunt, & reditum eorum qui fugerunt, & reuersionem & expergefactionem, & amoris in Christum præmia. Circunspice nanq;, inquit, & specta omnes. Ecce cõgregati sunt ad te. Vt autem firmam ratamq; promissionem faciat, iureiurando quod dictum est confirmat, & inquit: Viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus eis induam te uelut ornatu sponsæ. Nam Ecclesiarum ornamentum, est multitudo aggregata. Nam ideo solet diuinitùs inspirata scriptura, Ecclesiam uestitu aureo & uariegato exornare. Quemadmodum enim uariæ & preciosissimæ lapidum, Indicorum inquam, species aureis* regulis inhærescentes, admirabile quoddã & spectabile ornamentum adiungunt: ita quoq; sanctorum animæ uirtutum inlignibus decoratæ, splendidissima pulchritudine fulgent, diuinitatis oculis, ita ut quisq; gratias agat Christo, & dicat: Exultet anima mea in Domino. Induit enim me ueste salutis, & tunicam lætitiæ quasi sponsalem ornatum mihi circundedit, & quasi sponsæ circumposuit mihi mitram.

QVONIAM *deserta tua, & dissipata, & quæ corruerunt, nunc angustiora fient, quàm ut habitatores capere possint: & procul segregabuntur à te, qui deuorant te. Dicent enim in aures tuas filij tui quos perdidisti, angustus mihi locus, fac mihi locum, ut habitem. Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi istos? Ego quidem sine liberis, & uidua, hos ergo quis enutriuit mihi? Ego quidem derelicta sum sola, isti autem ubi mihi erant?*] Ex rebus quæ uelut aspectu sentiuntur, & manifestiores sunt, etiam nunc contexit orationis habitum. Nam cùm Israel non crederet, ipsiq; Christo manus intulisset, omnis Iudæorum regio uastata est, ipsumq; adeò templum incensum est unà cum Hierosolymis: & tanta uirorum paucitas Iudæam occupauit, ut id subinde beatus pro-
Hesa. 4 pheta Hesaias ænigmaticè indicet, ait enim: Et apprehendent septem mulieres, uirum unum, dicentes: Panem nostrum comedemus, & uestibus nostris amiciemur, modò tuo nomine uocemur. Aufer opprobrium nostrum. nam in lege dictum est: Non erit effœta neq; sterilis in filijs Israel: hiq; orbitatis dedecus intolerabile putauerunt. Cùm igitur bellum omne genus masculum consumpsisset, & qui reliqui erant, facilè omnino essent numerabiles: septem mulieres dixit rogaturas unum uirum, ut ipsarum auferret dedecus, id est, orbitatem. Quia uerò onerosum erat, unum uirum septem mulieribus satisdare: panem suum edere, & uestibus suis amiciri promittunt: quasi nulla re eius prorsus opus essent habituræ. Solùm enim affirmarunt se timere, ut dixi, orbitatis ignominiam. Itaque perinde quasi in solitudinem omnino redacta esset eorum regio, liberationem pollicetur ab eo quod contigit: & ait, deserta & quæ corruerunt, angustiora fore, quàm ut capiant habitatores: procul abactis scilicet ijs qui eam absorbent, nimirum qui præfecturam obtinebant: qui tanquam feræ quædam tantùm non uastarunt eam & absorpserunt. Ostendit etiam uocandorum multitudinem, utpote quæ copiosa esset futura & innumerabilis. Filij enim tui, inquit, quos perdidisti, in aurem tibi dicent: Fac mihi locum. Est etiam dictum ad Sion intelligentia percep-
Hesa. 54 tam: Dilata locum tabernaculi tui, & pelles tentoriorum tuorum fige. Ne parcas, adhuc in dextris & sinistris extende. Legimus item in libris Moysis, in tabernaculo ex pellibus in deserto confecto, spaciosa & bene longa tentoria fuisse constituta, partim ad Orientem & solis radium spectantia, partim ad occasum post tabernaculum, & uersus Aquilonem, & Austrum: qui typus amplitudinem, & longitudinem sacrorũ tentoriorum, seu Ecclesiarum suo tempore futuram subindicat. Veruntamen sic gratia Christi semper abundante, angusti erunt loci utiq; credentibus, adeò, ut gaudeat Ecclesia, quæ est intelligibilis Sion, & apud se clamet: Quis genuit mihi istos? Ego uerò dicerem, fidem in Christo genuisse. Per eam nanq; orba & uidua, numerosa facta es ac plena liberis: hæc tibi tuos enutriuit populos. Et quæ olim inuenta es sola, præter opinionem ditata es: & liberis fœcunda apparuisti, quæ quondam nuda eras & solitaria.

SIC *dicit Dominus: Tollo ad gentes manum meam, & ad insulas tollam signum meum, & adducent filios tuos in sinu, filiasq; tuas in humeris portabunt. Et erunt Reges nutricij tui, & Reginæ nutrices tuæ, super faciem terræ adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent, & scies me esse Dominum, & non pudefies.*] Cùm promisisset Sioni, habituram ipsam & multos & probos liberos, filiosq; suos eo multitudinis uenturos, ut ampliore loco, quàm olim, indigerent, & dilatari tabernaculum rogarent: statim demonstrat, non ex Israel solum, sed ex Gentium aggregatione hanc promissorũ ipsi filiorum multitudinem exorituram. Verum hoc quidem est, & ex ipsis rebus licet perspicere. Residuum enim ex Israel seruatũ est, sed exiguum illud quidem & facilè numerabile, sed & irretitus ac captus est per fidem in Christo, orbis terrarum, & Apostolicæ atq; Euangelicæ prædicationis uirtus, uniuersæ terræ incolas ei adduxit. Quod igitur hoc futurum sit, ostendit: Ecce, inquiens, ego tollo ad Gentes manũ meam. Significat Tollo, exalto, extollo. Manus autem, fortitu-

Universidad de Deusto
Biblioteca



fortitudinem aut uirtutẽ denotare potest. Quando enim gentibus innotuit Christus per Euangelicam prædicationem, & excelsus factus est & conspicuus, propter ea quæ edidit miracula, & per resurrectionem è mortuis, quando signũ preciosæ crucis exhibitum est, apud eos qui Deum natura & uerè aliquando non nouerant: tunc Sion copiosa sobole aucta & ditata est: tũc undiq; ad eam accurrebant, & sibi mutuò acclamabant, hortantes & dicentes: Adeste, conscendamus montem Domini & in domum Dei Iacob, & annunciabunt nobis uiam eius, in eaq; ambulabimus. Quòd uerò ad domum Dei pergentibus, abruptum aut asperum aut obstaculum omnino nullum futurum sit, declarat, cùm ait: Adducent filios tuos in sinu, & filias tuas super humeros tollent. Nam uelut alumni erant gentium, beati discipuli, & qui post eos, sacræ mystagogiæ sermonem proferunt, & præsunt Ecclesijs. Etenim eos qui fide accedunt, tantùm non in sinu gestant, & in humeris repositos ferunt, nihil graue imponentes, sed uelut infantes lacte nutrientes, & simplicem, & illis ad intelligendum facilem catecheseos sermonem apponentes. Quod rursus alibi nos docuit ipse propheta Hesaias, dicens: Via piorum recta facta est, & præparata est uia piorum. Via enim Domini iudicium. Induxit etiam diuinum Baptistam clamantem & dicentem: Parate uiam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. Omnis uallis implebitur, & omnis mons & collis humilis erit, & uertentur obliqua in rectam uiam, & aspera in uias planas. Quòd igitur his qui ad Sion tanquam ad matrem ire contendunt, futurus sit accessus citra omnem sudorem: illud subindicare potest, in gremium adsumi, & in humeros tolli filios eius & filias. Quod etiam honore summo & gloria & felicitate circumfluent, porrò demonstrat, inquiens: Reges eorum nutricij erunt, & Reginæ nutrices. Licet enim licet uidere, propter dominatorum pietatem, honore affectos, & omni misericordia dignatos, eos qui in Christum crediderunt, adeò ut nihil aliud quàm eorum alumni esse uideantur. Si enim in faciem procumbant, & adorent Sion, id est, Ecclesiam, & uelut in terram extensis manibus proiecti, tantùm non puluerem pedum eius lingant: dubium non est, qui ad hanc cognitionem prouecti sunt, & hac pietatis gratia illustrati, quin illud suis factis adijcient, ut electos honore adficiant, & qui in Christum crediderunt, eos in liberorum loco habeant. Quo facto, non iam ut sterilis & uidua pudore afficietur Sion, quæ quo ad Iudæos, orbata erat liberis, sed erit gloria coronata.

Matth. 3

NVM *detrabet quis giganti spolia? Et cùm captiuos duxerit iniustè, seruabitur?*] Interrogatione informatur orationis habitus: uerùm requirit intelligentiam. Horum autem uerborum mens hæc est. Captus est orbis terrarum, à diabolo & à grege dæmoniorum: nec erat cuiquam in terra integrum, eorum peruersitatis tyrannidẽ effugere. Nec enim erat qui fecit bonũ, non erat neq; unus quidem: sed unum per omnes peccati linum extensum erat, & tenebræ & caligo omnium incubuerunt cordibus: ita ut à natura & uerè Deo abduceretur, & his qui dominati sunt traderentur. Adorarunt enim alij creaturã supra Creatorem, & mundi elementa: alij eos, qui intolerabili sæuitia oppresserant, coluerunt. Itaq; facti sunt duro tyranno subditi & captiui, qui etiam mentem internã in seruitutẽ & captiuitatem redegit. Sed nemo prorsus erat, qui iniuria affectis subuenire poterat. Hinc intẽperanti fastu inflatus dixit: Orbem uniuersorũ comprehendam manu uelut nidum, & uelut oua derelicta tollam: nec est qui effugiat me, uel qui contradicat mihi. Cùm ergo ad hunc modum supercilio erigeret contra terræ incolas diabolus, sciscitatur & inquit Seruator: Num detrahet quis à gigante spolia? Difficile est, inquit, & arduum uincere fortem: (Gigantẽ enim hic, Fortem nominat) & spolia ei detrahere. Quî enim hoc dubiũ est? Sunt enim hi ualde sæui, nec quibuslibet expugnabiles, sed his solummodo expositi & ad capiendũ faciles, qui protensa & inuicta manu eos ualẽt oppugnare. Sed ego, inquit, detrahã, & liberabo iniuria affectos, & iugo seruitutis abiecto, libertatis gratia illustres reddam. Verùm quòd iusta Dei sententia deprædetur satanam, & delictorũ in nos à scelerato pœnas deposcat, cõfirmabit, cùm addit: Et si captiuos duxerit iniustè, seruabitur? Veluti per interrogationem, interposita hypostigme, hunc uersum accipiemus. Nam qui iniustè in eos qui nullam iniuriam fecerunt insilit, & eos deinde captiuos abducit, & in calamitates ineuitabiles conijcit, nõ seruabitur: sed eorũ quæ ausus est pœnas soluet. Itaq; dimittet eos, qui ceu spolia capti, erant illi subditi, rationemq; insuper reddet eorũ quæ præter æquum & iustum in illos fecerit. Cuiusmodi est, quod alibi dicit: Quemadmodũ uestis sanguine polluta, non erit munda: sic neq; tu eris mundus, propterea quòd terram meam perdidisti, & populum meũ occidisti: non manebis in æternũ tempus. Admoneri etiã possunt hi qui hanc scripturam legent, ipsum etiam Seruatorẽ inueniri tale quippiam dixisse in Euangelicis oraculis. Quomodo enim, inquit, potest quis ingredi domũ fortis, & uasa eius diripere, nisi prius ligauerit fortem, & tum uasa eius diripiat? Domum enim Fortis, id est, satanæ hunc orbem terrarum dixit, non quasi uerè eius esset, sed quia ab eo esset occupatus. Sed postquam ingressus est illam incarnatus Sermo, ineffabili potentia ligato Forti, uasa eius, id est, qui eadẽ cum ipso quondam sentiebant, ad se traduxit. Vt enim electionis uasa, sanctos esse dicimus: sic uasa etiam diabolica, eos qui ei subsunt, & idem cum illo sapere uoluerunt uel coacti sunt, nominamus.

SIC *dicit Dominus, si quis captiuum duxerit gigantem, accipiet spolia, accipiens autem à forti seruabitur.*] Dixi iam inexplicabili & diuina potentia, Dominum nostrum



strum Iesum: Christum, ingressum fuisse domum Fortis, id est, in mundum cum carne uenisse, & eum qui quondam occupauit & ui subiecit uniuersæ terræ habitatores, eosq; peccati iugo subdidit, ac ceu captiuos reddidit, spoliasse, & quasi in uincula infracta coniectum, & catenis caliginis in tartarum præcipitatum, tradidisse in iudicium magni diei, custodiendum & puniendum, illumq; demum diripuisse: illis uerò qui sub eo erant persuasisse, ut recurrerent, uellentq; Deo uerè subijci, & eius nutui obedire, & ea exequi satagant, unde salutem possent consequi. Postquam uerò obtinuisset uictoriam Christus, & ad nos quoque uictoriam transmisit: uerùm non absq; illo uincimus. Laus enim uirtutis sanctorum, ipse est, iuxta uocem Psallentis. Quippe sapientissimus Paulus inquit: Omnia possum in Christo, qui me corroborat. Itaque hanc uiam nobis aperuit & cõplanauit, ut possemus fortem spoliare siue gigantem, nimirũ satanam. Si quis captiuum duxerit, inquit, gigantem, accipiet spolia. Quando enim uiribus diaboli superiores sumus, & inimicorum insultus euitamus, arma beneuolentiæ per omnia habentes ipsum met Christum: tunc malum spoliamus, & uictricem sententiam reportamus, & eius peruersitate & malitia fortiores esse uidemur. Verùm hanc uincendi facultatem adesse uiriliter agentibus, per Christum, & non aliter posse quempiam ad hanc dignitatem peruenire, ostendit pulcherrimè, cùm adijcit: Accipiens autem à forti, seruabitur. Etenim si ille dederit, ut illum homicidam draconẽ superemus: illum spoliabimus, & præterea seruabimur, transmittente nos hac uictoria ad perennem uitam, ad gloriã, ad laudem, & ad regnum cœlorũ. Dixit etiam ipse Christus, cùm spoliasset satanam, & uiam planã & æquabilem ad uictoriam obtinendam, his qui in ipsum crediderũt reddidisset: Ecce dedi uobis facultatem conculcandi super serpentes, & scorpiones, & supra omnem potentiam inimici, & nihil potest uobis nocere. Verum est igitur, quòd accipientes à forti, id est, ab ipso, (est enim ille exercituũ Dominus,) & seruamur & uincimus. Quin & aliter spoliare quis poterit satanam, si eius subditos & aberrantes, ad ueræ Dei cognitionis lucem artificiosè reducat, & à uitiositate ad sanctam uiuendi rationem traducat.

Philip. 4

Luc. 10

EGO *autem iudicium tuum iudicabo, & ego filios tuos liberabo, & comedent qui afflixerunt te, carnes suas, & bibent quasi uinum nouum, sanguinem suum. Et ebrij erunt. Et sentiet omnis caro, quia ego Dominus qui liberaui te, & qui adiuui fortitudinem Iacob.*] Verba facit, ut dixi, ad Sion: filios autem eius hîc uidetur dicere, sanctos Apostolos & Euangelistas, & eos qui post illos uocati sunt præterea ad ministerium: qui etiam mundi lumina fuerunt, sermonem uitæ adhibentes, & ubiq; gloriam Christi prædicantes, & uim salutis eius declarantes, his, qui uniuersum orbem terrarum incolunt: contra quos etiam ceu fera quæpiam immanis & immitis, & malorum princeps Draco afflictiones & persequutiones accumulauit, & in eos improbitatis suæ satellites intolerabiliter stimulauit. Itaq; persequutiones sæpe contra sanctas Ecclesias excitatæ sunt, & tyrannorum crudelitas immaniter insiliens, multos in martyrij certamen discrimenq; adduxit. Sed ego, inquit, ô Sion, (eam uerò dicimus esse Ecclesiam quam Sion appellat) iudicium tuum iudicabo. Et ego filios tuos liberabo. Qui enim nullam intulerunt iniuriam, Deo adhærentes, & de nullo fœdo crimine accusati, deinde etiam pro uita & sanguine certamen subiuerunt, cum his illustribus factis currunt ad suprema habitacula: uerùm quantum ad consilium eorum qui insidias comparauerunt, mortui sunt & perierunt. Itaq; iudicium contra istos, siue iustum iudicium fiet omnino à Deo. Qui enim propter pietatem è nobilissimis hisce certaminibus enatarunt, & ad brabæum supremæ uocationis deuenerunt, incorruptionis corona religabuntur. At qui insectati sunt eos, & iniustè eos occiderunt, quos præstabat æmulari, suas carnes edent, & non eorum qui passi sunt, sed proprium uelut absorbebunt sanguinem. Nam quæ irrogarunt alijs non iustè, patientur ipsi iusta sententia, Deo eos qui passi sunt, coronante: eos qui iniuria affecerunt, diuturnę & æternę punitioni subijciente. Eritq; hoc iustum iudicium, omni carni, id est, omni homini notissimum. Nam qui propter pietatem in periculum ueniunt, omnino auxilium feretur illis à me, qui te iuuare possum Iacob, id est, ex semine Iacob. Dixi autem, hunc sermonem propheticum scriptum esse, in persona sanctorum & Apostolorum & Euangelistarum, qui erant ex Iacob, quod sanè ad carnem attinet. Nec tamen absurdum est, ut Iacob nominetur quiuis supplantator, id est, qui supplantat satanam, & qui callidè & quasi iuuenili impetu laqueos peccati transilit. Iacob autem interpretatur supplantator.

## CAP. L.

SIC *dicit Dominus, qualis liber repudij matris uestræ? Cui dimisi eam? aut cui creditori uẽdidi uos? Ecce peccatis uestris dimissi matrẽ uestrã.*] Sine corpore, & à materia seiuncta, & sine specie atq; simplex est diuinitas: nemoq; qui rectè facit, de ea ullam speciem adsumit corporalem. Verùm sancta scriptura humano more nobiscum de ea loquitur. Nec enim aliter intelligere possent, qui in hoc palpabili & crasso sunt corpore, nisi hæ res quæ apud nos sunt, exempli gratia adducerentur: ut ex rebus sub sensum aspectumq; uenientibus, ex parte saltem intelligamus aliquid de diuina & suprema essentia, quæ omnem speciem corpoream superat. Obserua etiam hic humano more habitam esse à propheta orationem. Nam uelut uir quispiam cũ uxore habitãs, & copulatus cum populo Iudaico, disserit & loquitur de matre ipsorum:

Universidad de Deusto
Biblioteca



matre, inquã, quæ est terrestris & sensibilis Hierusalẽ: ut inde rursus in persona unius mulieris, eorum societas intelligatur. Quemadmodum enim cùm Ecclesiam dicimus, non circuitui murorum uim huius dictionis accommodamus, sed pijorum in ea potius sanctissimã multitudinem significamus: sic etiamsi quis matrem Iudæorum dicat, ipsos nihilo secius designat. Itaq; non ego, inquit, eieci matrem uestram, cùm essem ei sponsi uice, & probitatis semina iecerim, cùm per legem, tum etiam per prophetas: sed illa potius diuertit, iura quæ mihi debentur paruifaciens, & pro nihilo ducẽs quodammodo esse cum Deo. Nam qualis liber repudij ei datus est à me? Neminem enim Deus à suo consortio extrudit, nec quenquam reijcit eorum qui recto pede solent incedere. Sed quicunq; sunt in fide germani, & omnis honestatis scientes: his permittit, ut liceat perpetuò, societatis & coniunctionis cum illo firmas quasi opes possidere. Ab hac tanta gloria excidit, quisquis diuinis eius oraculis tota mente repugnat & dissidet, & uoluptatis quàm Dei est amantior. Proinde quasi uiri loco cum matre Iudæorum cohabitasset, qualis, inquit, liber repudij matris uestræ? cui illam dimisi? Nec enim quisquam, inquit, probauerit, me illam repulisse & odio habuisse, sed illam accusabit potius, ut quæ sponte sua me deseruerit. Cui autem creditori uendidi uos? Alius est in his uerbis orationis habitus ac figura. Nam uelut famulos herus alloquitur. An enim, inquit, uelut homo inopia pecuniæ pressus, & in * creditores incidens, peregrè proficiscẽs alijs dominis famulos meos exposui? At hoc quàm planè stultum est uel cogitare uel dicere? Supra enim necessitatem & inopiã est diuinitas, nec quicquã habet illa cum ea commercij. Igitur non uendidi, inquit, neq; elocaui uos alijs heris, qui me diligitis, & à meis pendetis oraculis. Quomodo ergo alienæ seruitutis iugũ subijstis? Causa huius mali uobis fuit peccatum. Huius enim causa, fabricauit uos omnes peccati pater, & omnis uitiositatis inuentor, quiq; eos, qui à consortio coniunctioneq; cum patre Deo excidunt, ad se rapit, & in malorũ uoraginem demittit, & in laqueum Orci detrudit. Sequetur enim omnino eos qui lapsi sunt à coniunctione cum Deo, ut ineuitabilibus laqueis inuoluantur. Est enim in occupando uehemens & uiolentus satanas: & quos in terra habitantes uiderit paruiducere, esse cum Deo: eos suis iugis subijcit, & in extrema deducit mala, ex liberis eos seruos, ex gloriosis inhonoratos reddens. Eiusmodi enim semper sunt eius sinistræ peruersitatis stipendia.

*χρεωστὴς debitor uel creditor.

QVONIAM ueni, & non erat homo: uocaui, & nõ erat audiens. *Annon poterit manus mea liberare? Ecce comminatione mea desertum faciam mare, & ponam flumina deserta, & arefient pisces eorum, eo quòd non sit aqua, & siti morientur. Et induam cœlum tenebris, & quasi ponam operimentum eius.*] Liberos Sion, id est, sanguine Israelitico oriũdos, ipsamq; Sion, terrestrem uidelicet Hierusalem, suis ipsorum peccatis diuenditos, & eiectos à cõiunctione cum ipso, perpulchrè disseruit: uocat nunc in reprehensionem & crimen insignis amentiæ simul & inscitiæ. Nam quando Vnigena illuxit terræ incolis in carne, & in specie nobis simili apparuit, impiè & legem & prophetas obliuioni tradiderunt, duri & præfracti manserunt, & intemperanter effrenes fuerunt. Non enim uolebant Redemptorem, salutis principem agnoscere, qui iustificat impium, qui omni crimine liberare potest eos, qui humanis impediti sunt infirmitatibus. Veni igitur, inquit, id est, humanitatem indui, & apparui Israelitis: & non erat intet illos homo, uidelicet cordatus, & qui redemptionis tempus scire potuit. Vocaui, & non erat audiens. Etenim sic iterum ipse Hesaias prophetа in persona omnium nostrũm Seruatoris Christi, inquit: Inuentus sum his qui me nõ quærunt, conspicuus factus sum his qui me non interrogant. Dixi, ecce adsum genti, quæ mihi non credidit. Toto die expandi manus meas ad populum incredulum & contradicentem. In Euangelicis etiam scriptis, sæpe inueniemus Dominum uocantem ad fidem Iudæos: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos. Rursus alibi: Qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lucem uitę. Certè illis fructuosum & utile esse declarat ut credant, inquiens: Amen dico uobis, quia qui credit, habet uitam æternam. Et complura alia congerere quis poterit, in eandem sententiam, siquidem uoluerit prolixè rem persequi. Itaq; uocaui, inquit, sed non erat audiens. Cæterùm illud forassis dicent, qui sic ex insigni amentia offenderunt, duro & præfracto pectore, non ualere manum meam, orbem terrarum liberare. At qui uerè hic non sentiunt. Erat enim, ut dixi, in specie nostri, quamuis Deus esset, Sermo. hominẽ siquidem induit, carnis propagatione ortũ habens ex muliere. Sed qui hoc nouerunt, & diuinorũ eius mysteriorum profunditatẽ non ignorarunt: illum omnia posse sciuerunt, Deum natura existentem, & ad redemptionem orbis terrarum satis habuisse uirium. At infideles & inscij, acceſſerunt ad eum uelut ad hominem promiscuum & communem, adeò ut insultarent & dicerent: De bono opere non lapidamus te, sed propter blasphemiam: quia homo cùm sis, tu facis teipsum Deum. Illis consentaneum erat & cogitare & dicere, non ualuisse manum eius, terræ incolis subuenire, nec liberare eos qui à diabolo & peccato uicti sunt. Sed quãdo hæc, inquit, reputaueritis, etiam aliquid melius cogitate: Nõ enim sum uestri similis, homo simpliciter, sed Deus potius, factus ad similitudinem ac speciem uestrã, dispensationis causa, ut uos à morte & peccato eximerem. Ipse enim qui loquor adsum, qui quondam per Moysem edidi miracula, & ineffabili potentia mare, uidelicet rubrum, diuisi. Nam aquis uelut murus inductus est, & traiecerunt redempti, & qui Ægyptiacæ



ptiacæ seruitutis iugum exuerunt. Desertum faciam mare hîc dicit, pro exiccabo. Ponam autem flumina deserta. Ponam rursus, pro posui, intelligendum. Consistere enim fecit Iordanem, cumq; reddidit aquis uacuum, dum Iesus traduxit Israelem, & in terram promissionis introduxit. Quòd autem ait, in aquis pisces exiccari, intellige ad significandum totum exarefactum esse Iordanem, hoc adsumi. Huius adeò illustris & magni miraculi fecit mentionem etiam diuinus Dauid, dicens alicubi: Quid est tibi, mare, quòd fugisti? & tu Iordanis, quòd conuersus es retrorsum? Alibi rursus: Nouerunt te aquæ, Deus, nouerunt te aquæ, & timuerunt, turbatæ sunt abyssi, multitudo sonitus aquarum. De Iordane iterũ sic dicit: Tu exiccasti flumina Ethom, id est, australia. Meminit etiam alterius miraculi, & inquit: Induam cœlum tenebris, & ponam ut saccum, operimentũ eius. Et rursus, Induam, intelligendum est, pro, Indui. Meminimus enim sapientissimum Moysem scripsisse: Triduanæ & profundæ Ægyptiacæ regionis tenebræ dispersæ sunt: at nulla res omnino detrimentum Israelitis attulit, quibus erat dies & lux. Quod mirabile est, & nulla oratione dici aut explicari potest. Cùm igitur, inquit, ille ego sum, qui & in carne apparui, & olim mare desertum feci, siue exiccaui, illudq; etiam in fluminibus effeci, & tenebris ingens cœlum amiciui, multisq; experimentis planum reddidi, me uniuersorum Dominum esse, nihil non meis uiribus præstari: quidni ridiculus sit, uel potius impietatis crimini affinis, si quis uelit sentire & dicere: Non posse manum meam liberare?

Psal. 113

Psal. 76

DOMINVS *dat mihi linguam disciplinæ, ut sciam quando oporteat me loqui uerbum. Posuit mihi summo mane, apposuit mihi aurem ad audiendum, & disciplina Domini aperit mihi aures.*] Non est dissentaneum, imò rectissimæ orationi ualde consentaneum est, ut choro sanctorum Apostolorũ hæc applicemus, uel etiam omnibus, qui in Dominum nostrum Iesum Christum credunt, & qui spiritu eruditi sunt, & inde animum & mentem copiosè illustratam habent, quiq; diuinorum charismatum participes facti sunt, & scripturæ diuinitùs inspiratæ, profunditatem puris animi oculis ualuerunt contemplari, & qui rectam Euangelicamq; uiuendi rationem, qui prudentiam, qui cognitionem consequuti sunt sanctis accommodam. Hi ergo odas gratulatorias cantantes, dicunt, sibi linguam disciplinæ esse datam, id est, ut scienter loqui possint, & inculpatè diuina explicare mysteria: quãdo & quomodo consolationis sermonibus uti oporteat. Quod quidẽ fecerunt diuini discipuli, animos & corda, sana & immaculata fidei Christianæ cognitione quasi complentes, & cumulantes unicuiq; eorum, qui ad diuinam prædicationem acceſſerunt, sermonem alium atq; alium, prout sibi conueniebat, ingerentes. Nam paruulis adhuc tanquam lac simplicis institutionis, seu cathecheseos sermonem optimè proposuerunt: in uirum autem perfectum occurrentibus, & ad mensuram ætatis plenitudinis Christi peruenientibus, cibum dederunt solidum, & ad nutriendũ aptissimum. Hæc itaq; fuit lingua disciplinæ, & donum scientiæ, quando oportet sermonem loqui. Additum sibi aiunt mane, id est, in animo & corde diei splendorem, diuinę & intelligibilis lucis illustrationem, luciferi ortum. Idq; rursus intelligemus, beato Paulo scribente sic: Gratias agentes Deo & Patri, qui eripuit nos à potestate tenebrarũ, & transtulit ad regnum cœlestis charitatis suæ, in luce. Deus enim seculi huius, excæcauit sensus infidelium, ne illuminatio Euangelij Christi illis resplenderet: nobis autẽ sol iustitiæ exortus est, mentes diuina luce circumfulgẽs, ut nos filij lucis & diei simus & nominemur. Deinde addit: Apposuit mihi aures ad audiendum, & disciplina Domini aperit meas aures. Nam ubi fidem in Christum admiserimus, & illuminatione ab illo ditati fuerimus, auris appositionem habemus, id est, facultatem ac uirtutẽ auditus insoliti, nec usitati. Iudæi enim legem olim legentes, umbram non transgrediuntur, sed typis assident, nudis & solis. Animalis enim homo nõ capit ea quæ sunt spiritus diuini, sicuti scriptum est. Nos enim legem pædagogum esse credentes, cùm illa Mosaica in aurem admittimus, eadem alijs auribus intelligimus, transferimusq; figuras ad ueritatẽ, & umbram in spiritualis contemplationis occasionem uertimus. Habemus igitur aurium adpositionẽ. Disciplina enim per Christum, id est, prædicatio Euangelica, & eius mystagogia, docet legem spiritualiter intelligere, & aperit uelut aures eorum qui in illum crediderunt, cùm hoc Israelitæ non haberent. Alloquitur itaq; eos Dominus noster Iesus Christus: Scrutamini scripturas, quia in illis putatis uos æternam uitam habere, & illæ sunt quæ testificantur de me: nec uoluistis ad me uenire, ut uitam habeatis. Scribitq; de illis sapientissimus Paulus: Quando legitur Moses, uelamentũ eorum cordibus imponitur, neq; detegetur, quod per Christum abolebitur.

Col. 1. *sed aliter.*

# CYRILLI COMMENTARIORVM IN HESAIAM

*Libri quarti,*

*Oratio quinta.*

EGO *autem non renuo, neq; contradico, dorsum meum præbui ad flagella, ac genas meas ad alapas, neq; faciem meã auerti ab ignominia sputorũ. Et Dominus auxiliator mihi factus est. Propterea nõ erubui, sed posui faciem meam sicut firmam petram, & cognoui me nulla ignominia affectum iri, quia propè est qui iustificat me.*] Ex his quæ supra iam lecta sunt & excussa, plurimum inuectus est in Iudæorũ inobedientiam. Dixit enim: Veni, & nõ erat homo:

& uocaui, nec erat audiens. Interim persona eorum qui fidem amplexati sunt interiecta est, qui dixerũt: Dominus mihi dat linguam disciplinæ, ut sciam, quando oporteat sermonem loqui, & quæ post hæc illata sunt, qui etiam gratulabundas uoces resonabant. Rursus intercurrit persona ipsius Christi, suam obedientiam, ludæorum contumaciæ opponentis, ut omnino eos Dei hostes esse conuincat, eosq; qui superbum & durum collum tollunt, ad salutem uocantis. Ego enim uocaui, inquit, nec erat audiens. Desides facti sunt, ad obediendum tardi, & ignari atq; inepti ad intelligendum quid ipsis in rem futurum sit: quibusq; modis uerisimile erat posse eos & quidem nullo labore, cùm tyrannidem peccati, tum diabolicæ peruersitatis insidias effugere: Sed hi renuerunt. Ego autem non renui, nec contradico. Nam cùm Deus & Pater uellet summatim comprehendere omnia in me, tum cœlestia, tum etiã terrestria: demisi me ut exinanirẽ meipsum, & ad humanę mendicitatis descendi mensuram, homo apparens, ut obediẽs essem, usq; ad mortẽ, & quidem mortẽ crucis. Præbui igitur tergum meum ad uerbera, & genas meas ad alapas. Faciem autẽ meam non auerti ab ignominia sputorum. Hoc enim ei cõtigit pati, cùm & ludæorum ignorantia in illum debaccharetur, & Pilatus plagis laceraret, & ex impijs ministris unus contumelioſè tractaret, cæderetq;, & reliqui despuerent. Verùm hic unicus erat scopus patientis, ut uoluntatẽ bonam patris exequeretur. Si-
Ioan.6 quidem Christus dixit: Descendi de cœlo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me: ut ex omni quod dedit mihi, nihil perdam, sed resuscitem illud in extremo die. Itaq; quò procuraret his qui in ipsum credunt uitam, non contumelias recusauit, non uerbera, nõ sputorum tentationem, quantumuis Deus esset natura, & uerus Dominus. Ait deinde ut homo: Dominus mihi adiutor factus est. Propterea nõ sum pudefactus, sed posui faciem meam sicut firmam petram. Et cognoui me nulla ignominia affectum iri, quia propè est qui me iustificat. Dissert igitur, uti dixi, humano more, & semper exinanitionis mensurę cõgruenter. Verùm his uerbis subindicare uidetur supplicium, quod illis
D impietatis in ipsum ergò incumbit. Factus est enim, inquit, Dominus mihi auxiliator. Perinde est, ac si dicat: Cùm darem tergum meum ad uerbera, & genas meas ad alapas, & passionem crucis paterer, factus est auxiliator Pater. Succurrit enim, nec; concessit, ut filius suus prorsus ruboreafficeretur ac pudefieret. Nam supplicio affecti sunt, & delictorum suorum in me pœnas soluerũt, qui ausi sunt cum Deo pugnare. Cùm adiungit: Propè est qui me iustificat: eleganter rursus innuit, pœnam in illum bacchantium non abesse procul, nec deinde procrastinandam, sed uelut propè esse, & ipsorum factorum comitem fore quasi & pedissequam. Iustificari autem dicimus filium, quodammodo. Cùm enim iustum,
A & nullo modo criminibus affinem, occidere ausi fuissent, ut dixi, supplicio affecti sunt: & punitio eorum qui passi sunt, illius restatur innocentiã, qui ab illis cõtumelioſè exagitatus est & impiè. Cuiusmodi est quod dixit Deus & Pater: Et dabo malos pro sepultura eius, & diuites pro morte eius. Diuites & malos, ludæorum duces nominat. Etenim cupiditate incredibili ardentes, propterea in hanc detrusi sunt malitiam. Nam li-
Matth.21 cet agnouissent illum, dicitarunt: Hic est hæres: Venite occidamus eum, & occupemus nobis ipsis hæreditatem eius.

QVIS *est qui litigat mecum? resistat mihi simul. Et quis mecum litigat? propinquet mihi.*] Quòd iustus & planè insons sit, nec fecerit illa peccata, quæ ludæi ex de-
B bacchatione illi impegerunt, confirmabit ipsemet etiam diuinus propheta Hesaias, dicens de eo: Videte quia iustus periit, & nemo attendit. Et iterum uelut in persona ludæorum de eo: Ligemus iustum, quia inutilis est nobis. Hoc etiam res ipsa clamat. Etenim diuina & syncera uerbi natura, ut ab eo quod decorum ipsiq; conueniens est, aberret, delictiq; maculam concipiat, fieri non potest. Dictum siquidem est, de omniũ
1.Pet.2 nostrũm Seruatore Christo: Peccatum non nouit, neq; inuentus est dolus in ore eius. Quum igitur insontem se dicat & iustum sustinuisse à Iudaica synagoga insidias: necessariò eos, qui uel omnino ignorarunt eius innocentiam, uel nihil in illum indignè factum esse, sed iustè ea in cruce
C perpessum esse existimarunt, alloquitur, & inquit: Quis est qui litigat mecum? Resistat mihi simul. Simile huic est, quod ab ipso Christo dictũ
Ioan.8 est diserte, Scribis & Pharisæis: Quis ex uobis arguet me de peccato? Si ueritatem loquor: quare uos non creditis mihi? Quamuis enim factus fuerit sicuti nos, unigena Dei sermo, eandemq; prorsus induerit similitudinẽ, tamen hac quoq; ratione, creditur is solus naturam habere nostra sublimiorem. Cùm nanq; omnes homines subiecti sint offensis & delictis, nemoq; sit, cuius uita reprehensione omni ex parte careat: hic solus etiam cùm homo factus est, diuinam sibi retinuit dignitatem. Nam Dei natura meritò censeri potest maior, quàm ut possit delinquere. Itaque e-
Ioan.14 tiam dixit: Venit princeps huius mundi, & in me non inuenit quicquam. Nam qui factus est similis nostri, ut nos à peccati laqueis eximeret, quomodo ille nobiscum peccati conuinceretur? uel quomodo in reprehensionem accusationem' ue incurreret, qui ab accusatione & reprehensione omnes in ipsum credentes uindicat? Deus enim est qui iustificat, quis est qui con
Rom.8 demnat?

ECCE *Dominus succurrit mihi, quis malo afficiet me? Ecce omnes uos sicut uestimentum inueterabimini, & quasi tinea comedet uos.*] Duo hoc uno docere uult, eos, qui impia hac & iniusta contra illum laborabant inuidia: tum utilia, tum necessaria: primum, irritum fore prorsus consilium contra eum nefarium q; facinus: deinde, acerbas & intolerandas pœnas



nas eos, qui in illum deliquerunt, esse daturos. A Putarunt enim posse se morti tradere, ducem uitæ Dominum. Cæterùm, ut Psaltes ait: Consulta runt cõsilium, quod non poterunt stabilire. Etenim fieri non potuit, qui uita ipse esset, eum à morte uinci. Excitatus est igitur potentia Dei & Patris, quemadmodum scriptum est, nec est infirmus, sicut putatur, Sermõ & Deus, ut non possit, inquam, carnis suæ corruptionem abijcere: sed quia homo factus est, idq; uisus est à patre accepisse. Omnia enim homini à Deo data sunt. Nam quòd Deus & Pater per ipsum mortis imperium aboleuit, ex resurrectione ipsius à mortuis perspicuum esse potest, cùm dicit ludęorum
Ioan.2 turbæ: Soluite templum hoc, & tribus diebus excitabo illud. At quia quod supra manum & B naturam est hominis, id in more est personæ Patris attribuere: idcirco hic quoq; loquitur humano more: Ecce Dominus succurit mihi, quis malo afficiet me? Etenim, inquit, Deo & Patre subueniente, omnemq; uestram delente improbitatem, meamq; stabiliente gloriam: quis in uobis erit tantus, ut immutabili eius consilio resistat, eumq; qui ab eo adiuuatur, malo afficere possit? Itaq; Scribæ & Pharisæi, siquidem fuissent cordati, abstinuissent à consilijs & conatibus in illum moliendis, cùm antè ex prophetis sanctis legerant, neminem Christo nocere ualuisse, Deo, & Domino & uero Patris filio: at ipsi sibi hoc dirum & audacissimum contraxerunt supplicium. Idq; docet, cùm suprà adiecit: C Ecce omnes uos sicut uestimentum inueterasce tis, & quasi tinea comedet uos: id est, in uetustatem, in corruptionem, & interitum abibitis, multis malis confecti & ineuitabilibus, & uos consumet quasi tinea, insanabilis calamitas. Hoc ite-
Hesa.1 rum dicit illis alibi propheta Hesaias: Quid adhuc percutiemini, adijcientes peccatum? Omne caput languet, & omne cor mœret: à pedibus ad caput usque, non est in eo integra ualetudo: neq; uulnus, neq; liuor, neq; plaga tumens: non licet fomentum apponere, neq; oleum, neq; liga turas. Terra uestra deserta, ciuitates uestræ igne consumptæ sunt. Regionem uestram coram uobis alieni deuorant, & desolata est, euersa à populis alienis. Satis esset uehemens horum prædi D ctio ad persuadendum ludæis, ut quiescerent, nulloq; modo Deum offenderent: siquidem, ut dixi, inanes forent eorum insidiæ, & frustraneorum conatuum daturi erant pœnas, omninoq; in interitum ac perniciem recasuri.

QVIS *est inter uos qui timeat Dominum? Audiat uocem pueri ipsius.*] Velut uestimentum dicit eos inueterascere, quicunq; uolunt inutiliter laborare, & debacchationibus contra illum exultare. Ait enim: Ecce omnes uos sicut uestimentum inueterascetis, & tinea comedet uos. Pergit deinceps probis & moderatis uiris exhibere suam humanitatem, & salutis semitam illis monstrat. Plurimi etenim Israelitæ crediderũt, quemadmodum in Actis Apostolorum apertè prædicatum est, Seruatę nanq; sunt reliquiæ: quarum prima quasi spolia & primitię fuerunt diuini discipuli. Itaq; paratioribus ad fidem recipiendã proponit clementiam, dicens: Quis inter uos timet Dominum? Audiat uocem pueri ipsius. Cùm se puerum Dei uocat, innuit se hominem factum, filium uerum Dei & Patris esse. Et audire uocem pueri eius, non legis erat transgressio, sed legis confirmatio, per figuram & umbram antè descri bentis ueritatem: quæ est Christus, eiusq; uaticinia. Hinc etiam sapientissimus Paulus scribit epistolam, & ait: Legem igitur abolemus per fi- Rom.3 dem? Absit, imò legem stabilimus. Scriptum est enim: Iustus meus ex fide uiuet. Eratq; legis & prophetarum finis, Christi mysterium, iustificans per fidem impium, & à culpis liberans eos qui delictis erant constricti. Itaq; audire uocem Christi, id est, Euangelicam & salutarem prædicationem recipere, legis erat cõfirmatio. Quòd autem uisum sit Deo & Patri, filij uoce ac pædagogio institui terrę habitatores: Euangelicarum rerum uirtus demonstrare potest cordatioribus. Transformatus enim erat in monte Christus, & Matth.17 facies eius sicut sol resplenduit, & uestes eius candidæ erant, uelut lux: apparueruntq; Moses & Elias colloquentes inter se, ac deinde uox facta est Dei & Patris, denunciantis & dicẽtis sanctis Apostolis: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Si quis ergo, inquit, sit qui Dei timorem in animo habet, & quasi thesaurũ quendam apud se reposuit & occultauit: audiat uocem pueri eius. Est autẽ, uti dixi, Euangelica & diuina prædicatio, uocans ad redemptionem per fidem in Christo, & ad sanctam uitæ institutionem, legali conuersatione longè præstabiliorem. Illa enim, ut dixi, erat in umbris: hæc illustrem habet & manifestam ueritatem.

VOS *qui ambulatis in tenebris, quibus non est lux, confidite nomini Domini, & innitimini Domino.*] Peritissimi medici, mordentibus pharmacis, quædam subsidia mitium remediorum admiscent interdum, acerbum & asperiorem dolorem tantùm nõ incantamento delinientes. Quale etiam nunc inuenimus, Dominum nostrum Iesum Christum fecisse. Reprehendit enim uelut ambulantes in tenebris, & quasi caligine detentos, atq; omnino luce priuatos, diuina uidelicet & sub intelligentiam cadente, & per gentes non ad ea quæ ad salutem uel utilitatem faciunt, sed ad illa potius quæ facilè eos in exitij barathrum deprimant. Non enim possunt, non possunt qui in tenebris sunt, unquam recto pede incedere. Deferuntur enim in puteum si quis inueniatur, & ad lapides si proiecti sint, impingunt per imprudentiam. Vobis igitur, inquit, propono admonitiones, in tenebris uersantibus, & lucem meam inconsideratè non admittentibus. Confidite nomini Domini, & innitimini Deo. Nam populus Iudaicus, cùm ex insigni fatuitate unigenã Dei sermonem in specie nobis consimili uidisset, id est, hominem factum: mysteriũ de illo non intel-

Universidad de Deusto
Biblioteca



lexerunt: sed imprudentes sæpe, probrosis uerbis offenderunt, interdum Samaritanũ eum nominantes & ebriosum: interdũ zelo falso ad iram
Ioan. 10 incitati. Dixerunt enim: De opere bono nõ lapidamus te, sed de blasphemia: quia tu homo cùm sis, teipsum Deum facis. Necessariò, ut iam dixi, homo factus declarat illis excellentem suam & diuinissimam gloriam ac potentiam, & ab humili cogitatione de ipso abducit, dicens: Confidite nomini Domini, & innitimini Deo. Disertissimè igitur, Dominũ sese & Deum esse dicit, abducens, uti dixi, ab eo ne humilia quædam & abiecta de eo uelint, uel cogitare uel dicere. Est autem glorioſum his qui fidem acceperunt, illi confidere, eumq; sibi uirgam & fulcimentum constituere. Sustinet enim omnia, ut bene sint. Idq; opinor, docet diuinus Lyricus dicens, ad uniuer-
Psal. 22 sorum Patrem & Dominum: Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Est enim labilis & præceps humana mens, in res huius mundi, & ualde procliuis est in fœdas uoluptates, & carnis studium: ac semper eget eo qui seruet, manumq; salutarẽ porrigat. Adeò ut etiam dicant,
Psal. 39 qui auxilij participes facti sunt: Constituit super petrã pedes meos, & direxit gressus meos. Quòd autem tenebris & caligine mens Iudæorum circunfusa fuerit, ex sacris literis uidere licet. Sapientissimus enim Paulus inquit: Deus seculi huius excæcauit sensus infidelium, ne resplendeat illuminatio Euangelij gloriæ Christi. Diuinus item propheta Hesaias de his qui sanguine Israelitico oriundi sunt, ait sic: Expectantibus illis lucem, facta sunt tenebræ: & expectantes splendorem, in obscuritate ambularunt. Ipse etiam Christus, ad
Ioan. 8 lucem uocauit eos, dicens: Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lucẽ uitæ. Est ergo uerũ, quòd qui eum sequi renuunt, omnino illis eueniet, ut in nocte & tenebris uersentur.

ECCE *omnes uos ignem accenditis, & firmatis flammam. Ambulate in lumine ignis uestri, & in flamma quã incendistis. Per me facta sunt hæc uobis, in mœrore dormietis.*] Aliud quippiam illis ostendit, quod uidebatur eos ad rectè sapiendum potuisse sine labore traducere. Commemoratio enim supplicíorum, etiam inobedientem & obfirmatum animum utili terrore, quodammodo tractabilem & sequacem reddit. Ait itaque, eos in se ignem accendisse, & flammam firmasse & auxisse. Nam cùm per longam inobedientiam offenderent, & cor immorigerum haberent: excitarunt contra seipsos inextinctam flammã, punitionis scilicet. Consimilẽ his sensum habet id, quod ab omnium nostrũm Ser
Ioan. 3 uatore Christo dictum est aperte: Qui credit in filium, non iudicatur. At qui non credit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomen filij Dei. Quid est enim aliud, Judicari, quàm in flammam incidere, & in ignem æternum, præparatum diabolo, & angelis eius? Cumq; apponit: Firmastis flammã, subinnuit quippiam asperũ. Et quidem uerum est. Qui enim materiam apponunt igni, quæ incendat, fortius illum reddit, & firmat. Insanit enim quodammodo ex multa materia, flamma: at multis lignis nõ abundans, fit languidior. Iudæi igitur in se ignẽ inflammarunt, Prophetis occisis, & his qui missi sunt, lapidibus obrutis. Firmarunt aũt & auxerunt flammã suã, cùm priorib⁹ sceleribus, debacchationes contra Christũ adderent. Apposuerunt enim famulis, filium: & principem uitę, quantũ in ipsis erat interfecerũt: etiamsi ut Deus & uita, reuixerit. Quoniã uerò disciplinã Christi, legis umbrę inhærentes, haud admiserũt: ideo meritissimè, cùm se lucem legis habere autumarent, nec tamen uerè haberent, à coniunctione ac consortio suo eos abdicat, dicens: Ambulate in lumine ignis uestri, & in flamma, quã incendistis. Nec enim erat lux in illis: sed cùm putarent se legem scire, & quia postea nolebant Christianã doctrinam ipsis traditam admittere, hoc illis hanc flammã & incendiũ peperit. Dedisse autem illos pœnas suæ in Christum debacchationis, & implicatos peccatis morituros, declarat, cùm adijcit: Per me facta sunt hæc uobis, in mœrore dormietis. Hæc autẽ qualia tandem fuerũt? Vastata est eorum regio, mali malè perierũt, & capta est sancta Ciuitas, & in manus inimicorũ incidit. Combustum quoq; est ipsum templum, & dormierunt in mœrore. Qui enim uitam finiũt incircunciſi, & redemptionem per Christũ renuunt accipere, non in spe præmiorũ, nec in tranquillitate spirituali, sed in timore supplicíorum, & in mœrore, propter illa dormient.

CAP. LI.

AVDITE *me uos qui quod iustum est persequimini, & qui Dominum quæritis. Intuemini in solidam petram, quam excidistis, & in foueam lacus quam effodistis. Intuemini in Abraham patrem uestrum, & in Sarrham quæ peperit uos, quia unus erat, & uocaui eum, & benedixi ei, & dilexi eum, & multiplicaui eum.*] Cùm obiecerit satis, his qui aduersus ueritatem obduruerunt, & futurum illis supplicium declarauerit, nisi uelint Euangelicis oraculis obsequi, desinantq; superbum & præfractum mentis suæ collum erigere: commodè exhortationis orationẽ transfert ad eos, qui ex sanguine Israel crediderunt. Non enim in totum periit gens Iudæorum, sed conseruatæ sunt reliquiæ iuxta prophetæ uocem. Siquidem, ut in Actibus sanctorum Apostolorum scriptum est, complures sermonem de Christo amplexati sunt, & apparitionem gloriæ ipsius agnouerunt. Hos itaq; affatur, & inquit: Audite me qui persequimini quod iustum est, & qui Dominum quæritis. Iustum dicit, pro iusticiã, uidelicet per Christum, quæ, inquã, est per fidẽ in ipsum, quæ iustificat impiũ, & ab omnibus sordibus liberat eos qui inquinati sunt, & quæ in Spiritu sanctificat, & quæ illustrẽ adoptionis laudẽ parit. Persequuntur aũt iustum, nõ uelut profligantes illud, & è mente sua expellentes, sed uelut ad id curren-

tes,



tes, ut assequantur. Cuiusmodi est quod dixit e-
Psal. 33 tiam diuinus Dauid: Quære pacem, & persequere eam. Scilicet iuxta illud etiã intelliges, quod à propheta sancto quopiam infertur, dicente: In quo apprehendam Dominũ? suscipiam Deum meum altissimum. Persequuntur igitur, ut dixi, quod iustum est, ut cùm inuenerint arripiant. Hi sunt qui ipsum quærunt Dominum, id est, Christum. Inueniuntur enim per fidem, uocante ad hoc eos Deo & Patre. Siquidem dixit Christus
Ioan. 6 Iudaico populo: Nolite murmurare inter uos. Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Verùm illud obserua. Affatur Deus nõ omnes simpliciter, sed illos potius, qui persequuntur quod iustum est, idque quærunt, his qui iam dicti sunt modis. Itaque a Deo docti sunt omnes, qui per fidem in Christo uocati sunt ad agnitionem ueritatis. Quid autem significetur his sententijs, quoad poterimus, dicemus. Maxima enim erat multitudo Iudæorum, sed omnino pauciſſimi ex his crediderunt. Verùm quòd excrescent temporibus suis credentes in multitudinem innumerabilem, adiuncto his qui ex circuncisione sunt, præputio, ut uocatur, id est, gentibus, Deo colligente, conatur probare, sumpto diuino Abrahamo, & cum eo Sarrha, exempli causa & ad spei confirmationem. Radix enim fuerunt omnium gentium, etiamsi senilem & plus quàm maturam ætatem attigerint, nec spes fuerit, posse illos ultra párere. Illic enim centum annorum erat, hæc sterilis & infœcunda. Sed quoniam Deo nihil non factu facile, omniáque sunt procliuia & plana, hi principium & stirps extiterunt multitudinis hominum, quæ cum stellis possit contendere. Dictum siquidem est ad diuinum Abrahamum, ut stellas respiceret, ac crederet, par numero fore semen eius his quas conspexerat. Quia uerò non humanæ naturæ lege peperit Sarrha, patérque filij factus est diuinus Abraham, ualde prouectæ & inclinatæ iam ętatis homo: duo exempla capit, petram solidam, quæ excisa est, & profundam lacum, quæ effossa est. Quemadmodum enim difficillimum est, ex petra solida & immani lapides excindere, & puteum profundum exhaurire: eodem, credo, modo haud procliue est, imò impossibile, ex
sene & sterili nasci filium. Verùm hoc effectum est supra opinionem, Deo annuente. Quando igitur putabitis uos qui credidistis, esse uos pauciſſimos, uidelicet cùm primum diuina & sacra esset prædicatio: certò credendum, inquit, uestrum numerum ac multitudinem fore innumerabilem. Vnus enim erat Abraham, & uocaui illum, & benedixi, & cùm benedixissem, etiam dilexi, & cùm dilexissem, multiplicaui: id est patrẽ constituí gentis omnium Iudæorũ, & eorum prę terea qui ex promissione erãt. Siquidem dictum est Abrahamo: Patrem multarum gentium constituí te Itaq; qui uocatus est, benedicitur, & qui benedictus est, omnino diligẽ. & qui hoc consequutus est, eritnumerosus, spiritualiter uidelicet. Varios enim uirtutum & Euangelicorum ornamentorũ fructus edet. Verùm etiam iuxta historiæ rationem, ex rebus ipsis promissionẽ esse ueram licet uidere. Adorat enim orbis terrarũ omnium Seruatorẽ Christum, & omnia plena illius sunt, & omnis terra maiestate eius repleta est.

ET *nunc consolabor te Sion, & consolatus sum omnia deserta eius, & ponam omnia deserta eius quasi paradisum Domini. Lætitiam enim & exultationẽ inuenient in ea, confessionem & uocem laudis.*] Figuratur semper oratio Sanctorum prophetarum, rebus sub uisum sensumq; cadentib⁹. Affecta sunt enim & referunt quodammodo ad ea quæ sensibus percipiuntur, illa quæ cadũt sub intelligentiam. Ideoq; etsi nominet Sion, noli tamen illam terrenam intelligere, sed accipe eam quæ sub intelligentiam uenit, quæ est Dei uiuentis Ecclesia: unde enim semper prophetæ sermones ueros esse uidebimus. Cõsolaturum enim se illam Deus promisit, id autem minimè inueniemus factum, sed econtrario desolatam uidere est & deuastatam. Itaq; habita nunc est à propheta oratio, ad credentium multitudinem, quæ est Ecclesia, Dei uiuentis. Sic nimirum dicit: Quemadmodum, inquit, uocaui Abrahamũ, eumq; unũ constituí patrem multarum gentium: sic etiam te ô Sion cõsolabor. Consolatio aũt hîc est, promissio lætícia afficiens, & certam spem afferẽs & inserens quasi auditoribus, Deo undecunq; cõgregante eos, qui per fidem uocandi sunt, non fore eam desertam & uastam, sed tanquã paradisum quandam florulentam, & arboribus fructuosiſſimam, densam pulchris & generosis plantis, & fertilitatem habentem intelligibilẽ, id est, lætíciam & exultationem ac confessionem, uocemq; laudis. Hinc intellige eum promittere, abducturum se à legali cultu eos, qui futuri sunt loco plantarũ, & intelligibilem hortum repleturi, quem etiam Dei paradisum nominat. Olim enim lex Mosaica præcepit, bouem sacrificare, pecora mactare, turtures Deo offerre, & similaginẽ oleo conspersam. Cæterùm ultrà non patet ad Deum uniuersorum aditus per hæc sacrificia: sed, ut ipse Christus ait: Deus est spiritus, & qui adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare. Spiritualis autem & uera oratio, & intelligibilis cultus uis ac uirtus, suauem habet fragrantiam, spiritualem lætíciam, & exultationem in spe in Christum. Sic enim confidimus, transfiguraturũ eum corpus humilitatis nostræ, ut conforme fiat corporí ipsius glorioso, & simul erimus, ac simul regnabimus cum eo, collocati inter filios Dei, ac diuino eius & uiuifico ditati spíritu. Adducimus etiam nos fertilitatem intelligibilem ei confessionem & uocem laudis, id est, hymnos, & doxologias, & odas gratulatorias. Talibus enim sacrificijs placatur Deus.

AVDI *me populi mi, & Reges mihi auscultate, quia lex à me egredietur, & iudicium meum in lucem Gentium.*] Demonstraturum se pollicitus fore copiosam & innumerabilẽ in ipsum credẽtium multitudinem, & eam affaẽ, perinde quasi iam esset cõgregata,

Universidad de Deusto
Biblioteca



& illos instituit ac initiat decæterò, tanquam A suos adoratores, ut uerum esse appareat, quod scriptum est de illis: Et erunt omnes docti à Deo. Psallit igitur & diuinus Dauid sic, & ait ad uniuersorum Seruatorem Christum: Beatus homo, quē tu erudieris Domine, & de lege tua docebis eum. Promittit etiam propterea gloriam, his qui eius apparitionem agnouerunt. Quin & per unum è sanctis prophetis dicit, de suo aduentu in hoc mundo cum carne: In tempore illo dicit Dominus: Dedi leges meas in animum eorum, & cordibus eorum inscribam eas. Quod rectè intelligens sapientissimus Paulus, scribit & inquit, his quihoc assequuti sunt: Epistola nostra uos estis, scripta non atramēto, sed spiritu Dei uiuentis. Itaque audite me, inquit, id est, B meos accipite sermones: neque sicut Israel, effrenes & rebelles sitis, legalis literæ uetustati adhærescētes, & præter typos uidentes nihil. Ad tempus usque instaurationis, inquit, præceptum per Mosem positum est. At ubi humanitatis tempus non expectatur, sed iam instat: transeat ad ueritatem umbra. Me itaque audi ô populeme. Cùm dicit, ô populeme, spiritualem cōiunctionem ipsis donatam opportunè profert persuadens, ut arbitror, hinc & promptiores eos reddens, ut eius scilicet admittant orationem. Nec eos solùm uocat qui numerantur in populo, sed cum illis una & reges, ut principes uel populorum præfectos intelligas. Multi enim ex credentium multitudine ad hoc sunt adducti, quorum primitiæ fuerunt C diuini discipuli: deinde post illos, sequuti eorum uestigia hi, quibus regium nomen impositum est, quique constituti sunt, ut præsint populo, illi, inquam, regio nomine ditati, uelut præ insigni gaudio, carmina gratiarum actionis offerunt Deo, dicentes: Subiecit populos nobis, & gentes pedibus nostris. Psallit item de illis diuinus etiam Cantor: Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham. O igitur, populi & principes, inquit: Audite me & auscultate, & quid sit futurum annunciate. Lex à me egredietur, & iudicium meum in lumē gentium. Legem hîc diuinam & Euangelicam prædicationem dicit. Est enim aliusmodi quidem quodammodo hoc nouum & salutare oraculum: aut potius ue- D teris legis mutatio in melius, & typorum præteritorum ad ueritatem translatio. Dixit itaque
Matth. 5 Christus: Ne putetis uenisse me, ut soluā legem & prophetas: Non ueni ut soluam, sed ut impleam. Dico enim uobis, quòd iota unum, aut unus apex non præteribit ex lege, quoad omnia facta fuerint. Cæterùm lex literæ, per Mosen data est: prædicatio autem salutaris, id est, Euangelica per Christum exijt. Erat enim, ut uidetur, consentaneum, ut Moyses umbræ & figuræ minister, cognitionis autem & ueri cultus in spiritu, illustrator fieret Christus. Est enim ille lux uera. Infert his: Iudicium meum in lumen gentium. Iudicium hîc uocat, uel sanctam & humanam eius sententiam & calculum, & progressam ad lumen gentium gratiam: uel iudicium, rectitudinem & iustum iudicium, uel iusticiam, Euangelicam uidelicet. Sic enim diuinus Dauid sacræ prædicationis meminit, dicens: Præparasti rectitudinem, iudicium, & iusticiam in Iacob tu fecisti. Quid est quòd dicat, diuinam & salutarem prædicationem habitam esse in Iacob, & non in reliquis gentibus? Meminisse oportet Deum aperte dixisse: Non missus sum nisi ad perditas oues domus Israel. Quinimò & uoce ipsius diuini Dauid: Ego constitutus sum Rex ab eo, scilicet Deo & Patre, super Sion montem sanctum eius, annuncians præceptum Domini. Erant enim patres ex Israel, & promissio, & legislatio, & testamentum. Sed postquam defectores euaserunt, & parum morigeri, ac dominicidæ, migrauit propterea deinceps gratia, & facta est lux gentium.

Psal. 2

APPROPINQVAT *citò iusticia mea, & egredietur salus mea, & in brachium meum gentes sperabunt. Me insulæ expectabunt, & in brachium meum sperabunt.*] Non finit alacritatem uocatorum extingui, aut mœrore quasi marcescere, neque in longum tempus ait fore spei dilationem: sed ad pedes quodammodo hæc ipsa uerba subsequi ipsam promissionem ostendit. Cuiusmodi est, quod uoce Abacum uel ad ipsum à Deo dictum est: Adhuc paululum, adhuc paululum, qui uenit ueniet, & non moram faciet. Bonorum enim spes, cùm sitit id quod expectant, cunctatione & procrastinatione colliquescit. Hinc ait, appropinquare iusticiam. Siquidem personæ Dei & Patris sermones hoc accommodare uoluerimus: dicimus eum iusticiam suam uocare filium. Iustificamur enim per ipsum, & non ex operibus quæ fiunt in iusticia, quæ fecimus nos, sed ex magna ipsius misericordia. Venit enim in hunc mundum, non ut illum iudicaret, sed ut seruetur per ipsum Nec aliter seruatus est nisi ex multa clementia. Dixit enim: Ego sum, ego sum qui deleo pecca- Hesa. 44 ta tua, neque recordabor. Atque iterum: Et tu Israel ne obliuiscaris mei. Ecce enim deleui tanquam nubem iniquitates tuas, & tanquam caliginem peccata tua. Psallit etiam Dauid, & dicit ei: Acceptasti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob, remisisti iniquitates populo tuo, abscondisti omnia peccata eorum. Itaque in Dei ac Patris iusticia, id est, in Christo, seruati sumus & sanctificati, uitiositatis sordibus ablutis. Sin ipse Christus sit qui hoc dicat: Appropinquat citò iusticia mea: iusticiam nihilominus hîc intelliges, uel eius iustificantem gratiam, uel Euangelicam & cœlestem prædicationem: per quam, accepta & complacente illi iusticia, uiam nouimus, & ad omnia præclara facta manu ducimur, iuxta id quod in Psalmis dictum est: Lucerna pedibus meis lex tua, & lux semitis meis. Iusticiam præterea salutem nominat, & quidem iure optimo. Ab omni enim malo nos extrahit, à mortis uinculis liberat, & ad uitam perennem traducit. Promittit etiam aliud quippiam.

Gentes



Gentes enim, inquit, sperabunt in brachium A meum. Quin & insulas affirmat eum expectare. Olim enim Gentium multitudo uinculis infractis impedita ac capta, peccati, inquam, & in tyrannidē draconis, omnis improbitatis ac malorum principis deuoluta, captiua erat, & in summis uersabatur miseriis, omni prorsus destituta præsidio. Nec enim quispiā potuit eam ab hac acerba & ineuitabili calamitate liberare: nec quisquam erat, qui tyrannidis iugum confringeret. Sed, ut dixi, erant captorum loco, omni spe uitæ nudi, omnibúsque bonis uacui. Etenim natura & uerè Dominum prorsus ignorarunt, omninóque à Deo alieni, & spem non habentes in mundo permanserunt, iuxta beati Pauli uocem. Sed qui olim, inquit, infirmi erant, & uelut humi pro- B strati, meo brachio in salutem accepto, spem sibi inopinatam lucrifacient. Brachium autem patris, scriptura sacra passim uocat filium. Eius enim est potentia. Si quis autem uelit etiam ipsius filij brachium intellígere, cui gentium multitudo innitetur, quę ad salutem uocatę sunt: scias esse ipsius diuinam atque excellentem potentiam, per quam Satana contrito & mundi dominato-
Matt. 12 ribus, Gentes seruauit. Dixit enim ipse: Vel quo modo potest quis ingredi domum fortis, & uasa eius diripere, nisi prius ligauerit fortem? Et tum
Psal. 88 rapiet uasa eius. Dixit item Dauid: Tu deiecisti ut uulneratū superbum, brachio potestatis tuæ. Itaque Christus, & uia salutis non solis Israelitis patuit, sed & omnibus gentibus: quem etiam C expectabant insulæ. Insulas quoque, ut opinor, dicit gentium ecclesias, quæ in medio tanquam mari positæ, rerum incursionibus quasi fluctibus agitatæ, collaudationis coronam per patientiam auferunt. Operatur enim patientia probationem, probatio spem, spes non pudefacit. Proinde Deum expectare, nihil aliud esse intelligatur, quàm per tolerantiam & patientiam ei rectè placere, & propterea misericordia ipsius & respectu dignari. Scriptum est
Psal. 39 enim: Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi.

TOLLITE *in cœlum oculos uestros, & inspicite in terram deorsum, quoniam cœlum sicut fumus firmatum est, & terra sicut uestimentum uetustate consumetur: inhabitantes autem terram* D *sicut hæc morientur. At salus mea in sempiternum erit, & iusticia mea non deficiet.*] Cùm se in spem gentibus fore dicit, necessariam illis attexit mystagogiam. Non enim aliter poterant spirituali cognitione Deo adglutinari, qui illum non nouerunt, nisi pristino errore liberati, & è laqueis ac diabolica peruersitate soluti fuerint, ac nisi uera & irreprehensibilis Dei cognitione locupletentur. Aditus enim quasi in familiaritatem ac coniunctionem cum Deo est, planè scire & confiteri, Deum alium præter ipsum esse neminem. Quoniam igitur opinati sunt, cœlum esse Deum, & stellas lucidiores adorare persuasi sunt, ipsamq; terram omnium pedibus subiectam coluerunt, omnino ab opinionibus pietatis, & ab eo qui natura uniuersorum Deus est, producitque ut sint quæ aliquando non erant, recedentes: hinc creaturam aliam à se naturam habere ostendens, & incomparabilem esse fictoris & ficti differentiam declarans, tollere iubet oculos in cœlum, id est, ipsum firmamentum, & quæ in eo sunt, considerare, & mentem in terram demittere, ac quæ in ea sunt animantia, ac ut semel dicam, omnia contemplari. Sique uelint illum admirari, non ibi mentem sistere, sed ex operum magnitudine, artificis potentiam metiri, & omnium conditoris summam & ineffabilem gloriam.

Solemus autem Dei cognitionem cùm ex scriptura diuinitùs inspirata, tum ex creaturarum tam magnificentia quàm concinnitate colligere. Deridet siquidem Paulus Græcorum sapientes, quòd cùm opinionis errore seipsos sapientes esse fingerent, cor habuerunt refertum omni insipientia. Venerati enim sunt, inquit, & coluerunt creaturam præ Creatore. Increpat etiam alios qui rursus ad infirma & mendica mundi elementa reuertuntur, illisque uolunt præter æquum bonúmque seruire. Nam cordatioribus non erroris causam párere opificij pulchritudinem, sed ueræ de Deo cognitionis occasionem esse declarauit, cùm ait: Nam inaspectabilia eius ex creatione mundi operibus intellecta perspiciuntur, æterna eius potentia & diuinitas. Quando itaque, inquit, firmatum cœlum mirabimini, & uelut in specie fumi intuemini, scitote etiam, inquit, quòd quæ producta sunt C ut sint, rursus dissoluentur. Quæ namque principium ortus habent, rursus in id quod non est, aliquando desinent. Vetustate ergo, inquit, consumetur terra, id est, abolebitur. Et qui inhabitant terram, sicut illa morientur. Mortem autem elementorum propriè nominat, & aptè, mutationem in melius. Vt etiam Paulus inquit: Etiam ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatē gloriæ filiorum Dei. Quo aūt modo liberabitur, ostendet Christi discipulus, 2. Pet. 3 dicens: Veniet enim dies Domini ut fur, in qua cœli procellæ in morem præteribunt, & elementa ardentia dissoluentur, ac terra & quæ in ea sunt res omnes, conflagrabunt. Nouos autem cœlos, & nouam terram, & promissiones eius D expectamus. Igitur creaturæ renouationem uelut ex mortuis resurrectionem, quemadmodum in humanis corporibus, fore ait. Dissolutis uerò elementis, salus mea, inquit, in sempiternum erit. Iusticia autem mea, non deficiet. Salutem itaque & iusticiam, sicuti diximus sæpe, appellat filium. Et suum, cùm dicit, ipsam proprietatem ostendit, quam habet cum eo, & ex ipso ac in ipso natura est filius. Verùm in sempiternum erit, inquit, neque deficiet. Quanta autem sit opificis & creaturæ, fictoris & figmenti differentia, planum facit, hisce uerbis, dicens: Vetustate enim cōsumetur creatura, & ut ex eo qđ non erat, in id quod est producebatur, sic non erit etiam à corruptione aliena. Et uniuersorum

creator

Universidad de Deusto
Biblioteca



creator & artifex Deus sermo, per quem omnia, & in quo omnia, in sempiternum erit, neque defi
Psal. 109 ciet. Quod docet etiam diuinus Lyricus, cùm ait: Ab initio tu Domine terrā fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes tanquam indumentum inueterascent, & uelut amictum inuolues eos, & mutabūtur. At tu idem es, & anni tui non deficient.

AVDITE *me qui scitis iudicium, populemi, cuius lex mea in corde eorum, non timeatis opprobrium hominū, & contemptu eorum ne uincamini. Nam ut indumentum erunt, quod à tempore exedetur, & ut lana quæ comedetur à tinea, iustitia autem mea in sempiternum erit, & salus mea in omnes ætates.* ] Cùm gentes instituerit, & orationem simpliciorem illarumq; animis conuenientem pertexuerit (lac enim sensu adhuc paruulis magis est accommodum,) rursus uiriles alloquitur, & qui firmiore pectore, & mente quasi prouectiore & maturiore præ-
* *desunt quædam in Græco.* diti sunt. * Pati & * Pietas * Pietatis nihil putat. *

Qui autem hi sint, manifestè dicit: Qui scitis iudicium, id est, qui tanquam probi quidem mensarij, quæq; agenda probatis & exactè dijudicatis, & quod bonū est retinetis, ab omni uerò re mala abstinetis. Hi sunt qui legem diuinā mente & corde repositam habent, eamq; tanquam pę
Psal. 36 dagogum ac directricem quandam sapientem amplectuntur. Psallit nimirum Dauid, & de omni iusto ac sapiente inquit: Lex Dei ipsius, in corde eius, neq; mouebuntur gressus eius. Est ergo res salutaris, in animo nostro atq; corde, diuinā legē quasi reponere ac recondere. Sicuti em̄ uas ex ænea aut alia quapiam materia confectum, admoto & coaceruato igne, manet calidum: sic & animus hominis, mente habens diuinam legem, semper feruet spiritu. Dicitque sanctorum discipulorum quidam: Propterea quòd abundaret iniquitas, multorum charitatem refrigescere. Audite igitur, inquit, qui scitis iudicium, meámque corde circumsertis legem: Nolite timere opprobrium hominum, & contemptione eorum ne uincamini. Omnes enim qui uolunt piè uiuere in Christo, persecutionem patientur: & cùm propter pietatem patiuntur, scommata ab his qui eam nesciunt, ferunt. Sed hæc pro nihilo habenda, sed illud sciendum potius, ipsum uniuersorum Seruatorem & Dominum crucem
Matt. 10 subijsse, ignominia contempta. Propterea etiā discebat: Non est discipulus supra doctorem, neq; seruus supra dominum suum. Si me persequuti sunt, etiam uos persequentur. Si paterfamiliās Beelzebul uocarunt, multò magis domesticos eius. Ad hæc: Beati estis, quando persequentur uos, & conuiciabuntur, & in uos omnia maledicta dicent, mentientes propter me. Gaudete & lætamini, quia merces uestra multa est in cœlis. Sic enim persequuti sunt prophetas ante uos. Ergo esse oportet in his malis infracto animo, & frigidam quasi irrisionem persequentium despuere, & omnia dicteria contemnere, idq; laudi ac gloriæ ducere, pietatis causa persecutionem pati, ac propter Christum dicterijs affici. Quid est enim contumelia? quid iniuria? quid oratio ex animo insipido exęstuans, præ illo qui patientiæ laudem consequutus est? Nam patientium decus suo tempore effulsurum, & eos qui contempserunt ac conuicijs onerarunt, in nihilum abituros, probat, cùm ait: Quasi indumentum uetustate consumentur à tempore, & quasi lana comedentur à tinea. Lana autem & indumentum, uetustatem & corruptionem patiuntur facillimè. At iustitia mea, id est, iustificatio per me, & salus quę data est, diuturna erit & perennis, & in multas ætates propagabitur, id est, perpetuò consistet. Itaque si pauca pietatis causa fuerimus perpessi, amplissimum inueniemus præmium.
2.Cor.4 Testis erit sapientissimus Paulus dicens: Breuis & leuis hæc afflictio nostra, pondus gloriæ nobis parit, non spectantibus quæ cernuntur, sed quæ non cernuntur. Nam quæ cernuntur, temporaria sunt: at quæ non cernuntur, sempiterna.

EXCITARE *excitare Hierusalem, & indue fortitudinem brachij tui, excitare uelut principio diei, sicut generatio seculi.* ] Videtur hisce uerbis uocationis & conuersionis Israel mentionem facere. Nam & ille quoq; ad agnitionem gloriæ omnium nostrūm Seruatoris Christi uocabitur, post gentium accursum. Scriptum est enim in prophetis: Propterea dies multos sedebunt filij Israel, sine rege, sine principe, sine sacerdotio, sine illuminationibus, & deinde reuertentur filij Israel, & exquirent Dominum Deum suum, & Dauidem regem suum, & obstupescent in Domino & in bonis eius, in diebus extremis. Prophetā enim hîc Dauidem nomina re eum, qui est ex semine Dauidis, secundum carnem, Christum, neminem omnino dubitare arbitror. Nam mortuo iam diuino Dauide, multis retro annis, habiti sunt hi sermones prophetici. Nouit etiam sapientissimus Paulus, futuram suis temporibus Israelitarum per fidem uocationem. Etenim ait alicubi: Quando plenitudo gentium ingressa fuerit, tunc omnis Israel saluus erit. Alibi etiam eos qui crediderunt ex Gentibus, affatur, & quasi de planta & oliua ait: Quòd si rami quidam auulsi sunt, ut tu insereris, noli contra ramos gloriari. Non enim tu radicem fers, sed radix te. Nam quemadmodum tu ex naturali amputatus es oleastro, & præter naturam in bonam oliuam insitus: sic & illi secundum naturam in propriam inserentur oliuam. O Hierusalem ergo, inquit, excitare. Hoc planè esse puto, quod scripsit quibusdam sanctissimus Paulus: Excitare qui dormis, & resurge è mortuis, & apparebit tibi Christus. Expergiscere itaq; uel tanq; à mortuis excitare, inquit: Indue fortitudinem brachij tui, non brachij sensibus percepti, sed intelligentiæ potius & animi, quæ planè ad uirtutem dirigetur. Confessum est enim debilitatum & infirmum fuisse Israelem, cùm in Christum debaccharetur. Sed reuersus & euigilans, induet rursus Christi potentiam.



potentiam. Idq; est, quod illis dictum est à quopiam sanctorum prophetarum: Reuertere Israel ad Dominum Deum tuum, quia infirmus es in iniustitijs tuis. Dictum est item de illis etiam uoce Hieremiæ, ab omnium nostrūm Seruatore Christo: Ecce ego do super populum hunc infirmitatem, & infirmi erunt in eo patres & filij simul, uicinus & proximus eius peribunt. Excidit enim prorsus Israel, propter impietatem in Christum, ut omnino implere nequeant, quæ ad præclaram uitam faciunt. Sed ait, excitare, uelut in principio diei, uelut in generatione seculi, ut eò recurras & redeas, ubi fuisti ab initio, quando ad essentiam producta est humana natura, uidelicet primus homo, antequam captus esset laqueis diabolicæ peruersitatis, & nihili fecerat datum sibi mandatum. Refingit enim in illum nos Christus, & antiquam naturæ pulchritudinem nobis iterum inscribit, suum quasi characterem imprimens. Facti enim eramus ad imaginem & similitudinem ipsius. Scribit itaque Opt. Max.
Gal.4 Paulus, his qui post receptam, ad legis umbram per ignorantiam traducti sunt: Filioli, quos iterum parturio, usque dum formetur Christus in uobis.

NONNE *tu es quæ uastas mare, aquam abyssi multam? quæ posuisti profunditates maris, uiam transitus liberatis & redemptis?* ] Redigit in memoriam Israeli, magnifica in Ægypto facinora. Eos enim à dura & ineuitabili seruitute liberauit: à manu intolerabiliter opprimente eripuit: per medium mare traduxit. Induxit enim quasi murum aquas, & unda erat redemptis permeabilis. Currebant siquidem tanquam in arido: nec erant hæc eorum opera, sed declaratio incredibilis admirabilitatis, potentissimæ dexteræ. Deus enim, ut dixi, erat, qui humi dam illis peruiam reddidit. Veruntamen perinde quasi ipsius Hierusalem opera fuissent, ab illa facta esse dicit: simulq; suadet bono & fidēti esse animo, quòd qui in Christum crediderunt, omnem uincent tentationem, & omnes uires hostis superabunt. Nam qui olim eos per medium mare traduxit, & uiam transitus ostendit liberatis & redemptis: propulsabit rursus quæ ab alijs fient aliquando, & persequetur fortissimè. Scriptum est enim: Omnes qui uolunt piè uiuere in Christo, persequutionem patientur. Deus itaq; dicit Hierusalē: Nónne tu es quæ uastas mare? & quæ sequuntur. Vel etiam alio modò intelliges horum uerborum sententiam. Posteaquam uocata esset ad agnitionem Christi, dicēte Deo & Patre: Excitare, excitare Hierusalem, & indue fortitudinem brachij tui: expergefacta quodammodo, & in memoriam reducta fortitudine illius, alloquitur eā, & inquit: Nónne tu es quæ uastas mare, & abyssi multitudinem? quæ posuisti profunditates maris uiam trāsitus? liberatis nobis & redemptis uia per fluctus patefacta. Et uerisimile est, ex his iam factis exemplum ab illis capi, ut fide inconcussa his quæ deinceps futura sunt credāt. Nam qui per mediū mare eos traduxit, omnino etiam huius uitæ fluctus dissipabit, & rerū mundanarum uanam & discordem turbationem, frigidam & frustraneam reddet, ut nullo modo animæ uocatorum mundanis curis præfocentur: sed insuper etiam ex omni tentatione educet, ita ut seruati & redempti prædicent eum & dicant:
Psal. 97 Cantate Domino cāticum nouum, quia mirabilia fecit Dominus. Seruauit eum dextera eius, & brachium sanctum eius. Dextera autem & brachiū Dei ac Patris, non esse potest alius quisquā, nisi Dominus noster Iesus Christus.

NAM *à Domino reducentur, & uenient in Sion cum lætitia & exultatione æterna. In capite enim eorum exultatio & laus, lætitia apprehendet eos, fugit dolor, mœror & gemitus.* ] Format iterum orationis figurā, pro ratione eorum quæ iam illis contigerūt. Multipliciter enim Deū offendentes, & in idolorum cultus tanquam in fouueas quasdam illapsi, non mediocriter contaminati sunt: & reiecto sapientissimi Moysis præcepto, conuersi sunt ad doctrinas & mandata hominum. Harum rerum causa traditi sunt, uarijs temporibus, Babylonijs, erántque captiui. Persarum ac Medorum regionem habitantes. Sed iterum misericordiam consequuti sunt. Cyro enim illos ex uoluntate Dei liberante, & reditum illis permittente, in Iudæam reducti sunt, gaudentes & iubilantes, & hymnos de Deo, tanquam coronam quandam habentes in capite. Itaque uelut à rebus hisce quæ historicè gestæ sunt, etiam in postremis uocationibus uoluptatem optimè depingit. Reducentur enim, inquit, à Domino, & uenient in Sion, quæ scilicet intelligentia percipitur, id est, Ecclesiam, lærantes & gaudentes. Erit enim in capite eorum laus, & lætitia, & exultatio eos apprehendet. Coronat enim quasi animas credentium, omníque eas replet gaudio, & exultatione, & lætitia, uniuersorum Seruator, ab ipsis celebratus, illísque quasi chorda & lyra factus. Vbi autem uocatio est uocans ad pœnitentiam & conuersionem, & ad peccati absterſionem, per fidem uidelicet in Christo: ubi Spiritus sancti ministerium est, & gratia, & adoptionis honor, ac infinitorum bonorum fruitio, & regni cœlorum spes: ibi semper est unde lætemur, fugítque etiam dolor, mœror, & gemitus. Quis enim locus relictus est doloris? Et quibus de causis gemitus esset, ubi gemendi, & dolendi nulla prorsus est occasio? imò ubi spes exultationem, lætitiam, uoluptatem quæ amitti non potest, atque gaudium in sua quasi potestate obtinet & possidet.

EGO *sum, ego sum qui consolor te. Scito quæ sis, ut timeas hominem mortalem, & filium hominis, qui quasi fœnum exaruerūt, & oblita es Dei qui fecit te, qui fecit cœlū, & qui fundauit terrā. Et timuisti semper cunctis diebus faciem affligentis te. Quemadmodum enim cogitauit tollere te, & nunc ubi furor affligentis te? Cùm enim tu seruaberis, non stabit, neque permanebit.* ] Ego sum, hîc dicit, pro, uiuo & existo. Est enim ipse qui est. Hæc est dignitas & quasi priuilegium diuinum & eximium. Ineſt siquidem huic soli naturæ quæ oēs superat, esse & uiuere: nec ab alio mutuo

Universidad de Deusto
Biblioteca



mutuo accipit, nec hoc quasi datum habet, sed A est ipsa potius uita. Itaq; inquit: Ego sum, qui cõsolor te, id est, qui omnem spiritualem consolationem impertior, & præsidijs sustento, ut pulchrè suffulta, tendas fortiter & audacter ad omnis uirtutis rectitudinẽ. Vel etiam fortassis consolationem hîc alio modo intelliges. Vocauit enim Seruator per Euangelij prædicationem ad peccati ablutionem, per fidem scilicet in ipsum, ad participationem sancti Spiritus, & ad laudem ac gloriam adoptionis. Sed tu, inquit, ô Israel, cùm ego sum ille qui est, non ueritus es uocantem ad uitam despicere & contemnere: sed timuisti tibi ab homine mortali, & à filio hominis, qui ceu fœnum exaruerunt. Deinde oblitus es eius Dei qui fecit te, qui formauit cœlum, qui B terram stabiliuit. Et timuisti faciem affligentis te. Accusat autem Deus hisce uerbis Iudæorum præfectos, qui semper & assiduè Seruatoris gloriæ resistebant, & quantum in ipsis erat, eam omnino nullam reddiderunt. Varia enim hic edidit miracula. At illi contra diuina signa plus quã admirabilia, acerba uerba effuderũt, atq; in Beelzebul principe dæmoniorum, eum ejicere dæmonia dictitarunt. Hic sæpe auditores doctrina & institutionibus plus quàm legalibus demulcebat. Illi eò impietatis prolapsi sunt, ut eos qui laudarunt reprehenderent, & dicerent: Dæmonium habet, & insanit, quid auditis illum? Reformidarunt igitur Pharisæorum insidias: idque te- Ioan. 12 stificabitur beatus Euangelista, dicens: Nouerunt igitur principes, eum esse Christum: sed pro C
ter Pharisæos non confessi sunt. Iam enim conspirauerant ludęi, ut si quis eum cõfiteretur Christum esse, synagogæ communione priuaretur.
Reprehendit etiam legum doctores ipse Seruator, inquiens: Et uobis leguleis uæ, quia sustulistis clauem scientiæ, nec ipsi ingredimini, & alios ingredientes prohibetis. Accusat igitur Iudaicum populũ, quippe qui ex insigni imprudentia, Deum qui est, & qui uiuit, qui cœlum firmauit uerbo, qui terram fundauit, contempserit, prætuleritque reuerentiam erga homines, uocésque hominum mortalium acceperit, qui perinde ac herbæ exarescunt. Quod enim subituri sunt ultimum supplicium, qui turpem hunc timo- D rem illis incusserunt, & hoc pacto à colẽdo eum qui ad salutem uocat abduxerunt, probauit, cùm adijcit: Quemadmodum enim cogitarunt tollere te, & nunc ubi furor affligẽtis te? Cùm enim tu seruaberis, non stabit, neque permanebit.
Scribarum enim & Pharisæorum furor temporarius erat, contra populum manui ac pòtestati suæ subditum: quin & in interitũ abierunt, & mactationi sunt expositi. Qui in Christum crediderunt, seruati gaudebant, & ab ira diuina liberi erant & immunes. Verùm isti non manserunt, aut non durarunt: non ita longè pòst perierunt, cuncta Iudæa uastata, & templo incenso, & deleta Hierusalem, simul cum his qui eam inhabitant.

QVIA *ego Deus tuus qui conturbo mare, & qui sonare facio fluctus eius. Dominus Sabaoth est nomen mihi. Ponam sermones meos in os tuum, & sub umbra manus meæ protegam te: qua statui cœlum, & fundaui terram, & dicit Sion, Deus meus es tu.*]
Accusatis Israelitis, ut qui homines timuerunt, siue synagogæ præsides, ac horum reuerentia, in puteum interitus imprudenter inciderunt, omninóque dilectionem in illum parui duxerunt: ostendit hisce uerbis, se calamitates ac persecutiones, quæcunque pijs contingant, leues ac faciles reddere, & infestantium peruersitatem, inefficacem infirmámque efficere, tristia in melius uertendo, & rerum aliarum insultum in tranquillitatem commutando. Adsumit autem exempli causa spacioſum hoc, quod uidemus mare. Ego enim sum, inquit, qui conturbo mare, & qui sonare facio fluctus eius. Dominus Sabaoth nomen mihi. Quemadmodum igitur fluctus interdum attollitur, & uehementi impetu in terram irruit ac impingit, uentorum ui pulsus, ac rursus mox, Deo uolente, in serenitatem & tranquillitatem mutatur: ad eundem quoq; modum grauia & intolerabia, & ad omnium malorum extremum deducentia, solo, inquit, nutu uelut in serenitatem conuerto. Omni enim tumultu consopito, ad uoluptatem amplissimam reuoco ac resoluo eos, qui pro pietate certamen susc̃ipiunt. Idq; est, opinor, quod ænigmaticè Psallentis lyra est decantatum: Præcepit procel- Psal. 106
læ, & stetit in auram, & sedauit fluctus eius. Vt
autem absque omni dubio spem ac fiduciã concipiant, omnino hæc quæ denunciata sunt, ad exitum procurſura, nec fallacem aut mendacem esse promissionem, sed auxilium esse certò ferendum: necessariò ait: Dominus Sabaoth nomen mihi. Nam si est Dominus exercituũ: quomodo esset ad seruandum aliquos imbecillus? aut quæ res tã est difficilis, tam ardua, quæ non possit ab omnipotente dextra perfici? Inducit porrò & aliud quiddam quod ad auxilium satis sit, simúlque declarat, dissolutum esse & extinctum eorum furorem, & cessasse odij incommodum: deinceps uerò eorum rationem habiturum, & misericordia eos & amore dignaturum, qui his, qui agnouerunt apparitionem eius, conueniat. Ponam enim, inquit, sermones meos in os tuum. Psal. 49
Quid autem sit, dixit ille diuinus Dauid, psallẽs: Peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iustificationes meas? & assumis testamentum meum ore tuo? Non enim decora est laus in ore peccatoris, quemadmodum scriptum est. Interdicit itaque & prohibet prophanum & sceleratum Dei lex, omnino eius sermones memorare. Dictum est enim: Ex abundãtia cordis os loquitur. Quid ni ergo cunctis perspicuum sit, eos qui cor malum habent, bonos sermones eructare non posse? Itaque sanctis maximè conuenit, & mente legem Dei tenere, & lingua acuerbis quasi ebullire & depromere. Promittit igitur uniuersorum Deus, uelut iustis iam & fide sanctificatis, & ingenuitatis laudem percipientibus, se impositurum suos



suos eorum òri sermones: ut diuinam legem cre A intelligentia percipitur, & in incredulitate quasi bris usurpantes sermonibus, uiam sibi ad salutem accommodatam intelligant. De omni siquidem iusto scriptum est: Lex Dei eius in corde ipsius, & non subneruabuntur gressus eius. Et ite- Psal. 36 Psal. 118
rum: In corde meo abscõdi oracula tua, ut ne peccem tibi. Sustinet eñ nos diuina lex, ut pulchrè solidati & fundati simus, & mentem ad optima omnia uitę instituta rectè dirigamus: nec eam delabi ad deteriora sinit, & ab eo quod malo efficere solet, quasi iuueniliter adducit & fortiter. Quia uerò, ut dixi, eos uelut iam ingenuos ac germanos alloquitur: aliud porrò quippiã appromittit. Protegam enim, inquit, te, umbra manus meæ. Dignum possessione est & eximium hoc quoq; bonum, & ad salutem sat magnum, quibus semel eo frui conceditur. Manum enim Dei & Patris B non aliud esse intelligimus, quàm ab eo natum filium Dominum nostrum Iesum Christum. His autem qui illi parẽt, nihil poterit nocere eorum, quæ nocere solent. Erunt namque robusti & fortissimi, omnemq; tumultum ac tentationes uincent, nec à Satana capientur, omnémque carnis fœditatem superabunt, nec animi neque corporis motibus affectibúsue succumbent. Quòd autem omnipotens Patris dextra, sic eos afficiat: ostendit, cum adijcit: Qua statui cœlum, & fundaui terram. Sic enim, sicuti scriptum est, sermone Domini cœli firmati sunt, si terra constabilita est, ut immota maneat: quidni sit satis sit potens ad eos seruandum, quicunque eius protectionem uolunt magni æstimare? Tunc tunc, inquit, C dicet Sion, Deus meus es tu. Hinc mihi considera Christianæ fidei confessionem clarè & perspicuè introductã. Olim enim Christum licet multa edentem miracula, & diuinorum signorum splendore, qui omnem orationem superat & admirationem, illustratum, ex insigni quadam impietate, ignorare se dicebant, cùm tamen non ignorauerint uerè, sed contumelia affecerunt. Dicere enim ausi sunt homines insigniter deliri, & Ioan. 9 stulti, & impia mente præditi: Nos scimus cum Mose loquutum esse Deum, hunc autem unde sit, nescimus. Sed hi, inquit, qui negãt, & ad hanc impietatem delapsi sunt, lingua meos sermones circumferentes, & sub protectione manus meæ dexteræ uersati, iterũ agnoscent Redemptorem, D & confitebuntur, dicentes ei: Deus meus es tu.
Res igitur salutaris est fides: & uia ad uitam adducens sempiternam, est uirtus Christianæ confessionis.

EXCITARE *excitare, exurge Hierusalem, quæ bibisti poculum furoris de manu Domini. Poculum enim ruinæ calicem furoris ebibisti & euacuasti, nec erat qui consolaretur te ex omnibus filijs tuis quos peperisti: nec erat qui apprehenderet manum tuam, nec ex omnibus filijs tuis quos extulisti.*] Collapsam ueluti & iam iacentem nunc Iudæorum synagogam affatur, & iubet resurgere, tantùm non manum porrigens, & ut Deus, miseratus. Nec dicimus corpoream esse hanc excitationẽ, quia nec illius modi intelligenda est hæc ruina, sed quæ perficitur. Ergo huius resurrectionis bonum in fide est. Ceciderunt enim planè in interitum, eo quòd Euangelicam & salutarem prędicationem non admiserint, sed potius doctrinis & præceptis hominum attenderint, etiamsi aperte dicat uoce Hesaiæ Deus: Populemi, qui uos beatos Hesa. 3
prædicant, seducunt uos, & semitam pedum uestrorum conturbant. Semper enim hi qui principatum obtinebant, apud eos Moysis legem blaterantes, illudq; crebrò clamantes: Beati sumus Israel, quia quæ Deo accepta sunt, nobis nota sunt: mentes suorum à dilectione Christi abduxerunt, & eius gratiam pro nihilo ducere persuaserunt, ac fefellerunt, semitamq; pedum eorum confuderunt, non sinentes eos recto pede incedere, nec recta uia ad fidei iustificationem tendere, cùm tamen lex nihil proficeret. Itaque inquit: Excitare. id planè est, quod uoce Paulina dictum est: Excitare qui dormis, & surge è mortuis, ac illuminabit tibi Christus. Quin & illud præterea: Quocirca remissas manus, & dissoluta genua surrigite, & rectas facite orbitas pedibus uestris. Quòd autem dignam & ipsorum impietatibus parem pœnam soluerint, debacchati in Christum & principem uitæ, quantum in ipsis erat, morte afficere ausi, declarat: Quæ bibisti, inquiens, poculum furoris de manu Domini. Poculum enim ruinæ, & calicem furoris exhausisti & euacuasti. Calicem uocat iudicium. Euacuasti, his uerbis non significat Effudisti, sed illud potius, uelut totum ebibisti, id est, plenum furorem à Domino recepisti, & æqualem præuaricationibus iram sustinuisti. Mali enim malè perierunt: partim deuastata cuncta eorum regione, simul & Hierosolymis, & incenso ipso templo celebratissimo: deinde etiam à spe in Deum decidentes, & à grege sanctorum expulsi, his, inquit, omnibus tibi accidentibus, & plenissimo furore uelut inebriatæ tibi nemo tuorum liberorum adfuit, non erat qui manum tuam apprehenderet, nemo qui consolaretur. Complures enim apud eos erant Leuitæ & sacerdotes, Scribæ ac Pharisæi, honoribus præ omnibus circumfluentes, & in sublime euecti, eo quòd præcellerent & præstarent reliquis. Sed ex omnibus, nemo Iudæam prohibuit calamitate, quæ ex diuina ira illis illata est. Nemo erat tantus, qui intolerabilibus malis implicatæ ullam, uel mediocrem consolationem admouere poterat. Iraque iniuriam fecerũt, dum eos à dilectione Christi abducunt, & fidem in illum reijcere persuadent, illisq; in interitus foueas prolapsis nihil adiumenti afferunt.

DVO *ista contraria sunt tibi, & quis tecum contristabitur? ruina & contritio, fames & gladius. Quis te consolabitur? Filij tui indigentes, dormientes in compitis omnium uiarum, sicut beta semicocta, pleni furore Domini, dissoluti per iram Domini Dei.*]
Plurima mala quæ Iudæis contigerunt enumerare licet, captiuitatis tempore sub Vespasiano, inquam, & Tito: quũ tota Iudæorum regio conflagrauit, & nullũ calamitatis genus illis defuit,

Universidad de Deusto
Biblioteca



sed ad summum quasi omnis mali fastigium pertigerunt. Quod etiam illis omnium Seruator Christus prænunciauit: Abductus est enim à Pilati militibus, ad locum crucis. Cùm etiam mulieres sequerentur, & eum deflerent, conuersus dixit illis: Filiæ Hierusalem, nolite deflere me, sed deflete uos & liberos uestros. Et rursus: Cùm uideritis obsessam à militibus Hierusalem, tunc dicetis montibus, Operite nos: & collibus, Cadite in nos. Quin etiam insanabilis calamitatis pondus à sanctis prophetis pluribus uerbis prænunciatum est. Eadem etiam sententia gignitur & in sinuatur nobis in his uersibus. O enim misera Hierusalem: Duo ista tibi contraria sunt, inquit, pro, repugnant, & dissident. Et cuiusmodi sunt illa? Ruina & cõtritio, fames & gladius. Quibus uerbis uelut breuiter & concise belli calamitas significatur. Verùm illud cõsiderandum est non oscitanter. Nã quatuor enumeratis, duo illa esse dicit. Siquidem ruinam memorauit, & contritionem, & famem, & gladium. Quid ergo dicimus? aut quo pacto esse poterunt duo, quę dicta sunt? Etiamsi plura esse uideantur, primis tamen sequentia hîc sermo propheticus coniungit. Nimirum semper casum sequitur contritio, famẽ gladius, id est, mors. Duo igit̃ prima sunt, ruina & fames, sequuntur hæc, contritio & gladius. His ergo, inquit, accidentibus, quis subuenire potest? quis impetum calamitatis huiusce propulsare? Hoc enim hîc significat consolatio. Nunquid igitur, inquit, ad hoc sufficient filij tui? Sed enim eos uidere est redactos ad inopiam, id est, nihil habentes quod consulant & faciant ad solatium suum, ad utilitatem suarum animarum. Dormiũt enim in compitis omnium platearum. Nam ingruente bello, è regione Iudæorum fugerunt potentes, & regionis extrema occuparunt, ut ad fugam parati essent. Alij enim ad finitimos Ægyptios se contulerunt: alij uicina loca Moabitarum, aliasq; accolarum gentium regiones capere festinarunt. Erant autem in compitis omnium uiarum, id est, in extremis terræ eius partibus, ut dixi: nec erãt uigilantes, aut ualentes aliquid præstare, quod posset afflictis opem ferre, sed uelut inebriati, & capite graui, ac supini & iacentes, & ita remissi animis, ac mente soluti, ut beta semicocta. Et quæ horum causa? Impleti enim sunt furore Domini, & solutionis ac laxitatis huius causa, hæc est. Solemus enim semper, quando in summas & incõsolabiles calamitates deijcimur, mente tantùm non excedere, nec ullum inuenire exitum possumus ad salutem, maximè si malum hoc nobis immissum sit diuinitùs.

Luc. 23

A

B

C

D

PROPTER *hoc audi humiliata & ebria, non uino, neque sicera. Sic dicit Dominus Deus, iudicans populum suum: Ecce tuli de manu tua poculum ruinæ, calicẽ furoris, nec perges ultrà illum bibere, & mittam eum in manus eorum qui iniustè oppresserunt te, & humiliarunt te, qui dixerunt animæ tuæ, Inclinare, ut præteream, & æquasti solo media tua foris transeuntibus.*] Commiserantis sunt hæc uerba, & iram reprimentis, eósque ad animi tranquillitatem inuitantis. Humiliatam enim nominat & ebriam. Immensæ enim, ut dixi, calamitates in extrema mala deducere facilè poterãt, eos qui his impetiti sunt, & afflictos inebriarunt, uerùm non uino, quemadmodum ait. Poculum enim Domini nequaquam intelligitur esse quod sensu percipitur, neque eiusmodi in eo est mixtio, ut promiscuè & communiter intelligatur. Sed in more est scripturæ diuinitùs inspiratæ, poculum nominare, distributam cuiq; portionem, seu iniusto, seu bono. Exempli causa. Psallit & ait de facinorosis diuinus Dauid: Ignis, sulphur, & spiritus procellę, pars calicis eorum: sors hæc præparata est à Domino his qui eum ignorant, & sententia infesta & aduersa de illis feretur. Nam qui ignem & sulphur ebibunt, pœnam sustinent perpetuam & ineuitabilem. Quadrabit autem iusto cuiuis, illud dicere: Poculum salutis accipiam, & nomen Domini inuocabo. Nosse enim omnino & inuocare uniuersorum Dominum, futura est his istuc facitantibus salutaris potio. Non igitur dicit, qui iustè iudicat Deus, uino ebriam factam esse Hierusalem: sed insanabili calamitate, & infelicitate intolerabili. Iusta autem iudicat, bonis quidem, sortem conuenientem tribuẽdo: eos uerò qui tales non sunt, reprehendendo, ut se ipsis meliores redditi, ab his uitiorum generibus recedant, mentemq; conuertant eò, ut uelint sapere & facere, quæ diuinis eius legibus uidentur consentanea. Verùm inquit: Ecce tuli poculum ruinę quasi de manu tua: nec perges ultrà illud bibere. Vocabitur siquidem, ut dixi, ad agnitionem Christi, & supernis bonis nobiscum circumfluet, eritq; ipsa sacrorum donorum particeps, spiritualesq; habebit diuitias. Cuius testis est propheta dicens: Propterea multis diebus sedebunt filij Israel, nec erit rex, neque princeps, neque sacrificium, neque altare, nec sacerdotium, neque declarationes: & deinceps reuertentur filij Israel, & exquirent Dominum Deum suum, & Dauidem regem suum. Et stupebunt in Domino, & in bonis eius, nouissimis diebus. Dauidem enim his uerbis, ex semine Dauidis, natum secundum carnẽ Christum, prophetica appellat oratio. Cuius etiam rei euidens argumentum est, quòd mortuo iam diuino Dauide, pluribus pòst ætatibus, facta sit hæc prophetia. Itaque hactenus quidem nondum uocatus est ad fidei gratiam, nondum amotum est iræ poculũ. Sed ubi fide Christũ coluerit, tũ omnino poculum ab eo auferetur, & alijs meis bonis ipsa affluet. de quibus scriptum est: Obliuiscentur afflictionis ipsorum primæ, nec ascendet in cor eorum: erit autem potius exultatio, & lætitia æterna in capite eorum. Fugit enim dolor, & mœror, & gemitus. Verùm quando auferetur ab ea poculum, dabitur in manus eorum qui iniquè oppresserũt. Quomodo autem oppresserunt? cùm non sinerent eam recto pede insistere, neque irreprehensibilem semitam intendere, qua licebat uitam Deo acceptam rectè instituere, & Euangelicæ conuersationis splendore conuestiri, simulq;

Psal. 10

Psal. 115

Osee. 3



múlque cum his qui in Christum crediderũt, ad supremam ciuitatem peruenire. Qui ergo hi intelligi debent qui oppresserũt iniustè? Quod ad obuium & perspicuum sensum attinet, primùm, qui præfuerunt synagogæ, hi maximè poculum furoris ebiberunt. Nam quo insigniori præ alijs tranquillitate potiebantur, eo molestiorem senserunt belli impetum: cùm honore, gloria, opibus, delicijs, & ipsa etiam uita deturbarentur. Sin aliud reconditum est dicendum, dicere autem, opinor, est necesse, dicimus iniurijs oppressam Iudęorum synagogam, non ab his solùm qui præfectura functi sunt, sed & à sinistra diaboli malitia, qui non sinit eos diuinam lucem animo accipere, quò uocantem ad salutem, iustificantem impium, liberantẽ à pœna, & è mortis uinculis extrahentem, Christum inquam, intelligerent. Cuius testis est Paulus qui scripsit: Quòd si tectum est nostrum Euangelium in his qui pereunt, tectum est, quorum scilicet infidelium mentes Deus huius seculi cæcauit, ne collustret eos claritas Euangelij gloriæ Christi. Certè ipse etiam filius tale quiddam dixit Iudæorum gregibus accidisse, & eos apertè redarguit, ut qui ex impuro spiritu, duri essent & refractarij, & in omnia mala abducerentur. Ait enim: Cùm immundus spiritus exit ab homine, peragrat siticulosa loca, quærens requietem: quam ubi non inuenit, reuertitur, inquit, dicens: Reuertar in domũ meam unde exij: tum adsumit alios septem malos spiritus, deteriores se, & ingressi ibi habitant, fiuntq; nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit progeniei huic malę. Coluerunt enim deos qui ibi erãt, inerátque illis immundus spiritus. Per Moysem autem redempti, & lege quæ est rerum agendarum definitrix, accepta, audierunt eum diserte dicentem: Dominum Deum tuum adorabis, & eum solum coles: eiectusq; est corde eorum immundus spiritus. Sed ubi non haberent Dei timorem in se ipsis, nec lesum per fidem incolam reciperent (habitat enim in cordibus nostris per fidem, sicuti scriptum est) locum illum uacare antiquus ille & impurus spiritus cõspicatus, irrupit denuò, & in illos immigrauit, factáque sunt illorum nouissima deteriora prioribus. Nam proditorem illum inter discipulos, talem ab hoc impietatis inuentore effectum esse, non est obscurum. Scriptum namque est, post offam ingressum esse in eum Satanam. Punita est igitur Iudæorum synagoga, obtenebrãte illam Satana, nec permittente eam animi oculis, mundi lucem, id est, Christum intueri. Cæterùm cùm ad conuersionem uocati sunt, datum est poculum furoris, & calix ruinæ in manus eorum qui eam iniuria oppresserant. Punitæ sunt enim malæ & aduersariæ potestates, deijciente eas in Orcum omnium Seruatore Christo: qui eas catenis tenebrosis in tartarum coniectas, tradidit in iudicium magni diei custodiendas & cruciandas. Istæ enim dicunt Hierusalem, Inclinare, ut trãseamus. Hæc autem subiecit media terrę illis hâc gradientibus, id est, seipsam substrauit ac subiecit conculcare uolentibus. Hoc autem faciunt malæ potestates tum, cùm uiderint animam remissam, quæ mentem suam ita abijcit, ut facilè uelit impijs earum ac Deo infestis consilijs parére atque subiacere.

2. Cor. 4

Matt. 12

A

B

C

LIBRI QVARTI

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# CYRILLI, ARCHIEPI-
## SCOPI ALEXANDRIAE, COM-
### MENTARIORVM IN PROPHETAM HESAIAM

*Liber quintus, Tomi sex: Laurentio Hunfredo interprete.*

*Authore damnato*

TOMVS PRIMVS.

CAP. LII.

511 512

EXCITARE *excitare Sion, induere fortitudine tua Sion, & induere gloria tua Hierusalem, ciuitas sancta. Non ultrà perget transire per te incircuncisus & immundus.* ] Sion & Hierusalem cùm audis in hisce uerbis, ne putes ciuitates ex lapidibus extructas simpliciter denotari. Significat potius hæc prophetica oratio eorum qui per fidem acquisiti sunt aggregationem & Ecclesiam, ex Iudæorum contubernio & Gentium. Excitare, cùm dicit, idq; semel atque iterum, largissimam illis impartit consolationem. Sicuti etiam sapientissimus Paulus ait: Rom. 5 Vbi abundauit peccatum, eò magis excelluit gratia: sic ubi ingens pœnæ acerbitas, illic calamitatibus par consolatio, imò longè ipsis rebus tristibus uberior. Induere iubet eam fortitudinẽ suam, & ad hæc gloriam. Fortitudo, intelligi potest actuosa quædam efficientia seu efficacitas, non ineptè, qua animus cuiusque iuuenili impetu fertur ad ea quæ agenda sunt. Gloria uerò, quis alius esse potest, præterquam ille glorię Dominus, qui est Christus? quem diuinus Cantor Psal. 56 alicubi alloquitur: Exurge gloria mea. Rursus alibi, de omni in illum credente: Laus uirtutum eorum tu es. Quemadmodum autem gloriam & fortitudinem hanc induamus, declarauit nobis sapientissimus Paulus. Iterum enim dixit: Induite Dominum nostrum Iesum Christum, & carnis rationem ne habeatis, ad cupiditatem.

Rom. 6 Præterea etiam: Quicunque enim in Christum baptizati estis, Christum induistis. Quin & prophetа Hesaias, uelut mulierẽ uarijs modis exornatam, Ecclesiæ personam introduxit: Exultet, inquiens, anima mea in Domino. Induit enim me uestimento salutis, & tunica lætitiæ. Indumentum ergo est Christus, omnibus sanctis accommodatissimum: & tunica lætitię quæ intelligentia percipitur, quæ fortitudinem nobis conciliat & gloriam. Sanctam ciuitatem nominat, Ecclesiam. Sanctificata est, non cultu legali: perficit enim lex neminem: sed cõformis facta Christo, & diuinæ eius naturę particeps, communicatione scilicet sancti Spiritus: in quo & in diem redemptionis obsignati sumus, omnibus abluti & exuti sordibus, omni labe uacui. Iustificamur etenim fide in ipsum, & securitate quadam in omnibus ab ipso ditati sumus, & quasi muro quopiam gratia ipsius muniti: qui omnem diabolicum insultum à nobis profligat, & sæuas incursiones potestatum resistentium. Idq; docet, cùm ait quasi ad Sion seu Hierusalem, quæ est Ecclesia Dei uiuentis: Non perget ultrà transire per te incircuncisus & impurus. Historicè quidem hoc modo quod dictum est intelliges. Gentes illæ finitimæ Hierusalem, incircuncisæ illæ & impuræ intelligi possunt, quæ nec illum natura & uerè Deum cognorunt, nec legis pædagogiam assequutæ sunt. quin etiam sæpissimè aduersus sanguine Israelitico oriundos dimicarunt: ita ut frequenter etiam illorum uiribus superiores uiderentur, & tantùm non illac transitum facerent, perinde ac si eam pedibus suis haberẽt subiectã. Sed agedum, ex his quæ sæpe contingunt historicè, spiritualia formemus. Dæmoniorum cohortes, id est, mundi potentes, rectores tenebrarum seculi huius, & cum illis prophanus Satanas, animas Deo nondum subditas, pedibus suis habẽt subiectas, & uelut eas pertranseunt ac peruadunt, nullo prohibente, uel subueniente: sed cùm Deo coniuncti ac sociati, eum gloriam ac fortitudinem suam habeant: tunc tunc eorum tyrannis cessabit. Scriptum est enim: Castra ponet angelus Domini in circuitu timentium se, & eos eripiet. Incircuncisi ergo & impuri intelligi poterunt, execrandæ, ac prophanæ, omnisque sordis efficientes, ac nequam atque aduersariæ potestates.

EXCVTE *puluerem & resurge, & sede Hierusalem, solue uinculum colli tui, captiua filia Sion.* ] Quæ laudes sanctis dignæ sint, deinceps demonstrat: & quemadmodum fortitudinem brachij gloriámque induat, clarè docet. Primùm iubet pulueremexcutere, & ita resurgere, ac sedere, & uinculum colli soluere. Pulueremhîc, quomodo ego quidem arbitror, intelligere conuenit terrenum affectum, & carnalium cupiditatum impuritatem. Quemadmodum enim humi iacentes omnino necesse est, oppleri etiam pulueremeodem, opinor, modo, mentem humi repentem & terrenum affectum habentibus, carnalis impuritatis



impuritatis cogitationes insident & inhærent. Oportet ergo nos, qui ad spiritualem coniunctionem cum Domino nostro Iesu Christo, uocati sumus, & qui ipsum tanquam fortitudinem & gloriam induere uolumus: puluerulentum & terrenum affectum prius excutere, & mentem præpurgare, ac sicuti sapientissimus Paulus ait: Veterem hominem corruptum erroris cupiditatibus exuere, atque nouum ad imaginem eius qui illum condidit renouatum induere.

Quod ubi fecerimus, resurgimus, recta & stabili mente præditi sumus, ac corde firmo, secundum illud quod alibi dictum est à Deo per unum è prophetis: Statue teipsam Sion. Et diui- Psal. 39 nus Dauid psallit: Statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Scriptum est enim in libro Psalmorum: Deus sedit in solio suo, id est, fixum & stabilitũ habet perpetuò regnum suum. Nec enim quicquam in Deo cogitandum est corporeum. Sequetur autem, ubi sederit quis, id est, constantem & stabilem retinuerit sententiam, ut etiam colli soluat uinculum. Catenis enim suorum peccatorum quisque constringitur: ac peccati & ipsius Satanæ iugo subdimur.

Cæterùm in Christo ab his liberamur, & diruptis uinculis eorum, & proiecto à nobis ipsis iugo eorum, quemadmodum scriptum est, libera & soluta mente, quod bonum est perficimus. Sic dicit etiam nobis per unum è prophetis uni- Mal. 4 uersorum Deus: Et egredieminí, & salietis tanquam uituli è uinculis relaxati, & conculcabitis iniquos. Propterea erunt quasi cinis sub pedibus uestris. Cùm autem infert: Captiua filia Sion. primùm quidem innuit, Deum misereri eorum qui sub iugum diaboli ceciderunt, ac peccato seruiunt. deinde ad hæc, ostendit nos in id cadere, etiam cùm liceat illud non pati. Nam cùm captiuam nominauit Sion etiã filiam eam uocat. At quî fieri poterat, ut filia Dei, & gloria tam illustri decorata, captiuitatis teneretur laqueis? Ergo quis eam huc præcipitauit? Non infirmitas seruantis, sed uoluntas & propositum patientis, quæ paternorum uiscerum misericordia orbata, quòd malum elegerit, & suffragando peiori, bonum respuerit.

QVIA *hæc dicit Dominus: Gratis uenditi estis, & non argento redimemini.* ] Cùm eam dixerit captiuam, necesse habuit ea, quæ semper contingunt his qui eò miseriæ prolapsi sunt, inducere. Abripiuntur enim in seruitutem, nemine pro illis deponente precium, sed quasi certaminis præmia, & belli ac barbaricæ incursionis fructus. Vi enim & necessitate, ad seruitutem non uoluntariam uocantur. Sic fore dicit uniuersorum Deus, etiam redemptionem eius. Nam rapuit Satanas terrestre genus, & quasi captiuum habens orbem terrarum intolerabiliter ui oppressit, & sæuitiæ suæ iugo alligauit. Sed homo factus unigena Dei sermo, pro nobis uicit, & ingressus domum fortis, & eo ligato, uasa diripuit, & ad se omnes terræ incolas transtulit. Itaque ut rapti sumus, ita etiam redempti sumus. Nec enim à uolente abstraxit nos Christus, sed eius potius uires fregit, & tanquam Deus phalangem dæmoniorum profligauit. Non ergo argento uenundati sumus: neque sic redempti sumus: at omnium nostrûm Seruatoris Christi uiribus. Pastor enim bonus animam posuit pro ouibus suis, & nos proprio seruauit sanguine. Vibice enim eius nos sanati sumus, & ipse languidus factus est propter peccata nostra. Liberati enim sumus & nos, & iugum peccati, tyrannidémque diaboli excussimus.

SIC *dicit Dominus, in Aegyptum descendit populus meus prius, ut peregrinaretur illic, & ad Assyrios ui abducti sunt. Et nunc quid est is hic? Hæc dicit Dominus: Quia captus est populus meus gratis, admiramini & plorate. Hæc dicit Dominus: Propter uos nomen meum malè audit apud gentes.* ] Cùm Sionem captiuam nominasset, scire eos uult causam quamobrem hoc ei euenerit, ut in hanc ignominiam & calamitatem inciderent. Reducit enim interdum ad meliora eos, qui inopinatum quippiam passi sunt, si peccata non nesciãt. Propterea utiliter in memoriam reducit, quæ alijs atque alijs temporibus ante ipsos contigerunt. Premente enim fame, descendit illis temporibus Iacobus in Ægyptum, & coactus est peregrinationem suscípere, eo quòd nullibi posset rebus necessarijs abundare. Abductus est autem ad Assyrios Israel, cùm eo tempore Rex Chaldæorum deuastasset Iudæam. Et quæ tandem huius rei causa? Cùm enim desissent esse filij genuini & ingenui, & solum Deum colere, & legis uoluntate reiecta, stultissimè ad idola declinassent, & opera manuum suarum adorauissent: hęc causa extitit, ut in manus hostium inciderent, ut à patria recederent, ut inimicis seruirent, ac Persarum & Medorum regionem inhabitarent.

Vi ergo sunt abducti: nec enim hæc uolebant. Sed nunc quid hîc estis? Illud, Hîc, dicit propheta, in gentium regionibus dispersi, & ad omnes uentos dissipati, iuxta prophetæ uocem. Expulit enim eos ex omni Iudæa, Romanorum gladius, quicunque uoluerunt omnino fugere. Vel, Hîc, in eo rerum statu, in quo nunc estis. Erant enim, ut dixi, in summis miserijs: partim Romano exercitu, lege institutóque belli, eorum regionem incuriante: partim tota ciuitate uastata, & Templo ipso cremato. Quare igitur, inquit, in his malis uersati estis? An uidelicet quòd fidem iustificantem non admiserint? sed multifariam ad hoc uocantem contumelijs affecerint? eique impiè manus attulerint? deinde etiam iustis & prophetis qui missi sunt? quorum alios occiderunt, alios lapidauerunt. Et quidem hæc in his uerbis de gregaria multitudine, prophetica nobis significauit oratio. Quia autem solebant Iudæorum maximè præfecti, contra omnem gentem tollere altum supercilium, iactabántque interdum Israelem, utpote qui Dei sors, & populus sanctus dictus est, capi & uinci ab hostibus nunquam posse. Cùm uerò accidit, ut iam dixi,

ut ad hæc deueniret mala, Iudæa, admiratione perculsi sunt, & ululabant, perinde quasi omni spe destituti, hoc malo eos incursante: propterea ad eos uniuersorum Deus: Quia, inquit, captus est populus meus gratis, admiramini & ululatis: hæc dicit Dominus: Propter uos semper nomen meum malè audit inter gentes. Fuistis enim, inquit, uos autores & causa, ut qui subiugati sunt paterentur, sinentes eos carere pædagogia & institutione, imò non permittentes omnino, ut ad Deum reuerterentur, uiderentque animi oculis eum qui de cœlo uenit, qui in forma humana Deus Verbum apparuit, ut prædicaret captiuis remissionem, cæcisque uisum, sanarétque contrito corde præditos, & annum Domini acceptum uocaret. Itaque propter uos nomen meum inter gentes malè audit. Cùm enim per omnes regiones & urbes dissipatus esset, inquit, Israel: uastatam esse sanctam Ciuitatem, opúsque & materiam ignis fuisse ipsum Templum, nemo usquam gẽtium ignorauit, tum meum nomen conuicijs incessunt, & meam eleuant gloriam. Siquidem fortassis putant meam manum debilem esse, quæ semper fuit auxiliaris Israel: ueram autem causam iam ignorabant, nec quisquam apud eos sciuit, eos cædis dominicæ, & multorum aliorum delictorum pœnas soluisse.

IDEO *sciet populus meus nomen meum, in die illa, quia ego sum ipse qui loquebar, adsum, quasi pulchritudo in montibus, quasi edes Euangelizantis auditionem pacis, Euangelizantis bonat.*] Quoniam enim, inquit, uestræ pigritiæ causa inter gentes malè audiebam, non feram hanc sycophantiam: nec sinam proscindi meam gloriam blasphemis uocibus. Illo autem tempore, quo terræ habitatoribus in carne illucescam: qui cunque mei fient populi, admitténtque fidem, siue ex Iudæis illi fuerint, siue ex Gentibus, hi scient nomen meum. Nomẽ uerò dicit, pro gloria. Sic enim loqui familiare est scripturæ diuinitùs Prouer. 22 inspiratæ. Scriptum est namque: Expetendum nomen bonum magis, quàm diuitiæ multæ. Nos qui ab illo uocati sumus, gloriam eius nouimus: nec ad eum iudicem omnium Seruatorem Christum, uelut ad hominem accessimus: sed etiamsi factus sit caro Sermo, credimus tamen Deum esse natura & ex Deo Patre, arcano modo factum, supra omnem creaturam esse, & in supremo solio effulgescere, & omnibus dominari, dextrámque habere fortissimam, faciléque seruaturum, quos uelit, sibi subditos, & nihil omnino superare, & ut ita dicam, supereminere eius potentiam. Non sic animum induxit Israel. Versati sunt enim quasi cum aliquo nobis simili, & non ut cum Deo homine facto. Propterea dixerunt aliquando: Tu quis es? & quem te ipsum facis? Et: Ioan. 10 De bono opere non lapidamus te, sed propter blasphemiam, quòd homo cùm tu sis, facis teipsum Deum. Verùm qui uocabuntur, inquit, ad ueritatis agnitionem, scient meam gloriam. Ipse enim qui in prophetis loquebar, adsum. Deus enim & Dominus apparuit nobis, quemadmodum scriptũ est. Quod etiam Paulus sapientissimus docet, cùm ait: Multifariam & multipliciter Heb. 1 olim Deus alloquutus patres per prophetas, postremis hisce diebus alloquutus est nos in filio, quem omnium statuit hæredem, per quem etiam fecit secula. Obseruãdum est ergo hîc quòd Deus & Pater res omnes in essentiam produxerit per filium, loquutúsque fuerit nobis, extremis temporibus: non quasi alius filius esset secundum carnem, ex muliere, sicuti uidentur quidam peruersi homines sentire: sed unus est filius cum carne, Sermo, propter nos humilitate suscepta, qui etiam seculorum est cõditor. Adsum igitur quasi pulchritudo, inquit, in montib.* Pul- *ὥρα, maturitas, florens tempus, decor, quod magis Heb. conuenit.* chritudinem dicit, uer. Agedum ergo uideamus uelut ex re quæ conspicua est, spiritualia. Ver apparens in montibus, quid efficit? Ornat eos flore recenti, & ex sterilitate fœcunditatem gignit, prout cuiusque natura fert. Quale etiam in Cantic. 2 canticis canticorum scriptum inueniemus. Surge enim, ueni, inquit, propinqua mea, formosa mea, columba mea. Quia ecce hyems præterijt, imber præterijt, recessit sibi: flores apparuerunt in terra, tempus putationis præuenit. Præterlapsa enim hyeme, uer pulchrũ in terra oritur, & eam nutricem florum reddit, matrémque pulcherrimorum fructuum facit. Cuiusmodi etiam de nobis factum est intelligibiliter. Hyemem enim offudit orbi terrarum Draco apostata, eúmque aridum & infructuosum reddidit. Nec enim quisquam omnino erat qui bonitatem exerceret, ne unus quidem. Sed omnes declinarunt, pariter & inutiles facti sunt. Sed ubi cum carne apparuit Vnigena, factus est nobis uelut pulchritudo in montibus. Cùm enim defloruissemus, omnísque uirtutis decorem animis nostris eiecissemus, in ipso reflоruimus, & spirituali fertilitate abundauimus, ita ut liceat dicere illud in Cantico can- Cant. 6 ticorum: Nepos meus descendat in hortum suum, & comedat fructum nucum suarum. Factus est igitur ceu pulchritudo in montibus, & ut pedes Euangelizantis auditionem pacis, Euangelizantis etiam bona. Nam peccato inter nos & Deum intercedente, ab eo separati sumus, & à Domino disiuncti, diuinis ipsius legibus resistentes, & Domini uoluntati aduersantes, & loco hostium habiti. Sed apparuit Christus pax nostra, qui interiectum peccatum amouit, & Patri reconciliauit, sibique nos coniunxit. Per ipsum enim accessum habuimus. Quemadmodum igitur, si quis, inquit, celer & festinus ueniret, & hostes captos referret, pacémque nunciaret, & bona Euangelizaret: sic accessit omnium Seruator in mundum cum carne, & factus est pacis apud Deum & Patrem administer, abolito Satana, omníque eius phalange è medio exterminata: cúmque illud tempus instat, quo licet uolentibus omnium bonorum participes esse: sequetur eos semper qui in illum crediderunt, & quæ eius sunt sapiunt ac faciunt, ut affatim in cœle-



stium bonorum societatem ueniant, omníque spe bona pleni sint: donis enim diues est Seruator.

QVIA *auditam faciam salutem tuam, dicens: Sion, regnabit Deus tuus, quia uox custodientiũ te intenta est, & uoce simul lætabuntur. Quia oculi ad oculos uidebunt, quando misertus fuerit Dominus Sion.*] Sion rursus hîc uocat, non ciuitatem aliquam terrestrem, sed potius sanctam Ecclesiam suam quam ex duobus populis constituit. Scriptum est enim: Lætamini Gentes cum populo. Dicíturq; Christus duo unum fecisse, & interstitiũ macerię diruisse, & legem mandatorum in decretis abrogasse. Patefacta autem Euangelica prædicatione, quæ ueris decretis referta est, uis legalis umbræ cessauit, id est, cultus & accessus, per sanguines. Sion itaq; intelligenda est Ecclesia, uti dixi, quam ipse sibi Christus repræsentauit, non habentem maculam aut rugam, imò sanctam & immaculatam. Huius salutem auditam fecit, id est, exauditam. Neminem enim omnino in terra degentium latuit Euangelicæ prædicationis uirtus, nec planè quisquam erat qui salutem per Christum nõ audierit. Dixit enim per Iyram Psalmistæ: Audite hæc omnes Gentes, auscultate omnes inhabitantes orbem terrarum. Et quemadmodum dæmoniorum memoria perijt cum sonitu, id est, insigniter & celebriter, nemo enim dæmoniorum tyrannidis interitũ nescit: sic etiam diuina & cœlestis prædicatio audita facta est omnibus ubilibet, salutem afferẽs his qui apparitionem Christi agnouerunt. Quæ autem huius prædicationis uirtus? Sion regnabit Deus tuus. Olim quippe, id est, ante Seruatoris nostri aduentum, regnum in nos per peccatũ obtinuit satanas, & tyrannicæ sæuitiæ iugum totius terræ incolis iniectum est. At ubi Opt. Max. Rex ac Dominus uniuersorũ nobis illuxit, disruptis eorum uinculis, & abiecto iugo eius qui olim oppressit, Dei sceptris ceruicẽ submisimus, & regnauit in nos Deus ac Pater, per filium. Quæ res nobis, celebritatis ac festiuitatis causa extitit. Psallit Psal. 95 nimirum Dauid, & inquit: Dominus regnauit, Psal. 46 exultet terra. ac iterum: Psallite scienter. Regnauit Deus super omnes gentes. Vocauit quoq; ad Matth. 11 hoc nos, ut dixi, ipse etiam Seruator, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos: Tollite iugum meum super uos. Itaq; miserè uiximus, & in extremis malis uersati sumus, immani tyranno subiugati, & peccati iugum subeuntes. At sacrosanctæ prædicationis uirtus, Christi regnũ felix ac faustum annunciauit, & subditi ei fuimus. Promisit enim, dicens, Sion, regnabit Deus tuus. Qui autem & quomodo regnaturus sit, ipse mox declarauit, dicens: Vox custodientium te intenta seu eleuata est. Custodientes esse possent, diuini discipuli, uel etiam quicunq; mysteria tradere sciunt, & possunt recto pede insistere, ac persuadere uocatis, ut quod bonum est obeant rectissimè, & charitatem in Christum amplectantur, & rectam de eo ac inculpatam fidei confessionem edant. Hi sunt pastores boni, custodientes omnium pastorum principi, oues ratione prædítas, & indomitorum animantium insultus prohibentes. Horum uocem intendi ait, id est, auditã esse passim omnibus. Dictum est enim ad eos uoce Hesaiæ: Montem excelsum conscende, Euangelizans Sion, intende fortiter uocem tuam, qui Euangelizas Hierusalem. Intendite, ne timete. Clara enim & nulli non cognita est, Apostolica prædicatio. Quòd autem omnia illis feliciter & prosperè fluent, & promptè uocabuntur, ad quos eorum habebitur oratio, & quòd ipsi impensè gaudebunt, suæ mystagogiæ fructus conspicati, planum facit, inquiens: Voce simul lætabuntur. Quamprimùm enim, inquit, loquentur, multitudo initiatorum sequetur, & pædagogia instructi current ad fidem celeriter. Hoc illis gaudio est, qui ad docendum constituti sunt. Scribit enim in epistola Paulus, his qui per ipsum crediderunt: Gaudium & corona mea. Sanctorum au- Philip. 4 tem mystagogijs obediuisse, & obsequutos esse plerunq; eos qui mysteria discebãt, ex multis sanctæ & diuinitùs inspiratæ scripturæ locis uidere est, si quis eam percurrerit & perlustrauerit. Allo quuti enim sunt Hierosolymis Iudæorum cohortem diuini discipuli: sed, ut in Actis Apostolorum scriptum est, adiecta sunt uno die tria hominum millia. Quinimò diuinus Paulus & beatus Silas captiui, media nocte Deum laudibus & hymnis celebrabant. Vbi autem sanctus angelus imminens carceri, soluisset uincula, timuit admodum custos carceris, & seipsum uoluit interficere. Clamante autẽ Paulo: Nihil tibi mali inferas: sumus enim hic omnes: admiratus rem incredibilem, cum tota domo sua baptizatus est. Fuisse autem ei hoc lætitiæ causam, & occasionem, dubitari quí potest? Itaq; statim inquit post mystagogiam, qui uocati sunt, accurrunt obedienter. Et oculi tui ad oculos uidebunt, quando misertus fuerit Dominus Sionis. Quem autem uidebũt? Vel salutis præsidem & procuratorẽ, id est, Christum. Carnem enim induit Sermo, cuius testis etiam est Psalmista, cùm ait: Deus manifestè ue- Psal. 49 niet, Deus noster, & non obticebit. Vel etiam quod dixi, Voce simul lætabuntur, etiam hoc, inquit, oculis tuis intuebere: illo tempore, quo miserebitur Dominus Sion, omnibus proponẽs gratiam per fidem, & cœlestium bonorum fructum uberrimum.

ERVMPANT *lætitiam simul deserta Hierusalem, quia misertus est Dominus eius, & eruit Hierusalem, & patefaciet Dominus brachium suum sanctum, in conspectu omnium gentium, & uidebunt omnia extrema terræ, salutem quæ est à Deo.*] Erumpere lætitiam, significare potest, uocem tollere, & odas gratiarumactionis resonare, & studio quodam adhibito doxologias meditari, quibus Deus lætetur. Scriptum est enim in libro Psal- Psal. 34 morum: Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, toto die laudem tuam. Qui aũt hoc facere uolunt, his ea res affert lætitiam. Quoniam uerò dicat, deserta Hierusalem debere hoc præstare:

Universidad de Deusto
Biblioteca



ad explanandam horum uerborum sententiam, illud necesse est dicere. Qui ciuitatem aliquam latam & longam inhabitant, si numero tot sint, ut eam replere queant, nullum eius locum relinquunt uacuum: sin numerabiles sint, eo quòd multi obierint, aut quòd bellum incubuerit, aut alia quædam occasio ad hoc deduxerit, loca quę sunt in ea, plurima, & habitationes nudæ manent. Cuiusmodi sunt Israelitæ passi. Posteaquã eẽ dominicidæ extitissent, & manus plenas sanguine habuissent, à Romanis cõsumpti sunt bello, adeò ut pauci admodũ relicti fuerint superstites, eratq; uiris destituta sancta Ciuitas. Sed, inquit, deserta eius lætabuntur. Lugent enim domus, & tristitia quasi plenæ sunt, cùm non habent incolas: sed hilares sunt, & ueluti rident, si plures sint qui inhabitent. Agè ex hac historia aliquid dicamus spirituale. Gentium Ecclesia, id est, gentes quæ crediderunt, quæ etiam nominantur Sion & Hierusalem, principio quidem paucæ erant, & quasi deserta uere extitit sancta & Dei ciuitas, id est, Ecclesia. Sed in ea nihil remansit uacuum: quippe impleta est per Christum. Dictum est scilicet: Tolle undiq; oculos tuos, & uide congregatos filios tuos. Ecce illi è longinquo ueniunt, hi ab Aquilone & mari, alij uerò ex terra Persarum. Et dices, inquit, in corde tuo: Quis mihi genuit istos? Ego autem orba & uidua, hi mihi unde erant? & rursus: Dilata locum tabernaculi tui, & pelles tentoriorum tuorũ fige. Ne parcas, adhuc in dextris & in sinistris expande. Ex omni enim gente, urbe & regione concursus factus est Gentium per fidem uocatarum ad Christum: ut ab Oriente & Austro, Occidente & Aquilone uocarentur qui conuersi sunt, longè plures quàm ex sanguine
Hesa. 49 Israel. Atq; hoc ipsum significauit propheta Hesaias, loquens de Ecclesia & synagoga Iudæorum: Lætare sterilis quę non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quia plures filij desertæ, quàm habentis uirum. Sterilem enim, non parientem, & ad hæc desertam appellat Ecclesiam Gentium. Erat enim expers liberorum, & deserta, id est, uidua, sermonem omnis boni satorem non habens. Iudæorum autem synagogam, uiro subiectam esse ait, eo quòd legi Mosaicæ subiugata erat, & sacrosanctis fœta ac grauida oraculis: quibus posset umbratilis adhuc quasi & typici cultus fructum edere. Sed plures filij desertæ, quàm habentis uirum. Quomodo autem hoc futurum sit, declarauit cùm adiecit: Patefaciet Dominus brachium suum sanctum, in conspectu omnium gentium, & uidebunt omnes fines terræ salutem Dei. Nam quando illustre factum erat uniuersæ terræ habitatoribus, Dei & patris brachium, id est, quando filius notus est omnibus gentibus, & uiderunt fines terræ, id est, hi qui à termino ad terminum sunt, eius salutem, per fidem scilicet: tunc repleta sunt deserta Hierusalem, intelligibilis uidelicet, & innumerabilis erat uocatorum multitudo. Brachium uerò Dei & patris, filium appellare, mos est diuinitus inspiratæ scripturæ. Est etenim eius potentia, & omnipotes dextera, qua omnia efficit, & de qua diuinus Dauid ait: Roboretur manus tua, extollatur dextera tua. Rursus de Deo patre: Cantate Domino carmen nouum, quia mira fecit Dominus, seruauit eum dextra eius, & brachiũ sanctum eius.

RECEDITE *recedite, exite illinc, & immundum ne tangite. Exite enim de medio eius, separamini qui portatis uasa Domini, quia neq; cum tumultu exibitis, neq; per fugam abibitis. Præcedet enim uos Dominus, & qui congregat uos Deus Israel.*] Videtur hæc oratio habita esse à Deo, uel ad eos qui per fidẽ congregati sunt, & Ecclesiæ filij nuncupati sunt: uel ad sanctos mystagogos, nimirũ Apostolos & Euangelistas, qui uniuersę sub cœli cõplexu terræ lux extiterũt: Euangelicæ prædicationis uerbum ad omnes terræ incolas uelut legati portantes. Hos iubet recedere, & ab infidelibus abire, tanquam ab inquinatis, eo quòd noluerint Christo credere, imò & sua ipsorum capita, dominicæ cædis crimine implicauerint. Exite ergo, & immundũ ne tangite, id est, à communione cum illis segregamini, ut eorum nihil contingatis. Qui enim tangit picem, inquit, inquinabitur. Est enim necesse, ut, qui in Christum crediderunt, & per ipsum uocati sunt ad emundationem peccati, & ad participationem sanctificationis, procul absint ab inscitia Iudaica, & diuersa prorsus ab illis sint sententia, omninoq; separentur. Nulla enim cõmunicatio luci cum tenebris, nec pars fideli cum infideli. Siquidem scribit in Epistola sapientissimus Paulus illis ex Galatia, qui post iustificationẽ in Christo ausi sunt denuò ad legalem cultũ recurrere: O dementes Galatæ, quis uos fascinauit, ut ueritati non obtemperetis? quibus ob oculos Iesus Christus antea depictus est, apud uos crucifixus. Hoc solum uolo discere à uobis, utrum ex operibus legis spiritum acceperitis, an ex auditione fidei. Adeóne dementes estis, ut à spiritu exorsi, nunc in carnem desinatis? Circuncisi enim fuerunt imprudenter, etiamsi habuerint circuncisionem in spiritu, uel per Christum. Itaq; necessariò hîc, inquit uniuersorum Deus: Recedite, & exite inde, & separamini, qui portatis uasa Domini. Nã qui solidè fide Emmanuelem coluerunt, & diuinæ ipsius naturæ participes facti sunt, eo quòd consortes sint sancti Spiritus, sanctisq; eius donis repleti, uasa portant Deo. Quo autem modo, docebit sapientissimus Paulus, inquiens: Induite armaturam Dei, quæ est lorica iusticiæ, galea salutis, clypeus fidei, gladius spiritus, qui est iaculum Dei. Etenim habentes hanc armaturam intelligentia perceptam, obsistunt satanæ, eiusq; aduersantur potestatibus, ac præsultãt quodammodo, & suas animas protegunt, populosq; suæ manui subditos propugnant. Hoc est enim munus & statio ducũ. Verùm cùm exire de medio eius præcipiat, ait: Non exibitis cum tumultu, neq; fuga ibitis. Nec eẽ quasi fugientes & timentes, ab

Galat. 3

Ephes. 6



tes, ab ordine Iudaico recedere precipit, sed quiè potius, & quasi autoritate præditos, uelut detrectantes cum his adeò inquinatis uersari, & cum prophanis ac improbis connumerari. Itaq; ait: Nec fuga ibitis. Quòd autem res eorum facili cursu procedẽt, nihilq; prorsus occurret durũ, uel abruptum, uel asperum, fide fecit, inquiens: Præcedet uos Dominus, & qui congregat uos Deus Israel. Si Deus nobiscũ sit, & præeat, quid est quod sacrę prædicationis nuncios impediat? imò quidni omnia illis pro uoto eueniant? & plana quasi uia currant præcones?

ECCE *intelliget puer meus, & in altum extolletur, & gloria afficietur ualde. Quemadmodum obstupescent super te multi, sic uituperabitur ab hominibus species tua, & gloria tua ab hominibus. Ita mirabuntur gentes multæ eum, & continebunt reges os suum. Quia quibus non est annunciatum de eo, uidebunt: & qui non audiuerũt, intelligent.*] Manifestè his uerbis de omnium nostrũm Seruatore Christo Deus & pater loquitur. Ecce intelliget puer meus, inquit. Puerum intelliges, filium uel seruum. Sumpsit enim formam serui Deus Sermo: & omnium Dominus cùm esset, ad humanitatis modulum ac men
Philip. 2 suram descendit. Non enim rapinam arbitratus est, esse æqualem Deo: sed inaniuit seipsum, similis hominibus factus, & habitu repertus ut homo, ipse se deiecit. Itaq; quando factus est homo, seipsum ad hanc deiectionem submittens: tunc etiam seruus dictus est, cùm seruilem formam sumpsisset. Sed intelliget, inquit, pro, Omnia cum intelligentia & sapientia diuina, & faciet & loquetur. Opus autem diuinæ sapientiæ præter alia est, ut unigena Dei Sermo caro fieret, & ut unà cũ terræ incolis pauper esset: quò nos ipsius paupertate ditaremur: quò credentes in ipsum, peccati inquinamenta abstergeremus, cùm Mosaica lex non satis esset ad tollenda peccata idonea: ut morte carnis suæ, mortem aboleret, interitum deleret, morte detentos ad immortalitatem refingeret, hominem terræ incolam, cœli ciuem efficeret, quondam fugitiuum, per se Deo ac patri cõiungeret, captiuis liberationem, cæcis uisum prædicaret, & contritos corde sanaret, Orcumq; exinaniret, & satanam imperio ac tyrannide contra omnes priuaret. Intelliget ergo, inquit, puer meus. Nihil enim non intelligenter, nihil non sapienter factum est nostra causa: quippe omnia in sapientia fecit, secundum Psallentis uocem. Hac de causa, inquit, in altum extolletur, & admodum glorificabitur. Celebratur enim à nobis ut Deus, ut Dominus, eumq; salutem & Redemptorem uocitamus. Quod uerum esse credimus. Sed ut uerus & irreprehensibilis sit omnino Dei & patris sermo, induxit necessariò: Quemadmodum obstupescent super te multi, sic uituperabitur ab hominibus species tua, & gloria tua ab hominibus. Qui enim agno uerunt apparitionem eius, & animi oculis, diuini ipsius autoritatis magnitudinẽ perspicere uoluerunt, dispensationẽ hanc obstupescunt. Qualis erat propheta Abacum, dicens: Audiui audi-

tionem tuam, & timebam, cogitaui opera tua, & stupui. At qui eius gloriam non intellexerunt, sed infideles & ignari manserũt, hi ignominiam illi & dedecus obijciebant impiè, uocantes Samaritanum, edonem, ebriosum, ex fornicatione natum, & præterea etiam peccatorem. Ergo ut stupebunt super te multi: sic etiam ab hominibus uituperabitur species tua, & gloria tua ab hominibus. Cæterùm ut hoc eueniet: sic etiam admirabuntur te gentes multæ, & continebunt reges os suũ. Iudæi enim audacissimi, etsi nullo in numero habendi, eum tamen deridere ausi sunt, linguaq; eũ effreni sæpenumero impetere, ac blasphemas uoces emittere. Complures autem Reges ut Deum timentes, ut Regi uniuersorũ gloriam offerentes, os suum continebunt, id est, nihil dicent absonum, nec quicquam quod gloriã Christi labefactare possit, sonabunt. Quòd autẽ diuina & sacrosancta & salutaris prædicatio, id est, Euangelica, eorum neutiquã sit, à quibus species eius uituperatur, sed ab his potius, qui os suũ continuerũt, eiusq; gloriam amplificarũt, ostendit, cùm ait: Quia quibus non est annunciatum de eo, hi uidebunt: & qui non audierunt, hi intelligent. Annunciata sunt enim hæc de Christo Israelitis, tum ex lege, tum à prophetis, at non gentibus. Hi tamen, inquit, uidebunt magis eius salutem: & qui omnino hæc mysteria non audierunt, hi illa intelligent, qui scilicet crediderunt. Radix enim & nutrix cognitionis est fides, & ueluti aditus ad pietatẽ, & ad uitam deducens eos, qui eam recipiunt. Siquidem propheta Hesaias *Hesaiæ 6* inquit: Nisi crediderit is, non intelligetis.

## CAP. LIII.

DOMINE, *quis credidit orationi nostræ? & brachium Domini cui patefactum est? Annunciauimus coram eo quasi campus, quasi radix in terra sitiente.*] De omnium nostrũm Seruatore Christo semper frequens sermo est apud sanctos prophetas: nec admonere destiterunt, sed perspicue denunciarũt, suis temporibus uenturũ in humana forma Deum Verbum, & miracula operaturũ diuinitùs. Illud autẽ & hic facit, in rectam uiam errantes uocans, & fide impium iustificans. Cæterùm ex sanguine Israelitico oriundos parum omnino iuuerunt, ualde laborantes inobedientia, adeò ut cùm prædictionem arrípere, & cognitionẽ uiuificam colligere, pectoribusq; suis mandare oporteret, è diuerso mystagogis insultarent, & insilirent acerrimè dicentes: Alia nobis loquimini, & annuncia te nobis alium errorẽ. Siquidem propheta Hieremias, uelut ex immensa Iudæorum crudelitate, tædio affectus, ita inquit: Hei mihi mater, qua *Hier. 15* lem me peperisti? uirum litigantẽ, & iudicio contendentẽ in omni terra? Nec profui, nec profuit mihi quisquã. Fortitudo mea defecit propter eos qui execrantur me. In summa, omnis sanctorum chorus, uerba quasi de Hierusalem faciens, inquit: Curauimus Babylonem, & non sanata est.

Dereli-

Universidad de Deusto
Biblioteca



Dereliquimus eam,& abiuimus quisq; in terram A suam, quia appropinquauit ad cœlum iudicium eius,& usq; ad sidera exaltatum est. Babylonem hùc nominat Hierusalem, ut quæ illam studeat imitari, & nihil à regione gentiũ differat, quod quidem ad dissolutam uitam attinet,& quia noluerit legẽ in honore ac precio habere, nec propheticæ pædagogiæ utilitatem amplecti. Hunc sensum habent etiam hi uersus. Accusat enim Israelem, ut qui prorsus ad inobedientiam declinarit, & inquit: Quis credidit orationi nostræ? Nos enim, inquit, ô Domine, à te mysteriis initiati,& institituti sumus,orationemq; de humanitate didicimus, & hanc auditionem accepimus, sed nemo credidit, nec ulli manifestum fuit brachium tuum, brachium, inquam,omniũ Domini Dei.Brachium autem Dei & patris,filium nominare solet diuinitùs inspirata scriptura,ut sepe demonstratum est.Sed perinde quasi occurreret quispiam diceretq;: Vos ô prophetæ,auditionẽ per spiritum accepistis,& cognitione mysterij ditati estis, num igitur prædicastis mysteriũ aliis? Certè,inquit,annunciauimus,& tantùm non testificati sumus, dicẽtes: Erimus quasi campus,id est, quasi ager floridus & frugifer:uel etiam ut radix in terra sitiente, irrigante nos scilicet diuinis & arcanis sermonibus Vnigenæ, in quo omnes thesauri sapientiæ & cognitionis sunt absconditi. Olim enim omnis terra, arida quæpiam & infructuosa uelut terra fuit, & quasi sitiens, & fructus satiuos nõ habens. Sed ubi ditata est à Christo imbre, spirituali uidelicet, & sancti Spiritus subsidio:quasi radix refloruimus,id est,quasi herba pulchra & florida. Siquidem dixit etiam nobis è sanctis prophetis quispiam: Et beatos uos dicent omnes gentes, propterea eritis uos terra spontanea, dicit Dominus omnipotens. Spontaneam uocat fructuosam & feracissimam. Grata enim illa fuit agricolis. Quòd autem spinosa quondam & arida & aqua carens terra, abierit in terram feracissimam, ita ut dies facta fuerit spirituali fœcunditate, declarabit dicens uniuer
Hesa.55 sorum Deus uoce Hesaiæ: Erit, pro stœba crescet cyparissus,pro conyza crescet myrtus.Stœba enim & conyza sunt ex genere spinarum, & semper ea nutrit terra inculta & siticulosa: at D myrtus & cyparissus in hortis excellunt.Extirpata ergo,inquit,spina,odoratissimæ deinde plantæ reflorescent, quando terra sitiens in aquosam uertetur,Deo dicente: Vertam desertum in latices, & sitientem terram in aquæductus. Ponam in terra aquis carente cedrum, & buxum,& myrtum, cyparissum & populum. Annunciauimus itaq; ardentes in ipsum Christum,fore in conspectu ipsius, id est,ab eo conspiciemur,quasi campus, quasi radix, id est, ut herba in terra quãdoq; sitiente,quæ ab eo facta est aquosa.

NON *est species ei neq; gloria, & uidimus eum,& non habebat speciem neq; decorem. Sed species ei fuit inhonorata, & despectior omnibus hominibus.* ] Quid ergo in his uerbis dicit propheta? aut quem his dictis sensum accommodabimus? Age rursus consideremus, quoad licet. Confessus enim est, Et annunciauimus, id est, planè ac plenè prædiximus, uenturum suo tempore.. Sed forassis dixerit quispiam ad hæc, Quid ergo? Venit ne de cœlo Deus Verbum, diuina ornatus gloria? Num etiam inaccessa luce collucens, terræ incolis apparuit? Num facies eius conspici non poterat, propter gloriæ præstantiam? Siquidem cùm species ignis descendit in montem Sina, tenebræ erant, & caligo, & procella, & ignis ab alto emicans,ac fumi,aliaq; complura uidere licuit,quæ timorem & trepidationem summam incusserunt, ita ut aspectus esset intolerandus spectantibus. Nam rogarunt sequestrem Israelitæ, dicentes optimo Mosi: Alloquere tu nos, & ne alloquatur B nos Deus, ne moriamur. Non igitur mirum, inquit,si uos prædixeritis, apparuitq; illa terræ habitatoribus non spectanda gloria præditus, nec cuiquam erat tolerabilis. Quid ergo prophetæ? Audacter obuiam eunt,& dicunt: Non abs re, non sine causa hæc fuit incredulitas & defectio. Non est species ei neq; gloria. Non enim, inquit, in specie fuit & gloria diuina. Exinaniuit enim sese,in similitudine hominum constitutus,& habitu repertus ut homo,deiecit seipsum. Hæc autem dicimus,nõ sola auditione hanc traditionem habentes,sed eum qui prædicatur,ipsis oculis contemplati. Vidimus eum, nec habebat speciem,nec decorẽ, decorem, inquam, diuinũ. C Sed species eius inhonorata. Pauca eñ,& abiecta & inhonorata sunt omnino humana. Quẽad modum quo ad diuinam & supremam excellentiam & illustrem decorem naturæ omnia superantis, dictus est formosus pulchritudine præ filijs. Addit adhuc maius: Despectior omnibus hominibus,uidelicet species eius.Perinde est ac si dicerent: Videre est quosdã inter homines,dignitatis quodam splendore fulgentes, diuitiarũ quasi satellitio ac comitatu elatos & amplos,uel alio modo in terrena dignitate constitutos. Sed non inter hos erat Emmanuel, at in humili & abiecto ordine,ita ut alijs hominibus inferior uideatur. Et quidem uera est oratio.Non enim ex sancta Virgine matre diuite ortus est,sed in omni humilitatis genere uersatus est, ut quod humile est eueheret,& quod inhonoratum est,redderet æmulandum. Alioquí Deus & Dominus & rex uniuersorum, quo splendore humano indigebat.

HOMO *in plaga existens, & sciens ferre infirmitatem, quia aversa est facies eius,contempta est,& non reputata.* ] Cùm dixissent: Vidimus eum, & non habebat speciem neq; decorem: quo in statu & habitu & facie illum quem prædicant uiderint, aperte exponunt. Similis enim est, inquiunt,homini plaga affecto, generosè tamen ferenti infirmitatem,id est, afflictionem, uel hoc quòd malè pateretur.tristem enim forassis Seruatoris uultum conspicati sunt, ut qui turbatus fuerit quasi & consternatus: scilicet iamiam in ligno mortem passurus. quando etiã alicubi: Nunc anima mea
Marc.14 turbata est. alibi rursus: Tristis ualde est anima mea usq; ad mortem.Ecquid dicam? Pater serua me ab hac hora: sed ideo ueni in hanc horam. Dixit etiã quidam è sanctis Euangelistis,appropinquante tempore passionis, cœpisse eum tristari & dolore confici. Etenim licet natura Deus esset unigena patris Sermo, in quẽ nec perturbationes,nec tristitia,nec omnino aliud quicquam eiusmodi cadebat,ad nostram tamen naturam se accommodauit, & se non omni angore uacuum ostendit ingruente tentatione,per omnia se nostri similem esse declarans, non,ut quibusdã placet, umbram & spectrum in terra uisum esse, sed hominẽ reuera extitisse. Auersa est, inquit, facies eius. Auersa,pro,confusa est.Contempta & B non reputata. Pilatus enim misit Iesum ad Herodem:at ille,inquit,eum nihili factum remisit.Nõ enim reputauit esse Iesum. Contempta quoq; erat eius facies, coniectis scilicet in eum sputis,&
Pilati militibus eum pulsantibus ac dicentibus:
Luc.22 Vaticinare nobis Christe, quis est qui te percussit? Contemptus est alio quoq; modo,uerbera ac supplicia subiens, & ministrorum alapas. Siquidem dixit uoce Hesaiæ: Tergum meum obieci uerberibus,maxillas meas alapis.Faciem autem meam non auerti à dedecore sputorum. Videntur ergo, ut dixi, diuini prophetæ per uisionem, scilicet per Spiritum sanctũ,uidere filium: uel faciem eius,à tristitia humana minimè liberam,instante nimirũ tempore, quo eum pati oportuit: C ut morte propriæ carnis,mortẽ aboleret,& mundi peccatum tolleret.

HIC *peccata nostra fert, & pro nobis dolet. Et nos putauimus illum in labore esse,& in plaga,& in afflictione. at ipse uulneratus est propter peccata nostra, & infirmus factus est propter iniquitates nostras. Disciplina pacis nostræ super eum: ubice eius nos sanati sumus. Omnes ut oues errauimus. Homo uia sua errauit, & Dominus tradidit eum iniquitatibus nostris.* ] Subiuit crucem,ignominia contempta,Dominus noster Iesus Christus, & factus est obediens patri usq; ad mortem, & ludæorum impietatem sustinuit,ut, quemadmodum iam dixi, mundi peccatum auferret,cùm nihil ad hoc legalis litera uel legis cultus conduceret. Nec enim possibile erat sanguinem taurorum & hircorum auferre peccata. Ex- D tra portam passus est, ut, sicuti Paulus ait, proprio sanguine populum sanctificaret. Passus est enim non pro seipso,id enim longè abest à uero, sed pro tota sub cœli complexu terra. Et testificabitur etiam Paulus sapientissimus,scribens de
Rom.8 Deo & patre: Proprio filio non pepercit,sed pro nobis omnibus tradidit eum,ut & cum ipso omnia nobis donaret. Ipse item dicit per lyrã Psallentis, ad patrem & Deum in cœlis: Sacrificium &
Psal.39 oblationem noluisti: corpus autem adaptasti mihi. Holocausta & de peccato non accepisti. tunc dixi: Ecce uenio. In capite libri scriptum est de me,ut facerem,ô Deus,uoluntatem tuam uolui. Nam cùm legis cultus ad rollendum peccata terræ incolis parum prodesset: non enim Deo placebant boum mactationes, & ouium laniena: seipsum in odorem bonæ fragrantiæ pro nobis obtulit, agnus uerus, qui tollit peccatum mundi: deinde carnis morte perpessa,totũ orbem sub cœli cõplexu liberauit, & à morte & à peccato. Vnus enim instar omnium passus est pro omnibus,ut omniũ dominaretur & regnaret. Confirmabit etiã iterum Paulus,scribens: Propter hoc 2.Cor.5 Christus mortuus est & uixit,ut & mortuis & uiuis imperitaret.Et iterum: Vnus pro nobis mortuus est,ut qui uiuunt, non iam sibi uiuant,sed ei qui pro ipsis mortuus est & excitatus.Rectè igitur inquit propheta:Hic in plaga uersatus,sciens ferre infirmitates, auersam habens faciem, contemptus, & nõ reputatus,nostra peccata fert, & pro nobis dolet,& nos putauimus eum in labore esse, & in plaga, & in afflictione.Specta mihi rursus, quanto artificio, prophetica in hoc loco progrediatur oratio. Fingitur enim persona eorum qui Christi ignorabant mysteriũ, qui existimabant ideo eum passum esse,ut suorũ peccatorum pœnas solueret. Putauimus enim eum esse in labore, & in plaga, inquit, & in afflictione: id est,diuinitùs ei hoc contigisse arbitrati sumus ut pateretur,propter aliqua peccata,& hac de causa,ut in labore, & in plaga,& in afflictione uersaretur.At sic res nequaquam se habet: sed uulneratus est propter peccata nostra, & infirmus factus est propter iniquitates nostras. Alias deinde rationes reddit, unde perspicuum est, nostræ salutis & uitę causa eum passum fuisse,qui peccatum non nouit. Olim enim odijs & simultate à Deo dissidebamus, sacrosanctis eius repugnantes legibus, & obedientiæ iugo non subiecti, ac ei seruire renuentes. Sed erat,inquit,necesse,uerbere castigari nos, qui eò audaciæ prolapsi eramus, ut à uitijs recedentes, inimicitiam dirimeremus, pacemq; cum Deo iniremus, submittendo ei ceruicem,& id quod ei placet efficiendo. Sed hæc,inquit,disciplina,quę inferenda erat potius peccantibus, ut Deo bellum inferre desinerent, in ipsum deuenit.Idq;,opinor,est:Disciplina pacis nostrę super eum.Sed planius horum uerborum sensum exponit, mox subiungens: Vibice eius nos sanati sumus. Passus eñ est, ut dixi, pro nobis.Omnes nos eñ ut oues errauimus, quisq; uia sua errauit, & Dominus eum tradidit pro nostris peccatis. Itaq; errauimus nos, à Deo uiuente defecimus, uoluptates nostras consectantes. Atqui uniuersorum Dominus,id est, Deus & pater,propter peccata nostra tradidit eum,ut nos à pœna absolueret,credentesq; cõseruaret. Quod non ignorans Christus ipse ait: Sic enim dilexit Ioan.3 Deus mundũ, ut filium suum unigenã daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam.

ET *ipse propter afflictionem, non aperit os suum. Sicut ouis ad mactationem ductus est, & sicut agnus coram tondente ipsum mutus, sic non aperit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est. Generationem eius quis enarrabit? Quia tollitur de terra uita eius, ab iniquitatibus populi mei ductus est ad*



mortem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*mortem.*] Perspicua est sanè horum uerborum sententia, at à nobis singula particulatim dicentur: ne quid fortè ulli obscurum esse uideatur. Iudicatus est enim Dominus noster Iesus Christus, à præfectis Iudæorum. Prodierunt deinde in medium quidam calumniantes eum, & quædam ab eo contra diuinam maiestatē dicta esse affirmantes. Sed ad hæc nihil respondit Christus: ut qui norit defensionem omnino nihil profuturā. Ab inimicis enim iudicio accersitus est. Nam inflammatiore in illum animi impetu usuros, si Dei filium se esse diceret, & orbis terrārum Seruatorē ac Redemptorē, minimè ignorabat. Tacuit igitur tum apud eos, tum apud Pilatum iudicatus: & pauca ac uix loquutus est, ne ullā peccati ansam illis præberet. Immitis enim & impius Caiphas interrogauit, dicens: Adiuro te per Deum uiuentem, ut nobis dicas, sis ne tu Christus filius Dei? Ad quod ille continuò: Modo uidebitis filium hominis, sedentem à dextris potestatis, & uenientem in nubibus cœlestibus. Interrogauit etiam Pilatus, an esset rex Israel. Ad hæc Christus: Tu dixisti hoc. Hinc Iudæorum dementiæ consensit Pilatus, & flagellatū Iesum, iussit milites suos inter latrones abducere, ut in cruce mortem pateretur. Verum igitur est, sicuti dicit propheta: Propter afflictionem non aperit os. Infinita enim passus, postquam comprehensus est, & cōtumelias subiens & sputa, & impiorum ministrorum alapas, aliaq; quibus uerisimile est afflictum offendi posse, ad Pilatum adductus est. At propter afflictionem, inquit, nō aperit os: sed uelut ouis ad mactationem ductus est, & uelut agnus coram tondente, mutus. Ad tondendum enim suo tempore adducuntur oues, & pastores illis nouaculas admouēt. Quæ etsi patiantur, interdum etiā gladio pelles attingente, mœrent, ferunt & silent, & in eos qui hoc faciunt non insiliunt. Ita Christus conuiciis appetitus, conuicia non regessit, patiens non minatus est, sed iustè iudicanti rem commisit. Verum igitur est, In humilitate iudicium eius sublatum est. Quia enim illis usus est contemptibilis quispiam, & ualde demissus, facillimū calculum, seu iudiciū in eum proferunt. Quod quidem faciunt iudices quidā, qui exactæ sententiæ & ueritatis parum admodum pensi habēt, & qui ex persona potius quàm ex factis iudicant. Si enim qui in iudicium uocatur, sit aliquis in mundo illustris, exacti & acres inquisitores esse comperiuntur, & tum etiam fortassis ueritati repugnantes, undecunq; subsidij genera & auxilij conantur excogitare. Sed ignobili quopiam adducto, tunc tunc præcipites, audaces & sine cunctatione omni, in extremis angustijs contra eum ferunt sententiam. Sublatum est ergo iudiciū eius in humilitate, inquit. Quoniam igitur uisus est quibusdam apud Iudæos uel iudicibus planè humilis, propheta animo contemplatus nobilitatis quæ in illo erat amplitudinem, & quòd Deus fuerit in specie nostra, uisus terræ incolis: tantùm non capite moto deplorat eos, qui iudicium in eum statuerūt, & inquit: Generationem eius quis enarrabit? Non etenim, inquit, ut putatis, contra plebeium & uilem hominem duri & iniqui iudices extitistis: sed in eum potius, cuius generationem uel ortum nulla uobis explicare potest oratio. Dupliciter autē hoc intelliges. Natus est enim ex Deo & Patre, Deus Sermo: & natiuitatis modus nec oratione ualet, nec intelligentia comprehendi. Non enim corporaliter genitus est, sed ut naturæ sub intelligentiam cadenti & incorporeę conuenit. Lux enim resplenduit de luce, & uita ex uita ortus est. Et genitum esse uerè, ex substantia Dei ac Patris, indubiè credimus: at quomodo, non est facultatis nostræ, uel exprimere, uel cogitare. Sed cùm esset natura Deus, se ipse demisit, ut propter nos exinanitionem pateretur, ac seruī formam sumpsit, & nasci de muliere secundum carnem sustinuit, non humanæ tamen natiuitatis leges sequutus. Non enim ex uiro & muliere processus erat: sed mysticus potius & peregrinus, & supra nos, ac propè inenarrabilis. Dictum enim est sanctæ Virgini: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus Altissimi inumbrabit te. Ideo quod natum est sanctum, uocabitur filius Dei. Quoniam uerò supra naturæ nostræ conditionē hoc carnalis natiuitatis eius mysterium factū esse creditur, propterea dicit prophetа: Generationem eius quis enarrabit? Quia tollitur de terra uita eius. Tollitur, dicit, pro, attollitur, & uita eius terrenis hominibus est sublimior, id est, cōuersatio & eius in carne uita. Solus enim ex omnibus & si nostræ cōditionis homo uisus sit, non patrauit peccatum, neq; inuentus est dolus in ore eius, cùm mortalium in terra nemo hoc perfecerit. Nec enim inter nos quisquam est omnino qui reprehensione caret. Tollitur etiam alio modo, & supra omnes mortales est uita, id est, Vnigenæ essentia, quando extra carnem intelligitur, & antequā factus sit homo nostri similis. Cuius igitur generatio carnalis omnem opinionem & naturā superat: huius etiam uita & uiuendi institutū ac ratio mortalium hominum mensuram excedit & longè præeminet. Cæterùm perinde quasi contra hæc diceret quispiam: Quomodo qui peccatum non nouit, sententiæ mortis subiectus est? & cum iniquis reputatus est? cōdemnatus est enim ut peccator, propemodum occurrit Deus & Pater, & inquit: Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Vel enim hoc dicit: Pro peccato populi mei, uolens mortis sententiā subijt: uel illud fortassis: Quia nimirum, inquit, iniquissimi extiterunt hi qui populo meo accensi sunt: propterea eorum crudelitatis & cædis laquei in illum deuenerūt, itaq; ad mortem ductus est. Verum omnino est & hoc & illud. Mortuus enim est, ut mortalium aboleret peccatum, & unà cum eo mortem exilio enatam deleret. Mortuus est alio modo etiā, Iudæis in illū iniquè agentibus. Etsi enim agnouerūt eum esse hæredē, apud se dixerūt: Venite, occi-



occidamus eum, & hæreditatem eius nobis occupemus.

ET *dabo improbos pro sepultura eius, & diuites pro morte eius.*] Videtur in his uerbis illud uelle significare, & id uerum esse ostēdere, quod iam diximus, eo q; impij admodū & iniquissimi fuerant, qui populo Dei accēli erāt, propterea Christum esse ad mortē abreptum. Nam inquit, quandoquidē impiè in illū debacchati sunt, & principē uitę interfecerunt, incōsideratè impietatē in eum etiā qui seruat exercentes: hinc & quidē ualde meritò improbos & diuites, inquit, pro sepultura eius & pro morte eius, dabo in manus hostiū. Duobus enim modis deliquerunt Iudæi, tum q; interfecerint Dominū: tum q; eius sepulturā calumniati fuerint. Quo aūt modo, dicemus. Sepultus est enim postquàm carnis mortē subijsset, & tamē tertio die reuixit, terræmotu quodā excitato in monumento, adeò ut milites custodientes rem sentirent, & ad Iudæorum præfectos irent, eamq; nunciarent, ipsamq; resurrectionē. Hi uerò, sicuti Euangelista refert, argenteos multos dederunt militibus, ut dicerent discipulos eius uenisse noctu, eumq; surripuisse. Estq; hic sermo diuulgatus apud Iudæos ad hodiernum usq; diē. Itaq; ob hæc duo scelera accusat eos qui impiè præuaricati sunt, Deus & Pater: & eos malos appellat & diuites. Malos, ut qui calumniati fuerint, & frigidis de causis Iesum occiderint: diuites aūt, q; pecunia persuaserint Pilati satellitibus, uenerandum & magnum Resurrectionis mysterium calūniari. Est etiam uerisimile alio modo eos dictos esse diuites: nimirum subinnuit & tacitè sugillat hæc oratio, hac de causa eos insidias struxisse Christo, quò diuitias habere possent iniquè coacerua tas, è nō rectè iudicando, & quos possunt auarè spoliando. Dixit nimirum de illis uoce Hesaiæ: Principes tui nō obediunt, socij sunt furū, diligūt munera, cōsectantur præmium, pupillis nō iudicant, & iudiciū uiduæ non attēdunt. Voluerunt etiā sermonem fidei non recipi, cogitātes, cessante legali cultu, se debere quæstub. & emolumentis sacerdotij excidere. Receperunt enim primitias, & decimas, & minutissima quæq; exactè ac præcisè collegerūt. Siquidē hoc illis probro dedit Christus dicens: Vę uobis Scribæ & Pharisęi hypocritæ, quia decimatis mentham, & anethū, & cuminū, & quæ grauiora legis sunt omisistis, iudicium, & misericordiam, & fidem. Conuicti sunt etiam ut auari, alio quoq; nomine. Nam, ut suprà dixi, domínicam sortē ad se transferentes, Domino uineæ insidias compararunt. Quòd autem iusto iudicio dederit Deus malos & diuites, pro morte & sepultura Christi: apertè demonstrat, mox inferens:

QVIA *iniquitatem non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.*] Quæ ergo oratio Iudæis patrocinabitur, in die iudicij? Deus enim & Pater, apertè testatus est de filio, eum esse culpa uacuum. Nec enim inuentus est dolus, id est, mendaciū in ore eius, nec fecit iniquitatem. Itaq; nec facto nec dicto legis trāsgressor erat, & ad culmē omnis puritatis peruenit. At isti mentiti sunt, & testimoniū tulerunt contra illum, dicentes Pilato, nunc: Hic concitat populum, & uetat dare tributa Cæsari. nunc rursus: Si hic maleficus non fuisset, eum tibi nō tradidissemus. Cōtranituntur igitur testimonio Patris, irreprehensibilē illū & iustū, criminibus nō ueris arcessentes. Hāc ob rē traditi sunt hostibus. *Ioan. 18*

QVIA *uult Dominus purgare eum à plaga.*] Etenim si qui in illum debacchati sunt, pœnas nō luissent: uerisimile est quosdam suspicaturos & dicturos, sancto iudicio & calculo Christū fuisse condemnatum, ut qui reus fuerit criminis quod ei impingebatur. Illato aūt supplicio, & debita pœna illis irrogata qui in eum impij fuerūt, à plaga purgat. Nō eīm iratus est Deus, nec suū populū despexit, nec eū in extremis malis deseruit: nisi Sanctū & Iustū negarint, eū calumnijs insectantes, & ligno affigentes, & omni inhumanitate immaniores.

SI *detis pro peccato, anima uestra uidebit semen longæuū. Et uult Dominus auferre laborem animæ eius, ostendere ei lumen, & formare intelligentia, iustificare iustū, bene seruientem multis, & peccata eorū ipse remittet. Quapropter ipse possidebit multos, & fortiū diuidet spolia: pro eo quòd tradita est in mortē anima eius, & inter iniquos reputatus est, & ipse peccata multorum tulit, & propter peccata eorum traditus est.*] Israelitis accusatis, ut qui iniustè occiderunt uitæ choragum & largitorē, omniumq; salutis dispensatorē: ad gentiū congregationē conuertit orationē, & eā sic affatur: Si detis pro peccato, anima uestra uidebit semen longæuū. Perinde est ac si apertè dicat: Posuit prò nobis animā suā Christus: sanguine proprio nos redemit, ignominia contempta crucem subijt, ut nobis salutē procuraret. Si ergo uos reddere uices uelitis, si debiti loco quasi obedientiā reposueritis, eiusq; iugo ceruicē subiecerītis: tūc anima uestra semen longæuum uidebit, id est, soboli eorū eritis, qui ad longā uitā reseruantur, sanctorū uidelicet, qui æternæ uitæ spe locupletati sunt. Nulla eīm apud Græcos erat mortuorū resurrectiōis ratio, nulla cura: sed nec adhuc fides adhibetur mysterio, imò tantùm nō dictitāt, fumū esse flatum hūc in naribus nostris, quo extincto, omnia in cinerem recidūt, & hic spiritus tanquā inanis aer diffundetur. Cæterùm apud Ecclesiæ alumnos, spes incōcussa est resurrectio dormientium. idq; promittit Deus Gentibus, siquidē uoluerint retributionē animarū suarū offerre Christo, propter eorū peccatum passuro. Debitū autē nostrum cuiusmodi sit, declarabit Paulus, dicēs: Vnus enim pro nobis mortuus est, ut qui uiuūt, non amplius sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & excitatus. Debemus ergo illi nostrā uitam. Ideoq; dicit: Si quis uelit post me uenire, neget semetipsum, & tollat crucē suam, & sequatur me. At qui se negat, nō iā uitam uiuet uoluptuariā, sed eā quæ Christi esse intelligatur, id est, sanctā & irreprehensibilē: quēadmodum certè diuinus Paulus, qui diserte scripsit: Ego eīm per legē legi mortuus sum, ut Deo uiuā, cū Christo crucifixus sum. Viuo aūt non iā ego, sed uiuit in me Christus. *2. Cor. 5* *Matth. 16* *Gal. 2*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Christus. Quòd uerò nunc in carne uiuo, fide uiuo, fide, inquã, filij Dei, qui dilexit me, & tradidit seipsum pro me. Non repudio gratiã Dei. Vide ergo quo pacto se dederit pro peccato, cõsecrãs quasi ei q pro ipso passus est, suã uitã. Audiuimus eñ Christũ dicentẽ suis familiaribus: Qui diligit patrẽ uel matrẽ supra me, non est me dignus. Et qui diligit filiũ uel filiam supra me, nõ est me dignus. Etenim mater & pater, principiũ & causa ei extiterunt, corporalis essentię. Vniuersorũ aũt Deus & Pater, morte detẽtos, & instar herbarũ marcidos, ad immortalitatẽ per Christũ in Spiritu regenerauit, fortioresq; reddidit quàm ut corrumpi possent, & diuturna atq; infinita uita coronauit. Itaq; hac erga illũ charitate non sine causa inferior est, illa in parentes reuerentia. An Christum tota anima & corde diligere, & nutibus ac sacrosanctis oraculis obsequi, hoc est dare pro peccato, si fidem in illũ rectã & inculpatam retineat? Videbit ergo, inquit, anima uestra semẽ lõgæuum. Vult enim Dominus auferre laborẽ animæ eius, & ei lucẽ ostendere, ac formare intelligentia. Valde eñ tristis erat, ante preciosam crucẽ, usq; ad mortẽ. Sic nanq; à sanctis Euãgelistis scriptum est. Postquam uerò calcatis inferis, tertio die reuixerat, moxq; contuitus esset hominis naturam in seipso transformatã ad immortalitatẽ, & Dei ac Patris beneuolentiã, per uniuersam iam terrã amplificari, ac gentium multitudinem uelle collustrare, & à pristino ac simul cum ipsis enutrito errore abduci, & ad agnitionẽ sui ac patris uocari: abiecit passionis laborẽ, & uictoriam dedit bene sentientibus. Simul enim atq; è mortuis excitatus est, et quia bonus est, ualde de mũdi salute ac uita gauisus, sanctis discipulis dixit:

Matth. 28 Data mihi est omnis potestas & in cœlo et in terra. Ite, docete omnes gentes: baptizantes eos in nomen Patris & Filij & Sancti spiritus. Si ergo dederitis pro peccato, eritis etiã ipsi, lõginqui seminis, uidelicet sanctorũ participes. Vult enim Deus & Pater, auferre laborẽ animæ eius, scilicet Christi, id est, crucis tristitiam cõmutare gaudio: mõstrando illi, translatos in lucẽ, qui quondam erant tenebræ, id est, qui quondã errauerũt: quibus etiã sapientissimus Paulus in epistola scribit, dicens: Qui quondã tenebræ, nũc aũt lux in Domino. Vult formare intelligentia. Quid aũt hoc

2. Cor. 3 sit, docebit sapientissimus Paulus, cùm dicit: Nos eñ omnes retecta facie gloriã Dñi speculantes, ad eandẽ imaginẽ trãsformamur, à gloria in gloriã, tanquã à Dñi Spiritu. Qui enim uersantur in peccatis, & creaturã præ Creatore colunt: deforme habẽt cor quodãmodo, & animũ fœdissimũ.

Hier. 22 Ad quendã enim dictũ est uoce Hieremiæ: Ecce nõ sunt oculi tui, nec cor tuũ pulchrũ. Sed cùm fidem in Christũ amplectuntur, transformãtur intelligibiliter ad diuinã eius & excellentẽ pulchritudinem. Scribit enimuerò ad quosdam sapien-

Gal. 4 tissimus Paulus: Filioli, quos iterum parturio, quoad formetur in uobis Christus. Vult autem Deus & Pater intelligentia, id est, sua sapientia, diuina scilicet, eos qui in ipsum credũt formare, ipsiq; cõformes reddere per sanctificationem in spiritu. Nã inquit: Quos nouit, & præfiniuit, cõformes imagini filij sui, hos & uocauit. Et condidisse dicitur Deus in unũ nouũ hominẽ duos populos. Vultq;, opinor, Deus & Pater iustificare iustum bene seruientem multis, & peccata eorũ ipse remittet. Iustus autem bene seruiens multis, non alius, ut arbitror, quisquam intelligi potest, præter Dominum nostrum Iesum Christum. Nõ enim uenit ut ei ministretur, sicuti ipse ait, sed ut ministret potius, humanitatis etiam dispensatione & ministerio. Hinc uisum est beato Paulo eũ diaconum seu ministrum dicere. Ait enim de lege & nouo Testamento: Si enim ministeriũ condemnationis gloria, (gloriosa enim facta erat Moysis persona,) multo magis excellit ministerium iustitiæ in gloria. Iustus igitur & irreprehensibilis Christus, bene seruiens multis. Formã eñ serui accepit Deus Verbũ, non ut propriam ipse naturam adiuuaret, sed nobis hoc donans, & ueluti quodã in nos fungens ministerio, quo etiam seruati sumus. Iustificatur aũtẽ, dum eam suspicionẽ amolitur, qua malus esse, & iustè mortẽ in ligno passus uidebatur: tũq; pœnas soluerint suæ in illũ impietatis Israelitæ, tum quia dominetur orbi terrarum, & omnibus ad eũ accurrentibus gentibus. Quòd enim potens ministeriũ habeat hæc humanitatis ratio, ostendit cùm ait: Et ipse peccata eorum remittet. Vt enim peccatum auferet mundo, ipse in se illud assumpsit, & unus p omnib. mortuus est, omniũ instar: propterea seruiuit multis. Cùm dicit, Multis, Gẽtes significat. Vna enim gens erat Israel. Quia uerò, inquit, ipse peccata eorũ tulit, propterea multos possidebit, & fortium diuidet spolia. Hic multos intelliges eos ex gẽtibus: infinitis enim partibus plures erant quàm Israelitæ. Fortes, uel sanctos Apostolos, uel etiã omnes simpliciter in Christo potentes, & uirilitate spirituali præditos: quibus ueluti Satanã uincẽtib. distribuit spolia. Dispartitur enim illis uelut diuite manu, spiritualiũ donorum subsidia. Alij enim, inquit, datus est per Spiritum sermo sapientiæ, alij, sermo cognitionis, & p phetiæ, & discretiones spirituũ, & dona sanationum. Sermonis aũt potentiã sanctis Apostolis tribuimus, illudq; dicimus: fuisse creaturã uelut Satanæ oẽs Gẽtes. Sed diuisit eos sanctis mystagogis is qui multos possedit. Alij eñ à diuino Petro uocati sunt ad agnitionẽ omnium Seruatoris nostri Christi: alij per mystagogiã Pauli, uel alterius ex iuspiam sanctorũ Apostolorũ, ad ueritatis lucẽ il laqueati & inescati sunt. Diuisit ergo illis Seruator quasi spolia quædã, id est, belli prędas, eorum qui quondã errarũt, cõuersionẽ & uocationẽ. Oportuisse aũt eum, qui pro omnibus mortuus est, omniũ conspici Dominum, persuadet, inquiens: Pro eo quòd tradita est in mortem anima eius, et inter iniquos reputatus est. Et ipse peccata multorum tulit, & propter iniquitates eorum traditus est.

CYRILLI



# CYRILLI COMMENTARIORVM IN HESAIAM

*Libri quinti,*

*Tomus secundus.*

## CAP. LIIII.

LAETARE *sterilis, quæ nõ parturis, erumpe & clama quæ non parturis, quia plures filij desertæ, quàm habẽtis uirum. Dixit enim Dominus: Dilata locũ tentorij tui, & tabernaculorũ tuorum, fige, ne parcas. Protẽde funiculos tuos, & clauos tuos corrobora, adhuc & in dextris et in sinistris expande. Et semen tuum gentes hæreditarió possidebit, & ciuitates uastatas inhabitabit.*] Exposito pulcherrimè, quemadmodum preciosam pro nobis crucẽ, & mactationẽ pro mundo uerus agnus, id est, Christus tulerit: & prædicto etiã, eum multos possessurũ: prophetiæ orationẽ ad eos iam qui illi in sortẽ à Deo dati sunt, id est, Gentes, cõuertit. Hoc enim etiã ipse

Psal. 2 filius Lyra psallẽtis proclamauit ante, dicẽs: Dñs dixit mihi: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã, & possessionẽ tuã terminos terræ. Multos eos esse dicit. Multò eñ frequentiores & numero plures, illi ex Gentibus intelligi possunt esse, cõparatione eorũ qui sunt ex sanguine Israel, qui p una sola gente habentur. Mulieri sterili & abiectæ, uiro scilicet destitutæ cõparare dignat Gẽtiũ multitudinẽ, eamq; alloquitur: Lætare sterilis quę nõ paris. Sed dixerit illud fortasse quispiã: Cur Gentium multitudinẽ, seu ex Gentibus congregatã Ecclesiã, sterilem nominat? cùm in superiori oratione significatum sit, longè plures fuisse errãtes, & creaturã præ Creatore colentes, quàm fuerint redempti per Mosem, & propterea in sorte diuina numerati? Quando enim, inquit, diuisit Altissimus Gentes, & dispersit filios Adã, statuit fines Gentium pro numero angelorum Dei, & portio Domini erat populus eius Iacob, funiculus hæreditatis eius Israel. Quomodo igitur sterilis est, adeò liberis fœcunda, & quasi feracissima? Nullus scilicet fuit apud eos, qui uniuersorũ Deum ignorabant, propter cognitionem et uirtutem in filijs Dei numerandus. Præterea etiam non erat apud eos per aquã & spiritũ regeneratio: sed ex semine erant corrupto, corrupti & terreni, & sicuti Psalmodus ait: A uulua abalienati sunt, à coniunctione cum Deo, et ab ipso utero errauerunt: utpote ex peccatoribus peccatores, & idololatræ, & spem non habentes, sicuti dicit sapientissimus Paulus. Erat ergo in Deo omnium sterilis, nullũ pariens qui deberet aut posset in filijs Dei reputari & recenseri propter fidẽ & uirtutẽ. Sed ecce iussum est, erumpere & clamare. Solent autem id facere mulieres quæ in sede sunt, & pariunt: quas aiunt excitare obstetrices, intenta & alta uoce exclamare, quò infans è matrice extrahatur, uisceribus ad clamorem dilatatis. Hoc opinor, est: Erumpe & clama. Incipe, inquit, párere, & quasi parturiens multos, parientibus conuenientem semper clamorẽ subinde ede, tanquã mater futura innumerabilium populorum: uoluptatẽ percipe spiritualẽ. Declarãs uerò huius dicti sensum, uniuersorum Deus, infert, dicens: Quia plures filij desertæ, quàm habentis uirum. Familiare est igitur scripturæ diuinitùs inspiratæ, desertam appellare uiduã. Vidua aũt fuit gentium multitudo. Non enim quicquam ei cõmercij fuit cũ Sermone, cum Sermone, inquã, omnis ueræ cognitionis & studiorum ad pietatem pertinentiũ fatore: quẽ si quis quasi agricolã omnis creaturę ratione predite dicat, à uero neutiquam aberrabit. Per ipsum eñ omnis fructificatio spiritualis, tũ in sanctis angelis, tũ in nobis ipsis insita est. Itaq; ante Seruatoris aduentũ uidua erat, et sterilis, ob eamq; causam orba liberis. Sed postquã per fidẽ cœlestem spõsum acceperat, plures liberos suscepit, quàm ea quæ uirum habuit, id est, Iudæorum synagoga: quã Deus adduxit per sapientissimũ Mosem, ad coniunctionẽ spiritualem, quam ueluti cohabitatricem & contubernalẽ secit, ac multorum liberorũ matrem & nutricẽ. Sed hæc liberis aucta est, per Christum, et sicuti propheta Hieremias ait, multos habet liberos. Plures enim, ut dixi, eius, quæ quondam sterilis erat filij sunt, cui & illud dicit: Dilata locum tentorij tui, & tabernaculorum tuorum. Nam quia bona & numerosa sobole præter opinionẽ prædita fuit, accepto de cœlo Sermone siue Sponso, necessariò iubetur tabernacula sua in latitudinẽ & longitudinẽ extendere, & clauos figere, ut inconcussam Ecclesiæ gentium basim inde intelligas. Protendere funiculos, spacioſam & incomparabiliter diuitem sanctarum Ecclesiarum amplitudinem subindicat, etiamsi primum tentorium omnino parvum fuerit, et atria habuerit angustissima. Verum tamen uel in illo opificio, uidere licet tanquã in figura ac typo descriptam Ecclesiæ gentium latitudinem, longitudinẽ, & laxitatẽ. Nam circa decem * aulæas ex pellibus cilicinis confectas, * aulæ positæ erãt undiq; quatuor, ueluti singulas oris partes secantes, longitudine centum, latitudine quinquaginta. Propterea dicit: Adhuc in dextris & in sinistris expãde, id est, undiquaq; funicul. * i amplientur. Plenus est sanctarum Ecclesiarum orbis terrarum: etenim sunt quoq; bene magnæ, spacioſæ & bene lõgę undiq; & pulcherrimæ. Sic enim dicit uniuersorũ Deus, tẽplo Hierosolymitano extructo, post primum manib. Assyriorum exustũ: Quis ex uobis est, qui uidit domũ hãc in gloria sua priore? Et qũo nunc, inquit, uidetis ipsam, quasi nõ esset in oculis uestris? Vi

Agg. 2 uo ego, dicit Dominus: Quia maior erit gloria domus huius ultimæ, quàm primæ, dicit Dominus omnipotens. Nam templo quod Hierosolymis fuit multò plura & opulentiora per uniuersum orbẽ terrarum ædificata sunt templa, id est, Ecclesiæ, habentes altare in gloriã Christi, augustum. Dilata igitur, inquit, locũ tentorij tui, & tabernaculorũ tuorũ. Semen eñ tuũ Gẽtes possi-

* αὐλαίας, *lintea aut cortinæ.*

* αὐλὰι, *locus obscurus, & ni fallor, corruptus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



debit,& ciuitates uaſtatas inhabitabis. Plurimorum nanq; uirorum ſanctorum & bonorum mater ac nutrix Eccleſia gentiũ fuit,ac multos principes atq; prefectos populorum peperit:adeò ut multis gentibus dominaretur, eo q illibatũ myſtagogiæ ſermonem tradere potuit, & artificio paſcendi nõ caruit.Quibus etiã ipſe Seruator, ut qui laudatã & probatã uitã traduxerant, ſortem promittit, & in omne tempus futurum imperiũ populorum. Etenim in talentorum diſtributione, his qui duplicatum attulerũt quod datũ erat: Supra decẽ ciuitates eris, inquit. Alteri: Eris ſupra quinq; ciuitates. Semẽ ergo tuũ hæreditariò poſſidebit gentes.Conuenire poteſt hoc, uti iam dixi,præfectis Eccleſiarũ: qui etiam præ magno gaudio dicunt:Subiecit populos nobis, & gẽtes pedibus noſtris.Elegit nobis hereditatem ſuam. *Primatus Chriſti ac magiſterium.* Sors enim eſt, quæ ſoli & uerè quadrat Chriſto, maximè præeſſe ac præcipere uniuerſis. Propterea nemini præcepit dicere Rabbi: Vnus em̃ eſt, inquit,præceptor ueſter,Chriſtus. Sed quemadmodum cùm ipſe lux ſit uera,lucem uocauit ſanctos Apoſtolos,& ut ipſe natura et ſolus uere filius, nobis in ipſum credentibus poteſtatẽ dedit Patrẽ uocandi Deũ, utpote qui dignitate ac iure filij locupletamur:ſic etiã ipſe cùm ſit uniuerſorũ præceptor,& ſortitò habeat orbẽ terrarum, hoc dedit ſanctis,eos coronãs ſua gloria, quia ipſius cooperarij & extiterint, & ingenui ac germani populorũ moderatores, multos lucrati fuerint, adductis his per fidẽ, qui creaturam ſupra ipſum coluerunt,& uiã præſtabilis uitæ nõ ignorarunt. Illud uerò:Ciuitates uaſtatas inhabitabis, ſic intelliges.Tanta em̃, inquit, multitudo ſeminis erit,ut ciuitates plenæ habitatoribus,non ſuffecerint,ſed ut uaſtas replere poſsint.

NE *timeas,quòd pudefacta ſis,nec erubeſcas, quòd probrum tibi obijciatur.nam ignominiæ æternæ obliuiſceris, & opprobrij uiduitatis tuæ non recordaberis, quia* Dominus *faciens te,* Dominus Sabaoth *nomen ei,& qui eruit te,ipſe* Deus Iſrael, Deus omnis terræ *uocabitur.* ] Iuſtificati em̃ ſumus in Chriſto, & non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos,ſed ex magna eius miſericordia: nã ſic ſcribit ſapien-
*Tit.3* tiſſimus Paulus: Liberati enim ſumus à tenebris & errore & impietate à patribus tradita, quatenus creaturã præ Creatore coluimus,& gentium grex in nullo nõ uitiorũ genere erat uolutatus.
*Pſal.13* Vt & Pſalmodus ait:Oẽs declinauerũt,ſimul inutiles facti ſunt,nõ erat qui bene faceret,ne unus quidẽ. Quod quidẽ ipſum probro datũ eſt genti bus, error, inquã, & ex errore incõmoda conſequuta. Quid em̃ eſt, quod hominis animã ita turpificatã, & inuenuſtã ac infinitis uitijs implicatã reddit, ut à Deo uiuente deficere, & ſupra illum impuris ſpiritibus ſe proſternere,et in peccati uelut lutũ quoddã ac cœnũ & puteũ deijcere? Sed quid dicit hominũ amans his qui ad remiſſionẽ peccati per fidẽ in ipſum ſcilicet uocati ſunt? Ne timeas, q pudefacta ſis. Nã cùm omnino uelut pater miſereẽ filiorũ,ſic miſertus ſit Dominus timentiũ ſe,& quantũ diſtat Ortus ab Occaſu,lon-

A gè remoueat à nobis peccata noſtra: quidni deceat nos qui quondã lapſi ſumus omnẽ timorem expuere,Deo,gratia obliuionis induſtriæ, iuſtificante, & à ſcelerato,pœnas non exigente? Siquidem Chriſtus dixit aduentus tempus, ad clementiã ſpectare: Nõ enim, inquit, miſit Deus filium ſuũ in mundũ,ut iudicet mundũ,ſed ut per ipſum mundus ſeruet̃.Quare uelut pœna, immunes facti,& delictorum ſuppliciũ non expectãtes, etiã libero ac terrorib. uacuo animo fuimus, nec precedentium opprobriorum meminimus. Vincit ſiquidẽ gratia,quæ iuſtificat impiũ, & omni labe eos,qui miſericordiã conſequuti ſunt,liberat. Vt ſapientiſſimus Paulus ait:Deus eſt qui iuſtificat, *Rom.8* quis eſt qui cõdemnat? &, Dominus eſt qui omB nium obliuiſcitur, quis nobis ſordes erratorũ ignorantia admiſſorũ obijciet? Obliuiſcet̃ itaq;, inquit,ignominiæ ſempiternæ,pro,diuturnæ. Et opprobrij uiduitatis tuæ non recordaberis.Probrũ aũt uiduitatis erat, q gentes nullum genus fructuum olim Deo potuerint edere, eo quo errabant tempore.Nõ enim erat apud eos, ut dixi, è cœlis ſponſus, ſpiritualis fertilitatis dator, qui ſeminum bonorum occaſiones cuiq; animæ inſerit. Siquidem talẽ in Euangelicis parabolis ſe *Matth.13* eſſe oſtẽdit,cùm inquit:Exijt qui ſerit ad ſerendũ ſemẽ ſuũ. Quomodo aũt uiduitatis eius probrũ amouebitur,exponit,dicens: Quia Dñs faciens te,Dominus Sabaoth nomen ei. Faciens, dicit, pro,condens te,& transformans ad aliuſmodi uiC tæ inſtitutum,& ad aliã uitã honeſtã. Tranſmutamur enim in Chriſto, ad nouitatẽ uitæ ſanctæ ac Euangelicæ, ſuboleſcẽtes ad eius formæ pulchritudinem per ſpiritum, ut deinceps nos aliũ uideamur. Dixit nimirũ de Gẽtibus uoce Iezechielis: *Iezech.11* Euellam cor eorũ lapideum à carne eorũ, & dabo illis cor carneũ,ut me cognoſcant, q ego ſim Dominus. Venturam autẽ ætatem & populum creandum,eos ex gentibus, ſæpe nominat diuinus etiã Dauid. Quin & ſapientiſſimus Paulus: Nos omnes,inquit,retecta facie gloriam Domini ſpeculantes, ad ipſam imaginem transformamur,à gloria in gloriam, tanquã à Domini ſpiritu. Cõdidit igit̃ nos Chriſtus ceu duos populos, in unum nouum hominem,faciens pacem, & uD trunq; apud patrẽ reconcilians in uno corpore. Iubemur nimirum ueterẽ hominem exuere, corruptum cupiditatibus erroris: & nouũ induere, qui renouatus eſt ad imaginem eius qui ipſum condidit, Chriſti uidelicet. Ego igitur ſum Dñs Sabaoth faciens te, inquit,id eſt, condens & refingens. Ne aũt quidam propter rei magnificentiã diffiderent, Dominum exercituũ ſeſe iterũ nominat,& utiliter & neceſſariò. Quòd etiã transformationis,ſeu inſtaurationis tempus ſit, declarauit, inquiẽs:Qui eruit te, ipſe Deus Iſrael, Deus omnis terrę uocabitur.At quando hoc effectum eſt? aduentus tempore ſcilicet. Imperitauit enim Chriſtus omnib. gentibus, idq; propheta docet, inquiens: Et eſt Dominus unus, & nomen eius unũ circũcirca in omni terra.Olim em̃ in ſola ludæa



dæa notus erat Deus. At poſteaquam uocata eſt A per fidẽ ad agnitionẽ eius, multitudo Gentium: illi deinde flectit ſe omne genu, & omnis lingua cõfiteat̃,eſſe Dñm Ieſum Chriſtũ,in gloriã Dei patris.Deus igit̃ in omni terra uocabitur, qui eruit nos, & à ſeruitia diaboli exemit, proprijs q ſce-
*Pſal.46* ptris ſubdidit.Idq; docet beatus Dauid,inquiens alicubi: Oẽs gentes plaudite manibus, iubilate Deo Iacob: quia Dñs Altiſsimus terribilis, Rex magnus ſuper omnem terram. Alibi rurſus: Dominus regnauit,exultet terra.

NON *quaſi mulierem derelictã & paruo animo præditã uocauit te Dominus:nec quaſi mulierem à iuuentute odio habitã. Dixit Deus tuus:Tempore modico dereliqui te,& miſericordia magna miſerebor tui.ira breui auerti faciem meã à te, et in miſericordia ſempiterna miſerebor tui,dixit qui eruit te Dominus.* ] Solet B ſcriptura diuinitùs inſpirata,derelictã mulierem, aliquibus de cauſis abiectam appellare: cui lege Moſaica libellus repudij datus eſt, ab eo qui cũ ea cohabitauit: Odio habitã rurſus,de turpitudine & leuitate uitæ inſimulatã. Cui etiã conuenit puſillanimitatis crimen, ut quæ durare non poſſet, & nuptiale iugũ amplecti, ſed ad ea quæ fas non eſt, cõuertitur, & paruiſacit perfunctionem eorum,quæ ad dignitatẽ decusq; pertinẽt. Talis fuit hæc Iudæorum ſynagoga, erga Deũ omniũ rectorem. Adduxit enim eam ad coniunctionẽ ſpiritualẽ, per ſapientiſſimũ Moyſem, etiã cùm uelut mulier quædã ſcortata fuiſſet in Aegypto, eò q eadẽ cum illis ſentiret, & dijs illis ſeruiret, eam tamen tantùm non in domũ recepit. Dein-C de cùm in priſtinas lacunas inſilierat,et denuò in apoſtaſiam recurrere uoluerat (adorauit enim opera manuum ſuarũ,) repulit, & à cõiunctione ſua alienauit, & tanquã mulierẽ quãdã odioſam & paruí animi foras excluſit. Siquidem apud quendã ſanctorum prophetarũ dixit, ad ſangui-
*Oſee 2* ne Iſraelitico oriundos:Litigate cũ matre ueſtra, litigate,quia ipſa non uxor mea, neque ego ſum maritus eius. Auferam ſcortationem eius à facie mea, & adulteriũ eius de medio uberum eius, & interficiam eam ſiti, & filiorum eius non miſerebor,quia filij ſcortationis ſunt: quippe mater eorũ ſcortata eſt, dedecore notata eſt, quæ peperit eos. Cuiuſmodi autẽ fuerit ſcortationis modus, declarauit uoce Iezechielis, dicens: Fili homi-D nis,an non iudicabis Oolam & Olibã,id eſt,Hieruſalẽ,& Samariam? & annunciabis eis iniquitates ſuas? quia meretricatæ ſunt,& ſanguis in manibus earum,& meretricatę ſunt cogitationibus ſuis, & filios ſuos quos mihi genuerũt, ipſæ per ignem traduxerũt. Et hæc fecerunt mihi: Sancta mea polluerunt,ſabbata mea prophanarũ: cùm iugularunt ipſi filios ſuos idolis ſuis, & ingrederentur in ſancta mea,ad polluenda ea.Fuerũt etenim in Samaria decẽ tribus, & dimidia tribus Ephraim.Hieroſolymis,Iuda tribus: & dimidia tribus Beniamin. Sed tum hi, tum illi haud mediocriter impietatẽ exercuerũt,imò ad omnis ſtupiditatis culmen effrenato impetu peruenerũt. Cogationibus ſuis adulterarũt,id eſt,quæ ipſi excogitarunt.Idola uidelicet hæc in adulterij quaſi & ſcortationis cuiuſdã intelligibilis occaſionẽ uerterunt, corde ſuo deficientes à Deo,qui eos loco uxoris adſumpſit. Nam dixit ad ſynagogam Iu-
*Hier.3* dæorum,uniuerſorũ Deus,uoce Hieremiæ: Faci es meretricis facta eſt tibi, depuduiſti ad omnes. Nónne ad hoc uſq; tẽpus me uocaſti, & patrẽ & ducẽ uirginitatis tuæ? Matrẽ ergo Iudæorũ quæ ſcortata eſt,derelictã mulierẽ & puſillanimẽ, ab adoleſcentia odioſam,meritò uocat.Cum Gentibus aũt diſputat, aitq; non ſic eas ad agnitionem Chriſti uocatas eſſe,quẽadmodum uidelicet hęc derelicta, & paruo animo prædita, & ab adoleſcentia odio habita mulier, uocata eſt. Maxima enim eſt uocationis differentia. Iudæorũ namq; ſynagogæ,excæcatio facta eſt ex parte(ſicuti inquit ſapientiſſimus Paulus) & obtenebrati ſunt oculi eorũ ne uideant,& incuruata dorſa, id eſt, mentẽ curuã habuerunt, ſemper deorſum ſpectabant,& in res terrenas ſpectabant. At Gentibus nihil eiuſmodi euenit.Nõ em̃ oculi earũ obtenebrati ſunt, ſed potius illuſtrati:non incuruatũ eſt dorſum,ſed intelligibiliter erectum: nec ſeruatæ ſunt totius reliquiæ ſolũ,ut in Iſrael, ſed uniuerſa eorũ multitudo, per Chriſtũ irretita & capta eſt, & ad ſalutẽ adducta,atq; ab erroris criminib. uindicata,ac è laqueorũ peccati uiolẽtia elapſa.Vocata igit̃ eſt, nõ ut abiecta & odioſa mulier: ſed, Modico tẽpore,inquit,dereliqui te, & in magna miſericordia miſerebor tui. Etenim ſuperiore memoria,ut ait Chriſti diſcipulus,permiſit Deus C Gẽtes in uijs ſuis ambulare,atq; ea eſt,opinor,ad breue & exiguũ tẽpus derelictio. Etiãſi enim ad multũ temporis duraſſe uideat̃: tamen ſic in breue & exiguũ momentũ contrahitur. Multò igit̃ longius eſt tẽpus miſericordiæ,& in infinita ſecula procurrit. Sic etiã intelliges id quod ſequitur, nimirũ:In ira modica auerti faciẽ meam à te,& in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui. Breue enim & contractum eſt iræ tempus,ſi ad longitudinẽ humanitatis nunquã finiendæ nobis à Deo datæ conferatur, qui nos & à poteſtate tenebrarum eruit,& ad regnũ filij dilectionis,in lucem tranſtulit.Magna aũt hæc miſericordia, per Chriſtũ meritò intelligi debet, qui ab omnibus liberat ſordibus,à ſupplicio & pœna eripit,ad cõiunctionẽ cũ ipſo per ſanctificationẽ reducit,& adoptionis filiorũ ornamentis coronat,hæredesq; regni cœlorum nuncupat.

AB *aqua tempore aquæ hoc mihi eſt: quia iuraui ei tempore illo terræ, me nõ ſuccenſurũ tibi amplius, nec in cõminatione tua montes tranſlaturũ,neq; colles tranſmouebuntur: ſic neq; miſericordia mea te deficiet,nec pax teſtamenti mei transferetur.* ] In libris Moyſis ſcriptum eſt manifeſtè, cùm cuncta terra ad defectionẽ à Deo declinaſſet,& in uaria genera peccati intemperãter prolapſa fuiſſet, & in ſtudij curandæ carnis cœnũ incidiſſet, Deum, qui ſupra omnia eſt,hiſce de rebus iure offenſum dixiſſe:Nõ permanebit Spiritus meus in hominibus iſtis,quia caro ſunt:id eſt,ſolum quę carnalia ſunt ſapiũt.quod abominabile eſt,& illi intuiſum,

Universidad de Deusto
Biblioteca



ac omni impuritate refertũ. Hinc, ut & Seruatoris discipulus ait, prisco mundo nõ pepercit, sed oẽs perdidit funditus, ac diluuiũ mundo impiorũ induxit. Solus autẽ Noe cũ tota familia seruatus est, xenium quasi ac munus obediẽtiæ & obtemperationis lucrifaciens. At ubi cessasset diluuium, aquarũ ui diminuta, egressus est ac sacrificauit, & ut narrant sacræ literæ, odoratus est odorẽ suauitatis: deinde iusto huic denunciat, se nõ inducturum uniuersæ terræ diluuiũ. Itaq; ab aqua, inquit, tẽpore Noe istuc mihi est, id est, definitũ & ratum est apud me, nõ amplius succensere uni uersæ terræ, nec humanis indignari lapsibus, nec unum in oẽs supplicii statuere. His uerbis subindicat, tempore quo illuxit mundo Christus, tota terra uelut laqueis erroris occupata, ac omnibus deficientibus, ac natura Deum ignorantibus, seruientibusq; manuum suarum operibus, ac gregi dæmoniorum subiugatis, oportuisse diuino calculo omnes ueterẽ illam et antiquã pœnã subire. Vbi enim paria omnino sunt crimina, ibi semper iniquum non est condemnatos æquali pœna afficí. Cæterum, inquit, hoc ego prætermitto, & firmum manet apud me quod promissum est, ac dicit quodammodo: Nõ amplius in furore montes transferam, nõ colles concutiam, id est, non in aliam formã mutabo terrã, nec intempestiuam ei mutationem inducam. Sic neq; mea deficiet misericordia, nec testamentum pacis meæ transfertur. Pacis autem administer & fœderis alius esse nemo potest, præter Dominum nostrum Iesum Christum. Ipse enim est pax nostra, secundũ scripturas, & cum ipso coniunctionem spiritualem abunde possidemus, omniq; bono repleti sumus ac cumulati. Atq; hoc est quod per Hesaiam dictum est manifestè, ad cœlestem patrem ac Deũ: Domine Deus noster, pacem da nobis. Omnia enim reddidisti nobis. Itaq; per Christum lucrifecimus testamentum pacis apud Deum & Patrẽ: ei nanq; coniuncti sumus & copulati per mediũ Christum, qui peccatum quod nos seiunxit, è medio sustulit, ne ullùm euntibus ad Deum iniícere tur impedimentum. Scriptum est enim: Via piorum recta facta est, & præparata uia piorum, currentium scilicet ad hanc, quæ cum Deo est, coniunctionem, intercedente ad hoc omnium pace, uidelicet Christo.

A

B

C

D

DIXIT *enim Dominus: Propitius ero tibi ô abiecta, & instabilis, quæ consolatione destituta es.*] Bonus natura & incomparabiliter humanus uniuersorũ Deus, occasiones semper cõquirit, ut gratia quæ oblionem inducit, iustificet eos qui peccauerunt. Non eñ uult mortẽ peccatoris, sed ut auertat se à uia mala, ac uiuat. Dicit ergo: Ipse uniuersorũ Deus ppitius erit tibi. At qua de causa? Primùm quia benignus est & clemens, bonus & multũ misericors: deín, quia extitisti abiecta & instabilis. Hæc aũt uidere est, mentes errantiũ tanquã morbum quendã infestare. Abiectæ sunt eñ ualde, id est, humiles, & proculcatæ, & tanquã humi repentes, ac cõculcare uolentibus prostitutæ: cùm sanctorum cor nõ ita se habeat. Nec eñ sunt eorum animi dæmonũ incursionibus peruij, sed ue lut domo quadã obmuniti, & fœdis cupiditatib. non subiecti. Sed abiectum est, ut dixi, cor errantium: & præterea etiam instabile, eò q; ebrij sint quodãmodo, & uacillent, feranturq; præcipites in cupiditates lege diuina notatas ac taxatas, ac pro uitijs condemnatas. Circũferunt eñ tanquã omni flatu, & ut Paroemiastes dicit, fluctuationẽ cupiditatum subeunt. Quod uniuersorum Deus criminatus est euenisse Hierusalem, eò q; in erro res dæmonum prolapsa esset, dicens: Cupiditatibus animæ suæ, tanquã uento agitata est. Vento igitur circũlata anima, semper est etiã incõstans. Qui uerò adhærent Deo, morbum hunc fugiũt, ut qui perniciẽ adferat, & gratulatorias odas referunt, tanquã à malo liberati. Dicũt enim: Statuit super petram pedes meos, & direxit gressus meos. A Deo quoq; dictum est matri Iudæorũ: Statue teipsam ô Sion. Et Paulus sapientissimus in Epistola scribit ad quosdã: Qui sibi uidetur stare, uideat ne cadat. Caret ergo sacris ornamentis, errantium anima. Nec enim est constans. Sed, ut dixi, quoniam misericors est uniuersorum conditor, defendit quodammodo eam cui hoc accidit, & inquit: Cõsolatione destituta es. Plurimum enim consolationis habebant Israelitæ à Deo, quę illos spirituali robore cõfirmauit, & ad cognitionem eius quod utile est & ad salutem necessariũ adduxit. Nã data est illis lex per Mosem, & Sanctorum prophetarum chorus exhibitus est cœlestibus riuulis eos influens & inundans, Deo illis uberrimam consolationem instar pluuiæ immittente. Sed nemo sanctorum unquam Gentes alloquutus est, nec legis Mosaicæ pædagogia institutæ sunt, sed & propheticarũ orationum expertes omnino manserunt. Itaq; consolatione destituta est. Idq; clarè demonstratum est in Euangelica parabola, qua usus est Christus, ut qui conducit operarios in uineam suã, quod hora prima, & tertia, sexta & nona fecit. Ad horam autẽ undecimam, cum alios statẽs ociosos inuenisset, dixit eis: Quid hic statis totum diẽ ociosi? Cui illi: Nemo, inquiunt, nos cõduxit. Nec enim quisquam uocauit Gentium multitudinem, nisi solùs uineę Dominus nouissimis temporibus.

A

B

C

D

ECCE *ego præparo tibi carbunculum lapidẽ tuũ, & fundamenta tua Sapphirum, & ponam propugnacula tua Iaspin, et portas tuas lapides crystalli, & munitionem tuam lapides electos, & omnes filios tuos doctos à Deo, paxq; multa filijs tuis.*] Specta mihi rursus oratiõis artificium, & bellam sententiarum structuram. Disserit enim de ciuitate uelut quæ nondum est, de Ecclesia gentiũ, quæ magnifica apparebit & illustrissima: quam dicit lapidibus insignissimis exornandam. Ponam eñ, inquit, Carbunculum lapidem tuum. Videtur autem hisce uerbis Iesum uelle significare, quẽ Scriptura sacra dicit in fundamenta Sion esse positum: in quem si quis crediderit, non pudefiet. Hunc nominat hic Carbunculum. Aliter quoque eius fit mentio in Sanctis prophetis. Siquidem



quidem dixit uoce Amos: Ecce ego constituo Adamantem in medio populi mei Israel. & uoce Zach. 3 Zachariæ: Ecce ego adduco seruum meũ Orientem. Quis lapis, quem dedi ante faciem Iesu, super lapidem unum, septẽ oculi sunt. Potest enim omnia passim perlustrare is qui est παντεπόπτης, ac inspector omnium. Positus est igitur Carbunculus lapis, & immota sanctæ ciuitatis basis. Hic autem, lapides Sapphiri fortassis sanctorum Apostolorum agmen denotãt. Sunt enim illi Christo uiciniores, & tanquam fundamenta quædam secundum ipsum orbis terrarũ extiterunt. Sic ait Dauid Psalmo decimoseptimo: Apparuerunt fontes aquarum, & patefacta sunt fundamenta terrę, ab increpatione tua Domine, ab insufflatione spiritus iræ tuæ. Reprehensis enim Israelitis, & statui diuinæ iræ subiectis, cùm in Christum debacchati fuerant, apparuerunt fontes aquarũ, id est, per sacrosanctum Baptisma purificatio: & cõspicua facta sunt fundamenta orbis, id est, diuini discipuli, Apostoli & Euangelistæ. Ponã quoq;, inquit, & propugnacula tua Iaspidem, & portas tuas lapides crystalli, & munimentum tuum lapides electos. Propugnacula & portas & munimẽtum nominat, sanctorũ mystagogorum Deo amicum & sapientissimum cœtum: qui etiam antesignani sunt, & portæ sanctæ ciuitatis, & munimenta ac muri. Pugnant enim cum his qui bellũ inferunt illi, id est, his qui in ea sunt, multitudini nempe eorum qui per fidem seruati sunt: & prudenter resistunt impiarum sectarũ inuentoribus, ac diaboli malitiæ obsistunt, nec quenquam seruatorum permittunt in eius incidere sinistram tyrannidem, ac moderatè inducunt errore Græco occupatos ad Dei notitiam, monitis & mystagogijs eos obuallantes & obmunientes: ut non sint expositi malis potestatibus, & falsorum doctorum scurrilibus nugis, qui falsò nominatæ scientiæ uenenum animis simpliciorum offundũt. Est etiam solenne scripturæ diuinitus inspiratæ, lapidibus preciosissimis assimilare interdum eos qui sanctè uitam instituunt, & uarijs fulgent uirtutibus. Dixit siquidem de sanctis Apostolis: Lapides sancti uoluuntur super terra. Nam diuini discipuli orbem terrarum peragrabant, prædicãtes & euangelizantes ubiq; Gentium omnibus, gratiam salutis per Christum. Rursus propheta etiã Hes. 13 Hesaias dixit, uelut sub persona Dei: Perdam insolentiam iniquorum, & insolentiam superborũ deprimã, & erunt derelicti preciosiores auro obryzo, & homo erit preciosior lapide * ex Souphir. Iudæorum enim præfecti qui in Christum præuaricati sunt, perierunt. At superstites per fidem, omni auro & lapide preciosiores meritò cẽseri possunt. Paulus certè sapiẽtissimus fundamẽtum dicit esse Iesum Christũ, & qui in ipsum credunt, uelut lapides preciosos superstrui ait, in sanctum Templum, in ædificiũ Dei, in Spiritu. Proinde sanctos mystagogos, uirtutum uarietate & pulchritudine intelligibili resplendescentes, lapidibus preciosissimis cõparat: & alios dicit in fundamenta positos esse sanctæ ciuitati, alios in propugnacula, alios portarum & munitionis usum ac locum supplere. Atq; hæc quidem de ciuitatis præfectis, quam nobis hæc describit oratio. De his uerò qui eam inhabitant, quid tandem ait? Et omnes filios tuos doctos à Deo. Olim nanq; per sapientissimũ Moysen & Prophetas sanctos instituit Israelem: extremis autem seculi temporibus, docti sunt à Deo. Cuius testis est Paulus, dicens: Multifariam ac multipliciter olim Deus alloquutus est patres per Prophetas: postremis uerò diebus hisce, alloquutus est nos per filiũ. Præceptorem enim sortiti sumus non prophetam ali quem sequestrẽ, & diuinis sermonibus ministrãtem, sicuti olim: sed ipsum potius ex Deo & patre genitum Sermonem, qui in specie nostra factus est, & qui in carne apparuit. Propterea pax multa est Ecclesiæ filijs, matre nostra ædificata in iustitia. Qui enim uerè à Deo docti sunt, eos nemo lędere potest eorum qui inanitate uerborum uti solent: sed pacem habent apud Deum, amore cum ipso colligati, & iustitiam colentes. Hoc ædificat Ecclesiam, & eam sartam tectam conseruat ne nutet, Christo protegente, & concedente, ut incõcussa sit & immota. Aduersum enim hãc, inquit, portæ inferorum non prævalebũt. De ea nanq; scriptum est etiam libro Psalmorum: Et ædificabit uelut unicornis sanctuarium suum, in terra, fundauit illud in æternitatem. Sanctuariũ eius, Ecclesiam esse dicimus: quæ hostibus horribile cornu erigit, quemadmodum uidelicet unicornis cæteris etiam animantibus. Fundata est enim in æternitatem à Christo. Psal. 77

A

B

C

D

RECEDE *ab iniusto, & non timebis, & tremor non appropinquabit tibi. Ecce proselyti accedent tibi per me, & ad te confugient.*] Cùm dixerit, ponere se munitionem eius lapides electos, omesq; filios eius doctos à Deo: statim ostendit quod promissum est, ad exitum peruenisse. Mysterijs enim suis initiat & erudit tã quam per medium quoddã, sicuti olim per Moysem, aut aliũ è sanctis prophetis, per seipsum scilicet & uoce propria. Illud enim hoc significabat: Erunt omnes docti à Deo. Scripsit item sapien- Heb. 1 tissimus Paulus: Multifariam & multipliciter olim Deus loquutus est patribus, in prophetis: extremis autem hisce diebus loquutus est nobis in filio, quem posuit hæredem omniũ, per quem etiã fecit secula. Proinde per semetipsum effector seculorum, pertexit mystagogias his, qui per ipsum uocati sunt ad hanc per fidem gratiam. Propterea Sponsa quæ in Cantico Canticorũ describitur, de eo dicit: Osculetur me ôsculo oris sui. Amplexatus est enim ueluti ore suorum sanctorum prophetarũ, uocans ad affinitatẽ cum ipso, per sanctificationem & iustitiã. Postèaquam uerò prodijt homo de muliere, osculo oris sui nos osculatus est. Ore enim ad os alloquutus est nos. Quãdo igiť, inquit, ab omni iniustitia recesseris, & à rebus malis: tũ non timebis, & tremor nõ appropinquabit tibi. Nec enim eris hostibus expositus, & extra omnẽ metum eris, etiamsi quidã in

Heb. 1

* 70. Sapphir, Hebr. Ophir.

Universidad de Deusto
Biblioteca



mundo armentur contra te,& delere ſtatuãt,ſum A
mã poteſtate prædĩti:uel etiam aduerſariæ ac ma
læ poteſtates: uel fortaſſis fœdæ ac deteſtandæ
uoluptatis fluctus, qui uitijs deditos in Orci pro
fundum,& in ipſum exitij barathrum abripiunt.
Iuſtitiæ ergo honoraria digna ſunt quæ apprehẽ
dantur,& coronæ illuſtriſſimæ:& admiranda eſt
cordatis hominibus,ſpiritualium donorum poſ-
ſeſſio. Adducit & aliud quiddam. Ecce proſelyti
accedent ad te per me,& ad te confugient. Proſe
lytos uocat,uel quouis tempore accedentes ad fi
dem,& uocatos ex Gentibus, uel etiam forte Iſ-
raelitas ipſos, qui Gentibus poſtpoſiti ſunt: qui
etiamſi primum ordinem occuparunt, cùm non
acceperint proſelytos, ab errore Græco ad Deũ
reuerſos, ipſi facti ſunt proſelyti Gentium: attа- B
men etiam per Chriſtum id conſequuti ſunt. Si-
gnificat enim illud in lege. Per ipſum ſiquidem
omnium eſt reuerſio & uocatio, & ad Deum ac
Ioan.14 Patrem acceſſus. Nemo enim, inquit, uenit ad
patrem, niſi per me.& rurſum: Ego ſum uia, &,
Ego oſtium.

ECCE *ego creaui te,non ut ærarius ſuffl ans prunas,& pro
ferens uaſa in opus. Sed creaui te, non ut ad interitum redigerem.
Omne uas corruptum in te non proſperabo: & omnis uox ſurget
contra te,in iudicium:omnes eos uinces, & obnoxij tibi, erunt in
ea. Eſt hæreditas colentibus Dominum. Et uos eritis mihi iuſti, di-
cit Dominus.* ] Creari dicimus in his uerbis,ſignifica
re,non ſemper ab eo quod nõ eſt, ad id quod eſt,
proceſſum. Diſputat enim ueluti cũ his qui ſunt
iam & ſubſiſtunt: ſed potius renouationem deſi- C
gnat per Spiritum ſanctum, tranſmutantem ali-
quos ad inculpatã & ſanctam conuerſationem
atq; uitam. Sic enim creare dicitur Chriſtus duos
populos,in unum nouum hominẽ,faciens pacẽ,
& reconcilians ambos, in uno corpore cum pa-
tre. Hortatur etiã nos ſapientiſſimus Paulus, ſic
ſcribens:Nolite conformari ſeculo huic,ſed trã-
formamini renouatione mentis ueſtræ, ut probe
tis uos,quæ ſit uoluntas Dei bona & accepta.Iu-
bemur etiã exuere ueterẽ hominẽ, & induere no
uum, renouatum ad imaginẽ eius qui eum crea-
uit.Creo igitur, inquit, te, non ut homo ærarius,
ex materia uaſa conficiens inſtrumentis & igni:
ſed ineffabili quadã & intelligibili tranſmutatio
ne & reformatione,&uelut renouatione ſpiritua D
li:quam etiã ipſe Seruator aliquãdo expreſſit Ni
Ioan.3 codemo,dicens:Amen, Amen dico uobis, Niſi
quis natus ſit ex aqua & Spiritu,non poteſt uide
re regnũ Dei.Nati ſumus enim nõ ex ſemine cor
rupto,ſed per uerbũ Dei uiuentis & manẽtis.Sic
creat Chriſtus, reformans per ſanctificationem,
eos,qui in ipſum credunt, & ad ſalutẽ reducens.
Creat enim nõ ad interitũ, id eſt, ad corruptionẽ
& mortẽ,ſed ad longæuam & ęternã uitã.Quòd
autem his qui ſemel ad hoc ſplendoris adducti
ſunt,& hãc innouationẽ per Chriſtũ ſortiti ſunt,
dabitur etiam ab eo ſpiritualis fortitudinis inui-
cta gratia, & cognitio,cui hoſtes ueritatis non
poſſunt reſiſtere,oſtẽdit,cum ait:Omne uas cor-
ruptum,quod contra te non promouebo. Et om
nis uox ſurget contra te in iudicium: omnes eos
uinces. Vaſa enim corruptibilia dicere quis pote
rit,diabolicæ nequitiæ operarios, qui etiam cor-
ruptionis ſunt & interitus filij. Hi graſſantur in
*ſanctos, interdum & iacula emittũt multifariã,
ſeuitiæ ſuæ tela eiaculantes, perſecutiones & af-
flictiones & uaria tentationum inuenta inducen
tes. Sed non proſperabũtur à Chriſto, ut poſſent
animas ſanctorum corrumpere. Impiarum dein-
de hæreſeõn inuentores,blaſphemas uoces con-
tra ineffabilem maieſtatẽ proijcientes,tantũ non
uocant in ius ſanctos, qui ueritatem propugnãt,
& ſyncerã Eccleſiaſticorũ dogmatum rectitudi-
nem iuueniliter & animoſè defenſant. Veruntа-
men uincuntur Chriſto etiam hoc ſanctis largiẽ-
te.Ab eo enim proficiſcitur,quòd poſſunt omnẽ
hoſtium impetũ, omnemq; impiæ uocis reluctа-
tionẽ ſuperare ac confutare,ut Pſaltes ait:InDeo
exercebimus uirtutem,& ipſe in nihilum rediget
eos qui affligunt nos. Verùm obnoxij tibi erunt
in eo. Hunc uerſum nulli alij interpretes recitãt,
at illud puto ſignificare: Superiores erunt hoſti-
bus,& omni uoce potentiores,hi qui hanc innoua-
tionẽ per Chriſtũ ſortiti ſunt:qui ſcilicet reform-
mati ſunt ad ſanctificationẽ in Spiritũ,& peccati
fores effugiunt ac tranſiliunt. Sed qui obnoxij
ſunt,id eſt, peccatis impliciti, etiam poſt uocatio
nem & iuſtificationem in Chriſto, erunt in ea. In
qua:Certè in corruptione. nam idcirco mox ſub
intulit:Eſt hæreditas colentibus Dominum. Nõ
enim ſors à Deo illis dabitur, qui eum offendũt,
& in effrenem ac diſſolutam uitam proruunt:ſed
his qui illum delectãt,uel colunt,id eſt, ſeruiunt.
Eritis igitur mihi, inquit, iuſti, quò huius ſortis,
quæ cultoribus promiſſa eſt, & ſuo tempore da-
bitur,ſitis participes.

*Sanctos.ita ſcribitur, κατ' ἐξοχὴν τοὺς ἁγίους. quã quid ſit, dicat Oedipus. ego lego ἀγγέλους.

CAP. LV.

QVI ſititis, uenite ad aquam, & quotquot ar-
gentum non habetis, euntes emite & bibite abſq;
argento & precio uinum & adipem. Cur expen
ditis argentum,& laborem ueſtrum non ad ſatie
tatem? Audite me,& comedetis bona, & delicia
bitur in bonis anima ueſtra. Attendite auribus ueſtris,& ſequimi-
ni uias meas. Audite me,& uiuet in bonis anima ueſtra. ] Diui-
nus Dauid,Spiritus face illuſtratus, ad Deũ me-
lodias cecinit de omniũ noſtrũm Seruatore Chri
ſto,dicens:Quàm multiplicaſti miſericordiã tuã,
Deus? Filij hominum in umbraculo alarum tua-
rum ſperabunt. Inebriabũtur ab ubertate domus
tuæ, & torrente deliciarum tuarum potabis eos.
Quia apud te fons uitæ.Et alibi rurſus: Fluminis
impetus lætitia afficiũt ciuitatẽ Dei. Dicit quoq;
ipſemet filius uoce Prophetarũ qui fons eſt om-
nis boni, & riuus ab eſſentia patris emanans, &
uitã afferens: Ecce ego declino in eos, uelut flu-
men pacis, & uelut torrens inundans gloriã gen
tium. Dixit etiam propheta Zacharias: Fons de
domo Domini egredietur, & irrigabit torrẽtem
iuncorum. Sæpe uerò in ſcriptura diuinitus in-
ſpirata inueniemus Dei Sermonem dictum eſſe



fontem ac flumen. Ideoq; ipſe Iudæos alloqueba A
tur,& ad ſe uocabat,dicẽs:Si quis ſitit, ueniat ad
me,& bibat:Qui credit in me, quemadmodũ di-
cit ſcriptura,flumina de uentre eius fluent aquæ ui
tæ. Cùm etiam Sermonem habet cum Samarita-
na muliere,rurſus ſic ait: Omnis qui bibit de aqua
hac,ſitiet rurſus.At qui bibit de aqua quã ego da
bo ei,fiet in illo fons aquæ ſalientis in uitam æter
nam.Itaq; inquit:Si quis ſitit,accedat ad Chriſtũ,
& bibat,accipiatq; uberẽ per ſanctũ Spiritũ con-
ſolationẽ,gratiã,& ſynceriſſimã myſtagogiã.Ac
cipiet autẽ non emens pecunia, ſed liberaliſſima
ac promptiſſima uocantis munificentia delecta-
tus.Accedentes,inquit,uel euntes, & ab uno lo-
co ad alium migrantes & trãſeuntes, id eſt,ab er-
rore rurſus ad agnitionẽ ueritatis: Emite & bibi- B
te abſq; argento ac precio.Ergo quomodo emũt
& accipiunt gratis,& ſine argento? Fidei emẽ prę
mium accipimus à Chriſto gratiã,rerum aũt mo-
mentanearũ & pereuntiũ nihil rependimus. Di-
xi enim Domino meo,inquit:Dominus meus es
tu,quia bonis meis opus non habes.Sed loco do
norum et precij offerimus Chriſto,fidei in ipſum
confeſſionẽ. Itaq; ſine argento & precio eſt hæc
potio,ac chariſmatũ eius ampliſſima donatio.At
quid mercamur? quã emimus potionẽ? Vini, in-
quit:eſcã uerò,adipis & frumenti. Et quidẽ in cõ
feſſo eſt,chariſmatum Chriſti copioſam acceſſio
nem,animã lætitia afficere, & uinũ illi eſſe intelli
gibile,& quidem adipem,id eſt,cibum.Roborat
nanq; eam, maximeq; uegetat. Credibile eſt etiã C
hos uerſus ſubinnuere Chriſti myſteriũ. Qui emẽ
bibunt aquã uiuẽtem, id eſt, per Spiritum gratia
locupletati ſunt, eumq; poſſident ac participãt,
& fide emunt, participes fient etiam uini & adi-
pis,id eſt,ſacroſancti corporis & ſanguinis Chri
ſti.Deinde his infert:Cur expenditis argentũ, &
laborem ueſtrum nõ ad ſatietatẽ? Græcorũ enim
principes pro animi ſui arbitratu,& mundi ſpiri-
tu accepto,&loquentes in Beelzebul,orbem ter
rarum fefellerunt,& dogmatum non uerorũ, ſed
incertorum ac uituperandorum expoſitiones cõ
ſcripſerunt, ex corde ſuo loquentes, non ex ore
Domini,ſicuti ſcriptũ eſt. Verùm cùm errantes,
cognitionem ueritatis,& diuinam ac cœleſtẽ lu-
cem non haberent: diſciplinã ac doctrinã perni- D
cioſarum opinionum amplectebantur,grandem
pecuniæ uim adducentes his,qui illas profitebã-
tur.Sed hæc, inquit, quare mercamini argento?
Nam quæ utilitas eſt, ſcire uelle facundia quo-
rundam,ceu melle inunctum mendacium? & di-
ctionis ſplendore ornatam doctrinam diſcere,
quæ cum exitio coniuncta eſt? & uanitatem tan-
quam lutum in uaſe aureo repoſitam cognoſce-
re? Nos enim in uaſis teſtaceis, Chriſti theſaurũ
poſſidemus.Quid ergo,inquit, hęc argento mer
camini? Et labor ueſter qui conſumitur diſcẽdo,
non erit in ſatietatem, id eſt, ad nutriendam & ui
uificandam animam non ſufficit.Nocet enim illi
magis quàm prodeſt,pernicioſorum dogmatum
1.Cor.1 collectio.Rectè ergo inquit ſapientiſſimus Pau-
lus:Vbi ſapiens? Vbi ſcriba? Vbi conquiſitor ſe-
culi huius? Nõne infatuauit Deus ſapientiam
mundi? Et iterum: Poſtquam enim in ſapientia
Dei non cognouit mundus per ſapientiam Deũ:
uiſum eſt Deo per ſtultitiam prædicationis ſerua
re credentes:communem ac uulgarem loquendi
modum in ſcriptura diuinitus inſpirata, ſtultitiã
prædicationis uocat.Omittite igitur fruſtra labo
rare,& nullos fructus colligere, ac in rebus infru
giferis labores collocare,ac potius audite me, &
comedetis bona,ex Euangelica ſcilicet prędica-
tione:in qua anima ueſtra,inquit,abundè acquie
ſcet & deliciabitur.Illic cognitio uera,& Dei qui
natura eſt,& omnis uirtutis & ſancti decoris di-
ſciplina eſt ac intelligentia,quæ res quaſq; agen-
das mirabiliter ac rectè diſcernit, & mentem bo-
norum operum effectricem reddit:adeò ut omni
bus quæ innuuntur & ſignificantur adhæreſcãt,
& ab omnib.quæ taxantur recedant, etiã qui an-
tè grauibus criminibus fuerunt affines. Attendi-
te itaq; auribus ueſtris,id eſt,rectè & obedienter.
Sequimini uias meas.Sic enim dixit Chriſtus: Si
quis uelit poſt me uenire, neget ſemetipſum, &
tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Quare qui
ſunt eius, eos oportet ueſtigijs eius inſiſtere.
Quid autem erit his, qui ſic uolũt facere? Viuet,
inquit,in bonis anima ueſtra. Sempiternam ſpẽ
ſanctis deſtinatã uidetur nobis hiſce uerbis ſub-
indicare. Vt & Paulus inquit: Oculus non uidit, 1.Cor.2
auris non audiuit, & cor hominis non compre-
hendit, quę præparauit Deus his qui diligunt eũ.

ET *feriam uobiſcum fœdus æternum, ſancta Dauidis fide-
lia.Ecce teſtimonium Gentibus dedi eum,principem & præcepto-
rem inter Gentes.Gentes quæ non nouerunt te,inuocabunt te: &
populi qui non ſciuerunt te, ad te confugient, propter Dominum
Deum tuum ſanctum Iſrael,quia glorioſum fecit te.* ] Cùm pro
miſerit: Comedetis bona, & delectabitur bonis
anima ueſtra:ſtatim quemadmodum hoc ad finẽ
perueniet quod promiſſum eſt, demonſtrat.Pol-
licetur enim dare teſtamentum æternum, Euan-
gelicam uidelicet & ſalutarem prædicationem.
Quod optimè dicit eſſe æternum. Nec enim per
petua erat & inconcuſſa lex, ſed ad tẽpus inſtau-
rationis poſita eſt, ſicuti ait ſapientiſſimus Pau-
lus.Et uetere præcepto antiquato,utpote in quo
aliquid deſiderabatur, locus erat ſecundo, nouo
ſcilicet, quod in Chriſto multum à priori diſcre-
pabat.Illud emẽ erat in umbris, hoc ueritatis pul-
chritudine elucebat & reſplẽdebat ſpiritualiter.
Dixit itaq; uniuerſorũ Deus per unum è ſanctis
propheris:Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, & Hier.31
conſummabo ſuper domum Iacob, & ſuper do-
mum Iſrael Teſtamentum nouum, non ſecundũ
teſtamentum quod percuſſi cum patribus eorũ,
die eo quo apprehendi manum eorum, ut educe
rẽ eos è terra Ægypti: quia illi nõ permanſerunt
in Teſtamẽto meo.Et ego neglexi eos, dicit Do
minus.Nam hoc Teſtamentũ eſt quod feriã cum
domo Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus:dabo
leges meas in mentẽ eorum, & cordibus eorum
inſcribã eas. Differentiam etiã Veteris & Noui

Teſtamen-

Universidad de Deusto
Biblioteca



Testamenti ostendit nobis sapiens Ioannes, di-
Ioan.1 ces: Lex per Mosen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Gratiam & ueritatẽ appellat institutionem ueri & spiritualis cultus per Euangelica oracula, quæ cum uirtute ac potẽtia est coniuncta. Moysem enim cùm famulus esset, ministrum esse umbræ non manentis: iugis uerò & manẽtis cultus nuncium eum qui æternus est, Christũ dico, esse oportuit. Quod est igitur illud æternum Testamentũ, quod accedentibus ad ipsum per fidẽ consummabit? Planum facit cùm subdit statim: Sancta Dauidis fidelia. Vel enim pollicitationẽ factã diuino Dauidi, de omniũ nostrûm Seruatore Christo, gentibus reuertentibus præstandã dicit: uel diuina uocat & sacra uaticinia de Christo, qui ex semine Dauid secundũ carnem natus est. Sancta dicit illa esse, uelut sanctos reddentia eos in quibus insunt: quemadmodum uidelicet timorẽ Dei purũ nominauit qui purificat, & uitã Euangelicũ uerbũ, quasi uiuificãs. Di-
Ioan.6 xit emChristus: Verba quę ego loquor uobis, spiritus sunt & uita, id est, spiritualia & uiuifica. Sancta igitur sunt, quæ sanctificant, & iustos ac irreprehensibiles reddunt eos qui illa accipiunt. Fidelia quoq;, quia fidẽ faciunt, & stabilitatẽ fidei, & uitę pietatẽ his qui ea apprehenderũt ingenerãt. Hęc est enim uaticiniorũ Christi uirtus & efficacitas. Cùm igitur Dauidẽ nominasset Christũ, ex semine Dauidis secũdũ carnẽ, de eo dicit cõtinuò: Ecce testimonium Gentibus dedi illum, principem & præceptorẽ inter Gentes. Obtestatur quasi Do- C
minus noster Iesus Christus, greges gentiũ, quia illæ capaces extiterunt, licuitq; uolentibus, nullo prohibente, ueræ Dei cognitionis luce ditari. Di-
Psal.48 xit itaq; per lyram Psallentis: Audite hæc omnes Gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem terrarum, terrigenæ, & filij hominum, diues simul & pauper. Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei intelligentiam. Opus enim opus erat sapientia & intellígentia his qui errarunt, qui ex insigni fatuitate creaturã supra Creatorẽ adorarũt, qui ligna & lapides deos nuncuparunt. Præterea humanitatem induit Sermo, cuius gratiam illis annuit ac largitus est, dicens: Spiritus Domini super me. Propterea unxit me, ad Euãgelizandum pauperibus misit me, ad D
prædicanduin captiuis liberationem, & cæcis uisum, ad sanandum contritos corde. Hi enim fuerunt morbi Gentium, sed per illum redemptæ sunt. Nam sapientia ditati sunt ab eo, & facti sunt intelligentes, & infirmum ac confractum animũ non habent amplius, at sanum, & ualentem, & ad susciplendum ac perficiendum omne bonum ac res salutares idoneum. Sed obserua orationis elaboratam dispositionem. Dixit enim: In testimonium dedi eum gentibus, ne quis eum è sanctis prophetis aliquẽ esse suspicaretur: sed ut omnes quicunq; sunt intelligant, dominationis maiestate quadam eum præcellere. Deus enim apparuit nobis: nec solùm eum datum esse in testimoniũ dicit, sed principem esse ac præceptorem inter Gentes. Beati enim prophetæ, & qui ante eos fuit Moyses, cùm mensuram ac uices famulorum haberent, semper acclamarunt auditoribus: Hæc dicit Dominus: non uelut præcipientes, sed uelut diuinis uocibus ministrantes. Dominus autẽ noster Iesus Christus, orationes habuit diuinissimas. Admirationi nempe fuit ipsis Iudæis, quòd cum potestate coniuncta esset eius oratio: Et docuit eos, quasi potestatem habens, & non ut eorũ Scribæ. Nõ enim illius oratio ex umbra legis fluxit, sed perinde ac si ipse legislator fuisset, literam ad ueritatem, typos ad spiritualem perspicuitatẽ traduxit. Princeps enim erat, & præcipiendi potestatem habebat. Propheticam autem orationẽ de gentibus contexi, facile est illud & quidem sine B
labore discere: cùm Deus & Pater uerba faciat quasi cum ipso suo filio: Gentes enim, inquit, quæ te non nouerunt, inuocabunt te, & populi qui non sciuerunt te, ad te confugient. Nam qui olim Christum ignorarunt, eo quòd in caligine & tenebris uersarentur: inuocabãt, id est, Deum nuncupabant Iesum, & ad eum cõfugiebant, spẽ, & protectorem, & salutis procuratorem eum nominantes, & tanquam Deum inuocantes. Et quã ob causam? Propter Dominum Deum tuum, inquit, sanctum Israel, quia glorioſum te fecit. Accedunt enim ad filium, eumq; prædicãt, quasi natura ex Deo Patre natum, eandemq; cum genitore gloriam habentem. Qui enim illustrat Patrẽ, & eum qui ex ipso est illustrat: & qui illustrat filium, simul cum eo semper illustrat & illum, ex C
quo naturaliter genitus est. Vel, si placet, alio modo iã dictis adde. Filius enim cùm in forma Dei Phil.2
& Patris existeret, non rapinam duxit, ut esset æqualis cum Deo: sed inaniuit seipsum, forma serui sumpta, in similitudine hominum factus, & habitu repertus ut homo, deiecit ipse se, factus obediens usq; ad mortem, & quidem mortem crucis. Propterea & Deus eũ euexit, et donauit ei nomẽ supra omne nomẽ, ut in nomine Iesu Christi, omne genu se flectat, cœlestiũ & terrestrium & subterraneorum, & omnis lingua confiteatur, Dominum esse Iesum Christum ad gloriam Dei Patris, Amen. Quia enim propter humanitatis mẽsuram, ignobilis quispiam esse Christus putabatur: rursus ad diuinã suã & summã præstãtiam & D
gloriam cum carne etiã redit. Idq;, opinor, est, datum esse filio à Patre nomẽ quod est supra omne nomen. Siquidẽ dixit ei: Pater illustra me ea gloria, quam habui antequam mũdus esset, apud te.

QVAERITE *Deum, & cum inuenitis eum, inuocate. Quando autem appropinquauerit ad uos, relinquat impius uiam suam, & uir iniquus consilium suum, & reuertatur ad Dominum, & misericordiam consequetur, quia ut plurimum remittet peccata uestra.*] Cùm fidei in se uiã exposuerat Dominus noster Iesus Christus, dixit Iudæis: Ne murmurate inter uos. Nemo potest uenire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum. Introducitur etiam Psal.109
persona ipsius Patris, sic filium alloquens: Sede à dextris meis, quoad ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ. Eos em qui errarũt, hostes aliquãdo,

mundi



mundi elementa colentes, & peccati laqueis ine A
uitabiliter irretitos, Pater subiecit Filio. Neq; uerò dicat quispiã, eum hoc ei quasi parũ potenti et imbecillo tribuisse: Omnia enim operatur, & ipse est parentis dextra, omnipotẽs & fortissima. Sed quia ordinaria dispensatione ad capiendam humanitatis mensuram eum uocarat: idcirco Pater dicitur omnes sua quasi potentia & sapientia filio subdere. Potens enim per seipsum quod erat infirmum, & sapit quod erat insipiens. Nec quisquam mente præditus, unquam existimet, nõ ualuisse filium aliquos sibi subijcere: sed cogitẽt potius, ut iam dixi, per illum omnia Deum & Patrẽ efficere. Quid ergo hîc sibi uult prophetiæ oratio? Inducit personam Patris, alloquens & cõpellans gregem Gentium: Quærite Deum quẽ modo dicebam testimonium datum esse Gentibus, & principem eorum ac præceptorem: hunc illico & Deũ appellat, & quæri iubet. Inquisitio autem non loco circunscripta est: diuinitas enim in corporea est, nec in loco intelligitur: implet nãq; omnia, nec à re ulla in rerũ natura abest, sed uelut in alacritate animæ sita est, quæ per pietatis studia, & uerã Dei cognitionẽ, sitit eam quæ cum ipso est coniunctionẽ. Quadrat hæc conquisitio, his qui procul ab eo disiuncti adhuc sunt, interdente nimirũ peccato, & eos abarcente ignorantia: quibus è medio sublatis, propè ad Deum accedẽt. Sic enim Paulus sapientissimus his qui ex
Eph.2 Gentibus sunt, in Epistola scribit, dicens: Nunc autẽ qui quondã procul aberatis, facti estis propinqui. Sic quæritur à uobis uniuersorum Deus. Sed interea, inquit, dũ inuenitis, inuocate. Inuocate, aliud nihil significat, q̃m, Vt Deũ celebrate, & quærite ab eo uires & promptitudinẽ tantam, quanta satis esse uobis ad conuersionem poterit. Petite ab illo liberationem, & facultatẽ effugiendi peccati uincula, & manũ eius qui occupauit, id est, Satanæ. Scriptũ est enim: Laudans inuocabo Dominũ, & ab inimicis meis saluus erò. Et dũ inuenitis & appropinquatis: Relinquat impius uiã suã, & uir iniquus consiliũ suũ. Et reuertatur ad Dominũ, ac cõsequetur misericordiã. Qui em uerè digni habiti sunt uocatione & conuersione, & participationẽ donorũ eius expectãt: debẽt à pristinis uitæ institutis, à uia ad nequitiam, ab im- D
pulsione ad peccatũ, à carnali uoluptatis studio recedere. Consequetur misericordiã sanctus, ex uero corde conuersus. Remittet ut plurimũ peccata uestra. Vt plurimum dicit, pro omnino & in
Rom.5 totum. Vbi enim abundauit peccatũ, uehemẽter excelluit gratia, secundũ id quod scriptũ est. Nullum enim crimen nobis indelebile est, si uelit
Mal.3 Deus abstergere. Scriptũ est enim de omniũ nostrũ Seruatore Christo: Ecce ipse egredietur quasi ignis conflatorij, & uelut herba lauantium. Et sedebit cõflans, & emundans, tanquã argentum & aurum. Baptizat enim nos Spiritu sancto & igne. Ignẽ esse dicimus, uelut sancti Spiritus uim abstergẽtem, in morem ignis sordes delictorum in nobis liquantem & consumentem.

NON *enim sunt consilia mea, sicut consilia uestra: neq; uiæ meæ, sicut uiæ uestræ. Sed ut distat cœlum à terra, sic distat uia mea à uijs uestris, & cogitationes uestræ à cogitatione mea.*] Vocatos ad conuersionem & redemptionem ac emundationem peccatorum, non sinit gratiæ per Christũ diffidere. Quod fecerunt Israelitæ. Deo nanq; ad conuersionem & resipiscentiam uocante, accusationibus conscientiæ compuncti & cõmorsi, sordesq; suæ uitiositatis uix elui posse omnino cogitantes: Errores nostri, inquiebant, in nobis sunt, & nos in illis nati sumus. Et quomodo uiuemus? Ad quæ Deus: Seriò reuertamini à uia uestra, domus Israel. Et non cedent uobis in supplicium iniustitiæ. Quando igitur uos, inquit, diffiditis, me qui omnia possum, affirmante & dicente: Omni uos macula liberabo, & ab inueteratis B
flagitijs immunes reddam: tũc apud uos cogitate, quis ego sim, & qui uos sitis, & tantum uias meas à uijs uestris, ac cogitationes uestras à cogitatione mea differre, quanta est etiam naturarũ differẽtia. Vos enim homines estis: ego Deus. Ergo immensum est interuallũ, & quæ Dei sunt, omnino sunt incomparabilia. Vincit enim fortitudine, gloria, clementia: nec est quicquam in rerum natura, quod eius excellentiam adæquare, aut propè etiam accedere possit ideatur. Homines enim ira non uacãt: at hoc omniũ summæ naturæ ineſt, ut quæ ira nõ teneatur. Acer homo & pronus in nequitiã: at bonus natura Deus: imò potius ipsissima bonitas. Remittet ergo ut Deus, & iustificabit impium, ignorantiæ lapsus oblitione obruẽs, & erroris sordes delens. Alio quoque modo uerborũ horum considerationi illud adijcias. Olim enim Gentiũ multitudo insipiens erat, & facilè in omnẽ fœditatẽ abripiebatur, & totis quasi uelis transuersim auferebatur ad ea facienda, quæ fas non est dicere. Sed postquã perfidem quærebant Deum, & inuocabãt, & peiores suas uias & iniqua consilia derelinquebant, misericordiã ab ipso consequuti sunt, & ad aliam uitã sunt quasi transformati, sapientes facti sunt, utpote sapientiæ participes, omniumq; rerũ bonarum scientes: iugũ pristini erroris excusserunt: peccatum uicerũt: nec amplius lubrico & labili animo præditi sunt, sed firmo, & forti, & parato ad exequendũ ea, quibus Deus oblectatur. Sed quãdo promitto, inquit, hæc, ne diffidite, nec mutabilẽ esse mentẽ suspicamini. Nec enim consilia mea, sicut cõsilia uestra: nec uiæ meæ, sicut uiæ uestræ. Vobis enim natura hominib. plurima sunt, quæ difficulter acquiri ac perfici possunt. Nec enim quicquid uultis facere, hoc semper ad finem procurret. At mihi Deo, omnia facilia erũt & proclíuia, nec omnino quicq; arduũ. Tantum enim distant uiæ meæ à uijs uestris, quãtũ intelligitur inter terrã & cœlũ interesse. Incomprehẽsum uerò hoc & immensum, nec id humana mens capere
Hesa.40 potest. Dixit igitur diuinus propheta Hesaias: Quis mensus est manu aquã, & cœlũ palmo, & omnẽ terrã pugno? quis appẽdit mõtes ponderi? & rupes statera? aut qs nouit mentẽ Domini?

ETENIM

Universidad de Deusto
Biblioteca



ETENIM *quemadmodum cùm descendit pluuia uel nix de cœlo, & non reuertatur donec inebriet terram, & generet & germinet, & det semen serenti, & panem ad esca: sic erit uerbum quod exierit de ore meo, non reuertetur, donec compleuerit quæcunq; uoluit.*] Velut exemplo perspicuo & omnibus notissimo, persuadere nititur, quanta sit nutuum ipsius potentia. Cadit enim pluuia uel nix cœlitùs: demissam uerò à Deo nemo impedire poterit, sed demittentis scopus ac propositum, finem consequitur. Fructuosam enim reddit omnem terram, ita ut agricolæ tum seminis tum cibi magnam habeant copiam. Cùm enim adest tempus quo plena spica terræ reddatur: non solùm quærunt agricolæ, quæ ad uictum suppeditent: sed etiam quæcunq; illis, tempore uocante ad laborandum, sufficiant. Ita, inquit, nemo meum ser monem prohibebit, nec auertetur: id est, non desinet, donec quod mihi uisum est, finẽ capiat. Et uera est hæc oratio. Nã, sicuti propheta Hesaias ait: Quæ Deus ille sanctus decreuit, quis dissipabit? & manum excelsam quis auertet? Quis enim erit tantus, ut diuino resistat calculo? & Domini uoluntati obnitatur? Prorsus nemo. Itaq; quicquid egredietur de ore eius qui uerè Deus est, hoc omnino ac semper ad finem tendet. Inest enim illi, & ut omnia præstare possit, & præterea etiam ut non mentiatur. Sed enim demisit nobis mortalibus Deus & Pater, quasi pluuiam quandam diuinam, & sub intelligentiam cadentẽ, cõsolationem per Christum, siue Euangelicæ prædicationis administrationem, per quã uniuersa terra redditur frugifera & fœcundissima. Psallit nimirum diuinus Dauid, & inquit: Inuisisti terram, & inebriasti eam, cumulate locupletasti eam. Sulcos eius inebria, multiplica germina eius, in stillicidijs eius lætabitur exoriens. Quin & uoce Mosis: Descendet, inquit, tanquã pluuia sonus meus, & descendant ceu ros uerba mea. Scribit etiam in Epistola ad quosdam sapientissimus Paulus: Deus pacis augeat sementem uestram, & multiplicet germina iustitiæ uestræ. Habuimus itaq; spiritualem ubertatem, cùm hanc administrationem per Christum animo cõplexi sumus: ut non solum sacrum cibum colligamus, ac panem uiuificum nos habeamus: sed etiam ut sit semen serẽti. Proceres enim populorum, & sacrorum dogmatum periti, quicq; pædagogi alijs esse possunt, & mystagogiæ sermonem populo subdito pertexere, serunt in cordibus eorum semẽ quod recondiderunt, quodq; prius in animis suis congesserunt. Vt enim sapientissimus Paulus ait: Dei agricolatio sumus. Cooperarij nanq; sumus Dei, qui nobis dogmatum cognitionem exactam, & sanctæ conuersationis scientiam, & omnis boni desiderium inserit. Hic est ipse Christus, qui de se ipso dicit: Exijt qui serit ad serẽdum semen suum.

*Psal. 64*

*Matth. 13*

ET *prosperabo uias meas, & præcepta mea. Nam cum lætitia egrediemini, & cum gaudio docebimini.*] Cùm sit pollicitus, plenissimam consequuturos esse misericordiam, & à peccati sordibus ablutos & emundatos, ipsi copulandos esse spiritualiter, ac fore pinquos qui longinqui fuerunt, ac munificentia eius saginandos ac recreandos: cuicq; in medio interposuerit ea, unde fidem facere posset, se uerum esse natura Deum, ac Dominum exercituum: rursus quæ sequuntur prosequitur, & continuat enumerationem spiritualium donorum quæ illis dabuntur: Prosperabo, inquit, uias meas, & præcepta mea. Magnum hoc & non aspernandum beneficium, & donum cœleste: quomodo autẽ, dicemus. Qui enim à mundanæ uoluptatis amore ad honestam uitam transire uolunt: hi primùm in aspera re ac non ita prona & peruia uersantur. Aduersatur enim illis tritæ quasi consuetudinis dulcedo, & mentẽ eorum tristitia uelut inebriat. Nec enim carnis affectus facilè sunt euitabiles, nec procliue est uolentibus, ad uirtutem currere. At prosperante ac promouente Deo, & loca inuia & prærupta, alleuiante & complanante, facilimè quis affectuũ assultus fugere poterit, & fortissimè ad uirtutum culmen assilire. Scriptum est enim: Montes excelsi ceruis. Quid ergo promisit Deus in ipsum credentibus? Prosperabo uias meas, & mandata mea, & non cum tristitia egrediemini, sed cum gaudio docebimini. Hoc demũ est, opinor, quod alibi rursus dixit scriptura prophetica: Via piorum recta facta est, & præparata uia piorum. Via enim Domini iudicium. Alius etiam è sanctis prophetis: Rectæ, inquit, sunt uiæ Domini, & iusti ambulabunt in eis: impij autem infirmabuntur in eis. Deo enim illis uias non leuigante, per illas ferri non poterunt. Quod autẽ, ut dixi, donum cœleste sit, uias diuinas ire posse, & implere mandata, quibus ad Deum peruenitur: docuit cùm uelut de synagoga Iudæorum loquitur: Propterea ecce ego obstruã uias eius sordibus, & quæret uias, & non inueniet. Itaq; me, inquit, prosperante mandata, cum lętitia egrediemini: id est, dolori non succumbetis, nec corde pungemini, & affectibus uacui eritis, & ad melio rem & admirandam uitam transcurretis. Docebimini enim gaudentes, & sacrosanctis sermonibus uosmet oblectantes. Nimirum diuinus Dauid: Quàm dulcia, inquit, faucibus meis oracula tua, supra mel & fauum ori meo? ac prudentissimè affirmauit gaudendum in illis magis, quàm in omnibus diuitijs. Cum gaudio accurrere, intelligi possunt & aliter. Liberati enim à pristino errore, gaudentes uocationẽ à Deo arripiũt. Quod uerum esse, ex ipsis rebus uidere licet.

*Psal. 118*

MONTES *enim & colles exilient, expectantes uos cum gaudio, & omnia ligna agri applaudent ramis. Et pro stœba succrescet cyparissus, & pro conyza crescet myrtus. Et erit Dominus in nomen, & in signum æternum, & non deficiet.*] Montes hîc dicit, superas & cœlestes potestates, quæ à Deo constitutę sunt, in subsidium mortaliũ. Sunt enim spiritus administri, qui legantur ad ministerium, propter eos qui salutẽ adipiscentur, & gaudent super uno peccatore resipiscente. Equidem meritò comparari possunt mõtibus, quippe qui altam dignitatem obtineant, pro uirtutis ipsorũ magnitudine. Vel etiam mõtes accipies, pro his qui



qui docendi munus habent in Ecclesijs, nihilq; humile sapiunt, sed quæ supera sunt quærunt, & supra res terrenas transiliunt. Colles autem, pro his sumes qui illis autoritate inferiores sunt, & quasi eorũ gloriæ subsident & subijciuntur. Sunt enim mensuræ & gradus honoris ac ministeriorum in Ecclesijs. Hi, inquit, montes sub intelligẽtiam cadentes, & cum illis colles exilient, id est, saltabunt, gaudentes uidelicet, propter uestram conuersionem & uocationẽ, & cum gaudio uos recipient. Non enim mediocri lætitia afficimur, cùm aliqui eorum qui errauerunt, caligine & tenebris relictis, ad ueræ Dei contemplationis lucem emicant. Sic eos etiam affatur sapientissimus Paulus, dicens: Gaudium & corona mea. Sed & omnia ligna agri, inquit, applaudẽt ramis. Ligna agri intelliges eos qui in populo recensentur. Est enim hortus Seruatoris floridus. Et quidem uiridem esse ac frugiferum narrat Sponsa, quæ in Cantico Canticorum describitur: Descendat nepos meus in hortum suum, & comedat fructum nucum suarum. Itaq; ligna intelligibilia applaudent, inquit, ramis. Gaudent enim credentes, non aliter uidelicet quàm montes & colles, id est, qui præsunt populo, de salute eorum qui ad uitam & ad incorruptam mystagogiæ religionem uocati sunt, per quam diuina illis lux affulget. Fore autem eorum qui uocati sunt maximã mutationem ad id quod incomparabiliter præstat, ostendit cùm dicit: Pro stœba erit cyparissus, pro conyza crescet myrtus. Stœbam & conyzam amaras spinas & reiectitias esse dicunt: & crescunt in locis ad agriculturam non accommodis, sed terra inculta & salsuginosa gaudent. Tales sunt qui errant, & creaturam præ Creatore colunt. Postquam autem uocati sunt ad agnitionẽ ueritatis, stœba & conyza esse desinunt: ac uergunt intelligibiliter in proceras & pulcherrimas arbores. Nam cyparissus nuncupatur & myrtus. Magnum itaq; est miraculum eius qui colit Ecclesiam, id est, Christi. Transponit enim spinas, in nobiles & præstantes arbores, & alias facit, spiritualiter. Hoc factum esse inueniemus in Israelitis. Matthæus enim & Paulus, quorum ille publicanus, hic persequutor & contumeliosus erat, cùm essent quondam stœba & conyza, facti sunt œcumenica ac totius orbis publica lumina, & Christum in omni loco, tum in seruatis, tum in perditis redolebant, quemadmodum inquit Paulus sanctissimus. Quod autem omnium horum choragus & administrator, æterna gloria & nominis perpetuitate sit potiturus, docet cùm ait: Erit Dominus in nomen & in signum sempiternum, & non deficiet. Nomen hîc uocat gloriam: signum, ut ego quidem censeo, crucis splendorem, per quam etiam seruati sumus, in qua etiam iugiter permanebimus. Nunquam enim eius gratia ullo tempore aut modo nos deficiet.

# CYRILLI COMMENTARIORVM IN HESAIAM

*Libri quinti,*

*Tomus Tertius.*

## CAP. LVI.

HAEC *dicit Dominus, custodite iudicium, facite iustitiam. appropinquauit enim salus mea ut ueniat, & misericordia mea ut patefiat.*] De gentium uocatione per fidem uidelicet in Christo, pluribus uerbis egit in paulò superioribus: quo confecto, transit iterũ ad commonefaciendum Israelitas. Natura enim bonus Deus, omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Quoniam autẽ solebant propter nobilitatem patrum, supercilio tollere, & hac sola de causa altum sapere, & quia hoc sibi putabant satis esse, etiamsi nulla probæ uitæ laus eluceret: conatur probare, inanem fore illis omnino in hisce rebus tumorem: sed eos docet excellentem gloriam consequi, qui ea quę in iuncta sunt exequuntur, & in factis splendorem ambiũt. Custodite igitur, inquit, iudicium, id est, rectum iudicium, uel diuina iudicia, scilicet mandata. Exercete iustitiam. Non enim modò diuinis legibus uelle adhærere, satis est, & à præstandi ac perficiẽdi officio discedere: sed oportet porrò sacrorum iudiciorũ custodes apparere, & omni bonorum operum genere excellere. Ne uerò quis nostrum putet his uerbis Israelitas ad obseruationem legis, quæ, inquam, in umbris sita est, & in typis, excitari. Iustificatur enim nemo in lege à Deo, quemadmodũ Paulus ille ter optimus scripsit: propè esse dicit salutem suã, & misericordiam patefaciendam. Misericordiam & salutem uocat Christum. Per ipsum enim misericordiam adepti sumus, & remissionem ac salutem per fidẽ lucrati. Simile esse dicimus hoc illi quod à Deo dictum est ad beatum Abbacum: Adhuc paululum, qui uenit ueniet, & non moram trahet. Patefieri, dicit pro manifestari. Siquidem prænunciarunt beati prophetę, Seruatoris aduentum, & patefactus est mortalibus, quando potenti domina tori uisum est. Quod etiam diuinus Dauid docebit, dicens: Notam fecit Dominus salutem suam, coram Gentibus reuelauit iustitiam suam. Manifestatus nanq; est Christus Gentibus, qui est salus & iustitia, quippe in ipso, ut iam dixi, Deus ac Pater nos seruauit & iustificauit.

*Psal. 97*

BEATVS *uir qui facit hæc, & homo qui retinet hæc, & cui curæ est, ne Sabbata mea prophanet, & qui coercet manus suas, ne faciant iniustitiam.*] Cognata sunt hæc iam dictis, & eodem tendunt: sed habet oratio quędam obseruatione digna. Considera enim quo pacto dicat, eum beatum esse, non simpliciter qui ex semine Abrahę est, non qui carnali nobilitate turget, & in eo inani superbia insolescit: sed illum, in quo bonæ & illibatæ uitæ uelut splendida & illustris

Universidad de Deusto
Biblioteca



dignitas ineſſe cernitur & enitescere. Tale quiddam beatus Ioannes Baptiſta dixiſſe uidetur, Iudæorum turbæ. Acceſſerunt ad eius Baptiſma, quod erat pœnitentiæ, & in precio habuerunt: quos ut acerbiſſimos homines & sæuos reprehẽ
Matth.3 dit, dicens: Progenies uiperarum, quis monſtrauit uobis, ut fugeretis à futura ira? Ferte igitur fructus dignos pœnitẽtia, & ne ſitis ea opinione ut dicatis apud uos: Patrem habemus Abrahã. Certè ipſe quoq; Seruator idem perſequutus eſt, & affatus eſt eos obnixè ſemper hoc prætendentes
Ioan.8 dicentesq; Nos patrem habemus Abraham. Ille uerò: Si patrem, inquit, haberetis Abraham, feciſ ſetis opera Abrahæ. Beatus eſt igitur, inquit, non ſi quis ſit filius Abrahæ, ſed qui cuſtodit hæc. Quæ nam? Iudicium, iuſtitiã, & præterea qui cuB ſtodit illa & efficit, ac retinet, id eſt, qui non leuiter aut remiſſe, ſed omni uelut ſtudio ac iuuenili-ter ſeu uiriliter ea aggreditur, ut ea diligenter reti neat, ac curæ habeat, ne Sabbata prophanet. Vt rurſus illud intelligas, non licebat in Sabbato laborum & ſtudiorum ad carnem pertinentium curam aliquam agere: ſed ociari potius oportebat, diuina lege hoc ſanciente: ociantes tamen ſtata ſacrificia Deo offerebant: legali litera ænigmaticè ſubinnuente, carnis cura uacantes, debere ſpirituales hoſtias, in odorem bonæ fragrantiæ intelligibilis, Deo prudenter miniſtrare. Huius igitur ceſſationis in Sabbato uirtus, ocium & ceſſationem à peccato & carnis cupiditatibus figurabat. Sic eandem curam nos ſuſpicere debemus, C ne Sabbata uiolemus. Superſedentes enim, ut dixi, omni cura terrena & carnali, intelligibiliter ſabbatizamus: non per ſanguinem & fumos celebrantes ſacrificia, ſed ſtudijs ſanctis illum exhilarantes, & in odorem ſuauitatis noſmet offerẽtes. Talibus enim ſacrificijs placatur Deus: ſicuti ſcriptum eſt. Oportet itaq; Sabbata non uiolare: ſed ad hæc manus puras ſeruare. Quomodo autem, ipſemet docuit, inquiens: Ne faciant iniuriam. Nec enim cuſtodire iudicium, nec colere iuſtitiã poſſunt hi, qui iniuriã uolunt inferre, & manum peccati ſordibus inquinare. Manũ autẽ, non ſimpliciter eã quæ eſt corporis, ſed pro manu actuoſam quandã energiam & efficientiam intelliges, per quam ad res quaſq; gerendas accedimus.

D NE *dicat alienigena is qui appoſitus eſt ad Dominum: Separabit me utiq; Dominus à populo ſuo. Neq; dicat Eunuchus: Ego ſum lignum aridum. Hæc dicit Dominus eunuchis: Quicunq; cuſtodiunt Sabbata mea, & eligent quæ ego uolo, & tenebunt Teſtamẽtum meum, dabo illis in domo mea, & intra parietes meos locum celebrem, meliorem filijs ac filiabus, nomen æternum dabo illis, & non deficiet.*] Aliud ſupercilium Iſraelitarum & arrogantiæ cauſam uitioſam & frigidam Deus inſectatur. Altum enim, dixi, ſapiebant, dicentes: Patrem habemus Abraham. Et: Populus ſanctus ſumus electus, atq; in ſortem diuinam adſciti ſumus. Fugerunt etiam orbitatem, utpote cùm primus pater Abraham loco benedictionis acceſſiſſet à Deo, ſemen ſuum in immenſam multitudinem propagandum; quod Deus promiſit ſtellas A numero æquaturum. Dixitq; illis per ſapientiſſimum Moyſem: Non eſt in uobis orbus neq; ſterilis. Quòd autem magna & præclara res cenſebatur ab illis fœcunditas prolis, è ſanctis prophetis quidam probabit: Gloria eorum, ex partubus & parturitionibus, & conceptionibus. propheta item Heſaias dicit, ſeptem mulieres apprehenſu-Heſa.4 ras unum uirum, quæ dicebant: Panem noſtrum comedemus, & ueſtimentis noſtris amiciemur: tantùm nomine tuo uocemur: auferprobrũ noſtrum. Non enim uolebant, ut dixi, tanquam liberis orbæ & ſteriles notari. Quia igitur uidebantur Iſraelitæ propter carnalem nobilitatem & ſobolis fœcunditatem elato eſſe animo: eos neceſſariò ab hac ignorantia abducit, inquiens: Ne dicat alienigena, qui appoſitus eſt ad Dominũ: Separabit me Dominus à populo ſuo. Non enim, quia eſt alienigena, id eſt, non ex ſanguine Iſrael, propterea non erit eius donorum & coniunctionis cum ipſo, uidelicet ſpiritualis, particeps: at ſi Domino adhæreat, omnino inter domeſticos & notos collocabitur, & ad gentẽ ſanctã, ad regiũ ſacerdotium, in ſortẽ Dei cooptabitur, & in filijs Abrahã numerabitur. Non enim omnes qui ſunt ex Iſrael, hi Iſrael, ſicuti ſapientiſſimus Paulus ait: nec quia ſemen Abrahæ, omnes filij, ſed filij promiſſionis reputantur in ſemine. Data eſt etiã Abrahæ promiſſio à Deo, non ſolùm propter eos qui ſecundum carnẽ ab eo ſunt, ſed propter omnes per fidem genitos. Sic enim Abraham iuſtificatus eſt. Ergo qui inſiſtunt ueſtigijs fidei Abrahamiticæ, his omnino dabitur, ut filijs accenſeantur. Non igitur proſelytũ ſeparabit à populo ſuo: at ſemel additum & uocatum per fidẽ ſuſcipiet, populumq; ſanctum nominabit. Quin etiam ſi quis, inquit, ſit eunuchus, id eſt, carens liberis & ſobole, ne dicat apud ſeipſum: Ego ſum lignum aridum, id eſt, ne moleſte ferat orbitatem. Apud Deum enim nihil eſt, nec eum reijciet. Nam quæ uirtus eſt, cuius præclari facinoris ſplendor, prolis fœcunditas? Carnis enim opera ſunt hæc, nec reprehenſione nec laude digna. Etſi enim aliquibus benedictionis loco datũ ſit, ad hoc Deo uocante: at nihil erit non habentibus incommodi. Quid enim contra eos dici poteſt, qui ante horã
D uel ante nuptias defuncti ſunt? & à cõmercio rerum noſtrarũ abſtinuerunt? quibus non erat fœtus liberorum? Quomodo etiam iuuabit peccatis in hac uita addictos, quòd multorũ filiorũ & filiarũ patres exiſtant? Ne dicat, inquit, qui liberos non habet: Ego ſum lignũ aridum. Nihil etiã nocet, imò uerò neceſſe eſſe dico, ut mentionẽ faciamus nunc eorum, qui ſe propter regnũ cœlorum Eunuchos reddiderunt, iuxta uocẽ Seruatoris: quibus oratio a Deo hoc loco habita nõ abs re accommodari poteſt. Dabo enim illis inquit, in domo mea & intra murũ meum locũ celebrẽ. Domum & murum, uel munitionẽ & ſecuritatẽ, appellare uidetur Eccleſiã, ſuperam & cœleſtẽ, uel hanc quæ in terris uerſatur: in qua reſplendẽt uiri innocentia & grauitate quaſi enutriti, & qui conti-



continentiæ laudem & oſtentationem reſpuunt, A ac gloriam in ipſo, potiorem fœcunditate exiſtimant, & quo ad grauitatem ac ſanctitatẽ conuerſationis, ab Eunuchis nihil differunt. Hi accipiũt à Deo gloriam æternã, hoc enim illuſtre illis nomen eſt, illoſq; gratia ipſius non deficiet. Eximia ſunt enim continentiæ præmia. Verùm non ſimpliciter Eunuchis hanc adeò illuſtris dignitatis ſubminiſtrationẽ pollicetur: ſed obſeruantibus Sabbata eius, Chriſti uidelicet. Alia ſunt, uti dixeram, eius Sabbata, quàm legis. Hæc nanq; in typis erant ſita: illa, ueritatis pulchritudine illuſtrãtur. Et illa lex eos uult, qui elegerunt ac retinent teſtamentum ſuum. Chriſtus autem ult nõ quæ in umbris & literis legalibus conſiſtunt, ſed quæ ad Teſtamẽtum ab ipſo conditum pertinent, no B uum ſcilicet & Euangelicum.

E T *alienigenis, qui adducti ſunt Domino, ut ſeruiant ei, & diligant nomen Domini, ut ſint ei ſerui & ancillæ, & quicunq; cuſtodiunt Sabbata mea, ne prophanent ea, & tenent Teſtamentum meum, hos adducam ad montem ſanctum meum, et exhilarabo eos in domo orationis meæ: holocauſta eorum & ſacrificia eorum erunt accepta ſuper aram meam. Domus enim mea, domus orationis uocabitur: cunctis gentibus dicit Dominus, qui congregat diſperſos Iſrael.*] Adnectenda ſunt hæc ſuperioribus, ut eius quod dictum eſt hic ſit ſenſus: Hæc dicit Dominus Eunuchis, & alienigenis, addictis Domino, ut ſeruiant ei. Habet ergo ſermonem cũ Gentibus, non cum ſolis Iſraelitis, qui altum ſupercilium erigebant, & alienigenas exagitabãt, ſe portionem & ſortem Dei, & populum ſanctum no-C minantes, ac dictitantes: Beati ſumus Iſrael, quia quæ ſunt accepta Domino, nota ſunt nobis. Cõſtat ergo carnalis nobilitatis uirtutẽ nos Deo nõ cõiungere: nec enim quòd nati ſunt Abrahamo, ſors Dei manſerunt: ſed populo Dei numerandi ſunt, qui ſpirituali copula ipſi adhærent: etiãſi alienigenæ ſint, modo per fidem ei ſint addicti, eiusq; ſeruitutem gloriæ ſibi ducant, ac nomẽ eius diligant, & ita diligant, ut ſubmiſſionẽ in omnibus, regni illius iugum ſemper ſubeant ac ſuccurrant: non ad ea quæ fas non eſt digredientes, nec præcipiti impetu ad alienorum deorũ cultũ recurrentes, ſed fixam ac immotã mentem habẽtes, & ita Sabbata eius, uidelicet Chriſti obſeruãtes, ut ea non uiolent. Sabbatum enim colunt lu-D dæi ex legis præſcripto, ac carnem citra omnẽ laborem retinent, ocium ueluti in negocijs corporalibus agentes. Sed hic Sabbatiſmus à Deo reiectus eſt. Qui uerò in requiẽ Chriſti ingreditur, & intelligibiliter ſabbatizat, à ſuis feriaſ operibus, ſicuti a ſuis Deus. Sic nimirum ſcribit ſapientiſſimus Paulus. Itaq; inducturum ſe pollicetur alienigenas in montem ſuum ſanctũ, & lætitia affecturũ in domo orationis ſuæ. Hîc mihi uide, umbram legis euerſam eſſe, & literæ uetuſtatem iam inefficacem quodammodo. Omnia enim facta ſunt in Chriſto noua: præterierũt uetera. Vetuit
Deut.23 lex alienigenas domũ Dei ingredi. nam ait: Non intrabit Ammonita & Moabita in Eccleſiã Domini. At uniuerſorum Seruator & Dominus, rebus noſtris in nouitatẽ ſpiritualem cõmutatis, alienigenas in domum ſanctam ſuã inducturũ ſe pollicetur. Montem enim ſanctum, nullum aliũ eſſe dicit, quàm ſuam Eccleſiam: in quam ingreſſi, exhilarantur, donis eius affluentes, & ſpe Sanctorum ditati. Quòd autem purè & integrè ueſaturi ſint, & Deum uniuerſorum placabilem ac propitium habituri, ſignificauit inquiens: Incenſa eorum & ſacrificia erunt accepta in ara mea. Oratio autem hæc tanquam ab exemplo & typo legalis cultus ſumpta eſt. Nam olim arietes & hircos incendere, ac ſacrificia obferre ſoliti ſunt Iſraelitæ. Sed quoniam, ut dixi, umbra tranſijt, non per ſanguines aditũ ſibi faciunt, ex Gentibus uocati: ſed ueluti ſeipſos Deo ſacrificãt: mundo morientes, iuſtitiæ uiuentes, ſicuti ſcriptum eſt. Erũt autem accepti, & odor ſuauitatis, tum hi, qui totã quaſi uitam, ſanctam reddunt, uelut holocautomata, tum etiam hi qui particulare ſacrificiũ offerunt: qualis eſt uita eorum qui nuptias contraxerunt, diuiſi quodammodo, ac Deo & mũdo partiti. Animantia enim in ſacrificium ſeu hoſtiã oblata, non integra, ſed dimidia & ex parte aris impoſita ſunt. Accepti ſunt ergo alienigenę, ſeipſos in fragrantiã ſpiritualem offerentes. Quòd autẽ non ſolis Iſraelitis tributum ſit diuinũ templum, ſeu domus orationis Dei qui eſt ſupra omnes, ſed omnibus per orbem terrarum, conuerſione & fide ad agnitionẽ ipſius uocatis patefactũ, perſpicuum facit, inquiens: Domus mea, domus oratio nis uocabitur omnibus Gentibus. Quis eſt ergo qui hæc promiſit? Num diuinus propheta Heſaias, uelut ex ſua ſententia? Minimè. Dixit em̃ Dominus, inquit, qui congregat diſperſos Iſrael. Hæ ſunt igitur orationes, hæ uoces cõmiſerãtis. Natura em̃ bonus, omnes homines ſaluos fieri uult, & ad agnitionem ueritatis uenire. Cæterùm clementiæ magnitudinem non in ſolis gentibus apparuiſſe, poſtquã mundo Chriſtus illuxerat, ſed etiam in ſanguine Iſraelitico oriundis: planũ eſſe poteſt, ipſo dicente: Dixit Dominus qui cõgregat diſperſos Iſrael. Erant proinde & hi diſſipati, non ſolùm corpore tenus, extra ludęam abducti, & ad alias ciuitates ſeu regiones euagati: ſed tanquam à converſatione in lege receſſerunt, & à di-D lectione in Deũ reſilierunt. Non enim mandato ſibi dato perfuncti ſunt: at ſæpenumerò eos inuenimus, & in idolorũ cultum prolapſos eſſe, & labijs Deũ honorare, animũ alienatum & peregrinantẽ habere: ac eum fruſtra colere, doctrinasq; & præcepta hominũ docere. Ne itaq; glorietur contra alienigenas refractarius Iſrael. Æqualem enim à Deo miſericordiã & ipſi conſequuti ſunt: atq; deprehenſi ſunt illi, non ſatis ingenui ac ſtabiles, nec in omni genere obedientiæ inculpabiles, ſed diſſipati ac ſparſi, quemadmodũ iam dixi.

QVIA *congregabo ad eum congregationem. Omnes feræ ſyluæ, comedite omnes feræ ſyluæ: uidete, quia omnes excæcati ſunt, non norunt ſapere. Omnes canes muti, non ualentes latrare, ſomniantes in lecto, amantes dormitationem, & quaſi canes impudentes, animo neſcientes ſatietatem, & mali ſunt, neſcientes in-*

*tes intelligentiam, omnes uias suas sequuti sunt, unusquisq; in unum & idem.*] Dupliciter intelligas quæ scripta sunt. Vel enim feras indomitas & immites appellat Gentes, utpote sub tali tyranno, diabolo, inquã, educatas, & quasi efferatas, ac non humano more uiuentes: uel dicere uidetur feras, eos qui Israelem uastarunt, & propter impietatem in Christũ toto ore deuorarunt. Si Gentium ut ferarũ memi nit: dicimus illis hoc dictũ esse à Deo: Venite, co medite: quo omnẽ sacrosanctorum charismatũ affluentiã illis datam esse significat, & mensam es se appositã, quæ uiuificat. Ederũt enim & ipsi panem uitæ: & panis Christi participes facti sunt, et eiusdẽ cum Sanctis corporis, adeò ut gaudentes
Psal. 22 dicant: Dominus pascit me, & nihil mihi deerit, in loco herbido me collocauit. Ad aquã requie- B tis enutriuit me, animã meam conuertit. Parasti in conspectu meo mensam. Dixi etiã per unum è sanctis prophetis: Edite, bibite, & ebrij estote uicini. Qui enim procul aberant à Deo, propinqui per fidẽ facti sunt: qui quondã errabant, & sacro cibo repleti sunt. Scriptum enim est: Panis roborat cor hominis. Sin feræ intelligãtur à nobis, qui deglubunt Israelẽ, illud: Venite, edite, est obij ciẽ tis illis eos, qui impiè egerunt. Quod meritissimè illis conuenit ut patiantur, ut qui principẽ uitæ interfecerunt, fidẽ non admiserunt, ac longè aba cti sunt, nec amplius Dei populus, sed odio habi ti sunt, utpote Dominicidæ. Ne aũt sine causa pu nire uideatur Deus, & de re nihili pœnas exige re: statim illis crimina apponit, quibus implicati, C dantur in exitiũ hostibus, uel in esum bestijs. Vi dete enim, inquit, quia omnes excæcati sunt, nõ norunt sapere. Verè enim cæci Israelitæ fuerunt, & præ alijs maximè Scribæ, ac Pharisæi, & præfe cti synagogæ. Nec enim ueram lucẽ admiserunt, nec Christum scire uoluerunt, licet apertè clamã
Ioan. 8 tem, nunc: Ego sum lux mundi: nũc iterum: Ego lux in mundum hunc ingressus sum: qui sequitur me, in tenebris non ambulabit, sed habebit lucẽ uitæ. Cùm ergo liceret, fide recepta, luce ditari: id quidem non fecerunt: ut & propheta inquit: Expectantibus illis lucem, factæ sunt tenebræ: & ex pectantes splendorem, in caligine uersati sunt. Et ipse Seruator dixit de illis & de populo illorum manuí cõmisso: Cæci sunt, & cæcorũ duces. Om- D nes igitur, inquit, excæcati sunt, neq; sapere norunt. Erat enim uerè hominũ prudentum & intel ligentium, celeriter præsens salutis tẽpus apprehendere. Ad quod & diuinus Dauid eos cohor-
Psal. 2 tatus est, dicẽs: Apprehendite disciplinã, ne quãdo irascatur Dominus, & pereatis à uia iusta, quũ citò exarserit furor eius in uos. Quoniam uerò hanc per Christum disciplinam non apprehenderunt: exarsit in eos furor, & de uia iusta perierunt, id est, alieni facti sunt à conuersatione Euangelica: per quã & quidẽ solã, modus iustitię Deo gratæ elucet. Præterquam quòd, inquit, cęci sint, etiã canes muti erant, non ualentes latrare, somniantes in lecto, dediti somno: de illis uelut ab exemplo manifesto uerba facit. Qui enim gregẽ sequuntur canes, undiq; circũeuntes semper, nec A somno, nec dormitatione uincuntur. Si quod eũ animal efferatum conspiciatur, allatrant fortiter, & omnibus uiribus à pecore arcere satagũt. Atq; hoc officiũ gregis ratione prediti proceribus incumbit, præceptoribus uidelicet & doctoribus, ut curã habeant subiugatorum, & omnibus modis eos abigant, qui iniuria & incõmodo uolunt afficere, quiq; à dilectione in Deũ abducunt, ac persuadent reuerentiã, quæ erga illum habenda est, paruifacere, & pro suo arbitratu ad quod ipsis placet attrahunt. Sed hi esse nolebant Iudaicæ synagogæ proceres: imò canes erãt muti, dormitationẽ amantes, & in lecto somniantes. Etenim licet populo suo utilia præcipere, ac contrà docentium impetus propulsare deberent, id qui B dem non præstiterunt: sed ipsi potius eos in uora ginẽ interitus præcipitarunt. Quod docebit uniuersorũ Deus, inquiens: Sacerdotes tui non dixe runt, ubi est Dominus: & qui tenent legẽ meam, non sciuerunt me, ac pastores in me egerunt impiè, & prophetæ prophetarunt Baal. Itaq; nolebant ceu canes contra infestantes gregẽ latrare, sed canũ impudentiã sequuti sunt, idq; societatis nescij. Nã pecuniæ amãtes, & turpes captaras ca ptantes, & munerũ largitionibus delectati, legẽ præuaricati sunt: uel etiã impudentes, interdũ iniustũ calculũ tulerunt in eos qui iniuriã nullã fecerunt: impiũq; iustificarunt. Non enim nouerũt satietatẽ, id est, modũ capturarũ, seu prædarũ, sor
C didarum scilicet. His etiã de causis eos accusauit Seruator ipse, dicens: Væ uobis Scribæ & Pharisæi, hypocritæ: quia decumatis mentã, & anethũ, & cuminũ, & quæ grauiora legis sunt, omisistis, iudicium, misericordiã, & fidẽ. De illis dixit diuinus propheta Hesaias: Quomodo facta est mere Hesa. 1 trix ciuitas fidelis, Sion, plena iudicio, in qua iustitia dormiuit, nunc autẽ homicidæ? Argentum uestrũ adulteratum. Caupones tui miscent uinũ aqua, principes tui non obediunt, socij furum, di ligentes munera, persequentes retributionẽ, orphanis non patrocinantes iudicio, & causam uiduæ non attendentes. Quin & diuinus Abbacũ, eadem de re, tantùm non illacrymans, appellauit Deum: Quousq; ô Domine clamabo, & non ex- Abac. 1
D audies? uociferabor ad te, iniuria afflictus, & nõ seruabis? Quare mihi ostendisti labores & molestias, ut uiderẽ miseriã & impietatẽ? Aduersum me factum est iudiciũ, & iudex accipit. Propterea dissipata est lex, & non deducitur in finẽ iudiciũ. Impius enim ualet contra iustũ. Idcirco egredietur iudicium peruersum. Itaq; uigilantiã, quæ est in grege canũ, noluerunt æmulari: sed in eo solùm imitati sunt, quòd sint contemptores omnis uerecundiæ, incumbantq; prædis coaceruandis insatiabiliter. Ad hæc eos malos esse dicit, & nescire intelligẽtiã. Stultus est hic malus. nam intelligentia ijs conuenit maximè, qui bene facere solent: at malitia à mente bona abest. Perinde est enim scabiẽ & hulcus uidere in corpore, ac in animo malitiã. Stultũ enim ipsum reddit, ad agrestẽ ruditatem adducens, & ad omnia uitæ munia in- A commodum efficiens. Quia uerò mali, fuerunt etiam stulti: hinc etiam: Omnes, inquit, uias suas sequuti sunt, quisque in unum & idem. Nam cùm rectà ad omne bonum ferri, & quæ oraculis prodita sunt, sequi desisterent: suæ uoluntati totas habenas laxarunt, & fecerunt pro animi sui libidine: nec solùm singulatim, sed in unum & idẽ, id est, simul ac gregatim. Inueniemus enim præfectos Iudæorum, fœda & diuinis legibus dissentiẽtia in collegijs ac consessibus suis & consultasse & fecisse. Ita enim lapsi sunt in dominicidij crimen, & alijs atq; alijs modis quisq; ad uiam suam auersi sunt. Voluptatum enim amantiores erant, quàm Dei: & uitæ huius occupationibus magis oblectabantur, uita cum legibus consentiente & B præclarissima in totum neglecta.



## CAP. LVII.

 IDETE *ut iustus perijt, & nemo excipit corde, & uiri iusti tolluntur, & nemo animaduertit. A facie enim iniustitiæ sublatus est iustus, erit in pace sepultura eius, sublatus est è medio.*] Cùm ostenderit eos canes mutos fuisse, & insatiabili auaritia præditos: his uerbis porrò demonstrat eos socordes esse & contẽptores, adeò ut in extremis flagitijs obdurescerẽt, & resipiscere ne in animũ quidẽ inducere parati essent. Perijt enim iustus, inquit, & nemo excipit corde, & homines iusti tolluntur, & nemo animaduertit. Quibus uerbis subindicare uidetur ne C farios ausus Iudaici gregis cõtra Christũ, & quæcunq; fecerunt contra sanctos Apostolos. Occiderunt enim Iesum, tantũ nõ propheticũ illud clamantes, & dicentes: Ligemus iustũ, quia incõmodus nobis est: & quantũ ad ipsorum animũ consiliumq; attinet, perijt iustus ille, id est, qui peccatũ non nouit: nec enim iustis de causis eum interfecerunt, & uiros iustos diuinũ illis & Euangelicũ sermonẽ referẽtes, & ad crudelitatis suæ agnitionem ac resipiscentiã uocantes, in periculũ immiserunt. Sublatus hinc est ab illis diuinus Stephanus, prolixo sermone ad eos producto. Et quibus rebus eos illaqueari par erat ad resipiscentiã, his ipsis ad offensionẽ exacuebant. Tolluntur ergo, inquit, uiri iusti, & nemo excipit D corde, id est, nemo dignatur animo reponere impietatis magnitudinẽ. Sublatus est etiã à facie iniustitiæ iustus, id est, iniusti oppugnabant iustos, ac mali obtinuerunt contra eũ qui non nouit delinquere. Erit igitur in pace sepultura eius, sublatus est de medio. Obserua mihi iterũ orationis figurã. Scopũ enim & propositũ eorũ qui sustulerunt, non reuera ipsius rei exitũ ostendit, quasi ita se haberet ut dicitur. Non enim sublatus est de medio Christus: nec hi qui eius legatione functi sunt, iusti etiam ipsi, utpote ab ipso iustificati. At quodãmodo exterminati sunt è medio, quantũ, inquã, ad molimen ac institutũ eorũ qui occiderunt attinet. Accusationẽ aũt hanc in omnes occisores cadere & incurrere, & neminẽ Iudæorum extra culpam esse, insinuat, cùm inquit: Erit in pace sepultura eius. Sepulturam uocat mortẽ. Illud, in pace, adiectum, insinuat neminem prorsus in tribubus Iudaicis, impijs eorum conatibus restitisse, uel se opposuisse, & impiè agere uolentes increpasse: sed uno omnes consensu & coniunctis animis, contra Christum audax hoc facinus suscepisse, & pace inter seipsos facta, interfecisse.

VOS *autem accedite huc filij iniqui, semen adulterorum & meretricis. In quo insultastis? contra quem aperuistis os uestrum? & in quem laxastis linguam uestram? Nonne uos estis filij ad interitum destinati? semen iniquum?*] Ex insigni pietatis studio insultat diuinus propheta in effrenatã Iudæorum petulantiam, & impijs uocibus quas contra Christũ dixerunt ualde offenditur. Semper enim laxabant quasi in eũ linguã: & totis quasi uelis in sectati sunt eius patiẽtiã. Quid enim obloquuti nõ sunt fœdũ & prodigiosum? Samaritanũ, uinipotorẽ & ex scortatione natũ eum uocabant: & dæmoniacũ esse dicebant eũ, qui increpauit dæmonas: & in Beelzebul operari signa, qui contriuit Beelzebul. Dein ad extremũ Pilato adductũ, accusabant nihil ueri afferentes, sed mendacijs usi & sycophantijs. Dicebant enim: Iste turbã concitat, uetat dare tributa Cæsari, aliaq; præterea quæ in ipsorũ caput inextinctã flammã deuoluẽt. De quibus accusauit eos Seruator, uoce Osee, dicẽs: Væ illis quia resiluerunt à me, miseri sunt, quia impij extiterunt in me. Ego redemi eos, illi uerò obloquuti sunt contra me mendacia. Et uoce Hieremiæ: Dereliqui domũ meã, dimisi hæreditatem meã, dedi dilectã animã meã in manũ inimicorũ ipsius. Facta est hæreditas mea mihi, ceu leo in syl ua. Edidit contra me uocẽ suã. Propterea odi eã. Nã præter alias sycophantias, quas in illũ excogitarunt, sæpenumero accedentes Pilatum audebant dicere: Tolle tolle, cruci affige eum. Hoc etiã maximè præ alijs fecerunt Iudaicæ synagogæ proceres. Quantumuis enim resciuerant eum hæredem esse, dixerunt tamen apud sese: Venite, occidamus eum, & occupemus nobis hæreditatem eius: sed spe sua frustrati sunt. Occiderunt eũ, sed non mansit detentus morte, at reuixit, alijsq; agricolis dedit uineam, malè malos perdẽs, amentes & dominicidas. O igitur, inquit, filij iniqui, ô semen adulterorũ & meretricis. Adulteros hîc appellat qui præsidebãt, Scribas & legis doctores: qui tantùm non adulterabant synagogam, non ei legis præcepta loquentes, sed ad quæ fas non erat detorquentes, & docẽtes doctrinas mandata hominum. Meretrix autẽ meritò erat Iudæorũ synagoga, ut quæ adulterorum semina reciperet, & sapientissimi Mosis legẽ repudiaret. Hinc eos meritissimò appellat filios iniquitatis. Dicite ergo, inquit: In quo insultastis? & contra quẽ aperuistis os uestrum? & in quem laxastis linguã uestram? Sæpe, inquit, ludibrio habuistis sanctos Prophetas: sed erant germani Dei omnium summi filij, uerùm & famuli & subditi, & humanam habentes mensuram: ac in conseruos hæc eorum patrata sunt facinora. Nunc autem in quem lin-

guam laxauistis? Nõ enim prophetis similis fuit, A nostræ conditionis famulus, iugo subditus: at ipse Dominus uniuersorum, etsi quidem formam seruilem induerit. Filij itaq; inquit, estis ad interitum destinati. Nec enim uoluistis recipere seruatorem, & semen iniquum estis: non enim tulistis eum, qui per Euangelica oracula uos ad pietatem instituit.

EXHORTAMINI *ad idola subter arbores frondosas, iugulantes filios uestros, in uallibus per medium petrarũ. hæc pars tua, hæc sors tua, & illis effudisti libamina, et illis obtulisti hostias. Propter hæc ergo non irascar? in monte excelso & prælto est cubile tuum, & illuc ascendisti ut faceres sacrificia tua, & post postes ostij tui posuisti memoriam tuam.* ] Dominicidas eos esse ostendit: aliũ morbũ patefacit, quòd sint osores Dei, & ad cædem faciendã præcipites, nec id B nouum aut nuperũ in illis fuit, sed antiquũ & superiore memoria usitatũ. Vos enim estis, inquit, qui superioribus tẽporibus imploraſtis idola sub arboribus frondosis. Etsi enim lex Mosaica utilia illis præscriberet, & disertè diceret: Dominũ Deũ tuum adorabis, & eum solũ coles: eò tamen fatuitatis uel potius impietatis intolerãdæ & immoderatæ prolapsi sunt, ut idolorũ architecti fierent, illisq; sacra facerent, & exhortarentur ac docerent alios sub arboribus frondosis adorare, & ea diuinis honoribus ornare. Quod perspicuũ fa-
Hier. 2 cit Vniuersorũ Deus, uoce Hieremiæ, dicens: Vidisti quæ fecit mihi habitatio Israel. Abierunt ad omnẽ montẽ excelsum, & subtus omne lignum frondosum, & fornicati sunt Israel. Occupabãt e- C nim montiũ uertices, & lucos florentissimos, & illic aras ac delubra extruxerunt, & hostias impuris dæmonibus ac libamina obtulerunt, nec suis liberis pepercerũt. Mactauit exẽpli causa lechonias filiũ suũ, non dns. Quod etiã Deus ipse per unum è Sanctis prophetis dixit, crudelitatẽ eorũ qui talia patrabant demonstrans: Sacrificate homines, uituli enim defecerunt. Vos igitur estis, inquit, qui exhortamini ad idola, sub arboribus dẽ sis, mactantes liberos uestros in uallibus, per medium petrarũ. Quid tũ postea? Hæc tua pars, hęc tua sors. Adoraſti enim uana, inquit, talem quoq; habebis portionem, & sors tibi erit inanis. Vel illud dicere uult: Mactaſtis liberos uestros, inquit, in uallibus. Illa ergo est tua pars, hæc tua sors: id D est, in eadẽ deduceris mala, eritq; pars ac sors tibi mactatio. Quamobrẽ? Primũ quia liberorũ extitisti interfector: deinde quia impuris dæmonibus & inanimis idolis effudisti libamina, illisq; obtulisti hostias. Itaq;, inquit, nonne ob hoc irascar? nónne grauis in uos furoris mei causa, & supplicũ? nonne occasionẽ habet probabilẽ? In mõte excelso & prælto cubile tuũ, illic repræsentasti hostias, & post postes ostij posuisti monumentũ tuũ. Dormiuisse nimirũ eos in montibus, insomniorum causa, sæpe meminit prophetica oratio. Narrant Israelẽ in eũ errorẽ impegisse, ut pro foribus & in postib. formas idolorũ inciderint, quò introeuntes domum & exeuntes illa uiderent, & sempiterna tenerẽt memoria. Hoc itaq; in illis iu-

re optimo haberi potest summæ impietatis euidens argumentum. uocabant autẽ has idolorum incisas formas, seruatores, & domorũ custodes.

PVTABAS, *si recesseris à me, plus te habiturum. Dilexisti dormientes tecum, & crebrò fornicata es cum eis. et multos fecisti eos qui procul sunt à te, et misisti legatos ultra terminos tuos.* ] Omnis fœda uoluptas, & omnis uitiositas humanam mentem incantans, specimen aliquod bonę rei tantùm non pollicetur, & res antè non cognitas adepturã, ac in meliore loco fore, quàm prius fuerit, promittit. Nam cùm sic captiuam ceperit, quocunq; tandem uult aufert. Sed stulti experiẽtia docti, ubinam malorum sint, uix ad priorẽ statum relabuntur. Qui aũt animi oculis cuiusq; rei exitum perlustrãt diligentissimè, præcipitiũ hoc non ferunt, sed mentem seruant inuulneratã, ante tentationem uidentes, quid sequuturũ sit. Sed talis non fuit ludæorũ synagoga: erat enim subdita manui omnipotentis Dei, & gloria ab ipso conuestita, terribilis & intolerabilis extitit finitimis, & optatissimam spem habuit, omniq; felicitate abundauit. Sequuta enim legẽ Mosaicã, natura & uerè Deum coluit: nec alium ab illo Deũ longo tempore sustinuit appellare, nec alium noluit adorare. Postquam autẽ ad quosdam doctores falsos defecit, ac impios pastores: recidit in apostasiam à Deo, & opera manuum suarũ adorauit, rata fortassis secum melius actũ iri, ubi à charitate Dei delapsa fuisset. Hisce de rebus illam ac cusauit, dicens: Putabas, si recederes à me, plus te habiturum. Sed non peruenerunt ad exitũ, quæ hac adeò frigida & inani spe expectabãtur: imò in omnibus malis uersabantur. Habuerunt igitur prosperitatis eximiæ nihil, cùm uerã filiorum & genuinam naturã abijcerent, & firmitatem constantiamq; parui admodũ ducerent. Et quod adhuc est absurdius, dilexisti, inquit, dormientes tecum, & crebrò fornicata es cum illis: & cũ ea uelut cum scorto disputat. Qui sunt ergo dormientes cum ea? Falsi pastores sunt qui mentẽ inustã & cauterio notatam, sicuti ait beatus Paulus, ac diabolica ignorantia plenã habẽt, qui illis uia & causa interitus fuerunt, ab ingenuitate quã cum Deo habent, abducẽtes, & immittentes uelut impietatis semina, & persuadentes fructus părere Satanæ, fructus debacchationis, scilicet in Deũ. Quorundam fornicationẽ crebro iteratam dicimus, seu apostasiã à Deo: quando uitiorũ uis & ratio non uniusmodi aut uniformis esse conspicitur: sed ex multis uelut sceleribus cõpleta & conflata, & multa alia parturit, ob quæ meritissimè eos qui ea patrant possit reprehendere. Puto: Si quis Satanã colere uelit, sequitur omnino, ut nihil sani, aut recti aggrediat, & in omnẽ uiã nefariæ & execrandæ uoluptatis uelut abijciatur. Affinia quoq; talibus uitijs esse possunt & alia mala, præstigiæ, necromãtiæ, & eorũ qui prodigiorum interpretes sunt inutiles fabulæ, falsa uaticinia, ac incantationes, & astrologorum sycophãtiæ, dierũq;, horarũ, temporũ & annorũ obseruatio. Hoc modo dicit te fornicationẽ tuam crebro iterare.

Multos



Multos fecisti qui procul sunt abs te. Qui autem A hi sint, rursus uidendum est necessariò. Vel enim sanctos prophetas dicit, qui cùm eam ultra omnem audaciam progressam, & in omne genus impietatis prouectam cernerent: ab ea uelut inquiIer. 51 nata recesserunt, propè clamãtes, & dicentes: Curauimus Babylonẽ, & non sanata est. Relinquamus eam, & abeamus quisq; in terrã suã: quia appropinquauit ad cœlum iudicium eius, & sublatum est usq; ad astra. Quia enim Babylon nominata est terra Sculptilium, & eodẽ morbo turpiter laborauit Hierusalẽ: hinc iure optimo eã uocant diuini Prophetæ Babylonem. Vel fortassis multos fecit eos qui procul à se. Nam finitimarũ gentium cultus et falsò nominatos, apud quosq; deos curiosè peruestigantes, eos accersiuerũt, & B illis addicti sunt, & alij hos, alij illos coluerunt.
Hier. 2 Dixit nimirũ Deus alicubi uoce Hieremiæ: Pro numero ciuitatũ tuarũ erant Dij tibi Iuda, & pro numero uiarũ Hierusalẽ cõstruxistis aras ad suffitum faciendũ Baal. Hoc etiã arbitror denotare: Et misisti legatos ultra terminos tuos. Non enim cõtenti sunt præsentib. apud se Dijs, sed, ut dixi, alios multos accersebant, prout quisq; sibi bonũ esse persuaserat. Vel etiã: Misisti legatos ultra terminos tuos, significare potest, ultra mensurã ac modũ cõmissa est ab illis fornicatio, ut instar parabolæ uox usurpetur, de ijs qui in re quaq; ultra modum & æquum prodeunt.

ET *conuertisti, & humilis facta es usq; ad inferos. multis itineribus tuis laborasti, nec dixisti, desinam esse. Quia fecisti hæc, propterea non rogasti me tu, quem uenerata timuisti, & mentita es mihi.* ] Quis est apostasiæ à Deo, & immoderatæ fornicationis, & impiorũ facinorũ seu auersionis à melioribus ad deteriora finis? Summa, inquit, humilitas, & in infimum interitus barathrũ deuenire. Nã quia alta manere nolebas, & felicitatẽ habere illabefactabilẽ: hinc facta es humilis. Quòd enim alti & sublimes fuerint Israelitæ, qd ad gloriam quæ à Deo proficiscitur attinet, perspicuum esse potest, ipso dicente per uocem He-
Hes. 1 saiæ de illis: Filios genui & exaltaui. Itaq; accersiuit sibi ipsi humilitatẽ, q impiè in Deum qui exaltat, egerit. At quomodo humiliata sit, mox ostendit, dixit enim: Multis uijs tuis laborasti. Nam in omnes quasi uias interitus ingrediẽtes, in re nulla utili, animi neruos, mentis & intelligentiæ scilicet, consumpserunt. Laborarunt haud mediocriter, & in rebus perniciosis studia posuerunt. Vel fortassis uias multas hîc dicit, semper ad alios Deos trãsferri, & quos subministratos sibi habent, contẽnere, & qui apud alios sunt, quærere: & uelut ebrios esse, semperq; proijcientes, fixam & stabilẽ mentẽ non habere. Quod etiã nobis usuenit in fœdis uoluptatibus. Abducitur enim interdum mens ad omne genus impietatis: & aliquando laudat diuitias, aliquãdo carnis studia amat, & inani gloria uincitur, & tanquã omni uento circumferẽ: iuxta id quod dictũ est de quodã uoce Hieremiæ: Cupiditatibus animæ quasi uento agitata est: tradita est, quis conuertet eã? Ani-

ma enim quæ hoc passa est, tradetur semper perturbationũ impressionibus. Quod docebit Pa- Sapi. 8
rœmiasta, dicens: Prauæ enim cogitationes separant à Deo, & inconstantia cupiditatis transuersim rapit mentem innocentẽ. Retrahenda est igitur nobis mẽs, si uelit in rupes præceps ire, & fœdis exultare uoluptatibus, illisq; assuefieri: ne si multis hisce uijs defatigata sit, præda fiat diaboli. Hæc igitur, inquit, cùm fecisti, ô Hierusalẽ, non dixisti, desinã esse. id est: Cursum hunc in turpiora, posterioribus consilijs non interrupisti, apostasiæ modũ non imposuisti, studiũ ad mala non extinxisti: sed maiori contentione incubuisti, ut ea faceres, quæ ne primo quidẽ tẽpore fieri debuissent. Animi enim uel mediocriter intelligentis officiũ est, erratis & peccato non implicari uelle: sin hoc fieri cõtingat, uelle tamẽ resipiscere, & recursu ad meliora delere crimina. Sin præcipiti impetu ad turpiora deuoluatur, recusetq; insuper resipiscere: peccatũ addit peccato, & morbũ uideas morbo accedere. Accusat itaq; eos qui in his sceleribus uersant, uniuersorum Deus, & inquit: Nũ qui cadit, nõ resurgit? nũ qui auersus est, non Hier. 8
reuertẽr? Quare auersus est populus hic auersione impudẽter? & cõfirmati sunt in uoluntate sua, & noluerunt reuerti? Sed quia hęc fecisti, inquit: Propterea nõ interrogasti me. At quũ tam fœda & abominanda facere ausus es, an nõ oportebat preces fundere, & à Deo misericordiã petere? Suscipit eñ eos qui uolunt resipiscere, bonus natura cùm sit, & qui nouit figmentũ nostrum, iuxta id quod scriptum est. Dixit igitur per unũ è sanctis prophetis: Reuertimini filij reuertentes, & sanabo contritiones uestras. Extremę igitur dementiæ indiciũ est, & omnimodæ auersionis, ut qui in tot malis uersati sunt, dedigneñ à Deo misericordiam implorare, & lapsus confiteri. Scriptum est eñ: Dic tu peccata tua prior, ut iustifice-
ris. Psallit quidã etiã, & inquit: Dixi enunciabo Psal. 31
contra me iniquitatẽ meam Dño, & tu remisisti impietatẽ cordis mei. Vsi sunt aũt ludæi ratione imbecilla & infirma, ac plena ignorantiæ. Persuadebantur enim deficere à Deo uiuẽte, & ad deos alienos declinare, q tum Babylonica turba nunquã uentura nunciabatur. Sed ô insipiẽs, inquit, D quem uenerata timuisti? & mentita es mihi. Homo erat Babyloniorum tyrãnus, & quodammodo præ diuina potẽtia, omnino nihil est eius exercitus. Scriptum est eñ de Deo: Qui continet orbem terræ, & habitantes in ea, uelut cicadæ. Dixit rursus Propheta Hesaias: Quandoquidẽ oẽs Hes. 40
gentes, ut stilla cadi, & ut saliua reputabanť, ac ut momentũ stateræ æstimabanť. Cui comparastis Dominũ? & cui similitudini assimilastis eũ? Dementissimi igitť sunt, qui terrenum hominẽ Deo fortiorem putabant, & mentiti sunt & simulabãt pietatem, rati propter non deos se esse seruãdos. Quę enim esse potest utilitas, ex lapide & ligno? Est igitur dictum de illis: Et in tempore malorum suorum dicent, Surge & serua nos. Et ubi sunt dij tui, quos fecisti tibijpsi? Si resurgent,

Universidad de Deusto
Biblioteca



seruabunt te, tempore afflictionis tuę. Et mentiti sunt Deo, nō uerbis tantùm hoc factitantes, sed rebus ipsis. Cuiusmodi est & illud tātū exemplū de illis dictum: Et expectaui ut ederet uuā, sed edidit spinas, nō iustitiā, sed clamorē. Dixit etiam diuinus Cantor, uelut sub persona Christi, de illis: Filij alieni mentiti sunt mihi, et filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Hes. 5 Psal. 17

NEQVE *recordata es mei, neq; me reposuisti mēte tua, neque corde tuo, & ego te uidens despicio, & me non timuisti. Ego uerò annunciabo iustitiā meam, & mala tua, quæ non proderunt tibi. Cùm clamaueris, eripiant te in afflictione tua. Hos enim omnes uentus tollet, & auferet tempestas.*] Dixit Deus uoce Iezechielis, ad matrē ludæorū, synagogā, inquā: Quemadmodū fecisti, sic erit tibi. Retributio tua retribuetur in caput tuū. Quin & propheta Hesaias: Væ, inquit, iniquo, mala, secūdum opera manuum suarū, contingent ei. Tale quid etiam nūc his uerbis propositis significatur. Quoniā enim, inquit, cognitionē mei repulisti, despicieris à me, & parem delictis pœnā subibis. Obliuiscitur autē Dei, eius, qui natura et uerè Deus est, et uniuersorum dominator, nō solùm qui in obliuionē uenit, quòd Deus sit, dæmonia em̄ credunt & tremunt, secundum Apostoli uocem: sed qui nō dignatur ei subijci, qui eius præscripta parui æstimat, ita ut effrenis & contumax uideatur, & omnino, plapsus ad omnia, quæ sunt his quæ explere debet, contraria. Obliuiscitur uerò Deus uel despicit eos qui sunt ipsius immemores, cùm tantùm non contrahit manum suā auxiliarē, & omni eos nudat misericordia. Quod Israeli accidit. Non enim timuit cœli & terræ Dominū, & uniuersorū opificem & artificem: sed collum uelut extraxit sceptris eius, & non dijs seruijt. Hinc dicit: Tu nō timuisti me, & ego annūciabo iustitiā meam, & mala tua: mala uocans, apostasiā uidelicet ab ipso, & deficere ad deos, quos ipse fabricauit. Annunciat aūt iustitiā suā uniuersorū Deus, contra eos qui talia cōmittunt, dum in illos diuinum profert calculum, & dignā pœnam infligit. Non enim audaces conatus hi contra unum aliquē nostræ conditionis fiunt, sed contra excelsam & superā ac uniuersitatis rectricem naturā. Quòd autem parum proficiat hæc falsò nominatorum deorum inuentio, ostendit, cùm ait: Cùm clamaueris, non eripiant te in afflictione tua. Itaque, ut Propheta ait: Quid proderit sculptile, qđ sculpserunt? Formarunt illud cōflatile, imaginationem falsam, quod fictor finxit, nec Deus est. Deinde quā opem errātibus āfferet, imago ex ligno & lapide facta, & humani artificij, non Dei inuentum? Propterea inquit: Omnes uentus tollet, & auferet tempestas. Quos? nā? Vel deos ab ipsis excogitatos, uel ipsos qui adorarūt, qui ceu cinis & puluis, uentorū proijciunē flatibus. Atq; hoc est, opinor, quod in libro Psalmorum dictū est: Fiant tanquā puluis à facie uenti, id est, in nihil recident. Est autē solenne scripturæ diuinitùs inspiratę, tentationū seu suppliciorū impetus, procellæ sæpenumero & tempestati compararé. Abac. 2 Psal. 1

AT *qui amplectūtur me, possidebunt terrā, & ad hos perueniet hæreditas montis sancti mei. Et dicent: Mundate à facie eius uias, & auferte offensiones è uia populi mei.*] Necessariò subtexunē hæc superioribus. Oportuit em̄ oportuit hominum flagitiosorum & defectorum punitionē, & diligentium illū præmia manifesta & perspicua fieri. Ac quidē in uniuersum pollicitatio hæc uera est. Quisquis em̄ Deum amplectit, & perfecta eius dilectione nihil prius, aut præstabilius esse censet, omnibusq; bonis operib. excellit: hic erit terræ hæres, quæ sanctis destinata est: quā etiā nobis Seruator ipse significauit, dicens: Beati mites, quia ipsi hæreditariò possidebūt terram. Sanctum autem montē hîc dico, supremam ciuitatē cœlestem Hierusalē, pulchram sanctorū ciuitatē. Psallit siquidem, decq; ea inquit diuinus Dauid: Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manib. & mundus corde. Omnibus igit̄ Deum amplectentibus, fors erit terra Sanctorum, & mons uenerabilis, & celebratissimus. Videtur autem nūc de his qui ex tribubus Iudaicis crediderunt uerba facere: quorū primitiæ ac primi extiterunt diuini discipuli, dilectionē Christi mordicus tenentes, et fidem in illo inconcussam habentes, et obedientiam irreprehensibilem, & charitatē indiuulsam. Dicunt siquidem: Quis nos separabit à dilectione Christi? Afflictio? num angustia? nū persequutio? num fames? nū nuditas? nū periculū? num gladius? Hi sunt hæredes regni cœlorū: & terram supernam possederūt, quę mansuetis est præparata. Cōuenit mānsuetudinis nomen, Euangelicam uitā degentibus, quibus etiam Christus præcepit, ne irascerentur, ne ulciscerentur quenquā eorum qui offenderunt: sed ut eos qui uelut hostes sunt, beneficijs prosequerentur. Benefaci te enim, inquit, inimicis uestris, & orate pro his qui insectantur uos. Et percutienti te in dextram maxillā, obnecte & alterā. Patientiæ & mansuetudinis summæ est, his rebus excoli. Possidentibus, inquit, terram & montem sanctum, uelut in promissione & spe dicetur: Mundate à facie eius uias: id est, planè uiā Dñi parate, rectas facite semitas eius. Quomodo aūt præparatio hæc peragat, declarauit, inquiens: Tollite offensiones de uia populi mei, id est, uiam salutis per fidē læuem & expeditam cūctis terræ incolis facite: nihil sit asperum aut arduū. Lex enim Mosaica nescivit misereri, & obliqua erat. Multū em̄ labimur omnes, & uerè per omnia liberum, & qui se inculpatè gerere possit, haud facilè reperias. Siquidē diuini discipuli his qui post fidem ad legis umbras reuerti uoluerunt, dicebant: Et nunc quid tentatis Deum, ut imponatis iugum collo discipulorū, quod neq; uos neq; patres uestri portare ualuerūt. Dixit itē Paulus, legē trāsgressionū causa adpositā esse: nā lex peccatū arguit: & qui ad eā impingunt, reprehensioni erant & accusationi obnoxij. Itaq; legalis uitæ difficultates prohibuerunt. Sed tollatur, inquit, de medio. At peruia & cū sudore permeabilis uia ostendat, id est, Euangelicæ Matth. 5 Rom. 8 Psal. 23



gelicæ conuersationis potētia uerum cultū indu cens. Dixit alibi quoq; Deus tale quiddā sanctis mystagogis: Ite per portas meas, & lapides uia remouete: id est, omni difficultate uiā liberate, quæ ad Deum adducat, per spiritualem ac uerum cultum, & fidei splendorem.

HAEC *dicit Dominus Altissimus, qui in altis habitat in æternum, sanctus in sanctis requiescens, & ijs qui sunt paruo animo dans patientiam, & contritis corde dans uitam. Non in æternum ulciscar uos, nec semper irascar uobis. Spiritus enim à me egredietur, & flatum omnem ego feci.*] Beati prophetę, quando magnū quiddam & diuinum pollicetur aliquib. Vniuersorū Dominus, magna admiratione gloriæ eius & clementiæ perfunduntē: & uelut exultantes præ lætitia ad laudes canendas cōuertuntur. Tale quiddā nunc fecisse Prophetā inueniemus. Non enim dixit simpliciter, Hæc dicit Dominus, sed necessariò adiungit, Altissimus, id est, qui est supra omnia, & natura omni creatura, producta in lucē sublimior. Cùm dicit, eum habitare in excelsis, subindicat rursus, in dignitate uelut illabefactabili constitutā esse, & ineffabili celsitudine conspicuā, diuinā ac summam naturam. Et hoc, puto, est, habitare eum in excelsis. Est enim apud se immutabilis, nec in meliore, quàm est, conditione esse potest: imò in eā nulla cadit mutabilitas, sed hoc ei inhæret, ut, in quib. est, sit perpetuò. Sanctum eū in Sanctis requiescere & habitare dicit: subinsinuans, eum Israelitico sanguine ortos tanquā multis peccatis contaminatos repudiare: cōmoratur aūt ex quodā bonitatis amore cum ijs, qui per fidē purgati sunt, & sanctificati in spiritu. Dat etiā paruo animo prædītis patientiam. Et paruo animo prædītos dixit, interdū in suscepto uitæ instituto facilè fractos & debilitatos. Dat autem illis patientiam, id est, tolerantiā & sustinentiam, propemodum clamans et dicens: Viriliter agite, & roboretur cor uestrum, omnes qui speratis in Domino. Dat etiam cōtritis corde uitā, id est, pauperibus spiritu. Eiusmodi sunt omnes, qui Deo præstant obedientiā, & animo sunt submisso & sequace. Hi sunt, qui uocati sunt per fidē ad Dei agnitionē, & pauperes spiritu nominantur, semitā ingredientes Israelitis contrariā. Nam hi arrogātes erant, inobedientes, & præfracti: illi boni & probæ indolis, & legib. Dei dominatum ac superiorē partē tribuētes, & iugo Christi mentis ceruicem submittentes. Atque hæc opera sunt Christianorū. Ac quid dicit Altissimus his, qui ex inobedientia in crimen impietatis prolapsi sunt? Non in æternum ulciscar uos, neq; semper irascar uobis. Spē salutis nō præscindit Israelitis: nā reliquiæ seruatę sunt, & maxima pars eorū multitudinis uocata est. Extremis etiam tēporibus uocabuntur, Deo refrenante irā in illos, & pœnā retrahēte, ne omnino in eos intentaretur. Bonus enim cùm sit, seruauit cum patribus eorum datam fidē, nec fefellit. Reddit etiā aliam causam, ut misericors Deus, Spiritus enim à me egredietur, declarauit, inquiens: Flatum omnem ego feci. Est enim spirituum pater. Intellīgit aūtem nō uelut ex propria natura illos genuisse, ut propriū filiū genuit. Sed nec illos parem Spiritui sancto substantia, progressum siue processum habuisse dicimus: sed ex creatione potius in essentiā prodisse ex Deo affirmamus, rectè quidem sentiētes. Nā ipse omnem fecit flatum. Vbi autem effectio omnino est nominata, ibi semper est egressio seu exitus: non ratione substantiæ, sed uerbo abusiuo effectionem significans.

PROPTER *peccatum paululum tristitia affeci eū, et percussi eum, & auerti faciem meam ab eo, & tristitia affectus est, & abijt mœstus in uijs suis. Vias eius uidi, & sanaui eum, & consolatus sum eum, & dedi ei consolationem uerā, pacem super pacē his qui longè, & his qui propè sunt. Et dixit Dominus, sanabo eos. at iniqui sic fluctuabunt, & quiescere non poterunt, non est gaudium impijs, dicit Dominus Deus.*] Luerunt pœnas ludæi, debacchationis in Christum, omnibus quidē hominibus intolerandas, moderatas tamen, quantum ad parilitatem peccatorum attinet. Nā ultra omnem modum impij fuerunt, iustos occiderunt, & sanctorum Prophetarum sanguinis reos se reddiderunt: tandem ipsi etiam Christo manus intulerunt: quē, cùm filius esset, misit pater post famulos. At hi sic contra illum insolescebant, etiāsi inter se dicerēt: Hic est hæres. Itaq; propter hoc peccatum, inquit, tristitia affeci eum, et percussi, & auerti faciē meā ab eo. Dixit em̄: Cùm manus uestras extēderitis ad me, auertā oculos meos à uobis: & si multiplicaueritis orationē, non exaudiā uos. Manus em̄ uestræ plenæ sunt sanguine. Sed posteris temporibus resipiscente Israele, abibit enim mœstus, desistet ab hac auersione, & per fidē recipietur, & à pristinis peccatis, Deo cōmiserante absoluetur, & capiet uerā consolationē. At qualē hanc esse dicimus? an nō uidelicet, gratiā per Christum, quæ per fidem iustificat, à peccatis liberat, & sanctificationem per Spiritum conciliat, & adoptationis gloriam, & præmiorum spē quæ sanctis destinata sunt? Vera est igitur hæc cōsolatio, quæ præter alia bona omnia, affert his qui ea dignati sunt, pacē super pacē, id est, perpetuam & iugem pacis serenitatem: quā dedit Seruator, & his qui procul & his qui propè sunt, id est, & his qui ex gentibus, & illis qui ex sanguine Israel sunt. Affatus est enim Gentes beatus Paulus: Nunc autem qui quondam eratis procul, facti estis propè in sanguine Christi. Nā quatenus Israel subiugatus erat legi, & seruiebat Deo uiuēti & uero, ita ut sacræ prædicationi placet, (dictum est enim illis: Dñs Deus tuus unus est,) propè esse quodāmodo uidebantur, Gentes autē, procul abesse, eò q; prorsus à sanctis disciplinis alienæ essent, ignorarentq; uniuersitatis creatorē & Dominum. Sed pax data est & his & illis à Deo & Patre, per Christum uidelicet, qui ambos effecit unum, & populos duos in unum nouum hominem condidit, & interstitium maceriæ soluit, ac legem præceptorum in decretis aboleuit. Itaque per ipsum reconciliationem habuimus & pacem cum Deo, tum inter nos nunquam scindendam. Hesa. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca



dendam. Nam Christus dixit ad patrẽ & Deum in cœlis: Volo ut quẽadmodum ego & tu unum sumus, sic & ipsi in nobis unum sint. Subiungit hisce Propheta: Et dixit Dñs, sanabo uos: uelut anacephalæosin quandã ac recollectionẽ totius orationis inducens, & inde promissionẽ omniũ dominatoris Dei ueram esse declarans. Promisit enim, inquit, dicens se illos sanaturum. at iniusti sic fluctuabunt, & requiescere non poterunt. Nã postquam uocandorũ præmia percurrit: hinc & quidẽ meritissimè infideliũ supplicia, & fluctuationem ac infinitas plagas ante denunciat cõmodè. Non est enim, inquit, illis gaudium, dixit Dñs Deus. Domino autem & omnium Deo illos priuante suo gaudio, quæ esse potest uoluptas? Quòd aũt tempore uocationis Israelitarũ, remanebunt quidã in infidelitate, filio iniquitatis adhærentes, ostendet planè sapientissimus Paulus, inquiens: Propterea ꝙ agnitionem ueritatis non receperunt, mittet illis Deus efficaciam erroris.

Ioan. 5 Dixitq; ipse Seruator: Ego ueni nomine patris mei, et non accipitis me. Sin alius ueniat nomine suo, id est, filius iniquitatis, ut dixi, illum accipietis. Itaq; uocabitur suo tempore Israel, ad agnitionem Christi, & gratia per fidem in ipsum ditabitur: at quidã impij & iniusti remanebunt: tum autem ueluti instabilibus agitati fluctibus, ac omni electi gaudio, requiescere non poterunt. Conterentur enim, diuturna & infinita pœna affecti.

## CAP. LVIII.

LAMA *pro uiribus, ne parcas, instar tubæ intende uocẽ tuam, & annuncia populo meo peccata sua, & domui Iacob iniquitates suas.*] Sermone de Israelitarũ uocatione confecto, ad aliud genus admonitionis accedit, præclarum & perutile, coniunctum cum summa elegantia, & splendidarũ coronarũ efficiens. Sed lectoribus prius, opinor, prophetiæ scopus relegendus, ut uideant, quò demũ tendat horum dictorũ sententia. In superioribus itaq; sermonibus quos Deus habuit de Israelitis, manifestæ erant belli & calamitatis nondum quidẽ præsentis, at ineuitabilis præsignificationes. Dixit enim: Et non recordata es mei, neq; me reposuisti mente tua, neq; corde tuo. Et ego uidens te despicio, me non timuisti. Ego uerò annunciabo iustitiam meã, & mala tua, quæ te nõ iuuabunt. Cùm clamaueris, eripiant te in afflictione. Diximus autem, hîc eum mala Israelitarũ uocare, idolorũ inuenta. Ideoq; ait: Cùm clamaueris, eripiant te in afflictiõe tua. Erat igitur hæc quædã belli denunciatio, & hoc apud Iudæos percrebruit. Sed inter eos quidã erant captãtes pietatis existimationẽ, & cõmittentes quidẽ temerè, quæ fas nõ est dicere, externis tamen decoribus sese exornantes, & opinionem, ut dixi, probitatis aucupantes. Sic & ieiunare se, & crebras orationes habere simulabant, hinc rati, diuinam iram se posse declinare. Cumq; in obliuionem suorum delictorum adducerentur, putabant fœdissima patrare solitis, ad iustificationem & sanctificationem sufficere solam abstinentiã et precationẽ. Mandat autẽ prophetæ Deus, inquiens: Clama pro uiribus, ne parcas, instar tubæ intende uocem tuam, & annuncia populo meo peccata sua, & domui Iacob iniquitates suas: non occultè, inquit, nec in abscondito loquere aliquibus, sed intensa & elata uoce potius utere, & omni libertate delinquentes redargue. Et discant sua delicta, & à quibus abstinendum sit, modò uelint apud Deum in aliquo esse precio, & eius digni esse misericordia.

ME *die de die quærunt, & scire uias meas cupiunt, quasi populus iustitiam faciens, & iudicium Dei sui non deserens.*] Iungunt, inquit, dies diebus, à me quærentes auxilium, & meas uias scire uolentes, id est, cuiusq; rei administrationem. Bello enim undiq; nunciato, & omnibus metu turbatis ieiunauerunt, ac putarunt se cognituros, quò tandem abiret rei exitus. Hoc, opinor, est, scire uias meas cupiunt. Cupiũt autem quasi populus iustitiam faciens, & iudicium Dei sui non deserẽs, id est, quasi legitimè uersantes, & uaticiniorum sibi traditorũ optimi custodes, ac uitam agentes inculpatam, & conuersationis sanctæ ornamentis uestiti. Talibus enim quadrat, Deum quærere, id est, uelle prope illum esse, & superna frui misericordia, ac scire insuper uias eius. Dictumq; est à quodam propheta sancto: Quærite Dominum, & interim dum inueniri potest eum, inuocate. Quum autem appropinquauerit ad uos, relinquat impius uiam suam, & uir iniquus consilium suum, & reuertatur ad Dominũ, & misericordiam consequetur: quia plerunq; remittet peccata uestra.

PETVNT *nunc iudicium iustum, & appropinquare Deo cupiunt, dicentes: Quare ieiunauimus, & non uidisti? & humiliauimus animas nostras, & non cognouisti? Nam in diebus ieiuniorũ uestrorum, inuenitis uoluntates uestras, & omnes subiectos affligitis, ad iudicia & pugnas ieiunatis, & percutitis pugnis humilem.*] Iuius me uocant, inquit, ut qui iusta nõ tribuam, eo quòd noluerim misereri eorum, qui per ieiunium & precationem humiles sunt. Deinde uolũt esse Dei propinqui, cùm de nullo pietatis præclaro officio gloriari possunt, nec ullo uirtutum splendore ueltiantur, nisi sola nuda abstinentia. Et dicunt: Ieiunauimus, & non uidisti: humiliauimus animas nostras, & non cognouisti. Nec hæc dicit, quasi Deus eorum humilitatem per ieiunium ignorauerit: sed quia hi errata non sensere runt, non uidisti, inquiunt, & non cognouisti. Tum enim uniuersorum Deum aliquorum labores, per precationem, inquam, & exercitationem, uidere dicimus, quando eorum postulatis annuit. Cur ergo ieiunantes non receperit, & preces eorum qui se humiliarunt non admiserit, rationem reddit, dicens: In diebus enim ieiuniorũ uestrorum, inuenitis uolũtates uestras. Est enim præclara res ieiuniũ, & utilis est precatio, & in oculis Dei sese humiliare, maximã habet utilitatẽ. Scriptũ est enim: Humiliaui in ieiunio animã meã, et oratio mea in sinũ meũ reuerteẽ. Dixit etiã diuinus Dauid: Genua mea infirmata sunt, & caro mea



mea mutata est propter oleum. Quin & ipse uniuersorũ Deus: Reuertimini, inquit, ad me, in ieiunijs, & in luctu, & in planctu. Misereturenim libenter eorũ, qui sua spõte humiliantẽ per laborẽ. Sed est absurdissimũ eos qui eum uolunt misereri, alio modo legislatorẽ irritare, & ad irã uocare, nihil eorum quæ præscripta sunt operando. Omnino enim sanctos esse oportet eos, qui ad Deũ accedunt, & bonis operibus excellere, ac omnibus sordib. liberos ac uacuos uideri. Hac de causa inquit: Ieiunastis, ac ego non uidi, id est, nõ attendi: humiliastis animas uestras, & non cognoui, id est, humiliationem uestram non dignatus sum ulla mercede: quoniã in diebus ieiuniorum uestrorum inuenitis uoluntates uestras. Qui ergo purè & sanctè ieiunare uolunt, eos oportet suis renunciare uoluntatibus, & quod Deo uidet amplecti, & pro eius uolũtate ceruicem frenare. Sed hæc Israelitæ neutiquã præstiterunt, sed uoluntates suas sequuti sunt: quod autẽ legislatori placet neglexerunt: afflixeruntq; subiectos iudicio & pugnis, cùm eos qui inter se dissident, ad concordiã redigere, & pacem constituere inter dissentientes oporteret. Sed illi studia sua transtulerunt in omnia quę erant contraria. Percutiebãt etiam humilem: non absolutè manibus, sed iniurijs & ui, uel alijs modis iniustis. Ergo quibus inest talis ac tanta impuritas, quomodo eos laudare ieiũnantes? uel quomodo eorum adeò scelera torum preces suscipere poterat?

QVARE *mihi ieiunatis sicut hodie, ut audiatur in clamore uox uestra? Non hoc ieiunium elegi, ut die aliquo homo humiliaret animam suã. Neq;, si incuruaueris uelut circulum collũ tuũ, & saccũ ac cinerẽ substraueris, id uocabitis ieiunium acceptũ.*] Veri ieiunij uirtus eximiã habet laudẽ & approbationẽ, & apud Dominatorẽ omnium Deum. Libenter enim suscipit preces eorum qui ipsum colunt: & si uideat eos per laborem & exercitationẽ humiliatos, abiecta omni cunctatione, concedit postulata. Quod autem segniter fit & negligenter, repudiat ac reijcit. Ieiunium dicimus sanctum, quod ex pura fit conscientia: quod dũ instituit quispiã, antè recedit strenuè à uitijs, omnẽq; labẽ mẽtis suæ ablegat, & carnalis uoluptatis sordes delet, & lauat inter innocẽtes manus suas, secundum id quod scriptum est: & in summa, omnis probitatis studiosus cultor efficitur. At ieiunium quod nõ hoc modo se habet, fallax est, & speciem tantùm habet ieiunij: & cùm nihil omnino habeat decorũ ei ac cõgruẽs, uidetur & turpe habetur. Nã quibus nihil curæ est ut probi ac boni sint, ac nullã præclaræ uirtutis significationem edunt, abstinentiã tamẽ cibi & inediam infructuosam & inutilẽ, tanquam rẽ insignẽ & apud Deũ preciosam exercent: hi quidem inaniter pugiles agunt, & aerem uerberãt. Nõ enim labor eorum præmio afficiẽ, quia etiã Deo acceptus non est. Quare igitur nũc mihi ieiunatis, inquit, ut in die una clamor uocis uestræ audiatur? Clamorem dicit, uel precationem, cum hoc, inquam, inutili ieiunio cõiunctam: uel ipsius rei. Habere enim dicuntur uocem quandã ad Deum, quæ à nobis fiunt, iuxta id quod dictum est Caino ab eo: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Sed ieiunium hoc, inquit, non elegi. Quale id sit, declarauit suprà, inquiens: In diebus ieiuniorũ uestrorũ, inuenitis uoluntates uestras, & oẽs subiectos affligitis iudicio & pugna. Ieiunatis & percutitis pugnis humilẽ. Itaq; si incuruaueris ceu circulũ collum tuum, & saccum ac cinerem substraueris, id est, etiamsi summam humiliationem exerceas, & laboris uiam capessas, non tamen cum his adeò fœdis uitijs tolerabile, neq; sic uocabitis ieiunium acceptum. Si enim uelitis, inquit, uerum dicere, ne ipsi quidem uos hoc ieiunium acceptum appellabitis.

NON *tale ego ieiunium elegi, dicit Dominus: ac solue omnẽ nexum iniustitiæ, dissolue nodos uiolentorum contractuum, dimitte confractos in remissione, & omnem ſyngraphaminiustam conscinde. Frange esurienti panem tuum, & pauperes tecto carentes induc in domum tuam. Si uideris nudum, tege, & domesticos seminis tui ne despicias.*] Qui ueri ieiunij modum nescijt, his oportet à Deo ostendi. Ab ipso enim omnis sapientia & intelligentia, & uia ad omnia quæ sunt optima ostenditur. Psallit itaq; & diuinus Dauid, & inquit: Duc me Domine in uia tua, & ambulabo in ueritate tua. Proin ludæorum crassissimum & nullo modo utile ieiunium reiecit, & ueri uim declarat. Solue enim, inquit, omnẽ nexum iniustitiæ, id est, omitte uim alicui facere. Iniustitiæ enim nexus est uiolentia, & imbecilliores inuadere, & uelut ineuitabilibus criminationũ uinculis ligare, ut eos reddant timidos, sicq; conentur ab illis, quæ uolunt accipere. Dissolue nodos uiolentorum contractuũ. Contractus uiolentos, & nodos sæuitia plenos esse dicimus, qui in negociationibus fiunt, & in alijs quæ uocantur in dando & accipiẽdo cõmercia, quæ quæstus quosdã habent, & eos turpis lucri amatores esse arguũt, qui ea solent agere. Et cõfractos, inquit, dimitte in remissione, id est, qui atteruntur uel defatigantur, uel ex nexu iniustitiæ, uel ex uiolentis cõtractibus. Dimitte in remissione, id est, ab angustijs in quas cõiecti sunt libera. Permitte lassis ut deinceps respirent. Conscinde etiã omnem iniustã ſyngraphamut opinor, fœnerãtiũ libellos dicit, sæpe cõpositos coaceruandarum pecuniarũ causa, quas parit ſyngrapha. Cùm uerò, inquit, ab his abstinueris, tum quod deest appone, nimirũ, ut fructus bonos charitatis erga proximũ præferas. Cõplementũ enim legis, charitas, iuxta id quod scriptũ est. Charitatis uerò impletio erga fratres & effusæ misericordiæ quæ apud Deum in precio habita est, demonstratio est: esurienti panem frangere, pauperes tecto carẽtes in domũ intromittere, & nudos uestire, & domesticos seminis, id est, genere cõiunctos, misericordia tãta, quanta satis est prosequi, & uoluptatis à Deo datę amplitudinẽ illis impartiri. Obserua aũt, non idem esse, à malis abstinere, bonũ operari. Nec satis erit gloriari apud Deum, non patrare malum, sed omnino sequitur, ut bonum opus exequaris, &

pietatis

Psal. 85

Psal. 108

Universidad de Deusto
Biblioteca



pietatis studia amplexeris. Nã dissoluere nodos A
uiolentorum contractuum, & omnẽ nexum in-
iustitiæ, ac omnẽ syngrapham conscindere: aliud
nihil est, quàm solummodo à uitiositate discede-
re. Atqui charitatis officia explere, frangere pa-
nem esurienti, pauperes tecto carentes intromit
tere in ædes, nudos uestire, & domesticos semi-
nis non cõtemnere: optimarum uirtutũ manife-
stam habent demonstrationẽ. Itaq; uetus lex pæ-
dagogus ad Christum, illis ea tẽpestate boni im-
pletionem nõ adduxit, sed à uitijs docuit recede-
re. Nam, Nõ occides, Non adulterabis, Nõ pei-
rabis, eandẽ habent uim. At quod perfectum est,
omnisq; boni impletio, Christi uaticinijs seruat:
ex quibus didicimus, charitatis in Deum & fra-
tres officia exequi. B

# CYRILLI COMMEN-
## TARIORVM IN HESAIAM

*Libri quinti,*

*Tomus quartus.*

VNC *erumpet matutinum lumen tuum, & sa-
nitates tuæ citò orientur, & præibit tibi iustitia
tua, et gloria Dei circundabit te. Tunc clamabis,
& Deus exaudiet te. Adhuc loquente te, dicet:
Ecce adsum.* ] Si purè, inquit, iciunaueris, & absterseris ac mũdas ostẽderis manus Deo,
mentemq; omnibus liberatã sordibus, nimirum C
quãdo supersederis pulsare pugnis humilẽ, & af-
fligere subiectos iudicio & pugnis, & obsequi
tuæ uolũtati atq; libidini: quãdo fregeris esurien-
ti panẽ, nudũ operueris, pauperes tecto carentes
in domum tuã introduxeris: tunc erumpet matu
tinum lumẽ tuũ. Maximã habet emphasim hæc
oratio. Nõ enim dixit simpliciter: Dabitur tibi à
Deo lumẽ: sed erumpet potius instar fulguris cu
iusdã, cum impetu & cursu demissum à Deo: ex
quo perspicuè patefit suppeditantis promptitu-
do et alacre studium. Cùm matutinum dicit, ante
tempus aduenturũ docet. Nouit emm̃ nouit rerum
nostrarum custos Deus, spiritualiũ bonorũ largi
tor, opportunitatẽ munificentiæ suæ singulis ac-
commodã. Sed etiã si quis honestus et bonus sit,
& misericors, præterea & freno obsequens: huic
etiam matutina ab eo dabunt̃ præmia, ut instar
spicarũ exorianẽ in eo sanitates eius, id est, om-
nis infirmitatis depulsio, & rerũ meliorũ succes-
sio. Nam cùm aliquis ab animi morbis liberatus
est: semper desideriũ & alacritatẽ ad omnia bona
fructificabit. Itaq; ubi in nobis lumen diuinũ &
sub intelligentiã cadens effulserit: simul etiã pror
sus penitusq; orientur sanitates, Deo medente
nobis, & uires ac neruos quasi perturbationum
elidente, & contrà inserente nobis uoluntatẽ, ut
benè agamus, & iustitia excellamus. Hinc dicit:
Præibit tibi iustitia tua. Præibit aũt, læuigans scili-
cet antè pietatis uiam, & aspera reddens læuia
& peruia, & quod præruptum est tollens, & cur-
sum ad omnia optima uelut patefaciens. Adiun-
git etiã quiddam aliud: Gloria enim Dei, inquit,
circumdabit te, id est, cinget te, & te suspiciendũ
reddet, & ut cõmune sis multorũ præsidiũ. Splen
dor enim sanctorum iuuat haud mediocriter eos
qui in ipsos intuentur. Siquidẽ Christus dixit san
ctis Apostolis: Luceat lux uestra coram homini-
bus, ut uideant bona opera uestra, & illustrẽt pa-
trẽ uestrũ qui est in cœlis. Erimus ergo illustres,
ambiente & quasi amiciente nos diuina gloria,
quam dat iustitiæ cultoribus. Hęc ubi fuerint, in-
quit, tibi, clamabis tunc, & Deus exaudiet te: ad-
huc loquente te, dicet: Ecce adsum. Orationem
enim iustorum exaudit, iuxta id quod scriptum
est. & sicuti Lyricus dicit: Oculi Domini super
iustos, & aures eius in precationem eorum. An-
nuit enim petentibus, ut bonus, sed non statim
omnibus: sed excellentibus iustitia, absq; omni
mora postulata concedit, auresq; præbet illis
promptissimas: ita ut in singulis petitionib. gau-
dentes dicant: Audiuit de templo sancto suo uo
cem meam, & clamor meus coram ipso penetra-
uit aures eius. Maturam igitur munificentiam, &
promptitudinem dantis Dei declarat illud: Ecce
adsum, interim dum loquitur iustus, & preces in-
tendit.

S I *abstuleris abs te nexum, & suffragium, & uerbũ murmu-
rationis, & dederis esurienti panẽ tuũ, & animã humiliatã imple-
ueris: tũ orietur in tenebris lumen tuũ, & tenebræ tuæ, uelut meri
dies: & erit Deus tuus tecũ semper.* ] Egregia præcepta & C
documenta, etiamsi sæpe dicantur aliquibus, ha-
bent tamen utilitatẽ. Scribit siquidẽ Paulus sapi-
entissimus his qui per ipsum crediderunt: Eadẽ
scribere uobis, mihi quidẽ non molestũ, uobis au
tem tutum. Multipliciter itaq; ad eandem recur-
rit orationem, dũ ueræ laudis uias aperit, & dan-
dorum sanctis præmiorum splendorem enarrat:
quò adhuc incitatiores reddat eos ad faciẽdum
illa, ex quib. suspici & in uenerationẽ haberi pos-
sint, & munificentiam eius quæ superna est, asse-
quantur. Proinde, inquit: Si abstuleris abs te ne-
xum & suffragiũ. Nexum, ut arbitror, dicit, Gen-
tium improbitatẽ, ruditatem & contentionis stu
dium: & uelut nexus turbarũ texere, ac negocia
exhibere alijs, & obliquorum inuentorum quæ-
stiones mouere, ut aliquos illaqueent interdum, D
& in ineuitabiles angustiarum plagas immittãt.
Oportet enim simplicem esse & apertum homi-
nem, siquidem uelit à Deo respici, sicq; ab eo do-
na concupiscat. Suffragium dicit, corrumpi mu-
neribus, & turpia lucra expetere. Dicimus enim
quandoq; de alijs, ad accipiendum habere manũ
extensam: & de renuẽtibus sordium causa, habe-
re eos cõtractã manum. Dictũ est etiã de his qui
Iudaicæ synagogæ præfecti erant: Præfecti eius
ob munera iudicabant, & sacerdotes eius ob ar-
gentum uaticinabant̃. Et etiã q̃ socij furum exti-
terint, diligentes dona, persequentes præmium.
Dixitq; diuinus Abbacum: Aduersum me factũ
est iudicium, & iudex accipit. Vel ergo nomen il
lud, suffragiũ scilicet, dona capere significat: qđ
hic



hic auferre ac remouere iubet: uel alio modo ui- A
ces rependere notat, & malũ malo retaliari. De
quibusdã nimirum dixit Psalmodus: Extẽdit ma
num suã ad par pari referendũ. Addit uerò: Pro-
phanauerunt testamentum eius. Itaq;, ut dixi, ma
nus extensio significare potest talionẽ, quã red-
dit quispiã, eos, qui aliquid intulerunt molestiæ
ulciscens, & his qui offenderunt irã regerẽs. Me-
minimus etiã ipsum Seruatorẽ dicere: Si quis ala
pam tibi impegerit in dexterã maxillam, obuer-
te illi & alterã. Mansuetudinis enim & uacuita-
tis iræ summum est argumẽtum, posse uim æquo
animo ferre, et non referre uindictam illis qui in-
commodo affecerunt, sed ita affici, ut eorũ queãt
obliuisci. Vult etiam auferre uerbum obmurmu
rationis. Nos enim hilari & alacri animo subijci B
oportet diuinis legibus, & eximiæ cõuersationi
omnino non reclamare, aut iugum quasi excute
re, cùm mẽs deuergat ad cupiditatem rerum de-
teriorum, & uoluptatẽ magis laudet quàm tem-
perantiã, & uitæ uenerandæ mundanas delicias
anteponat. Quod factitarunt Israelitæ, cùm illud
profundum desertum pertransirẽt. Etenim Deo
illis demittente Manna, ad turpiora inclinabant,
dicẽtes: Vtinã fuissemus mortui, percussi à Dño
in terra Aegypti, quando assedimus ollis carniũ,
& comedimus panes ad saturitatẽ. Sed hoc con-
tra Deum murmur illis creauit exitium. Perierũt
enim à serpentibus. Hinc Paulus sapientissimus
1. Cor. 10 inquit: Nolite murmurare, sicuti eorũ quidã mur
murarunt, & à serpentibus perierunt. Quare hila C
ri animo ac prompto cõuenit omnis ornatus &
elegantię studiosum esse, atq; eximia facta expe-
tere. Auferes aũt uerbum murmurationis, si des
panẽ esurienti, & animã humiliatã satures: id est,
si misericors, si amans bonorum, & mutua alios
cõplectens beneuolentia, si ad impartiendum &
cõmunicandum facilis fueris, & proximum dili-
gas ut teipsum. Tum orietur in tenebris lumen
tuũ. At quî tandẽ hoc? Quemadmodũ enim ex
nocte dies fit: sic & in nobis tenebris intelligẽtia
pulsis, diuinum lumẽ immittit̃, ita ut meridies, id
est, summus splendor quidã esse uideatur. Meridi
ante enim Solis circulo, lux tum intensissima ter
rę incolis immittit̃. Eritq; sic Deus tuus tecũ sem
per. Est quoq; hoc præter alia maximum. Quid D
emm̃ boni nõ adest, his qui hoc sunt cõsecuti? Aut
quibus donis nõ abundat homo, si Deus cum il-
lo sit, qui omnia potest, & diuite manu distribuit
ea, quorum suppeditator est & largitor, qui etiã
tentationum impetus propulsat, adeoq; fortem
reddit, ut & in uniuersum ipsi Satanæ & pertur-
bationum insultibus resistat?

E T *impleberis ita ut desiderat anima tua, & ossa tua pingue-
scent, ut hortus ebrius, & ut fons quem non deseruit aqua. Et ossa
uelut herba orientur, & pinguescent, & hæreditatem accipient in
ætates & ætates.* ] Et qua re ergo, inquit, implebimi-
ni? diuinis scilicet muneribus & sancto cibo. ut
Matth. 4 enim ipse dixit Dñs: Nõ solo pane uiuet homo,
sed omni uerbo quod procedit ex ore Dei. Hoc
etiã filijs Israel uelut in figura describebat̃, Deo

Manna demittente cœlitus: quãdoquidẽ panis A
Angelorũ quodãmodo, & panis cœli possit in-
telligi. Si etiã sint quidã, quorũ mentẽ diuina lux
opulenter collustrat, & sacrarũ literarũ exactam
& syncerã cognitionẽ ingenerauit: illos quoq; di
cimus repleri & superno ac diuino cibo exatiari.
Sed de hoc excidit Israel: Gentes aũt per fidẽ pos
sederunt & retinuerunt, & quicunq; Euangelicũ
& salutarẽ sermonẽ admittunt. Nimirũ dixit san-
ctis Apostolis Dñs noster Iesus Christus: Vobis
datũ est, scire mysteria regni cœlorũ, at illis datũ
non est, infidelibus scilicet: quos etiã cõpellauit
diuina oratio: Qui seruiunt mihi, comedent, uos
autẽ esurietis: Ecce qui seruiunt mihi, bibent, at
uos sitietis. Esurierunt emm̃ & sitierunt, expertes
bonorũ spiritualiũ, & qui omnino dona Christi B
nõ gustauerunt, siue diuinã et Euangelicã doctri
nã. Dixit etenim per quendã Prophetam sanctũ:
Ecce ego famẽ induco super terrã, non famẽ pa-
nis, neq; sitim aquæ, sed famem audiendi sermo-
nẽ Dñi, & ab Ortu ad Occasum usq;, cursitabunt
quærentes sermonẽ Dñi, & non inueniẽt. Adem
ptus est enim gregi Iudæorũ uiuificus & nutrien
tissimus sermo, & datus est, uti dixi, diligentibus
Christũ, quos cõpellauit, cùm ait: Edite, & ebrij
estote, uicini. Sed & diuinus Dauid psallit, utpo-
te huiusce adeò præclaræ & uberrimę munificẽ-
tiæ particeps: Parasti ante me mensam ex aduer- Psal. 22
so affligẽtium me. Pinguefecisti oleo caput meũ,
& poculum tuũ inebrians me, q̃ fortissimũ. Qui-
cunq; ergo diuinorum mysteriorũ habuerunt co C
gnitionẽ, uel impleti erant: horum ossa pinguefa
cta sunt. Figurat autẽ oratio, sumpta ab his quo-
dammodo qui carni & genio indulgere solent.
Horum anima fiet tanquã hortus ebrius, id est,
floridus, & bene densus arboribus, et uarijs florũ
generibus decoratus, ac multiplices fructus pa-
rerẽs. Horti enim qui aqua carent maximã habẽt
deformitatẽ, utpote aridi & omni fructu uacui,
imò & ipsis plantis destituti. At qui aquarũ libe-
ro impetu inebriati sunt, omnigenis, ut dixi, co-
ronantur fructibus. Hortus Christi facta est Ec-
clesia: cuius personã sumpsit in Cantico Cantico
rũ descripta Sponsa, & inquit: Descendat nepos
meus in hortũ suũ, & comedat fructũ nucũ sua- D
rum. Nam quod inter arbores est nux uel fructus
maturus: hoc est in animis sanctorum, uirtus pul
chra et Deo iucundissima. Itaq; ut hortus ebrius,
inquit, erit anima tua. Et ut fons quẽ non deseru-
it aqua. Tales fuerunt diuini mystagogi, à corde
suo tanquã à perenni fonte, piæ doctrinę riuulos
demittentes, & eorũ qui instituunt̃ animos opu-
lenter irrigantes. Cõfirmabit etiã ipse adeò excel
lentium donorũ dispensator, inquiens: Qui cre- Ioan. 7
dit in me, sicuti dicit Scriptura, flumina de uẽtre
eius fluent aquæ uitæ. Et rursus: Omnis qui bibit
de aqua hac, sitiet rursus. At qui bibit ex aqua,
quã ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in
uitã æternã. Eiusmodi esse dicimus sanctos Apo
stolos, & Euangelistas, & quicunq; diuini uerbi
legationẽ obeunt: partim dogmatũ ueritatẽ arti-

ficiosè tradentes, partim splẽdoris operũ uiã cõ- A
monstrantes. Et ossa tua, inquit, uelut herba orientur, & pinguescent, & hæreditatẽ accipiẽt per oẽs ætates. Videt his uerbis resurrectionis mysterium demonstrare. Resurget em̃ tum corpus, ceu herba in agro, quæ tẽpore hyberno emarcuit, & occidit: ridente aũt uerna serenitate, iterum quasi renascit, & ad suã naturalẽ pulchritudinẽ redit. Exorta, inquit, ossa, uelut herba, pinguescent, uiuifica scilicet gratia, quæ est à Deo. Psallit em̃, &
Psal.103 inquit diuinus Dauid: Emittes Spiritũ tuũ, et creabuntur, & renouabis faciem terræ, id est, terrestrium. Tum hæreditatẽ consequemur in ætates & ætates, in longitudinẽ dierum uidelicet, morte abolita, & sublata in totũ corruptione. Dicuntur sæpe in Scriptura diuinitus inspirata, ossa ani- B
mi intelligibilia, actuosæ quędam eius facultates & energiæ: ut cùm dicit: Deus dispersit ossa eorũ qui hominibus placent. Non enim corporis ossa dissipat Deus, sed animæ uires ac facultates confringit ac cõminuit, ut nihil quod spectet ad uirtutẽ possint efficere. Nemo enim coronat, nisi legitimè certauerit, secundum id quod scriptũ est. At scopus et finis eorum qui hominibus placent ac blãdiuntur, spectat ad laudes quæ ad ipsos homines redundant: nec uel ad gloriã Dei uel ad utilitatem animi ipsorum quicquã fieri ab illis solet. Rursus etiã dixit diuinus Modulator: Tacui, inueterauerunt ossa mea, eò q̃ clamo totũ diem. Eo q̃ enim clamo totũ diẽ, id est, gloriosè prædico, & oro, tacui deinceps, in humanã pusillanimi- C
tatẽ lapsus. Inueterauerunt ossa mea, id est, cõputruerunt animi facultates. Hæ igitur dissolutæ aliquantulũ & torpidæ nonnunquã, rursus, ceu herba, reflorescunt, pinguiscente Deo consolationibus spiritualibus et eã corroborãte, ut inde nos hæredes instituat in longæuitatẽ. Nihil em̃ aliud significat illud: In ætates & ætates.

ET ædificabuntur tibi deserta in æternum, & erunt tibi fundamenta in ætates & ætates, & uocaberis ædificator maceriarum, & semitas quæ sunt in medio quiescere facies.] Duę sunt alię res ex quibus prophetica oratio deprompta est, & reconditarũ sententiarũ pulchritudo ostenditur. Nam uelut à uastata quondã urbe, & in totũ disturbata, quæ sine mœnibus nuda manet, orationis figura ac schema format. Deserta enim, in- D
quit, tua ædificabuntur in æternum, id est, nõ eris nuda, bonis cogitationibus cor tuum inhabitantibus, nec mœnib. destituta, aut incustodita manebis, & multã habens solidã basim. Fiet enim tibi fundamentum Christus, & incolumitas perpetua, & quasi ciuitas eris multis instructa uiris, quæ innumerabiles habet incolas. Sanctorum enim animi sermonum & sentẽtiarum pleni sunt, de Deo scilicet: ac plurimi ad ipsum perfectionis gradũ perueniunt, eumq̃ magis ac magis augẽt, ac omni bono cumulant. Vocaberis præterea ædificator maceriarum, & semitas quę sunt in medio quiescere facies. Hortos enim uacuos plurimi pertranseunt: nemine enim intendente, nec firmiter obmuniente, nihil est quod eos, qui per medium ire uolunt, impediat. At si tutò agricolæ cuipiã cõmittantur, tunc etiã hoc periculi declinant, ut nõ subiaceãt multorũ pedibus, sepimento scilicet erecto. Cessabunt enim sic semitæ quæ in medio sunt. Eris igitur, inquit, ceu diligens agricola, sepimenta erigens, & semitas intermedias obstruẽs. Nam quãdiu anima est incustodita, stertens socordia, & proinde fœdis uoluptatibus exposita: similis est horto quẽ omnes prętereunt & peruadunt. Vbi aũt expergefacta, è uitiorũ laqueis eruperit & exilierit, eamq̃ uoluntatẽ susceperit, ut benefacere uelit, et mentẽ quasi sepimento quodã tuto obuallauerit, diuino, inquã, timore, & cogitationes animi, quę olim illi dominatę sunt, quæ per medium eius quasi transierunt, ac pedibus subiectum habẽt ac conculcant, eò q̃ in eum imperium obtineant, expulerint: tum uocabitur ædificator maceriarũ. Sciendum uerò malas & aduersarias potestates miseram animã interdum incursare, ac uoluptates execrandas parere, & quocũq̃ uolunt auferre tyrãnicè, & quasi hortum incultum penetrare. At illam calcare desinent, extructa maceria, quam diuinus timor in nobis excitat. Applicabis autẽ hanc orationem unicuiq̃ sanctorum mystagogorum. Sunt enim ædificatores maceriarum, securè munientes uirtutis monitionibus animas eorum qui instituuntur: ita ut animum habeant uolupratum impressionibus, & ineptis nugis minimè peruium, eorũ qui uaniloqui esse solent, qui rectum fidei sermonem cauponantur, nescientes neq̃ quid dicunt, neq̃ de quibus affirmant.

SI auerteris pedem tuum à Sabbatis, ne facias uoluntates tuas die sancta, & uocaueris Sabbata tenera, Deo tuo sancta, neq̃ leuaueris pedem tuum ad opus, neq̃ loquaris uerbũ in ira de ore tuo, & confisus fueris Domino, euehet te ad bona terræ, & nutriet te hæreditate Iacob patris tui. Os enim Domini loquutum est hæc.] Diuinus Paulus legis umbram uelut inefficacẽ repellens, ad spiritualem eius considerationem transfert. Nec enim animaduertet quis eum uel carnis circumcisionem, uel Sabbati ocium recepisse: at circumcisionem potius simul ac Sabbatismum spiritualem prædicare uidetur. Ait enim: Non is Iudæus est, qui manifestò est: nec ea cir- Rom.2
cuncisio est, quæ manifestò in carne est: sed is Iudæus est, qui occultè est, & ea circuncisio est, quę cordis est, spiritu, non litera, cuius laus nõ ab hominib. est, sed à Deo. Quod itaq̃ ad Sabbatũ attinet, relinquitur populo Dei Sabbatismus. Qui enim ingreditur in requiem eius: etiã ipse requiescit à suis operibus, quemadmodum à suis Deus. Ergo qui à suis operibus quiescit, uel suæ uoluntatis imperium sacrosanctis tradat & accommodet uaticinijs: hic sabbatizat spiritualiter, & sanctum diem uerè celebrat. Hoc etiam nobis ostendit prophetiæ, quæ præmanibus est, oratio. Si enim, inquit, auerteris pedem tuum à Sabbatis, ut non facias uoluntates tuas in die sancta. Illud, Auerteris pedem tuum à Sabbatis, aliud nihil est, ut ego censeo, nisi ut non agat quæ quis uoluerit, nec propriæ cupiditatis semitas persequatur.



quatur. Nam humanarum uoluntatum scopum A
ad uoluptatem spectare, confirmabit sapienti ssimus Paulus, scribens: Non enim bonum quod
Rom.7 uolo, hoc facio: sed malum quod odi, hoc ago. Delector enim lege Dei, quod ad interiorem hominem attinet. Video autem aliam legem quæ repugnat legi mentis meæ, & captiuum me reddit legi peccati, quę est in membris meis. Qui ergo à Deo approbari uolunt, fortiter ac iuueniliter suam uoluntatem oppugnare debent: & qui diuinas eius leges per omnia sequuntur, admirabilem iustitię uiam alacriter inire oportet. Tenera Sabbata dicit, quæ nihil habent suæ mentis. Dura mens & præfracta, nolle illis quæ Deus uult subijci. Talem esse Israelẽ arguit, dicẽs: Scio ego te durum esse, & neruus ferreus collum tuũ, B
& frons tua ænea. Submissi igitur & tractabiles & sequaces mores, tenerũ Deo præstant in Sabbato ocium, uel spiritualẽ Sabbatismum: quem qui uolunt sine reprehensionis nota colere, non leuabunt ad opus pedem: id est, non propè ad agendum se conferunt, sed potius sanctum & utile celebrant ocium, à turpissimis, inquam, & detestandis ac Deo inuisis negocijs. Eos uult etiam iram ac furorem uincere, & fores ac repagulum linguæ apponere. Non enim loqueris uerbũ, inquit, in ira de ore tuo. Duo igitur hinc circuncidit grauia & infestissima: à quibus si quis recesserit, apud Deum perfectus erit. Dixit enim quidã è sanctis Apostolis: Si quis in sermone nõ offendit, hic perfectus uir est, qui possit etiam totũ cor C
pus frenare. Qui autem iram coercet, semper moderatus est & compositus, siquidem contrarium uerum est. Scriptum est enim: Vir iracundus immoderatus est & incompositus. Eos igitur, qui sabbatizant intelligibiliter, sanctè & delicatè seu tenere, mites esse uult Deus, & plurimis uirtutibus præditos: & confidere iubet nõ diuitijs, aut mundi potentia, nõ robore corporis, uel rebus eiusmodi, quæ herbis agri similes sunt, & temporariæ ac marcidæ: sed Domino inniti, qui omnis tranquillitatis choragus est, administrator & dispensator. Quòd aũt eos qui ita uitam instituere solent, quicunq̃ tandem sint, coronet, ostẽdit, dicens: Euehet te ad bona terræ, & nutriet te hæreditate Iacob patris tui. Promisit enim Iudęorum D
patribus uniuersorum Deus, terram promissionis, & in eã introducti sunt, duce Iesu, post Moysem Hierophãtam, seu Antistitem. Iam uerò quî fit, q̃ hisce uersibus promittat se illis daturũ, perinde quasi sortem promissam Iacobo Patriarchæ nondum accepissent? Proinde non de hæreditate sensibus percepta, uel sortitò illis à Deo data, temporibus diuini Iacobi, uel Abrahami & Isaaci intelliges, sed de illa potius, quã ipse nobis Ser
Matth.5 uator designat, dicens: Beati mites, quia ipsi hæreditariò possidebunt terram. Omnino autẽ hæc ad finem exitura, quæ promissa sunt, probat, cùm inquit: Os enim Domini loquutum est hæc. Fieri nanq̃ haud potest, ut diuini sermones excidãt: Deus enim est ueritas.

CAP. LIX.

NONNE potest manus mea seruare? num adgrauata est auris eius, quò minus audiat? Sed peccata uestra diuidium faciunt inter uos & Deum. Propter peccata uestra auertit faciem suam à uobis, ne misereatur. Manus enim uestræ inquinatæ sunt sanguine, & digiti uestri peccatis. Labia uestra loquuta sunt iniquitatem, & lingua uestra meditatur iniustitiam. Nemo loquitur iusta. Neq; est iudicium uerum. Confisi sunt uanis, & loquuti sunt inania.] In paulò superioribus Dei persona introducta est, dicens diuino prophetæ: Clama p uiribus, ne parcas, instar tubę extolle uocem tuã, & annuncia populo meo iniquitates suas, & domui Iacob peccata sua. Me de die in diẽ quærũt, & scire uias meas desiderant, quasi populus iustitiam faciens, & iudiciũ Dei sui non derelinquẽs. Postulant à me nunc iudicium iustum, & appropinquare Deo desiderant, dicentes: Quid ieiunauimus, & non uidisti? humiliauimus animas nostras, et non cognouisti? Omnes subditos manui uestræ, affligitis iudicio & pugnis, ieiunatis & uerberatis pugnis humilem. Quare mihi ieiunatis? Non hoc ieiunium elegi, dicit Dominus. Diximus autem, cùm sensum prophetiæ, ut potuimus, interpretati sumus, eos restitisse his, quæ sapientissimi Moysis prodita sunt oraculis, & uitæ probitatem nullo in loco ac precio habuisse, sed hæc consueta factitasse, ac Deo infestam & prauam uiuendi rationem sequutos fuisse. Si bellum denunciatum esset, interdum de cibi abstinentia consultabant, rati se, hoc nudo et solo ieiunio seu abstinentia, propitium sibi iudicem reddituros. Deinde spe frustrati, obmurmurabãt & dicebãt: Quid ieiunauimus, et non uidisti? humiliauimus animas nostras, & non cognouisti? Vide ergo ui de diuinum prophetam, uelut ex maximo pietatis studio, increpare eos ac dicere: Nónne potest manus Domini seruare? num adgrauata est auris eius, quò minus audiat? Non enim, inquit, omni potens Domini dextera debilitata est, neq; aures habet oneratas uel auersas, ut non audiat: sed peccata uestra diuellunt uos ab ipso. Si quis itaq; dissidium remoueat, & id tollat quod à Dei cognitione quasi muro interpositò diuidit, id est, peccatum: non procul est qui seruat, sed preces semper accipiet. Ineſt enim illi, ut & omnia possit, & ut bonorum quodã amore, precationes laborantium & afflictorum admittat. Quæ igitur peccata inter Deum & Israelitas dissidium faciant, infert, dicens: Manus enim uestræ inquinatæ sunt sanguine, & digiti uestri peccatis. Labia loquuta sunt iniquitatem, lingua uestra iniustitiam meditata est. Nam interfecerunt prophetas sanctos à Deo missos, & illis obloquuti sunt. Dixit igitur Hieremias: Fortitudo mea dereliquit eos q̃ execrantur me. Cùm autem hæc addit, nunc impietatem contra Christum suggillare uidetur, cùm dicit, manus eorum pollutas esse sanguine. Dominicidæ facti sunt, & loquuta sunt labia eorum iniquitatem, & lingua meditata est iniustitiam. Nõ enim destiterunt pugnare, & conuicia facere, &

Universidad de Deusto
Biblioteca



obloqui Christo,& nũc subsannare diuina sig na, & de diuina magnificentia mentiri:nunc accusare & dicere: Tolle tolle,cruci affige eum. Hãc ob causam, perinde quasi iniustũ calculũ & sententiã passus fuisset Christus, cũ libertate, ac fiducia sancta, propheta exclamat: Nemo loquutus est iusta,neq; est iudiciũ uerum. Cõfisi sunt uanis, & loquuti sunt inania. At quę est hæc uana cõfisio? Arbitrati sunt enim,hærede de medio sublato,eius se inuasuros hæreditatẽ. Et hæc quidem inanes uoces dum inter se profunderent miseri, impij fuerũt in Christum. Vel igitur prophetica oratio Israelitico sanguine oriundis impietatẽ in Christum obijcit:uel q̃ nullo modo æqui et probi esse deprehenderentẽ, qui & manus sanguine inquinatas habent, & labia ac linguã quæ aliud nihil meditari nouit,quàm ea quæ spectãt ad iniquitatẽ, iniustitiã,& impietatẽ, & q̃ etiam iniusti extiterint iudices,munera uidelicet capientes,& sordido quæstui dediti. Alibi enim dictum est:
Hes.1 Quomodo facta est meretrix,ciuitas fidelis,Siõ, plena iudicio,in qua iustitia dormiuit,in ea nunc homicidæ. Argentum uestrum reprobum: Caupones tui miscent uinum aqua: Principes tui nõ obediunt,socij furum, diligentes munera, persequentes præmium, orphanis non iudicantes, & iudicio uiduæ non attendentes.

QVIA *enixi sunt laborẽ, & pariunt iniquitatem. Ouа aspidum ruperunt,& telã aranеæ texunt. Et qui uoluerit de ouis eorũ comedere,si fregerit,urinũ ouum inuenit, & in eo regulũ. Ex tela eorum non conficietur uestimẽtum,neq; amicientur operibus suarum manuum.* ] Familiare est scripturæ diuinitùs inspiratæ,laborẽ semper quodãmodo inuidiã appellare. Habet enim hæc locutio aliquid probabilitatis. Tabescit enim eorũ corda & cõsumit, facitq; quasi emarcescere. Tale quiddã etiam dicit Psaltes, de quodã, uel de ludæorum populo: Cõcepit laborẽ,& peperit iniquitatem. Nã cùm antè parturiuissent contra Christum inuidiã, pepererunt impietatem in illum, seu iniquitatẽ: ita ut propter nefarios ausus meritò illud propheticum dicere coarguantur:Ligemus iustũ, quia inutilis nobis est. Inuenimus item in collegijs eorum,teterrimũ illos cepisse consiliũ. Nam de omnium nostrûm Seruatore Christo dixerũt: Quid facimus? quia hic homo multa edit signa. Si dimittamus eum sic,uenient Romani,& tollẽt nostram gentẽ ac regionẽ. Vnus etiã ex illis inquit, Caiphas,( erat hic impietatis cõtra Christum inuentor ) rursus dixit: Vos nihil quicquã scitis.nã expedit uobis, ut unus homo moriatur pro populo,& nõ tota gens pereat.Ex his ergo quæ dicta sunt, clarissimè uidere licet, eos, quia enixi sunt laborẽ,id est, inuidiã contra illum antè parturierunt, iniquitatem peperisse. Quid igitur pphetica oratio nobis hic significat? Oua aspidũ fregerunt,& qui ex his comedere uoluerit, si ruperit,ouum urinum inuenit? Putarunt enim ludæi consilia hæc contra Christum, in finem sibi auspicatũ cessura, & utilitati fore omni nationi. Sed à scopo errauerũt:atq; id illis usu uenit,quod his accidere solet, qui præ insigni stultitia aspidũ oua rumpũt. Nã ubi fregerint, nihil inuenient aliud, præterquã regulũ: estq; hic partus serpentis ualdè pernicios us, & ouum ἄθιον,id est, urinũ seu uentosum, nempe deprauatum ouũ & inane. Itaque nõ modo non utilitatẽ, sed perniciem concliat,horum contra Christum nefariorum molimi num exitus. Nã uelut serpens illis cõtigit: & fœtus hic planè in Orci laqueum induxit. Quòd au tẽ malitiosa hæc cõtra Christum machinatio illis prorsus fuerit inutilis,statim ostendit alio exemplo. Telã enim araneæ texunt. Araneus em̃, hoc inquã,pusillum & utilissimũ animal,in infrequentioribus domiciliorum partibus telas artificiosè subtilibus staminibus contextas connectit: quæ licet summo confectæ sint labore, omnino tamẽ nihil illis prosunt: nec enim ei qui fabricauit fiet inde amictus, sed illæ sectiles ac diuiduæ sunt,& ad operimentũ inutiles etiã ipsis artificibus. Sic, inquit, ludæorũ inuenta, quę scilicet contra Christum structa sunt. Dolos em̃ concinnantes,& falsam texentes accusationẽ,putarũt se,ut dixi,morti carnis illũ tradituros esse, & sibi aliquã allaturos cõmoditatem,& ex suis conatibus opulentũ præsidium ac protectionem cõparaturos. Sed nihil sperati tandẽ illis euenit. Nudati sunt enim superna beneuolentia,& protectorem,id est,Christum abiecerunt. Hæc enim protectio ex operibus bonis continget illis, qui hæc facere rectè uolunt,tribuente etiã illis hoc Deo. At malorũ operarios non amicient ea,quæ ex ipsis fiunt:sed pprotectione & operimẽto,maximè quod à Deo est, destituentur.

NAM *opera eorum,opera iniquitatis. Et pedes eorũ ad malitiam currũt,ueloces ad effundendum sanguinẽ. Cogitationes eorum,cogitationes sunt de cæde. Contritio et miseria in uijs eorum. Et uiam pacis non cognouerunt. Non est iudicium in uijs eorum. Semitæ enim eorum peruersæ,quas pertranseunt, & non cognouerunt pacẽ. Propterea receßit iudicium ab ipsis.* ] Singula ludę orum delicta enumerat minutatim: ut quãdoqui dem à coniunctione Dei sint eiecti,iusto calculo hoc passi cõuincantur. Opera enim iniquitatis, inquit,omnia opera eorum, & summatim in his uerbis est uera totius ipsorũ uitæ refutatio. Percurrit etiam sic singula errata,cùm pedes dicit ad malitiã currere,& esse ueloces ad effundẽdũ sanguinem, ac cogitationes susceptisse de cædibus. Rursus hoc mihi specta, quòd, etsi plurima sint delicta, primùm commemoret quod promptissimũ est,cædem,inquã, facere. Currere em̃ huc pedes eorũ ait, & celeres ac ueloces esse ad capiendum cõsilia de sanguine & cæde. Affirmat quoque in uijs eorũ contritionẽ esse ac miseriã,eosq; nescire pacem, seu uiã pacis. Nam quæ impiè & plus quàm audacter patrarũt, contritionẽ & miseriam ipsis ab alijs conflauerunt. Erant autẽ semper rerum alienarũ curiosi, & rabulæ ac litiũ consutores, & morbo contentiosè litigandi laborabant. Cuius etiam causa fuit, prædarum & donorum accipiendorum cupiditas. Hinc et quidẽ iustissimè: Non est,inquit, iudicium in uijs eorum.

Iudicium



Iudiciũ hîc dicit iustitiã, uel conuersationẽ maximè legibus consentientẽ, & calumnijs minus patentẽ. Sic enim dicit diuinus Dauid de præceptis Mosaicis: Iudicium & iustitiã in Iacob tu fecisti. Itaq; non est rectitudo, seu iustitia in uijs eorum: sunt enim peruersæ, & pacem fugiunt, uel cum alijs pacem colere detrectant. uel pacem hîc uocat, Dominum nostrum Iesum Christum, quem scire noluerunt, interitus foueam sibimet fodientes. Propterea dicit: Abscessit iudicium ab illis. id est,Hac de causa recessit ab illis iustitia, & scientia agẽdi ea, quæ iustitiæ coronã his acquirũt, qui illa uolũt efficere. Omni autẽ spirituali doctrina & arte carent Iudæi, & uelut abscessit ab animo eorum, etiam omnino ut possent scire, quid rectè quod Deo gratum sit obeant.

EXPECTANTIBVS *illis lucem, obtigerũt tenebræ: præstolantes splendorem,in caligine ambularunt. Palpabunt tanquam cæcus ad parietem,& tanquam hi qui oculis capti sunt palpabunt,& cadent meridie,uelut nocte media,quasi morientes gement,quasi ursus & columba simul ibunt.* ] Execrabilẽ eorũ & iniquissimam uitam ostendit. dixit enim: Opera eorum, opera iniquitatis: & his minutatim ac sigillatim enumeratis, & quæ nam essent, ac cuiusmodi,cùm dixerit,necessariò inducit & opponit, damnũ hinc illis inflictum, & intolerandæ uitiositatis retaliationem, ac impietatis ipsorũ fructus. Expectarunt em̃ Iudæi illustrationẽ à Christo,audiuerunt prophetas sanctos clamãtes manifestè: Illustrare illustrare Hierusalẽ: uenit enim
Hes.60 lux tua, & gloria Domini super te orta est. Et hic aperientur oculi cæcorum. At quantum ad sanctorum prophetarũ prædictionem,non erant bona spe destituti miseri. Siquidem inter se dicebãt
Ioan.7 aliquando Iudaicæ synagogæ præsides: Num ex Galilæa Christus uenit? Nonne scriptura dicit, ex semine Dauidis, & à Bethleem uico Christũ uenire? Samaritana quoq; illa mulier, cõfessa est manifestè, ipsum Christum alloquens, aduentus uirtutẽ. Nam ait: Nouimus q̃ Messias uenit, qui dicitur Christus. Cùm uenerit ille,annũciabit nobis omnia. Expectabant ergo, ut dixi,illustrationem à Christo:sed cõtigerunt præter spẽ illis omnia. Non enim ueram lucẽ admiserunt, sed tenebras ultrò sibi accersitas tanquã in domicilia animorum receperunt. Cæci extiterunt,& duces cæcorum,iuxta Seruatoris uocem. Dum igitur lucẽ illi præstolarentur,id est,sperarent & expectarẽt, obtigerunt illis tenebræ. Et expectantes splẽdorem,in caligine uersabantur. Idem rursus aliter etiam de eadem re ponit propheta, dictorum sententiam exponens. Qui enim splendorem expectarũt,in tenebris profundis ambulauerũt. Hoc enim τῆς ἀνωμίας, id est, caliginis nomẽ significat. Deinde ut cæcitatis,quæ in illis fuit, magnitudinem exprimeret:Palpabunt,inquit, tanquam cæcus ad parietem. Sic enim interdũ ambulare consueuerunt,qui oculorum cæcitate laborant. Etiã ipso,inquit,meridie, tanquam media nocte cadent. Meridiem usitatè, mediam diei partẽ nominat, quãdo Solis circulus mediũ cœlũ tenẽs, radios intensissimi caloris immittit terræ incolis,et uelut opulentiore splendoris copia collustrat omnia. Μεσονύκτιον, id est,medium noctis,quando profundæ tenebræ per omnes sub cœli cõplexu homines circumfusæ sunt. In meridie igit̃, inquit, id est,in abundantissima luce, diuina scilicet, & quæ mente percipitur, quæ orbem terræ illuminat,beneficio omnium nostrûm Seruatoris Christi,cadent ceu cæci,Iudæi, nec sciunt quò uadũt. Noluerũt siquidẽ obedire Christo dicẽti: Quandiu lucem habetis, ambulate in luce, ne uos tenebræ adsequantur. Comprehensi sunt igitur à tenebris,cùm in luce ambulare non sustinerẽt. Quin & aliud quoq; patientur. Gement enim, inquit, quasi morientes,id est, quasi grauí & intolerãdo morbo debilitati. Ac ibũt quasi ursus simul & columba: nõ ut duo quidam inter se conuenientes, quorũ hîc ursus intelligi possit, ille columba: sed quisq; affectu & animo erit quasi ursus simul & columba. Nã quoniã dixerat, eos gemere,ostendit pulcherrimè,qualis futurus sit et quantus eorum gemitus. Dicunt em̃ ursas si orbatæ sint suis catulis à quopiam sibi ereptis,grauiter lugere,& impotenter agi in rabiẽ, montes & saltus circuire,& in obuios effrenato impetu insilire. Et quidẽ tale quiddã uniuersorũ Deus per quendam è sanctis prophetis significat, dicens, de sanguine Israelitico oriundis: Occurram illis uelut ursa orbata,id est,crudeliter & immaniter. Columbæ autẽ nidis suis insidentes,subinde murmurant,& lugubrem quasi uocẽ quandam emittunt. Tales facti sunt Iudæi. Nã uastata eorũ tota regiõe,simul cum sancta ciuitate, Hierusalẽ dico, ac ipso templo concremato, mente ferina ac belluina affecti sunt in eos qui sustulerunt eã, atq; hoc illi accidit se lugent,ceu columbæ. Scriptum est em̃: Et erũt in montibus,ceu columbæ querulantes. Vel aliud quiddã hic significare uidetur sermo propheticus. Ibunt enim,inquit,ceu ursus & columba,id est,in mentis immanitate coniuncta cum imprudentia uiuẽt. Vrsa enim immanitatis,at simplicitatis & imprudentiæ imago & exemplũ est columba. Est enim dictũ de Israel apud quendam è sanctis prophetis: Et erat Ephraim colũba amẽs, non habẽs cor. Inueniemus autẽ Iudæos quosdã uerè esse crudeliter stultos. Nec enim inerat illis Christiana prudẽtia & mansuetudo. Negauerũt enim ipsum sapientiæ & prudentiæ submínistratorem,quiq; diligentes se reddit mites & mãsuetos. Dixit ergo propheta Hieremías de illis, alicubi: Infatuatus est omnis homo, à cognitione. alibi rursus: Non inest illis sapientia,quia sermonem Domini reprobarunt.

EXPECTAVIMVS *iudicium, et non est salus, procul receßit à nobis. Multa enim iniquitas nostra,in conspectu tuo, & peccata nostra restiterunt nobis. Iniquitates enim nostræ in nobis, & iniustitias nostras nouimus. Impiè egimus,& mentiti sumus,& receßimus à Deo nostro,loquuti sumus iniusta,et non obediuimus. Concepimus,et meditati sumus in corde nostro sermones iniustos, & receßimus à iudicio,et iustitia procul receßit.* ] Semper ueritatis amãs est sanctorum prophetarum oratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Loquitur enim in ipsis ueritatis, id est, Christi spi A
ritus. Hac de causa, cùm mentionem faciunt reie
ctionis Iudaicę gẽtis, & illati illis supplicij, ꝓpter
impietatem in Christum: opportunè commemo
rant futuram eorum cõuersionem, postremis se
culi temporibus, & uocationem in Christo, per
fidem. Appositissimè itaq; ne quis mentiri putet
ueritatẽ, eos inducit resipiscentes, & persona eo
rum sumpta, eos tantùm non sistit Deo, dicẽtes:
Expectauimus iudicium, & non est. Iudicium di
cunt, iustitiã per Christum uidelicet, quam se ac
cepturos sperabant. Sed apud eos non erat: quip
pe qui duri & immorigeri extiterunt. Ideo dicit:
Salus procul secessit à nobis. Multa enim nostra
iniquitas in conspectu tuo, & peccata nostra in
nobis sunt. Cùm enim in totum excíderant ab eo B
qui iustificat per fidem, ab ea salute quæ ab ipso
est procul abfuerunt, cùm non abiecerint peccа
ri inquinamenta, & iniquitatis crimina non dele
uerint, sed cùm sordes hinc libi uelut infusas &
instillatas habeãt. Propterea affatus est eos Chri
stus, dicens: Amẽ dico uobis, si nõ crediderítis ꝙ
ego sim, in peccatis uestris moriemini. Itaq; quia
non crediderunt, in peccatis suis mortui sunt. Et
quia multifariam impij fuerũt cõtra Christũ: etiã
horum ipsorum cõfessionem edunt. nam dicunt:
Iniustitias nostras nouimus, impiè egimus, &
mentiti sumus, ac recessimus à Deo nostro. Im
pietatẽ enim cõmiserunt haud tolerabiliter, men
tientes contra maiestatem omniũ nostrũ Seruа
toris Christi, nec uolentes ei obsequi. Cõfitentur C
porrò: Loquuti sumus iniusta, & non obediui
mus. Cõcepimus & meditati sumus ex corde no
stro sermones iniustos. Nam iniusta loquuti sunt
contra Christũ, nunc eleuantes eius gloriã, & mi
racula calumniãtes, dixerunt, in Beelzebul prin
cipe dæmoniorũ eum eijcere dæmonia: nunc pa
rientes é corde suo sermones iniustos, accusarũt
eũ, Samaritanũ, & dæmoniacũ, edonẽ & uniꝑ
potorẽ ausi nominare. Sycophantijs eũ proscide
runt, Pilato præside, dicẽtes: Concitat turbas, &
interdicit tributa dare Cæsari. Propterea dicunt:
Recessimus à Deo nostro, loquuti sumus iniu
sta, & nõ obediuimus. Concepimus, & meditati
sumus ex corde nostro sermones iniustos, & re
cessimus à iudicio, & iustitia, ꝓcul recessit, id est, D
proiecimus iustitiã, & uelut terga dedimus, eã a
uersati. Idcirco, ꝓcul recessit à nobis. Hæ sunt igi
tur uoces pœnitẽtiã agentiũ, & à Christo miseri
cordiã quærentiũ. Etenim res salutaris est, resipi
scere, & delictorũ cõfessiones apertè edere. Scri
ptũ est emi: Dic tu iniquitates tuas prior, ut iustifi
Psal.31 ceris. Dixit etiã diuinus Modulator: Dixi, enun
ciabo contra me iniquitatẽ meam Dño: Et tu re
misisti impietatem cordis mei.

QVIA cõsumpta est in uijs eorũ ueritas, & rectà nõ potue
runt uenire. Veritas aũt sublata est, et transtulerunt mentẽ, ne intel
ligerent. Quod cùm uidisset Dominus, nõ placuit ei, quia non fuit
iudicium, cùm aspexisset, nõ fuit uir, cùm cõsiderasset, nõ fuit defen
sor. Et uindicauit eos brachio suo, et misericordia sustẽtauit. Et in
dutus est iustitia, quasi lorica, et circundedit galea salutis caput, et
amictus est indumento uindictæ, pallioq;, tanquã ulturus probrum
aduersariorũ. Et timebunt hi qui ob Occidente sunt nomen Domi
ni, et qui ab Oriente sunt nomen gloriosum. Veniet enim tanquam
fluuius uiolentus ira Domini, ueniet cum furore.] Cùm pro
pheta cõmemorauerit quæ tempora uocationis
suæ dicent Israelitæ, petentes ab ipso Deo & Pa
tre gratiã salutis per Christũ: in personam suã rur
sus orationem transfert & accusat Israelitas, imò
annuit & cõprobat, & eos malos & apostatas at
que ueritatis inimicos esse cõfirmat, dicens: Con
sumpta est ueritas in uijs eorũ, id est, tantùm non
deleta est & funditus perijt. Nõ enim erat ulla in
operibus eorũ ueritas, id est, lex ueritatis. Idcirco
per rectã uiã nõ potuerunt transire. Qui eñ omni
no lapsi sunt eò ut legitimè cõuersari, & ut ueri
tati uisum est, nesciant. ueritas aũt Dei lex sæpe
dicta est: quomodo rectà ad decorũ trãseãt: imò
quid ni obliquas & distortas uias habeant? Cùm
addit & dicit: Veritas sublata est, & trãstulerunt
mentẽ, ne intelligerent: ostendit, in totũ ueritatẽ
ab illis recessisse, & eos omnino mentẽ transtu
lisse, ut quid ad salutẽ faceret, non intelligerent.
Hinc dicit: Vidit Dominus, & nõ ei placuit: nõ
enim fuit apud eos iudicium, id est, iustũ iudiciũ
et lex. Deinde, aspexit, inquit, & nõ fuit uir, con
siderauit, & non fuit defensor. Nam quoniã mi
sericors est, ut Deus, remittit interdũ uniuersæ e
tiã ciuitati crimina, propter unũ solũ, qui in ea iu
stus inuentus est. Siquidẽ dixit uoce Hieremiæ:
Cursate in uijs Hierusalẽ, & quærite in plateis e
ius, & uidete an inuenire possitis uirum, qui facit
fidẽ, & diligit misericordiã, ac propitius ero illi,
dicit Dñs. Promisit itẽ Sodomis se ignis suppli
ciũ illis remissurũ, si quinq; iustos apud se habuis
sent, id est, unũ iustum in unaquaq; ciuitate. Con
siderauit igit, inquit, & nõ fuit uir, nõ fuit defen
sor. Iustus eñ cùm furorẽ consopiat, & solus ua
leat ac possit Deum placare, illos semper defen
dit, ꝓ quibus preces obtulerit. Quoniã uerò nul
lus ciusmodi fuit: uindicauit eos, inquit, brachio
suo, id est, potentia, & sustentauit misericordia.
Non enim radicitùs sustulit Israelẽ, sed humanus
cùm sit, reliquias seruauit, & sanctis ipsorũ patri
bus fidẽ datam uerè liberauit. Deinde propheta
ait: Indutus est lorica, & galea circundatus est, ac
indumento uindictæ, tanquã ulturus probrũ ad
uersariorum: tantũ non imperatorẽ cõtra eos fa
ctum esse dicit, uniuersorũ Deum, armatura in
structum, & rei bellicæ gnarũ. Quibus uerbis iræ
contra illos impetum declarat. Restitit enim illis
omnipotens, cui meritò dictum est: Tu terribilis
es, & quis resistet tibi, ab ira tua? & ab animad
uersione quæ Iudæis illata est? Timebunt qui ab
Occidente sunt, & qui ab Oriente, nomen glo
riosum. Veniet enim ueniet, inquit, contra in
fideles ira, ueluti uiolentissimus quidam fluui
us, rapiens omnia, & incunctanter fluctus de
uoluens.

ET ueniet propter Sion liberator, & auertet impietates à Ia
cob, et hoc illis Testamentũ à me, dicit Dominus: Spiritus meus erit
in te, & uerba mea, quæ ego posui in ore tuo, non deficient os tuũ,
nec



nec os seminis tui: Dixit enim Dominus, deinceps & in seculum.] A
Diserte meminit, ut etiam in proximè superio
ribus, iræ Iudæis irrogatæ: ut qui ducẽ uitæ interfe
cerunt, & in uniuersorum Seruatorẽ ac Redem
ptorẽ impiè bacchati sunt. Deinde etiã ꝺandæ illis, posterioribus temporibus, misericordiæ &
humanitatis induxit prędictionẽ. Dixit enim: Et
uindicauit eos brachio suo, & misericordia sustẽ
tauit. Sic hoc loco dicit, furorẽ Domini tanquã
torrentẽ quendam intolerabilẽ & rapidissimum
in eos descensurũ: & de illa benedictione extre
mis seculi temporibus danda uerba facit: Veniet
enim propter Sion liberator. De cœlo enim de
scendit unigena Dei Sermo, & demisit ipse se ad
inanitionem, factus homo, ut etiã præ alijs uoca
ret Israelem, & seruaret quoq; gentiũ multitudi- B
nem. Testis erit sapientissimus Paulus, inquiens:
Rom.15 Dico Christum ministrũ fuisse circũcisionis, pro
pter uirtutẽ Dei, ad confirmandas promissiones
factas patribus, utq; gentes ob misericordiã Deũ
celebrarent. Meminimus etiã alibi dicere Chri
Matth.15 stũ: Non missus sum nisi ad oues perditas domus
Israel. Veniet igitur liberator, à peccatis scilicet,
à morte & corruptione, à crudelitate diabolica,
à dæmonum errore, deceptione & tyrannide. Et
hoc illis à me Testamẽtũ, dicit Dominus. Quod
autem uoluntate Dei decretũ est & promissum,
prorsus penitusq; firmum erit, & non negabitur.
Quod igitur erit, inquit, à me Testamentũ, dicit
Dominus? Spiritus meus & uerba quæ posui in
ore tuo, non deficient deinceps & in æternũ tem C
pus. Manifestissima enim demonstratio est, redẽ
ptum esse genus humanum, & quidẽ præ alijs Is
raelitas qui crediderũt, factos esse Spiritus sancti
participes: per quẽ adoptionis decus allatũ est, et
ut loquantur lingua uerbũ fidei, sicuti scripsit sa
pientissimus Paulus. Ne dicas enim, inquit, in cor
de tuo: Quis ascendet in cœlũ? hoc est Christum
deducere. aut quis descendet in abyssum? hoc est
Christũ à mortuis reducere. at quid dicit scriptu
ra? Propè est uerbum in ore tuo, & in corde tuo,
quia si dixeris, Dominus Iesus: & crediderís in
corde tuo, Deũ excitasse illum à mortuis, saluus
Rom.10 eris. Corde enim creditur ad iustitiã, ore aũt fit cõ
fessio ad salutem. Accepimus itaq; à Deo uerbũ
fidei & confessionẽ. Quod quidẽ salutare est, & D
iustitiã conciliat. Iustificat enim sic impium Chri
stus, quod & palàm clamitat: Ecce deleui ut nu
bem iniquitates tuas, & ut caliginẽ peccata tua.
Hoc enim uerbum fidei in nobis erit perpetuò,
& de ore nostro non cessabit, sed illud ad posteri
tatẽ usq; transmittemus. Sic enim iustificabuntur
& posteri. Si enim semper Christus sit & Deus et
Dominus: nunquam desinet fidei eius confessio,
apud eos qui illius apparitionem agnouerunt.

CAP. LX.

ILLVMINARẼ illuminare Hierusalem: uenit
enim tua lux, & gloria Domini in te ortа est. Ecce
enim tenebræ & caligo teget super gentes. In te autẽ
apparebit Dominus, & gloria eius in te uidebitur.
Et ambulabunt reges in luce tua, & gentes in splendore tuo.] Per
inde ac promissio, de seruando Israele, suis tẽpo
ribus præstita esset, exultat quodãmodo hic no
bis prophetica oratio. Nam tantùm non magno
clamore in altum sublato, resonat: Illuminare, in
quiens, illuminare: uenit enim tua lux. Obserua
autem, præ alijs, data Israelitis à Deo diuina luce,
per Christum uidelicet, prophetã dicere: Venit
tua lux: tantùm non præsentẽ esse ostendens eũ,
qui olim in lege & à sanctis prophetis prænũcia
tus est, quiq; in carne postremis seculi temporib.
illuxit mortalibus. Vocatq; eum qui apparuit,
gloriã Domini. Ortus enim est Christus tanquã
sol quidã, luce diuina ac intelligentiæ collustrãs
omnia, & uerę Dei cognitionis splendorẽ, prom
ptioribus ad fidem amplectendã immittẽs. Estq;
gloria Dei & Patris. In ipso enim & per ipsum et
cum ipso glorificatur. Repræsentat enim tanquã
in propria natura eum qui ipsum peperit. Et qua
tenus nouimus filium, contemplamur etiam per
ipsum, & in ipso patris magnificentiã & incom
parabilẽ gloriam, & diuinæ autoritatis dignita
tisq; præstãtiam. Siquidem Christus quoq; dixit: Ioan.17
Pater glorifica tuum filium, ut & filius tuus glori
ficet te. Visa est itaq; in nobis gloria Dei & Pa
tris. Deinde segregato ab alijs gẽtibus omnibus
Israele, ut eximiè à Deo in honore ac precio habi
to, eiusq; sorte ac patrimonio, porrò addit, & in
quit: Ecce tenebræ & caligo tegent terram gen
tium. In te autẽ apparebit Dominus. Nec hæc di
cit, quasi illucescẽte mundo Christo, tenebræ per
gentes dissiparẽtur: sunt enim illustratæ potius,
& pristini erroris tenebras abiecerunt. At qui di
uinam scripturã interpretati sunt, promiscuè red
dunt sæpe tempora. Itaq; pro Tegit, posuerũt Te
get. Verum est enim Christo in primis præ alijs il
lucente Israelitis, detentã fuisse tenebris gentium
multitudinẽ, nondum trãslata in ipsas gratia. Ec
ce igitur, inquit, obtecta est tenebris & caligine,
ignorationis scilicet & erroris, uniuersa terra gẽ
tium. In te aũt apparebit Dominus. Illuxit enim,
ut dixi, illis & quidem primus, & gloria eius uisa
est, excellenti magnificentia, signis & prodigijs.
Apud eos nãq; miracula edidit, ut Deus, partim
mortuos à monumentis resuscitans: partim cęco
rum oculis lumen immittens, leprosos emundãs
nutu, dæmones increpans cum autoritate, & nul
lum omnino modũ prætermittens, qui ad fidẽ fa
ciendam ualeret, persuaderetq; se uerè Deum es
se, & Dei naturalẽ filiũ. Et ambulabunt, inquit, re
ges in luce tua, & gentes in splẽdore tuo. Adne
ctit iterũ propheta uisitationi Israelitarũ, gentiũ
uocationẽ: ut uideant, si contẽnant ipsi sua inobe
dientia Redemptorẽ, & resiliãt ab eius dilectio
ne, cum capitis sui interitu, se non fore destitutũ
cultoribus, sed Gentes potius & reges per fidẽ il
laqueaturũ. In splendore eñ dato tibi, inquit, id
est, in illustratione per Christũ, ambulabũt reges
& Gẽtes. At quò ambulabũt? ad salutẽ uidelicet
per fidẽ, ad gloriosam & inculpabilẽ uitã, ad sciẽ
dũ & confitendũ, quis natura sit ac uerè uniuerso

rum creator & opifex. Adorarunt nanq; creatu- A
ram super creatorem, & lignis ac lapidibus hono
rē exhibuerunt. Sed postq̄, inquit, luce tibi data
illustrati sunt, etiā ipsi ambulabunt recta & regia
uia, ad nullū obicem in medio iacentē impingen
tes, sed ut in clara luce & die, quantūuis noctis ac
tenebrarū filij, oīa offendicula prætercurrētes.
TOLLE *circumcirca oculos tuos, & uide congregatos libe
ros tuos. Ecce uenerunt filij tui procul, & filiæ tuæ in humeris tol
lentur. Tunc uidebis & timebis, & stupebis corde. Quia transferē
tur ad te diuitiæ maris, & gentium & populorū, & uenient ad te
greges camelorū, & operient te cameli Madiā & Gephar. Omnes
de Sabba uenient, ferentes aurū et thus, ferent et lapidē preciosum,
& salutē Domini euangelizabūt. Et omnes oues Cedar cōgregabū
tur ad te, & arietes Nabeoth uenient ad te, & adducentur accepta
super arā meā, & domus orationis meæ glorioſa efficietur.*] Ap- B
tissimē & sapientissimē disponitur hæc oratio.
Euangelizat enim gentium uocationē, & duorū
populorum in Christo unionē, & legalis umbræ
in spiritualē cultum mutationē. Omnia enim in
Christo noua, & uetera præterierunt. Condiditq̄
duos illos populos in unum nouum hominē, cre
ans pacē, & reconcilians ambos in uno corpore,
apud patrē. Horum omniū prædictionē facit, &
intelligibilē Hierusalē, id est, Ecclesiam, ab initio
ex Iudæis cōstitutā alloquitur: primi enim illi cre
diderunt. Tolle circumcirca oculos tuos, & uide
congregatos liberos tuos: Ecce ueniūt omnes fi-
lij tui è longinquo, & filiæ tuæ in humeris tollen
tur. Affatur enim his uerbis eos, qui ex omni gen
te & regione collecti crediderūt, Ecclesiā, inquā, C
diuina & Euangelica prædicatione orbē terrarū
irretiente, & tanq̄ ad ciuitatē quandam munitis-
simā, ad fidei gratiā, ad sanctorum cibum inuitan
Hesa.2 te, quemadmodū uidelicet & alibi: Erit enim, in-
quit, in postremis diebus, spectabilis mons Do-
mini, propositus in uerticibus montiū, & eleuabi
tur supra colles, uenientq̄ ad illū gentes multæ,
ac dicent: Adeste, ascendamus ad montē Domi-
ni, & ad domū Dei Iacob. Et annunciabit nobis
uiam eius: Et ambulabimus in ea. Liberi aūt Hie
rusalē, non hi soli dicendi sunt, qui ex sanguine Is
rael oriundi sunt, sed quotquot ex omni gente ac
regione uocati sunt per fidē ad ueritatis lucē: ut
Rom.9 & sapientissimus Paulus scribit: Non omnes qui
ex Israel, hi Israel: nec quia semē Abrahā sunt, om D
nes liberi: sed liberi promissionis reputātur in se-
mine. Dictum enim est à Deo ad diuinum Abra
ham: Patrē multarum gentiū constitui te. Itaq; ue
lut multitudine iam congregata ex Gentibus &
adorante Christū: Tolle, inquit, circumcirca ocu-
los tuos. id est, uniuersum orbem perlustra, & ex
omni parte eius, uidebis liberos tuos ad te accur
rentes, uenientq̄ etsi procul abfuerint aliquādo.
Procul, nō ratione loci dicitur, sed ad animū mē-
tisq̄ affectionē pertinet. Dixit nimirum quidā è
sanctis prophetis de his qui refugerunt à notitia
Hier.51 eius qui natura & uerè Deus est: Vos qui procul
abestis, memores estote Domini, & Hierusalē ue
niat uobis in mentē. Scripsitq̄ de Christo sapien
tissimus Paulus: Venit & euangelizauit pacē his
qui procul, & illis qui propè sunt. Misitq̄ ad gen
tes Epistolā: Mementote, inquiens, uos gentes, Ephes.2
qui præputium uocamini, ab ea quæ circumcisio
in carne dicta est, manufacta, uos, inquā, fuisse in
illo tēpore sine Christo, alienos à spe Israelis, ex-
traneos à fœderibus promissionis, spē non habē
tes, & Dei expertes in mundo. Nunc aūt, uos qui
quondam eratis procul, facti estis propinqui, in
sanguine Christi. Qui enim omnino natura & ue
rē Deum ignorarunt, procul esse dicuntur, & af-
fectione sunt, ut dixi, & animo. Sed ecce, inquit,
uenerunt, id est: Nō longè pòst futura est, nec dif
feretur eorum uocatio, sed statim hanc prædica-
tionē Euangelicā sequentur, accedentq̄ ad Deū
per fidē, sine omni labore, & omni difficultate, et
sudore. In humeris enim tollentur. Nā figuratus
est habitus orationis, uelut exemplo à rebus no-
stris petito. Solent enim paruuli infantes nutriri,
& in materno gremio ac brachijs uolunt requie-
scere. Tale quid fit de his qui uocati sunt ab erro
re Græco. Deliniuntur enim à mystagogis, non
duriter tractantur, nec illico per asperā uiam ince
dunt: sed uelut tenera educatione lactant̄, & pau
latim in uirum perfectum adolescunt, in mensu-
ram ætatis plenitudinis Christi. Siquidē præce-
pit sanctis Apostolis, ut baptizarent omnes gen
tes, in nomen Patris & Filij & Spiritus sancti, do
cerentq̄ eas seruare quæcunq̄ illis præceperat.
Hi aūt hoc facilitare uolētes, methodo & arte do
cendi usi, primò nihil onerosum imposuerūt cre-
dentibus. Scripserunt enim gentibus: Visum est Act.15
Spiritui sancto & nobis, nullū onus uobis impo
nere, nisi ut abstineatis uos à scortatione, & suffo
cato, & sanguine. Scribitq̄ quibusdam optimus
Paulus: Lactis potu uos aluí, non esca. Nondū e- 1.Cor.3
nim poteratis, sed ne nunc quidem potestis. Per-
fectorum aūt est cibus solidus, eorum inquā, qui
propter assuetudinem sensus cordis habent exer
citatos, ad dijudicationē boni & mali. Itaq; in hu
meris, inquit, tollentur filij tui & filiæ tuæ. Tunc
uidebis & timebis, ac stupebis, pro admiraberis.
Sic enim & diuinus Abbacum: Domine, inquit,
audiui uocē tuā, & timui, cōsideraui opera tua, &
obstupui. Solemus etiā nos ipsi interdum dicere,
Stupui, cùm aliquid præter opinionem à quopiā
fieri cōtigerit. Admiraberis igitur, inquit. Et quæ
tandem huius rei causa? Transferentur enim ad
te diuitiæ maris, & gentium & populorum. Cla-
rius hîc prædicit, uocandam esse suo tempore, ad
ueritatis agnitionem, gentium multitudinem. Si
ta enim fuit Iudæorum regio ad plagam quæ ad
partem australem uergit. Quæ uerò spectant ad
Vrsum & mare, & ciuitates ac regiones ibidē po
sitas, gentium grex sortitus est. Quoniam autem
qui à pristino errore discesserant, mutationem in
melius fecerunt, uocati ad agnitionem naturalis
Dei, per eos qui administrant Euangelium Chri
sti: hinc dicit transferendas ad Ecclesiam maris
diuitias. Diuitiæ autem sunt, ut dixi, urbium &
regionum ad mare sitarum, hi qui in illis habitant.
Venientq̄, inquit, ad te, etiam greges camelorū,
& te-



& tegent te cameli Madiā & Gephar. Sunt enim A
Madianitæ & Gepharæi, gentes finitimæ Hieru
salē, habentes conterminas regiones. Nā abomi-
nabiles erant, & incircumcisi, & idololatræ. Sed
& eos quoq; uocandos esse, & fructum Deo edi
turos, hisce uerbis ostendit. Erāt enim sessores ca
melorum, & uictū ex bellis & pecoribus pascen-
dis quærebant: erantq̄ Israelitis inimicissimi. Sed
qui olim, inquit, errabant, & prophani erant, nul
lumq̄ habebant cū sanctificatis cōmercium: ue-
nient, non uiritim, sed gregatim & turmatim, uel
camelis uecti, uel quæ habent adducētes, & unà
cum subditis colentes Deum. Venientq̄ omnes
ex Sabba, ferentes aurum & thus, & ferēt lapidē
preciosum, ac salutem Domini euangelizabunt.
Sabba regio est ultra terrā Arabum, & prope ma B
re rubrum: ex qua Sabba Æthiopum regina, tem
poribus Solomonis, accessit Hierusalē. Fertilissi
ma est regio thure, auro, & lapidibus Indicis. Ve
nient igitur, inquit, fructum parientes in gloriā
Dei, & adducētes thus & aurum ac lapides, siue
bonorum operum suauē fragrantiā, & splendo-
rem sub intelligentiā cadentē, diuitiasq̄ spiritua-
les. Et euangelizabunt salutē Domini. Cōplures
enim uocati sunt ex gentibus, & corde sapiētes,
& sacra dogmata mente tenentes, docendi autо-
ritate prædīti: & salutē ac gratiā, ab omnium no-
strūm Seruatore Christo, alijs prædicantes, inge-
nuitatis corona redimiti sunt. Venient etiam, in-
quit, oues Cedar, & arietes Nabeoth, & adducē-
tur accepta super arā meā. Cedar & Nabeoth, re- C
giones rursus sunt aliæ, opimæ, & pabulosæ, ac
plurimos habent incolas, uerūm idololatras &
errantes. Sed & hi, inquit, arietes & oues addu-
cent, & omnia erunt accepta super aram meā, e-
tiamsi lege Mosaica licitum non fuerit alienige-
nis, Deo hostias offerre: & si obtulissent, acce-
ptas illas non habebat. Sed ecce iubet Deus illas
acceptas esse, in sanctis aris. In Christo enim Iesu
non est seruus neq; liber, barbarus, Scytha, Græ-
cus & Iudæus, sed omnia & in omnib. Christus.
Vnū enim facti sunt duo populi, cùm ille interfi
tium macериæ dei ecerit, & legē mandatorū in de
cretis aboleuerit. Acceptæ sunt igitur hostiæ eo-
rum, qui per fidē in Christo accedunt ad Deū. Et
glorioſa effecta est domus orationis Dei. Rursus D
mihi considera orationis profunditatē. Non em
hostiarū & fumorum iam uocari uult Ecclesiā, si-
cuti nimirum templū Hierosolymitanū: sed pre-
cationis potius, id est, cultus spiritualis. Psallit &
ait diuinus Dauid: Dirigatur oratio mea, sicut in
censum corā te, eleuatio manuum mearū, hostia
uespertina. Notandū etiā horū uersuum mentio-
nem feciſſe ipsum Seruatorē, cùm ludæorū nego
ciationes reprehēdit, & dicit: Scriptū est: Domus
mea domus orationis uocabitur. Vos aūt ipsam
facitis speluncā latronū. Quare cùm domus ora-
tionis existeret, tum etiam glorioſa facta est.
QVI *sunt isti qui ut nubes uolant, & ut columbæ cum pul-
lis? Me insulæ sustinuerunt, & naues Tarsis in primis, ut adducant
liberos tuos è longinquo, & argētum & aurum cum illis, propter
nomen Domini sanctum, & propter sanctum Israel, ut sit glorio-
sus.*] Licet iterum hîc uidere, Ecclesiæ seu intelli
gibilis Hierusalem personam introductam. Tol-
le circumcirca oculos, ut iussum est à Deo: dein-
de admiratur currentium eò multitudinē, & po-
pulum per fidem congregatum, innumerabilem.
Qui sunt ergo, inquit, qui ut nubes uolant, & ut
columbæ cum pullis? Irretiuntur enim per fidem
non modo senes, uerùm etiā cum illis iuuenes, &
cum filijs patres, & cum filiabus matres. Itaq; cō-
tra omnem ætatem Euangelicæ prædicationis li
num expansum est. Et hoc, opinor, est quod in li-
bro Psalmorum scriptū est: Iuuenes & uirgines, Psal.148
senes cum adolescentibus laudent nomē Domi-
ni. Volare eos dicit, aut quia uadunt eò non ne-
gligenter & remissè, sed tanquā uolucres & cur-
sores: aut quòd terreno & humili affectu depositо,
in sublime tendunt quodāmodo, & ceu è ma-
ri nubes, à tumultuatione & delicijs mundanis,
in altum assiliunt, & emergunt, ad supremam fe-
stinantes ciuitatem. Admirāte igitur Ecclesia ex
omni regione per fidem cōcursum, causam rei a-
perit, rursus eos captans & irretiēs, & inquit: Me
insulæ sustinuerunt, & naues Tarsis, ut adducant
liberos tuos è longinquo, & aurum & argentum
cum illis. Insulas hîc intelliges, non absolutе insu-
larum solum, quippe ineptum hoc, nec ipsas na-
ues Tarsis, sed potius habitantes in illis, & conse
dentes in insulis. Tarsis uerò diuina scriptura, sæ-
pe uocat Indicas. Narrantq̄ in Cypro Tarsis ci-
uitatem esse celebrem. Quapropter quia insulæ,
inquit, & qui ex Indorum regione ueniunt, me su
stinuerunt, id est, impositum sibi à me iugū subie
runt: idcirco undecunq̄ confluit multitudo cre-
dentium. Veniunt enim & ex ipsa barbara terra,
uiri non pauci, Christi nomen gerentes, & fructi
ficantes in eis gloriam, quæcunq̄ regio ferre po-
test illorum. Ferri aūt facilè dicunt aurum & argē
tum. Offerunt uerò non more institutoq̄ ueteri,
inanimis quibusdā idolis, & dæmoniorum gregi
bus: sed quia sanctum habebant apud eos nomē
Domini, & glorioſus Sanctus Israel. Sed non est
alius Dominus, alius rursum Sanctus Israel, imò
unus & idē existit Dominus, & sanctus, & glori
ficatus. Sciēdum est autē, insulas uocari etiam ci-
uitates quæ per circuitū sunt, uastæ & uagæ ma-
gna ex parte & nō habitatæ. Quòd si dicantur il-
læ quoq; sustinere Dominum, id est, ei seruire: in-
telliges eos qui inaccessas, & magna solitudine
horridas, & regiones & urbes inhabitant, uentu-
ros per fidem & fructificaturos Christo aurum et
argentum, & non simpliciter illam materiam, sed
ueluti quæ in nobis sunt preciosa & illustria, &
magni faciēda, fidē scilicet, omniumq̄ uirtutum
splendorem. Hæc enim sunt Deo xenia, hæc spi-
ritualis cultus anathemata, & donaria, illustria &
admiranda. Scriptum est etiā in libro Psalmorū
de omnium nostrūm Seruatore Christo: Reges
Tarsis & insulæ dona adducent: Reges Arabū,
& Sabba dona afferent: Et adorabunt eum om-
nes reges terræ, omnes reges seruient ei.

ET

Universidad de Deusto
Biblioteca



ET ædificabunt alienigenæ muros tuos, & reges eorum assistent tibi.] Eximium & hoc ac diuinæ potentiæ facinus. Muri enim & munimenta quæ Ecclesiæ liberos seruant, intelligi possunt, fides recta & irreprehensibilis, & operum splendor, omni uirtutū pulchritudine decoratus. Præceptores autem cognitionis & dogmaticæ & moralis, ac doctores diuinorum præconiorū, esse possunt omnes ministri, quicunq; diuino calculo ad hoc uocantur. Primitiæ huius sacræ prædicationis extiterūt nobis diuini discipuli, & cōplures post illos, qui in sermone prædicando sequuti sunt eorū uestigia: non solùm ex Iudæis, sed & ex Græcis qui selecti erant, qui pulchrè mundana ornati sapientia, & dicendi facultate instructi, optimi institutores euaserunt, firmum sermonē fidei ædificantes eleganter in animis initiatorum, & inserentes in illis bene uiuendi ac conuersandi mirandā conscientiam. Alienigenę igitur fuerunt, quia non erāt ex sanguine Israel, quod ad carnē attinet: architecti tamen sapientes, ut diuinus Paulus loquitur, quiq; rectè norunt in nobis Christum fundare, per fidē uidelicet, & rerum bonarum institutionem. Hoc, opinor, est: Ædificabunt alienigenę muros tuos, & reges eorum assistent tibi. Quorum reges: nimirum alienigenarum. Et reges hìc dicit, uel principes & duces populorum, qui astiterunt Ecclesię Christi, satellitio munientes uelut eam, & liberos eius tanquam scuto protegentes, ac omnem hostium impetum propellentes, tam qui aspectabiles sunt quàm qui inaspectabiles: uel etiam uere, summis ornatos honoribus, & regium sceptrum habentes, qui etiam Ecclesiæ astiterunt. Assistētia in hoc loco significat obedientiā. Cedunt enim diuinis & sacrosanctis uaticinijs, atq; prædicationem Ecclesiæ summo in precio habent.

ETENIM *propter iram percussi te, & propter misericordiam dilexi te. Et aperientur portæ tuæ semper, die & nocte, & nō claudentur, ut introducant ad te potentiam gentium, & reges qui ducuntur. Gentes enim & reges qui non seruient tibi, peribunt, & gentes uastabuntur.*] Quoniam enim, inquit, deprehēsa es, quàm plurimis & intolerabilibus implicata uitijs, parem pœnam sustinuisti. Erat enim necesse, ut iram hanc & supplicium sustineres. Quoniā autem tibi misericordia etiam impartienda erat, utpote cùm bonus sit & misericors Dominus ac Deus, impartita est: Et expellam, omnemq; iram amouebo. Quid igitur superest: quid dabit, postquam res asperæ cessauerint? Aperientur, inquit, portæ tuæ semper, interdiu & noctu, neq; claudētur. Videtur his uerbis pacē pollicēri illis, & tranquillitatem quæ inde prouenit. Nā ciuitates quæ hostium impressionem aliquam fore suspicātur, non semper apertas habent portas, nisi cùm tempus ita fert & necessitas, idq; uix interdiu sine metu. At quæ eo timore liberatæ sunt, nec passuras se tale quicquā expectant, illas aperiunt ingredientibus, idq; etiam quidam noctu faciunt. Si igitur pacem illis promittit Deus & amplissimam felicitatem: certè continuus erit aduentantium concursus, & ueluti perpetuus ingressus eorum, qui trahuntur quodammodo per fidē ad agnitionem Christi, ita ut patefactæ portæ esse uideantur, & nullum tempus esse, quo eas claudi oporteat, non his solùm qui demissæ & humilis fortunæ sunt, & iugo regni parent, sed illis qui in omnes habent imperium. Licet autem ex rebus ipsis prophetiæ huius uirtutem etiamnum uidere. Accipit enim Ecclesia omni tempore uolentes credere, nemini prorsus occludit huc festinanti: sed liberum ac licitum est uolentibus quolibet tempore, nullo impediente, ad lucem ueritatis adduci. Adducit autem omnes Deus & Pater, ad agnitionem filij, per quem & in quo & cum quo glorificatur. Atq; hoc ipse nobis significauit, dicens: Nemo potest uenire ad me, nisi pater meus qui misit me traxerit eum. Gentium copiam inducēdam dicit, ne solos eos intelligas, ut dixi, qui tenui & abiecta conditione sunt, sed eos etiam, qui cum potestate sunt, & gloria in hac uita spectabiles. Adiungit porrò: Gentes & reges qui non seruient tibi, peribunt & uastabūtur. Infideles enim & à mysterijs alieni, & salutis quæ per Christum est nō participes, siue illi sint illustres, siue obscuri, in rete Orci, & in mortis laqueum incident. Immorientur enim peccatis suis, & pœnam longè ultimam subibunt. *Ioan. 6*

ET *gloria Libani ad te ueniet, in cyparisso & pinu & cedro, ad decorandum locum sanctum meum.*] Mons est Phœniciæ Libanus, cedris, cyparissis & pinu densus, & ipsis thuris arboribus. Admirationi habetur hac de causa hìc mons quem commemorauimus, ut qui maximā ligni uim habeat, diuescq; sit arborū & procerissimis & fragrantissimis. Hæc igitur gloria, inquit, dabitur tibi, intelligibiliter scilicet, & spiritualiter. Nutrit enim Ecclesia Christi plurima sanctorum laudatissimorū capita, tum sublimia uirtute, tum odoratissima. Spirant enim suauiter Christum. Adest illis quoq; hoc, ut nulli sint carnalis affectus corruptioni obnoxij, ita ut pinus & cedrus nō corrumpātur. Solet aūt scriptura diuinitùs inspirata, huiusmodi arboribus nonnunquā assimilare Sanctorum multitudinē. Siquidē rursus dixit uoce Hesaiæ Deus: Et producam aquā in solitudine, & in loco aquis carente flumina: Ponā in terra aquis carente, cedrum, buxum, myrtum, cyparissum & populū. Cum terra enim arida & aquis carente gentes cōparat. Non enim fuit apud eas sermo diuinus, qui uiuificare potest, & ad pietatis auctus, ac incrementum in cognitione Dei adducere. Sed fuerunt apud illas cedrus & buxus & myrtus & cyparissus ac populus, id est, arbores bene proceræ & mirabiles. Quarum etiam meminit diuinus Modulator, dicens: Panis cor hominis roborat. Saturabuntur ligna campi: Cedri Libani quas plantasti. Nam, ut sapientissimus Paulus scribit: Dei agricultura sumus. Hæc igitur, inquit, gloria Libani dabit tibi, id est, florebis multis & admirādis sanctorū capitibus refertus. Erit aūt hoc, ut decoretur locus sanctus meus. Decus enim Ecclesiarū sunt hi, qui ad uirtutum celsitatem ascenderunt, & qui nihil habent *Psal. 103* *1. Cor. 3*



hent in mente terrenū & humile, nec quæ carnis sunt sapiunt: sed qui altum petunt, & quæ suprà sunt sapiunt, & uelut è terra secedunt, ac in supernis ambulant, in cœlis habentes conuersationē.

ET *ibunt ad te timentes filij eorum qui humilem te reddiderunt, & concitauerunt. Vocaberisq; ciuitas Domini Sion sancti Israel.*] Rerum exitus satis indicat, prophetiæ uirtutem, à uero nō deuiare. Bacchata enim furiosè in omnium Seruatorem Christum Hierusalem, humilis facta est, à coniunctione eius eiecta, & à spe in illum decidens, & à misericordia superna derelicta, cadensq; in manus hostium, qui tota ludæa in uastitatem redacta, ipsum etiam diuinum & celebratissimum templum incenderunt. Postquam uerò seruatæ fuerant reliquiæ, Deo cōmiserante, (crediderunt enim in Christum innumeri Israelitæ) nuncupata est Ecclesia Christi, & facta uelut mater gentium. Nam filij eorum qui humiliauerunt eam, id est, qui res terrenas administrant, & in sceptrorum successiones tanquā ab illis ueniunt, uenerandā putant esse Ecclesiam, & timētes, id est, solicitè & cum animi quodā metu, ad eam accedunt. Vocata est enim ciuitas Domini Sion sancti Israel. Dei nāq; ciuitas est, Ecclesia. Idq; docebit diuinus Dauid, uelut illam alloquens: Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Et ipse uniuersorum Dominus ait, lyra Psallentis: Hic habitabo, quia elegi eā. Portæ eius benedicens benedicā, pauperes eius saturabo panibus. Sacerdotes eius induam salute. Sin uelit quispiam, eum filios posteros eorum regum, qui persequuti sunt Ecclesiam, dicere, qui nunc cum honore & timore ad eam ueniunt, & diuinam quasi ciuitatem suspiciunt, non discedit à scopo. Videmus enim exemplis rem ad eum euentum deductam. *Psal. 86* *Psal. 131*

PRO *eo quòd fuisti derelicta, & odio habita, & nemo erat qui succurreret. Et collocabo te in exultationem sempiternā, in lætitiam per omnes ætates. Suges lac gentium, & diuitias regum comedes, & scies me Dominum esse, qui seruat te, & liberat, Deum Israelis.*] Eras enim, inquit, humiliata & odio habita, nec fuit qui succurreret. Hęc causa humilitatis tuæ extitit. Nam debacchata es in eum qui euehere, & felicitatem tibi incolumē seruare potest: sed nemo fuit qui manum porrigeret adminiculatricem, eo quòd Deū odio prosequebaris. Debacchata es non in unum aliquē in seruili conditione locatum, aut qui ministri functionē obijt, sed in ipsum uniuersorum Regē ac Dominum. At quoniam semel humiliationē hanc passus es, hæc molesta præteribunt, & posteriori beneficio te in pristinum statum restituet. Quemadmodū enim par erat, diuina Dei sententia, te inobedientem puniri: sic conuersam te misericordiam inuenire conuenit. Collocabo te igitur, inquit, in lætiam per omnes ætates. Nihil est enim triste ac tetricū in Ecclesia Christi. Vbi enim omnino spes est incorruptionis, & æternæ uitæ, & sempiternę gloriæ, ac regni cœlorū, quomodo mœstitiæ locus esse potest? Et suges lac gentium, & diuitias regum comedes. Videtur nonnullis sensum propheticū tale quid docere: multos ex grege ac numero Græcorum, scripturis diuinitùs inspiratis eruditos, & qui ad tractandorum dogmatum artificium & intelligentiam aspirarunt, fore doctores Iudaicæ synagogæ. Sed aliorsum uidetur hæc oratio tendere, nec hanc uiam esse & progressum huius sentētiæ, illudq; potius uelle denotare: Cumulandos esse eos fructuū oblationibus & regijs donarijs gentium. Idq; uerum esse ostēdit ipsa rerum experiētia. His ita absolutis: Ego, inquit, Dominus qui seruo te. Nā ut propheta Hesaias ait: Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrhæ similes. Gratia Christi & humanitate Dei, seruatæ sunt reliquiæ Israelis, ne in totum illa gens ex sanctis orta patribus disperiret. *Hes. 1*

ET *pro ære feram tibi aurum, pro ferro feram tibi argentū, pro lignis feram tibi æs, pro lapidibus ferrum. Et dabo principibus tuis pacem, & episcopis tuis iustitiam.*] Materias sumit exempli loco, quæ multum inter se differūt. Significat autem obliquè quiddā spirituale & profundum. Vult enim dicere, omnia in melius esse conuertenda, & primis præstare secūda. Cedet enim omnino legalis institutio Christianæ, id est, Euāgelicis oraculis: & tantum est interuallum, quantum inter æs & aurum interest. Æs enim speciē auri habet, uerùm non est aurum. Argento simile est ferrum, inest enim ei quiddā lucidum, uerùm non est argentū, sed inferius illud, hoc multò præstantius. Legalem itaq; institutionem cōparare quis poterit æri, Christianam auro. Rursus legalem politiam comparare quis poterit ferro, quod mediocrem quendam habet splendorē: ac Christianam & Euangelicam, argento potius. Perfectissimum enim habet splendorem intelligibiliter. Hinc sapientissimus Paulus, etsi dicat se habere unde gloriari possit propter uitam in lege trāsactam, eiusq; cognitionem, pro stercoribus tamē ducit omnia: Christum autem lucrari uolebat, & cognitionis eius præstantiam. Ligna & lapides, ad ædificationem quidem cōferunt: inueniemus tamen sapientissimum Paulum, quorundam mystagogiæ uim cum his materijs cōparare. Si quis enim inquit, superstruat fundamento ligna, fœnum, lapides, stipulam. Quod cùm ita se habeat, illud dicimus, Scribarum & Pharisæorum doctrinam, uel etiā omnium infidelium Iudæorū enarrationem, qui omnino Christi mysterium nō intelligunt, ut qui in ipsum non crediderunt, comparari posse lignis & lapidibus: Christi autē & Euangelicam tanto esse meliorem, quanto ligno æs, ferrum lapidi antecellit. Illorum enim documenta & inuenta fragilia erant & facilia labefactatu: at quæ in Christo sunt, solida existunt & infracta, illustria quoq; & magnifica. Iudæi enim delabuntur in genealogias, & fabulas infinitas populo suo exponunt, nugas etiā quasdam intertexunt, & aniles cantilenas. At qui Christum gerunt in animo, omnē uiam sancti artificij suos docent, & exactæ dogmatum peritiæ studiosos reddunt, & omnis uirtutis operarios, quicunq; ipsos adeunt. Hunc esse scopum propheticæ sentētiæ, *1. Cor. 3*

declarat

Universidad de Deusto
Biblioteca



declarat statim quod inferr. Dabo enim, inquit, A principibus tuis pacem, & episcopis tuis iustitiã. Perinde, inquit, ac primi expulsi essent, alios principes & episcopos populorum excitat uniuersorum Seruator, & pace & iustitia præcellentes. Pacem enim habent apud Deum, qui student ea sapere quæ illi placent, & qui iustitiæ ornamentis coronati sunt. Tale quid alibi quoq; dixit Propheta Hesaias, imò per prophetam Deus, ad matrem Iudæorum, dico Hierusalẽ: Et inducã manũ meam super te, & excoquam ad purum: Infideles autẽ perdam, & auferã omnes iniquos à te, & omnes superbos deprimam, & præficiã iudices tuos ut prius, & consiliarios tuos ut ab initio. Et deinceps uocaberis ciuitas iustitiæ, metropolis fidelis Sion. Quin & Seruator ipse reprehendit Iudæorum præfectos, dicẽs: Amen amen, dico uobis, Tolletur à uobis regnum cœlorum, & dabitur genti alteri ferenti fructus eius.

# CYRILLI COMMENTARIORVM IN HESAIAM

*Libri quinti,*

## *Tomus Quintus.*

ET *non audietur ultrà iniustitia in terra tua, neque contritio, neq; miseria in finibus tuis. Sed uocabũtur salus muri tui, & portæ tuæ, plotura.*] Magnam habet probabilitatem oratio. Si enim principes eius pace, & Episcopi laudibus iustitiæ excellãt: ualebit etiam semper hoc apud subditos, ut in omni iustitia & pietate Christiana uitam transmittere contendant. Non erit, inquit, cõtritio in finibus tuis. Contritionem hic uocat uim cõtra submissos & infirmos. Eiusmodi enim homines facilè patent incursionibus, & prostãt diripere uolentibus, tãquam præda, promptissimè. Iniusti autem illis tẽporibus & uiolenti fuerũt Iudaicæ synagogæ duces: ac legibus diuinis obnitentes, obliqua tulerunt in re quaq; iudicia. Sæpe eos literæ sacræ incusant, ut qui summa impietate ad hunc lapidem impingerent, ita ut intolerandis criminibus conspicerẽtur impediti. Alicubi enim dicit: Præfecti D eius ob dona iudicabant, & Prophetæ eius propter argentum uaticinabantur. Psallit etiam diuinus Dauid: Contritio & miseria in uijs eorum, & uiam pacis non cognouerunt, non est timor Dei ante oculos eorum. Reprehendebat & eos qui ieiunauerunt uniuersorum Deus, sic dicens: In diebus enim ieiuniorum uestrorũ inuenitis uoluntates uestras, & omnes subditos affligitis iudicio & pugnis, ieiunatis & percutitis pugnis humilẽ. Præterea uoce Hesaiæ: Concupiuerunt agros, & diripuerunt orphanos, & domos occuparunt, & diripuerunt uirum & domum eius, uirum & hæreditatem eius. Postquam uerò hi esse desierunt, contrà excitatus est sanctorum Apostolorũ chorus: & qui post illos eorum uestigia sequi studen- *Psal. 13*

tes, rectè secant ueritatis sermonem, optimiq; fiunt subiectæ plebis pædagogi. Hinc nec sine causa dicit, non ultrà in terra eorum auditum iri iniustitiam, sed nec contritionem, nec miseriã: sed uocãdos esse muros eius salutis, & portas polituræ nomine. Muros, ut ego arbitror, dicit sanctos pædagogos, qui dogmatum & moralium præceptorum introductionibus Ecclesiam muniunt, ut capi non possint ab hostibus, siue illi sint aspectabiles, siue inaspectabiles. Idem possunt etiam esse portæ: ut qui isagogicis utantur sermonibus seu institutionibus, & per fidem adducunt ad agnitionem ueritatis eos, qui tum ab ea fuerũt alieni. Polituram siue cælaturã, quòd pulchra & elegãs sit eorum oratio, & ad ueritatẽ quasi tornata. Speciosum est enim admodũ, quod est cælatũ & politum. Et hanc quidem interpretationẽ dederunt Septuaginta. Alij interpretes pro politura posuerunt lesum. Estq; & illud uerum. Speciosior enim pulchritudine filijs hominum & nuncupatur & est, illumq; tanquã muros & portas possedimus. Munit enim nos ineffabili potentia, & sanctorũ Angelorũ præsidijs. Mandabit nanq;, inquit, Angelis suis de te, ut custodirent te in omnibus uijs tuis. Et, Castra ponet angelus Domini circa timẽtes se, & eruet eos. Ac per illum ingredimur ad agnitionem patris, & extitit ad hæc ostium & porta & uia. Dixit siquidem: Ego sum ostium & uia, & nemo uenit ad patrem, nisi per me. Est etiam sculptura seu politura, id est, forma & species eius qui genuit, & character substantiæ eius, & imago, atq; splendor gloriæ eius. C 70. Vulgo legunt γλυπτὴν, nõ γλύμμα.

NEC *præbebit tibi sol lucem interdiu, neq; lunæ ortus collustrabit te noctu. Sed erit tibi Dominus lux æterna, & Deus gloria tua. Non enim occidet sol tibi, & luna te non deficiet. Nam erit tibi Dominus lux æterna.*] Volunt quidam ex sententia horum uerborum nos adducere, ut tale quiddã intelligamus. Extremis enim seculi temporibus excitatis his qui in terra iacent, & descendẽte de cœlo omnium nostrũm Seruatore Christo, cum sanctis Angelis in gloria Patris, irritus fiet elementorum splendor, nouosq; cœlos, ac nouam terrã & promissiones eius expectamus, secundũ id quod scriptum est. Tale quid dixit etiam Ser- *Matth. 24*

uator noster: In diebus illis sol obtenebrabitur, et luna non dabit lumen suum. Satis enim erit Sanctis ad lumen præbendũ, ipsa Seruatoris gloria. Sed quò posita uerba cum superiorum sententia cohæresce re uideantur, interpretationẽ hanc laudamus quidem, sed aliud quiddã his uersibus significari dicimus. Lux enim solaris & præterea lunaris, perutile quiddã est & necessarium corporeis oculis: sed noctu lux solis contrahitur, interdiu lunæ. Mutua enim uicissitudine cedũt sibi inuicẽ dum apparent. Atqui lux diuina & intelligẽtia percepta, quam credentium cordibus immittit uniuersorũ Seruator, per Spiritum sanctũ, & per eos qui mysteria norunt tradere, inextincta est, & iugis & semper lucida: adeoq; ut cuiusquemẽs nec solis opera, nec lunæ opus habeat, q̃d ad illuminationẽ & uisum attinet. Nõ enim luce sub sensus



sensus cadente illustratur mens: sed potius sancti A Spiritus illustratione & splendore satis ualet ad perspiciendam & intuendam Domini gloriam, utq; scire possit, quantum habeat cum parente suo cognationem, substantiæ scilicet ratione, & quæ sit uera sine errore uia optimæ uitæ. Factus est igitur nobis lux æterna Christus. Idq; perspicuum facit, dicẽs: Ego sum lux mundi. Et rursus: *Ioan. 8* Cùm in mundo sum, lux sum mundi. Qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lucem uitæ.

, ET *complebuntur dies luctus tui, & populus tuus omnis iustus, & in seculum terræ hæreditatem possidebit, custodiens plantationem, opera manuum suarum in gloriam. Pauciss imus crescet in millia, & minimus in gentem magnam. Ego Dominus suo tempore congregabo eos.*] Qui tempus consummationis B designari aiunt, eo quòd non ultrà lumen solare & lunare opus suum peragat, sed contrahatur, ut Dominus noster fiat lux æterna: dicunt lugentibus nunc, quos etiam consolandos ait Seruator, finem luctus fore illo tempore. Desinent enim laborare & curis macerari, & æterna consequentur præmia. Hoc est enim, opinor, consolatione perfundi. Quoniam autem rursus tractationis & theorematum sententiam ex præcedentibus sequi oporteat: illud dicimus, his qui manẽt ac iacent in peccatis, tristiciam propriam esse & conuenientissimam. Expectant enim non honores & coronas, non consolationem à Deo, sed potius supplicium, & ignem atq; tenebras. Qui autem benefaciunt, spe gaudent, quemadmodum C sapientissimus Paulus ait. Excipit enim ac comitatur probitatem eorum, in infinita secula, & gloria & uoluptas. Verùm quando conuersus fuerit ad Dominum etiam qui plurimis peccatis occupatus est, deinde iustificatus fuerit per fidem, & remissionem criminum adeptus fuerit, expectauerit q; accipere honores sanctis destinatos: tũc cessabunt dies luctus eius, & à sudore ac mœstitia desistet. Confirmat quasi hunc sensum, quod deinceps positum est: Et populus tuus omnis iustus, id est, iustificabitur populus quantus quantus est futurus. Habeturq; oratio tanquam ad Ecclesiam. Iustificat autẽ impium Christus, gratia & humanitate, & ipse soluit ab omni crimine eos qui conuicti sunt. Nam quis horum largitor D sit, significauit, cùm inquit: Custodiens plantationem, opera manuum suarum in gloriam. Plantatio enim sumus plantarum omnium nostrũm Seruatoris Christi, eiusq; opus. Cùm nanq; essemus oleaster, oliuæ pulchræ insiti sumus, tantùm non operante in nobis Christo. Non enim legatus, nõ Angelus, sed ipse Dominus seruauit nos. Dixit itaq; ipse: Qui loquor, assum. Pauciss imus, inquit, crescet in millia, & minimus in gentem magnam. Nunc enim, id est, in hoc seculo, occultata est gloria sanctorũ, & si fastum mundi respicias, minimi esse uidentur, qui illustrem non habent gloriam. Sed rursus ubi illuxerit de cœlo Christus, tunc etiam qui habitus est minimus & pauciss imus, crescet in magnam gentem. A Præficietur enim populis, & imperitabit multis, utpote in hac uita cõfecto cursu laudabili. Quod uidere est, ex his quę dixit Christus. Nam affatus Apostolos, inquit: Quum filius hominis sedebit *Matth. 19* in throno gloriæ suæ: tunc etiam sedebitis uos in duodecim thronis, iudicantes duodecim tribus Israel. Quin & in distributione talentorum inuenimus eum dicere: Præficieris decẽ ciuitatibus. Alijs autem minorem largitur portionem: Præficieris enim, inquit, quinq; ciuitatibus: probitati ipsorum parem semper mercedem tribuens, & cuiq; conuenientem talentorum honorẽ ideoq; gaudentes Sancti, dicunt: Subiecit populos no- *Psal. 46* bis, & gentes pedibus nostris. Minimos autem in uita reputatos, deinde in millia & gentem magnam amplificatos: Ego, inquit, omnium Dominus congregabo suo tempore, aduentus scilicet de cœlo. Tum enim sancti omni bono fruentur qui rapientur, ut sapientissimus Paulus inquit, in nubibus in occursum Domini in aerẽ: itaq; semper cum Domino erimus uel erunt, æternis circunfluentes honoribus.

## CAP. LXI.

SPIRITVS *Domini super me, eo quòd unxit me, ut fausta nunciem pauperibus misit me, ut sanem contritos corde, ut prædicẽ captiuis remissionem, & cæcis uisum, ut proclamem annũ Domini acceptũ, & diem retributionis, ut consoler omnes lugentes, ut detur lugentibus Sion, gloria pro cinere, unctio lætitiæ lugentibus, & amictus gloriæ pro spiritu mœroris.*] Qui in superioribus dixit de uocandis per fidẽ: Ego Dominus, suo tempore cõgregabo eos: uelut iam instante tẽpore, quo promisit eos se coacturum, & quasi factus iam homo, & similitudinem nostram suscipiens, & se ad inanitionẽ submittẽs, Spiritus Domini, inquit, super me. Cum natura Deus existat unigena, sanctus sanctorũ, & omnem ipse naturã sanctificet, utpote ex sancto patre natus, cumq; ex se procedentem spiritum immittat superis potestatibus suis, & porrò apparitionem ipsius agnoscentibus: quomodo tandem ipse sanctificatus est? Deus enim cùm sit idemq; homo: dat spiritum creaturæ deitatis ratione, accipit autẽ illũ à Deo & patre, ratione humanitatis. Hãc dicimus esse unctionẽ. Causamq; humanitatis declarat. Cùm eñ dixisset, à patre, adiunxit necessariò: Eo quòd unxit me, ut fausta nunciem pauperibus misit me, ut sanem contritos corde, ac prędicem remissionem his qui sunt in captiuitate, & donẽ cæcos uisu, ut proclamem præterea diem retributionis. Multa siquidem in illos extiterunt humanitatis Vnigeniti illustria specimina. Vt enim reficeret orbem, & uniuersæ terræ incolas Deo & patri adduceret, omnibus in melius transmutatis, & facie terræ quasi renouata: accepit formã serui, quantumuis esset Dominus uniuersorum, & fausta nunciauit pauperibus, propterea missum se dicit. Pauperes esse & intelligi possunt, qui omnis boni laborant indi- C

gentia,

Universidad de Deusto
Biblioteca



gentia, nec quicquã spei habent, & Dei in mundo expertes sunt, sicuti scriptum est. Hi autẽ sunt ex Gentibus, qui fide in ipsum locupletati, diuinum & cœlestem thesaurũ lucrati sunt, Euangelicam uidelicet & salutarem prædicationem, per quam facti sunt cœlestis regni participes, & consortes sanctorum, atq; hæredes eorum, quæ nec
1.Cor.1 mens, nec oratio cõplecti potest. Oculus enim, inquit, non uidit, & auris non audiuit, nec cor hominis comprehendit, quæ parauit Deus diligentibus se. Vel fortassis oratio hîc dicit, pauperibus spiritu donatum esse locuples charismatum per Christum ministerium. Contritos corde uocat, infirmo & fracto animo præditos, & perturbationum incursionibus nõ ualentes obsistere, itaq; illis subiectos, ut captiui esse uideantur. His
B sanationem ac medicinam promittit. Ac cæcis dat uisum. Nam qui creaturam supra Creatorem
Hier.2 colunt, & ligno dicunt, Pater meus es tu, & lapidi, Tu genuisti me, deinde natura & uerè Deum non agnouerũt: quidni cæci sint? Et cùm pectus habent luce diuina, & intelligibili nudũ, illis immittit Pater uerę Dei cognitionis lucem. Vocati sunt enim per fidem, & illum cognouerũt, imò ab ipso cogniti sunt: filiiq; noctis cum essent, ac tenebrarum, filij lucis extiterunt. Collustrauit etenim illos dies, & ortus est Sol iusticiæ, & illustris apparuit Lucifer. Nihil incõmodi erit, si ex sanguine Israelitico oriundis, omnia dicta accõmodemus. Nam erant pauperes, & contriti cor-
Psal.13 de, ac uelut captiui, & obtenebrati. Non enim in
C terra fuit quisquam qui exerceat bonitatem, nõ erat ne unus quidem. Omnes pariter declinauerunt, & nequam sunt. Venit autem Christus, & Israelitis ante alios nunciauit fausta ac præclara præsentiæ suæ facinora: ut etiam annum Domini proclamaret acceptum, & diem retributionis. Acceptus annus erat, quo pro nobis crucifixus est Christus. Tum enim accepti sumus Deo
Ioan.12 & patri, & per ipsum fructus edidimus. Idq; nos docuit ipse, dicens: Amen amen dico uobis: Nisi granum frumenti ceciderit in terrã, & moriatur, ipsum manet solum: sin moriatur, fructum uberiorem profert. Et iterum: Quando de terra exaltatus fuero, omnes traham ad meipsum. Siquidẽ reuixit tertio die, calcato mortis imperio. Dein-
D Matth.28 de sanctos discipulos alloquutus ait: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen Patris & Filij & Spiritus sancti. Acceptus est igitur omnino annus, quo admissi sumus, adepti societatẽ cum ipso, abluto peccato per sanctũ Baptisma, & diuinæ illius naturæ facti participes communicatiõe sancti Spiritus. Vel annus acceptus est, quo manifestauit gloriam suam, miraculo ineffabili. Libenter enim arripimus salutis per ipsum tẽpus, quod Paulus sapientissimus significauit, dicens: Ecce nunc tempus acceptum, ecce nunc dies salutis. Retributionis diẽ esse nihilò secius dicimus, ipsum aduentus tempus, quo retributio data est ab ipso credentibus, ex promissione
A quam spes amplectitur. Quod dico, ita se habet. Legis Mosaicæ politia laudata, rectè & inculpatè facere uolentibus, felicitatẽ hîc quandam peperit: pollicitationem uerò bonorum futurorũ adiunctam nõ habuit: ac folummodo prosperitatem in hac uita prædicat. Iussit enim abstinere à delictis, acclamãs: Ne moriaris in tempore nõ
Exod.20 tuo. Affatus est liberos: Honora patrem tuum & matrem tuam, & bene tibi fiat, & longæuus sis in terra. Interdum etiam promisit fructuũ ubertatem, & quietem à bello, ac pacis amplitudinẽ, & inde animi tranquillitatẽ. Dixit siquidem uoce Zachariæ: Fructuosè inhabitabitur Hierusa-
Zach.2 lem à multitudine hominum & iumentorum, quæ sunt in ea. Et ego ero illi, dicit Dominus, murus ignis circumcirca, & gloria ero in medio eius. Et iterũ: Adhuc sedebunt seniores in plateis Hierusalem, quisq; uirgam suam habẽs in manu, à multitudine dierum. Et plateæ ciuitatis implebuntur puerulis & puellis ludentibus in plateis eius. Temporariam itaq; præmiorum perfruitionem Mosaica lex promittit ueteribus: at diuina & salutaris prædicatio, retributiones in futuro
Matth.5 tempore. Beati, enim inquit, pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum cœlorũ. Si etiam consequẽtes beatitudines quis indagare uelit diligenter, retributiones quæ promissæ sunt, inueniet à Deo, & illustres & magnas. Sin alio modo uisum sit alicui, retributionem à Christo factam de aduentus tempore interpretari: nõ aberrat à scopo. Olim enim insolenter gessit se contra morta-
les prophanissimus satan, & orbem occupauit, à uera cognitione, Dei inquam naturalis segregatum ac diuulsum, & in pureũ quasi peccati præcipitatum, ac sui malarumq; secum potestatũ reddidit cultorem. Itaq; dixit: Totum orbem comprehendam manu ut nidum, & ut derelicta ouа tollã: nec est qui possit me effugere, uel qui contradicat mihi. Sed captus est uanas spes hac de re concipiens. Excitatus enim contrà Christus, respondit nostro nomine, & pœnas impietatis in nos ab eo exegit. Omnem enim illius demolitus est fortitudinem, & tyrannide in nos exturbauit, & catenis in tartaro ligatum, ut scriptum est, tradidit in iudicium magni diei puniendum ac reseruandum, tam ipsum quàm cæteros, qui cum
D ipso apostatæ extiterunt. Psallit siquidem diuinus Dauid, uelut sub persona redemptorum, &
Psal.9 inquit: Cõfitebor tibi Domine toto corde meo, narrabo omnia facta tua mirabilia. Lætabor & exultabo in te, psallam nomini tuo, Altissime: quia tractasti iudicium meum & causam meam. Sedisti in throno iudicans iusticiam, increpasti gentes, & periit impius. Nomen eius deleuisti in
Ioan.12 secula seculorum. Alibi rursus sic de eo: Quæretur, inquit, peccatum eius & non inuenietur. Dixit quoq; ipse Seruator: Nunc iudicium est mundi huius. Nunc princeps mundi huius eiicietur foras. Tempus igitur retributionis hoc modo est, cùm illuxit mundo Christus. Venisse autem eum dicit, ut cõsoletur omnes lugentes Sion, ut det illis



det illis gloriã pro cinere, & unctionẽ lætitiæ, &
A amictum gloriæ pro spiritu mœroris. Exiterunt enim illis temporibus apud Iudæos, sancti uiri & è lege docti, ac propheticorum præconiorum scrutatores & gnari. Hi cùm uiderent sanguine Israelitico oriundos, Mosaica præcepta parui duxisse, & ad sua placita cõuersos, docereq; doctrinas & præcepta hominũ, ac uitam legi maximè contrariã & flagitiosam uiuere: tristitia quę sanctos decet affecti sunt, ac Redemptionem per Christum expectarũt. Non etenim ignorarunt, cùm spiritu prædíti essent, eum, qui fide iustificat impium, & qui gratia sua, malorum haud meminit, contaminatos abstergere. Nam Simeon ille iustus, Christo infante uinis excepto, precatus
Luc.2 est, dicens: Nunc dimittis seruũ tuum, Domine,
B secundum uerbum tuũ in pace. Quia uiderũt oculi mei salutem tuam, quam parasti ante faciem omnium populorum: Lumen ad reuelationem gentium, & gloriã populi tui Israel. Inueniemus etiam diuinum Zachariam Ioannis patrem, dicere: Benedictus Dominus Deus Israel, quia inuisit, & redemptionem procurauit populo suo. Et erexit cornu salutis nobis. Euangelizauit item
Ioan.1 Philippus Nathanaeli, sic dicens: Quem scripsit Moses in lege, & prophetæ, inuenimus Iesum filium Iosephi, à Nazareth. Scribit etiam sapien-
Rom.9 tissimus Paulus: Tristitia mihi est & irremissus dolor cordi, pro fratribus meis, cognatis, quod ad carnẽ attinet. Data est igitur lugẽtibus Sion,
C consolatio per Christũ, & pro cinere gloria. Desierunt enim illam lugere & deflere, ceperuntq; per Christum gaudium, prædicantes & annunciantes Euangelium. Data est illis pro luctu unctio lætitiæ, & amictus gloriæ pro spiritu mœroris. Vnctionem autem hîc uocat, quod hilare est seu hilaritatem, & lætitiam pro luctu & fletu: & gloriæ κατασολλω, id est, amictum, indumentum stolam & uestimentũ, pro spiritu mœroris ἀκκολιας, id est, pro ueteri illa animi deiectione & contractione. Nam glorificati sunt, qui olim deplorarunt eam, & qui mœrore pro ea affecti sunt, etiam gloria quodammodo sunt affecti. Nam constituti sunt eius præceptores & doctores. Atq; hoc est quod ei dictum est, Lyra psallentis: Pro patribus tuis nati sunt filij tui. Liberi eñ
D Iudaicæ Synagogæ, sapientissimi discipuli, extiterunt patres. Scribit scilicet sapientissimus Pau-
1.Cor.4 lus: In Christo enim Iesu per Euangelium ego uos genui. Constituti quippe sunt patrum loco, qui fuerunt eius filij. Habuisse autem diuinos discipulos amictum gloriæ à Deo, clarum esse potest, dicẽte Christo illis alicubi: Infirmos curate, dæmonia eiicite, mortuos excitate. rursus alibi: Vos estis lux mundi.

ET *uocabuntur progenies iusticiæ, plantatio Domini in gloriam. Et ædificabunt solitudines æternas, uastatas prius excitabunt, & innouabunt ciuitates desertas, uastatas in ætates.* ] Nuncupantur enim qui in Christo sunt, genus electum, gens sancta, populus acquisitus, propter iusticiæ quæ illis inest pulchritudinem. Iusticiam di-
co non legalem, sed potius eam, quam ex Seruatoris oraculis habuerunt. Quæ in Christo est, legali iusticia melior est incomparabiliter. Siquidem sanctos Apostolos alloquutus est: Amen dico uobis, Nisi excelluerit iusticia uestra plus quàm Scribarum & Pharisæorum, non ingrediemini regnum cœlorum. Vocabuntur igitur, inquit, progenies iusticiæ, & præterea plantatio Domini. Etenim sumus uere Dei agricultura, & de nobis diuinus Dauid ait: Plantati in domo Domini, in tabernaculis Dei nostri florebunt. Siquidem Paulus sapientissimus, Dei agri culturam nominat, qui per fidem in Christo uo-
1.Cor.3 cati sunt. Rursus dixit: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus dedit incrementum. Colit enim nos quasi agricola, Seruator, per sanctos mystagogos. Vnde & quidem iustissimè dicũt, se Dei esse cooperarios. Psallit quoq; Dauid sapientissimus: Iustus ut palma florebit, quasi cedrus Libani multiplicabitur. Sumus itaq; plantatio Domini, & in gloriã eius. Ædificabunt, inquit, ciuitates desertas æternas, & innouabunt ciuitates desertas. Videtur inde uelle significare, uel multitudinẽ uocandorũ tantã fore, ut & alias ciuitates, præter eas quæ sunt, quærãt, & quæ uastatæ sunt aliquãdo reficiãt. uel illud fortassis. In angustias enim redacti, inquit, propter multitudinẽ, Ecclesias nudas licet & desertas olim, tale quiddã efficiẽt, quale solẽt facere qui ciuitates uastatas ædificãt, & qui humi iacentes quodammodo excita
Hesa.54 re satagũt. Dictũ enim Ecclesiæ: Dilata locũ tentorij tui & tabernaculorũ tuorũ, fige, ne parcas. Adhuc in dextris & in sinistris expande. Veram esse de hac re prædictionem, ipse rerum euentus ostendit facillimè.

ET *uenient alienigenæ pascentes oues tuas, & alienæ gentis aratores & uinitores. Vos sacerdotes Domini uocabimini, ministri Dei. Fortitudinem gentium comedetis, & in diuitijs eorum eritis admirabiles, hac ratione denuò possidebunt terram. Et letitia æterna super caput eorum.* ] Differè hîc legis & sacerdotij in ea descripti translationem fore dicit. Non enim iam Leuiticis sacrificium, non ministerij nomen aut res quadrauerit: sed excluſi sunt isti, ac data est hæc gloria illis qui ex gentibus per fidem uocati sunt. Dei enim calculo coro-
D nati sunt, & ipsi constituti sunt ministri ac sacerdotes. Venient enim, inquit, alienigenę pascentes oues meas. Habetur autem hæc oratio uelut ad Ecclesiam, cuius oues intelligi possunt, seruatorum per fidem sancta multitudo. Hæc ab alienigenis pascitur. Olim enim scribæ & Pharisæi, qui docẽdi munus apud Israelitas sortiti sunt, socordes & resides ac imperitissimi pastores extiterunt. Periit igitur ipsis subiecta multitudo, quandoquidem argentum reprobum habebãt, & docebant doctrinas, mandata hominum, à Christi uerò cognitione subditos abducebant,
Ioan.9 modò dicentes: Nos scimus Moysi loquutum esse Deum, hunc autem nescimus unde sit. modò iterum: Dæmonium habet & insanit, quid illum auditis? Testatus est itaq; uoce prophetarum

Universidad de Deusto
Biblioteca



rum uniuersorum Dominus, sic dicens: Pastores A stulti facti sunt, & Dominum non quæsierunt. Propterea non intellexit grex, sed dispersi sunt.
Ezech.34 Item uoce Ezechielis: O pastores Israel, Ecce lac comeditis, & oues meas non pascitis. & ad hæc: Pulchra pascua deuorastis, & reliquias conculcastis pedibus uestris & purissimam aquam bibistis, & reliquias turbastis pedibus uestris. Oues autem meæ conculcationibus pedum uestrorũ pascebantur, & aquam turbatam pedibus uestris bibebant. Aquam enim purissimam uocat, doctrinam legis, & pastum optimum. Qui autem corrumpunt & contaminant omnia, & legem, eo quòd suum populum nõ rectè doceant: aquam non puram ad bibendum propinabant, nec florida pascua pascebant. Deiecti sunt itaq; B ab officio, ne ulterius pascãt Domini populum. Vocati sunt enim ad hoc alienigenę, quippe qui doctores ecclesiarum à Christo delignati sunt, sapientes & cordati, & sana dogmatum intelligentia cumulati & instructi, ex Græco grege, non sanguine Israel oriundi, hi extiterunt etiam aratores, & uinitores. Quoniam enim credentes sæpe in scripturis diuinitùs inspiratis, uocati sunt electa terra, & uinea & hortus, idcirco dicitur hac oratione, fore eos aratores & uinitores, qui suis temporibus cõstituti sint sacerdotes Domini, & ministri Dei, uerbũ ueritatis rectè secantes, & Euangelium Christi ministrantes, quemadmodum scriptum est. Itaq; non sibi usurpant honorem, sed uocati sunt à Deo, sicut Paulus sa- C pientissimus, etsi ex tribu Beniamin extiterit, se tamen ipse ministrum & uocatum Apostolum Iesu Christi nominat. Vos igitur omnes, qui ministri dignitatem sortiti, fortitudinem gentium comedetis, & in diuitijs eorum admirabiles eritis. Fortitudinem gentium dicit, uel honores potentissimorum hominum, qui ex gentibus uocati sunt: uel alio modo intelliges. Nemo enim uestrũm, inquit, effugiet os, id est, sermonẽ. Pro sermone enim sæpenumero os ponunt sacræ li-
Psal.9 teræ, exempli causa: Quorum os maledictione & amarulentia plenum est: Deuorabitis enim, inquit, fortitudinem gentium, id est, oratio uestra uincet gentium potentiam. Potentiam autem gentium, uel illustres uiros apud eas uel di- D sertissimos & mundi prudentia ualentes, nominare uidetur hîc oratio. Inueniemus autem sanctorum mystagogorum orationem præualuisse, & qui ea uocandi functione ditati sunt, gloria sunt affecti. Laus nanq; doctorũ corona: & gloria sunt, qui illorum illuminatione seruati sunt. Propterea ait: In diuitijs earum admirabiles eritis. Quòd autem diuina prædicatio ad regiones pertinget & ad omnem gentem, & quòd hæredes orbis terrarum futuri sunt, tempore suo, sanctarum ecclesiarum præfecti, qui Christo gloriã tribuunt, subindicat dicens sic: Denuò possidebunt terram. Per sortem enim olim diuisit Israelitis Iesus filius Naue, regiones gentium: accepit enim terram Amorrhæorum, Idumæorũ, Euæorum, & aliorum. Cùm autem mundo illuxisset Christus, cuius figura erat Iesus, ille antiquus: nõ solam Iudæam suis ministris distribuit, sed & terram uniuersam. Et hæc secunda fuit post primã diuisio hæreditatis. Dispartiti sunt enim calculo & iudicio ipsius, regiones ac ciuitates, mystagogi & doctores: & etiamnnũ gaudent in Christo, & gaudio quodam sub intelligentiã cadente cumulati sunt super capita. Estq; gaudiũ æternum. Nam in temporarijs rebus non expectamus fore remunerationem, sed in spe longa & uita sempiterna, & in bonis cogitationem & orationem excedentibus.

EGO *enim sum Dominus, diligens iusticiam, & odio habens rapinas ex iniusticia, & dabo laborem eorum alijs, & fœdus* B *æternum feriam cum alijs. Et cognoscetur in gentibus semen eorum, & fœtus eorum in medio populorum. Omnis qui uidet eos, agnoscet eos, quia isti sunt semen benedictum à Deo, lætitiam lætabuntur in Domino.*] Cùm dixerit: Alienigenæ uenturi sunt qui pascant oues tuas, & alienæ gentis aratores & uinitores, eiectis uidelicet primis & deturbatis dominatu, quẽ in populum obtinuerunt: quamobrẽ hoc passi sunt sancto calculo ac iudicio eius qui iustè iudicat, causas ostendit. Etenim quia, inquit, amo iusticiam, rapinasq; ex iniusticia conflatas odi, & quia isti Iudaicæ synagogæ præfecti eiusmodi homines fuerunt: dimisi eos & expuli. Rapientiũ enim iniustas rapinas & laborem dabo alijs. Qui enim iniustè ditescũt, & ut propheta ait, colligũt & accumulant sibij- C pſis impietatem ac miseriam, ad alios ea trãsmittunt. Hinc Solomon: Diuitię, inquit, iniustè con Prouerb.28 gestę, euomentur è domo eius, & trahet illas angelus. Et iterũ: Qui congerit diuitias suas per usuras & auaritiã, ei qui misereretur pauperum relin quet eas: nec semper bonis uiris & misericordibus, sed potius decoctoribus. Lepidè enim dixit eos misereri pauperũ. Nam qui profusè uiuunt, his cõplures adglutinantur, & unà cum illis consumũt, quæ multis sudoribus per fas nefasq; sunt coaceruata. De illiusmodi hominibus psallit diuinus Dauid, & inquit: At frustra tumultuantur: thesaurizat, & nescit cui congreget ea. Præterea alio modo: Labor seu cura Scribarum & Pharisæorum alijs data est, uidelicet gentium doctori
D bus. Christus itaq; ait: Amen amen dico uobis, Matth.21 tolletur regnũ Dei à uobis, & dabitur genti quæ fructus eius edet. Ergo illi, inquit, expulsi sunt. At uobiscum qui ex gentibus uocati estis ad sacrum ministeriũ, fœdus æternum feriã: inde uel prædicationem Euangelicã, uel spem sempiternam intelligẽs. In gentibus, inquit, cognoscetur semen eorum, & progenies eorum. Quos qui uiderit, agnoscet, quia hi sunt semen benedictũ à Deo. Nam qui institutione & doctrina filij sanctorum mystagogorum exstiterunt: propter insignem probitatem & uitæ pietatẽ, omnibus sunt notissimi: quia progenies sanctorũ facti sunt institutione & disciplina, ut dixi: & quia semen benedictum à Deo. Puta sanctorum monastarum cœtus, de quibus Paulus: Qui autem Christi Iesu Galat.5 sunt,



sunt, carnem crucifixerunt cum affectibus & cu A piditatibus, qui probam & laboriosam traducunt uitam: & eorum qui in uirginitate degunt cohortes, & chori qui Dei benedictione abundant: hi sunt semen benedictum à Deo, hi gaudent & lætantur in Domino. Non enim mundanis afficiuntur negocijs, sed corda sua potius charitate Christi complent. Hæc res salutaris est, & omnis uoluptatis effectrix.

EXVLTET *anima mea in Domino: induit enim me ueste salutis & tunica lætitiæ, tanquam sponsum circundedit me mitra, & quasi sponsam ornauit me ornatu. Et ut terra profert florem suum, & ut hortus semina sua, sic germinare faciet Dominus iusticiam & exultationẽ coram omnibus gentibus.*] Munificã in illos manum extendit, & plurimis & insignibus donis coronaturũ se illos dixit. Omnis enim, in- B quit, qui uidet eos, cognoscet esse illos semen benedictum à Deo. Subiunxit deinde: Et lætabuntur in Domino. Et statim illis dat lætitiam. Hinc non immeritò Ecclesiæ persona introducta est, præ insigni gaudio in has uoces erumpens: Exultet anima mea in Domino. Induit enim me ueste salutis, & tunica lætitiæ. Tunicam uocat Dominum nostrum Iesum Christum. Scribit itaq; sa-
Rom.13 pientissimus Paulus his qui in ipsum crediderũt: Induite Dominum nostrum Iesum Christum, & carnis curam ne gerite, in cupiditatibus. Qui autem illum tanquã uestem habuerunt, præter salutem lucrantur felicitatẽ, atq; diuturno fruuntur
Ioan.10 gaudio. Ait itaq; ipse Seruator: Fur nõ uenit nisi C ut furetur & mactet, & perdat. Ego ueni ut uitã habeant, & abundantem habeant. Non etenim seruat modo, uti dixi, sed etiam perenni gaudio afficit. Et hoc est illud abundans seu eximium, quod sanctorũ uitę adijcietur. Christus est igitur illa cœlestis & superna uestis, illa incorruptionis tunica, quã si quis sumpserit, omni ornatu coronabitur, uidelicet qui sub intelligentiã cadit, & uirtutis ornabitur insignibus. Est enim tanquam sponsus mitra cinctus, & tanquam sponsa omni ornatu excellens. Sunt enim sunt Christiani potentes & fortissimi, & intelligibili uirilitate præditi, omniq; genere decoris ac uirtutis sunt admodum locupletati. Similes autem sunt sponsis propter fœcunditatẽ, eo quòd uario splendore uirtutũ decorati sint. E sanctis igitur prophe- D tis quidam dixit, cùm illos qui sanctã uitam insti-
Iesa.26 tuũt, fœcundos ac fructuosos esse innueret: Propter timorem Domine in utero concepimus, & parturiuimus, & peperimus spiritum salutis, quẽ dedisti super terrã. Itaq; sancti comparandi sunt sponso & sponsæ, propter fortitudinẽ, & præterea ob fœcunditatem. Verùm illud obserua, sem per hoc illis inesse, ut uenustate & decore quodã enitescant. Seruaturq; hoc ab illis, tum in edendis præclaris facinoribus, tum etiã in fortiter debellandis affectibus. Quòd autem effulgescente Gentibus Christo, iusticia & exultatione, uelut florida quædam herba coronat orbem, ostendit, inquiens: Et ut terra profert florem suum, & ut hortus semina sua: sic germinare faciet Domi- A nus iusticiam & exultationẽ in conspectu omnium gentiũ. Videtur autem hic, germinans uel exoriens semen ac florẽ coram gentibus, dicere ipsum Dominũ nostrum Iesum Christum. Dixit nimirum in Cantico Canticorũ: Ego flos campi, Cantic.2 lilium conuallium. Vel Euangelicã & salutarem prædicationem, eiusq; iustificationẽ legali præstantiorẽ, quam semper comitatur gaudium, id est, exultatio. Qui enim rectè eam administrant, his à Deo tribuetur, ut diuturna uoluptate perfundantur. Audient enim omniũ nostrũm Seruatorem Christum dicentem: Euge serue bone & fidelis, in paucis fuisti fidelis, multis te præficiam. Intra in gaudium Domini tui. Exultatio etiã, salutaris prædicatio est, alioq; modo potest intelligi. Lex enim uindex erat, & ualde seuera. Si quis enim legem Mosaicam uiolasset, sine misericordia sub duobus aut tribus testibus moritur. At Euangelicum oraculum nobis affert uitam, præmiorũ pollicitationẽ, & ueram spem bonorum quæ superant mentis captum & intelligentiam.

## CAP. LXII.

PROPTER *Sion non tacebo, & propter Hierusalem non uacabo, donec egrediatur sicut lux iusticia mea, & salus mea ut lampas accendatur. Et uidebunt gentes iusticiam tuam, & reges gloriam tuam. Et uocabitur tibi nomen nouum, Dominus nominabit illud. Erisq; corona pulchritudinis in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.*] Sion hîc uocat Ecclesiam, cuius primitiæ extiterũt & filij primogeniti, diuini discipuli, & qui per ipsos ad agnitionem Christi uocati sunt, & ante alios qui oriundi sunt ex sanguine Israel. Seruatæ sunt enim reliquiæ, & complures ex illis qui crediderunt. Itaq; non uacabo, id est, non desistam donec ad finem pexduxero, quæ Sioni pollicitus sum. Promisit aũt Deus & pater salutem per Christum, Iudæis & Græcis. Siquidem unus Deus est, sicuti Paulus sapientissimus dicit, qui iustificabit circuncisionem ex fide, & præputiũ per fidem. Etenim non modo Iudæorum Deus est, sed & Gentium. Itaq; non uacabo, inquit, donec egrediatur sicut lux iusticia mea, & salus mea sicut lampas accendatur. Iusticia & salus apparuit & fuit mortalibus Christus iustificat eñ & seruat, quippe lux uera, & ceu lampas quæpiam in tenebris. Siquidẽ ipse dixit: Quando in mundo sum, lux sum mũdi. Caligine nanq; & tenebris omnia cõprehensa etãt, diabolo corda omniũ obfuscante. Nemo erat qui bene fecit, aut qui nouit iusticiã, aut uiam quę adducit ad salutẽ. Sed nec quisquã fuit qui diuinã mentis lucem habuit, & qui posset animi oculis uidere, quis nam esset natura & uerè Deus, quis uniuersorum conditor & Dominus. Postquã uerò Seruator ceu lux exortus est, & ceu lampas illuxit, deinceps illustratus est orbis terrarum, & salutis uiam per ipsum intuiti sumus. Deinde alloquitur Ecclesiam, ex Iudæorum grege, perinde quasi nondum irretita esset multitudo gentium. Videbunt gentes iusticiam

Universidad de Deusto
Biblioteca



tuam, & reges gloriam. Iusticiam rursus & gloriam hic aliud nihil esse dicit, præterquam Dominum nostrum Iesum Christum. In ipso enim iustificati sumus, & gloria ab ipso ditati sumus. ipsius nanq; sors & sumus & nũcupamur. Ipsius iugo & sceptro solo paruimus, abdicato uiolento eius imperio, qui in nos tyrannidem exercuit. Quòd autem à legis cultu recedens, & uelut ad nouitatem uitæ Euangelicæ transmutata, ueterem simul abijciet uocationem, & nouo deinceps denominabitur nomine, arbitratu & uoluntate Dei omnium supremi, ostendit, dicens: Vocabitur tibi nomen nouum, quod Dominus nominabit. Non enim ultrà dicta est synagoga, sed ecclesia Dei uiuentis, ciuitas ac domus eius. Cuius meminit etiã diuinus Dauid, in hanc sen-
Psal.86 tentiã: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Fore quoq; illam ualde speciosam, & incomparabili gloria coronatam docet, inquiens: Eris corona pulchritudinis in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui. Vnamquamq; enim animã sanctam, & uniuersam omnino Ecclesiam, id est, sanctorum cœtum coronæ comparare licet, ex multis floscul is cõpositæ, uel regio diademati lapidibus Indicis fulgenti, & quod multiplicè habet & uariam elegantiã. Plurimæ sunt etiam sanctorum egregiæ uirtutes, & non unum est ornamentorum genus, sed multiplex & diuersum. Siquidem & diuinus Dauid ecclesiam Christi uestitu deaurato circundatam, ac uariegatam induxit. In manu Domini, inquit, id est, protectione C
manus meæ protegam te. Et ipse quoq; Christus de suis ouibus uel de grege credentium in ipsum
Ioan.10 dicit: Nemo eripiet eas de manu patris mei.

NEC *ultrà uocaberis derelicta, nec terra tua uocabitur deserta. Tibi enim dicetur uoluntas mea, & terra tua habitabilis.*] Rursus docet depositurum se uetus odium, quo sæpe prosequutus est Iudaicam synagogam, ab ira destituturum, facturum eam uoluntariam, & fructuosam, ac multitudine credentium ornaturum. Sion enim repudiato Domino nostro Iesu Christo redactus est in uastitatem, & multitudo infidelium periit. Posteaquam uerò reliquiæ fidem receperunt, & porrò uocata est multitudo gentium, ac in unum populum hi duo conditi sunt, & una demum ex ambobus dicta ecclesia: D
largietur ei Deus, ut nullo modo pristinis malis implicetur, nec derelicta uocetur uel deserta, sed ut potius ei morigera & uoluntaria fiat: & non amplius deserta, sed habitata uocabitur. Hoc autem ex rebus ipsis uidemus usuuenisse, & Ecclesias ubiq; in tranquillitate & serenitate collocatas, & fideles ad immensam multitudinem propagatos, & Deum propter illos celebrari. Persecutiones enim motæ sunt sæpe, sed non diu: & breues erant, & exercebant magis sanctos quàm opprimebãt. Laudati nanq; sunt propter patientiam, & propter tolerantiam Christianam, ingenuitatis coronam reportant, & martyrij gloriam uberrimam possident.

ET *ut habitat iuuenis cum uirgine, sic habitabunt filij tui te-* A *cum: & fiet, ut quemadmodum lætabitur sponsus propter sponsam, sic lætabitur propter te Dominus.*] Deinceps ad Ecclesiam orationẽ habet, utpote ex Iudaicis tribubus primùm constitutam, cuius filij quidem fuerunt carnis ratione diuini discipuli: sed tamen in illa præstiterunt & præfuerunt reliquis, utpote Apostolica autoritate præditi. Verùm summum amorem erga illam & affectum retinebant, adeò ut ea uideretur esse naturalis in eam pietas, quæ iuuenem decet, habitantem cum uirgine, id est, quæ cum eo à uirginitate copulata est. Dicunt autem eos ad summum pietatis gradum peruenire, qui eo uinculo tantum non constricti sunt. Nimirũ & sapientissimus Paulus: Tristitia mihi Rom.9
est, inquit, & dolor irremissus in corde, pro fratribus meis cognatis ratione carnis, qui sunt Israelitæ. Optauitq; anathema fieri pro ipsis, quo ad carnem. Verùm magna rerum nouatio, & mira mutatio, hac prophetia nobis proposita significatur. Antiqua enim synagoga & tantùm non inueterascens tempore, iuuenculæ comparatur. Habitabunt ueluti cum uirgine, inquit, filij tui. Hoc est opinor, quod in Psalmis decantatũ est: Psal.102
Renouabitur ut aquilæ iuuentus tua. Habitarũt cum ipsa, manuducentes eam, tanquã nutricem consolantes, & ut matrem rerumum braticarum & typicarum sapienter adducentes, ut pro inutili umbra ueritatẽ eligerent. Cuiusmodi est quod ei dixit etiam diuinus Dauid: Pro patribus nati sunt filij tui. Nam hi cùm eius existerent filij quod ad carnem attinet, facti sunt ei patres, initiumq; nouorum eius liberorum, qui per fidem scilicet ad agnitionem omnium nostrũ Seruatoris Christi uocati sunt. His ita se habentibus, inquit: Sic lætabitur Dominus propter te, quẽadmodum uidelicet sponsus propter sponsam. descendit enim unigena Dei sermo, ut fœcundã redderet Ecclesiam, quam ipse sibi exhibuit uirginem puram, non habentem maculam aut rugam, sed quæ sancta potius foret & immaculata. Acceptis igitur ab ipso Euangelicæ cõuersationis seminibus, grauida facta est, & non iam cultum peperit per sanguines & fumos, sed illũ magis, quo maximè ueritatis pulchritudo exornatur. Hinc lætatur, & quidem meritò, cùm uideat legis typos in ueritatem Euangelicam mutatos, & sponsam spiritualibus sacrificijs & uerè sanctis uirtutibus enitescentem.

ET *super muros tuos Hierusalem constitui custodes, tota die & tota nocte, qui nunquam tacebunt in memoriam omnium reuocando. Non enim est uobis similis.*] Alloquitur uelut ciuitatem illustrem & habitatam. Semper enim ciuitates insigniores, plurimi & uigiles custodes curant, ne quis hostis deimprouiso adoriatur. Sic & uniuersorum Seruator & Dominus ineffabili potentia, & angelorum præsidijs munita Ecclesia, delegit ei custodes sapientes & peruigiles, curã insomnẽ habentes eius, sanctos uidelicet mystagogos, qui nullo modo desinũt gloriã eius, & mirabilia eius commemorare sicuti scriptum est. Consueuimus enim in ecclesia, populo subdito



subdito semper magnificentiam Seruatoris, & di A
uinæ præstantiæ documenta prædicare, ut inde immotam & inconcussam de eo fidem cõcipiãt. Vel in memoriam reuocaturos dicit custodes Dominum, dum clamant & dicunt: Non est uobis similis. Non est enim nostræ conditionis, sed humanam sortem, & nobilitatis præstantia, & diuinitatis gloria tantum superat, quantum bonita
Psal.102 te uincit & humanitate. Vt enim Psaltes ait: Non secundum iniquitates nostras fecit nobis, neque secundum peccata nostra retribuit nobis. Serua uit enim cum essemus peccatores, & humaniter ac clementer indignos salute, adduxit. Simile est
Oseæ 11 quod dixit per alium prophetã. Quid tibi faciam Ephraim? Quid tibi faciã Iudæ? Sicut Adama ponam te, & sicut Seboim conuersum est cor meũ. Simulq; non faciã pro ira furoris mei. Non relin- B
quã ut deleat Ephraim. Quoniã Deus ego sum, & non homo, in te sanctus. Quia enim, inquit, non sum homo, sed potius sanctus in te Deus, propterea non relinquam, ut deleatur Ephraim.

*Si correxeris, & feceris, Hierusalem, laudem super terram: iurauit Dominus per gloriam suam, per brachium suum, non ultra dabo frumentum tuum, & cibos tuos inimicis tuis: non ultrà bibẽt filij alieni uinum tuum, pro quo laborasti, sed qui colligunt, edent illa, & laudabunt Dominum, & colligentes bibent illa in atrijs sanctis meis.*] Velut ex similitudine rerum siue calamitatum, quæ sæpe inflictæ sunt Israelitis, utilissimarum nobis considerationum contexit narrationem. Peccauimus enim multifariã, relinquentes natura & uerè Deũ, adhærentesq; idolorum cultib. Opera namq; manuũ suarum adorarunt, C
& recalcitrantes quasi legali uitæ, ad id quod sibi uisum est, rapiebant. Hac de causa percussi sunt à Deo sterilitate, nõnunquam interitu corporũ, hostium impressionibus, qui omnem eorum regionem deuastantes, in agris etiam prædas egerunt. Dictũ enim est illis: Tu seres, at non metes. Tu premes oleũ, & non ungeris oleo: & uinum, sed non bibes. Si itaq; inquit, ô Hierusalẽ, correxeris, id est, si transtuleris te ad cultum spiritualẽ, si effugeris figuras, & agnoueris de me scripsisse Moysem, si acceperis gratiam per fidem, & feceris laudem tibi super terram, id est, illustrem gloriam in Christo uidelicet: iurauit Dominus per gloriam suam, nec enim potest per alium quenquam maiorem iurare, & per brachium suum, q; D
nihil eorum quæ tibi olim propter multam inobedientiam contigerunt, ultrà obueniat: Non tolerabis hunc agricolationis sudorem sine præmio, (intelliges autem hoc spiritualiter,) sed ut diuinus Dauid ait: Fructus laborum tuorum co-
2.Cor.9 medes, & ut Paulus inquit, Prout sererit homo, ita & metet. Et qui serit in spiritu, ex spiritu metet uitam æternã. Quòd igitur sibi cumulate spiritualem fertilitatẽ coacerbabit, hisce uerbis sub indicat. Qui uerò hoc consequuti sunt, gloriosè, inquit, celebrabũt Dñm, & qui colligũt, bibẽt ea in atrijs sanctis. Deliciabunt emi in supremo habitaculo, qui præstãtis uitæ decerpserũt ornamenta, ac rectæ & inculpatæ fidei fructus congregãt.

ITE *per portas meas, & uiam facite populo meo, & lapides de uia proijcite, tollite signum ad gentes. Ecce enim Dominus fecit ut audiatur usque ad extremum terræ.*] Ipsos iam custodes seu doctores compellat. Iubet enim patefieri sanctæ ciuitatis aditus, & accessum planum & expeditum facere, remoris & offensionibus uacuum, his qui uolunt ingredi: per lapides enim subinnuit scandala. Si quis enim exempli causa, ex congregatione Iudæorum uocatus sit, offendit subinde ad legis præcepta, & immoratur figuris, uelutique umbris assidens, non admittit ueritatem. Sin fuerit quispiam ex multitudine Græcorum, impingit etiam hic ad doctrinæ peregrinitatem, & cultus inconsuetus illum ualde turbat, memorque est orationum, quos ipsorum rhetores ad deos habent. Nam olim fallen- B
tes & falsi, ac caligine diabolica replẽtes terram, fabulas seniles & aniles cõscripserunt. Cæterùm uigiles & sobrij custodes & mystagogi, offensionum & scandalorum occasiones amputant, singula artificiosè dissoluentes, quæ traditioni fidei in Dominum nostrum Iesum Christum uidentur aduersari. Hoc faciunt, rectè tollendo ratiocinia, & omnem celsitudinem extollentem se contra cognitionem Dei euertendo, & omnem intellectum ad obedientiam eius captiuando. Inueniemus sanctissimum Paulum Iudæos offensos corrigentem, & gentes quibus simile quiddam accidit reprehendentem. Dixit enim Israelitico sanguine oriundis: Circumcisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio præceptorũ Dei. Et rursus: Dico enim uobis, si circum- Gal.5
cidamini, Christus uobis nihil proderit. Alienati estis à Christo, quicunque in lege iustificati estis, à gratia excidistis. Nos enim per fidem spem iustitiæ accepimus. Græcorum autem multitudi ni: Dies, inquit, obseruatis & menses, tempora & annos. Metuo uobis, ne frustra laborauerim in uobis. Vides semper illos amouere lapides, & amborum scandala de medio tollere. Lapides etiam aliter dicimus, ad quos interdũ possent quidem offendere, impiorum hæreticorum nugæ & prophanæ & execrabiles. Inaniter enim garriũt miseri, recto pede incedentibus cõparantes insidias, & quosdam qui facilè auerti possunt à ueritatis dogmatibus abducunt. Sed & hæc tollunt de
medio, murorum Ecclesiæ custodes. Muros eius D
dicimus, ueritatis dogmatum stabilitatẽ, contra quæ ne inferorum portæ ualere possunt. Tollite igitur, inquit, signum ad gentes. Ecce enim Dominus faciet ut audiatur usq; ad extremos fines terræ. Et quidnã hoc est? Vt audiatur hoc signũ, quod ad gentes & ad extrema terræ tollendum ait, id est, extollendum, & passim diuulgandum hoc uerbum fidei, quod prædicamus, seu & passionis salutaris symbolum, atq; id est fidei cõfessio. Oportet emi dicere, Dñm esse Iesum, ac credere, Deũ excitasse ipsum è mortuis, & hoc seruat à morte & peccato. Nec est hoc Iudæorũ modo, sed & gentiũ. Tollitur emi signum, non ad solum credentes ex sanguine Israel, sed ad omnes ubiq;

Universidad de Deusto
Biblioteca



gentium. Orbis namq; totus sub cœli cõplexu, A Euangelica prædicatione, tanquã reti captus est.

DICITE *filiæ Sion: Ecce tibi Seruator aduenit, habens suam mercedem, & opus ante faciem suam. Et uocabit eum populum sanctum, redemptum à Domino. Tuq; uocaberis requisita ciuitas, non derelicta.*] Prænunciat aduentũ Seruatoris, & quæcunque inde lucrati sumus, ac diuitias dandas in ipsum credẽtibus. Filiam nominat Sion. Siue autem uelit quis antiquam illam utpote iam adeptam misericordiam, & fide iustificatam, siue nouam, id est ecclesiam, intelligere: non absurdè dixerit, quòd hæc sit illius Sionis filia. Primi enim ex sanguine Israelis oriundi crediderunt: & gentium Ecclesia uelut filia quædam dicta est eius quę ab initio ab illis cõstituta est. At quibus mandat, ut Euangelium annuncient Sioni? Annon B omnino sanctis mystagogis qui præfuerunt Ecclesiis, quos etiam iussit aperire portas, & lapides diligenter è medio tollere? Quid est igitur quod prædicatur? Ecce tibi Seruator aduenit, habens mercedem suam, & opus ante faciem suam. Duo simul ponit, diuina & eximia, unde manifesta fiat Seruatoris gloria. Diuini enim prophetæ exhortati sunt eam ad uitę probitatẽ, & ad cõuersationem legi congruentem & honestam. Deinde meminit præmiorum, quę accepturi sunt à Deo suis temporibus, quibus datum est facultate dicendi commendari. Sed hi non erant datores spiritualium charismatum, sed prædicebant, ut dixi, promissiones Dei. Vniuersorum autem Seruator, ut pote Deus, habet potestatem, dandi mercedem, C & prętera dispiciendi, qui modus cuiq; & quod opus tribuendum sit. Est enim hoc diuinum. scri-
Prouer. 5 ptum namque est: Coram oculis Dei sunt uiæ uiri, omnésque semitas eius considerat. Veniet igitur, inquit, habens suam mercedem, id est, præmia dans his, quos par est accípere. Siquidem di-
Matt. 16 uino Petro rectè fidem cõfitenti: Dabo, inquit, tibi claues regni cœlorum. Et quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata in cœlis. Et quæcunque solueris super terram, erunt soluta in cœlis. Donauitq; in uniuersum omnes sanctos Apostolos potestate contra immundos spíritus, & ut possent curare omnem morbum & omnem infirmitatem in populo. Certè & latroni pendenti unà cum ipso dixit fidem non carituram suo præ- D mio: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Cùm ergo uenerit, inquit, eos qui credunt in ipsum, uocabit populum sanctum, & redemptum à Domino. Non enim legatus, nõ angelus, sed ipse Dominus seruauit nos, sicuti scriptũ est. Tú que ô Sion uel Ecclesia, uocaberis requisita ciuitas, nõ derelicta. Requisitam dicit memoria dignam. Tenetur enim memoria quod quęritur. Et non derelicta, ut prima illa, id est, infidelium multitudo. Dictum est enim à Deo, uoce Hieremiæ: Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam. Dictumq; est per ipsum omnium nostrũm Seruatorem Christum: Ecce relinquitur uobis domus uestra.

CAP. LXIII.

QVIS *hic est qui uenit ex Edom? rubor uestium ex Bosor? hic formosus stola, uiolenter incidens cum fortitudine? Ego loquor iusticiam, & iudicium salutis. Quare rubra sunt tua uestimenta? et indumenta tua, perinde ac calcantis in torculari pleno, & calcato? & ex gentibus nemo fuit mecum. Et conculcaui eos in furore, & confregi eos quasi terram. Et deduxi sanguinem eorum in terram, et omnia uestimenta mea inquinaui. Dies enim retributionis uenit eis, & annus redemptionis adest. Et respexi, & nemo adiutor: cõsideraui, at nullus qui præberet auxiliũ. Et liberauit eos brachium meum, & furor meus inuasit, ac conculcaui eos ira mea, & inebriaui eos furore meo, deduxiq; sanguinem eorum in terram.*] Sapienter & artificiosè prophetica oratio, reditum in cœlos omnium nostrũm Seruatoris Christi, tantùm non depingit. Virtute enim dispẽsationis in carne ad finem perducta, ad cœlestem patrem ac Deum ascendit, apparuitq; supremis potestatibus, non solùm specie nostra, id est, ut homo, sed etiam passionis signa monstrãs. Neque uerò dicimus, post resuscitationẽ è mortuis penetrationes clauorum & cætera stigmata in sancta carne adhuc fuisse, sed illud potius: Quemadmodum Thomæ parum credenti sanctis Apostolis, dicentibus se uidisse Dominum excitatum ex mortuis, impressiones clauorum & latus ostendit: ita intelligimus, quò nunc principatibus & autoritatibus, in cœlestibus, uaria & multiplex Dei sapientia, quam in Christo propter Ecclesiam declarauit, innotesceret, cum signis passionis redijsse, inusitatum & insolitum omnino supremis potestatib. exhibuisse spectaculum. Stupent enim cùm spectant eum aduentare, & dicũt: Quis hic est, qui aduenit ex Edom? Edom. Græca autem lingua si quis Edom interpretetur, terrestre significat. Bosor, carnem uel carnale. Bosor. Quis est igitur hic, inquit, ex terra uel terrestris? Rubor uestitũ est ex Bosor? id est, tinctus uestę, quasi ex carne aut sanguine? Hic formosus stola. Nam potestates, utpote subtiles & sapientes, ac diuina gloria plenę, uiderunt Christũ, quantumuis esset in carne, robore certè inuicto præditũ. Hoc namque credo subindicare spectaculum. Interrogantibus itaq; angelis, uel inter sese quærentibus: Quis est hic? respondet & inquit: Ego loquor iusticiam, & iudicium salutis. Iusticiam uocat, uel Euangelicam & diuinam prædicationem, uel quòd omnis Dei oratio iusta sit. Salutis iudicium, appellat quod de nobis est iudicium. Iudicauit enim orbem, & Satanam qui eum iniuria oppresserat, seruauitque intolerabili tyrannide grauatos, & imperio in illos suo deiecit apostatam & pernicioſum. Itaque dixit: Iudicium nũc est huius mundi. Nunc princeps mũdi huius eiectus est foras. Et ego ubi sublatus fuero de terra, omnes traham ad me ipsum. Hæc itaque Christo dicente, rursus perconctantur, & aiunt: Quare rubra sunt uestimenta tua? & indumenta tua, uelut ex torculari pleno calcatoꝛ? Hic mihi repete memoria, quod Patriarcha Iacobus dixit: Lauans in uino stolam suam, & in sanguine uuæ



ne uuæ amictum suum. Tincta enim sanguine in A dumenta apparebant, & tanquam musto colorata rubore. Deinde iterum Seruator: Et ex gentibus nemo fuit mecum. Cohærent cum oratione hæc, & connectuntur cum superioribus. Ego enim, inquit, loquor iusticiam & iudicium sanctis, & ex gentibus nemo fuit mecum. Nemo, inquit, patienti mihi adfuit. Nemo ex ulla gente condoluit. Et quantum ad homines attinet, omni prorsus auxilio destitutus fuit, cohorte militum, & immanitate ministrorum insultante: qui etiã, ut Euangelista narrat, illum ad Caipham adduxerunt. Tum omnes discipuli, inquit, eo relicto fugerunt. Verùm illud etiam prædixit Christus: Ecce enim, inquit, uenit hora, & adest, ut quisque dispergatur ad sua, & me solum relinqua B tis. Et non sum solus, quia pater mecum est. Di-
Psal. 68 xit etiam lyra Psallentis: Probrum expectauit anima mea, & miseriam: & expectaui qui condoleret: & non fuit qui consolaretur, & non inueni. Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potum dederunt acetum. Itaque nemo, inquit, mecum fuit ex omnibus gentibus. An igitur, cùm solus esses, & his qui simul certarent destitueris, manu hostili uictus es? Num superarunt, & tuas uires expugnarunt? Num deinceps tanquam uictoria potiti gaudent? Nequaquam, inquit. Etsi enim neminem haberem assessorem & opitulatorem, conculcaui tamen illos furore, ac ut terram confregi, deduxique sanguinem eorum in terram. Post reditum enim Christi in cœ- C los, omne genus intolerandæ calamitatis ex diuina ira Iudaico populo inflictum est. Dies enim retributionis, inquit, aduenit illis. Nam quibus licuit fidem arripere, & per eam locupletari gratia, cùm tamen facti essent pigri, imò arrogantes & insolentes, & propè Deo bellum indicerent: quidni in omne genus malorum deuenirent? Verùm retributionis tempus illis, erat redemptionis dies his, qui eius apparitionem agnouerunt. Simul enim & hic effrenis punitus est: & ille obediens ac submissus à Christo redemptus est. Respexi, enim inquit, & non erat adiutor: consideraui, & nemo erat qui præberet auxilium. Et liberauit eos brachium meum, & furor meus inuasit eos. Ac cõculcaui illos ira mea. D Videtur his uerbis cõtra socordiam Scribarum & Pharisæorum uociferari: qui constituti sunt, ut præessent populo, & ad iusticiam dirigerent, & ad id quod Deo uisum est, probè instituerent. Sed adeò socordes erant ac desides, ut his qui subditi iugo fuerunt nullam opem afferrent, nullis monitis corrigerent: sed è contrario, etiam ad
Ioan. 9 infidelitatem abducerent. Ausi sunt enim dicere, de omnium nostrũm Seruatore Christo: Nos quidem nouimus, Moysi loquutum esse Deum, hunc autem haud nouimus unde sit. & iterum: Dæmonium habet & insanit, quid illum auditis? Itaque quia nemo, inquit, erat qui succurreret, uel auxilium præberet, seruauit eos brachium meum, id est, potentia. Complures enim, ut dixi, ex Iudæis crediderũt. Qui uerò nolebant succurrere: eos furor meus inuasit, factiq; sunt conculcatio iræ. Mali enim malè perierunt, & dignas sceleribus pœnas deposcebantur:

MISERICORDIAE *Domini recordatus sum, uirtutum Domini in omnibus ijs, quæ nobis retribuit. Dominus iudex bonus domui Israel, inducit nobis pro misericordia sua, pro multitudine iusticiæ suæ.*] Deo dicente, inuasisse incredulos furorem, & conculcasse illos iram, sanguinémque eorum deductum in terram, interuenit propheta, nec sinit eos animũ despondere, contra quos hæc uerba dicta sunt. Résque hęc ualde artificio sè interposita est. Recordatus sum, inquit, apud me, non esse inclemẽtem uniuersorum Iudicem. Noui siquidẽ misericordiã & uirtutes eius, id est, potentiã, in omnib. quæ nobis retribuit. Etsi eũ, inquit, Israelem debacchatũ & inobedientẽ auersatus sit, & uelut retribuit nobis iram, non quidẽ impotentem & immoderatã, sed clementia tẽperatam: scio tamen uirtutes eius, id est, potentiam uarijs temporibus in liberatione Israelis exhibitam. Erit itaque, inquit, Dominus Iudex bonus domui Israel, non seuerus, at benignus & bonus. Iudicis enim seueri officium est, pœna sceleribus conueniente afficere peccantes: boni autem, misericordiã capere ut infirmorũ. Itaq; bonus cùm iudex sit, inducit nobis pro misericordia sua: id est, iram moderabitur, & indignationẽ cum misericordia temperabit. Ineſt enim ei multitudo iusticiæ, id est, ad summam omnis iusticiæ sortem peruenit. Hinc & quidẽ non immeritò, liberabit Israelem non omnino innocentem, sed clementia ut dixi, iram temperabit. Seruatæ sunt enim reliquiæ.

ET *dixit Dominus: Nónne populus meus est? liberi mei qui non repudiabuntur? Et ipse factus est eis saluti, ex omni afflictione eorum. Non legatus, non Angelus, sed ipse Dominus seruauit eos, eò quòd diligeret eos, & parceret eis. Ipse redemit eos, suscepit, euexit omnibus diebus seculi. At illi non crediderunt, & exacerbauerunt Spiritum sanctum eius. Et conuersus est eis in inimicitiam. Dominus ipse oppugnauit eos.*] Rursus mihi spectа, Dei personam statim introductam, tantùm non clamantem contra inobedientiam Israelis. Dixit, enim inquit, Dominus, id est, ipse uniuersorum Deus: Nonne pro filijs habui populum? Cùm autem hoc uerum sit, dixit enim: Filius primogenitus meus Israel: nemo poterit dubitare, quin durus fuerit & immorigerus. Sed tamen filium ablegatum recipiet. Sed nónne hoc tandem euenit? Nec frustratus est spe qui omnia nouit. Scit enim futura, nihilque eum latet. Verùm humano more formatur orationis habitus. Hæc Deo dicente, occupat propheta, & stupiditatis simul & ingratitudinis accusat Israelem, ostenditque illum bonorum sibi collatorum prorsus fuisse immemorem. Factus est enim, inquit, illis saluti, ex omni afflictione eorum: nemóque prætereа eos seruauit, non legatus, non angelus, sed ipse Dominus per seipsum. Miracula enim operatus est in Ægypto, sequestre quidem Moyse, at ipse illa opinionem mentémque excedentia

Universidad de Deusto
Biblioteca



cedentia administrauit. Cùm uitulum fabricasset Israel, offensúsque esset Deus, ac denunciasset se angelum cum ipsis missurum, molestè tulit Moses, dicès: Nisi tũ ipse præeas mihi, ne educas me hinc. Ipse itaq; per seipsum seruauit eos, nõ quia in illis quicquam inueniret, sed tantummodo ꝙ diligeret eos, curamq; eorum haberet. Quod eui dens argumentum est incomparabilis humanitatis, & placabilitatis diuinæ. Liberauit ergo illos è domo seruitutis, suscepit, euexit. Idq;, opinor est, quod principio dixit: Filios genui, & euexi, id est, educaui, uel insignes reddidi. Sed illi me repudiarunt. Illud, omnibus diebus seculi, significare potest, iugiter & perpetuò. Adeò bonus in illos fuit uniuersorum Deus: sed illi in obedientes extiterunt, & sanctum eius Spiritum irritare non destiterunt. Quod docet diuinus Dauid, inquiens: Quoties exacerbarũt eum in deserto? ad iram concitarunt eum in terra siticulosa? Vel exacerbauerunt spiritum Christi, duri & immites, effrenes & inobediẽtes. Non enim auscultarunt illi ad salutem uocanti. Versus est igitur illis in inimicitiam, & oppugnauit eos. Oportuit enim oportuit eos, qui horũ mirabilium facinorum immemores erant, nullo q; modo adiuti his rebus, unde ad omnes uirtutes eos perduci æquum fuit, à misericordia & dilectione eius, qui seruare uult, excidere, ut illis tanquam hostibus deinceps resisteret.

ET *recordatus est dierum æternorum. Vbi est qui eduxit de terra pastorẽ ouium? Vbi est qui posuit in eis Spiritum sanctum? qui eduxit dextera Moysen? Brachium gloriæ suæ repulit aquam à facie eius, ut paráret sibi nomen sempiternũ. Duxit eos per abyssum, tanquam equum per solitudinem, & non laborauerunt, & sicut iumenta per campum. Descendit à Domino spiritus, & duxit eos. Sic duxisti populũ tuum, ut comparares tibi nomen magnificum.*] Cùm dixerit se cõuersum iri in inimicitiam illis, qui prius eos misericordia & charitate subleuauit & exhilarauit, causas huiusce rei cõmodè exponit. In memoriam reuocauit enim, inquit, animoq; uolutauit dies æternos, id est, semper memorabiles, propter multa & eximia in illis præstita miracula. Quis recordatus est? Qui eduxit de terra pastorem ouiũ. Videtur hîc resurrectionis omnium nostrũm Seruatoris Christi mẽtionem facere. Qui eduxit, inquit, uel ascẽdere fecit, pro: Qui excitauit è terra omnium summum pastorem, qui excitauit, inquã, non solùm ex mortuis, sed uelut erigens ex hominibus. Factus est enim tanquam unus ex nobis, ortum habens ratione carnis de muliere, unigena patris Sermo. Sed quia, ut dixi, conspicatus est propheta Israelem omninò oblitum diuinæ magnificentiæ, tantùm non stupore cõfusus est, & eò stupiditatis lapsos deplorat, dicens: Vbi est qui posuit in illis Spiritum sanctum? id est, qui inseruit illis diuinum sum ac salutarẽ Spiritũ? Descendit enim Spiritus
Psal. 126 à Dño, & duxit eos. Porrò diuinus Dauid ait: Emisit uerbũ suum, & sanauit eos. Dñs autem Spiritus est. Operat enim per spiritũ qui æqualis est substantię. Vbi est ergo? pro: Oblitì sunt, & non quæsiuerũt eum: recordando scilicet & diligẽdo eũ. Vbi est qui eduxit dextra Moysem? Magnus enim fuit Moyses, percelebris, & dignitate sublimis. Idq; subindicat, Eduxit: operante per ipsum diuina dextera. Brachiũ gloriæ repulit, uel expugnauit & uicit naturã aquarũ, sistens eas. Inducit eũ uelut murũ aquas, inquit: uel ipsas aquas repulit, ac superauit, ita ut listi se paterent, etiamsi naturã habeat humidã. Impleuit hoc, inquit, ut sibi nomẽ sempiternũ acquireret. Siue eũ hoc factum est, siue etiã administratũ fuerit per sapientissimũ Moysem: hoc in gloriam Dei factum est. Sistens, inquit, aquas ceu equũ, uel ceu iumenta duxit per mare, ueluti per campũ. Hoc item Psal
modus docet, cùm inquit: Et eduxit tanquã oues Psal. 77
populum suum, & duxit eos tanquã gregẽ in deserto. Duxit enim eos, uti dixeram, Spiritus Domini. Sic duxisti populum tuum, ut comparares tibi ipse nomen gloriosum. Duo enim facta sunt eodem tempore. Non enim modò seruatus est Israel, & è manu opprimentium liberatus est: sed etiam rerum admirabiliter gestarum finis, uniuersorum dominatori Deo, gloriam conuenientem peperit.

CONVERTERE *è cœlo, et uide è domo sancta tua, et gloria. Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua? Vbi est multitudo misericordiæ tuæ, et miserationũ tuarũ? quia sustinuisti nos. Tu enim es pater noster, quia Abrahã non nouit nos, et Israel non agnouit nos. A principio nomẽ tuũ super nos. Cur seduxisti nos Domine à uia tua? obdurasti corda nostra, ne timeremus te?*] Hic deinceps, ppheta pro uniuersa gente preces fundit, & sub persona Israelitarũ rogat & supplicat. Orat enim ut ab ira in illos sua desistat, & odio supersedeat, & ad ipsos quasi reuertatur, qui ab illis discesserat: ut qui non sit terrestris quispiam, sed Deus uerus, & cœlum tanquam domum gloriosam habens. Etsi autem dicatur in cœlo habitare Deus: nihil tamen in eo corporale intelligendum est. Non enim in loco & circunscriptione diuinitatem esse dicimus, quòd ea simplex sit & incorporea, ac compleat omnia. Quia autem cum supremis spiritibus tanquam sanctis, suprà quiescit: hinc dicimus solium & domum eius esse cœlum. Reuertere igitur, inquit: Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua? Nec dixerit, opinor, quispiam his quasi indigere uniuersorum Deum: sed quia iam illis non fruuntur, hæc dicunt. Zelo namq; & diuina fortitudine semper usus, seruauit Israelem. Putà, seruierunt Ægyptijs, qui uitam eorum luto & latere afflixerunt, & exactorum crudelitate uexarunt. At zelo accensus est uniuersorum Deus. Dixit itaq;: Æmulatus sum Hierusalem & Sion zelo magno, & furore magno iracor gentibus conspirantibus. Pro eo quod, Ego parum iratus sum, illi conspirarunt simul ad mala. Deinde rursus mirabilia operatus est. Babyloniorum enim regionem licet inuictam & horribili potentia fretam, uastitati tradidit. Immisit enim in eos Cyrum Cambysis filium. Hac misericordia frui cupientes, Vbi est, inquit, zelus tuus, & furor tuus? Vbi est multitudo misericordiæ tuæ & miserationum tuarum? quia substinuisti nos. Sitiunt denuò misericordiã, & in multis delictis exhibitam sibi clemẽtiam & humanitatem. Substinuit enim eos, etiam cùm nonnunquam ipsum irritarent intolerabiliter. Obloquuti sunt in solitudine, & tentarunt ipsum in cordibus suis, dicentes: Num poterit Deus parare mensam in solitudine? quia percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Num & panem poterit dare? Præterea iam, Moyse absente, uitulum fabricauerant, ueruntamen eo rogante, misericordiam consequuti sunt. Sustine igitur nos inquiunt, etiamsi multoties offenderimus. Tu enim es pater noster, quia Abraham haud nouit nos, & Israel non cognouit nos. Non negant patres. Parum namque proficit hoc ad resipiscen
B tiam. nec enim electi sunt propter illos, sed tribuunt potius Deo amanti bonorum, quòd pietate & indulgentia, etiam carnales patres superet. Est enim pater patrum. Nati quidem sumus, inquiunt, ex illis: at non uiderunt nos. Tu enim non intermisisti misericordiã & amorem in nos patre & liberorum amante dignum retinere. Erue igitur nos. Nomine enim tuo uocati sumus, ac sors tua & populus tuus nuncupamur. At quoniam propter multam inobedientiã & sinistram malitiam in Christum bacchati sunt, excciderunt coniunctione quæ cum ipso est, spirituali uidelicet: & eius donorum expertes fuerunt, uiámque Euangelicæ conuersationis haud nouerũt. Hinc meritissimò flentes dicunt: Quare seduxisti nos
C Domine, à uia tua? obdurasti corda nostra, ne timeremus te? Obdurarunt enim sua ipsorum cor
Ioel. 2 da. Itaque dictum est illis uocæ prophetæ: Discrumpite corda uestra, & non uestimenta uestra. Verùm cùm emollire potuisset uniuersorũ Deus: permisit illis ut mentem præfractam haberẽt quæ frangi nequeat. Hac de causa quia tenera & mollia non reddidit, ipse obdurare dicitur. Quibus autem hoc accidit, his omnino necesse est aliud obuenire: ut, inquam, Dei metu careãt. Vide quoque hoc ad interitum & in laqueum Inferorum animas deturbare.

REVERTERE *propter seruos tuos, propter tribus hæreditatis tuæ, ut paululum possideamus montem sanctum tuum. Facti sumus sicut à principio, quando non dominatus es nobis. Neque*
D *inuocatum est nomen tuum apud nos.*] Iterum petunt ut redeant ad se, per serenitatem, inquam, & humanitatem. Seruos & sortem esse dicunt se, non quasi aliquid seruo dignum egerint, aut ceruicem eius iugo supposuerint, imò nec quasi, (licet accẽsi fuerint sorti distributæ) præstiterint obedientiam. Sed quia semel eius dicti sunt, & cõiunctionem cum ipso ab initio intimamq; necessitudinẽ habuerunt, propter hoc & quidem solum seruari petunt. Reuertere enim, inquiũt, ut paululũ possideamus montem sanctum tuum. Montem sanctum, Ecclesiam dicunt sæpenumero sacræ literæ: cuius exigua quædam portio extiterunt Israelitæ. Si enim admisissent fidem quæ est in Dominum nostrum Iesum Christũ, Ecclesiæ cœtus



A magna ex parte ex illis coactus fuisset: adiuncta ipsis etiam gentium multitudine. Sed quoniam propter insignem inobedientiã posteriores gentibus facti sunt, & illarum turba numerosior, hi pauci admodum essent (seruatæ sunt enim reliquiæ) propterea exiguam portionem in monte sancto, id est, in Ecclesia, possederunt. Si cui uideatur supremã ciuitatem, cœlestem Ecclesiam, sanctorum matrem & nutricẽ, dici ab ipsis montem sanctum, ibique eos uelle sortis portionem consequi: rectè hoc etiam modo intelliges. Factos esse dicunt se ut à principio, quando non dominatus est illis, neque esset nomen eius apud ipsos inuocatum. Est autem ualde consentanea hæc oratio. Cùm enim excidissent semel ab eius
B misericordia & protectione, ad id quod in principio erat reuersi sunt. Quid tandẽ illud erat? Seruierunt Ægyptijs luto & lateritio opere: hisque diu laboribus excruciati sunt. Nunc autem pedibus diabolicis succubuerunt, & carnis affectibus mundiq; cupiditatibus commaculati sunt. Hæc enim lateritia opera quędã occulta intelligi possunt. Seruierunt in Ægypto spiritibus malis: nũc in ipsis est spiritus immundus. Idq; Seruator ipse nos docuit, de illis loquens: Quũ immundus spi Matt. 12
ritus egressus est ex homine, loca siticulosa peragrat, quærens requietem, nec inuenit. Tum ait: In domum meam reuertar, unde egressus sum. Et cùm uenit, inuenit eam uacuam & purgatam. Tunc assumit, inquit, alios septem spiritus deteriores sese, & ingrediuntur, ac ibi habitant. Fiúntque nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit, inquit, generationi huic malæ.

## CAP. LXIIII.



I *aperueris cœlum, tremor inuadet montes à te, & liquescent, ut cera igne liquefiet, & comburet ignis aduersarios, & illustre erit nomen tuum in aduersarijs. A facie tua gentes terrebuntur. Cùm feceris gloriosa, tremor inuadet montes à te.*] In more est sanctis prophetis fundere preces pro Israele, delinquente aliquoties, & scelerum pœnas luituro: & amota ira, in alios eam emitti rogabant, & in alienigenarũ capita conuerti. Siquidẽ diuinus Modulator septuagesimooctauo Psal-
D mo, uastatam Hierusalem deflens inquit: Venerunt ô Deus gentes in hæreditatẽ tuã, polluerũt templũ sanctum tuum. Alijsq; ad hæc subiũctis, in medio ait: Effunde iram tuam in gentes quę te non nouerunt, & in regna quæ nomẽ tuum non inuocauerunt. Tale quiddam etiam nunc propheta dicit: Si enim aperueris cœlum, descensũ uidelicet iræ, sicuti nimirum tempore diluuij: apertæ enim erant cataractæ cœli: tũ inuadet tremor montes abs te, & liquescent, ut cera à facie ignis liquefit. Montes hîc uocat non simpliciter, qui percipiunt sensib. sed potestates malas, propter insignẽ elationẽ, montibus celsissimis optimè cõparatas. Has igitur superbiæ alumnas potestates, tremor inuader. Liquescent enim tanq; ab igne. Aduersantes tuis scilicet oraculis, ira

ignis

Universidad de Deusto
Biblioteca



ignis instar decidens cõburet. Et illustre erit no A ctionum ordinem & sententiarũ uim: ut ad hunc
men Domini in aduersarijs. Quid igitur est? Mi modum se habeat, quod dictũ est: Ecce nos pec
racula enim sæpe edit uniuersorum Deus, poten cauimus, & tu iratus es nobis. Non em̃, inquiunt,
tię & præstantiæ suæ magnitudinem patefaciẽs. causa illis delinquendi fuit ira diuina: at quia illi
Hinc nonnũquam in peccatores animaduertit, furiosè bacchati sunt, Deus iratus est. Timent e
& per iram in illos seipsum patefecit. Cuiusmo nim, ut uidetur, necubi peccati autor diuinus fu
di factum est, cùm in Sodomitas demisit ignem, ror intelligatur. Illud arbitror dicendum esse, i
& cùm Pharaonem stupidum multis & intolera ram diuinam condemnari propterea non debe
bilibus plagis subiecit. Itaque ô Domine, inquiunt: re, si qui ei sunt obnoxij, non satis uirium habe
Ne illustres gloriam tuam, uel nomen per iram ant ad effugiendum peccati insultum. Quamdiu
in nos: sed inducito potius illam, & infligito enim Seruator in nobis uoluptatem capit, pecca
malis potestatibus, & palàm tuæ maiestati repu tum uincimus, & à uitiorum sordibus recedẽtes,
gnantibus, & ex insigni superbia ad hoc adduc spiritualis fortitudinis insignibus strenuè coro
tis. Eris enim etiam hic conspicuus. Quando em̃ namur. At ubi fortitudinis suppeditatorem, &
feceris gloriosa, tremor abs te montes inuadet. roboris ac uirium subministratorem exacerba
Rursus illos montes dicit, quos modo diximus. B mus: in debilitatem corruimus, & infirmam ac re
missam mentem nostram inueniemus. Deus em̃
est uirtutum Dominus. Et quidem Christus ait: Ioan.15
Sine me non potestis quicquam facere. Dixitq;
ei diuinus Dauid de omni sancto: Gloria potentiæ eorum tu es. Alibi quoque, quòd possit boni aliquid præstare, non sibi, sed Dei potentiæ attri buens, psallit & inquit: Non in arcu meo spera- Psal.43
bo, & gladius meus non seruabit me. Seruasti e
Rom.1 nim nos ab his qui affligũt nos. Vt igitur superæ clementię fauor nos reddit fortissimos, & ner uosos facit ad resistẽdum malo: pari ratione cùm diuinæ iræ subijcimur, tum uitiosis uoluptatibus seruiliter succumbere, omnino est necesse. Iratus es ergo, eo quòd uidelicet bacchati crudeliter su
C mus, & peccatores ac nefarij extitimus, adeò ut omnis iusticia nostra panno mẽstruatæ mulieris esse similis uideatur, id est, abominanda sit & impura. Nec enim facilè uideris iusticiam apud Israelitas, maximè nunc post impietatem in Christum, quæ non reprehẽdatur & irrideatur. Nam qui pectus habent diuino & intelligibili lumine omnino nudum & uacuum: quî fieri posset, ut semitam rectà ad sacras leges deducentẽ uideant? aut quomodo iusti uere sint, qui Euangelica præ dicatione carent? unde liceret præclaræ conuersationis uiam discere? Impuri igitur sunt, etiamsi boni & probi esse uideantur. Ac tanquam folia cecidimus de arbore. Nec enim est non probabi le si hoc patiantur, sicq; abijci planè expectent mi
D seri. Labilem namque & lubricam mentem habuerunt, quæ omni uento circũfertur. Nec quisquam eorum est, qui germanè ac genuinè sciat Deum inuocare, aut qui meminerit, coniunctio nem quæ cum ipso est, apprehendendam & amplectendam promptè & quasi iuueniliter. Recidimus, inquit, ad eam misericordiam, quia auertisti faciem tuam à nobis, & tradidisti nos propter peccata nostra. Non enim beati esse poterant, à Deo reiecti: at in omnia mala incidere omnino necessum est, qui adeò multis peccatis onerati sunt.

A SECVLO *non audiuimus, neque oculi nostri uiderunt Deum, præter te, & opera tua quæ facies expectantibus misericordiam. Occurret enim his qui faciunt iustum, & qui uiarum tuarum recordabuntur.* ] Inaspectabilis quidem est natura diuinitas. Deum enim nemo uidit unquam, se cundum id quod scriptum est. Cernitur tamen animi oculis ex his quæ gesserit & admirabili ter & ineffabiliter. Inaspectabilia em̃ eius, inquit, ex creatione mundi, operibus intellecta perspiciuntur, æterna scilicet eius potentia ac diuinitas. Cognoscitur etiam non rarò, ex his quę beni gnè facit, & suæ quasi serenitatis, ac placabilitatis edit specimen: dum præter opinionem eos fer uat qui omni spe excíderunt, & humi & uelut in terra iacentibus, manum salutarem præbet. Simi le est quod dicunt, qui hanc precationem effundunt. A mundi enim constitutione neque audiuimus, neque uidimus talem Deum, præter te, & quidem solum. Expectantibus enim te, id est, spem in te collocantibus, largiter misericordiam imparties. Sequetur namque semper operarios iusticiæ, eosq; eam consequi par est, qui recordabuntur uiarum tuarum, id est, qui uolũtates tuas exequuntur. Domini enim uias, præcepta eius di
Psal.118 cimus. Siquidem diuinus Dauid psallit alicubi: In uia tua uiuam. Alibi rursus: Viam mandatorum tuorum cucurri, quum dilatasti cor meum.

## CYRILLI COMMENTARIORVM IN HESAIAM

*Libri quinti,*

*Tomus Sextus.*

ECCE *tu iratus es, & nos peccauimus. Propterea erauimus, & facti sumus uelut immundi omnes nos, & tanquam pannus menstruæ mulieris omnis iusticia nostra. Defluximus autem tanquam folia, propter iniquitates nostras. Sic uentus aufert nos, & non est qui inuocet nomen tuum, & cogitet te assequi. Quia auertisti faciem tuam à nobis, & tradidisti nos propter peccata nostra.* ] Visum est quibusdam Interpretum, alium sensum his uerbis apponere. Inuertunt enim di-



ne omnino à coniunctione cum Deo excidant. A colligunt inde se propter iram & peccata despectos esse, iramq; his de causis concipiunt. Qui enim potest iniuriã prohibere, prætermittit tamẽ, & res aduersas & asperas ad finem usque progredi & procedere permittit, acerbam iram proculdubio in eos destillasse & effudisse eum, manifestum est: ita ut etiam suam gloriam neglectui habuerit, & ludibria hostium sustinuerit. Quandoquidem bene accidit, eos pœnas dare, quos par est ob multa peccata supplicio affici.

Quia uerò propter multa peccata ad hoc deducti sunt, preces optimo artificio textunt. Cùm enim non possunt operibus & inculpata uita Seruatorem placare, ad aliud se conferunt. Rogant enim: ut creatorẽ, ut sui figmenti rationem habeat, & misericordiam conferat in eos qui ab ipso in rerum naturam & uitam producti sunt. Pater enim noster, inquit, nuncuparis, nosq; sumus opera manuum tuarũ. Itaque ne irascaris nobis grauiter. Non ignorant se offendisse, imò confitentur, quòd se pœna dignos effecerint, immaniter debacchati in filium. Idcirco etiam precationem tantùm non conscindunt, nec liberum sibi accessum aditumq; faciunt, sed aliquãtulum parrhesiam & fiduciam contrahunt, Deumq; orant B miserabiliter, ne omnino sibi irascatur: sed ut furorem placabilitate coniungat & contemperet. Digni quidem, inquit, sumus plane ira, adeò grauibus malis implicati: at tua clementia dignum est, iram etiam iustam in nos minuere & decurtare. Tempore igitur afflictionis, inquit, ne memineris peccatorum nostrorum, sed cogita populũ tuum nos omnes esse, & ciuitatem Sancti tui, id est, in qua tuum est sanctuarium. Significant inde Templum.

FACTA *Est deserta Sion, quasi solitudo facta est Hierusalem, execratio domus sanctæ nostræ gloria quam prædicarunt patres nostri, igne combusta est, & omnia gloriosa conciderunt. Et in his omnibus tu sustinuisti Domine, & tacuisti, & nos uehementissimè humiliasti.* ) Cum præsignificarint animi mala, prædixerintq; se peccatis irretitos, instabiles, & foliorum instar omni flatu huc illuc iactatos esse: commemorant deinceps & externas calamitates quæ illatæ sunt: ac uidentur Hierosolymorum uastationem deplorare, templiq; incendium. Nam post Seruatoris crucem, hæc omnia effecta sunt. Et deserta, inquit, facta est Sion, quæ adeò speciosa fuit aliquando, celebris, & populosa. Factaq; est execratio domus sanctæ nostræ. Execrationem dicunt, pro, contradicendi & conuiciandi materiam, Deum ignorantibus. Cultores enim dæmoniorum, cum sancti, aut qui aliquo modo adhærent Deo patiuntur supplicium, prosuse rident & efferuntur, & maiestatem eius qui seruat illos ludibrio habent. Putant enim fortassis manum eius laborare, nec posse illos seruare: D nec cogitant eos pœnę ideò subiectos esse, quòd ea patrauerint quæ illi displicent. Execratio igitur facta est domus sanctæ nostræ. Sanctum enim fuit apud illos Templum: Etigne combustum est, inquit, quod uoce sanctorum patrum adeò decantatum, celebratum ac prędicatum est. Concidisse ait omnia gloriosa. Nulla enim erat omnino uenerario sacrosanctorum uasorum, quæ in diuino Templo posita fuerunt, nulla reuerentia his qui illa diripiunt, & incendunt. At sustinuisti, inquit, in his omnibus & conticuisti, nósque ad solum usque prostrauisti. Quia enim repellere poterat hostilem incursum, præmisit tamen eos inualescere, & in ipsum etiam templum irruere:

CAP. LXV.

APPARVI *His qui me non quærunt, inuentus sum his qui me non interrogant, dixi: Ecce adsum genti, quæ non appellauit nomen meum. Expandi manus meas tota die, ad populum incredulum et contradicentem, qui non ambulauit in uia uera, sed post peccata sua.* ) Necessariò iam prædictis hæc inferuntur. Nam quoniam dixerunt: Quid seduxisti nos Domine à uia tua? obdurasti corda nostra, ne timeremus te: adieceruntq;, Facta est deserta Siõ, quasi solitudo facta est, Hierusalem, & execratio domus sancta nostra: deinceps necessariò, Christi ipsius persona inducta est, causas uelut referens, cur hæc meritò passi fuerint. Non sibi causas adscribunt, sed in crimen uocant fere illum, qui dignam illis pœnam inducit. Apparui enim, inquit, me non quærentibus, inuentus sum me nõ interrogantibus. Sua nanque sponte Seruator ingressus in synagogas, docuit illos, prędicans Euangelium regni, & curans omnem morbum & omnẽ infirmitatem in populo, sicuti scriptum est. Quid enim non factum est ab eo, quod non superat omnem & orationem & admirationem? Leprosi manus tactu & nutu diuino liberati sunt: excitati e monumentis mortui: cæci optatissimam lucem receperunt: exilierunt uelut cerui pede capti. Hæc spectantibus dixit Christus: Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere: Sin facio, etsi mihi non credatis, operibus meis credite. Dixi igitur, inquit: Ego adsum, genti, quæ non appellauit nomen meum. Inuenitur enim dicens, nunc: Ego sum lux mundi: nunc rursus: Si quis sitit, ueniat ad me & bibat. Qui credit Ioan.7. in me, sicuti dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuę tis. At noluerunt appellare nomen eius, quamtumuis diserte diceret, & quidem sæpe: Ego sum. Fuisse autem eos admonitionis impatientes, & similes his qui aures non habent, duros & inobedientes, ostendit cùm ait: Expandi manus meas ad populum inobedientem, ac contradicentem. Solemus enim semper cùm refractarios alloquimur, & immorigeros, cùm clamore manus extendere, & grauiter in illos inuehi. Sed non ambulauerunt, inquit, in uia uera. Nullo enim modo admiserunt salutarem prædicationem, sed peccata sua sequuti sunt, id est, effreni impetu ad solutam uitam maximeq; legibus contrariam deuoluti sunt, quæ pœnam ipsis & interitum accersiuit. Hoc rursus Seruator illis dicere inuenitur: Amen dico nobis, Si non credi

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ioan.8. deritis quòd ego sim, in peccatis uestris moriemi A ni. Admoniti enim retinebantur, ac denunciabant subiectis manui suæ: Dæmonium habet & insanit, quid ipsum auditis? Illud insuper claman tes: Non propter bonum opus lapidamus te, sed propter blasphemiam, quia tu homo cùm sis, facis teipsum Deum.

POPVLVS HIC *Exacerbans me, in conspectu meo semper. Isti sacrificant in hortis, & suffitum faciunt in lateribus, dæmonijs quæ non sunt. Et in monumentis ac speluncis dormiunt propter insomnia, comedunt carnes suillas, & ius sacrificiorum. Pollu ta omnia uasa eorum: dicunt, longè à me, quia mundus sum, ne appropinques mihi. Iste fumus furoris mei, ignis ardet in eo omnibus diebus.*) Impios Israelitas arguit, nec solùm aduentus tempore, sed retrò, & uelut ab ipsa stirpe & ex patribus, qui diuina eius lege reiecta, & B Mosaicis præceptis tantùm non uale dicto, idolis seruierunt, & falso nuncupatis dijs sacrificarunt, & immundorum spirituum cultores extite runt. Hic populus, inquit, est qui semper me exacerbat. Sacrificarunt enim indesinenter, id est, longo tempore, in conspectu meo. At quomodo latere poterant, cùm Deus omnia inspiciat? Dixit enim per quendam ex sanctis prophetis, Deus appropinquans ego sum, dicit Dominus, & non Deus è longinquo. Me non celabitur quicquam. Si ergo nihil eum celetur, quomodo latue runt quidam suffitum facientes in hortis, uel in syluis, montibus & lucis? Quid igitur significat: In conspectu meo? Scilicet in ipso templo quod mihi consecratum est. Simile quiddam dixit etiã uoce Hieremiæ de Hierusalem: Quam abomina C tionem fecit dilecta in domo mea? Abominatio nem nominare cõsueuerunt sacræ literæ idolum. Itaque & ob oculos meos suffitus faciunt, inquit, & in hortis, id est, in montibus, uti dixi, sub quercu & populo & arbore umbrosa, secundum id quod scriptum est. Sacrificarunt, ut uidetur, Græcorum morem sequuti, quibusdam dæmonibus, Nymphas illi uocãt: Amadriadas, & Montanas. Sed non sunt, inquit, non quòd non subsistant ex itiosi dæmones: sed quòd non sint prout illi qui sacrificant illis opinantur. Sacrificarunt etiam in monumentis & speluncis, necromantica quædã, ut uocantur, exercentes, sicuti apparet. Dormiebant etiam in monumentis, insomnijs quibusdam & spectris decepti, & noticiam rerum futurarum indagantes. Eiusmodi sunt enim impieta- D tatis Græcorum inuenta. Calcasse eos quoque legis præcepta, demonstrat, inquiens: Comedunt carnes suillas. Interdixit enim hæc Israelitis. Absorbebãt etiam ius sacrificiorũ, omni impuritate repleti, sordes non eluendas habentes, putantes deinde ad summum omnis puritatis gradum se peruenisse, adeò ut dicerent appropinquare uolentibus, longè à me, appropinques mihi, quia purus sum. Mali enim & impuri dæmones, persuadent his qui se adorant, quòd etsi omnia præter æquum & bonum agant, imò etiam res inquinatissimas, futuri sint puri: face illis prælucente, igne circumeunte, uel etiam aquarum abstersione, & fabulis anilibus incantantibus. Cæterùm hæc omnia, inquit, impiè & flagitiosè ab illis perpetrata, fumus sunt furoris mei, & ignis ardet in eo omnibus diebus. Scimus autem, cùm ignis accendendus est, exoriri prius fumos. Itaque ante Seruatoris aduentum, cùm in sordibus uersaretur, quem modò diximus, Israel, uelut fumi quidam & initia diuinæ iræ apparuerunt. Postquã uero prioribus suis impietatibus addiderunt etiam debacchationem in ipsum uniuersorum Seruatorem & Redemptorem: interfecerunt enim principem uitæ, furor deinde accensus est, & in flammam quodammodo fumi conuersi sunt.

ECCE *Scriptum est in conspectu meo. Non tacebo donec reddam & retribuam in sinum eorum peccata sua, & patrum suorũ, dicit Dominus, qui suffitum fecerunt in montibus, & in collibus probris affecerunt me. Reddam opera eorum in sinum suum.*) Perinde est ac si dicat: Quæ cùm offensione & dolore meo à patribus eorum et ab ipsis impiè facta sunt, propemodum in tabula depicta contemplor, & obseruantur meis oculis. Quomodo hæc tam grauia & inconsolabilia mala pati potero? Reddam omnino in sinum eorum, memoria etiam tenens patres eorum, qui suffimenta fecerunt in montibus, & in collibus probris affecerunt me. Obserua quòd cùm dixerit illos suffitus adolere in hortis, hîc dicat in montibus & collibus: hortos, arbitror, uocans, syluas in mõtibus, quemadmodum suprà diximus. Sacrificantes impuris dæmonibus, deinde gloriam deo debitam minimi faciẽtes, tantùm non probris eũ, perinde ac si Deus non esset, affecerunt. Velle enim in totum nõ dijs adhærescere, nihil aliud est, quàm diuinam & supremam maiestatẽ conspurcare. Reddam igitur, inquit, opera eorum in sinũ suum. Ab omni enim bono deciderunt, illapsiq; in graues & ineuitabiles calamitates, mali male perierunt.

SIC *Dicit Dominus, quemadmodum inuento acino in botro, dicent: Ne perde hunc, quia fortunabitur: sic faciam propter eum qui seruit mihi, cuius causa non perdam omnes. Et tollam ex Iacob semen, & ex Iuda, & possidebit montem sanctum meum. Et possidebunt electi & serui mei, & habitabunt ibi.*) Diuina ira Iudæis inflicta est, & dignas pro ratione delictorum pœnas dederunt. Verùm non funditùs omnes & sine discrimine perierunt. Iustus enim Iudex est, nec cum impijs simul perdet bonos. Illustrem autem adhibet quasi imaginem, & exempli loco sumit botrum, uno acino seruato, uel alijs admirabilioribus & insignioribus. Deinde agricolam, uel Dominum prædij inducit dicentem cuidam: Ne perdas eum, quia fortunabitur. Sic faciam, inquit, propter eum qui seruit mihi, id est, adeò præcise agam, ut etiam si in una ciuitate alij omnes ad ignauiam declinent, si tamen unus solus inueniatur fidelis & sequax: hîc consequetur misericordiam, & cum alijs in periculũ nõ uocabitur, quibus iuste intentatur iudiciũ. Non enim perdã omnes, inquit. Insilijt enim ueluti, cõtra Iudæorum arrogantiã, Domini furor, tantùm non comburens inobedientem & refractarium. At prouidentia Dei seruatus est, quisquis inter illo-



illos erat salute per Christum dignus. Nimirum A diuinus Paulus gratuita electione partem quandam desumptam fuisse dicit, & secretione ac segregatione quandam, tanquam ex omni Iudæorum regione, reliquias Israelis ad fidem irretitas & illaqueatas. Non ergo, inquit, perdam omnes, sed tollam ex Iacob semen & ex Iuda. Tollam, hîc intelliges, non, Perdam: sed excelsum & suspiciendum reddam. Tollere nanq; interdum est, euehere. Tales extiterunt quod ad gloriam, inquam, diuini discipuli, sublimes & spectabiles omnibus ubilibet, et tanquàm ciuitas in monte sita, & lucerna super candelabro posita, ac lucens omnibus, qui in domo sunt, secundum uocem Seruatoris. Hoc igitur est semen ex Iacob & Iuda. Possidebit, inquit, montem san- B ctum meum, nempe Ecclesiam. Sic enim eam designat alibi, ipse sapientissimus Hesaias, loquens de uocatis per fidem in Christo ad diuinę eius naturæ participationem siue communionem: Quia bibent lætitiam, & bibent uinum, unguentur unguento in monte isto. Trade hæc omnia gentibus. Decretum enim hoc ad omnes gentes pertinet. In mõte igitur isto, inquit, hæreditas erit meis electis, & inter illos habitabunt omnes, quicunq; regni mei iugum subeunt. Nihil absurdi erit, si dicas supremam ciuitatẽ cœlestem Hierusalem, montem nominari: in quo Sanctorum
2.Cor.2. sors est, deo illis distribuẽte bona, quæ nec mens, nec oratio potest capere. Oculus em̃, inquit, non uidit, auris non audiuit, ac in cor hominis non a- C scenderunt, quæ parauit Deus diligentibus se.

ET ERVNT *in sylua ouilia gregum, & uallis Achor, in requietem armentorum populo meo, qui quæsiuit me.*) Solenne est scripturæ diuinitus inspiratæ, nonnunquam syluis spississimis, & floribus densis, popu losas urbes & regiones comparare. Nam quidam
Zach.11. è sanctis prophetis dixit, uelut ad Iudęorum matrem, Hierusalem, inquam: Aperi Libante fores tuas, & deuoret ignis cedros tuas. Vlulate quercus Basan, quia succisus est saltus consitus. Nemo autem dixerit, iubere illum pinus & quercus plorare, est enim id plane ineptum: sed, ut dixi, assimilare dignatur lignis, innumerabilem eorum qui in urbibus sunt & regionibus multitudinem. Vlularunt autem Iudæi, cùm hostium gla- D dijs subijcerentur, propter impietatem in Christum. Psallitq; diuinus Dauid, utpote apparituro mox Christo, in mundo: Tunc exultabũt omnia ligna sylue, à facie Domini, quia uenit ad iudicandum terram. Itaque in sylua, inquit, id est, in multitudine gentium, seu in urbibus eorum & regionibus, ouilia erunt gregum, Christi uidelicet Ecclesiæ, & uallis Achor requies armentorum populo meo, qui quæsiuit me. Achar hîc oriundus est ex semine Israel: deleta autem Hiericho, deinde iubente Deo omnia quæ in ea fuerant consecrare, furatus est ex anathemate. Deprehensus à Deo, acerbas pœnas dedit: nam cum tota domo periit, pœnam eius constituente Iesu filio Naue. Itaq; execrabilis factus est uallis Achor. Cuiusmodi erant regiões gentium, execrationi deuotæ, & Deo inuisæ, utpote cùm in illis nullus sit, qui naturà Deũ cognorit. Verùm, inquit, hæc regio priscis temporibus execranda, requies erit armentorum, id est, stabula ouium intelligibilium, manui Christi principis omnium pastoris subiectarum, qui Iudaicum populum alloquutus est, Ioan.10. dicens de gentibus: Alias oues habeo, quæ non sunt de ouili hoc: quas etiam oportet me adducere. Eritq; unum ouile, unus pastor. Quæsiuerunt nanq; illum per fidem, qui aliquando errauerũt: quo inuento, facti sunt eius domestici, & concíues sanctorum, & cohæredes promissorum ipsis bonorum.

VOS *Qui reliquistis me, & obliti montis sancti mei, & parantes dæmoni mensam, & implentes Fortunæ potionem: Vos ego tradam, inquam, gladio, & omnes cæde cadetis. Quia uocaui uos, & non audiuistis. Loquutus sum, & audiuistis, & fecistis malum in conspectu meo, & quæ non uolebam elegistis.*) Quemadmodum inultum non tulerunt Israelitæ, cùm Christo non obedirent, traditi sunt enim occisioni, reliquijs misericordia & humanitate Dei seruatis: sic & in gentium uocatione intelliges. Qui nanque salutem per Christum arripuerũt, immunes fuerunt ab igne, supplicio, & diuina ira. At qui in sua permanserunt ignorantia, & inquinamenta ueterum scelerum non delerunt, eo quod uellent idolorum adhærescere cultibus: tradentur ad cædem. Descendent enim ad inferos, & supplicium æternum habebunt per ignem inimitabilem. Vos igitur, inquit, reliquistis me, id est, semper apostatæ, & qui prorsus uelut obliuioni tradidistis montem sanctum meum. Quidam enim qui errauerunt & creaturæ seruierũt, ne nosse quidem, ut sic dixerim, sustinent nomen Ecclesiæ: parantes dæmonijs mensas, & potiones implentes Fortunæ. Hoc factitarunt, quorum animus diabolica caligine oppletus erat. Trademini ad cædem: Si quis causam audebit quærere, sic ei respondeo: Vocaui, & non audiuistis, sed manentem habetis nequitiam, quæ non potest abijci, & ea sola patratis, quæ à meis dissentiunt legibus, omnemq; honestatem adulteratis, & illa expetitis & elegitis studiosè, unde posit, quis omne genus turpitudinis contrahere.

QVAMOBREM, *Hæc dicit Dominus: Ecce qui seruiunt mihi comedent. Vos autem esurietis. Ecce qui seruiunt mihi, bibent. Vos autem sitietis. Ecce qui seruiunt mihi, lætabuntur. Vos autem pudore afficiemini. Ecce qui seruiunt mihi, exultabunt lætitia. Vos clamabitis præ dolore cordis uestri, & præ contritione spiritus ululabitis. Reliquistis enim nomen uestrum, in saturitatem electis meis. Vos autem interficiet Dominus.*) Componit semper, idq; necessario cum coronis ærumnas, ut utroque modo adducat eos, ut sentiant & faciant quæ ipsi placent. Nam sicuti præmia ad uirtutis desiderium inescant: sic pœnæ acerbitas à uitiositate interdum deterret, & reuocat ad meliora. Artificiosissimè igitur in animos uocatorum influit, cùm præmia illis promittens, tum punitionem minitans. Comedent enim, inquit, qui seruiunt mihi. At uos esurietis. Bibent illi, sitietis uos.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Gaudentibus illis, uos ignominia afficiemini. A Nam qui natura & uere Deum agnouerunt, & à falso nuncupatis diis resilierunt, ueriq́ue cultus pulchritudinem admirati sunt, deliciabuntur uere superis benedictionibus, saginantes corda, accedentes ad uiuificam mensam omnium nostrum Seruatoris Christi, panem uitæ edentes, & diuinum potum bibentes: unde fiant superæ uoluptatis participes. Purgat enim à peccatis, ac dolorem eximit, supplicijsq; metum non sinit animas nostras obruere. Lætamur enim potius spe bonorum, quæ destinata esse diligentibus Deum, referunt sacræ literæ. Sed uos, inquit, qui in errore nata esse diligentibus Deum, referunt sacræ literæ. Sed uos, inquit, qui in errore manssistis, clamabitis præ dolore cordis uestri, & præ B contritione spiritus ululabitis. Descendente enim cœlitus omnium nostrum Seruatore Christo, & cuique pro operibus tribuente, plorabunt omnes, & lugebunt, qui Deum uerum non agnouerunt, sed peccatis ipsi suis immortui sunt. Reliquistis enim, inquit, nomen uestrum ad saturitatem electis meis. Vos autem interficiet Dominus. Considera mihi rursus sensus profundi tatem. Solet scriptura diuinitus inspirata, saturitatem interdum uocare, satietatem & odium. Dixit enim deus Israelitico sanguine oriundis: Non Hesa. 1. remittam peccata uestra. Facti estis mihi in saturitatem. Vos ergo, inquit, à falso nuncupatis diis non discessistis, sed in peccatis uestris mortui estis, nomen uestrum in saturitatem, uel odium reliquistis electis meis. Nemo enim eorum qui semel electi sunt, nomen superstitiosorum admittet. Refugit nanque quisque uocari Dei, osor simulacrorum cultor, impius, prophanus: cupitq; magis dici populus sanctus, gens electa, regium sacerdotium, secundum diuini Petri uocem. Sin cui uisum fit, hoc quod dictũ est, Israelitis accommodareut illis dicatur, Reliquistis nomen eius in satietatem electis meis: dicimus quidem uocatum fuisse Israelẽ, liberos Dei, eiusque populum & sortem: sed postquam in effrenationem toto impetu proruerunt, hac tanta illi gloria excideruntq́ue uelut hæreditario iure possederunt qui ex Gentibus uocati sunt. Et hoc est, opinor, quod dixit Deus uoce Osee: Vocabo D non populum meum, populum meum: & dicam non populo meo, populus meus es tu.

AT QVI *Seruiunt ei, uocabuntur nomine nouo. Qui bene dicent in terra, benedicent Deo uero. Et qui iurant in terra, iurabunt per Deum uerum. Obliuiscentur enim afflictionis prioris suæ, neque ueniet in cor eorum. Erit enim cœlum nouum & terra noua, & non recordabuntur priorum, neque uenient illis in mentem, sed læticiam & exultationem inuenient in ea.*) Omnia facta sunt in Christo noua, cultus, uita, legislatio. Non enim iam umbris & typis inutilibus adhæremus: sed Deo, qui supra omnes est, in spiritu & ueritate cultum præstamus & ueneration em. Neque appellamur ut Israelitico sanguine oriundi, uel ut ex gentis principibus, aut patribus, Ephraim, uel Manasses, uel ex alia quasi tribu, sed neque Scribarum & Pharisęorum uiam ingredimur, literæ uetustatem summo habentes in precio, sed in nouitate uitę Euangelicę ad Christum accedimus, & nomen eius uelut corona insigniti & redimiti, Christiani nuncupamur. Hoc est illud celebratissimum & per omnem terram sub cœli complexu benedictum. Et quia nos benedicti sumus à Christo, studemus etiam nos illum benedictionibus & perpetuis laudibus oblectare. Olim enim & ante fidem in ipsum, odas contexentes non diis, iure ridebamur. Postquam autem naturà Deum nouimus, illum celebramus, & fructum labiorum ac linguæ ipsi offerimus, laudes eius commemorantes. Sique opus usuue fuerit iurisiurandi confirmatione, in re quapiam, iurant per Deum uerum. Est enim in more idolorum cultoribus iuramentum per cœlum uel per aliud quodpiam in eo elementorum nuncupare. At qui fidem receperunt, & iuueniliter ac strenuè à suis dilectis recedunt: per solum uniuersitatis Deum iurant, scientes ipsum natura & uere Dominum esse, & præterea neminem alium. Hoc etiam per Moysem præcepit lex. Dominum enim, inquit, Deum tuum adorabis, & eum solum coles, & in nomine eius iurabis. Ac deinde: Obliuiscentur afflictionis prioris, & non ueniet illis in animum. Afflictionem uidetur hic nominare, quas passi sunt ærumnas: cum Deum nescientes uerum, dæmoniorum peruersitati seruierunt. Iubebantur etenim sacrificare illis, non- C modo oues & boues, sed etiam fœtus uteri sui, quemadmodum scriptum est: Sacrificarunt quidam filios & filias. Ærumnæ alio modo fuerunt, sic innumerabiles deos colendo, & adorãdo ignotos. Probabile est etiã, quibusdã insidias structas esse, certè ita sentire non est improbabile: quia cùm illis fortiores essent execrandi & sanguinarij dæmones, etiam opprimere potuerunt, cùm à Deo non protegerentur. Huius, inquit, afflictionis suæ obliuiscentur. Erit igitur cœlum nouum & terra noua. Qui, aut quomodo? Putabant enim olim deos esse, terram & cœlum: at luce diuina in animum admissa, per omnium nostrum Seruatorem Christum, nouas quasi sententias ac notiones in se habebunt. Scient nanque non esse deos, sed omnium artificis & fabricatoris figmenta. Sic, inquit, animo affecti, non ultrà recordabuntur priorum. Abijcient enim simul cum Græcismo, etiam quas habuerunt opiniones, de illis elementis, & his qui deceperunt, siue dæmonijs siue hominibus, qui errori consenserunt & lingua sua patrocinati sunt. Pro afflictione, inquit, antiqua læticiam & exultationem inuenient in ea. In qua re Certè, inquit, in Ecclesia Christi. Notandum est necessariò, quosdam Interpretes hæc referre ad tempora non aduentus, sed futura post hoc præsens æuum. Fore enim iustos in lætitia & gaudio, dicit, & in perpetuis delicijs, spiritualibus uidelicet, & ipso hoc opificio mutato in renouationem. Dixit enim quidam è sanctis Apostolis: Veniet enim dies Domini tan quam



quam fur, in quo cœli procelli in morem transibunt, elementa exusta dissoluentur, terra & quæ in ea sunt conflagrabunt. Cœlos nouos & nouam terram, & promissa eius expectamus. Liberum ergo & licitum est cordatis, quam uelint interpretationem, hanc uel illam eligere. Abijciendum enim est nullo modo, quod prodest.

*Quia ecce ego facio Hierusalem exultationem, & populo meo lætitiã, & exultabo de Hierusalem, & lætabor de populo meo. Nec ultrà audietur in ea uox clamoris, neque fiet illic immaturus, & senex, qui non impleat tempus suum. Erit enim adolescens centum annorum, at moriens peccator centum annorũ, execrabilis erit.*) Profunda hæc considerario, & obscura admodum est propositæ nobis prophetiæ mens. Verùm, ut potero, conabor explicare. Hierusalẽ igitur, ut uidetur, hic dicit, non antiquam illam, sed potius ex Iu- B dæis & Gentibus Ecclesiam. Huic exultationem & læticiam ostensurum se pollicetur. Et quidem uerum est, ut experiẽtia testatũ. Nihil enim tetricũ in ecclesia Christi, diues est spe sempiternę uitę, & perennis gloriæ: multum habet splendoris etiam in hoc mũdo. Vel etiã aliter: Exultationẽ, inquit, & læticiã constituã meipsum Hierusalem. Gaudebo enim de populo meo: causasq; uoluptatis infert, dicens: Non ultra audietur in eà uox luctus, neq; uox clamoris. Ex accusatione quasi rerũ antegressarum, Ecclesiæ laudem contexit Deus. Olim enim Iudaicæ synagogæ præfecti, propter dona iudicabant: neq; nouerunt iuste causam agere orphani & uiduæ. Sed quia turpis lucri cupidi fuerunt, innocentem & iustum condemnabant. Qui autem hæc passi sunt, eos utpote oppressos necesse omnino erat lachrymari, & cum clamore Hier. 6. lugere. Dictum itaque est uoce Hieremiæ de Hierusalem: O ciuitas mendax, nihil nisi uiolentia in ea. Vt pureus refrigerat aquam: ita frigidam facit maliciam suam. Impietas & miseria audietur in ea contra faciem eius semper. Dixit item alius Amos 2. à prophetis sanctis: Et pulsabant capita pauperum, & uiam humilium deprauarunt. Lætabor ergo, inquit, de populo meo, cum uideo illum uerè iustitiæ esse operarium. Lacrymabitur enim ex illis nemo, uidelicet iniuria affectus: & rursus clamabit nemo, quasi oppressus. Et non fiet illic, inquit, immaturus & senex, qui nõ impleat tempus suum. Erit enim adolescens centum annorum: at qui moritur peccator centum annorum, etiam execrabilis erit. Hoc sibi uult propheta, ut ego quidem arbitror. Immaturum enim uidetur existimare eum, nouum adhuc populum ex gẽtibus, de quo Dauid: Populus qui creatur laudabit Dominum. Illos q; in Epistola affatur Christi discipu- 1 Pet. 2. lus, dicens: Tanquam modo nati infantes lac rationale, doli nescium concupiscite. Itaque immaturus est nouus. Senex, ex circuncisione, & ex sanguine Israel: utpote adscitus & ad intelligibilem Ecclesiam adsumptus. Sed in uocatione, inquit, per Christum, & temporibus aduentus, neque immaturus neque senex inter se different. Nam omnes erunt perfecti, & omnes implebunt tempus: id est, in uirum perfectum euadent, & ad mẽ- A suram ætatis plenitudinis Christi. Adolescens enim, id est, gentilis populus, erit centum annorum, pro, perfectus & mente canus, & ad spiritualis ætatis summum gradum pertingens. Perfectionis nanque signum seu symbolum est, centum annorum, etiam execrabilis erit. His uerbis ostendit legalem absolutionem fore inutilẽ, eam habentibus, si fidem per Christum non admiserint, & per sacrum lauacrum redemptionem, per quam & quidem solam peccati inquinamenta delemus. Proinde etiamsi, inquit, quis centum annorum existat, id est, perfectionem quæ ex lege est, adeptus sit, maneat tamen peccator, id est, iusticiam per fidem non accipiat, erit etiam execrabilis, pro, etiam legis transgressionibus obnoxius deprehendetur. Nemo enim inter Iudæos ta- B lis ac tantus extitit, qui non aliquo modo ad legem impegerit. Omnes enim peccauerunt, in- Rom. 3. quit, & egent gloria Dei, iustificati gratis ipsius gratia. Quòd autem ex lege perfectis & consummatis, Christi gratia non adiuncta, inutile sit illud studium, pulcherrimè demonstrat sapientissimus Paulus, quibusdam scribens, se pro sterconibus habuisse quæ in lege sunt omnia, ut Christum lucretur, & inueniatur in ipso non habẽs suam iusticiã, quæ est in lege, sed quæ per fidem est Iesu Christi. Iudæos etiam insimulat quasi amentiæ, sic dicẽs: Ignorantes enim Dei iusticiam, & suam uolentes constituere, iusticiæ Dei non sunt subiecti. Finis enim legis Christus, ad iusticiam omni credenti. C Rursus dixit: Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores, scientes non iustificari hominem ex operibus legis, & non nisi per fidem Iesu Christi. Et nos in Christum credidimus. Ideoq; dictus est Christus maledictio, ut à legis maledictione eximeret, qui ei fuerũt obnoxij. Scriptum est enim: Maledictus omnis qui non manet in omnibus Deut. 27. quæ scripta sunt in lege libri huius, ut ea faciat. Gal. 3.

*Et ædificabunt domos, & ipsi inhabitabunt: plantabunt uineas, & ipsi comedent fructum earum. Nec ea quæ ædificabunt, alij inhabitabunt. Neq; ea quæ plantabunt, alij comedent. Nam ut dies ligni uitæ, erunt dies populi mei, opera manuum suarum durabunt. Electi mei non laborabunt frustra, neq; filios generabunt ad detestationem. Quia semẽ benedictum est à Domino. Et fiet, antequam clament ipsi, ego exaudiam eos. Adhuc loquentibus illis, dicam:* D *Quid est?*) Pacem illis quæ non labefactabitur, misericordiam, propitiationem, bonitatem & humanitatem appromittit. Antiquitùs enim ex sanguine Israel oriundi, insigni insania, multiplicibus uitijs, & quòd recte uiuere nollent, continenter uniuersorum dominatorem Deum irritabant. Hanc ob causam multis modis puniti sunt. Nunc etenim quæ in agris fuerunt corrumpebantur: & rei rusticæ sudores frustra tolerantes, fame cingebantur. Scriptum est enim: Dedi squalori fructus eorum, & labores locustæ. Dictum est etiam illis per unum è sanctis prophetis: Tuseres, & non metes. Tu parabis oleam, & non ungeris oleo: uinum, & non bibes. Et rursus: Domos politas ædificabitis, & non habitabitis in eis. Vineas desiderabiles plantabitis, & non bibetis ui-

Universidad de Deusto
Biblioteca



num eorum. Ingruebant enim interdum hostium impressiones, ut partim gladijs eorum consumerentur, partim hæc supplicia metuentes, è domo sua ac patria effugerent, & ad alias sedes se reciperent. Sed hæc prisci illi passi sunt, nec semel, propter multa peccata. Qui uerò gratiam Christi per fidem arripuerunt, & sordes peccati per sacrum lauacrum abluerunt: non in hæc illorum mala incident, nec eorum in quibus elaborauerunt spiritualiter, damnum de improuiso sustinebunt: sed delectabuntur suis præclare factis, secundum id quod in Psalmis decantatum est: Fructus laborum tuorum manducabis. Nemo enim illos ejiciet, nec unquam à danda ipsis à deo sede trudet. Multæ enim sedes sunt apud patrem. Sed nec à sorde danda nec à digna feracitate sibi conueniente decident. Erit enim uita eorum, inquit, ut dies ligni uitæ: id est, sancta. Talis enim erat, ante transgressionem, in protoplastis ac primis parentibus, cùm etiam liceret illis ligni uitæ participare, execratissimo & Deo inuiso peccato nondum locum in illis habente. Aliud non dissimile adiungit prophetica oratio: Opera enim, inquit, manuum suarum durabunt, id est, cursum in rebus gerendis certum habebunt, & immutabilem. Quod dico, ita se habet. Data est enim Israelitis per Moysem lex: sed in illa erat umbra & typus, speciem ueritatis habens, non ipsam ueritatem. Illucescente Christo, mutati sunt typi in ueritatem, & umbræ uelut inclinarunt & inuererarunt: id est, non semper robur suum habuit legalis conuersationis uirtus. Itaq; opera Israelitarum non durarunt, inutilis quippe est legalis cultus, quod ad typos attinet. At qui in Christo sunt durabunt. Non enim alia illis lex dabitur, quæ Euangelicorum oraculorum uirtutem in melius commutet. Dictum est enim per uniuersorum Seruatorem Christum, uoce psallentis: Iusticia tua, iusticia
Psal.118. in seculum, & lex tua ueritas. Electi, inquit, mei non laborabunt frustrà, neque liberos gignent ad detestationem. Rursus docet, uelut ex contentione & oppositione eorum quæ quondam præfectis Iudæorum contigerunt: hi autem sunt Scribæ & Pharisæi, qui lege relicta, & docentes doctrinas, mandata hominum, patres quidem extiterunt liberorum, per disciplinam scilicet, at frustra, & ad detestationem. Hoc etiam nos docuit Seruator, Scribas & Pharisæos reprehendens.
Matth.23. Dixit enim: Væ uobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum. Quod si fiat, facitis illum filium gehennæ, duplo magis quàm uos estis. Itaque illi liberos genuerunt in detestationem & in uanum. Sed electi, inquit, mei, id est, diuini discipuli, uel omnino meorum oraculorum administri, non gignent liberos ad detestationem, neque frustra suos posteros. Semen enim benedictum erit, semen eorum, & benedictum Deo. Quod autem illis adhærebit, clementer & humaniter illis omnia largiens, & precibus A eorum paratissimam aurem præbens, ostendit, cùm dicit: Priusquam clament illi, ego exaudiam eos. Adhuc loquentibus illis, dicam: Quid est?

*Tunc lupi & agni pascentur simul, & leo quasi bos comedet paleas, & serpens terræ, quasi panem. Non nocebunt, neque uastabunt in monte sancto meo, dicit Dominus.*) Bifariam hæc accipies. Vel enim duorum populorum per fidem unionem significare potest sententia prophetica: uel qui quondam agrestium ferarum more sanctis insultauerunt, & Ecclesiam infestati sunt, serpentibus non dissimiles, cum illis in unum affectum animiq; consensionem coalescent, uinculo pacis etiam colligati per Christum, qui iustificat impium, & dispersum collígit, ac luce
B diuina, tenebis inuolutum collustrat, omniaq; conuertit in melius. Facit enim omnia, & transformat, ita uti scriptum est. Hœdi ergo & agni ex lege erant sacrata & munda animalia, adeò ut ad diuinum altare adducerentur, & in odorem suauis fragrantiæ Deo offerrentur. Lupus autem & leo, prophana ac immunda, & his quæ nominauimus infesta. Serpens præterea homini inimicissimus, & naturæ legibus ad hoc incitatus. Verùm cum his qui in Christo purgati sunt, & sanctam & selectam uitam instituerunt, per Euangelicam prædicationem in unam animorum consensionem, quę est in fide, coalescent, etiam hi detestandi quondam & immundi, & belluina crudelitate pectus refertũ habentes: Hi nihil nocebunt, inquit, neque perdent quenquam in monte sanC cto meo, id est, Ecclesia. Comedent enim cum mansuetis efferata. Deliciæ uerò illis Christus, panis uiuus, de cœlo descendens, & uitam dans mundo. Nutrit etiam carne propria ad immortalitatem ac uitam nos refingens, idq́ue sua prædicatione, id est, Euangelica. Non enim solo pa- Luc.4.
ne uiuet, inquit, homo, sed omni uerbo quod prodit ex ore Dei. Obserua agnos & hœdos leonum & luporum cibos non edere. Neque enim dixit: Comedent carnes, sed lupi & leones mansuetis utentur cibis non indomitis, qui palearum nomine significantur. Neque sequentur immundos, mundi: neque illorum institutum ac uitam æmulabuntur, sed prophani potius mitium & purorum probitatem imitabuntur.

D

## CAP. LXVI.

*SIC dicit Dominus: Cœlum mihi solium, ac terra scabellum pedum meorum. Qualem domum ædificabitis mihi? Et qualis locus requietis meæ? Omnia enim hæc fecit manus mea, fiunt mea hæc omnia, dicit Dominus. Quem respiciam, nisi ad humilem & quietum, ac trementem sermones meos? At iniquus qui sacrificat mihi uitulum, perinde agit ac si occideret uirum. Qui offert similam, is quasi sanguinem offert suillum. Qui dat thus ad sui memoriam, est quasi blasphemus.*) Cùm abunde sermonem suum ad gentes pertexuerit, mystagogiam ad ipsum iam Israelem cõuertit. Vult enim eos à legali etiam umbra descíscere: sicuti uidelicet illos quoq; iusserit, à pristino error



rore, seductione, & prophana uita recedere. A- A diatus fuerit Israel, quantumuis primogenitus, dicperte itaq; docet, se spiritualem potius cultum æstimare, & curare: umbratilem & typicum non ita magni facere. Vult porrò illos & aliud scire, quòd supercilium erigant, & de re nihil altum sapiant, qui Hierosolymitanum templum excitarunt. Existimarunt enim loco contineri diuinitatem, & in manufactis templis circumscripte & definite habitare: sicut illi falsò nuncupati dij, qui reuera nihil sunt, quàm ligna & lapides. Idcirco ait: O uos qui diuinæ maiestatis præstantiam ignoratis, qui dignitatis & autoritatis meæ magnitudinem non consideratis: Cœlum mihi solium est, & terra scabellum pedum meorum. Qualem domum ædificabitis mihi? Et qualis B
locus requietis meæ? Implet enim omnia diuinitas, & plena eius sunt, terra & cœlum. Humano more dictum sit, solium eum habere cœlum, & scabellum uelut quoddam sibi terram supponere. Quis enim locus eum capiet? aut quæ domus satis erit ampla ad comprehendendum? Omnia enim hæc, inquit, fecit manus mea, & mea sunt hæc omnia. Quæ autem hæc? Videlicet quæ cernuntur, & quæ ultra conspectum sunt. Eius enim est tota constitutio: eius nutu creata & orta sunt, quæ aliquando non extiterunt. Quid igitur ei offeremus, quod eius non
Psal.49. sit? Tale quiddam dicit etiam uoce psallentis: Si esuriero, non dicam tibi. Meę enim sunt omnes animantes agri, iumenta in montibus & boues. C
Noui omnia uolatilia cœli, & pulchritudo agri mecum est. Quem igiturre spiciam, inquit? Omni no ad humilem & quietum, id est, sequacem, & mitem, & meæ uoluntatis ingenuum ac germanum effectorem, ut ad uerba quæ fiant à me contremiscat. Significat inde Euangelicam ac salutarem prædicationem. Hos dignatur intueri, & uelut humiles inspicere. Audax enim & arrogans qui diuinis eius resistit legibus, & ex magna inobedientia, superbam uelui & duram ceruicem mentis suæ contra illum extollit. Legis uerò cultum se non recipere, & odio habere, palàm faciet cum inquit: Qui sacrificat mihi uitulum, est perinde acis qui occidit canem. Qui offert similam, quasi qui sanguinem offert suillum. Qui D
dat thus ad memoriam sui, est quasi blasphemus. Considera igitur, eum non solum non admittere quæ in umbris ac typis posita sunt, sed, ut dixi, odisse. Vituli enim cædem, canis mortem existimat: & rem impuram, similam oleo conspersam. Significat enim hoc, ut opinor, dum eam sanguini suis comparat. Impura est autem sus, ex legis præscripto. Et Libani fumos pari loco habet, quo uocem blasphemam. Transfert igiturhis uerbis eos, ut uelint non iuxta umbram legis, sed Euangelicè uiuere.

*ET ipsi elegerunt uias suas, & abominationes suas, quas anima eorum uoluit, & ego eligam ludibria eorum, & peccata eorum retribuam eis. Quia uocaui eos, & non audiuerunt, & egeruut malum in conspectu meo. Et quæ nolui elegerunt.*) Rursus adornat apologiam, causamq; aperte reddit, cur repu-

dens, filius, & sors Dei nuncupatus. Elegerunt enim, inquit, uias suas, & abominationes suas, quas anima ipsorum uoluit. C m dicit: Elegerũt, declarat eos iudices esse nõ rectos in rebus necessarijs, sed qui dicunt bonum malum, & uertunt tenebras in lucem, & lucem in tenebras: amarum in dulce, dulce in amarum. Cùm enim licuisset ipsis per oracula Euangelica ad omnes uirtutes præclarissimas adduci, cumq; penes ipsos esset, uitia relinquere, amplectiquod est utile: illi, inquit, uoluerunt uias suas, à lege alienas, quę in rete mortis & in laqueũ inferorum eos adducunt. Reuocatq; illis in memoriam pristina eorum peccata. Fuerunt enim illis temporibus idololatræ, & abominationum cultores. Quia igitur uocati sunt, inquit, & non audiuerunt, neq; attenderunt uerbis illis quæ ad ipsos facta sunt, dixit enim: Ego sum lux mundi, & qui credit in me, etiamsi moriatur, uiuet. ac iterum: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos: hinc feram in illos hanc sanctam sententiam, & ego eligam ludíbria eorum, id est, qui ludificent, ac in ipsos debachentur. Designat eos qui uastarunt ludęam, concremarunt sanctam quondam & celebrem ciuitatem, nempe Romanum militẽ. Retribuam enim, inquit, illis peccata sua. Nam quæ ego odi & noluí, ipsi elegerunt.

*Audite uerbum Domini qui tremitis ad sermonem eius: Dicite fratribus uestris, qui uos odio prosequuntur & fastidiunt, ut nomẽ Domini glorioſe prædicetur, & appareat in lætitiam eorum & illi pudefient.*) Transfert orationem ad omnem humilem, & quietum, ac trementẽ sermones eius: quorum quidem primitię & primi fuerunt, & secretione quadam selecti, diuini discipuli. Protrahitur autem uis præcepti ad omnes qui deinceps proficiuntur populo, qui diuino calculo deliguntur sanctarum Ecclesiarum & diuinorum præmiorum, administri: his in mandatis dat, inquiens: Dicite fratrib. uestris, qui odio uos & fastidio prosequũtur. Aut eũ uult eos mites esse & malorũ tolerantes, secundũ traditiones Euãgelicas, & summa patiẽtia, ad spiritualẽ coniunctionẽ inescare eos qui renuũt & refugiunt ipsorũ sodalitiũ: aut illud fortasis mãdat, ut prędicẽt, inquit, gentib. & uocent ad uerã Dei cognitionẽ eos q errauerũt, ludęosq; immundorũ spirituum cultores: quia nõ hi, ut illi multorũ deorũ cultũ receperũt, sed unũ & natura ac solũ Deũ cõfessi sunt. Sed etiãsi, inquit, odio, psequanť uos, & credãt uos esse abominabiles: proferat tamẽ lic apud eos oratio, & fratrũ loco ducãtur, ut nomen Domini glorios prædicet. Irretita eũ est gentiũ multitudo ad gloriã Christi, & in earũ lętícia apparuit. Lætantibus eũ gẽ ibus de gratia eius & salute, pudefacti sunt Israelitę, ut reiecti & odio habiti, ac omnino expertes spei sanctorũ, & eorũ quæ data sunt ab ipso credentib. Sciendũ aũt est, necessario soluisse eum legis præceptũ, cũ iubeat nominare fratres, eos qui sunt ex gẽtibus. Interdixit enim Israelitis, ne commerciũ haberent cũ his q in errore uersati sunt. Nõ eũ loqueris pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca



cem illis, inquit Lex Mosaica. Nec elocabis ilA
lis filiam tuam, nec dabis filio eius, nec filiam
eius accipies filio tuo, ne auertant filium tuum
à me, & abeat, seruiatque dijs alienis. Verum
in Christo facta sunt ambo unum, & solutum in-
terstitium maceriæ, & abolita est lex in decretis.
Est enim ipse pax nostra.

*Vox clamoris de ciuitate, uox de templo. Vox Domini retribuentis retributionem aduersarijs.* ) Cum dixerit: Et ego eligam ludibria eorum, & peccata eorum retribuam illis: statim ostendit eorum quæ comminatus est exitum, & iam quasi hostium ciuitatem ipsam & templum deuastantium, uocem de ciuitate, & uocem de templo editam esse dicit, & ministrorum simul cum populo flentium, & inter se complorantium. Nam cum belli calamitatibus B
ferendis pares non essent, flere eos par fuit & plorare. Nulla enim erat mali euitatio. Domini autem uocem fuisse dicunt, retribuentis retributionem aduersarijs, & præcipientis ac imperantis uatoribus ut nullus captiui misericordiã capiant, sed ut crudeliter insiliant in aduersarios: nec tantummodo bellantium impetu, sed & domini uoluntate. Hoc enim illis in causa fuit, ut caperentur & affligerentur.

*Antequam parturiens pariat, antequam ueniat labor dolorum, effugit & peperit masculum. Quis audiuit tale? & quis uidit sic? Num parturiuit terra uno die? Num etiam condita est gens semel? quia parturiuit & peperit Sion liberos suos. Ego dedi expectationem hanc, non recordatus es mei, dixit Dominus. Et ecce ego generantem & sterilem feci, dixit Dominus.* ) Iterum docet, non C
funditus perditum esse Israelem. Postquam enim in uniuersum prædixit Hierusalem captiuitatem: rursus facit mentionem reliquiarum ex electione. Seruata est enim nõ exigua multitudo, per fidem uidelicet in Christo. Hoc autem significare uult: Debacchati sunt in ipsum Iudæi, & principem uitæ interfecerunt. Postquam autem reuixit, calcata morte, rediitq; ad cœlestem patrem ac Deum, prædicarunt enim diuini discipuli, alloquentes omnes, etiam qui debacchati sunt, & uocantes ad resipiscentiam ac salutem per fidem, & remissionem peccatorum per sanctum lauacrum. Dixit e-
Act.3. nim Petrus: Et nunc fratres, nouimus uos ex ignorantia fecisse, sicut & principes uestri. Resipiscite igitur, & baptizetur quisq; uestrum in nomine Iesu D
Christi, & accipite donum spiritus sancti. Vestrum enim sunt promissiones, & filiorum uestrorum. Hæc loquente diuino Petro, multi crediderunt. Scriptum est siquidẽ in Actis sanctorum Apostolorum: Adiectæ sunt die illo animæ plus minus ter mille. Semper itaq; diuini discipuli instabant, monentes Israelitas, & ad fidem inescantes. Tempore deinde interiecto, inflicta est demũ Iudæorum regioni ipsisq; Hierosolymis diuina ira, ingressis iam his qui ad moderationẽ uiuendi rationẽ uocati sunt. Hi uerò fuerunt reliquiæ, quod docet, cùm inquit: Antequam parturiret peperit, antequam ueniret labor dolorum, effugit, & peperit masculum. Nam priusquam instarent dura tempora, & ueluti acres bellicæ calamitatis dolores incumberent Hierosolymis, effugit, id est, ante periculum peperit masculum: qui partus præclarus est & optatissimus. Nam quę pariunt, fœtu masculũ alteri præterũt: uel quòd mos. * Non enim effœminatur mollitie Christianus populus. Sensu enim uirili prẽditus est, & iuuenili. Cuius testis est beatus Paulus, scribens: Qui Christi carnẽ cru Gal.5.
cifixerunt cum affectibus & cupiditatibus. Deín quasi diuina potentia hanc rem insignem operante, miraculum extollit, dicẽs: Quis uidit sic? Num parturiuit terra uno die? Num etiam nascitur gẽs semel? Quia parturiuit & peperit Siõ liberos suos. Quis enim audiuit, inquit? uel quis uidit terram, uel regionem totam, uno die germinantem eos qui eam implere ualeant? Num enim semel, id est, uno momento gens tota unquam nata est? At sic, inquit Sion peperit liberos suos. Etenim uno die tria millia animarum adiecta esse, & spiritualem regenerationem per fidem & sacrosanctum Baptisma suscepisse: quid ni manifeste sit integræ gentis fœtus & partus? Sed ego, inquit, dedi expectationem hanc. Prædictum est enim hoc uoce sanctorum prophetarum, & promisit ei Deus fœcunditatem. Verum non recordatus est mei, inquit Dominus, & si sterilem & generantem fecerim. Qui hæc potest, quomodo permisit eam orbã fieri? Si uoluisset fidem in ipsum admittere, & copiosa & pulchra prole dotata apparuisset omnibus terræ incolis. Sed quia immorigera fuit, dura & refractaria, facta est sterilis ipsa: gentiũ autem regio multò maximum & innumerabilem populum generauit. Hoc ipsum docet quoq; diuinus propheta Hesaias, uelut alloquẽs Gentiũ ecclesiã: Lætare sterilis, quæ nõ parturis, erumpe & Hes.54.
clama, quæ non parturis, quia plures liberi desertæ sunt, quàm eius quæ habet uirum.

*Lætare Hierusalem, & festum celebrate in ea omnes qui diligitis eam. Gaudete gaudio omnes, quicunq; lugetis eam, ut sugatis, & impleamini ubere consolationis eius, ut postquam suxeritis, delectemini introitu gloriæ eius: Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declino ad eos tanquam flumen pacis, & quasi torrentẽ quà incẽdat gloriam gentiũ.* ) Gaudere iubet hanc nouã intelligibilem Sionẽ, seu Hierusalem, quæ est ecclesia Dei uiuentis, quã ipsi Christo sibi repræsentauit, immaculatam & inculpatam, ex tribubus Iudaicis & ex congregatione Gentium. Coniunxit enim duos populos in unum nouum hominem, constituens pacem, & reconcilians utrunque in uno corpore apud patrem. Et meritò gaudere potest, cùm ipe plena sit, quam nec complecti mens queat, nec oratio. Non enim oculus uidit, inquit, nec auris 1.Cor.2.
audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quæ parauit Deus diligentibus se. Lætari iubet qui in ea sunt, & eam diligunt. Hi demum sunt eiusmodi, qui eam tanquam sustentant, qui inculpata doctrina multifariam confirmant, quicunque etiam eam deplorant, secundum Seruatoris uocem: Beati enim, inquit, qui lugent, Matth.5.
quia ipsi consolatione perfundentur. Luctus hic subindicat emendate & syncere agendi curam. Sudorem enim patiuntur utilem, & labores



bores tolerant strenuè ac iuueniliter, non ut ali- A
quid terrenum lucrentur: sed ut diuinis donis referti, omni uoluptate cõpleantur. Hoc enim illis promittit, dicens: Vt sugatis & impleamini ubere cõsolationis eius. Cum personam mulieris semel nouæ Sioni attribuerit, in sermonis tropo permanet, & consolationem in ea, sancti spiritus, inquam uberibus & lacti comparat. Dictum est
Cant.1. enim ei in Cantico Canticorum: Meliora sunt ubera tua uino. Primus enim cibus infantibus con
2.Cor.3. ueniens, admittentibus fidem in Deum nostrum Iesum Christum porrigebatur, id est, tener & simplex sermo catecheseos. Sic enim Paulus appellans quosdam, ait, Lac uobis ad potandum dedi, nõ cibum. Nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Quòd autẽ non semper infantes & esse & uideri conueniat eos, qui semel catecheseos sermonem imbibunt, sed in uirum perfectum, & in mensuram ætatis plenitudinis Christi euadere oporteat, ut exactam & exquisitam uerbi cognitionem deinceps consequantur: docuit, cum adiecit: Vt postquam suxeritis, delectemini introitu gloriæ eius. Vbi suxeritis, dicit pro, cùm ab uberibus & mamma abstracti estis, uel cùm ablactati estis: id est, non infantes manetis, sed uelut in ephebis iam & uiris numeramini, & solidum cibum expetentes, delectabimini in-
Psal.84. troitu gloriæ eius. Gloriam uocat Christum. Sic enim & Psaltes de eo: Vt habitet gloria in terra nostra: Introitum uerò, dispensationis in carne mysterium. Deus enim natura factus est homo, C
& uelut ingressus est hunc mundum propter incarnationem. Delectatur igitur qui hunc sermonem de illo ad unguem tenent, & quemadmodum in orbem intrarit gloria, id est, Christus, cognoscunt. Propterea & diuinus propheta statim & euestigio apparitionem eius cum carne manifestam ac perspicuam facit. Personam enim eius loquentem facit: Ecce declino in eos tanquã flumen pacis, & tanquã torrentem qui inundat gloriam gentium. Lumen igitur pacis & torrens deliciarum est, Christus. Sic enim illũ diuinus Dauid uocat, cùm inquit: Quàm multiplicata est misericordia tua, ô Deus? Filij hominum in tectorio alarum tuarum sperabunt: Ebrij erunt uberta-
te domus tuæ, & torrente deliciarum tuarum po D
Psal.45. tabis eos. Et iterum: Fluminis impetus exhilarãt ciuitatem Dei. Inclinauit uerò uberrimis riuulis, inundauit gloriam gentium, id est, quod est inter gentes precio sum & omnino gloriosum. Non enim omnes crediderunt, neq; gloria euecti sunt:
Rom.8. sed ut Paulus dicit de Deo & Patre: Quos præscit, etiam præfiniuit ut conformes sint imagini filij sui, hos & uocauit. Quos uocauit, eos & glorificauit. Cùm dicit: Declino, illud significat: Recta enim uia & iter ei fuit ex proposito & uolun-
Matth.15. tate patris, ad Israelitas. Itaq; ait: Non missus sum nisi ad peruitas oues domus Israel. Cùm uerò illi fidem respuerent, declinauit ab illis, sicuti scriptum est, & gentium congregationem ex sacris riuulis consolatione perfudit, id est, Euangelica & salutari prædicatione, per quam pacem apud eum lucrifecerunt, & per quem spirituali societate coniuncti sunt cum Deo & patre.

PARVVLI *Eorum in humeris tollentur, & super genua consolationem habebunt. Quemadmodum si quem piam mater consolaretur, sic & ego uos consolabor. Et in Hierusalem consolationem habebitis & uidebitis, gaudebitq; cor uestrum, & ossa uestra sicut herba reflorescent, Et innotescet manus Domini colentibus eum.* ) Largissimam consolationem & omnis misericordiæ cumulum nobis adpromittit, idq; citra omnem laborem, ut quod ipsi placet possis exequi. Qui enim adhuc, inquit, infantes sunt, & animo nondum perfecti, uelut paruuli infantes in humeris tollentur, & super genua consolationem habebunt. Solent enim matres curam gere-
B re paruulorum Non multum ergo, inquit, matri cessero, sed consolabor sic eos qui infirmo sunt & deiecto animo, ut nihil illis desit ad summam ac perfectissimam requietem. Sic nutriti, sic omni misericordia & charitate tractati, uidebitis tẽpore, supremam etiam ciuitatem cœlestem Hierusalem, et complebimini uoluptate, & quasi herba, omnia uestra ossa reflorescent. Excitabuntur eñ mortui, et resurgent qui in monumentis sunt, locupletati per Christum rore, id est, spiritu uiuifico. Sic enim dicit qui ad Deum psallit, de his qui in terra iacent: Emittes spiritũ tuum, & creaPsal.103.
buntur, & renouabis faciem terræ. Perinde igitur, ut quæ in agris floruerunt, paulò post occidunt & marcescunt, uerno autem tempore instante, rursus oriuntur & apparent: sic reliquiæ mortuorum in terra, tempore regenerationis ac instaurationis, ineffabili potentia Dei rursus exorientur. Excitabuntur enim, uti dixi. Tunc innotescet manus domini colentibus eum. Manum hic uocat, uel potentiam suam, uel Dominum nostrum Iesum Christum, per quem omnia, & in quo omnia. Per illum enim rursus est resuscitatio mortuorum. Hoc est enim potentiæ eius non leue indicium, posse & in lucem proferre quæ aliquando nõ erant, & quæ passa sunt corruptionem restaurare, ita ut ab initio fuerunt.

ET *Minabitur incredulis: Ecce enim Dominus quasi ignis ueniet, & quasi tempestas currus eius, ut reddat in furore ultionem, & increpationem in flamma ignis. Nam in igne Domini iudicabitur omnis terra, & in gladio ipsius omnis caro. Multi uulnerati erunt à Domino, & expiati & purgati in hortis, & in liminibus comedentes carnem suillam, & abominationes & murem, simul consumentur, dixit Dominus. Ego uerò opera eorum & cogitationem eorum scio.* ) Abunde consolatus eos in noua Sion, id est, Ecclesia, & affluentissimam consolationem ac spiritualium bonorum subsidium pollicitus, & præterea cum resuscitationẽ è mortuis, & supremas sedes, ac quæ ibi est, gloriam aperuerit, non impunitum fore dicit inobedientibus hoc audax contra illos institutum. Veniet enim inquit, ceu fur. Descendet nanq; cœlitus in gloria patris sui cum sanctis angelis. Hic enim est currus eius, sicuti & in Psalmis celebratum est: Currus Dei decem millibus multiplex, chiliades dirigentium. Veniet etiam redditurus Psal.67.
ultionem

Universidad de Deusto
Biblioteca



ultionem in furore & increpationem in flamma A ignis. Increpatio denotat abiectionem. Dicet enim his qui in peccatis mortui sunt: Abite á me
Matth.25. maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Iudicabitur enim, inquit, omnis terra, & tanquã gladio diuinæ iræ percussi, multi uulnerabuntur. Hi demum sunt, qui pœnas pendunt ineuitabiles, et in flammam currunt inextinctam, constrictiq; catenis suorum, imò & aliorum delictorum, subijcientur, inquit, supplicio, expiati & purgati in hortis, id est, reijcientes Redemptionem per Christum, contemnentes gratiam per sacrosanctum baptisma, quæ iustificat impium, omnicq; errato absoluit peccatis conspurcatos, amantes denicq; in errore potius, & ignorantia uersari, et non deos adorare, qui usi sunt B purgationibus impuris & immundis. Expiati enim uidentur sibi, cùm fallunt & falluntur. uel enim purgabantur aquis, uel faces igneas tanquã in orbem circunferẽtes, animas suas uitiorum inquinamentis fœdatas absterserunt. Quòd autem mundiciem omnem ac probitatem prorsus neglexerint, & ne humana quidem mente præditi fuerint, sed iumentis insipientibus assimiles, ostendit, cùm dicit: Expiãtur in hortis, id est, in nemoribus uel syluis, sub quercu & populo & arbore umbrosa. Extruebantur nanq; illic ab ipsis aræ & delubra dæmonibus, in uestibulis autem delubrorum carnibus suillis uescebantur. Quod quidem argumentum est luxuriæ. Adorabant abominationes & murem. Eò enim stultitiæ lapsi C erant superstitiosi aliquot, ut etiam murium statuas ac figuras haberẽt. Sed hi omnes, inquit, simul consumentur, id est, pariter cum Israelitis qui inobedientes fuerunt. Etenim ego noui opera eorum, & cogitationem eorum. Cogitationem dicit ratiocinia, quæ sequuti, fœda hæc facinora inuenerunt: unde istæ etiam abominationes irrepserunt, cùm natura & uerè Deum colere oportuisset.

VENIO *Vt congregem omnes gentes, & linguas. Et uenient ac uidebunt gloriam meam. Relinquam etiam apud eos signa, & emittam ex illis seruatos ad gentes, ad Tharsis, & in Phud, Lud, Mosoch, & Thobel, & in Græciam, & insulas remotas. Qui non audierunt nomen meum, neq; uiderunt gloriam meam, annunciabuntq; gloriam meam inter gentes.*) Anacephaleosin D quandam hisce uerbis facit totius orationis & totius prophetiæ Christus: & breuiter quasiq; succincte quæ ab initio ad finem usq; facta sunt, uirtutemq; dispensationis in carne expedit. Commemorat enim & uocationem gentium, & sanctorum Apostolorum patefactionem, & quòd ab uniuerso terrarum orbe adorabitur. Vetus enim lex unam solam gentem, nimirum Israeliticã congregauit, unam linguam uocauit. Dominus autem noster Iesus Christus non solis Israelitico sanguine ortis uirtutem dispensationis in carne impartijt, sed omni & genti & linguæ. Siquidem dixit per lyram Psallẽtis: Audite hęc omnes gentes, auscultate omnes qui inhabitatis orbem. Proinde omnes, inquit cõgregabo. Venient et uidebunt gloriam meam. Nam per fidem uocati sunt, & qui quondam aberant procul, facti sunt propinqui, & contemplati sunt gloriam eius. Qui & quomodo? Audierunt enim ex Euangelij prædicatione, eum æqualem tum operibus tum potentia Deo & patri esse, & ea gessisse quæ explicari uerbis non possunt, adeò ut mortuos excitarit à monumentis, & cæcis lumen immiserit, aliaq; ad hęc operatus fuerit, quę nec enarrare nec admirari satis possumus. Vel alio modo uiderunt gloriã eius, instituti & edocti, Deum fuisse Sermonem, & hominem esse factum. Non enim, ut Iudæi, sic gentes dixerunt: Quare tu cùm sis homo, facis te ipsum parem deo? Imò cum agnouissent eius mysteriũ, sacras illas resonant uoces: Tu es Christus filius Dei uiuentis. Et illud porrò, quod à sanctis Apostolis dictum est, Vere Dei filius es. Editum est quoq; signum apud eos. Nam, ut Paulus ait: Obsignati sumus spiritu redemptionis, & omnium cordibus impressus & informatus est Christus, participatione Sancti spiritus. Ex seruatis, inquit, emittam ad gẽtes alias atq; alias. Sunt enim gentes hæ, partim ad Occidentem, partim ad Orientem, quædam in plagis ad Aquilonem uergentibus, & in regione Græcorum ac insulis ulterioribus. Illic, inquit, annunciabunt gloriam meam. Non enim siluerunt discipuli, sed ubiq; Euangelium regni, & sacræ prædicationis uirtutem prædicarunt.

ET *Adducent fratres uestros, ex omnibus gentibus donum Domino cum equis, curribus & lecticis mulorum, cum umbraculis in sanctam ciuitatem Hierusalem, dixit Dominus: Si dedicent filij Israel mihi hostias suas cum psalmis in domo Domini, ex eis sumam sacerdotes & leuitas, dixit Dominus.*) Quòd efficax omnino futura sit & fructuosa sanctorum Apostolorum prędicatio, apud gentes quas diximus, & in earum regionibus, his uerbis demonstrat. Vestros enim fratres, inquit (ut oratio ad Israelitas credentes habeatur) ex gentibus adducent dona Domino. Nam uelut anathema & munus ad gloriam Dei consecratum erat, gentium multitudo, per fidem ab omnibus uitijs absoluta, & per sacrum lauacrum omnibus abiectis sordibus & quasi xenium ac donarium apostolicæ industriæ, Deo oblatum. De hoc itaq; gloriantur, gaudium eos suum & coronam nominantes. Facillimam autem fore ac leuẽ, sine omni sudore, industria & labore, gentium ad Deum reuersionem, declarat aperte, uelut exemplo à nobis sumpto, cùm dicit adducendas esse cum equis, curribus, lectícis & umbraculis. Nam ut qui his rebus iter suum conficiunt, nullo labore expediunt: sic qui è Græcanico errore ad Deũ redeunt, uia plana & trita uenient, ac tantùm non uecti, & Deo omni eos requietis genere dignante. Venientq; in sanctam ciuitatem, nempe Hierusalem, quæ est Dei uiuentis Ecclesia. Eruntq; adeò iucundi & accepti, qui accedunt ad Deum, perinde quasi hostia, inquit, adduceretur cum odis & doxologia. Imò & ex illis sumam Sacerdotes & Leuitas. Ex quibus: Nec enim satis constat, utrũ ex his qui missi sunt



sunt ad uocandum gentes, an ex illis qui uocati A sunt. Verum aũt inueniemus et hoc & illud esse, Nam ministri oraculorum Christi extiterunt discipuli. Vocati sunt quoq; ex Græca congregatione multi, & adhuc uocantur ad Sacerdotium, Deo illos ad nouitatem uitæ & mentis transferente. Nam fides uelut refingit ad id, quod ei placet, electos.

QVEMADMODVM *Enim cœlum nouum et terra nouа, quæ ego facio, in conspectu meo permanent, dicit Dominus: ita stabit semen uestrum & nomen uestrum. Eritq; mensis ex mense, et sabbatum ex sabbato. Veniet omnis caro, ut inconspectu meo adoret in Hierusalem, dicit Dominus Deus.*) Firmitatem spei in omnibus bonis pollicetur diligẽtibus se, & apparitionem suam agnoscentibus. Vt enim, inquit, cùm nouos cœlos & nouam terram fabri B cauerim, ita sinam manere, nec ea ullum tempus delebit: ita semen & nomen uestrum stabitin cõspectu meo. Nouos enim cœlos & nouam terram ac promissiones eius expectamus, secũdum id quod scriptum est. Sanctorũ autem spem staturam semper & permansuram, sapientissimus Paulus confirmabit, scribens, dona & uocationẽ Dei irreuocabilia. Semen itaq; benedictum, & à sanctis Apostolis Deo oblatum, seruabitur perpetuò, nulloq; modo interibit, ac uelut cum cœlo & terra permanebit, omnium nostrum Seruatore Christo illud continente & conseruante. Quòd autem credentium multitudo semper in maiorem accessionem prouehetur & amplificabitur, docet, inquiens: Mensem ex mense, Sabbatum ex Sabbato, ueniet omnis caro, ut in conspectu meo adoret in Hierusalem. Semper enim uenerunt credentes in Christum, ab eo tempore, quo diuini discipuli prędicabant, & ad hunc usque diem ueniunt: alij ex multiplicium deorum errore, ueræ Dei cognitionis lucem sitientes, alij ex tribubus Iudaicis, licet uiritim non turmatim. Venient tamen & illi, atq; extremis mundi temporibus uocabuntur, quum plenitudo gentium intrauerit, ut ait sapientissimus Paulus.

ET *Aduentabunt sancti, & uidebunt membra hominum, qui præuaricati sunt in me. Vermis enim eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, eruntq; in conspectu omnis carnis.*)

Videtur hic inferendas Iudęis calamitates uel le significare, quas passos eos diximus à Romanorum manu, deuastato scilicet Templo, omnibusq; crudeli occisione sublatis. Hæc passi sunt, eruntq; spectaculum omni carni, et supplicio tantùm non æterno afficientur. Hoc enim fortasis innuit, cùm dicit: uermen eorum nõ moriturum, & ignem non extinctum iri aut consopitũ. Sunt qui uolunt uerba hæc ad tempus consummationis seculi referre, quando uelut præuaricantium membra proijcientur, qui relegati sunt ad supplicium & flammam sempiternam. Illic enim uermis supplicio afflictorum uiuet perpetuò, & ignis non extinguetur. Hos autem omnibus his liberabit Christus, per quem & cum quo sit gloria Deo & patri cum Sancto spiritu in omnem seculorum perpetuitatem.

Amen.

COMMENTARIORVM DIVI CYRILLI IN HESAIAM PROPHETAM, FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca